Google

### Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

### Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

### Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`



Digitized by Google

Digitized by Google

<36624576670019
<36624576670019
Bayer. Staatsbibliothek
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2° Exem

65^m

Digitized by Google




Digitized by Google

Digitized by Google

A. R. P.

# LUDOVICI M. SINISTRARI DE AMENO

RIPARIÆ S. IULII DIOECESIS NOVARIEN.

Strictioris Obſervantiæ Minorum Mediolanenſis Provinciæ Sac. Theolog. Lect. Emeriti, & Sancti Officii Conſultoris

# DE DELICTIS, ET PŒNIS

*TRACTATUS ABSOLUTISSIMUS*

JUDICIBUS, ET ADVOCATIS FORI ECCLESIASTICI, Et Laici commodiſſimus, cùm univerſa Criminalis Materia juxtà Canonici, ac Cæſarei juris præſcripta in eo exactè pertractetur.

*PRÆLATIS REGULARIBUS TUM PROVINCIALIBUS, TUM LOCALIBUS Utiliſſimus, cùm plerique caſus intrà Clauſtra frequentiores ad normam Apoſtolicarum Sanctionum, & Sac. Congregationis decreta examinentur.*

SUPERIORIBUS ORD. MIN. REGULARIS, ET STRICTIORIS Obſervantiæ Generalibus, & Subalternis neceſſarius, cùm omnes pœnales Conſtitutiones, in Generalibus Statutis Ordinis contentæ, exactiſſimè diſcutiantur.

*CONFESSARIIS TANDEM OMNIBUS PROFICUUS, CUM QUAMPLURES Fori pœnitentialis caſus, ad quotidianam praxim pertinentes, in eo reſolvantur.*

AD EMINENTISS. ET REVERENDISS.

## IOSEPH ARCHINTUM

## S. R. E. CARDINALEM

MEDIOLANI ARCHIEPISCOPUM.

VENETIS, M. D. CC.

Apud Hieronymum Albriccium.

*SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.*

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

# EM.^{mè} ac REV.^{me} PRINCEPS.

Mirari fortaſſe poterit Amplitudo Tua, quòd eidem ignotus audeam nomini Tuo Opuſculum iſtud conſecrare: Sed ceſſabit admiratio, ſi recenſebis, Athenienſes aram, & vota *Ignoto Deo* ſolviſſe: (✠) unde è converſo valeat cognitum toti Orbi Numen ignotum ſibi nanciſci adoratorem. Me Tibi minimè agnitum facit mea puſillitas; Te autem Vniverſo notiſſimum reddit, ut cætera omittam, Tua dignitas purpurata. Solis ea natura eſt, ut quidquid terrenæ incubat ſuperficiei, ejus pateat radijs; ſubterranea tamen vegetantia, quàmvis Soli minimè expoſita, æquè tamen ejuſdem vir-

✠ Act. Apoſt. cap. 17.

tute

Digitized by Google

(✠) Aſ... cap. 23.

tute foveantur, dum *Non eſt, qui ſe abſcondat à calore ejus.* (✠) Tua in Tuos beneficentia Tuum prævenit adventum. Priuſquam ſubditi Te exciperent rectorem, experti ſunt munificum. Antequam ſe objecerit conſpiciendum vultus, laxata eſt ad largiendum manus. Ad Tuę promotionis famam, fugatam viderunt plebis Tibi commiſſæ pauperes à Tua liberalitatę miſeriam. Rivus hic eſt earum virtutum, cujus indeficiens ſcaturigo ARCHINTEA ſtirps omni ſęculo exuberantes effluxit in latices,

*Qui viret in folijs, venit à radicibus humor,*
*Et Patrum in Natos veniunt cum ſemine mores.*

(✠) Pſal. 18. ℣. 7.
(✠) Diamas Marinonus de Famil. Mediol. Illuſt. in Biblioth. Ambroſ. Salvator Vitalis in Triumph. Urb. Med. ad Sexaginta Decur. nu. 57. Raphael Fanjanus in Comm. de Ill. Fam. Mediol. Ill. Morigius in Hiſt. antiquitat. Med. lib. 3. c. 24.

Illa Regio prognata ſanguine (✠) in ſui ſtemmatis faſtigio coronatam exhibet fœminam, addita epigraphe, ARCHINTEA LAVS. Regali ſyrmate decoratam hæc exprimit Charitatem, quæ una glorioſæ hujus Stirpis conſilijs præeſt, votaque moderatur. Triumphales licèt lauros bellica ſtrenuitatę compararit; emeritas quàmvis laureolas ſuorum temporibus ſapientia compoſuerit: eſto, quòd ARCHINTEI HEROES pro Eccleſia, pro Principe, pro Patria ſtudijs, conſilijs, lingua, manu deſudarint, nil ſibi ad ſinceram laudem promerendam iudicarunt conducibilius, quàm unius Charitatis genio dirigi, & cum virtutum omnium pręclariſſima glorioſam ęternitatem promereri. Innumera propemodùm mitto exempla, quibus emicat ARCHINTEA LAVS, unum, aut aliud ſeligo, in quibus profuſiſſima præ cæteris eius Charitas eluxit. Pacatis melliflua S. Bernardi eloquentia diſſidijs, quæ inter Apoſtolicam Sedem, ac Mediolanenſes efferbuerant, ANSELMVS ARCHINTVS, donatis ampliſſimis latifundijs Claravallenſem inſignem Abbatiam extra Romanam Mediolani portam dotavit: (✠) *Manfredus* verò illius Filius paternæ pietatis non minùs quàm ſubſtantiæ hæres vineam eidem Monaſterio obtulit, cujus fructus ea feracitas, ut ex illo ſingulis anni diebus (dum per Ciſtercienſes Monachos adminiſtraretur) metreta vini Chriſti pauperibus diſtribuebatur, (†) & ad noſtra uſquè tempora ſervatur dolium enarratæ quantitatis ad ſtuporem capax, cui quàmvis ſine effectu) adhuc perdurat titulus cum *Vinea pauperum*. Ad omnium Antiſtitum exemplar Romulus ARCHINTVS Novarienſis Epiſcopus, ac Ripariæ S. Iulij Comes opulentos eius Eccleſiæ reditus non convertit in copioſi ultrà fas famulitij, aut vanæ ſupellectilis pompas, ſed, ſibi retenta pro ſe, ſuiſque frugaliſſima congrua, quidquid ſupererat, in ſuæ Diœceſis paſcendis mendicis religioſiſſimè erogavit. (†) Philippus Romuli Frater Epiſcopus Comenſis an illius charitatem æmulatus, an potiùs Divi Caroli heroicas virtutes (quas tanquàm Apoſtolicus ad parandam ejuſdem ſolemnem apotheoſim Delegatus examinaverat) imitatus, in Oppido Canturij copioſiſſimis expenſis, ſuo ære magnificum eidem D. Carolo in al-

(✠) Aubertus Miræus in Chronic. Ciſtercien. anno 1133. Io: de Deis in ſucceſſoribus S. Barnab. agens de Anſelmo Puſterla.

(✠) Corius in Hiſt. Mediol. an. 1172.

(†) Carta Muſæ Novar.

bum

bum Sanctorum iàm relato fanum extruxit, ſacra ſupellectili ornavit, copioſis reditibus dotavit, illumque *in ſuum, ac Familiæ* ARCHINTORVM *Patronum adoptavit*. (†) At quonam conſilio, niſi ut ingenitam propriæ Stirpis charitatem tanti Præſulis patrocinio confirmaret? Præclariſſima quidèm omnium Paſtoralium virtutum ſpecimina in D. Carolo effulſere, magnanima tamen ſuper omnes eius emicuit charitas, dum Auritano divendito Principatu, ejus pretium ad quadraginta aureorum millia in pauperes una die erogavit.

(✠) Inſcrip. ad templ. D. Carol. Cantur.

Exultet ergò Mediolanenſis Eccleſia, cuius Tu, Eminentiſſime Princeps inauguratus es Paſtor. Pietatem habes in Te cum ſanguine derivatam; eam cum lacte ſuxiſti; hanc exercendam in pauperes dictat Tuæ Familiæ Protector, Tui Præſulatus anteceſſor D. Carolus.

Ad tantæ dignitatis, qua coruſcas, meritum tot illuſtrium Avorum virtutes quidèm præluxere; ſed, quia, (ut ſapienter cecinit ille)

*Quæ non fecimus ipſi* (†)
*Vix ea noſtra puto*.

(✠) Iuvenal.

indulgeat modeſtia Tua calamo, ut per Te geſta leviter percurrat, quibus purpuratas inſulas omni Tibi debitas iure convincatur. Laudans Theodoſium in panegyrico ſuo Pacatus (✠) ethnica fortaſſe abuſus phraſi illum alloquens, ait: *Te fortuna pluribus bellis, & difficillimis Reipublicæ temporibus exercuit, dum aptat Imperio*: at veriori titulo de Te dicere mihi fas, Dei O. M. providentiam Te pluribus, & difficillimis Catholicę Reipublicę exercuiſſe negotijs, dum Purpurato aptavit Principatui, & Apoſtolico idoneum efformat Imperio; Philoſophicis nàmque, Theologiciſque in Patria emenſis ſtudijs Canonici, Cęſareique iuris in Ingolſtadienſi Vniverſitate ſcientiam adeptus, Laureaque donatus, ad rimandos Europęarum Nationum mores non vanam, at ſapientem peregrinationem inſtituiſti, univerſamque Germaniam, Hungariam, Poloniam, Sueciam, Daniam, Bataviam, Belgium, Angliam, Galliam, Hiſpaniaſque perluſtraſti, politicuſque Cenſor, varia tot populorum ingenia, ſtudia, mores, politiam medullitùs penetraſti, ut ſcires, quid prò Fide, pro Eccleſia, pro Principe, pro Patria in caſuum amphractibus à Te eſſet rectè conſulendum. Peregrinatum in Aegyptum, ex Hieronymo, (✠) diſcimus Platonem; ad Gymnoſophiſtas, ac Brachmanes Thianęum; ad Memphiticos Vates Pythagoram, *ut eos, quos ex libris noverant, coram quoque viderent*. Noviſti mancam quandòque Hiſtoricorum fidem, unde laborioſi Tui itineris cauſa non fuit peregrinarum doctrinarum deſiderium; ad omnigenam enim capeſſendam eruditionem exuberabat tot Academiarum copia, quibus ad aliarum Nationum invidiam ſuperbit Italia. Noluiſti fidere corruptis aliquandò Scriptorum nar-

(✠) Latin. Pacat in Panegyr.

(✠) D. Hieronym. in Prolog. Galeat.

a ratio-

ſationibus, doctus propria autopſia ſinceram, defæcatamque de rebus haberi ſcientiam. Te natum ad maxima Chriſtianæ Reipublicæ negotia Tibi vaticinabatur Proſapiæ Tuæ genius, fervens ſpiritus, præclara indoles, animi magnitudo. Ad ea tyrocynium politicum ſubijſti noſcendo penitùs eorum mores, ac ingenia, quibuſcum ſequentibus temporibus Tibi eſſet agendum, ne imparatus congredereris cum ignotis, de quibus falſa Tibi poſſent imponi. Sic morali exterorum imbutus cognitione Vrbem Vniverſi epitomem petiiſti; de Te hanc ingreſſo mihi dicere licet, quæ de Agricola ſuo, Britanniam adeunte, ſcribit Tacitus (✠) *Noſcere Curiam, noſci Curialibus, diſcere à peritis, ſequi optimos, nihil appetere objactationem, nihil ob formidinem recuſare, ſimulque anxius, & intentus agere.* Ità Te in Prælatorum Ordinem cooptatus geſſiſti, ut breviſſimo intervallo Tuarum virtutum fama ad Petri thronum pervenerit, & in eo ſedens immortalis memoriæ *Innocentius XI.* Prothonariorum participantium gradu decoraverit; nec mora ad Vicelegationis Bononienſis munus deſtinaverit. Ibi regendarum Provinciarum tyrocinium vix ingreſſus brevi conſummatè emeritum Te probaſti; ut proinde Apoſtolici Nuncij dignitatem apud Magnum Hetruriæ Ducem idem Pontifex Tibi contulerit. In eo munere impar ſum explicando Tuam in propugnanda Eccleſiaſtica libertate conſtantiam, in arduis eventibus providentiam, dexteritatem in expugnandis difficultatibus, comitatem in excipiendo ſupplices, celeritatem in expeditionibus, ſanctimoniam in familia; largitatem in pauperes, in moribus exemplaritatem. Perfectum ità virtutum omnium, ad tale munus requiſitarum in Te apparatum explicaſti, ut eidem theatrum magis amplum iure merito deberi ſumma eiuſdem Pontificis prudentia iudicarit. Ad Principem ergò, Rempublicamque Venetam deſtinatus Nuncius cùm fueris, impoſſibile mihi eſt pro dignitate recenſere, quanto encomiorum tuorum incremento in præclariſſimo illo Senatu tùm prudentiæ, tùm aliarum Tuarum virtutum iubar emicuerit; unde, cùm ſim effatui impar, ſilens prætereo, quæ eloquentior fama, cùm Tui nominis celebritate undique decantavit. At Te ad Hiſpaniarum Monarcham Nuncium renunciatum, quo qualique deſiderio Catholica Regalis excepit Curia? Iam dotium (quas in animo Tuo natura ſevit, educatio fovit, diſciplina excluſit, maturavit experientia, perfecit ætas) notitia longè, latèque diffuſa tùm Regis, tùm Aulæ Magnatum aures pervaſerat; unde incredibili æſtuabant deſiderio coram experiri virum, cujus unum nomen tantam apud ipſos exiſtimationem comparaverat. Perveniſti tandem, Teque Matriti populus, Proceres, Rex majorem fama ſunt experti. Non hoc fuit apparatus familiæ, quam pro decore muneris, quo fungebaris, & numero, & ſplendore auctam exhibuiſti, ſed Tuarum per-

(✠) Cornel. Tac. in Vit. Iul. Agricol.

ſonalium

Digitized by Google

ſonalium qualitatum rara, mirabiliſque harmonia. Majeſtatem ſpirans oris decor, ſtaturæ proceritas, inceſſus gravitas, motus compoſitio magna de Te tantum intuentes fecit conijcere; non tamen tanta, quanta experti ſunt, quibus colloquio, & converſatione Tua frui licuit. Mirati ſunt copioſam quidèm, non tamen redundantem eloquentiam; rationum firmum, non cavilloſum robur; in conſilijs non tardam, non præcipitem maturitatem; in oppoſitionibus conſtantem, non tamen cervicoſam ſententiam; in arduis alacrem quidèm, non tamen pericoloſum auſum; uno verbo, in Te omnia congruentia homini ad maxima nato non ſine ſtupore, non ſine fructu conſpexere. Non ſine fructu, inquam, nàm conſilijs, prudentia, dexteritate Tua, (compoſita ſententiarum diverſitate, quibus Regale fluctuabat Conſilium) factum eſt, ut cruentiſſimum inter Galliam, Hiſpaniaſque, quod per tot annos damnabiliter bellum efferbuerat, inita inſperata pace, finem invenerit. Tibi ergò magna ex parte debet Italia, debet Belgium, debet Hiſpania, quòd longo fugata poſtliminio quiete perfruatur. Securitatem Tibi debet Catholicus Orbis, dum roboratis tali pace Chriſtianorum Principum viribus Turcarum Tyrannus ſibi metuens, (parùm pro ſe æquis conditionibus) pacem ſit coactus à ſacri fœderis victoribus Principibus impetrare.

Tot ergò, tantiſque meritorum ſubnixo ſuffragijs poſtulavit æquitas, ut temporibus Tuis Archiepiſcopalis Patriæ aptaretur Thiara, ac ſacro decoratus murice Apoſtolici Senatus Eminentiſſimo conſeſſu dignareris. Præluſit Tibi quidèm in Inſula Mediolanenſi magnus ille Philippus ARCHINTVS (✠), qui in Caroli V. Cæſaris, ac in Pauli III. ac Iulij pariter III. Pontificum aula graviſſima obijt munera; & Gubernatoris Vrbis, Vice Camerarij Apoſtolici, Nuncijque ad Venetos cum poteſtate Legati à latere ſub Marcello II. ac Paulo IV. dignitates præclariſſimè geſſit Cardinalitia jam jam donandus purpura. Sed Mediolanenſis Eccleſiæ felicitati fortuna inviſit, nè ſuaviſſimo talis Præſulis regimine frueretur; nàm, antequàm in D. Ambroſij cathedra ſederet, Bergomi mortalis vitæ glorioſum curſum abſolvit.

(✠) Io: Petrus Giuſſanus in ejus Vita, Philippus Picinellus in Athenæo pag. 189. Io: Franciſcus Beſutius Hiſt. Pontif. Mediol. Marcus Litta de Urbe Mediolanenſi.

Tibi ergò Eminentiſſime Princeps ſervabatur, ut Eccleſiaſticum Patriæ moderareris clavum: Tibi, ut primus Illuſtriſſimos Familiæ Tuæ ſplendores Cardinalitia purpura redderes micantiores; Tibi, ut mærentis Mediolanenſis Metropolis ſuſpiria ſolareris. Hæc viduata inopino caſu ſui Præſulis memoriæ nunquàm interituræ Cardinalis Federici Caccia inconſolabiles ſolvebatur in luctus, illiuſque ſtupendæ charitatis ſupremis etiam tabulis conteſtata recordatio deſperatum ejus inter egenos reliquerat deſiderium. Sed ſtatìm ac Pontificia Innocentii XII. providentia (quem dotes Tuæ non latebant, dum ſub ipſo Bononienſi tunc Legato Vicelegationem tàm commendabiliter adminiſtraveras) Te Archiepiſcopum inauguravit, revixit mærentis ſpiritus Diœceſis, dum eleemo-

ſyna-

Digitized by Google

ſynarum in pauperes largitate comprobaſti demortui Paſtoris in Te reſloruiſſe charitatem, cujus ſurculus ad illius felicitatem.

*Vno auulſo non deficit alter*
*Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.* (†)

(†) Virgil. 6. Æneid.

Tota ergò ſoluta eſt in plauſus, tota in vota pro Te, & incredibili exæſtuans deſiderio proſperum Tui præſtolatur adventum.

Gaudeas ergò Eminentiſſime Paſtor, qui in ovium Tuarum corde nunquàm interiturus vivis, quas amoris imperio à Te fore regendas charitativæ Tuæ indolis genius vaticinatur. Quocunque conſiderationis firmabis intuitum, invenies, in quo innocenter læteris. Si Te ipſum diſquiris, tot donorum à D. O. M. datorum tàm exuberantem reperies animum, ut de his in Deo exultans eorum largitori juges à Te gratiæ ſint reddendę. Si Avorum tuorum Illuſtriſſimam Stirpem contemplaris, gaudebis profectò, eorum heroica geſta ad ſublimiſſimum, ad quod provectus es, ſubſellium gradus Tibi præparaſse. Si quos Te circumſtant, cenſes; & unde iuſta magìs cauſa lætitiæ? Quibus nàm magìs, quàm fratribus Tuis conceſſa, quæ ad continuandum Familiæ ſplendorem & ſaga, et togæ conferre queunt? Nonne germanus Tuus Ludovicus poſtquam per omnes artis bellicæ gradus in Germania Superiori, ac Inferiori, et Hungaria in Leopoldi Cæſaris exercitu ad Generalis dignitatem fuit provectus, fortiſſimè pro fide contra Turcas dimicans in obſidio Albæ Grecę mortalem vitam victricibus palmis laureatam cum immortali commutavit? Philippus alius frater Senatorię in Patria dignitatem abollę graviſſimis perſunctus muneribus in tantum auxit, ut meritó ambigi poſſit, an Ampliſſimo Ordini plus dignitatis debeat, aut contulerit. Is enim à Catholico Rege Carolo II. Legatus ad Cæſarem deſtinatus arduiſſima Auſtriacæ Monarchię negotia trienniò tractavit, et incredibili, qua poſset prudentia, & dexteritate, feliciſſimé abſolvit. Miſſus de hinc ſub nomine Conſiliarij in Belgium univerſum earum Provinciarum regimen pari maturitate adminiſtrans, ſubjectorum Populorum amorem, ſuique deſiderium etiam finitimis Nationibus conciliavit. Si tandem Nepotes ſpectes, jugem lętitię ſpem nutrire Tibi fas ex illis es. Nam ambo Maiorum veſtigiis inſiſtentes alter Patriæ invigilat negotiis, alter in Romana Curia ad Eccleſiaſtica aptatur munera, & ſic Eminentiſſimi Patrui, Illuſtriſſimique Patris virtutes ęmulantur pares aliquandò dignitates conſecuturi.

Inter tot ergò, quæ Tuę, Eminentiſſime Princeps, plaudunt glorię, audeo & ego in humilimi obſequii mei teſſeram hoc Opuſculum nomini Tuo conſecrare. Carpar fortaſse, quòd Tractatum de DELICTIS, & POENIS Tibi offeram, cùm Cleri Tui Mediolanenſis ea ſit morum compoſitio, converſationis exemplaritas, ac ſanctimonia vitæ, ut non Delicta in eo cognoſcere, ſed merita; non Pœnas, ſed præmia, iuſtitia requirente, Tibi occurrent diſtribuenda. Sed, quia *Neceſſe eſt de mundano pulve-*

re re-

*re religioſa corda ſordeſcere*, (✠) Deus ipſe in Angelis ſuis reperit pravitatem, (✠) dabitur fortaſsè aliquando, quod non incongrua reddetur oblata Tractatio; attento maximè quòd ex divino mandato ad Principum eruditionem in Arca fœderis non tantúm mannæ dulcor, ſed cum eo Virgæ Sacerdotalis rigor, pro temporum opportunitate adminiſtranda ſervabantur. (✠) Digneris ergò Eminentiſſime Princeps, benigno vultu hoc qualecunque munuſculum de paupere penu excipere, meque in numero familiarium tuorum ſervorum cooptare, cùm nil magìs in votis habeam, quàm ut declaretur eſſe Eminentiæ Tuæ.

(✠) D. Leo Papa Serm. 4. de Quadrag.

(✠) Iob. cap. 4.

(✠) Hebr. cap. 9.

Mediolani 6. Ianuarii anni 1700. e Conventu S. M. Giardini

*Humillimus, & Obſequentiſs. Servus*
Fr. Ludovicus M. de Ameno.

Digitized by Google

# Ad Lectorem Benevolum.

IN ſecundò, *Amice Lector, in ſcenam prodeo, ut oppignoratam fidem meam redimam. Promiſeram in prima Parte* Practicę Criminalis Illuſtratæ *titulum quartum de* Delictorum differentijs ( *quem ſobriè attigeram* ), *& ſextum* de Applicatione pœnarum ſingulis delictis ( *quem explanare ob cauſas ibidem expreſſas aſſumtim diſtuleram, exactiùs examinare, & integrum abſolutumque* Tractatum de Delictis, & Pœnis *publici juris facere. Sponſionem ergò meam, licèt tardiuſculè quàm debuiſſem, ſolvo, & promiſſum, ac à multis deſideratum Tractatum tibi offero. Culpabor fortaſſe de tarditate, & me pigri in ſolvendo debitoris notâ confinget præpoperus exactor. Cogor proptereà, ut cenſuram evadam, moræ cauſas aperire. Vt me expedirem à negotiorum moleſtijs, quibus Romæ manens opprimebar, & incœpti Operis proſecutione turbabar, me contuli ad Patriæ meæ Conventum, ut otio aliarum occupationum fruerer, & totus meditato Tractatui incumberem. Opportunior huic intentioni locus ægrè dari poteſt. Semotus à ſæcularium habitatione ſitus, ab eorundem moleſtijs liber eſt. Cœli ſalubritate, aeriſque temperie ad miraculum gaudet. Collis molliter acclivis eſt, cujus jugo, quod muralis clauſura corona cingit, incubat Conventus, qui mirabili undique gaudet proſpectu. Ab Oriente Aconia piſcoſus fluvius collis oram alluit. A Meridie protenſa Longobardiæ planities eidem limitrophæ intuentibus objectat Mediolanum, Novariam, Vercellas, ac Oppida, Villaſque penè innumeras, quibus occupatur feraciſſimum illud ſolum. Ab Occaſu lacus S. Iulij ( cujus Inſula, totius Ripariæ caput, quamplurium Pagorum, Caſtellorum que ſituatione circumcirca decoratur ) iucundiſſimum proſpectantibus exhibet proſcenium. A Septentrione curvati in arcum viſuntur colliculi, vitibus, frutetiſque conſiti, quibus ſubjecta planities pratis, campis, ſylviſque diſtincta in gremio excipit Oppidum, cui ex ſitus amænitate Ameni vocabulum inditum eſt. In eo loci totus proſequendo Operi incumbebam, cùm immortalis memoriæ Eminentiſſimus Federicus Caccia Mediolanenſis Archiepiſcopus me ad ſe acceſſivit, ac familiaris ſui Theologi munere decoratum voluit. Tanti Patroni coactus fui voluntati obſecundare, & de ejus mandato calamum à ſuſcepto Tractatu abſtractum in frequentibus caſibus ad alia conſcribenda convertere. Erepto è vivis ſummo omnium bonorum damno, & luctu Cardinali prædicto, me invaſit mortalis ægritudo, ob quam, anno penè integro, decumbere coactus fui. Deo tandem dante, aliqualiter reparata valetudine, opuſculum interruptum abſolvi, & poſt taliter occaſionatas moras terminatum coram te, Amice lector, ſtatuo caſtigandum.*

*Priores* Practicę Criminalis Illuſtratæ *partes probavit mea Religio, quæ in nupero Capitulo Generali Victoriæ, in Cantabria celebrato eius obſervantiam in iudicijs forenſibus indixit ſequenti Decreto, quod legere eſt in ejuſdem Capituli Tabula Matriti impreſſa* fol. 39. num. 73. *ac itá ſonat.* Relata per graviſſimos Patres Vltramontanæ Familiæ doctrina, qualitate, atque utilitate novæ *Practicæ Criminalis* typis datæ à R. P. Fr. Ludovico de Ameno Reformatæ Provincię S. Didaci Lectore Emerito, decernit Diffinitorium Generale, ut Prelati Ordinis, & Provinciarum illa in utraque Familia utantur: ideoque Officiales Curię ſufficientia illius exemplaria ad ſingulas Provincias ab intereſſe habentibus in impreſſione exmitti curabunt. *Simili genio prædictum opus exceptum à quampluribus Iudicibus Regularibus, ſæcularibuſq. utriuſq. fori Eccleſiaſtici nempè, ac laici, & Advocatis, ut proinde jam diſtractis mille quingentiſque exemplaribus primò impreſſis, a multis incaſſum cùm perquiratur, novam erit neceſſe ejuſdem impreſſionem adoriri. Videns proinde publico etiam uſui aliorum ceſſiſſe, quòd pro privato Religionis meæ commodo elaboraveram, in hoc Tractatu volui extenſiori methodo examinare dicendorum materiam; ità ut, ſicut ſatis mihi fuiſſet Statutarias Ordinis mei diſpoſitiones perpendere, (ſi pro eo tantùm ſcripſiſſem) ita ad hoc, quòd omnibus æquè prodeſſem, debui Canonica, Civiliaque iura ad delicta, & eorum pœnas ſpectantia, contracta, quantum licuit, laxitate expendere. Talem igitur ſcribendi Ordinem inſtitui. Primò ſpecialia delicta ſub diverſis Titulis, quaſi cathegorijs, ad quas reducibilia ſunt, examinanda ordinavi, ut de Delictis contra Obedientiam ſtatuto Titulo, ſub hoc diſcuſſi Apoſtaſiam, Contumaciam, Rebellionem, Hæreſim &c. & pari modo cæteros Titulos diſpoſui, ſub quibus per ſpeciales paragraphos ſingulas criminum ſpecies pertractavi. Ad hoc me compulit inordinata Textus, quem illuſtrare adorſus fueram, diſpoſitio. Non enim inter ſe affines delictorum materias coniunxit, ſed confuſa ſerie, diſparata omninò inter ſe crimina, eorumque pœnas, quaſi per ſatyram, & ordine tumultuario promiſcuè interpoſuit; ita ut, ſi eius diſpoſitionem ſequi debuiſſem, neceſſum fuiſſet incæptam materiam minimè abſolvere, ſed de ſequenti omninò priori incongrua tractare; mox iterùm de priori ſcribe-*

re,

Digitized by Google

*re, & denuò eandem interrumpere; tandemque poſt interjecti alterius delicti tractationem, reaſſumere interruptam, & hoc pacto fatigare Lectorem; cujus naturale eſt genium abſolutam de ſemel incœpta materia explanationem habere. Secundò ſub diſcretis paragraphis ſpeciale quodlibet crimen examinando mihi hunc præfixi ordinem, ut initio, eius tradita, & expenſa diffinitione, difficultates circa eam occurrentes, quantum potui, enodavi; poſtmodum ſpecialia circa illius probationem adnotavi; tandemque de eius pœnis plenè tractavi. In hoc tradendo pœnas de jure Cæſareo ſancitas primò recenſui; mox eaſdem præſcriptas à jure Canonico tùm veteri, tùm novo tractavi: tandem Statutarias Religionis meæ Conſtitutiones liberiori calamo expendi, & ſub forma dubitationis quæſtiones uſu frequentiores ad enodandas praxis difficultates pertractavi. Commodius, fateor, fuiſſet Opus, ſi pœnales cujuſque Religionis, & Vrbis ſanctiones tradidiſſem; ſed in immenſum creviſſet labor, cui impares meas vires agnoſco. Vnde ſatis erit Lectori exemplariter deducere in particularibus caſibus, quæ pro Ordine meo diſcuſſi. Vno tantùm te monitum volo, Amice Lector, in quo forte hærere poteris, ſi aliquando offendes quandam meam allegationem impreſſam Genevæ poſt Tractatum* Bartholomei Berſani *de Privilegijs Viduarum, in qua eruditus Auctor me inſcribit de Ameno Ripariæ Hortæ, cùm talis denominatio in diplomatis Imperialibus, ac Pontificijs non habeatur, ſed vocetur Riparia S. Iulij, nec ejuſdem metrocomia gaudere queat Horta, quæ & ipſa Ripariæ membrum (& quidem ex minoribus) eſt, paretque Inſulæ S. Iulij, in qua totius Ripariæ reſidet cum Gubernatore publica poteſtas. Scias ergò eam denominationem in ore vulgi tantùm verſari, qua uti non debuit Auctor laudatus, qui verborum proprietate, non vulgarium hominum idiotiſmo, ut doctum decet hominem & I.C. delectari debuerat. Hoc volui te monere, ne aliam, & aliam meam Patriam ſuſpiceris, dum ergo me de Ameno Riparia S. Iulij inſcribit; alius autem Ripariæ Hortæ, inconſideratè forſan & oſcitanter nuncupat. Vale.*

Ter Reverendum Patrem
Ludovicum Mariam Siniſtrarium
Inter Leucophaeatos Strictioris Obſervantiæ aſſeclas
Theorhetorem, Theogloſſum, & Theoſophum
Inter nomocanonum Profeſſores
Conſultiſſimum nomodidactem
Novum Anacriſis Volumen
Typis mandantem
Hoc Anagrammatiſmo
Obſequenter ſalutabat
Inter Pheroponos, *l'Infaticabile.*

Programma

LUDOVICUS MARIA SINISTRARIUS.

Onomatrophia

VIR CLARISSIMUS IURIS DAT NOVA

Diſtichon.

Cæſarei, IVRIS que ſacri CLARISSIMVS hic VIR,
Qui NOVA anhelanti DAT documenta foro.

Mediolani Idibus Decembribus
MDCXCVIII.

Fran-

Digitized by Google

Lazarus Auguſtinus Cotta I. C.
pro hiſce lucubrationibus
à ſuo PATRUO, & AVUNCVLO
editis.
Priuſquam, avide lector, hunc librum revolvas,
Authorem noſcito.
Quis eſt?
LVDOVICVS DE SINISTRARIIS.
Quid ſibi vult?
ISTE VIR CANDIDVS, SOL IVRIS.
Extende, precor, elogium, Calliope.
CANDIDVS ISTE VIR eſt, SOL IVRIS; gaudeat Orbis,
Sorde carere VIRVM, nube carere forum.

Idem
Admodum R. Patrem
Ludovicum Mariam de Ameno
Virum chalcenterum,
Literarum bono natum,
Legalia documenta illuſtrantem
Hoc Anagrammatiſmo venerabatur.
Programma
LVDOVICVS MARIA DE AMENO.
Trajectio
MUSA MEA, IN LUDO IURA DOCE.
Tetraſtichon
Poſt infinitos in Religione labores
Encyclopediæ perficiatur opus.
MVSA MEA, IN LVDO pœnæ, delicta ſuperſunt
Excutienda; moras excute, IVRA DOCE

---

Franciſcus Honuphrius Cotta I. C.
Lazari Auguſtini Cottæ I. C. fil.
Patruum magnum, & Avunculum
Harum lucubrationum authorem
Venerabundus ſalutat
Hoc Epigrammate
Iudice ſi merito librantur munera dextra,
Corripiet meliùs non niſi læna nefas.
Ergo SINISTRARI, ſi pœnam, & præmia tanquam,
Immotos mundi Iura dedere polos,
Cardineos inter poſtes numeraberis alter.
Hæc meritis ſolvit dextera dona tuis.

---

AD IVDICES CLAVSTRALES.
Petrus Martyr Cardolus Doctor Phyſicus.
Auctoris Pronepos.
PRoh dolor! invaſit fatale ut pectora crimen,
Queis ſcelus, & dolus eſt juſſus abeſſe malus:
Illico non vibret Zelus, pietaſque flagellum,
Ceu furor inſanus, ſive noverca ferox.
Vindice ab Excelſo diſcat cognoſcere cauſas,
Diſcat ab AMENO, quid ſibi iura velint.
Primævum ille patrem ſontem in jus namque vocavit,
Faſſum, defenſum perculit exilio.
Quomodo penſandum crimen, ſolvendaque pœna,
Cultores Themidis commonet iſte liber.
Pœna minùs gravis eſt, quàm ritus deſtinat. Ictus
Ergo ritus, quem ſentis, amœnus erit.

Digitized by Google

OPus, cui inſcribitur *Praxis Criminalis Illuſtrata Pars tertia. De Delictis, & Pœnis*, Authore Admodum Reverendo Patre Ludovico Maria de Siniſtrariis ab Ameno, Scientiarum omnium Viro, Reformatæ Provinciæ Mediolani Concionatore Generali, Lectore Emerito, Provinciæque Patre, juſſu Reverendiſſimi Patris Matthæi à Sancto Stephano totius Ordinis Sancti Franciſci Miniſtri Generalis, accuratè perlegi; in quo non ſolùm omnia fidei ortodoxæ, boniſque moribus conſona reperi, verùm Opus Judicibus Secularibus, & Regularibus utile, Seraphicæ verò Religionis Superioribus omninò neceſſarium cenſui; cùm ea, quæ apud cæteros ſparſim, confusè, ac dubiè habentur, ibidem eruditè collecta, clariſſimè explicata, atque in defectuoſis mirabiliter ſuppleta (ut tanti Viri mos eſt) paſſim conſpiciantur; quapropter digniſſimum cenſeo, ut ad omnium utilitatem, noſtræque Religionis decorem prælo mandetur.

*Dat. in Cœnobio Sacri Montis Varalli die* 10. *Menſis Novembris an.* 1698.

Frater Fabricius ab Ameno Reformatæ Provinciæ Mediolani Lector Emeritus.

SUdantia prela ad AMENI nominis gloriam, Ipſumque ubique gentium, totoque Orbe Seraphico venerabonda fama diffundens, profondiſſimi ingegnii augent felicitatem, dum inexplebilem ejus capacitatem præfaminantur: Jamdudùm Typographio Romano ejus volumina teſtante, id unum Mediolanenſi ad ſplendorem ſupererat, Cujus Epigraphe: *TRACTATVS DE DELISTIS, & POENIS* Practicæ Criminalis illuſtratæ Pars Tertia, qua, Reverendiſs. Patris Mattæi à Sancto Stephano Miniſtri Generalis Ordinis imperato, diligenti ponderata lectione, nec ad Fidei jacturam, & Morum, vel ſi quæ alia equitati incongrua apparere non intellexi; immò omnia tàm lucido explanata veſtigio, ut quantùmvis inexpertis Iudicibus Cacocriſiæ, & Cacodiciæ omnimoda auferatur occaſio: nec tàm AMENA ſcribendi felicitas Pœnis, & Delictis cenſeri debet inofficioſa, dum id unum neſcivit arbitrium Pœnas Delictis auctandi, vel Delicta Pœnis; ita ut, an ejus intelligentia, vel æquitas Reis, & Juſtitiæ amplificatam, & geminam providentiam derivaverit, haud fas ſit judicare, ex quo Typis neceſſarium, quantum inexperientia mea tenet, conſummatum hoc opus cenſeo.

*Dat. in Conventu Sanctæ Crucis Papiæ die* 26. *Novembris* 1698.

Ego Fr. Carolus à Mediol: ejuſdem Ord: ex Deffinit: & Sacræ Theologiæ Lector Emeritus.

FR. MATTHAEVS à Sancto Stephano Sacræ Theol. Lector Iubilatus, ac Totius Ordinis Minorum S. P. N. Franciſci Miniſter Generalis, & ſervus Dilecto Nobis plurimum in Chriſto Rever. Patri Fr. Ludovico ab Ameno noſtræ Reformatæ Provinciæ Mediolani Conc. Generali, Lectori Emerito, ac Patri omnem felicitatem.

ORdini Noſtro equalem decori utilitatem tuum Opus jàm impreſſum, ac promulgatum, Practica nempè Criminalis, afferendo in dies, debitum attentione non inferius ab ipſo exigit. Quapropter cùm præfato Operi complementum, à Te pariter compoſitum, cui titulus eſt: *TRACTATVS DE DELICTIS, ac POENIS*, nunc in lucem dari deſideres, illudque jàm à duobus Noſtris Religioſis in Sacra Teologia Lectoribus Emeritis ſit reviſum, & approbatum; Nos tuis laboribus glorioſis præmium a' Deo implorantes, tuamque virtutem guſtari cupientes, harum ſerie, ad ſalutaris obedientiæ meritum Tibi concedimus, quatenus tàm Mediolani, quàm ubicumque volueris, & opus fuerit, illud Typis mandare valeas; ſervatis tamen in reliquo ſervandis. Vale ad Tui, ac Religionis felicitatem, Noſtri ſemper apud Altiſſimum memor.

*Dat. Romæ ex Aracæli die* 6. *Ottobris* 1698.

Fr. Matthæus à S. Stephano Miniſter Generalis.

Reg. Tit. Prov.

*De mandato S. P. Reverendiſs.*

Fr. Petrus ab Urbino Secretarius Generalis.



Digitized by Google

## *Noi Reſſormatori dello Studio di Padoa.*

HAvendo veduto per la fede di reviſione, & approbatione del R. P. F. Raimondo Aſperto Inquiſitore nel libro intitolato *Tractatus de Delictis, & Pœnis illuſtratus ab A. R.P. Ludovico Maria d' Ameno*, non eſſervi coſa alcuna contro la Santa fede Cattolica, & parimente per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, & buoni coſtumi concedemo licenza à Gerolamo Albrizzi, che poſſi eſſere ſtampato oſſervando gl'ordini in materia di ſtampe, preſentando le ſolite copie alle publiche librarie di Venetia, & di Padova.

Dat. 21. Aprile 1700.

( *Alviſe da Moſto Proc. Refor.*

( *Ferigo Marcello Proc. Reform.*

(

*Agoſtino Gadaldini Segretario.*

Digitized by Google

# INDEX GENERALIS

## Titulus I. Proemialis pag. 1.


Parag. 1. TExtus pagina 3
parag. 2. De Deliċtis in genere. p. 7
parag. 3. Probationes deliċtorum. 15
parag. 4. Pœnę in genere. pag. 16


### TITVLVS II.

*De Deliċtis, & Pœnis inobedientium pag.* 22.


Parag. 1. Apoſtaſia. pag. 22
parag. 2. Inobedientia, Contumacia, Rebellio. pag. 48
parag. 3. Appellatio mala. pag. 63
parag. 4. Conſpiratio. pag. 70
parag. 5. Schiſma. pag. 76
parag. 6. Læſæ Majeſtatis crimen. pag. 82
parag. 7. Hæreſis. pag. 91


### TITULUS III.

*De Deliċtis contrà paupertatem pag.* 103.


Parag. 1. Proprietas. pag. 104
parag. 2. Pecuniæ contreċtatio. pag. 116
parag. 3. Redituum procuratio. pag. 128
parag. 4 Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum. pag. 132
parag. 5. Donatio. pag. 140
parag. 6. Furtum. pag. 143
parag. 7. Dilapidatio. pag. 156
parag. 8. Uſura. pag. 165


### TITULUS IV.

*De Deliċtis contrà caſtitatem pag.* 169.


Parag. 1. Conſortium ſuſpeċtum pag. 170
parag. 2. Sollecitatio ad turpia. pag. 188
parag. 3. Fornicatio. pag. 197
parag. 4. Adulterium. pag. 201
parag. 5. Stuprum. pag. 215
parag. 6. Inceſtus. pag. 219
parag. 7. Raptus. pag. 224
parag. 8. Clauſuræ violatio. pag. 231
parag. 9. Sacrilegiū cum Moniali. pag. 245
parag. 10. Mollities. pag. 250
parag. 11. Sodomia. pag. 254
parag. 12. Beſtialitas. pag. 269
parag. 13. Dæmonialitas. pag. 273


### TITULUS V.

*De Deliċtis verbalibus pag.* 278.


Parag. 1. Omiſſio Confeſſionis, Officii, & Orationis. pag. 279
parag. 2. Blaſphemia. pag. 285
parag. 3. Infamatio. pag. 297
parag. 4. Calumniatio. pag. 305
parag. 5. Libellus famoſus. pag. 309
parag. 6. Revellatio ſecretorum. pag. 321
parag. 7. Periurium. pag. 329
parag. 8. Subornatio. pag. 336
parag. 9. Suaſio mala Novitiis facta. pag. 346


### TITULUS VI.

*De Crimine falſi pag.* 352.


Parag. 1. Literarum falſificatio. pag. 356
parag. 2. Literarum aperitio. pag. 366
parag. 3. Falſificatio monetæ. pag. 374
parag. 4. Alchimiæ exercitium. pag. 382
parag. 5. Aſtrologiæ judiciariæ profeſſio. 386


### TITULUS VII.

*De Injuriis facti pag.* 391.


Parag. 1. Armorum delatio. pag. 392
parag. 2. Minæ. pag. 399
parag. 3. Provocatio, & percuſſio. 404. (leges pag. 400. ſed corrig. pag. 404
parag. 4. Duellum. pag. 417
parag. 5. Homicidium. pag. 426
parag. 6. Aſſaſſinium. pag. 446
parag. 7. Proditoriū homicidium. pag. 455
parag. 8. Paricidium. pag. 461
parag. 9. Veneficium. pag. 469
parag. 10. Abortus procuratio. pag. 478


T I.

Digitized by Google

## TITULUS VIII.

*De Crimine ſacrilegii pag. 491.*

Parag. 1. Abuſus in Baptiſmo. pag. 495
parag. 2. Abuſus in Euchariſtia. pag. 499
parag. 3. Abuſus in Ordine. pag. 501
parag. 4. Abuſus in Confeſſione. pag. 509
parag. 5. Abuſus in Matrimonio. pag. 517
parag. 6. Sortilegium. pag. 527
parag. 7. Simonia. pag. 536

## TITULUS IX.

*Miſcellaneus pag. 549.*

Parag. 1. Jejuniorum violatio. pag. 549
parag. 2. Itinerantium delicta. pag. 560
parag. 3. Hoſpitalitatis Læſio. pag. 565
parag. 4. Lenocinium. pag. 568
parag. 5. Incendii procuratio. pag. 573.
parag. 6. Latrocinium. pag. 580
parag. 7. Carcerum violatio. pag. 586
parag. 8. Artium prohibitarũ exercitiũ. 597
parag. 9. Reſidentiæ neglectus. pag. 605


*FINIS TITULORUM.*

***Decretum Capituli Generalis Ordinis Minorum celebrati Victoriæ in Cantabria anno 1694. circa uſum Practicæ Criminalis Illuſtratæ pro toto Ordine Regularis, & Strictioris Obſervantiæ in utraque Familia, prout habetur inter Statuta ejuſdem Capituli fol. 39. num. 73.***

RElata per graviſſimos Patres Ultramontanæ Familię doctrina, qualitate, atque utilitate novæ Practicæ Criminalis, typis datæ a R. P. Fr. Ludovico de Ameno Reformatæ Provinciæ S. Didaci Lectore Emerito, decernit Diffinitorium Generale, ut Prelati Ordinis, & Provinciarum illa in utraque Familia utantur; ideoque Officiales Curiæ ſufficientia illius exemplaria ad ſingulas Provincias, ab intereſſe habentibus in impreſſione, ex mitti curabunt.

Digitized by Google

# DE DELICTIS, ET PŒNIS.

## TITVLVS PROEMIALIS.

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſprudentia criminalis excellentior civili.*
*Probatur ab origine.*
2 *Angelus, ac homo aquali crimine rebellionis contrà Deum peccaverunt.*
*Iuſtitia Civilis incæpit poſt diviſionem bonorum inter homines.*
3 *Eſſentialia judicii criminalis, expreſſa à Deo in damnando Adamo.*
4 *Iuſtitiam criminalem ſibi reſervavit Deus; civilem dedit hominibus.*
5 *Probatur aliis mediis excellentia Iuriſprudentia criminalis ſuprà civilem.*
*Punitio ſontium neceſſaria in Republica.*
*Criminalis ſcientia màgis neceſſaria, utilior, & dignior.*
6 *In Religionibus tranſgreſſiones ſeminat Sathan.*
*Si punitionibus crimina non coerceantur, Religio relaxatur.*
7 *Pralatus connivens ad delicta ſubditorum peccat mortaliter.*
*Tenetur ex juſtitia ſubditos delinquentes corrigere.*
8 *Pralati Regulares tenentur ſcire doctrinam Canonicam, & Criminalem.*
*Arbitrium Iudicis regulandum à jure.*
*Regulas juris debet ſervare Iudex, cujus arbitrio aliquid eſt commiſſum.*
9 *Monitum ad Superiores Regulares.*
*Severitatem temperatam benignitate debent ſervare Superiores.*
*Æquitas quid ſit.*
*Parvis peccatis venia; magnis ſceleribus punitio debetur.*

I.

DE Delictis, eorumq; pœnis acturi, arduam ſanè provinciam ſuſcipimus, & quæ, ut pro dignitate tractetur, pluribus eſt difficultatibus involuta. Poſt Theologicas diſciplinas, per quas eruditur homo, quomodò ergà Deum ſe gerat, in illum credendo, amando, & ſperando; primum inter cæteras ſcientias occupat locum Juriſprudentia, cujus preceptis inſtruimur, quomodò ergà proximum actiones noſtras moderemur, facemque antefert populorum rectoribus, quomodò per adminiſtrationem juſtitiæ pacatam, tranquillamque Rempublicam cuſtodiant. Cum autem Juriſprudentia duas habeat partes, unam quidem, quæ rectum judicium in civilibus controverſiis ferre docet; aliam verò, quæ in criminalibus litibus abſolutionem, aut condemnationem proferre, ſecundùm juſtitiam, demonſtrat, hæc ſecunda priorem longè antecellit. Si enim originem ſpectemus, profectò delictorum coercitio multo intervallo bonorum diviſionem, circà quam verſatur civilis juſtitia, præcedit. Conditâ ſiquidem in temporis initio creaturâ rationali intellectuali, emerſit ſtatim perduellionis delictum in *Lucifero*, ac conteſtatâ contrà eum, ac ejus aſſeclas, lite criminali, confiſcatis omnibus ipſius bonis gratuitis, æterni ignis juſtiſſimo ſupplicio damnatus fuit.

2 Simile facinus ſtatim à creatione patravit homo, uxoriis nempè delinitus blanditiis, dum contrà Dei præceptum de fructu vetito guſtavit, *Luciferi* contrà factorem ſuum rebellionem eſt æmulatus. Sicqué duæ priores omnium creaturarum excellentiſſimæ eodem divinæ majeſtatis læſæ crimine deliquere; dum una Dei equalitatem, alia Dei ſimilitudinem in ſcientiâ eſt æmulata; æqualique vindictâ contrà eas animadvertit æterna juſtitia, dum utramque de paradiſo expulit, & ad æternæ mortis ſupplicium adiudicavit. Juſtitia autem Civilis, quæ docet unicuique tribuere, quod ſuum eſt, civileſque hominum diſcordias componere longè poſt hominem conditum fuit in mundo neceſſaria; terrarum enim, ac bonorum diviſionem, ad quam pacificè tuendam, tendit civilis juſtitia, poſt diluvium tantùm factam legimus in Scriptura, (1) antè enim ſicut *terra erat labii unius*, (2) ità una omnium hominum erat ipſius poſſeſſio.

3 Si pariter juſtitiæ criminalis exercitium, ac ſubſtantialia ſpectemus, hanc à *Deo optimo Maximo* exemplariter traditam habemus in ſacra pagina; dum enim legimus Deum vocaſſe ad ſe *Adam*, qui primus hominum fuit, non minùs reatu, quàm naturâ, dicens *Adam ubi es?* (3) dum ipſius nuditatis cauſam, quæ veſtigium delicti commiſſi, nempè eſus pomi, erat, examinavit, dicens *Quis indicavit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comediſti?* (4) dum ab eo confeſſionem delicti expreſſit, dum ait (5) *Mulier dedit mihi de ligno, & comedi*; dum contrà Reum pœnam laboris, ærumnarum, & mortis fulminavit, profectò eſſentialium ad judicia criminalia normam expreſſit, nempè conſtantiam corporis delicti, Rei citationem, eiuſdem confeſſionem, & tandem judicis ſententiam,

4 Puniendorum autem Reorum, ac vindictæ delictorum, nè dum contrà ſe, ſed etiam contrà homines, exercitium ſibi reſervavit Deus, dum ait *Mihi vindictam, & ego retribuam*, (6) ut proindè vocetur à Pſalmographo *Deus ultionum*, (7) dum ex alia parte *terram dedit filiis hominum*, (8) & de terrenis judicia civilia exercenda illis commiſit.

5 Si ulteriùs criminalis judicii in Republica fructus, & pondus libretur, profectò hujus præ civili neceſſitas, ac dignitas apparebit; experientiâ enim magiſtrâ diſcimus, quomodò à facinoroſis, perverſiſque hominibus turbetur, concutiaturque Reſpublica; & niſi criminalis juſtitia gladium vindictæ vibret in ſontes, innumera inundant mala, per quæ ſocialis vitæ commoda in ærumnas commutantur: undè dicebat Sapiens. (9) *Quia non profertur citò contrà malos ſententia, abſquè timore ullo filii hominum perpetrant mala*, & à Divo *Bernardo* (10) vocatur *Impunitas ſcelerum mater, radix impudentia, tranſgreſſionum nutrix*. Et viceverſa, ſi juſtitiæ punitricis rigor vigeat, pœnarum metu ſubſident, qui alioquin ad maleficia manus haberent expeditas. Nec tamen conceſſum quibuſ-



(1) *Gen. cap.* 10 ℣. 5. 25. (2) *Gen. cap.* 11. ℣. 1.
(3) *Gen. cap.* 3. ℣. 9. (4) *Gen. cap.* 3. ℣. 11. (5) *Gen. cap.* 3. ℣. 12.
(6) *Hebr. cap.* 10. ℣. 30. (7) *Pſal.* 93. ℣. 1. (8) *Pſal.* 113. ℣. 16.
(9) *Eccleſ. cap.* 8. ℣. 11. (10) *D. Bernard. apud Lancellot. Regul. jur. Pontific. lib. 2. Regul. Inferiorum culpæ.*

Digitized by Google

vis Judicibus, qui civilia tractant contrà corpus ſontium ſuppliciis animadvertere; ſed hoc ſupremis reſervatur Magiſtratibus; Nec item probationes, quæ in cauſis Civilibus admittuntur, in Criminalibus proſunt, cum in his agatur de vita hominis, quæ omnibus ejuſdem fortunis præſtat; quibus omnibus convincitur præſtantia Juriſprudentiæ Criminalis præ Civili, ut proindè concludat jure merito *Tiberius Decianus*, (11) quod *De Criminibus tractatio, cæteris omnibus partibus juris Civilis ſit magis neceſſaria, & utilior, & dignior, ut potè, quæ antiquior ſit omnibus, & eâ neglectâ, totam humanam ſocietatem nedùm perturbari, ſed & funditùs tolli neceſſe ſit.*

6 Quæ autem hucuſquè dicta ſunt, quadrant, non tantùm in ſæculari, ſed etiam in clauſtrali Republica; Nec enim, aut loci, aut profeſſionis ſanctitas impervia delictis unquàm conſpecta fuit; In Cœlis enim *Lucifer*, in horto *Eden Protoplaſta* peccavere; & in Collegio Apoſtolico non defuit, qui aut proditione, aut incredulitate, aut abnegatione Magiſtri delinqueret. Mirum proindè non eſt, ſi etiam in Religione ſcelera tentationibus ſuis invehat ille *Sathanas*, qui in cœleſti multos Angelos, in terreſtri Paradiſo omnes homines in ſanctitate creatos impulit ad ruinam. Neceſſaria proindè præ cæteris in Superiore clauſtrali eſt delictorum charitativa quidèm, accurata tamen delictorum coercitio; Nàm, ut dicebat *Beatus Cardinalis Petrus Damiani* (12) *Enervato rigore juſtitiæ, ſtatus evertitur diſciplinæ: & dum ultoria ſeveritatis cenſura reprimitur, temeraria delinquendi licentia relaxatur; Inordinata ſanè pietas nutrit impietatem, & timida manus Medici vulnus auget ægroti.*

7 Undè, ſi *Prælatus* ad delicta Subditorum connivet, & impunita relinquit, mortaliter peccat; (13) tum quià incorrectum relinquit, quem ex juſtitia corrigere tenetur; (14) tum quià Religionem, relaxatione inductâ in eam, labi ſinit ad ruinam; Ab hoc enim, juxtà *D. Bonaventuram* dignoſcitur relaxata Religio, ſi in ea malefactoribus ad emendationem flagella diſciplinæ non adhibeantur. Conquærebatur proindè *D. Bernardus*, (15) quod aliquotiès Religioſi ſontes, qui à Superioribus ſuis prò delictis ad pœnas Canonicas ſententiantur, ad *Romanam Curiam* accedant, & ab eâ, ut plurimùm, impuniti recedant, & quod plus eſt, incorrecti; & ſic *Ordinem Regularem* labefactent, & Eccleſiæ hoſtibus riſum moveant hoc modo *Eccleſiæ Prælati*. Eccè ejus verba. *Qui flagitioſi ex Monaſterio currunt ad vos* (ſcribit ad *Papam Innocentium Secundum*) *pulſati redeuntes jactant, & geſtiunt ſe obtinere tutores, quos magis rectores ſentire debuerant. Proh pudor? Quos cachinnos res iſta movet Eccleſiæ inimicis?*

8 Sequitur igitur, quod *Regulares Prælati*, præ cæteris, quæ ſcire tenentur ad rectum ſubditorum regimen, ſcientiam Canonicam, ac Regularem puniendorum criminum habere debent; tenentur enim pœnas à Legibus inflictas præciſè adhibere, ità ut, nec mitiores, nec ſeveriores Legibus ipſis eſſe videantur. Verum eſt, quod, cum non poſſint jure in univerſum, & ſingillatim malefactis pœnas ſancire, multa ſunt Judicis Regularis arbitrio commiſſa; non tamen tali caſu poteſt ille pro libito flagellis ultoribus uti, diſtat enim arbitrium à beneplacito, hoc ſiquidem voluntatem propriam habet pro lege, undè dicere poteſt illud *Satyrici*. (16) *Hoc volo, ſic jubeo: ſit pro ratione voluntas.* Arbitrium autem placitum eſt boni viri, illius nempè, qui regulatur à jure, (17) proindè, quandò in Lege, aut Statuto eſt aliquid commiſſum arbitrio boni viri, ille tenetur ſervare omnes regulas communis juris. (18) Undè concludendum eſt, quod neceſſaria ſit communis juris regularum notitia Superiori clauſtrali, ut in facti contingentiâ ſciat, quomodò in delinquentibus coercendis, proprium debeat arbitrium regulare. Ut autem circà hoc Superioribus labor minuatur in evolvendis *Canoniſtarum* placitis circà crimina, in hoc opere pœnas à ſacris *Canonibus* determinatas cuilibet delicto, de quo tractatur, appoſuimus. Inſupèr, ut labor noſter etiam Iudicibus Laicis proſit, pœnas juris *Cæſarei* recitamus, quo non ſolùm laici ſontes corripiuntur, ſed etiam in defectum diſpoſitionis *Canonicæ*, uti poteſt *Eccleſiaſticus Iudex*. Ubi vero utraque pagina, *Pontificia* nempè, ac *Imperatoria* religioni Judicis pœnarum committit arbitrium, frequenter facem præferimus, quo pacto, regulare debet Judex arbitrium in illo caſu, ut communium legum cohæreat diſpoſitioni.

9 Hoc uno monitum deſidero *Iudicem Regularem*, prò quo principaliter ſcribo, ut, in puniendis ſubditorum delictis, piiſsimum illum *Samaritanum* imitetur, qui curandis vulneribus ſauciati à latronibus adhibuit *oleum, & vinum*, (19) temperet nempè oleo miſericordiæ rigorem juſtitiæ; & pernicioſam aliquandò olei lenitatem, vini mordacitate, nempè zeli ardore norit acuere. Audiant Prælati univerſi *D. Auguſtini* verba *ad Marcellinum*, (20) eàquè tanquàm ſibi ſcripta, cuſtodiant. *Imple* (ait ille) *Chriſtiane Iudex pij Patris officium: ſic ſuccenſa iniquitati, ut conſulere humanitati memineris: nec peccatorum atrocitatibus exerceas ulciſcendi libidinem: ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.* Audiant tandem *Seraphici Minorum Ordinis Superiores*, cujus Statutaria jura Criminalia expendimus *Seraphicum Patrem* noſtrum loquentem. (21) *Cum miſericordiâ injungant pœnitentiam*; & rigorem juſtitiæ dulcore miſericordiæ temperantes, nec nimis rigidos, (nè rigor in crudelitatem degeneret) nec nimis lenes (nè indulgentia in incuriam abeat) ſe præbeant, ac ſe cuſtodire oſtendant æquitatem, quæ, ut ex *Cypriano* ait *Abbas*, (22) aliud non eſt, quàm rigor miſericors, aut miſericordia rigoroſa. Tandemquè, ut benè Religioni, ſibi commiſſæ, proſpiciant, monitum *Taciti* in *Vita Agricolæ*, amplexentur, *Omnia ſcire, non omnia proſequi: parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem accommodare: nec pœnâ ſemper, ſed ſæpius pœnitentiâ contentus eſſe.* (23)

(11) *Tiber. Decian. Tract. Crimin. lib. 2. cap. 1. num. 4. in fin.*
(12) *Petr. Damian. lib. 7. Epiſt. 11. ad Gotifr.* (13) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 67. art. 4. Aragon. quæſt. 62. art. 7. 10. 16. Peyrin. de Prælat. quæſt. 2. cap. 2. num. 139.*
(14) *Cap. Quis nos. cap. Si quos. cap. Si ea. 23. quæſt. 4.*
(15) *D. Bernard. Epiſt. 178. ad Innoc. Pap.*

(16) *Iuvenal. Satyr. 6. V. 223.* (17) *Rot. Deciſ. 326. num. 6. & Deciſ. 669. nu. 1. & Deciſ. 608. n. 1. apud Barboſ. Axiom. 32. nu. 2.*
(18) *Alex. Conſ. 33. nu. 3. lib. 1. Socin. iun. Conſ. 49. num. 16. lib. 2. Cravet. Menoch. apud Tuſc. lit. A. Concl. 470. num. 2.*
(19) *Luc. cap. 10. V. 34.* (20) *Auguſt. Epiſt. 159. ad Marcellin. & habetur cap. Circumcelliones. 23. quæſt. 5.*
(21) *Regul. Minor. cap. 7.* (22) *Abb. in cap. Magnæ num. 3. de Vot. & vot. redempt.* (23) *Cornel. Tacit. in Vit. Agric.*

§. I. In-

Digitized by Google

§. I.

INcœptum jàm diù opus proſequentes, ac aſſumpti Textus illuſtrationem continuantes, neceſſarium fuerat aggredi explicationem *Tituli ſexti*, quam, in *Parte primâ*, promiſimus, & ad particularem hanc tractationem rejecimus: ſed quià *Textus* ipſe, non ſatìs ordinatus eſt; quià materias affines, quas ſemel incœptas continuare debuiſset, diſperſit; & aliis diſparatis interſeruit, ideò neceſſarium fuit, diverſum à *Textu* ordinem inſtituere, & facilitatis gratiâ, ab illius ſerie divertere. Titulos igitur quodammodò genericos delictorum congeſſimus, ſub quibus delicta in ſpecie, aut formaliter, aut reductivè ad illos ſpectantia, ſimul, cum eorum pœnis, expendimus, & ſuis quibuſquè locis damus explicationem *Textus*, tangentis delictum, & pœnas, de quibus, ex profeſsò in ſingulis paragraphis, tractamus. Ut igitur ſciat Lector, quo loco habeatur deſiderata explicatio, damus affixum cuilibet paragrapho locum, in quo iſte, more ſervato hucuſquè, illuſtratur.

# T E X T V S

## *TITVLVS SEXTVS*

## *Applicatio ſingularum pœnarum ſingulis delictis.*

§. 1.

*QVi, ſtatutis jejuniorum diebus, abſque neceſſitate, Superiori probatâ, non jejunaverit, præceptum, non ſolùm in qualitate, vel etiam in quantitate ciborum tranſgrediendo, ſuffragiorum jure privandus eſt, Provincialis arbitratu; à quo etiam graviùs arceri debet, pròut violationis ratio ſuaſerit.* Videatur *Tit. Miſcellaneus* §. Jejunii violatio. Tit. 9. Miſcellan. §. 1.

§. 2.

*Qui Officio Divino non interfuerit, à Guardiano ſecundùm conſuetudinem Religionis, puniri debet. Qui autem illud aliquoties non recitaſſe, convictus fuerit, omni ſuffragiorum jure triennio, carere debet, & graviùs etiam puniri, Provincialis arbitratu.* Videatur *Tit. 5. de Delict. verbal* §. 1. *Omiſſio Confeſſionis. nu. 17. & 33.*

§. 3.

*Qui Sacra Scripturæ verba, vel ſenſum, in prophanos uſus detorſerit, eiſque in familiaribus colloquiis abuſus fuerit, voce activa, & paſſiva, triennio, privandus erit, & menſtruo Carceri mancipandus.* Videatur. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia nu.* 50. 67. *& ſeqq.*

§. 4.

*Qui ſinè causâ Confeſſionem Sacramentalem facere, & Sacram Euchariſtiam ſumere, vel Miſſam celebrare, juxtà probatam Ordinis conſuetudinem notabiliter neglexerit, pane, & aqua, in publico refectionis loco jejunare debet, Provincialis arbitratu, vel etiam graviùs, prò indevotionis modo, puniri.* Videatur. *Tit. 5.* §. 1. *Omiſſio Confeſſionis. num.* 16. 28. *& ſeqq.*

§. 5.

*Qui Inventi fuerint notabiliter otioſi, ſuffragiorum jure priventur; & gravioribus pœnis, etiam corporalibus arcendi ſunt, Provincialium, & Superiorum localium abitratu, prò negligentia modo, & contumaciæ ratione.* Videatur. Tit. 5. §. 1. *Omiſſio Confeſſionis, &c. nu.* 15. 20. *& ſeqq.*

§. 6.

*Obſcœna verba coràm aliis, vel cum ſcandalo proferens, ſi graviter monitus, ſe non correxerit, in eum animadvertatur, prò qualitate delicti, etiam cum pœnâ Carceris, aut graviori Superiorum arbitratu, quouſque reſipiſcat, ut cæteri timorem habeant.* Videatur. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. nu.* 51. 70. *& ſeqq.*

§. 7.

*Qui ſinè habitu, caputio, chordâ, & femoralibus, extrà infirmitatis articulum dormire deprehenſus fuerit, humi, ſinè caputio genuflexus in pane, & aqua jejunet, & recidivus graviùs puniendus eſt, Provincialis arbitratu.* Videatur. *Tit. 2. Apoſtaſia. nu.* 175. *& ſeqq.*

§. 8.

*Scienter aliquem infamans, Sacramentaliter abſolvi non poteſt, niſi à Provinciali, & convictus in judicio ſubire debet pœnam criminis, de quo alterum infamavit; nec niſi priùs reſtitutâ famâ.* Videatur. *Tit. 5. §. 3. Infamatio. num.* 19. 22. *& ſeqq.*

§. 9.

*Qui in Prælatum improperii, & convitii verba protulerit, genuflexus in publico debet pane, & aqua jejunare, & omni ſuffragiorum jure carere biennio. Provocans autem aliquem factis, aut verbis, prò primâ vice probationis caputium deferre; prò ſecundâ bimeſtri Carceri mancipari, ac activâ, & paſſivâ voce decennio privari debet.* Videatur. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. nu.* 52. 74. *& ſeqq. & Tit. 7.* §. 3. *Provocatio. nu.* 8. 13. *& ſeqq.*

§. 10.

*Qui Frater alteri, vel in Ordine, vel extrà, minabitur in perſona, per menſem, caputium probationis deferat. Si manum levaverit, vel aliquid acceperit, ut percutiat, per tres menſes. Si leviter percuſſerit, per annum. Si graviter percuſſerit, vel quodlibet inſtrumentum, ad graviter percutiendum, arripuerit, ſemeſtri Carceri mancipandus venit: quâ pœnâ puniendus erit, qui arma offenſiva portaverit, vel in Cella, vel alibi retinuerit.* Videatur. *Tit. 7. §. 2. Minæ. n.* 17. *& ſeqq. &* §. 3. *Provocatio. nu.* 9. 40. *& ſeqq. & Tit. 7.* §. 1. *Armorum delatio. nu.* 14. *& ſeqq.*

§. 11.

*Qui in judicio, quidquam falsò, ſcienterque depoſuerit, vel deponi fecerit; Aut verum revocaverit, vel revocari procuraverit, ipſo facto, eſt Excommunicatus; Cujus abſolutio Provinciali eſt reſervata; ſemeſtri, Carceri mancipandus; ſatisfaciat parti, & perpetuò infamis exiſtat.* Videatur. *Tit.* 5. §. 7. *Perjurium. nu.* 38. *& ſeqq.*

§. 12.

*Contumax, (ideſt, qui trinâ monitione, eodem die, congruis intervallis præmiſsâ, inobediens perſeverat: vel, qui ità pertinaciter obedire recuſat, ut de Diſcretorum conſilio*



Digitized by Google

*Carceribus mancipari mereretur) eſt Carcerationis pœna puniendus, & conſequenter actibus legitimis privandus.* Videatur. *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia, &c. nu.* 40. 96. *& ſeqq.*

§. 13.

*Proprietariorum pœna eſt Carceratio, actuum legitimorum privatio, nec non Eccleſiaſtica ſepultura, ſi quis proprietarius moriatur; cum pœnarum augmento, ubi culpa replicata fuerit.* Videatur. *Tit.* 3. §. 1. *Proprietas. numer.* 35.

§. 14.

*Revelans extrà Ordinem Religionis ſecreta, quibus fama, & candor ipſius Ordinis maculatur, incidit in Excommunicationem maiorem Generali, vel Provinciali reſervatam, & perpetuò eſt privandus actibus legitimis.* Videatur. *Tit.* 5. §. 6. *nu.* 44. *&* 49. *& ſeqq.*

§. 15.

*Qui libellos famoſos quomodolibet ediderit, vel publicaverit, ipſo facto, Excommunicationis ſententiam incurrit; à quâ ſi in Generalis, vel Provincialis infamiam cedunt, niſi à Generali abſolvi non poteſt; vel à Provinciali ſi in aliorum infamiam vergant debitâ ſatisfactione præmiſſâ; & convictus ſemeſtri Carcere maceretur, vel ampliùs, Superiorum arbitratu.* Videatur. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus famoſus. nu.* 53. 56. *& ſeqq.*

§. 16.

*Libros imprimi faciens, vel publicans, ſinè licentia Ordinarij, & Generalis ſcripta facultate eſt, eo ipſo, privatus actibus legitimis.* Videatur. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus famoſus. nu.* 54. 73. *& ſeqq.*

§. 17.

*In ſuſpecto conſortio deprehenſus, ſi monitus ſe non correxerit, Superior ab Officio ſuſpenditur, vel privatur: Subditus actibus legitimis, triennio, careat; vel gravioribus pœnis uterque mulctetur, Superiorum arbitratu, nimirùm actuum legitimorum privatione; probationis delatione; arctationis recluſione; exilio ab illo Conventu, prò clariori, vel obſcuriori ſuſpicionis indicio, ſecundùm Ordinis ſanctiones.* Videatur. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium ſuſpectum. numer.* 44. 46. *& ſeqq.*

§. 18.

*Qui convictus fuerit ſuſpectam domum intraſſe, actumve carnalem ſollicitaſſe, mox ab eo loco perpetuò exulare debet, & bimeſtri Carceri, mancipari; negans graviter arctandus.* Videatur. §. 1. *Conſortium ſuſpectum. nu.* 45. 87. *& ſeqq.*

§. 19.

*Furtum committens ſuffragiorum jure, biennio, eſt privandus. Proprietariorum pœnam luere tenetur, & ſi furtum fuerit notabile, aut iteratum, vel ex ſacro loco, aut ſæcularium domibus, aut bonis, creſcente ſceleris turpitudine, creſcere etiam debet ſeveritatis diſtrictio, Superiorum arbitrio.* Videatur. *Tit.* 3. §. 6. *Furtum. nu.* 53. *& ſeqq.*

§. 20.

*Generalium, Provincialium, aut ſæcularium Principum, & notabilium perſonarum literas, ſivè ab ipſis, ſivè ad ipſos miſſas intercipientes, aperientes, impedientes, aut malitiosè retardantes ipſo facto actibus legitimis deſtituendi ſunt: & huius pœna incapaces probationis caputium deferant, Generalium, vel Provincialium arbitratu, quibus reſpectivè condonatio reſervatur.* Videatur. *Tit.* 6. §. 2. *Literarum aperitio. nu.* 40. *& ſeqq.*

§. 21.

*Qui Provinciali, Guardiano, aut Vicario rebellaverit, omnium ſuffragiorum jure, triennio, carere debet.* Videatur. *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia &c. nu.* 41.

§. 22.

*Apoſtatarum pœna eſt Excommunicatio lata ſententia; Carceratio, & juris ſuffragiorum privatio juxta Apoſtaſia maioris, vel minoris exceſſum, prout in Statutis Ordinis ampliùs continetur.* Videatur. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. num.* 55. *& ſeqq.*

§. 23.

*Impudenter obloquentes de Eminentiſſimis Protectore, & S. R. E. Cardinalibus, deque Reverendiſſimis Eccleſiarum Prælatis cum ſcandalo, Carceribus ſunt mancipandi; vel graviùs etiam prò oblocutionis exceſſu puniendi, Superioris arbitratu.* Videatur. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 48. *& ſeqq.*

§. 24.

*Recipientes, vel ad profeſſionem Novitios admittentes, Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinis Statutis non ſervatis, Officio ſtatim privandi, & omnium ſuffragiorum jure perpetuò deſtituendi ſunt.* Videatur. *Tit.* 5. §. 9. *Suaſio mala. nu.* 31.

§. 25.

*A Novitijs aliquid, vel minimum recipientes, vel eis ad ſibi, vel alijs aliquid relinquendum ſuadentes, præter pœnas in Sacro Tridentino Concilio decretas, Superiores privari debent Officio; alij ut proprietarij publicari.* Videatur. *Tit.* 3. §. 1. *Proprietas. nu.* 36. *& Tit.* 8. §. *Simonia.*

§. 26.

*Camiſciarum, & lineorum indumentorum, linteaminum, & anaclynteriorum uſus, ſinè neceſſitate, vetitus eſt, ſub privatione juris ſuffragiorum per triennium, etiam carceris per duos menſes, & ampliùs, ſi monitus ſe non correxerit.* Videatur. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 180. *& ſeqq.*

§. 27.

*Qui ſuper habitum Regularem, vel (eo dimiſſo) ſæculares, vel alias quaſcumque veſtes induerit, ad recitandas comœdias, vel alias tales larvatas repræſentationes, quacunque ex causâ, vel occaſione, & quocunque in loco, eſt eo ipſo ſuſpenſus, & graviùs Carcere, privatione Officij, vel ſuffragiorum jure à Superioribus puniendus.* Videatur. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 171. *& ſeqq.*

§. 28.

*Equitantes, bigantes, quadrigantes ſinè licentia, & neceſſitate bimeſtri Carcere macerari mereretur, & ſi in hoc defectuoſi fuerint, omnium ſuffragiorum jure ſexennio carere.* Videatur. *Tit. Miſcell.* §. *Itinerantium &c.*

§. 29.

*Notabiliter orationi deficientes Guardiani Officio privandi; Subditi ſuffragiorum jure triennio mulctandi, ac etiam carcerandi, Superiorum arbitratu.* Videatur. Tit. 5. §. 1. *Omiſſio &c. nu.* 18. 36. *&* 37.

§. 30.

*Qui negotia Principum acceptaverit, egerit, procuraverit ſinè licentia Superioris, privari debet Officijs Ordinis.* Videatur. *Tit. Miſcellan.* §. *Artium prohibitorum &c. num.* 34. 45. *& ſeqq.*

§. 31.

*Superiores, qui charitatem circa hoſpites, & infirmos neglexerint, Officio deſtituantur: Officiales ad id deſtinati ſuffragiorum jure carere triennio debent.* Videatur. *Tit. Miſcellan.* §. *Hoſpitalitas læſa.*

§. 32.

*Qui Confeſſiones ſinè licentiâ auſcultaverit, vel à reſervatis abſolverit, eſt, ipſo facto, Excommunicatus, & ad excipiendas Confeſſiones perpetuò inhabilis; carcerandus, & graviùs puniendus, ſi in hoc crimine vitioſus repertus fuerit.* Videatur. *Tit.* 8. §. *Delicta in Sacram. Confeſſ.*

§. 33.

Digitized by Google

§. 33.

Qui in morbum Gallicum ex delicto inciderit, declarandus eſt perpetuò inhabilis ad omnia Officia, & ſuffragia Ordinis; ac etiam ad audiendas Confeſſiones. Videatur. Tit. 4. §. 1. Conſortium ſuſpectum. nu. 97. & ſeqq.

§. 34.

Provincialis concedens dimiſſoriales literas ordinandis Fratribus, non ſervatis Sacris Canonibus, & Ordinis ſanctionibus, ſuſpendendus, vel etiam privandus venit Officio, Superiorum arbitrio. Videatur. Tit. 8. §. 3. Abuſus in Ordine. num. 37.

§. 35.

Provinciales, & Guardiani in ſuis Provincijs, & Conventibus notabiliter, & ſinè legitimâ causâ, non reſidentes, præter culpæ reatum, & pœnas Canonicas, quas incurrunt, Officio ſuſpendi, vel etiam privari debent Superiorum judicio. Videatur. Tit. Miſcell. §. 10. Reſidentia neglectus.

§. 36.

Convictus, & confeſſus in fornicationem lapſum fuiſſe, prò prima vice ſemeſtri Carceri mancipetur, & omnium ſuffragiorum jure triennio, carere debet. Secunda vice, carcer duplicandus, & omnibus Ordinis Officijs decennio privandus eſt. Tertia vice, carcer longiùs protrahi, & perpetuò ad Officia Ordinis inhabilis exiſtere; vel etiam ad triremes mitti debet, Superiorum arbitratu. Videatur. Tit. 4. §. 3. Fornicatio. & §. 4. Adulterium. nu. 43. & ſeqq.

§. 37.

Sacrilegium committens, vel ad triremes mittendus, vel in perpetuum carcerem detrudendus. Videatur. Tit. 4. §. 9. Sacrilegium cum Moniali. nu. 21. & ſeqq.

§. 38.

Qui de innominabili ſcelere confeſſus, vel convictus fuerit, nudus cum ſolis femoralibus in cœtu Fratrum, ligatis manibus, ac recitans Pſalmum Miſerere mei Deus &c. duriſſimè flagellari, ac leviuſculis flammis hinc indè circumpoſitis quodammodò comburi, & ad perpetuos carceres irrevocabiliter damnari debet; ubi in pane, & aqua, tribus ſaltem in hebdomada diebus, ieiunet. Si autem in idem ſcelus relapſus fuerit ad triremes perpetuò deſtinari. Videatur. Tit. 4. §. 11. Sodomia num. 75. & ſeqq.

§. 39.

Qui gladio, baculo, vel pugillo Fratrem, aut Sæcularem percuſſerit in carceris unius anni pœnam incidit: omnium ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò privari, ac per menſem ter in qualibet hebdomada coràm Fratribus capitulariter congregatis, genuflexus comedere, ipſiſque inſtrumentis, quibus ferire, vel percutere auſus eſt, ei de collo pendentibus, debet. Videatur. Tit. 7. §. 3. Provocatio. & Percuſſio. num. 10. 36. & ſeqq.

§. 40.

Quod, ſi mors ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio, ad triremes omninò condemnandus eſt. Videatur. Tit. 7. §. 5. Homicidium.

§. 41.

Qui aliquem enormiter vulnerauerit, vel ei venenum dederit per ſe, vel per alium, hæc, vel ſimilia delicta machinans eiſdem pœnis ſubiacere tenetur. Videatur. Tit. 7. §. 5. Homicidium. & §. 7. Veneficium.

§. 42.

Prælatum localem gladio occidens ad triremes perpetuò condemnari; vulnerans, non ſecuta morte, ad eoſdem mitti, Superiorum arbitrio debet. Videatur. Tit. 7. §. 5. Homicidium.

§. 43.

Provincialem, vel leviter percutiens ad triremes, Generalis arbitratu mitti: ſi id gladio molitus fuerit, ſiuè ſecutâ, ſiuè non ſecutâ morte, ad eoſdem triremes perpetuò damnari debet. Videatur. Tit. 7. §. 3. Provocatio. nu. 11. 78. & ſeqq.

§. 44.

Generalem quoquomodo, vel leuiſſimè, percutere auſus, ad triremes perpetuò, & omninò damnandus eſt. Videatur. Tit. 7. §. 3. Prouocatio. nu. 12. 78. & ſeqq.

§. 45.

Falſificantes per ſe, vel per alium literas, aut ſigilla Prælatorum, Principum, Generalium, Provincialium, aut notabilium Perſonarum, ſunt, ipſo facto, excommunicati, carceri mancipandi, Generalis arbitrio; atque ad omnia Officia, & Dignitates Ordinis perpetuò inhabilitandi. Videatur. Tit. 6. §. 1. Literarum Falſificatio.

§. 46.

Introducentes mulieres intrà clauſtra ad malum finem, in pœnas à Pio V. ſancitas incidunt, & carceribus conuenit mancipari, Superiorum arbitratu; quas pœnas incurrunt, qui eaſdem in hoſpitia Confeſſariorum Monialium, quouis colore, introducunt. Videatur. Tit. 4. §. Clauſura violatio. nu. 58.

§. 47.

Conſpirantes aduersùs Fratrem aliquem, & maximè Superiorem omnibus Ordinis Officiis priuati ſint, Superiorum arbitrio. Videatur. Tit. 2. §. 4. Conſpiratio. num. 12. 27. & ſeqq.

§. 48.

Ordinis diuiſionem tentans eſt, ipſo facto, excommunicatus, & carceri eſt mancipandus, Generalis arbitrio, cui & abſolutio reſeruatur. Videatur. Tit. 2. §. 5. Schiſma. nu. 17. & ſeqq.

§. 49.

Ad Sæcularium Aduocatos, Procuratores, Iudices, ac Tribunalia quæcunque, prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ, ſiuè prò conſilio, ſiuè prò fauore recurrens, actibus legitimis priuandus eſt, & grauiùs etiam puniendus, Superioris arbitratu. Si verò ad locorum Ordinarios recurſum habuerit, etiam à Superioribus puniendus. Appellantes autem ad eadem Tribunalia ſunt excommunicati, & à ſolo Summo Pontifice abſoluendi, atqui perpetuò priuari debent iure ſuffragiorum, omnibus Ordinis Officiis, & in perpetuum ad illa inhabilitari. Videatur. Tit. 2. §. 3. Appellatio mala. nu. 16.

§. 50.

Confeſſionis Sacramentalis reuelatio puniri debet priuatione perpetua actuum legitimorum, & facultatis audiendi Confeſſiones, ac carceratione, vel arctatione Prouincialis arbitrio. Videatur. Tit. 5. §. 6. nu. 47. 57. & ſeqq.

§. 51.

Qui in grauiſſimam Apoſtaſiam primò inciderit, trimeſtri, Carceri mancipari, triennio integro, probationis capu-
tium

Digitized by Google

*tium deferre; quò tempore in Communitate Fratrum ſingulis ſextis feriis, & diſciplinam facere, & pane, & aqua ſine caputio genuflexus jejunare; ſuffragiorum jure decennio carere, in ſuo ordine ultimum locum tenere; utenſilia lavare; & è Conventu, (niſi publicæ utilitatis causâ) nunquam egredi, debet. Relapſo in eamdem, ſupradictæ pœnæ duplicantur. Tertiò reiterans, tanquàm incorrigibilis, expellitur ab ordine ſervatâ formâ nuperrimi Decreti de Eiectis, & Apoſtatis; vel ad triremes decennio, condemnetur: qui, ſi ſupervixerit, ſi fuerit in Sacris conſtitutus, omnium Sacrorum Ordinum executione perpetuò eſt ſuſpenſus.* Videatur. *Tit.2.§.1. Apoſtaſia.nu.55. & ſeqq.*

§. 52.

*Qui Generali, vel Commiſſario ab eo miſſo ad viſitandam Provinciam rebellaverit Excommunicationis, Sanctiſſimo reſervata, pœnam ſtatim incurrit; Ac privationem ſuffragiorum, Officiorum Ordinis, & perpetuam inhabilitatem ad illa.* Videatur. *Tit.2.§.2. Inobedientia &c. num. 42. 106. & ſeqq.*

§. 53.

*Subornatores ſunt* Excommunicatione *Papali, ipſo facto, ligati, actibuſque legitimis privati.* Videatur. *Tit.5.§.8. Subornatio. nu.39.42. & ſeqq.*

§. 54.

*Alchimiæ ſtudentes, vacantes, eam voce, vel ſcripto docentes; Inſtrumenta, libros, qui ad illam pertinent, Retinentes ſunt, ipſo facto, excommunicati, atque omnium ſuffragiorum jure perpetuò privati, & Carceribus, vel arctatione, Provincialis arbitrio, macerari debent.* Videatur. *Tit. 6. §.4. Alchimiæ exercitium. nu.14. & ſeqq.*

§. 55.

*Monetarum adulteratores, quoquomodò id faciant, ad perpetuos triremes condemnentur. In Italia verò, obſervetur Conſtitutio Apoſtolica.* Videatur. *Tit.6. §. Falſificatio monetæ. nu.31.*

§. 56.

*De Summo Pontifice Maximo Chriſti in terris Vicario, deque illius dignitate, ac Decretis, & Conſtitutionibus, qui impudenter, vel minùs, quàm decet, reverenter obloqui auſus fuerit, trimeſtri, Carceris pœnâ, vel graviori etiam puniendus eſt, juxtà delicti menſuram.* Videatur. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. num. 47. 53. & ſeqq.*

§. 57.

*Promoti per ſaltum, vel ſinè litteris dimiſſorialibus, vel furtivè, quique in non ſuſceptis Ordinibus, miniſtraverint, juxtà pœnas Canonicas puniantur.* Videatur. *Tit. 8. §.3. Abuſus in Ordine. nu.37.*

§. 58.

*Ingredientes ſinè causâ legitimâ Clauſuram Monialium, ſunt eo ipſo Excommunicati, aliiſque Canonicis pœnis plectendi; Privandi inſuper Officiis, & Dignitatibus, & inhabilitandi in perpetuum, unà cum Monialibus conſentientibus.* Videatur. *Tit. 4. §. Clauſura violatio. num.81.*

§. 59.

*Simoniaci, qui dona dederint, aut promiſerint, per ſe, vel per alios, ut gradus, Dignitates, Officia, vel in ſui favorem ſententiam conſequantur, Canonicarum pœnarum animadverſione feriantur: atquè in Conſtitutionem de largitione munerum incidiſſe, declarandi veniunt.* Videatur. *Tit.8. §. Simonia. nu.49.*

§. 60.

*Has pœnas enumeraſſe ſufficiat: alias videre poterit Iudex in Statutis Generalibus Ordinis, vel ex Sacris Canonibus, & probatis Legibus, prout ratio ſuaſerit.*

## COMMENTARIUS.

### SUMMARIUM.

1 *Leges Civiles ſervandæ, ubi Canonicæ deficiunt.*
*Et ubi Leges Canonicæ non ſunt contrariæ Civilibus.*
*Et quandò non ſunt contrariæ Eccleſiis, ac perſonis Eccleſiaſticis.*
*Attendenda ſunt Statuta generalia magìs, quàm Textus.*
2 *Inſtantia contrà ultimam concluſionem.*
*Poſteriora derogant prioribus.*
3 *In ordinatoriis attendendus eſt Textus, in Deciſoriis Statuta Ordinis.*
4 *Confirmatur idem.*
*Pœna ſancita debetur, quandò circumſtantia non aggravat, aut minuit delictum.*

1 PRofitetur hìc *Textus*, non omnes, neque omnium delictorum pœnas Recenſuiſſe, cum Judices ablegetad *Generalia Ordinis Statuta, ad Sacros Canones, & probatas Leges*, nempè Civiles, quæ etiam ipſæ ſervari debent in caſibus, ſuper quibus Lex Canonica nihil diſpoſuit, & in quibus, hæc illis non refragatur, ut textualiter habetur in jure, (1) ſivè quandò non ſunt damnoſæ Eccleſiis, ſivè Eccleſiaſticis perſonis, ut fusè probat *Abbas*. (2) Sequitur proindè, quod Judices noſtri in ferendis ſententiis debent recurrere ad Generalia Statuta primò, mox ad communia jura, in eorum defectum. Pariter debent attendere ad diſpoſitiones Statutorum Generalium potiùs, quàm ad ea, quæ circà pœnarum applicationem, in hoc Titulo habet *Textus*; Et ratio eſt, quià *Textus*, in hoc Titulo decurtatè, & aliquoties confusè recitat pœnas delictorum, quas Religio ſanxit, & in Statutis dilucidè recenſet, (ut in progreſſu huius Operis paſſim videbitur) undè hic Titulus eſt potiùs quidam indiculus Statutorum, in ordine ad pœnas, quàm pragmatica Religionis ſanctio, quò ad criminum pœnas. Hinc noſtræ curæ fuit, in iis recenſendis, inhærere potiùs textui Statutorum Ordinis Generalium, (quæ vitiata non ſunt) illuſtrando, quàm inſiſtere verbis

(1) *Text. in cap. 1. iunct. gloſſ. 112. V. Adiuvantur. de Nov. oper. nuncia. cap. Lege. 10. Diſt. cap. Hiſtoria. 54. Diſt. cap. Si in adiutorium. 33. quæſt. 2.*
(2) *Abb. in cap. Non minus. nu. 20. de Immun. Eccleſ.*

Digitized by Google

verbis huius *Textus*, in quo Compilator, aut potiùs amanuenſes frequenter decepti ſunt, non ſatis fideliter recenſendo, quæ circà pœnas in Statutis diſpoſita fuerunt.

2 Nec dicendum contrà hæc, nos alibì (3) docuiſſe *Textum* hunc noſtrum eſſe partem Statutorum Generalium Ordinis in re Criminali, ut proindè inferri poſſit; quod potiùs à Judice noſtro in ſententia ferendâ arbitrium regulandum ſit juxtà diſpoſitionem huius *Textus*, quàm juxtà Statuta; Cum hæc ſit antiquiora illo, & poſteriora derogent prioribus. (4)

3 Reſpondetur enim *Textum* præcipuè verſari circà methodum formandi proceſſus, non autem circà pœnas taxandas prò delictis: ſiquidem circà hoc Statuta Ordinis ſatis providerant, nec ulteriori directione Judices noſtri, indigebant. Neceſſe autem fuit univerſalem pro toto Ordine regulam procedendi in cauſis Criminalibus præſcribere, cum antè *Textus* huius ſanctionem Judices noſtri aut pro libito telas judiciales texerent; aut non rarò ex inexperientiâ in Re Canonicâ in graves errores, ac nullitates procedendo impingerent: Oportuit proindè regulam fixam, ſtabilem, communemque ſtatuere, juxtà quam omnes, & ſinguli Judices acta ſua dirigerent, nè, aut diverſitas, aut error in cauſis agitandis irreperet. Undè concludendum eſt, in ordinatoriis, iis nempè, quæ ſpectant ad methodum formandi Proceſſus, adamuſſim, omninòque ſervandum eſſe *Textum*: In deciſoriis verò, puta in moderandis pœnis, ac ferendi ſententias diffinitivas, attendendam eſſe diſpoſitionem Statutorum, & Titulum hunc, in quo agitur de *Applicatione pœnarum ſingulis delictis* eſſe potiùs Indicem locorum, in quibus Statuta pœnas ſanciunt, quàm normam illas determinantem; & ideò Statuta ipſa, non verò eorum Indicem eſſe attendendum.

### §. 61.

*Et licèt pœnas has per Statuta Generalia impoſitas Iudex commutare, & alterare, ſeù moderari Regulariter non poſſit; tamen, ut in aliquo caſu, mutatis circumſtantiis, & qualitatibus delictorum, cum conſilio Patrum, qui ad ferendam ſententiam concurrunt, poterit vel augere, vel minuere lenitatem, vel rigorem pœnarum, prout exceſſus, vel defectus criminis, ſivè ſcandalum, aut peccandi fragilitas, & conſuetudo ſuaſerint. Item locus, perſona, modus, & alia huiuſmodi. Nullum tamen ei relinquitur arbitrium circà moderationem pœnarum, ubi delicta, prout recenſita ſunt, committi contigerit.*

### COMMENTARIUS.

4 In hoc Textu confirmatur id, quod ſuperiùs adnotavimus; Nempè in ferendis ſententialiter pœnis attendendum eſſe tenorem Statutorum, non autem verba *Textus* huius Tituli, dum ait *pœnas has per Statuta Generalia impoſitas*, innuendo qualitatem pœnarum, dimetiendam eſſe à diſpoſitione Statutorum, per quæ impoſitæ ſunt, non verò *Textus* iſtius, qui conditus non fuit prò pœnis ſtatuendis, ſed prò actis proceſſualibus dirigendis. In reliquis *Textus* clarus eſt, dum ait pœnas Statutarias ad unguem eſſe iniungendas, quandò delictum perfectum in ſuo genere commiſſum eſt, nec circumſtantia ulla adeſt, per quam illud aggravetur, aut allevietur: quod tamen rariſſimè accidit, ità, ut quaſi moraliter impoſſibilis cenſeatur caſus, in quo arbitrium non habeat Judex augendi, aut minuendi pœnas ratione qualitatum, quibus circumſtantionatur delictum. Quæ nam verò ſint, per quæ crimen graviùs, aut leviùs redditur, dicemus paragrapho ſequenti in genere; & de iiſdem in ſpecie agemus, dum de unoquoquè delicto ſingillatim loquemur.

(3) *Par. 1. Titul. Proemial. Quæſt. 1. numer. 8.*
(4) *L. Sed & poſteriores. ff. de Legi. l. Cum in plures. §. Locator (horrei. ff. loca. l. Pacta noviſſima. C. de Pact. Alex. Conſ. 122. lib. 4. Barboſ. Axiom. 183.*

## §. II.

# De Delictis in genere.

### SUMMARIUM.

1 *Iniquitas operatrix culpa.*
*Iniquitatis proles quot.*
2 *Maleficium conſiſtit in committendo.*
3 *Exceſſus quid ſit.*
*Peccatum eſt excedere licitum.*
4 *Facinus ſimpliciter prolatum accipitur in malam partem.*
*Significat malè factum atrox.*
*Importat delictum, quo quis alteri nocet.*
5 *Scelus ſignificat quodvis improbè factum.*
6 *Flagitium ſignificat delictum inſigni gravitate qualificatum.*
7 *Noxa quot ſignificata habeat.*
8 *Iniuria eſt omne non jure factum.*
*Iniuriam nequeunt facere bruta.*
*Iniuria multa habet ſignificata.*
9 *Peccatum quid ſit.*
*Quomodò differat à delicto.*
10 *Dolus accipitur tàm in bonum, quàm in malum.*
*Dolus malus requiritur in omnibus delictis, ut qualitas.*
*Dolus, quandò importat actum, dicitur Stellionatus.*
11 *Crimen differt à delicto, ut ſpecies à genere.*
*Quid in ſe importet.*
12 *Delictum quid ſit.*
*Delicta omnia continentur verbis, aut factis.*
*Actus humanus, & actus hominis quomodò differant.*
13 *Dubitationes proponendæ de delictis in genere.*
14 *Prima dubitatio.*
15 *De eâ remiſſivè.*
16 *Secunda dubitatio.*
17 *Delicta aggravantur ex dignitate ſtatus delinquentis.*
18 *Item à dignitate obiecti, in quod tendunt.*
19 *Item à debilitate cauſa.*
20 *Item à deliberatione delinquentis.*
*Blaſphemans cum advertentiâ, peccat in Spiritum Sanctum.*
21 *Delictum aggravatur ex conſuetudine delinquendi.*
22 *Item ob frequentiam.*
*Ob frequentiam delictorum, pœna augenda.*
23 *Delicta aggravantur ex concurſu plurium qualitatum.*

24 *Item*

Digitized by Google

24 *Item ratione dignitatis loci, in quo delinquitur.*
*Loca, ob quæ gravius delinquit, qui in illis peccat.*
*Domus propria eſt cuique ſecurum refugium.*
25 *Delicta aggravantur ratione modi, quo committuntur.*
*Blaſphemare facto, gravius eſt, quàm verbo.*
*Gravius eſt homicidium per venenum, quàm per ferrum.*
26 *Delicta aggravantur ratione temporis.*
*Tempus nocturnum auget delictum.*
*Furtum nocturnum gravius diurno.*
27 *Delicta aggravantur ratione inſtrumenti, quo patrantur.*
*Homicidium factum ſclopo comparatur aſſaſſinio.*
28 *Delicta aggravantur ratione ſcandali.*
*Scandalum ex ſe crimen eſt.*
*Scandala nè ſequantur, jura permittunt multa.*
29 *Delictum aggravatur in inducente alios ad delinquendum.*
30 *Dubitatio tertia.*
31 *Delicta ob quæ minorentur.*
*Aetas minuit delictum, & pœnam.*
*Senibus parva pœna datur.*
32 *Dubitatio quarta.*
33 *Quibus caſibus aptetur dubitatio propoſita.*
34 *Delicti gravitas cognoſcitur ab eius pœna.*
35 *Regula generalis menſurandi gravitatem delicti.*
36 *Delictorum gravitas deducitur à qualitate ſententiæ.*
37 *Dubitatio quinta.*
38 *De eâ remiſſivè.*
*Præſcriptio delictorum currit in inquiſitione, ſicut in accuſatione.*
*Exceptio præſcriptionis delicti ſalvat Reum.*
39 *Contrà delicta præſcripta poteſt procedi per exceptionem.*
*Temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum.*
40 *Sexta dubitatio.*
41 *Abolitio criminum quid ſit, & quotuplex.*
42 *Abolitio criminum antiqua quomodo fiebat.*
43 *Abolitiones criminum generales noſtris temporibus fiunt.*
*Factæ à Principe Laico non ſuffragantur Clericis.*
*Cuius eſt ligare, eius eſt ſolvere.*
44 *Abolitio criminum ſpecialis, quæ ſit, & à quo petatur.*
*Accuſator eam petit à Iudice.*
*Iudex quomodò eam debet concedere.*
*Iniuriam ſuam, aut ſuorum proſequens poteſt ſemper abolitionem petere.*
45 *Abolitio petenda à Reo, & quomodò concedenda à Principe.*
*Abolitio criminum legalis, quæ ſit.*
46 *Dubitatio ſeptima.*
47 *De eâ remiſſivè.*
48 *Octava dubitatio.*
49 *In delictis privatis Iudex laicus de jure non procedit ex Officio.*
*De jure Canonico omnia delicta ſunt publica, & in omnibus Iudex poteſt ex officio procedere.*
50 *Nona dubitatio.*
51 *Forum quotupliciter quis ſortiatur.*
*Vxor Clerici ſubditur Iudici Eccleſiaſtico.*
52 *Forum domicilii eſt cæteris generalius.*
*Iudex loci delicti præfertur Iudicibus cæteris.*
53 *Decima dubitatio.*
54 *Iudex originis, aut domicilii poteſt procedere contra Subditum, qui deliquit in territorio alieno.*
*An poſſit ex officio inquirere de delicto alibi commiſſo.*
*Concluditur affirmativè.*
55 *Vndecima dubitatio.*
56 *Punitus à Iudice loci delicti non poteſt moleſtari ab aliis Iudicibus.*
*Condemnatus à Iudice laico adhùc puniri poteſt ab Eccleſiaſtico.*
*In delicto unius hominis ſæpiùs quæri non debet.*
57 *Qui nullam pœnam ſubiit in uno foro, poteſt in alio puniri.*
*Gratiatus à Principe non poteſt ſuper illo delicto moleſtari.*
58 *Duodecima dubitatio.*
59 *Multa delicta impunibilia in uno foro, puniuntur in alio.*
*Delicta, quæ magìs conturbant Rempublicam, magìs punienda.*

1 DElictorum mater eſt iniquitas, quæ ut ait *Divus Ambroſius*, ( 1 ) eſt *operatrix culpæ, aut delicti*. Mala enim mentis habitudo, quæ, iniquitas dicitur, quaſi terra in pœnam primi peccati maledicta ſpinas, & tribulos criminum producit, nec mala germina vegetare deſiſtit, niſi ſarculo pœnitentiæ, & duro virtutis labore exerceatur. Fœcunda igitur malorum parens iniquitas copioſam fœtat prolem, maternæ malitiæ hæredem, quæ proles multis indigitatur nominibus, puta, *maleficii, exceſſus, facinoris, ſceleris, flagitii, noxæ, iniuriæ, peccati, doli, criminis, ac delicti*.

2 Septem priora, nempè *maleficium*, exceſſus, facinus, ſcelus, flagitium, noxa, & iniuria, quamvis videantur eſſe diverſa in ſpeciali ſignificatione, in generali tamen idem important, ac delictum. *Maleficium* enim ex nominis etymologia *malè* factum ſonat, malum autem nihil eſt, niſi quod crimen ſonat, ut dicitur in quodam capitulo, ( 2 ) undè *maleficium* generali vocabulo delictum importabit. Si verò ſpecialiter conſideretur, ex hoc, quod *maleficium* deducitur à verbo *facere*, concludendum eſt *maleficium* propriè dici delictum, non qualecunque, ſed quod conſiſtit in faciendo, hoc eſt committendo, non autem in omittendo, aut negligendo, ut ex jure ( 3 ) deducitur.

3 *Exceſſus* vocabulum neque apud antiquos Juriſconſultos, neque apud bonæ notæ Latinos Scriptores traditum, in ſacris Canonibus ( 4 ) frequenter uſurpatur, undè & habetur integer *Titulus de Exceſſibus Prælatorum in Decretalibus, Sexto, & Clementinis*. Appellatione autem *exceſſus*, prout ſcribit *Baldus*, ( 5 ) omne maleficium comprehenditur; & hoc rationabiliter quidèm; ſiquidèm, ut ait *Cicero in Paradoxis Peccatum eſt excedere licitum*; *exceſſus* autem derivat à verbo *excedere*, puta metam liciti, aut juſti; & *exceſſus* quivis vitioſus habetur, illo enim à virtute, quæ in medio conſiſtit, receditur, & ad extrema, quæ vitioſa ſunt, pervenitur.

4 *Facinus* ſolitariè, & ſinè adiuncto prolatum in malam partem accipi ex jure ( 6 ) deducitur; undè pro delicto, & crimine indifferenter uſurpari ſcribit *Decianus*. ( 7 ) Si

( 1 ) *D. Ambroſ. Apolog. David. cap. 13. & habetur in cap. Ille Rex. §. Peccatum. V. tamen de Pœn. diſt. 3.* ( 2 ) *tex. in cap. Illa cavenda. 15. q. 1.* ( 3 ) *arg. l. Iniuriarum actio. §. Si quis de honoribus. ff. de Iniur.* ( 4 ) *cap. Cum illorum. de ſent. excom. cap. final. de Sepult. cap. 2. de Calumniat. cap. Olim. de Reſcr.* ( 5 ) *Bald. in l. Si quis in hoc. C. de Epi. & Cler. apud Alex. apoſtil. ad Bart. in l. Aut facta. in V. Importat delict. ff. de Pœn.* ( 6 ) *text. in l. Quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi pub.*

Digitized by Google

(7) Si autem addatur aliquid, quod leniat ipſius ſignificatum, exprimit aliquod factum excellens, ac ægregium virtutis; proindè dicitur *Præclarum facinus*, ut ſcripſit *Saluſtius*; *Facinus pulcherrimum*, ut ait Cicero, (8) & centum alia. Videtur autem, quod ſicut non quicunque actus virtutis dicitur pulchrum, præclarum, laudabile, aut illuſtre *facinus*, ſed tantùm actus ille, qui in tali virtute excellit; ità etiam *facinus* ſolitariè ſumptum non ſignificet delictum qualecunque, ſed illud, quod atrox, & enorme eſt; & hoc etiam confirmari poteſt ex jure (9) in quo *Imperatores Leo*, & *Anthemius* legem ſancientes contrà Epiſcopos ſimoniacos dixerunt *Quos par facinus coinquinat, & aquat, utroſque ſimilis pœna comitetur*; & cum ſimonia enormiſſimum crimen ſit, ut potè prima hæreſis in Chriſtianiſmo audita, & inibi ab Imperatoribus æquetur delicto læſæ Maieſtatis, & talem ſimoniam textus ille vocet *facinus*, liquet hoc vocabulo ſola magna, ac enormia delicta importari. Ut verò *D. Auguſtinus* (10) ſcribit, *Quod agit alteri nocens, facinus dicitum*; poſſet ex hac tanti Auctoris ſententiâ concludi, quod *facinus* ſit delictum quidèm enorme, non qualecunque, ſed quod proximo nocivum eſt. Ut exempli gratia Blaſphemia hæreticalis, hæreſis formalis &c. delicta quidèm graviſſima, ac enormiſſima dicantur, non tamen *facinora*, quià non proximi, ſed peccantis tantùm læſiva ſunt, & videtur favere nominis etymologia, ſi facinus à faciendo deducatur; facere autem importat actum, non quidèm in operante immanentem, ſed in aliud tranſeuntem, & proindè etiam facinus delictum exprimat, quod ad alterius noxam extendatur, non verò, quod ſoli delinquenti nocivum ſit.

5 *Scelus* pariter omne delictum, ac quodvis improbè factum ſignificat; quod arguitur ex verbis cuiuſdam legis (11) dicentis, quod *alios ſuadendo iuviſſe, ſceleris eſt inſtar*; Et cum mala ſuaſio ad quodcunque delictum poſſit extendi, liquet nomen *ſceleris* ibi prò quocunque delicto accipi.

6 *Flagitium* ibidem prò omni crimine accipi, perſpicuum eſt ex lege Codicis, (12) in quâ ſancitur, quod *militibus ob flagitium militare damnatis, non aliarum, quàm caſtrenſium rerum teſtamentum facere permittitur*; ubi advertit *Gothofredus*, (13) nomine flagitii militaris importari delictum quodvis circà militiam commiſſum. Et ideò ſynonima eſſe *flagitium*, ac delictum, perſpicuum eſt. Putavit *Archidiaconus*, & *Turrecremata* ad quoddam capitulum, (14) *flagitia* eſſe delicta conſiſtentia in cogitatione, ſicut facinora in factis; Sed tali expoſitioni reſiſtit capitulum illud, intitulans nomine *flagitii* crimina carnalia contrà naturam, quæ, ut patet, non in ſolâ cogitatione conſiſtunt. Ex hoc autem deduci poteſt, quod, ſicut delicta carnis contrà naturam enormiſſima ſunt, ſic *flagitium*, quo vocabulo illa efferuntur, importare delictum, non qualecunque, ſed inſigni gravitate qualificatum.

7 *Noxa* ſimiliter, ſivè *noxia*, quod idem eſt, ut advertit *Gothofredus*, (15) omne delictum ſignificat, ut textualiter ex *Caij* ſententiâ continetur in jure. (16) Advertit autem *Decianus*; (17) latiorem hanc ſignificationem reſtrictionem pati, juxtà ſubiectam materiam; Ità ut aliquandò importat tantùm delicta privata, aliquandò autem, tum publica, tum privata; aliquandò autem damnum, quod alicui ex delicto reſultat, ut apparet ex quodam Digeſto. (18)

8 *Iniuria* tandem, ſi in ſua generali ſignificatione accipiatur, omne delictum ſignificat, quod ex animo à volente fit; *Iniuria* enim eſt, *omne, quod non ex jure fit*, (19) ſubaudi *ab eo, qui iure uti debet*: & proindè bruta, cum nec quidquam jure poſſint facere, quià ratione non utuntur, ex conſequenti, neque iniuriam facere poſſunt, ut textualiter dicitur in jure. (20) Si autem in ſpeciali ſignificato accipiatur iniuria, delictum ſpeciale eſt, quæ aliquandò vocatur *contumelia*; aliquandò prò *dolo* accipitur, argumento eorum, quæ dicuntur in Digeſtis, (21) aliquandò etiam interpretatur iniuria *damnum culpâ datum*, ut ſcribit *Vlpianus*. (22)

9 Hâc acceptione generali præmiſſâ circà actus humanos, ab iniquitate prodeuntes, ſpeciali ſignificato efferuntur *peccatum*, *dolus*, *crimen*, & *delictum*, quæ licèt communiter prò eodem accipiantur, tamen inter ſe diverſificantur. Siquidem *peccatum* generaliter diffinitur ab *Auguſtino*, (23) quod ſit *dictum*, *vel factum*, *vel concupitum contrà legem*, & in hoc *peccatum* non diſtinguitur ab aliis nominatis. Differt tamen peccatum à delicto in multis, nam juxtà quoſdam Doctores, (24) *peccatum* faciendo, delictum ommittendo fit. Pariter juxtà quandam *Gloſſam*. (25) *Peccatum* eſt, quod ſcienter fit; delictum autem, quod ignoranter committitur. Itidem peccatum eſt, quod divinam tantùm ultionem expectat; Delictum autem, ſive Crimen, eſt grave peccatum accuſatione, & damnatione digniſſimum, quod in foro etiam humano vindicatur, ut ait *Auguſtinus*. (26)

10 *Dolus* pariter, (non quidèm abſolutè, ſiquidem ità acceptum, poteſt uſurpari, tàm in bono, quàm in malo; ut habet textus. (27) In bono quidèm, ut importat ſolertiam, aut induſtriam circà opus licitum; In malo autem, quandò ſignificat pravam, & determinatam peccandi voluntatem,) quandò in malo accipitur, & regulariter vocatur in jure *dolus malus*, vel poteſt accipi, ut qualitas, vel ut actus; ut qualitas reperitur in omnibus delictis, in quibus, ad hoc, quod puniantur, requiritur dolus malus, tanquàm qualitas, per quam delictum punibile fit, ut deduci poteſt à pluribus juribus, (28) & ſecundùm iſtam acceptionem differt *dolus* à delicto, ut qualitas ab actu. Quandò verò accipitur *dolus* tanquàm actus, ſignifi-

B cat

(7) *Tiber. Decian. Tract. crim. lib. 1. cap. 11. num. 1.*
(8) *Cicer. orat. pro C. Rabir.*
(9) *text. in l. ſi quenquam. in fin. C. de Epiſc. & Cler.*
(10) *D. Auguſt. lib. 3. de Doctr. Chriſt. cap. 10.*
(11) *L. Aut facta. ff. de Pœn. init.*
(12) *Text. in l. Et militibus. C. de Teſtam. milit.*
(13) *Gothofr. ad l. Et militibus lit. M. C. de Teſt. milit.*
(14) *Cap. Flagitia. & ibi. Archidiac. & Turrecrem. 32. qu. 7.*
(15) *Gothofr. ad l. 238. §. 3. lit. E. ff. de Verb. ſign.*
(16) *L. Plebs. §. final. ff. de Verb. ſign.*
(17) *Decian. Tract. crim. lib. 1. cap. 15. num. 3.*
(18) *L. 1. §. Cum arietes. ff. Si quadr. paup. feci. dica.*
(19) *Text. in l. 1. init. ff. de Iniur. & fama. lib.*
(20) *Text. in l. 1. §. Ait Prætor. ff. Si quadr. paup. feci. dica.*
(21) *Arg. l. 1. init. ff. de Iniur. l. Sed & ſi quemcunque. in princip. ff. Ad leg. Aquil.*
(23) *D. Auguſtin. lib. 22. contr. Fauſt.*
(22) *Text. in d. l. 1. init. ff. de Iniur.*
(24) *Archidiac. in cap. Ita nos. 25. quæſt. final. Gloſ. & Alberic. in l. 1. C. Si adver. delict.*
(25) *Cap. Si peccatum David. de Pœn. diſt. 1. & ibi Gloſſ. 1. in fin.*
(26) *D. Aug. Tract. 41. in Io: & habetur in cap. Apoſtolus 81. diſt.*
(27) *Text. in l. 1. §. Non fuit. ff. de Dolo.*
(28) *Arg. l. 1. ff. Ad leg. Iul. Maieſt. §. 1. l. Cuiuſque dolo. eo. tit. l. Qui dolo. ff. Ad leg. Iul. de vi publ. In lege. ff. Ad l. Cornel. de Sicar.*

Digitized by Google

aut ſpeciale crimen, quod tamen non eſt ſortitum proprium nomen à jure, ſed vocatur *Stellionatus*, ut habetur ex Textu. (29)

11 *Crimen* itidem; prout ſcribit *Gratianus*, (30) in lato ſuo ſignificato *complectitur omne peccatum, quod ex deliberatione procedit*; Et hoc modo non videretur diſtingui à delicto, tamen differentia eſt, inter crimen, & delictum, ſi quidem, ut aliàs (31) diximus, *Crimen* ſignificat quodvis maleficium doloſum, commiſſum contrà Rempublicam; Delictum verò importat maleficium quodvis, pariter doloſum contrà privatam perſonam. Pariter differt *Crimen* à delicto, (prout ſcribit *Gloſſa* (32), quam ſequitur *Cynus*, *Bartolus*, *Archidiaconus*, *& Io; Andrea*,) ſicut ſpecies à genere, cum delictum tanquàm genus generaliſſimum importet omne maleficium, tàm culpoſum, quàm doloſum, tàm voluntarium, quàm non; *Crimen* autem, tanquàm ſpecies, ſivè potiùs genus ſubalternum comprehendit ea, quæ à voluntate doloſâ procedunt. Tandem differt Crimen à delicto, prout egregiè probat more ſuo *Decianus*, (33) quià Crimen illud propriè dicitur, quod in publicis judiciis deduci poteſt, & prò quo criminaliter tantùm, non autem civiliter agi poteſt; quod autem privati eſt judicii, & poteſt etiam civili judicio proſequi, delictum potiùs, quàm Crimen cenſeatur.

12 Quæ autem hucuſque diximus, procedunt de rigoroſâ Legiſtarum ſubtilitate; Cæterùm *Delictum*, *Crimen*, *Maleficium*, *Scelus &c.* tanquàm ſinonima communiter uſurpantur; Nomen autem *Delicti*, potiùs quàm reliqua, Criminaliſtis in uſu eſt, & hoc etiam nos in præſenti Tractatu utimur. Hujus autem notionem habemus ex ipſius diffinitione, quæ poteſt eſſe talis. *Delictum eſt factum, vel dictum humanum, à lege vigente ſub pœnâ prohibitum, quod nullâ juſtâ ratione excuſari poteſt*: Dixi *factum, vel dictum*, ut comprehendantur omnia, quæ manibus exercentur, ut furta, homicidia, ſcripturæ falſæ, libelli famoſi &c, & quæ *dicta*, ſivè linguâ patrantur, ut conjurationes, contumeliæ, blaſphemiæ, perjuria &c. his enim modis delicta omnia continentur; (34) dixi *humanum*, hoc eſt, factum, aut dictum, ab homine rationis compote, ſciente, & volente procedens; differentia enim juxta *Theologos Morales* eſt inter actum hominis, & actum humanum, actus enim hominis eſt actus quivis prodiens ab homine *ſpecificativè* ſumpto; Actus autem humanus eſt procedens ab homine *reduplicativè*, inquantùm ſcilicet homo, qui ratione utitur. *Factum* ergò, aut *dictum humanum* intelligitur factum ab homine utente ratione, & voluntate, illo nempè, qui ſciens, & volens facit, aut dicit; proindè excluduntur facta à brutis, qui ratione non utuntur, (35) item facta à pueris, uſum rationis adhùc non habentibus, aut à fatuis, furioſis, phreneticis, & ebriis, qui rationem habent impeditam; & comprehenduntur facta procedentia à voluntate doloſa. Dixi à *Lege vigente ſub pœna prohibitum*; Si enim quid fiat contrà legem quidèm, ſed abrogatam, aut præſcriptâ conſuetudine. aut per contrariam Conſtitutionem, illud tale factum, aut dictum delictum non eſt.

13 Sic igitur explicatâ delicti quidditate, conſiderandæ, ac reſolvendæ ſunt nonnullæ dubitationes de delictis in genere; Siquidem de ſingulis in ſpecie ſuis locis infrà dicemus.

14 Prima igitur dubitatio eſt, quotupliciter dividantur delicta?

15 Reſpondeo, quod de diviſione delictorum diximus in Prima Parte (36) Videatur ibi.

16 Secunda dubitatio eſt, per quænam accidentia aggraventur delicta?

17 Reſpondeo, quod, ultrà quæ diximus circà hoc Par. Pr. Tit. Sententia. num. 85. plures ſunt circumſtantiæ, per quas *delicta* aggravantur. Prima autem eſt circumſtantia perſonæ delinquentis; ſi enim hæc ratione ſui ſtatus obligatur maximè ad elonganda à ſe delicta, & tamen delinquat, gravius redditur ejus Crimen: & ideò peccata carnalia Religioſorum, qui voto obligantur ad caſtitatem, graviora ſunt iiſdem peccatis, ſi committantur à Laicis. Pariter, ſi in ore Clerici, qui tenetur ex Officio ad divinas laudes, audiatur blaſphemia, ipſa longè atrocior evadit, ut ſcribit *Decianus*, (37) & à pari de aliis *delictis* dicitur.

18 Secundò aggravatur *delictum* ratione objecti, in quod tendit, aut perſonæ, quæ offenditur; Et ideò gravius eſt offendere Deum, quàm hominem; (38) & gravitas delicti contrà hominem commiſſi menſuratur à dignitate perſonæ offenſæ, ut ait *Clementina*. (39) Undè gravior eſt injuria, quæ fit perſonæ Eccleſiaſticæ, quàm Laicæ; graviorque illa, quæ fit parentibus, ac conſanguineis, & ſenibus; eâ, quæ committitur in extraneum, aut juvenem reſpectivè; Et à ſimili de omnibus ſtatibus eſt dicendum.

19 Tertiò aggravatur ratione cauſæ, ſi enim, aut nulla, aut debilis *delicti* cauſa eſt, eo gravius redditur Crimen; Undè homicidium atrocius cenſetur illud, cui nulla juſta cauſa occaſionem præbuit. (40) Et ratio eſſe poteſt, quià tali caſu tota, aut fortior cauſa delicti eſt perverſitas voluntatis in delinquente, per quam ſolam Crimen recipit incrementum gravitatis intrinſecæ.

20 Quartò aggravatur ratione advertentiæ, nempè quandò quis appenſatè, & ex electione delinquit, & non ex perturbatione mentis ab irâ, amore, furore, & aliis pathematis animi; Hinc eſt, quod (ut ſuo loco (41) dicimus.) Homicidium appenſatum gravius eſt caſuali, & blaſphemans cum advertentiâ, blaſphemat in Spiritum Sanctum, & incidit in hæreſim, prout ex *Grammatico Decianus*. (42)

21 Quintò aggravatur ratione conſuetudinis delinquendi, ſiquidem ex hâc delictum, quod ſemel patratum, capitale non eſt, redditur capitale ex conſuetudine. (43)

22 Sextò aggravatur ratione plurium, qui in illa Regione ſimiliter delinquunt, tali enim caſu licet jura tranſgredi, & condere Statuta contrà jus commune, & pœnas graviſſimas imponere, etiam ultimi ſupplicii, ut

(29) *L. 3. §. 1. ff. de Crimin. Stellion.* (30) *Cap. Vnum orarium §. Criminis. 25. diſt.* (31) *Par. 1. Tit. Denunciatio. nu. 10.*
(32) *Gloſſ. in l. 1. in V. Delictum. C. Si adver. delict. & ibi Cyn. & Bartol. Archidiac. in cap. 1. de Cleric. conjug. in fin. num. 5. Io: Andr. in cap. Peccatum in gloſ. 1. de Reg. iur. in 6.*
(33) *Decian. Tract. crim. lib. 1. cap. 9. num. 5.*
(34) *Text. in l. Aut facta. init. ff. de Pœn.*
(35) *L. 1. §. 1. ff. Si quadr. pauper. feci. dica.*
(36) *Par. Pr. Tit. Delictorum. num. 1.*
(37) *Decian. lib. 6. cap. 3. num. 25. Tract. crim.*
(38) *Text. in cap. Sicut qui Eccleſiam. 17. q. 4. cap. Vergentis. de Hæret. Authent. Gazaroſ. eo. tit.* (39) *Text. in Clem. 1. §. Nec ſuper. de Pœn.*
(40) *Gulielm. de Benedict. Repet. in cap. Reynutius. qu. de Homic. n. 27. de Teſtam. Foller. cap. 22. nu. 3. Iuli. Chart. deciſ. 66. nu. 18.*
(41) *§. Homicidium.* (42) *Grammat. in Conſtis. regn. Blaſphemantes. num. 8. apud Decian. lib. 6. cap. 3. num. 28.*
(43) *Iuli. Chart. deciſ. 2. n. 296. & ibi. Luc. de Penn. Ang. & Alex. in l. Vnic. C. de ſuperexact. lib. 10. Bart. Roman. Marſil. Vulpel. & Maſcard.*

Digitized by Google

ut diffuſè oſtendit *Grammaticus*, (44) apud *Caballum*, qui ex *Menochio* ait, quod ob frequentiam delicti Judex poteſt pœnas augere.

23 Septimò aggravatur ex concurſu plurium qualitatum, quarum unaquæque ex ſe majorem gravitatem importat. (45) Sicut enim validior eſt effectus, ad quem plures concurrunt cauſæ, & maius eſt Theologicè peccatum, quod pluribus virtutibus opponitur, aut contrà plura præcepta pugnat,ità etiam gravius evadit illud crimen, ad quod plures aggravantes circumſtantiæ concurrunt.

24 Octavò aggravatur ratione loci, in quo committitur; Undè gravius evadit ſacrilegium commiſſum in Eccleſiâ, in quâ aſſervatur Sanctiſſima Euchariſtia, quàm, ſi in aliâ committatur; pariter maius eſt crimen delinquere in Palatio, aut præſentiâ Principis, quàm alibi, & univerſaliter locus majori reverentiâ dignus auget peccatum, ſi ibi delinquatur, argumento eorum, qui dicuntur in jure. (46) Proindè major eſt etiam offenſa, quæ fit alicui exiſtenti in propriâ domo, quàm, ſi fiat extrà; Cum propria domus debeat cuique eſſe ſecuriſſimum refugium, ut dicitur in *l. Plerique ff. de in jus vocan.*

25 Nonò aggravatur delictum ratione modi, quo committitur; proindè maius delictum eſt blaſphemare facto ſacras imagines in vituperium, conſpuendo, delendo, frangendo, aut percutiendo, quàm ore blaſphemando. (47) Pariterque gravius crimen eſt hominem tormentis, ac lenta morte perimere, aut poſt mortem eius corpus ad explendam ferinam rabiem in fruſtà concidere, quàm ſimpliciter necare, & maius eſt homicidium proditoriè, quàm apertâ agreſſione commiſſum; Et ut habetur ex jure, (48) *plus eſt hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio.*

26 Decimò aggravatur ratione temporis, proindè omnia delicta commiſſa, tempore nocturno graviora evadunt ex tempore, ut dicunt Doctores. (49) Undè in furto tale tempus prò qualitate aggravante reputatur ab omni jure (50) Divino, Eccleſiaſtico, Civili, & etiam naturali; ſiquidem, ut optimè obſervat *Raynaldus*, (51) nocte hominibus, ac ânimantibus cæteris quies, & tranquillitas parata exiſtit; & ideò pluſquàm in die debent eſſe tuti, ac ſecuri ab inſidiis hominum, & etiam, quià ut dicebat *Demoſthenes*, quem affert *Gebrardus Feltman*, (52) *Interdiù aliquos auxilio implorat aliquis: noctu autem fruſtrà*, undè gravius evadit homini damnum, cui reparando, cum auxilium habere non poſſit, impar eſt: proindè ex eâdem ratione atrocius reputari debet homicidium, quod de nocte committitur: pariterque, ſi tempore pœnitentiæ, ſolemniumque jejuniorum, aut feſtivitatum, quis vacaret impudicis, choreis, ſcortationibus, aut ebrietatibus; major enim iniuria fieret Deo, cui illud tempus ſpecialiter conſecratum eſt; majorque proditur in delinquente vitioſa malitia, quàm temporis ſanctitas minuere non valuit.

27 Undecimò aggravatur Crimen ratione inſtrumenti, quo committitur; Undè manu vacuâ, & apertâ aliquem (dando ei alapam) percutiens, maximè ſi percuſſus ſit nobilis, atrocem iniuriam, juxtà Farinacium, (53) infert; Quod etiam dicendum eſt, ſi percuteret fuſte, quod ignominioſiſſimum reputatur; Hoc âutem non eſſet, ſi percuſſio fieret ferro. Pariterque ſi quis vulnerat alium ſclopo, magìs delinquit, quàm ſi feriat enſe; Delictum enim patratum ſclopo atrox eſt, & aſſaſſinio æquiparatur juxtà Doctores. (54) Et hoc magìs verificatur, ſi fiat armis, ex ſe portari prohibitis, ut ſunt ſclopi brevioris menſuræ, qui vulgò vocantur *piſtoletti*; Tali enim caſu concurrunt duo delicta, nempè delatio, ac abuſus armorum prohibitorum. Et ſic philoſophandum eſt de inſtrumentis aliorum delictorum.

28 Duodecimò aggravatur ratione ſcandali; quià enim ſcandalum ex ſe crimen eſt, juxtà illud. (55) *Qui ſcandalizaverit unum ex his puſillis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur molà aſinaria in collo eius.* Sequitur, quod, ſi alicui delicto adiungatur, ex tali adiectione maius fiat Crimen. Proindè leges tùm Civiles, tùm Canonicæ maximè ſcandala averſantur, (56) & multa permittunt contrà jus, nè ſcandala ſequantur, ut ait *Caballus* poſt *Felinum*, (57) qui colligit triginta tria ſpecialia inducta contrà regulas juris propter ſcandalum evitandum.

29 Tertiodecimò aggravatur delictum, quandò quis in delicto habet correos, quos ipſe conſilio, præmio, ſuaſione, exemplo, impulſu, aut aliâ ratione ad illud delictum pertraxit, aut impulit; Delictum enim ipſius maius evadit ex hoc, quod alios inducendo ad Crimen, ipſe virtualem influxum habet in Crimen ſingulorum. Undè quantùmvis omnes ad idem Crimen in ſpecie commiſerint, majus tamen evadit Crimen in inducente alios ad delinquendum; proindè, ut habet textus, (58) idem exceſſus magìs in illo, quàm in aliis corrigendus eſt.

30 Tertia dubitatio eſt, ob quas circumſtantias gravitas delictorum minuatur?

31 Reſpondeo, quod ſicuti Superiori ſolutione adducta ſunt ea, quæ faciunt ad maiorationem Criminis,ità ſupradicta, ſi abſint, delictum minorant in gravitate; & pœna legis. Et præter prædicta, Crimen, & eius punitionem multùm diminuit Rei ætas, ut textualiter habet quoddam capitulum. (59) Habemus enim ex jure, (60) quòd valdè ſenibus, aut nulla, aut parva pœna datur, maximè ſi ob gravem ætatem repueraſcunt: Et hoc idem practicatur cum pueris, (61) quibus perfectus rationis uſus non eſt.

32 Quarta dubitatio eſt, à quo deſumenda ſit æqualitas delictorum inter ſe comparatorum, caſu nempè, quod Statutum ordinet, quod occidens bannitum liberet ſe de æquali delicto reſpectu illius, cuius causâ bannitus fuit ille, qui occiſus eſt?



(44) *Grammat. deciſ. 36. nu. 2. & ſeqq. Cabal. Cent. 1. caſ. 97. num. 9. & ibi Menoch. de Arbit. caſ. 375. n. 1. & 3.* (45) *Decian. lib. 6. cap. 32. nu. fin. & ibi Bald. in Auth. ſed novo iure. C. de Epi. & Cler.*

(46) *Arg cap. 1. de Pœnit. diſt. 5. l. Sed eſt quæſtionis. in princip. ff. de Iniur. §. Atrox. Inſt. eo. tit. l. Aut facta. §. 4. ff. de Pæn. l. Prætor edixit. ff. Atrocem. ff. de Iniur.* (47) *Boer. deciſ. 301. nu. 17. Decian. lib. 6. cap. 3. nu. 27.* (48) *Text. in l. 1. C. de Malef. & Mathemat.*

(49) *Io: Otto Tabor. Analyt. expo. ad Conſt. Carol. tit. de Furt. art. 167. nu. 6. Clud. de Condict. furti. cap. 49. num. 57. Ripa de Noctur. temp. cap. 17. nu. 10. Raynal. tom. 2. cap. 14. §. 13. nu. 1. & 2.*

(50) *Exod. cap. 22. ℣. 2. cap. 3. de Homicid. l. 4. §. 1. ff. Ad leg. Aquil. l. 9. ff. Ad leg. Corn. de Sica. l. Sacrileg. §. Cæterùm. ff. ad leg. Iul. pecul.*

(51) *Raynal. loc. cit. num. 2. in fin.*

(52) *Gerhard. Feltman. de Incluſ. anim. cap. 44 ſect. 9. n. 3.*

(53) *Farinac. quæſt. 105. num. 207. & ſeqq.*

(54) *Riminal. iun. conſ. 327. num. 18. Muſcatell. de Cogn. delict. Tit. de Ictu ſclop. num. 30. Muta. ad Pragmat. Titul. 41. de Arm. prohib. num. 92.* (55) *Matt. cap. 18. ℣. 6.*

(56) *L. penult. ff. Ad leg. Corn. de Sica. l. ſi quis filio. §. Hi autem. ff. de Iniu. rup. & irrit. arg. cap. Conſideravimus: de Elect. capit. Super eo. de Sent. Excommun.* (57) *Caball. cent. 1. Reſol. 149. nu. 14. Felin. in cap. Nihil. nu. 2. & ſeqq. ℣. Tu verò. de Præſcript.*

(58) *Text. in capit. Sicut dignum. in fin. principii. Extrà de Homicid.* (59) *Capit. Hoc ſit. 26. quæſt. 7.*

(60) *Cap. Fraternitatis. 34. diſt. cap. Tanta nequitia. 86. diſt.*

(61) *Capit. 1. & 2. de Delict. puer. l. Aut facta. §. 3. in fin. ff. de Pæn.*

Digitized by Google

33 Reſpondeo, quod ſolutio huius dubii uſu venire poteſt non ſolum in caſu, de quo in propoſitione, ſed etiam quandò accuſatus de Crimine, qui adhùc inter Reos receptus non eſt, vult reaccuſare accuſatorem ſuum de Crimine graviore, quàm ſit illud, de quo ipſe accuſatus eſt, ut enim aliàs (62) circà hoc diximus, tali caſu debet Judex priùs terminare Cauſam accuſatoris reaccuſati, quàm accuſati reaccuſantis.

34 Dico igitur, quod quamvìs à gravitate pœnæ cognoſci poſſit gravitas delicti in genere, puta, ex gravi pœnâ per legem impoſitâ, grave delictum eſſe; Non tamen conjici poteſt gradus præciſus gravitatis delicti; Siquidem, ut optimè obſervat *Raynaldus* (63) pœnâ ultimi ſupplicii punitur adulterium cum inceſtu, & homicidium, & tamen hoc gravius eſt illo, ut probat egregiè *Caball.* (64) Verum igitùr eſt, pœnam declarare delictum, cum major pœna inflicta declaret majus altero fuiſſe delictum; (65) Non tamen ſpecificat gradum gravitatis, quià eadem pœna mortis in jure diverſis in gravitate delictis adaptetur.

35 Regula igitur generalis eſt, gravitatem delicti menſurandam eſſe à quidditate, & qualitate, ſivè circumſtantiis ipſius, de quibus locuti ſumus ſuprà dubitatione ſecundâ à numero 17. Cum autem delictum delicto comparatur, conſiderandæ ſunt circumſtantiæ unius præ alio, & obſervandum, quæ nàm ſint graviores circumſtantiæ, quibus afficitur unum, aut aliud. Poteſt enim dari, quod unum delictum, penſatis nonnullis circumſtantiis, vincat aliud, ſed ſecundùm alias vincatur ab alio. Tali caſu ſpectanda eſt gravitas circumſtantiarum, & ſecundùm eam judicandum; Graduātur ſiquidem circumſtantiæ inter ſe in delictis; Nam primò penſanda eſt qualitas ſubſtantialis delicti, puta, ſi fuit committendo, an omittendo, illa enim gravior eſt ſecundâ. Deindè obiectum delicti, puta, perſona offenſa. Mox, modus, quo commiſſum eſt. Indè cauſa finalis delicti! Pòſt, inſtrumenta, ſocii, locus, tempus, conſuetudo, numerus delinquentium, damnum, ſcandalum datum, & cætera eiuſmodi, & ex his rationabiliter moveri Judex ad pronunciandum prò æqualitate, aut inæqualitate delictorum, in omni caſu, in quo de hàc judicandum ſit.

36 Quandò autem comparanda ſunt delicta, de quibus nondùm inquiſitio formata eſt; Regulâ datâ uti poſſumus: Sed ſi agatur de delictis, ſuper quibus jàm pronunciata fuit ſententia, illo omninò ſpectanda, & conſideranda eſt, & juxtà gravitatem pœnæ, ſententialiter inflictæ, pronunciandum eſt de maioritate, aut æqualitate delicti; Et iſte ſtylus ſervatur in omnibus Tribunalibus, ut refert *Raynaldus*, (66) & omninò attendi debet, ut ſcribit *Oſaſchus.* (67)

37 Quinta dubitatio eſt, quanto tempore delicta præſcribantur, ità ut de illis nequeat inſtitui accuſatio?

38 Reſpondeo, quod de hàc materia aliàs (68) dictum eſt. Tamen, ultrà ibi dicta, addimus, quod ſicut generaliter ſpatio viginti annorum de omni delicto (demptis exceptuatis, de quibus ibidem diximus) finitur præſcriptio quò ad accuſationem, idem eſt etiam quò ad inquiſitionem, quæ accuſationi æquiparatur, ac in ejus locum ſuccedit, ut eſt communis Doctorum opinio, de quâ, pluribus citatis, teſtatur Decianus. (69) Et prædicta concluſio valet, etiamſi Statutum extaret, quod daret liberam poteſtatem Magiſtratui procedendi contrà delinquentes quoſcumque; quià debet intelligi, quod poſſit procedere, & punire de iis maleficiis, quæ præſcriptione finita non ſunt, ut poſt *Baldum* tenuit *Imola*, & *Boerius*. (70) Et ampliatur dictu Regula, ità ut verificetur, etiam ſi Reus, quem quis intendit accuſare, confeſſus eſſet crimen, tum judicialiter, tum extrajudicialiter; ſi enim oſtendit ſuper tali crimine cucurriſſe præſcriptionem, non poteſt de illo moleſtari. (71)

39 Quamvis autem præſcriptio delictorum impediat, ne contrà Reos procedi queat, nec ex officio per inquiſitionem, nec ad inſtantiam partis per accuſationem, aut denunciationem; non tamen tollitur per eam, quin proponi poſſit per viam exceptionis; nam regula generalis eſt, quod, quæ ſunt temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, ut textualiter habetur ex jure. (72) Pariter fallit dicta prima concluſio, quandò ſumus in caſu delicti, per quod impeditur perpetuò executio Ordinis, aut retentio beneficii; ſi quidem de tali crimine poteſt inſtitui accuſatio, ut dicunt Doctores, (73) intellige autem, quod accuſatio tendat non ad punitionem criminis, quod jàm præſcripſit, ſed ad impediendam ulteriorem executionem Ordinis, aut beneficii retentionem.

40 Sexta dubitatio eſt, quomodò, & quotupliciter crimina aboleantur?

41 Reſpondeo, quod abolitio criminum, quæ juxtà *Tiberium Decianum*, (74) eſt *Accuſationis, vel delicti, vel pœnæ peremptio*, eſt triplex, nempè generalis, ſpecialis, vel privata, & legalis. Generalis, quæ in jure (75) & *publica*, & *indulgentia* appellatur, illa eſt, quæ à ſolo Principe conceditur ob publicam lætitiam ex magna victoriâ reportatâ, aut ob nuptias Principis, aut natale primogeniti illius, (76) aut ob adventum alterius magni Principis, aut ex aliâ causâ publicæ lætitiæ Principi bene viſâ; ſivè prò utilitate Reipublicæ ratione multitudinis delinquentium, (77) quibus convenit parcere, ne morte tot hominum Reſpublica labefactetur.

42 Antiquitùs autem generalis, & publica abolitio fieri ſolebat, quæ tamen non erat perpetua, neque pariebat hunc effectum, ut Reus perpetuò tutus eſſet, ne poſſet de ſuis delictis contrà eum procedi; ſed hàc abolitione inducebantur veluti feriæ quædam repentinæ, ut inquit textus, (78) quibus finitis, Accuſator intrà trigintà dies utiles poterat Reum eadem accuſatione, & inſtantiâ repetere; Taliſque abolitio aliquoties fiebat de nonnullis delictis tantùm, aliquoties, etiam de omnibus generaliter, licèt nonnulla graviora, & in quibuſdam caſibus nonnulla crimina non comprehenderentur, quæ eruditiſſimè loco ſuprà citato à num. 11. ad 27. recenſet *Decianus*.

43 Fiunt etiam temporibus noſtris generales delictorum

rum

(62) *Par.1. Tit. Accuſatio. num.6. in fin.* (63) *Raynald. obſerv. crim. Tom.1. cap.7. §.9. nu.15.* (64) *Caball. Reſolut. crim. cent.3. Caſ.244. num.29.* (65) *arg. l. Metrodorum. ff. de Pœn.*
(66) *Raynal. Tom.1. cap.7. §. 9. num.16.*
(67) *Oſaſch. Pedemont. deciſ. 22. num. 6. & 7.*
(68) *Par.1. Tit. Patronus num.91. & ſeqq.*

(69) *Decian. Tract. crim. lib.3. cap.37. nu.2. & ibi. Bart. Bald. Salycet. Marſil. Angel. Anchar. Imol. Alex. & Boer.*
(70) *Bald. in l. Lucius Titius. §. Quæ marito. & ibi Io: de Imola. ff. de leg.2. Boer. deciſ.25. num.9.* (71) *arg. l. Sed ſi unius §. Sed ſi antè ff. de Iniur. Rom. in l.1. §. Occiſorum. ff. Ad S.C. Syllan.*
(72) *Text. in l. Pure. §. final. de Dol. mal. & met. exce. l. licet. C. de Except. iunct. gloſſ.* (73) *Felin. in cap. licet. Col.18. V. Tertium remedium. de Probat. ubi Abb. Butr. Imol. & Andræ. Sicul. Aufrer. ad Capel. Tholoſ. deciſ.188. in fin. Boer. deciſ.26. num.7.*
(74) *Decian. Tract. crim. lib.3. cap.35. init.* (75) *L. Cum eo l. final. C. de Gen. abolit. l. Si quis repetere, init. ff. Ad S. C. Turpill.*
(76) *Arg. l. Abolitio. l. Vel ob rem. ff. Ad S.C. Turpill. l.1. lib.9. Tit. 38. C. Theodoſiam.* (77) *Cap. Vt conſtitueretur. in fin. iunct. gloſ. in V. Detrahendum. 50. diſt. cap. Diſpenſationes. 1. q.7.*
(78) *Text. in l. Aut privatìm. §. Triginta. ff. Ad S.C. Turpill.*

Digitized by Google

rum abolitiones ob publicam lætitiam, ob nuptias Principum, aut pacem initam, (prout legimus eam, quæ de voto Excellentiſſimi Mediolanenſis Senatus publicata fuit à *Marchione Alphonſo de Avalo Capitaneo Generali Imperatoris Caroli Quinti* Anno 1544. ob fœdera pacis inita inter *Cæſarem, & Gallorum Regem*, cuius diploma brevibus annotationibus illuſtravit *Franciſcus Craſſus*, & habetur in calce *Conſtitutionum Mediolanenſis Dominij*, & de alia mentionem facit Clarus (a) conceſſa in eodem Dominio ob pacem initam inter Reges Catholicum, ac Chriſtianiſſimum, cuius diploma ſe compilaſſe ſcribit,) aut ob publicum beneficium, & animarum ſalutem, pròut noſtro tempore fecit *Sanctiſſimus D. N. Innocentius XII.* qui omnes Regulares Apoſtatas indultavit, & eorum delicta, & pœnas abolevit, dummodò intrà præſcriptum tempus ad propria clauſtra reverterentur. Dicit autem loco citato ℣. *Scias autem*, prememoratus Clarus, literas Principis continentes generalem abolitionem criminum vocari Decretum gratioſum, quandò autem Princeps rogatus à particulari Reo, ſibi facit gratiam, & abolitionem concedit ſuorum criminum, appellari *literas gratiæ*. Ad quæ autem tales abolitiones extendantur, ut ſciatur, ponderandæ ſunt clauſulæ, juxtà quas eas indulgent Principes in ſuis diplomatibus, & circà hoc non immoror. Hoc unum tantùm adnoto cum *Iulio Chartario*, (79) quod licèt Princeps laicus generalem criminum indulgentiam, & abolitionem reſpectu quorumcumque degentium in ſuo Dominio, illa non comprehendit Eccleſiaſticos, ut probat *Martha*, (80) & præcipua ratio eſt, quià iſti eius ſubditi non ſunt, undè ſi eos nequit punire, eoſdem nequit indultare, cum juris (81) regula ſit, quod eius eſt ſolvere, cuius eſt ligare.

44 Specialis autem, aut privata abolitio eſt, quæ petitur à Judice, vel à Principe, illa quidèm ab Accuſatore, hæc verò à Reo. Accuſator enim, qui accuſatorio libello ſe inſcripſit, & conſequenter ſe ad pœnam talionis obligavit, poteſt ab accuſatione deſiſtere, ſi tamen Judex hoc ſibi concedat. Hæc autem concedi debet juxtà textum, (82) non à Principe, neque ab ejus Delegato, ſed à Judice ordinario Cauſæ, qui cognoſcat de causâ petitionis abolitionis, & ſedens prò tribunali, non autem de plano pronunciet de eâ; & continere debet tot abolitiones, quot ſunt crimina, de quibus inſtituta eſt accuſatio; debetque intervenire cauſa legitima conceſſionis, talis nempè ſi accuſavit per errorem, temeritatem, inconſiderationem, aut calorem iracundiæ. Judex autem talem abolitionem denegare tenetur, ſi cognoverit, accuſatorem illam petere ob pecuniam acceptam à Reo, ut ab accuſatione deſiſteret; (83) Peti verò poteſt abolitio talis, dummodò Reus non fuerit carceratus, aut vinculatus, & non fuerint torti Teſtes, & non fuerint lapſi trigintà dies ab inſtitutâ accuſatione; Et quod crimina delata non ſint de exceptis; Quæ omnia habentur *ex l. finali. C. de Abolit.* Verum eſt, quod qui ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequitur; vel qui cognatos in accuſationem deducunt, omnimodò abolitionem petere non prohibentur, ut textualiter habetur in jure. (84)

45 Principaliùs porrò, ac frequentiùs impetratur ab ipſo Reo abolitio, quæ aliquandò eſt à delicto, aliquandò à pœnâ, ut elicitur ex textu, (85) civili, qui canonizatus eſt *in cap. Reſcripta. 25. qu. 2.* Ut autem abolitio ſubſiſtat, & proſit indulgentia à Principe conceſſa, (ſolius quippè Principis eſt eam largiri) oportet, quod Reſcriptum, quo illa conceditur, contineat delictum commiſſum, & qualitatem ipſius, & pœnam, ſi eſt impoſita, & etiam qualitatem pœnæ, aliàs dicetur obreptitium; (86) perpendendus autem diligenter eſt tenor Reſcripti, & quibus verbis ſit conceptum, ſiquidem extendi non poteſt ultrà expreſſa, ac ſpecificata. (87) De effectibus verò huius abolitionis, ac nonnullis ſpecialibus ad eam ſpectantibus diſputant Doctores, qui videndi ſunt ſpecialiter Decianus loco citato à numero 52. & *Clarus Quæſt. 59. per totam. ac Boſſ. Titulo de Remed. ex clemen. Princip.* Ultima abolitio dicitur *Legalis*, & eſt per mortem Rei. Mors enim omnia delicta ſolvit, exceptis nonnullis, de quibus poteſt etiam poſt mortem inquiri, ut hæreſis, & crimen læſæ Maieſtatis, ac aliis, de quibus ſuo loco dicetur.

46 Septima dubitatio eſt, quæ nam delicta dicantur publica, & quæ privata?

47 Reſpondeo, quod huic dubitationi in prima Parte ſatisfactum eſt. Videatur ibi. (88)

48 Octava dubitatio eſt, an de omnibus delictis Judex quivis laicus, Eccleſiaſticus ſæcularis, ſivè Regularis poſſit ex officio cognoſcere?

49 Reſpondeo, quod juxtà diſpoſitionem juris Civilis, Judex in puniendis criminibus privatis nequit procedere ex Officio; quià in privatis delictis non admittitur ad accuſandum, niſi, qui ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequitur, ut habetur ex jure; (89) Et regula generalis in illo jure eſt, quod ex officio, ſinè accuſatore Judex non poteſt de crimine cognoſcere, ut vult quædam Gloſſa. (90) Secùs eſt de jure Canonico, nàm juxtà hoc omnia criminà publica ſunt, (91) & ideò jure Canonum in quibuſcumque criminibus poteſt Judex procedere per inquiſitionem, ut communiter ſentiunt Doctores, quos cumulat, *Iulius Chartarius*. (92) Undè Judex Eccleſiaſticus quivis de omni crimine, attentâ diſpoſitione juris Pontificii, per inquiſitionem valet procedere. Licèt verò, ut dictum eſt, de jure Judices laici abſque accuſatione non procedant, de conſuetudine contrarium ſervatur, pròut pluribus in locis teſtatur *Clarus*, (93) qui ait hoc communiter ſervari.

50 Nona dubitatio eſt, à quo nàm Judice propriè ſint vindicanda delicta?

51 Reſpondeo, quod quilibet forum ſortitur ratione delicti, aut domicilii, aut originis, ut argumento textus, (94) ſcribit *Gandinus*. Pariter ſtatus perſonæ facit eum ſubdi uni, aut alteri Judici; Puta, laicus laico, Clericus Eccleſiaſtico, & Regularis Regulari Judici ſubjicitur; Undè libertus ſortitur forum Patroni, qui manumiſit, (95) & uxor ſequitur forum Mariti, (96) proindè ſi Mari-

(a) *Clar. Quæſt. 59. ℣. Sunt tamen. numer. 4.*
(79) *Iulius Chart. Crim. Deciſ. 1. numer. 138.*
(80) *Mart. de Juriſd. Par. 4. Caſ. 15. per tot.*
(81) *L. Nihil tam naturale. ff. de Reg. iur.* (82) *Tex. in l. 1. §. Abolitio. ff. Ad S. C. Turpill. l. 2. C. de Abolit.*
(83) *Text. in l. 2. §. 1. l. Fallaciter. C. de Abolit.* (84) *L. 2. ff. final. C. de Abolit. text. in l. Quamvis la 2. C. Ad leg. Iuli. de Adult.*

(85) *Text. in l. Reſcrips. C. de Preci. Imper. offer.*
(86) *Bald. in l. Præſcriptione. nu. 20. C. Si contrà ius. Oldra. Conſ. 22. Alex. conſ. 29. Col. 2. lib. 1. apud Decian. lib. 3. cap. 25. nu. 51.*
(87) *Tex. in l. 2. C. de ſent. poſſ.* (88) *Par. 1. Tit. Delict. n. 10. & ſeqq.*
(89) *L. final. & ibi Gloſſ. & Bart. ff. de Priva. delict. l. Manifeſtiſſimè, & ibi. D. D. C. de Furt. Clar. Pract. crim. §. 1. ℣. Privata autem.*
(90) *Gloß. in l. 2. §. Si publico. in V. Sine accuſatore. ff Ad leg. Iul. de Adult. Clar. qu. 3. ℣. Debes autem & qu 5. ℣. Quæro in quibus.*
(91) *Gloſſ. in cap. Infames. in V. Fures. 6 q. 1. & in cap. 1. in V. Gratiam. De Collus Detegen.* (92) *Chart. deciſ. 69. nu. 7. & ibi. Bald. & Iaco. de Penn. Gandin. Dec. Barbat. Maran. Novel. Monticel. Scap. Decian. & M. A. Genuen.* (93) *Clar. qu. 3. ℣. Sed certe. & quæſt. 5. ℣. Quæro in quibus. & qu. 14. ℣ Scias tamen. & quæſt. 58. ℣. Punctus eſt.*
(94) *Text. in c. 1. C. Ubi de crim. agi oper. Gand. tract. de Maleſ. Tit. Ubi puniat. delinq.* (95) *L. Aſſumpt. §. fin. ff. Ad Municip. l. Si quis. ff. eo.*
(96) *L. Cum quædam. ff. de Iuriſd. omn. Iud. l. final. C. de Incol. lib. 10.*

Digitized by Google

Maritus eſt Clericus, uxor iudicabitur à Judice Eccleſiaſtico, ut docent duæ *Gloſſa*, (97) & hoc maximè, ſi de crimine civiliter agatur, ut probat *Marianus*, (98) Item qualitas cauſæ facit, quod quis ſortiatur hoc, aut illud forum, puta, Eccleſiaſticum, aut laicum; vel, ſi cauſa mixti fori ſit, detur locus Judici prævenienti. Sed quià de his latè diſputant Doctores ad *Titulum de Foro competenti*; & circà quodlibet eorum multa eſſent dicenda, quæ ſpecialem Tractatum requirerent, ideò Lectorem remittimus ad ſcribentes de his ex inſtituto, maximè ad *Decianum*, qui Tract. Crimin. lib. 4. à cap. 4. ad finem omnes materias examinat.

52 Conſiderando autem forum, comparatum delicto, domicilio, & origini, dicitur forum domicilii, eſſe cæteris duobus generalius; & ideò, ſicut quis conveniri poteſt de re alibi exiſtente, (99) ità poterit conveniri de delicto alibì commiſſo, ut arguit Abbas, ac Felinus, (100) neque enim quis poteſt dici ſubditus juriſdictioni alicuius, niſi eius, ſub quâ retinetur domicilium, ut ait *Gloſſa Clementina* cujuſdam. (101) Hæc autem concluſio vera eſt in Civilibus; ſecùs autem eſt in Criminalibus, in his enim forum delicti, nempè loci, in quo commiſſum eſt delictum, ſuperat omnia alia, argumento eorum, quæ in jure, tum Pontificio, tum Cæſareo (102) habentur. Undè reſolvendo dubitationem, dico, quod delictum propriè puniendum eſt à Judice, in cuius territorio commiſſum fuit, cum eius forum, quo ad hoc, principalius reputetur, ut dictum eſt.

53 Decima dubitatio eſt, an Judex originis, ſivè domicilii ipſius Rei, procedere poſſit contrà Subditum, ſuum delinquentem in territorio alieno, ac eum de delicto punire.

54 Reſpondeo affirmativè, & ratio eſt, quià delinquens poteſt, ab accuſatore conveniri in loco originis, ſivè domicilii de delicto, alibi commiſſo, ut ex jure utroque (103) habetur. Maior difficultas eſt, an Judices dictorum locorum poſſint procedere ex officio ſuper delicto alibi commiſſo. In hoc puncto diviſi ſunt Doctores; etenim antiqui omnes tenuerunt partem negativam, ut ſcripſit *Baldus* relatus à *Deciano*, (104) affirmativam autem tenent multi (105) aliis, quos ibidem idem recitat; ipſe verò inclinat in partem negativam. (106) Sed praxis eſt in contrarium, Judices enim domicilii, ac originis, de facto procedunt per inquiſitionem de Criminibus, alibi commiſſis, & præſertim quandò offenſus eſt ſubditus eiuſdem Judicis. Et profectò rationabiliter; nàm, cum ex conſuetudine inducta, (ut dictum fuit ſuprà num. 49.) Judices, etiam in delictis privatis procedunt ex officio, patet, quod, ſi apud Judicem originis, & domicilii poteſt quis accuſari de privato delicto, poterit iſte ſuper eodem per inquiſitionem procedere, & à fortiori, ſi delictum ſit publicum. Nec limitanda eſt concluſio ad caſum, quandò offenſus eſt etiam Subditus Judicis inquirentis, quià delictum ex ſe, quoquomodo commiſſum ſit, infamat ipſum delinquentem, & locum originis, & domicilii, ut patet, (nam vulgò dicitur, ibi naſci, aut morari facinoroſos homines, ex quibus loca malum nomen ſortiuntur) expedit proindè Judici, prò indemnitate loci ſuæ juriſdictionis, delicta quævis vindicare.

55 Undecima dubitatio eſt, an punitus in loco delicti, puniri etiam poſſit à Judice originis, aut domicilii?

56 Reſpondeo negativè, nàm licèt quis poſſit in pluribus locis ſortiri forum, tamen ſi in uno facta eſt præventio, in alio non poteſt moleſtari, (107) non enim quis debet, prò uno delicto, pluribus pœnis integris puniri, maximè in diverſis foris. (108) Nec facit contrà, quod condemnatus, aut abſolutus in foro laico, adhuc poſſit condemnari, aut abſolvi in foro Eccleſiaſtico, juxtà *Abbatem, Felinum, Bartolum, & Baldum*. (109) Nàm delicta mixti fori puniuntur duplici pœnâ, nempè ſpirituali, & temporali, quarum una aliam non impedit, & à diverſis Judicibus infliguntur; proindè, quamvis laicus temporalem pœnam dederit, ahuc locus eſt Judici Eccleſiaſtico, ſpiritualem imponere; hoc autem non eſt in Judicibus delicti, domicilii, ac originis, nàm quilibet eorum temporalem tantùm pœnam infligit, quàm, ſi Reus luit in uno tribunali, nequit in alio de eodem delicto judicari; Nàm, neque Deus judicat bis in idipſum, & de delicto unius hominis ſæpiùs quæri non debet, ut habet textus. (110)

57 Non deſunt tamen Doctores, qui diſtinguunt; nempè, ſi Reus in uno foro pœnam ſolvit, non debet ampliùs in alio moleſtari; ſed, ſi in illo condemnationem non ſolvit, poſſit in alio condemnari, ob multa jura, quæ citat *Decianus*, (111) Ad concordiam autem reduci poſſunt iſtæ duæ opiniones; puta, quod ſecunda ſententia loquatur, quandò Reus condemnatus fuit in primo foro in contumacia, nullamque pœnam corporalem, aut pecuniariam ſubiit; ex hoc enim, quod nihil damni, aut pœnæ paſſus eſt, perindè eſt, ac ſi contrà eum non fuiſſet proceſſum, & in hoc ſenſu non procedit, neque prima opinio, quæ ſupponit Reum in foro loci delicti fuiſſe moleſtatum, & ad pœnam convenientem ſententiatum. Qui autem & clementiâ Principis obtinuit indulgentiam, ac criminiſque, ac pœnæ abolitionem, licèt nihil damni, aut pœnæ paſſus ſit, non tamen ab alio Judice moleſtari poteſt, ut plures *Gloſſæ* (112) tenent. Et ratio eſt, quià quantum eſt ex ſe, Judex delicti eum condemnavit ad pœnam legitimam, & completum, contrà eum, judicium exercuit. Accidit autem, quod à Principe indulgentiam obtinuit, & per hanc non vitiatur judicium, jàm factum contrà eum, per quod ulteriori judicio via præcluditur.

58 Duodecima dubitatio eſt, quæ nàm delicta debeat Judex majori diligentiâ indagare, & accuratiùs proſequi.

58 Reſ-

(97) *Gloſſ. in cap. Eos. 32. diſt. cap. Clericum. & ibi Gloſ. p. 11. q. 1.*
(98) *Marian. Socin. in cap. 1. num. 20. de For. compet.*
(99) *arg. l. final. C. Vbi in rem acti.* (100) *Abb. Conſ. 24. num. 2. lib. 1. Felin. in cap. Licet Coll. 9. de For. compet.*
(101) *Gloſſ. in Clement. 1. in V. Subditos. de For. compet.*
(102) *cap. Statutum. §. Cum verò. de Reſcr. in 6. Authen. Vt nulli Iudic. §. Si verò quis. cap. 5. Coll. 9. Novel. 134.*
(103) *Arg. cap. Cum contingat. Extrà. de For. compet. l. final. ff. de Decre. ab Ord. fac. l. Si quis in hoc. C. de Epiſ. & Cler.*
(104) *Bald. conſ. 124. in fin. Vol. 1. apud Dec. lib. 4. c. 16. n. 2. ant. med.*
(105) *Cyn. Bart. Bald. Angel. Butr. Abb. Ang. de Arimin. Bolognin. Ruin. & Alciat. apud Decian. l. cit. V. Contrariam.*
(106) *Decian. loc. cit. V. Ego puto.*
(107) *arg. l. Si quis poſteaquam. ff. de Iudic. l. Cum quædam. §. final. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* (108) *text. in l. Senatus. ff. de Accuſ.*
(109) *Abb. in cap. Tuæ. col. final. de Procur. Felin. in cap. De his. V. 12. reſpondetur de Accuſat. Bart. in l. Nemo Martyres. C. de Sacr. Eccl. & Bald. in l. Placet. C. eo.*
(110) *Text. in l. licet. §. final. ff. Nav. cau. ſtab. Gloſ. in cap. De his. Extra. de accuſat.* (111) *Decian. lib. 4. cap. 16. num. 7.*
(112) *Gloſſ. in cap. De his. De Accuſat. Gloſ. penult. in cap. final. de Temp. ord. & Gloſ. 1. in cap. 2. de Schiſmat. Decian. lib. 3. cap. 30. nu. 7. Paſſerin. Prax. Crim. qu. 26. nu. 136. Eugen. Conſ. 64. numer. 38. lib. 1. Sperel. Deciſ. 134. num. 69. Raynal. Tom. 1. cap. 1. §. 10. num. 60. V. Quid dicendum.*

Digitized by Google

59 Reſpondeo, quod multa delicta impunita relinquuntur in jure Civili, quæ tamen in Canonico puniuntur, ut fornicatio, & multa alia etiam non vindicantur in foro humano, & relinquuntur Divino judicio punienda, (113) & hoc præcipuè, quandò deficiunt claræ delicti probationes, aut quandò punitio infligi non poteſt, ob multitudinem delinquentium; vel cum ex publicâ pœnâ maius eſt damnum, quod eveniret Reipublicæ ex ſcandalo, quàm utilitas ex ſontis punitione. Quandò tamen iſta ceſſant, Judex non debet delicta impunita relinquere, ſed maximè vindicanda ſunt ea, quæ magis Rempublicam conturbant, & ſocietatem humanam corrumpunt, ut ſcribit *Decianus*, (114) quandòquidem videmus etiam leges metiri pœnas delictorum, non à gravitate Theologicâ criminis, ſed à graviori damno, quod per ea infertur Reipublicæ, ut aliàs (115) diximus.

## §. III.

## Probationes delictorum.

### SVMMARIVM.

1 *De Probationibus remiſſivè.*
*Probatio plena quid ſit juxtà Maſcardum.*
*Probatio plena delicti quæ dicatur.*
*Probatio ſemiplena quæ.*
2 *Species ſubalternæ probationum.*
3 *De probatione delicti plenâ, ac ſemiplenâ remiſſivè.*
4 *Dubitatio prima.*
5 *Delicta non præſumuntur.*
*Quomodò delicta probentur præſumptionibus.*
6 *Factum non præſumitur, niſi probetur.*
*Qualitas delicti non probatur præſumptione.*
7 *In delictis difficilis probationis præſumptiones probant.*
*Item in his, quæ ſunt de genere prohibitorum.*
*Item quàndo in facto apparet maior ſpecies delicti, quàm non.*
*Item quandò delictum eſt favorabile delinquenti.*
*De aliis præſumptionibus remiſſivè.*
8 *Dubitatio ſecunda.*
9 *De eâ remiſſivè.*
10 *Dubitatio tertia.*
11 *Probatio Rei contraria Accuſatori, aut fiſco quid operetur.*
12 *De aliis probationibus remiſſivè.*

1 PLura diximus aliàs (1) de Probationibus, explicando graduationem valoris earum, & ad ibi dicta Lectorem ablegamus. In præſentiarum, quantùm ad probationem delictorum conſiderandæ ſunt duæ ſpecies probationum nempè plena, & ſemiplena, juxtà has enim tota praxis ſententiandi in Judiciis Criminalibus regulatur. Probatio quidem plena, Teſte *Maſcardo* (2) communiter diffinitur illa, *quæ tantam fidem facit, quantùm ad finiendam controverſiam ſufficiat.* Sed quià hæc diffinitio quadrat tùm in Civilibus, quàm in Criminalibus, & facit etiam, tàm prò abſolutione, quàm prò condemnatione Rei, non reſtringitur ad *probationem* plenam *delicti*, de quâ hìc agere intendimus. Dico proindè, quod probatio plena delicti eſt ea, *per quam infligitur Reo ordinaria pœna delicti*, illa nempè, quæ Lege, aut Statuto ſancita eſt; Semiplena autem illa eſt, per quam aliquis tanquàm Reus ſiſtitur in Judicio, & torturæ ſubjici poteſt.

2 Communiter autem aliæ ſpecies ſubalternæ probationis plenæ aſſignantur; nempè per Teſtes, Inſtrumenta, Confeſſionem, Facti evidentiam, Juramentum, Præſumptionem, & Famam, ſub quibus *Maſcardus*, (3) comprehendit alias plures, aſſignatas à *Baldo*, *Hoſtienſi*, & *Speculatore*, ſed Reverà tales ſpecies inſerviunt, tàm prò probatione plenâ, quàm ſemiplenâ: etenim, ſi Teſtes patiantur defectum; aut inſtrumenta non habeantur authentica; aut confeſſio probetur erronea, vel vi tormentorum emanata, aut evidentia facti, poſſit interpretari, tàm prò delicto, quàm prò non delicto; profectò non plenè probabunt, ſed tantùm ſemiplenè. Juramentum verò, præſumptio, & fama (quidquid ſit in Civilibus), in Criminalibus nunquàm poſſunt plenè, hoc eſt, ad pœnam ordinariam infligendam probare. Dicendum ergò, quòd Teſtes, inſtrumenta, confeſſio &c. non conſtituunt ſpeciem probationis aliam, & aliam, (cum æquè convenire poſſint utique probationi plenæ, & ſemiplenæ) ſed ſint tantùm inſtrumenta, quibus paratur probatio, & proindè non conſtituant probationum differentiam ſpecificam, ſed tantùm modalem.

3 Diximus in Parte Prima paſſim, quomodò delicta probentur, tùm plenè, tùm ſemiplenè, proindè hìc non repetimus, ſed nonnullas tantùm dubitationes circà materiam probationis delictorum ſolvemus.

4 Prima dubitatio eſt, an aliquandò delicta præſumptionibus probentur?

5 Reſpondeo, quod licèt juris regula ſit, quod delicta non præſumantur, ut habet Textus, (5) tamen aliquandò ſolâ præſumptione probantur. Advertendum autem, quod dupliciter contingit delictum probari præſumptione; uno modo, quò ad factum totale; alio modo, quò ad qualitatem, quæ actui ineſt, in quâ formalis ratio delicti conſiſtit. Explico. *Caius* itinerans, cum *Seio*, ſibi deeſſe crumenam, auro plenam, advertit; præſumi poteſt, quod eam per viam inadvertenter perdiderit; præſumi etiam poteſt, quod *Seius* eam ſibi ſurripuerit; In hoc caſu præſumptio diceretur probare factum; Si autem conſtet, *Seium* crumenam quidèm ſuſtuliſſe, & ità præſumi poteſt, quod joco, quàm quod dolo malo ſuſtulerit; in hoc caſu diceretur, præſumptione probari qualitas, quæ ineſt facto, ſivè actui (puta dolus malus) in quâ conſiſtit formalis ratio delicti, nempè furti.

6 Dico igitur, quod præſumptione delictum non probatur, quò ad factum; Axioma enim famoſum Juris eſt, quod factum non præſumitur, niſi probetur. (6) Undè in actione criminali, antè omnia probandum eſt factum, ſivè maleficium, & non præſumptivè, ſed plenè,

(113) *D. Auguſt. lib. 1. de liber. arbit. D. Thom. 2. 2. quæſt. 96. art. 2. in fin. Io. Andr. in Reg. Peccatum. de Reg. iur. in 6.*
(114) *Decian lib. 2. cap. 19. numer. 1.*
(115) *Par. 1. Tit. Denunciatio. numer. 14.*
(1) *Part. Pr. Tit. Probationes, per tot.*
(2) *Maſcard. de Probat. quæſt. 4. nu. 14. volum. 1.*

(3) *Maſcard. l. cit. nu. 16.* (4) *Bald. in Rubr. de Probat. Hoſtien. Summ. eo. Tit. Speculat. eo Tit. §. Videndum.*
(5) *Text. in l. Merito. ubi DD. communiter. ff. Pro ſocio.*
(6) *L. In bello. §. facta. ff. de Capti. & poſtlim. rever. l. Si emancipati. C. de Collat. l. 1. C. de Probat.*

Digitized by Google

plenè, ac concludenter; nec ullo modo inquiri poteſt contrà malefactorem, niſi priùs conſtiterit Judici de maleficio; ut aliàs (7) dictum eſt. Pariter neque probatur qualitas inexiſtens facto, per quam hoc redditur delictum formaliter; ſiquidem, ut non ſemel aliàs (8) dictum eſt, talis qualitas non probatur præſumptione, quià hæc debet ſemper eſſe potiùs prò non delicto, quàm prò eo: undè Accuſatori, aut fiſco incumbit onus plenè probandi talem qualitatem, pròut diximus in Prima Parte. (9)

7 Fallit tamen prima regula in delictis, quæ ſunt difficilis probationis, ut ſunt omnia delicta carnis, & alia quædam; Nàm in his, quæ ſuaptè naturâ ſunt difficilis probationis, præſumptiones inducunt plenam, & legitimam probationem, ut multis citatis ſcribit Sgroi. (10) Fallit etiam in his, quæ ſunt de genere prohibitorum; Nàm in his præſumitur delictum, puta, præſumitur dolus in facto; proindè, ſi homicidium committatur, præſumitur in dubio fuiſſe doloſè commiſſum, licèt potuerit eſſe ad defenſam, aut ex ſolâ culpâ, aut fortuitò accidiſſe. (11) Fallit pariter, quandò in actu primâ fronte ineſt maior ſpecies delicti, quàm non, quià tunc magìs præſumitur delictum, argumento eorum, quæ dicuntur in Jure. (12) Fallit inſuper, quandò delictum eſt favorabile delinquenti; aut eidem ex eo commodum reſultat, nam eo caſu præſumitur prò delicto, ut, poſt multos, (13) tenet *Maſcardus*. De aliis autem viribus præſumptionis in probando ſufficienter diximus in Parte prima, ad quam Lectorem remittimus.

8 Secunda dubitatio eſt, per quos Teſtes, quomodò, & quandò probandum ſit delictum?

9 Reſpondeo; quod de hoc ſufficienter tractatum eſt, in Prima Parte *Titul. Teſtes*, paſſimque per totum opus.

10 Tertia dubitatio eſt, quid operetur imperfecta probatio Rei, contraria perfectæ probationi Accuſatoris, ſivè fiſci?

11 Reſpondeo diſtinguendo; nàm aut probatio Rei, de directo pugnat contrà probationem fiſci, aut non. Si ſic, probatio Rei non admittitur; ex hoc enim, quod delictum plenè, & concludenter probatum eſt, ità ut contrà Teſtes non militet exceptio, quæ plenam probationem vitiet, dari non poteſt contraria probatio, & maximè imperfecta; contrà naturam enim rerum eſt, quod imperfectum ſit validius perfecto; Nec poſſunt contraria ſimul circà idem admitti. (14) Si verò probatio Rei non militat directè contrà probationem fiſci; ſed contrà aliud; (ut e. g. ſi *Caius* plenè probatus Reus de homicidio *Sei*, imperfectè probet, ſe occidiſſe ad defenſionem propriam,) optimè admittitur, & operatur, quod Reus non poteſt ad pœnam ordinariam damnari; ad hanc enim condemnari nemo poteſt, quandò res redditur dubia, ut docet *Boſſius*. (15) Hinc etiam infertur, quod, ſi Reus habet contrà ſe Teſtem omni exceptione majorem, & prò ſe Teſtem, etiam inhabilem, aut patientem defectum, nullo modo poteſt torqueri; (niſi contrà ſe aliud indicium, aut adminiculum vigeat, quo expugnetur contraria vis Teſtis defectuoſi,) ex tali enim conflictu res redditur dubia, & delictum non manet ſemiplenè probatum ſufficienter ad torturam.

(9) *Part. Pr. Tit. Corpus. numer. 13.*
(10) *Sgroi Lux Prælat. par. 5. cap. 4. num. 3.*
(11) *Deci. in cap. In præſentia. nu. 14. de Probat. Bart. in l. Si quis ex argentar. §. An verò. V. Breviter. ff. de Eden.*
(12) *Arg. cap. Eſtote. cap. Cum dilecti. & ibi DD. de Accuſ.*
(13) *Alex. Marſil. Alberic. Bart. Crav. apud Maſc. de Probat. Concl. 495. n. 10.* (14) *l. Mutuis. ff. Pro ſocio. l. Si pecunia. in fin. C. de Furt.*
(15) *Aegid. Boſſ. Tit. de Defenſ. Reo. nu. 12. & Tit. de Convict. in fin. Sgroi Par. 6. cap. 2. num. 109.*

12 Alia, quæ faciunt ad probationem delicti in genere, (puta, confeſſio rei extrajudicialis, ac judicialis; facti notorietas; rei evidentia; ſcriptura publica, aut privata, indicia, coniecturæ &c.) paſsìm docuimus in *Par. Pr.* & maximè *Tit. Indicia*. Quæ verò faciunt ad probationem in ſpecie dantur infrà ſingillatim tractando de quolibet delicto.

## §. IV.

# Pœnæ in genere.

### *SVMMARIVM.*

1 *De pœnis remiſſivè.*
2 *Dubitatio Prima.*
3 *Pœna ordinaria quid ſit.*
*Ex præſumptionibus non datur.*
*Nec etiam ex indiciis violentis.*
4 *Dubitatio ſecunda.*
5 *Pœna, & mulcta quomodò differant.*
*Pœna à pœnitentia quomodò diſtinguatur.*
*Pœnitentia requirit acceptationem.*
6 *Dubitatio tertia.*
7 *Pœna extraordinaria quid ſit.*
8 *Dubitatio quarta.*
9 *Pœna eſt merx delicti, & huic eſt proportionanda.*
*Augenda, ubi plurificantur delicta.*
*Pœna maioris delicti abſorbet alias.*
*Vulnerans, & ex intervallo occidens, punitur duplici pœna.*
10 *Dubitatio quinta.*
11 *Pœna gravior, quæ ſit.*
12 *Dubitatio ſexta.*
13 *Arbitrio Iudicis quandò ſit locus in dandis pœnis.*
14 *Iudex à quo regulare debet arbitrium.*
15 *Pœna augenda ad gradum proximiorem.*
*Arbitrium Iudicis extenditur etiam ad mortem.*
16 *Pœna quomodò minuenda.*
*Gradus diminutionis pœnæ.*
17 *Dubitatio ſeptima.*
18 *Gradus pœnarum Canonicarum.*
*Suſpenſio ad tempus eſt infimus gradus pœnarum Eccleſiaſticarum.*
*Depoſitio eſt ſecundus gradus.*
*Detruſio in Monaſterium eſt tertius gradus.*
*Perpetuus Carcer quandò detur Clerico.*
*Traditio in manus Curiæ ſæcularis eſt ſupremus gradus.*
19 *Gradus pœnarum de jure Civili.*
20 *Dubitatio octava.*
21 *Reo non debet dari iuramentum de veritate dicendâ contrà ſe.*
22 *Ratione periurii in negandâ veritate non augetur pœna Reo.*
23 *Dubitatio nona.*
24 *Pœna capitalis, quæ dicatur.*
*Libertatem amittens dicitur capite minutus.*
*Membri mutilatio non eſt pœna capitalis.*
*Capitalis pœna eſt pœna ſanguinis.*
25 *Dubitatio decima.*
26 *Pœna capitalis in lege dubiâ intelligatur de pœna exilii.*
*In gravioribus delictis accipitur prò pœna mortis.*
27 *Dubitatio undecima.*
28 *Pœna Statuti tollit pœnam iuris communis.*

*Quan-*

Digitized by Google

*Quandò pæna Statuti eſt cumulativa cum jure communi, utraque pæna eſt iniungenda.*

29 *Dubitatio duodecima.*

30 *Pæna legalis complementum non poteſt dare Iudex Reo, qui mitiùs fuit punitus ab alio Iudice.*

*Iudex laicus poteſt punire Reum, non ſufficienter punitum ab Eccleſiaſtico.*

*In delictis mixti fori non practicatur pænarum ſuppletio.*

31 *Dubitatio tertiadecima.*

32 *Pæna latæ ſententiæ, quæ ſit.*

*Quænam ſint clauſulæ importantes pænam latæ ſententiæ.*

33 *Dubitatio quartadecima.*

34 *Quandò pæna latæ ſententiæ retrotrahitur.*

35 *Retrotractio quos actus invalidet.*

*Titulus coloratus, cum errore communi validat actum invalidum.*

36 *Dubitatio quintadecima.*

37 *Subditus, quo caſu poſſit denegare obedientiam Superiori ob crimen, quo* ipſo facto *privatur Officio.*

38 *Dubitatio ſextadecima.*

39 *Optio pænaram, quandò tribuenda Iudici, & quandò Reo.*

40 *Pæna imperſonaliter importata confert opinionem Iudici.*

41 *Iudex quam pænam magis eligere debeat.*

42 *Dubitatio decimaſeptima.*

43 *Pæna incurſa, quandò pronuncianda ſit.*

*Prò ſecuritate animæ, ſemper pronunciandum in deteriorem partem.*

*In foro fori præſumendum eſt prò mitiori pænâ.*

1 DE pœnis delictorum in genere; de earum diviſione, augmentatione, reſtrictione, extenſione, ac aliis earum paſſionibus, generibus, & ſpeciebus pœnarum multa paſſim tradidimus in *Prima Parte*, & ſpecialiter toto *Titulo Pœnarum*. De pœnis in ſpecie ſingulis delictis infligendis tractamus infrà ſingillatìm. In præſenti paragrapho nonnulla generalia trademus, de quibus aliàs non diximus.

2 Prima dubitatio eſt, quid ſit, & quandò danda eſt pœna ordinaria?

3 Reſpondeo, quod pœna ordinaria criminis, eſt illa, quam leges ſanxerunt; aut Princeps conſtituit, aut certâ, & longâ conſuetudine introducta eſt. (1) Hæc autem ſolummodò dari poteſt, quandò conſtito de corpore delicti Reus plenè convictus eſt; aut confeſſus. Cæterùm ex præſumptionibus, & multò minùs ex ſuſpicionibus nemo poteſt ad pœnam ordinariam damnari, argumento eorum, quæ dicuntur in Jure. (2) Imò neque ex indiciis violentis, maximè ſi pœna ordinaria ſit ultimi ſupplicii, ut pluribus probat *Caballus*. (3)

4 Secunda dubitatio eſt, quomodò pœna differat à multâ, ſivè mulctâ, & à pœnitentiâ.

5 Reſpondeo, quod, ut textualiter in iure (4) habetur, pœna nomen generale eſt, & convenit cuilibet criminis coercitionis mulcta verò convenit tantùm pœnæ pecuniariæ, & pœna quidem à lege decernitur, mulcta verò arbitrariè à Judice datur. Differt autem pœna à pœnitentiâ, quià hæc imponitur, ut Deo ſatisfiat in foro animæ, pœna autem, ut ſatisfiat Reipublicæ, & ideò pœnitentia non excuſat à pœnâ, ut ſcribit *Abbas*. (5) Hinc eſt, quod excommunicatus denunciatus, ut abſolvatur à cenſurâ, debet ſubire pœnitentiam, ſibi iniunctam ab abſolvente prò emendâ fiendâ Eccleſiæ, contrà quam deliquit, & pœnam inflictam à Judice ad ſatisfaciendum prò crimine admiſſo, ut tranſeat cæteris in exemplum, ut ex *Vitalino Chartarius*. (6) Itemque pœna infligitur invitò, & independenter, & contrà Rei voluntatem: pœnitentia verò indiget acceptatione, ac conſenſu pœnitentis, ut notat *Theſaurus*. (7)

6 Tertia dubitatio eſt, quænam ſit, & dicatur pœna extraordinaria?

7 Reſpondeo, quod eſt illa, quam Judex ipſe, non legum ſanctione, vel Principis conſtitutione, aut ex inolita conſuetudine, ſed ex proprio arbitrio infert, ac imponit. (8)

8 Quarta dubitatio eſt, ex quibus cauſis pœnæ ſint augendæ, aut minuendæ?

9 Reſpondeo, quod cum pœna ſit merx delicti, ut habet quædam *Gloſſa*; (9) & proindè proportionanda illi ſit, (10) ex conſequenti quoties aggravatur delictum, augendæ etiam ſunt pœnæ, & vice verſa. Undè quandò in uno facto plura delicta concurrunt, regula generalis eſt, quod prò ſingulis omnibus danda ſit pœna, ut dicunt Doctores. (11) Advertendum autem, quod, ſi facta ſunt eodem tempore, & ad eundem finem tendunt, punitur delinquens ſolâ pæna maioris delicti, ut ſcribit *Clarus*, (12) communiter receptus; & ità licèt unum delictum ſit delatio armorum; aliud inſultus contrà aliquem; aliud vulnerare illum, & aliud occidere; delinquens, qui armis inſultavit, vulneravit priùs leviter, & pòſt, aucto impetu, occidit, non punitur, niſi pænâ homicidii. Secùs ſi facta ſint diverſis temporibus; nàm vulnerans unum, & posteà ex intervallo eundem occidens, totaliter puniendus venit, & de vulneribus, & de occiſione, tanquàm plura committens delicta ſeparata, ut habetur ex textu formali. (13)

10 Quinta dubitatio eſt, quomodò pæna cenſeatur gravior?

11 Reſpondeo, quod illa pæna gravior cenſenda eſt, per quam aliquis privatur re, quæ comparatione alterius ſibi charior eſt, ut eleganter ait *Chartarius*. (14) Proindè, cum cuilibet charior ſit propria vita, quàm bona externa, ut pecunia &c. quælibet pæna afflictiva corporis gravior cenſetur amiſſione bonorum; pariterque gravior eſt pæna, quâ privatur homo membro, quod præ cæteris diligitur, ut ſi privetur oculis, qui, teſte Philoſopho, (15) præ aliis membris diliguntur, quàm ſi privetur aure, naſo, aut manu. Verum eſt, quod levis pæna corporalis, ut elevatio in equuleo, aut fuſtigatio, poteſt eſſe aliquandò minùs gravis, quàm amiſſio omnium bonorum;



(1) *l. 1. §. Calumniatoribus. ff. Ad Turpill. l. 2. §. Conſtat. ff. de Pæn. Iuli. Chartar. deciſ. 49. nu. 65. & deciſ. 90. num. 71. & ibi Iodoc. Pract. crimin. cap. 55. num. 2.*

(2) *text. in l. Abſente. ff. de Pæn. & in l. final. C. de Probat. & in cap. In præſentia. eo. tit. Raynal. tom. 2. cap. 18. Rubric. nu. 50.*

(3) *Cabal. Cent. 2. Caſ. 288. num. 7. 11. 12. & 15.*

(4) *text. in l. Aliud fraus. §. 1. ff. de Verb. ſign.*

(5) *Abb. in cap. De his. num. 3. de Accuſ.*

(6) *Bonifac. Vitalin. in Clement. 1. num. 67. & ſeqq. de Pæn. apud Iuli. Chartar. Deciſ. 72. num. 27.*

(7) *Theſaur. de Pæn. Par. 1. cap. 2. ℣. Secundò pæna.*

(8) *arg. cap. De cauſis. §. Illis. de off. Deleg. cap. Super his. de Accuſ. l. 1. circ. med. ff. de Effract. Chartar. deciſ. 49. nu. 67.*

(9) *Gloß. in Rubr. ff. de Pæn.*

(10) *Dec. in cap. Eccleſ. S. M. nu. 1. de Conſtit. Covaru. Var. lib. 2. cap. 8. init. Barboſ. in cap. Quæſivit. nu. 4. Ut Eccleſ. benef.*

(11) *Bart. in l. Nunquam plura. ſub n. 4. ℣. Item oppono. ff. de Priv. delict. Cabal. Caſ. 158. nu. 11. Chartar. deciſ. 54. num. 11. & ibi Butr. in l. Si adulterium cum inceſtu. ff. de Adult.*

(12) *Clar. Quæſt. 84. ℣. Alius eſt caſus. num. 4.*

(13) *text. in l. Illud. §. Si idem. ff. Ad leg. Aquil.*

(14) *Iuli. Chartar. deciſ. 30. num. 32.*

(15) *Ariſtot. Proem. Metaphiſ. text. 2.*

Digitized by Google

Ideò regula intelligenda eſt ſic, quod comparentur pœnæ leves corporales cum levibus pecuniariis; aut graves cum gravibus; non verò graviſſima pecuniaria, (quæ eſt amiſſio omnium bonorum) cum levi corporali, ut dictum eſt.

12 Sexta dubitatio eſt, quomodò ſe continere debeat Judex in infligendâ pœnâ arbitrariâ?

13 Reſpondeo, quod arbitrium Judicis in pœnis decernendis non eſt liberum, ſed intelligitur eſſe arbitrium boni viri, quod jure, & ratione moderandum eſt; (16) & quandò delicto, ſancita à lege, Statuto, aut conſuetudine, pœna, (quæ tunc dicitur ordinaria, ut ſuprà numer. 7. dictum eſt) reperitur, & in caſu nulla intervenit qualitas, ob quam pœna legis, nec augenda, nec minuenda veniat, tunc non eſt locus arbitrio Judicis, ſed pœnam ſancitam præcisè infligere tenetur; nàm non debet Judex eſſe, aut ſeverior, aut clementior lege.

14 Quod, ſi in jure pœna ſancita non reperitur, tunc intrat Judicis arbitrium, & tunc debet pœnam dandam inveſtigare per comparationem ad alia delicta, quibus ordinaria pœna aſſignata reperitur; itemque regulare ſententiam ſuam, exemplis aliorum illuſtrium Tribunalium in caſu ſimili; & doctrinis Criminaliſtarum, quorum tanta eſt copia, ut nullus ferè dabilis ſit caſus, tàm inauditus, qui ab Auctoribus deſcriptus non reperiatur.

15 Si verò delictum tales habeat qualitates, ut meritò varianda ſit pœna à lege data, aut augendo, aut minuendo, tunc, ſi agatur de pœnâ augendâ, modus ſervandus eſt, ut augeatur pœna ad gradum proximiorem, (17) non verò ad remotiorem. Quod, ſi pœna ordinaria delicti ſit extrema in unâ ſpecie, & in facto adeſt qualitas inſigniter aggravans, arbitrium Judicis extendi poteſt ad gradum infimum alterius ſpeciei ſuperioris, quià gradus ſupremus pœnæ ſpeciei inferioris, in gravitate proximus eſt gradui infimo ſpeciei ſuperioris; ideò ſi delicto debetur privatio omnium bonorum, quæ eſt ſuprema pœnarum pœcuniariarum; ſi interveniat qualitas aggravans, augetur pœna ad infimum gradum pœnæ corporalis, quæ eſt ſpecies ſuperior pœnæ pecuniariæ. Pariter, ſi ob delictum ordinaria pœna eſt damnatio perpetua ad triremes; ob qualitatem aggravantem, augetur pœna ad ultimum ſupplicium; nàm perpetuæ triremes ſunt gradus ſupremus pœnarum corporalium citrà mortem. Quod autem arbitrium Judicis, etiam ad vltimum ſupplicium extendi poſſit, tenent communiter Doctores. (18)

16 Si verò pœna minuenda ſit, ſpectanda eſt qualitas minuens delictum, & pari modo, prout dictum eſt, attendi debet gradus proximior in levitate. Univerſaliter autem penſandæ ſunt omnes facti circumſtantiæ, puta, ſi omnes augent, aut minuunt; aut ſi una auget, & altera minuat, & juxtà earum valorem, proportione geometricâ pœnas temperare, ut docuit *Tholoſanus*, & *Mattheus*; (19) & illas extendere ad gradus proximiores, aut remotiores, augendo, aut minuendo, juxtà gradationem à qualitatibus in facto intervenientibus requiſitam. Undè docet *Theſaurus*, (20) quod, ſi in caſu homicidii recedendum ſit à pœnâ ordinariâ, diminuendo, ſolet Reus damnari ad perpetuas triremes prò primo gradu, importato nempè ab unicâ qualitate minuente delictum, ut ſi occidit ſinè dolo. Si duæ interveniunt qualitates, nempè occidit ſinè dolo, & unum prò alio, deſcenditur ad ſecundum gradum, puta, ad damnationem per decennium ad triremes. Si interveniant tres qualitatas, nempè, ſi ultrà duas prædictas, adſit in Reo ſanguinis nobilitas, aut meritum Patris apud Principem, deſcenditur ad tertium gradum, puta, damnationis per ſeptennium; & ſic deinceps, ſi aliæ qualitates intervenirent, gradatìm debet fieri diminutio; ità ut tòt poſſent in facto intervenire circumſtantiæ, quod homicidium exilio, aut etiam mulctâ pecuniariâ puniri poſſet.

17 Septima dubitatio eſt, quis ordo ſit graduum pœnalium in utroque iure?

18 Reſpondeo, quod in iure Canonico juxtà doctrinam *Abbatis*, (21) infimus gradus pœnæ prò levibus delictis eſt ſuſpenſio ad tempus, aut aliud, arbitrio Judicis. (22) Secundus gradus dandus prò gravibus eſt depoſitio, ſeù privatio beneficii: Tertius eſt ultrà prædictas pœnas detruſio in Monaſterium prò gravioribus, quanquàm non publicis. (23) Quartus eſt prò graviſſimis depoſitio cum damnatione ad perpetuum carcerem, qui tunc adhibetur, cum Clericus committit delictum, prò quo in iure civili punitur Reus pœnâ mortis, (24) ut enim notat *Innocentius*, (25) dicitur talem detruſionem in perpetuum carcerem, poſt depoſitionem, æquiparari pœnæ mortis naturalis. Supremus verò gradus, qui datur prò graviſſimis ſceleribus, affectis aliquâ inſigni qualitate, aut juxtà ſanctiones Summorum Pontificum, eſt, poſt degradationem, traditio in manus Judicis laici, ut fit cùm hæretico relapſo, Clerico in minoribus Miſſam celebrante, & aliis ſimilibus delictis.

19 In iure autem Civili, infimus gradus eſt pœna pecuniaria, quæ poteſt intendi, & remitti juxtà maiorem, aut minorem quantitatem pecuniæ ſolvendæ. Succedunt pœnæ incorporales, quæ varios habent gradus, qui juxtà conditionem perſonarum, locorum, temporis, conſuetudinis in gravitate variantur, ut infamia, privatio Magiſtratus, repulſio à teſtificando, auxilium, relegatio &c. Subſequuntur pœnæ corporales citrà mortem; ut damnatio ad publicam ignominiam (vulgò la *Berlina*) fuſtigatio, elevatio in equuleum (*tratti di corda*,) ſtigmatizatio ferro candenti, triremes, membri detruncatio &c. Suprema autem pœna eſt ultimi ſupplicii, quæ tamen etiam ipſa gradus maiores, & maiores in atrocitate habet; ut ſuprà truncationem capitis eſt ſuſpendium in furcis, raptatio per caudam equi ad patibulum; dilaceratio carnis candentibus forcipibus; oſſium comminutio per rotam; viventis combuſtio, ac cinerum diſperſio &c.

20 Octava dubitatio eſt, an ex eo quod Reus negat delictum, & hoc poſteà confitetur, & proindè in judicio periurum ſe prodit, debet graviori pœnâ puniri, quàm ordinariâ, quæ prò delicto debetur?

21 Reſpondeo primò, quod aliàs, (26) cum *Claro* improbavimus conſuetudinem Tribunalium, in quibus Reo examinando, juramentum datur; & ultrà rationes ibi adductas, addo quod textualiter in quodã Canone (27) habetur, quod

(16) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 77. nu. 1. & 5. Bict. quæſt. 133. nu. 3.*
(17) *Arg. l. Capitalium. § Incendiarii. ff. de Pæn. Flamin. Chartar. poſt deciſ. 66. Iul. Chart. nu. 117. & ſeqq. Raynal. tom. 1. c. 7. §. 1. n. 152.*
(18) *Bart. & Angel. in l. Sacrilegii. ff. Ad leg. Iul. pecu. Abb. & Felin. in cap. Cum te. de Sent. & re indic. Marant. Aretin. & Bald. apud Farinac. quæſt. 17. num. 34.*
(19) *Gregor. Tholoſ. Syntagm. iur. Par. 3. lib. 30. cap. 5. num. 2. Ant. Matth. Tit. de Pæn. cap. 4. nu. 6. & 7. Raynal. l. cit. nu. 155. in fin.*
(20) *Theſaur. Forenſ. quæſt. 13. num. 11. lib. 1.*
(21) *Abb. in cap. Tuæ diſcretionis. n 4. de Pæn.* (22) *Arg. cap. Cum dilecti. de Accuſa.* (23) *Arg. cap. Tuæ diſcretionis. de Pæn.*
(24) *arg. c. Novimus. de Verb. ſign. cap. penul. de Hæret. c. 1. eo. tit. lib. 6*
(25) *Innocen. in cap. Qualiter, & quandò. il 2. de Accuſa.*
(26) *Par. Pr. Tit. Reus, numer. 16.*
(27) *cap. Clericos. juncta Gloſ. in V. Abjurantes. de Cohab. Cler. & mul.*

Digitized by Google

quod Clerici publici concubinarii non debent ab Epiſcopis compelli *abiurare* ſuas concubinas; & hoc, nè ipſi eaſdem ex ſuggeſtione Diaboli reaſſumentes, fiant periuri. Si igitur ob periculum perjurii non poſſunt ſub juramento adſtringi Clerici ad admittendas concubinas, & quomodò adſtringi debebunt inutiliter ſub juramento Rei, ad dicendam contrà ſe veritatem, dum regulariter præſumi, ac naturaliter judicari poſſit; quod illi ſint periuraturi? Profectò talis praxis, ut potè peccati nutritiva, deberet à Tribunalibus eliminari.

22 Reſpondeo ſecundò, quod, quantùmvis Reus negando factum, ſit periurus, & ratione periurii novum delictum commiſerit aliud ab eo, de quo conſtitutus eſt, non tamen ſibi ex hoc aggravatur pœna, ſed datur illa, quæ præciſè competit delicto, ut dicunt Doctores. (28)

23 Nona dubitatio eſt, quænam dicatur eſſe pœna capitalis?

24 Reſpondeo, quod, cum quilibet homo cenſeatur habere triplex caput; primumque ſit naturale, quo amiſſo, amittitur vita; ſecundum verò libertas, ſinè quâ quis mortuus reputatur, ut proindè etiam minutus capite in jure (29) dicatur. Tertium verò Civitas, quâ amiſsâ, quis ſeparatur à corpore miſtico ſuæ Civitatis, ſequitur, quod pœna capitalis conſiſtat in tribus, videlicet in amiſſione vitæ naturalis per ultimum ſupplicium; in perditione libertatis, ut ſi in ſervitutem venderetur, aut in metallum, aut ad triremes damnetur, & in amiſſione ſuæ Civitatis, & Patriæ per exilium; ut docet *Baldus*. (30) Et hinc ſequitur, quod pœna mutilationis membri, ut cenſent Doctores, (31) non poteſt dici pœna capitalis, quamvìs gravis ſit, quià per eam nullo ex tribus dictis capitibus privatur. Scribit verò, poſt quandam *Gloſſam Clarus*, (32) quod propriè, & ſtrictè loquendo pœna capitalis accipitur prò pœnâ ſanguinis, & ſecundùm hanc acceptionem oporteret dicere, quod amputatio membri ſit pœna capitalis, eò quià, ſinè ſanguinis effuſione non exequitur.

25 Decima dubitatio eſt, de quâ pœnâ capitali, in caſu dubio legis, aut Statuti, facienda ſit interpretatio?

26 Reſpondeo, quod ſecundùm communem ſententiam Doctorum, quos cumulat Clarus, (33) in dubio pœna capitalis debet intelligi de exilio, & non de morte, & ratio potiſſima eſt, quod in pœnis debemus ſemper ſequi mitiorem interpretationem. Fallit autem hæc regula in gravioribus delictis, nàm in his, ut ait textus, (34) debemus *pœnis legum ſeveritatem ſubſequi*, & ſic poſt *Nevizzanum*, firmat *Baiardus*. (35)

27 Undecima dubitatio eſt, quam pœnam teneatur Judex infligere prò delicto, prò quo, in jure communi una, alia verò pœna Statuto municipali ſancita eſt?

28 Reſpondeo, quod regula generalis eſt, quod per pœnam Statutariam ſit pœnitùs ſublata pœna juris communis, & hanc probat *Caballus*, (36) auctoritate viginti Doctorum, quos citat; quibus addo *Giurbam*, *Solam*; ac *Raynaldum*. (37) Et ratio eſſe poteſt, quià, ſi jus commune corrigitur in civilibus per jus municipale (dummodò legitimè tamen introductum ſit,) idem debet etiam eſſe in criminalibus. Et quantùmvis pœna ſtatutaria eſſet minor, quàm pœna juris communis, illa tamen, & non hæc eſſet inferenda, ut docet. *Clarus* (38) Excipitur tamen dicta regula, quandò pœna Statuti expreſsè eſſet cumulativè ſancita cum pœnâ juris communis, tunc enim utraque pœna ferenda eſſet; argumento textus cuiuſdam Decretalis. (39)

29 Duodecima dubitatio eſt, an, ſi unus Judex Reo minorem pœnam imponat eâ, quæ debetur, poſſit alius Judex competens in eâdem causâ pœnam ſupplere, Reum condemnando ad reſiduum pœnæ, quam ſubire debuiſſet?

30 Reſpondeo, quod ſuprà (40) dictum eſt, quod licèt quis prò eodem delicto, pluribus Judicibus poſſit ſubjici, tamen factâ præventione ab uno, nequit Reus ab altero Judice moleſtari. Ex hoc fundamento reſolvitur dubitatio propoſita negativè; ſi enim ex præventione factâ ab uno ligantur manus alii Judici, ut non poſſit procedere, ſequitur, quod ſecundus Judex non poteſt damnare Reum ad ſupplementum pœnæ, quod de rigore juris à primo Judice debuit imponi. Verum eſt, quod ut ex famoſâ Decretali, (41) obſervat *Farinacius*, ſi Reus non eſt ſufficienter punitus, poteſt Judex ſæcularis ſupplere defectum Eccleſiaſtici, & hoc maximè propter horrorem criminis, ut habet ibi Gloſſa; (42) Sed ad hoc poteſt dici, quod aliud eſt loqui de pœnis ſpiritualibus, & temporalibus, quarum una aliam non impedit, pròut ſuprà loco citato diximus; aliud verò de pœnis eiuſdem generis. In citatâ autem Decretali, Papa pœnas, ibì latas, quæ ſunt ſpirituales, ac incorporeæ, cumulat cum pœnis corporalibus, quas jus civile illi crimini ſanxit; hinc eſt, quod utraque pœna Reo debet infligi; Undè poſtquàm Judex Eccleſiaſticus ſuas pœnas in Reum exercuit, adhuc locus eſt Laico, ut ſuas infligat. Non ſic autem eſt, quandò pœnæ ſunt temporales. Quantùmvis enim delictum ſit mixti fori, non practicatur pœnarum ſuppletio, ut dicunt Doctores, (43) & hoc ad tollendas diſſenſiones, quæ poſſent inter Judices oriri, nàm alter alterius ſententiam maculare vellet; Undè firmatur concluſio, quod abſolutus, aut condemnatus ab Eccleſiaſtico, ſivè ſæculari Judice, qualitercumque fuerit condemnatus, aut abſolutus, non poteſt ab alio moleſtari.



(28) *Caball. Centur. 1. Reſolut. 56. numer. 147. & ibi Alex. Bart. Bald. Angel. Auguſt. & Repert. Inquiſ.*
(29) *l. Pertinet. init. ff. de Capit. diminu. l. Tutelas. §. Si libertate. eo. ff.*
(30) *Bald. in l. Reos. num. 1. & 2. C. de Accuſat.*
(31) *Bart. in l. 2. nu. 12. & 15. ff. de Pub. Iudic. Caſtr. in Auth. Sed novo. C. de Serv. fug. Aretin. in l. Qui manus. poſt. init. ff. de Teſtam.*
(32) *Gloſſ. in l. Transigere. in V. Capitali. de Tranſact. Clar. Quæſt. 77. init.*
(33) *Clar. d. quæſt. 77. poſt init. & ibi Marſil. Didac. Duenn. Decian. Felin. Padill. Marc. Cyn. Auguſt. Mantua, & Angel.*
(34) *l. Perſpiciendum. init. ff. de Pœn.*
(35) *Neviz. Sylv. Nupt. V. Quomodo iudicandum pro communi, Baiard. ad Clar. qu. 77. num. 5.*
(36) *Cabal. Cent. 1. Caſ. 2. num. 3. & ſeqq.*
(37) *Giurb. conſ. 25. nu. 5. Sola ad Stat. Sabaud. Tit. de Edict. annonæ. gloſſ. 11. nu. 6. Raynal. Tom. 3. cap. 34. §. 7. nu. 3.*
(38) *Clar. Quæſt. 85. numer. 5. in fin.*
(39) *cap. 1. §. final. de Sent. & re iudic. lib. 6.*
(40) *Tit. eo. §. 1. numer. 56.*
(41) *Text. in cap. Felicis. §. Per hoc. de Pœn. in 6. Farinac. Quæſt. 4. numer. 10.*
(42) *Gloſſ. in cap. Felicis. §. Per hoc: in V. Adimimus. de Pœn.*
(43) *Ricciul. de Perſon. reprob. lib. 1. capit. 24. num. 21. & ibi Io: de Plate. Bald. Boer. Avenda. & Baiard. Salzed. ad Diaz cap. 110. V. Blaſphemia. Sperel. Deciſ. 134. numer. 61. Criſp. Theor. & pract. crimin. Tract. 3. de Blaſph. cap. 2. numer. 2. & ibi Iodoc. pract. cap. 61. num. 20. apud Raynal. Tom. 1. cap. 1. §. 1. num. 96.*

Digitized by Google

31 Tertiadecima dubitatio eſt, quæ nam ſit pœna *latæ ſententiæ*, & quis eius effectus?

32 Reſpondetur, quod eſt pœna, quæ ſuum effectum ſortitur, & Reum afficit ex *ipſo iure*, ſivè Canone diſponente, nec eget miniſterio Judicis, qui condemnet, aut exequatur, nàm talis pœna ſecum trahit executionem: Undè quantumvis delictum occultum ſit, talis pœna incurritur, ut cum communi docet *Abbas*, (44) & ligat in foro animæ. Hinc eſt, quod, ſi ad forum contentioſum deducatur delictum, cui in lege appoſita ſit pœna *latæ ſententiæ*, Judex non fert ſuper delicto tali ſententiam condemnatoriam, ſed ſolùm declaratoriam facti, in quâ juxtà eundem *Abbatem*, (45) non eſt neceſſariò iniungenda, aut ſpecificanda talis pœna, & ratio eſt, quià illa jam lata eſt per ſententiam legiſlatoris; & Reus de facto eam incurrit à momento commiſſi delicti; proindè Judex nil aliud facit, niſi declarare, delictum fuiſſe commiſſum à Reo in terminis legis, illud vetantis; & ſic pœna, quæ uſque ad illud tempus Reum ligavit in foro animæ, amodò liget in foro fori. Quænam autem ſint verba, per quæ in jure importetur pœna latæ ſententiæ, longum eſſet eorum catalogum texere, & qui vult ea ſcire, adeat *Alexandrum, Andream, Siculum, & Felinum*, (46) qui diligentiſſimè de hoc tractarunt. Regulariter autem pœnæ, quæ importantur in lege per verba directa, ut potè *damnamus, ſancimus, decernimus*, & ſimilia, quæ ex naturâ ſuâ non requirunt factum, ſivè opus hominis; aut quæ importantur per verba obliqua cum clauſulâ *ipſo jure, ipſofacto*, ſunt pœnæ latæ ſententiæ. (47) Eas autem adnotabimus, quandò de unoquoque delicto in ſpecie loquemur.

33 Quartadecima dubitatio eſt, an pœna latæ ſententiæ declaratoria retrahatur?

34 Reſpondeo, quod in caſibus, in quibus à jure pœna latæ ſententiæ incurritur, & in foro fori non liget antè ſententiam declaratoriam, talis ſententia retrotrahitur ad momentum commiſſi criminis, ſeù pœnæ incurſæ, & hæc eſt omnium ſcribentium in utroque jure ſententia, ut ait *Sanchez*; (48) Undè, ſi quis commiſerit crimen, prò quo Reus ipſo jure incurrit confiſcationem omnium bonorum, aut privationem beneficii, ſi aliquid alienet, aut beneficium reſignet; poſtmodùm ſequatur ſententia Judicis, declaratoria criminis, alienatio rei, aut reſignatio beneficii reſcinditur, ut dicunt Doctores. (49) Ex hoc enim, quod Reus ob delictum amiſit illorum dominium in foro interno; ſecutâ ſententiâ declaratoriâ, retrotrahitur ad tempus commiſſi delicti, & ſic invalidatur alienatio, ſeu reſignatio.

35 Advertendum autem, quod talis retrotractio invalidat tantùm actus, quos Reus exercet, tanquàm privata perſona, non verò illos, quos facit, ut perſona publica. Ratio eſt, quià quandiù delictum manet occultum, acta per Reum ſunt valida, nàm durante occultatione criminis, Reus retinet poſſeſſionem, & titulum coloratum, & accedente communi errore facit, quod factum non vitiatur, argumento cuiuſdam legis. (50) Undè Superior Regularis Reus, ut præfertur, adhuc validè exercet ſuos actus juriſdictionales in foro externo, ac interno, ut dando facultatem abſolvendi à reſervatis, recipiendo ad habitum, aut ad profeſſionem &c.

36 Quintadecima dubitatio eſt, An Subditus, antè ſententiam declaratoriam Judicis, teneatur obedire Superiori, qui eſt Reus criminis, cui in jure appoſita eſt pœnâ latæ ſententiæ privatio Officii?

37 Reſpondeo, quod nonnullorum (51) ſententia eſt, quod, ſi Prælatus incurrit privationem Officii, poſſint, ac debeant Subditi ab eius obedientiâ ſe ſubtrahere. Alii (52) volunt, quod debeat præcedere ſententia declaratoria, ut ſubditus non teneatur Prælato parere. Conciliantur autem hæ duæ ſententiæ diſtinguendo. Vel enim delictum publicum, & notorium eſt; ſivè licèt occultum ſit, poteſt tamen Subditus illud probare. Vel Subditus ſcit delictum à Prælato commiſſum, quod tamen judicialiter probare nequit. In primo caſu vera eſt prima ſententia; nàm notorietas facti ſupplet vicem declaratoriæ; & dum Subditus ſcit, & probare poteſt crimen commiſſum, ipſe in foro animæ ſolutus eſt à vinculo obedientiæ, & in foro fori poteſt, probando crimen, demonſtrare, ſe jure denegare obedientiam illi, qui ob privationem Officii caret juriſdictione, & carenti juriſdictione non paretur impunè; & ſic cum Sylveſtro, Bann. Valent. & Farinacio reſolvit *Theſaurus*, (53) In ſecundo caſu procedit, & vera eſt ſecunda ſententia.

38 Sextadecima dubitatio eſt, ſi in lege, aut Statuto diverſæ pœnæ alternativè ponantur prò uno delicto, cui nam competit optio, & quæ pœna infligenda?

39 Reſpondeo diſtinguendo; aut enim verba Statuti diriguntur ad Judicem, ut, ſi dicatur, *Iudex damnet Reum ad hoc, aut hoc*, ſivè *Iudex puniat, vel hanc, aut illam pœnam infligat*, & hoc caſu dubium non eſt, quòd optio datur Judici, ut quam malit, pœnam infligat. Aut verba expreſsè diriguntur ad Reum, ut, ſi dicat Statutum, *Reus tantam pecuniam ſolvat, vel hoc, aut illud præſtet*; & tunc pariter dubium non eſt, quod in libertate Rei eſt, alteram ex pœnis ſibi eligere, nàm mens Statuti eſt adimplenda, & cum eius verba clarè referuntur ſivè ad Judicem, ſivè ad Reum, huic, aut illi reſpectivè conceditur pœnæ optio.

40 Dubium eſt, quandò verba legis, aut Statuti impersonaliter efferuntur, ut in quadam lege, (54) in quâ dicitur, *pede amputato debilitentur; aut metallo dentur, aut quâlibet aliâ pœnâ afficiantur*, an ſcilicet optio danda ſit Reo, aut Iudici. *Bartolus* (55) de hâc quæſtione fuit dubius, & videtur inclinare in favorem Rei, ità ut huius libertati optio pœnæ permittatur, ut ſic pars mitior, quæ ſemper eligenda eſt, (56) eligatur. Sed Abbas pluribus in locis (57) ſuſtinet contrarium, quod nempè optio Iudici tribuatur, & hoc firmat auctoritate trium *Gloſſarum* (58)

(44) *Abb. in cap. final. num. 2. de Heret.*
(45) *Abb. in cap. Inter dilectos. num. 12. de Exceſſ. Prælat.*
(46) *Alex. Add. ad Bart. in l. Imperator. ff. de Iur. fiſc. Andr. Sicul. in cap. Si diligenti. col. 37. & ſeqq. de For. comp. Felin. in cap. Rodulphus. numer. 24. de Reſcr.*
(47) *Theſaur. de Pœn. Eccleſ. Par. 1. cap. 3. V. Cognoſcitur.*
(48) *Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 22. nu. 48.* (49) *Gonzal. Gloſs. 15. nu. 146. Farin. quæſt. 189. nu. 79. Pariſ. de Reſign. lib. 3. q. 1. nn. 21.*
(50) *l. Barbarius. ff. de off. Præt. Felin. in c. Rodulphus. n. 43. de Reſcr.*
(51) *Tiraquell. in l. Si unquam. in V. Revertatur. num. 354. 355. & 366. & ibi Anani. Lap. & Bart.*
(52) *Sanch. Decal. lib. 2. cap. 24. nu. 6. & 8. & ibi Azor. & Simanc. Filiuc. Tr. 22. numer. 233. & 234.*
(53) *Theſaur. de Pœn. Par. 1. cap. 7. V. Sed tertia.*
(54) *L. Si fugitivi. C. de Serv. fugi. & liber. manci.*
(55) *Bart. in l. fin. il. ff. de Effract.*
(56) *Arg. l. Interpretatione. ff. de Pœn. cap. odia. de Reg. iur. in 6.*
(57) *Abb. in cap. Inter cæteras. num. 5. de Reſer. & in cap. A crapula nu. 4. de Vit. & hone. & in cap. Cum tu. nu. 8. de Vſur. & in cap. 2. nu. 7. de Cohabit. Cler. & in cap. Sicut. nu. 4. de Iudæ. & alibi.*

Digitized by Google

(58) (quibus addi poſſent aliæ duæ, quas, ſimul cum pluribus Doctoribus idem ſentientibus, citat Sapia, (59) & ratione, nàm jura præſertim canonica, ut plurimum loquuntur imperſonaliter, & tamen *Gloſſa* communiter ſentiunt, quod optio datur Judici, nam huic à jure imponitur, quod juxtà circumſtantiam facti, loci, perſonæ &c. pœnam applicare, quæ, attentis circumſtantiis, magìs judicaverit convenire.

41 Sed quæri poteſt quamnam pœnam, præ aliâ Judex eligere debeat? Poſſet dici, quod ab illo eligenda eſſet pœna minor, (60) argumento quorundam capitulorum. Quædam *Gloſſa* (61) vult, quod ſit locus gratificationi Judicis, ut liberè poſſit benè viſam eligere. *Abbas* (62) vult, quod eligenda ſit ea pœna, quæ magìs timetur. Sed meliùs dicitur decidendo, quod eligi debeat ea, per quam magìs Reus corrigatur, & cæteri à delinquendo deterreantur, ratio eſt, quià pœnæ ideò à legibus excogitatæ ſunt, ut per eas corrigatur delinquens, & cæteri exemplo pœnarum à delictis arceantur; proindè illa pœna ſeligi debet, quæ ad tales effectus, à lege principaliter intentos, conducit.

42 Decimaſeptima dubitatio eſt, ſi in lege, aut Statuto dubium appareat de pœnâ incursâ, de quâ pœnâ dubium ſit reſolvendum?

43 Reſpondeo, quod diſtinguendum eſt de foro, puta, vel loquimur de foro animæ interno; vel loquimur de foro fori externo. Si primum, & ex textu legis dubium appareat, an quis pœnam incurrerit, ipſo jure latam, debet in favorem animæ pronunciari, & in deteriorem partem inclinari, judicando, quod pœna ſit incurſa, ut ad ſecuritatem abſolutio quæratur. Ratio eſt, quià, ut argumento quorundam jurium habet una *Gloſſa*, (63) & *Innocentius*, regula generalis eſt, quod ubi periculum animæ vertitur, præſumendum ſit in deteriorem partem, ut ad ſecuritatem animæ conſulatur per abſolutionem. Si verò loquamur de foro fori, præſumendum eſt prò mitiori parte, & pronunciandum, quod pœna non ſit incurſa, ut decidit *Abbas*. (64)

(58) *Gloſſ. in cap. Sicut. de Iudæ. & in A crapula, de Vit. & hone. Cler. & in cap. Fraternitatis. 34. diſt.*

(59) *Gloſſ. 21. qu. 2. in ſumma, & in cap. Sicut dignum. in V. Quinquennio. de Homic. Anani, Imol. Hoſti, Bald, Angel. Salyc. & Dominic, apud Sap. Add, ad Abb, in cap. 4. nu. 5. lit. G. de Reſcr.*

(60) *arg. cap. Si quis voluntate. cap. Si qua fæmina. 50. diſt.*

(61) *Gloſſ. in cap. de cauſis. in V. Certa de off. Iud. deleg.*

(62) *Abb, in cap. Quærenti. num. 3. de Verb. ſign.*

(63) *Gloſſ. in cap. unic. in V. Aeſtimare. in fin. de Scrut. in ord. cap. Iuvenis. de Sponſa. cap. Presbyter. 68. Diſt. Innoc. in cap. Cum tu. de Teſt.*

(64) *Abb. in cap. 1. num. 35. de Iudic.*

TITU-

Digitized by Google

# TITVLVS SECVNDVS DE Delictis, & Pœnis inobedientium.

*SVMMARIVM.*

1 *Obedientia eſt fundamentum vitæ Regularis.*
*Papa non poteſt diſpenſare in voto ſolemni paupertatis, ac caſtitatis.*
*Nulla Religio eſt abſque præcepto obedientiæ.*
2 *Obedientia virtutum moralium maxima.*
*Rationes ex* D. Thoma.
3 *De laudibus obedientiæ remiſſivè.*
*Delicta contrà obedientiam, quæ.*

1 EXpedito Tractatu præambulo, in quo generaliter de Delictis, & pœnis, ſumus locuti, aggredimur tractationem de Delictis in particulari; & quià prò Religioſis, & maximè Minoritis hunc laborem ſuſcepimus, (quamvis etiam prò Laicis, ac Clericis ſæcularibus inſervire poſſit;) Ideò incipiendum putamus à delictis, quæ ſunt contrà *Obedientiam*, quæ eſt Regularis ædificii lapis angularis, ac fundamentalis. Quantùmvis enim, & paupertas, & caſtitas ità ſint de eſſentia ſtatus Religioſi, ut ſuper illis, nequè à Papa diſpenſari poſſit, ut textualiter habetur in quodam *Canone*, (1) tamen conſtat *Ordines* nonnullos, nempè *Militares*, ſub Regulâ quidèm degere, ità ut, & Regulares dici queant, tamen ad paupertatem, & caſtitatem non arctantur, cum ex aliâ parte ad obedientiam teneantur, ut proindè concludendum veniat, quod, ſinè obedientiâ, nulla omninò Religio valeat eſſe.

2 Eſt autem *obedientia* virtutum moralium maxima, nam, ut habet *D. Thomas*, (2) Inter virtutes morales, tantò aliqua potior eſt, quantò aliquis maius aliquid contemnit, ut Deo inhæreat; conſtat verò, quod bona externa, ut divitiæ, ſunt infima; bona corporis ſunt media, bona animi ſunt ſuprema, & per virtutem paupertatis contemnuntur divitiæ; Per caſtitatem ſpernitur corporis delectatio, per *obedientiam* autem privat ſe homo uſu propriæ voluntatis, ac arbitrii, & ſe conſtituit in ſtatu ſervitutis propter Deum; undè concludundum eſt, *obedientiam*, inter vota Religioſorum, nobiliorem locum tenere.

3 Infinita penè ſunt elogia, quæ huic virtuti tribuunt *Aſcetici Patres*, quæ faciunt ad inſtructionem Religioſorum; multa itidem diſputant Theologi morales de neceſſitate obedientiæ; quotuplex ſit; quale eius obiectum; ad quæ ipſa obliget, & centum huiuſmodi, quæ faciunt prò foro animæ. Nos ipſa omittimus, & ſolùm quærimus de delictis, quæ contrà *obedientiam*, aut formaliter, aut reductivè militant, & hæc ſunt, *Apoſtaſia, Inobedientia, Contumacia, Rebellio, Appellatiò mala, Conſpiratio, Schiſma*, Crimen læſæ majeſtatis, & Hæreſis, de quibus omnibus ſingilatim tractabimus.

## §. I. Apoſtaſia.

*SVMMARIVM.*

1 *Apoſtaſia etymologia.*
2 *Apoſtaſia triplex.*
3 *Apoſtaſia perfidiæ alia realis, alia præſumpta.*
4 *Apoſtaſia perfidiæ præſumpta, quæ.*
5 *Apoſtaſia inobedientiæ largo modo, quæ.*
6 *Apoſtaſia inobedientiæ ſtricto modo.*
7 *Apoſtaſia irregularitatis, quæ.*
*Clericus in Sacris, et Regularis ducens uxorem eſt ſuſpectus de fide.*
8 *Recedens à Religione animo revertendi dicitur fugitivus, non Apoſtata.*
*Habitus non facit Monachum.*
*Apoſtata eſt, qui non vult reverti ad Religionem, etiam retento habitu.*
9 *Manens extrà clauſtra ſinè obedientia Superioris eſt Apoſtata.*

*Probatio.*

10 *Apoſtaſia perfidiæ quomodò probanda.*
11 *Verbis animus manifeſtatur.*
*Verba ſunt ſigna paſſionum animi.*
12 *Animus vivendi perpetuò laicaliter, quomodò probandus.*
13 *Apoſtaſia inter Regulares, quomodò probetur.*
*Literæ* formatæ *antiquitùs, quomodò concederentur.*
*Literarum* formatarum *ſpecies.*
*Vocabantur* commendatitiæ, *aut* Canonicæ.
14 *De modo probandi Apoſtaſiam remiſſivè.*
15 *Malus dolus probandus in Apoſtaſiâ.*
*Licentia Superioris quotuplex.*
*Expreſſa, tacita, præſumpta, aut interpretativa quæ.*
16 *Licentiæ interpretativa quidditas, et exempla.*
17 *Requiſita ad licentiam præſumptam, et interpretativam.*
18 *Parvitas materiæ in quibus detur.*
*Per modicam diſtantiam poteſt ſinè apoſtaſia Religioſus exire à clauſtro.*
19 *Modica diſtantia diverſimodè cenſetur juxtà diverſitatem locorum.*
20 *Nomine Monaſterii, ac domus, quid veniat.*
*Captus in limine domus, non dicitur captus in domo.*

*Immu-*

(1) *Cap. Cum ad Monaſter. §. fin. Extra. de Stat. Monach.*

(2) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 104. Art. 3. in corp.*

Digitized by Google

*Immunitas localis Eccleſiarum ad quantum ſpatium extendatur.*

*Apoſtata non eſt, qui manet intrà limites Monaſterii immunes.*

21 *Difficultas ex Decreto de Caſibus reſervatis.*

22 *Monaſterii ſepta ſtrictè ſumpta, quæ dicantur.*

*Vrbis nomine, quæ veniant.*

*Reſolvitur difficultas.*

23 *Proponitur dubium.*

24 *Reſolvitur dubium.*

*Clauſuræ limites deſignant Superiores.*

*Nomine Monaſterii veniunt officinæ interiores.*

25 *Temporis diuturnitas attendenda in apoſtaſia.*

*Gravitas materiæ in foro animæ, aliquandò non ſufficit in foro iudiciali.*

*Brevitas temporis excuſat ab apoſtaſiâ.*

26 *Variæ ſententiæ de eo, quod dicitur tempus breve.*

*Arbitrio Iudicis committitur decernere quod ſit breve tempus.*

27 *Apoſtata non eſt, qui gravatus recurrit ad Superiorem.*

*Recurrere de facto ad Superiorem plus eſt, quàm appellare verbo.*

*Leges de Servis transferuntur ad Monachos.*

28 *Recurrens ad Superiorem ſi timet moleſtari in via poteſt mutare habitum.*

29 *Subditus, qui appellavit coràm Teſtibus, non tenetur petere licentiam à Superiore, qui non detulit appellationi.*

*Qui appellavit coràm honeſtis perſonis debet ab eis obtinere Apoſtolos teſtimoniales.*

30 *Appellatio poteſt fieri per edictum.*

31 *Inſtantia contrà prædicta, & eius ſolutio.*

*Prætextus quid ſit.*

32 *Religioſus, gravatus à Prælato inferiori poteſt abſque huius licentia adire Superiorem.*

33 *Apoſtata non eſt, qui gravatus fugit à carcere.*

34 *Dubium proponitur.*

35 *Religioſus debet iugiter portare habitum ſuæ Religionis.*

*Aliter peccat mortaliter, & eſt excommunicatus.*

36 *Quandò dicatur habitum* temerè *dimitti.*

*Ceſſante fine legis, ceſſat lex in particulari.*

37 Temerè *aliquid facere, quandò quis dicatur.*

38 *Exuens temerè habitum non autem exiens extrà clauſtra, non incurrit excommunicationem.*

39 *Reſolvitur dubium propoſitum.*

1 **A**Poſtaſiæ etymologiam tradunt *Canoniſtæ* communiter, dicuntque ſonare *poſt ſtatum*, nempè *ſtatum retrogradatum*, ut ſcribit *Hoſtienſis*, (1) quem cæteri ſequuntur; proindè *Apoſtatam*, *ideſt retrò abeuntem*, dicit quoddam *Capitulum*. (2) Undè in *Evangelio D. Ioannis* (3) legitur, quod *multi diſcipulorum abierunt retrò, & jam, non cum illo ambulabant*, ideſt apoſtataverunt à ſequelâ *Chriſti Ieſu*, ut ex *D. Thoma* explicat *Donatus*. (4) Et ex hoc aſſignatur diffinitio *Apoſtaſiæ*, quæ eſt *Temerarius receſſus à ſtatu fidei, obedientiæ, vel Religionis*, ut ſcribit *Hoſtienſis* ubi ſuprà, juxtà tres modos, ſecundùm alterum, quorum homo jungitur Deo, ut loco præallegato ſcribit *D. Thomas*, nempè per fidem, obedientiam, & Religionem.

(1) *Hoſtien. Summ. in Rubr. de Apoſt. §. Quid ſit.* (2) *cap. non obſervetis. 26. quæſt. final.* (3) *Io. cap. 6. ℣. 67.* (4) *D. Thom. 2. 2. q. 12. ar. 1. §. Sed contrà. Donat. Rer. Regul. Prax. To. 1. P. 2. Tr. 6. q. 1. n. 1.*

2 Sequitur igitur ex hoc, quod tripliciter poteſt dici aliquis *Apoſtata*, & triplex ſit *Apoſtaſia*, ut habet *Gloſſa* quædam, (5) nempè *perfidiæ*, quandò ſcilicet aliquis relinquit Chriſtianam fidem; & fit *Hebræus*, *Mahumetanus*, ſeù alterius ſectæ damnatæ: *inobedientiæ*, quandò quis tranſgreditur præceptum Superioris; ſeù ſe ab illius regimine ſubducit: & *irregularitatis*, cum quis recedit ab Ordine ſuſcepto; ſivè à Religionè, quam fuit profeſſus; & in hoc concordant Doctores omnes communiter.

3 Quantùm ad *Apoſtaſiam perfidiæ*, poteſt dividi in *realem*, & *præſumptam*. *Realis* quidèm eſt receſſus totalis à fide Chriſtianâ, & contradiſtinguitur ab Hæreſi per hoc, quod Hæreticus recedit à fide Chriſtianâ orthodoxâ, in uno, ſivè pluribus articulis; tamen in reliquis fidem Chriſti amplectitur; *Apoſtata* verò *perfidus* abnegat totaliter fidem Chriſti, & aliam fidem amplectitur, ſivè nullam, & fit Atheiſta. (6) Sequitur hinc, quod omnis *Apoſtata* eſt hæreticus, quià, qui negat totaliter fidem, negat etiam aliquos ejus articulos: non omnis verò hæreticus eſt *Apoſtata*, quià per hoc, quod negat partem, non negat totaliter fidem Chriſti. An verò *apoſtaſia*, & hæreſis ſint duæ ſpecies infidelitatis diſtinctæ eſt quæſtio, quæ plùs ſubtilitatis, quàm utilitatis habet, & de eâ copioſè agit *Melchior Cano*; (7) poteſt tamen dici, quod non ſint ſpecies infidelitatis diſtinctæ, ſed una in plùs ſe habet, & alia in minùs, cum illa totaliter, hæc autem partialiter à fide Chriſti recedat, ut ex *D. Thoma* ſcribit *Pegna*. (8)

4 *Præſumpta* verò eſt, quandò quis aliquod externum ſignum dat, per quod argui poſſit, quod à fide receſſerit, licèt re verâ non receſſerit; ut evenit S. Marcellino, qui incenſum idolis obtulit; in iis, qui deſerunt habitum Chriſtianorum, & alterius ſectæ induunt, quandò habitus externus eſt proteſtativus fidei; & in illis, qui metu tormentorum fidem Chriſti verbaliter tantùm negant, ipsâ interìm in corde retentâ. Omnes iſti, licèt realiter *Apoſtatæ* non ſint, tamen *præſumptivè* tales ſunt: ſi quidèm Eccleſia, quæ de externis tantùm judicat, & interna non poteſt ſcrutari, eos tanquàm *Apoſtatas* veros habet, ac in illos animadvertit. (9)

5 Quò verò ad *apoſtaſiam inobedientiæ*, ipſa poteſt accipi, vel largo modo, vel proprio, ſivè ſtricto. Largo modo, quandò quis voluntariè tranſgreditur mandatum ſui Superioris, ut *Adam*, & *Eva*, qui præceptum Dei tranſgreſſi ſunt, poſſunt hoc modo dici *Apoſtatæ* (10), & talis *apoſtaſia* reperitur in omni, qui peccat mortaliter, ut docet *D. Thomas*, (11) quià, ut dicitur in *Eccleſiaſtico* (12) *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor ejus, quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.*

6 Stricto autem modo eſt, quandò quis recedit à mandato Superioris, non quidèm, ut hìc eſt perſona privata, ſed ut repræſentat Eccleſiam, à quâ habet auctoritatem mandandi, & hoc procedere ex infidelitate, & Schiſmate innuit quædam *Gloſſa*, & *Sylveſter*. (13) Sed hoc non eſt uni-

(5) *Gloſſ. in cap. 1. in ℣. Apoſtaſia. Extra. de Apoſtat.*
(6) *Melchior Can. de loc. Theol. lib. 12. cap. 9. Hugolin. de Cenſur. Pont. reſerva. Par. 2. cap. 1. §. 1. n. 7. apud Bezan. V. Apoſtaſia. num. 2.*
(7) *Cano de loc. Theol. loc. cit.*
(8) *D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 1. in reſp. ad 3. apud Pegn. in direct. Inquiſ. Par. 2. Comm. 74. ℣. Qui verò tertio.*
(9) *Eymeric. direct. Inquiſ. Par. 2. Quæſt. 49. n. 5.*
(10) *Hoſtien. Rubr. de Apoſtat. §. Quot ſpecies.*
(11) *D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 1. ad 1.*
(12) *Eccliſ. cap. 10. ℣. 14.*
(13) *Gloſſ. in cap. Alieni. in V. non obedientem. 2. q. 7. arg. cap. Nulli. 19. diſt. cap. Violatores. 25. q. 1. Sylveſt. ſumm. V. Apoſtata n. 3*

Digitized by Google

univerſaliter verum; ſed ſolummodò, quandò habet errorem in intellectu, credendo ſcilicet, quod ille, nec Eccleſia habeat jus mandandi id, quod à Superiore præcipitur, proindè, nec illi, nec alii Superiori, ſibi dato per Eccleſiam, vult obedire. Siquidèm ſchiſma nullum non aliquam ſibi confingit hæreſim, ut rectè ab Eccleſiâ diſceſſiſſe videatur, ut ſcripſit *D. Hieronymus*. (14) Poteſt autem quis eſſe inobediens mandato Superioris, & Eccleſiæ, licèt credat poſſe, tùm Superiorem, tùm Eccleſiam, illud ſibi præcipere, cui tamen non ex infidelitate, aut Schiſmate, ſed ex alio motivo, ab obedientiâ ſe ſubducat; & hic verè erit *apoſtata* inobediens, non verò Schiſmaticus, vel infidelis. Verum eſt, quod præſumptivè talis habebitur, & ut talis, poteſt ab Eccleſiâ de ipſius fide inquiri; ut de inobediente, inſordeſcente ultrà annum in excommunicatione, præcipitur in quodam capitulo. (15)

7 Quò autem ad *apoſtaſiam* irregularitatis, ipſa eſt, quandò quis à ſtatu profeſſæ Religionis, aut à Sacris Ordinibus recedit, & tanquàm laicus converſatur in habitu ſæculari, ut dicunt Canones, (16) dupliciter autem poteſt contingere, quod quis recedat, ut præfertur, ab Ordine, ſeù Religione; primò, ſi abiecto habitu Clericali, ſivè Regulari ducat uxorem; ſecundò verò, ſi in cœlibatu vivat ſolummodò in veſte ſæculari inter laicos. Si primùm, juxtà antiquos Canones, (17) matrimonio ſeparato, deponebantur, qui ſic apoſtatabant; matrimoniumque irritum, & nullum eſſe per plura capitula (18) determinatur; ſi nempè Clericus erat in Sacris, & Regularis ſolemniter profeſſus. Sed poſtquàm inſurrexerunt *Novatores*, docentes, quod poſſit in ſacris conſtitutus, aut ſolemniter caſtitatem profeſſus, validè contrahere matrimonium, (quæ doctrina hæretica per *Tridentinum* (29) anathemate percutitur,) ſic ducens uxorem redditur ſuſpectus de fide, & contrà eum poſſunt procedere Inquiſitores. (20)

8 Si autem ſecundùm, adhùc diſtinguendum eſt, vel enim habet animum redeundi ad ſtatum, & habitum Clericatus, ſivè ſuæ profeſſionis, licèt per aliquod tempus maneat in ſæculari veſte; vel non. Si ſic, non erit ille verus *Apoſtata*, quandò quidèm *apoſtaſia* eſt perpetuus receſſus à Religione; undè, cùm iſte non habeat animum, ità perdurandi, non erit verè, & realiter *Apoſtata*, ſed dicendus eſt fugitivus, & ità pòſt nonnullos firmat *Lezana*. (21) Si non; quantùmvis retineat habitum Religionis, ſi habet animum firmum non revertendi ad obedientiam Superioris, ſemper erit verus *Apoſtata*. Quià, ſicùt habitus non facit Monachum, ut dicunt Canones, (22) ità geſtatio ſolius habitus, cum voluntate perpetuâ non manendi ſub obedientiâ Prælati, non tollit aliquem eſſe *apoſtatam*, (23) Et *Clemens VIII.* inter caſus reſervabiles à Prælatis Regularibus connumerat *Apoſtaſiam habitu retento*, *ſivè dimiſſo*: ex quo conjicitur, dari *Apoſtaſiam* veram, etiam retento habitu.

9 Sed quò ad praxim, prò Regularibus parùm facit allata diſtinctio; ſi quidem communiter præſumuntur veri *Apoſtatæ*, qui per aliquod tempus extrà Clauſtra, abſque licentiâ Superiorum vadunt, habitu retento etiam, & cum propoſito revertendi ad Religionem, & quamvis iſti, ut dicebamus, propriè eſſent vocandi fugitivi, tamen communiter nomine *Apoſtatarum* veniunt.

## Probatio.

10 Probatur autem *Apoſtaſia perfidiæ*, ſicut, & quævis alia, præſumptionibus; cum enim, ut dictum eſt ſuprà, hæc conſiſtat in temerario, & perpetuo receſſu à fide, obedientiâ, ac religione, & hoc dependeat ab internâ voluntate recedentis, non poterit de directo probari, ſed tantùm coniecturis, ac præſumptionibus, ſicut univerſaliter probantur ea, quæ in animo latent. (24) Porrò coniecturæ deſumi poſſunt ab operibus; ſiquidem opera teſtificantur de perſonâ; undè dicebat *Chriſtus in Evangelio Ioannis*. (25) *Opera, quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me.* Si ergo aliquis Chriſtianus faciat opera, quæ ſunt ſuperſtitionis, idololatriæ, ut coràm idolo genuflectere, thus adolere &c. præſumeretur, apoſtataſſe à fide, ut evenit *S. Marcellino*, qui thus coràm idolis incendit.

11 Fortiùs probaretur per verba, quibus animus dicitur niti, ut facies in ſpeculo. (26) Proindè, ſi aliquis extraiudicialiter diceret, *ſe nolle Religionem, obedientiam, aut fidem à ſe deſertam ampliùs repetere*; profectò probatus in eo remaneret animus ad *apoſtaſiam* deliberatus. Itidem, ſi de fide Catholicâ, de divinitate *Ieſu Chriſti*, de ſtatu Clericali, aut Religioſis votis perverſè loqueretur, & vice verſa fidem *Hebraicam*, perſonam *Mahumetis*, ſtatum ſæcularem, & laicorum libertatem celebraret, datâ operâ, aſſeveranter, & ex inſtituto, utique ſe proderet, etiam animo *apoſtatam*; verba enim ſigna ſunt earum, quæ ſunt in animo paſſionum, & ad animum explicandum inventa. (27) Proindè his accedente mutatione habitus, per quam principaliter probatur in Clerico, vel Regulari *apoſtaſia* à Clericatu, ſeù Religione, ut habet quædam *Gloſſa*, (28) illa concludenter probata remaneret.

12 Probatur itidem animus, laicaliter vivendi perpetuò ad veram *apoſtaſiam* requiſitus ex dimiſſione habitus; quià habitus eſt peculiare ſignum Religionis. (*x*) Proindè, qui illum dimittit, præſumitur omninò, velle abjicere Religionem. (*z*) Hoc tamen limitandum eſt, quandò Religioſus per multum tempus manſit extrà obedientiam, vagando in habitu ſæculari, & in eo captus eſt, vel à Judice laico ob aliud delictum; ut non rarò accidit; vel à Superiore Regulari: tunc enim legitimè poteſt præſumi à tàm longâ vagatione, & habitus dimiſſione, in eo perpetuitas animi, ſic manendi. Si verò ſpontè ad Clauſtrum revertetur, ceſſaret talis præſumptio; quià facto monſtrat animum talem perpetuò relinquendi Religionem, aut non infuiſſe,

aut

(14) *D. Hieronym. in Epiſt. ad Tit. cap. 3. & habetur. cap. Inter hæreſim. 24. q. 3.* (15) *cap. final. Extrà de Pœn.*
(16) *c. Quantumlibet. 47. diſt. c. Fin. 50. diſt. c. Beatus. 3. q. 4. c. legi. 16. q. 1*
(17) *cap. Erubeſcant. 32. diſt. c. 1. de Cleric. coniug. cap. A multis. de Aetat. & qual. Hoſtien. Rubr. Qui Cleric. vel voven. §. Quis Clericus.*
(18) *cap. 1. cap. Ex literarum. cap. Meminimus. Qui Cler. vel voven.*
(19) *Concil. Trid. ſeſſ. 24. Canon. 9.*
(20) *Anania in cap. Ad abolendum de Hæret. n. 27. Calderin. Conſil. 5. de Hæret. Simanc. in Enchirid. Tit. 12. num. 1. Campeg. in addit. ad Zanchin. cap. 35. V. Idem quoque apud Pegn. Par. 2. Comment. 74. §. Quià verò. V. Iam apoſtatæ.*
(21) *Aragon. 2. 2. q. 12. art. 1. Bannes. ibid. Valent. 2. 2. diſp. 1. q. 12. Pun. 1. Sanch. in Decal. lib. 6. c. 8. n. 5. apud Lezan. Tom. 1. c. 16. n. 7.*
(22) *cap. Porrectum. de Regular. cap. Ex parte. eo. tit.*
(23) *Azor. Inſtit. moral. Tom. 1. lib. 12. cap. 17. qu. 6. Sanch. Angel. Sylveſtr. Caietan. Roderic. apud Lezan. loc. cit.*

(24) *Alexand. Conſ. 15. n. 10. lib. 1. Maſcard. concl. 159. nu. 14.*
(25) *Ioann. cap. 5. V. 36.*
(26) *Cravet. Conſ. 20. n. 52. & Conſ. 35. nu. 6.*
(27) *Alciat. lib. 1. in princip. Tract. de Verb. ſign. Maſcard. Concluſ. 94. numer. 17.*
(28) *Gloſſ. in Clement. Quoniam. V. Extrinſeci. ubi Ioan. Imol. nu. 31. & Bonif. de Vital. in V. Dignitatem. de Vit. & honeſt. Cler. Io. Andr. in Reg. Certum. de Reg. iur. lib. 6.*
(x) *Cap. Clerici officia de Vit. & honeſt. Cler. cap. In nonnullis. eo. tit. in 6.*
(z) *Ricc. Prax. Pars. 3. de Crim. Apoſt. Reſol. 11. nu. 6. apud Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 6. q. 3. nu. 4.*

Digitized by Google

aut fuiſſe retractatum. Quantum autem tempus poſſit dici multum, ut ex eo præſumi valeat animus perpetuò apoſtatandi, *Ricciullus* ex quibuſdam juribus (a) aſſignat triduum integrum, cuius tamen termini non ſunt computandi, ut obſervat *Donatus*, (b) Sed hoc non exiſtimo univerſaliter verum; ſed dico, hoc determinare, ſpectare ad arbitrium Judicis, qui cõſideratâ causâ motivâ *apoſtaſiæ*, determinare poterit, an animus ad *apoſtaſiam* fuerit perpetuus. Quia cauſa finalis eſt prima, quæ movet agens à propoſito. Proindè durante fine, poteſt dici, quod duret actio, & ſicut, habito fine, ceſſat motus; ità ceſſante cauſa finali agendi, ceſſat etiam actio. Si ergò quis fugit, quià dicit, *ſe fuiſſe malè profeſſum*; vel *non poſſe ſufferre rigores Religionis*; vel *ſe fuiſſe deceptum à fratribus, qui ſibi repræſentarunt, aliter vivi intrà clauſtra eò, quod expertus eſt*, & ſimilia; patet, quod animus illius fuit perpetuus, quià perpetuò durat cauſa finalis, & motiva ſuæ fugæ. Si verò ait, *fugiſſe à perſecutione talis Superioris, potentis in Provincia*; vel *ob curioſitatem peragrandi Vrbes, & videndum Mundum*; vel *ad potiendum amplexu amaſiæ, qua non poterat frui in habitu Religioſo, &c.* ſivè alia ex cauſa, quæ non duret perpetuò; non poterit concludi perpetuitas animi; imò præſumi poteſt, quod ea ceſſante, ceſſaſſet etiam animus manendi extrà clauſtra.

13 Quantùm autem ad *Apoſtaſiam*, quæ frequentiùs accidit inter Regulares, quæ conſiſtit in vagatione extrà clauſtra, ſivè exitu à Conventu, abſquè licentia expreſſa, ſivè tacita, ſivè præſumpta, ſivè interpretativa Prælati, facilis eſt probatio, ſi vagatio eius, qui dicitur *Apoſtata*, fuit per diſtantiam conſiderabilem à Monaſterio, tempuſque longum. Diſtantia autem hæc, & diuturnitas non poteſt prò omnibus univerſaliter determinari, ſed variatur juxtà varias conſuetudines, ac Statuta Religionum. Hoc quidèm conſuetum apud Nos eſt, quod Superior localis non poteſt licentiare Fratres, ad eundum ultrà terminos ſuæ quæſtuationis, extrà Conventum; & proindè, ſi ultrà illos vult ire Frater, neceſſaria eſt licentia Provincialis, aut Generalis, quam ipſe ſcripto concedit. Si igitur Religioſus tales literas obedientiales non habet, vel (niſi probet concludenter, eas habuiſſe, ſed caſu fuiſſe à ſe deperditas) ipſe probatur *Apoſtata*. Scripto autem concedendi licentiam peregrinãdi Clericis, ac Monachis mos fuit à temporibus Apoſtolorum in Eccleſia Catholica. Epiſcopi namquè illi concedebant literas, quæ appellabantur *Formatæ*, quarũ vigore recipiebantur ad hoſpitium, & fidelium communionem peregrinantes; non verò, ſi iſtis carebant, & de talibus literis *Formatis* mentio fit, in *Concilio Arelatenſi primo, ab Optato Milevitano, & à S. Auguſtino.* (m) Talium porrò formatarũ variæ erant ſpecies, puta, *Dimiſſoriæ, Paſchales, Encyclicæ, Commonitoriæ, Tractoriæ, & Commendatitiæ*; quarũ diverſum uſum recenſet eruditiſſimè *Ioannes Cabaſſutius.* (n) Formatæ ergò, quæ concedebantur Clericis, Monachis, & fidelibus peregrinis, à proprio Diœceſano vocabantur Commẽdatitiæ; & ipſis oſtenſis, recipiebantur ad hoſpitium, menſam, & ſacramentorum communionem; dicebantur etiam Canonicæ, & de his fit mentio in quodam Capitulo, ac etiã *Novella Iuſtiniani*; (o) & à *Tertulliano* vocantur *Conteſſerationes hoſpitalitatis.* (p) Proindè antiquus iſte Eccleſiæ mos ſervatur indifferenter à Regularibus, apud quos Canonicarum, Apoſtolicarumque ſanctionum conſervatur Oeconomia; literæque tales communi vocabulo vocantur *obedientiales*.

14 Difficilior eſt probatio *apoſtaſiæ*, quandò Religioſus exit à Conventu, & vagatur per loca, & tempus, ad quæ licentiari ſolent Regulares à propriis ipſorum Prælatis localibus. Cum enim tales licentiæ tradantur oretenùs, & non ſcripto, non poſſet Subditus probare, ipſi fuiſſe conceſſam, nec Superior è contrà probare, illam fuiſſe à ſe denegatam, niſi per Teſtes. Hoc verò moraliter impoſſibile eſt, niſi ſemper deberent Teſtes aſſiſtere Subdito petenti, & Prælato concedenti, aut neganti petitam facultatẽ exeundi; quod non eſt practicabile. Incumbit quidèm Prælato probare, ſe non dediſſe licentiam, quià in hoc cõſiſtit formale delicti, quod concludenter probare, incumbit Fiſco, ut aliàs (29) demonſtravimus; ſed quomodò ſit, in facti contingentia, probandum, ibidẽ diximus, ideò non repetimus.

15 Verum eſt, quod cum dolus probari debeat, quandò quis in aliquam pœnam corporalem condemnandus eſt, ut Doctores (30) firmant, non poteſt puniri aliquis de *Apoſtaſia*, niſi probetur, malo dolo ipſum, ſinè licentia exiiſſe è Conventu, ultrà ſpatium conſuetum. Porrò licentia debet eſſe *expreſſa*, aut *tacita*, aut *præſumpta*, aut *interpretativa*. *Expreſſa* eſt, quandò expreſſis verbis Superior, aſſignato ſocio, facultatem exeundi tribuit. *Tacita* eſt, quandò Subdito, petenti licentiam Superior nihil reſpondet, cenſetur, enim tunc conſentire, cum non deneget, (31) & multò fortiùs, ſi Prælatus videret Subditum, petitâ licentiâ exeũtem, & nihil diceret, tunc enim facto conſentiret, quod fortius eſt, quam dare conſenſum verbis. (32) *Præſumpta* verò, quæ ab aliquibus etiam *interpretativa* vocatur, ut docet *Peyrinus*, (33) licèt à *D. Thoma* (34) confundatur cum *tacita*, differt tamen in hoc, quod *tacita* ſupponit Prælatum præſentem, & vel taciturnitate, vel facto, pròut dictum eſt, conſentientem. *Præſumpta* verò ſivè *interpretativa* eſt etiam in abſentiâ Prælati, & hæc eſt, quandò non habetur licentia, nec expreſsè, nec tacitè, verbis, taciturnitate, aut facto, ſed præſumitur, quod concederetur, ſi peteretur; vel interpretatur voluntas Prælati, qui aliquo alio mãdato, ſivè facto manifeſtat, ſe illam eſſe conceſſurum. Multipliciter autem poteſt rectè præſumi talis licentia, puta, à neceſſitate, ſivè convenientiâ, aut æquitate actus; ut ſi quis in articulo mortis petat Confeſſariũ; ſivè in vicinâ domo, vel agro incipit incendium, & nullus eſt, qui extinguat; vel Princeps, Cardinalis, aut alia perſona conſpicua alloquendo de gravi negotio Religioſum ipſum è Conventu abducit, nec tempus eſt adeundi Superiorem, ad licentiam petendam, aliter æger moritur inconfeſſus; ignis irreparabiliter prævalebit; & Princeps relictus à Religioſo, malè habebit, ità derelinqui. Pariter præſumi poſſet à conſuetudine; ut ſi conſuetudo ſit, quod petentibus Subditis licentiam ſimilem, Superior concedit. Inſuper à qualitate perſonæ, ut ſi ſit Pater gravis, cui ob dignitatem gradus nunquam licentia denegetur &c. In omnibus his, & ſimilibus caſibus, abſente Superiore, ſivè eius præſentiâ difficulter non potente haberi, poteſt licentia *præſumpta* interpretari.



(a) *cap. Ad noſtram. junct. gloſſ. in V. Triduum de Regular. l. 3. C. de Err. advo. l. final. C. de Iudic. Ricciull. de Iur. perſon. lib. 8. cap. 2. n. 31.* (b) *Donat. loc. cit. q. 4. num. 4.*

(m) *Concil. Arelaten. 1. can. 7. Optat. Milevit. lib. 2. contr. Parmenian. D. Auguſt. Ep. 163 ad Eleuſium.*

(n) *Cabaſſut. Notit. Concil. cap. 45. fol. m. 275.*

(o) *cap. Non oportet. il 1. ubi Gloſs. in V. Sine canonicis. de Conſecr. diſt. 5. Authen. de Sanctiſs. Epiſ. §. Interdicimus. Coll. 9. Novel. 125.*

(p) *Tertullian. de Præſcript. cap. 20.*

(29) *Par. 1. Tit. Deus. num. 87.*

(30) *Boſſ. Tit. de Convict. nu. 56. Art. Conſ. 89. Burſat. conſ. 77. nu. 13. & 14. Maſcard. Concl. 531. num. 6.*

(31) *cap. Nonne. junct. Gloſſ. in V. Tacendo. de Præſumpt. cap. Si Servus. 54. diſt. cap. Diaconus. 25. diſt.*

(32) *Gloſſ. in cap. Dilecti. il 2. V. Facto provocare. de Appell. cap. Per tuas. de Condit. app. cap. Sit rector. 43. diſt.*

(33) *Peyrin. de Subd. quæſt. 2. cap. 2. §. 3. Not. 1.*

(34) *Thom. 2. 2. qu. 32. art. 8. ad 1.*

Digitized by Google

16 *Interpretativa* autem poteſt eſſe, quandò mandato, ſeu facto, Superior quid præcipit, ad quod talis licentia aliquandò requiritur; ut ſi quis in Sacriſtia raperet calicem, & ſtatim fugit, Sacriſta verò furem, currendo poſt ipſum, perſequitur, nec eum poteſt apprehendere, niſi per multum ſpatii extrà Conventum; ſivè, ſi in ſylva Convẽtus audiuntur ſtrepitus ſecantium ligna, & damnificatium, & niſi maturè arceantur, damnum nequit reparari; ſi quis currat extrà Conventum ad impediendum damnum, abſquè Prælati licentiâ expreſſa, non erit *Apoſtata*, intervenit enim ibi interpretativa, quià mandatum, & voluntas Prælati eſt, ut bona Monaſterii conſerventur; undè in tali exitu à Conventu, ſine quo ipſa non conſervarentur, intervenit *interpretativè* voluntas Prælati; Quandò verò intervenit aliqua licentia, ex ità expreſſis, nunquàm erit *Apoſtata* Religioſus, exiens à Conventu. (35)

17 Advertendum tamen eſt, quòd ad hoc, quod Subditus legitimè tali licentia *præſumpta*, aut *interpretativa* utatur, oportet, quod in caſu, quod tempus adeundi Superiorem non ſuppetat, ut dictum eſt; vel ipſe Subditus diligentiam præſtiterit, ut Superiorem inveniat; quibus deficientibus, locus eſt præſumendi dolum in Subdito, & talis licentia ſibi non ſuffragaretur. Exemplum eſt, ſi quis velit exire à Conventu, ad videndam aliquam functionem, puta, diſputationem theſium, & ſimilia, quæ ſtatutâ horâ, fiunt; & poteſt, ſtatim à prandio, aut immediatè poſt Veſperas, petere licentiam; & eam petere differt, quandò ſcit Prælatum non facilè inveniri, & ſub prætextu, quod ipſum non invenerit, exit; profectò hìc intraret præſumptio doli in Subdito, quod probari poſſet, ſi iſte exiret cum ſocio, quem Prælatus non conceſſiſſet; ſi Subditus ex aliqua averſione, quã habet à Prælato, nunquam à ſe petit licentiam exeundi, ſi probaretur, quod nullam diligentiam fecit inveniendi Prelatum, & ſimilia; ex his enim appareret, Subditum, datâ operâ, talem neceſſitatem ſibi quæſiviſſe; non ſuccurritur autem illi, qui ipſe ſibi neceſſitatem impoſuit, (36) proindè nequè ſuffragari ipſi deberet licentia *præſumpta*, quià ipſe neceſſitatem ea utendi ſibi impoſuiſſet.

18 Præter hæc, ad probandam *apoſtaſiam*, non ſufficit probare, quod Subditus exierit extrà januam Conventus abſquè licentia, ſed etiam oportet, quod elongatus ſit à Conventu per tantum ſpatii, quod ſibi rationabiliter poſſit ad delictum imputari. Quià enim parvitas materiæ (exceptâ cauſâ fidei, & caſtitatis) datur in omnibus, ut docet *D.Thomas*, (q) *apoſtata* non poteſt pronunciari, nec pœnis *apoſtatarum*, quæ ſunt graves, ſubdi, niſi graviter, hoc eſt mortaliter peccaverit, recedendo per tantum ſpatii à Monaſterio, quod ſufficiat ad peccatũ mortale, ut dicunt Doctores. (r) Circà hoc verò non eſt aſſignabilis determinata diſtantia ob varietatem Conventuum. Licèt enim Religioſus jugiter manere debeat intrà clauſtra, ut dicunt Canones. (37) quià ſicut piſcis ſinè aqua caret vita, ita ſinè Monaſterio Monachus; tamen hoc non ità ſeverè accipiendum eſt, ut in Monaſterio, ità perpetuò cõſiſtere teneatur, velut in ergaſtulo incluſus, quin aliquotiès, ad animum ſublevãdum, per modicam diſtantiam, ſibi egrędi non liceat.

19 Variatur autem diſtantia juxtà varietatem locorum, & conſuetudinem Religionum, & Monaſteriorum. In quibuſdam enim Conventibus mos eſt, quod Religioſi, nõ petitâ etiam licentiâ Superioris poſſint ire uſquè ad atrium exterius Eccleſiæ; in aliis, ire per plateam Eccleſiæ, in aliis, per tot paſſus diſtanter à Conventu; in aliis, deambulare per ſylvam, Monaſterio contiguam, licèt minimè circumſeptam clauſurâ &c. Præſcindendo autem à tali uſu, & facto, præcepto à Superiore, ne ullus, abſquè ſua licentia, extrà Conventum vadat ſub pœna Apoſtaſiæ, quãnam diſtantiam aſſignare rationabiliter poſſumus, ultrà quam egrediendo, reus apoſtaſiæ poſſit declarari Regularis?

20 Dico, quod nomine licèt *Monaſterii*, aut Conventus veniat præcisè ſpatium comprænhenſum intrà clauſurã, ſicut nomine domus venit id, quod eſt contentum à parietibus domus; & ideò captus in limine domus non dicitur captus in domo, ut ſcripſit *Signorolus*. (38) tamen etiam ſpatium illud, quod eſt de poſſeſſione *Monaſterii*, & illi cõtiguum, venit etiam nomine *Monaſterii*. Ducor, quià Eccleſiarum immunitas extenditur in maioribus ad 40. in minoribus ad triginta paſſus geometricos, ut dicunt multi Canones, (39) undè manens intrà illud ſpatium dicitur manere moraliter in Eccleſia, & ex conſequenti gaudere immunitate illius. Similiter ergò ſpatium contiguum Monaſterio, & de eius iuribus ſacrum cenſetur, ſicuti Monaſteriũ, & proindè juxtà Canones (40) non poteſt laicis ad uſus ſordidos tradi, vel niſi alteri Eccleſiæ, ſeu Monaſterio tribui; & manens in eo gaudet immunitate, ut docet *Sanchez*, & *Bonacina*, (41) & approbat conſuetudo; undè, qui ſe continet intrà illud ſpatium, dicitur moraliter contineri in Monaſterio. Sequitur igitur, quod non poteſt dici, aut puniri, ut apoſtata Religioſus, qui abſquè licentia extrà januam Conventus exiret, & in tali ſpatio maneret.

21 Nec facienda eſt vis contrà hæc ex verbis Decreti *Clementis Octavi*, circà caſuum reſervationem, ubi dicitur *Apoſtaſia à Religione, ſivè habitu dimiſſo, ſivè retento, quandò eo pervenit, ut extrà ſepta Monaſterii, ſeu Conventus egreſſio fiat*; & proindè habendus ſit prò apoſtata, qui extrà januam, ſivè materialem Clauſuram Monaſterii, abſquè licentia egreditur.

22 Namque, non accipienda ſunt præcisè ſepta Monaſterii materialiter; hæc namque ſunt parietes, ambiẽtes præcisè dormitoria, internaſquę officinas, & hortos cinctos aut muro, aut ſepe, ut docet *Graſſius*, (42) & nomine Monaſterii non venit in odioſis eius Eccleſia; aliter Mulieres, quę prohibentur ingredi Monaſteria virorum, neque poſſent ingredi eorum Eccleſias, quod falſum eſt, & hoc etiam modo eſſet apoſtata Religioſus, qui abſque licentia egreſſus à Clauſtro, ingrederetur Eccleſiam ſui Monaſterii, quod eſt ridiculum. Sequitur ergò, quod ſepta Monaſterii accipienda ſunt formaliter, puta, totum illud ſpatium, quod coniunctum ſpectat ad Monaſterium, certis limitibus, deſignatum, in quo, tanquàm loco ſacro confugientes gaudent immunitate; & religioſus, ibi manens, optimè dici poteſt manere intrà ſepta formalia Monaſterii, (✠) ſicut etiam, licèt nomine urbis veniat tantùm ſpatium mænibus

(35) *Suar. Tom.4. de Relig. Tract.8. lib. 1. cap.6. numer. 11. apud Lezan. Tom.1 cap.16. num.4.*

(36) *l. ſi fideiuſſor. §. Si neceſſaria. ff. Qui ſatiſd. cogan.*

(q) *D.Thom. 2.2. q.59. art.4. ad ſecund.*

(r) *Navar. lib.5. Conſil.11. de Apoſt. num.8. Roderic. Tom.1. qu.30. art.1. Graff. lib.3. de caſ. reſerv. cap.2. numer. 46. apud Peyrin. de Subd. qu.1. cap. 26. ℣. Ex quibus.*

(37) *cap. Placuit. il 2. cap. Iuxta. 16. quæſ.1.*

(38) *Signorol. Conſil. 16. arg. text. in l. Cum ancillis in fin. C. de Inceſt. nupt.*

(39) *cap. Sicut antiquitùs. iunct. gloſ. in V. Paſſus. 17. quæſt.4. cap. Quiſquis. cap. diffinivit. eu. cau. & quæſt.*

(40) *cap. Nomini. cap. Si quis vult. 16. q.7. cap. Quæ ſemel. 19. q.3.*

(41) *Sanch. Conſil. moral. Tom.3. lib.6. cap.1. dub.7. num.2. Bonac. de leg. diſp.3. qu. 7. de Immunit. Eccleſ. §.2. nu. 7. apud Lezan. Sum. V. Immunitas Eccleſiar. num.3.*

(42) *Graff. Pract. quinq. caſ. cap.5. de Violat. Clauſ. num. 18. apud Donat. Tom.1. Par.2. Tract.3. quæſt.1. num.3.*

(✠) *Moron. Reſponſ.86. num.19.*

Digitized by Google

bus urbis comprænſum, (43) tamen, quæ etiam in ſuburbiis uſquè ad centeſimum lapidem habentur, tanquàm in urbe eſſent, urbana dicuntur, ut textualiter dicitur, in quodam Digeſto. (44)

23 Quid autem, ſi Prælatus ſub pœnâ *Apoſtaſiæ* præciperet, nè aliquis è Clauſtro exiret intrà dictum ſpatium, neque in hortum Monaſterii, muro circumſeptum, Religioſus dicendus nè eſſet *Apoſtata?*

24 Dico, quod, licèt poſſit Prælatus ex iuſtâ causâ, ac rationabili vetare, nè Subditi, abſque licentiâ, uſque ad dictum ſpatium, exeant, aut hortum ingrediatur; & Subditus tranſgrediens mandatum puniendus ſit pœnâ inobedientiæ, tamen non eſſet dicendus *Apoſtata*, nec ut talis poſſet puniri. Ratio eſt, quià, quamvis ſpectet ad Superiores diffinire metas clauſuræ, (45) tamen in hoc regulari debent, juxtà legum Apoſtolicarum placita. Porrò, cum per Canones decretum ſit, quod Religioſi maneant in ſuis Monaſteriis, & nomine Monaſteriorum veniant omnes officinæ interiores, (46) in quibus computatur hortus, muro ſeptus, ad quem, ut potè intrà clauſuram, non poſſunt intrare mulieres, ac etiam pars Monaſterii cenſeatur ſpatium ſacrum, ut dictum eſt; non poteſt Prælatus hortum extrà clauſuram rejicere, & illum non eſſe partem clauſuræ, declarare; tum quià illum eſſe partem clauſuræ, per Summos Pontifices declaratum eſt; tum quià, ſi ſua declaratio poſſet efficere, quod hortus clauſura non eſſet, ad illum ingredi poſſent mulieres, quod falſum eſt; nec pariter poteſt declarare ſpatium illud partem Monaſterii non eſſe, cum talis communiter habeatur, dum gaudet immunitate. Si ergò Religioſus contrà mandatum ingreditur hortum &c. licèt ſit inobediens, non tamen exit extrà clauſuram Monaſterii, & ità nullo modo poſſet puniri, ut apoſtata.

25 Habenda inſuper eſt ratio temporis ad hoc, ut quis in foro fori ſubeat pœnas apoſtaſiæ, quià parvitas materiæ diſtantiæ à Conventu, quæ excuſat ab *apoſtaſia*, ut dictum eſt, debet etiam quadrare, prò duratione temporis; imò, quià videmus, quod creſcit gravitas pœnæ in hoc crimine, juxtà diuturnitatem temporis, & non diſtantiæ à Conventu, concludendum eſt, quod magis attêdi debet tempus abſentiæ Religioſi à Monaſterio, quàm loci diſtantia. Si ergò breve ſit tempus durationis *apoſtaſiæ*, ità ut contineatur in parvitate materiæ, licèt *apoſtata* in foro interno incurrat excommunicationem, tamen in foro fori non poteſt dici *apoſtata*, & gravibus pœnis, & infamiæ *apoſtaſiæ* ſubdi. Et hoc probatur ex naturâ parvitatis materiæ, de quâ licèt aliquandò habeatur ratio in foro animæ, non tamen de ea curatur in foro fori. Si enim Regularis committat furtũ unius aurei, & apud ſe retineat, peccat quidèm theologicè duplici peccato mortali, furti, & proprietatis, ſed civiliter non poteſt dici crimen, ratione parvitatis materiæ; aut contrà eum procedi judicialiter, niſi excedat duos aureos, ut ex quâdam lege obſervat de *Bictis*, & nos alibi (c) docuimus. Et ità dicendum venit in caſu parvitatis durationis abſentiæ à Conventu. Undè cohærenter ad hanc doctrinam habetur declaratio Conſtitutionum *Sacri Ord. Prædicatorum*, (d) quæ ſic ſonat. *Qui per ſe Ordinem egreditur, & ſubitò revertitur, non eſt iudicandus apoſtata, nec incidit in pœnas noſtrarum Conſtitutionum; quià tamen actum apoſtaſiæ commiſit; ideſt, quià diſceſſit ſinè licentiâ Prælati, debet ab Excommunicatione abſolvi.*

25 Tota difficultas eſt, in aſſignando, quantum tempus poſſit dici modicum, ad hoc, quod pœna apoſtatarum non incurratur. *Graſſius* ex *Caietano*, prout eum refert *Donatus*, (e) opinatur, ſpatium unius horæ eſſe tempus modicum. *Bonacina*, (f) extendit ad ſpatium trium horarum. *Ledeſma* apud *Peyrinum* (g) vult, quod non ſit apoſtata Religioſus, qui gratiâ laſciviendi liberiùs, de nocte exit Monaſterium, habitu dimiſſo, ſi eâdem nocte revertatur, licèt incurrat excommunicationem. Huic ſententiæ videntur adſtipulari alii Doctores, (h) qui loquentes de contractu ſimulato, probando dicunt, quod præſumitur talis contractus, quandò venditor modico tempore tenet pecuniam, & eam reſtituit emptori. Quærendo autem, quod nam tempus poſſit dici modicum, dicunt, eſſe ſpatium unius diei, prout deduci poteſt ex quodam reſponſo *Venulei*. (i) Reverà modicitas temporis relinquitur determinanda arbitrio Judicis, juxtà exigentiam materiæ de qua agitur, ità firmant duæ *Gloſſæ*, (l) & ideò non eſt aſſignare tempus ullum, quod abſolutè poſſit dici modicum. Tamen, quià Judex debet temperare arbitrium ſuum, illud regulando per rationem prò hac materia difficili, & maximè practicabili, dicemus inferiùs, ad quod poſſit extendi modicitas temporis in *apoſtaſia*, ad fugiendam pœnam ordinariam.

27 Non eſſet pariter *apoſtata*, qui de facto, & contrà jus gravatus à Superiore, (qui legitimam appellationem interpoſitam non vult admittere,) timenſquè carcerari, rectâ viâ pergens, recurrit ad Generalem, abſquè licentia Superioris gravantis; & hoc firmant multi Doctores communiter, quos dat *Donatus*. (47) Ratio potiſſima eſt, quià de ſupremo jure naturæ eſt, fugere, & ità, ſe tueri ab iniuſto gravamine; nulla autem lex humana juri naturali prævalere poteſt; proindè licèt hæc caveat, nè Religioſus exeat à Clauſtro, ſinè Superioris licentiâ; tamen lex naturalis diſpenſat, ut vadat, ſinè illa, quam Superior, qui gravat, & qui appellationi legitimæ non vult deferre, abſque dubio, etiam rogatus non concedet. Imò, ſi Religioſus ex metu reverentiali non audet, coràm Superiore appellationem proponere; aut ignoret, quod eam facere poteſt coràm honeſtis viris, ſivè per edictum; aut ſcit certò, quod, ſi aliquo modo Superior ſciet ſe velle appellare, aut ad maiorem Superiorem recurrere, ſtatim ab eo incarcerabitur: poteſt, nullâ facta appellatione, aut petitâ licentia, ire ad pedes Superioris maioris, nec erit *apoſtata*. Quià adire Superiorem ex cauſa recurſus ob gravamen, plus eſt, quàm appellare verbo, ut habetur textualiter in quâdam *Decretali*. (ſ) Aditio ergò Superioris ſupplet



(43) *l. 2. ff. de Verb. ſign.*
(44) *text. in l. 1. §. Cum Vrbem. ff. de off. Præs. Vrban.*
(45) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tract. 3. q. 5. n. 2. & 3. & q. 3. ubi Confect. V. Monialium Clauſura. c. 4. Suar. Tom. 4. de Rel. Tract. 1. Lib. 1. c. 7. n. 2.*
(46) *cap. Exiit. §. Deniquè V. Nos utique. de Verb. ſign. in 6.*
(c) *L. ſi oleum iunct. gloſſ. ff. de dolo. Bict. quæſt. 123. numer. 14. Par. 2. ſect. 3. num. 11.*
(d) *Declarat. Conſtit. Prædicat. cap. 2. col. 4. in V. Quicunque. fol. 88. apud Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 6. q. 11. nu. 3.*

(e) *Graff. deciſ. lib. 3. c. 5. nu. 76. Caietan. Sum. V. Excommunicatio. c. 61. apud Donat. loc. cit. n. 1.* (f) *Bonac. de Clauſur. q. 2. Pun. 2. n. 21.*
(g) *Ledeſm. de Statut. Religioſ. in commun. cap. 4. Concl. 18. diffic. 1. V. Digolo. 2. apud Peyr. de Subd. q. 1. c. 26. V. Neque eſſe Apoſtatam.*
(h) *Bart. in l. 1. § 1. ff. de Verb. oblig. Cæpoll. Tract. de Simula. contract. in 2. Caſ. princip. n. 12. apud Maſcard. Concl. 438. nu. 19.*
(i) *l. Si ex duobus. ff. de Duo. rei. Paul. de Caſtr. Conſ. 332. n. 2. lib. 2.*
(l) *Gloſ. final. in Clement. 1. de Reb. Eccl. non alien. Gloſſ. in l. 1. §. Quod ait. ff. de Superfic.*
(47) *Bald. in cap. Ad noſtram. de Appellat. Navar. Comm. 2. de Regular. num. 62. Sanch. Decal. lib. 6. cap. 8. num. 17. Roderic. Tom. 1. qu. 30. art. 3. Ricciul. de Iur. perſon. lib. 8. num. 24. Coriolan. de Caſ. reſerv. P. 2. Caſ. 2. de Apoſt. num. 13. Meroll. Tom. 2. de leg. diſp. 4. dub. 6. num. 127. Dian. Par. 3. Tr. 2. Reſol. 56. & 115. Peyrin. de Subd. quæſt. 1. cap. 20. Barboſ. Bellarmin. Megal. Bonacin. Sayr. Bordon. à S. Fauſt. Novar. apud Donat. Tom. 1. Par. 2. Tract. 7. q. 11. n. 1.*
(ſ) *text. in cap. Dilecti filii. il 2. de Appellat.*

neceſſitatem appellationis, quæ in dato caſu rationabiliter poteſt omitti, Nequè petenda eſt licentia ab illo Superiore, ad quem accuſandum apud maiorem Prælatum de iniuſto gravamine, quod infert, & ſe ab eo liberandum Subditus arripit, ut habet *Gloſſa* (t) quædam, quæ ait, *non eſſe licentiam habendam ab Abbate, ſi Monachus vult eum accuſare*, prout ex *Rota*, & *Riccio* docet *Donatus*. (u) Pariterque, licèt ſervus contrà voluntatem domini non poteſt de domo egredi, tamen de iure communi eſt, ut habetur in quodam *Digeſto*, (48) quod, ſi nimiâ crudelitate Dominus ſæviat in Servos, iſti poſſint recurrere ad Principem, ſivè alium Magiſtratum, qui ſervorum indemnitati provideat, à pari ergò dicendum eſt de Religioſo Subdito, quæ enim de ſervis ſanciunt leges, optimè transferuntur ad Monachos ex Doctorum (49) ſententiâ.

28 Et ità vera eſt poſita concluſio, quod *Portellus*, quem ſequitur *Diana*, *Peyrinus*, & *Donatus* (49) doceat, quod, ſi Subditus timeat, quod in itinere capietur, & reducetur per vim, adhùc in manus Superioris gravantis, aut incarcerabitur, nè poſſit ad Generalem pertingere, & illi iniuſtitiam ſibi factam repræſentare, (ut non rarò accidit) ſi Subditus eſt de tali periculo, ſibi imminente, moraliter certus, poſſit habitum dimittere, & alium induere; & hoc modo manus perſequentium eludere, Ratio autem eſt, quià quædam *Gloſſa* (50) habet, quod ex causâ licèt Religioſis habitum transformare, ſi juſta ſit, puta, timor; quis autèm timor iſte ſit, explicat alia *Gloſſa*, (51) quæ habet, quod ob timorem, nè aliquid patiantur à latronibus, poſſint Clerici arma portare. Timor ergò, nè aliquid patiatur à Superiore, gravante, eſt cauſa ſufficiens Religioſo, ut, adeundo maiorem Superiorem, poſſit habitum mutare, & ſic etiam intellexit *Azorius*. (52)

29 Verum eſt, quod, ſi Subditus appellavit coràm Teſtibus, & Superior noluit deferre appellationi, imò minatur carcerem, non tenetur ille, petere licentiam eundi ad Superiorem, ut dicunt Doctores. (53) Si enim non vult admittere appellationem, quam debet de jure admittere, fortiùs denegabit licentiam exeundi, quæ ſibi eſt arbitraria, non tenetur proindè illam inutiliter petere. Debet tamen Subditus ab iis, coràm quibus appellavit, petere *apoſtolos teſtimoniales*, de quibus locuti ſumus, & formam dedimus alibi, (54) & tenetur illi tales concedere, quià indebitè gravato debitum charitatis eſt, ſuccurrere. (55) Et hoc præſcripſit *Sixtus V.* in quâdam ſuâ Conſtitutione. (56)

30 Quod, ſi tutum ſibi non ſit, aut ex metu reverentiali non audet appellare coràm Prælato, & Teſtibus, poteſt appellare per edictum, prout aliàs (57) docuimus, & formam dedimus. Oportet verò, quod de tali appellatione à notorio, ac manifeſto gravamine, ſecùm habeat opportunas atteſtationes; aliter ſibi non crederetur à Superiore, ad quem recurrit, & tanquàm verus *Apoſtata* tractaretur.

31 Nec facit, contrà prædictam reſolutionem, decretum *Tridentini*, (58) quod improbat receſſum Regularis à ſuo Monaſterio, etiam prætextu ad Superiores ſuos accedendi, ſub pœnis ibi ſancitis. Quià Concilium ait *prætextu ad Superiorem &c.* prætextus autem eſt color quæſitus, non vera cauſa, ut argumento cuiuſdam legis, (59) ex *Budæo* ſcribit *Calvinus*. Prohibetur ergò à Concilio receſſus ex causâ coloratâ, levi, fictâ, non verò ex cauſa reali, & in caſu realis gravaminis præſentis, ſivè imminentis, ut communiter jura, & Doctores cumulati per *Barboſam* (60) concludunt.

32 Nec limitanda ſunt, quæ diximus ad forum internum tantummodò, dicendo, quod prædicta concluſio prò foro externo non militet; & proindè Subditus, quantùmvis gravatus à Superiore, à quo appellavit, ſi recurrit, abſquè illius licentiâ, ad Superiorem maiorem, debeat in foro externo, tanquàm verus *apoſtata* puniri, ut opinantur nonnulli apud *Donatum*. (61) Quià, conſtito de gravitate, ac veritate gravaminis præſentis, ſivè imminentis, ac appellatione interpoſitâ, talis recurſus, etiam in judicio, debet pronunciari legitimus, & nullo modo, recurrens ſic debet reputari *apoſtata*, & ità concludit *Donatus*, citans *Rodericum*, & *Sanchez*, cui & ego ſubſcribo. (62)

33 Ex eodem pariter fundamento eſt, quod *Apoſtata* non eſt cenſendus, qui fugit è carcere, in quo detinetur injuſtè, ſuffert enim gravamen injuſtum, & ad ſe liberandum ab eo, poteſt licitè ad Superiorem confugere. (63) Inſuper, etiam ille, qui juſtè fuit carceratus, (ſed ob nequitiam cuſtodis, aut ad mandatum Superioris, ſibi averſi crudeliter tractatur; puta, denegando, quæ ad victum, veſtitum, aut alia, quæ faciunt ad vitæ ſuſtentationem,) poteſt fugere, ſinè metu incurrendæ *apoſtaſiæ*; naturale enim jus, quod habet ad ſuſtentandam vitam, reddit legitimam ipſius fugam, ut dicunt Doctores. (64)

34 Dubium autem eſt, an *apoſtata* cenſendus ſit ille, qui, obtentis literis obedientialibus eundi ad locum valdè diſtantem extrà Provinciam, ut cum maiori libertate poſſit evagari, dimittit habitum, & incedit in veſte ſæculari?

35 Reſ-

(t) *Gloſſ. in cap. Cum Paſtoris. 2. quæſt. 7. arg. cap. Ex parte de Recuſat.*
(u) *Rota Roman. apud Ricc. Prax. Par. 4. Reſol. 329. apud Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 7. qu. 15. num. 2.*
(48) *l. 2. ff. de His qui ſunt ſui. §. Sed maior. Inſtit. ex tit.*
(49) *Bald. in l. Quis ſit fugitivus. ff. de Aedilit. edict. Ricciul. de Iur. perſon. lib. 8. num. 26. cap. 2.*
(49) *Portel. Addit. ad dub. Regul. V. Habitus. num. 3. Dian. Par. 3. Tract. 2. Reſol. 115. apud Peyrin. de Subd. Quæſt. 1. cap. 20. V. Addunt Navarrus. Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 7. q. 11. n. 13.*
(50) *Gloſſ. in cap. Vt periculoſa in V. Temere. ne Cler. vel Monach. in 6.*
(51) *Gloſſ. 1. in cap. Clerici arma. Extra. de Vit. & honeſt. Cleric.*
(52) *Azor. Tom. 1. lib. 12. cap. 12. quæſt. 8.*
(53) *Navar. Commen. 3. de Regul. numer. 51. ad 4. in fin. Sayr. Clav. Reg. lib. 12. cap. 17. num. 40. Peyrin. de Subd. qu. 1. cap. 20. V. Addunt Navarrus.*
(54) *Par. 1. Tit. Canones. n. 35. & 40. & Par. 2. ſect. 9. nu. 15.*
(55) *Peyrin. de Subd. q. 1. cap. 20. V. Si autem Superior. & ibi Suar. Tom. 4. de Relig. Tr. 1. lib. 3. cap. 1. nu. 7.*
(56) *Sixt. V. Conſt. 71. Ad Romanum. §. 20. Bull. Cherubin. Tom. 2.*
(57) *Par. Pr. Tit. Canones. num. 13. Tit. Sententia. num. 109. & Par. 2. ſect. 9. num. 16.*
(58) *Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 4.*
(59) *l. Illicitas. ff. de offic. Præſid. Calvin. Lexic. V. Prætextus.*
(60) *text. in cap. de Priore. de Appell. & in cap. licet de offic. ordin. Navar. Com. 2. de Regul. n. 61. Roderic. Tom. 1. q. 29. art. 2. & q. 30. art. 3. & Tom. 2. q. 53. art. 10. Quarant. V. Archiep. auctorit. Auctor. 18. n. 20. Azor. Par. 1. lib. 12. cap. 11. q. 8. Sayr. clav. lib. 12. cap. 17. n. 38. Coriolan. par. 2. Caſ. 3. n. 19. Scacc. de Appell. q. 17. limit. 26. nu. 22. Bonac. de Clauſ. q. 2. par. 11. n. 9. Cenod. Var. Q.Q. lib. 1. q. 26. nu. 22. Spatar. Tract. 3. Par. 4. cap. 2. num. 4. Sanch. Tamburin. Fagundez. Aragon. Peyrin. apud Barboſ. in Trident. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 4. num 9. & 10.*
(61) *Mirand. Manuel. Prælat. quæſt. 51. art. 1. Concl. 2. Bannez. 2. 2. quæſt. 12. art. 1. poſt Concl. 6. Portel. Addit. ad V. Apoſtata nu. 6. Roderic. Reſol. 11. num. 27. de Apoſtat.*
(62) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tract. 7. q. 12. n. 5. & ibi Roderic. Summ. Par. 1. c. 43. n. 1. & Sanch. de Matr. lib. 7. diſp. 37. n. 17. in fin.*
(63) *Hieronym. Roderic. Reſol. 48. n. 6. à S. Fauſt. de Vot. ſolemn. lib. 6. q. 241. apud Donat. Tom. 1. Par. 2. Tract. 7. q. 18. nu. 4.*
(64) *Sanchez. lib. 6. in Decal. cap. 8. n. 12. apud Peyrin. de Subd. qu. 1. cap. 26. V. Eſſe etiam fugitivum. Donat. loc. cit.*

Digitized by Google

35 Reſpondetur, quod Religioſus debet jugiter portare habitum ſuæ profeſſionis, argumento quorundam Canonum (65) proindè, qui ad longum tempus illum temerè dimittis, vel geſtat, ita abſconditum ſub aliis veſtibus, aut geſtans non poſſit cognoſci, tanquàm Religioſus, peccat mortaliter, & incidit in excommunicationem, ut multi Doctores (66) affirmant. Hæc autem excommunicatio lata eſt in quâdam Decretali, (67) in quâ ſub pœna Excommunicationis, ipſo facto, incurrendâ prohibetur Religioſis tacitè, vel expreſsè profeſſis temerè habitum Religionis ſuæ dimittere, & hoc ità ſancitur, ut periculoſa Religioſis evagandi materia ſubtrahatur.

36 Ex hâc autem Decretali habetur, primò, quod ad hoc, quod talis cenſura incurratur, oportet, quod habitus dimittatur *temerè*, hoc eſt, abſque ulla cauſa rationabili. Proindè, qui ad molliùs dormiendum; ad fugiendum æſtum aeris; ad ſe lavandum in flumine; ad expeditiùs currendum, ludendum, ſaltandum, laborandum &c. ad tempus non longum, habitum dimitteret, illam non incurreret, quià hoc non eſſet temerè factum. (68) Pariter, qui per totam etiam diem clauſus in Camera, vel etiam intrà ſepta Conventus, (non tamen viſus à ſæcularibus,) abſque habitu maneret, non incurreret talem Cenſuram, ut vult *Caietanus*, (69) quià non eſſet ad finem vagandi. Prohibitio autem talis facta eſt ad finem tollendi occaſionem evagandi; & ideò in caſu particulari, ceſſante fine legis, etiam ceſſat lex, maximè ſi ſit pœnalis. (70)

37 Habetur tertiò, quod, qui ignorat talem excommunicationem eſſe ob hoc latam, non incurrit eam, ſi habitum dimittat, quià non dimittit *temerè*, quià hoc facit ignoranter, *temerè* autem aliquid vetitum facere, eſt ſcienter contravenire, ut dicunt *Suarez*, & *Sanchez*, (71) aut in contemptum legis facere, ut vult *Caietanus*. (72)

38 Habetur tertiò, quod, ſi exuat habitum quoquomodò, etiam *temere*, non tamen exeat clauſtra, peccat quidèm mortaliter, ſi facit ex contemptu legis, & per tempus ità longum maneat exuto habitu, ut ſufficiat ad mortale; non tamen incurrit Excommunicationem; quià non eſt factum ad finem evagandi, quod eſt ratio motiva legis, propter quam infligitur cenſura, ut docet *Donatus*. (73)

39 His obſervatis dico ad dubium propoſitum, quod ille eſt quidèm excommunicatus ob dimiſſionem habitus, non tamen eſt *Apoſtata*, aut fugitivus. Ratio eſt, quià habitum dimittit ad vagandum cum maiori libertate; & ità innodatur Cenſura, latâ in terminis præciſis. Non eſt verò *apoſtata*, quià non habet animum, perpetuò manendi extrà clauſtra, quod eſt neceſſarium ad *apoſtaſiam*, ut oſtendimus ſuprà *num.* 8. Et tandem non eſt fugitivus, quià hic receſſit à Conventu cum licentiâ Superioris.

(65) *cap Sanctimonialis.* 23. *diſt. cap. Vidua.* 20. *qu.* 1.
(66) *Caiet. Summ. V. Excommunicatio. cap.* 61. *Navar. Manual. cap.* 27. *n.* 131. *Roderic. T.* 1. *q.* 30. *art.* 2. *Megal. Inſtit. Confeſſ. Par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 53. *apud Donat. Par.* 2. *Tract.* 6. *q.* 8. *Tom.* 1.
(67) *cap. Ut periculoſa Ne Cleric. vel Monach. in* 6.
(68) *Suar. Tom.* 5. *de Cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 4. *numer.* 29. *Peyr. de Subd. qu.* 1. *cap.* 26. *§.* 1. *per tot.*
(69) *Caietan. Summ. V. Excommunicatio. cap.* 61.
(70) *Donat. Tom.* 1. *Par.* 2. *Tr.* 6. *qu.* 9. *num.* 1.
(71) *Suar. de Cenſ. diſp.* 23. *ſect.* 22. *numer.* 3. *Tom.* 5. *Sanch. de Matr. lib.* 9. *diſp.* 32. *num.* 36.
(72) *Caiet. in* 2. 2. *quæſt.* 53. *art.* 3.
(73) *Donat. Tom.* 1. *Par.* 2. *Tr.* 6. *qu.* 9. *per tot.*

# Pœnæ.

## *SUMMARIUM.*

40 *Pœna Apoſtatarum perfidiæ, quæ.*
41 *Pœna Apoſtatarum irregularitatis quæ, & quandò incurrantur.*
*Clericus dimittens habitum quas pœnas incurrat.*
42 *Pœna Religioſi Apoſtatæ fugitivi.*
*Apoſtata Regularis incurrit excommunicationem.*
43 *Item infamiam, & irregularitatem.*
44 *Item ſuſpenſionem.*
45 *Item inhabilitationem ad Ordinis dignitates, niſi fuerit diſpenſatus.*
*Statutum Ordinis Minorum circà rehabilitationem Apoſtatarum.*
46 *Rehabilitatio Apoſtatarum facienda á Capitulo Provinciali.*
47 *Et per vota ſecreta.*
*Forma præſcripta à lege, quandò ſit de neceſſitate ſervanda.*
*Electio Canonica eſt invalida, ſi vota non ſint ſecreta.*
*Teſtium depoſitiones, ſi non ſint ſecreta, ſunt nulla.*
*Libertas ſuffragantium læditur, quandò ſuffragia non ſunt ſecreta.*
48 *Decennium requiſitum ad rehabilitationem, quomodò computandum.*
49 *Opinio Sanctori.*
50 *Impugnatur.*
*Dictio* nulla *quid importet.*
*Dictio* aliquandò *quid ſignificet.*
*Dictio* aliqua *quid importet.*
51 *Opinio Sanctori magis impugnatur.*
52 *Reſolutio dubii.*
53 *Diſpenſatio inhabilitatum, quas contrahunt Apoſtatæ, conceditur à Prælatis.*
54 *Pœna apoſtatarum, quæ poſſunt illis competere, dantur etiam Monialibus.*
55 *Conſtitutiones Ordinis in ordine ad Apoſtatas.*
56 *Primum Statutum.*
57 *Secundum Statutum.*
58 *Tertium Statutum.*
59 *Quartum Statutum.*
60 *Quintum Statutum.*
61 *Sextum Statutum.*
62 *Septimum Statutum.*
63 *Octavum Statutum.*
64 *Dubitatio Prima.*
65 *Dies naturalis, & artificialis, qui.*
*Dies artificialis longitudo varia.*
66 *Dictio* per *quid importet.*
67 *Dubitatio ſecunda.*
68 Pernoctare *quid importet.*
69 *Neceſſitas ſignificat quodlibet juſtum impedimentum.*
70 *Dubitatio tertia.*
71 *Statutum intelligitur de die artificiali.*
72 *Dubitatio quarta.*
73 *Apoſtata poteſt reverti ad alium Conventum ab eo, à quo apoſtatavit.*
74 *Dubitatio quinta.*
75 *Apoſtata Regularis Obſervantiæ poteſt ſe præſentare Prælato ſtrictioris Obſervantiæ, & vice verſa.*
76 *Confirmatur eadem concluſio.*
77 *Dubitatio ſexta.*



Digitized by Google

78 *Morans in loco, diſtante à Conventu per plus quàm dimidium milliaris, non eſt Apoſtata.*
*Conventus,* quandò *dicatur* eſſe in loco.
*Regulares diſtantes ultrà dimidium milliaris à Civitate non tenentur accedere ad proceſſiones.*
79 *Dubitatio ſeptima.*
80 *Pœna apoſtatarum intelligitur minima, quandò non exprimitur alia in Statuto.*
*Pœna maior eſt rigor; minor eſt æquitas.*
*Aequitas ſcripta præfertur rigori ſcripto.*
81 *Dubitatio octava.*
82 *Parvitas materiæ ſalvat ab incurrendis pœnis fori externi.*
*Apoſtaſia venialis datur, ob quam non incurritur Cenſura.*
83 *Ad apoſtaſiam leviſſimam requiritur manſio extrà Conventum prò maiori parte diei artificialis.*
84 *Fundamentum reſolutionis.*
85 *Opponitur reſolutioni.*
86 *Reſolvitur oppoſitio.*
*Vſus loquendi præfertur ſignificato vocabuli.*
87 *Statuta ſunt interpretanda, ut minùs quàm poſſit, lædatur ius commune.*
*Et nè à Sapientibus reprehendantur.*
88 Pars *intelligitur de dimidio totius.*
*Nomine* rei *venit tota res.*
*Confirmatur concluſio ex Evangelio.*
89 *Confirmatur concluſio, quod abſens citrà dimidium diei non eſt apoſtata in foro externo.*
90 *Inſtantia contrà concluſionem.*
*Parvitas materiæ non eſt ultrà quartam partem.*
91 *Reſolvitur inſtantia.*
92 *Dubitatio nona.*
93 *Quomodò puniendus apoſtata, qui neque per naturalem abeſt à Conventu, neque intrà diem artificialem revertitur.*
94 *Continuatur ſolutio.*
95 *Inſtantia contrà ſolutionem.*
96 *Reſolvitur inſtantia.*
97 *Dubitatio decima.*
98 *Pœna recidivantium in apoſtaſiam, quomodò regulanda.*
99 *Dubitatio undecima.*
100 *Quotupliciter recidivanti in apoſtaſiam varientur pœnæ.*
101 *Dubitatio duodecima.*
102 *Pœna quomodò commutanda, remiſſivè.*
103 *Privatio ſuffragiorum quando locum non habeat.*
104 *Commutatio pœnæ privationis ſuffragiorum quomodò regulanda.*
105 *Dubitatio tertiadecima.*
106 *Recurrens ad Superiorem ex cauſa probabili gravaminis non eſt apoſtata.*
*Dolus eſt anima delicti.*
*Monitum ad Superiores.*
107 *Ignorantia, aut credulitas quævis excuſat à pœna ordinaria.*
108 *Diſſonantia Statutorum à quo fuerit.*
109 *Pœnæ apoſtaſiæ quæ, & quando debeantur, qui exit à Conventu prætextu adeundi Superiorem.*
110 *Dubitatio quartadecima.*
111 *Pœna apoſtatæ in diè plùs biduo, & minùs triduo.*
*Legum omnium non eſt ratio reddenda.*
112 *Dubitatio quintadecima.*
113 *Pœna quomodò regulanda in replicante apoſtaſiam.*
114 *Dubitatio ſextadecima.*
115 *Reſolvitur oſtendendo textum fuiſſe vitiatum.*
116 *Proponitur; & ſolvitur difficultas.*
*Committens tria furta datur neci, licèt per duo priora mortem non meruerit.*
117 *Dubitatio decimaſeptima.*
118 *Antinomia Statutorum.*
119 *Reſolvitur dubitatio, oſtendens Statutum Valliſoletanum eſſe ſervandum.*
*Dictio* prò *quid importet.*
120 *Proponitur, & reſolvitur difficultas.*
121 *Statuta Reformata alias habent pœnas in triplicante apoſtaſiam graviorem.*
122 *Dubitatio decimaoctava.*
123 *Delatio ſigni probationis non confunditur cum tempore carcerationis formalis.*
124 *Flagellatio, & ieiunia debentur prò tempore carcerationis.*
125 *Dubitatio decimanona.*
126 *Arbitrium diffinitorii circa pœnam triremium, dandam apoſtatis eſt in ordine ad eius durationem.*
*Pœnæ alternativæ, poſitæ in lege committuntur arbitrio Iudicis.*
127 *Dubitatio vigeſima.*
128 *Publicæ utilitatis privilegia remiſſivè.*
129 *Publica utilitas copulanda cum neceſſitate.*
*Interſtitiorum diſpenſatio requirit utilitatem, & neceſſitatem.*
*Epiſcopus nequit ſuper illis diſpenſare, niſi prò utilitate, ac neceſſitate.*
*Damnatus ad carcerem clauſtralem nequit egredi, niſi prò publica utilitate, ac neceſſitate.*
*Declaratur, quandò dicatur neceſſitatem adeſſe.*
130 *Dubitatio vigeſimaprima.*
131 *Arbitrio Superioris committitur dare pœnam triremium quadruplicanti apoſtaſiam.*
132 *Dubitatio vigeſima ſecunda.*
133 *Labor Sanctori inutilis.*
134 *Apoſtaſia graviſſima, quandò incurratur.*
135 *Proponitur dubium.*
136 *Apoſtaſiam graviſſimam committit, qui abeſt per bimeſtre habitu retento, ſivè dimiſſo Apoſtata cum habitu vagans plus delinquit, quàm illum dimittendo.*
137 *Dubitatio vigeſimatertia.*
138 *Pœna apoſtatarum intrà triduum, ac inter octiduum, & bimeſtre.*
139 *Pœna carceris, quomodò in hoc caſu regulanda.*
140 *Continuatur eadem materia.*
141 *Pœnæ ſunt molliendæ.*
*Benigniora in dubio ſunt præferenda.*
142 *Dubitatio vigeſima quarta.*
143 *Dictio* intrà *quid ſignificet.*
*Dictia* poſt & ultrà *quid importent.*
*Apoſtaſia graviſſima apud Reformatos, quando committitur.*
144 *Pœnæ apoſtaſiæ ultrà graviſſimam remittuntur arbitrio Iudicis.*
145 *Dubitatio vigeſima quinta.*
146 *Ad contrahendam apoſtaſiam requiritur gravis culpa contrà obedientiam.*
147 *A quo deſumenda parvitas materiæ in Apoſtaſia.*
*Deflectens à recta via quo pergit, per ſextam partem itineris non eſt Apoſtata.*
148 *Qui excedit tempus obedientiæ obtentæ, per ſextam ſolùm partem, non eſt Apoſtata.*



Digitized by Google

149 *Ambulantes ſinè ſociis; quandò puniendi ut apoſtatæ.*
150 *Venientes ad Conventum ſinè ſocio, quando excuſandi.*
151 *Lex nulla obligat ad impoſſibile.*
152 *Dubium proponitur.*
153 *Si duo fratres ſeparatim veniant ad Conventum, an puniendi ut Apoſtatæ.*
154 *Quando ambobus ignoſcendum; & quando illis danda pœna extraordinaria.*
155 *Dubitatio vigeſima ſexta.*
156 *Quandò Superior localis, aut Provincialis, ſi mittant Fratres extra limites ſibi præſcriptos incurrant pœnas tum ipſi, tum Fratres miſſi.*
*Mittentes ex licentia præſumpta non delinquunt.*
157 *Subditus miſſus nullam pœnam debet ſubire.*
*Subditus tenetur obedire Superiori in caſu dubio de ſua auctoritate.*
158 *Quandò ſit locus pœnæ contrà Subditum in caſu propoſito.*
159 *Dubitatio vigeſima octava.*
160 *Ad quos ſpectet monere Superiores, & quos de fuga Apoſtatarum.*
*Apoſtata poſt abſolutionem non poſſunt retineri.*
161 *Opinio Sanctori circà formam abſolvendi apoſtatas.*
162 *Impugnatur talis opinio.*
*Carcer non eſt dandus apoſtatæ, antè abſolutionem.*
163 *Carcer ad cuſtodiam, quandò dandus apoſtatæ.*
*Apoſtata quivis, ſtatim ac eſt in Conventu, eſt abſolvendus.*
164 *Objectio contrà prædictam reſolutionem.*
165 *Praxis Procuratoris Generalis non extendenda ad alios Prælatos.*
*Conſuetudo non inducitur in merè facultativis.*
166 *Error, qui irrepſit, debet corrigi.*
167 *Dubitatio vigeſima nona.*
168 *Datur textus Statuti Reformati.*
169 *Refertur textus Statuti Generalis Ordinis.*
*Demonſtratur ipſius adimpletio impoſſibilis, niſi per accidens.*
170 *Cum apoſtata emendato, diſpenſatur in medietate temporis privationis ſuffragiorum.*
171 *Dubitatio trigeſima.*
172 *Antiqua jura prohibent Clericis ſpectacula repræſentare.*
173 *Talia jura ſunt antiquata.*
174 *Spectacula ſacra, aut moralia repræſentare, Regularibus utile.*
*Contraria pœna abrogata fuit contrario uſu.*
175 *Quandò locus ſit pœnæ ſtatutariæ, contrà repræſentantes comœdias.*
176 *Dubitatio trigeſima prima.*
177 *An dormire ſinè habitu ſit peccatum.*
*Ad fugienda peccata oportet largè opinari, & ſtrictè operari.*
178 *Pœna data in Statuto dormienti ſinè habitu eſt levis.*
179 *Quandò ſit locus pœnæ Statuti.*
180 *Dubitatio ultima.*
181 *Quandò liceat linea deferre.*
*Uſus, quid importet.*
182 *Quandò ſit locus pœnæ ſtatutariæ contrà utentes lineis indumentis.*
183 *Confirmatur concluſio ex Statuto Valliſoletano.*

40 Pœnæ autem *Apoſtatarum* perfidiæ ſunt eædem, quæ Hæreticorum: cum enim *apoſtaſia* à fide includat hæreſim, ut diximus ſuprà num. 3, ſequitur, quod iiſdem pœnis vindicetur.

41 *Apoſtaſiæ* autem à Clericatu, ſivè irregularitatis pœnæ ſunt, quod ipſi, tanquàm infames prohibentur accuſare, (74) debent incarcerari, & ità compelli, ut habitum reaſſumant; (75) & ſi nec ſic reſipiſcant, & in aliquod delictum cadant, à Judice laico poſſunt apprehendi, & perdunt privilegium Canonis, (76) & hæc de jure antiquo. De iure autem novo ſancito per *Tridentinum*, (77) habetur, quod, ſi ſint in Sacris, & beneficium Eccleſiaſticum obtinuerint (iſti enim tantùm poſſunt dici *apoſtatæ* à Clericatu, pròut ex *Anania* ſcribit *Clarus*, (78) ſi enim Clericus in minoribus habitum Clericalem dimittat, dicitur tantùm ſæculárizatus, & non *apoſtata*, & moniti per Epiſcopum, ut habitum reaſſumant, non paruerint, ſuſpendantur ab officio, & beneficio; & ſi ſemel correpti, denuò recidivent, iiſdem beneficiis priventur; per quam diſpoſitionem ampliata eſt ſimilis ſanctio, quam tulerat *Clemens Quintus in Concilio Viennenſi*. (79) Addit autem *Riccius* (80) ex *Bulla Sixti Quinti*, quod, ſi Clerici beneficiati non deferunt habitum, & tonſuram, privantur, ipſo iure, beneficiis, quæ intelliguntur vacare: proindè, ſi Clericus tempore delicti deprehendatur in habitu laicali (ſi tamen eſt tanta perſeverantia eius in dimiſſione habitus, ut reputetur laicus, ut ex *Rota Lipſienſi*, & *Farinacio*, (81) ſcribit ibidem idem *Riccius*,) non gaudet privilegio fori, ut refert *Faber*, (82) & *Papo* ab eo relati.

42 Quantùm autem ad *apoſtaſiam* Regularium fugitivorum à Clauſtro, habitu, ſivè retento, ſivè dimiſſo, plures ſunt pœnæ. Prima eſt Excommunicatio, ut habetur ex quâdam Decretali, (83) & firmant Doctores (84) quamplures. Contendunt alii (85) non inferiores numero, in vim dictæ Decretalis non eſſe excommunicatos veros *apoſtatas*, qui nempè habent animum firmum relinquendi Religionem, ſed eos, qui ad vagandum dimittunt habitum, & ſunt purè fugitivi. Sed hæc quæſtio nullam habet utilitatem; ſi quidem, ſi non de iure communi, ſaltem ex Apoſtolicis Conſtitutionibus, latis in favorem Religionum, *apoſtatæ* omnes Regulares ſunt excommunicati, ut patet ex multis Bullis, latis à diverſis Pontificibus, quæ recenſentur à *Peyrino*, *Donato*, (86) & *Sanctoro*. Et Nos in Conſtitutionibus Generalibus Ordinis (87) ſic habemus, *Omnes & ſingulos Apoſtatas noſtri Ordinis, authoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſâ, vi præſentis Statuti, excommunicamus, & anathematis vinculo innodamus.*

43 Se-

(74) *cap. Beatus. cap. Si quis. 3. q. 4.* (75) *cap. A nobis, de Apoſtat.*
(76) *cap. 1. de Apoſt. ubi Abb. n. 1.* (77) *Conc. Trid. ſeſſ. 14. de Ref. c. 6.*
(78) *Clar. q. 78. V. Apoſtata. in fin. Anani. in cap. Tuæ. n. 11. de Apoſt.*
(79) *Clement. Quoniam. de Vit. & honeſt. Cleric.*
(80) *Aloyſ. Ricc. Par. 4. deciſ. 956.*
(81) *Rota Lipſien. deciſ. 339. Par. 2. Farin. q. 8. nn. 69.*
(82) *Faber. Deciſ. 44. C. de Iuriſd. omn. Iud. Pap. lib. 5. Arreſt. 4. apud Ricc. loc. cit.* (83) *cap. Vt periculoſa. iunct. Gloſſ. in V. Ipſo facto. Ne Cler. vel Monach. in 6.*
(84) *Roſell. V. Excommunicatio. 1. caſ. 16. n. 1. Tabien. eo. v. 5. Caſ. 23. num. 1. Armill. V. Apoſtaſia. num. 12. Henriq. Azor. Mirand. apud Peyrin. de Subd. Quæſt. 1. cap. 26. V. Dico primò.*
(85) *Suar. de Relig. lib. 3. Tr. 8. c. 1. nu. 9. Navar. Comment. 2. de Regular. Lezan. T. 1. c. 16. n. 11. Gloſſ. in cap. 1. de Temp. Ordin. in 6. Hoſtien. Sum. Rubr. de Apoſt. n. 4. Sylv. q. 6. nu. 11. Sanch. in Decal. lib. 6. c. 8. n. 20. à S. Fauſt. de Stat. Relig. lib. 6. q. 186.*
(86) *Peyrin. de Subd. q. 1. cap. 26. V. Secundò probatur. Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 6. q. 14. num. 4. & 5. Sanctor. Comment. cap. 2. Stat. 63. V. Authoritas Apoſtolica. f. m. 179.*
(87) *Stat. General. Ord. cap. 2. §. 8. num. 2.*

Digitized by Google

43 Secunda pœna eſt, quod antequàm ſint reverſi ad Religionem,& reconciliati, ipſo jure, ſunt infames, & repelluntur à ferendo teſtimonio, & ab accuſatione, & hoc patet ex aliquibus Capitulis, (88) quià digni non ſunt, ut ipſis adhibeatur fides, dum fugiendo, viſi ſunt abhominari virtutes,quæ vigent in Religione,quam deſeruerunt,& ità firmant communiter Doctores;(89) Et advertit *Peyrinus*, (90) quod,quantùmvis reverſi ad Ordinem, & abſoluti ab Excommunicatione non poterunt miniſtrare in Ordinibus,jàm ſuſceptis, & multò minùs ad Ordines promoveri, niſi fuerint diſpenſati ſuper irregularitate contractâ,ob infamiam incurſam.

44 Tertia pœna eſt,quod ſuſcipiens,durante *apoſtaſia*, Ordines,ſivè ſacros,ſivè minores, remanet ab illis, ipſo facto,ſuſpenſus,ac irregularis, ut habetur textualiter in quodam Capitulo, (91) in quo dicitur, quod *quantùmvis ſit recenciliatus ſuo Abbati, non tamen ſinè diſpenſatione Papæ, poterit in ſuſcepto Ordine miniſtrare*. Quamvis verò illud Capitulum loquatur de Ordine ſacro,advertit tamen, ibi *Abbas*, (92) quod,cum hodie Religioſi *Apoſtatæ* ſint,ipſo facto,excommunicati, prout ſuprà *num.42.* dictum eſt,ſi recipiunt Ordines, etiam minores in Excommunicatione, manent ſuſpenſi, iuxtà Decretalem *Innocentii Tertii*, (93) Et ità firmant communiter Doctores. (94)

45 Quarta pœna eſt, quod *Apoſtata*,quamvis ad Religionem reverſus, non poteſt ad Ordinis dignitates promoveri, niſi fuerit rehabilitatus per Superiores, poſtquàm exemplo vitæ laudabilis errata priora correxerit. (95) Et prò *Ordine Minimorum* habetur declaratio *Cardinalis Alexandrini*, qui fuit poſteà *B. Pius V.* miſſa ad *Capitulum Generale Minimorũ* prò intelligentiâ Bullæ *Pauli IV.* circà receptionem *Apoſtatarum*, quam per extenſum dat *Donatus*, (96) in quâ habetur, illos non eſſe per Generale, ſeù Provinciale Capitulum rehabilitandos, donec ad minùs per quadriennium,benè & laudabiliter,ſub correctionis,& diſciplinæ ferulâ patienter,& humiliter vixerint. Prò nobis verò habemus Statuta Generalia, tum Ordinis, tum Reformationis,(97) in quibus ſancitur, quod *apoſtatæ* reverſi nequeant ad dignitates promoveri, niſi obtentâ diſpenſatione Capituli Provincialis, poſt decennium vitæ laudabilis elapſum à reverſione; quod tamen tempus poteſt abbreviari à pluralitate ſuffragiorum Capituli Provincialis in aliquo Patre qualificato, qui ſigna dederit emendationis, ut infrà dicemus.

46 Ad quod Statutum illuſtrandum adverto, quod talis diſpenſatio facienda eſt à ſuffragiis omnium Capitularium,hoc eſt, habentium votum in Capitulo; dicit enim Statutum Capitulum Provinciale, quod nempè aliud non eſt,niſi Collegium Vocalium totius Provinciæ.(98) Undè, ſi talis diſpenſatio fieret per ſola vota Diffinitorii in loco, & actu etiam Capituli, nihil valeret, quià in Diffinitorio ſolo non conſiſtit authoritas totius Capituli Provincialis.

47 Adverto ſecundò, quod diſpenſatio debet fieri per vota ſecreta; quià Statutum habet per ſuffragiorum ſecretorum maiorem partem, quod facile fit, proponente Præſide Capituli, & cæteris ſuffragantibus per calculos albos, & nigros in urnâ, quod vulgò dicitur *ballotatio*. Sequitur hinc, quod ſi fieret per ſuffragia publica oretenùs data, ut aliquandò vidi, diſpenſatio eſt nulla; tùm quià nullus eſt actus,ubi non ſervatur forma præſcripta à lege, per quam datur facultas agendi; ut aliàs (99) diximus; tum quià, ſicut ſuffragia, ſi non ſint ſecreta, invalidant electionem, (100) & depoſitiones Teſtium, ſi non ſint ſecretæ, ſunt nullæ, (101) ità nulla evaderet talis diſpenſatio; læditur enim libertas ſuffragantium,ſi publicè ſuffragentur,ut notat quædam Gloſſa; (102) & multotiès ob auctoritatem petentis, aut importunas præces concederentur tales diſpenſationes aliquibus,qui eas non meruiſſent.

48 Adverto tertiò, quod decennium, de quo loquitur Statutum, debet incipere à die reverſionis ad Religionem, non verò à peractâ pœnitentiâ *apoſtaſiæ*. Ratio eſt, quià Statutum dicit, *poſtquam redierint per decem annos poſt apoſtaſiam laudabiliter, & religiosè vixerint*; patet autem quod laudabiliter viuit, qui pœnam prò commiſſo delicto, patienter ſuffert; undè etiam illud tempus computari debet in aſſignato decennio, prout ſenſit etiam *Sanctorus*. (103)

49 Adverto quartò, quod Statutum hoc debet accipi univerſaliter de omnibus *Apoſtatis*. *Sanctorus* (104) opinatur debere intelligi de delinquentibus, tantùm *apoſtaſiâ* gravi,ac graviſſimâ; non verò de levi, & infrà; tum quià culpa diſpar non debet æquali pœnâ vindicari; tum quià in Statutis *Valliſoletanis* 1565. habetur, *Vt qui Apoſtaſiæ culpam, intrà duos menſes coràm ſuo Prælato non agnoverit publicè voce activâ,ac paſſivâ ad decennium privetur*; quod Statutum tenendum eſt,quod fuerit renovatum in *Congregatione Generali Romanâ* 1615.

50 At doctiſſimi viri pace, talis opinio non ſubſiſtit, militat enim de directo contrà verba, & tenorem expreſſum Statuti. Siquidem Statutum dictæ *Congregationis Romanæ* (105) ſic habet, *Nullus, qui Apoſtata aliquandò fuerit, vel in propriâ Provinciâ remaneat, vel ad alienam tranſierit, promoveri poterit ad aliquod Officium, niſi per decem annos &c.* Non ergò limitari poteſt diſpoſitio Statutaria ad *apoſtatas* graves,& graviſſimos. Etenim duæ ſunt in Statuto dictiones obſervabiles, puta, *Nullus*, & *aliquandò*. Patet verò, quod per primam importatur diſpoſitio Statuti negativa, quæ cum omnia, etiam minima excludat, (106) & comprehendat omnes caſus, in quibus poteſt verificari, (107) & præponatur verbo *poterit*, & ideò inducat omnem neceſſitatem,& privet omnem potentiam,

(88) *cap. Alieni.2.q.7.c.Beatus.cap.Si quis.3.q.4.cap.Infames.6.q.1.*
(89) *Ledeſm.de ſtat.Relig.in comm.cap.8.Concl.1.dub.1.Chapeavill. de Caſ.reſervat.P.2.cap.2.¶.Apoſtaſia ab Ordine.Graff.de Caſ.reſerv. cap.2.§.Qualiter puniantur.Diaz.Pract.crim.cap.114.n.2.Coriolan. Par.2.Caſ.2.num.14.¶.Sed in illa.*
(90) *Peyrin.de Subd.Q.1.cap.26.¶.Vnde etiam.*
(91) *cap.final. Extrà de Apoſt.* (92) *Abb.in cap.final.n.2 de Apoſt.*
(93) *text.in Cap.Cum illorum.de Sent.Excomm.*
(94) *Angel.V.Apoſtaſia.nu.6.Armill.eo.V.nu.12.Azor.Tom.p.lib. 12.cap.17.q.5.Sylv.V.ordo 5.q.5.num.6.Henriq.lib.13.cap.39.40.nu.1. Sanchez.lib.6.in Decal.cap.8.nu.25.apud Peyrin.de ſubd.Q.1.cap.26 ¶.Neque ſolùm.* (95) *Sylveſtr.V.Excommunicatio.9.Caſ.24.nu.52. S.Antonin.3.Par.Tit.24.cap.58.Graff.lib.3.de Caſ.reſerv.cap.2.nu. 25.apud Peyrin.l.cit.¶.Imò nec poterit.*
(96) *Donat.Tom.p.Par.2.Tr.16.Quæſt.18.num.2.*
(97) *Stat.Gen.Ord.cap.2.§.8.nu.34.Stat.Gen.Refor.cap.2.nu.25.*
(98) *arg.cap.Cum.in cunctis.de his quæ fi.à maio.Sylv.V.Capitulum. num.1.Roderic.Tom.1.q.45.art.1.lezan.Tom.2.cap.12.nu.1.Sanctor.de Pan.cap.9.Q.13.¶.Reſpondeo ſecundò.fol.415.*
(99) *Par.p.Tit.Teſte.num.84.*
(100) *cap.Quià propter.§.Aliter.de Electione.*
(101) *cap.Venerabili.de Teſt.cap.Inquiſitionis.§.Tertiæ de Accuſat. l.Nullum.C.de Teſtam.*
(102) *Gloſſ.in cap.Quià propter.in V.ſecrete.de Elect.*
(103) *Sanctor.Comm.cap.2.ſtat.69.¶.Reſpondeo cum.fol.m.587.*
(104) *Sanctor.loc.cit.¶.dubium tamen.*
(105) *Congr.Gen.Roman.1615.Orb.ſeraph.Tom.3.fol.615.col.p.¶. Nullus qui Apoſtata.*
(106) *Cravet.conſ.294.num.5.& 6.& Conſ.146.num.4.apud Tuſc. Concluſ.26.num.8.lit.N.*
(107) *Dec.Conſ.490.num.6.apud Tuſc.loc.cit.nu.16.*

Digitized by Google

tiam, (108) concludit de quocumque *Apoſtata*, etiam leviſſimo. Quòd ampliùs probatur per ſecundam dictionem *aliquandò*. Hæc enim eſt adverbium temporis, & comprehendit quamcumque partem temporis, quàmvis modicam, ſicut dictio *aliqua* verificatur in quàvis minimâ parte ejus, de quo dicitur. (109) Senſus igitur Statuti eſt, quòd quivis, qui prò aliquo tempore, licèt modico habetur *Apoſtata*, non poſſit promoveri, &c. & ità comprehenduntur omnes *Apoſtatæ*, etiam leviſſimi, hoc eſt, qui egreſſi revertuntur intrà eundem diem, ut infrà explicabimus; ſi enim eſſet abſentia per horas à Conventu, non curreret dicta diſpoſitio; taliter enim diſcedentes, licèt ſint excommunicati, ut ſuprà dictum eſt *num.* 25, non tamen pœnis apoſtatarum debent ſubdi, ut infrà probabimus.

51 Et verum non eſt aſſumptum *Sanctori*, quòd in *Congregatione Romanâ* renovata ſint Statuta *Vallisoletana*, & *Aquilana*, quæ, cum loquantur de *Apoſtatâ* per bimeſtre, faciunt, quòd diſpoſitio hujus Statuti debeat accipi de *Apoſtatâ* gravi tantùm, & graviſſimo, non verò de levi. Etenim hoc deſtruit ſuam poſitionem. *Apoſtata* enim per bimeſtre, eſt *apoſtata* graviſſimus, ut habetur ex Statutis (110), Si ergò Statutum *Romanum* debet accipi ad mentem, & tenorem *Vallisoletani*, debebit intelligi tantùm de *apoſtatis* graviſſimis: quomodò ergò *Sanctorus* illud extendit ad *apoſtatas* graves, eos ſcilicet, qui per triduum tantùm abſunt à Conventu? (111)

52 Dicendum igitur eſt, quòd in *Congregatione Romanâ* non renovatum, ut vult *Sanctorus*, ſed extenſum, ſivè ampliatum fuerit *Vallisoletanum* Statutum. Hoc enim limitabatur ad *apoſtatas* per bimeſtre, (nempè graviſſimos,) ut patet ex illius tenore, dato ſuprà *num.* 47. ſed *Congregatio Romana* ampliavit ad omnes *Apoſtatas* indifferenter; cum uſa ſit univerſali dictione, *Nullus*, & *aliquandò*; & proindè etiam de *Apoſtatis* leviſſimis, etiam accipi debeat. Nec per hoc diſpares culpæ eâdem pœnâ puniuntur; quia pœnæ *Apoſtatarum* corporales, ut carceratio, diſciplinæ, jejunia variantur juxtà graduationem Criminis, licèt ſpirituales eædem ſint, quòd ſufficere debet ad juſtitiam ſtatutariæ diſpoſitionis.

53 Quò autem ad infamiam, Suſpenſionem, Irregularitatem, & inhabilitatem ad Ordines, contractam ab *Apoſtatis*, qui, durante eorum delicto, Ordines ſuſcipiunt, licèt de jure communi non poſſint diſpenſari, niſi à Romano Pontifice, ut textualiter habent Decretales; (112) tamen de jure privilegiato diſpenſari poſſunt à propriis Prælatis, ut communiter dicūt Doctores, (113) & praxis approbat.

54 Aliæ autem ſunt pœnæ de jure municipali Religionum, & de iſtis conſuli debent Conſtitutiones, quas quælibet Religio ſibi ſtatuit; & Nos examinabimus eas, quæ ſunt in Ordine noſtro. Advertimus intereà pœnas ſupradictas, quæ afficere poſſunt Moniales, etiam de ipſis accipi debere, ſi à propriis Monaſteriis fugerint, ſivè ad tempus, ſivè perpetuò, habitu dimiſſo, aut retento; illæ enim revocandæ ſunt ad Monaſterium, (114) & quià eadem ratio eſt de illis, ſicut de viris Religioſis, ideò eiſdem pœnis, quæ ſibi poſſunt convenire, ſunt puniendæ, ut multi (115) ſcribunt.

55 Porrò Cōſtitutiones Ordinis noſtri in ordine ad *Apoſtatas* ultrà Textū; *Tit. Applicatio.* §. 22. & 51. ſunt ſequentes.

56 Primò. *Quandò aliquis è Conventu egreſſus, ſinè Superioris licentiâ tacitâ, vel expreſsâ, & per diem naturalem tantùm extrà moratus fuerit; is in levem Apoſtaſiam incidit, cujus pœna eſt trium dierum Carcer, & ſuffragiorum juris per triennium privatio* (116)

57 Secundò. *Qui, cum licentiâ exiens extrà Conventum, in aliquo loco, etiamſi Ordinis noſtri fuerit, ſinè licentiâ, aut neceſſitate pernoctaverit, leviorem contrahit Apoſtaſiam, prò quâ biduo eſt carcerandus, & biennio, jure ſuffragiorum privandus.* (117)

58 Tertiò. *Qui, ſinè licentiâ egrediens, eadem die ad Conventum revertitur, quod eſt leviſſimum Apoſtaſiæ genus, per diem carceretur, & per annum voce activâ, & paſſivâ privetur. Cùm recidivis autem, & ſupradictos Apoſtaſiæ gradus multiplicantibus, duplicari, & multiplicari debent pœnæ. Cui autem privatio ſuffragiorum non conveniret, prò quolibet anno privationis, deferat ſignum probationis per menſem.* (118)

59 Quartò. *Morans triduo extrà Conventum, etiamſi ad Superiorem acceſſum prætendens, ſi ſinè licentiâ egreſſus fuerit, in gravem incidat Apoſtaſiam: ad quam puniendam prò primâ vice, triduo eſt carcerandus; coràm Fratribus capitulariter congregatis ſemel in pane, & aquâ jejunare debet; ac per triennium ſuffragiorum jure deſtitui. Secundâ vice, duplicatâ hâc pœnâ, caparonem etiam per tres menſes deferat, ultimumque locum in ſuo Ordine habeat. Si tertiò, & quartò in idipſum prolapſus fuerit, in graviorem, vel graviſſimam pœnam incurrat. Et ſi illi privatio voti non conveniat, teneatur quotidiè dicere culpam in Refectorio, ſpatio unius anni, vel longiori tempore prò modo Apoſtaſiæ.*

60 Quintò. *Si autem extrà Conventum per octo dies moram traxerit, gravioris Apoſtaſiæ Reus declaratur, & per tres menſes Carceribus mancipari debet: quo tempore per tres dies in quâlibet hebdomadâ in publico Refectorio in pane, & aquâ, ſextâ feriâ, ſpatio unius Miſerere, ſibi flagella diſciplinæ infligat: ac ſuffragiorum jure, ſexennio, deſtituatur. Relapſi duplicentur pœnæ: probationis ſignum per annum; & ultimus locus in ſuo Ordine adjungatur. Triplicantem verò ſuffragiorum jure perpetuò deſtituimus: & ad Carcerem annalem, vel triennalem, probationiſque ſigni delationem condemnamus: quo tempore ſingulis quibuſque ferijs ſextis diſciplinam faciat; in pane, & aquâ jejunet coràm Fratribus: ultimum locum in ſuo Ordine teneat: utenſilia lavet: & Conventum prò Carcere habeat; ex quo niſi in proceſſionibus, & prò publicis utilitatibus exire non poſſit. Quartâ vice autem Apoſtaſiam hanc iterans, ad Triremes, arbitrio Superioris, condemnetur.* (120)

61 Sextò. *Qui ultrà hæc, etiam habitum dimiſerit, & intrà duorum menſium ſpatium reverſus non fuerit; vel etiam non dimiſſo habitu, ultrà duos menſes in Apoſtaſiâ perſeveraverit; hunc graviſſimæ Apoſtaſiæ Reum judicamus. Qui prò primâ vice puniri debet Carcere trium menſium: delatione caparonis per triennium: (& hoc tempore, ſingulis ſextis ferijs, in publico Refectorio, ſine caputio, in pane, & aquâ jejunare debet), privatione vocis activæ, & paſſivæ per decennium: retentione ultimi loci in ſuo Ordine: lotione utenſilium per illud tempus: ac carceratione per Conventum; undè niſi ad proceſſiones, & publicas utilitates exire non poſſit. Si ſecundò, in hanc Apoſtaſiam inciderit, ſupradictas*

E pœnas

(108) *Arg. Gloſſ. in cap. p.* V. *Nota quod Iudex. de Sent. & re. Iud. in* 6.
(109) *Abb. in cap. Paſtoralis. num.* 9. *in fin. de Off. Iud. delegat.*
(110) *Stat. Gen. Ord. cap.* 2. §. 8. *num.* 15.
(111) *Stat. Gen. Ord. l. cit. num.* 10.
(112) *cap. Conſultationi. de Apoſt. cap. Cum illorum. de Sent. Exco.*
(113) *S. Antonin.* 3. *Par. Tit.* 28. *cap.* 6. §. *final. Paſſarel. formul. de Form. recip. Apoſt. n.* 5. *Miran. Tom.* 2. *Manual. q.* 8. *art. final. Concl. ult. Caſarub.* V. *diſpenſatio. nu.* 21. *Rod. Tom.* 1. *q.* 24. *ar.* 8. *apud Pey. de Subd. Q.* 3. *cap.* 26. V. *dixi de Iure.*
(114) *cap. Pervenit.* 27. *q.* 2. (115) *Farinac. de Hæres. q.* 183. *n.* 68. *Tamburin. de Iur. Abbatiſſ. Diſp.* 21. *q.* 5. *Lezan.* V. *Apoſtata num.* 5.

(116) *Stat. Gen. Ord. cap.* 2. §. 8. *n.* 4. *Stat. Gen. Ref. cap.* 2. *delli Apoſt. n.* 4.
(117) *Stat. Gen. Ord. l. cit. nu.* 6. *Stat. Gen. Refor. l. cit. nu.* 5.
(118) *Stat. Gen. Ord. l. cit. nu.* 7. 8. & 9. *Stat. Gen. Refor. l. cit. nu.* 7.
(120) *Stat. Gen. Ord. l. cit. num.* 11. 12. 13. & 14. *Stat. Gen. Ref. l. cit. n.* 9.

Digitized by Google

*pœnas duplicamus, & aggravamus. Tertiò vel extrà Ordinem, ut incorrigibilis expellatur, vel ad Triremes per decennium condemnetur;* (121) *Et hoc idem habet Textus.* (✠)

62 Septimò. *Qui, ſinè neceſſitate aliò; vel aliâ viâ vadit, quam ſibi per facultatem liceat; quiquè tempus in facultate præſcriptum excedit; quiquè ſinè ſocio de loco, ad locum proficiſcitur; In Apoſtaſiam gravem, vel levem, & in earum pœnas, judicio Superiorum, incidat.* (122)

63 Octavò. *Obedientiales litteræ Superiorum Generalium vigorem non habeant, niſi obtento in ſcriptis Superioris Provincialis conſenſu; quem in itinere oſtendere, ſimul cum obedientialibus itinerantes teneantur; aliter habeantur, tanquàm illegitimæ, & puniantur, ut Apoſtatæ graves. Et ſi quis ſinè præfato conſenſu diſceſſerit, ultrà pœnas in Apoſtatas latas, rediens ad propriam, tanto tempore ultimum locum teneat, quanto tempore abfuit à Provincia.* (123) *Hæc quidem ſatis prolixa, ac multis difficultatibus implexa, quæ animos Iudicum non rarò torquent. Vndè prò viribus dilucidare conabimur, ſolutione ſequentium dubiorum.*

64 Prima dubitatio eſt circà primum Statutum; & eſt, quomodò accipi debeant verba illa *per diem naturalem tantùm extrà moratus fuerit?*

65 Reſpondeo, quòd dies dividitur in naturalem, & artificialem. Artificialis accipitur prò tempore, quo ſol manet ſuprà horizontem, vocaturque ab Aſtronomis *arcus diurnus*; hic porrò dies variatur in longitudine durationis juxtà diverſitatem obliquitatis Zodiaci ad horizontem, (ſivè elevationem poli ſuprà horizontem, quòd perindè eſt.) & locum ſolis in ſignifero; ità ut, ſi ſol exiſtat in ſolſtitio hyemali, dies eſt minimus; in æſtivo autem maximus; in equinoctio autem medius. Et in Italia minimus dies eſt novem horarum plùs, minùs; medius duodecim; & maximus quindecim plùs, minùs, juxtà poli regionis variationem. Naturalis verò eſt ſpatium, in quo ſol revertitur ad idem punctum horizontis occidui, ſivè ortivi, ſivè meridiani, aut imi Cœli, ſecundùm varium modum computandi dies. Nàm *Itali* computant horas diei ab occaſu ſolis; *Babilonii* ab ortu; *Germani, Hiſpani, Galli, Angli*, ſicut & Aſtronomi à Meridie; dies verò Eccleſiaſticus ab imo Cœlo, ſivè mediâ nocte. Hic autem dies naturalis perpetuò eſt vigintiquatuor horarum, & conſtat ex unâ die, ac nocte artificiali, ut communiter docent Aſtronomi, & ſcripſit *Alexander*. (124)

66 Debet autem accipi dies completus, & integer horarum vigintiquatuor, in quo maneat extrà Conventum Religioſus, ut levem *Apoſtaſiam* committat. Nàm dicit Statutum per diem naturalem; dictio autem *per* perfectionem importat: undè Teſtes deponentes, quod quis poſſedit *per annum*, intelligitur per annum perfectum, & completum, ut argumento cujuſdam Digeſti ſcripſit *Ioannes de Imola*. (125) Nec tempus termini debet computari in termino, in hoc caſu; tum quià, ſi computaretur, non eſſet perfectus terminus aſſignatus prò abſentia, qui eſt diei naturalis; tum quià dies termini non computantur in termino hìc, cum ſimus in pœnalibus, & odioſis. (126)

67 Secunda dubitatio eſt ſuper ſecundo Statuto, & eſt quidnam importet illud verbum *pernoctaverit ſinè licentia, & neceſſitate*, ad hoc quod incidat in Apoſtaſiã leviorẽ.

68 Reſpondeo, quod pernoctare extrà Conventum, eſt per totam noctem manere extrà Conventum; undè habetur in quâdam lege (127) *Pernoctare* extrà Vrbem intelligendus eſt, *qui, nullâ parte noctis in Vrbe eſt*. *Per* enim totam noctem ſignificat. Sequitur ergo, quod, qui antèquam ſol oriatur, in Conventum redit, nullam pœnam incurrit, quià, cum aliqua parte noctis in Conventu fuerit, non poteſt dici, quod extrà pernoctaverit; nomine enim noctis venit tempus, quo ſol non eſt ſuper terram. Quòd, ſi quæras, de quâ licentiâ intelligatur hoc Statutum; dico, quod de omni licentiâ, nempè, expreſſâ, tacitâ, præſumptâ, & interpretativâ, prout ſuprà *num.* 14. explicuimus. Proindè, ad incurrendam pœnam Statutariam oportet, quod non ſit locus alicui ex quatuor ſpeciebus aſſignatis licentiæ, & hoc non poteſt eſſe, niſi Prælatus, concedendo licentiam exeundi, expreſsè ordinaverit, nè ullo modo Subditus extrà Conventum pernoctet; aliter ſemper eſſet locus licentiæ, ſaltem præſumptæ, aut interpretativæ.

69 Adverto autem, quòd Statutum addit aut neceſſitate, & ſenſus eſt, quòd, ad hoc, quòd aliquis poſſit puniri, ut *Apoſtata* de leviori, oportet, quòd pernoctaverit, abſquè ullâ licentiâ, ut ſuprà explicatum eſt; aut abſquè neceſſitate; hoc eſt, caſu, quo non intervenerit licentia; ſi tamen aderit neceſſitas pernoctandi, *apoſtaſia* non incurratur; ità ut, aut licentia, aut neceſſitas alternativè requiratur. Nomine autem neceſſitatis venit quodlibet juſtum impedimentum; ut notat *Sanctorus* (128), aut etiam utilitas proximi, vel propria; eò quià in jure neceſſitas, & utilitas parificantur. (129) Judicare autem de tali neceſſitate, aut utilitate, aut impedimento ſpectat ad Superiorem, qui tamen, circà hoc debet in mitiorem partem inclinare, ut delictum excludatur; niſi tamen neceſſitas eſſet colorata, & verus dolus ſub tegmine impedimenti, ut non rarò evenit.

70 Tertia dubitatio eſt circà tertium Statutum, & eſt, de quo die debeat intelligi, àn de naturali, àn de artificiali.

71 Reſpondeo, quòd de artificiali. Ratio eſt, quià in primo Statuto apertè ponitur abſentia à Conventu per diẽ integrum naturalem ad *apoſtaſiam* levem; & in ſecundo, abſentia per integram noctem (quę eſt dimidium diei naturalis) ad *apoſtaſiam* leviorem; ad leviſſimam ergò *apoſtaſiam* oportet, quod aſſignetur adhùc minor abſentia, ut decreſcat crimen, & pœna, & ideò aſſignetur pars diei artificialis. Si enim intelligeretur dies naturalis, poſſet eſſe majus tempus abſentię, & minor pœna delicti, quòd eſt contrà rationem. Quià poſſet quis horâ vigeſimâ diei primæ menſis exire à Conventu, & redire horâ decimâ octavâ diei ſecundi menſis, & prætendere, non commiſiſſe *apoſtaſiam*, niſi leviſſimam, quià eſſet reverſus eâdem die naturali; & hoc modo pernoctaſſet extrà Conventum, & ampliùs, & minùs deberet puniri, quàm, ſi ſimpliciter pernoctaſſet; quod eſſet abſurdum. Ideò debet accipi Statutum, de die artificiali, & ità etiam, & benè ſenſit Sanctorus. (130)

72 Quarta dubitatio circà idem Statutum eſt, àn, ut *apoſtaſia* cenſeatur leviſſima, teneatur *apoſtata* reverti ad eundem Conventum, à quò diſceſſit?

73 Reſ-

(121) *Stat. Gen. Ord. l. cit. nu.* 15. *Stat. Gen. Ref. l. cit. n.* 10. *&* 11.
(✠) *Teſt. Tit. Applicatio.* §. 51.
(122) *Stat. Gen. Ord. l. cit. nu.* 17. *Stat. Gen. Ref. l. cit. nu.* 12.
(123) *Stat Capit. Roman.* 1688. *Prò Ciſmont. famil. nu.* 1. *&* 43.
(124) *Alexand. Conſ.* 190. *nu.* 20. *lib.* 6. *Tuſc. Concl.* 407 *n.* 2. *lit. D.*
(125) *l. Vrbana familia.* §. *final. ff. de Verb. ſign. Io. de Imol. Conſ.* 101. *num.* 1. *apud Tuſc. Concl.* 324. *num.* 2. *lit. D.*
(126) *Tiraquel. de Retract. lignag.* §. 1. *num.* 17. *&* 21. *apud I. B. Nicola. Reg. iur. Tom. p. lib.* 4. *fol.* 323. *l. p. ff. Si qui cauſis. Gloſ. in cap. Quiſquis. in V. Ex ea.* 4. *q.* 5.
(127) *l. Vrbana familia.* §. *final. ff. de Verb. ſign.*
(128) *Sanctor. de Pœn. cap.* 9. *q.* 3. *fol.* 391. *init.*
(129) 12. *q.* 2. *in Summ. Innoc. in cap. Cum omnes. de Conſt. Abb. in cap. Vt ſuper. num.* 15. *de Reb. Eccl. non alien.*
(130) *Sanctor. de Pœn. cap.* 9. *Q. p. V. Reſpondeo ſecundò fol.* 387.

73 Reſpondeo, quod licèt Statutum videatur dicere, quod debeat reverti ad Monaſterium, à quo diſceſſit, cum ſic habeat, *eâdem die ad Conventum revertitur*; & hoc etiã rationabile videatur, ut Subditus fugitivus revertatur ad obedientiam Superioris, in quem fugiendo peccavit; tamẽ hoc neceſſarium non eſt; ſed ſufficit, quod intrà diem naturalem ad aliquem Conventum Religionis, & ad obedientiã illius revertatur; ſicque approbat Conſuetudo. Et hoc quidèm rationabiliter; quià crimen *apoſtaſia* non incurritur ex hoc, quod Subditus fugiat ab obedientia unius Superioris particularis, & ſignati, ſed ipſius, in quantùm Prælatus eſt, & repræſentat officium, & non perſonam. In eo autem, quod repræſentant, omnes Prælati reſpectivè ſunt idem, & cum eâdem polleant facultate; proindè, ſi revertantur ad obedientiã alicuius Prælati Religionis, idem eſt, ac ſi ad proprium Conventum reverterentur. Quod, ſi præcisè deberent reverti ad eundem Conventum, daretur caſus, quod coacti eſſent, in maiorem *Apoſtaſiam* incidere, & contrà propriam voluntatem delinquere, quod eſt contrà rationem; Etenim poteſt quis, ſe elongaſſe per decem milliaria à ſuo Conventu, ad quem, ſi vult reverti eâdem die, non ſufficit ſibi hora, cadente iam ſole, & cogeretur ſic reverti die ſequenti, & fieri Reus maioris *Apoſtaſia*; tempus autem habet ſe præſentandi in Conventu viciniori, ad quem pertingere poteſt, antè ſolis occaſum; & ſic leviſſimè tantùm deliquiſſe. Et hæc reſolutio quadrat non tantùm in hoc, ſed in omnibus gradibus *apoſtaſia*, in quibus limitandis iuxtà tempus abſentiæ, non præſcribitur reverſio ad Conventum, à quo fuit *Apoſtatatum*, ſed ſufficit ad aliquem Conventum Religionis.

74 Quinta dubitatio circà idem eſt; An ſuprà data reſolutio quadret, ſi *Apoſtata de Strictiori Obſervantiâ*, ſe præſentet coràm Superiore locali Conventus *Regularis Obſervantia*, & vice verſa?

75 Reſpondeo affirmativè, etenim quamvis iſta duo membra *Ordinis Minorum* diverſos habeant Superiores Provinciales, & locales, diverſas Conſtitutiones particulares, diverſumque modum vivendi, putà ſtrictiorem, & mitiorem; tamen ſunt unus, & idem Ordo, tum quià militant ſub eodem capite, tum quià reguntur iiſdem Conſtitutionibus, puta, Generalibus totius Ordinis; tum quià eandem omninò Regulam profitentur. Undè, ſicut profeſſio Regulæ facit Monachum, (131) ità eiuſdem Regulæ, ac earundem Conſtitutionum Obſervantia faciunt Monachũ eiuſdem inſtituti. Nec diverſitas vocabuli inducit diverſitatem in re, quandò id, quod apponitur vocabulo, exprimit potiùs, quàm diverſificet ſignificatum vocabuli. Ut ſi dico vinum generoſum, hoc adiectivum non inducit diverſitatẽ in re, ſignificatâ per vocabulum vini, ac ſi diverſa res eſſet vinum, & vinum generoſum; Sed exprimit qualitatem, quæ ex natura vini ſibi competit. Ità in caſu: *Regularis Obſervantia*, & *Strictior Obſervantia* non importãt diverſitatem, quià *Obſervantia Regularis* importat ſtatum Fratris Minoris obſervantis Regulam, abſquè privilegio temperante; & per hoc diſtinguitur ab Ordine *Minorum Conventualium*, qui profitentur quidèm eandem Minorum Regulã, ſed per privilegia mitigatam; & ideò diminutè. Frater autem *Strictioris Obſervantia* importat quidèm eandem Obſervantiam Regulæ; & ideò per hanc diſtinguitur à Conventuali; non diſtinguitur verò ab Obſervante per hoc, quod ſit *Strictior Obſervans*, quandòquidem ſtrictiùs obſervare non diverſificat, imò convenit, & magìs exprimit naturam, & conditionem Obſervantiæ.

76 Proindè, cum membra eiuſdem corporis ſint, eundem Generalem, & Caput Totius Ordinis ſibi ſtatuant, & iiſdem Legibus Generalibus vivant, ad quas tenentur recurrere, quandò occurrunt caſus, non expreſſi in propriis Conſtitutionibus. (132) Sequitur, quod *apoſtata*, ſe præſentans Superiori Conventus, ſivè *Regularis*, ſivè *Strictioris Obſervantia*, ſemper dicitur reverti ad Religionem ſuam. Quod magìs patet ex diſpoſitione Statutorum Ordinis renovatâ in Capitulo Generali *Valliſoletano* anno 1670 (133) per quam decernitur, quod Fratres *Obſervantia*, tum *Regularis*, tum *Strictioris*, ſi perveniant ad Civitatem, aut locum, in quo ſit Conventus Ordinis, ſub pœna *Apoſtaſiæ*, antèquã ad ſua negotia inibi divertant, debeant petere benedictionem à Superiore Conventus, Ex quo deducitur reciproca obligatio hoſpitandi in Conventu; recognitio Superioris, tanquàm Prælati proprii, à quo petenda ſit benedictio ad manendum extrà Conventum, & tandèm facultas recipiendi, puniendi, & abſolvendi *apoſtatas*, ſivè ex *Regulari*, ſivè ex *Strictiori Obſervantia* ſint.

77 Sexta dubitatio eſt circà Statutum, numero Superiori factum, & eſt, an tanquàm *Apoſtata* poſſit puniri Frater ex alieno Conventu, vel Provincia, qui non petitâ benedictione Superioris, ut præfertur, manet etiam pernoctando in loco, à quo Conventus aliqualiter diſtat.

78 Reſpondeo, quod diſtinguendus eſt caſus, ſecundũ varietatem diſtantiæ loci à Conventu. Si enim Conventus non abeſt à loco ultrà dimidium milliarii Italici, tenetur Frater parere Statuto, & ſi negligit ex contemptu, & puniri debet tanquàm *Apoſtata*. Si verò diſtat per plus, nec tenetur Statuto, nec in ullam pœnam incidit. Ratio eſt, quià obligatio Statuti eſt, quandò *in loco, in quo moratur Frater, Conventus Religionis extat*. Quod, ſi extet diſtanter à loco, ultrà dimidium milliaris, non dicitur *eſſe in loco*, nec intrat diſpoſitio Statuti. Quià ex vigore *Tridentini*, (134) Regulares, qui ſunt in aliqua Civitate, vel loco, vocati, compelli poſſunt ab Epiſcopo, ad accedendum ad publicas proceſſiones; ſi verò diſtent, ultrà dimidium milliaris, accedere nõ tenentur, ut declaravit *Sacra Congregatio*, multis (135) hoc referentibus. Sequitur igitur, quod diſtantes, ultrà dimidiũ milliaris, non dicuntur *extare in loco*, & proindè, ſi per tale ſpatium diſtat Conventus, non incurritur Apoſtaſia.

79 Septima dubitatio eſt ad idem Statutum, & eſt, cum dicat Statutum illud *ſub pœna Apoſtaſia*, de quâ nam debeat intelligi, de gravi, an de levi?

80 Reſpondeo, quod non ſolùm in hoc, ſed etiam in quovis alio Statuto, in quo apponatur pœna *apoſtatarum* abſolutè, non determinando gradum delicti, puta, *apoſtaſia* gravis, aut levis, ſemper debet intelligi *apoſtaſia* leviſſima. Quià, quandò in Statuto pœna non eſt determinatè expreſſa, ſemper debet intelligi pœna mitior in tali ſpecie pœnæ. (136) Et ratio eſt, quam eleganter expreſſit *Baldus*, (137) quià pœna maior eſt rigor; minor verò eſt æquitas; ſed æquitas ſcripta præfertur rigori ſcripto, undè concluditur, quod mitior pœna ſemper eligi debet.



(131) *Text. in cap. Porrectum de Regular. cap. Vt Clerici. cap. Ex parte. eo. tit. cap. Conſuluit Qui Cler. v. vove.*

(132) *Stat. Gen. Refor. cap. 12. num. 3.*

(133) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 7. n. 7. Capit. Gen. Valliſolet. 1670. pro Vltram. famil. n. 3. Orb. Seraph. T. 4. fol. 193. n. 31*

(134) *Concil. Trid. Seſſ. 25. de Regul. cap. 8.*

(135) *Flau. Cherubin. 2. Tom. Bull. 41. B. Pii V. apud Lezan. Tom. 1. cap. 9. n. 47. & V. Proceſſio. n. 3. & ibi Portel. eo. V. n. 2. in Addit. Barboſ. in Conc. Seſſ. 25. de Reg. cap. 8. nu. 20. & ibi. Ricc. Piaſec. Vgolin. Armendar. & Salgad.*

(136) *arg. l. Reſpiciendum. ff. de Pæn. Fulgoſ. Conſ. 157. V. Rectiſſimè in fin. Innoc. in cap. Cum tu. de Teſt. apud Abb in c 1. n. 35. de Iudic.*

(137) *Bald. Conſ. 250. n. 12. V. Quædam alia. lib. 1. & Conſ. 382. nu. 16. lib. 2. apud Tuſc. lit. P. Concl. 219. nu. 8.*

Digitized by Google

81 Octava dubitatio eſt, cum dicat Statutum tertium, ſupracitatum num. 58. *qui ſine licentiâ egreſſus eâdem die ad Conventum revertitur, &c.* an debeat intelligi de quâvis parte diei, etiam minimâ, per quam maneat extrà Conventum; itaut, ſi exeat abſquè licentiâ, & maneat per tres, vel quatuor horas tantùm extrà Monaſterium, debeat plecti pœnâ *apoſtatarum* leviſſimâ.

82 Reſpondeo, quod pœnæ *apoſtatarum* aliæ ſunt de iure communi inflictæ, de quibus ſuprà diximus à *num.* 42. aliæ verò de iure municipali Religionum, & quæ de iure communi ſunt, ſpirituales ſunt, ut vidimus; quæ autem de iure noſtro Statutario ſunt, ut plurimùm corporales, ut carceratio, flagellatio, ieiunia, lotio utenſilium, delatio caparonis, & privatio caputii; licèt nonnullæ etiam ſint incorporales, ut privatio ſuffragiorum, & præcedentiæ &c. Ab iſtis autem pœnis incurrendis ſalvat parvitas materiæ, ut oſtendimus ſuprà *num.* 18. & in ſubiectâ materiâ dari *apoſtaſiam* venialem docet *Sanctorus*, (138) etiam poſt alios, quos citat: Et quià Excommunicatio, & aliæ pœnæ ſpirituales, quæ *apoſtaſiam* ſubſequuntur, ſupponunt peccatum mortale, ex notis iuribus ſequitur, quod datur *apoſtaſia*, ità levis, & venialis, quod in ea nulla incurratur Excommunicatio; ut ſi per tres, aut quatuor paſſus, aut etiam decem, quis exiret ſepta Monaſterii, & per breviſſimam partem temporis ibi moraretur, ut omnes concedunt.

83 Vt autem dicebamus ſuprà *num.* 25. pœnæ, quæ infliguntur in foro externo, graviorem requirunt materiam, quàm in interno; proindè, licèt furtum unius aurei ſit peccatum mortale, & ſi furanti appoſita eſſet excommunicatio, furans aureum eſſet Excommunicatus, tamen fur non poſſet puniri in foro fori pœnis corporalibus ſancitis contrà fures, quià materia illa, quæ ſufficit prò pœna ſpirituali, non eſt ſufficiens prò ſubeunda corporali in foro contentioſo. Quidquid ergò ſit de materiâ ſufficienti, tum in ratione diſtantiæ à Conventu, per quam elongatur *Apoſtata*; tum in ratione temporis, per quod moratur extrà Clauſtra prò incurrendâ Cenſurâ, de qua nolo diſputare, cum hoc ſpectet ad Caſuiſtas, dico quod ad incurrendam *Apoſtaſiam* leviſſimam in foro iudiciali requiritur, quod Religioſus, qui abſque licentiâ exiit, maneat extrà Conventum prò maiori parte diei artificialis.

84 Fundamentum iſtius reſolutionis eſt tenor Statutorum; in quibus ſtatuuntur gradus *Apoſtaſiæ*, iudicialiter punibiles; puta, graviſſima, gravior, gravis, levis, levior, & leviſſima. Cum igitur prò leviſſima *apoſtaſia* aſſignetur dies artificialis prò diſceſſu, & reditu; & ultrà ſuperlativum non detur exceſſus; ſequitur, quod Statutum non iudicet punibilem *apoſtaſiam*, quæ ſit minor aſſignato ſpatio, puta, *apoſtaſiam* horarum; ſi enim hanc voluiſſet, eſſe punibilem, hanc ſtatuiſſet prò termino minimo.

85 Dicetur fortè contrà hoc, quod Statutum determinat ſpatium *apoſtaſiæ* leviſſimæ, ut conſiſtit in horis; quandòquidem vult diſceſſum, & reditum intrà diem artificialem; quod non poteſt eſſe, niſi *apoſtata* ſit abſens per horas tantùm. Undè, ſi aliquis exit è Conventu, & poſt horam revertitur, revertitur eâdem die, pròut dicit Statutum, & ſic erit locus pœnæ ſtatutariæ.

86 Reſpondeo negando aſſumptum. Quià omne ſpatium temporis, licèt componatur ex horis, non tamen effertur nomine horarum, ſed nomine impoſito ad illud ſignificandum; dies ſiquidem artificialis, & naturalis, nox hebdomada, menſis, annus, luſtrum, ſæculum ſunt ſpatia temporis, quæ ex horis componuntur, ſicut etiam horæ ex minutis; tamen, ſi efforuntur ex communi vocabulo non ſignificant multas horas, ex quibus conſtant, ſed ſpatium illud, quaſi unum.. Ut, ſi dico hebdomadam unam, non intelligo ſeptem dies, nequè horas 168. ex quibus illa conſtat; ſed intelligo ſpatium illud temporis, tanquàm unum totum; & ſic habet communis uſus loquendi iuxtà quem verba, & vocabula legis ſunt accipienda; attento maximè, quod uſus loquendi ſignificato vocabuli eſt præferendus. (139)

87 In propoſito autem dies artificialis, quàmvis reverâ ex horis conſtet, non tamen ſignificat horas, ſed ſpatium determinatum tantæ durationis. Proindè, ſi Statutum dicit *eadem die revertitur*, non poteſt ſignificare horas, ac ſi revertens poſt tres, aut quatuor horas, iuxtà communem uſum loquendi, dicatur *reverſus eadem die*. Præterquam quod exponendum eſt Statutum, ut iuri communi, & rationi cohæreat, cum Statuta ſint ità interpretanda, ut minùs, quàm poſſit, ius commune lædatur, (140) & nè à Sapientibus reprehendantur. (141) Eſſet autem contrà rationem, ſi de horis deberet intelligi, quià tolleret parvitatem materiæ in foro iudiciali in caſu *apoſtaſiæ*, quod tamen debet concedi, tum ſuadente ratione, tum ità firmantibus Doctoribus, quos ſuprà dedimus.

88 Dies igitur artificialis expreſſus in Statuto, intrà quod debet reverti *apoſtata*, ut ſubeat pœnas carceris &c. debet conſtare ad minus ultrà dimidium horarum, ex quibus conſtat, iuxtà differentiam temporis, ità ut, ſi *apoſtata* revertatur infrà tot horas, quæ integrant dimidium diei, non debeat dici revertiſſe eâdem die, & ſic eſſe locum Carceri &c. ſed dicatur revertiſſe pòſt tot hòras, ob quod pœna Carceris non poſſit dari. Ratio eſt, quià dies, ut dicebamus importat unum totum, reverſio ergo in eadem die, importat reverſionem in illo toto. Dimidium autem totius eſt pars, & quandò in iure abſolutè ponitur pars, intelligitur de dimidio totius; (142) ſequitur proindè, quod revertens intrà dimidium diei, non poteſt dici, iuxtà uſum loquendi, eſſe reverſum in die; quià nomine rei (pròut eſt dies) venit totum, (143) non verò pars. Et hoc confirmatur ex *Evangelio Matthæi*, ubi, qui laboraverunt in vinea, conqueruntur, ſe portaſſe *pondus diei*, (144) cum tamen non per integrum diem laboraverint, cum ingreſſi vineam ſint horâ primâ; ſed quia per maiorem partem diei laboraverunt, dicuntur laboraſſe in die. Qui verò hora ſextâ, (quæ eſt dimidium diei) ingreſſi ſunt, non conqueſti ſunt, quod laboraverint *in die*, ſex enim horæ laboris non ſufficiebant ad dicendum, quod *per diem* laboraverint.

89 Reſolvitur ergò, quod in facti contingentia obſervan-

(138) *Sanctor. Comment. cap. 2. Itaut. 65. V. Reſpondeo cum Apoſtaſia. fol. m. 182. & ibi Navar. Roderic. Graff. Peyrin. Lezan. D. Tho. 2. 2. qu. 59. art. 4. ad 2.*

(139) *Bart. in Proem. ff. & in l. Inſtrumentorum. ff. de Fid. inſtr. & in Authent. Sacramenta. C. ſi adv. vend. Abb. in Proem. Decretal. num. 8.*

(140) *DD. in l. Omnes populi. ff. de Iuſt. & iur. & in l. final. §. In computatione. C. de Iur. deliber. Maſcard. de Stat. Interpret. Concl. 12. n. 1. & ſeqq Ciriac. Contr. 25. nu. 13.*

(141) *l. Si Salvius. 6. de leg. præſt. Rota. deciſ. 708. num. 5. Par. 1. diverſ. Merlin. deciſ. 564. num. 14. apud Conciol. ad Stat. Eugub. Prælud. num. 27.*

(142) *cap. 2. §. Statuimus. iunct. gloſ. in V. Vltrà mediet. de Decim. in 6. l. Nomen. filiar. §. Portiones. ff. de Verb. ſign. Abb. in cap. Super eo. nu. 3. De eo, qui cogn. conſ. Cornet ſingul. 203. V. Pars Zachari. Add. ad Abb. l. cit. lit. E.*

(143) *Bart. & DD. in l. de pupill. §. Qui nunciat. ff. de Nov. oper. nunciat.*

(144) *Matth. cap. 20. V. 12.*

Digitized by Google

ſandum eſt, quo tempore anni acciderit *Apoſtaſia*, & ſi quidem dies artificialis eſt quindecim, aut novem horarum, revertens intrà ſeptem horas cum dimidia; aut intrà quatuor, cum dimidia reſpectivè, licèt ſit abſolvendus ab *Apoſtaſia*, puta, ab Excommunicatione, prout diximus ſuprà *num.* 25. & etiam mulctandus diſciplinis, aut ieiuniis, arbitrio Superioris localis, iuxtà maiorem, aut minorem diuturnitatem abſentiæ intrà illum terminum, tamen non eſt locus Carcerationi, aut privationi ſuffragiorum, quæ datur prò *Apoſtaſia* leviſſima.

90 Dicetur fortè contrà hæc, quod dimidium diei artificialis non eſt parvitas materiæ, ratione cuius *apoſtata* ſtatutariis pœnis non ſit percellendus; quià parvitas materiæ non eſt ultrà quartam partem, ut patet de non recitante quartam partem Officii. (145)

91 Reſpondeo, quod non eſt parvitas materiæ reſpectu pœnarum ſpiritualium, & proindè incurritur excommunicatio, prout diximus. Sed reſpectu pœnæ ſtatutariæ inferendæ, cum ſit infrà minimum terminum aſſignatum à Statuto ad punibilitatem iudicialem, ut ſuprà dictum eſt, cenſetur modica pars.

92 Nona dubitatio eſt, quomodò puniendus ſit, qui neque per integrum diem naturalem abeſt à Conventu, neque intrà diem artificialem revertitur.

93 Reſpondeo, quod ſi per totam noctem, & partem diei abeſt à Conventu, ſumus in claris, quod ſcilicèt iſte debet carcerari per biduum, & privari ſuffragiis per biennium, ità enim cantat in terminis ſecundum Statutum; in quo diſponitur de pernoctatione extrà Conventum abſque licentia. Si verò per partem noctis, & integrum diem abeſt; (ut ſi egreſſus pòſt Matutinas non reverteretur niſi ad occaſum ſolis,) difficilior eſt reſolutio. Dicerem tamen, quod ſi abeſt per ſpatium diei artificialis cum dimidio tantùm; (ut ſi tempore ſolſtitii æſtivalis, in quo dies ſunt horarum quindecim, iſte abeſſet per horas viginti duas cum dimidia; aut ſi tempore ſolſtitii hyemalis abeſſet per horas tredecim cum dimidia) iſte deberet carcerari per diem, ut in *Apoſtaſia* leviſſima, & privari ſuffragiis per annum; ſed ratione maioris abſentiæ, ultrà aſſignatam in Statuto ad talem *Apoſtaſiam*, deberet puniri flagellationibus, ac ieiuniis prò quantitate abſentiæ. Ratio iſtorum eſt. Quià ſpatium illud, per quod abeſt ultrà diem artificialem, non eſt tantum, quod ſuperet dimidium diei artificialis, proindè non poteſt prò altera die computari, & ità non ei convenit, niſi carcer diurnus debitus ob abſentiam unius diei artificialis. Quià verò intrat maior abſentia, quàm diei artificialis, iſte puniri meretur, ut dictum eſt.

94 Si verò abeſt per tantum temporis, quod ſuperet diem artificialem cum dimidio, dico, quod debet carcerari per biduum, & privari ſuffragiis per biennium. Ratio eſt, quià per triduum carcerari non poteſt, quià non abfuit per diem naturalem integrum; nec carceratio diurna ſufficit, quià abfuit per plus, quam ſit dies artificialis. Porrò abſentia, quæ ultrà diem artificialem ſupereſt, ſuperat dimidium dici, qui moraliter computatur prò uno, ergò ſibi debetur carcer duorum dierum &c.

95 Dicitur fortè, hanc reſolutionem eſſe irrationabilem, quandòque poteſt dari caſus, quod aliquis maneat extrà Conventum per plus temporis, & tamen minùs puniatur, quàm alius, qui per minus tempus abſuerit. Nàm poteſt quis in ſolſtitio æſtivo abeſſe à Conventu per viginti duas horas cum dimidia, & non debebit puniri, niſi Carcere diurno, ut dictum eſt; cum tamen alius, qui in hyemali abſit per quatuordecim horas tantùm, puniri debeat Carcere biduano.

96 Reſpondeo hoc eſſe quid accidentale, de quo lex non curat, & quod nequit legem reddere irrationabilem. Ipſa enim conſiderat proportionem abſentiæ, comparando eam cum quantitate diei, & iſta eſt perpetua. Quod poſteà hæc aliquandò ſit maior, aliquandò minor prò quantitate dierum, quæ variatur, lex non conſiderat. Fateor, quod ſi noſtræ leges Statutariæ fixarent pœnas ad proportionem perpetuam eiuſdem temporis, poſſet ſervari pœnarum æqualitas; ſed quià circà hoc non procedunt regulariter, ſed ad arbitrium eorum, qui eas dictarunt, neceſſe eſt ad dictamen earundem conformare reſolutiones, quæ, ſi non eſſent ad exemplum legum Statutariarum datæ, eſſent reprehenſibiles, ut potè à legibus diſcordantes.

97 Decima dubitatio ſuper eodem tertio Statuto eſt, quidnam intelligatur per illa verba, *cum recidivis, & ſupradictos apoſtaſia gradus multiplicantibus multiplicari debent pœnæ?*

98 Reſpondeo, quod Statutum hoc meliùs intelligitur per verba Statuti *Valliſoletani*, à quo deſumptum eſt, & ſic ſonat. (146) *Prò leviſſimâ Apoſtaſiâ, prima vice uno die, Carceri mancipetur, & ſuffragiorum iure per annum careat: prò ſecunda vice eiuſmodi pœna duplicetur. Et ſic deinceps aggravatis vicibus puniatur. Prò leviori verò, biduo, Carceri prò prima vice carcerari debeat, ac biennio, activâ, & paſſiva voce privatus exiſtat: prò ſecunda vice pœna duplicetur: ac deindè aggravetur pœna, ut ſuprà. Prò levi autem, prò prima vice, triduo incarceretur, ac ſuffragiorum iure triennio careat: prò ſecunda, & tertia vice multiplicetur pœna; ita ut, ſi in hoc frequentiùs incidet, de graviori, vel graviſſima etiam quandoque puniatur.* Senſus autem horum Statutorum eſt, quod pœnæ latæ, prò quoquo gradu *apoſtaſia* levis, levioris, ac leviſſimæ duplicentur, ſi bis in eundem gradum inciderit; triplicentur, ſi ter; quadruplicentur, ſi quater, & deinceps inciderit. Excipitur tamen reincidentia *apoſtaſia* levis, ultrà tres vices. Quià, ſi in hoc frequentiùs incidet, non quadruplicari, aut quintuplicari debet pœna, prout in leviori, ac leviſſima, ſed de graviori, vel graviſſima etiam quandòque debet puniri; ut concludit citatum Statutum, quod in Statutis Ordinis, compilatis per *Sambucam Generalem* deeſt, & ideò apponere volui, ne Judices decepti remaneant per talia *Sambucana*, quæ corrigi debent, ut aliàs dictum fuit.

99 Undecima dubitatio eſt, dato caſu, quod quis prima vice in levem, ſecundâ in leviorem, & tertiâ in leviſſimam lapſus ſit, quomodò regulandæ ſint pœnæ?

100 Reſpondeo, quod propoſita dubitatio ſex modis variari poteſt, & frequentiùs accidere poteſt talis promiſcua mutatio, quàm quod idem gradus duplicetur, aut triplicetur. Poteſt enim primò committi levis; ſecundò levior; tertiò leviſſima: vel primò levior; ſecundò leviſſima; tertiò levis: vel primò leviſſima; ſecundò levior; tertiò levis: vel primò levis; ſecundò leviſſima; tertiò levior: vel primò levior; ſecundò levis; tertiò leviſſima: vel primò leviſſima; ſecundò levis; tertiò levior. Quoquo ergò modo iſtæ accidant, duplicari, aut triplicari debet pœna iuxtà id, quod importat ex ſe illa *Apoſtaſia*, quæ ſecundò, vel tertiò committitur. Hoc eſt, ſi ſecunda, vel tertia *Apoſtaſia* ſit ex ſe levis, levior, aut leviſſima, duplicari, aut triplicari

(145) *Lezan. Tom. I. cap. 12. n. 10. & ibi Petr. Anell. Tract. de Hor. canon. ſ. 8. dub. 2. n. 5. Sot Navar. Azor. Leſſ. & Sanch.*

(146) *Stat. Valliſolet. 1593. Tit. de Apoſtat. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 426. col. 2.*

Digitized by Google

plicari debet pœna illa, quæ eſſet ex ſe ſibi debita. Demus caſum, quod quis primò committat *Apoſtaſiam* levem, cui debetur triduana carceratio, ſi ſecundò incidat in leviorem, ſibi debetur carceratio quatriduana; ratio eſt, quià ſibi debet duplicari pœna, cum ſecundò deliquerit; prò *apoſtaſia* autem leviori ex ſe debetur Carcer biduanus; ergò, quià debet duplicari, dandus eſt Carcer quatriduanus; ſi tertiò committit *apoſtaſiam* leviſſimam, dandus eſt Carcer triduanus, quià triplicanda eſt illa pœna, quæ ex ſe ſibi deberetur; & ità, ſi tertiò eſſet *apoſtaſia* levior, deberetur Carcer ſex dierum; & ſi eſſet levis, conveniret Carcer novem dierum, & quod dicitur de Carcere, accipiendum eſt etiam de privatione ſuffragiorum, cum pari paſſu ambulent.

101 Duodecima dubitatio eſt circà citatum Statutum tertium, & eſt, quidnam ſignificent, & quomodò accipienda ſint illa verba, *cui autem privatio ſuffragiorum non convenit, prò quolibet anno privationis, deferat ſignum probationis per menſem.*

102 Reſpondeo, quod commutatio pœnarum ſemper facienda eſt, quandò pœnam à lege taxatam, ob aliquod impedimentum Reus non poteſt ſubire. Cum enim ratio dictet, delicta non debere impunita relinqui, & in facti contingentiâ non ſit locus illi pœnæ, quam lex determinat, rationabile eſt, quod pœna ordinaria in æquivalentem commutetur; de quo aliàs diximus; (147) Commutatio autem talis, ut plurimùm committitur arbitrio Judicis; ſed Statutum in hoc caſu voluit providere.

103 Multis autem de cauſis poteſt privatio ſuffragiorum alicui non convenire; putà, ſi delinquens eſſet Clericus, ſivè laicus; cum enim privatio ſuffragiorum concernat vocem ad electionem activam, & paſſivam, prout habetur ex Statutis Ordinis, (148) & iſti ex ſe ſint incapaces ad Prælaturam, non eſt ex conſequenti locus in ipſis privationi ſuffragiorum. Pariter, ſi eſſet Sacerdos, affectus autem irregularitate aliquâ ex defectu, ob quam ad Superioritatem non poſſet eligi iuxtà alibi (149) dicta, neque in hoc poſſet convenire pœna privationis ſuffragiorum, quià ratione irregularitatis, iàm ipſa eſt affectus. Inſuper, ſi commiſiſſet aliàs delictum, ob quod eſſet pari modo privatus perpetuò, vel temporaliter; ità ut nova privatio, novâ pœnâ ſibi non adderet, pariter in hoc non poſſet eſſe locus tali privationi, prout ſuprà (150) demonſtravimus, quià tempora privationum non poſſunt confundi. In iſtis ergò caſibus, loco cuiuslibet anni privationis, debet per menſem deferre habitum Novitiorum, quod Italicè dicitur, *portare le pezzette*.

104 Advertendum autem, quod commutatio pœnæ ſuffragiorum in *apoſtaſia* graviori, & graviſſimâ, differens eſt, ac ſit prò gradibus infrà gravem. Nàm, prout habetur in Statutis Ordinis *Sambucanis*, (p) commutatur in pœnam dicendi quotidiè culpam in Refectorio, & ſe diſciplinandi ſingulis ſextis feriis, iuxtà ſtylum Novitiorum, & hoc in *apoſtaſia* graviori per duos annos; in graviſſimâ verò per quatuor. Hoc tamen Statutum non habetur in *Valliſoletano*, à quo deſumpta eſt ſeries pœnarum prò *Apoſtatis*; ſed mutuatum eſt à *Reformatis*, (q) & ibì inſertum prò toto Ordine. An hoc legitimè factum ſit, & obliget Superiores *Regularis Obſervantiæ*, quibus ligatur arbitrium, quod habent à iure commutandi pœnas, quæ applicari non poſſunt, iudicent viri docti.

105 Tertiadecima dubitatio eſt circà illa verba quarti Statuti, in quo dicitur, *Morans triduò extrà Conventum, etiamſi ad Superiorem acceſſum prætendens, ſi ſinè licentiâ egreſſus fuerit, in gravem incidat apoſtaſiam*; nàm in iiſdem Statutis Ordinis (151) alibì dicitur *Eiuſmodi Apoſtaſia* (hoc eſt levis) *Reus decernitur, qui prætextu accedendi ad Superiores, ſinè licentiâ egreſſus rectâ, coràm Superiore ſe ſiſtit*; eſt enim contradictio, quod eadem *apoſtaſia*, ut gravis, & levis ſimul puniatur.

106 Reſpondeo, quod ut probavimus ſuprà *num. 27. & ſeqq.* qui ex legitimâ cauſâ, & ad fugiendum gravamen notabile, ſivè illatum, ſivè inferendum, confugit ad Superiorem maiorem, abſquè licentia, & etiam contrà voluntatem Prælati inferioris, gravantis, nullam prorſùs incurrit *apoſtaſiam*. Et etiam addo, quod, ſi cauſa, ob quam ſic confugit ad Superiorem, iudicetur, aut ſit probabiliter tantùm legitima, adhùc nulla debetur pœna *Apoſtaſiæ*, ſic confugienti. Ratio eſt, quià Judex malè carcerans, aut malè torquens Reum, evadit pœnas malè carcerantium, aut torquentium, putà, Excommunicationem, privationem &c. ut aliàs (153) diximus, ſi hoc facit cum opinione probabili; hæc enim excludit dolum, ſinè quo ex communi ſententiâ non datur delictum, cum dolus ſit anima illius, prout ex *Boſſio* alibì (152) adnotavimus. A pari ergò, Subditus confugiens ad maiorem Prælatum ex cauſâ probabiliter legitimâ, nullâ debebit percelli pœnâ, quià non intervenit in tali caſu malus dolus. Et ad hoc punctum benè advertant Superiores maiores in talibus caſibus; licèt enim favore diſciplinæ Regularis, arbitria ſua debeant dare favori Superiorum ſubalternorum, non poſſunt tamen contrà rationem gravare pauperculum Subditum, ad eos confugientem, & calamum quaſſatum confringere. Proindè, ſi vident illum recurriſſe ad eos ex cauſâ probabili, non ſubjicere poſſunt pœnis *Apoſtatarum*, qui fugiunt *prætextu* illos adeundi; quià probabilitas cauſæ elidit rationem *prætextus*, ſinè quo, non eſt locus pœnæ Statutariæ.

107 Dico ampliùs, quod, ſi Subditus ſit vir idiota, (ut cenſetur laicus ſimplex, Clericus juvenis, ſeu Sacerdos parùm literatus) & credens ſibi licere fugere ex quâvis cauſâ ad Superiorem maiorem, ſinè licentiâ ſubalterni, licèt iſte delinqueret culpabiliter, & deberet puniri, non tamen eſſet puniendus ordinariâ pœnâ *Apoſtatarum*, ſed aliâ extraordinaria. Ratio eſt, quià ut ex *Farinacio*, & *Eliſæo* probat *Paſſerinus*, (154) & Nos etiam alibì (155) diximus, ignorantia etiamſi ſit craſſa; dum tamen excludat dolum, ſemper excuſat à pœna ordinaria, & dat locum tantùm extraordinariæ. Et credulitas operantis, & opinantis ſe iuſtè agere, etiamſi ſit levis, temeraria, & beſtialis, & iniuſta, excludit dolum; non excludit tamen à temeritate, & latâ culpâ, ob quam extraordinariè tantùm puniendus eſt Reus. Judicis autem ſagacitati, & conſcientiæ committitur in facti contingentia examinare, & cognoſcere, an ex vera ignorantia, & credulitate, an potiùs ex dolo palliato peccatum ſit; & prout viderit, punire.

108 Cir-

(147) *Par. 1. Tit. Sententia. num. 58.*
(148) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. num. 1.*
(149) *Tit. Quales. num. 3. & ſeqq.*
(150) *Par. 1. Tit. Pœnarum. num. 15.*
(p) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 8. numer. 16.*
(q) *Stat. Gen. Refor. cap. 2. Tit. delli Apoſtati. num. 11.*
(151) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 8. num. 5.*
(152) *Par. 1. Tit. Pœnarum. n. 95. & Tit. Torturæ. num. 28.*
(153) *Par. 1. Tit. Patronus. numer. 78.*
(154) *Farinac. quæſt. 90. nu. 56. & 58. Eliſeo. Tr. 4. 318. nu. 12. apud Paſſerin. Trib. Reg. quæſt. 28. art. 2. nu. 48.*
(155) *Par. 1. Tit. Patronus. num. 126.*

Digitized by Google

108 Circà propoſitum dubium autem advertendum eſt, quod allata contradictio inducta eſt à Collectore ſtatutorum, qui malè compilavit *Valliſoletana*, ex quibus Statuta hæc de *Apoſtatis* deſumpta ſunt. Tolletur ergò contradictio, ſi fideliter referatur *Valliſoletanum*, quod ſic habet. (156) *Porrò gravem Apoſtaſiam dicimus; ſi quis ſinè Superioris ſui licentiâ, & contrà obedientiam ejuſdem, expreſſam, vel tacitam, (etiam ſub prætextu ad Superiores accedendi) exierit; ſed tamen non ierit; & extrà obedientiam, vel triduo permanſerit: ſi verò ad Superiorem, rectà quidèm acceſſerit, de levi ſaltèm Apoſtaſia notetur.* Senſus ergò Statuti eſt, quòd, qui *ſub prætextu* recurſus exit, nec tamen vadit ad Superiorem, ſi per integrum triduum abeſt ab obedientia, ſit Reus *apoſtaſiæ* gravis: ſi autem vadit, & per triduum abeſt, incurrat tantùm levem.

109 Sed quid juris, ſi non per triduum abeſt, ſed per integrum diem naturalem, nec tamen Superiorem adit? dico, quod puniendus eſt de levi; perindè enim eſt, quod exierit ſub illo prætextu invalido, ac ſi abſolutè, ſinè licentia abfuiſſet per diem naturalem; undè etiam puniendus eſt pœnâ *apoſtaſiæ* levis; ſicut etiam puniendus eſſet de leviori, & leviſſimâ; ſi Superiorem non adeundò, pernoctaſſet; vel intrà diem artificialem ad Conventum revertiſſet. Sed ſi Superiorem adeundo, coràm illo ſe ſiſtit intrà diem artificialem; ſivè pernoctando extrà Conventum intra diem naturalem; ſivè manendo extrà obedientiam per integrum diem naturalem tantùm, quænam pœna debetur? Dico, quòd pœna levis; levior; aut leviſſima reſpectivè ad manſionem extrà Conventum; nàm totum fundamentum diſpoſitionis illius Statuti eſt abſentia à Conventu per triduum, quæ in utroque caſu ſupponitur, putà, ſivè ierit, ſivè non ierit ad Superiorem; & attentâ eadem abſentia tridui ponit eandem pœnam, puta, carcerationem per triduum, & privationem per triennium, quæ æquè debetur in gravi, ac levi. Verum eſt, quòd, ſi adit Superiorem, quià oſtendit aliqualem actum obedientiæ, punitur de levi; quæ tamen in carceratione, & privatione eadem eſt cum gravi; nec importat pœnam minorem, quàm ſimplex jejunium, ut videbimus. Cæterùm, ſi non intervenit triduana abſentia à Conventu, non incurritur determinata pœna *apoſtaſiæ* levis, aut gravis; ſed illa, quæ præciſè ſibi debetur, ratione abſentiæ independenter à *prætextu* eundi ad Superiores.

110 Quartadecima dubitatio eſt ſuper eodem quarto Statuto, & quânam pœnâ puniendus ſit, qui abeſt à Conventu apoſtatando, non integro triduo, ſed per biduum, & ampliùs?

111 Reſpondeo, quòd debet carcerari per tres dies, & privari ſuffragiis per tres annos. Ratio eſt, quià, quò ad carcerationem, & privationem eadem eſt pœna in levi, ac in gravi, ut patet. Porrò abſentia à Conventu, in levi eſt per completum diem naturalem, & in gravi, per tres; ergò, ſivè abſit per unum, ſivè per duos dies, & ampliùs, non aliud ſibi debetur, quàm Carcer triduanus, & privatio triennalis. Non debetur autem jejunium, quod præſcribitur in gravi; etenim ad incurrendam pœnam integram, & ordinariam prò gravi, requiritur, quòd abſentia fuerit per triduum integrum, & completum, ut ſcribit etiam *Sanctorus*. (157) Nec dicendum, quòd pœna non proportionatur culpæ, cum major, & minor abſentia eadem pœnâ percellantur. Quià lex ità preſcribit, nec debemus à lege rationem quærere, nec omnium, quæ à majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, ut ait Julianus. (158) Non oportet proindè leges cavillari, ſed eſt ipſis humiliter obſequendum.

112 Quintadecima dubitatio ſuper eodem quarto Statuto eſt; ex quo in replicante *apoſtaſiam* gravem duplicatur pariter pœna Carceris, & privationis, & jejunii; & additur delatio caparonis per tres menſes, & privatio præcedentiæ; in triplicante verò, ultrà prædictas pœnas, cadit etiam ea, quæ debetur graviori *Apoſtaſiæ*, quæritur, àn talis multiplicatio pœnarum requirat, quòd *apoſtaſia* fuerit replicata, aut triplicata in eodem gradu gravis, àn potiùs ſufficiat quævis alia *apoſtaſia* levis, aut levior, aut leviſſima?

113 Reſpondeo cohærenter ad ea, quæ diximus ſuprà *num.* 100. quòd nempè attendendus eſt gradus *apoſtaſiæ*, quæ ſecundò, aut tertiò committitur, & juxtà pœnas, quæ taxatæ ſunt per eam; quandò prima vice committitur, debet duplicari, aut triplicari punitio. Proindè, ſi primò apoſtatavit leviſſimè, ſecundò graviter, & tertiò leviori *apoſtaſia* deliquit; ſibi debetur duplicata pœna *apoſtaſiæ* gravis; & triplicata levioris. Ratio eſt, quià intantùm creſcere, aut decreſcere debet pœna, inquantùm creſcit, aut decreſcit malitia. Si ergò prima vice quis delinquit graviter, ſecundò leviter, tertiò leviſſimè, duplicanda quidèm ſibi eſt pœna levis, & triplicanda leviſſimæ, quià in crimen *apoſtaſiæ* bis, & iterùm cadit; tamen, quià minori *apoſtaſia* delinquendo oſtendit aliqualem emendationem, ideò multiplicatio pœnæ debet eſſe præciſè ſecundùm gradum debitum crimini, ſecundò, aut tertiò commiſſo. Sed ſi vice verſa incipit delinquere leviſſimè; ſecundò leviter, & tertiò graviter, juſtè ſibi duplicatur pœna levis, & triplicatur gravis, quià procedendo in gravitate delinquendi, augeri ſibi pœnam meretur; & hoc debet pariter procedere, ſi primò graviter, ſecundò leviter, & tertiò graviſſimè apoſtataſſet, deberet enim ſibi triplicari pœna graviſſimæ, ob rationem datam.

114 Sextadecima dubitatio eſt, circà illa verba ejuſdem Statuti *ſi tertiò, & quartò in idipſum prolapſus fuerit, in graviorem, vel graviſſimam pœnam incurrat*, & eſt, àn in arbitrio Superioris ſit, graviorem, vel graviſſimam pœnam infligere triplicanti, aut quadruplicanti *apoſtaſiam* gravem?

115 Reſpondeo, quòd iſte textus eſt vitiatus à Collectore, & diſcordat à *Valliſoletano*, à quo eſt deſumptus, proindè confuſionem, & dubietatem in mente legentis generat. Damus proindè textum genuinum, & eſt (159) *Prò tertia vice, præter prædictas pœnas, de graviori puniatur. Si autem frequenter in idipſum incidere conſueverit, de graviſſima puniendus erit*; ex quibus luculenter apparet ſolutio propoſitæ dubitationis; ſi quidèm tertia vice cadens in *apoſtaſiam* gravem, debet ſubire pœnas gravioris, nec poteſt Superior alias imponere ad libitum. Si autem ultrà tres vices ſimiliter deliquerit, danda eſt ſibi pœna *apoſtaſiæ* graviſſimæ.

116 Dicetur fortè, quòd diſpoſitio hujus Statuti contradicit reſolutioni, poſitæ ſuprà *num.* 113, in qua diximus, quòd tertiò cadens in *apoſtaſiam*, ſi tertiò commiſſa ſit gravis, debeat puniri triplicatis pœnis *apoſtaſiæ* gravis; & tamen ex hoc Statuto puniendus eſſet pœnis gravioris, quæ longè ſuperant pœnas triplicatas gravis. Ad hoc dico,

(156) *Stat. Valliſolet. ann. 1593. Tit. de Apoſtat. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 424. ℣. Porrò gravem.*
(157) *Sanctor. de pœn. cap. 9. q. 1. ℣. Reſpondeo in iure fol. 388.*
(158) *l. Non omnium. ff. de legi. & S. C.*
(159) *Stat. Valliſolet. Tit. de Apoſt. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 427. Col. 1. init.*

Digitized by Google

co, quòd ſuprà ſuppoſuimus primam, ac ſecundam *Apoſtaſiam* in genere levium, proindè ad normam tertii Statuti diximus eſſe tantùm triplicandas pœnas gravis. Sed in hoc quarto ſupponitur, quòd omnes tres *Apoſtaſiæ* ſint in genere gravium, & ideò tertiò peccans punitur pœnâ gravioris, quæ longè major eſt; ità enim peccans oſtendit conſuetudinem in peccando, quæ inducitur per tres actus (160), imò per duos interpolatos. Et ſicut per tria furta commiſſa fit quis latro famoſus, & ob tertium furtum ſuſpenditur, licèt per duo præcedentia mortem non mereatur, ut dicit *Clarus*, (161) & hoc ideò, quià in tertio furto punitur conſuetudo delinquendi, ità eſt in caſu noſtro, ubi per pœnam graviorem punitur conſuetudo apoſtatandi.

117 Decima ſeptima dubitatio eſt circà quintum Statutum, in quo triplicans *Apoſtaſiam* graviorem privatur perpetuò jure ſuffragiorum, & ad Carcerem annalem, vel triennalem, probationiſque ſigni delationem condemnatur. Quæritur ergò, àn in poteſtate Superioris ſit, carcerare talem *Apoſtatam* ad annum, vel ad triennium?

118 Reſpondeo, hoc pariter Statutum eſſe corruptum à Collectore, ſivè ab Impreſſore, ut notavit etiam *Sanctorus*. (162) ideò reſtitui debet, juxtà *Valliſoletanum*, à quo deſumptum fuit; & ſic habet. (163) *Prò tertiâ vice omni ſuffragiorum jure perpetuò careat, probationiſque capputium triennio integro deferat, quo tempore ſingulis ſextis feriis diſciplinam faciat, ac humi genuflexus in Communitate pane, & aquâ jejunet, ultimum locum inter omnes teneat: utenſilia lavet, & prò Carceribus Conventum habeat, ut, vel ſic Conventui adiutorio ſit, & non gravamini: nec unquàm egredi permittatur, niſi publicæ proceſſionis, vel utilitatis causâ.* *Sanctorus* loco citato dicit, in autographo ſuo Statuti *Valliſoletani cap. 2. fol. 35.* ſic habere, *& ad Carcerem annualem, vel ad triennalem probationis ſigni delationem condemnamus*. Hoc autem, ſuprà, per Nos datum, jacet in *Orbe Seraphico*, in quo genuina *Valliſoletana* ex integro ſunt inſerta. In Statutis Ordinis, collectis ſub Generali *Sambuca*, in margine ad præſens Statutum adnotatur ſic, *Romæ 1565.* indicans, hoc eſſe deſumptum à Statutis illius Capituli; ſed hoc mendum eſt, nàm anno 1565 Capitulum Generale fuit celebratum *Valliſoleti*, ut patet *Tom. 3. Orbis Seraphici fol. 351.*, nec in illius Statutis aliquid de hoc reperitur: & dato etiam, quòd reperiretur ità, prout dicitur in *Sambucanis*, illud fuiſſet correctum per *Valliſoletana* poſteriora de *anno 1593*. Prætereà in Statutis *Valliſoletanis* (impreſſis *Venetiis 1598. Typis Io. Anton. Rampazetti*, quibus uſquè ad *Sambucana* citata, uſa eſt *familia Ciſmontana*) *cap. 2. Tit. de Apoſt. fol. 35. ℣. Prò graviori* habetur præcisè, prò ut ſonat *Valliſoletanum*, ſuprà datum; & huic idem concordat *Chronologia Seraphica* ad unguem.

119 Quid igitur reſolvendum in hâc varietate? Dico, quòd ſervari debet diſpoſitio Statuti *Valliſoletani*, tanquàm legitimi; & triplicanti *Apoſtaſiam* graviorem non debent dari aliæ pœnæ, quàm in eo expreſſæ. Non habetur autem Carcer, nec ſemeſtris, ut in reiterante Crimen idem, ut ibidem exprimitur; nec Carcer annualis, ut vult *Sanctorus* ex authographo ſuo; nec annalis, ut ſonant *Sambucana*; proindè Carceri formali locus non eſt. Ratio autem eſt; quià *Valliſoletanum* noluit in triplicante *Apoſtaſiam* graviorem, triplicare Carcerem; ſicut illum duplicat prò eo, qui prò ſecundâ vice deliquit, ſed ait *prò Carceribus Conventum habeat, ut, vel ſic Conventui adiutorio ſit*. Animadvertit quidèm, quod ex diuturnâ carceratione Rei, non minùs gravatur Religio, quæ alere tenetur Fratrem inutilem in ergaſtulo, quàm Reus ipſe, qui ibì manens vacuus ab oneribus Religionis comedit, ſicut cæteri, non laborat, ſed dormit; ità ut aliquibus inertibus Carcer poſſit eſſe ſaltem in commoditate, ſi non in deliciis. Ut ergò Reus ex ſuo delicto non reportet commodum, ſed laboret, & ut, vel ſic Conventui adiutorio ſit, prò Carceribus Conventum habeat, hoc eſt loco Carceris formalis, novem menſium, (qui ſibi deberetur ad proportionem aliorum graduum *Apoſtaſiæ*) Conventum habeat. Dictio enim *prò*, quæ juxtà Doctores (164) varios recipit intellectus, importat quandòque compenſationem, ſivè commutationem, ut ſcribunt *Ruinus*, & *Hippolytus Riminaldus* (165), ut ſi Teſtator dicat *relinquo tantum Titio prò legitimâ; aut prò toto eo, quod prætendere poteſt à me*; hoc eſt loco legitimæ, ſivè &c., & ſic capi debet in hoc Statuto, in quo *prò* Carcere Conventus datur.

120 Nec dicendum, quòd talis commutatio non ſit juſta, quià non proportionatur Carcer clauſtralis cum formali; ideò teneri debet diſpoſitio Statuti *Sambucani*, ſivè *Valliſoletani* allati per *Sanctorum*. Negamus enim aſſumptum, tum quià juſtum eſt, quod juri conſonat; & in jure maximè poſitivo, ut eſt hoc, non eſt ſemper quærenda ratio, ut ſuprà dicebamus: tum quià in eodem Statuto exprimitur ratio talis commutationis, putà utilitas Religionis, dicendo, *ut, vel ſic Conventui adiutorio ſit*: tum quià optimè proportionatur Carcer clauſtralis perpetuus, cum obligatione ſuccumbendi oneribus Religionis, Carceri novem menſium formali, cum exemptione à laboribus, qui ſunt cæteris Religioſis communes; imò gravior eſt hujuſmodi Carcer clauſtralis perpetuus formali novem menſium.

121 Advertendum tamen, quòd *Reformati* habent Statutum cum pœnis majoribus prò hoc gradu *Apoſtaſiæ*. Apoſtatanti enim graviori prò ſecundâ vice datur perpetua privatio ſuffragiorum: Carcer annalis: trimeſtre ſignum probationis: flagellatio: & amiſſio præcedentiæ: lotio utenſilium: & tandem perpetuus Carcer clauſtralis. Prò tertiâ autem vice dantur triremes, arbitrio Diffinitorii, ut patet ex Statutis ipſorum, (166) juxtà quos ipſi tenentur ferre ſententiam.

122 Decima octava dubitatio eſt circà intelligentiam Statuti *Reformati*, modò citati, ubi dicit. *La ſeconda volta ſia perpetuamente privo di voce attiva, e paſſiva; ſtia prigione per un anno; e per trè meſi porti la probatione; nel qual tempo ogni Venerdì faccia la diſciplina &c.* quæritur igitur, àn trimeſtre ſigni probationis confundatur cum annuâ Carceratione; & de quo temppore intelligat Statutum, dum ait, *nel qual tempo ogni Venerdì &c.*, àn ſcilicet appellat tempus carcerationis, àn delationis ſigni probationis.

123 Reſpondeo, quòd delatio ſigni probationis non confunditur cum anno Carcerationis; ſed intelligitur ſubeunda poſt completum annum. Ratio eſt, quià ſignum probationis defertur pendens à parte anticâ, & poſticâ caputij,

(160) *l. Si triennio. ff. de Stat. liber. D.D. in l. De quibus. ff. de legib. Gloſſ. in cap. lotharius. in V. Appellavit. 31. q. 2.*

(161) *Clar. §. Furtum. ℣. Scias. tamen. & ibi Caſſane. Bald. Iaſon, Igne. Anani. Cæpoll.*

(162) *Sanctor. de Pæn. cap. 9. Quæſt. 5. ℣. Reſpondeo ſecundò. ant. fin. fol. 397.*

(163) *Valliſolet. 1593. Tit. de Apoſt. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 427. ℣. Prò graviori autem.*

(164) *Dec. in l. 1. num. 15. C. de Sent. quæ prò eo, quod inter. Salycet. in l. ea. nu. 15. Corn. Conſ. 187. col penult, lib. 2.*

(165) *Ruin. Conſ. 60. nu. 6. lib. 2. Hippol. Riminald. Conſ. 157. nu. 14. ℣. Tertiò accedit. apud Tuſc. lit. D. Concl. 342. num. 20.*

(166) *Stat. Gen. Refor. cap. 2. delli Apoſtati. num. 9.*

Digitized by Google

putii, ut notum eſt; porrò Carcer annalis, cum ſit ad pœnam, debet eſſe formalis; hic verò importat privationem caputii, & chordæ, ut habet *Textus* (167), qui ergò non defert caputium, non poteſt ex conſequenti deferre ſignum probationis. Lex autem non fertur de caſu impoſſibili; nec illius diſpoſitio debet eſſe futilis, aut fruſtatoria; proindè oportet eam exponere, ut locus ſit adimplendæ diſpoſitioni, & ſic dicere, quòd delatio ſigni probationis per trimeſtre debeat intelligi, poſtquàm completus fuerit annus Carcerationis.

124 Quò ad ſecundam partem dubitationis dico, quòd tempus appellatum ibi, *nel qual tempo &c.*, licèt videatur referri ad tempus trium menſium, quod immediatè præcedit; tamen referri debet ad annum Carcerationis. Ratio eſt, quià Carcer, prout dicebam, debet eſſe formalis; hic verò importat flagellationem, & jejunium prò quâlibet ſextâ feriâ, ut patet ex Statutis Ordinis. (168) ergò prò toto tempore, quo manet carceratus, talis pœna debetur.

125 Decimanona dubitatio eſt circà idem Statutum *Reformatum*, ubi dicit *la terza volta ſia mandato in galera ad arbitrio del Diffinitorio*, & quæritur ad quid ſe extendat tale arbitrium?

126 Reſpondeo, quòd non ſe extendit ad alias pœnas dandas vice Triremium; ſed tantùm ad durationem pœnæ triremium omninò dandæ. Ratio eſt, quià ſi Statutum loqueretur alternativè dicendo v. g. *mittatur ad Triremes, vel talis pœna ſibi detur*, utiquè eſſet arbitrio Judicis, ut pœnam, ſibi meliùs viſam in caſu congruere, imponeret; quandò enim in jure, ſeù Statuto pœnæ alternativæ ponuntur, maximè ſi lex loquatur per verba imperſonalia paſſivè, Judicis arbitrio ſtat, unam præ aliâ imponere, prout ex nonnullis *Gloſſis* probat *Abbas*. (196) Sed non loquitur ità, ſed abſolutè dicit, *ſia mandato alla Galera*, & cum Judex noſter non poſſit alterare pœnas Statutarias, ſivè immutare, ſed teneatur præcisè pœnam à Statuto impoſitam dare, quandò delictum eſt in ſuo genere perfectum, ut habetur ex *Textu*; (170) ſequitur, quòd omninò talis *Apoſtata* mittendus ſit ad triremes. Sed quià commoratio in triremibus poteſt eſſe longa, aut brevis, committitur Judicis arbitrio, penſatis delicti circumſtantiis, brevem, aut diuturnam infligere; & ſic etiam tenuit *Sanctorus*. (171)

127 Vigeſima dubitatio eſt circà clauſulam quinti Statuti, ubi dicitur, quòd condemnatus ad Carcerem clauſtralem ob triplicatam Apoſtaſiam graviorem, non poſſit exire à Conventu, niſi in proceſſionibus, & prò publicis utilitatibus. Quæritur igitur, quænam ſint publicæ utilitates, ob quas carceratus clauſtraliter poſſit à Conventu exire?

128 Reſpondeo, quòd utilitas publica dicitur eſſe illa, quæ bonum, & commodum Eccleſiæ, ſivè Reipublicæ concernit, & hoc intelligitur, ſivè ſpiritualiter, ſivè temporaliter. Porrò hæc multa habet privilegia, quæ ſatis diffusè colligit, multis more ſuo citatis, *Cardinalis Tuſcus*, & *Io. Baptiſta Nicolaus*. (172) Sed in caſu noſtro non credo, quòd accipiatur in totâ ſuâ latitudine, alitèr ſententia, lata contrà Reum evaderet eluſoria, & ipſe poſſet facili negotio pœnam Statutariam elidere. Si quidem exire de mandato Superioris ad quæſtuandum; ad celebrandam miſſam; concionandum; miniſtrandum Sacramentum pœnitentiæ; aſſiſtendum infirmo moribundo, & alia ſimilia concernunt publicam utilitatem; ſicut etiam eſſe ſocius, & comitari aliquem Religioſum extrà Conventum, ſi quidèm intereſt Religioni, quòd fratres non incedant abſquè ſocio ad plura mala cavenda, & antevertendum ſcandalum, quòd oritur apud ſæculares, ſi viderent fratrem abſquè ſocio. Poſſet ergò hoc modo ſemper exire à Conventu damnatus ad Carcerem clauſtralem, ſi exiret ob aliquod ex recenſitis muneribus, & ſolùm maneret impeditus, quandò prò ſuo negotio particulari peteret exire à Conventu. Hoc verò eſſet omninò elidere pœnam delicti; nec hoc poteſt eſſe de mente Statuti.

129 Dico igitur, quòd in noſtro caſu intelligenda eſt *neceſſitas* copulata cum *publica utilitate*, ità ut, ſi militet ſola *utilitas*, non verò adſit ſimùl *neceſſitas*, non eſt locus diſpenſationi ad exeundum à Conventu prò Carcerato clauſtrali. Moveor à ſimili; diſpoſuit *Tridentinum* (173) quòd Diaconus non poſſit promoveri ad Præsbiteratum, niſi per annum miniſtraverit laudabilitèr in officio Diaconatus; concedit tamen Epiſcopis diſpenſare ſuper tali interſtitio, *ob Eccleſiæ utilitatem, ac neceſſitatem*. Undè advertunt plures Doctores (174), non licere Epiſcopo diſpenſare, niſi hæc duo ſimùl concurrant, puta, *utilitas*, & *neceſſitas*. Verum eſt, quòd non requiritur *neceſſitas* phyſica, & abſoluta, ſed moralis tantùm, & examinanda committitur judicio Epiſcopi. Pari modo dicendum eſt in caſu noſtro; & licèt in *Tridentino* exprimatur *neceſſitas*, quæ non ponitur in Statuto, tamen dictat ratio, quòd hæc debeat ſubaudiri, alitèr, ut dicebam, ſi deberet intelligi pura *utilitas publica*, pœna lata evaneſceret. Attento maximè, quod *publica utilitas*, etiam eſt, quòd criminoſi ad aliorum metum debitas pœnas luant; undè, ſi ratione *publicæ utilitatis* aliquandò diſpenſantur in pœnis, hæc debet eſſe talis, quæ vincat aliam *publicam utilitatem*, quæ vult, quòd pœnæ ſubeantur; non poteſt autem illa eſſe talis, quæ hanc vincat, niſi ſibi copuletur *neceſſitas*, prout dixi. Puto autem, quòd *neceſſitas* poteſt eſſe, non ſolùm, quandò in Conventu non ſunt abſolutè alii, qui tale munus poſſent præſtare; ſed etiam, quandò non ſunt alii, qui æquè benè poſſent, ſicut ille, qui diſpenſatur. Ut E. g., ſi deberet fieri magna ſolemnitas, & habenda concio, ſeù ſermo panegyricus, & eſſent quidèm in Conventu alii Concionatores, ſed gregarii; excelleret autem, qui eſt carceratus clauſtralis; tali caſu militaret *utilitas publica* Religionis, & *neceſſitas*, Sed talis diſpenſatio commiſſa eſt prudentiæ Superioris, qui tenetur in coſcientiâ, cum ſit de re gravi, examinare circumſtantias, & penſare, ſi habeatur juſta cauſa diſpenſandi; & etiam rarò hoc concedere; ut carceratus ſic pœnam ſentiat, & de malo facto reſipiſcat; alitèr, *diſpenſatio* paſsìm data, & abſquè causâ *utilitatis*, & *neceſſitatis*, eſſet Prælato culpabilis *diſſipatio*.

130 Vigeſimaprima dubitatio eſt circà clauſulam finalem ejuſdem Statuti, in quâ dicitur, *quartâ vice autem Apoſtaſiam hanc iterantes, ad Triremes, ac arbitrio Superioris condemnentur*, & quæritur, utrùm

F in

(167) *Pract. Crim. Tit. Pœnarum. §. 4.*
(158) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. num. 15.*
(169) *Abb. in cap. Inter cæteras. num. 5. de Reſer. & ibi Gloſſ. in cap. Sicut de Iudæ. & in cap. A crapula. de Vit. & honeſt. Cler. & in cap. Fraternitatis. 34. diſt.*
(170) *Pract. Crim. Tit. Applicatio. §. 61. in fin.*
(171) *Sanctor. de Pœn. cap. 2. Quæſt. 5. V. Ex quibus omnibus. fol. 72.*
(172) *Tuſc. lit. P. Concluſ. 960. per tot. I. B. Nicolo. Reg. Iur. Tom. 2. lib. 14. fol. 219. V. Publica utilitas.*
(173) *Concil. Trident. Seſſ. 23. de Refor. cap. 14.*
(174) *Roderic. Tom. 3. q. 24. art. 6. Vgolin. de Offi. Ep. cap. 26. §. 27. nu. 3. Mirand. Tom. 1. q. 38. art. 8. Concl. 4. Bonac. de Sacr. diſp. 8. q. un. Pun. 6. num. 2. Villalob. Sum. Par. 1. Tr. 11. diffic. 12. nu. 3. Hieron. Roderic. Reſol. 106. num. 22. apud Barbos. in Tridept. ſeſſ. 23. de Refor. cap. 14. nu. 2.*

Digitized by Google

in arbitrio Superioris ſit, ejuſmodi Reum ad Triremes damnare?

131 Reſpondeo affirmativè; nec hoc contradicit reſolutioni datæ ſuprà *num.* 126, in quâ ſimilem dubitationem negativè reſolvimus ex *Statutis Reformatis*. Quià Statutum hoc Ordinis, quod examinamus, prout jacet in *Sambucanis*, eſt vitiatum, nec concordat cum *Valliſoletano*, à quo fuit deſumptum; hoc enim ſic habet. (175) *Quòd, ſi quis adeò petulans fuerit, ut in idipſum rurſum incidere non vereatur, prò modo culpæ augeantur & pœnæ; ità ut (ſi videbitur) ad Triremes etiam mittatur*. En ergò diverſus maniſeſtè ſenſus. Etenim in *Sambucano* non ponuntur pœnæ iterùm auctæ, aut Triremes alternativè, prout dicitur in *Valliſoletano*, ſed dicitur abſolutè, *ad Triremes arbitrio Superioris condemnentur*. Loquendo ſub hâc formâ, in quâ non eſt alternativâ locutio, deberet dari abſolutè pœna Triremium, nec eſſet locus arbitrio Superioris, ut diximus ſuprà *num.* 226. At non ſic habet Statutum genuinum, ſed loquitur alternativè, proindè in arbitrio Superioris eſt, conſideratâ conditione quartæ gravioris *Apoſtaſiæ* ad Triremes damnare, ſivè pœnas adaugere ſuprà aſſignatas prò tertiò ſimiliter Apoſtatante.

132 Vigeſima ſecunda dubitatio eſt ſuper ſexto Statuto, & eſt, quomodò intelligenda ſit prima clauſula. *Qui ultrà hæc, etiam habitum dimiſerit, & intrà duorum menſium ſpatium reverſus non fuerit, vel etiam, non dimiſſo habitu, ultrà duos menſes in apoſtaſiâ perſeveraverit &c.*

133 Reſpondeo, quòd *Sanctorus* (176) laborat in explicando illam dictionem *ultrà hæc*; ſed inanis planè labor, cum talis dictio in Statuto genuino *Valliſoletano* non habeatur; & ſi haberetur, non tamen importaret gravem, ac graviorem *Apoſtaſiam*; ità ut non poſſet quis delinquere *Apoſtaſiâ* graviſſimâ, niſi prius gravem, & graviorem commiſiſſet, ut videtur ibi dicere *Sanctorus*, qui ſatis intricatè loquitur; & de hâc dictione dicemus infrà, exponendo Statutum *Reformatum*.

134 Pariter, neque habentur in *Valliſoletano* illæ duæ dictiones *intrà*, & *ultrà duos menſes*, neque in ullo legitimo Statuto prò toto Ordine reperiuntur, ut facili negotio experiri poterit, quicunque omnia Statuta Ordinis, ab anno 1593. ad hæc tempora luſtraverit, ſicut fecimus Nos attentè legendo illa omnia collecta in *Chronologia Seraphicâ*, & in tertiò, ac quarto *Tumo Orbis* pariter *Seraphici*. Undè neſcio, quomodò Collector Statutorum, aut undè prædicta deſumpſerit, niſi fortè mutuaverit à *Reformatis*, in quibus tales dictiones, & clauſulæ reperiuntur; miror proindè, *Sanctorum* eruditiſſimum pariter, & oculatiſſimum hoc non advertiſſe. En ergò legitimum *Valliſoletanum* (177) *Prò graviſſimâ verò Apoſtaſiâ, nota, qui primò inciderit, is trimeſtri Carceri mancipetur &c.* determinando autem paulò ſuprà (178) gradum graviſſimè *Apoſtaſiæ* ait, *Graviſſima verò erit, quandò quis timore Dei poſpoſito, ac ſuæ ſalutis oblitus, Religionis habitum temerè depoſuerit; & extrà obedientiam perſeverans, infrà duos menſes culpam ſuam coràm Prælato non agnoverit*. Ex quo contextu habetur, quòd graviſſima tunc ſit *Apoſtaſiâ*, quandò quis *temerè*, depoſito habitu, per duos integros menſes manet extrà obedientiam, ſicquè ceſſat omnis ratio dubitandi.

135 Sed quid juris, ſi quis non *temerè*, ſed bono fine ductus, puta, nè ſcandalizaret ſæculares; ſivè, nè, ut *Apoſtata* cognoſceretur à Fratribus, incarceraretur, habitum dimiſerit? ſeù quid juris, ſi habitum non dimiſerit, per bimeſtre tamen extrà obedientiam manſerit.

136 Dico quòd æquali modo erit graviſſimus *Apoſtata*. Ratio eſt, quià fundamentum gravitatis in hoc caſu eſt manſio bimeſtris extrà obedientiam; dimiſſio verò, aut retentio habitus non facit ad punctum. Quià, ſi habitus dimittatur ex fine bono, non dimittitur *temerè*; & ità non augetur malitia in delicto; & dato etiam, quòd abſolutè dimitteretur, non creſceret adhuc gravitas Criminis, imò minueretur: nàm, ut benè ſcribit *Peyrinus* (179), magis pernicioſa eſt vagatio cum habitu, & magis ſcandaloſa, quàm eo dimiſſo. Quià cum habitu nocet ſibi, & Religioni, eam ſuis malis actibus infamando; ſine illo autem *Apoſtata* non nocet, niſi ſibi ipſi, cum non cognoſcatur ab omnibus. Et ſic ſivè dimittat, ſivè retineat habitum, ſi abeſt per bimeſtre, erit *Apoſtata* graviſſimus. Undè attentendus non eſt *Sanctorus* (180), qui vult, quòd non ſimus in caſu graviſſimæ *Apoſtaſiæ*, ſi egreſſus, ſine licentiâ, non dimiſerit habitum, nàm, ut probavimus, dimiſſio habitus non auget, imò minuit crimen.

137 Vigeſimatertia dubitatio eſt, ex quo per allata Statuta præfigitur triduum prò gravi, octiduum prò graviori, & bimeſtre prò graviſſimâ *Apoſtaſiâ*; quid juris, ſi quis abeſt per dies intrà triduum, & octiduum; vel intrà hoc, & bimeſtre?

138 Reſpondeo, quòd hoc, cum non ſit expreſſum in Statuto, remiſſum remanet arbitrio Judicis, qui, non ſolùm argumento juris communis (181), ſed ejus, quod habetur ex *Textu* (182), debet ex Sacris Canonibus, & probatis legibus regulare arbitrium ſuum. Prò caſu autem propoſito luculentum habemus exemplum in *Statutis Barchinonenſibus*, quibus Regitur *Familia Ultramontana*, quæ in materia pœnarum contrà *Apoſtatas*, breviori, clariori, & univerſaliori methodo procedunt, quàm *Valliſoletana*, quæ ſervat *Ciſmontana*. Hæc ergò, prò *Apoſtaſiâ* infrà tres menſes, decernunt, (183) quòd *Apoſtatæ*, poſtquàm fuerint abſoluti, pœnâ Carceris puniantur, ſecundùm qualitatem fugæ, & quantitatem dierum, per quos in *Apoſtaſiâ* ſteterunt: ità ut, prò primâ vice tot diebus in Carcere permaneant, quot extrà obedientiam fuerunt, & per annum actibus legitimis privati. Prò ſecundâ tempus *Apoſtaſiæ* in Carcere duplicetur, & biennio privati exiſtant, & ſinè caputio, pane, & aquâ tribus diebus jejunent. Prò tertiâ verò triplicato tempore in Carcere jaceant, & quadriennio privationem ſuſtineant; & idem jejunium ſubeant tribus diebus, in hebdomadâ quâlibet Carceris; & feriis ſextis coràm Communitate flagellentur.

139 Ex his igitur habetur, quòd pœna Carceris, quæ ſenſibilior, & principalior eſt, regulatur juxta durationem *Apoſtaſiæ*, ità ut primâ vice, quot diebus fuit Frater fugitivus, totidèm maneat Carceratus: ſecundâ vice duplicetur, & tertiâ triplicetur. Carcer ad proportio-

(175) *Valliſolet. Tit. de Apoſtat. Orb. Seraph. Tom.* 3. *fol.* 427. *V. Prò graviori. in fin.*

(176) *Sanctor. de Pœn. cap.* 9. *Quæſt.* 4. *V. Reſpondeo ultrà hæc fol.* 393.

(177) *Stat. Valliſolet.* 1593. *Orb. Seraph. Tom.* 3. *fol.* 427. *V. Prò graviſſima.*

(178) *Orb. Seraph. T.* 3. *fol.* 424. *V. Graviſſima verò.*

(179) *Peyrin. de Subd. Quæſt.* 1. *cap.* 26. *V. Probatur primò ex d. c. Ut pericuſoſa.*

(180) *Sanctor. de Pœn. cap.* 9. *Quæſt.* 4. *V. Reſpondeo quartò. fol.* 394.

(181) *l. Non eſt. l. Ideo ff. de legi.*

(182) *Prac. Crim. Tit. Applicatio.* §. 60.

(183) *Statut. Barchinonen. cap.* 6. *Tit. de Apoſtat. Orb. Seraph. Tom.* 3. *fol.* 662. *col.* 2. *V. Ordinatur.*

Digitized by Google

tionem durationis fugæ. Pari ergò modo poteſt regulare Judex arbitrium, ſi fuga fuerit plùs tribus, & minùs octo diebus, & dare Carcerem, juxtà ſuprà dictam proportionem, ſi ſecundò, aut tertiò deliquerit.

140 Sed hæc regula quadrare non poteſt, ſi fuga fuerit major octò diebus, & minor duobus menſibus. Quià prò octo diebus debetur Carcer trimeſtris ex Statutò *Vallisoletano*; ſi autem fuga eſſet quindecim dierum, juxtà *Barchinonem* non deberentur ſibi, niſi quindecim dies Carceris; & ſi ſecundâ vice delinqueret, triginta: & ſi tertiâ quadragintà quinque tantùm; & hoc modo, qui per plus temporis delinqueret, minori pœnâ plecteretur, quod eſſet maximè irrationabile.

141 Sed dicendum, quòd circà Carcerem trimeſtrem, qui datur *Apoſtatæ* per octo dies, non debet augeri per hoc, quòd ipſe vagaverit per plures dies, nequè per menſem, aut plùs. Quià idem Carcer trimeſtris, ità datur in graviori, ſicut in graviſſimâ *Apoſtaſiâ*: proindè indifferenter competit prò omni caſu, in quo vagaverit ultrà octo dies, & citrà duos menſes. Et ità cenſendum eſt de aliis pœnis, quamvis hæ differant in *Apoſtaſiâ* graviſſimâ à graviori; tum quià, ſi non aggravatur Carcer, qui eſt principalior, benè poſſunt præſumi cæteræ non aggravandæ, cum cenſeantur, quaſi acceſſoriæ; tum quià pœnæ ipſæ *Apoſtaſiæ* gravioris ſunt ſatis rigoroſæ, ità ut poſſint optimè quadrare, etiam in majori *Apoſtaſiâ*: tum tertiò; quià interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt, potiùs quàm exaſperandæ (184), & in dubio ſemper benigniora ſunt præferenda. (185)

142 Vigeſimaquarta dubitatio eſt circà Statutum *Reformatum* in ordine ad graviſſimam *Apoſtaſiam*, in quo dicitur; *Chi oltre ciò, laſciato l'habito, non ritornaſſe nello ſpatio di due meſi; ò con l'habito, non ritornaſſe dopò detti due meſi, come quello, che commette Apoſtaſia graviſſima, deve per la prima volta &c.*, quæritur igitur, quomodò ſit intelligendum hoc Statutum?

143 Reſpondeo, quòd clauſula illa, *nello ſpatio di due meſi*, hoc eſt *intrà* duos menſes, verificatur in quocunque tempore, quòd ſit antè duos menſes completos, & proindè comprehendit diem ultimum, imò horam ſecundi menſis, tanquàm terminum, hæc ſiquidèm dictio includit ſua extrema, & excludit ea, quæ ſunt *extrà*. (186) Alia verò dictio *dopò detti due meſi*, hoc eſt *poſt*, ſivè *ultrà* dictos duos menſes, licèt verificetur in quocunque tempore poſt duos menſes completos, tamen non ità in jure accipitur, ſed importat modicum tempus, putà ſex, aut decem dies, ut ex Barboſa ſcribit *Sanctorus*. (187) Senſus ergò Statuti eſt, quòd, ſi *Apoſtata*, dimiſſo habitu, non revertatur, antequàm duo menſes à ſua fuga ſint completi; ſivè retento habitu, per ſex, aut octò, aut decem dies, poſt duos menſes exactos, non redierit, judicetur commiſiſſe *Apoſtaſiam* graviſſimam.

144 Quid autem, ſi, habitu non dimiſſo, non rediret intrà bimeſtre? Dico; quòd nil minùs eandem *Apoſtaſiam* incurreret; ſi quidèm non redeundo, habitu non dimiſſo, intrà duos menſes; & redeundo, habitu non dimiſſo, poſt duos menſes, perindè eſt. Sed ſi per plures, quàm decem dies poſt duos menſes, (putà, per quatuor, ſeù ſex menſes, aut annum, vel annos) reverſus fuerit, quid juris? Dico; quòd nil minùs eſt *Apoſtaſia* graviſſima, & extraordinaria, cui Statuta noſtra non aſſignant pœnam, ſed relinquunt arbitrio Judicis, qui in hoc caſu poteſt regulare Carcerem juxtà diſpoſitionem Statuti *Barchinonen*; de quo diximus ſuprà *num*, 136. alias verò pœnas proportionabiliter.

145 Vigeſimaquinta dubitatio eſt circà ſeptimum Statutum, poſitum ſuprà *num*.62; & eſt quandò nàm *Apoſtaſia* gravis, aut levis contrahatur, per hoc, quòd aliquis vadit ad alium locum; vel per aliam viam, quam ſibi liceat per obedientiam, vel excedis tempus ſibi præſcriptum, vel itineratur ſinè ſocio.

146 Reſpondeo, quòd ad contrahendam in propoſitis caſibus *Apoſtaſiam*, pròut benè advertit *Sanctorus*, requiritur, quòd Religioſus peccet mortaliter. (188) Peccatum autem mortale eſſe non poteſt, niſi tranſgreſſio obedientiæ ſit gravis; interveniat dolus; & non habeatur licentia tacita, præſumpta, ſivè interpretativa; ſivè non adſit neceſſitas, quæ locum faciat Epichejæ. Omnia hæc ſuprà explicata ſunt; ſupereſt ſolùm declarare, quandò nàm interveniat tranſgreſſio gravis in ſuprà propoſitis caſibus.

147 Dico igitur, quòd parva diſtantia loci, ad quem ſe confert Religioſus, ab illo loco, ad quem pergit ex obedientiâ; itemquè directi itineris, à quo detorquet, eundo per aliam viam, menſurari debet à quantitate itineris, ſibi indulti ab obedientiâ; ità ut, ſi iret ad locum, diſtantem à loco, ad quem ex obedientiâ vadit; ſivè divertat à rectâ viâ, per ſextam tantùm partem itineris, ſuper quo habet licentiam Superioris, dicenda eſſet parva diſtantia, ratione cujus non incurritur *Apoſtaſia*, ut tenet etiam *Sanctorus*, (189) & ità, qui haberet obedientiam eundi ad locum, diſtantem per 18. milliaria à Conventu, & hìc pergeret ad alium locum, diſtantem à primo per tria milliaria, aut per idem ſpatium deflecteret à rectâ viâ, non poſſet ut *Apoſtata* condemnari. Ratio eſt, quià talis diſtantia in comparatione itineris, quod peragit cum obedientiâ, eſt parvitas materiæ.

148 Pari modo, & ex eodem principio reſolvitur tertium membrum dubitationis; quantitas enim exceſſus temporis ab obedientiâ indulti eſt relativè ad quantitatem ejuſdem temporis; proindè cenſenda erit levis, aut gravis per comparationem ad tempus ipſum. Si ergò exceſſus non ſit ſuprà ſextam partem temporis aſſignati, erit cenſendus exceſſus modicus, & parvitas materiæ, & non culpabilis; ut ſi obedientia eſſet quindecim dierum, eſſet exceſſus duorum, cum dimidio modicus, pròut etiam habet *Sanctorus*, (190) qui etiam, & benè addit, quòd talis modicitas exceſſus non debet cenſeri, ità præciſa, ut non ſit locus diſcretæ ampliationi, perpendendæ à prudentis Judicis arbitrio.

149 Quantùm verò ad ultimum membrum dubitationis, hoc concernit alias diſpoſitiones Statutarias, quæ habentur in Statutis Generalibus Ordinis, (191) in quibus cavetur, nè fratres exeant à Conventu ſinè ſocio, & hoc ſub pœnâ gravi, etiàm Carceris; nè per Civitates, & loca, ubi ſunt noſtri Conventus vadant, niſi aſſociati, ſub pœnâ pariter *Apoſtaſiæ*; & nè ſinè ſocio iter faciant, abſquè Generalis indulto, non dando, niſi rariſſimè, & ex magnâ neceſſitate, & hoc itidem ſub pœnâ *Apoſtaſiæ*, ipſo facto incurrendâ. Dico igitur, quod prima, & ſecunda diſpo-



(184) *l. Interpretatione. ff. de Pœn.*
(185) *l. Semper. ff. de Reg. iur. Gloſ. in Regul. 49. lib. 6.*
(186) *Socin. Conſil. 211. init. lib. 2. Gemin. Conſ. 121. nu. 3. ℣. Et hoc importat. apud Tuſc. lit. D. Concl. 299. num. 1. & 2. arg. cap. 1. de Reſt. ſpoliat. in 6.*
(187) *Barboſ. dict. 428. apud Sanctor. de Pœn. cap. 9. Quæſt. 4. ℣. Reſpondeo ſecundò. fol. 394.*
(188) *Sanctor. de Pœn. cap. 9. Quæſt. 3. ℣. Reſpondeo ubi. fol. 390.*
(189) *Sanctor. loc. cit. circ. med. fol. 391.*
(190) *Sanctor. l. cit. in fin. fol. 393.*
(191) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 7. num. 1. 4. & 5.*

ſitio ex recenſitis reincidunt in idem; & ad hoc, quòd fiat locus pœnæ gravi, etiam Carceris, oportet, quòd culpa itidem ſit mortalis; pœna enim, & culpa debent commenſurari, & gravia in Religione cenſentur delicta, quæ culpam mortalem continent, ut alibi habet *Textus*. (192) quòd pariter dicendum eſt de penâ *Apoſtaſiæ*. Excuſare ergò debet à pœnâ tali omne id, quod excuſat à gravitate delicti; putà, parvitas diſtantiæ à Conventu, temporis brevitas; urgentia negotii, quæ exigit celeritatem; paucitas fratrum in Conventu; aut difficultas inveniendi ſocium; neceſſitas, & ſimilia, quæ diſcutere debet prudens Superior, qui non poteſt pronunciare de Crimine, niſi evidenter conſtet de dolo, aut latâ culpâ, aut manifeſto contemptu legis, ex vulgatis juribus.

150 Circà itinerantes autem, & venientes ad Conventum ſinè ſocio, habetur etiam Statutum *Reformatum* (193), ità ſonans, *Siano dichiarati Apoſtati quelli, che camineranno ſenza compagno; e ſe non moſtreranno la fede autentica dove, e come l'habbiano laſciato, ſiano dalli Guardiani, dove arrivano, aſſoluti per Apoſtati*. Multas rationes, & eruditiones cumulat *Sanctorus*. (194) quarè Fratres debent incedere aſſociati. Tamen à penâ Statuti excuſat omne id, quod excuſat à gravitate delicti, prout diximus numero ſuperiori. Major autem eſt difficultas ex Statuto *Reformato* citato. Dantur enim frequenter caſus, quòd hoſpites veniant ad Conventum, cum literis quidèm obedientialibus legitimis, & in illis aſſignato ſocio nominato, ſivè occurrente, ſed tamen veniunt ſoli, nec habent atteſtationes authenticas ſeparationis à Socio, quas præſcribit Statutum. In caſu ergò, quid agendum à Guardiano?

151 Reſpondeo, quòd in omni caſu poſſunt occurrere circumſtantiæ impoſſibiles cum obſervatione Statuti; & tùnc, ſi hoſpes abſolveretur ab *Apoſtaſiâ*, gravaretur, & fieret maxima injuſtitia. Si enim in obedientialibus aſſignatur ſocius nominatus, potuit hic divertere à ſocio, ſinè culpâ ſuâ, & quià ſeparavit ſe ab illo in viâ, campo, ſylvâ, tranſitu fluminis, & hujuſmodi locis, (in quibus, cum deſint teſtes, non poteſt haberi præſcripta atteſtatio) per hoc gravi pœnâ *Apoſtatarum* debeat plecti? hoc iniquum eſt. Si verò obedientiales ſint, cum Socio occurrente, & tempore aſſignato; & iſte non habet ſocium, quià nullus ſibi occurrit, nullo modo eſt in culpâ, ſi ſolus ambulat. Etenim, ſi vult occurrentem ſocium expectare, expirat tempus aſſignatum, & ſi ambulat ultrà tempus limitatum, punitur, ut *Apoſtata*, ut dictum eſt ſuprà *num*. 148. Quò quò ergò ſe vertat, erit plectendus, & hoc abſquè culpâ, quod eſt intolerabile, & contrà rationem, ſi quidèm nulla lex poteſt obligare ad impoſſibile. (195) Et ideò tale Statutum in deſuetudinè abiit, videntibus, & tacentibus Superioribus.

152 Quid autem, ſi vellet Guardianus rigorem Statuti ſervare, ex eo quòd duo hoſpites veniunt ad Conventum ſeparati; mediante, inter adventum unius, & alterius, uno, aut pluribus diebus? poſſet nè ambos ab *Apoſtaſiâ* abſolvere, àn unum tantùm, & quemnam?

153 Reſpondeo, quod reſolutio eſt implexa difficultatibus, ob varias circumſtantias, quæ poſſunt accidere. *Sanctorus* (196) opinatur, poſſe ambos puniri, ùt *Apoſtatas*, quià uterque tranſgreditur Statutum, & præſumptio ſtat prò Statuto contrà utroſque. Sed hoc non eſt verum, nàm pœna ordinaria non poteſt imponi, ob probationem præſumptivam, ſed requiritur plena probatio, ut (197) aliàs probavimus. Ad plùs ergò deberet eſſe pœna extraordinaria, quæ in hoc caſu deberet eſſe minor carceratione.

154 Tamen ſuppoſito, tanquàm vero principio hoc, quòd nempè Religioſus inferior debet ſe conformare in itinere Religioſo majori Socio ſuo, apud quem debent ſervari litteræ obedientiales, & qui debet dirigere iter, poteſt tamen inferior rationabiliter, & inculpabiliter non obedire illi, & ſeparare ſe ab illo: nàm poteſt hic velle deflectere à rectitudine itineris ultrà licitum; ſivè pernoctare in domo meretricis ad ſcortandum; aut aliud prohibitum intentare, in quo non tenetur ſocius ipſi obſequi. Caſu ergò, quòd unus poſt alium, ut præfertur, ad Conventum veniret; & quiſque illorum culpam ſeparationis in ſocium reciprocè refunderet, nec eſſet locus ullæ probationi, præter illorum aſſertionem; non poſſet Guardianus (ſalvâ juſtitiâ) aliquem illorum ordinariâ penâ punire. Quià licèt de neceſſitate unus ſit Reus, qui non debet eſſe impunitus; tamen alius erit innocens, qui non debet ullo modo puniri; & melius eſt, quòd Reus vadat impunitus, (qui tamen aliquandò punietur à Deo) quàm quòd innocens condemnetur (198) Quòd, ſi ex propriis dictis cognoſceretur, neminem eſſe totaliter culpabilem, nec totaliter innocentem, poſſet infligi pœna extraordinaria ambobus; ratione criminis, de quo eſſent partialiter culpabiles, ſi tandem legitimis documentis plenè probaretur in aliquo cauſa injuſta ſeparationis, deberet pœnâ Statutariâ percuti.

155 Vigeſima ſexta dubitatio eſt circà Statutum Generale Ordinis, quo decernitur, nè Guardiani extrà limites ſui Conventus poſſint mittere, ſinè ſpeciali licentiâ Provincialis, ſub pœnâ privationis Superiori mittenti, & Subdito de pœnâ levis *Apoſtaſiæ*; nevè Provinciales poſſint mittere, niſi ad viciniores Provincias, & hoc ex cauſâ publicæ, vel gravis neceſſitatis; ſub pœnâ Provinciali ſuſpenſionis ab officio, Subdito autè *Apoſtaſiæ* gravis (199), quæritur igitur, utrù talis diſpoſitio ſit ſervâda univerſaliter?

156 Reſpondeo, quòd non. Quià dari poteſt caſus neceſſitatis, ſivè publicæ, ſivè privatæ, ratione cujus poteſt Superior legitimè præſumere, quòd, ſi Provincialis, aut Generalis eſſent præſentes, concederent facultatem mittendi extrà limites ſuæ quæſtuationis, ſivè ultrà Provincias contiguas Guardiano, & Provinciali reſpectivè. Undè ex tali licentiâ præſumptâ non dicerentur mittere fratres cum malo dolo, ſicquè non eſſet locus pœnæ, cum non ſit locus delicto.

157 Pariter nullo modo eſſet puniendus Subditus, qui ſimpliciter obediret Superiori mittenti. Ipſe enim tenetur ex præcepto Regulæ obedire Superiori in omnibus, quæ non ſunt contrà Deum, & animam; nec tenetur ipſe ſcire, àn Superior habeat authoritatem mittendi, nec nè; ſed debet præſumere de Superiore; quòd non jubeat, niſi juſta: imò quàmvis eſſet dubius de authoritate Superioris, adhùc illi tenetur obedire, prò ut dicunt communiter Doctores (200), ſi ergò non peccaret, ità obediendo, ſequitur, quòd nullo modo poteſt luere pœnas *Apoſtaſiæ*, quæ, ut diximus, debet eſſe cum culpâ mortali, ad hoc, quòd poſſit ordinariâ pœnâ puniri.

158 Re-

(192) *Pract. crim. Tit. delictorum. §. 2.*
(193) *Stat. Gen. Reform. cap. 8. num. 34.*
(194) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 20. fol. m. 269.*
(195) *l. Ea quæ. l. Culpa. ff. de Reg. iur. l. Impoſſibilium. ff. eo. cap. Nemo. eo. tit. in 6.*
(196) *Sanctor. de Pœn. cap. 9. Quæſt. 3. ℣. Reſpondeo ubi. circ. med. fol. 392.*
(197) *Par. p. Tit. Sententia. num. 75.*
(198) *l. final. §. 2. C. de His qui latro.*
(199) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 8. num. 19. & 20.*
(200) *Sanchez in Decal. lib. 6. cap. 3. nu. 4. Miranda; Manual. Tom. p. q. 26. art. 6. Roderic. Tom. 3. Quæſt. 19. art. 4. apud Peyrin. de Subd. Q. 1. cap. 7. ℣. Dico quartò.*

Digitized by Google

158 Relinquitur ergò, quòd tunc eſt locus pœnæ à Statuto ſancitæ, quandò nullâ extante legitimâ cauſâ mittendi; neque ullâ militante licentiâ præſumptâ, ſivè interpretativâ, Superior ſivè localis, ſivè Provincialis mittit ultrà terminos, ſibi præſcriptos. Pœna quidèm Superiori mittenti, non autem Subdito miſſo, ſi iſte merè paſſivè ſe habuit, & ſimpliciter obedivit. Si verò Subditus cauſa eſt talis miſſionis; & licèt ſciat, Superiorem mittere non poſſe, tamen precibus importunis, ſivè interpoſitâ authoritate potentium, maximè ſæcularium, extorſerit potiùs, quàm obtinuerit licentiam, tunc debet ipſe puniri, quià ſcienter tranſgreſſus eſt Statutum, & in dolo fuit, ità eundo. Sed etiam puniri debet Superior, qui ſtrenuè non ſe geſſit in munere ſuo, ſed ob privatos fines, ſivè ad captandam benevolentiam potentium, commiſit contrà leges. Et ità debet accipi Statutum, ut rationi cohæreat.

159 Vigeſima octava dubitatio eſt circà aliud Statutum Ordinis concernens *Apoſtatas*, in quo ordinatur, quòd Superiores Provinciales, ac locales moneant Generalem, ac Officiales Curiæ de *Apoſtaſiâ* commiſsâ à propriis Subditis; & non retineant *Apoſtatas* exteros; ſed abſolutos, datiſquè teſtimonialibus datæ abſolutionis ad proprias Provincias remittant; & hoc ſub pœnâ privationis officiorum ſuorum, (201) quæritur ergò, quomodò intelligendum ſit hoc Statutum?

160 Reſpondeo; quòd commonere Provincialem de fugâ *Apoſtatæ* de ſui familiâ, ſpectat ad Superiorem localem: monere autem Generalem, & Officiales Curiæ, incumbit Provinciali. *Apoſtatæ* autem ad longum tempus non poſſunt retineri, neque à Guardiano in ſuo Conventu, neque à Provinciali in Provincia, ſed cum litteris teſtimonialibus ſuæ abſolutionis debent ad ſuas Provincias dirigi; & hæc omnia *Sanctorus*. (202).

161 Sed difficultas eſt circà modum abſolutionis dandæ à Superiore locali. *Sanctorus* loco citato (203) vult, quòd, poſtquàm advenerit *Apoſtata*, coniiciatur in Carcerem per tres dies; poſteà abſolvatur in Communitate Fratrum, juxtà formam in Statutis præſcriptam; & poſteà dimittatur ad propriam Provinciam, in quâ luere debet reliquum pœnitentiæ juxtà gradum Apoſtaſiæ; dicitque talem Carcerationem eſſe prò leviſſimâ *Apoſtaſiâ*, quæ ſupponitur omnibus aliis gradibus.

162 Sed, ſalvâ tanti viri reverentiâ, talis doctrina, univerſaliter, & prò omnibus *Apoſtatis* accepta eſt falſa. Quià tres dies Carceris non ſunt prò *Apoſtaſiâ* leviſſimâ, ut ipſe dicit, ſed prò levi, ut patet ex Statuto dato ſuprà *num.* 58. Si ergò advenerit *Apoſtata* Reus de leviſſimâ, aut leviori, non poterit ſibi dari illa triduana Carceratio. Præterea hæc, vel ſibi datur in pœnam *Apoſtaſiæ*; vel, ut quid eſſentiale ad formam abſolutionis præſcriptam à Statuto. Non primùm, quià, ut habetur ex *Valliſoletano* (204) pœna debet imponi, poſtquàm abſolutio fuerit data. Non ſecundùm, quià in Statutis, nec Ordinis, nec *Reformationis* habetur talis Carceratio prævia ad abſolutionem; ſed tantùm præſcribitur, quòd *Apoſtata*, ſinè chordâ, & caputio, poſt flagellationem per integrum *Miſerere* coràm fratribus capitulariter congregatis, abſolvatur, ut patet ex Statutis *Neapolitanis* 1590., *Valliſoletanis* 1593. *Roman.* 1603. *& Sambucanis* 1658. (205) Præterea carcerare formaliter, & ad pœnam, ſpectat ad totum Diffinitorium, ut probavimus aliàs. (206) non ergò hoc poterit Guardianus cum *Apoſtatâ*; neque poteſt carcerare ad cuſtodiam, niſi adſit ſuſpicio fugæ in Reo; & ità cum in *Apoſtatâ* ſpontè revertente non poſſit militare ſuſpicio fugæ, ſequitur, quòd nèc ad cuſtodiam poſſit illum carcerare. Ob iſtas rationes cogimur retractare, quòd ſcripſimus *Par. 2. Sect. final. num. 60, & ſequentibus* circà abſolutionem *Apoſtatarum* dandam à Guardianis, in quâ inconſideratè ſequentes *Sanctorum*, loco proximè citato, & obſervantes praxim *Procuratoris Generalis*, præſcripſimus triduanam Carcerationem formalem. Sed re meliùs penſatâ, ac funditùs examinatâ, cogimur mutare ſententiam.

163 Dico ergò, quòd, aut *Apoſtata* ſpontè revertitur ad Conventum, & petit abſolui; aut ipſe, habitu, ſivè dimiſſo, ſivè retento, vagatur, ſcandalizando Religionem, & ſæculum, & captus à Superiore locali ad Conventum ducitur. Si primùm, Guardianus nullo modo poteſt eum incarcerare; quià non ad Cuſtodiam; cum enim ſpontè, & pœnitens reverſus ſit, non intrat in eo ſuſpicio fugæ, ob quam ſolam poteſt dari Carcer ad cuſtodiam, ut aliàs diximus. Non ad pœnam, quià hanc infligere ſpectat ad totum Diffinitorium, procedendo per ſententiam declaratoriam. Si ſecundùm, habent quidèm Guardiani, cæteriquè Superiores obligationem carcerandi hujuſmodi *Apoſtatas* & in caſu neceſſitatis, pròut ſonant Statuta, tum Ordinis, tum *Reformationis* (207), etiam cæteri fratres hoc poſſunt; ſed iſta eſt Carceratio ad cuſtodiam, quæ non limitatur ad triduum, nec eſt in ordine ad abſolutionem; ſi quidem debet Superior localis tenere Reum carceratum, donèc Provincialem admoneat, ſicut de cæteris, qui carcerantur ad cuſtodiam, diximus in primâ Parte. Abſolutio verò publica debet dari, juxtà formam à Statuto præſcriptam, & hoc quamprimùm, poſtquàm captus fuerit; nè diutiùs maneat in malo ſtatu extrà gremium Eccleſiæ; ut habetur expreſsè in Statuto *Romano* 1603. *in Orbe Seraph. Tom. 3. fol.* 590. *col. p.* ſic cantante. *Cum Apoſtata quamprimùm appulerit ad Conventum quempiam, abſque morâ abſolvatur ab excommunicatione in formâ Canonicâ &c.* Et ex his concluditur, quòd Carceratio non debet eſſe indifferenter cum omnibus *Apoſtatis*, ſed tantùm cum actualiter fugitivis, & per vim deprehenſis: & non debet eſſe formalis, & ad pœnam, ſed ad puram cuſtodiam.

164 Dicetur contrà hæc, quòd conſuetudo *Procuratoris Generalis*, ſivè *Ordinis*, ſivè *Reformationis* eſt, quòd *Apoſtatæ* quivis, ſivè revertantur ſpontè, ſivè per vim capiantur, carcerentur formaliter per triduum, & poſteà abſolvantur; ergò allata praxis *Sanctori* habet fundamentum, ſi non in Statutis, ſaltem in conſuetudine *Procuratoris Generalis*, qui eſt Iudex Ordinarius *Apoſtatarum*, (208) & ad ejus inſtàr procedere debent cæteri Superiores.

265 Reſpondeo, quòd tempus Carcerationis *Apoſtatarum* eſt arbitrarium *Procuratori Generali*, ut patet ex Statuto *Reformato*; (209) vndè poteſt, vel nulliter, vel citrà, vel ultrà triduum incarcerare; porrò in actibus voluntariis, & merè facultativis non inducitur conſuetudo, (210) & dato etiam, quòd illa exiſteret, non tamen ſequeretur, quòd cæteri Superiores tenerentur eam ſequi, cum Officium *Procuratoris Generalis* longè ſit diverſum ab aliis Prælaturis, maximè localibus, quâ diverſitate ſtan-

te,

(201) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 8. nu. 23.*
(202) *Sanctor. de Pæn. cap. 9. Quæſt. 10. per*
(203) *Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo tertiò fol. 409.*
(204) *Stat. Valliſolet. cap. 2. Tit. de Apoſt. V. Quibus peractis.*
(205) *Stat. Neapolis 1590. cap. 29. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 389. Valliſolet. Tit. de Apoſt. Sambucan. cap. 2. §. 8. num. 38.*

(206) *Par. p. Tit. Pœnarum nu. 75.*
(207) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 8. n. 20. Stat. Ge. Ref. cap. 2. delli Apoſt. n. 22*
(208) *Stat. Gen. Refor. cap. 8. num. 66.*
(209) *Stat. Gen. Refor. loc. cit.*
(210) *loc. Con. 214. col. 3. in prin. & Conſ. 437. Tuſ. lit. C. Conc. 812. per tot.*

Digitized by Google

te, non poteſt fieri legitima illatio. Quòd, ſi *Procuratores Generales* talem Carcerationem premittunt abſolutioni, hoc non faciunt eo, quòd ſpectet ad formam abſolutionis, ut quid eſſentiale; (etenim ſibi benè viſos abſolvunt, abſque eâ, & etiam non publicè, ſed inter privatos Cellæ Procuratoriæ parietes), ſed quià, ut plurimùm *Apoſtatæ* petentes Urbem ſunt graviſſimi, aut graviores, ac impetrare ſolent à *Sacrâ Pœnitentiariâ* condonationem pœnarum; ideò optimo conſilio *Procurator* illos formaliter incarcerat, ut tales ſcandaloſi, delinquentes non evadant totaliter impuniti. Ex his ergò concluditur, quòd talis practica carcerandi antè abſolutionem, nec poteſt quadrare univerſaliter prò omni *Apoſtaſiâ*; nec valet ad alios Superiores extendi.

166 Quòd, ſi forte ab aliquibus Superioribus talis Carceratio fuit practicata, quià ſequuti ſunt doctrinam *Sanctori*, hoc non debet inducere conſuetudinem contrà rationem, & legem; nec enim unius Doctoris lapſus potiùs, quàm doctrina poteſt ſtatuere jus, quod debeat ab aliis obſervari. Erravit *Sanctorus* in aſſignanda Carceratione ad Arctationem, dum hæc, ut ex Statutis Ordinis aliàs (211) probavimus, illam minimè includit; & errorem illius multi ſunt ſequuti. Erravit pariter in hâc triduanâ Carceratione, antè abſolutionem ab *Apoſtaſiâ*, dum in nullâ Conſtitutione Ordinis præſcribitur; & habuit forte in hoc multos ſequaces; quorum unus etiam ego fui. Sed modò indagatâ veritate, ac errore detecto, corrigi debet quod malè factum, ſcriptumvè fuit.

167 Vigeſimanona dubitatio eſt circà aliud Statutum Ordinis, in quo decernitur, quòd Capitulum Provinciale poſſit diſpenſare, medietate pœnitentiæ jàm peractâ, cum *Apoſtatâ, ubi perſonæ qualitas, & emendationis ſigna ſuadeant*. (212) Quæritur quomodò debeat intelligi tale Statutum?

168 Reſpondeo, quòd hoc Statutum Ordinis reperitur ſolùm in *Sambucanis*; & ibi ad marginem citatur *Romanum* 1632; ſed hoc eſt mendum, nè dicam mendacium, ſiquidem in Statutis, in citato Capitulo, quæ per extenſum ſunt inſerta in *Orbe Seraphico* (213), nec verbum de hoc habetur. Suſpicor deſumptum fuiſſe à *Reformatis*, in quibus ſimile reperitur; ſed etiam adulteratum eſt hoc in ſenſu, juxtà quem loquitur *Reformatum*, quod ſic cantat (214) *Finalmente per reprimere l'audacia delli Apoſtati, ordinamo, che niuno ſtato Apoſtata poſſa eſſere aſſonto ad officii dell'Ordine, ſe non ſarà lodevolmente viſſuto, dieci anni, dopò l'Apoſtaſia: Che ſe in qualche Padre di qualità, dopò la metà della penitenza, pareſſe uſarli miſericordia, ſi concede poter vi diſpenſare il Capitolo Provinciale con la maggior parte delli voti ſegreti*. Ex quo contextu habetur manifeſtè, quòd Statutum loquitur præcisè de privatione vocis paſſivæ ad Prælaturas, quam debet ſubire per decennium; non verò reſpectu Carceris, aut aliarum pœnarum corporalium.

169 Sed *Statutum* Ordinis *Sambucanum*, poſtquàm cæteras pœnas *Apoſtatarum*, de quibus hucuſque dictum eſt, recenſuit, ità habet. *Tandem Apoſtatas omnes, etiam poſtquàm redierint: ad aliquod officium, niſi per decem annos, poſt Apoſtaſiam, laudabiliter, & religioſè vixerint, promoveri non poſſint. Poſſit tamen in his pœnarum generibus, ubi perſonæ qualitas, & emendationis ſigna ſuadeant, medietate pœnitentiæ jam peractâ, Capitulum Provinciale per ſuffragiorum ſecretorum majorem partem diſpenſare*. Ex quo patet, quòd hoc Statutum, toto Cœlo differt à *Reformato*, ſuprà notato; illud ſiquidem loquitur manifeſtè de diſpenſando *Apoſtatâ* ſuper privatione decennali vocis paſſivæ, *dopò la metà della penitenza*, hoc eſt poſt adimpletum dimidium durationis talis privationis; hoc verò comprehendit omnes univerſaliter pœnas, *Apoſtaſiæ* debitas, dum dicit, *in his pœnarum generibus* innuens, poſſe Capitulum Provinciale illas omnes prò medietate dimittere. Sed hoc falſum eſſe, manifeſtè patet ex hoc, quòd Capitula regulariter non fiunt, niſi de triennio, in triennium; dum ergò ordinat Statutum, dimiſſionem pœnæ faciendam à Capitulo, peractâ mediâ pœnitentiâ ſupponit, quòd pœnâ, quæ debet diſpenſari, tantùm duret, quòd, illius medietate peractâ, Capitulum fiat; aliter non erit locus diſpenſationi. Sed, ſi *Apoſtaſia* fuerit leviſſima, aut levior, tum quò ad Carcerationem, tum quò ad privationem ſuffragii, tranſibit integrum tempus pœnæ, antequàm tempus Capitulare adveniat; & ità tales *Apoſtatæ*, minùs culpabiles cæteris, non poterunt frui hoc beneficio legis. Pariter quò ad Carcerem, etiam in *Apoſtaſiâ* graviſſimâ, non poteſt dari caſus, niſi per accidens, quòd celebretur Capitulum, medietate pœnitentiæ Carceris jam peractâ; & abſurdum eſt, quòd feratur lex, quæ poſſit habere locum in caſu accidentali tantùm, & ut in pluribus evadat inutilis. Et tandem medietas pœnitentiæ debet eſſe medietas omnium pœnarum, puta, Carceris, privationis ſuffragiorum, delationis caparonis, privationis præcedentiæ &c. juxtà gradum *Apoſtaſiæ*. Si ergò ad hoc, quòd Capitulum poſſit diſpenſare, oportet, quòd jàm peractâ ſit medietas pœnitentiæ, neceſſe eſt, quòd expleta ſit etiam medietas temporis privationis ſuffragiorum, quæ longior eſt cæteris pœnis; ſed medietas hujus longè ſuperat integram durationem aliarum, ut patet conſideranti; igitur medietas aliarum non erit diſpenſabilis per Capitulum.

170 Relinquitur ergò, quòd verus ſenſus citati Statuti eſt, quòd, tranſacto quinquennio, ab abſolutione ab *Apoſtaſia*, ſi fuerit Reus Pater qualificatus, putâ, ob excellentiam doctrinæ, ſivè ob publicam exiſtimationem, maximè apud ſæculares; ſivè ob gradus honorificos, àut Prælaturas adminiſtratas: & ultrà hoc dederit ſigna emendationis, puta, devotè, ac Religioſè vivendo, humiliter, & patienter ſupportando privationem, nec quærendo diſpenſationem, ut benè adnotat *Sanctorus*, (215) poterit Capitulum Provinciale diſpenſare, ea ſervando, quæ diximus, circà hoc, ſuprà à *num. 46.*

171 Trigeſima dubitatio eſt circà id, quòd ſpectans ad hanc materiam habetur in Textu, (216) qui ità diſponit. *Qui ſuper habitum Regularem, vel (eo dimiſſo) ſæculares, vel alias quaſcunque veſtes induerit, ad recitandas comœdias, vel alias tales larvatas repræſentationes quâcunque ex causâ, vel occaſione, & quocunque in loco, eſt eo ipſo ſuſpenſus; & graviùs, Carcere, privatione officii, vel ſuffragiorum jure à Superioribus puniendus.* Quæritur igitur, quandò pœnis, hìc contentis, locus ſit?

172 Reſpondeo, quòd de jure communi (217) prohibitum eſt, repræſentationes, etiam ſacras intrà Eccleſias permittere, maximè, ſi per Clericos, aut alios Eccleſiaſticos fiant. A' fortiori ergò dicendum eſt de ſcænicis ſpectaculis prophanis. Quòd, ſi Clerici per plures Canones

(211) *Par. 4. Tit. Tortura. num. 15.*
(212) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 8. num. 35.*
(213) *Orb. Seraph. Tom. 4. à fol. 42. & ſeqq.*
(214) *Stat. Gen. Refor. cap. 2. num. 25.*
(215) *Sanctor. de Pœn. cap. 9. Quæſt. 13. V. Reſpondeo primò. fol. 415.*
(216) *Pract. crim. Tit. Applicatio. §. 27.*
(217) *cap. Cum decorem. de Vit. & honeſt. Cler. Concil. Toletan. 13. cap. 19. Concil. Mediolan. 1. Tit. de Actio. & repræſentatio.*

nes (218) vetantur intereſſe, ubi illa fiunt, à fortiori vetitum illis eſt, mimum agere, & hiſtrionicam artem, quæ etiam juxtà leges (219) ſæculares infamis eſt, exercere. Cohærenter ergò canonicæ diſpoſitioni ſancitum eſt hoc Statutum.

173 Verum eſt. quòd antiqua hæc ordinatio per ſubſequentes abuſus immutata eſt; quibus conniventes, ac propriâ præſentiâ quodammodò approbantes Prælati majores Eccleſiaſtici effecerunt, quòd illa abrogata ſit. Paſſim enim videmus, Clericos, ac etiam Sacerdotes in Scænâ repræſentare ſpectacula, non tantùm ſacra, ſed etiam prophana: adſtantibus, & videntibus Epiſcopis, & etiam in ipsâ Vrbe, in quâ hæc ſcribimus, in facie *Pontificis Summi*, hæc ſcientis, & non prohibentis; ac intereſſentibus ex Majoribus Eccleſiæ Prælatis violaceis, ac purpuratis. Et hinc puto, factum eſſe, quòd etiam inter Regulares talis abuſus irrepſerit. Scientibus enim, permittentibus, & quandòque promoventibus Superioribus Generalibus, tempore bacchanalium, per Religioſos repræſentationes fiunt, etiam prophanæ, (non tamen inhoneſtæ) nec ob hoc quiſquam pœnis Statutariis vapulavit.

174 Talia ſpectacula exhibere, maximè, ſi ſacra ſint, aut ſaltem moralia, & ab iis abſit ſcurrilitas, ſatyricus, & inhoneſtus ſermo; & (ſi commodè fieri poteſt) retentâ ſub veſtibus ſæcularibus formâ habitus Religioſi, non eſt malum; hoc enim fit ad honeſtam ſpectantium recreationem; ad exercitium virtutis, ad incitandos animos in amorem Dei, repræſentando hiſtoriam aliquam ſacram; ſivè alicujus *S. Martyris* paſſionem; ſeù alicujus magni peccatoris pœnitentiam, ac converſionem; & ſummoperè confert juventuti, quòd ad exercitium prædicationis anhelat; nihil enim magis confert ad familiariter concionandum, & aptè ſociandum geſtum manus, ac corporis cum verbis, quàm exercitium recitandi in talibus repræſentationibus. Si ergò aliquis Religioſus, ut præfertur, recitet intrà Clauſtra, & non interveniant ſæculares, nullam debet pœnam incurrere, cum in hoc ſenſu Statutum abrogatum ſit per contrarium uſum; & ſic etiam tenet *Paſſerinus de Stat. hom. q. 187. art. 2. num. 356. circa med.*

175 Dicendum ergò, tunc committi contrà legem, & locum eſſe pœnæ Statutariæ, quandò Religioſus extrà Clauſtra, maximè tempore bacchanalium, dimiſſo habitu, larvatus incederet per Vrbem, ſivè locum, ſaltando, cantando, aut ineptias, aut ſcurrilitates, vel inhoneſta, obſcænaquè verba dicendo; vel prodiret in Scænam ad recitandam comœdiam, maximè turpem: ſivè hoc faceret intrà Clauſtra, invitatis ad hoc ſpecialiter ſæcularibus. Ratio eſt, quia prædicta ſunt ex ſe aliundè prohibita; nullo ſine bono ſunt cohoneſtata, ſcandalum generant inter ſæculares, ac Religioſum, & ipſius Ordinem reddunt contemptibilem. Pœnæ quidèm ſupradictæ graves ſunt; proindè applicari non poſſunt, niſi delictum ſit grave, peccatumquè ſit mortaliter; & cum recitando ſacras, aut morales repræſentationes modo, quo dictum eſt *numero ſuperiori*, non interveniat culpa lethalis, conſequenter non eſt locus prædictis pœnis Statuti. Secùs eſt, ſi delinquatur mortaliter in recitando, prout paulò ſuprà diximus; tunc enim ſunt infligendæ pœnæ ad exigentiam, & gravitatem ſcandali dati.

176 Trigeſimaprima dubitatio eſt ſpectans ad eandem materiam dimiſſionis habitus, & habetur ex *Textu*, ſic cantante; *Qui ſinè habitu, caputio, chordâ & fœmoralibus, extrà infirmitatis articulum, dormire deprehenſus fuerit; humi ſinè caputio genuflexus in pane, & aqua jejunet: & recidiuus graviùs puniendus eſt, Provincialis arbitratu* (220). Quæritur ergo, quandò tali pœnæ locus ſit.

177 Reſpondeo, quòd reſolutio dubitationis dependet à ſolutione quæſtionis, quæ inter ſcriptores controvertitur, num ſcilicèt Regulares teneantur ſub mortali dormire cum habitu ſuæ Religionis? *Sanctorus* (221) reſpondet negativè, & citat prò ſe *Sylveſtrum*, *Archidiaconum*, *Cordubam*, *Mirandam*, *Ioann. Rouſſerium*, *Portellum*, *Lezanam*, *Suarez*, & *Sayrum*; quibus ego addo *Donatum*, & *Bartholomeum à S. Fauſto*; (222) *Bonagratia de Roma*, Addens ad *Sanctorum*, (223) contrarium tuetur, & prò ſe citat *Dianam*, *Manipulum Minorum*, *Pacti*, *Monzam*, *Graffium*, & *Moronum*; & rationes nonnullas affert, quas tamen ſolvere nullo negotio quiſque poteſt. An argumenta impugnantis contrariam ſententiam expugnent, judicent pii, ac docti, nolo enim in hoc ſedere Judex, & prò alterâ opinionum pronunciare. Zelum approbo ſcribentis, & ſtrictè legem ininterpretantis; an ille ſit ſecundùm ſcientiam, diſcernant cæteri, qui fortè non probabunt ponere conſcientiis offendiculum. Stricta obſervantia Regulæ non conſiſtit in ſtrictè opinando, ſed in ſtrictè operando, nec ſemper verior, aut tutior eſt opinio, quæ ſtrictior. Mihi ad ſecuritatem maximè arridet doctrina *Caramuelis* in ſua *Theologia Fundamentali*, & eſt, quòd, ad fugienda peccata, oportet largè opinari (quandò adeſt probabilitas in ratione, & authoritate fundatâ, ut in caſu), ſed ſtrictè operari; ità enim fiet, quòd nec contrà conſcientiam, nec contrà veritatem peccabitur.

178 Quòd, ſi attendatur pœnâ, quæ in hoc Statuto apponitur dormientibus abſquè habitu, certè hæc non eſt gravis abſolutè, & in ſe; ſed levis, imò inter leviſſimas, quæ in *Textu* apponantur, ut patet conſideranti; & miror, quomodò *Bonagratia* (224) appellat illam gravem comparativè, cum etiam ſimplex diſciplina, quæ in ſe eſt pœna leviſſima, viro graduato gravis evadat. Sed gravis ex ſe debet eſſe pœnâ, quæ gravem arguat culpam; undè, cum hæc levis ſit, dicendum eſt, *Textum* ſtare prò *Sanctoro*.

179 Locus ergò erit pœnæ Statutariæ, quandò nullâ adhibitâ cautelâ; nullâ extante causâ legitimâ; ſcandalo interveniente; ſivè ex contemptu legis; Religioſus dormire nudus conſueſceret; non enim dubium eſt, talibus circumſtantiis intervenientibus, gravem eſſe tranſgreſſionem, quæ proindè meretur pœnis coerceri. Sed, ſi ex magno æſtu, ex moleſtiâ pulicum, (quibus ab habitu excu-

(218) *cap. Non oportet. il 2. de Conſecr. diſt. 5. cap. Concil. Laodicen. cap. 54. Concil. lucen. 2. cap. 60. lauxæ. Epit. V. Spectacula.*

(219) *l. 3. C. de Re milit. l. 2. ff. de His, qui not. infam.*

(220) *Pract. crim. Tit. Applicatio § 7.*

(221) *Sanctor. Comment. cap. 2. Stat. 73. Quæſt. p. per tot. & ibi Sylveſt. V. Excommunicatio 9. nu. 53. & 54. Cordub. in cap. 2. Reg. q. 22. Mirand. in ea. cap. 56. diffic. 2. Io: Rouſſer. in ea. cap. 2. p. 6. Lezan. T. p. cap. 13. num. 7. Suar. de Relig. Tom. 4. lib. 1. cap. 5. n. 28. Sayr. Theſaur. caſ. lib. 5. cap. 30. n. 13.*

(222) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 6. q. 10. nu. 6. & ibi. num. 4. Barthol. à S. Fauſt. de Vot. obedient. lib. 6. Quæſt. 191.*

(223) *Bonagr. add. ad Sanct. cap. 2. Stat. 73. V. Quare P. Diana. fol. 201. & ibi Dian. Summ. V. Regulares. Manipul. Minor. cap. 15. num. 41. p. 2. Pacti in Reg. Min. Par. 1. cap. 2. præcept. 8. Monz. in ea. cap. 2. p. 17. Graff. lib. 3. Deciſ. cap. 5. n. 75. Morón. biga. Seraph. Controv. 4. pag. 59. num. 28.*

(224) *Bonagr. loc. cit. V. Conſulant. Obſerv. & Refor. fol. 202.*

Digitized by Google

excutiendis locus non fuit) clauſâ camerâ, & adhibitâ cautelâ, nè nudus videatur, aliquandò ex accidenti Religioſus dormit abſquè habitu, non debet pœnâ Statutariâ percuti. Ratio eſt, quià abeſt culpa, proindè nequit pœna intervenire.

180 Ultima dubitatio ſpectans ad hanc materiam eſt circà *Textum*, ità ſonantem, *Camiſiarum, & lineorum indumentorum, linteaminum, anaclynteriorum uſus, ſinè neceſſitate vetitus eſt, ſub privatione juris ſuffragiorum per triennium, etiam Carceris pœnâ per duos menſes, & ampliùs, ſi monitus, ſe non correxerit* (225). Quæritur ergò, quandò ſit locus talibus pœnis.

181 Reſpondeo, quòd ex legitimâ causâ infirmitatis, ſeù neceſſitatis, accedente tamen Superioris licentiâ tacitâ, vel expreſsâ, poſſunt Fratres uti lineis, ut probat *Sanctorus* (226). Verum eſt, quòd taliter diſpenſati, ut potè non potentes ſervare vitam communem, arcentur à Prælaturis ex diſpoſitione Statuti Generalis Ordinis. (227) Tamen ſinè neceſſitate uſus eſt vetitus. Quià verò hìc ſumus in lege pœnali, quæ ſtrictam tantùm adminiſtrationem admittit, nòn puto, quòd in omni caſu, indifferenter quis deberet ſubire pœnas Statuti, qui lineis indumentis uteretur, etiam abſquè neceſſitate ſed ſub tali diſtrictione pœnali prohibetur uſus, ut loquitur *Textus*. *Vſus* in jure tria habet ſignificata; uno modo importat jus utendi re, ſalvâ ipſius ſubſtantiâ, & differt à fructu, ut minus à majore, quandòquidem fructui uſus ineſt, uſui fructus deeſt. (228) Secundo modo accipitur prò ſervitute loci alicujus prò tranſitu, ut tradit *Servius* ad illud *Æned. lib. 2.*

*Limen erat cæcaquè fores, & pervius uſus*
*Tectorum Priami.*

Tertio modo intelligitur prò conſuetudine, ut ex *Pratejò Calvinus in lexico*, & ità dicitur *uſus* Urbis, Patriæ, Regionis, hæc eſt conſuetudo.

182 In propoſito autem, dum dicitur uſus lineorum indumentorum &c. *uſus* accipitur in primo & tertio ſignificato; puta, qui penès ſe retinet camiſias, ſudaria &c. linea, & ſibi vindicat jus utendi illis; & de facto *uſum*, nempè conſuetudinem illis utendi habet, debet pœnis Statuti ſubiici. Hinc deducitur contrà Regulam, aut Conſtitutiones non peccare, qui fatigatus ex itinere, Concione habitâ, exercitio, laborevè violento ſudat, ſudario lineo ſe abſtergit, poſtmodum, ſudore perſeverante emanare ex apertis poris cutis, ad illum excipiendum ſubtùs habitum duo ſudaria linea deferret ad quatuor, vel ſex horas; maximè illa abſcondendo, ità ut forinſecùs non videantur, ad fugiendum ſcandalum ſæcularium. Non ſolùm, quià ex legitimâ causà, & ex neceſſitate hoc faceret; ſed etiam, quià deferre illa, ut præfertur ex occaſione, & ad modicum tempus horarum, non poteſt dici *uſus* lineorum.

183 Hocque magìs patet ex Statuto *Valliſoletano* (229) quod ità habet *Decernimus, ut quicunque fratrum inventus fuerit camiſiis uti, aut almutiis, aut linteaminibus, anaclynteriis, crepidis, caligis, calceis ſinè ſcriptâ Provincialis facultate, is omni ſuffragiorum jure, triennio, careat. Et ſi monitus, non ſe correxerit, duobus menſibus Carceri mancipetur, vel graviùs etiam puniatur, Provincialis arbitratu.* Ex quo apparet, quòd *Textus* non integrè, & confusè affert antiquam Ordinis Conſtitutionem circà hoc, dum non apponit ſcriptam lincentiam Provincialis, quæ in *Valliſoletano* exprimitur; confunditque provationem ſuffragiorum, & Carcerem. Quòd etiam vitium eſt in Statuto Ordinis *Sambucano*, (230) in quo pœnæ prædictæ, per Statutum taxatæ, remittuntur arbitrio Superioris, quòd falſum eſt. Apparet etiam principale intentum noſtrum, puta, quòd nomine *uſus*, venit conſuetudo deferendi linea; dicit enim *inventus fuerit camiſiis uti*, dicimur enim *uti palio libro &c.* quæ frequenter, & ex conſuetudine à nobis deferuntur, leguntur &c. Et magìs patet ex pœnis; quià talis defectuoſus primò debet puniri per privationem ſuffragiorum; pòſtmodum, ſi ex tali pœnâ monitus ad pœnitentiam non eſt, ſed in ſuâ malâ conſuetudine perſeverat, bimeſtri Carceri eſt mancipandus; vel exigente criminis gravitate, etiam graviùs, Provincialis arbitratu, eſt puniendus.

## §. II.

## Inobedientia, Contumacia, Rebellio.

*SUMMARIUM.*

1 *Tria hæc delicta complicata ſunt.*
2 *Inobedientiæ diffinitio.*
*Obedientia, quid ſit.*
3 *Inobedientiæ motiuum eſt contemptus.*
4 *Quæ requirantur ad incurrendum crimen inobedientiæ.*
*Præceptum formale, quomodò faciendum à Prælato.*
*Obedientia perfectionis, quæ.*
*Obedientia neceſſitatis, quæ.*
5 *Subditus ad quæ Præcepta Prælati non tenetur.*
6 *Contumacia, quid ſit, & quot modis præſtetur.*
7 *Differentia inter inobedientiam, & contumaciam.*
8 *Contumacia ſupponit inobedientiam.*
9 *Rebellio, quid ſit.*
10 *Superiores Eccleſiaſtici habent juriſdictionem de jure divino.*
11 *Rebellio, contrà quos poſſit committi.*
*Rebellare, quandò quis dicatur.*
12 *Rebellio poteſt committi etiam contrà Superiores locales ordinarios, & etiam delegatos.*
13 *Rebellionis diviſio.*
14 *Rebellio quotupliciter committatur.*
15 *Exemplis clarificanda materia de inobedientiâ, contumaciâ, ac rebellione.*
16 *Exemplum practicum.*

1 QUià tria hæc delicta inter ſe complicata ſunt, de his tribus, præſenti paragrapho agimus, nè cogamur ſemèl dicta de uno, inutiliter de alio repetere.

2 Incipiendo igitur ab Inobedientiâ dico, quòd *inobedien-*

(225) *Pract. crim. Tit. Applicatio §. 26.*
(226) *Sanctor. Comment. cap. 2. Stat. 74. ¶. Reſpondeo requiritur fol. 208.*
(227) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 9. num. 15.*
(228) *l. Si habitatio. §. Sed ſi ſic. l. Per. Seruum. ff. de Vſu. & habit.*
(229) *Stat. Valliſolet. cap. 2. Tit. de Veſt. ratio. & qualit. ¶. Quamobrem Sanctorum.*
(230) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 9. num. 14.*

Digitized by Google

*bedientia eſt ſtudioſa voluntas non faciendi illud, quod inſtè præcipitur, in quantùm præcipitur à Prælato.* Fundatur autem diffinitio hæc in doctrinâ *D. Thomæ* (1), communiter receptâ, puta, quòd, cùm obedientia ſit virtus ſpecialis, inclinans à faciendum id, quod præcipitur, in quantùm præcipitur à Superiore; ſequitur ex oppoſito, quòd *inobedientia* ſit vitium, inclinans ad non faciendum, quod jubetur, in quantùm à Prælato jubetur.

3 Hinc ſequitur, quòd motiuum *inobedientiæ* eſt contemptus mandati Superioris præcipientis: Qui enim formaliter eſt inobediens, ideò non vult exequi, quod ſibi præceptum eſt à Superiore, non quià moleſtum, grave, laborioſum, vel pœnale; ſed ſolùm, quià ſibi præceptum eſt. Et ità contemnendo mandatum ejus ſub hâc prævià ratione, *quià mandatum eſt*, eſt formaliter inobediens.

4 Verum eſt, quòd ad incurrendum formale crimen inobedientiæ, aliquod requiritur ex parte præcipientis, & aliquod ex parte rei præceptæ. Ex parte quidèm præcipientis eſt, quòd Prælatus præcipiendo, vel expreſsè, vel interpretativè mentum ſuam aperiat, puta, quòd præcipere intendit ſubdito actionem injunctam ſub formali præcepto obedientiæ; ut cum *D. Thoma* ſcribunt multi Doctores (2) Subditus enim non ſubditur voluntati Prælati, niſi ipſe exteriùs humano more ſuam voluntatem prodat; nec enim omnia, quæ jubent Prælati, jubere intendunt ſub formali præcepto obedientiæ; aliter periculoſa, & infinitis peccatis eſſet obnoxia vita Religioſorum, & Tyrannus eſſet Superior, qui vellet Subditorum conſcientias taliter illaqueare. Quandò ergò Prælatus intendit jubere per formale præceptum, oportet, quòd aùt verbis, aut ſignis exprimat talem eſſe ipſius voluntatem. Hinc ſequitur, quòd ſi Prælatus, in præcipiendo utatur verbis, quæ ſonant potiùs directionem, quàm præceptum; ut ſi dicat, *nemo carpat viridarii fructus, nè ex eorum acerbitate contrahat ægritudinem*; vel ſi uſurpet, præcipiendo verba conſultiva, aùt deprecativa, ſi Subditus illud; quòd injunctum eſt, non exequitur, non erit formaliter inobediens, ut benè probat *Peyrinus*, (3) nàm Prælatus non expreſſit, ſe præcipere ſub formali mandato obedientiæ. Peccabit quidèm contrà obedientiam, quæ eſt perfectionis, illam nempè, de quâ *S. Bernardus* (4) ait, *Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, nequè contenta anguſtiis profeſſionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne, quod injungitur, ſpontanea, vigore liberalis, alacriſque animi modum non conſiderans, in infinitam libertatem extenditur.* & ideò culpa erit tantùm venialis; non tamen contrà obedientiam neceſſitatis, illam nempè, quæ terminis Regulæ, & votorum coarctatur, (5) & quæ per verba, aut ſigna, formaliter præceptiva à Superiore debet exprimi.

5 Ex parte autem rei præceptæ eſt, quòd ipſa talis ſit, quòd cadat ſub obedientiâ, & quòd ad illam poſſit Superior Subditum cogere. Non enim ad omnia, quæ præcipiuntur à Prælatis, ſubditus tenetur; ſiquidem non tenetur, quandò præceptum eſt contrà rationem, aut contrà mandatum alterius Superioris, mandante majoris; aut eſt actus merè internus; aut eſt ſuprà proprias vires; aut eſt contrà, vel ſuprà Regulam, prout ſcribunt communiter Moraliſtæ. Poſito igitur formali præcepto de re, ad quam Subditus obligatur, ſi iſte non obtemperat, Reus fit *inobedientiæ*.

6 *Contumacia* autem eſt *inobedientia voluntaria, quâ quis monitionem, aut præceptum Iudicis implere contemnit*, ut elicitur ex quodam capitulo, (6) & multis modis committi poteſt, nempè, ſi Reus citatus per tria edicta, vel uno prò omnibus peremptorio non venit; vel non obedivit, ſed illicentiatus receſſit; vel latitat, ut citari non poſſit; vèl ſi venit, non tamen ſe exhibet coràm Judice, ſed ſtat retrò columnas; vel non vult reſpondere; vel obſcurè reſpondet; vel non reſtituit ad præceptum Judicis; vel non jurat, & multis aliis modis, quos recitat quædam *Gloſſa*, & *Hoſtienſis*. (7) Omnes autem iſti modi reducuntur ad unicam radicem, puta, ad inobedientiam factam Judici.

7 Et ex hoc colligitur differentia, quæ eſt inter Crimen *inobedientiæ*, & *contumaciæ*, quæ apud Nos, ut infrà videbimus, diverſis pœnis coercentur. Quià *inobedientia* eſt, ut dicebamus, ſtudioſa voluntas non faciendi, quod præcipitur à Superiore ùt Prælato; *Contumacia* autem eſt voluntas non faciendi id, quod præcipitur à Superiore, ùt Judice. Quià enim nolens adimplere mandatum Superioris ùt Patris fit Reus *inobedientiæ*; ſi Prælatus contrà eum procedit per monitiones Canonicas, induit perſonam Judicis, cui reſiſtens Reus, qui priùs erat inobediens, fit contumax.

8 Alia autem differentia eſt, quòd ad *inobedientiam* ſufficit actus ſimplex voluntatis nolentis parere præcepto; ad *contumaciam* autem requiritur animus obfirmatus. Pariter ad unum ſimpliciter actum Superioris mandantis poteſt quis ſe prodere, & eſſe inobedientem: ſed ad hoc, quòd ſit, & ſe manifeſtet contumacem, requiritur triplex actus, puta, trina monitio; niſi in reſiſtentiâ factâ primæ monitioni adſit aliqua ſpecialis circumſtantia contemptus, ùt infrà dicemus. Et his apparet, quòd *contumacia* ſupponit *inobedientiam*.

9 Circà *rebellionem* autem non invenio Doctorem, qui eam diffiniat: ſed ex his, quæ ſcripſit *Bartolus*, (8) & ex ea *Gloſſa* cujuſdam Extravagantis Imperialis hanc deſcriptionem colligere poſſumus. *Rebellio eſt doloſa voluntas, expreſſa factis Subditi reſiſtentis mandatis Principis, contrà ipſius honorem, & fidelitatem.* Ex hâc autem deſcriptione apparet differentia, quæ eſt inter *inobedientiam*, *contumaciam*, & *rebellionem*. Si quidèm duæ priores conſiſtunt in omiſſione, quià ſic delinquens peccat tantùm non adimplendo præceptum Superioris, ſivè Judicis: qui verò *rebellionem* committit, delinquit crimine commiſſionis; non enim contentus eſt contemnere mandatum Superioris: ſivè Principis, ſed factis ſibi reſiſtit, ſe armando; milites conſcribendo; ſocios quærendo; Principis Officiales offendendo; ad ipſius hoſtes confugiendo; cum ipſis ligas faciendo; ſeditiones, ſeù conventicula, ad inducendos Vaſſallos ad defectionem, ſtruendo; & plura hujuſmodi, quæ videri poſſunt apud Jureconſultos.

10 Pariter *inobedientia* reſpicit Superiorem, ut Patrem; *contumacia*, ut Judicem; *rebellio* autem formaliter, ut ha-

G ben-

(1) *D. Thom. 2. 2. Quæſt. 104. Art. 2. in corp.*

(2) *D. Thom. Quæſt. 23. de Veritat. Art. 8. ad tert. Sylveſtr. V. Obedient. q. 12. Tolet. Summ. lib. 8. cap. 15. nu. 3. Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 2. nu. 5. Vaſq. Reginald. Mirand. apud Peyrin. de Subd. Quæſt. 1. cap. 4. V. Dico tertiò.*

(3) *Peyrin. de Subd. loc. cit. V. Ex quibus ſequitur.*

(4) *D. Bernard. lib. de diſpenſ. & præcept.*

(5) *Peyrin. de Subd. Quæſt. 9. cap. 2. V. Obedientiâ verò.*

(6) *cap. Ex literis. iunct. gloſ. in V. Contumaciter. de Dol. & contum. Sanct. de Pæn. cap. 6. quæſt. p. fol. 236.*

(7) *Gloſ. in cap. 2. de Dol. & contum. Hoſtien. Summ. Rubr. eo. tit. §. Qualiter deprehendatur.*

(8) *Bart. ad Extravag. Ad reprimendam ubi Gloſſ. in V. faciant. & in V. Rebellando.*

Digitized by Google

bentem juriſdictionem, ſeù de jure Divino, ut *Papa*, & Superiores Generales, & Provinciales Ordinum, qui, & ipſi de jure divino poteſtatem habent, ut dicunt Doctores, (9) ſivè de jure gentium, vel humano, ut Principes, & Domini ſæculares.

11 Quamvis autem ſtrictè accepto nomine *rebellionis*, ipſa non poſſit committi, niſi contrà *Imperatorem*, ut ſcribit *Bartolus* (10), vel *Papam*, ut docuit *Ancharanus*, & *Alexander* (11), non verò contrà Reges, vel alios inferiores Principes, ut alibi ſcripſit idem *Alexander*, (12) tamen latè ſumpto vocabulo, omnis defectio à ſuo Superiore poteſt dici *rebellio*. Vndè omnis, qui ſub alterius imperio, de jure conſtitutus, ab eodem *deficit*, ideſt deſinit eſſe ex ſeipſo ſub imperio illius, & hoſtis Domini conſtituitur, dicitur rebellare, ut ex textu, & *Gloſsâ* cujuſdam legis probat *Sanctorus*. (13)

12 Ex his ſequitur, quòd rebellio committi poteſt contrà Superiorem quemvis, etiam localem; Subditus enim de jure divino, (loquendo de Regularibus) ſubeſt Superiori, etiam locali, ratione voti obedientiæ, emiſsi in profeſſione, per quam Subditus obligatur imperio, non tantùm Superioris Generalis, ſed etiam Provincialis, ac localis. Imò, cum in quâdam Decretali (14), nomine *rebellis* veniat, qui Apoſtolico Delegato cōtumaciter non obedit; & in aliâ Decretali Conciliari (15), eodem nomine ſugillentur refractarii Monachis Viſitatoribus; convincitur, *rebellionem* committi poſſe, non tantùm contrà Superiores Ordinarios; ſed etiam contrà Delegatos.

13 Porrò *rebellio* dupliciter ſumitur, nempè largè, ſivè impropriè, & ſtrictè, ſivè propriè. largè, & impropriè eſt, quandò aliquis ſimpliciter mandato Principis non obedit, (16) ſtrictè verò, & propriè eſt, quandò quis facto doloſo machinatur aliquid contrà honorem, & fidelitatem, Principi debitam. Nàm, prout optimè ſcribunt Doctores poſt *Bartholum*, (17) *rebellare* aliud non eſt, quàm *reſiſtere*, & ex etimologiâ nominis eſt quaſi *contrà bellare*. Reſiſtentia autem poteſt conſiſtere in faciendo aliquid, contrarium Principi; & in non faciendo id, quod Princeps jubet; vndè, & *rebellio* deducitur propria, quæ conſiſtit in facto poſitivo, & impropria, quæ conſiſtit in negativo.

14 Multis autem modis committitur *rebellio* propriè dicta; nàm rebellis propriè dicitur, qui quocumque modo aliquid machinatur contrà honorem Principis. (18) Et qui juriſdictioni, & poteſtati Imperii ſuppoſitus ab ejus obedientiâ ſe realiter ſubtrahit, hoſtis animum aſſumit, & ſe Domino ſuo adverſarium parat. (19) Et qui ſubtrahit ſe ab habitatione in dominio ſui Principis, & ſe confert ad inhabitandum in locis hoſtium Principis. (20) Et qui dolo malo facit, ut aliquis Vaſſallus, ſe ſubtrahat à Principis obedientiâ. (21) Et qui procurat, ut Caſtrum ſuo Principi ſubiectum alteri ſubiiciatur, & hoc dolo malo. (22) Et qui tractat, ut Principe adveniente, illi obedientia non præſtetur. (23) Et qui impedit, quominùs Subditi recurſum habeant ad proprium Principem. (24) Et qui ſupradicta perpetrat, non ſolùm publicè, ſed etiam occultè. (25) Et qui contumaciter reſiſtit, aut aliquid machinatur contrà Rectores Provinciarum, ac alios Officiales *Imperatoris*, *Papæ*, aut Principis, (26) Et multis aliis modis hoc crimen committitur, quos qui videre vult, adeat *Farinacium*, (27) qui more ſuo copioſiſſimè materiam tractat.

15 Ut autem prò praxi Regularium perſonarum, prò quibus principaliter hæc ſcribimus, materiam iſtam clarificemus, exemplum demus de *inobedientiâ* ſimplici, *inobedientiâ* formali, quæ etiam dicitur *rebellio* largè, ſivè impropriè ſumpta; *Contumaciâ*; & *Rebellione* ſtrictâ, ſeù propriè dictâ,

16 Sit exempli gratia Guardianus, qui ſimpliciter, & purè directivè dicat laico; *vade ad abluendas ſcutellas*; laicus autem non vadat, erit ſimpliciter inobediens, & venialiter tantùm peccabit; Superior enim non intendit injungere formale præceptum; & materia injuncta eſt levis, proindè etiam culpa tranſgreſſionis levis eſt. Si autem Guardianus ait, *præcipio tibi per obedientiam, ut abluas ſcutellas*; & Guardianus mox abit, laicus verò non obediat, tunc iſte præceptum formale Superioris tranſgrediens dicitur formaliter *inobediens*, ſivè lato modo *rebellis*. Si autem Guardianus videns iſtius *inobedientiam*, in Capitulo culparum, ſivè in Refectorio coràm fratrum communitate renovat ibi idem præceptum, datis, ac ſervatis Canonicis intervallis; & laicus perſeverat in ſuâ *inobedientiâ*; tunc incidit in *contumaciam*. Si autem laicus iſte, ex odio contrà Superiorem concepto, & dolo malo, alios laicos Converſos adit, eos contrà Prælatum accendit, dicendo *illum eſſe laicorum inimicum, & velle illos ultrà fas gravare; proindè optimum eſſe, quòd omnes uniantur, & Coquus coquinæ, Quæſtor quæſtuationi, veſtiariæ officinæ Sartor, ac cæteri propriis officiis renuncient; nec Superiori obediant, imò ſcribant, contrà ipſum memorialia ad Superiores majores, & publicè intereà dicant, ſe nolle illum tanquàm Superiorem agnoſcere*, iſta erit

(9) *Roderic. Q. Q. Regul. Tom. 1. Quæſt. 17. art. 1. & 2. Sanctor. Comment. cap. 1. Stat. 6. § 1. Bordon. Tom. 2. Reſolut. 80. nu. 1.*

(10) *Bart. ad d. Extravag. Ad reprimendum. §. Rebellando. nu. 3.*

(11) *Ancharan. Conſ. 277. nu. 6. & Conſ. 349. nu. 7. Alexand. Conſ. 13. nu. 41. lib. 6.*

(12) *Alexand. Conſ. 103. in fin. ℣. Non obſtat. Tuſc. Concl. 44. num. 43. lit. R.*

(13) *l. Amiſſione iunct. Gloſſ. in V. Conferant. ff. de Cap. dimin. Sanct. de Pæn. cap. 6. Quæſt. 1. ℣. Reſpondeo. Bartolus. fol. 239.*

(14) *cap. Sanè. §. Ideoque. de Offi. & pot. Iud. Deleg.*

(15) *cap. final. Extra. de Stat. Monach.*

(16) *Abb. in cap. Sanè. 11. de Offic. Iud. Deleg. Dec. Conſil. 604. init. Guid. Pap. deciſ. 589. Ancharan. Præpoſ. Alexandrin. Decian. Natta apud Farinac. Quæſt. 113. nu. 72. & 73.*

(17) *Bart. in Extravag. Qui ſint rebell. in V Tenore. nu. 1. 3. & 4. Anchar. in Clement. Paſtoral. num. 4. Præpoſ. Alexandrin. in cap. In primis. §. De perſona. nu. 19. in fin. 2. q. 1. Socin. Conſ. 121. num. 2. lib. 4.*

(18) *Præpoſ. Alexandrin. in cap. In primis. §. De perſona. nu. 19. in fin. 2. q. p. Capyc. deciſ. 130. nu. 15. Iaſon. Conſil. 86. nu. 3. lib. 3. Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 32. num. 2.*

(19) *Oltrad. Conſ. 43. nu. 8. Grammat. deciſ. 6. Boer. Tract. de Sedit. q. 6. num. 15. Capoll. Conſil. crim. 17. nu. 30.*

(20) *Alex. Conſ. 13. nu. 6. & 7. lib. 6. Barbat. Conſ. 70. nu. 29. lib. 4. Maſil. Tract. de Bannit. in V. læſæ maieſtatis. num. 27. Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 33. nu. 10.*

(21) *Afflict. in Titul. Quæ ſint regal. in V. Et bona committentium. n. 92. text. in l. 4. ff. Ad leg. Iul. maieſt. Capyc. deciſ. 130. n. 9. Paris de Puteo de Syndic. Rubr. de Exceſſ. Baron. cap. 2. nu. 1.*

(22) *Foller. Pract. crimin. V. Item, quod commiſit crimen læſæ &c. n. 55. 56. & 76.*

(23) *Montel. Pract. Par. 4. nu. 339. Corrad. Rubr. de Crim. læſ. maieſt. nu. 2. Caſ. 34. & 35. Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 33. nu. 8. Natta Conſ. 596. nu. 6. Baiard. ad Clar. §. læſæ maieſt. nu. 2. ℣. 31.*

(24) *Io. de Plate. in §. Publica autem. Col. 1. ℣. Vel tractat ut obedientes. Inſtit. de Publ. iudic.*

(25) *Text. in Extravag. Qui ſint rebell. & ibi Bart. in V. Occultè. Præpoſ. Alexandrin. in cap. In primis. §. de perſona. nu. 19. in fin. 2. q. 1. Capyc. deciſ. 130. nu. 15.*

(26) *Text. in Extravag. Qui ſint rebell. ubi Bart. in V. Tenore. Alex. Conſ. 13. nu. 4. lib. 6. Barbat. Conſ. 70. nu. 29. Iaſon Conſ. 86. nu. 4. Ancharan. in Clement. Paſtoralis. nu. 7. de Sent. & re iudicat.*

(27) *Farinac. Quæſt. 113. per totam. & Quæſt. 112. nu. 140. & 142.*

Digitized by Google

erit *rebellio* ſtrictè, ac propriè dicta, quæ de directo impugnat Superioris honorem; ac jurisdictionem, & ſecùm involuit *conſpirationem*, ſeù *coniurationem*, de quibus ſuo loco dicemus.

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

17 *Superior in quâvis parte ſui Monaſterii poteſt exercere ſuam juriſdictionem.*
18 *Inobedientia, quomodò, probetur in precepto, cadente ſuper commiſſione.*
19 *Quomodò, & à quo probanda in precepto prohibitivo.*
20 *Probatio contumaciæ facilis.*
21 *De probatione Rebellionis, remiſſive.*

17 FAcilis eſt probatio criminis *inobedientiæ*, ac *contumaciæ*; nam licèt Prælatus in quacunque parte, ſivè loco ſui Monaſterii poſſit ſuam juriſdictionem exercere, ut probat *Abbas* (28), tamen conſuetudo obtinuit, quòd Superior, ſivè localis, ſivè Provincialis, ſivè etiam Generalis coràm Fratribus congregatis in Capitulo, ſeù Refectorio ſuam juriſdictionem exerceat, pœnitentiando, aut formale præceptum obedientiæ iniungendo. Si igitur Superior formale præceptum iniungit, cum hoc regulariter, ut dictum eſt, fiat coràm Fratribus congregatis, erit notorium facti, quod probatione non eget.

18 Poteſt autem præceptum cadere, aut ſuper commiſſione, aut ſuper omiſſione; nempè poteſt Superior præcipere Subdito, ut aliquid faciat; puta, ut in pœnam defectus commiſſi, ſe publicè flagellet; aut ſcutellas lavatum vadat: & poteſt præcipere, ut aliquid omittat, ut nè noctu per viridarium vadat. In primo caſu, ſi Subditus inobediens eſt, ejus crimen conſiſtit in negativo, puta, in non faciendo, quod præceptum fuit fieri; undè probatio iſtius delicti, cum conſiſtat in ſimplici negatione, non facienda eſt à Superiore, negativa enim ſimplex improbabilis eſt, ut diximus aliàs (29); & Superior habet prò ſè præceptum publicè intimatum; proindè ſpectat ad Subditum probare factum à ſe, ad executionem præcepti; quod ſi non probet, jàm conſtat de *inobedientiâ*.

19 Si autem præceptum cadat ſuper omiſſione, crimen probandum eſt à Prælati fiſco; nàm quià, cum negativa vaga improbabilis ſit, ut dictum eſt, non debet Subditus probare, ſe non feciſſe, quod juſſus fuit non facere; ſed viceversâ debet Superior probare Subditum feciſſe, quod prohibitus fuit facere.

20 Facilis porrò evadit *contumaciæ* probatio, ſivè judicialiter, & ſcripto procedatur; ſivè, ut aſſolet inter Regulares in præceptis ferendis, Superior ſinè ſcripto procedat. Si enim in *contumaciam* quis incidit, eò quià Judici præcipienti parere non vult, aut non comparendo, aut aliquid, ſibi iniunctum nòn præſtando in tempore ſibi præſcripto; tempore elapſo, accuſatur *contumaciæ*, quæ ex actis concludenter remanet probata. Si verò eſt *contumacia* in non obediendo Superiori, qui, vel pœnitentiam, vel aliud opus Subdito impoſuit, *contumacia* eſt notoria, eò quià præceptum, coràm totâ Religioſorum Communitate à Superiore iniungitur, & coràm eâdem Subditus pertinaciter obedire renuens contumaciam prodit.

21 Quò ad probationem *rebellionis*, de hâc tractabimus infrà, cum loquemur de crimine *læſæ majeſtatis*, cujus rebellio eſt ſpecies.

## Pœnæ.

### *SVMMARIVM.*

22 *Eccleſiaſticæ poteſtati quilibet homo eſt ſubiectus.*
*Præcepta in re gravi tranſgrediens peccat mortaliter.*
*Inobediens Epiſcopo de jure antiquo erat infamis, & interdictus.*
*Et aliquandò à Dæmone obſidebatur.*
23 *Contumaces Iudici Eccleſiaſtico excommunicantur.*
*Cenſuræ ſunt introductæ, ad compellendos fideles ad obedientiam Eccleſiæ.*
24 *In causâ criminali, in ordine ad contumaciam ſpecialia habentur.*
25 *Contumacia in foro laico Mediolanenſi, quomodò puniatur.*
26 *Contumax condemnatur ad pœnam criminis, de quo eſt inquiſitus.*
*Contumax habetur prò confeſſo.*
*Contumacia Rei poteſt ab aliis cauſis provenire, quàm à delicto commiſſo.*
27 *Reus non condemnatur in contumaciâ, niſi præceſſerint delicti indicia legitima.*
28 *Quæ requirantur, ut aliquis poſſit ſententiari, ut contumax.*
*Terminus competens ad comparendum, quis ſit.*
*Terminus legalis ad comparendum eſt 20. milliarium prò quâlibet die.*
*Terminus nimis brevis invalidat citationem.*
*Locus, quomodò non dicatur tutus.*
*Delegatus in libello citationis debet docere de ſuâ delegatione.*
*Iudice, qui citavit, mortuo, novus Iudex debet citare Reum, aliter non poteſt eum ſententiare ut contumacem.*
29 *De jure Canonico, quid requiratur, ad hoc, quod aliquis damnetur ut contumax.*
30 *De conſuetudine aliter ſervatur.*
31 *De pœnis rebellium, remiſſivè.*
32 *De pœnis Regularium inobedientium, contumacium, ac rebellium, remiſſivè.*
33 *Statutum primum Ordinis Minorum de obſervantiâ contrà inobedientes.*
34 *Statutum ſecundum.*
35 *Statutum tertium.*
36 *Statutum quartum.*
37 *Statutum quintum.*
38 *Statutum ſextum.*
39 *Statutum ſeptimum.*
40 *Statutum octavum.*
41 *Statutum nonum.*
42 *Statutum decimum.*
43 *Statutum undecimum.*
44 *Statutum duodecimum.*
45 *Dubitatio prima.*
46 *Præceptum formale Superioris, quamvis videatur eſſe de re levi, debet ſub mortali exequi.*
*Præceptum formale latum per modum ordinationis tranſgrediens eſt carcerandus.*
47 *Dubitatio ſecunda.*

(28) *Abb. in cap. Si quis contrà nu. 54. de For. compet. & in cap. Cum contingat nu. 53. eo. tit.*
(29) *Par. p. Tit. Accuſatio num. 27.*



Digitized by Google

48 *Statutum ſecundum eſt intelligendum de rebellione ſtrictè ſumptâ.*
*Semel diſpoſita in Statuto, aliquandò ad majorem declarationem repetuntur.*
49 *Dubitatio tertia.*
50 *Modi, quibus poteſt quis Superiori Generali eſſe rebellis, & ut talis puniri.*
*Generalis Superior in Religione eſt Princeps.*
51 *Rebellio in Generalem eſt, quæ attentatur per viam facti, non autem juris.*
52 *Contrà Generalem poteſt haberi recurſus ad Papam.*
53 *Modi quibus facto attentatur contrà Generalem rebellio.*
54 *Dubitatio quarta.*
55 *Pœna non acceptantium Commiſſarios, miſſos à Generali.*
56 *Dubitatio quinta.*
57 *Opinio Sanctori.*
*Dictio* qui, vel quibus, *quid importent.*
58 *Impugnatur opinio Sanctori.*
*Religio non renunciavit privilegio abſolvendi à Cenſuris Papalibus, niſi in caſibus expreſſis in Statutis.*
59 *Prælati Ordinis Minorum de Obſervantiâ poſſunt abſolvere à Cenſurâ contrà rebellantes Generali.*
60 *Dubitatio ſexta.*
61 *Dictio* ejuſmodi, *quid importet.*
*Solvitur dubitatio.*
62 *Concordantur Statuta.*
63 *Oſtenditur Statuta non eſſe ſuperflua.*
64 *Error Sanctori circà pœnam inobedientiæ.*
65 *Refellitur opinio Sanctori.*
*Obedientia fundamentum vitæ Regularis.*
66 *Oſtenduntur in Statutis pœna contrà inobedientiam, largè, & ſtrictè ſumptam.*
67 *Dubitatio ſeptima.*
68 *Eâdem pœnâ puniuntur rebelles Commiſſariis Provincialium, ſicut Provincialibus ipſis.*
69 *Dubitatio octava.*
70 *Pœnæ antiquorum Statutorum auctæ ſunt contrà rebelles in Generalem, & Provinciales.*
71 *Dubitatio nona.*
72 *De quibus Vicariis Statutum intelligatur.*
73 *Dubitatio decima.*
74 *De intelligentiâ Statuti, remiſſivè.*
75 *Contumax itâ eſt renuens impoſitam pœnitentiam, ſicut quodvis aliud præceptum.*
76 *Statutum contrà renuentem pœnitentiam latum eſt, exemplariter.*
77 *Opinio Sanctori.*
78 *Impugnatur talis opinio.*
*Iudex ſuam juriſdictionem exercet in quocunque loco Provinciæ ſibi commiſſæ.*
*Superior localis ſuam auctoritatem exercet in quocunque loco ſui Conventus.*
79 *Confirmatur concluſio ab abſurdo.*
80 *Roboratur itidem ex Statuto.*
81 *Colorata excuſatio prò Sanctoro.*
82 *Reiicitur excuſatio.*
83 *Dubium proponitur.*
84 *De hoc, remiſſivè.*
85 *Dubium undecimum.*
86 *Opinio Sanctori.*
87 *Reiicitur Sanctorus.*
*Trina monitio ſemper neceſſaria antè declarationem contumaciæ.*
88 *Contumacia non datur ſinè citatione, & monitione Canonicâ.*
89 *Omnes Prælati inferiores Generali debent ſequi conſilium Diſcretorum in carcerando contumaci.*
*Generalis, quarè non alligatur tali conſilio petendo.*
*Iudex poteſt punire injuriam ſibi factam ratione officii.*
90 *Sententia ſemper eſt ferenda in judicio, etiam ſummariſſimo, & facto notorio.*
*Carcer ob contumaciam non poteſt dari à Provinciali ſinè conſenſu Diffinitorum.*
91 *Poſſunt ad talem carcerationem adhiberi prò conſilio alii Patres.*
92 *Dubitatio duodecima.*
93 *Contumax eſt, qui per diem naturalem perſeverat inobediens.*
94 *Dies naturalis prò inobedientiâ contumaci computandus eſt de momento ad momentum.*
*Non obſervans tempus legis non obſervat formam legis.*
*Actus eſt nullus, non ſervato tempore, & formâ legis.*
*Recedere à formâ legis eſt recedere à lege.*
95 *Dubitatio tertiadecima.*
96 *Contumacia, quomodò ex uno ſolo actu poſſit colligi.*
97 *Dubitatio quartadecima.*
98 *Si Diſcreti non conſulunt carcerationem contumacis, deveniendum eſt ad Excommunicationem.*
99 *Dubitatio quintadecima.*
100 *Reſipiſcens intrà 24. horas ab inobedientia nequit carcerari ut contumax.*
101 *Debet tamen prò inobedientiâ puniri à Provinciali.*
102 *Dubitatio ſextadecima.*
103 *Clauſula appoſita in lege, ſi non eſt exemplificativa, reſtringit legem.*
*Excommunicatio contrà reſiſtentes Commiſſariis, eſt contrà eos, qui ſe opponunt, nè recipiantur.*
104 *Dubitatio decimaſeptima.*
105 *Conciliantur Statuta.*
106 *Commiſſarii, quibuſnam Prælatis comparentur.*
107 *Delegatus comparatur perſonæ Delegantis.*
108 *Dubitatio decima octava.*
109 *Rebelles, qui ſint.*
*Inſidiari, quandò quis dicatur.*
110 *Rebellio in Commiſſarium publica, quandò ſit.*
111 *Rebellio in eundem occulta, quomodò committatur.*
112 *Dubitatio decimanona.*
113 *Opinio Sanctori.*
114 *Pœnæ contrà mutantes diſpoſita à Commiſſariis tangunt ſolos Miniſtros Provinciales.*
115 *Dictio* quiſquis, *&* quiſquam *quid importet.*
116 *Dictio* quiſquis *poſita in Brevi Gregorii XIII. refertur ad Provinciales.*
117 *Confirmatur poſita concluſio.*
118 *Dubitatio vigeſima.*
119 *Peyrini opinio, quod Superior quivis Ordinarius, aut delegatus poſſit recuſari, ut ſuſpectus.*
120 *In viſitatione paſtorali, ſeu foro paterno nullus Superior poteſt recuſari ut ſuſpectus.*

22 Quid

22 QUià Eccleſiaſticæ poteſtati, juxtà Canones (29), omnes fideles ſubjecti ſunt; hinc eſt, quòd etiam omnes quàvis dignitate fulgentes, tenentur Eccleſiaſticis Superioribus obedire. Speciali autem vinculo tenentur Clerici Epiſcopis obedire, maximè dùm in ſacris Ordinibus ſunt conſtituti; in eorum enim ordinatione Epiſcopo ſuo promittunt obedientiam, ac reverentiam. Hinc eſt, quòd tranſgredientes in re gravi præcepta Eccleſiaſtica peccant mortaliter, (30) & juxtà Canones antiquos (31), inobedientes Epiſcopis, tàm Clerici, quàm laici Principes erant infames, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. Imò aliquandò à Dæmone obſidebantur, ut habetur in alio Capitulo. (32) Hæc autem accipienda ſunt de inobedientibus ſimpliciter præceptis Eccleſiaſticis.

23 *Contumacia* autem, quià inobedientiæ aliquid addit, puta, contemptum mandati Superioris, graviori pœnâ vapulat. Si enim aliquis, ſivè Clericus, ſivè Laicus, poſt canonicam monitionem, puta, aut trinam, aut unam, prò tribus, non adimplet Superioris Eccleſiaſtici mandatum, præſtando, quòd ipſe juſſit, aut omittendo, quod vetuit, mucrone excommunicationis, quo in Eccleſiâ nihil eſt terribilius, percellitur; imò cenſuræ Eccleſiaſticæ, ad hoc ſolùm inventæ ſunt, ut inobedientium fidelium *contumacia* compeſcatur. (33)

24 Quadrant autem modò dicta, in *contumaciâ* in causâ, tùm civili tùm criminali. Sed in criminali aliud ſpecialius habetur in ordine ad *contumaciam* in quibuſvis foris Laicis, Eccleſiaſticis ſæcularibus, ac Regularibus.

25 In foro enim laico (quidquid ſit de jure communi), de generali conſuetudine, Reus citatus ſolemniter, & non comparens, in pœnam contumaciæ bannitur, & condemnatur pœnâ debitâ delicto, de quo fuit inquiſitus. Quòd, ſi delictum fuerit ex illis, prò quibus veniat bonorum confiſcatio; transmiſsâ inquiſitione, deſcribuntur bona, & apud idoneum virum deponuntur; & damnato Reo in *contumaciâ*, prout dictum eſt, ſi ipſe infrà annum à latâ ſententiâ compareat, ſolet per Senatum admitti ad defenſiones, quibus ſi ſe probet innocentem, abſolvitur à condemnatione, & bona ſua recuperat, non obſtante horum deſcriptione, & ſententiâ latâ. Si verò compareat poſt annum, & admiſſus, ut præfertur, per Senatum ſe defenderit, ac innocentiam probaverit, liberatur quidèm à pœnâ corporali, non tamen recuperat bona deſcripta, quæ remanſerit confiſcata; & hoc in pœnam *contumaciæ*. Hæc autem conſuetudo ſervatur in dominio *Mediolanenſi* juxta diſpoſitionem municipalem *Novarum Conſtitutionum*, de quibus videndus *Clarus* (34).

26 Porrò generalis conſuetudo totius Italiæ eſt, quòd in quovis Crimine Reus contumax condemnetur pœnâ debitâ crimini, de quo imputetur; (35) Quantumvis enim crimen non plenè probatum ſit; tamen contumax habetur prò confeſſo; (36) & ſic ex contumaciâ videtur probatum, Rei confeſſione, delictum. Benè autem dicit *Clarus* (37), quòd hæc concluſio, quòd contumax habeatur prò confeſſo, ſubſiſtat per auctoritatem Statutorum, ità diſponentium, quæ velint hoc modo punire *contumaciam*; cæterùm rationabiliter non poteſt ex ſolâ *contumaciâ* in non comparendo concludi, quòd aliquis ſe Reum confiteatur; nàm, ut aliàs (38) diximus, *contumacia* poteſt oriri, non ex conſcientiâ admiſſi criminis, ac metu pœnarum; ſed ex potentiâ Accuſatoris, aut falſitate Teſtium; aut inimicitiâ Judicis, ob quæ ſibi timens, inquiſitus comparere noluit, nè contrà fas gravaretur.

27 Notandum tamen, quòd non ex ſolâ, & purâ *contumaciâ* in non comparendo, fertur ſententia contrà Reum; ſed requiritur, quòd præceſſerint indicia legitima delicti, juxtà Doctores. (39) Et ſi quæretur, quæ nam in hoc caſu dicenda ſint indicia legitima, reſpondet *Clarus* (40), eſſe ea, quæ ſufficiunt ad traſmittendam contrà Reum inquiſitionem, & eum conſtituendum in examine.

28 Porrò multa requiruntur, ut aliquis verè declarari poſſit contumax, & contrà eum proferri ſententia. Primò oportet, quòd Judex committat citationem, (41) & hoc, die juridico, nàm in feſtivo non tenet. (42) Secundò requiritur, quòd fiat relatio per Nuncium, qui citationem affixit, aut præſentavit. (43) Tertiò requiritur, quòd forma tradita à Judice in commiſſione ſervetur. (44) Quartò; debet in citatione aſſignari terminus præfixus, ad comparendum, qui terminus debet eſſe competens; competens autem dicitur terminus aſſignatus à Statutis, aut conſuetudine tribunalis, dum Reus eſt in Civitate, in quâ judicium exercetur; ſi autem diſtat à loco judicii terminus, competens erit terminus legalis, nempè unius diei; prò vigeſimo quoque milliari, juxtà legum (45) præſcriptum. Quod, ſi terminus nimis anguſtus (attentâ loci diſtantiâ) eſſet aſſignatus, citatio eſſet, ipſo jure nulla, & conſequenter *contumacia* inefficax ad ſuſtinendum actus deſuper fundatos, ut multi (46) ſcribunt. Quintò; requiritur, quòd locus, ad quem citatur, ſit Reo tutus; (47) dicitur autem non tutus locus, vel propter inimicitiam; aut bellum; peſtem; aut aeris intemperiem, (48) aut inſidias latronum in viâ, & ſimilium. Sextò; requiritur, quòd, ſi ille, qui citationem committit, ſit Judex delegatus, in citatione inſerat tenorem ſuæ delegationis, aliàs citatus comparere non tenetur, & *contumacia* non contrahitur. (49) Et quatenùs Judex, qui citavit, moriatur, aut decedat ab officio, & novus Judex velit ad ſententiam contrà contumacem procedere, oportet, quòd de novo ipſum citet, datis debitis intervallis ad comparendum. (50)

29 De

(29) *cap. Duo ſunt. 96. diſt. Gloſſ. in cap. Si autem. 11. cau. 11. q. 3.*
(30) *Tolet. Tract. de Sept. peccat. mortal. cap. 20. nu. 2. in fin.*
(31) *text. in cap. Si autem. & in cap. Si quis verò. 11. queſt. 3.*
(32) *text. in cap. Abſit. 11. q. 3. juncta gloſ. final. in V. Dæmonum.*
(33) *arg. cap. Corripiantur. 24. q. 3.*
(34) *Nov. Conſtit. Mediolanen. lib. 4. de Accuſat. V. Rei carceribus. §. Pari modo. Clar. Quæſt. 44. V. Sed hodie.*
(35) *Gandin. Alberic. Vital. apud Clar. l. cit. V. licet autem. Flamin. Chartar. de Execut. ſentent. cap. 1. nu. 9. 10. & 11.*
(36) *Bald. in l. licet. C. de Procurat. Menoc. Conſ. 68. num. 16. Barbos. Repert. iur. V. Contumacia*
(37) *Clar. d. Quæſt. 44. V. Dictum eſt*
(38) *Par. p. Tit. Reus. num. 46.*
(39) *Plot. Afflict. Farinac. Flamin. Chartar. Scaccia. Matthæu. apud Raynald. Obſer. crim. lib. 3. cap. 33. §. 1. nu. 23.*
(40) *Clar. Quæſt. 44. V. Quæro nunquid*
(41) *l. final. C. de Exhib. re.*
(52) *Muta ſup. rit. 259. nu. 44. Sanfælic. deciſ. 141. nu. 2.*
(43) *Bald. in l. 2. in 5. notab. C. de Sportul. Franch. in cap. Cum parati. col. penult. de Appell.*
(44) *Farinac. Foller. apud Petra. Magn. Cur. Rit. 94. nu. 7.*
(45) *text. in l. p. ff. Si quis caut. Gloſſ. in cap. Nonnulli. in V. Ultra duas dict. de Deſcript.*
(46) *Odd. Rolan. Burſet. Aym. Bald. Peregrin. Caravit. Vant. Sanfælic. apud Raynal. lib. 3. cap. 34. §. 19. nu. 24.*
(47) *Farinac. Quæſt. 11. n. 55 Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. p. n. 112.*
(48) *Clar. Quæſt. 34. V. Allegatur. Baiard. ibi. num. 31.*
(49) *arg. text. in cap. Præterea. de dilation. Authen. Qui ſemel. C. Quomodo, & quando Iud. Raynal. lib. 3. cap. 32. §. 4. nn. 53.*
(50) *Salgad. de Reg. prot. Par. 3. cap. 9. nu. 206. & Par. 4. cap. 5. n. 8. Solorzan. de Iur. India. Tom. 2. lib. 2. cap. 29. nu. 73. Ricc. Par. 7. Collect. 3182.*

Digitized by Google

29 De jure autem Canonico, in cauſis criminalibus non poteſt contrà contumacem proferri ſententia diffinitiva damnationis; nec haberi prò convicto in abſentiâ, niſi citatus, & non comparens, Excommunicatus denuncietur, & per annum in excommunicatione inſorduerit, ut ex *Abbate*, *Claro*, & *Diaz* ſcribit *Theſaurus*. (51)

30 Licèt autem hoc ſit de jure, tamen de conſuetudine contrarium ſervatur, non minùs enim, ac in foro laico, in tribunalibus Eccleſiaſticis contrà contumacem, expiratis terminis fatalibus, citatur denuò Reus ad audiendam ſententiam, & contrà eum diffinitivè ſententiatur.

31 Quantùm ad pœnas contrà Rebelles, cum illæ eædem ſint cum illis, quæ feruntur contrà Reos de crimine læſæ majeſtatis, de illis loquemur infrà, cum do illo delicto agemus.

32 Quantùm verò ad pœnas, quæ incutiuntur Regularibus, delinquentibus *inobedientiâ*, *contumaciâ*, ac *rebellione*, videndæ ſunt peculiares Ordinum Conſtitutiones; Nobis *Minoribus de Obſervantiâ*, tùm *Regulari*, tùm *Strictiori*, ſequentia præſcribuntur Statuta.

33 1 *Qui Generali Minorum, aut Commiſſario item Generali non obedierit, trimeſtri carceris pœnâ; vel graviori etiam puniatur.* (52)

34 2 *Qui verò eiſdem rebellaverit, aut verbis iniurioſis, vel irreverentibus illos, aut eorum alterum publicè affecerit; is quocunque ſuffragiorum jure, ſexennio, careat; ac ſemeſtris carceris pœnâ, vel graviori etiam, prò qualitate delicti puniatur.* (53)

35 3 *Qui in Provincialem Miniſtrum, vel Commiſſarium crimina ejuſmodi admiſerit, & carceris pœnâ, & ſuffragiorum privatione puniatur, Generalis arbitratu.* (54)

36 4 *Qui verò in Guardianum, vel Vicarium, aut quempiam graviorem Patrem, ut ſuprà, deliquerit, Provincialis arbitratu puniatur, prò delicti qualitate.* (55)

37 5 *Qui autem pœnitentiam per locorum Superiores ſibi impoſitam, & iniunctam agere, vel ſubire renuerit, de Diſcretorum conſilio, & aſſenſu, etiam trinâ monitione non præmiſsâ, carceri mancipetur, pròut opportuniùs videbitur.* (56)

38 6 *Auctoritate Apoſtolicâ etiam cavetur ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ, à qua, præter quàm in mortis articulo abſolui non poteſt, niſi à Romano Pontifice; nec non ſub privationis perpetuæ omnium officiorum Ordinis, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque in poſterum obtinenda, vociſquè, tàm activæ, quàm paſſivæ, eo ipſo, incurrendis pœnis, nè quis Provincialis, aut Guardianus, vel cujuſcunque alterius gradus Religioſus, aut Religioſa noſtri Ordinis Commiſſariis à Generali Miniſtro ad viſitandas Provincias miſſis reſiſtere, nec eis ſe opponere, aut contradicere, ſeù ſe rebellem exhibere, ipſos quâcunque de causâ, vel quæſito colore non recipiendo, audeat, vel præſumat.* (57)

39 7 *Pœna, contrà inobedientes ſtatuta eſt carceratio, & conſequenter actuum legitimorum privatio, ſi inobediens, debitè monitus in contumaciâ perſeverat. Dicitur autem contumax, quandò trinâ monitione eadem die, congruis intervallis præmiſsâ, per diem naturalem inobediens exiſtit: vel quandò, ità pertinaciter recuſaverit, ut de Diſcretorum conſilio, carceribus mancipari debere videatur.* (58)

40 8 *Contumax, (ideſt, qui trinâ monitione, eodem die, congruis intervallis præmiſsâ, inobediens perſeverat, vel qui, ità pertinaciter obedire recuſat, ut de Diſcretorum conſilio carceribus mancipari mereretur) eſt carcerationis pœnâ plectendus, & conſequenter actibus legitimis privandus.* (59)

41 9 *Qui Provinciali, Guardiano, aut Vicario rebellaverit, omni ſuffragiorum iure carere, triennio, debet.* (60)

42 10 *Qui Generali, vel Commiſſario, ab eo miſſo ad viſitandam Provinciam rebellaverit, Excommunicationis, Sanctiſſimo reſervatæ pœnam ſtatim incurrit, ac privationem ſuffragiorum, officiorum Ordinis, & perpetuam inhabilitatem ad illa.* (61)

43 11 *Quicunque Provinciali Miniſtro, Guardiano, aut Vicario rebellaverit omni ſuffragiorum iure triennio careat. Qui Commiſſario à Generali miſſo reſiſtere, opponere, aut contradicere, ſeù ſe rebellem exhibere auſerit, vel præſumpſerit, ipſo facto Excommunicationis pœnam incurrat, à qua non niſi à Sanctiſſimo Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo abſolui poſſit: nec non privationis perpetuæ Officiorum Ordinis, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque in Ordine exercenda, ac vocis tàm activæ, quàm paſſivæ, eò ipſo incurrendis pœnis Conſtitutione Apoſtolica illatis afficiatur. Quibus etiam & omnibus, & ſingulis ſubiaceat, ac prætereà ſemeſtri carceri mancipetur; qui Generali ipſi rebellaverit.* (a)

44 12 *Quòd ſi quis auſu temerario Commiſſario Viſitatori contradicere, non obedire, aut ſe rebellem exhibere tentaverit; aut ejus mandata, ordinationes, & decreta exequi neglexerit, aut etiam contempſerit, is pœnas ſuperiùs contra rebellantes ſtatutas, eo ipſo, incurrat.* (b)

45 Circà primum Statutum, poſitum ſuprà *num.* 33, dubitatur primò, an pœna Carceris debetur, quandò Religioſus eſt inobediens Generali Miniſtro, Vicario, aut Commiſſario, non ſervando præceptum illius poſitiuum, aut negativum, publicatum per modum ordinationis?

46 Reſpondeo, quòd, quandò Prælatus, ex juſto motivo, ac fine rationabili, & ſub formali præcepto obedientiæ aliquid præcipit, quamvis ſit de re, quæ videatur Subdito levis; tamen iſte tenetur ſub mortali obedire, pròut dicunt Doctores poſt *D. Thomam* (62); Quod autem præceptum intimetur univerſaliter omnibus, & quibuſcumque per modum ordinationis, & ſcripto, perindè eſt, ac quandò idem oretenùs, ac alicui, in particulari intimetur. Sequitur igitur, quòd, ſi Prælatus in tenore ordinationis exprimat, ſe illud jubere in virtute obedientiæ; tranſgrediens mortaliter peccat, quià verè inobediens eſt; ut proindè pœna ſtatutaria Carceris ipſi veniat infligenda.

47 Secunda dubitatio, circà ſecundum Statutum, poſi-

(51) *Abb. in cap. Veritatis. num. 21. de Dolo, & contum. Clar. Quæſt. 44. §. licet autem. Diaz cap. 118. nu. 4. apud Theſaur. Verb. Inſordeſcentia. num. 3.*
(52) *Valliſolet. 1593. Tit. De obedient. ℣. Qui Generali.*
(53) *Valliſolet. loc. cit. ℣. Qui verò.*
(54) *Valliſolet. loc. cit. ℣. Qui Provinciali.*
(55) *Valliſolet. loc. cit. ℣. Qui verò.*
(56) *Valliſolet. loc. cit. ℣. Qui autem*
(57) *Valliſolet. loc. cit. ℣. final.*
(58) *Valliſolet. Tit. de Pœna contr. inobedien. & contum.*
(59) *Text. Tit. Apolicatio. §. 12.*
(60) *Text. loc. cit. §. 21.*
(61) *Text. loc. cit. §. 52.*
(a) *Valliſolet. Tit. de Rebellantibus.*
(b) *Valliſolet. Tit. De Fratrib. coram Commiſſ. Viſitat.*
(62) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. art. 9. in corp. Valent. Caietan. Sanchez, leſſ. Azor. Panormit. apud Peyrin. de Subd. Quæſt. 1. cap. 5. §. 3. ℣. Dico primo.*

Digitized by Google

poſitum ſuprà *num.* 34. eſt, de quà rebellione ſit intelligendum Statutum, puta, àn de rebellione largè, aut ſtrictè acceptâ?

48 Reſpondeo, quòd, ut diximus ſuprà *num.* 13, *rebellio*, lato modo accepta idem eſt, ac *inobedientia*. Cum autem de pœnis *inobedientiæ* diſponatur in primo Statuto, ut viſum eſt, otioſa eſſet, & ſuperflua repetitio in hoc ſecundo Statuto, quod in lege non admittitur. Proindè Statutum intelligendum eſt de *rebellione* ſtrictè, & propriè ſumptâ. Et quamvis, aliquandò in lege, vel Statuto, ſemel diſpoſitum, etiam per verba inculcata, idem importantia, diſponatur ad majorem declarationem, ut habet quædam *Gloſſa* (63), in hoc caſu tamen talis concluſio non poteſt habere locum; ſi quidèm in primo Statuto datur pœna carceris trimeſtris; in ſecundo autem carcerationis ſemeſtris; & cum idem crimen diverſis pœnis non vindicetur; hinc eſt, quòd in primo Statuto decernatur pœna *inobedientiæ*, ſivè *rebellionis* latè ſumptæ, quod idem eſt; in ſecundo autem pœna *rebellionis* ſtrictè ſumptæ.

49 Tertia dubitatio ad idem Statutum eſt, quomodò, aut quandò Subditus contrà Generalem rebellare dicatur, ut locus ſit pœnæ, in Statuto prædicto latæ?

50 Reſpondeo, quòd in quodam Canone (f) puniendus excommunicatione dicitur quidam Archidiaconus, qui *contrà fidem homagii præſtiti, ac debitam reverentiam, Epiſcopum ſuum eſſe Dominum, negaſſe, vel in foro ſæculari depoſuiſſe contrà eum ſuper rebus ſpiritualibus quæſtionem; aut tàm invaſori Epiſcopi, & ſociorum ejus, quàm fratri ejus, vel complicibus ſuis cauſam, vel conſilium præbuiſſe dicebatur*. Ex quo Canone elicere debemus modos, quibus Subditus, Generali reſiſtens poteſt declarari rebellis, & ut talis puniri. Nàm quandò Subditus Religioſus facit actus contrà perſonam, juriſdictionem, honorem, ac Officium ſui Generalis, tunc contrà ipſum rebellat, & eſt locus pœnæ ſtatutariæ. Generalis enim in Religione eſt Princeps, ut aliàs (64) diximus, & quantùmvis ejus Subditi non ſint ipſius Vaſſalli, nec illi præſtiterint juramentum fidelitatis; nec feudum ab eo habeant; nec propriè ad hoſtes confugiant; aut in Generalem arma capiant; in quibus actibus, rigorosè loquendo conſiſtit *rebellio*, tamen, ut optimè advertit *Sanctorus*, (65) quià voverunt obedientiam, quæ eſt major fidelitate; & proprium arbitrium voluntati illius alligarunt, optimè attentando aliquid, contrà perſonam, honorem, Officium, aut juriſdictionem Generalis, contrà illum dicuntur rebellare. Undè ex analogiâ delictorum Archidiaconi in proprium Epiſcopum, quæ recitantur in ſupradicto Canone, à quo haberi pœnas, contrà Clericos rebellantes in proprium Epiſcopum, ſcribit *Cardinalis de Lauræa* (g) venari poſſumus modos, quibus Subditus Religioſus poſſit eſſe in proprium Generalem rebellis.

51 Tamen advertendum eſt, quòd actus iſti, per quos inducitur contrà Generalem *rebellio*, ſunt, qui attentantur per viam facti, non autem juris. Non enim parificatur Generalis *Papa*, *Imperatori*, aut Principi, non recognoſcenti alium, temporalem ſuperiorem; ille enim habet ſuprà ſe Superiorem, à quo poteſt puniri, exauctorari, ſuſpendi &c. Sequitur ergò, quòd, ſi contrà *Papam, Imperatorem &c.* incurritur *rebellio*, quovis modo attentando contrà ipſius dignitatem, dominium &c, non tamen eſſet *rebellio*, ſi contrà Generalem quis ageret, curando, ut à *Papa* deponeretur ab officio, agendo per viam juris, accuſando eum de aliquo crimine, quòd verè comiſiſſet.

52 Quàmvis Princeps, Superiorem non agnoſcens, ſit aut ineptus regimini, aut Reipublicæ parùm utilis, vel etiam poſitivè perniţioſus, non tamen poteſt Subditus agere, ut Principatu privetur, aut quid contrà ejus dignitatem fiat, aut de medio tollatur; cum enim Superiorem in terris non habeat, niſi Deum; à Deo tantùm petendum eſt remedium; & interim, ut dicebat *Tacitus ferenda ſunt Regum ingenia*. Undè quidquid & quovis modo attentatur, contrà talem Principem, conſtituit attentantem rebellem. Non ſic autem eſt, cum Generali, qui *Papam*, ac *Sacram Cardinalium Congregationem* ſuprà ſe habet: ſi enim Generalis eſſet Ordini perniciosſus, & quis recurreret ad *Papam*, ut ille officio privaretur, iſte nullo modo eſſet rebellis. Similiter ſi aliqua Provincia, Conventus, aut Frater particularis eſſet poſitus in oculis Generalis, à quo rationabiliter timerentur injuſtæ oppreſſiones, poteſt quilibet habens intereſſe in Provinciâ, Conventu, aut perſonâ, curare apud *Sac. Congregationem*, aut *Papam*, ut Generali, reſpectu illorum, coarctaretur juriſdictio, nè poſſet liberè in illa deſævire; hoc enim non excedit modum naturalis defenſionis, quo præcaventur damna, quæ probabiliter timentur futura.

53 Sequitur ex his, quòd *rebellionem* concludant actus illi tantùm, qui ſunt per viam facti, & contrà Generalis auctoritatem &c. ut potè, ſi quis ſeditioſa ſcripta contrà Generalem componeret, in quibus probaretur, eum fuiſſe ſimoniacè electum, & proindè non eſſe illi obediendum: ſi aliquis conſpirationem, aut conjurationem, contrà illius vitam, aut famam machinaretur: ſi recurſus haberetur ad Principem laicum, curando, ut ſub colorato prætextu rationis ſtatus, mandata Generalis, ut potè ex Natione inimicâ Principi, non reciperentur; aut nè Commiſſarii, ab eo quoquomodo deſtinati, admittantur, niſi patentes ſint priùs à Regiis Miniſtris approbatæ; aut abſolutè repellantur, ut optimè habet *Sanctorus*. (66) & centum ſimilia.

54 Quarta dubitatio circà idem Statutum eſt, An aliæ pœnæ, ultrà carcerem ſemeſtrem, ſancitæ ſint contrà rebellantes Superiori Generali?

55 Reſpondeo, quòd, ut conſtat ex *Textu*, recenſito ſuprà *num.* 42. & Statuto *Valliſoletano*, dato ſuprà *num.* 43. rebellantibus contrà Generalem, ultrà carcerem ſemeſtrem, appoſita eſt pœna Excommunicationis, reſervatæ Summo Pontifici; privationis omnium Officiorum Ordinis; perpetuæque inhabilitatis ad illa; & inſuper privationis vocis activæ, ac paſſivæ ad inſtar pœnarum, quas *Gregorius XIII.* in ſuo Brevi incip. *Quoniam noſtro* (67) ſancivit contrà rebellantes Commiſſariis, à Generali miſſis ad viſitandas Provincias. Cum enim experimento didiciſſet Religio, leves eſſe pœnas latas, in Statutis antiquis contrà Rebellantes, & obedientiam labefactantes, quæ eſt fundamentum Reipublicæ Religioſæ, voluit eas augere prò tuendâ pœnis appoſitis dignitate Superiorum tùm Generalium, tùm Provincialium, tùm localium.

56 Quin-

(63) *Gloſſ. in l. lecta in Verb. Inculcatio. ff. Si cert. petat. Barbos. Axiom.* 216. *num.* 6.

(f) *cap. Gravem. Extra de Exceſſ. Prælat.*

(64) *Par.* 1. *Tit. Quid. num.* 29.

(65) *Sanctor. de Pæn. cap.* 6. *Quæſt.* 1. *V. Reſpondeo affirmativè fol.* 239.

(g) *Lauræ. Epitom. Canon. V. Rebellio.*

(66) *Sanctor. de Pæn. cap.* 6. *Quæſt.* 9. *V. Reſpondeo ex Bartol. fol.* 241.

(67) *Gregor. XIII.* 8. *April.* 1375.

56 Quinta dubitatio ad eadem Statuta eſt, An excommunicatus, ob *rebellionem* contrà Generalem, poſſit abſolvi à Superioribus Generalibus, aut Provincialibus, juxtà privilegia?

57 Reſpondeo, quòd *Sanctorus* (68) examinando eandem quæſtionem, circà excommunicationem ſimilem latam contrà Rebellantes Commiſſariis Viſitatoribus, dicit, quòd quàmvis Prælati Ordinis, ex privilegiis ſibi conceſſis, poſſint ſuos Subditos abſolvere ab omnibus caſibus, *Papæ* reſervatis, exceptis contentis in *Bulla cœnæ*; tamen non poſſunt à tali excommunicatione abſolvere; quià ex hoc, quod Religio in ſuis Statutis recenſet talem excommunicationem, ut *Papæ* reſervatam, cenſetur renunciare in hâc parte privilegio, quòd habet abſolvendi ab hujuſmodi reſervatis. Et quià Statutum, ſuprà *num.* 43. datum in fine dicit *Quibus etiam, & omnibus, & ſingulis ſubiaceat, ac prætereà ſemeſtri carceri mancipetur, qui Generali ipſi Rebellaverit*, ad hanc dubitationem reſponderet, quòd Prælati Ordinis, in hoc caſu, nequeunt abſolvere à tali excommunicatione, attento maximè, quòd relativa dictio *Quibus*, poſita in Statuto, refert præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus, ut ex jure deducitur, (69) & ità ſefert, in caſu, excommunicationem, Papæ reſervatam, & à Prælatis Ordinis inabſoluibilem.

58 Sed doctiſſimi viri pace, aliter eſt dicendum; nàm in citato Statuto, nec umbra habetur, quòd Religio circà illam excommunicationem renunciaverit privilegiis, per quæ poteſt à cenſuris, Papæ reſervatis abſolvere; ſed purè, & ſimpliciter refert diſpoſitionem Brevis *Gregorii XIII*, quod etiam citat ad marginem, ut patet intuenti. Profectò, quandò Religio voluit aliquibus privilegiis, ſibi conceſſis renunciare, claris, & patentibus verbis hoc expreſſit, ut patet in Ordinationibus, factis in *Generali Congregatione Romana anno* 1629, (70) Conſtitutionibus *Capituli Generalis Romani* 1658. *cap.* 1. §. 1. *num.* 1., (71) Statutis Ordinis Generalibus *Sambucanis cap.* 4. §. 1.; in quibus omnibus Religio expreſsè renunciavit omnibus privilegiis, mitigativis rigoris Regularis obſervantiæ. Cum igitur de tali renunciatione, in Statuto prædicto nec verbum habeatur, ſequitur, quòd generali privilegio abſolvendi à reſervatis Papæ, in hoc caſu, non renunciavit. Addo, quòd facultas Generalis eſt ſuper Statuta, cum poſſit ſuper iis diſpenſare, ſi tamen in Statuto aliquo particulari non diſponitur, *quòd illud indiſpenſabile ſit*; quæ clauſula in tali Statuto non reperitur. Proindè, conceſſo etiam, quòd Religio per tale Statutum renunciaſſet privilegio abſolvendi ab illa Excommunicatione, (quod tamen negamus), adhuc Generalis poſſet ſuper tali Statuto renunciativo diſpenſare, & concedere, quòd privilegiis conceſſis Prælati inferiores uterentur; & etiam ipſe illis poſſet uti, & à tali Excommunicatione abſolvere.

59 Quòd ſi hæc concluſio locum habet prò abſolutione ab Excommunicatione, latâ contrà rebellantes Commiſſario Viſitatori, à fortiori ſubſiſtit de abſolutione ab Excommunicatione, contrà rebellantes Miniſtro, aut aliis Prælatis Generalibus. Si quidem talis reſervatio non eſt facta à Papa, (qui taliter excommunicavit ſolùm rebellantes Commiſſariis), ſed à Religione, quæ extendit pœnas Papales, etiam ad rebellantes contrà Generales, in tali autem extenſione, non ità potuit, ſe privare facultate abſolvendi ab illis pœnis, quin Generalis; & de ipſius conceſſione Prælati inferiores poſſint abſolvere, eò quià ipſe ſuper Statutariis diſpoſitionibus, ut dictum eſt, poteſt diſpenſare.

60 Sexta dubitatio eſt circà tertium Stutum, poſitum ſuprà *num.* 35. & eſt; Quomodò hoc intelligendum ſit, ut ſuperfluitatem non ſapit, & cohæreat cum *Textu*, poſito ſuprà *num.* 41. & Statuto, dato ſuprà *num.* 43. cum enim carceratio formalis importet privationem actuum legitimorum, ut habetur ex Statutis Ordinis (72), & hæc involuat privationem ſuffragiorum, ut aliàs dictum eſt, (73) ſuperfluum videtur, quòd in ſtatuto hoc diſponatur, quòd *rebelli contrà Provincialem, arbitratu Generalis infligatur carceratio, & privatio ſuffragiorum*, cum hæc illam conſequatur. Pariter, quomodò cohærere debeat hoc Statutum, præſcribens Carcerem, & privationem ſuffragiorum arbitrio Generalis. cum *Textu*, & alio Statuto, ſuprà citato, in quibus nullâ factâ mentione de Carcere, infligitur rebellibus in Provincialem privatio ſuffragiorum, limitata ad triennium.

61 Reſpondeo; quòd dictio *ejuſmodi* poſita in Statuto eſt relativa præcedentium, cum ſuis qualitatibus; (74) & cùm in duobus præcedentibus Statutis dictum ſit de *rebellione* largè, & ſtrictè ſumptâ, ſivè *inobedientiâ*, & *rebellione* propriâ, diſpoſitumque ſit, quòd Generali inobediens, (puta, largo modo rebellans, ut explicuimus ſuprà *num.* 13.) Carcere trimeſtri; ſtrictè verò rebellis, ſemeſtri Carcere, ac quorumvis ſuffragiorum privatione percellatur; ità hìc pari modo diſponit de committente in Provincialem *crimina ejuſmodi*, nempè *inobedientiam*, ſivè *rebellionem* lato modo; & *rebellionem* ſtrictè ſumptam; Ordinat autem, quòd taliter rebellis puniatur, Generalis arbitratu, *& Carceris pœnâ, & ſuffragiorum privatione*; non quidèm, quòd in quocumque caſu, ambæ pœnæ, nempè Carceris, & privationis adhibeantur; ſed in caſu *rebellionis* latæ ſumptæ, quæ eſt delictum minus minori pœnâ, puta, ſolâ privatione; in caſu verò *rebellionis* propriæ, quæ eſt gravior majori pœnâ, nempè carceratione ſit vtendum: & hoc modo in Statuto nulla cadit ſuperfluitas, & pœnæ rebelliû in Provinciales correſpondêt pœnis rebelliû in Generales.

62 Pariter reſpondeo ad ſecundam partem dubitationis, quòd tùm in *Textu* dato ſuprà *num.* 41. tùm in Statuto relato *num.* 43. accipitur *rebellio* latè ſumpta, puta. *inobedientia*, quæ punienda eſt privatione omnis juris ſuffragiorum ſolâ, non autem Carcere; & in hoc concordant ambo cum Statuto, poſito *num.* 35. in quo prout explicatum eſt ſuprà, ponitur pœna rebellantium, tùm latè, tùm ſtrictè; puta, quod in Provincialem rebelles latè, hoc eſt, præcepto formali Provincialis inobedientes, ſuffragiorum privatione puniantur, & ità circà hoc *Textus*, & duo hæc Statuta concordant circà *inobedientiam* puniendam.

63 Nec ideò in Statutis prædictis invenitur vitioſa ſuperfluitas; nempè, quòd, cum in Statuto, *num.* 35. dato, (quod ponitur *in cap. primo Statutorum Valliſoletan. tit. de obedientiâ*) ſancita ſit pœna contrà inobedientes Provincialibus, quæ eſt privatio ſuffragiorum, videatur proindè ſuperfluè repetita in alio Statuto, dato *num.* 43. quod ponitur in *Valliſoletanis* iiſdem, *cap.* 7. *Tit. de Rebellibus*. Quià, cum in hoc Statuto auctæ ſint pœnæ in rebelles Generali, voluit Religio augere quoquè pœnas
contrà

(68) *Sanctor. de Pœn. cap. 6. Quæſt. 4. V. Reſpondeo negativè. fol. 254.*
(69) *arg. l. Filio. §. Teſtator. ff. de Alimen. l. 1. §. Sed cum plures, & ibi Bart. ff. ſi fam. furt. fecer. Surd. Conſ. 352. nu. 22.*
(70) *Orb. Seraph. Tom. 4. fol. 11. col. 2. init.*
(71) *Orb. Seraph. loc. cit. fol. 127.*
(72) *Statut. Gen. Ordin. cap. 7. §. 6. num. 6.*
(73) *Par. p. Tit. Quales. num. 30.*
(74) *arg. l. final. ff. de offic. Præſ.*

Digitized by Google

contrà rebelles latè, hoc eſt inobedientes Provinciali; augmentum autem pœnæ eſt, quòd ſicut in primo Statuto dicitur, quòd in Provincialem rebellis *ſuffragiorum privatione puniatur* ſimpliciter, in ſecundo dicitur, *omni ſuffragiorum jure triennio careat;* & hìc advertendum eſt, quòd ponitur dictio *omne*, per quam importatur privatio ſuffragiorum, non ſolùm ad electiones, ſed etiam ad omnes alios actus Capitulares, quæ privatio, ut patet, amplior eſt eâ, quæ poſita eſt in primo Statuto, quod cum ſit ex antiquiſſimis Ordinis, *placuit Religioni ſervare indemnem antiquitatem, venerabilem* illius, ut ſcripſit Sanctorus. (75)

64 Hìc autem advertere libet, quòd non pauci viri, aliòquin docti carpunt quaſi manca Statuta pœnalia Ordinis noſtri, ex eo, quòd in ipſis non reperitur pœna *inobedientiæ;* & taliter opinantibus facem prætulit *Sanctorus*, qui (76) docuit in noſtris Statutis *inobedientiam*, ut talem non puniri, ſed tantùm, ut perſeverantem in contumaciâ, *quia* (ait), *non eſt artis omnes defectus emendare, ſed illos, qui communitatem maximè incommodant.*

65 Sed, doctiſſimi viri pace, ipſe dupliciter deficit, nempè in concluſione, & in ipſius fundamento. Si quidem nil magis Religioſam Rempublicam incommodat, perturbatque, quàm inobedientia, quæ Regularis vitæ quatit fundamentum, puta, obedientiam. *Tota Monachorum Religio ab obedientiâ eſt*, dicebat *S. Bruno Carthuſianorum* Pater, (77) & ex doctrinâ *D. Thomæ; Alvarez, & Valentia* (78) optimè concludit *Peyrinus*, quòd *neceſſaria eſt obedientia in Religionibus, ità ut, ſinè eâ, conſiſtere non poſſit Religio. Conſiſtet ſuo modo Religio, ſi ablegetur paupertas, quilibetque ſuo ſtatui, ſua accomodet commoda; ſtabit quoque Religio deſciſcente caſtitate, modò vivendi ratio in reliquis non omittatur*, (ùt apparet in Ordinibus militaribus, in quibus, nec paupertas, nec caſtitas, niſi coniugalis habetur.) *At ſi obedientiam auferas; ſi membra Capiti non ſubiiciantur, totum concidere Religionis corpus, neceſſe eſt.* Artis igitur, ſivè Religioſæ politiæ, erit emendare, maximè delicta *inobedientiæ*, quantumvis minimè contumacis, cum ſubductâ obedientiâ Religioni, ſit pereundum:

66 Concluſio etiam *Sanctori* falſa eſt; nàm in Statutis Ordinis, quæ ſuprà dedimus, habetur pœna *inobedientiæ* (quamvis ſinè *contumaciâ*) contrà Generales. Statuto primo, ſuprà *num.* 33. Habetur pœna ejuſdem contrà Provincialem, ac ejus Commiſſarium. Statuto, ſuprà *num.* 35. Habetur ipſiuſmet contrà Guardianos, ac Vicarios pœna. Statuto quarto, ſuprà *num.* 36. & eædem pœnæ repetuntur. Statuto undecimo, ſuprà *num.* 43. contrà eandem, ibì expreſſam nomine *rebellionis*, puta, latè ſumptæ, quæ aliud non eſt, quàm *inobedientia* ſimplex, (hoc eſt, minimè contumax), ùt explicuimus ſuprà *num.* 13. Vndè concludendum, manca non eſſe Statuta noſtra.

67 Septima dubitatio eſt, circà idem Statutum, & eſt, de quo Commiſſario loquatur, qui parificatur cum Provinciali; ità ut inobediens in illum, eâdem pœnâ puniatur, cum inobediente, aut rebelle in Provincialem?

68 Reſpondeo, quòd intelligitur de Commiſſario delegato à Miniſtro Provinciali, ſivè ad regendam Provinciam in ſui abſentiâ; ſivè ad viſitandum Conventum; ſivè ad faciendam inquiſitionem criminalem. Ratio eſt, quià de Commiſſariis Viſitatoribus, miſſis à Generali, habetur in Statutis ſexto, & vndecimo; vndè ſuperfluè hìc poneretur diſpoſitio; imò etiam abſurdè: nàm longè major pœna eſt rebellium in Commiſſarios, à Generali miſſos, quàm in deputatos à Provinciali, & major, ac minor pœna in Statutis poneretur prò eodem crimine, quod eſt abſurdum. Puniuntur autem taliter rebelles, ut rebellantes in Provincialem, quià, cum eadem ſit dignitas, ac juriſdictio Ordinarii committentis, ac Commiſſarii, æquum eſt, ut rebelles, in eoſdem, eâdem pœnâ coerceantur.

69 Octava dubitatio eſt, circà quartum Statutum, poſitum ſuprà *num.* 36. & eſt, cum in hoc pœna rebellium in Guardianum, ſit arbitraria Provinciali; & in Statuto vndecimo, dato ſuprà *num.* 43. ſanciatur, quod ſit privatio triennalis *omnis ſuffragiorum juris*, ambiguum eſt, in facti contingentiâ, cui pœnæ ſit ſtandum?

70 Reſpondeo, quòd ſtandum eſt ſecundo Statuto, quià, ut optimè dicit *Sanctorus*, (79) Statutum, infligens pœnam, arbitrariam Provincialibus, eſt ex antiquis Ordinis, & reperitur in Statutis *Alexandrinis*, factis *anno* 1500. aliud verò, ſanciens privationem ſuffragiorum triennalem, conditum eſt in *Valliſoletano* Capitulo; *anno* 1593. in quâ ſicut auctæ ſunt pœnæ, contrà rebelles in Generalem, ità auctæ ſunt, contrà rebellantes in Superiores Provinciales, ac locales.

71 Nona dubitatio circà idem Statutum eſt, cum Vicarii, prout aliàs (80) diximus, Prælati non ſint, & ideò nequeant per obedientiam jubere; quod pariter dicendum eſt de quolibet alio graviore Patre, quomodò poſſit, contrà iſtos, committi inobedientia, aut rebellio?

72 Reſpondeo, quòd Statutum ſecundum, poſitum ſuprà *num.* 34., à quo dependent Statuta ſequentia, continet crimina rebellium, & injuriantium, ſeù publicè irreverentium in Superiores, ut patet legenti. Statutum, igitur quartum, tangens Vicarios, & graviores Patres, non debet accipi in eâ parte, quæ reſpicit *inobedientiam*, ac *rebellionem*; cum enim iſti Prælati non ſint, non poſſunt dicta crimina contrà eos committi. Sequitur ergo, quòd debet accipi in eâ parte, quæ ſpectat ad injuriam, & publicam irreverentiam, quæ poſſunt contrà illos committi. Hoc verò intelligendum eſt de Vicariis Conventuum, qui ſunt ſub Guardiano: cæterum, ſi ſunt Vicarii in capite, qui alio modo vocantur Præſidentes, iſti, cum veri Prælati ſint, ut aliàs (81) diximus, conſiderari debent tanquàm Guardiani, & inobedientes, aut rebelles in eos pari pœnâ puniri debent, ſicut rebellantes Guardianis.

73 Decima dubitatio eſt, circà intelligentiam Statuti quinti, dati ſuprà *num.* 37. & quæritur, an renuens ſubire injunctam pœnitentiam, tantùm debeat carcerari, ut ordinatur in Statuto; an verò eâdem pœnâ puniri debeat quivis, qui formale præceptum Superioris exequi renuit?

74 Reſpondeo, quòd circà intelligentiam Statuti, aliàs (82) dedimus illius explanationem, cum reſolutione omnium emergentium, quæ poſſunt occurrere; & ideò, nè ſemel dicta inutiliter repetamus, ad ibì ſcripta, lectorem ablegamus.



(75) *Sanct. de Pœn. cap. 6. qu. 7. ℣. Reſpondeo 2. ad ſecund. fol. 260.*

(76) *Sanct. de Pœn. cap. 6. qu. 2. §. Reſpondeo ſecund. fol. 243.*

(77) *S. Bruno Cartuſien. lib. de Orna. Eccleſ. cap. 10.*

(78) *D. Thom. 2-2. q. 186. art 8. in corp. Alvar. de Vit. ſpir. Tom. 2. lib. 5. Par. 3. cap. 3. Valent. Tom. 2. diſp. 10. qu. 3. Pun. 2. Aſſert. 4. apud Peyrin. de Subd. quæſt. 1. cap. 3. ℣. final.*

(79) *Sanctor. de Pœn. cap. 6. quæſt. 7. ℣. Reſpondeo 2. ad ſecundam. fol. 259.*

(80) *Par. p. Tit. Delictorum. num. 42. circ. med.*

(81) *Part. p. Tit. Delictorum. num. 41.*

(82) *Par. p. Tit. Delictorum. à num. 26. ad 40.*

Digitized by Google

75 Quantùm autem ad propoſitam dubitationem dico, quòd diſpoſitio hujus *Textus*, licèt videatur limitata ad renuentem ſubire pœnitentiam ſalutarem, ſibi per Superiorem localem impoſitam, eò quià, cùm verſemur in pœnalibus, lex non patitur extenſionem de caſu ad caſum; tamen ità non eſt, quià pœna de renuente pœnitentiam, poſita eſt exemplariter, non autem præciſè prò tali caſu. Si quidèm ab hoc Statuto incipit tradi pœna contumacium, de quâ loquuntur Statuta ſeptimum, & octavum, data ſuprà *num.* 39. & 40. reſpectivè. Cum igitur, ità poſſit eſſe contumax in inobedientiâ aliquis, qui aliam rem, ſibi à Superiore præceptam, exequi contemnit, ſicut qui pœnitentiam ſubire renuit; ſequitur, quòd eodem modo eſt puniendus contumax, in non parendo in quovis alio caſu, ſicut in non exequendâ pœnitentiâ.

76 Sequitur igitur, quòd caſus de renuendâ pœnitentiâ ponitur exemplariter, eò quòd frequentiùs accidit, quàm alii, non enim tàm frequenter evenit occaſio, quòd Superior aliam rem ſub formali præcepto injungat, ſicùt in caſu pœnitentiæ ſalutaris impoſitæ, quam ſæpè ſæpiùs ſubire recuſant nonnulli, qui ſibi probroſas, ac infamatorias eas pœnitentias eſſe præſtituunt, (quæ tamen, reverâ, non ſunt) ut proindè obedire renuant. Exemplariter etiam caſum hunc, non autem taxativè, eſſe expreſſum, convincitur ex alio capite, nempè, quia dicit; *Qui pœnitentiam, per locorum Superiores ſibi impoſitam ſubire renuerit*, quibus verbis videtur limitata diſpoſitio ad Superiores locales, cùm tamen hoc verum non ſit; nàm æquè carcerari debet contumax in renuendâ pœnitentiâ impoſitâ à Provinciali, (imò fortiori jure, ratione majoris dignitatis, contemptæ in Provinciali, quàm in Guardiano,) ſicut ſi eſt impoſita à Guardiano, ùt patet ex criminis identitate.

77 Contrà hanc concluſionem videtur tenere *Sanctorus* (83), docens, quòd hæc diſpoſitio Statutaria eſt ità limitata ad pœnitentias, quæ imponi ſolent à Superioribus localibus in Capitulo culparum, aut Refectorio, quòd, *ſi pœnitentia imponatur extrà hæc loca; vel in iis extrà Communitatis præſentiam, non inferet carcerationem inobedientia, quià Statutum pœnale ſic diſponit*. Et addit, quòd non eſt par ratio de Guardiano, & de Provinciali, ac Generali, quià iſti non habent ſuum tribunal limitatum ad unum Conventum, ſed in omnibus ſibi ſubiectis, ità ut poſſint ubiquè locorum ſibi ſubiectorum pœnitentiare; non ſic autem Superior localis, qui limitatur in pœnitentiando ad locum Capituli culparum, aut Refectorii communitate præſente.

78 Miror doctiſſimum virum abiiſſe in hanc ſententiam, cui tam patenter refragantur Statuta. Quæro enim, an extrà Capitulum culparum Superior localis poſſit Subdito aliquid iniungere ſub formali præcepto, nec nè? Ineptum eſſet dicere, quòd non, cum juxtà jura (84) in Provinciâ ſibi commiſſâ poſſit Judex, quæ ſui juris ſunt exercere, ac tantam juriſdictionem in caſibus, ſibi per Statuta permiſſis habet Superior localis in toto Conventu, quantam habet Provincialis in ſuâ Provinciâ, ac Generalis in Ordine univerſo; undè ſequitur, quòd in quâvis parte Conventus reperiatur, poteſt ſuam auctoritatem exercere. Par autem ratio eſt, quòd Superior per obedientiam jubeat Subdito, quòd vaſa coquinæ abluat, & quòd in pœnam defectus, ſeù delicti, ſe flagellis cædat, cum utrobiquè interveniat eadem auctoritas in Prælato; eadem forma in præcipiendo; eadem obligatio Subditi ad obediendum, ſi ergò illud poteſt præcipere in quâcunque parte Conventus, idem erit de iſto.

79 Accedit, quòd, ſi vera eſſet opinio *Sanctori*, poſſet dari caſus, quòd Subditus in contumaciâ perſeveraret, nec poſſet Superior illum carceribus demandare; ſi enim Subditus ad Refectorium nollet convenire, aut ad Capitulum culparum, non poſſet Prælatus illi pœnitentiam demandare, neque monitoria neceſſaria facere; cum juxtà *Sanctorum*, Superior localis, extrà illa loca, nequeat ſuam auctoritatem exercere pœnitentiando; quod tamen abſurdum eſt.

80 Quæ omnia confirmantur à Statutis ſeptimo, & octavo, datis ſuprà *num.* 39. & 40., in quibus pœna contrà inobedientes contumaces ſancitur; pœnaque illa, puta, formalis carceratio non arctatur ad inobedientes in recuſandâ pœnitentiâ impoſitâ; ſed Statuta loquuntur generaliter, & abſolutè de inobediente quomodòlibet; undè, ſi Prælato, formaliter præcipienti extrà Refectorium, poteſt Subditus eſſe contumaciter inobediens, ſequitur, quòd Prælatus extrà illa loca poteſt præceptum de pœnitentiâ ſubeundâ ferre.

81 Poteſt autem opinio *Sanctori* in parte colorari, intelligendo, quòd ipſe taliter aſſeruerit, non poſſe Superiorem localem, pœnitentiantem, extrà Refectorium, aut Capitulũ, ſubditũ cõtumacẽ incarcerare, quià regulariter in Capitulo coràm Fratribus pœnitentiæ injunguntur, & cum carceratio non injungatur, niſi contumacia ſit notoria facti, aut juris, nequeatque Superior localis ſcripto procedere, neque ferre ſententiam, quâ declaretur Subditus eſſe contumax, neceſſarium proindè ſit, quòd præceptum coràm Fratrum communitate in Capitulo, aut Refectorio fiat.

82 Bona taliter, qualiter eſſet hæc expoſitio, non tamen ſemper vera; nàm, ſi coràm majori parte Fratrum, ut evenire poteſt faciliùs in parvis Conventibus, ad ignem communem, aut in aliâ parte Conventus Superior localis, aut pœnitentiam, aut aliud Subdito formaliter præciperet, & hic contumaciter adimplere renueret, utique eſſet carcerandus.

83 Sed quomodò gerere ſe deberet Guardianus, ſi, facto extrà Refectorium, aut Capitulum tali præcepto, Subditus inobediens nollet ad Refectorium convenire, nè poſſet Superior juridicas monitiones illi intimare?

84 Reſpondeo, quòd de hoc caſu aliàs (85) locuti fuimus, & formam procedendi dedimus per extenſum, & illùc lectorem remittimus.

85 Undecima dubitatio eſt, An Subdito, contumaciter renuente pœnitentiam ſalutarem, à Provinciali iniunctam, teneatur iſte, prò illo carcerando, habere conſilium, & aſſenſum Diſcretorum?

86 Reſpondeo, quòd *Sanctorus* (86) examinando hoc dubium, puta, àn contumax in Provincialem, aut Generalem, antequàm incarceretur, debeat canonicè moneri, ſicut decernitur de contumace in Superiorem localem; reſoluit, quòd non, *quià talis cautio non ponitur, niſi in nolente acceptare pœnitentiam, à Guardianis mandatam; ergò ad alios, tanquàm odioſa extendi non debet, hæc Sanctorus*. Ex quibus deduci poteſt, quòd

(83) *Sanctor. de Pœn. Cap. 6. Quæſt. 2. ℣. De illis enim fol. 245.*
(84) *arg. l. p. l. Obſervare. §. final. l. Nec quicquam. ff. de Off. Proconſ. l. 4. ff. de Off. Præſid.*
(85) *Par. 2. Sect. XI. num. LXXV.*
(86) *Sanctor. de Pœn. cap. 6. Quæſt. 2. Difficultat. 2. ℣. Reſpondeo negative. fol. 244.*

quòd ex eodem fundamento propoſitæ dubitationi reſponderet negativè; attento maximè, quòd cum major ſit auctoritas aliorum Superiorum, quàm Prælati localis, poſſint illi independenter ab aliis procedere, quod non poteſt iſte vinculatus conſilio, ac aſſenſui Diſcretorum.

87 Sed, cùm ipſius bonâ veniâ, dormitavit in hoc caſu *Sanctorus*. Nàm in Statuto ſeptimo, & octavo, datis ſuprà *num.* 39. & 40. in quibus ſtatuitur pœna Carceris in contumaces, apertè ponitur, quòd contumax dicitur ille, qui trinâ monitione, ſibi factâ, adhùc perſeverat in ſuâ *inobedientiâ*; & cum illa Statuta non diſtinguant de Prælatis, contrà quos committitur *inobedientia*, convincitur; quòd univerſaliter, & reſpectu cujuſvis Superioris localis, Provincialis, Generalis, Ordinarii, ac Delegati, ſi inobediens, declarandus ſit contumax, & proindè carcerandus, oportet, quòd præcedat de jure trina monitio.

88 Verum eſt, quòd, ut habetur Statuto primo, dato ſup. *num.* 33. Carcer debetur illi, qui in Generalem ſimpliciter eſt inobediens; ad hoc tamen, ut poſſit declarari contumax, & ſibi dari *pœna gravior*, hoc eſt carcer diuturnior, ut ordinat idem Statutum, oportet, quòd præcedat trina, & canonica monitio; ſi quidèm de jure communi eſt, quòd contumacia non detur ſinè citatione, ac trinâ monitione, ut dicunt Doctores (87).

89 Pariter reſpondendum eſt, quòd dempto Generali, omnes alii Superiores obligati ſunt ad petendum conſilium, ac aſſenſum Diſcretorum, ad carcerandum inobedientem contumacem. Siquidèm Religio in re graviſſimâ, pròut eſt punire judicialiter delinquentes, quæ eſt res etiam periculoſiſſima, tùm ratione ignorantiæ, tùm ratione aut amoris, aut odii in Reum, quæ poſſunt cadere in Judice, ob quæ poſſet perverti judicium, voluit, quòd nullus Prælatus ex ſe ſolo ſententiam contrà Reum ferat, ſed alligatus ſit conſilio Diffinitorum, aut Diſcretorum, ut patet ex *Textu*, (88) & Statuto, quod exponimus. Generalis ſolus habet liberam poteſtatem ſententiandi, ſi quidèm cenſuit Ordo, ſupremam ipſius auctoritatem non vinculare, ex eminentiâ enim dignitatis ſupponit, in Superiore Generali cadere non poſſe ignorantiam, neque odium contrà Subditum, ob quæ judicium pervertatur. Proindè, ſi in facti contingentiâ Generalis ſententiare debet, ut in gradu appellationis, licèt ad bonum finem exquirat conſilium Sapientis, committendo Conſultoribus, ut Cauſam videant, & cum voto referant, non tamen alligatur eorum conſilio, neque ipſi ſententiæ ſubſcribunt, ut faciunt Diffinitores. Omnes alii autem Prælati alligati ſunt conſilio, & aſſenſui Diſcretorum, maximè in hoc delicto contumaciæ, in quo Superiores (exardentes iracundiâ in Reum, qui ſuâ inobedientiâ, eorum dignitatem, & perſonam contemnendo offendunt) poſſunt ex irâ, & paſſione perversè judicare; undè neceſſum fuit malum antevertere, eorum facultatem in vindicandam iniuriam, ſibi factam (pròut de jure (89) ordinario poſſunt Superiores, & Judices) vinculando conſilio, & aſſenſui Diſcretorum, à quibus propria illarum paſſio compeſcatur.

90 Quod magis convalidatur ex hoc, quod in caſu contumaciæ, quæ delictum, & quidèm graviſſimum eſt, ferenda eſt ſententia declaratoria; nàm hæc ſemper ferenda eſt, etiam in judicio ſummariiſſimo, & facto notorio. (90) Ex Textu (91) autem noſtro habetur, quòd nullus Judex, tùm Ordinarius, tùm Delegatus ſententiam ferre, niſi cum conſilio, & voto Diffinitorum Provinciæ, poſſit. Pariter in *Textu*, & *Statutis Ordinis* (92) habetur, quòd, nec tortura, nec carcer, qui ad arctationem (quæ eſt ſpecies torturæ) datur, dari poſſit abſque conſilio Diffinitorum; ergò à fortiori nequibit, ſinè conſilio, & conſenſu Diffinitorum, dari Carcer in pœnam contumaciæ, ob quem, juxtà *Textum*, (93) carceratus incurrit privationem actuum legitimorum.

91 Quià verò incommodum, & fortè pernicioſum eſſet, ſemper requirere conſilium Diffinitorii in quocumque caſu contumaciæ; poterunt tùm Provinciales, tùm Commiſſarii, ſivè ab iis, ſivè à Generali Delegati, uti doctrinâ, quam alibì (94) tradidimus. Poteſt enim dari caſus, quòd in aliquo ex parvis Conventibus Provinciæ Miniſtro, aut Commiſſario aliquis contumax ſit ad præceptum, ſibi aut paternè, aut judicialiter factum; congregare autem Diffinitorium, diſperſum in varios, ac diſtantes Conventus, incommodum eſt; Reuſque ex dilatione pœnæ in ſuâ malitiâ magis firmatur, & majeſtas Prælati, cum Religioſæ diſciplinæ jacturâ contemnitur. Tali caſu poterunt ſupradicti petere conſilium proborum Patrum, puta, aut Diſcretorum illius Conventus, aut aliorum graviorum, qui ſint in Conventibus proximis, ob rationes, quas dedimus, cum locis ſupracitatis locuti fuimus de cogendis ad reſpondendum Teſtibus, ac Reo, quæ quadrant, etiam in hoc caſu.

92 Duodecima dubitatio, continuando materiam de contumaciâ eſt circà ſeptimum Statutum, datum ſuprà *num.* 39. & octavum, datum ſuprà *num.* 40. & eſt, quomodò intelligendum ſit, quòd *contumax dicatur, qui trinâ monitione, eâdem die congruis intervallis præmiſſâ, per diem naturalem inobediens exiſtit*; àn ſcilicet debeat præcedere trina monitio, & hâc præmiſſâ, expectandus ſit adhùc dies naturalis, & toto hoc ſpatio, Reo perſeverante in ſuâ *inobedientiâ*, contumax ſit, ut proindè carcerandus veniat.

93 Reſpondeo, quòd ſenſus Statuti eſt, quòd monitiones per congrua intervalla fiant *eodem die*, puta, naturali, ſcilicet viginti quatuor horarum; praxis autem eſſe poteſt, quòd in prandio unius diei, horâ v. g. quintadecimâ fiat prima monitio; mox in cœnâ ejuſdem diei fiat ſecunda; tandèm in prandio diei ſequentis fieret tertia peremptoria. Dies autem naturalis aſſignata eſt prò minimo termino ad faciendas monitiones, & probandam inobedientiam; non quòd tribus differentibus diebus factis monitionibus, & perſeverante Reo in ſuâ inobedientiâ, ipſe non eſſet declarandus contumax. Quià, cum haberet majus ſpatium recogitandi de ſe, ſi toto illo tempore manet inobediens, prodit animum magis obfirmatum in malitiâ. Facto autem

H 2 præ-

(87) *Marant. de Ord. indic. Tit. de Contumac. pag. 6. num. 1. Barb. Repert. iur. V. Contumacia. in fin.*

(88) *Text. Tit. Sententia. §. 3.*

(89) *cap. Quanto. 2. q. 5. Abb. in cap. 1. de Poſtul. Prælat. Gloſſ. in cap. Quod ſicut §. Super eo. & in cap. Ex litteris. de Offi. Deleg. Panormit. in cap. 1. de Maled. Alex. Conſil. 35. lib. 2.*

(90) *Gloſſ. in Clement. Præſenti. in V. Confiterit. de Cenſ. Ripa in l. Is cui bonis. num. 27. ff. de Verb. oblig. Dec. in cap. Reprehenſibilis. num. 2. de Appell. Clar. q. 31. V. Item adde.*

(91) *Text. Tit. Sententia. num. 3.*

(92) *Text. Tit. Tortura. §. 3. & Tit. Carcer. §. unic. Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. nu. 20.*

(93) *Text. Tit. Applicatio. §. 12.*

(94) *Par. p. Tit. Tortura. num. 24. & num. 124. & Tit. Reus. num. 8.*

Digitized by Google

præcepto peremptorio, non eſt ulteriùs expectandum; ſed carcerari poteſt, quià verè contumax eſt; nàm iſte *per diem naturalem inobediens exiſtit*; Statutum autem non dicit, *per diem naturalem contumax exiſtit*, ſed *inobediens exiſtit*: quòd, ſi diceret *contumax*, oporteret, poſt peremptoriam monitionem, expectare diem naturalem, ut poſſet carcerari; nàm *contumacia* prærequirit tres monitiones, & tempus monitionum non poſſet computari in probatione diurnâ *contumaciæ*. Sed dicit *inobediens*; & cum ſuâ *inobedientiâ* cœperit antè primam monitionem, & perduraverit uſquè ad tertiam peremptoriam, liquet, quòd per diem naturalem *inobediens exiſtit*; proindè contumax eſt, qui poteſt de jurè carcerari.

94 Advertendum verò prò praxi eſt, quòd, dicente Statuto, *per diem naturalem inobediens exiſtit*, oportet ſervare terminos de momento ad momentum; quià, cum ſimus in materiâ pœnali, quæ eſt ſtrictæ interpretationis, ac odioſa, non poteſt dies incœpta haberi prò completâ, ex vulgatis juribus. Debet igitur ſervari hora, quâ fit prima monitio, & hora, quâ fit peremptoria, & ſi inter unam, & aliam interceſſerint viginti quatuor horæ, benè quidèm; ſin minùs expectandum eſt, ut compleatur hora vigeſima quarta, à primâ monitione factâ, ut poſſit dici, quòd Reus per *diem naturalem*, puta, completum, *inobediens extitit*, ut proindè potuerit carcerari. Aliter poſſunt oriri inconvenientia; nàm qui non obſervat tempus legis, dicitur formam legis non obſervare (95), & recedere à lege eſt recedere à formâ (96); undè ex non ſervato tempore, & formâ legis actus eſt nullus. (97) Si ergò Prælatus Provincialis, aut localis antè completam 24 horam carceraret, formam Statuti non ſervaret; & ſic carceratio eſſet nulla, & Superior pœnas malè carcerantium incurreret, de quibus aliàs *Parte primâ* (98) diximus. Proindè benè advertant ad hoc punctum tùm Judices, tùm Advocati, in facti enim contingentiâ multum poterit obeſſe, & prodeſſe.

95 Tertiadecima dubitatio eſt, quomodò, & quandò dabilis ſit caſus, quòd etiam trinâ monitione non præmiſsâ, renuens ſubire pœnitentiam iniunctam, poſſit carcerari?

96 Reſpondeo, quòd, quandò Subditus tantum contemptum, & animum, ità ob firmatum in ſuâ *inobedientiâ* prodit, dum primo mandato reſiſtit, ut ex illo ſolo actu poſſit dici contumax, tunc poſſunt Diſcreti conſulere carcerationem. Explicat autem *Hoſtienſis* (99) dicendo, quòd trina citatio requiritur, antequàm quis dici debeat contumax; *hoc autem verum eſſe, niſi citatus in primâ citatione reſpondeat, quòd non veniret prò Iudice, pluſquàm prò Aſino*. Et ratio eſt, quià in tali caſu non opus eſſet aliquâ ulteriori præſumptione, de obſtinatione Rei, quià evidenter apparet de contemptu Judicis, & de pervicaciâ Rei, in reſiſtendo. Hoc ergò ſimiliter accidere poteſt, ſi nempè, dum Superior aliquid præcipit ſub formali præcepto, diceret Subditus, *Nolo hoc facere, & ità æſtimo mandatum tuum, ſicut mea calepodia*; vel *Te conſidero, ut ſoleam ſandalii mei*; vel *Te æſtimo, ſicut hoc*, & incontinenti ſpueret in terram: in his, & ſimilibus caſibus evidentiſſima apparet *contumacia*, & poſſent optimè conſulere Diſcreti, ut Reus carceraretur, abſquè ulteriori monitione. Quantumvis verò videatur, quòd diſpoſitio hujus Statuti, nempè, quòd in caſibus ſupradictis non ſit neceſſaria trina monitio, limitetur ad caſum *inobedientiæ*, in recuſandâ pœnitentiâ, tamen ità non eſt, ſed extenditur ad quemcunque caſum præcepti formalis, ut demonſtravimus ſuprà *num.* 75; attento maximè *Textu* (100), quem dedimus ſuprà *num.* 40., in quo abſolutè eadem clauſula repetitur, nec limitatur ad caſum recuſatæ pœnitentiæ, & proindè univerſaliter ad omnes caſus inobedientiæ extenditur.

97 Quartadecima dubitatio eſt, quid agere debeat Superior, ſi Diſcreti conſiderantes, ex carceratione Contumacis, ſcandalum, aut aliquod magnum inconveniens eſſe ſecuturum, conſilium ferant, non eſſe in tali caſu deveniendum ad carcerationem, proindè ad eam negent aſſenſum?

98 Reſpondeo, quòd in hoc caſu devenire poteſt ad Excommunicationem Contumacis, prout diximus *Par.* 2. *Sect.* 11. *num.* 96. Videatur ibi. & etiam *Par. p.* (101).

99 Quintadecima dubitatio eſt, quid agendum, dùm factâ tertiâ monitione, non tamen adhùc lapsâ horâ 24., Reus reſipiſcit, & ad obediendum, ſe promptum exhibet?

100 Reſpondeo, quòd aliàs (102) ad hanc quæſtionem reſpondimus, quòd de rigore juris, talis Reus poſſet carcerari. Sed hoc ſobriè accipiendum eſt, puta, quandò, juxtà *Textum* (103), *ità pertinaciter obedire recuſat, ut de Diſcretorum conſilio Carceribus mancipari mereatur*; ſed extrà hunc caſum dico, quòd carcerari tanquàm contumax non poteſt. Ratio eſt, quià, ut habetur ex Statuto, & *Textu*, datis ſuprà *num.* 39. & 40., ut quis carceretur ob inobedientiam, oportet, quòd ſit contumax; contumax verò nequit regulariter eſſe, niſi per diem naturalem, (completum, ut expoſuimus ſuprà numero 94) perſeveret in inobedientiâ; & cum hic per tale tempus integrum inobediens non fuerit, carcerari de jure non poteſt.

101 Dices, deberet nè in prædicto caſu, pòſt oſtenſam inobedientiam, Reus ab omni pœnâ eſſe immunis, ex eo quòd promptum ad obediendum ſe exhibet? Reſpondeo, quòd luere debet pœnam inobedientiæ; ſed hæc non poteſt infligi à Guardiano, ſed à Provinciali, ut enim habet Statutum ſup. *num.* 36., hæc eſt reſervata arbitrio Provincialis, undè Guardianus nequit in eâ ſe immiſcere.

102 Decima ſexta dubitatio eſt circà Statutum ſextum, datum ſuprà *num.* 38., & eſt, àn, ex eo quòd aliquis Religioſus univerſaliter, ſeù quomodolibet *reſiſtit, ſe opponit, contradicit, ſeù ſe rebellem exhibet* Commiſſario, miſſo à Generali ad viſitandam Provinciam, incurrat excommunicationem, ac alias pœnas, in Statuto contentas?

103 Reſpondeo, quòd clauſula appoſita in diſpoſitione legis, dummodò non ſit exemplificativa, reſtringit, & limitat legem; ità ut lex, maximè ſi pœnalis ſit, intelligi debeat, non abſolutè, ſed modificata per clauſulam, quæ, ſi ponatur in fine, pròut eſt in noſtro caſu, modificat, & reſtringit omnia præcedentia, ad quæ poteſt referri, ut poſt *Alexandrum*, docet *Tuſcus*, (104) & *Barboſa*. Cum igitur Excommunica-

tio

(95) *Bald. Conſ. 169. V. 3. lib. p. l. Obſervare. §. Poſt hac. ff. de Off. Proconſ.*

(96) *l. Qui Romæ. §. Augenius. ff. de Verb. obligat.*

(97) *Rebuff. Tract. de Nomin. Quæſt. 14. num. 6. Seſſe Aragon. deciſ. 161. num. 13. apud Barbos. Repert. iur. V. Tempus.*

(98) *Par. p. Titul. Pænarum. nu. 94. & ſeqq.*

(99) *Hoſtien. Summ. lib. 2. Tit. de Dol. & contumac. §. Item tertiò. V. Item intelligas.*

(100) *Text. Tit. Applicatio. §. 12.*

(101) *Par. p. Tit. Delictorum. num. 38. circ. med.*

(102) *Par. p. Tit. Delictorum. num. 33.*

(103) *Text. Tit. Applicatio. §. 12.*

(104) *Alex. Conſ. 212. num. 6. lib. 6. Tuſc. lit. G. Concl. 291. num. 16. Barbos. Clauſul. 70. num. 4.*

Digitized by Google

tio, aliiſque pœnæ ſancitæ ſint prò iis, qui audent Commiſſariis Viſitatoribus *reſiſtere; ſe opponere; contradicere, aut ſe rebelles exhibere*, non quidèm ſimpliciter univerſaliter, aut quocumque modo, ſed *ipſos quâcumque ratione non recipiendo*; ſequitur, quòd pœnæ illæ ligant tantummodò, quandò reſiſtentia, oppoſitio, contradictio, aut rebellio dirigitur ad excluſionem Commiſſarii, nè recipiatur in Provinciâ.

104 Decimaſeptima dubitatio eſt, quòd modò datæ reſolutioni opponatur Statutum duodecimum, datum ſuprà *num.* 44. videtur enim ex illo concludi, quamlibet rebellionem, contrà Commiſſarium factam, iiſdem pœnis percelli, quibus afficiuntur rebellantes ad hoc quòd Commiſſarius non recipiatur; quod eſt, tùm contrà ſuperiùs datam ſolutionem, tùm contrà rationem; quòd nempè diverſa in gravitate crimina æqualiter puniantur.

105 Reſpondeo, quòd reſolutioni datæ non contrariatur citatum Statutum. Siquidèm cum in Statuto ſexto, quod dedimus ſuprà *num.* 38. & quod ponitur in *Valliſoletanis cap.* 1. *Tit. de Obedientiâ. in fin.* & in Statuto undecimo, dato ſuprà *num.* 43. quòd ponitur in iiſdem *Valliſoletanis cap.* 7. *Tit. de Rebellant.* decretæ ſint pœnæ Excommunicationis &c. iis, qui ad excluſionem Commiſſarii Viſitatoris rebellant, eſſet ſuperflua repetitio, (quæ in Statutis non admittitur) ſi de eodem caſu rebellionis loqueretur in hoc Statuto, quod eſt in *Valliſoletanis cap.* 52. *Tit. de Fratr. cor. Commiſſ. Viſitat.* Pariter in hoc Statuto dicitur, *in pœnas, ſuperiùs contrà rebellantes ſtatutas, eò ipſo incurrant*, non dicit, *contrà rebellantes Commiſſariis ſtatutas*, ſed abſolutè, & indeterminatè ait, *pœnas, contrà rebellantes ſtatutas*. Advertendum autem, quòd, ut in ſuperioribus viſum eſt, diverſæ pœnæ dantur in Statutis, tùm juxtà diverſitatem criminum contrà obedientiam, ut *rebellionis latè; contumaciæ; & Rebellionis ſtrictè ſumptæ*; tùm ratione perſonarum, ut Ordinarii, Superioris Generalis, Provincialis, & localis; aut Delegati à Generali, vel à Provinciali. Senſus igitur Statuti hujus eſt, quòd juxtà criminis qualitatem, peccans contrà *obedientiam*, Commiſſario Viſitatori debitam, *pœnis contrà rebellantes, ſuperiùs Statutis* puniatur, nempè, ſi fuerit ſola *inobedientia*, ſeù *rebellio latè ſumpta*; aùt *contumacia*; aut *rebellio ſtrictè ſumpta*, pœnis aut primi, aut ſecundi, aut tertii criminis percellatur; ſi verò fuerit *rebellio* propriè, directa ad ejus excluſionem, nè recipiatur; tùnc adhibeatur pœna Excommunicationis Papalis, privationis &c. quæ in hoc ſexto, & undecimo Statuto ſunt ſancitæ.

106 Sed quià dictorum criminum variantur pœnæ, prò varietate perſonarum, in quas committuntur; difficultas eſt, quibuſnam perſonis comparantur Commiſſarii, ut in caſu contumaciæ, aut rebellionis, quoquomodo commiſſæ in eos, ſciatur, quomodò ſit procedendum.

107 Reſpondeo, quòd Commiſſarius, ſeù Delegatus, cum gerat vices Delegantis, debet honorari; tanquàm perſona ipſius Delegantis. (105) Hinc eſt, quòd Commiſſarius delegatus à Generali, tanquàm delegatus à Principe, cenſetur ut Ordinarius; (106) cum non judicet jure proprio, ſed jure Generalis delegantis. (107) Si ergò iſte injurietur per inobedientiam, aut rebellionem debet Reus puniri pœnâ inobedientis, aut rebellis in Generalem; & hoc magis ſuadetur, cum in Statuto undecimo, dato ſuprà *num.* 43. Generalis, & Commiſſarius, ab eo miſſus pariſicentur in pœnâ datâ eorum rebellibus. & Provincialis, & Commiſſarius, ab eo miſſus, eodem Statuto, dato ſuprà *num.* 35. comprehendantur.

108 Decimaoctava dubitatio eſt, quotupliciter poſſit committi *rebellio* in Commiſſarium Viſitatorem?

109 Reſpondeo, quòd in Extravaganti (108) Imperatoris *Henrici Septimi*, in quâ declaratur, qui ſint rebelles, dicitur, eos tales eſſe, qui contrà honorem, fidelitatem, vel proſperitatem Imperii faciunt quomodòcunquè; *publicè, vel occultè*. Quid ſit autem *occultè rebellare*, explicat *Gothofredus* (109) quòd ſit per inſidias. Porrò inſidiare eſt dolosè technis, arte, vel fallaciis aliquem oppugnare; abſquè eo, quòd in propatulo fiat, qui ſic inſidietur; ità ut duo concurrant, ut poſſit aliquis dici, quòd inſidietur, primum eſt animus nocendi, ut poſt *Prateium Hottomannum*, ac *Briſſonium*, ſcribit *Calvinus*. (110) Secundum eſt aſtus, ſivè ars, quâ ſe occultat ille, qui damnum tentat inferre. Qui ergò rebellat occultè, ea ſtruit, per quæ honor, fidelitas, vel proſperitas Principis, vel ipſius Imperii læditur; ſed rebellans non ſe prodit, ſed artibus occultis, ceù cuniculis, Principis auctoritatem, ſivè jus labefactat: & ità, ſicut ex *Bartolo* firmat *Sanctorus*, (111) fingit ſe non eſſe hoſtem: & velle obedire, attamen in occulto facit opera contraria.

110 Ad rem ergò noſtram prædicta applicando, dico, quòd poteſt eſſe rebellio *publica* in Commiſſarium, ipſius perſonam, publicè excludendo à Conventu, ac Provinciâ; ſivè impediendo, nè ipſius patentes commiſſionales legantur; nevè ipſe tanquàm Superior legitimus agnoſcatur; & quandò delinquitur uno ex recenſitis modis, incurruntur pœnæ Excommunicationis, privationis &c. enunciatæ in Statuto. Poteſt etiam eſſe rebellio publica juxtà modos *rebellionis*, quæ contrà Generalem committi poteſt, ut dedimus ſuprà *num.* 50. & tunc ſimiliter delinquentibus in Commiſſarium eædem pœnæ debentur, ſicut rebellantes in Generalem.

111 Rebellio autem *occulta* eſt, quandò aliquis apud Miniſtros Principis, Senatum, vel Parlamentum repræſentaret, non congruere rationi ſtatus, ut admittatur Commiſſarius, qui eſt ex natione inimicâ Principi, quià poſſet aliquid machinari in præjudicium Status. Pariter ſi conſilio occulto curaret, quòd alius Frater actus rebellionis publicè faceret, ad eundè effectum ordinatos, ipſe autem ore profiteretur, ſe eſſe Generalis, ac Commiſſarii amicum, & de illâ rebellione dolere. Itidem ſi ſcriberet, allegando in favorem rebellantis, & ſuſtinendo, ipſum poſſe legitimè rebellare, ac Commiſſarium impedire; vel exarando litteras commendatitias Magnatibus, in recommendationem rebellantis. Ulteriùs ſi in familiaribus colloquiis cum Fratribus diſſeminaret, rebellantem habere juſtum titulum rebellandi, & ſe quidèm nolle prò ſui quiete in tali facto immiſcere; cæterùm benè facere eos, qui, prò tuendo intereſſe Provinciæ, talem Commiſſarium ab illâ elongant; aut ſcripturis cæcis, idem probantibus, & per Provinciam, ſeù Conventum diſſeminatis, idem procuraret, iſte re verâ diceretur

(105) *cap. final. 93. Diſt. cap. Sanè quia. ubi Abb. notab. p. Extrà de Off. Deleg. l. final. de Off. eju. cui mand. e. iuriſd.*

(106) *Abb. in cap. Paſtoralis num. 3. de Off. Deleg.*

(107) *arg. cap. Significaſti ubi Panormit. num. 25. Extra. de For. compet.*

(108) *Extrav. Ad reprimendum.*

(109) *Dionyſ. Gothofred. ad Extrav. Qui ſint rebell.*

(110) *Calvin. lexic. V. Inſidiari.*

(111) *Sanctor. de Pœn. cap. 6. Quæſt. 1. ℣. Reſpondeo ex Bartolo. fol. 241.*

Digitized by Google

tur rebellis, licèt occultus, & veniret puniendus pœnis ſtrictè rebellantium contrà Commiſſarios Viſitatores.

112 Decima nona dubitatio eſt, àn recepto Commiſſario in Provinciâ, ſi iſte aliquas ordinationes fecerit, quibus non obediatur, aut apertè contradicatur, inobedientes eaſdem pœnas incurrant, quas ſubeunt rebellantes Commiſſariis, procurando, nè in Provinciam admittatur?

113 Reſpondeo, quòd *Sanctorus* (112) hanc quæſtionem reſolvit affirmativè. Adnotat tamen, quòd pœnæ ipſæ, quæ latæ fuerunt in Conſtitutione (113) *Gregorii XIII.* emanatâ ad inſtantiam Miniſtri Generalis *Chriſtofori de Capite fontium*, & exindè inſertæ in Statutis *Valliſoletanis*, pœnæ, inquam, illæ non incurruntur, ſi ordinationes Commiſſarii, quibus reſiſtitur, ac contradicitur, non fuerint *rectè, & ſalubriter ordinata*.

114 Sed cautè legendus eſt *Sanctorus*, qui videtur loqui univerſaliter, & de omnibus Religioſis, non ſervantibus ordinationes Commiſſarii, quàmvis *rectè, ac ſalubriter* diſpoſitas. Falſum enim eſt, quòd quivis non ſervantes eas incurrant dictas pœnas; ſed ſoli Provinciales, & iſti non quomodòlibet, ſed ſolùm, quandò illa audeant *mutare, alterare*, aut *pervertere* ſinè licentiâ Generalis. Ratio evidentiſſima petitur ex Textu ejuſdem Bullæ, quæ ſic habet. *Inſuper, quid etiam accepimus, quòd aliquandò nonnulli Miniſtri ex viſitatis Provinciis per Commiſſarios, ad hoc à Generali Miniſtro deputatos, quæ à dictis Commiſſariis rectè, & ſalubriter ordinata, & geſta fuerint, reſcindere, mutare, aut contemnere ſolent; ſub omnibus, & ſingulis pœnis ſupradictis expreſsè prohibemus, nè quiſquam ab iiſdem Commiſſariis facta, & ordinata mutare, alterare, aut pervertere, ſinè expreſsâ licentiâ, & permiſſione ipſius Miniſtri Generalis, qui ſolus ea mutare valeat, ullo modo præſumat.*

115 Ad quam Conſtitutionem adverto, quòd quamvis dictio *quiſquam*, quæ æquivalet dictioni *quiſquis*, ſit collectiva, & diſtributiva, ut ex *Bartolo*, & *Tuſco* docet *Barboſa*, (114) & ità comprehendat omnes, & ſingulos, tamen limitatur ad illos, de quibus antecedenter loquitur diſpoſitio legis, teſtamenti, aut Statuti. Si enim aliqua lex dicit, quòd *Cum indecens ſit, quòd Sacerdotes in veſte brevi celebrent divina*, quiſquis *deinceps hoc attentaverit, ſuſpenſus à divinis, ipſo facto, remaneat*; patet, quòd ly *quiſquis*, refertur ad Sacerdotes ſuprà expreſſos, & comprehendit omnes, ac ſingulos eorum.

116 Ità eſt in caſu noſtro, in quo Bulla Gregorii loquitur præcedenter de Miniſtris, qui ordinationes Commiſſariorum *reſcindere, mutare, & contemnere ſolebant*. Dum ergò vetat, nè in poſterum *quiſquam* hoc audeat ſub pœnâ, &c. certè convincitur, quòd loquatur de omnibus, & ſingulis Miniſtris, de quibus antè dixit.

117 Et hoc magis convincitur, quia ordinationes Commiſſariorum non poſſunt reſcindi, aùt mutari, niſi à Provincialibus; quià publicam legem reſcindere non poteſt, niſi, qui publicam auctoritatem habet eam invalidandi, aut per contrariam legem mutandi: porrò perſpicuum eſt, quòd in Provinciis privati Religioſi nequeunt hoc præſtare, ſed ſoli Provinciales; igitur tale delictum apud ſolos Provinciales poteſt habere locum, ut proindè ad eos ſolos recenſitæ pœnæ extendantur; non autem ad cæteros Religioſos, quod etiam *Sanctorus* (115) ipſe alibì ex incidenti fatetur, dicens, quòd in citatâ Bulla Gregorii, Provincialis *ſolus includitur*.

118 Vigeſima dubitatio eſt, àn Commiſſarius Viſitator Provinciæ, aut Conventus, deputatus à Generali, aut Provinciali poſſit tanquàm ſuſpectus recuſari, & ità impediri, quominùs viſitet.

119 Reſpondeo; de hac quæſtione aliàs (116) à nobis fuiſſe diſputatum, eamque negativè reſolviſſe, ob rationes, quæ ibì videri poſſunt. Reperio autem, poſt ibì ſcripta, *Peyrinum*, (117) qui ex inſtituto eandem materiam tractans proponit dubium, utrùm Subditus poſſit ſuum Prælatum tempore viſitationis recuſare, & per plures Canones (118) probat Judicem Ordinarium poſſe recuſari, tanquàm ſuſpectum. Probat pariter per alios Canones; (119) quòd ſimili modo recuſari, ut ſuſpectus poteſt Judex Delegatus, quàmvis etiam eſſet Delegatus à Papa. Et ſic juxtà præjacta fundamenta videtur *Peyrinus*, dicere quòd non ſolùm Commiſſarius Delegatus, miſſus à Generali, poſſit recuſari, tanquàm ſuſpectus, & ſic impediri, nè poſſit viſitare; ſed etiam impediri hoc modo etiam Provincialis Ordinarius, nè viſitet, cujus contrarium aliàs (120) docuimus.

120 Sed ſi attentè legatur *Peyrinus*, videbitur, quòd mens ejus non eſt, quòd Superior Ordinarius, aut Delegatus poſſit recuſari, ut ſuſpectus, nè paſtoralem, ſivè paternam viſitationem inſtituat; ſed vult, quòd in viſitatione paternâ, ſi Superior quivis induit perſonam Judicis in cauſâ tùm civili, tùm criminali, tanquàm ſuſpectus valeat recuſari; nec aliud probant Canones à ſe adducti; non tamen per hoc ſubinfertur, quod poſſint repelli à viſitatione paternâ, in quâ nequit timeri gravamen, & ſi inferatur mutatâ perſonâ Paſtoris, ac Patris in Judicem, appellari poteſt. Hoc volui monitum lectorem, nè inadvertenter ſumat Peyrinum reſolutioni dubitationis à nobis propoſitæ, ac datæ adverſantem.

(112) *Sanctor. de Pœn. dict. cap. 6. Quæſt. 9. fol. 262.*
(113) *Gregor. XIII. Conſt. Quoniam noſtro. 8. April. 1575. apud Roderic. Tom. 1. Quæſt. 54. Art. 1.*
(114) *Bart. in l. Hoc articulo num. 5. ff. de Hæred. inſtit. Tuſc. lit. D. Concl. 269. num. 15. Barboſ. dict. 324. num. 3.*
(115) *Sanctor. de Pœn. cap. 6. Quæſt. 11. ℣. Tertiò ſi mutet, & ℣. Reſpondeo peccabunt. fol. 266.*
(116) *Part. 5. Tit. Canones. Quæſt. 4. à num. 99.*
(117) *Peyrin. de Subd. cap. 19. Quæſt. 5.*
(118) *cap. Si quis contra. de For. compet. cap. Secundò requiris. §. Tertiò poſtulas. de Appellat. cap. Cum ſpeciali. eo. tit.*
(119) *cap. Secundò requiris. §. Tertiò poſtulas de Appell. arg. cap. Accedens. il. § Vt lit. non conteſt.*
(120) *Par. 5. Tit. Canones. Quæſt. 3. num. 91.*

§. III.

Digitized by Google

# §. III.

## Appellatio mala.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio mala, quid ſit.*
2 *De appellatione, remiſſivè.*
3 *Appellatio in criminalibus in foro laico non admittitur.*
*In cauſis pecuniariis appellatio admittitur.*
*De utroque jure communi eſt admittenda.*
*Apud Nos datur à diffinitivâ, & interlocutoriâ, habente vim diffinitiva.*
4 *Delicta, quæ oriuntur ex appellatione mala.*
5 *Appellatio à Papa ad Concilium futurum eſt mala.*
*Complices hujus appellationis æquè delinquunt, ut principales.*
6 *Appellare à Papa non licet.*
*Appellans à Papa, ei rebellat.*
*Appellare ad futurum Concilium licitum eſſe, aſſerens eſt Hæreticus.*
7 *Appellatione trahens cauſam Eccleſiaſticam ad forum laicum, & in hoc complices committunt in Bullam cœnæ.*
*An ſufficiat ſimplex appellatio, quæ præfertur, an potiùs requiratur ſuper eâ ordinatio Iudicis laici, dubium eſt.*
*Vt incurrantur pœna Bullæ, requiritur ordinatio poſt appellationem.*
*Appellans à ſententiâ cujuſvis Officialis Papæ ad laicum forum incurrit in eandem Bullam.*
8 *Regulares prohibentur appellare per ſaltum.*
*Talis prohibitio eſt prò foro paterno.*
*Ratio talis prohibitionis.*
9 *Peculiares pœnæ prò Religioſis, temerè appellantibus.*

1 NOn abs re *Appellatio mala* ſub titulo delictorũ cõtrà obedientiá ponitur; qui enim malè appellat, indebitè renuit obedire Judici, aut, interlocutoriè, aut diffinitivè præcipienti. *Appellationem* verò *malam* eam dicimus, quæ nullâ fulcitur causâ legitimâ; aut quæ lege, vel Statuto fieri prohibetur.

2 Quid ſit autem *appellatio*; quotuplex; quomodò, & quandò proponenda; & quos effectus pariat, abundè diximus in *Parte primâ*, vndè repetere ſuperfluum eſt.

3 In foris ſæcularibus tùm laicalibus, tùm Eccleſiaſticis *appellationes* in Cauſis Civilibus paſſim admittuntur, in criminalibus autem in foro laico non conceduntur, & hoc ità diſponentibus Statutis quorumvis locorum Italiæ, ut pòſt *Grammaticum* ſcribit *Bajardus*, (1) quod pariter ſervatur in *Conſilio Flandriæ*, ut dicit *Practica Iodoci*, relata per *Clarum*, (2) hoc autem intelligitur de causâ criminali capitali; nàm in cauſis criminalibus pecuniariis, facto depoſito ad favorem fiſci, admittuntur appellationes, & de tali praxi in Statu Eccleſiaſtico teſtatur *Bajardus*; (3) Cæterum de jure communi (4) tùm Canonico, tùm Civili in quâvis causâ criminali, & civili *appellatio* admittitur. Apud Nos autem *Minores de Obſervantia*, qui in re criminali, nec latum vnguem elongamur à diſpoſitione ſacrorum Canonum, in criminalibus *appellatio* conceditur tùm à diffinitivâ, tùm ab interlocutoriâ, quæ habeat vim diffinitivæ, aut contineat gravamen, quod non poſſit per diffinitivam reparari juxtà diſpoſitionem *Tridentini*, (5) quod aliàs (6) dedimus.

4 Porrò delicta, quæ poſſunt occurrere ex malâ *appellatione*, in triplici differentiâ ſunt; uno modo, quandò quis appellat ad Tribunal, ſeù Judicem incompetentem; ut ſi quis in Causâ Eccleſiaſticâ ad Judicem laicum appellaret. Alio modo, quandò non ſervatur gradatio in *appellatione*, nullâ hujus extante causâ legitimâ; ut quandò quis, omiſſo medio, appellat ab infimo ad ſupremum Judicem. Tertio modo eſt, quandò abſquè probabili causâ gravaminis ab interlocutoriâ, ſeù diffinitivâ appellat, & de his tribus ſingillatim eſt dicendum.

5 Quantùm ad primum delictum malæ *appellationis*, occurrit primò *appellatio* facta à ſententiâ, ſivè ordinatione, aut mandato *Papæ* ad futurum Concilium, prout ſancitur in *Bulla Cœnæ*, (7) & hoc incurritur non tantùm ab appellantibus principaliter, ſed etiam à dantibus circà hoc conſilium, auxilium, ſeù favorem; (8) quod tamen intelligitur, ſi *appellatio* de facto fuerit interpoſita, ut ſcribit *Navarrus*. (9)

6 Fundamentum hujus criminis eſt, quià non licet appellare à ſententiâ *Romani Pontificis*, prout dicitur in jure, (10) cum enim *appellatio* ſit provocatio à Judice inferiori ad Superiorem, nulluſque in terris reperiatur ſuperior *Papâ*, ab eo appellans ipſi rebellat, ejus primatum impugnat, & ipſum alterius ſuperioritati ſubmittere procurat; (11) Undè aſſerens, licitum eſſe à *Papâ* appellare ad Concilium futurum in ſententiâ *D. Antonini*, *Iacobatii*, & *Martæ*, (12) habetur prò hæretico formali.

7 Alio etiam modo incurritur hoc delictum, quandò nempè Cauſa, pendens coràm Judice Eccleſiaſtico trahitur ad tribunal ſæculare; appellando ſcilicèt à ſententiâ latâ, aùt obtinendo à Judicibus laicis prohibitiones, aut mandata, etiam pœnalia contrà Judices Eccleſiaſticos Ordinarios, aut Delegatos; aut ſi procuretur, quòd talia mandata exequantur; & hoc crimine delinquunt non tantùm principales, ſed etiam dantes conſilium, patrocinium, & favorem, prout habetur in citatâ *Bullâ Cœnæ*.

(1) *Baiard. ad Clar. Quæſt. 94. num. 8. & ibi. Grammat. Vot. 2. nu. 8. & 30.*
(2) *Pract. Iodoc. cap. 149. num. 2. apud Clar. d. q. 94. ℣. Cæterum.*
(3) *Baiard. ad Clar. loc. citat. num. 28.*
(4) *cap. Cum ſit Romana. de Appellat. text. in l. litigatoribus C. de Appellat. l. Non tantum ff. eo l. Additos, C. de Epiſc. audie. Boſſ. Tit. eo. num. 1.*
(5) *Concil. Tridant. Seſſ. 13. cap. 1. de Reform. & Seſſ. 24. cap. 20. eo. tit.*
(6) *Part. p. Tit. Canones. num. 26.*
(7) *Bull. Cœn. Excomm. 2. Tolet. Inſtr. Sacerd. libr. 1. cap. 21. init.*
(8) *Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Appellantes cap. 1. ℣. Similiter.*
(9) *Navar. Manual. cap. 27. num. 58.*
(10) *cap. Nemo. cap. Aliorum. cap. Facta. cap. Ipſi ſunt. cap. Cuncta per Mundum. 9. q. 3.*
(11) *Farinac. Quæſt. 113. num. 1. & ſeqq. Sayr. de Cenſur. lib. 3. cap. 6. num. 2.*
(12) *D. Antonin. 3. Par. Tit. 24. cap. 2. §. Quoniam. Iacobat. de Concil. lib. 10. nu. 66. & ſeqq. Marta de Iuriſd. Par. 3. cap. 17. in fin.*

Digitized by Google

*na*. (13) Controverſia autem inter Doctores eſt, àn ad incurrendum hoc crimen, & ex conſequenti adnexam Cenſuram, requiratur non ſolùm, quòd recurſus habeatur ad Judicem laicum; ſed etiam quòd cum effectu obtenta ſint, & executioni demandata, prohibitiones, & mandata ad Judicem Eccleſiaſticum; àn verò ſimplex *appellatio*, ſeù recurſus ſufficiat. Nonnulli (14) ſentiunt, non incurri, niſi mandata, & prohibitiones obtineantur; ac Judici Eccleſiaſtico intimentur. Alii (15) è contrà ſentiunt ſolum recurſum ſufficere, quamvis mandata contrà Judicem Eccleſiaſticum à laico non impetrentur, aut executioni non demandentur. Utraque opinio eſt probabilis, ſed prima, ut benignior eſt amplectenda. Alio etiam modo hoc crimen incurritur, nempè quandò aliquis appellat ad tribunal laicum à futurâ exequutione gratiæ, vel juſtitiæ quorumcunque decretorum; quæ à *Papa*, & *Sede Apoſtolica Legatis, Nunciis, Præſidibus Palatii Papæ, & Auditoribus, & Commiſſariis Cameræ Apoſtolicæ; aliiſquè Iudicibus, & Delegatis Apoſtolicis* emanaverint; & à laicâ poteſtate, inſtante etiam Fiſci Procuratore, ſeù Advocato, appellationes hujuſmodi admitti, ac litteras, ſeù decreta præfata capi, & retineri facit; pròut habetur in dictâ *Bulla Cænæ Canon*. 13.

8 Quantùm ad ſecundum delictum malæ *appellationis*, hoc cadere poteſt tantùm in iis, qui appellare ſimpliciter; aut appellare per ſaltum prohibentur à propriis Judicibus immediatis ad *Papam*; aut alium Superiorem, omiſſo medio. Et quidèm ex conceſſione *Sixi IV. Auguſtiniani*, ac *Carmelitani*; ex privilegio *Iulii II. Prædicatores*; *& ex Bullâ Pauli III. Ieſuitæ* appellare prohibentur ab eorum Superioribus, etiam ad *Papam*, pròut ex *Sorbo* ſcribit *Sanchez*, (16) & nos *Minores de Obſervantiâ* appellare, per ſaltum prohibemur, ut infrà dicemus. Talis tamen prohibitio *appellationis* intelligenda eſt, quandò Superior in foro paterno per pœnitentias ſalutares juxtà regularia inſtituta Subditum punit. At ſi modum in corrigendo excedat, aut judicialiter gravet, licita, (non obſtantibus talibus privilegiis) eſt appellatio, ut communiter ſentiùnt Doctores (17). Fundamentum verò delicti in *appellatione mala*, quæ fit per ſaltum, eſt; quià Superiores intermedii, qui omittuntur, privantur actu judicandi, ad quod habent jus; irrogaturque ipſis injuria, dùm tanquam ſuſpecti quodammodò recuſantur, nè judicent: hinc talis injuria gratìs illata crimen evadit.

9 Quantùm verò ad tertium modum delinquendi in malâ *appellatione*; hoc peculiare eſt illis Religioſis, qui ob *appellationem* temerè à Superioribus immediatis, ad alios factam, augmentum pœnæ incurrunt, ex privatis legibus ſtatutariis, ut contingit apud nos *Minores de Obſervantiâ*. Si quidèm laici, ac Clerici ſæculares, quamvis temerè appellent, nullum patiuntur damnum, ultrà expenſas pecuniarias, ſed tantùm ſententiæ Judicis, *à quo* ſuccumbere coguntur.

(13) *Bull.Cæn.Excom.16.*

(14) *Navar.Conſil.20.de Sent.Excom.Filliuc.Tract.16.cap.10.Quæſt.12.num.284.Vgulonin.in Bull.Cæn.* ℣. *Ac etiam eos.num.2. Duard.eo.tit.Canon.16.quæſt.6.num.3.& ſeqq.*

(15) *Alter.de Cenſur.diſp.17.cap.2.col.2.& 3.℣.Verùm hic. Reginal. lib.9.cap.24.num.369. notab.5. Bonac. de Cenſur. in particul. diſp.1.quæſt.17.pun. 1.num.28.*

(16) *Sanch.in Decal.lib.6.cap.8.num.107.*

(17) *Navar.Com.3.de Regul.num.51. ad. 1.& lib.2. Conſil. Tit. de Appellat.Conſ.4.num.5.Azor.lib.12.cap.11.q.8.Roderic.tom.1. Quæſt.29.art.2.Sayr.Clau.Reg.lib.12,cap.17. num.38. apud Sanch.loc.cit.num.110.*

## Probatio.

*S V M M A R I V M.*

10 *Probatio appellationis facillima, & quarè.*

10 QUantùm ad probationem hujus delicti nihil facilius eſt. Cum enim *appellationes* hujuſmodi judicialiter fiant, ex actis ipſis probatum remanet delictum. Recurſus, pariter habitus ad Judicem laicum, manifeſtè convincitur ex prohibitione, ſeù mandato, facto Judici Eccleſiaſtico, quod reſultat, eſſe factum ad inſtantiam partis recurrentis: & hoc modo concludenter probatum remanet delictum.

## Pœnæ.

*S V M M A R I V M.*

11 *Pæna appellantium à Papa ad Concilium.*
*Item trahentium Cauſas Eccleſiaſticas ad Tribunal laicum.*
*Item impedientium, per appellationem ad laicos, executionem ſententiæ Officialium Papæ.*
*De talibus pœnis, remiſſivè.*
12 *Pæna Regularium malè appellantium petenda à ſuis Conſtitutionibus.*
13 *Primum Statutum prò Minoribus Regularis, ac Strictioris Obſervantiæ.*
14 *Secundum Statutum.*
15 *Tertium Statutum.*
16 *Quartum Statutum.*
17 *Quintum Statutum.*
18 *Sextum Statutum.*
19 *Septimum Statutum.*
20 *Prima dubitatio.*
21 *Petens conſilium, auxilium &c. à ſecularibus ſuo prætextu injuſtitiæ, ſibi factæ, incurrit pænas.*
*Non ſic, qui realiter gravatus eſt.*
22 *Opinio Sanctori.*
23 *Impugnatur.*
*Verè gravatus recurrens ad ſæculares prò conſilio &c. non incurrit pœnas.*
*Variæ rationes ad hanc concluſionem.*
*Inimico eo, qui dominatur in Provincia, nullus invenitur amicus.*
*Superiores Generales cauſa ſunt appellationum, quæ extrà Ordinem paſſim fiunt.*
24 *Etiam prò auxilio poteſt recurri ad ſæculares.*
*Iudex laicus poteſt ſe intromittere in Cauſa Religioſi per viam, (ut vulgo dicitur)* violentiæ.
*Quænam dicatur* via violentiæ.
*Miniſtri Regii ſcribentes litteras hortatorias ad Iudices laicos non violant immunitatem Eccleſiaſticam.*
25 *Opinio Dianæ contrà prædicta.*
*Reſpondetur Dianæ.*
*Non poteſt recurri ad Iudicem laicum, niſi in defectu Eccleſiaſtici.*
*Eo deficiente, tutò poteſt recurri ad laicum.*
26 *Injuſtitia, quandò ſit patens & manifeſta, ut ob eam poſſim recurrere.*

Du-

Digitized by Google

*Dubium, àn poſſit ſic recurri ob injuſtitiam probabilem.*

27 *Opinio Sanchez negativa?*

*Talis opinio prò alijs Regularibus poteſt quadrare.*

*Prò nobis Minoribus non vetatur recurſus, niſi* prætextu injuſtitiæ.

28 *Dubitatio ſecunda.*

29 *Ex defectu juſtæ rationis recurrendi, & ex ſcandalo, quod naſcitur, aggravatur delictum in recurrente ad ſæculares.*

30 *Dubitatio tertia.*

31 *Laici ſunt incapaces jurisdictionis Eccleſiaſticæ.*

*Epiſcopi de jure antiquo habent jurisdictionem in Monachos.*

*Monachi ſunt exempti à jurisdictione Epiſcoporum.*

*Cauſa, quarè graviùs puniuntur recurrentes ad Epiſcopos, quàm ad laicos.*

32 *Dubitatio quarta.*

33 *Pœnæ, quas incurrunt Regulares appellantes ad Tribunal laicum.*

*Quomodòlibet appellantes ad Tribunal laicum, eaſdem pœnas incurrunt.*

34 *Dubitatio quinta.*

35 *Nomine Tribunalis ſæcularis venit etiam Tribunal Epiſcopi.*

*Appellans ad Tribunal Epiſcopi incurrit pœnas latas à Gregorio XIII.*

36 *Appellans ad Tribunal Epiſcopi Regularis non incurrit pœnas Bullæ Cœnæ.*

37 *Dubitatio ſexta.*

38 *Dictio* quoquomodò, *quid importet.*

*Nullo modo poteſt Regularis appellare ad Tribunal ſæculare.*

*Regularis poteſt ſe tueri recurrendo, non autem appellando ad Tribunal ſæculare.*

39 *Dubitatio ſeptima.*

40 *Fautores, qui dicantur.*

41 *Nec directè, nec indirectè favens malè appellanti non dicitur ejus fautor.*

42 Directè *favere appellanti, aut* indirectè, *quandò ſuccedat.*

43 *Dubitatio octava.*

44 *Ut pœnæ malè appellantium incurrantur, non eſt neceſſe, quòd appellatio acceptetur.*

45 *Dubitatio nona.*

46 *Omiſſo medio, ſemper appellare licet ad Papam.*

*Iuri communi non derogatur, niſi de eo mentio expreſſa fiat.*

*Appellare ad Protectorem non licet.*

*Ad Sacram Congregationem, eſſe licitam appellationem, omiſſo medio, praxis probat.*

47 *Quandò Superiores intermedii ſunt ſuſpecti, appellatio per ſaltum eſt licita.*

48 *Dubitatio decima.*

49 *Pœna malè appelanti, quandò ſit duplicanda.*

11 QUò ad pœnas appellantium à Papâ ad futurum Concilium; ſivè eorum, qui per *appellationem* ad Tribunalia laica, ad illa trahunt Cauſas Eccleſiaſticas, impetrando prohibitiones, ſeu mandata ad Judicem Eccleſiaſticum; aut impediunt exequutionem Decretorum *Romanæ Sedis*, aut quorumcunque ipſius Judicum, ut diximus, ſuprà *num.* 7., patet per memoratam *Bullam Cœnæ*, quòd taliter delinquentes innodantur, ipſo facto, Excommunicatione, *Papæ* reſervatâ; nec circà hoc multum immoramur, cùm de tali Cenſurâ exactiſſimè ſcripſerint *Duardus*, *Vgolinus*, ac *Bonacina*, (18) ad quos lectorem remittimus.

12 Quò verò ad delinquentes in *malâ appellatione* aliis duobus modis, datis ſuprà *num.* 8. *&* 9., quilibet Regularis proprias Conſtitutiones debet conſulere; & ab his pœnas venari. Nobis *Minoribus* infraſcripta Statuta ſunt præſcripta.

13 1. *Quicumque ſub prætextu injuſtitiæ, ſibi factæ, ad Advocatos, Procuratores, & Iudices ſæculares, vel quomodòcumque, vel qualitercumque ad ſæculare Tribunal recurrit, aut prò conſilio, aut favoris petendi gratiâ; is actibus legitimis privetur; graviùs etiam puniatur, Superioris arbitratu.* (19)

14 2. *Qui verò ad locorum Ordinarios, eiſdem de cauſis, recurſum habuerit; graviter etiam, Generalis, vel Provincialis arbitrio, puniri poſſit; quinimmò debeat, ut Apoſtolicâ ſanctione cautum eſt.* Sic Valliſoletana. (20) Sed Statuta Generalia Ordinis, *cap.* 7. §. 5. *num.* 57. pròut ea refert *Sanctorus.* (21) *Si quis ad locorum Ordinarios, eiſdem de cauſis, recurſum habuerit, graviùs etiam puniatur. Provincialis, vel Generalis arbitrio:*

15 3. *Quià verò nonnulli, timore Dei poſtpoſito, & ſuæ profeſſionis immemores, ad Tribunalia ejuſmodi quandoquè appellant, & ad ea temerè confugiunt, vos admonemus, id ſibi auctoritate Apoſtolicâ prohiberi, ſub excommunicationis pœnâ, ipſo facto, incurrendâ, cujus abſolutio à nemine, niſi à Sanctiſſimo Romano Pontifice, præter quàm in mortis articulo, fieri poteſt; nec non privationis Officiorum Ordinis, & inhabilitatis perpetuæ ad illa, & alia quæcunque exercenda; vociſquè tàm activæ, quàm paſſivæ, ipſo facto, incurrendis pœnis.* (22)

16 4. *Ad ſæcularium Advocatos, Procuratores Iudices, & Tribunalia quæcunquè, prætextu injuſtitiæ, ſibi factæ, ſivè prò conſilio, ſivè prò favore recurrens, actibus legitimis privandus eſt, & graviùs etiam puniendus, Superioris arbitratu. Si verò ad locorum Ordinarios recurſum habuerit, etiam à Superioribus puniendus. Appellantes autem ad eadem Tribunalia ſunt excommunicati, & à ſolo Summo Pontifice abſolvendi, atquè perpetuò privari debent jure ſuffragiorum; omnibus Ordinis Officiis; & in perpetuum ad illa inhabilitari.* (23)

17 5. *Vbi appellationi ſit locus; à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem appelletur.* (24) *Qui ordo etiam ſervetur de recurſu.*

18 6. *Qui ſupradictum recurſus ordinem temerè violarit, is omni ſuffragiorum jure, triennio, careat, & bimeſtri omninò mancipetur.* (25)

19 7. *Si Reus repertus fuerit indebitè judicatus, vel gravatus, puniatur Iudex, à quo fuit appellatum. Si verò rectè judicatus reperiatur, ei pœna iniuncta duplicetur.* (26)

20 Prima dubitatio eſt circà primum Statutum, An ſcilicèt *in omni quomodòlibet caſu, & qualitercumque, nempè, aut per ſe, aut per ſubmiſſam, vel interpoſitam perſonam; vel oretenùs, vel ſcripta ad Iudices, Advocatos, aut Procuratores recurratur prò conſilio, aut favore,* incurratur actuum legitimorum privatio.

I 21 Reſpon-

(18) *Duard. Explicat. Bull. Cœn. Vgolin. eo. tit. Bonacin. de Cenſ. in partic. Diſp. p. per tot.*

(19) *Valliſol. cap. 7. Tit. de recurrent. ad Trib. ſæcul.* ℣. *1.*

(20) *Valliſolet. loc. cit.* ℣. *Qui verò.*

(21) *Sanctor. de Pœn. cap. 18. in princip. fol. 218.*

(22) *Valliſolet. loc. cit.* ℣. *final.* (23) *Text. Tit. Applicatio.* §. *48.*

(24) *Valliſolet. cap. 7. Tit. de Appell.*

(25) *Valliſolet. loc. cit.* ℣. *Qui autem.*

(26) *Valliſolet. loc. cit.* ℣. *Et ſi Reus.*

Digitized by Google

21 Reſpondeo, quòd, vt aliàs (27) diximus, in Statuto habetur, quod quicunque recurrerit ad ſæculares &c: *ſub prætextu injuſtitiæ, ſibi factæ*, hoc eſt non ex cauſâ Realis injuſtitiæ, ſibi factæ, ſed *prætextu*, nempè cauſâ falsâ, & coloratâ. Sequitur igitur, quòd ſi pauper Religioſus; verè, ac realiter gravatur, ſibique Realis fit injuſtitia, deficiuntque ſibi alia media in Religione, ad ſe tuendum, ſi recurrit ad laicos prò conſilio, aut favore, nullo modo delinquit, nec pœnam meretur. Ratio autem eſt, quià diſpoſitio ſtatutalis eſt modificata per illam clauſulam *ſub prætextu*; tum quià tali caſu licita, & de jure naturæ eſt defenſio, contrà quod lex humana nequit diſponere.

22 *Sanctorus* (28) poſtquàm circà hoc quæſitum reſpondit, non eſſe delictum petere à ſæcularibus conſilium abſolutè, ſed ſolùm *ſub prætextu injuſtitiæ &c.* dicit, quòd, ſi quis deſtitueretur officio, & hic recurreret ad ſæculares prò conſilio, aut favore &c. peccaret mortaliter, & committeret in Statutum; tùm quià ſecreta Ordinis propalat; tùm quià contrà proprios Judices inſurgit; tùm quià poteſt ad peritos intrà Ordinem recurrere; & caſus metaphyſicus eſt, quòd omnes in Ordine ſint ſuſpecti.

23 Sed pace doctiſſimi viri, cum limitatione accipienda eſt hæc doctrina. Si enim privatio Officii, aut alia pœna eſt juſtè inflicta, concedenda eſt concluſio *Sanctori*. Sed ſi deſtitutio Officii eſt cùm verâ, ac Reali, ac patenti injuſtitiâ, falſum eſt, quòd taliter recurrens *prò conſilio*, delinquat; tùm quià Statutum apertè loquitur de recurrente *ſub prætextu*; tùm quià, ſi tali caſu licet à ſæculari petere auxilium, ut infrà probabo, licebit etiam petere conſilium, cùm ambo ad titulum juſtæ defenſionis reducantur. Neque in tali caſu directè propalantur ſecreta Ordinis, neque intuitu injuſtè nocendi proximo, ipſius injuſtitia proditur; ſed indirectè tantùm, & ex puro motivo juſtæ defenſionis, quæ vndequaque licita eſt: Pariter contrà proprium Judicem inſurgere, quandò accidenter injuſtè contrà me procedit, delictum non eſt, cùm hoc fiat ratione inculpatæ tutelæ, & non ad vindictam. Inſuper non ſemper poteſt recurri prò conſilio intrà Ordinem; tùm quià ſæpè ſæpiùs, (ut accidit in parvis Conventibus) periti non adſunt, nec tempus, occaſio, aut facultas adeſt ſcribendi ad longinquos; tùm quià, ſi is, qui gravamen patitur, eſt poſitus in oculis ejus, qui clauum Provinciæ regit, non inveniet, neque qui conſiliari velint; omnes enim ſibi, & fortunis ſuis timent à facie perſequentis; accidit enim hujuſmodi pauperibus Religioſis, qui ſunt ſcopus perſecutionis ſupremi dominantis in Provinciâ, id, quod accidit, & de quo conquerebatur *Ovidius*, qui, cùm eſſet *Auguſto Cæſari* inviſus, canebat: (29)

*Eſſe, ſed irato, quis te mihi poſſet amicus?*
*Vix tunc ipſe mihi non inimicus eram.*

Ità iſti neminem inveniunt, qui ſibi amicitiam, quàmvis antiquam conſervent: ſibi enim metuunt à Dominante, qui vult omnibus exoſum eum, quem ipſe perſequitur; nec caſus iſte metaphyſicus eſt, ſed frequentiſſimus, & quem ſæpè vidi. Quòd verò ad Superiores majores intrà Ordinem poſſit recurri, non ſemper verum eſt. Nam aliquoties Superior aut localis, aut Provincialis violentiſſimè procedit, & carceres minatur, & intentat; & tali caſu non ſuppetit tempus recurrendi ad Generalem, aut Provincialem, gravamen enim carceris inevitabiliter imminet. Aliquoties, & ut in pluribus, Provinciales localium, & Generales Provincialium Superiorum partes, quamvis contrà juſtitiam, tuentur; exuuntque indifferentiam Patris, ac Judicis, ac induunt perſonam, ac partialitatem collitigantis; & tunc quomodò ab his ſperanda juſtitia, aut contrà oppreſſionem levamen? Frequentiſſimum hoc eſt; vndè Regulares Ordinum quorumvis vidi Romæ contrà proprios Provinciales, ac etiam Generales, coràm *Sac. Congregatione Regularium*, ac etiam *Concilii*, litigare; uti Advocatis, ac Procuratoribus laicis; plagas quamplurimas propriarum Religionum nudari in actis; & quod vix credibile eſt, etiam impreſſis, & per manus laicorum evolutis; & hoc ideò, quià Superiores Generales juſtam indifferentiam non ſervant. Talem autem recurſum ad laicos Advocatos, Procuratores puniri apud vllam Religionem, nec vidi, nec audivi, ut proindè concludere liceat ab inolitâ etiam conſuetudine talem recurſum, in caſu, ut præfertur, juſtificari.

24 Pariter non tantùm prò conſilio, & favore, ſed etiã prò auxilio in caſu injuſtæ, ac inevitabilis violentiæ, ac gravaminis, recurſus haberi poteſt ad quodvis Tribunal ſæculare, abſquè eo, quod committatur in legem. Quià in ſententiâ gravium Doctorum (30) poſſunt Judices laici, ſe intromittere in cauſis Eccleſiaſticorum *per viam*, ut vulgò dicitur, *violentiæ*, hoc eſt, impendere auxilium perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ violenter, & contrà patentem juſtitiam à proprio Judice opprimeretur, vel eſſet inevitabiliter opprimenda. Et profectò, ſi mihi licet petere auxilium contrà prædonem, qui vult me captivare, & à me recaptum pecuniarium extorquere, & qui vis laicus, non ſolùm publicam poteſtatem exercens, ſed etiam, ſi ſit privata perſona, non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur, ſaltem ex charitate mihi tali caſu opem ferre; videre neſcio, quomodò mihi ſit interdictum, petere auxilium à Judice laico; (quandò aliundè mihi ſuccurri nequit), aut prohibitum mihi ſit, brachium ſuum mihi impendere contrà Superiorem meum, qui patentiſſimâ cum injuſtitiâ vult me carcerare. Et ſilicet Judici laico, tali caſu, manu etiam armatâ, opem ferre; & quarè non licebit eidem hortatorias litteras dare ad Judicem Eccleſiaſticum, ut ab injuſtitiâ deſiſtat? Et quarè non licebit mihi recurrere, tali caſu, ad illum, ut tales hortatorias impetrem? Profectò Judices, ac alii Regii Miniſtri tales hortatorias ſcribentes non violant Eccleſiaſticam immunitatem, nec ullam incurrunt cenſuram, ut ſcribunt *Coriolanus, Megala*, & *Diana* (31) & ex conſequenti, neque delinquit ille, qui in caſu neceſſitatis ad eos recurrit, ut ſibi per tales litteras ſubveniatur.

25 Sciò duodecim Doctores, cumulati per *Dianam*, (32) quibus & ipſe ſubſcribit, impugnare ſupradictam ſententiam, quòd nempè poſſint Judices laici, ſe immiſcere in cauſis Eccleſiaſticorum per viam violentiæ, quià, ut habetur ex ſacris Canonibus, (33) Clericus conveniri debet coràm *Epiſcopo*; & hic coràm *Archiepiſcopo*; iſte autem coràm *Primate*, & *Primas* coràm *Papa*. Sed hoc minimè officit; quià vera eſt doctrina iſtorum, quod nempè ad Judicem laicum nequit recurri, neque hic poteſt ſe immiſcere in nego-

(27) *Par. p. Tit. Patronus num. 33.*
(28) *Sanctor. de Pœn. cap. 18. qu. 2. ℣. Reſpondeo non fol. 223.*
(29) *Ovid. Eleg. ad Auguſt.*

(30) *Salgad. Pereira, Cevall. Segura. Caliſt. Amendagn. Azeved. Seſſe. Gened. Bobadill. Io. de Hevia. Graſ. Roder. Valer. Io. de la Cruz. Ilamas Henriq. Anguian. apud Dian. par. 1. Tract. 2. Reſol. 13. Rot. in Tarraconen. 14. Decemb. 1592. & in Salmant. 4. Maii 1595. apud Farinac. Deciſ. crim. 103. num. 3. Sanctor. de Pœn. cap. 18. qu. 2. ℣. Reſpondeo in loco. fol. 224.*
(31) *Coriolan. in Bull. Cœnæ Can. 16. Megal. in 3. Part. lib. 3. cap. 19. num. 6. Dian. Par. p. Tract. 2. Reſol. 54.*
(32) *Dian. d. Par. p. Tract. 2. Reſolut. 13. ℣. Sed hanc.*
(33) *cap. Sacroſanct. de Sent. Excomm. cap. Ad redimendum. de Off. Ordin. cap. Antiqua. de Privil.*

negotio Eccleſiaſtico, quandò habetur copia Judicis majoris Eccleſiaſtici, ad quem poteſt recurri, & qui poteſt, & vult gravamen impedire, vel tollere. Sed ſi natura negotii non patitur, ut recurri poſſit ad Eccleſiaſticum, qui longè diſtat; vel cauſam meam non cognoſcet ipſe, ſed cognoſcendam committet Miniſtris, qui pecuniâ Superioris mei, me gravantis, corrupti me non ſublevabunt; aut nolet ſe ingerere in Cauſâ, nè amico ſuo, me gravanti, rem non gratam faciat, tùnc, cum nullum mihi auxilium aliundè ſuppetat, optimè prò auxilio recurrere poſſum ad Judicem laicum ſinè delicto; & iſte mihi poteſt de facto ſubvenire, pròut docent *Malderus*, *Portellus*, & *Souſa*, (34) quibus adſtipulatur *Diana*; & Nos etiam alibì (35) cum *Antonio à Spiritu Sancto* inſinuavimus.

26 Taliter verò me poſſe recurrere ad Judicem laicum caſu, quo injuſtitia ſit patens, & manifeſta, extrà omnem aleam eſt. Sed difficultàs eſt, quandò nam injuſtitia, ſeu gravamen, quod mihi fit à Superiore, patens eſt, & ideò poſſum recurrere? Dico, quòd gravamen tunc eſt patens, quandò Superior euidenter procedit contrà eſſentialem ordinem juris. Exempli gratia ſi vult me carcerare ad arctationem qualificatum, aut alio modo torquere antè conceſſas mihi defenſiones. Si mihi denegat Advocatum, quem juridicè petii ad me defendendum. Si mihi denegat copiam actorum cum nominibus Teſtium, ut contrà earum perſonas poſſim excipere. Si non vult admittere recuſationem, à me propoſitam contrà eum, tanquam mihi ſuſpectum, &, pròut de jure, cognitionem juſtitiæ recuſationis, à me factæ, Arbitris committere; Si appellationi interlocutoriæ, habenti vim diffinitivæ non vult deferre; Si tandem mihi vult inferre gravamen irreparabile per diffinitivam, & alia hujuſmodi, quæ patenter ſunt contrà jus, aut commune, aut Statutarium. Sed quid juris, quandò gravamen non eſt ità evidens, & ego cauſam probabilem tantùm appellandi, aut recurrendi habeo? poſſumnè ego, mihi deficiente copiâ Superioris intrà Ordinem, ad quem reccurram, ad Tribunal ſæculare recurrere prò auxilio?

27 Reſpondeo. *Thomas Sanchez* (36) opinatur, quòd Religioſis ſit interdictum, appellare etiam ad proprios Prælatos intrà Ordinem, & multò fortiùs extrà Ordinem, quandò gravamen, quod ſibi infertur, non eſt evidens. Et ex conſequenti, in ipſius ſententiâ, ad dubium propoſitum oporteret reſpondere, quòd in caſu gravaminis, tantùm probabilis, etiamſi Superiores intrà Ordinem, ad quos poſſet recurri, non ſuppeterent, non poſſit quis prò auxilio recurrere ad Judices, aut alias perſonas ſæculares prò conſilio, favore &c. Sed quidquid ſit de opinione *Sanchez*, quæ prò aliis Religionibus poteſt habere probabilitatem; in noſtrâ Religione locum non habet. Nàm apud Nos vetitum eſt, *temerè*, hoc eſt nullâ causâ, nequè etiam probabili, exiſtente, *appellare*; vetitum pariter eſt ad ſæculares recurrere prò conſilio, aut favore, *prætextu injuſtitiæ, ſibi factæ*, nempè ex causâ coloratâ, aut fictâ; non tamen quandò cauſa probabilis extat; tunc enim dici non poteſt, quòd recurratur, *prætextu*, ſed ex causâ verâ, licèt tantùm probabili.

28 Secunda dubitatio circà idem Statutum eſt, quomodò, & quandò debeat, *Superioris arbitratu*, puniri, qui in hoc delictum impingit?

29 Reſpondeo. Major gravitas hujus criminis pendere poteſt à duabus cauſis; una eſt à defectu rationis recurrendi; alia eſt à ſcandalo, orto à tali recurſu, vel ob turpitudinem criminis, quo maculatur Religio; vel ob diffamationem diſperſam in populo. Ratio eſt, quià quidditas hujus criminis conſiſtit in defectu cauſæ rationabilis recurrendi. Si enim cauſa etiam probabilis recurrendi viget, licitus eſt, cæteris paribus, recurſus, ut ſuprà dictum eſt. Si verò cauſa Judicetur non realiter, ſed apparenter tantùm probabilis; tùnc intervenit delictum, nàm tunc verè recurritur, *ſub prætextu* injuſtitiæ, quod eſt contrà Statutum. Si autem nulla, nequè etiam apparens extat ratio probabilis, tunc evidens eſt malitia recurrentis, qui proindè debet etiam graviùs mulctari. Pariter ratione ſcandali aggrauatur delictum, ex notis juribus; vndè gravari debet etiam pœna. Et quomodò? Dico, quòd, ſicut ſinè juſtâ causâ appellans ſivè ab interlocutoriâ, ſivè à diffinitivâ, duplicationem pœnæ mereretur, ut habetur *Statuto* 7., dato ſuprà *num.* 19., ità duplicari ſibi debet pœna, ad quam evadendam ipſe prò conſilio, aut favore recurrit ad ſæculares.

30 Tertia dubitatio eſt circà Statutum ſecundum, datum ſuprà *num.* 14. & eſt quarè recurrentes pari modo ad Ordinarios locorum, *graviùs* debeant puniri, quàm recurrentes ad Tribunalia laica prò favore, conſilio &c.?

31 Reſpondeo, quòd, cum laici ſint incapaces juriſdictionis ſuprà Regulares, (niſi Privilegia tenerent,) (37) cum Eccleſiaſtici ſint, ex recurſu ad ipſos habito nequeunt pretendere acquiſitionem juriſdictionis ſuper Regulares; proindè non tantum damni imminet Religioni ex recurſu ad ipſos. Epiſcopi autem antiquitùs habuerunt plenam juriſdictionem in Monachos, (38) qui poſteà ab eorum juriſdictione fuere exempti (39). Proindè omnibus viis, & mediis procurant Regulares quaquàverſum ſuæ juriſdictioni iterùm ſubdere; undè dietìm tot controverſiæ juriſdictionales inter Epiſcopos, ac Regulares inſurgunt. Occaſione ergò recurſus ab ipſis Regularibus ad eos habiti, anſam arriperent Epiſcopi acriùs impugnandi immunitatem Regularium, & ampliandæ juriſdictionis ſuper eos, undè etiam graviora præjudicia Ordini advenirét; proindè graviùs punitur indebitus recurſus ad Epiſcopos, quàm ad alios, ut benè ſenſit *Sanctorus*. (40)

32 Quarta dubitatio eſt circà tertium Statutum, relatum ſuprà *num.* 15., & eſt, quas pœnas reportent Regulares appellantes ad Tribunalia ſæcularia?

33 Reſpondeo, quòd vltrà excommunicationem, latam in *Bulla Cœna* contrà trahentes Cauſas Eccleſiaſticas ad Tribunalia laica, ut dictum fuit ſuprà *num.* 12. Regulares taliter appellantes incurrunt particulares Excommunicationes Pontificum, qui Ordinibus ſpecialibus ſub ſimili cenſurâ, ac aliis pœnis vetuerunt hujuſmodì appellationes. Hoc enim prohibuit prò *Prædicatoribus Iulius II.*; prò *Heremitanis Bonifacius IX. Leo X. & Clemens VIII.*, (41) & cum hoc ſit favorabile Religioni, ad omnes Ordines, qui participant in privilegiis Mendicantium extenditur, pròut benè firmat *Sanctorus*. (42) Nos Minores ſpecialem habemus prohibitionem, la-



(34) *Malder. in 2. Par. q. 96. Art. 4. Portel. Dub. Regular. V. Appellare. num. 3. Souſa in Bull. Can. cap. 15. Diſp. 78. num. 2. & ſeqq. Diana. Par: p. Tract. 2. Reſol. 13. ¶. Sed ego.*

(35) *Par. p. Tit. Canonez. num. 38.*

(36) *Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 8. nu. 310. ſub fin*

(37) *cap. Nemo. cap. Nullus. cap. Clericum. cap. Fratris. 11. q. 1. ca Conſulendum. 28. Diſt. Concil. lateran. 3. cap. 14. & 19.*

(38) *cap. Qui verè. 16. q. 1. cap. Statuendum. cauſ. ead. q. 2.*

(39) *cap. Quam ſit neceſſarium. 18. q. 2.*

(40) *Sanct. de Pæn. cap. 18. q. 3. ¶. Reſpondeo II. fol. 226.*

(41) *Conf ect. Comp. privil. fol. 21. & 120. Barboſ. Apoſt. Conſtit. Collect. 325. num. 22.*

(42) *Sanctor. de Pæn. cap. 18. quæſt. 4. ¶. Quod autem. fol. 232.*

tam in *Brevi Gregorii XIII. Quoniam noſtro &c.* qui ſub pœnâ Excommunicationis, Papæ reſervatæ, ipſo facto incurrendâ, nec non privationis omnium Officiorum Ordinis, & perpetuæ inhabilitatis ad illa; itemque deſtitutionis vocis activæ, ac paſſivæ vetat Nobis talem *appellationem* ad laica Tribunalia, prout innuitur in hoc Statuto, in quas pœnas incurrunt, non ſolùm principales taliter appellantes, *verùm etiam quomodolibet directè, vel indirectè fautores, & conſultores*, prout ſonat Breve.

34 Quinta dubitatio circà idem Statutum eſt, àn nomine Tribunalium ſæcularium veniant Tribunalia Ordinariorum locorum?

35 Reſpondet huic dubitationi *Sanctorus* (43) affirmativè, ob notam diſtinctionem Clericorum ſæcularium, ac Regularium; Tribunal enim Epiſcoporum eſt Tribunal Clericorum ſæcularium; & cum Breve *Gregorii* loquatur de *Tribunalibus ſæcularibus*, liquet, quòd comprehenditur etiam Tribunal Epiſcoporum, quod non eſt Regulare, ſed ſæculare. Clerici enim in hoc, quòd Eccleſiaſtici ſunt, non differunt à Regularibus, ſed differunt à laicis; tamen in hoc, quòd *ſæculares* ſunt, non differunt à laicis, ſed à Regularibus diſtinguuntur; & proindè eorum Tribunal venit nomine Tribunalis ſæcularis.

36 Advertendum tamen, quòd Regularis appellans ad Tribunal Epiſcopale incurrit quidèm pœnas, latas à Pontificibus vetantibus Regularibus appellare ad Tribunalia laica; non tamen incurrit Excommunicationem, latam in *Bulla Cœna* contrà trahentes Cauſas Eccleſiaſticas ad Tribunalia, ac Judices laicos. Si quidem Tribunal Epiſcopi, quàmvis ſæculare ſit, non tamen laicum eſt.

37 Sexta dubitatio ad idem Statutum eſt, àn etiam in caſu veræ, ac Realis iniuſtitiæ, ſeù gravaminis appellans ad Tribunal ſæculare, illas pœnas incurrat?

38 Reſpondeo affirmativè, nàm in dicto Brevi *Gregorii* puniuntur, qui causâ *appellationis* Tribunalia ſæcularia, *Quovis prætextu, aut quæſito colore, & quoquomodò adire audeant.* Dictio autem *quoquomodò* comprehendit quemvis modum, & caſum etiam improprium. (44) Undè licèt prohibitio alienationis bonorum non comprehendat neceſſariam alienationem, tamèn ſecùs erit, ſi adſit hæc dictio *quoquomodò*, ut poſt quandam Gloſſam, (45) tenent Doctores. Et ſi Statutum puniat homicidium, *quoquomodò* commiſſum, debet puniri, etiamſi homicidium juſtam cauſam habuerit. (46) Quàmvis igitur videatur licitum, ad tollendum gravamen, evidenter injuſtum, appellare ad ſæculare Tribunal, tamèn etiam ſub hoc titulo juſtæ defenſionis prohibetur. Nec contrà rationem, aut jus naturalis defenſionis eſt hujuſmodi diſpoſitio; ſi quidèm poteſt gravatus ſe tueri alio modo, quàm per *appellationem*; ſi enim evidenter gravatur, nec alius modus ſe tuendi ſibi ſuppetit, poteſt quidèm ad Tribunal ſæculare, non appellando ad illud, ſed ejus auxilium implorando, recurrere, ut de facto gravamen tollat, non ut de jure de juſtitiâ Cauſæ cognoſcat; illud enim licitum eſt, & poteſt Judex ſæcularis quivis in defectu cujuſvis alterius auxilii, per *viam violentiæ*, ut diximus, ſuprà *num.* 24. in Cauſâ Eccleſiaſtici ſe miſcere, non verò de meritis Cauſæ cognoſcere, niſi de patenti injuſtitiâ gravaminis, cui ſuccurrit. Et intereà poteſt Regularis *appellationem* ad ſuos Judices dirigere, ſublevatus de facto ab injuſto gravamine, auxilio ſibi præſtito à Judice ſæculari.

39 Septima dubitatio circà idem Statutum eſt, quomodò intelligenda ſit illa clauſula *directè, vel indirectè fautores, & conſultores concurrentes ad appellationem* ad Tribunalia ſæcularia?

40 Reſpondeo, quòd quidam Canon (47) textualiter declarat, qui ſint alicujus delicti *fautores*, dicendo, *eos delinquentibus favere interpretamur, qui, cum poſſint, manifeſto facinori deſinunt obviare.* Obviare autem, & delictum impedire ex officio, & poſſunt, & debent Superiores; & proindè, ſi iſti non prohibent egreſſum à Conventu, aut ſcripturam, aut miſſionem epiſtolæ illius, qui vult ad Tribunal ſæculare appellare, profectò, non impediendo, erunt *fautores*. Subditus pariter, ſi eſt ſocius ejus, qui vult adire palatium Judicis ſæcularis, ut appellet, & ipſe hoc novit, & impedire poteſt, nè illùc vadat, proteſtando, ſe nolle ipſum illùc aſſociare, non tamen impedit, *fautor* ipſius dicendus eſt; ſicut etiam ſi deferret ad Judicem ſæcularem litteras appellantis, per quas *appellationem* interponeret, aut alio modo illi cooperaretur.

41 Si verò non impedit, & non ex dolo, puta, quod non gratum, nec ratum habet, quòd hujuſmodi appellatio fiat; ſed vel ex incuriâ; vel quià non vult diſplicere amico, ſic appellanti; vel quià non vult ſe ingerere in negotiis alienis, Subditus non incurrit tales pœnas, quià nec directè, nec indirectè favet appellanti, ut vult *Abbas*, quem ſequitur *Laurentius de Peyrinis*. (48)

42 *Directè* verò *favere*, aut *conſulere* eſt, quandò favens, aut conſulens, immediatè favore, aut conſilio negotium attingit; ut in caſu eſſet, ſi quis formulam *appellationis* dictaret, ſcriberet, ad Judicem deferret, faciendam conſuleret, laudaret, aut ad eam accenderet; & ſimilibus. *Indirectè* verò eſt, quandò ex obliquo negotium attingitur, nempè cum aliquid fit, ad quod ex conſequentiâ oritur id, quod dicitur indirectè fieri. Ut, ſi quis Judici ſæculari appellantem commendaret; ſi iter ad Judicem oſtenderet; viaticum prò itinere tribueret; laudaret animum appellare volentis; diceret majorem juſtitiam inveniri apud ſæculares, quàm Regulares, & ſimilia, ex his enim promovetur per indirectum appellatio.

43 Octava dubitatio circà idem Statutum eſt, àn hujuſmodi pœnæ tùm à principalibus, tùm à fautoribus, & conſultoribus incurrantur, ſi factâ *appellatione*, hæc reiiciatur à Judice ſæculari, & nullus effectus ex ipsâ reſultaret contrà Judicem Regularem?

44 Reſpondeo, quòd tùm in *Bulla Cœna*, tùm in Brevi *Gregorii XIII.* aliorumque Pontificum infliguntur pœnæ, ac cenſura ſupradicta contrà appellantes, ut præfertur; nec loquuntur de *appellatione* acceptatâ, nec nè; nec de aliquo Decreto Judicis ſæcularis ſecuto, vel non. Sequitur ergò, quòd, factâ appellatione, delictum eſt con-

(43) *Sanctor. de Pæn. D. cap.* 18. *Quæſt.* 3. *V. Reſpondeo* 3. *fol.* 226.

(44) *l.* 1. *V. Quoquomodò, ff. de Teſtam. l. Quidam.* §. 1. *ubi Gloſſ. ff. de Fideicom.*

(45) *Gloſſ. in l. Quidam.* §. *final. in V. Quoquomodò. ff. de Fideicom. liber. Ruin. Conſ.* 31. *num.* 7. *lib.* 2. *Roland. à Val. Conſ.* 80. *num.* 37. *lib.* 3. *apud Tuſc. lit. D. Concl.* 359. *num.* 8.

(46) *Ruin. Conſ.* 32. *num.* 7. *lib.* 2. *Menoch. Recuper. poſſ. .. emed.* 5. *nu.* 63. *apud Tuſc. loc. cit. num.* 9.

(47) *cap. Quanta præſumptionis. Extra de ſent. Excom.*

(48) *Abb. in cap. Quanta præſumptionis. num.* 7. *de Sent. Excomm. Peyrin. ad Conſt.* 2. *Gregor. XIII.* §. 5. *num.* 5.

Digitized by Google

conſummatum, & pœnæ incurruntur, quantùmvis *appellatio* acceptata non fuerit. Et in facti contingentiâ fuit à *Rota Romana apud Farinacium* (49) declaratus incurriſſe Excommunicationem quendam Clericum, qui ad Conſilium Regium recurrerat, quantùmvis ab eodem Conſilio nullum Decretum præjudiciale prodiiſſet, & recurrens remiſſus ad *Nuncium Apoſtolicum*.

45 Nona dubitatio eſt circà quintum Statutum, datum ſuprà *num.* 17. & eſt An, & quandò liceat non ſervare gradum in faciendâ *appellatione* à Superiore locali ad Provincialem, ab iſto ad Generalem, ab hoc ad Protectorem, & deinceps?

46 Reſpondeo primò, quòd, omiſſo quolibet intermedio appellari poteſt ad *Sedem Apoſtolicam*, ut volunt Doctores. (50) Nec obſtat Decretum S. Congregationis, quod refert per extenſum *Peyrinus*, (51) per quod vetatur appellare per ſaltum apud Regulares; nàm hoc verum eſt reſpectu aliorum Judicum, non autem *Sedis Apoſtolicæ*; tùm quia tale Decretum juri communi non derogat, quod tamen exprimere, neceſſarium fuiſſet, ut ex jure (52) deducitur; tùm quia veriſimile non eſt, quòd *Papa* voluerit propriam *Sedem* tali privilegio privare; at ità firmant *Torrellas*, & *Diana*. (53) Omiſſo autem Provinciali, appellare immediatè ad Protectorem juxtà *Sanctorum* (54) an quis poſſit, dubium fuit in jure, & in facto; in jure quidem, quia de tali jure nullibi conſtat; in facto autem, quia tales *appellationes* aliquandò ſuſtinebantur, aliquandò non. Sed modò nullum dubium ampliùs viget; certum enim eſt, quòd tales *appellationes* non ſubſiſtunt, cum per Bullam *Sanctiſſimi D. Innocentii XII.* quem Deus diù ſervet incolumem, Protectoribus ſit adempta facultas cognoſcendi de Cauſis particularium Religioſorum. Quò autem ad *Sac. Cardinalium Congregationem* dicendum eſſet, quòd *appellatio*, per ſaltum ad ipſam facta, non deberet ſuſtineri, cum hoc ordinetur ab ipſamet *Congregatione* in ſuo Decreto, quod ſuprà diximus, referri à *Peyrino* per extenſum. Praxis tamen contraria eſt; vidi enim Romæ, vbi commoratus ſum per duodecim annos, appellationes Regularium, quoquomodò ad *Sac. Congregationem* factas admitti, ac ſuſtineri.

47 Reſpondeo ſecundò, quòd, ſi Superiores intermedii ſunt aliquo modo ſuſpecti Religioſo appellanti, poteſt iſte illos omittere, & per ſaltum appellare; nam, prout optimè habet *Peyrinus*, (55) ille, qui eſt ſuſpectus, non eſt legitimus Superior, aut Judex, coràm quo litigare per appellationem interpoſitam quis tutò poſſit; vndè etiam omitti ſecurè poteſt; attento maximè, quòd in Statuto ſexto, quem dedimus ſuprà *num.* 18. punitur, non qui ſimpliciter ordinem gradatæ appellationis violat; ſed qui *temerè*, hoc eſt, abſque causâ rationabili, ſaltem probabili, talem ordinem non ſervat. Undè ſequitur, quòd, qui omittit ex rationabili ſuſpicione, *non omittit temerè*; & ità puniendus non ſit.

48 Decima dubitatio eſt circà ſeptimum Statutum, quod dedimus ſuprà *num.* 19. & eſt, an in quolibet caſu, in quo à Judice *ad quem* ſententiarum ſit, *malè eſſe appellatum, & benè judicatum*, debeatur Reo appellanti duplicatio pœnæ?

49 Reſpondet *Sanctorus* (56) negativè; non enim dignus eſt, cui pœna duplicetur, niſi qui appellat abſque vllâ ratione, etiam probabili gravaminis incuſſi. Qui verò probabiliter cauſam appellandi habet, non debet ſuccumbere duplicationi pœnæ, ſi contrà eum, judicetur; ſicut etiam accuſator deficiens in probatione criminis non punitur pœnâ talionis, ſi ſemiplenè probavit, aut ex formâ probatâ accuſavit. Hæc *Sanctorus*, cui & ego ſubſcribo.

(49) *Rot. Roman. Deciſ.* 179. *num.* 1 *apud Farinac. Deciſ. crimin.*

(50) *Navar. lib.* 2. *de Appellat. conſ.* 2. *num.* 1. *Pegn. Direct. Inquiſ. par.* 3. *Com.* 31. *V. Quòd ſi. Vant. Barboſ. Covaru. Bobadill. apud Peyrin. Addit. ad Conſt. Leo X. cap.* 4. *num.* 14.

(51) *Peyrin. loc. cit. num.* 15.

(52) *arg. cap. Nonnulli. ubi Abb. num.* 10. *& Felin. num.* 9. *de Reſcript.*

(53) *Portell. Dub. Regul. V. Appellare. num.* 3. *Diana, Part.* 3. *Tract.* 2. *Reſol.* 54.

(54) *Sanctor. de Pan. cap.* 18. *Quæſt.* 4. *V. Reſpondeo quo ad Sedem, fol.* 235.

(55) *Peyrin. Addit. ad Conſtit. Leo X. cap.* 4. *num.* 18.

(56) *Sanctor. de Pan. cap.* 26. *Quæſt.* 5. *V. Reſpondeo ſecundò. fol.* 344.

§. IV.

Digitized by Google

## §. IV.

# Conſpiratio.

*SUMMARIUM.*

1 *Conſpiratio militat contrà obedientiam.*
2 *Conſpirationis diffinitio, & quomodò differat à coniuratione.*
3 *Conſpiratio, ac coniuratio aliquandò benè ſonant.*
*In dubio conſpiratio ſumitur in malam partem.*
4 *Conſpirationis varia vocabula.*
5 *Conſpiratio aliquandò fit contrà privatam perſonam.*

1 IN ſerie delictorum contrà obedientiam, jure merito etiam *Conſpiratio* numeratur; dùm enim ad invadendam, ac labefactandam dignitatem Superioris hæc dirigitur, prout infrà dicemus, liquet, quòd hoc fit ad ſe ſubtrahendum ab obedientiâ illius.

2 *Conſpiratio* autem, prout eam optimè diffinit *Decianus* (1) ſiuè etiam *coniuratio* eſt *plurium contrà aliquem facta pactio, ſeù coitio, vel concordatum*. Sivè, ut *Archidiacono* (2) placet, & habent Gloſſæ quædam; (3) *Conſpiratio eſt multorum conventio ad ſubverſionem ſtatus, ſeù dignitatis alterius*. Porrò differunt *conſpiratio*, & *coniuratio* inter ſe in hoc, quòd *conſpiratio* importat nudû conſenſum aliquorum contrà dignitatem alterius, ob eam ſcilicet labefactandam; ſed *coniuratio* importat etiam juramentum, quo conſenſus conſpirantium magis roboratur. (4)

3 Hæc duo vocabula aliquandò in bonam partem accipiuntur, quandò nempè illi, qui *conſpirant*, ſeù *coniurant*, conveniunt ad aliquod opus bonum; ut ſi multi convenirent ad liberandam Patriam à tyrannide, ut fecit *Iojada Sacerdos* contrà *Reginam Athaliam tyrannam Hebræorum*, quæ clamabat in templo *Coniuratio, coniuratio*, ut habetur in lib. *Regum*. (5) & *Honorius III.* ut habetur in quodam capitulo, (6) abſolvit quoſdam Clericos, qui juraverant, ſe non conſpiraturos contrà *Principem Antiochenum*, ſuadendo ipſis, ut prò viribus ſtent contrà ipſum ad defenſionem Eccleſiæ; ex quo deducit Abbas *conſpirationem* aliquandò eſſe licitam, nempè quandò ordinatur ad deſtruendum malum. Tamen in dubio *conſpiratio*, & *coniuratio* ſumuntur in malam partem, quià, ut habetur ex quodam capitulo (7) apud *Decianum*, affectatæ colligationes, & præter omnem conſuetudinem, ſuſpicionem mali inducunt; cum charitas amet ſimplicitatem. Undè ſequitur, quòd probatâ inſolitâ vnione, aut colligatione aliquorum, ipſis (ratione præſumptionis malæ, quam habent contrà ſe), incumbit onus probandi, illam non fuiſſe ad malum finem, ut delictum evadatur.

4 Varia etiam *conſpiratio*, & *coniuratio* ſortiuntur vocabula, quæ tamen tendunt in idem; puta, quòd ſint vniones in præjudicium dignitatis, aut ſtatus alicujus. Et ità aliquandò vocantur à Doctoribus *confœderationes* (8) aliquandò *Cætus*, ut ex jure (9) habetur. nùnc *Concilia*; nùnc *Congregationes*; modò *Conventicula*, modò *Factiones*; *Partialitates*, *Partes*, *Sectæ*, & aliis etiam vocabulis cenſentur, quæ refert, & eruditiſſimè more ſuo illuſtrat *Decianus*. (10)

5 Committitur etiam delictum *conſpirationis*, ſeù coniurationis contrà privatam perſonam, ejus vitæ, dignitati, aut fortunis inſidiando. Undè textualiter habetur in quodam digeſto, (11) quòd, cùm *Iulius Tarentinus repræſentaſſet Imperatori Hadriano, conſpiratione adverſariorum, Teſtibus pecuniâ corruptis, Religionem Iudicis circumventam eſſe* in ipſius præjudicium, Imperator reſcripſit, quòd, probatâ conſpiratione, ipſa eſſet *ſeverè vindicanda*, &, circumſcribenda ea, quæ malè à Iudice decreta fuere; ex quà lege *Oldendorpius*, ac *Prateius*, apud *Calvinum* (16) eliciunt concluſionem, quòd punibilis conſpiratio, etiam contrà privatam perſonam datur.

# Probatio.

*SUMMARIUM.*

6 *De Probatione conſpirationis, remiſſivè.*

6 QUià *conſpiratio*, aut *coniuratio* contrà Principem, aut Superiorem eſt ſpecies criminis *læſæ majeſtatis*, nè cogamur inutiliter aliquid repetere, ibi dicemus, quomodò probandum ſit tale crimen in genere, & ipſius regulæ adaptari poſſunt ad probandas ipſius ſpecies.

# Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

7 *De pœnis conſpirantium contrà Principem, remiſſivè.*
8 *Pœna laici conſpirantis contrà privatam perſonam eſt arbitraria.*

9 *Pœna*

(1) *Decian. Tract. criminal. lib. 7. cap. 7. num. 1. & 2.*
(2) *Archidiac. in cap. Coniurationum. 11. q. 1.*
(3) *Gloſſ. in cap. Per tuas. in V. Conſpiratio de Simon. & in cap. Petitio. de Iureiur.*
(4) *Abb. in cap. Venerabilis num. 1. de Teſt. cogen. Sanctor. de Pœn. cap. 16. Quæ. V. Dicitur autem. fol. 170.*
(5) *Reg. lib. 4. cap. 11. V. 14.*
(6) *cap. Petitio veſtra. vbi Abb. num. 2. de Iureiur. Innoc. in cap. Cum I. & A. de Sent. & re iudic.*
(7) *cap. Si quis Clericorum. 11. quæſt. 1. Præpoſ. in cap. Conſpirationum num. 2. & 3. Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 7. num. 3.*
(8) *Io. Andr. in cap. Exhibita. de Iudic. Imol. in cap. Petitio veſtra de Iureiu. Martin. de laud. de Crim. læſ. maieſt. quæſt. 16. Decia. loc. cit. num. 5.*
(9) *text. in l. p. ff. Ad leg. Iul. maieſt. l. Qui cœtu. ff. Ad leg. Iul. de vi pub.*
(10) *Decian. d. Tract. crim. lib. 7. cap. 7. num. 6. & seqq.*
(15) *l. Diuus. 33. ff. de Re iudic.*
(16) *Calvin. lexic. V. Conſpiratio.*



Digitized by Google

9 *Pœnæ Clericorum, ac Monachorum conſpirantium, contrà Epiſcopum.*
10 *De pœnis Regularium conſpirantium in Superiores ſuos remiſſive.*
11 *Statutum primum Minoribus de Obſervantiâ.*
12 *Statutum ſecundum.*
13 *Statutum tertium.*
14 *Dubitatio prima.*
15 Concordia malitioſa, *quandò ſit.*
16 *Dubitatio ſecunda.*
17 *Conſpiratio ſemper præſefert rationem mali.*
*Conſpirantibus incumbit onus probandi, ſe in bonum conſpiraſſe.*
*Opinio Sanctori, circà hoc.*
18 *Congregationes nocturnæ, etiam antiquitùs vetitæ.*
*Eæ ſine licentiâ Superiorum præſumuntur malæ.*
*In Religione peſſimos effectus producunt.*
19 *Concordiâ malitioſâ præſumptivè probatâ, non per hoc eſt probata conſpiratio.*
*Acta, quæ probant concordiam malitioſam.*
20 *Vera intelligentia Statuti, dati* num. 12.
21 *Malitioſa concordia eſt, quandò multi congregantur ad manifeſtandos ex malo animo Superiori alicujus defectus, quàmvis veros.*
22 *Difficilis eſt probatio malæ intentionis in concordiâ initâ.*
23 *Hoc cognoſcitur ex modo factæ delationis.*
24 *Quæ requirantur de lege Divinâ, & humanâ, ut ritè Superiori manifeſtentur defectus proximi.*
25 *Superior, quandò teneatur de conſpiratione inquirere.*
26 *Superior detegens conſpirationem, & delicta delata eſſe vera, debet punire tùm conſpiratores, tùm eum, cujus delicta, ipſi delata ſunt.*
27 *Dubitatio tertia.*
28 *Caput conſpirationis, plùs cæteris debet puniri*
29 *Quomodò derogatur caput conſpirationis.*
30 *Continuatur eadem materia.*
31 *Dubitatio quarta.*
32 *Conſpiratio ſit, ut plurimùm contrà Religioſos egregios, & quomodò fiat.*
33 *Dubitatio quinta.*
34 *Contrà Novitios, & Tertiarios poteſt fieri conſpiratio.*
*Conſpirantes contrà Novitium incurrunt excommunicationem.*
*Plus delinquit, qui injuſtè ſuffragium Novitio denegat, quàm qui ei diſſuadet profeſſionem emittere.*
35 *Dubitatio ſexta.*
36 *Conſpirantes in ſæculares puniendi ſunt pœnâ arbitrariâ.*
*Conſpirantes in Epiſcopum ſunt deponendi.*
*Et ſi ſunt incorrigibiles, tradendi ſunt Curiæ ſæculari.*
*Tumultum faciens contrà aliquem, capitaliter punitur.*
37 *Dubitatio ſeptima.*
38 *Relevatio à pœnis contrà conſpirantes, quandò, & quomodò facienda.*
39 *Arbitrium Superioris, quomodò in hoc regulandum.*
40 *Dubitatio octava.*
41 *Conſpiratio, ut evitetur, quomodò facienda eſt ſignificatio Superiori de alicujus defectibus.*
42 *Dubitatio nona.*
43 *Si una Pars gravatur indebitè à Superiore, poſſunt omnes convenire ad petendum à Generali liberatio à gravamine*
*Homines ſunt civiliter congregati, ad præſtandum ſibi invicem auxilium.*

7 QUò ad pœnas laicorum ob *Conſpirationem*, ſeù *Coniurationem* contrà Principem, de iis tractabimus, quandò loquemur de crimine *læſæ majeſtatis*, cujus ſpecies, ut ſuprà dictum eſt, eſt *Coniuratio*. Adnotare modò libet, quòd auctor, ſeù caput conſpirationis, ille nempè, qui alios ſollicitavit, ad ſecum conſpirandum, graviùs cæteris puniri debet, cum gravior ſit culpa illius, qui nempè, non ſolùm deliquit ipſe, ſed operâ ſuâ influxit in omnium aliorum delicta; & ità ſentiunt communiter Doctores. (17).

8 Si verò laicus conſpiret cum aliis contrà privatam perſonam, pœna non eſt à jure taxata, ſed remittitur arbitrio Judicis. (18) Quàmvis verò non rarò ſimilia delicta accidunt, nunquàm tamen illud vidi punitum; & hoc fortè, quià quantùmvis tale delictum extrajudicialiter ſciatur, tamen illud concludenter probare ſummè difficile eſt.

9 Quò verò ad pœnas Clericorum Monachorum, ac laicorum, *conſpirationem*, aut *coniurationem* ſtruentium contrà Epiſcopum, aut Clericum, Clerici quidèm, & Monachi debent deponi, laici autem excommunicari, ac omnes declarari infames, ut ex Decretis *Concilii Chalcedonenſis*, ac *Calixti Papæ* in jure (19) habetur.

10 Regulares autem Mendicantes, qui in odioſis non veniunt nomine Monachorum, ſcrutari debent proprias Conſtitutiones, ut hoc delictum pœnâ debitâ vindicent. Nos *Minores de Obſervantiâ* ſequentia habemus Statuta.

11 1. *Qui per malitioſam concordiam, ſeù conſpirationem adversùs alium, & Superiorem maximè inſurrexerint, omnibus Ordinis Officiis privati ſint, quouſque per condignam ſatisfactionem à Generali, vel Provinciali Miniſtro releventur.* (20)

12 2. *Conſpiratio tamen non intelligitur*, vbi Subditi *Superioribus aliquid intimare, aut ſignificare prætendunt.* (21)

13 3. *Conſpirantes adversùs fratrem aliquem, & maximè Superiorem, omnibus Ordinis Officiis privati ſint, Superiorum arbitrio.* (22)

14 Circà quæ Statuta; prima dubitatio eſt circà primum Statutum, & eſt quid veniat nomine *malitioſæ concordiæ*?

15 Reſpondeo, quòd, cum actus humani circà bonitatem, aut malitiam ſpecificentur à fine, ſivè intentione, quâ fiunt, nunquàm dicetur *concordia malitioſa*, niſi malo fine, ac pravâ intentione ad nocendum proximo fiat. Quandòcunque ergò probari poterit, factam eſſe

(17) *Cravett. Conſ. 224. num. 4. & 5. Guid. Pap. Deciſ. 423. Farinac. Quæſt. 113. num. 140. apud Raynal. Obſerv. crim. lib. 3. cap. 25. §. 1. num. 7.*
(18) *l. Hodiè, ff. de Pœn.*
(19) *Concil. Chalcedon. cap. 18. relat. in cap. Coniurationum. 11. qu. 1. Calixt. PP, Epiſc. Gall. Epiſt. 2. relat. in cap. Conſpirationum. d. cau. 11. q. 1.*
(20) *Stat. Gen. Valliſolet. 1593. cap. 7. Tit. de Conſpiratoribus. Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. num. 54.*
(21) *Valliſolit. & Stat. Ord. loc. cit.*
(22) *Text. Tit. Applicatio. §. 47.*

Digitized by Google

eſſe *conſpirationem* ad finem nocendi alicui, conſtabit de concordiâ malitioſâ, & locus erit pœnæ Statutariæ.

16 Secunda dubitatio eſt circà idem Statutum, quomodò probari poſſit, aliquos ex *malitioſâ concordiâ* conſpiraſſe?

17 Reſpondeo, quòd, vt ſuprà *num.3. in fin.* dictum eſt, inſolitæ vniones, concordiæ, ac *conſpirationes* de ſe inducunt ſemper ſuſpicionem mali, ac proindè præſumptionem inducunt contrà eos, qui ſic congregantur, quòd malò fine ſint congregati; vndè ipſis incumbit onus probandi, ſe ad bonum finem inſimul congregaſſe, aut ſaltem ad actionem indifferentem; quod ſi non probent, jam præſumptivè probata remanet malitioſa congregatio. Et circà hoc punctum non ſubſcribo doctrinæ *Sanctori* (23) opinantis, quòd ad punitionem hujus criminis debeat *conſtare de malitiâ, dolo, ac fraudulentiâ conſpirantium, nàm quoties non probaretur, eſſemus in conſpiratione bonâ*. & paulò pòſt. *Non enim ſumus in caſu, quo malitia eſſet de naturâ delicti &c.* Nàm inſolita Fratrum congregatio, & maximè facta nocturno tempore in Cellâ alicujus factionarii, aut alterius Religioſi turbidi, ac inquieti, ſuſpicionem mali, non autem ſpecimen boni præfert.

18 Profectò congregationes nocturnæ, etiam *lege duodecim Tabularum* apud Romanos, ut refert ex oratione *Portii latronis* contrà *Catilinam Manutius*, (24) erant prohibitæ; ſicut etiam prohibentur congregationes multorum hominum abſquè licentiâ Superioris, quià in dubio præſumuntur malæ, ut dicunt Doctores. (25) Pariter ex textu *Codicis* (26) inhibentur congregationes illicitæ; ac in *Digeſtis* (27) habetur mandatum Præſidibus Provinciarum, *nè patiantur milites, collegia in caſtris habere*, talia enim collegia, aut congregationes origines, & fomentum erant rebellionis militaris contrà Imperatores, aut Duces. Non aliter accidit in caſtris Regularis militiæ, puta, in Conventibus; nàm ſi turbidus aliquis, aut ſeditioſus Religioſus in ſuâ Cellâ, maximè nocturno tempore, alios præſertim ſimplices congregat; ibi ineuntur colloquia, ut plurimùm contrà Superiorem, quòd durè tractet Religioſos, qui ſibi non adhærent; quòd tenuis ſit victus, qui datur in refectorio; quòd fraudet eleemoſynas, ut ſibi, ſuiſque obſonia particularia, aliaſquè commoditates parat; & aliæ hujuſmodi murmurationes: poſt quas initur conſilium de obſervandis attentè actis Superioris ſuorumque amicorum; de non parendo illius mandatis in utilitatem Conventus ſub prætextu infirmitatis, aut impotentiæ: de non acceptandis, aut ſubeundis officiis Conventus ſub ſpecie occupationis alterius. De ſcribendo ad Superiores majores contrà Prælatum localem; de mittendis memorialibus, aut dandis articulis contrà illum in viſitatione, & centum hujuſmodi; ità ut in Conventu, (& neſcitur quomodò,) ex improvisò appareat ſeditio, inter Religioſos ſchiſma, & à Superiore defectio. Aut ſaltem in his cætibus nocturnis Religioſorum interveniunt commeſſationes, aut ludi, aut ad minimum otioſa temporis conſumptio contrà Regularia inſtituta. Undè ex his concluditur tales congregationes ex ſe præferre malum; & ex conſequenti, non eſſe probandum ab Accuſatore, ſeù fiſco, talem congregationem factam eſſe in malum; ſed vice verſâ probatâ congregatione, incumbere Reo onus probandi factam fuiſſe ad finem bonum.

19 Licèt verò præſumptiuè appareat probata *concordia malitioſa* ex hoc, quòd cōſtet de cōgregatione habitâ, & Rei non potuerint probare, ipſam ad bonum finem habitam fuiſſe; non tamen concludenter probatum remanet delictum *conſpirationis*, ut poſſit ad incutiendam pœnam Statutariam deveniri; ſed requiruntur alia acta, quæ prodant hujuſmodi malitiam; Hæc autem ſunt, ſi illi Religioſi, qui ad talem congregationem convenerunt, inter ſe ſolos confabulantur, aliorum verò converſationum, ac colloquia averſantur; maximè eorum, qui Superiori magìs adhærent; ſi omnes quaſi uno labio contrà Prælatum loquuntur, & de eo mala & dicunt, & ſcribunt; ſi ad utilitatem Conventus imperata à Superiore omnes, ac ſinguli ſub variis prætextibus ſubire recuſant; ſi memorialia, ab omnibus, ac ſingulis ſubſignata, ad Superiores Generales, aut ad Sacram Congregationem miſerint; ſi tempore viſitationis ſinguli, quaſi agmine facto, eoſdem articulos, ſivè notas contrà Superiorem, ad Provincialem detulerint, præſertim quandò de articulorum falſitate, aut in toto, aut in tanto conſtat. Hæc, & ſimilia ſi apparuerint, concludenter probata remanet *malitioſa concordia*, & conſpiratio. Quià verò vulpeculæ iſtæ, quæ Religioſam vineam demoliuntur conſpirationibus, ſe tuentur ſecundo Statuto, dato ſuprà *num.12.*, in quo declaratur conſpirationem non eſſe, quandò *Subditi Superioribus aliqui intimare, aut ſignificare prætendunt*. ità ut, licèt plures viderim hujuſmodi *conſpirationes*, nullam tamen punitam audierim; ideò, nè hujuſmodi peſtes Religionis impunè amodò graſſentur; & ut Prælati armati zelo poſſint, ſi non totaliter, evellere ab agro Clauſtrali, ſaltem retundere radices malignitatis, quæ hujuſmodi *conſpirationes* erūpunt, demus veram intelligētiam talis Statuti, ità ut eo nequeat ampliùs, ad ſuæ perverſitatis tutamen, malignitas uti.

20 Senſus Statuti eſt, quòd, ſi Subditi viderint, Superiorem localem, aut alium Religioſum malè, & perverſè ſe gerere; nullaque ſuppetit via ipſum reducendi ad bonam frugem; poſſint inter ſe vniri, ac conſiliari, quomodò malum à Religione avertant, intimando, ſeù ſignificando Superioribus majoribus inconvenientia, quæ vigent; & hoc ex motivo juſtitiæ, & charitatis ergà bonum publicum Religionis, & ſervatâ formâ à Statutis præſcriptâ. Quòd, ſi aut intentio mala ſit, (puta, quòd talis intimatio, vel ſignificatio Superioribus fiat ex livore contrà proximum, non ex charitate ergà Religionem), aut non ſervatur forma, ſtatuta à legibus, in tali ſignificatione faciendâ, non evaditur per tale Statutum reatus veræ *conſpirationis*.

21 Et quantùm ad intentionem, puta, quòd, qui, ex malâ intentione contrà proximum, ipſius defectus deferunt Superiori, delinquant *conſpiratione* in eum, probatur. Nam notum apud Moraliſtas, quòd intentio mala vitiat actum, etiam ex ſuo genere bonum, vndè vulgatum illud; *Quidquid agunt homines, intentio judicat omnes*; proindè qui eleemoſynam tribuit pauperi puellæ, cum intentione ipſam inducendi ad turpitudines, mortaliter peccat &c; Qui ergò vult deferre ad Superiorem defectus proximi, ut illum caſtiget, quantumvis veros defectus deferat, & in nullo augeat; & proindè actionem non tantùm licitam, ſed etiam laudabilem exerceat; tamen ſi hoc facit ex livore, aut averſione contrà proximum, talis delatio mala eſt, & malitioſa; & ſi ad

(23) *Sanctor. de Pæn. cap. 16. Quæſt. 1. ℣. Verùm ſi abſit. fol. 170.*
(24) *Manut. lib. de leg. Roma.*
(25) *Alex. in Apoſtil. ad Bart. in l. final. ff. de Colleg. illicit. & ibi Abb. in cap. ultim. de Teſt. cog. Bald. in cap. 1. §. Conventiculas. de Pac. jura firm. & in l. Conventiculam. C. de Epiſ. & Cler.*
(26) *text. in l. 2. C. de Summ. Trinit.*
(27) *text. in l. 3. ff. de Colleg. illicit.*

Digitized by Google

ſi ad faciendam talem delationem, congregantur multi tali pacto, talis congregatio fit cum *malitioſâ concordiâ*, & proindè evadit vera *conſpiratio* in Statuto punita.

22 Quià autem intentio, cùm ſit quid latens in animo, probari non poteſt, ſequitur, quòd in praxi probari non poterit, quandò *concordia malitioſa* fuerit ex ſolâ, & purâ intentione malâ, quam habuerunt illi, qui alicujus defectus ad Superiores detulerunt. Tamen, quià malitia humana nequit eſſe ità ſagax, in ſe occultando, quod aliquâ ex parte non ſe prodat, ſi attentè examinetur modus, & forma delationis factæ, ſemper emerget aliquod indicium, quo probabitur ipſam fuiſſe ex malo animo contrà accuſatum.

23 Hoc autem habebitur facillimè, ſi examinetur attentè forma, ſeù modus factæ delationis, àn ſcilicet cohæreat legibus divinæ, ac humanæ; quòd, ſi in aliquà parte deficiat, patebit mala intentio delatorum, & ex conſequenti *conſpiratio*.

24 Quantùm ad legem divinam eſt, quòd, ſi aliquis Superiori ut Patri defectus proximi, prò ipſius emendatione, deferre vult, debet præmittere correctionem fraternam; ſi defectus occultus eſt, quem probare non poſſit, nullo modo prodat; ſi de defectu ſemel commiſſo proximus jàm emendatus eſt, eius famam non lædat, illius memoriam nefricando; & tandèm, quòd purè, & ſimpliciter malè facta Superiori indicet, non amplificando, non exaggerando illa, ſed nudam facti veritatem exponendo. Quantùm ad legem humanam eſt, quòd, ſi quis vult Superiori, tanquàm Judici, per viam denunciationis, ſivè accuſationis, crimina proximi deferre, debet mala ipſius facta, non in genere, ſed in ſpecie, & in individuo cum circumſtantiis loci, temporis, perſonæ &c. explicare; debet Judici immediato, cujus cognitioni à lege commiſsa eſt talium criminum punitio, ea deferre; & debet intrà tempus, à jure ſtatutum, denunciationem facere. Si ergò aut nullâ factâ correctione fraternâ, (cum tamen ſpes emendationis ex eà ſperari poſſet), delatum eſt Superiori proximi crimen, aut defectus; vel ſi hic occultus eſt, qui probari nequit; vel ſi de eo, olim commiſſo, proximus jam emendatus eſt; vel ſi delatio de illo fiat cum exaggeratione, aut amplificatione, maximè cumulando aliqua, de quibus emendatus, aut punitus eſt cum novis; vel ſi accuſatio fiat de criminibus in genere dicendo, quòd *Caius eſt relaxatus*, *ſcandaloſus*, *malus frater*, *ſæcularizans &c.*, vel ſi ommiſſo (ſinè causâ) Provinciali, accuſatio fit ad Generalem; aut (hoc præterito) ad *Sac. Congregationem*, aut *Papam*; vel ſi, tranſacto tempore congruo, in quo potuit fieri accuſatio, expectetur tempus inſtantis Capituli, & hujuſmodi denunciatio, aut accuſatio fiat per unum memoriale ab omnibus ſubſignatum; aut per plures literas eiuſdem tenoris; aut per eaſdem depoſitiones, unà methodo factas, in actu viſitationis; evidenter conſtat *concordiam* factam fuiſſe *malitioſam*, & ſic *conſpirationem* initam.

25 Tenetur igitur tunc in conſcientiâ Superior, cui tales delationes fiunt, ex officio procedere, & de *conſpiratione* formiter inquirere, & ad normam legis Reos punire; quòd, ſi ab omnibus Prælatis in uſu poneretur talis inquiſitio, maximum Religioſæ quieti præſidium pararetur. Poteſt etiam inquirere de *conſpiratione*, quandò in viſitatione ſibi conſtat, quatuor, aut ſex plùs minùs Religioſos, ſimul conglobatos vitare aliorum converſationem, ac colloquia; & ſolùm inter ſe conſuetudinem, ac congregationem habere, maximè nocturno tempore; talis enim unio quid mali portendit.

26 Unum addo, & eſt, quòd, quamvis Superior, cui delata ſunt alicujus crimina à pluribus, ut præfertur conſpirantibus, reperit illa eſſe vera, nihilominùs, ſi ex indiciis, datis ſuprà *num.* 24. cognoſcit *conſpirationem* eſſe ſecutam, debet pœnâ Statutariâ percutere conſpiratores. Ratio eſt, quià ſtatutum punit eos, qui per *malitioſam concordiam* inſurrexerint contrà alium; quòd autem iſte ſit Reus, nec nè, Statutum non requirit, ſed ei ſufficit *concordia malitioſa* facta ex malâ intentione, & puro ſtudio nocendi proximo; proindè, cum hæc probata remanet, debet ſequi pœna legalis.

27 Tertia dubitatio circà idem Statutum eſt, An omnes, qui in conſpiratione interveniunt, debeant eâdem pœnâ puniri?

28 Reſpondeo, quòd, qui delinquunt eodem crimine, eâdem pœnâ mulctari debent; undè, ſi omnes ex æquali malitiâ, ac ſtudio nocendi conſpirarunt, ſtatutariam pœnam ſubire debent. Tamen quantùm ad praxim vix dàri poteſt caſus, quòd in hujuſmodi *conſpirationibus* omnes æquali modo ſe habeant. Nam, ut plurimum unus, vel alter eſt, qui alios ſeducunt. Sicut enim in zelo bono unus, aut pauci opus bonum incipiunt, ac exemplo ſuo, ac verbis ad eadem benè facta promovent, ſicut *Mathathias* zelando prò lege Dei dixit ad alios (28), *Omnis, qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me*; ità etiam in malè factis unus, vel duo ſunt, qui alios ſeducunt, & ſocios in propriâ iniquitate venantur. Hi autem ſunt homines turbidi, inquieti, ac loquaces, qui cæteris maximè ſimplicibus, & bonæ mentis imponunt, quidquid volunt.

29 Si igitur in *conſpiratione* detectâ, aliqui inveniantur Religioſi ſpectatæ probitatis, qui ſeducti perſuaſionibus Auctoris *conſpirationis* ſub larvâ zeli, & putantes benè facere, in eam conſenſerunt, & vera Superiori contrà accuſatum repræſentarunt; iſti re verâ nullam debent pænam ſubire; nàm in ipſis ceſſat ratio conſtitutiva criminis, puta, *malitioſa concordia*, & abeſt dolus, ſinè quo crimen non datur. Si autem falſa cum aliis repræſentarunt, decepti ab Auctore *conſpirationis*, qui ſibi falſa prò veris obtrudit, & ipſi, nullâ factâ diſcuſſione, crediderunt, & ea tanquàm vera Superiori detulerunt, debent, pròut benè habet *Sanctorus*, (29) arbitrariè puniri à Superiore, nè aſſueſcant tàm iniquè, & beſtialiter in ſuos Superiores, aut fratres ſe erigere, & eos accuſare de crimine, quod neſcierunt, & falſum fuit. Pœna autem, quæ iſtis deberetur, debet Auctori conſpirationis incuti, eo quòd iſte influxum habuit in crimen aliorum omnium; undè, & ampliùs cæteris debet vapulare.

30 Quomodò autem detegetur, probabiturque Auctor conſpirationis? Dico, quòd depoſitio aliorum, cùm ſint ſocii criminis, non poteſt concludenter ex ſe probare intentum; tamen cum aliis indiciis, ac adminiculis probari poteſt. Indicia poſſunt eſſe, natura inquieta illius; conſuetudo ſubvertendi familias Conventuum, in quibus fuit; vafrities illius comparata cum ſimplicitate aliorum conſortium; major ipſius auctori-

K tas

(28) *lib. p. Machab. cap. 2. ℣. 27.*
(29) *Sanctor. de Pæn. cap. 16. Quæſt. 1. ℣. Dico puniendum. fol. 171.*

Digitized by Google

tas comparatione cæterorum; non enim credibile eſt, minùs dignum in ſuam ſententiam trahere magis dignum, ſed vice versâ, & alia hujuſmodi, quibus poteſt ſagax Judex venari circà hoc veritatem.

31 Quarta dubitatio eſt, contrà quos Fratres particulares, & quomodò poſſit fieri *conſpiratio*?

32 Reſpondeo, quòd contrà quemvis Religioſum poteſt fieri *conſpiratio*, ut vel à Superioribus malè audiat: aut à Conventu, aut Officio arceatur; aut, nè ad Prælaturam pertingat, & alia hujuſmodi. Rarò autem contingit, quòd contrà gregarium Fratrem tales *conſpirationes* ſtruantur, niſi iſte ità validus ſit in amicitiâ Prælati, aut in opinione Fratrum, ut ipſius æmulus deſperet, ſe ſolo, poſſe illi nocere, & ideò ſocios conquirat ad ei nocendum; & hoc modo ab ipſius adverſario *conſpiratio* formatur. Regulariter verò *conſpirationes* ordiuntur contrà Religioſos egregios, qui magnam de ſe ipſis ſpem præferunt evadendi in Religione conſpicuos, & hoc præſertim in locis, in quibus ſævit inſana factionum rabies. Ut enim aliàs (30) diximus, ubi graſſatur hæc peſtis Religionis, ſi aliquis Religioſus juvenis, dotatus peculiari quadam habilitate ad ſtudia, præferat de ſe ſpem evadendi in virum ſpectabilem, & peculiaris auctoritatis in Religione, iſte ſtatim ponitur in oculis eorum omnium, qui ſunt factionis adverſæ, qui proindè non ceſſant quaquaversùm illius religioſos profectus impedire. Quod ſi, non obſtantibus iſtorum impugnationibus, ille magis in virtute proficit, ac in Religione eminere incipit, & jàm jàm maturus dignitati, periculum imminet, nè clavus Provinciæ illi committatur, ac eorum factio cadat à dominatione, ab externo periculo ſibi metuentes in *conſpirationem* conveniunt, & occultis cuniculis ſurgentem contrà ſe fabricam ſubvertunt. Et quomodò? Eo modo, quo fortè expertus, & ipſe damno ſuo ſcripſit *Sanctorus* (31), Inſtante maximè tempore Capituli componunt memoriale, in quo, (cum nullum crimen in ſpecie habeant contrà illum obiiciendum), repræſentant, illum eſſe Religioſum relaxatum, ex facultate literariâ, quâ pollet, tumidum; pauperculos Fratres contemnentem; choro nunquàm intereſſentem; ab oratione mentali fugientem; ſæcularizantem plùs æquo, maximè cum mulieribus; quotidiè extrà Conventum vagantem; communi refectioni non intervenientem; relaxatis fratribus faventem; ſuſpectas inimicitias nutrientem, ac centùm hujuſmodi; miſſoque memoriali, ab omnibus ſubſignato, (in quo non raro apponunt etiam falſam ſubſignationem alicujus Religioſi ſpectatæ probitatis ad majorem fidem comparandam) mittunt Romam ad *Cardinalem Protectorem*, aut *Sac. Congregationem*, apud quos habent, qui pecuniâ emptus, vivâ voce, expreſſa in memoriali exageret, & amplificet, ſicque emanat Decretum, nè accuſatus poſſit ad Provincialatum concurrere. Seù memoriali remiſſo, prò informatione, ad Generalem, seù Procuratorem Curiæ, fortè etiam muneribus captos, differtur informatio, donèc Capitulum fiat, ipſo interim impedito, nè concurrat; aut etiam tali verborum ambiguitate concipitur, ut nihilominùs Decretum contrà accuſatum indefenſum prodeat; expertoque credat lector. Pares à conſpiratoribus ſtruuntur inſidiæ, quandò aliquem volunt aut à Conventu, aut officio dimovere; nec tamen contrà peſtilentiſſimos hujuſmodi homines ulla urgetur animadverſio; & ideò cum extremâ religioſæ quietis jacturâ impunè graſſantur.

(30) *Par. p. Tit. Teſtes. nu. 14. & 15.*
(31) *Sanctor. de Pœn. cap. 16. Quæſt. 2. ℣ Quartùs ſi exiſtens. fol. 175.*

33 Quinta dubitatio eſt, an pœnis conſpirantium puniendus ſit, qui conſpirat contrà Novitium, aut Tertiarium?

34 Reſpondeo cum *Sanctoro* (32) affirmativè, licèt enim iſti non ſint permanenter, & fixè Religioſi, tamen, dùm permanent in Conventu, & ſub obedientiâ Superioris, ſunt etiam ipſi pars familiæ Conventus, & gaudent privilegiis profeſſorum; proindè, qui contrà eos ſtrueret *conſpirationem*, puniri debet, ac ſi contrà alium profeſſum ſtruxiſſet. Imò adverto, quòd ſi, ut non rarò accidit, *conſpiratio* ineatur, nè Novitius ad profeſſionem admittatur, ſic conſpirantes, denegando ei ſuffragium, non ſolùm peccant mortaliter contrà juſtitiam, ut dicunt Doctores, (33) ſed etiam, me judice, incurrunt excommunicationem, latam in Conſtitutionibus Ordinis (34), in quibus habetur, quòd, *Qui quoquomodò Novitij voluntatem impedierit, quominùs profeſſionem emittat, anathema ſit.* Quamvis enim *Sanctorus* (35) opinetur, quòd denegantes vota debita Novitio non incurrant excommunicationem, *quia non faciunt verberibus, violentiis, iniuriis, aut moleſtiis ab extrinſeco incuſſis, ut Pontifex requirit*; tamen hoc verificari poteſt tantùm de excommunicatione, latâ ab *Eugenio IV* contrà eos, qui *minis, violentiis, iniuriis, moleſtiis &c.* impediunt aliquem volentem intrare *Religionem S. Benedicti*, de quo privilegio, relato ab eodem *Sanctoro* ibidem, ut potè lato ad favorem Religionis, etiam nos participamus; verum enim eſt, quòd denegans ſecretò votum non impedit violentiis profiteri volentem. Sed non idem eſt de excommunicatione, per Statutum latâ, quâ percutitur, qui *quoquomodò* impedierit voluntatem Novitii, quominus profiteatur, ſi enim eam incurreret, qui ſuaſionibus impedit Novitium, nè profiteatur, à fortiori incurrit, qui, denegando ſuffragium, impedit profeſſionem; in primo enim caſu ſeducit tantùm Novitium, ſed in ſecundo violentiam facit ipſius voluntati, & ut optimè ſcribit *Laurentius Peyrinus* (36), plùs peccat, eiiciendo à Religione per denegationem ſuffragii debiti, quàm ſuadendo, & ſic impediendo, nè in Religione perſiſtat.

35 Sexta dubitatio eſt, An, & quâ pœnâ puniri debeant conſpirantes in ſæcularem.

36 Reſpondeo pariter cum *Sanctoro* (37), quòd puniendus quidèm eſt, non tamen pœnâ Statutariâ; ſi quidèm hæc reſpicit Superiores, & alios Religioſos tantùm, & ad ſæculares non debet extendi, cum ſimus in odioſis. Tamen puniendus eſt pœnis, latis à jure communi juxtà qualitatem perſonæ, contrà quam facta eſt *conſpiratio*. Ratio eſt, quià ubi deficit lex ſtatutaria, recurrendum eſt ad jus commune, tùm Canonicum, tùm Cæſareum; in defectu enim legis Eccleſiaſticæ in judiciis etiam Clericorum, recurrendum eſt ad jus commune. Et hoc maximè apud Nos, qui in Textu (38) habemus, quòd, ſi prò aliquo crimine non habeatur ibì pœna, ea venanda ſit à *Sac. Canonibus, aut probatis*

(32) *Sanctor. de Pœn. loc. cit. Quæſt. p. ℣ Si quæras. fol. 174.*
(33) *Portel. Dub. Regul. V. Novitius. nu. 54. & in Addit. nu. 16. Vecch. Diſp. 12. dub. 2 nu. 1. Mirand. Tom. p. Manual. q. 25. art. 12. Concl. 1. Rebell. lib. 4. q. 17. nu. 3. A S. Fauſt. lib. 5. q. 214.*
(34) *Stat. Gen. Valliſol. Cap. 2. Tit. de Convent. ad Novit. educa.*
(35) *Sanctor. Comment. cap. 2. Statut. 35. ℣ Reſpondeo ſi id faciat. fol. m. 146.*
(36) *Peyrin. de Prælat. Quæſt. 2. cap. 5. nu. 112.*
(37) *Sanctor. de Pœn. cap. 16. Quæſt. 2. ℣ Reſpondeo graviat. fol. 173.*
(38) *Text. Tit. Applicatio. §. 59.*

Digitized by Google

*batis legibus*. Cùm autem de jure communi conſpirantes in Epiſcopos deponendi ſint, ut habet gloſſa quædam, (39) & etiam Curiæ laicæ tradendi, ſi tamen in hoc ſint incorrigibiles, ut explicat *Abbas* (40), & deponendi pariter qui conſpirant in Clericos, aut Monachos. (41) tali pœnâ ſunt percellendi Fratres, ſi contrà Eccleſiaſticos ſæculares, aut alios Regulares conſpirarent. Quià verò Statutum noſtrum hanc legem communem moderatur prò conſpirantibus contrà Superiores, ac Fratres noſtros, qui cenſendi ſunt tanquam Epiſcopi, Clerici, ac Monachi reſpectivè, & eam reducit ad privationem officiorum Ordinis, crederem pari modo puniendos eos, qui in Eccleſiaſticos tàm ſæculares, quàm Ordinis alterius Regulares conſpirarent, additâ aliâ pœnâ arbitrariâ etiàm carceris ratione ſcandali, & eo maximè, ſi Reus eſſet artifex conſpirationis. Quod pariter eſſet dicendum, ſi *conſpiratio* eſſet contrà laicum conſpicuum, ut contrà Feudatarium. Si enim de jure capitalem ſententiam ſubire debet (42) qui tumultum contrà aliquem excitaverit, aut vocem ſeditioſam emiſerit; cætuſuè, aut conventicula congregaverit; parem profectò pœnam mortis, non quidèm naturalis, ſed civilis, per privationem nempè officiorum, Ordinis, ſubire debet; & ampliùs etiam aliquam pœnam corporalem, ob incredibile damnum, quo ex tali crimine afficitur Religio, quæ malè apud Sæculares audiret, quaſi nutrix hominum ſeditioſorum, quibus nihil pernicioſius habet Reſpublica.

37 Septima dubitatio eſt circà idem Statutum, in quo dicitur, quòd conſpirato *omnibus Officij, Ordinis privetur, quouſque per condignam ſatisfactionem à Generali, vel Provinciali relevetur*. Dubitatur igitur quomodò, & quandò talis relevatio fieri poſſit?

38 Reſpondet *Sanctorus* (43), quòd condigna ſatisfactio prærequiritur antè relevationem, illa autem cenſetur adeſſe, quandò per aliquod tempus, benè viſum Superiori, damnatus manſit ſub pœnâ privationis; & quòd Superior ſinè tali condignâ ſatisfactione nequit damnatum à tali pœnâ liberare. Et quòd tunc conſtabit de ſatisfactione condignâ, ſi parti læſæ ſatisfecerit; & per bonam converſationem, infamiam abſterſerit; & præcipuè, quòd in Conventibus pacificè vixerit, nec conſuetis murmurationibus, ac ſeditioſis colloquiis quietem Religioſorum perturbaverit: hæc autem debent ex depoſitione Teſtium conſtare, nec Superiori, in litteris diſpenſatoriis aſſerenti ex ſe de tali ſatisfactione, & abſque Teſtibus, eſſet credendum; ſed de eâ debet apparere in actis per dicta Teſtium; aliter poterit à ſucceſſore Cauſa revideri, & relevatio ſecuta declarari nulla, utpotè facta, non ſervatâ formâ Statuti; Imò ſi etiam relevatio eſſet facta à Generali, non præcedente condignâ ſatisfactione, Provincialis poteſt juxtà Statuta (44) per ſeipſum ſummariè cognoſcere de ſubreptione gratiæ obtentæ à Generali contrà formam Statuti, & ejus effectum ſuſpendere. Et tandem, quòd talis relevatio licèt videatur ſoli Generali, & Provinciali conceſſa, tamen reſpectu Provincialis non ſic eſt intelligendum Statutum, ſed quòd ſimul cum Provinciali Diffinitorum interveniat. Hæc omnia, & benè *Sanctorus*.

39. Supradictis unum tantùm habeo addendum, & eſt, quòd quamvis tempus cognoſcendi, àn damnatus de *conſpiratione* condignam ſatisfactionem præſtiterit, arbitrarium ſit Superiori; tamen, cùm arbitrium hoc ſit regulandum à jure, convenit, quòd etiam Superior rationabiliter moveatur ad ità judicandum; quòd ſi abſque motivo rationis, & cum hoc ſolo *ſic volo*, judicaret, judicium eſſet perverſum, & relevatio non teneret. Motivum verò rationabile ſubeſſet, ſi damnatus ſigna magna pœnitentiæ, ac mutationis vitæ daret, ſe colligendo ab antiquis cætibus, colloquiis, dicteriis, murmurationibus; vacando orationi, choro, ſilentio, ſolitudini &c. ità ut ex his coniici poſſit, quòd ex pænitentiâ alter homo evaſerit. Si hæc ſigna deſint, oportet expectare longum tempus, & obſervare, àn in ſimile delictum incidat; hoc autem tempus poteſt eſſe triennii, nàm, ut aliàs (45) de mente Doctorum diximus, rationabiliter emendatus ſupponitur, qui per triennium, pòſt peractam delicti pænitentiam benè vivit, non recidivando in antiquum crimen.

40 Octava dubitatio eſt circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *num.* 12., & eſt, Quomodò facienda ſit à pluribus alicujus delicti contrà proximum Superiori intimatio, aut ſignificatio, ut cenſuram *conſpirationis* evadat.

41 Reſpondeo, quòd ſuprà, dubitatione ſecundâ *num.* 20. *& ſeqq.* apervimus ſenſum Statuti, & quid ſervandum ſit, nè delatio à pluribus concordatis inſimul facta Superiori dicatur *conſpiratio*. Unum tamen dictis addo, & eſt; quod, ſi aliquod inconveniens in Conventu, aut Provinciâ viget, cui ſi non celeriter obvietur, grave aliquod ſcandalum in præjudicium Religionis ſecuturum eſt, & bono zelo ductus aliquis ad Superiorem ſcripſerit prò remedio, manifeſtando delictum proximi; Superior autem ad unius denunciationem non movetur ad remedium, quià fortè illi non credit; iſte verò alios congregat, illis aperit imminens periculum ſcandali, & eos movet, aut ad ſubſignandum unum, & idem memoriale, aut ad ſcribendas plures epiſtolas ad Superiorem ejuſdem tenoris, (ſervatis tamen circumſtantiis aliis, quas diximus ſuprà *num.* 24.) illa non poterit dici *conſpiratio*. Ratio eſt, quià duplex tali caſu viget motivum plures congregandi, & uno agmine facto Superiorem movendi ad remedium. Unum eſt periculum imminentis ſcandali, quod non patitur dilatationem remedii. Si enim res poteſt commodè differi, & expectari conſueta viſitatio Conventus, ſeù Provinciæ, in quâ deferuntur Superiori inconvenientia, quæ vigent, nec prudentia, nec charitas dictat, quòd hujuſmodi depoſitiones intempeſtivè fiant, quibus maximè turbatur religioſa quies. Similiter, ſi Superior moveri ſperatur à ſignificatione, ſibi factâ ab uno, non convenit, quod ea à pluribus fiat. Si igitur nec negotium urget, nec Superior, quamvis commonitus, remedium adhibuit; tamen aliquis congregat multos ad ſcribendum &c., talis ſignificatio facta Superiori non eſt ad mentem Statuti, & non evadit reatum *conſpirationis*.



(39) *Gloſſ. in cap. Venerabilis in V. Coniurationem. Extrà. de Teſt. cogen.*
(40) *Abb. in cap. final. nu. 4. de Teſt. cogen.*
(41) *cap. Coniurationum. 11. q. 1.*
(42) *L. Denunciamus. C. de His qui ad Eccl. confu. l. p. & fin. C. de ſeditio. L. Conventiculum. l. Qui cœtu. ff de Vi publ.*
(43) *Sanctor. de Pœn. cap. 16. Quæſt. 3. fol. 175. & ſeqq.*
(44) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 4. nu. final.*
(45) *Par. p. Tit. Pœnarum. num. 38. V. Dico ergò. & ibi. Dyn. in cap. Semel. de Reg. iur. in 6. Roman. Conſ. 236. nu. 5. & 6. Clar. q. 21. V. Benè verum.*

42 Nona dubitatio eſt circà idem Statutum, & eſt, in locis, in quibus vigent factiones ex diſtinctione nationum, ſeu Patriæ, non rarò à Superioribus factionis adverſæ fiunt gravamina; dubitatur igitur, ân ſi omnes gravati, ut præfertur, congregantur in unum; & ſcribunt ad Superiorem majorem memoriale, ab omnibus ſubſignatum contrà Superiorem gravantem; dicenda ſit *conſpiratio*?

43 Reſpondeo diſtinguendo; ſi in memoriali repræſententur ſola gravamina, ſibi illata, & quæratur à Superiore majori levamen prò præſentibus, & remedium præſervatiuum prò futuris; nullo modo *conſpiratio* eſt, quià non inuenitur in hoc caſu *malitioſa concordia*, in quâ, ut ſuprà dictum fuit, conſiſtit formalitas *conſpirationis*; nàm talis congregatio oſtenditur facta ad propriam defenſam, quæ eſt de jure naturæ, quæ docuit homines inſimul congregari ad mutuum auxilium, & ut elegantiſſimè cecinit *Satyricus*, (46) Deus nobis hominibus animam rationalem dedit.

*. . . . . . . . . . mutuus, ut nos*
*Affectus petere auxilium, & præſtare juberet.*
*Diſperſos trahere in populum, migrare vetuſto*
*De nemore, & proavis habitatas linquere ſylvas.*
*Aedeficare domos, laribus conjungere noſtris*
*Tectum aliud; tutos vicino limine ſomnos*
*Ut collata daret fiducia; protegere armis*
*Lapſum, aut ingenti nutantem vulnere Civem.*
*Communi dare ſigna tubâ; defendier iiſdem*
*Turribus, atque una portarum clave teneri.*

Si autem in memoriali continerentur tantùm delationes criminum Superioris gravantis, ut de ipſis puniretur, eſſet vera *conſpiratio*, quià eſſet congregatio ad vindictam, & ità *malitioſa concordia* conſtituens Realem conſpirationem.

## §. V.

## Schiſma.

*S V M M A R I V M.*

1 *Schiſma eſt delictum contrà obedientiam.*
*Significat ſeparationem.*
2 *Schiſmatis diffinitio.*
3 *Separatio à Capite, & à membris Eccleſiæ poteſt eſſe cum, vel ſinè errore in intellectu.*
4 *Schiſma datur in quovis corpore morali.*
*Græcum nomen eſt, quod latinè ſonat* ſciſſuram.
5 *Frequentiùs accidit in electionibus.*
*Samaritani erant Schiſmatici Judæorum.*

1 AD crimina contrà obedientiam, etiam *Schiſma* reduci, nulli dubium eſt, cùm per ſeparationem à capite, & membris, quibus aliquis unitus eſſe debet, obedientiam Capiti, cui ſubeſſe debet, denegat. Prò famoſiori autem ſignificato *Schiſma* accipitur prò ſeparatione ab Eccleſiâ univerſali, ut infrà dicemus; ſed abſolutè, & in ſe poteſt dici *Schiſma* quælibet diviſio, ſivè ſeparatio, undè legimus in Evangelio, (1) *Schiſma erat* inter Phariſeos, quià nonnulli volebant Chriſtum peccaſſe in curando cœcum in die Sabbati; alii verò ex magnitudine miraculi aſſerebant, illum non eſſe peccatorem in tali opere.

2 Accipiendo autem *Schiſma* in ſuo principali, & magis uſurpato ſignificato, à Doctoribus (2) diffinitur, quòd ſit *ſeparatio ab unitate Eccleſiæ Catholicæ, quatenùs eſt corpus myſticum, & morale conſtans ex Romano Pontifice, quatenùs Capite viſibili, & univerſis fidelibus tanquàm membris.*

3 Poteſt autem talis ſeparatio eſſe purè voluntaria, abſquè errore in intellectu; & poteſt eſſe cum errore in intellectu. Primo modo eſſet, ſi aliquis nollet recognoſcere *Summum Pontificem*, tanquàm Caput Eccleſiæ; aut cæteris fidelibus nollet communicare, non quidèm quod non crederet, unam eſſe *Eccleſiam Catholicam*, cujus viſibile Caput eſt *Papa*; ſed quià diceret, illum non eſſe canonicè electum, proindè verum *Papam* non eſſe; nolle proindè illi ſubeſſe. Tali caſu iſte eſſet purus *Schiſmaticus*, quià errorem non haberet in intellectu. Secundo modo eſt, cùm aliquis non vult ſubeſſe *Papæ*, quià negat eſſe Caput totius Eccleſiæ, & dicit eſſe tantùm Epiſcopum Romæ, aut negat unam tantùm eſſe Eccleſiam Catholicam, ſed tot eſſe Eccleſias, quot Diœceſes; nolle proindè, niſi illis, qui ſunt de ſuâ Diœceſi, communicare. Iſte non tantùm eſſet Schiſmaticus, ſed etiam hæreticus, ut poſt *D. Hieronimum*, & *Thomam* docet *Pegna* (3).

4 *Schiſma* autem poteſt eſſe etiam in quolibet corpore morali, puta, in Univerſitate, Collegio, Religione, & ſimilibus, in quibus multi viventes ſub uno Capite, à quo reguntur, integrant, quaſi membra unum corpus. Si enim unitatem corporis aliquis vult ſcindere, & dividere, iſte Schiſmaticus dicitur; *ſchiſma* enim Græcum nomen eſt, quod latinè interpretatur *ſciſſura*. (4) Conſiſtit porrò talis ſciſſura in hoc, quòd ſchiſmaticus non tantùm de facto non obedit Capiti, cui debet ſubeſſe, ſed etiam ei rebellat, aſſerens, & contumaciter nolens illi obedire, tanquàm de jure ità faciendum, rebellio enim eſt, quæ diſtinguit *ſchiſma* ab aliis peccatis contrà obedientiam, Superiori debitam. (5)

5 Contingere autem *ſchiſma* frequentiùs accidit, quandò electiones Superiorum quorumvis fiunt in diſcordiâ, ex hoc, quòd una pars Electorum unum, alia verò alium eligit; & hoc tùm in electione *Papæ*, tùm in electione Epiſcoporum, Generalium, ac Provincialium; ac aliorum Superiorum; & hoc quidèm, in quantùm *ſchiſma* eſt ſeparatio à proprio Capite. Sed, in quantùm eſt ſeparatio ab aliis membris ejuſdem corporis, evenit, quandò per

(1) *Io. cap. 9. V. 16.*
(2) *D. Thom. 22. q. 38. art. 1. Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 36. nu. 1. Suar. Tract. de Fide diſp. 12. ſect. 1. num. 1.*

(46) *Iuvenal. Satyr. 15. V. 150.*
(3) *D. Hieronym. in Epi. ad Tit. cap. 3. relat. in cap. Inter hæreſim. 24. qu. 3. D. Thom. 22. art. 1. quæſt. 39. Pegn. in Direct. Inquiſ. lib. 2. Comm. 34. num. 1.*
(4) *cap. Schiſma. 24. qu. 1. Gloſ. in cap. Quià diligent. de Elect. Innoc. in Rubr. de Schiſmat.*
(5) *arg. cap. Advocavit. 24. qu. 1. Iacobat. de Concil. lib. 4. Art. 1. Decia. Tract. crim. lib. 5. cap. 60. num. 2.*

Digitized by Google

per factiones, partialitates ex nationalitate, adhærentiâ, ſivè aliâ causâ multi ſeparantur à communicatione aliorum, qui ſunt membra ejuſdem corporis; & ità erant *Samaritani*, qui nolebant communicare Iudæis, & nolebant ire ad templum in *Ieruſalem*, ad adorandum Deum, aſſerentes, illum adorari debere in quodam monte *Samariæ*, ut habetur ex Evangelio. (6)

## Probatio.

*S V M M A R I V M.*

6 *De ſchiſmate conſtare nequit, niſi conſtet de causâ illius.*
7 *Schiſmatici non ſunt, qui ſe ſeparant à malè viventibus.*
8 *Inobedientia, ac rebellio conſtituunt Schiſma.*

6 Conſtare nequit de hoc crimine, niſi priùs conſtet de legitimâ perſonâ Superioris, cui per inobedientiam, & rebellionem quis ſe ſubducit. Et ſi eſt ſeparatio ab aliis membris ejuſdem corporis, crimen declarari nequit, niſi conſtet de causâ injuſtâ talis ſeparationis. Ratio eſt, quià, ſi in diſcordiâ *Cardinalium*, duo eſſent electi *Summi Pontifices*, ac quilibet eorum ſe legitimè electum teneret, ac quiſquis prò ſe haberet Doctores, Conſiliarios, cordatoſque viros prò legitimitate ſuæ electionis pugnantes, nullus eorum Schiſmaticus eſſet, nec pariter tales eſſent, qui eorum partes tuerentur; dummodò iſti non ducerentur carnali aliquo affectu ad ejus obedientiam, ſed quià crederent, eum eſſe legitimum *Papam*, ut ſcribit *Decianus*. (7) Hoc item eſſet, ſi in diſcordiâ Electorum remanerent electi duo Epiſcopi, Generales, Provinciales, ſeù locales Superiores, nec ſciretur, quis canonicè eſſet electus, ſed quiſquis eorum ſe talem crederet, & quiſquis ſequaces in ſuâ ſententiâ, ac obedientiâ haberet; non poſſent ullo modo iſti dici Schiſmatici.

7 Pariter, ſi nonnulli habitantes cum aliis, ex eorum conſortio, ad peccandum inducerentur, ex præcepto, exemplo, conſilio, aut aliâ viâ; & illi, nè ad peccandum inducerentur, nollent ampliùs cum cæteris cohabitare, ſed ſe ab illis ſepararent, & eorum conſortium totaliter reſpuerent; non poſſunt profectò vocari Schiſmatici; ratio eſt, quià talis diviſio non eſt criminalis, tenetur enim quilibet in conſcientiâ vitare occaſionem peccandi, & ſe ſubtrahere ab eâ, ut notum eſt.

8 Oportet ergò, ut ſi quis pronunciandus ſit ſchiſmaticus per ſeparationem ipſius à Capite, quòd non ſolùm de facto mandatis ipſius non obtemperet; ſed etiam, quòd rebellis ei ſit; aſſeratque eum nullo modo habere prò Superiore; nec ut talem illum agnoſcere; ſiquidem, ut ſuprà dictum eſt, non ſola inobedientia, ſed hæc, & rebellio conſtituat *ſchiſma*. Si autem talis dicendus ſit per ſeparationem à membris ejuſdem corporis, non ex hoc, quòd ſeparatus eſt, ſtatim pronunciari poteſt, aut damnari tanquàm Schiſmaticus, ſed debet ipſe citari, & audiri, quare non debeat pœnis Schiſmaticorum percuti: ſi enim legitimam cauſam ſeparationis probaverit, nempè, quòd manendo in conſortio aliorum, ad peccandum inducebatur, non poteſt pronunciari Schiſmaticus; ſi autem nihil probaverit, de *ſchiſmate* tenetur.

(6) *Io. cap. 4. ℣. 20.*
(7) *Decian. D. lib. 5. cap. 61. num. 9.*

## Pœnæ.

*S V M M A R I V M.*

9 *Schiſma crimen atrox.*
*Unitatem Eccleſiæ non tenens non poteſt habere Deum Patrem.*
*Gravior pœna arguit gravius crimen.*
*Pœna data ſchiſmaticis in Sacrâ Scripturâ.*
*Iudices laici, quandò procedant contrà ſchiſmaticos.*
10 *Pœna hæreſis communes ſunt ſchiſmaticis.*
11 *Schiſmatici contrà Papam ſunt excommunicati* ipſo jure
*Contrà Epiſcopos ſunt excommunicandi.*
12 *Schiſmatici notorii ſunt infames, ac irregulares.*
*Eccleſiaſtici quivis cadentes in ſchiſma, ſunt ipſo jure depoſiti, ac inhabiles ad alios Ordines.*
13 *Schiſmatici incurrunt privationem beneficiorum, & inhabilitatem ad ea.*
14 *Pœna contrà fautores ſchiſmaticorum.*
15 *De pœnis Regularium ſchiſmaticorum, remiſſivè.*
16 *Statutum primum Ordinis Minorum de Obſervantiâ.*
17 *Statutum ſecundum.*
18 *Dubitatio prima; quis nam dicatur procurare diviſionem Ordinis.*
19 *Actus interpretatur juxtà intentionem agentis.*
20 *Ut quis dicatur procurare Ordinis diviſionem, quid requiratur.*
*Agere ex deliberatione, quid ſit.*
Deliberare *quid ſignificet.*
21 *Religio Minorum à quo deſumat ſuam unitatem.*
22 *Ponderatur locutio ſtatuti.*
23 *Opponitur contrà prædicta.*
24 *Reſpondetur oppoſitioni.*
*Novitates quæ ſint damnabiles*
*Fulciens ædificium vetus non attentat novitatem.*
25 *Statutum vetat novitates damnabiles.*
26 *Clauſola poſita in fine legis determinat omnia præcedentia, quæ ex ſe determinata non ſunt.*
*Expoſitio ſtatuti.*
27 *Dubitatio ſecunda, quandò novitates dici poſſint laudabiles.*
28 *Novitas laudabilis eſt, quæ benè eſt circumſtantionata.*
29 *Novitas laudabilis debet eſſe neceſſaria ad obſervantiam Regulæ.*
30 *Ob leves tranſgreſſiones Regulæ non debent fieri novitates.*
31 *Multùm difficile accipitur prò impoſſibili.*
*Novitas quandò dicatur neceſſaria.*
32 *Novitas ordinatè procuranda.*
33 *Tentans inducere novitatem, non ſervato ordine, eſt punibilis.*
34 *Novitas debet antiquam formam reſtituere.*
Reformare *quid importet.*
*Religiones novæ nequeunt inſtitui.*
35 *Licèt forma nova eſſet perfectior antiquâ; adhuc hæc non eſt immutanda.*
*Termini Patrum antiquorum non transgrediendi.*
36 *Carpuntur tentantes novam Reformationem inducere ultrà jam ſtabilitam.*
37 *Novitates ut ſint laudabiles, debent eſſe ad bonum finem.*

38 Du-

Digitized by Google

38 *Dubitatio tertia*

39 *Procuratio remotionis alicujus ab aliquo loco debet eſſe benè circumſtantionata.*

*Præceptum de iure poſitivo ceſſat in concurſu cum præcepto de iure naturæ, vel divino.*

40 *Volens habitare in loco contrà expreſſam voluntatem ſuperioris reddit proprietarium.*

*Quandò peccatur recurrendo ad ſæculares prò remotione alicuius à Conventu.*

9 Atrox profectò crimen *Schiſmatis* eſt, & de eo dicit *S. Cyprianus*(8) *Alienus eſt, hoſtis eſt, habere non poteſt Deum Patrem, qui univerſalis Eccleſiæ non tenet unitatem.* gravitas porrò hujus criminis cognoſci poteſt à gravitate pœnæ, quâ percutitur, nàm, ut ſcripſit *D. Hieronymus* (9) *Nemo dubitat, hoc eſſe ſceleratius admiſſum, quod eſt gravius vindicatum.* Patet autem ex Sacrâ Scripturâ (10) in *Core, Dathan, Abiron*, quænam fuerint pœnæ datæ Schiſmaticis, quorum alios ignis abſumpſit, alios vivos terra deglutiit; & ideò contrà tale crimen armantur leges tùm Canonicæ, tùm Civiles; nàm tùm laici, tùm Eccleſiaſtici Judices contrà *Schiſma* procedunt, ut habent multi Canones, (11) Intelligitur autem, quòd procedant Judices laici, quandò Eccleſiaſtici negligerent, vel Eccleſiaſticis, nempè ſpiritualibus pœnis Rei non reſipiſcerent, ut ait *Decianus* (12), tùm quià ſic habent proximè citati Canones; tùm quià *Schiſma* crimen Eccleſiaſticum eſt.

10 Quià verò *Schiſma* via eſt ad hæreſim, vel hæreſim habet adiunctam, pœnis etiam hæreſis percutitur; (13) vndè non ſolùm juxtà Canones antiquos, ſed etiam in *Bullâ Cœnæ* (14) Excommunicationi *Papæ* reſervatæ, ſicut etiâm hæreſis, ſubiicitur; imò anathemate, & maledictionibus terribilibus feritur in quodam Canone, (15) qui etſi videatur talia maledicta imprecari contrà non ſervanter formam, ibì traditam prò electione *Papæ*; tamen etiam contrà Schiſmaticos convenire ſcribit *Decianus*. (16)

11 Excommunicatos eſſe autem Schiſmaticos *ipſo jure* eos, qui *Summo Pontifici* rebellant, aut ab Eccleſiæ unitate ſe ſeparant, intelligendum eſt: ſed, ſi ſchiſmatici ſint contrà proprium Epiſcopum, non ſunt excommunicati *ipſo jure*, ſed ſunt excommunicandi, ut ſcribunt *Butrius, & Franciſcus de Platea* (17) licèt, *ipſo jure*, ſint ſuſpenſi. Hoc verò intelligendum eſt, ſi iſti erigunt altare contrà altare; hoc eſt, ſi extentatè legitimo Epiſcopo, alium ſibi eligunt. Si verò ab illius tantùm obedientiâ ſe ſubducunt, ſuſpendendi tantùm ſunt. (18)

12 Ultrà hoc Schiſmatici omnes incurrunt infamiam, ac irregularitatem, ſi notoriè in *ſchiſmatis* crimen inciderint, quià eſt crimen depoſitione dignum, quod notariam inducit infamiam juris, *ipſo facto*, & conſequenter irregularitatem ſecundùm magis communem opinionem Canoniſtarum, de quâ teſtantur *Azorius*, & *Sayrus*. (19) Si autem ſchiſmaticus occultus ſit, tenent multi, (20), quòd non ſit infamis, aut irregularis; & quòd, ſi crimen notorium ſit, ſit infamis, & irregularis impropriè, ſcilicèt ob infamiam facti, quæ tollitur per pænitentiam; ſed non eſt recedendum à primâ ſententiâ, ut optimè dicit *Theſaurus* (21), qui etiam addit, quòd ex Bulla *Pauli IV.* (22) habetur, quòd ſi Cardinales, Epiſcopi, legati, & Domini temporales deprehenſi, convicti, aut confeſſi fuerint inci- diſſe in *ſchiſma*, *ipſo facto*, ſunt Ordinibus privati, ideſt *ipſo jure* depoſiti, & ad Ordines inhabiles; & fautores iſtorum ſunt, *ipſo jure*, infames, & ex conſequenti iſti omnes ſunt, eò ipſo, irregulares.

13 Præterea privationem beneficiorum, & inhabilitatem ad illa, juxtà aliquos, *ipſo facto*, incurrunt Shiſmatici, tamen ſentiunt alii apud *Sanchez*, & *Garziam* (23) eſſe tantùm inhabiles ad acquirenda, & privandos quidèm, non tamen, *ipſo jure*, privatos acquiſitis. Super illâ inhabilitate verò, ſi crimen eſt publicum, ſolus *Papa* diſpenſat: ſi verò eſt occultum, poteſt Epiſcopus in vim *Tridentini* (24) diſpenſare.

14 Ex Bulla autem *Pauli IV. Cum ex Apoſtolatus* ſupracitatâ, (quæ licèt non reperiatur publicata, tamen, prout advertit *Cherubinus*, (25) fuit cōfirmata à *B. Pio V.* in ſuâ Conſtitutione *Inter multiplices*, §. 3.) habetur, quòd Cardinales, Epiſcopi, Legati, ac Domini temporales deprehenſi in *ſchiſmate*, non ſolùm ſint, ipſo jure, ſuis Officiis privati, depoſiti, ac irregulares, & infames, ut ſuprà *num.* 12. dictum eſt; ſed etiam eorum ſectatores, ſeù fautores ſint, *eo ipſo*, ineligibiles activè, & paſſivè; inteſtabiles; & hæreditatum, ac ſucceſſionum incapaces; & omni actione judiciali, & omnibus beneficiis, ac Eccleſiis privati, omnibuſque Dominiis publicis, vel privatis, & primò occupanti bona iſtorum temporalia ſunt conceſſa.

15 Hæc quidèm de jure communi de pœnis Schiſmaticorum tùm laicorum, tùm Eccleſiaſticorum. De jure autem municipali Ordinum Regularium ſpectandæ ſunt Conſtitutiones eorum; quas tamen nihil puto peculiare ſtatuere circà *ſchiſma* proprium, puta, ab *Eccleſiâ Romanâ*, cùm ſufficientes pœnæ latæ ſint à Summis Pontificibus, prout ſuprà dictum eſt. Sed poſſunt eſſe diſpoſitiones circà *ſchiſma*, alio modo acceptum; puta, ſeparationis à ſuo Superiore legitimo; ſivè ab unitate corporis Ordinis proprii. Noſtra Minorum de Obſervantiâ Religio habet ſequens Statutum.

16 1. *Ordinis diviſionem quoquomodò procurans Excommunicationis ſententiam, Generali reſervatam, ipſo facto, incurrat; & legitimè convictus carceri mancipetur, ejuſdem Generalis arbitrio. Quas pœnas, & inſuper privationem actuum legitimorum incurrat, qui ejuſdem Ordinis,*

(8) *D. Cyprian. lib. de Vnitat. Eccl. relat. in capit. Alienus, 24. quæſt. 1.*
(9) *D. Hieronym. relat. in cap. Non afferamus. 24. q. 1.*
(10) *Numer. cap. 16.*
(11) *cap. Non vos. 23. q. 5. cap. De liguribus cap. Relegantes. ea. cap. Non afferamus. cap. Omnis, qui. 24. q. 1.*
(12) *Decian. Tract. crim. lib. 4. cap. 64. nu. 1. circ. med.*
(13) *cap. ſi quis. §. final. 1. q. 1.*
(14) *cap. 2. de Schiſmat. cap. De liguribus. 23. q. 5. Bull. Cœn. cap. 1.*
(15) *cap. In nomine Domini. §. final. 23. Diſt.*
(16) *Decian. cit. lib. 5. cap. 67. nu. 2. in fin.*
(17) *Butr. in cap. 1. de Schiſm. Franc. de Plate. Tract. de Excomm. §. 27. nu. 25. apud Decian. loc. cit. nu. 3.*
(18) *Innoc. Hoſtien. & alii in cap. 1. de Schiſm. Decian. loc. cit. nu. 4.*
(19) *Azor. Tom. p. lib. 8. cap. 20. Quæſt. 8. Sayr. lib. 7. cap. 12. nu. 15. & 16.*
(20) *Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 36. nu. 20. Bonacin. ſup. cap. 1. Bull. Cœn. pun. 5. nu. 13. Sanctarel. de Hæreſ. cap. 43. nu. 13. Suar. de Irregular. diſp. 43. Sect. 2. nu. 7.*
(21) *Theſaur. de Pœn. Part. 2. V. Schiſma. nu. II. V. Item contrà.*
(22) *Bull. 19. Paul. IV. Cum ex Apoſtolatus. Bullar. Cherubin. Tom. 2.*
(23) *Sanch. in Decal: lib. 2. cap. 36. nu. 19. Garzia de Benef. Par. 11. cap. 10. nu. 161. arg. cap. Quia diligentia. de Elect.*
(24) *Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. Garzia. Par. 11. cap. 10. nu. 164. Sanctarell. de Hæreſ. cap. 43. num. 12. Henriq. Roderic. Vgolin. Sanch. apud Theſaur. Par. 1. cap. 30. Quæſt. 3.*
(25) *Cherubin. Bullar. Tom. 2. in Apoſtilla Bull. 19. Paul. IV.*

Digitized by Google

*dinis, vel Provinciæ novitatem, diviſionem, unionem, ordinationem, vel Fratrum amotionem, vel non amotionem per Prælatos, Principes, Reges, Communitates, vel alios quoſcumque extrà Ordinem ſuſceperit, vel procuraverit.* (26)

17 2. *Ordinis diviſionem tentans eſt, ipſo facto, excommunicatus, & carceri eſt mancipandus, Generalis arbitrio, cui & abſolutio reſervatur.* (27)

18 Circà quod Statutum prima dubitatio eſt, quiſnam dicatur procurare diviſionem Ordinis?

19 Reſpondeo, quòd actus ſemper judicatur ſecundùm principalem intentionem agentis, argumento quorundam jurium, (28) proindè aliquid propriè agere quis dicitur, qui propriè illud intendit, & ad illud obtinendum, tanquàm finem, & rationem motivam agendi, principaliter agit; proindè non dicitur chirurgus, qui ſecat brachium, aut incidit pectus, propriè vulnerare, aut mutilare, quamvis reverà vulneret, & mutilet, quià ejus intentum non eſt vulnus, aut mutilatio, ſed ſanitas hominis, ad quam neceſſaria eſt mutilatio membri corrupti, & inciſio apoſtematis.

20 Sumus ergò in pari caſu, ad hoc, quòd aliquis dici poſſit criminaliter procurare diviſionem Ordinis, oportet, quòd principaliter intendat Ordinem dividere, quòd, ſi aliquem finem commendabilem aliquis intenderet, ad quod ſequeretur Ordinis diviſio, iſte nullo modo eſſet culpabilis. Ex hoc confirmatur ex Textu Statuti *Valliſoletani*, à quo deſumptum eſt citatum Statutum Ordinis, quod ſic habet. (29) *Prohibemus, ne quis quoquomodo verbo, vel facto ad diviſionem Ordinis laborare præſumat. Quòd, ſi quis ex deliberatione contrarium attentarit, Excommunicationem &c.* Ex deliberatione autem agere eſt agere præviâ diſcuſſione rei, circumſpectione, & maturatione negotii, & cum ratio totum agit, & nihil ſibi vindicat ira, furor, aut præcipitatio. (30) cum *deliberare*, (undè deliberatio) ſit factum mente provolvere, & diligenter tractare, argumento cujuſdam legis. (31) Ut ergò quis hoc crimine deliquiſſe judicandum ſit, oportet, quòd *ex deliberatione*, puta, maturo conſilio, principaliter diviſionem Ordinis attentaverit, non quòd inconſideratè aliquid ſit aggreſſus, ad quod Ordinis diviſio ſequi poſſit.

21 Reſpondeo ſecundò, quòd cum diviſio adverſetur unitati, non poteſt dici alicujus diviſio, niſi illud tale lædatur in eo, in quo ejus unitas conſiſtit; cùm enim ſimus in moralibus, non facilè diſcernere eſt, velut in phyſicis, in quo corporis moralis, prout eſt Collegium, Univerſitas, Religio, unitas conſiſtit. Dico ergo, quòd (ut aliàs probavimus in *Allegatione, Matriti impreſſâ* pro defenſione ſupremæ authoritatis Miniſtri Generalis in Ordine univerſo contrà Commiſſarium Generalem Indiarum, ex adverſo pugnantem), ſicut Eccleſia Catholica eſt una, ex eo, quòd unam, ac eandem fidem profitetur, ac gubernatur ab uno Capite, nempè *Summo Romano Pontifice*, ità Religio Minorum (quæ ut ibidem probavi (32) fundata eſt juxtà ideam Eccleſiæ univerſalis) una eſt, quià unam, & eandem Regulam à *Seraphico Patre, Ieſu Chriſto* dictante, traditam, abſque ullo privilegio diſpenſativo profitetur; & ſub uno, & eodem Capite, qui dicitur *Miniſter Generalis Totius Ordinis Fratrum Minorum*, regitur. Sequitur igitur ex hoc, quòd non poteſt dici aliquis *procurare diviſionem Ordinis*, niſi procuraret, aut mutationem Regulæ per privilegia relaxativa illius; aut ſe ſubducere ab obedientiâ Miniſtri Generalis, & alteri Superiori ſubdi. Si quid aliud attentaret, firmis manentibus duobus ſupradictis, non poſſet dici *procurare diviſionem Ordinis*, quià illis ſtantibus, ſtat Ordinis unitas, quamvis iſte plura, & diverſa membra in ſe contineat.

22 Et ad hoc magis firmandum adverto, quòd Statutum non ait, *diviſionem in Ordine quoquomodò procurans*, ſed dicit *Ordinis diviſionem*. Diverſa porrò eſt iſtorum ſignificatio; primum enim importat diviſionem membri à membro, ſervatâ tamen ejuſdem Regulæ profeſſione, & obedientiâ ergà Miniſtrum Generalem, in quibus Ordinis unitas conſiſtit. Secundum verò infert læſionem unitatis Ordinis modo ſuprà expoſito. Undè ſequitur, quòd, ſi Regula in aliquâ Provinciâ non ſervaretur communiter, plures autem zelantes obſervantiam ſuæ profeſſionis ſe retraherent, ad convivendum ſejuncti à relaxatis, & ſub obedientiâ Miniſtri Generalis iſti nullo modo dicerentur culpabiles, nec poſſent plecti pœnis, latis contrà procurantes Ordinis diviſionem.

23 Sed contrà prædicta poteſt opponi, quòd Statutum ſupradictum habet duas partes; & quamvis in primâ parte imponatur tantùm pœna contrà *procurantes diviſionem Ordinis*; tamen in ſecundâ puniuntur, qui *ejuſdem Ordinis, ſeu Provinciæ novitatem, diviſionem, unionem, ordinationem &c. procuraverit*. Igitur, qui tali modo ab aliis ſeparari convivere vent, *novitatem*, & *diviſionem ejuſdem Provinciæ* procurârent; proindè puniendi.

24 Reſpondeo, quòd licèt in jure utroque (33) damnentur *novitates*, ut potè parientes diſcordiam, & conturbationem in Republicâ, non tamen omnis *novitas* damnabilis eſt, ſed illa tantùm, quæ rationabilem, ac laudabilem conſuetudinem immutat; nec tamen meliores mores inducit. Quòd, ſi quis abuſum aliquam contrà antiquas Reipublicæ leges, quamvis tempore inolitum, & multitudine practicatum tollere nitatur, & priſtinarum Regum obſervantiam introducere, ut hoc medio labentem Rempublicam reparet, iſte damnabilem *novitatem* non inducit, cum hoc ſit ad profectum Reipublicæ; imò nec *novitatem* propriè attentare dici poteſt, quià ut habetur in quodam Digeſto, (34) *ſi quis ædificium vetus fulciat, non novum opus facit, ſed veteri ſuſtinendo remedium adhibet*; fulcire autem videtur ruinoſam Rempublicam, qui novâ legum obſervantiâ, tanquàm firmo fulcro labentem firmat.

25 In propoſito ergò, non intendit Statutum damnare quaſcumque *novitates, diviſiones, uniones, ordinationes &c.* ſed eas tantùm, quæ damnabiles, ac malæ ſunt; ſi enim omnes, & quaſcunque damnare intenderet, irrationabile Statutum eſſet, & contineret errorem intolerabilem; nam puniret *novitates &c.* bonas eodem modo, quo puniendæ ſunt malæ; & proindè ſervandum non eſſet.

26 Præ-

(26) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 5. num. 55. Valliſolet. 1593. cap. 7. Tit. De procur. Ord. divi.*
(27) *Text. Tit. Applicatio §. 47.*
(28) *l. Si quis nec cauſam. in princip. & ibi Bald. ff. Si cert. petat. l. Qui exceptionem. ff. de Condict. indeb. l. 1. C. Ad leg. Corn. de Sicar. Covarru. lib. 2. variar. cap. 4. n. 5.*
(29) *Stat. Valliſol. cap. 7. Tit. de procu. Ord. diviſio.*
(30) *arg. cap. Illa Præpoſitorum. 11. qu. 3.*
(31) *arg. l. Ariſto. ff. de Iur. deliber.*
(32) *Allegat. pro Min. Gen. Art. 9. num. 5. fol. 6.*
(33) *cap. Cum conſuetudinis. Extra. de Conſuet. l. In rebus. ff. de Conſt. Princip.*
(34) *l. 9. §. Si quis ædificium. ff. de Nov. ope. nunci.*

Digitized by Google

26 Prætereà communis Doctorum (35) concluſio eſt, quòd clauſula, poſita in fine legis, ſeu Statuti, refertur ad omnia præcedentia; dummodò tamen præcedentia non habeant propriam determinationem, (36) aut aliquod abſurdum non ſequatur. (37) In citato verò Statuto apponitur clauſula, quæ, cùm ſit poſita in fine, afficit omnia præcedentia, ex eo, quòd iſta ex ſe determinata non ſunt, nec abſurdum ſequitur ex eorum modificatione per talem clauſulam. Clauſula porrò eſt *per Prælatos, Principes, Reges, Communitates, vel alios quoſcumque extrà Ordinem ſuaſerit, ſeù procuraverit*. Senſus ergò Statuti eſt, non univerſaliter, & abſolutè, ſeù indifferenter puniendi omnes, ac quoſcumque ſimpliciter procurantes *novitates, diviſiones, uniones &c.*, ſed cum modificatione, quòd ſcilicèt iſtæ procurentur *per Prælatos &c. extrà Ordinem*. Et hoc ex duplici motivo; nàm, ſi novitates fiunt cum ſcientiâ, & approbatione Prælatorum Ordinis, non poſſunt eſſe malæ, proindè non ſunt punitione dignæ. Si verò à ſolis Fratribus privatis attentantur, neque habeant iſti favorem perſonarum potentium extrà Ordinem, quæ illos ſuſtentent contrà Prælato, Ordinis, facili negotio ab iſtis diſſipantur. Undè voluit Statutum eos ſolos punire, qui per favores Sæcularium *novitates &c.* procurant.

27 Secunda dubitatio eſt, quænam, & quandò dici poſſint *novitates &c.* laudabiles, & ex conſequenti licitæ minimè punibiles?

28 Reſpondeo, eſſe illas, quæ debitis ſervatis circumſtantiis inducuntur ad puram Regulæ obſervantiam; quod ſuadetur ex hoc, quòd *novitas* nequit eſſe laudabilis, niſi ſit actus virtutis, ad actum autem virtutis concurrere debent circumſtantiæ omnes, nempè modi, loci, temporis, perſonæ &c. prout de actu moraliter bono ſtatuunt communiter Theologi. Ad hoc ergò, quòd *novitas* in Ordine commendabilis ſit; oportet, quòd ſit perfectè circumſtantionata.

29 Prima autem circumſtantia eſt, quòd, & *novitas* ſit neceſſaria ad obſervantiam Regulæ; quòd, ſi neceſſaria non ſit, ſed tantùm aliqualiter commoda, damnabilis eſt. Ratio eſt, quia duo incumbunt Religioſo, nempè obſervantia Regulæ, & conſervatio unitatis Ordinis, ac Fraternitatis; illa quidèm potior eſt, proindè, ſi illa ſtare non poteſt ſimul cum ſecundâ, hæc potiùs, quàm illa violanda eſt: ſed ſi poteſt ſtare, licèt cum aliquali incommodo, ambæ ſervandæ ſunt. Proindè, ſi ego ſum in Communi, aut Provinciâ, in quo non poſſim Regulam obſervare, quià communiter ab omnibus violatur; non mihi per hoc licet *novitatem* intentare, nàm Regula jubet mihi ad Superiores recurrere, qui vel tollent inobſervantiam, vel me deſtinabunt ad Conventum, vel Provinciam, in quâ Regula obſervatur; ſic enim habet Regula. (38) *Ubicumque ſunt Fratres, qui ſcirent, & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſervare, ad ſuos Miniſtros poſſint, & debeant recurrere, Miniſtri verò charitativè, & benignè eos recipiant &c.*

30 Pariter, ſi præcepta quidèm, & vota Regulæ eſſentialiter obſervantur, vigent tamen nonnullæ tranſgreſſiones, quæ mortales non ſunt, ut ſilentii violatio; negligentia ad chorum; feſtinatio nimia in recitando divino officio, & ſimilia, non licet ob hæc, novitatem in Ordine inducere, prout etiam ſenſit *Sanctorus*, (39) tum quià hæc gravia non ſunt; & gravior eſt plaga, quæ inducitur Religioni ex tali novitate, quàm utile ſit remedium, quod minutis illis tranſgreſſionibus adhibetur; tum quià per Ordinarios Superiores facili negotio, & abſque perturbatione novitatis tolli poſſunt.

31 Nolo autem, quòd, quandò dico damnabilem eſſe *novitatem*, quæ neceſſaria ad obſervantiam Regulæ non ſit, accipiatur preſsè, & ſtrictè neceſſitas; ſed moraliter. Eſſet quidèm ſimpliciter, & ſtrictè neceſſaria novitas, quandò non poſſent abſolutè, & ſimpliciter Regulæ vota, & præcepta obſervari. Sed ſicut multùm difficile in jure accipitur prò impoſſibili, ut multis citatis probat *Sanctorus* (40) ità dicemus neceſſariam tunc etiam dici poſſe *novitatem*, quandò Regulæ obſervatio multùm difficilis eſt; tunc enim parificatur impoſſibili. Porrò difficultas oritur, tùm ex diverſitate morum inter eos, qui Regulam non obſervant, ab eam obſervantibus; tum ob perſecutiones, quas iſti ab illis patiuntur; tum ob impedimenta, quæ obſervantes experiuntur, dùm inobſervantibus conviuunt; tùm ob malum exemplum aliorum, ob quod ad ſimiles inobſervantias iſti ſollicitantur; tùm tandem quià viventes ſub regimine inobſervantium ſummum periculum eſt, ut ad eorum inobſervantiam boni pertrahantur juxtà illud Pſalmi. (41) *Non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum, ut non extendant juſti ad iniquitates manus ſuas.* Et iſta fuere fundamenta, quibus innixi Patres illi, qui *Reformationem* in Ordine primam ſtabilierunt, petierunt à *Concilio Conſtantienſi* remedium, ut obſervat *Sanctorus*. (42) Concilium autem nihil ad obſervantiæ promotionem utilius duxit, quàm Superiores locales, ac Provinciales ab aliis diſtinctos *Reformatè* vivere volentibus aſſignare.

32 Secunda circumſtantia eſt, quòd *novitas* ordinatè procuretur. Ordo autem in hoc caſu eſt ſimilis illi, qui juxtà Statuta (43) ſervandus eſt in appellatione, ac recurſu, qui gradatim faciendus eſt, à Superiore, nempè locali ad Provincialem; ab hoc ad Generalem, indè Protectorem, *Sac. Congregationem*; & tandèm ad Papam. Si quidem, ut ſuprà dictum eſt, habetur ex Regulâ, quòd caſu, quo Regula ab aliquo nequeat ſpiritualiter obſervari, *iſte teneatur recurrere ad ſuos Miniſtros Provinciales*; Dictat autem tùm ratio, tùm Statutum, quòd, ſi Provincialis remedium non adhibeat, recurratur ad Generalem, ſubindè ad majores; cum enim hic verus recurſus ſit, & ex Statutis habeamus, recurſus tali ordine eſſe faciendos, liquet tandem gradationem in hoc caſu ſervandam.

33 Sequitur ex hoc, quòd, ſi quis, omiſſis mediis, nempè Superioribus intrà Ordinem, recurſum haberet ad *Sedem Apoſtolicam*, ut aliqua *novitas* in Ordine fieret, quantumvis eſſet ad tollendos reales abuſus, & ad in-

(35) *arg. cap. Extirpandæ. §. Qui verò. ubi Abb. num. 11. de Præben. Bart. in l. Si ità. §. Chtyſogonus. ff. de Verb. ſign. & in l. Sicuti. la 2. ff. de leg. 1. Ang. in §. Hinc nobis. Authen. de Hæred. & falc. Butr. in cap. 1. de Pact. Ant. Franc. ad Abbat. in cap. 18. nu. 5. lit. A. de Reſcript.*

(36) *arg. cap. Cum dilectus de Donat. Abb. in cap. Secundò requiris de Appell. & in cap. Cauſam quæ. num. 5. de Reſcri.*

(37) *Abb. in cap. Eccleſia veſtra. il 2. nu. 5. de Elect.*

(38) *Regular. Minor. cap. 10.*

(39) *Sanctor. de Pæn. cap. 17. Qu. 3. ℣. Reſpondeo tertiò. fol. 204.*

(40) *Felin. Speculat. Caball. Marſil. apud Sanctor. loc. cit. Quæſt. 2. ℣ Verùm ut hæc materia. fol. 196.*

(41) *Pſal. 124. ℣. 3.*

(42) *Sanctor. loc. prox. citat.*

(43) *Stat. Gen. Ord. Cap. 7.*

Digitized by Google

ad inducendam perfectam obſervantiam, iſte revera eſſet punibilis, tùm quià non ſervaret ordinem præſcriptum in Statutis, circà recurſus gradatìm faciendos; tùm quià ex alio Statuto, (44) ſub pænâ privationis actuum legitimorum, ac etiam graviori prohibetur. *Nè alius cujusvis gradus, vel conditionis exiſtat, in negotijs Ordinis ſe ingerat, vel in Curiâ Romanâ, in conſultis Procuratore, & Commiſſario Generalibus; procurare audeat aliquod negotium, niſi de expreſſo conſenſu ipſorum, vel Generalis facultate.*

34 Tertia circumſtantia eſt, quod novitas ſit in reſtituendâ ſimpliciter antiquâ formâ regulariter vivendi, juxtà modum à primoque Inſtitutore Ordinis per Regulam, ac ipſius exemplum præſcriptum, non autem in novam, & ab antiquâ primitivâ differentem formam inducendo, quantumvis etiam novitas, quæ induceretur, eſſet perfectior formâ primitivâ. Ratio eſt, intantùm laudabilis hæc novitas eſt, in quantùm ſiſtitur in reſtituendâ antiquâ, ac primitivâ Ordinis obſervantiâ, quæ nomine *Reformationis* effertur. Si quidèm *Reformare* ut, *Budæo* (45) placet, eſt *ad eſſe priſtinum revocare*. Sequitur igitur, quòd, qui aliam formam ab antiquâ introducère vult, iſte non diceretur *reformare*, ſed *transformare* Ordinem; & ſicùt primum laudabile eſt, ità ſecundum eſt damnabile, & vetitum à jure; Siquidèm ex prohibitione Conciliari (46) habetur, quòd novæ Religiones, aliæ ab approbatis, nequeunt inſtitui; ſi autem nova forma vivendi, ab antiquâ ſervata, in Ordine primitùs induceretur, poſſet dici quodammodò nova Religio. Ordines Monachales inſtituti ſunt adexercitium virtutum Monaſticarum, ordinantium hominem ſe, in ſegregatione à ſæculo, contemplatione &c., & hoc pacto vixerunt antiqui Monachi. Si quis ergò, ad aliquem Ordinem Monachalem relaxatum reformandum, vellet novam formam inducere, inſtituendo ut nudipedes incederent, converſionibus peccatorum vacarent; prædicationibus inſiſterent; rudes cathechizarent; infirmis inſervirent; moribundis aſſiſterent, in ſummâ vitam activam exercerent, omiſsâ contemplativâ, juxtà quam vixerunt antiqui Monachi, iſte Ordinem damnabiliter trasnformaret.

35 Dixi autem *quantùmvis etiam forma, quæ induceretur, eſſet perfectior formâ antiquâ primitivâ.* Nàm Sancti, Ordinum Inſtitutores amplexati ſunt formam vivendi, quam illis ſuggeſſit Spiritus Sanctus ad exigentiam Eccleſiæ Catholicæ, in cujus ſubſidium inſtituti ſunt Ordines Regulares. Hinc alios videmus inſtitutos ad redimendos captivos, ut *Mercenarij, ac Trinitatis*; alios ad curandos ægros, ut *Fratres S. Ioannis Dei*; alios ad aſſiſtendum agonizantibus, ut *Clerici Miniſtrantes infirmis*; alios ad erudiendos pueros, ut *Clerici Scolarum piarum*; alios ad vitam heremiticam ut *Camaldulenſes*; alios ad Cænobiticam ſolitariam, ut *Cartuſianos &c.* Volens ergò Ordinem proprium reformare, debet præcisè primitivam vivendi formam reſtituere, & vivere juxtà modum, quem prò utilitate Eccleſiæ ſuæ, Spiritus Sanctus Ordinis Iuſtitutori ſuggeſſit; tentans autem novam aliam formam inducere, præſumit plùs ſcire, quàm ipſius Inſtitutor à Spiritu Sancto illuminatus, & operatur contrà mandatum divinum dicens (47). Nè traſgrediaris terminos antiquos; quos poſuerunt Patres tui.

36 Ex hoc apparet quàm malè, & quàm irrationabiliter tentent nonnulli novam *Reformationem*, ſuper jàm ſtabilitâ Ordinis noſtri *Reformatione* inducere habitus, adhùc ſtrictiores menſurâ à legibus noſtris ſtabilitâ gentes; nudis omninò pedibus abſque calcepodijs incedentes, contrà primitivum tùm Ordinis, tùm *Strictioris Obſervantiæ* morem; orationes mentales duplicantes ultra Statuta; et ſegregatos ab omni ſæcularium conſortio vivere profitentes ſub nomine *Seceſſus* (Italicè Ritiro), quamvis hoc ſit voce tenus; nàm et Conventum in meditullio Romæ conſtruxerunt, et eorum proceres magìs proterunt Principum aulas, quàm cellam, aut Clauſtrum incolant. Nàm ut habetur ex Chronicis Ordinis, *Seraphicus P. N. Franciſcus*, habitâ per *Sedem Apoſtolicam* confirmatione ſuæ Regulæ anceps erat; An Conventus pro fratrum habitatione in montibus, ſylvis, ac nemoribus, à ſecularibus ſemotos conſtrueret; àn verò intra Urbes, & oppida. Rogavit ideò *B. Angelum de Aſſiſio*, ut in peculiari oratione, ſuper hoc Dominum conſuleret. Oravit *B. Angelus*, & reſponſum accepit à Domino, ſe *Religionem Minorum* inſtituiſſe, ut doctrinâ, prædicatione, & exemplis vitæ ſæculares, peccatores à vitijs, hæreticos ad fidem orthodoxam, & infideles ad agnitionem veritatis perducerent; velle proindè, ut non remoti à conſortio ſæcularium, ſed in medio eorum viverent quatenùs ſanctæ Fratrum Minorum converſationis exemplo, ad meliorem vitam illi provucarentur. Si ergò iſti ex divinâ inſtitutione in exercitijs vitæ activæ, & complativæ, ad converſionem eorum inter ſæculares degere debent, & à temporibus Seraphici Inſtitutoris ità factum eſt, illi qui tentant Ordinem ampliùs reformare, ſegregando fratres à ſæcularibus, Ordinem non reformant ſed transformant, & ut verius dicam, deformant, tali enim novitate illaudabili Ordinem ponunt in deriſum.

37 Quarta circumſtantia eſt, quòd tales *novitates* intendantur ad bonum finem, & ad verùm animarum profectum. Quòd ſi fiat ad finem privatum; ad aucupandum nomen virizelantis; ad venandam protectiouem Magnatum; ad protelandam dominationem, ut inſatiabili cupiditati proprij ambitus ſatisfiat, ut abſque periculo judicij temerarij cenſeri potuit de nonnullis, qui jam obierunt, & dominationem per tales *novitates* protelarunt uſquè ad vitæ extremum, profectò talis novitas damnabilis eſt, & contrà eam omnimodò legum rigore eſt procedendum.

38 Tertia dubitatio eſt, An ſit Reus Statuti, qui vel prò ſe, vel prò alio amotionem ab aliquo loco, aùt permanentiam in aliquo Conventu per perſonas extrà Ordinem procuraverit.

39 Reſpondeo diſtinguendo. Vel enim remotio procurata eſt, bonis alijs conditionibus circumſtantionata, vel non. Explico. Eſt in Conventu Religioſus, qui cum ſcandalo ſæcularium, ſuſpectam domum frequentet; & moniti Superiores, nimis ergà ipſum benevoli, nolunt à loco dimovere, & ſcandalum nutriunt. Tunc, ſi ego zelo Religionis ductus per perſonas extrà Ordinem, illius amotionem à Conventu procuro, in nullum pecco, mea enim operatio benè eſt circumſtantionata; nàm à bono fine moveor, & debitis mediis utor; curavi enim, ut malum è medio tolleretur per Superiores Ordinis; & illis negligentibus ad me-



(44) *Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 58. nu. 6.*
(45) *Budæ. in l. Vectigalia. ff. de Publica. l. Iuris gentium. §. A Deo autem. ff. de Pact.*
(46) *cap. Unic. de Relig. dom. in 6.*
(47) *Proverb. cap. 22. ỽ. 28.*

Digitized by Google

ad media externa confugi, quod licitum eſt; nàm in hoc caſu magìs urget præceptum de ſcandalo tollendo, quod eſt de jure naturæ, ac divino, quàm, nè medio perſonarum ſæcularium vtar, quod eſt præceptum merè poſitiuum, quod in concurſu aliarum deſinit eſſe præceptum, ut ſcribunt Doctores. (47) Si autem ex æmulatione, quàm nutrio contrà alium, per ſæculares procuro, ut amoveatur, dupliciter pecco, nempè contrà charitatem, & contrà Statutum.

40 Pariter diſtinguendum eſt de procurante permanentiam in eodem Conventu prò ſe, vel alio. Vel enim expreſſa eſt Superioris voluntas ob bonum finem, ut ego, vel alius removear ab eo Conventu, & contrà ejus voluntatem utor mediis externis ad permanendum; vel Superioris voluntas expreſſa non eſt; aut, ſi expreſſa eſt, ille ad hoc movetur, aut à malo fine, aut à malâ informatione. In primo caſu, prout docet *D.Bernardinus*, (48) ego pecco mortaliter peccato proprietatis contrà Regulam, dicentem, (49) *Fratres nihil ſibi appropient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem*, pecco pariter contrà obedientiam, quià voluntati Prælati reſiſtere procuro, & pecco item contrà Statutum vetans, nè mediis ſæcularibus utar ad hoc procurandum. In ſecundo caſu adhuc eſt diſtinguendum. Vel enim Superioris voluntas expreſſa non eſt, ut ego removear, ſed hoc tantùm ſuſpicor, & per media ſæcularia illum prævenio, nè removear; & tali caſu pecco tantùm contrà Statutum, quià medio vetito utor, & pecco vitio proprietatis, quià volo mihi Conventum appropriare. Vel Superioris voluntas expreſſa quidèm eſt, ut removear, ſed vel eſt malè informatus de me; vel movetur ab animoſitate, quam habet contrà mé, & remotio eſt cum detrimento meæ famæ, vel vitæ; tali caſu, ſi mihi deſint media intrà Ordinem ad procurandum, ut mea remotio impediatur, & proindè utor externis, in nullo pecco. Nàm tueri meam famam, ac vitam de jure naturæ poſſum, & cùm hoc non queam, niſi per media externa, iis utendo, inculpata eſt tutela mea, ac ceſſat lex ſtatutaria. Hoc pariter ego poſſum in ſimili caſu prò alio, qui proficuus eſt Conventui; aut ex ejus amotione ſcandalum ſequeretur, ob rationes ſimiles, ut patet.

## § VI

## Læſæ Majeſtatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Crimen læſæ majeſtatis eſt genus ad alia crimina.*
2 *Variæ diffinitiones hujus criminis, datæ à Cicerone.*
3 *Allatæ deſcriptiones ſunt inſufficientes.*
4 *Majeſtas, quid ſit.*
5 *Majeſtatis etymologia.*
6 *Suprema poteſtas eſt in ſolo Deo.*
*Poteſtas divina in homines communicata Papæ, ac Imperatori.*
*Auctoritas Papæ, ac Imperatoris ſacræ ſunt.*
7 *Quis dicatur potiri majeſtate.*
*Princeps non habens in terrâ Superiorem habet majeſtatem.*
*Auguſta fruitur privilegiis Imperatoris.*
*Sed non habet majeſtatem, quià ſubeſt marito.*
*Magiſtratus habens merum, ac mixtum imperium habet majeſtatem.*
*Princeps habens plena regalia potitur majeſtate.*
8 *Dubium, an Princeps infidelis habeat majeſtatem.*
9 *Si eſt Princeps declinans à fide Catholicâ ad hæreſim perdit majeſtatem.*
10 *Sed ſi Natus hæreticus, & toleratus ab Eccleſiâ, ſi non habet Superiorem, habet majeſtatem.*
11 *Turca, ac alii Infideles non habentes Superiorem potiuntur majeſtate.*
*Principi etiam Infideli obediendum.*
12 *Criminis læſæ maieſtatis diviſio.*
*Læſæ maieſtatis humanæ criminis diviſio, data à Bartolo.*
*Crimen læſæ majeſtatis in primo, & ſecundo capite dividitur.*
13 *Soli Subditi poſſunt committere crimen læſæ maieſtatis.*
14 *Quivis Chriſtianus, etiam Imperator poteſt committere hoc crimen contrà Papam.*
15 *An Clericus poſſit hoc crimen committere contrà proprium Principem, dubium eſt.*
*Clericus poteſt delinquere hoc crimine.*
*Clericus eſt pars Reipublicæ.*
*Character Ordinis non eſt validior charactere Baptiſmi.*
*Per Baptiſmum non eximitur homo à poteſtate Principis Infidelis.*
*In conceſſione Generali non veniunt ſpecialia, quæ veriſimiliter non fuerunt concedenda.*
*Omnes laici dant iuramentum fidelitatis Principi, nèc hoc revocatur ab eo, qui fit Clericus.*
*Præsbiter quidam punitus à Senatu Veneto pœnis rebellium.*
16 *Crimen læſæ majeſtatis poteſt committi ab Vniverſitate, & quomodò.*
17 *Fœmina poteſt hoc crimine delinquere.*
18 *Crimen læſæ maieſtatis committitur in S.R.E. Card.*
*Item in Vicarios, ac Legatos Papæ.*
*Item in Rectores, ac Gubernatores vrbium Status Eccleſiaſtici.*
*Cardinales ſunt Conſiliarii, & pars corporis Papæ dicuntur.*
19 *Contrà Officiales Imperatoris poteſt committi delictum maieſtatis læſæ.*
*Item contrà Electores Imperii qui dicuntur pars corporis Imperatoris.*
20 *Habentes relationem ad Imperatorem poſſunt offendi hoc crimine.*
*Incurrit hoc crimen, qui offendit aliquem de conſiſtorio Imperatoris.*

*Item*

(47) *Azor.Tom.1.lib.2.cap.18.Quæſt.4. Vaſq.in 12. Diſp. 66.cap.1. init. Sanch.de Matr.lib.2.Diſp.41.nu.45.*
(48) *D.Bernardin.Senen.lib.de Propriet.volunt.*
(29) *Regul. Minor. cap. 6.*

Digitized by Google

*Item milites.*
*Item confœderatos cum Papa, aut Imperatore.*
*Subditus Papæ in temporalibus offendens Imperatorem eſt Reus læſæ maieſtatis.*
21 *Offendens eum, qui habet ſecuritatem à Papa, ſeù Imperatore, quandò committat in maieſtatem.*
22 *Item offendens Ambaſciatores deſtinatos ab alio ad proprium Principem.*
*Ambaſciatores habent ſecuritatem à jure Gentium.*
23 *Ambaſciatores de jure Gentium, àn poſſint puniri, quandò ipſi in idem jus committuntur, controverſum eſt.*
*Opinio affirmantium, eoſdem poſſe puniri à Principe, ad quem miſſi ſunt, melior eſt.*
24 *Limitatio eorum, quæ dicta ſunt* num. 18. & ſeqq.
*Offendens Officialem Papæ, ac Imperatoris, ob cauſam privatam, non committit in maieſtatem.*
25 *Quid debeat probare Accuſator, ut quis puniatur de læsâ maieſtate, ob offenſam factam Officialibus Papæ, aut Imperatoris.*
26 *Quomodò probanda intentio offendentis.*
27 *Modi, quibus læditur maieſtas divina.*
28 *Modi, quibus læditur maieſtas humana.*
29 *Continuatur materia.*
30 *Perduellio quotupliciter committatur in primo capite.*
31 *Quotupliciter committatur in ſecundo capite.*

1 CRimen *læſæ maieſtatis*, ſupremo loco inter crimina contrà obedientiam collocamus. hoc enim, ut infrà videbimus, non ſolùm obedientiam, ac ſubmiſſionem Principi debitam violat, ſed etiam contrà ipſum inſurgit. Re verâ autem hoc non eſt unum crimen in ſpecie, ſed eſt crimen in genere, tot continens ſub ſe ſpecies, quot ſunt modi, quibus committi poteſt, quos ſummariè infrà trademus.

2 Diffinitio autem hujus criminis, prout etiam ſcripſit *Tullius* (1) ob varios modos, quibus committi poteſt, valdè difficilis eſt, in tantùm, quòd ipſemet *Cicero* variis in locis varias de ipſo diffinitiones dederit. In uno enim loco (2) ait, quòd lædere majeſtatem eſt *de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate Populi Romani, aut eorum, quibus poteſtatem Populus dederit derogare*. In alio autem loco (3) ait, quòd ille dicitur lædere majeſtatem, *qui exercitum hoſtibus Popul. Roman. tradidit*. Alibì (4) dixit, quòd ſit *aliquid de Republicâ, cùm poteſtatem non habeas, adminiſtrare*. Et alibì (5) voluit, quòd crimen læſæ majeſtatis committere dicatur is, *qui per vim multitudinem ad ſeditionem vocavit*.

3 Omnes autem ſuprà allatæ deſcriptiones potiùs quàm diffinitiones ſunt inſufficientes, non enim comprehendunt perſonam, aut Principis, aut relatorum ad Principem, contrà quos, ut paulò pòſt dicemus, *læſæ maieſtatis* crimen committitur. Poteſt ergò diffiniri ſic, nempè quòd ſit *offenſio facta contrà eum, qui maieſtate potitur*; hâc ſiquidèm genericâ diffinitione comprehenduntur omnes modi, quibus delictum hoc committi poteſt.

4 Ut verò intelligatur diffinitio, inquirendum eſt, quid veniat nomine *maieſtatis*, & quis dicatur *potiri majeſtate*, aut habere *majeſtatem*. Omiſsâ diffinitione aliquorum, qui dixerunt, quòd *maieſtas ſit virtutis, probitatis, ac dignitatis quædam ſumma excellentia* hæc ſiquidèm poteſt eſſe in perſonâ privatâ, in quâ tamen *maieſtas* non eſt; dico cum *Deciano* (6), qui hoc deducit ex quâdam *Authenticâ*, (7) quòd *maieſtas* ſit *poteſtas, ſivè authoritas ſacra, quæ vel ſuprema ſit, vel poſt ſupremum honorem, ſecundo loco poſita habetur*.

5 *Maieſtas* enim, ex nominis etymologiâ dicitur à *maiore*, quemadmòdum honeſtas ab honore, & ſic *maieſtas* importat *maiorem ſtatum*. ſivè *maiorem poteſtatem*, ut dicunt Doctores paſſim. (8) Quià verò duplex eſt *maieſtas*, nempè divina, & humana, (9) ideò in datâ diffinitione poſui, quòd vel *ſuprema ſit*, ut *maieſtatem* divinam complecterer, quæ ſimpliciter ſuprema eſt, & cui debetur ſupremus honor; & dixi, *vel poſt ſupremum honorem, ſecundo loco poſita habetur*; ut majeſtatem humanam complecterer.

6 Et hìc advertendum, quòd in Deo habetur ſimpliciter ſuprema poteſtas, quæ vires ſuas exercet, tùm contrà animam immortalem, tùm contrà corpus; dicitur enim (10) in Evangelio, *timete eum, qui animam, & corpus poteſt perdere in gehennam*; in hominibus autem talis poteſtas diviſa eſt, in uno enim homine, ut potè in Summo Pontifice, eſt poteſtas ſpiritualis, quæ ſuper animas exercetur, & hæc poſt ſupremum honorem, ſoli Deo debitum, ſecundo loco poſita habetur. In alio autem homine, nempè Imperatore, aut Rege, aut Principe, non recognoſcente in temporalibus Superiorem in terrâ, reperitur poteſtas ſuprà corpora, quæ pariter, poſt ſupremum honorem, ſecundum locum habere dicitur; quamvis enim Imperator, ac quiſquis alius ſupremus Princeps *Papæ* ſubdatur, quò ad regimen ſpirituale, tamen quò ad dominium temporale ſoli Deo ſubiectus eſt. Ambæ autem iſtæ authoritates humanæ ſacræ ſunt, ambæ ſiquidèm ſacro chriſmate conſecrantur. (11)

7 Ex dictis apparet, quiſnam dicendus ſit, qui *maieſtate potitur* poſt Deum, talis enim dicendus eſt omnis ſivè Rex, Dux, Princeps, Comes, Marchio &c. qui ſuperiorem in temporalibus non agnoſcit, ut dicunt Doctores, (12) proindè Reſpublicæ etiam, ut *Veneta, Ianuenſis, Lucenſis &c.*, ac etiam Civitates liberæ, quæ Superiorem non habent, (ſi quæ ſunt) *maieſtate* potiuntur, ipſarum enim eſt publica poteſtas, quæ venit ſub nomine Principis. An verò *Auguſta*, ſivè *Regina* dicatur *maieſtate* potiri, ità ut eam lædens crimen *maieſtatis læſæ* committat, res dubia eſt. Verùm eſt, quòd in una lege (13) Auguſtæ



(1) *Cicer. lib. 2. de Orator.*
(2) *Cicer. lib. 2. de Invent.*
(3) *Cicer. lib. 2. de Orator.*
(4) *Cicer. lib. de Invent.*
(5) *Cicer. lib. de Partit. orator.*

(6) *Tiber. Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 2. num. 1. in fin.*
(7) *Authen. Vt omn. obed. Iud. Prov. §. Arripiat. Coll. 5. Tit. 24. Novell. 69.*
(8) *D.D. in cap. Felicis. de Pœn. in 6. & in Clement. 1. eo. tit. & in cap. Paſtoralis de ſent. & re iudic.*
(9) *cap. Duo ſunt. 91. Diſt. Authen. Gazaros. C. de Hæret. Bald. Conſ. 59. init. lib. 1.*
(10) *Luc. cap. 12. V. 5.*
(11) *cap. Vnic. de Sacr. unctio.*
(12) *Gloſſ. in l. final. in V. Maieſtatis. ubi D.D. C. de Abolit. Salycet. in l. 2. C. de Falſ. mone. Bart. in l. lex duodecim. ff. Ad leg. Iul. maieſt. Paul. de Caſtr. in l. 2. C. de Epi. audien.*
(13) *text. in l. Princeps. ff. de legib.*

eadem privilegia conceſſa ſunt, quæ habet Princeps; & in aliâ (14) habetur, quod factum Reginæ eſt factum Regis; tamen non omnia privilegia, quæ habet Imperator, habet Auguſta, ut notant duæ Gloſſæ (15) & non hàbet ipſa imperium, neque dignitatem, ſed coruſcat radiis mariti, ut dicitur in quâdam Novellâ, (16) & cùm ipſa ſubſit Imperatori, ut uxor marito, non poteſt ejus, authoritas dici, quòd poſt ſupremum, nempè divinum honorem, ſecundo loco poſita ſit; ut proindè nequeat propriè dici, quòd *majeſtate* potiatur. Tamen dici non poteſt, ſcribit *Decianus* (17) quin Reginam offendens, aliquo modo *majeſtatem* non lædat, maximè ſi in vitam Auguſtæ conſpiret; undè exiſtimat, quòd mitioribus pœnis, & ad arbitrium Imperatoris eſſet puniendus. Magiſtratus etiam habens merum, ac mixtum imperium à *Papa*, aut Imperatore ſivè alio Principe, non agnoſcente Superiorem, dicitur habere *majeſtatem*, ut textualiter in jure (h) dicitur. Itemque *Principes* habentes plena regalia, & qui in propriis dominiis ſunt, ſicut Imperator in ſuo, licèt Superiorem recognoſcant, ut plures ſunt in Germaniâ, licèt *majeſtate* propriè non potiantur, tamen eos lædens fit Reus majeſtatis, ut poſt multos tenet *Farinacius.* (i) Et idem ſecundùm eum dicendum eſt de quovis, qui habeat merum, ac mixtum imperium (l)

8 Sed quid de Principe hæretico, Turcâ, aut Idololatrâ non agnoſcente Superiorem, dicetur nè is potiri *majeſtate*, ad effectum incurrendi crimen hoc, ſi quis eum lædere attentat?

9 Reſpondendum puto cum diſtinctione quò ad Principem Hæreticum. Vel enim iſte natus, ac educatus eſt Catholicus, & ex pòſt lapſus eſt, & contumaciter verſatur in hæreſi, propter quod à *Summo Pontifice* nominatim declaratus eſt hæreticus formalis, & ex conſequenti excommunicatus vitandus: Vel eſt natus, ac educatus in hæreſi, & Patri hæretico ſucceſſit in Dominio, & eſt ab Eccleſiâ ad majora damna vitanda toleratus. In primo caſu dico, quòd Princeps hæreticus *majeſtate* non potitur; nàm per ſententiam declaratoriam quivis hæreticus ipſo jure eſt privatus omnibus ſuis bonis, (18) & ſpoliatur omnibus ſuis dignitatibus, per crimen enim hæreſis redditur minor, ac inferior quolibet Catholico, ut dicitur in jure, (19) & omnibus privilegiis, occaſione Religionis conceſſis privatur (20) & ſi eſt miles, ſeù nobilis cingulo militiæ, ac nobilitate ſpoliatur, (21) ob infamiam, quam ipſo jure incurrit; & hoc quantum vis excellens ſit dignitas, quâ pollebat; etiamſi eſſet *Summus Pontifex*, ob hæreſim enim deponitur, (22) & ſimiliter Imperator Imperium, & Rex regnum amittit, & vaſalli, & ſubditi ſolvuntur juramento fidelitatis, nec illi tenentur obedire; & ipſius Regnum vel dabitur ſucceſſori Catholico, ut vult *Alphonſus de Caſtro* (23), vel à *Summo Pontifice* concedetur primò occupanti, quemadmodùm factum fuit cum *Rege Navarra* hæretico, cujus Regni pars à *Rege Hiſpaniæ*, pars à *Rege Franciæ* occupata fuit, & adhuc poſſidetur.

10 Si autem hæreticus natus eſt, & ab Eccleſiâ toleratur, cum nullo jure privetur Dominio ſuo, & ejus authoritas non recognoſcat ſuperiorem, dicetur *potiri majeſtate*. Et quamvis ipſius authoritas ſacra non ſit per ſacram unctionem, quemadmodùm eſt authoritas *Regum Catholicorum*, qui ſunt chriſmate inuncti, tamen ſacra dici poteſt eo modo, quo in jure (24) dicuntur *ſacra* loca, quæ publica ſunt.

11 Pariter Turca, ac alii Principes Infideles, qui Superiorem in propriis dominiis non habent, *majeſtate* potiuntur. Nam licèt Imperium Turcarum componatur ex regnis jure belli, ac vi armorum occupatis Principibus Catholicis, ut proindè primi occupatores eorum cenſerentur, ea iniuſtè poſſidere; tamen longi temporis præſcriptione, ſucceſſores juſto titulo poſſident, ac Chriſtiani Principes treugas, aut pacem cum illis in euntes, eos agnoſcunt tamquàm legitimos poſſeſſores locorum, quorum dominia ſibi ceſſerunt, & juramento firmarunt ceſſionem. Nec infidelitas in Principe, qui infidelis natus eſt, ipſum privat *majeſtate*; nèc Catholici in ejus dominio viventes poſſunt hoc titulo ſibi obedientiam, ac fidelitatem denegare, in concernentibus vitam civilem, ac politicam, quæ in nullo lædant veram fidem, ac ejus præcepta, nam *D. Paulus* (25) ſcripſit, fidelibus obediendum eſſe, *Sivè Regi, ſivè Principi*, cum tamen tempore Apoſtoli ità ſcribentis, nullus in toto Orbe Rex, aut Princeps eſſet, qui infidelis non eſſet.

12 Dividitur autem primò crimen *læſæ majeſtatis*, eo modo, quo duplex, pròut ſuprà dictum eſt, datur *majeſtas*, nempè divina, & humana; & ſic primò dividitur in crimen *læſæ majeſtatis* divinæ, & humanæ. Secundùm autem uſum communem loquendi, crimen hoc non dicitur, niſi de *læſa majeſtate* humanâ; ſiquidèm caſus, ſeù delicta *læsâ majeſtatis* divinæ propris nominibus efferuntur, ut Blaſphemiæ, Hæreſis, Schiſmatis, Apoſtaſiæ à fide &c. Secunda porrò diviſio criminis *læſæ majeſtatis* humanæ trimembris traditur à *Bartolo* (26), nempè primò quandò læditur Imperium. Secundò, cùm læditur Imperatoris, aut ipſius Conſiliariorum perſona; & tertiò, cùm læduntur Magiſtratus. Sed alii Doctores communiter, pròut ex *Farinacio* ſcribit *Philippus de Bictis* (27) dividunt hoc crimen in primum, ac ſecundum caput, ità ut ea, quæ ſpectant ad perſonam Principis compræhendantur in primo capite; quæ autem pertinent ad inferiores à Principe, aut in eum principaliter non tendunt, ſub ſecundo capite continëantur. Verùm eſt, quòd cum Princeps poſſit conſiderari, ut ſupremus in Populo moderator, vel ut homo particularis; dupliciter quòque ejus perſona poteſt lædi. Nàmque poſſet attentari ſpoliatio ipſius à dominio per bellum, ac rebellionem; vel eum vitâ privare veneno, vel ferro; primo modo læderetur Imperium, ſecundo modo Imperator; & ſic videretur hæc ſecunda diviſio coincidere cum diviſione *Bartoli*, priùs data.

13 Vi-

(14) *l. final. ℣ Eodemque modo C. de Quadrien. præſcript.*
(15) *Gloſ. in l. Quod Principi, & in l. ſequen. ff de leg. 2.*
(16) *Novell. 105. Coll. 8. cap. 2. §. Si verò.*
(17) *Decian. lib. 7. cap. 5. nu. 1. circ. fin.*
(h) *l. 1. ff. Ad leg. Iul. maieſt. l. penult. ff. de Iuſt. & iur. l. Si familia. ff. de Iuriſdic. omn. Iud.*
(i) *Angel. Bald. Caſtrem. Felyn. Iaſon Boſſ. Conrad. Gig. Gamez apud Farinac. Quæſt. 112. nu. 184.*
(l) *Farinac. loc. cit. nu. 178, & nu. 181.*
(18) *cap. Cum ſecundùm leges. de Hæret. lib. 6.*
(19) *cap. Achatius 24. q. 1. cap. Anaſtaſius. cap. Sumus. 19. Diſt.*
(20) *l. 1. C. de Hæret.*
(21) *l. 3. in fin. C. de Summ. Trin. l. Quicunque. §. Nullum. C. de Hæret.*
(22) *cap. Si Papa. 40. Diſt.*
(23) *Alphon. de Caſtr. de Iuſt. Hæret. punit. lib. 2. cap. 7.*
(24) *l. 6. §. 2. ff de Diviſio. rer. l. final. ff Vt in poſſ. legat.*
(25) *Roman. cap. 13. ℣. 4.*
(26) *Bart. in Extravag. Ad reprimendum. in V. In quocunque crimine.*
(27) *Farinac. Quæſt. 112. nu. 9. apud Bict. Quæſt. 110. n. 1. & 2.*

Digitized by Google

13 Videndum nunc quinam poſſint hoc crimen committere. Prò hoc ſtatuo firmam concluſionem, quòd ſoli ſubditi poſſunt committere crimen *læſæ majeſtatis*, aliquid attentando contrà proprium Principem, proindè Doctores (28) poſt quandam *Clementinam* communiter concludunt, quòd non ſubditus Imperatori, aliquid machinans contrà eum, non incidit in delictum *læſæ majeſtatis*; & ad hoc incurrendum, neceſſarium eſſe quod Reus ſit ſubditus, docet *Iaſon*, (29) & alii.

14 Sequitur ex hâc concluſione, quòd, cùm authoritas *Summi Pontificis* in foro animæ, poſt Deum ſuprema ſit, nullusque Chriſtianus ab ejuſdem ſubjectione ſit exemptus, quilibet Chriſtianus cõtrà *Papam* poteſt committere *crimen læſæ majeſtatis*, & hoc machinando vel contrà ejus ſupremum ſpirituale dominium, contendendo de æqualitate, ut fecerunt multi *Patriarchæ Conſtantinopolitani*; vel contrà eum, Antipapam creando, ut fecit *Ludovicus Bavarus* contrà *Ioannem XXII.*, vel contrà ejus vitam, aliquid attentando. Nec eminentia ſtatus quantumvis ſublimis ſalvat, quin crimen *læſæ majeſtatis* committat, qui quoquomodò contrà *Papam* machinatur; proindè etiam Imperator poteſt eſſe Reus hujus criminis, argumento eorum, quæ dicuntur in jure. (30)

15 Sequitur pariter, quòd Clericus, cùm non ſit Subditus Principis laici, non poteſt in eum hoc crimen committere. Sed circà hanc concluſionem diviſæ ſunt Doctorum ſententiæ, aliis affirmantibus, aliis negantibus, quos recenſet *Pignatellus*, (31) loquendo de jure Canonico vera eſt ſententia negãtium, Clericum eſſe poſſe Reum hujus criminis contrà proprium Principem; & conſequenter poſſe puniri per Judicem laicum. Sed loquendo de jure civili, ac de facto prævalet opinio affirmantium. Credibile enim non eſt, quòd Imperatores, qui privilegia exemptionis Clericorum à laicâ poteſtate indulſerunt, ità eos à propriâ juriſdictione liberaverint, quòd ſi contrà eorum imperium, aut vitam machinaverint, voluerint eos non cenſeri poſſe Reos *majeſtatis*, & à ſe, vel ab eorum Judicibus puniri non poſſe. Quantumvis enim Clericus, ratione Ordinis, Judici Eccleſiaſtico pleno jure ſubdatur, tamen ratione perſonæ non deſinit eſſe pars Reipublicæ, quæ ſubeſt Principi, ac eſſe de diſtrictu, aut Provinciâ ſui Principis, ut dicitur in jure. (32) Et profectò longè perfectior eſt character Baptiſmi, per quem transferimur à peccato ad gratiam, à ſtatu hoſtium ad gradum filiorum Dei, & ad capacitatem divinæ hæreditatis, quàm ſit character Ordinis, qui gradum dignitatis tantùm in Eccleſia militante importat. Porrò primus character non eximit à poteſtate Principis naturalis; natus enim ſub dominio Principis infidelis, ſi baptizetur, non eximitur per characterem baptiſmi à poteſtate illius; undè inferri poteſt, quòd neque per characterem Ordinis, ſubjectionem ad proprium Principem amittat; ſed in tantum ſit ab eo exemptus, inquantùm ipſe voluerit, Clericum per privilegia exemptuare. Generale autem privilegium exemptionis Clericorum à poteſtate laici Principis non videtur comprehendere hunc caſum, attentâ Regulâ juris (33) quòd in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis in ſpecie veriſimiliter non eſſet conceſſurus, neque enim, ut dicebam, veriſimile eſt, Imperatores, qui generalem Clericorum exemptionem conceſſerunt, voluiſſe eos pariter eſſe à ſe exemptos in caſu, tàm atroci, in quo agitur de Dominio, ac vitâ Principis. Præter quam quod notum eſt, quòd natus Subditus Principis jurat illi homagium, ac fidelitatem, ſiquidem in inthronizatione Regis publici Magiſtratus nomine omnium, ac ſingulorum ſubditorum, ac ab eis deſcendentium jurant Regi fidelitatem; videre autem neſcio ullam legem, nec Canonicam, nec Civilem, quæ tale juramentum relaxet aſſumenti habitum Clericalem. Manente autem adhuc tali juramento, ſi Clericus machinatur contrà Regem, & quomodò Reus *majeſtatis* non erit? Et fortè hæc ſunt fundamenta, ob quæ in ſimilibus caſibus Principes procedunt de facto, ut ſcribit *Decianus*, (34) qui narrat Præſbyterum quendam, qui *Opidum Marani* hoſtibus prodiderat, jubente *Senatu Veneto*, fuiſſe capite deorſum verſo, per pedem furcis ad modum rebellium ſuſpenſum.

16 Poteſt pariter delictum hoc committi ab *Univerſitate*, ut dicunt Doctores, (35) dummodò tamen factum nomine *Univerſitatis* geſtum ſit; nempè quòd *Univerſitas* fuerit convocata per ſolitum ſonum campanæ, tubæ, aut alterius inſtrumenti juxtà morem Patriæ; & quòd fuerit propoſitum partitum, diſcuſſum, maturatum, & reſolutum per ballottationem, aut alio modo ſolito, quo concluduntur actus *Univerſitatis*, ut ſcribunt Juriſtæ. (36)

17 Poteſt tandèm committi etiam à fœminâ, licèt hæc viris ſit minùs audax, ut ait quædam *Gloſſa*, (37) communiter approbata, ut ait *Angelus*, & ex hiſtoriis diſcimus, non ſemel fœminas ſimul cum viris in necem Principum conſpiraſſe.

18 Nunc videndum contrà quos committatur hoc crimen, non ſolùm enim committitur contrà perſonas, quæ habent *majeſtatem*, quemadmodum diximus ſuprà *num. 7. & ſeqq.*, ſed etiam alios, qui tamen habent relationem ad eum, qui *majeſtate* potitur. Et ſic incidunt in crimen *læſæ majeſtatis*, qui offendunt *S. R. E. Cardinales*, ut dicitur in jure, (38) pariter *Vicarios*, ſeu *Legatos Papæ* (39) & itidem *Rectores*, ſeu *Gubernatores* præpoſitos à *Papa* Civitatibus de ditione *Romanæ Sedis*. (40) Et ratio horum eſt, quia omnes prædicti ad *Papam* referuntur; Cardinales enim, eò quià ejus Conſiliari ſunt, argumento quarundam legum (41) dicuntur eſſe *pars cor-*

*poris*

(28) *Clemen. Paſtoralis, ubi Gloſſ. in V. Non ſubfuit. de Sent. & re indic. Bald. Alex. Felin. Aegid. Cæpol. Andr. Sicul. Ruin. Angel. Marſil. Corn. Dec. Grammat. Cephalu. apud Decian. lib. 7. cap. 8. nu. 5.*

(29) *Iaſon. in §. Rurſus. nu. 45. Inſtit. de Action. Bocr. Mart. laud. Giga. Carer. Clar. Farinac. apud Pignatell. Tom. 1. Conſult. 24. nu. 1. V. Hinc communi.*

(30) *cap. Ad Apoſtolicæ, de ſent. & re indic. in 6.*

(31) *Iacob. Pignatel. Tom. 1. Conſult. 124. per tot.*

(32) *cap. final. §. 1. de offic. Ind. deleg. lib. 6.*

(33) *cap. 81. de Reg. iur. in 6.*

(34) *Decian. Tract. crim. Par. 2. lib. 7. cap. 8. nu. 6.*

(35) *Giga. de Crim. læſ. maie. Tit. de Rebell. Quaſt. 12. Bart. in l. Aut facta §. delinquunt ff. de Pæn. Abb. & Io. de Anani. in cap. Dilectus. de Simon.*

(36) *Bald. Conſ. 283. nu. 1. lib. 1. Jaſon in l. Civitas. Col. 1. ff. Si cert. petat. Hippol. Pract. crim. in §. Conſtante. nu. 47. Decian. loc. cit. nu. 9.*

(37) *Gloſſ. in l. Quiſquis §. Ad filias. in V. Vſuras. C. Ad leg. Iul. maje. Angel. in §. Interdum. Inſtit. de Hæred. quæ ab inteſt.*

(38) *text. in cap. Felicis. de Pæn. in 6. arg. cap. Ad Apoſtolicæ. § Perpetravit. de Sent. & re indicat.*

(39) *Bart. in Extrau. Ad reprimendum. in V. Rebellando. nu. 4. Zabarel. in Clemen. Paſtoralis. Col. 3. inis. de ſent. & re indic. Prapoſit. Cuman. apud Decian. lib. 7. cap. 5. nu. 10.*

(40) *Bart. loc. cit. V. Sed quid ſi quis rebellat. Giga. de Crim. læſ. maieſt. Tit de Rebell. q. 18. nu. 4. Decian. l. cit. nu. 10. in fin.*

(41) *l. Quiſquis. C. Ad leg. Juli. maie. l. Humanum. C. de leg.*

Digitized by Google

*partes Papæ*, & dicuntur ei inhærere, ſicut ſtellæ in firmamento cœli, ut ſcripſit *Baldus*, (42) *Vicarii* autem, *Legati*, ac *Rectores*, ſivè *Gubernatores* Urbium *Papam* ipſum repræſentant.

19 Pari modo, ſicut de *Cardinalibus*, ac aliis Officialibus *Papæ* dictum eſt, de Officialibus Imperatoris accipiendum eſt; undè in crimen *majeſtatis* incidunt, qui *Electores Imperatoris*, (qui antiquitùs erant tantùm ſeptem, mox additus eſt octavus *Dux Bavariæ*, & poſtremò nonus *Dux de Hannover*) aliquo modo lædunt; & hoc, non tantùm eò quòd iſti Principes in propriis ditionibus ſuperiorem non agnoſcant, *majeſtate* potiuntur; ſed etiam quià hoc ſanxit *Carolus Quartus Imperator* in ſuâ Bullâ aureâ, cujus fragmentum ad hoc refert *Decianus*, (43) & etiam quià ipſi quoque dicuntur pars corporis Imperatoris, ut dicitur in citatâ *l. Quiſquis, C. Ad leg. Juli. maieſt.*

20 Committunt pariter idem delictum, qui offendunt *Conſiliarios*, *Senatores*, aut alios, qui ſunt de Conſiſtorio Imperatoris, aut qui Imperatori militant, (44) omnes enim iſti relationem immediatam habent ad Imperatorem, undè etiam iniuria, ipſis facta tangit etiam Imperatorem. Itidem qui offendunt confœderatos cum *Papa*, ſivè Imperatore; qui enim offendit confœderatum, aut exiſtentem ſub protectione alicujus Principis, Principem ipſum offendit, & ideò incurrit crimen *læſæ maieſtatis*, ac ſi in Principem ipſum deliquiſſet argumento cujuſdam legis. (45) Undè ſubditus *Papæ* in temporalibus, ſi offendit Imperatorem, committit crimen majeſtatis reſpectu *Papæ*, non Imperatoris, ut Imperatoris, ſed utì confœderati cum *Papa*, & in ejus patrocinium recepti, ut dicunt Doctores (46)

21 Incidunt etiam in hoc delictum, qui offendunt habentem ſecuritatem ab Imperatore, *Papa*, aut alio Principe non recognoſcente Superiorem, ut expreſsè habet lex (47) ſupracitata cum ſuâ *Gloſsâ* primâ. Verùm eſt, quòd offendens ad hoc, quòd talem reatum incurrat, oportet, quòd habeat notitiam de tali ſecuritate præſtitâ à Principe, ut docet *Paulus de Caſtro*, & *Felinus* (48) & *Boerius*.

22 Conſequenter ad hæc, incidit in dictum crimen, qui Legatos (qui vulgò *Ambaſciatores* vocantur) offendit, & hoc ſivè offendens ſit ſubditus Principis, ad quem ab alio Principe Legati ſunt miſſi; ſivè ſit ſubditus Principis, mittentis Legatos ad alium. Ratio autem in primo caſu eſt, quià Legati habent publicam ſecuritatem à jure gentium, (49) & qui publicam ſecuritatem violant criminis *maieſtatis* Rei ſunt. (50) In ſecundo autem caſu eſt, quia legatus repræſentat perſonam Principis, qui eum mittit, ut ex jure (51) deducunt Doctores; & ideò lædens ipſius Legatos lædit Principem.

23 Controverſum autem valdè eſt inter Doctores, num inter alias limitationes, quas tradit *Gigas* (52) relatus à *Deciano* circà datam concluſionem, admittenda ſit hæc, nempè Legatos, ſivè Oratores Principum de jure gentium non poſſe offendi, dummodò tamen ipſi ius gentium, aut naturale non violent; quòd, ſi contrà hæc delinquant, poſſe à Principe, ad quem miſſi fuerint puniri, *Pignatellus* (53) integram de hoc Conſultationem ſcripſit; in quâ Doctorum hinc indè placita adducit, & in fine affert Diſſertationem *Lucæ Holſtenii* contrà libellum *Chriſtofori Roncenii*, qui ſuſtinet Legatos peccantes in jus gentium poſſe puniri à Principe, in cujus ditione deliquerunt, ipſe autem ſequitur plures Doctores, (54) qui tenent partem affirmativam limitationis, & cum his puto etiam ego, eſſe ſentiendum; & fundamentum principale eſt, quià, (ut ius (55) utrumque habet) dignitas, vel officium non debet tueri eum, qui illis abutitur; & Princeps ſecuritatem Legatis de jure gentium tribuit, dummodò etiam Legati ipſi ius gentium, aut ius naturæ, quod iuri gentium prævalet, non violent quòd, ſi ipſi ex parte ſuâ pactum (ſivè contractum hunc violent, non tenetur Princeps ad eum ſervandum ex parte ſuâ, & ità etiam concludit *Decianus*. (56)

24 Quod autem diximus ſuprà de offendentibus *Cardinales*, *Vicarios*, *Legatos*, *Rectores*, ſeù *Gubernatores*, *Conſiliarios*, *Senatores &c. Papæ*, ac Imperatoris, quòd nempè in crimen *maieſtatis* incidant, accipiendum eſt cum limitatione, puta, quòd læſio fiat principaliter; ut *Papæ*, ſivè Imperatori noceatur in ſuo Miniſtro, & ratio eſt, quià lex videtur conſiderare principaliter animum infenſum, & hoſtilem ergà Principem, quem habet; qui intuitu Principis, ejus Miniſtrum lædit; aliter ſi offendit Miniſtrum ob inimicitiam privatam, & non contemplatione Principis, non fit Reus *maieſtatis læſæ*; & ſic tenent Doctores (57) communiter. Pariter ſi *Cardinalis* eſſet rebellis *Papæ*, aut meus inimicus, qui mihi inſidiaretur, aut repertus in flagranti crimine adulterii, aut fornicationis cum uxore, aut filiâ meâ, ac illum occiderem, non incurrerem reatum *læſæ maieſtatis*, neque pœnas *cap. Felicis, de Pen.* ut ſcribunt *Calderinus*, *Aretinus*, & *Decianus* (58)

25 Sequitur igitur ex hoc, quòd ſi quis Miniſtrum Principis offendit, ad hoc quòd Judex poſſit delinquentem punire, tanquàm Reum *maieſtatis*, oportet, quòd Accuſator, ſeù fiſcus probet, quòd offenderit animo, ac intuitu offendendi Principem, & ratio eſt, quià quandò interpretatur lex pænalis, quòd requirat aliquam qualitatem in crimine ille, qui dicit, diſpoſitionem legis locum debere habere in aliquo caſu, debet probare, illam qualitatem interveniſſe, aliàs non habebit locum illa diſpoſitio, ut dicunt *Doctores*. (59)

26 Sed quomodò probari poterit intentio, cùm ſit quòd

(42) *Bald. in l. Cum multa. C. de Bon. quæ liber.*
(43) *Decian. lib. 7. cap. 5. nu. 2. Tract. crimin.*
(44) *Luc. de Penn. in l. Nihil. C. de Palat. ſac. largit. lib. 12. Decian. l. cit. num. 3.*
(45) *l. 1. init. ff. Ad leg. Jul. maie. Bart. in Extravag. Ad reprimendum. in V. Rebellando. nu. 8.*
(46) *Anchar. in Clement. Paſtoralis. de Sent. & re iudic. Giga. de Crim. læſ. maie. tit. Qualiter. q. 8. & Tit. de Rebel. q. 21. Decian. loc. cit. cap. 5. nu. 19.*
(47) *d. l. 1. iunct. gloſſ. 1. ff. Ad leg. Jul. maie. Afflict. in cap. 1. §. & bona. nu. 18. Tit. Quæ ſint regal. Giga. d. Tit. Qualiter. q. 18. & 33. Decian. loc. cit. nu. 20.*
(48) *Paul. de Caſtr. Conſ. 33. lib. 1. Felin. in cap. Ego. N. nu. 11. de Iureiu. Boer. Deciſ. 179. nu. 2.*
(49) *l. final. ff. de legation. l. Sanctum ff. de Rer. divi.*
(50) *l. 2. ff. Ad leg. Jul. maie.*
(51) *arg. cap. 1. de Offic. Jud. Deleg. ubi Bald. & Felin. cap. Sanè. eo. ti. text. in can. Nobiliſſimus. 97. Diſt. Boſſ. Tit. de Crim. læſ. maie. nu. 36.*

(52) *Giga. apud Decian. lib. 7. cap. 5. nu. 12. & ſeqq.*
(53) *Jacob. Pignatell. Tom. 1. Conſult. 111.*
(54) *Delbene. Paſqualig. Farinac. Aruma. Tholoſan. Contzen. Brun. Germon. Paſchal. & alii apud Pignatel. d. Conſ. 111. nu. 8.*
(55) *cap. Tuarum nos. §. Verum de Privil. l. Judices. C. de dignit. lib. 12. l. Quotienſ. eo. tit. Gloſſ. in l. Per id tempus. C. de Curio. lib. 12.*
(56) *Decian. Part. 2. lib. 7. cap. 5. nu. 17. Tract. crim.*
(57) *Andr. de Iſern. Afflict. Bart. Mart. lauden. Cravet. Giga. Salycet. Bald. Brun. Fel. lamer. Angel. Capyc. Alciat. Valla. apud Decian. l. c. nu. 4.*
(58) *Calderin. Conſ. ultim. ſub Tit. de Accuſat. Aretin. Conſ. 163. Col. penult. Decian. loc. citat. nu. 8.*
(59) *Bart. in l. 1. ff. Ne quid in flum. pub. Jo. Andr. in cap. 1. de Homicid. in 6. Deci. Conſ. 434. nu. 3.*

Digitized by Google

quòd latens animo, & profundum ſit cor hominis, & inſcrutabile? Reſpondent Doctores (60) quòd ad cognoſcendum, an quis odio Principis, aut ob inimicitiam privatam, Miniſtrum illius offenderit, utendum eſt coniecturis; ſi enim offendens fuerit aliàs amicus, & potiatur gratiâ Principis, cum Miniſtro autem habuerit cauſam inimicitiæ, concludendum eſt, quòd ex hâc, & non contemplatione Principis offenderit; & vice verſâ.

27 Multi autem modi ſunt, quibus crimen *læſæ maieſtatis* incurritur. Et quidem quantùm ad læſionem *maieſtatis* divinæ, ad hoc reducuntur omnia delicta contrà præcepta divina primæ tabulæ; hæc enim habent Deum ipſum pro ſuo immediato obiecto. Et ſic *Apoſtaſia à fide*, *hæreſis*, *ſchiſma*, *Blaſphemia*, *Feſtorum violatio*, *furta ſacrilega*, & alia ſimilia, quæ ad Deum, aut ipſius Eccleſiam, ac Res ſacras ſicut ad obiectum delicti referuntur, delicta *maieſtatis* divinæ ſunt, & de his ſub aliis titulis ſcripſimus, nempè *de Apoſtaſiâ*, & *Schiſmate* in hoc Titulo, de *Blaſphemiâ*, in Tit. de delictis verbalibus; de *furto ſacrilego* in Tit. de Furtis, & de aliis alibi.

28 Quantùm autem ad modos, quibus læditur maieſtas humana, eos ſummatim perſtringemus, & qui eos vult dilatato ſtilo videre, adeat *Farinacium*, *Decianum*, *Gigantem* ac Doctores ſcribentes ſuper Titulo Ad legem Juliam maieſtatis tum in Digeſtis, tum in Codice, & ſpecialiter ſuper l. 1. 2. 3. & 4., in quibus continentur implicitè omnes modi, ac qui exactè materiam iſtam pertractant, & nos de iſtis tùm in iſto, tùm in aliis titulis tractamus.

29 Primus ergo, & principalis modus, quo incurritur Reatus maieſtatis eſt *perduellio*, nempè cùm quis animo hoſtili aliquid de directo contrà Rempublicam, ſivè Principis authoritatem, ut eam ſubvertat, machinetur; ſivè cùm quis ſupremum dominium affectat, ut ait *Decianus*. (61) Graviſſimum hoc eſt omnium *maieſtatis* delictorum, nam impugnat de directo perſonam Principis, non ſolùm quà Princeps homo eſt, ſed quâ ſacram authoritatem habet, in quâ conſiſtit ratio *maieſtatis*, prout ſupra dictum eſt.

30 Perduellionis autem crimen plures ſub ſe habet modos, quibus poteſt committi; nempè ſe ſubtrahendo ab obedientiâ Principis, & ſe illi hoſtem parando, ut ait *Oldradus*. (62) Uſurpando iuriſdictionem Principis, dum hoc faciat dolo malo, ut eâ Principem ſpoliet, ut ait Farinacius q. 113. nu. 12. At ſi non habeat animum ſpoliandi Principem, tenetur tantùm lege Julia de Vi publica. Conſpirationem, coniurationem, ſivè confœderationem cum pluribus ad labefactendam auctoritatem Principis ineundo. Factiones, ſectas, aut partes inſtituendo ad reſiſtendum mandatis Principis. Seditiones, tumultus, acclamationes, plebis adunationem ſtruendo contrà regimen Principis ad eum alterandum. Rebellionem tandem ſuſcitando, ut non ſolùm ipſe, ſed & alii obedientiam mandatis Principis denegent; ſivè ſi quis amico ſuo rebelli contrà Principem pecuniam mitteret. (63) Concitando hoſtes contrà Rempublicam, ſivè Principem; vel opem hoſtibus ferendo, ut habet textus in l. 3. init. ff Ad l. Jul. maieſt. Tandem, qui in vitam Principis inſurgeret palàm percutiendo, ſivè ferro aggrediendo; aut clàm inſidias contrà eum ſtruendo, ut veneno, aut maleficio diabolico necaretur, reatum *Maieſtatis* in primo capite incurreret.

31 Pluribus pariter modis committitur crimen *læſæ maieſtatis* in ſecundo capite. Primò, cùm quis ſe facit Magiſtratum, cùm talis non ſit, ac in cauſis gravioribus ſe ingerit, ut hominem damnando ad mortem (64). Secundò, cùm quis cudit falſam monetam, (65) ac etiam ſi eam fabricaretur ex metallo probato, ac iuſti ponderis idem crimen incurreret; (66) & de hoc ex profeſſo dicemus *Tit. de Crimine Falſi*. Tertiò, ſi Officialis, adveniente ſucceſſore cum legitimis documentis ſuæ inſtitutionis, non reſignet ſibi officium, ut expreſsè habet lex, (67) & hoc pariter dicendum de illo, qui exercitum, ſeu fortalitium ſibi commiſſum ſucceſſori, legitimis patentibus munito non traderet, ut tenet *Farinacius*. (68) Quartò, ſi dolo malo, ac animo iniuriam inferendi Principi ipſius ſtatuam, ſivè imaginem frangit, lacerat, deturpat, (69) & idem dicendum eſt de nomine, ſeu inſigniis Principis. Quintò, ſi quis in publicis ſcripturis doloſè, & in damnum alicujus falſum committeret, (70) & de hoc delicto loquimur *Tit. de Crim. falſ.* Sextò, ſi aliquis Princeps, ſivè Magiſtratus inferior impedit, ac prohibet, ne ſubditus ad Principem ſibi ſuperiorem recurrat (71), hoc enim modo adimitur Principi Superiori facultas exercendi eius imperium, quod etiam labefactatur. Septimò, ſi quis ſciens tractatum, conſpirationem, ſeu rebellionem contrà ſuum Principem, & non revelat dum eam probare poteſt; verùm eſt, quòd, ut ſcribit *Boſſius* (72) non eſſet iſte morte puniendus, ſed arbitrio Judicis tantùm caſtigandus. Octavò, ſi quis detinet hominem liberum in carcere privato, ultrà 20 horas, teſtandæ rei causâ, ut dicitur in iure, (73) quod crimen incurritur etiam à Magiſtratu, qui ſciens detinentem tolerat, ut dicitur in citatâ lege Codicis. Excipitur ab hoc crimine Pater, qui filium diſcolum in camerâ domeſticâ carceratum tenet; item Maritus, qui gratiâ correctionis uxorem in adulterio deprehenſam carcerat; item debitor captus à creditore de licentiâ Judicis, dummodò tamen ille eligat potiùs in privato, quàm in publico carcere detineri; item conſanguineus, qui conſanguineum furioſum, vinculatum, & clauſum tenet; item ille, qui detinet aliquem privatim carceratum, non animo iniuriandi, ſivè juriſdictionem exercendi, ſed ex aliqua alia, cauſa coloratâ, puta, ſi quis domi clauſam Meretricem, causâ libidinis, retineret. Quas exceptiones probat *Decianus*. (74) Nonò, ſi quis Reum in judicio confeſſum, aut convictum & ideò publicè carceratum emittat, aut per vim eximat, vel vinculatum è manu familiæ prætoriæ eripiat, crimen maieſtatis incurrit, ut textualiter habet quædam lex (75) & ratio eſt, quia turbat *maieſtatem* Principis, & ſibi

(60) *Paris de Pute. Tract. de Syndic. in V. Iniuria official. cap. 3. nu. 4. Andr. de Iſern. Capyc. Valla. Bald. apud Decian. loc. ſup. cit. num. 5.*
(61) *Decian. loc. ſupr. citat. cap. 6. num. 20 & 23.*
(62) *Oldrad. Conſ. 43. num. 8. in fin.*
(63) *l. 4. ff Ad leg. Jul. maie.*
(64) *Farinac. apud Bict. Quæſt. 110. nu. 15.*
(65) *l. 2. C. de Falſ. monet.*
(66) *Bict. cit. quæſt. 110. n. 16.*
(67) *l. 2. ff Ad leg. Iul. maieſt.*
(68) *Farinac. Quæſt. 113. nu. 44.*
(69) *l. Fameſi. in fin. ff. Ad leg. Iul. maieſt.*
(70) *l. 2. ff Ad leg. Iul. maieſt.*
(71) *Sfor. Odd. Farinac. Quæſt. 113. nu. 62. & 63. Bict. Quæſt. 110. n. 21.*
(72) *Boſſ. Tract. de Crim. læſ. maieſt. nu. 48.*
(73) *l. Capite. ff Ad leg. Iul. de Adult. l. 1. C. de Priv. carcer.*
(74) *Decian. lib. 7. cap. 10 nu. 5. 6. 8. 10. & 11.*
(75) *l. Cuiuſque. circ. fin. in V. Item qui confeſſum. ff. Ad leg. Iul. maieſt.*

Digitized by Google

& ſibi arrogat majorem poteſtatem, quàm habeat Magiſtratus, qui eum volebat carceratum. Decimo, ſi quis ad hoſtes transfugiat ſivè civis, ſivè miles ſit, Reus eſt *maieſtatis*. (76) Undecimò, eodem crimine tenetur qui publicam ſecuritatem frangit offendendo eum, quem Princeps in ſuo dominio aſſecuravit. (77) Duodecimò, pariter Rei *maieſtatis* fiunt, qui dant operam, aut conſilium, ut obſides iniuſſu Principis aufugiant, ut dicitur in citatâ lege primâ.

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

32 *Cognitio criminis maieſtatis in primo capite reſervatur Principi.*
*De privilegiis hujus criminis, remiſſivè.*
33 *In hoc crimine proceditur per inquiſitionem.*
*Sufficit Iudici ad inquirendum occultâ notitiâ.*
*Fama de hoc, orta ab inimico, non ſufficit ad inquirendum.*
*Hoc delictum non præſcribitur.*
34 *Accuſatio de hoc poteſt fieri, etiam pòſt 20. annos.*
*Admittunturque ad accuſandum, qui accuſare prohibentur.*
*Opinio Deciani affertur, & impugnatur.*
*Accuſator non probans, nec ſemiplenè, hoc crimen, torquendus eſt cum Reo.*
35 *In hoc crimine, ſi notorium eſt, proceditur ſummariè.*
*Iudices debent in hoc cautè procedere.*
36 *Hoc crimen eſt difficilis probationis.*
*Vehementiora cæteris indicia requiruntur.*
*Quantò atrocius eſt crimen, vehementiores deſiderantur præſumptiones.*
37 *Teſtes inhabiles ad hoc admittuntur, & qui.*
*Dummodò adhibeantur ad probandam ſubſtantiam criminis, non autem adminicula.*
38 *Qui aliàs torqueri non poſſunt, in hoc crimine torquentur.*

32 CRriminis *læſæ maieſtatis* tanta eſt gravitas, quòd eius cognitio, ſaltem in primo capite ſoli Principi reſervatur, ut dicunt Doctores. (78) Et quamvis regulariter, conceſsâ juriſdictione cum mero, & mixto imperio Vicario Principis, intelligantur conceſſa omnia Principi reſervata, attamen nunquàm cenſetur conceſſa cognitio hujus criminis, niſi de eâ expreſſa mentio ſit facta in conceſſione (79) Habet inſuper crimen hoc multa alia privilegia, quæ, qui vult videre, adeat *Decianum Tract. crim. Par. 2. lib. 7. cap. 27. à num. 13. ad finem.*

33 Procedi autem poteſt in hoc crimine, non ſolùm per viam Accuſationis, Denunciationis, aut querelæ pròut in aliis, ſed etiam per viam Inquiſitionis, ut deducitur ex jure. (80) Et quamvis regulariter inquiſitio, non præcedente infamiâ nihil valeat, ut notum eſt, tamen fallit in hoc crimine; non requiritur enim, quòd fama præceſſerit, ſed ſufficit, quòd etiam occultè ſit Judici per aliquem intimatum, ut docet *Bartolus.* (81) Verum eſt, quòd inquiſitio facta de hoc delicto ex famâ, ſi reperiatur, quòd hæc ortum habuerit ab inimico, inquiſitio ipſa corruit, ſicùt etiam in aliis criminibus, in quibus proceditur ex famâ, quæ non debet oriri à malevolis, aut inimicis, ut dicunt *Doctores.* (82) Et quamvis alia delicta tempus habeant ad præſcribendum, ut aliàs (83) diximus; tamen contrà hoc pòſt quemcunque lapſum temporis poteſt inquiri, ut pòſt *Gigantem*, tenet *Decianus* (84).

34 Quandò pariter proceditur in hoc delicto per accuſationem, hæc poteſt inſtitui etiam ultrâ annos viginti à commiſſo crimine; pròut fit in delictis *Apoſtaſiæ, partus ſuppoſiti*, ac *parricidii*, ut volunt ſupracitati *Doctores*, (85) & admittuntur ad accuſandum hoc crimen, qui aliàs accuſare prohibentur. Et ſic Forenſis, Mulier, Frater ad accuſandum fratrem; Infàmis, Socius criminis, Pupillus cùm auctoritate Tutoris; filius ad accuſandum Patrem, & vice verſâ, Servus, ac Vaſallus, Uxor ad accuſandum Maritum, & è contrà, laicus ad accuſandum Clericum admittuntur, ut diffusè probat *Decianus* (86) Non placet autem, quòd ipſe infert ex *Cyno in l. 1. C. de Falſ. monet.* & tenet cum *Ignea* in ſua Diſputat. *An Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem num.* 121. nempè quòd conſcius criminis *læſæ maieſtatis* ſi accuſat, & non probet, non incidet in *Turpilianum*, & condemnabitur, ſed excuſabitur à calumniâ. Si enim hoc eſſet abſolutè verum, ſterneretur via cuiuis nocendi impunè proprio inimico. Cùm enim, ut ſuprâ dictum eſt, inimicus admittatur ad accuſandum inimicum, poſſet quisquis inimicum accuſare falsò, ipſumque in maximas anguſtias, ac vitæ diſcrimen conjicere, accuſatore exiſtente ſecuro, quòd non damnabitur de calumniâ. Dico igitur, quòd accipi debet dicta concluſio in caſu quo accuſator ſemiplenè probet, aut ſaltem ſubminiſtret indicia, quæ ad ſemiplenam probationem accedant; tunc ſi plenè non probet, excuſari poterit à calumniâ: ſicùt etiam apud Nos, ſi accuſator probet delictum per unum Teſtem ſolùm, vel infamiam, vel ſe audiviſſe à viris fide dignis, talionis pœnam evadit, ut habetur in *Textu.* (87) Si enim accuſat, & neque indicium Curiæ ſubminiſtrare poteſt ad probandum, ipſe ſubiici debet torturæ ſimùl cum Reo, ut ex *Carrerio* alibi dicit (88) idem *Decianus*: & ſi accuſans in torturâ deficit, utique puniendus eſt de calumniâ.

35 Proceditur porrò in hoc crimine ſummariè breviter, de plano, ſinè ſtrepitu, & figurâ iudicii, ut dicitur in *Extravaganti Imperiali*, (89) hoc autem intelligendum, quandò ſumus in crimine notorio, in quo omnis

(76) *text. in l. 2. ff. Ad leg. Iul. maieſt.*
(77) *l. 1. ff. Ad leg. Iul. maieſt. l. Relegati. & ibi Bart. & Alberic. ff. de Pœn.*
(78) *Iſern. & Afflict. in Tit. Quæ ſint regal. cap. 1. V. Et bona committentium. nu. 18. Boer. & Gig. apud Decian. lib. 7. cap. 38. nu. 5.*
(79) *Luc. de Penn. in l. 1. de Privil. Schol. C. lib. 12. Afflict. Socin. Capyc. Gig. Par. de Put. apud Decian. loc. cit. num. 6. & cap. 37. num. 31.*
(80) *l. 2. & 3. C. ad leg. Jul. maieſt.*
(81) *Bartol. in Extrav. Ad reprimendum. in V. Inquiſitionem. nu. 29.*
(82) *Abb. in cap. Qualiter & quandò il 2. num. 29. de Accu. & ibid. Anani. Col. fin. Catald. de Syndic. nu. 142.*
(83) *Par. p. Tit.*
(84) *Giga. de Crim. læſ. maieſt. Tit. Qualit. in crim. læſ. maieſt. proce. quæſt. 14. Decan. lib. 7. cap. 43. nu. 8.*
(85) *Giga. loc. cit. quæſt. 29. Decian. loc. cit. cap. 44. nu. 7.*
(86) *Decian. loc. prox. cit. à num. 8. ad 24.*
(87) *Text. Tit. Accuſatio. §.*
(88) *Carrer. de Hæret. Comil. 117. in fin. apud Dec. P. 1. l. 5. c. 36. n. 10.*
(89) *Extravag. Ad reprimendum. ubi Bart. in V. Summariè. &c.*

omnis ſolemnitas juris remiſſa videtur, ut dicunt duo *Angeli* (90). Debet autem in tali caſu Judex, antè omnia, facere conſtare de notorietate, & pronunciare, quod de eà conſtet; ut dicunt *Doctores*. (91) & ſic poſteà ſummariè procedere. In hoc tamen modo procedendi ſervanda ſunt omnia, quæ de jure naturali; ac divino ſervanda ſunt, remiſſis tantùm ijs, quæ ſunt juris civilis, ut ſcribit *Bartolus*. (92) Advertant tamen Judices, quòd, licèt ipſis ſit facta facultas procedendi de plano, ac ſummariè, non tamen debent præcipitanter, & levato velo procedere, ſed lento gradu progredi, & diligenter factum inveſtigare, ut veritatem attingant, cùm in hoc crimine agatur de ſummâ rerum, puta, vitâ, famâ, & fortunis hominis.

36 Inter delicta probationis difficilis, ob ſui gravitatem, & pænas, ob quas homines maximè ſibi cavent, recenſetur crimen *majeſtatis*; ſequitur proindè, quòd indicijs, præſumptionibus, ac conjecturis probetur, ſicùt probantur alia delicta difficilis probationis. (93) Tamen quià graviſſimum eſt, & ſeverioribus pænis vindicatur, ad ipſius probationem vehementioribus indicjis, ac præſumptionibus opus eſt, ut probatur textualiter in quâdam lege. (94) Et regula generalis eſt, quòd qnantò atrocius eſt crimen, & graviorribus pænis punitur, tantò magìs urgere, & vehementiores debent eſſe præſumptiones. 95.

37 Et quià privilegiatiſſimum delictum eſt, ad ſui probationem admittuntur etiam Teſtes, aliàs inhabiles, puta, infames, (96) item accuſati de crimine; Mulieres, ſocij criminis, modò veriſimilia deponant, & infames non ſint; fratres contrà fratres; Judæi contrà Chriſtianos; pariter Periuri, dummodò veriſimilitudine coadiuventur; Minores quoque, qui poterunt etiam torqueri: Pupilli pariter; & laici contrà Clericos, ac vice verſa, ut pluribus probat *Decianus*. (97) Teſteſque ſingulares in hoc crimine probant. (98) Probant pariter Teſtes cortinati, nempè ij, qui exiſtentes pòſt cortinam audierunt tractatum contrà Principem. (99) Soli tandem inimici repelluntur ad teſtificandum in hoc delicto; iſti enim, ut diximus *Par. p. Tit. Teſtes*, de jure naturæ à ferendo teſtimonio arcentur. Verum eſt, quòd ſupradicti Teſtes inhabiles admittuntur ad probandum factum principale, non autem adminicula. (100) Et quàmvis in reliquis delictis, accuſatore non probante, Reus ſit abſolvendus, (101) tamen regula fallit in crimine *læſæ majeſtatis*, in quo quantùmvis accuſator non probaverit, Reus tenetur probare ſuam innocentiam, ut habetur argumento cujuſdam legis. (102)

38 Sicùt autem in alijs probationibus hoc crimen privilegiatum, ità etiam eſt in torturâ, quæ eſt ſpecies probationis, Undè illi, qui in cæteris delictis torqueri non poſſunt, in hoc indifferenter torquentur, ut Doctores, & Milites, ut dicunt jura (103), & idem dicendum eſt de quibuſcumque in dignitate conſtitutis, nulla enim dignitas in hoc crimine excuſat à tormentis. (104) Clericus etiam in Sacris conſtitutus poterit in Cauſâ hujus criminis torqueri, (105) ſi de eo crimine eſſet diffamatus: (106) moderata tamen debet eſſe tortura, & non debet per laicum Judicem infligi. (107) Minor itidem pariformiter poteſt torqueri, ut ſcribunt *Grammaticus*, & *Capycius*. (108) & omnes ſupradicti non ſolùm, ſi ſint Rei torquentur, ſed etiam ſi ſint accuſatores, aùt Teſtes, ut poſt *Gigantem* ſcripſit *Decianus*. (109)

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.

39 *Pœna Rei de læſâ majeſtate.*
*Ultimo ſupplicio ſunt afficiendi.*
*Quilibet poteſt eos impunè occidere.*
*Etiamſì pòſt mortem probaretur eorum crimen.*
*Pater Reus de hoc poteſt occidi à filio, & vice verſâ, abſquè pœnâ paricidij.*
40 *Infames ſunt, & eorum ſtemmata gentilitia tolli debent.*
*Eorum memoria pòſt mortem damnatur.*
41 *Conſiſcantur eorum bona*
*Amittunt omnia, quæ ſunt de jure Civili.*
42 *Eorum filij privantur hæreditate paternâ*
*Non poſſunt ſuccedere in bonis exterorum.*
*Hæredes ſunt paternæ infamiæ.*
43 *Excipiuntur ab hâc pœnâ filij emancipati antè Crimen Patris.*
*Item adoptivi.*
*Filij emancipati non ſunt de familiâ.*
*Excipiuntur pariter Nepotes; & filij Clerici, & filiæ.*
44 *Amittunt Rèi de læſâ majeſtate omnes feudos.*
*Si crimen eſt in primo capite, etiam Reorum agnati amittunt feudos.*
*Ipſi, ac eorum filij amittunt jus ſepulcrorum, munera publica &c.*
*Supradictæ pœnæ, quæ ſunt de jure, nùnc regulantur ad nutum Principis offenſi.*
45 *In hoc Crimine punitur affectus prò effectu.*
*Complices eâdem pœnâ puniuntur, ut principales.*
46 *De jure Canonico Rei hujuſmodi ſunt excommunicandi.*
47 *Clericus Reus de læsâ majeſtate, ân amittat privilegium fori, & Canonis, controuertitur.*

M 48. *Me-*

(90) *Angel.in.l.Si vacantia. C.de Bon.vacan. lib.10. Angel.de Malef. V. Etiam per viam notor.*
(91) *Abb. in cap. Ad noſtram.col.final. de Jureiu. Card. in Clement. Paſtoralis.not.17.de Re jud. Dec.Conſ. 506. nu, 13. & ſeqq.*
(92) *Bart.in Extra. Ad reprimendum. in V. Et figura.*
(93) *arg. l. Si quis ex argentarijs. §. penul.ff. de Eden. l.Si quando. C. Unde vi. ubi Bart.*
(94) *text.in l. Famoſi ff. Ad leg. Jul.majeſt.*
(95) *cap.literas.junct. Gloſſ.ubi Abb. in V. Nota quod ſuſpicio. de Præſumpt.*
(96) *tex. in l. Famoſi. ff. Ad leg. Jul. majeſt. l. In quæſtione eo.tit. arg. Cap. Per tuas de Simon.*
(97) *Deciam lib.7.cap.45.à nu,4.ad 17.*
(98) *Giga. de Crim.læſ.maieſt.Tit.Quomod.& per quos prob.Queſt. 8.Boſſ.eo. tit.nu.117. apud Decian.l.cit.nu.8.*
(99) *Decian.l.cit.nu.23.*
(100) *arg.Authen. Si dicatur.in fin.ubi Bald.C.de Teſt.*
(101) *argum. cap.final.de Calumn.*
(102) *l. Si quis. C. Ad leg. Jul.majeſt.*

(103) *l.Nullus.C. Ad leg. Jul.majeſt.l. Si quenquam. C.de Epi. & Cler.l.Deciſiones. C.de Queſt.*
(104) *l.3.& 4.C.Ad leg.Jul.majeſt.*
(105) *Card.in cap.Cum in contemplatione.de Reg.jur.Præpoſ. in cap Præſbiteri il 1.V.In ead.gloſſ.6.q.1.*
(106) *tex.in cap.Nullus.6.q.1.*
(107) *Gloſſ. in cap.Ilii.cap.Præſbiteri.5.q.5.*
(108) *Grammat.Conſ.60.nu.14.Capyc.Deciſ.130.nu.55.*
(109) *Giga.Tract.de Crim.læſ.majeſt.Tit.Quam.& per quos probet Queſt.28.nu.7.apud Decian.lib.7.cap.46.n.4.*

48 *Melior ſententia eſt, quòd amittat utrumque, & probatur.*

49 *Quidquid ſit de jure, Iudices laici de facto procedunt in Clericos Reos de hoc.*

39 QVò ad pœnas hujus criminis multiplices, & graviſſimæ in vitam, bona, & famam ſancitæ ſunt. Prima autem eſt mors corporalis delinquentis, ut textualiter habetur in *l. Quiſquis. C. Ad leg. Iul. maieſtatis*. Mortis porrò genus eſt per ignem, vel per diſſectionem in quatuor partes; vel per aliam atrociorem formam, ut teſtatur Farinacius. (110) lege *Romanorum* affectans Principatum, & ideò Reus *maieſtatis* in Remp. Romanam poterat à quovis impunè occidi, ut ex *Livio, Dione, Plutarcho, ac Valerio Maximo* notat *Decianus*. (111) Et pœna hæc, prout ſcripſit *Bartolus* (112) adhuc eſt in uſu; & procedit iſta concluſio, etiamſi rebellis eſſet occultus; in tantùm quòd, ſi pòſt mortem probaretur fuiſſe talis delicti Reum, occidens evaderet impunitus, ut dicunt *Doctores*. (113) Ac ampliatur eadem doctrina etiam ad Patrem, *læſæ maieſtatis* Reum, qui poteſt à filio occidi, abſque eo quòd crimine parricidii delinquat, argumento eorum, qui dicuntur in jure. (114) Hæc autem procedunt in foro fori, non verò in foro animæ; ſic enim occidens mortaliter peccaret.

40 Pariter infames redduntur Rei *læſæ maieſtatis*, ità ut eorum gentilitia inſignia, quæ vulgo *arma* vocantur, ac eorum nomina à locis publicis deleri, & tolli debent, (115) & eorumdē effigies debent pingi, capite ad terram verſo, ac per pedem furcis ſuſpenſæ, & qui tales imagines delet, pœnâ quingentorum aureorum tenetur, (116) Omneſque alias pœnas ſubeunt, quibus juxtà leges per celluntur infames, nempè conſecutione honorum, munere ferendi teſtimonii &c. Inſuper eorum memoria etiam pòſt mortem damnatur, ut dicunt plures leges; (117) verum eſt, quòd non proceditur contrà memoriam defuncti; ſed tantùm quandò crimen eſt contrà Rempublicam, aut contrà perſonam Principis, ut vult quædam *Gloſſa*, (118) nempè quandò crimen eſt in primo capite *læſæ majeſtatis*. Quàmvis autem damnetur memoria pòſt mortem ità delinquentis, non tamen in eius cadaver infertur moleſtia, ut argumento quarumdam legum (119) deducitur.

41 Pariter bona delinquentis crimine *læſæ maieſtatis* confiſcantur, ut dicitur in jure, (120) & ipſe amittit omnia, quæ ſunt de jure civili, quæ etiam ipſa nomine bonorum veniunt; & ſic, cum jus præſcribendi ſit de jure civili, (121) ipſe amittit tale jus: Patitur pariter mediam capitis diminutionem, quâ Civitas, & omnia, quæ de jure civili competunt, amittuntur: (122) itidem perdit omnia beneficia ſibi competentia jure municipali, ſivè ſtatutario, nam & hæc ſunt de jure civili: amittit inſuper omnem iuriſdictionem activam, ſi quam habet, iuriſdictiones enim ſunt iuris civilis, & iure publico introductæ (123). In ſumma omnia bona amittit, ità ut dicatur, quòd rebellis nihil habet in bonis, ut ſcripſit *Abbas*. (124) Perdit etiam actiones omnes, ſibi civiliter competentes, quas ſigillatim recenſere prolixum eſſet; & qui eas vult videre, adeat *Decianum*, ac *Farinacium* (125) qui de illis abundè loquuntur.

42 Inſuper filii illius, qui Reus eſt huius criminis, à materna, auitâ, & omnium proximorum hæreditate arcentur, de teſtamentis extraneorum nihil capere poſſunt, infamiæque paternæ ſunt hæredes, ut dicunt iura; (126) & hoc non ſolùm de iure civili, in crimine *læſæ maieſtatis* humanæ, ſed etiam de jure Canonico (127) in caſu hæreſis, in quâ læditur divina *maieſtas*. Et quamvis dura, ac ſevera nimis viſa ſit aliquibus hæc animadverſio, tamen iuſtiſſima convincitur per ea, quæ fusè ſcribit *Pignatellus* (128) qui materiam ad partes diſputat, & contrarias rationes evertit.

43 Excipiuntur verò à ſupradictâ pœnâ filii emancipati antè delictum *maieſtatis*, ut tenuit *Gloſſa* quædam, (129) communiter approbata; & ratio eſt, quià emancipatus deſinit eſſe de familiâ. (130) Excipiuntur pariter filii adoptivi, quià non ſunt coniuncti ſanguine, ut pòſt *Cinum, Salycetum, & Gigantem*, tenet *Decianus*. (131) Itidem excipiuntur Nepotes, qui in odioſis non veniunt nomine filiorum, ut ibidem probat idem *Decianus. num.* 7. Inſuper excipiuntur filii delinquentis, qui ſint Clerici, iſti enim non ſubiacent dictis pœnis, ut volunt Doctores, (132) eò quòd legibus imperialibus non ligantur. Ulteriùs filiæ Rei *maieſtatis* excipiuntur etiam ipſæ: in odioſis enim ſexus fœmineus non comprehenditur cum maſculino. (133)

44 Privantur itidem filii omnibus, ac quibuſcunque feudis tàm paternis, quàm antiquis, & ex pacto, & providentiâ devolvendis, ut ſentiunt Doctores (134) communiter. Et ſi crimen *maieſtatis* fuerit in perſonam Principis, etiam agnati delinquentis privantur feudis, ad quos vocantur. (135) Pariter filii Reorum, ut præfertur, privantur omni beneficio iuris; amittunt ideò etiam iura ſepulchrorum; (136) item inſignia gen-

(110) *Farinac. Quæſt. 116. nu. 2.*

(111) *Decian. lib. 7. cap. 39. num. 4.*

(112) *Bart. in Extravag. Ad reprimendum. in V. Rebellando. num. 13. arg. l. 3. §. Transfugas. ff de Sicar.*

(113) *Ruin. Bart. Giga. Ancharan. Boſſ. & Gramm. apud Decian. loc. cit. nu. 6.*

(114) *arg. l. Minimè. iunct. gloſ. ff. de Relig. & Sumpt. fun.*

(115) *arg. l. Eorum. ubi D.D. communiter ff. de Pœn.*

(116) *l. Si quis idquod. ff. de Iuriſd. omn. Iud.*

(117) *l. penult. & ultim. C. Ad leg. Iul. maieſt. l. fin. ff. eo. tit. l. Ex iudiciorum. ubi gloſ. in V. Maieſtatis. ff. de Accu. cap. in Summa. 14. quæſt. 1.*

(118) *Gloſſ. in l. penult. in V. Meminiſſe. C. Ad leg. Iul. maie. Vlpian. in l. fin. ff. eo. tit.*

(119) *l. Si quis. C. Si Reus vel accu. ubi Angel. in V. in text. l. 1. ff. de Pub. iudic. ubi Imol. Giga. Tit. de Pœn. com. crim. læſ. maie. quæ. 33. Decian. lib. 7. cap. 39. nu. 39.*

(120) *l. Eorum ff. Ad leg. Iul. maieſt. l. Quiſquis. C. eo. tit.*

(121) *l. 1. & 3. ff. de Vſucapio.*

(122) *l. Amiſſione. §. 1. ff. de Capit. dimin. §. Minor. Inſt. eo.*

(123) *l. 1. ff. de Iuriſd. omn. Iud.*

(124) *Abb. Conſ. 29. n. 3. lib. 2.*

(125) *Decian. lib. 7. cap. 40. à nu. 14. uſq. ad 46. Farinac. q. 116. à num. 2. uſq. ad 146.*

(126) *l. Quiſquis. §. Filiis. C. Ad l. Iul. maieſt. l. Quando. C. de Bon. [illegible] ſcr. Novel. 134. cap. final.*

(127) *text. in cap. Vergentis. de Hære. cap. Quicunque § [illegible] cap. Cum ſecundum. cap. Vt commiſſi. §. Privandi. [illegible] in 6. cap. Felicis. de Pœn. eo. lib.*

(128) *Iacob. Pignatel. Conſult. 54. Tom. p.*

(129) *Gloſſ. in cap. ſi quis cum militibus. in V. Filii verò. 6. q. 1.*

(130) *L. Quin etiam. §. final. ff. de Rit. nuptiar.*

(131) *Cin. Salycet. Giga. apud Decian. lib. 7. cap. 41. nu. 6.*

(132) *Archid. Turrecremat. Afflict. Imola Giga. apud Decian. loc. cit. num. 11.*

(133) *l. Si quis id, quod. ubi Iaſon. & Dec. ff. de Iuriſd. omn. Iud.*

(134) *Iſern. Afflict. Giga. apud Decian. l. cit. num. 24.*

(135) *cap. 1. An ille qui interf. fratr. Dom. ſu. Bald. Alex. Anani. Dec. Grat. Paris. Decian. loc. cit. nu. 25.*

(136) *l. 1. §. Interdum. ff. de ſuis & legit.*

Digitized by Google

gentilia, quæ vulgo vocantur *arma Domus*, ut vult *Caſſaneus*. (137) Inſuper paternâ infamiâ ipſos afficit, (138) undè nec publica munera, nec honores, nec dignitates conſequi poſſunt. Hæc quidèm ſunt, quæ de jure civili habentur ex *l. Quiſquis. C. Ad leg. Iul. majeſt.* toties citatâ; tamen hodiè de conſuetudine non ſervantur, ut poſt *Socinum* ſcribit *Decianus* (139) attento maximè, quòd in caſibus *læſæ majeſtatis*, in primo capite Principes procedunt ad libitum, independenter à legibus Imperialibus, cùm Superiorem non agnoſcant.

45 Tandem ſciendum eſt, quòd, cùm in aliis criminibus, quàmvis atrocibus non eâdem pœnâ puniatur affectus prò effectu; in hoc delicto diverſa eſt ratio, nàm tum de jure, tum de conſuetudine, ut teſtatur poſt multos *Farinacius*, (140) punitur affectus prò effectu. Itemque pari pœnâ, quâ principalis delinquens, punitur conſulens, auxilians, aut quoquomodò participans in hoc crimine, (141) ut habetur in jure.

46 Supradicta quidèm de jure civili ſunt; de jure autem Canonico rebelles, perduelles in Principem, ſivè Rei *læſæ majeſtatis* humanæ, ſunt excommunicandi, ac bonis omnibus ſpoliandi juxtà *Concilia Toletanum ſextum*, & *Vormatienſe* (142) *primum*; ſed quò ad pœnarum executionem, pœnæ laicæ abſorbent pœnas canonicas; ideò de his ſatis dictum.

47 Quid autem de Clericis, aut aliis Religioſis Reis de hoc delicto in ſuum Principem temporalem. Eos non eſſe propriè Reos de crimine *læſæ majeſtatis* autumat poſt *Clarum Farinacius*, (143) ſed tantùm proditionis; tamen privari, ipſo facto, omni privilegio fori, & Canonis docet *Boſſius*, & idem *Clarus* citati à *Pignatello*, (144) moti à *cap. Perpendimus. de ſent. Excom.* Undè inferri poſſit, quòd à Judice laico poſſint puniri. Negant alii (145) volentes, quòd ex tali capitulo Clericus Reus *majeſtatis* (ibì enim dicitur, quòd Sacerdos ille ſe jactabat filium Regis, & ſeditionem fecit, ac bellum movit, fortè ad Regnum occupandum, quæ omnia ſunt delicta *majeſtatis*) probatur, quòd ſolummodò amiſerit privilegium Canonis, non verò fori: proindè ab Eccleſiaſtico Judice erat judicandus.

48 Sed meo videri, huic ſententiæ repugnat manifeſtè *textus* illius *capituli*. Siquidèm dicit ibi *Papa*, quòd, ſi Sacerdos ille verè commiſerat illa crimina, *Comes*, qui eum fuſtigare, & ſuſpendio necare fecerat, non habebat neceſſitatem adeundi *Papam* prò abſolutione ab Excommunicatione. Noto autem, quòd *Comes* ille faciendo Reum fuſtigari, & ſuſpendi proceſſit, ut Judex, qui fuſtigationem antè ſuſpendium præceperat, judicialiter procedendo. Noto pariter, quòd duæ ſunt Excommunicationes latæ contrà offendentem Clericum in hoc caſu; una eſt lata contrà injicientes manus violentas in Clericum; alia eſt in violantes immunitatem Eccleſiaſticam, & ambæ excommunicationes ſunt *Papæ* reſervatæ. Si ergò in illo capitulo *Papa* dicit, *Comitem* illum non habere neceſſitatem adeundi *Sedem Apoſtolicam*, prò abſolutione, ſignum eſt, in nullam cenſuram incidiſſe; & hoc non aliâ de causâ, niſi quià Sacerdos ille privilegium Canonis, & fori amiſerat.

49 Quidquid verò ſit de jure, ſcio Principes de facto in caſus contingentiâ, maximè ſi lædatur *Majeſtas* in primo capite, procedere per ſuos Judices, & ultimo ſupplicio Reos afficere. An benè, àn malè procedant, judicent, non homines quàmvis docti; nàm horum quivis proprio ſtudio in Principem, aùt Eccleſiaſticum, aùt laicum præoccupatur. Sed judicet Deus.

## §. VII.

## Hæreſis.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæreſis diffinitio.*
2 *Pertinacia eſt de ratione eſſentiali hæreſis.*
3 *Ad hæreſim incurrendam debet præcedere Baptiſmus.*
*Cathecumenus non poteſt eſſe hæreticus.*
4 *Hæreſis eſt contrà ſolos articulos fidei.*
5 *Hæreſis non eſt contrà omnes articulos, ſed circà aliquos tantùm.*
6 *Hæreticus eſt triplex mentalis, extraneus, & mixtus.*
7 *Hæreticus manifeſtus, & occultus, qui.*
*Occultum eſt, quod quinque tantùm ſciunt.*
8 *Hæreticus formalis, & ſuſpectus de hæreſi quis dicatur.*
*Hæreſis formalis requirit expreſſam declarationem hæretici, quòd ità credat, ut dicit.*
*Et quòd articulus ab eo negatus ſit diffinitus de fide.*
9 *Suſpectus de hæreſi, quis dicatur.*
*Suſpicio levis, vehemens, ac violenta.*
*Suſpectus de levi, quis ſit.*
*Suſpectus de vehementi quis dicatur, & quomodò differat à ſuſpecto de levi.*
*Suſpicio violenta, quæ?*
*Habet neceſſariam connexionem cum hæreſi.*
*Gradus præſumptionis pendent ab arbitrio Iudicis.*
*Teſtibus dare fidem eſt Iudici arbitrarium.*
10 *Hæreticus lapſus, & quis relapſus dicatur.*
11 *Relapſus propriè, & impropriè, quis ſit.*
12 *Relapſus impropriè dicitur quatuor modis, qui explicantur.*
13 *Hæretici principales, fautores, ac credentes hæreticis, qui ſint.*
14 *Magìs declaratur, qui ſint credentes hæreticis.*
15 *Hæretici affirmativi, ac negativi, qui ſint.*
16 *Hæretici pœnitentes, ac impœnitentes.*
17 *Hæretici Magiſtri, & diſcipuli, qui.*

(137) *Caſſane. Catalog. glor. mundi Par. 1. Conſid. 42.*
(138) *l. Quiſquis. C. Ad leg. Iul. maieſt. cap. Quæro. §. Vtrum. 6. q. 1.*
(139) *Socin. Conſil. 275. col. 2. V. Confirmatur. Decian. lib. 7. c. 41. n. 48.*
(140) *l. Quiſquis in princip. C. Ad leg. Iul. maieſt. Buti. Cyn. Salycet. Angel. Caſtren. Covaru. Iaſo. Menoch. apud Farinac. Quæſt. 116. nu. 147. Bibl. Quæſt. 110. nu. 7.*
(141) *Farinac. Quæſt. 113. nu. 258. l. 1. ff. Ad leg. Iul. maieſt.*
(142) *Conſil. Tolevan. 6. cap. 14. Concil. Vormat. 1. cap. 43. laura. Epitom. Cano. Verb. Rebellis.*
(143) *Clar. quæſt. 36. nu. 27. Farinac. Quæſt. 112. nu. 261.*
(144) *Boſſ. tit. de For. compet. nu. 139. Clar. q. 36. nu. 27. apud Pignatel. Conſ. 124. nu. 3. lib. 1.*
(145) *Coninch. Diſp. 14. nu. 159. Layman. Sayr. Suar. Dian. apud Pignatel. loc. cit.*



Digitized by Google

*Dogmatiſtæ, qui vocentur;*
*Quandò hi tradantur Curiæ ſeculari.*

1 QUià *hæreſis* crimen læſæ Majeſtatis divinæ eſt, pòſt tractationem de læſâ Majeſtate humanâ, de *Hæreſi* loquendum eſt, *Hæreſis* igitur poteſt diffiniri, quòd ſit *error intellectus voluntariè aſſertus ab homine Baptizato, ex parte contrarius Catholicæ fidei*. Dicitur notanter *error*, (1) nàm, juxtà Canones, *hæreſis* vocatur *error*, & ſanè *intellectus*, nàm, ſicùt vera fides conſiſtit in actu intellectus aſſerentis veritatem, ità *hæreſis*, huic contraria, erit actus ejuſdem potentiæ.

2 Dicitur ſecundò *voluntariè aſſertus*, cùm enim *hæreſis* peccatum atrociſſimum ſit, nec peccatum detur ſinè actu voluntatis, (2) ſequitur, quòd *error* iſte, qui dicitur *hæreſis*, ſit voluntarius. Voluntas autem ad eam ſe habet, non quoquomodò, ſed cum pertinaciâ, ac obſtinatione, actu nempè voluntatis, fixantis intellectum, in aſſentiendo errori, quem ſcit, aùt dubitat opponi veritati, quæ traditur ab Eccleſiâ; ſiquidèm, juxtà *S. Auguſtinum*, & *Thomam*, (3) communiter receptos, pertinacia in errore eſt de ratione eſſentiali *hæreſis*.

3 Dicitur tertiò *ab homine Baptizato*, nàm, ſicùt per Baptiſmum ſuſcipit homo veram fidem, & fit membrum Eccleſiæ, ità non poteſt per *hæreſim*, eſſe contrarius Eccleſiæ, niſi Baptiſmum ſuſceperit. Hinc ſequitur Cathecumenum, aùt alium, non ritè baptizatum, ſi haberet pertinacem errorem, contrà aliquem articulum fidei, non poſſe dici hæreticum in foro externo, quo ad incurrendas pœnas, ut cum communi docet *Antonius à Spiritu Sancto*. (4)

4 Dicitur quartò *contrarius Catholicæ fidei*, quià dantur alii errores, contrarii aliis veritatibus, tùm in ſcientiis naturalibus, tùm in moralibus: *hæreſis* autem eſt error, contrà fidem Eccleſiæ Catholicæ, à Deo revelatam; & ſicùt quodlibet vitium alicui virtuti opponitur, ſic virtuti fidei opponitur vitium *hæreſis*.

5 Dicitur quintò *ex parte*, nàm, ſi omnem fidem in Baptiſmo ſuſceptam aliquis negaret, iſte incideret in Apoſtaſiam, quæ in plùs ſe habet, quàm *hæreſis*: ambæ quidèm ſunt ſpecies infidelitatis, ſed Apoſtaſia negat univerſaliter omnes articulos fidei; *hæreſis* autem nonnullos tantùm; & ſic opponitur fidei, non totaliter, ſed tantùm *ex parte*.

6 A vitio *hæreſis* denominatur homo hæreticus, qui plures patitur diviſiones, alius enim eſt hæreticus mentalis, alius externus, alius mixtus. Mentalis dicitur ille, qui ſuum errorem in mente retinet, nec illum, nutu, verbis, aùt actibus, ullo modo exteriùs indicat. Externus eſt, ſi aùt verbis, aùt factis, ſe hæreticum demonſtrat, non tamen credit internè id, quod per verba, aùt facta exerna indicat, ſe credere. Mixtus autem eſt, qui internè credit contrà veram fidem, & cum hoc per verba, aùt facta indicat, & manifeſtat errorem, quem nutrit internè.

7 Secunda diviſio eſt inter hæreticum manifeſtum, & occultum, ſivè ſecretum. Manifeſtus, ut habet Canon, (5) eſt, *qui contrà fidem Catholicam publicè prædicat, aùt profitetur, ſeù defendit errorem, vel, qui coràm Prælatis ſuis convictus eſt, vel confeſſus, vel ab eis ſententialiter condemnatus ſuper hæreticâ pravitate*. Publicè autem quis dicitur prædicare, qui prædicat coràm pluribus, quàm quinque perſonis, nàm, juxtà quandam *Gloſſam*, (6) *occultum dicitur, quod quinque ſciunt*; vndè infertur à contrario, quòd, ſi ſciunt plures, quàm quinque, erit manifeſtum, & hoc tenet *Bordonus*, (7) cum quo ſentio. Oportet autem, quòd audientes intellexerint ea, quæ prædicando docuit; ſi enim eſſent centum audientes, & tantùm duo intelligerent idioma prædicantis, non poſſet dici, quòd publicè prædicaſſet, nàm qui ejus idioma non intelligunt, perindè eſt, ac ſi non adeſſent: illi autem duo ſoli, qui intelligunt, non ſufficiunt ad reddendam prædicationem manifeſtam. Occultus autem dicitur, qui non habet conditiones manifeſti ſuprà expreſſas.

8 Tertia diviſio eſt in hæreticum formalem, & ſuſpectum *de hæreſi*. Hæreticus formalis eſt, qui negat firmiter, & ex corde aliquem articulum fidei certum, & expreſsè ab Eccleſiâ diffinitum, quem ſcit eſſe talem, & ab Eccleſiâ omnibus propoſitum, tanquàm credendum, exprimendo ſe illum non credere. Ubi notandum eſt, quòd negatio de articulo debet eſſe copulata cum expreſsâ declaratione, credendi ejus oppoſitum. (8) Ratio eſt, quià, ſicùt verus fidelis corde credit, & verbis profitetur, ſe credere veritatibus Catholicis, juxtà illud *Apoſtoli* (9) *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*, ità formalis hæreticus hæc duo debet copulare ad conſtituendam ſuam infidelitatem, puta, quòd verbis neget veritatem Catholicam, & quòd aſſerat, ſe ità firmiter credere, prout negat. Notandum etiam, quòd articulus negatus, oportet, quòd ſit clarè diffinitus, & propoſitus ab Eccleſiâ omnibus fidelibus credendum; ſi enim negaret, quòd in opinione hominum, etiam Sanctorum eſt, ſed nondùm ab Eccleſiâ de fide diffinitum, hæreticus non eſſet cenſendus, quià non negaret articulum certum de fide, ſed tantùm, quod eſt in opinione hominum.

9 Suſpectus autem *de hæreſi* eſt ille, qui probatur dixiſſe, aùt feciſſe aliquid, ex quo Judex rationabiliter movetur ad præſumendum, aùt ſuſpicandum, illum eſſe hæreticum. Porrò talis ſuſpicio eſt triplex, nempè levis, vehemens, & violenta. Levis eſt, quæ oritur ex conjecturis levibus, ut potè non habentibus magnam connexionem cum *hæreſi*, ut qui frequenter blaſphemat, dicitur eſſe leviter ſuſpectus de *hæreſi*, ut dicunt *Decianus*, & *Menochius*, (10) Vehemens eſt, quæ oritur ex verbis, vel factis, ex quibus frequenter, & ut plurimùm deducitur, eum, qui talia facit, vel dicit, eſſe hæreticum, ut dicunt Doctores. (11) Hæc autem differt à levi, non ex frequentiâ eorundèm ſpecie actuum, ut putat *Bordonus*, (12) ſed ex frequentiâ actuum ſpecie diverſorum, ut potè, ſi quis Miſſam in diebus feſtis ra-

rò, aùt

(1) *cap. 1. cap. Maiores. cap. Achatius. il 2. 24. Quæſt. 1. cap. Qui, il 2. 24. q. 3.*
(2) *text. in cap. Sicut crim. 32. q. 5.*
(3) *D. Auguſt. relat. in cap. Dixit. & in cap. Qui in Eccleſia. 24. qu. 3. D. Thom. 2. 2. Qu. 5. art. 3.*
(4) *Anton. à Spir. Sanct. de Inſt. & iur. Tract. 2. Diſp. 2. ſect. 3. nu. 45. & 46.*
(5) *text. in cap. Super quibuſdam. Extrà. de Verb. ſign.*
(6) *Gloſſ. in cap. Manifeſta. 2. q. 1.*
(7) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 9. Qu. 16. nu. 93.*
(8) *Albertin. de Agnoſc. Quæſt. 8. num. 8. Carena Par. 3. Tit. 1. nu. 49.*
(9) *Roman. cap. 10. ℣. 10.*
(10) *Decian. Tract. crim. lib. 5. cap. 35. num. 47. Menoch. de Præſumpt. lib. p. Qu. 100. num. 1.*
(11) *Farinac. quæſt. 187. Souſa. lib. 1. cap. 10.*
(12) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 10. qu. 3. num. 36.*

Digitized by Google

rò, aùt nunquàm audiret, diebus abſtinentiæ, ac jejuniorum carnes comederet; nec coronam, nec alia ſigna, quæ plerumquè ſolent ſuper ſe ferre Fideles, portaret, ut chordam *B. P. Franciſci* aùt zonam *S. Auguſtini*, aùt habitum *B. V. M. de Monte Carmelo*; imò irrideret talia portantes; ſacras imagines domi ſuæ, aùt in Camerâ nollet tenere, & Idolalatras vocaret eas adorantes; confeſſionem auricularem, nec in Paſchate, niſi adactus comminatione Cenſurarum, faceret &c. Profectò, cumulatis his omnibus indiciis, vehementer redditur iſte ſuſpectus de *hæreſi*. Violenta ſuſpicio eſt, quæ oritur ex verbis, aùt factis, ex quibus ferè ſemper colligitur, quòd illa dicens, ſeù faciens ſit hæreticus, ex eò quòd neceſſariam connexionem cum *hæreſi*, ut Doctores (13) firmant. Talis eſſet, ſi quis ſacras imagines frangeret, ac pedibus conculcaret; diceret meliùs ſentire de illis *Turcas*, ac *Iudæos*, quàm Chriſtiani, diceret Chriſtianos, illas colentes, antiquam idololatriam continuare; non curandam doctrinam, quam de his tradunt *Concilia Oecumenica*, quæ facta ſunt ab hominibus, qui potuerunt vendere falſa prò veris, cum, juxtà dictum *Pſalmographi*, (14) *omnis homo mendax*; & ideò non aliud attendendum, niſi quòd manifeſtè traditur in ſacrâ ſcripturâ, in quâ expreſsè vetatur adoratio imaginum, quæ eſt idololatria &c. His dictis, & factis, certè iſte violenter ſuſpectum ſe redderet de *hæreſi Iconoclaſtarum*. Dicendum tamen, quòd graduatio præſumptionis, nempè levis, vehementis, ac violentæ pendet etiam à judicio, quod ex verbis, aùt factis format Judex. Sicùti enim à mente Judicis pendet, Teſtibus dare fidem debilem, fortem, aut indubitatam, (15) ità etiam arbitrii ſui eſt (à ratione tamen regulati) ex dictis, ac factis Rei, (quæ ſunt tanquàm Teſtes interni ſuæ fidei) formare de illâ præſumptionem vehementem, aùt violentam.

10 Quarta diviſio hæreticorum eſt, quòd alius dicitur ſimpliciter *lapſus* in *hæreſim*, alius autem *relapſus* vocatur, *lapſus* ſimpliciter in hæreſim dicitur, qui à fide Catholicâ ſemel deſcivit, & aliquod falſum dogma profeſſus eſt; vel qui inter hæreticos natus, à parentibus in fide hæreticali educatus eſt. *Relapſus* verò eſt, qui abiuratâ ſemel hæreſi, denuò à fide Catholicâ deſciſcit.

11 Dupliciter autem quis dicitur hæreticus *relapſus*, nempè propriè, & impropriè. *Relapſus* propriè ille dicitur, qui poſt abiuratam ſemel *hæreſim* de formali, de quâ fuerat convictus, aut confeſſus, in eandem ſpecie *hæreſim* iterùm relabitur, ut textualiter habetur in iure. (16) Pariter, quàmvis non præceſſerit abiuratio de formali, ſed tantùm purgatio Canonica circà aliquam *hæreſim*, ſi pòſt factam purgationem, in eandem *hæreſim* formaliter inciderit, *relapſus* dicitur juxtà alium Canonem. (17)

12 Impropriè *relapſus* dicitur multis modis. Primò, qui in uno judicio abiuravit de vehementi aliquam *hæreſim*, ſi poſteà in ſecundo judicio probatur, (aùt convinctus per Teſtes, aùt per ſuam confeſſionem) quòd in eandem ſpecie *hæreſim* formaliter inciderit, per fictionem juris, ut habet textus, (18) dicitur *relapſus*. Secundò, dicitur *relapſus* ordine inverſo à primo, nempè, quandò, quis in primo judicio abiuravit de formali aliquam *hæreſim*, & pòſt, in alio judicio probatur de eâdem ſpecie *hæreſi* vehementer ſuſpectus, ut dicunt Doctores. (19) Tertiò eſt, cùm quis, abiuratâ aliquâ *hæreſi* in ſpecie, ac omnibus aliis *hæreſibus* in genere, denuò incidit in *hæreſim* diverſam, tamen ſpecie ab eâ, quam primò abiuravit, ut habetur in jure. (20) Intelligitur autem, quòd abiuratio de *hæreſi* in ſpecie fuerit de formali, ſed de aliis *hæreſibus* in genere ſit abiuratio, non quidèm de formali, ac ſi abiurans omnes univerſaliter *hæreſes* eſſet profeſſus, ſed per modum adiuncti. Quartò eſt, cùm quis, qui abiuravit de formali, probatur concludenter eſſe fautor hæreticorum, ut habetur in proximè citatâ Decretali; (21) quis autem dicatur eſſe fautor hæreticorum, infrà dicetur.

13 Quinta diviſio eſt in hæreticos principales, fautores, & credentes hæreticis. Hæreticus principalis eſt, qui *hæreſim* profitetur, & non differt ab hæretico formali. Fautor hæretici eſt, qui commiſſione, vel omiſſione facit aliquòd ſervitium hæretico, in cauſâ *hæreſis*, defendendo, receptando, conſulendo, ut dicunt Doctores. (22) Oportet autem, ad hoc, quòd quis dicatur fautor hæretici, quòd ipſe favens ſciat eum, cui favet, eſſe hæreticum; & quòd faveat præcisè in cauſâ *hæreſis*, quàmvis non intendat illius *hæreſim* defendere, ut pòſt *Suarez*, ait *Carena* (23). Exemplum eſt, ſi *Caius* hæreticus, quæſitus ad capturam à familiâ Inquiſitoris, occultaretur à ſero in domo propriâ, & adiuvaretur ad fugam: ſcius diceretur fautor Hæretici, quià illi auxiliaretur in cauſâ *hæreſis*, ob quam, ad capturam quæreretur. Talis fautor eſt ſuſpectus de *hæreſi*, ut colligitur ex multis capitulis (24) an autem ſit ſuſpectus de levi, aùt de vehementi, relinquitur arbitrio Judicis, jutà circumſtantias facti, ut optimè ſcribit *Bordonus*. (25)

14 Credentes Hæreticis ſunt, qui diſtinctè, vel confusè credunt erroribus, ſeù doctrinis hæreticorum. Diſtinctè quidèm, quandò aliquis credit articulum hæreticalem, quem hæreticus prædicat, aùt docet. Confusè autem, quandò aliquis credit eſſe verum, quidquid hæreticus dicit. Sivè diſtinctè autem, ſivè confusè quis credat hæretico, patet, quòd credens eſt verè, ac formaliter hæreticus. Ratio eſt, quià ſivè implicitè, ſivè explicitè credit, contrà veritatem fidei, articulum hæreticalem, ab hæretico prædicatum.

15 Sexta diviſio eſt in hæreticos affirmativos, ac hæreticos negativos. Hæreticus affirmativus eſt, qui coràm Judice fatetur falſam fidem, quam habuit, & eam paratus eſt deteſtari, ac abiurare; & cum hoc temperantur pœnæ. Negatiuus autem eſt, qui per integros Teſtes

(13) *Riccius de Iur. perſonar. lib. 5. cap. 11. nu. 14. Souſa lib. 1. cap. 10. nu. 7. Farinac. Q. 181. num. 45. apud Bordon. loc. citat. num. 37.*

(14) *Pſalm. 115. ℣. 11.*

(15) *text. in l. Teſtium. §. Ideoquè ff. de Teſti.*

(16) *text. in cap. Ad abolendam. §. Illos. quoquè. de Hæret.*

(17) *text. in cap. Excommunicamus. §. Adiicimus. de Hæret.*

(18) *text. in cap. Accuſatus. §. 1. de Hæret. in 6.*

(19) *Menoch. Alphonſ. de Caſtro. Burſat. Farinac. Caſtro Pal. apud Bordon. Sacr. Tribun. cap. 9. Quæſt. 28. nu. 105.*

(20) *text. in cap. Accuſatus. §. Eum verò. de Hæret. in 6.*

(21) *text. in d. cap. Accuſatus. §. Illo quoque. de Hæret. in 6.*

(22) *Pegna. Par. 2. Comment. 78. ℣. Trifariam. Carena Par. 2. Tit. 4. init. Farinac. Sayr. Salelles apud Bordon. loc. cit. cap. 10. Quæſt. 16. num. 69.*

(23) *Suar. de Fide Diſp. 24. ſect. 1. nu. 7. Carena Par. 2. Tit. 4. nu. 40.*

(24) *cap. ſi quis. cap. In eos. cap. Sicut. cap. Si adventus. cap. Excommunicamus. §. Credentes. de Hæret. cap. 2. cap. Accuſatus. eo. tit. in 6.*

(25) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 10. Quæſt. 16. nu. 74. in fin.*

Digitized by Google

Teſtes, plenè convictus de malâ fide, quam tenuit, perſiſtit in negatione criminis, proteſtando, ſe ſemper retinuiſſe fidem Eccleſiæ Catholicæ, iſte autem traditur brachio ſæculari, ultimò ſupplicio plectendus, dummodò convictus ſit de formali *hæreſi* per Teſtes, nullam penitùs patientes exceptionem, qui deponant, Reum aſſeruiſſe, *ſe credere illum falſum articulum*, & hoc non ioco, aut inconſideratè, ſed ſcienter, ac volenter. Addit *Bordonus* (26) aliam conditionem, nempè, quòd delictum, ſuper quo convictus fuit, ſit recens, non antiquum, ità ut veriſimiliter credatur illius oblitus, oblivio autem præſumitur ſpatio decennii.

16 Septima diviſio eſt in hæreticos pœnitentes, ac impœnitentes. Pœnitentes ſunt, qui antè, vel poſt ſententiam, eos pœnitet de ſuo errore, ac *hæreſim* abiurant; & quidem, ſi antè ſententiam pœniteant, quamvis omnem pœnam non effugiant, cum iis tamen mitiùs agitur; ſi autem poſt, ſera eſt pœnitentia, quæ metu pœnarum expreſſa præſumitur; proindè in nullo relevat, ac eâ non obſtante, ad ordinariam pœnam devenitur. Impœnitens verò eſt, qui nullo modo vult à ſuo errore recedere, & pertinaciter perſiſtit in *hæreſi*; & hic traditur brachio ſæculari.

17 Octava diviſio eſt in hæreticos diſcipulos, aut Magiſtros. Hæretici diſcipuli ſunt, qui hæreticam doctrinam, ſibi traditam, profitentur, non curant autem illam ampliare docendo. Magiſtri autem ſunt, qui voce, ac calamo *hæreſim* prædicant, & ſcriptis divulgant, alioſque in eâ inſtruere procurant. *Bordonus* (27) tales Magiſtros vocat Hæreſiarchas, ſed malè; Hæreſiarcha enim dicitur, qui novæ hæreſis inventor eſt; aut antiquæ, jamque ſepultæ ſuſcitator. Porrò Magiſtri hæreſum, jam inſtitutarum, doctores, prædicatores, ac defenſores, (ut ſunt Prædicantes in terris Hæreticorum, qui ab ipſis vocantur Paſtores,) rectiùs vocantur Dogmatiſtæ, ut eos intitulat *Decianus*. (28) Iſti graviùs ſunt caſtigandi, quàm diſcipuli, quià magìs delinquunt; & irremiſſibiliter brachio ſæculari ſunt relaxandi, quandò nempè juſtitia eorum pœnitentiam prævenit, & ſunt in carceribus S. Officii; & in hoc ſenſu accipiendus eſt *Simanca* (29), quandò ſcripſit, quòd ad pœnitentiam non ſunt admittendi ſeminantes, docentes, ac perſuadentes *hæreſes*, ſed omninò eſſe morte plectendos. Sed ſi ſponte compareant, & corde deteſtentur, ac abiurent errores ſuos, ſunt gratioſè amplexandi.

# Probatio.

## *SVMMARIVM.*

18 *Hæreticum aliquem eſſe, non poteſt realiter plenè probari.*
19 *Probatio, quòd aliquis ſit hæreticus, eſt tantùm præſumptiva.*
20 *Ad hæreticum convincendum, quot Teſtes requirantur, controverſum eſt.*
21 *Probatur, requiruntur tres Teſtes.*
22 *Dignitas Teſtium non aſſecurat à falſitate.*
23 *Opinio, quòd Teſtes debeant eſſe conteſtes.*
24 *Impugnatur dicta opinio.*
25 *Probatur, quòd ſufficiunt Teſtes ſingulares.*
28 *Teſtes inhabiles admittuntur ad probandum hæreticũ.*
*Non admittuntur tamen ſinè torturâ.*
*Non admittuntur ad probanda indicia, ſed ſubſtantiam criminis.*
*Numerus Teſtium debet ſupplere eorum inhabilitatem.*
*Quatuor Teſtes inhabiles ad minùs requiruntur, ad planè probandum.*
27 *Conſanguinei poſſunt cogi ad teſtificandum contrà conſanguineum in cauſâ hæreſis.*
28 *Indicia, quæ faciunt ad probandum ſuſpectum de hæreſi.*
*Primum indicium eſt, ſi Catholicus ducat Hæreticam in uxorem.*
29 *Secundum eſt favor impenſus in hæreticum ex cauſâ hæreſis.*
*Suſpicio deducta ab hoc indicio, an ſit levis, aut vehemens, petendum à circumſtantiis.*
30 *Tertium eſt defenſio hæretici; & qualis eſſe debeat.*
31 *Defenſio præſtita hæretico, ut inducat ſuſpicionem debet eſſe extrajudicialis per viam facti.*
32 *Quartum indicium eſt nimia familiaritas, ac converſatio cum hæreticis.*
33 *Quintum eſt inſtitutio hæretici in hæredem.*
*Clerici relinquentes hæreticos hæredes excommunicabuntur, etiam poſt mortem.*
*Etiam ſi eis faciant donationem inter vivos.*
*Laicis Catholicis prohibitum eſt ditare ex legato, donatione, aut hæreditate hæreticos.*
*Contrà facientes ſiunt de levi ſuſpecti de hæreſi.*
34 *Sextum indicium eſt impedimentum præſtitum, nè hæreticus puniatur.*
*Hoc indicium facit præſumptionem de vehementi.*
*Coniunctio ſanguinis cum hæretico minuit gradum hujus præſumptionis.*
35 *Septimum indicium eſt retentio librorum hæreticorum.*
*Controverſia inter Doctores, an tales libri inducant ſuſpicionem hæreſis.*
36 *Traduntur caſus, in quibus libri inducant ſuſpicionem hæreſis.*
*Per ſcripturam poteſt probari formaliter hæreticus.*
37 *Alia indicia, venanda ex circumſtantiis facti; committuntur arbitrio Iudicis.*

18 Circà probationem criminis *hæreſis*, quantumvis communiter dicatur, quòd poſſit fieri probatio plena, & concludens de formali hæretico, Ego, ſalvâ Doctorum reverentiâ, dicerem, quòd non realiter; ſed tamen, quià leges tradunt, aliquem poſſe dici convictum per Teſtes de *hæreſi* formali, captivandus eſt intellectus in obſequium legis, & illi obſequi, non autem de illâ diſputare. Ratio autem, quià dico, non poſſe fieri probationem realem de formali hæretico, eſt; quià formalis hæreticus, ut ſuprà vidimus, eſt, qui pertinaciter credit, & negat articulum, quem ſcit, eſſe traditum ab Eccleſiâ Catholicâ credendum. Undè quidditas hujus criminis conſiſtit in voluntario errore intellectus; porrò iſti actus ſunt interni, qui non cadunt ſub ſenſu; Teſtes autem non poſſunt teſtificari, niſi de eo, quod ſenſu perceperunt; ſequitur proindè, quòd de tali falsâ credulitate, Hæretici nequeunt teſtificari, & ideò nec plenè probare.

19 Nec dicendum, Teſtes poſſe deponere de dictis, ſcriptis, & factis, ex quibus *hæreſis* arguitur in ſic aſſirmante, ſe credere. Quià non rarò tùm dicta, tùm facta ſunt contraria intentioni; ità ut, quis poſſit aliquid

(26) *Bordon. loc. cit. cap. 9. Quæſt. 30. nu. 125.*
(27) *Bordon. loc. cit. Quæſt. 27. nu. 97.*
(28) *Decian. Tract. crim. lib. 5. cap. 54. nu. 47.*
(29) *Simanch. Enchirid. Tit. 59.*



Digitized by Google

quid dicere, & docere alios, quòd tamen ipſe non credit; ſed ad ſic docendum moveatur timore, ſpe, aùt aliâ internâ paſſione, cujus non do exempla, nè nimius ſim. Poſſunt ergò ad plùs Teſtes deponere de actibus, tantùm externis, quæ ſunt indicia quidèm actus interni, non tamen de neceſſitate concludentes, & ſic probatio hæretici formalis non erit realiter plena, ſed tantùm præſumptiva. Sed quià, ut dicebam, lex determinat, quòd talis probatio habeatur, tanquàm plena, & per eam poſſit dici Reus convictus, legi obediendum eſt.

20 Prima igitur probatio eſt, quæ fit per Teſtes, qui audierunt, Reum profitentem articulum hæreticum, ac dicentem, *ſe ità credere*, aùt viderunt factum hæreticale, ut ſpuere in imaginem Crucifixi, pedibus crucem conculcare &c. Quæſtio hìc intrat, quot Teſtes requirantur ad probandum. Et quidèm omnes Doctores conveniunt, quòd ad probandum quodvis indicium, ſivè leve, ſivè vehemens, duo Teſtes requiruntur, & ſufficiunt, & circà hoc difficultas non eſt. Controverſia eſt, quot Teſtes requirantur ad hoc, quòd quis dicatur convictus de hæreſi. Diſſentiunt in hoc Doctores, & *Maſcardus* (30) recenſet 18, qui aſſerunt, duos Teſtes ſufficere, fundati ſuper illo dicto Salvatoris, *in ore duorum, vel trium Teſtium ſtat omne verbum*. Alii autem ab eodem relati, *num.* 3. dicunt, durum ſibi videri hominem bonæ opinionis, & famæ, ad dictum duorum Teſtium, de tanto crimine condemnari; volunt proindè, quòd tres Teſtes integri requirantur, ut quis poſſit dici convictus.

21 Ego in ſecundâ ſum ſententiâ, quæ fundatur in famoſâ Decretali, (31) in quâ *Papa* jubet omnibus Epiſcopis, ut per ſe, aùt alios idoneos bis, aùt ſaltem ſemel in anno viſitent ſuam Diœceſim, præſertim in locis, in quibus fama ſit, hæreticos habitare, *& ibì tres, aùt plures boni teſtimonii viros, vel etiam (ſi expedire videbitur) totam viciniam jurare compellat*. Ex hoc textu ità arguo. Planè ſtat, tres, aùt plures Teſtes, quos in citatâ Decretali jubet *Papa* examinari, eſſe in ordine ad faciendam inquiſitionem, ut patet, & concedit *Simanca*, & *Pegna*, (32) qui ſunt opinionis contrariæ, & putant evadere vim argumenti, dicendo, quòd *Papa* ibì loquitur de faciendâ inquiſitione, non autem de probando hæretico; & quidèm ex hâc Decretali haberi, quòd tres Teſtes requiruntur ad inquiſitionem, ſed ad convincendû hæreticum ſufficiunt duo. Sed quid ineptius tali reſponſione, quæ ità convellitur? Sic arguo. Communis ſententia Doctorum eſt, quòd minores probationes requiruntur ad inquiſitionem, maximè generalem faciendam, quàm ad conſtituendum, & fortiùs ad convincendum Reum; ità ut quodlibet indicium leve, ſolaque fama ſufficiat, ut poſſit ad inquiſitionem deveniri; ſed prò hâc in citatâ Decretali, *Papa* vult tres Teſtes examinari ad minùs, quomodò igitur debent, ad convincendum hæreticum, ſufficere duo? Quomodò in causâ tàm gravi, in quâ agitur de vitâ hominis; & truncata, & diminuta Reorum eſt defenſio, vt ſcribit *Ioannes à Royas*, (33) fidendum eſt duobus tantùm Teſtibus; quorum nec dantur nomina Reo ad defenſionem?

22 Nec valet reſpondere, quòd exacta diligentia, quàm faciunt Inquiſitores, in indagandis exceptionibus, quas poſſent contrà Teſtes proponere ipſi Rei; ac ſtatus, dignitas, & gravitas Teſtium, qui majores omni exceptione, in hoc caſu adhibentur, aſſecurat Reum, nè ipſi fiat injuſtitia. Quià dignitas, gradus, ac publica exiſtimatio Teſtium non aſſecurat, quin poſſint aliquandò calumniari, ut patet in Teſtibus contrà *Suſannam*, qui erant Judices populi; nec diligentia Inquiſitoris poteſt indagare exceptiones perſonales inimicitiæ, quæ aliquandò ſecreta eſt, & quas ſolus Reus poteſt facere, & probare. Undè concludendum, plures Teſtes, quàm duos, requiri ad Reum convincendum.

23 Non minor eſt controverſia, àn, in probando aliquem eſſe formalem Hæreticum, requirantur de neceſſitate Teſtes conteſtes, àn potiùs ſufficiant Teſtes ſingulares, ſingularitate adminiculativâ. Multi enim graves Doctores volunt, requiri omninò conteſtes, alii autem, tùm numero, tùm auctoritate pares ſuſtinent, ſufficere Teſtes ſingulares, & hos omnes recenſet *Maſcardus*. (34) In hâc controverſiâ Ego firmiter teneo, quòd per Teſtes ſingulares, poſſit aliquis probari Reus; & contraria ſententia eſt in damnum Catholicæ fidei periculoſa.

24 Probavimus aliàs, (35) & non ſemel in hoc Opuſculo repetivimus, quòd in delictis iterabilibus, Teſtes ſingulares probant, tempuſque, ac locus, per quæ Teſtes redduntur conteſtes, eſſe quid accidentale, nec facere ad ſubſtantiam probationis; & rationes, ad hæc allatas non repetimus. Hoc ſolùm conſidero, quòd, ſi vera eſſet contraria opinio, Hæreticus dogmatiſta poſſet perverſis doctrinis impunè totam Civitatem inficere; nàm ſciens, nihil poſſe contrà eum probari, niſi per conteſtes, ſua falſa dogmata ſingillatim, & ſecretò ſuis diſcipulis inſtillaret. Tali caſu, omnes diſcipuli eſſent ſingulares; nihil ergò probabunt, niſi indicia ad torturam? Et quis concedet hoc?

25 Concludendum ergò, quòd, ſi eadem in ſpecie *hæreſis* eſt repetita, ut ſi quis diceret, *purgatorium nullum dari*; aùt ſi eſt hæreſis in genere, ut potè, ſi quis accuſaretur ut *hæreticus Calviniſta*, & probaretur, quòd modò dixerit, *ſe non credere purgatorium dari*; modò *ſub panis, ac vini ſpeciebus contineri tantummodo figuram Corporis Chriſti*; modò *inutilem eſſe Confeſſionem auricularem*; modò *nihil proficere interceſſionem Sanctorum*; modò *ſolam fidem abſque operibus juſtificare hominem &c.* & de his ſoli adeſſent Teſtes ſingulares adminiculativi, qui deponerent de eâdem in ſpecie repetitâ *hæreſi*, aùt de diverſis, ad unum tamen finem tendentibus, puta, ad *Calviniſmum*, tales Teſtes deberent copulari, & concludenter probare *hæreſim*, prout etiam ſentit *Bordonus*, (36) ratio eſt, quià omnes iſtæ propoſitiones hæreticales eſſent ab uno principio, puta, à ſectâ *Calvini* omnia iſta tradentes, & una aliam adjuvat.

26 In favorem autem fidei, etiam Teſtes aliàs inhabiles ad teſtificandum admittuntur, (37) vt excommunicati,

(30) *Maſcard. de Probat. Concluſ.* 855. *num.* 2.
(31) *text. in cap. Excommunicamus. il* 1. *§. Adiicimus. Extrà. de Hæret.*
(32) *Simanch. Cathol. Inſtitut. Tit.* 51. *nu.* 8. *Pegn. ad* 3. *par. Direct. Inquiſ. quæſt.* 71. *Comm.* 126. *V. Horum omnium.*
(33) *Io. à Roy. de Hæret. par.* 2. *Aſſert.* 4. *num.* 103. *V. Neque erit temerarium.*

(34) *Maſcard. de Probat. Concluſ.* 856. *num.* 1. *&* 3.
(35) *Par.* 1. *Tit. Probationes. num.* 3. 4. *&* 5.
(36) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap.* 33. *qu.* 39. *nu.* 45. *V. Nos tamen*
(37) *arg. cap. In fidei. cap. Accuſatus. §. licet. de Hære.* ...

Digitized by Google

nicati, periuri, ſocii criminis; hæretici etiam, ac Judæi, ut multis, more ſuo, cumulatis probat *Ioſeph Maſcardus*. (38) Tamen tales Teſtes, ut potè infames, non debent admitti ſinè torturâ; (39) & non admittuntur ad probanda indicia, ſed tantùm ſubſtantiam criminis, argumento eorum, quæ traduntur in iure, (40) pariterque non admittuntur, quandò proceditur per viam accuſationis, ſed quandò tantùm Judex ex officio inquirit, ut habet quædam *Gloſſa* (41), non enim ità privilegiata eſt accuſatio, velùt inquiſitio. Tales porrò Teſtes, ſi tantùm duo ſunt, non faciunt plenam probationem, ſed tantùm præſumptionem, quæ ſufficit ſolummodò ad torturam, aut ad pœnam extraordinariam. Oportet proindè, quòd defectus inhabilitatis ſuppleatur, tùm à numero maiori Teſtium, tùm à veroſimilibus coniecturis, tùm à conditionibus Reorum inquiſitorum, ſi nempè ſint malæ famæ, quæ omnia liquent ex textu Decretalis (42), quæ ſic habet, *ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero Teſtium, aut perſonarum (tàm deponentium, quàm eorum, contrà quos deponitur) qualitate, ac aliis circumſtantiis, ſic teſtificantes, falſa non dicere præſumantur*. Si autem quæratur, quot numero Teſtes huiuſmodi requirantur ad plenè probandum, ac convincendum: dico, quòd debent eſſe ad minùs quatuor. Ratio eſt, quià, ut probavimus ſuprà *num.* 21., ad convincendum hæreticum tres requiruntur Teſtes conteſtes omni exceptione maiores. Dùm igitur inhabiles huiuſmodi patiuntur exceptionem, oportet, quòd per numerum eorum inhabilitas ſuppleatur, & ſic oportet, quòd ſint plures, quàm tres; & ſi unus, aùt plures ſint inhabiles pluribus titulis; oporteret ad hùc, quòd eſſent plures, quàm quatuor, ut tali pacto vincerent omnem inhabilitatem.

27 Privilegium etiam aliud habet hoc delictum, ut nempè, deficientibus aliis probationibus, cogi poſſunt conſanguinei ad ferendum teſtimonium contrà conſanguineum. Undè deducit *Gloſſa* quædam, quam ſequuntur *Speculator, & Abbas* (43), fratrem cogi poſſe ad teſtificandum aduerſùs fratrem; & pariter filium contrà Patrem, ut docet *Navarus* (44), & *Koyas*; uxorem contrà Maritum, familiares tandem contrà Dominum, & horum omnium ratio eſt, quià magìs defendendum eſt Religioni, quàm ſanguini, & magìs Deo, quàm parentibus obediendum eſt (45), undè dicebat S. Ambroſius, *præferenda eſt Religio neceſſitudini; pietas propinquitati*.

28 Ad probandum autem aliquem ſuſpectum de *hæreſi*, multa ſunt indicia, quæ ſingillatìm expendemus. Primum indicium eſt, ſi quis Catholicus ducat in matrimonium mulierem hæreticam; Undè *Clemens Octavus* per ſuam Bullam (46) vetuit Italis habitare extrà Italiam in locis, in quibus publicus cultus Catholicæ Religionis non exerceætur; & inter alia vetuit, §. 2. nè Itali incant matrimonium cum Mulieribus hæreticis; & concludit, quòd in contrafacientes *poſſit per locorum Ordinarios, & Inquiſitores hæreticæ pravitatis, uti de hæreſi ſuſpectos, procedi*. Concluditur igitur, quòd per matrimonium cum fæminâ hæreticâ, redditur quis ſuſpectus *de hæreſi*.

29 Secundum indicium eſt favor impenſus in hæreticos ex causâ *hæreſis*, ut deducitur ex multis capitulis (47), in quibus fautores hæreticorum ſubduntur Inquiſitoribus. Cum autem iſti procedere non poſſint, niſi contrà hæreticos formales, aùt de *hæreſi* ſuſpectos, ſequitur, quòd ex favore præſtito hæreticis, quis reddatur ſuſpectus de *hæreſi*. An autem hæc ſuſpicio ſit levis, aùt vehemens, coniectandum eſt ex circumſtantiis facti, quo impenſus eſt favor. (48)

30 Tertium indicium eſt defenſio hæretici, quæ poteſt tripliciter contingere; nempè aùt defendendo doctrinam, aùt protegendo armis; aùt prò illis advocando in judicio. Quantùm ad primum modum, oportet, quòd defenſio ſit de articulo, continente expreſſam *hæreſim*, non autem, quòd ſit de aliis diſciplinis, ut phyſicis, metaphyſicis &c. nàm defenſio hæretici ſumitur reduplicativè, hoc eſt, ut defendatur hæreticus, quâ talis, & cõtemplatione *hæreſis* ſuæ; qui autem defenderet hæreticum circà ſuam doctrinam Phyſicam, non defenderet hæreticum reduplicativè, ſed ſpecificativè ſumptum, nempè non in eâ aſſertione, in quâ hæreticus eſt, ſed in aliâ, ſecundùm quam hæreticus non eſt. Quòd, ſi defenderet quis articulum hæreticum, (non gratiâ diſputationis, ſed aſſeveranter), iſte eſſet hæreticus formalis, quià nemo aſſeveranter defendit id, quod non credit; defendens autem alio modo, puta, in aliis opinionibus, non ſpectantibus ad fidem, nulla incurritur ſuſpicio *hæreſis*. Si ſecundo modo, defendatur hæreticus armis, nè capiatur, nè contrà eum exequatur ſententia lata, occaſione hæreſis &c. incurritur ſuſpicio levis, aùt vehemens juxtà facti circumſtantiam; ut *Simanca* (49) ait. Si tertio modo, diſtinguit *Bordonus*, (50) dicendo, quòd, ſi Advocatus patrocinatur ſine licentiâ Inquiſitoris, eſt ſuſpectus vehementer de *hæreſi*; ſi verò adeſt licentia, & patrocinium non ſit æquum, eſt ſuſpectus de levi. Sed videre neſcio, quomodò licentia Inquiſitoris minuat ſuſpicionem, ſi Advocatus, ultrà fas, defenſionem Hæretici paret.

31 Dico ergò, quòd defenſio, quæ inducit ſuſpicionem *hæreſis*, eſt quæ fit per viam facti extrà judicium, quæque illa ſit; non autem, quæ per viam juris judicialiter fit. Nàm poteſt Advocatus, imò tenetur intrà limites juſtitiæ præſtare Reo inquiſito de *hæreſi* patrocinium; aùt impugnando dicta Teſtium, per quæ non probatum remanet concludenter delictum; aùt modum procedendi, quià non ſunt ſervatæ in eo regulæ Canonicæ; aùt dicendo de nullitate proceſſus, quià in eo pleræque interrogationes ſunt ſuggeſtivæ; aùt excipiendo contrà Teſtes, quià non reddunt cauſam ſui dicti; vel ſunt inimici, animosè deponentes, ſingulares obſtativè &c. Nec tamen rationabiliter poteſt formari in Advocato ſuſpicio, quòd malè per hoc ſentiat de fide, & compar ſit Reo in delicto *hæreſis*, aliter poſſet dici, quòd

(38) *Maſcard.de Probat.Concluſ.* 857.*num*.3.*& ſeqq.*
(39) *Gloſſ.in l.3.§.lege Iulia.in V.Palam.de Teſt.text.in l.Ob carmen. §.In ca.ff.eo tit.*
(40) *arg.cap. Per tuas. il* 1. *de Simo.*
(41) *Gloſſ.in cap.In.fidei.in V.Inquiſitionis.de Hæret.lib.*6.
(42) *text.in cap.In fidei iunct.Gloſſ.in V.Deponitur.de Hæret.in* 6.
(43) *Gloſſ.in cap.literas.in V.De fratre ubi Abb.nu.* 8. *de Præſumpt. Speculat.Tit.de Teſt.§.de Teſt.compulſio.V.ſed nunquid frater.*
(44) *Navar.in cap. Inter verba* 11.*q.*3. *Roya. Singul.*5. *Ampliat.*6. *nu.*29.*&* 30.
(45) *arg. cap. Relatum. de Sent. excommu. cap. Quisquis me* 11. *quæſt.* 3.
(46) *Clem.VIII.Bull.Cum ſicut.*26.*Julii.*1596.
(47) *cap.Si quis.cap.In eos.cap. Sicut.cap. Si aduentus. de Hæret.cap. Accuſatus.eo.tit..in* 6.
(48) *Caſtro Pal.Par.*1.*Tract.*4. *Diſp.* 7. *Salell.Regul.* 101. *Bordon. cap.*10.*nu.*74.*in fin.*
(49) *Simanca de Cathol.inſtitut.Tit.*15 *nu.*9.
(50) *Bordon.loc.cit.nu.*85.*V.Tertii generis.*

Digitized by Google

quòd omnes Advocati criminales eſſent ſuſpecti de furto latrocinio, lenocinio &c. quià defendunt fures, latrones, lenones, quod eſſet ridiculum aſſerere.

32 Quartum indicium eſt nimia converſatio cum hæreticis; commorando cum ipſis; eorum prædicationibus intereſſendo, non ex curioſitate, ſed ex ſtudio; intimam confidentiam cum ipſis habendo; munera reciprocè mittendo; cum ipſis negotiando &c. Talis autem converſatio non inducit vehementem ſuſpicionem *hæreſis*, quià poteſt provenire; aùt à naturali ſimpatiâ, aùt ab utilitate temporali, quàm Catholico ex tali converſatione advenit, abſque hoc, quòd in eius maculatam fidem conſentiat, aùt inclinetur. Sed, ut dicunt Doctores, (51) conſiderandæ ſunt qualitates perſonarum, circumſtantiæ converſationis, & alia accidentia; ex quibus fieri poſſit præſumptio levis, aùt vehemens de conſenſu in errores hæreticorum.

33 Quintum indicium eſt, ſi Catholicus inſtituat hæreticum ſuum hæredem, legatarium, aùt donatarium. In iure (52) quidèm interdicitur omnibus Eccleſiaſticis ſub pœnâ excommunicationis, etiam pòſt mortem ferendâ, nè hæreticos, quamvis conſanguineos inſtituant hæredes; *Gloſſa* (53) autem ampliat diſpoſitionem textus, etiam ad largitionem inter vivos, ex quo, textus ipſe abſolutè ait. *Nihil conferant*, (puta, Eccleſiaſtici hæreticis), non reſtringendo ad inſtitutionem ex teſtamento pòſt mortem; undè deducit, quòd intelligendum etiam ſit de donatione inter vivos. Extendunt autem Doctores dictam diſpoſitionem ad laicos; non quidèm, quò ad incurrendam dictam excommunicationem, ſed tantùm, quò ad ſubſtantiam concluſionis, quòd nempè non liceat Catholico ditare hæreticum, neque per inſtitutionem in teſtamento, neque per viam legati, aùt donationis inter vivos. Fundamentum eſt, quià ob *hæreſim*, privatus eſt quis ſucceſſione hæreditariâ, (54) undè deducitur, quòd pari modo prohibitum ſit, hæreticos inſtituere hæredes: & quià quis ditari poteſt, ità ex legato, aùt donatione inter vivos, ſicut ex hæreditate, ideò in odium *hæreſis* prohibetur Catholicis quoquomodò, bona ſua in hæreticos conferre; & ſi quis hoc faciat, cum eſſe de *hæreſi* ſuſpectum, ut concludunt Doctores. (55.) ſed profectò debilis eſt talis ſuſpicio, nàm plerumque tales inſtitutiones, aùt legata fiunt contemplatione agnationis; undè non poteſt ex hoc capite induci præſumptio vehemens.

34 Sextum indicium eſt impedimentum præſtitum, nè hæretici debitis pœnis coerceantur, nevè officiales Inquiſitionis poſſint liberè, contrà eos procedere ad punitionem; & quidèm hoc poteſt multipliciter contingere, iuxtà modos varios impediendi, expreſſos in Conſtitutione (56) *B. Pii V*. Iſti porrò ſunt de *hæreſi* vehementer ſuſpecti, ut ſcribit *Eymericus*, ac *Farinacius* (57), niſi coniuntio ſanguinis cum hæretico illos ſalvet; quanquàm hæc non ſufficiat ad elidendam totaliter ſuſpicionem, ſed tantùm ad transferendam de vehementi ad levem, ut obſervat *Pegna* (58)

35 Septimum indicium eſt inventio librorum hæreticorum, de fide tractantium. Circà hoc verò controverſia eſt inter Doctores, àn talis inventio inducat ſuſpicionem *hæreſis*. *Maſcardus* (59), poſtquàm multos Auctores prò, & contrà retulit, concludit *num.6.*, hoc remitti arbitrió Iudicis, qui ex aliis indiciis venari poteſt, àn in caſu locum habeat talis præſumptio. Realiter, ſi libri reperiantur in domo alicuius, qui literas neſcit; aut libros ipſe non comparavit, ſed cum bibliothecâ ex hæreditate eos habuit; aùt libri non tractant ex profeſsò de fide; aùt ex ſitu, pulvere, carie, quâ abundant in pluteis, cognoſcitur eos minimè fuiſſe lectos, ac aliis ſimilibus indiciis, profectò nulla poteſt ex his deduci maculatæ fidei ſuſpicio.

36 Sed ſi libri ſunt multi, & ex profeſsò impugnant Catholicam fidem, & apparent eſſe frequenter lecti, & eò fortiùs, ſi ſunt manu retinentis marginati, & gloſſæ, ibi appoſitæ continent laudes, aùt commendationes talis doctrinæ, ex quibus apparet, lectorem ibi approbaſse talia dogmata, eſset ſuſpicio vehementiſſima, quòd ſcriptor cum hæreticis ſenſiſset. Quòd, ſi aliquis tractatus inveniretur manuſcriptus, in quo retinens libros hæreticos, doctrinam illorum approbaſset, & novis rationibus eam roboraſset, ex tali ſcripturâ convinceretur hæreticus de formali, ut cum *Pegna*, *Arnaldo*, & *Royas* (60), firmat *Maſcardus*. Ratio eſt, quià non minùs aperit mentem hominis ſcriptura, quàm locutio; imò magis, quià ſcriptura procedit cum ponderatione, cum aliquandò ſermo inadvertenter de ore fugiat; ſicut ergò *hæreſis*, verbo prolata declarat hominem hæreticum, ità pariter operabitur *hæreſis* ſcripta, etiam nemine accuſante, nàm ſcriptura ſeipſam prodit. Hoc autem debet accipi, quandò in tali ſcripturâ non adſunt clauſulæ ſalutares. Sed ſi iſtæ adeſſent, puta, *me ſubmitto cenſuræ S. M. Eccleſiæ*; aùt *hoc merè opinando aſſerro*; ſivè *ſalvo meliori iudicio* &c. non eſset locus tali cenſuræ. Ratio eſt, quià ex illis deducitur, in Scriptore non fuiſse pertinaciam, ſinè quâ *hæreſis* non datur.

37 Multa alia poſsunt indicia, quæ concludenter per duos Teſtes probata poſsunt cauſare in mente Judicis præſumptionem de *Hæreſi*, quæ tamen arbitrio Judicis ſunt commiſsa. Unum concludo cum *Claro* (61) quòd indicia, quæ de ſui naturâ præſeferunt aliquid, quod manifeſta eſt *hæreſis*, dicuntur ſapere manifeſtam *hæreſim*, ut baptizare imagines, rebaptizare pueros, & hujuſmodi; & hæc inducunt ſuſpicionem vehementem. Quæ verò non ſapiunt manifeſtam *hæreſim*, levem tantùm inducunt.

N Pœnæ

(51) *Farinac.Quæſt.*182.*num.* 166.*Carena Par.* 2.*Tit.*4.*nu.*68.*Simanca Cathol.Inſtit.Tit.*11.*nu*.9.
(52) *text.in cap.Si quis.& in cap.In eos.Extra.de Hæret.*
(53) *Gloſſ.in cap.In eos.in V.Nihil conferant.de Hæret.*
(54) *text.in cap.Excommunicamus.il* 1.*§.Credentes.de Hæret.*
(55) *Socin.Sen.in cap.Si quis.nu.*1.*de Hæret.Farinac. Quæſt.*190.*nu.*108.*Menoch.lib.*5.*Præſum.*6.*nu.*33.*Carena.Par.*2.*Tit.*4.*n.*7[illegible]
(56) *Conſtit.B.Pii V.Si de protegendis.Cal.April.*1569.
(57) *Eymeric. Direct. Inquiſit. Par.* 2. *Quæſt.* 56. *num.* 2. *Farinac. Quæſt.* 182.*nu.*70.
(58) *Pegna ad direct.Inquiſit.Par.*2.*Comm.*79.*lit.B.*
(59) *Maſcard.de Probat.Concluſ.*863.*per tot.*
(60) *Maſcard.loc.cit.nu.*3.
(61) *Clar.Pract.crimin.§.Hæreſis.V.Sed hic incidenter.*

Digitized by Google

# Pœnæ.

## SUMMARIUM.

38 *Prima pœna Hæreticorum eſt abjuratio hæreſis.*
39 *Abjuratio quid ſit, & ad eam requiſita.*
40 *Abjurationis qualitas pendet à valore indiciorum.*
41 *Qui damnatus ad abjurandum de formali, & abjurare non vult, traditur brachio ſæculari.*
*Opinio Bordoni impugnatur.*
*Debens abjurare, & nolens, tradendus morti.*
42 *Citatus ad comparendum ab Inquiſitore, & non comparens, excommunicatur.*
*Inſordeſcens in Excommunicatione per annum, damnatur ut hæreticus præſumptus.*
43 *Paratus ad abiurandum privatè, ſed renuens ex verecundiâ abjurare publicè, àn ſit præſumendus hæreticus?*
44 *Non eſt hæreticus, nec tradendus Curiæ ſæculari, ſed arbitrariè puniendus.*
45 *Suſpectis de levi dantur pœnitentiæ ſalutares.*
46 *Reo torto juxtà valorem indiciorum, & neganti factum, nulla pœna ſunt danda.*
47 *Secunda pœna Hæreticorum eſt Excommunicatio, Papæ reſervata.*
*Quid requiratur ad eam incurrendam.*
48 *Eandem cenſuram incurrunt fautores, defenſores &c. Hæreticorum.*
*Quid requiratur, ut fautores &c. eam contrahant.*
49 *Suſpecti tantùm de hæreſi non incurrunt excommunicationem.*
50 *Tertia pœna eſt irregularitas, quam contrahunt Hæretici, & eorum fautores &c.*
*Publica Officia importane etiam Ordines Eccleſiaſticos.*
51 *Quarta pœna hæreticorum, fautorum &c. eſt infamia.*
*Talis infamia eſt iuris, ac etiam facti, ſi hæreſis eſt notoria.*
52 *Quinta pœna eſt amiſſio nobilitatis ex privilegio; & quandò eam incurrunt filii, & Nepotes.*
53 *Sexta pœna eſt privatio Beneficiorum, ipſo facto, quò ad titulum.*
*Quò ad privationem poſſeſſionis, requiritur ſententia Iudicis.*
*Inhabilitatem ad Beneficia incurrunt hæretici, & eorum filii, & Nepotes.*
54 *Septima pœna eſt, quòd Hæretici, ac fautores &c.* ipſo facto, *privantur titulo; & pòſt ſententiam, poſſeſſione Officiorum publicorum.*
55 *Octava pœna eſt, quòd hæretici privantur patriâ poteſtate.*
56 *Nona pœna eſt, quòd hæretici poſt ſententiam privantur omni jure in perſonas.*
*Privantur ſocietate uxoris.*
*Fidelitate vaſallorum.*
*Iure exigendi credita à ſuis debitoribus.*
57 *Decima pœna eſt, quòd privantur ſucceſſione ex teſtamento.*
58 *Undecima pœna, quòd omnia bona hæreticorum confiſcantur.*
*Ius in bonis perdunt,* ipſo facto, *à puncto commiſſi criminis.*
*Poſſeſſione bonorum privantur per ſententiam.*
*Pendente Causâ, poteſt hæreticus donare de bonis ſuis.*
*Poſt contractum capitale crimen, quis poteſt diſponere de bonis ſuis; non autem in fraudem fiſci.*
59 *Duodecima pœna eſt, quòd Hæretici, fautores &c. non poſſunt teſtari.*
*Quæſtio inutilis eſt, àn hæc pœna incurratur,* ipſo facto.
60 *Tertiadecima pœna eſt ultimi ſupplicii.*
*Pœna hæreticorum formalium eſt combuſtio.*
61 *In quibus caſibus hæretici, ac violenter ſuſpecti traduntur brachio ſæculari.*
62 *Quartadecima pœna eſt, quæ traditur pòſt mortem, & eſt multiplex.*
*Hæretici privantur ſepulturâ Eccleſiaſticâ.*
*Contrà eos fit inquiſitio pòſt mortem.*
*Eorum crimen nunquàm præſcribitur.*
*Statuæ eorum comburuntur.*
63 *Pœna ſuſpectorum de hæreſi, quæ.*
64 *Regulares pœnitentiati à S. Officio, quas pœnas incurrant.*
65 *Statutum prò Minoribus de obſervantiâ.*
66 *Quomodò ſe gerere debet Superior in executione Statuti.*
67 *Abjuratio crimen non eſt, ſed purgat à crimine.*
68 *Non ideò, quià Religioſus detentus fuit ob Inquiſitore, ſubit privationem, ſed debet abjuraſſe, & pœnitentiatum fuiſſe.*
69 *Si abjuratio fuit publica, quid agendum à Superiore.*
70 *Quomodò ſciendum, àn abjuratio fuerit de levi, vel de gravi.*
71 *Si abjuratio fuit ſecreta, non poteſt Statutum exequi.*
72 *Reſponſum Sac. Congregationis ad dubium, quid agendum à Superiore, ſi abjuratio fuit ſecreta.*

38 QUià prima omnium pœnarum, quas hæretici incurrunt, eſt abiuratio, ut ſcribit *Farinacius*, (62) dum Reus in facie Eccleſiæ cum maximo rubore, ac ignominiâ cogitur, ſuos errores fateri; ideò ab abiuratione incipiemus.

39 Abiuratio, ut eam diffinit *Bordonus*, (63) eſt *deteſtatio hæreſis, iuramento firmata, cum confeſſione fidei Catholicæ, & promiſſione permanendi in eâ, & nunquàm reincidendi in errores abiuratos facta de præcepto Inquiſitoris, & coràm ipſo, ac Vicario Epiſcopi, Teſtibus præſentibus, & in ſcriptis redigenda.* Ex quâ diffinitione colliguntur, quæ ſunt de illius ſubſtantiâ. Unum eſt iuramentum, quod involuitur in ejus etymologiâ. Secundum eſt revocatio erroris. Tertium eſt promiſſio non recidivandi in errores revocatos. Quartum eſt confeſſio fidei Catholicæ. Quintum eſt promiſſio, perpetuò permanendi in eâ. Sextum eſt, quòd fiat de mandato, & ad præſentiam Inquiſitoris. Septimum, quòd de eâ conſtet in ſcriptis, cùm fiat coràm Teſtibus, ad hoc rogatis.

40 Variatur autem abiuratio juxtà varietatem probationum, quæ ſunt contrà Reum; quià ſi Reus con-

(62) *Farinac. Quæſt. 194. nu. 11.*
(63) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 11. nu. 1.*

Digitized by Google

convictus, & confeſſus eſt, ſe fuiſſe in errore hæreticali, abiurat de formali, & in abiuratione confitetur, ſe credidiſſe hæreticaliter. Si verò probationes tales fuerunt, quòd Reus fuerit violenter, aùt vehementer ſuſpectus, & ipſe in tormentis, iuxtà valorem indiciorum, ſuſtinet, ſe nunquàm diſcredidiſſe, abiurat quidèm, ſed in abiuratione non revocat errorem, quià ſuſtinuit, ſe non erraſſe in fide, ſed tali actu purgat ſuſpicionem erroris, ortam ex indiciis; quòd etiam fit in abiuratione de levi, ſed antè hanc non datur Reo tortura, ob debilitatem indiciorum.

41 Quid autem juris, ſi Reus, nolens tantam confuſionem ſuſtinere, nollet abiurare? Reſpondeo, diſtinguendo. Aut Reus debet abiurare de formali, aut de vehementi, ſeù levi. Si primum; debet tradi brachio ſæculari, extremo ſupplicio plectendus, ut habet textus (64) Si verò ſecundum; vult *Bordonus*, (65) quòd renuens abiurare, ut præfertur, debet excommunicari, & ſi per annum perſeverat in excommunicatione debet condemnari de hæreſi, ut habetur ex textu, (66) & tradendus eſt Curiæ ſæculari. Sed, pace huius Doctoris, talis concluſio falſa eſt, nàm aliter cantat textus, ſic enim habet. (67) *Qui verò inventi fuerint ſolâ ſuſpicione notabiles, niſi ad arbitrium Epiſcopi, iuxtà conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ propriam innocentiam congruâ purgatione monſtraverint, ſimili ſententiæ* (traditionis nempè bracchio ſæculari) *ſubiacebunt*. Ex quâ clariſſimâ diſpoſitione apparet, quomodòlibet probatos ſuſpectos de *hæreſi*, ſi abiurare renuerint, tradendos Curiæ ſæculari.

42 Et circà hoc diſtinguendus eſt caſus, nam vel ſuſpectus de *Hæreſi* eſt in fortiis Inquiſitionis, vel adhuc captus non eſt. Si primum, & ſententiatus ad abiurationem, abiurare recuſat, tradendus eſt brachio ſæculari, ut habet citatus Textus, nàm ex tali recuſatione ſe manifeſtat hæreticum formalem, cui debetur ultimum ſupplicium; nàm, ſi non vult abiurare *hæreſes*, indicium clarum eſt, quòd illis credat. Si autem citatus ad comparendum obedire non vult, debet tunc excommunicari, & ſi per annum in tali cenſurâ inſorduerit, damnatur ut hæreticus; nàm ſicut contumax in quovis crimine habetur prò confeſſo per fictionem juris, ſic etiam contumax in hâc causâ habetur prò hæretico confeſſo, & damnatur tanquàm hæreticus non quidèm formalis (nàm poteſt eius contumacia oriri non ex fide maculatâ, ſed ab inimicitiâ, quam habet cum Judice, aùt potentiâ Accuſatoris, metu tormentorum &c.), ſed præſumptus. Et hoc manifeſtè patet ex textu, qui ſic habet; (68) *Si ſuſpectus de hæreſi, vocatus à vobis, ut de fide reſpondeat, excommunicationis vinculo* (*prò eo, quod parere ſubterfugit, aùt contumaciter ſe abſentat*) *per vos fuerit innodatus, quam ſi per annum animo ſuſtineat pertinaci, ex tunc velùt hæreticus condemnetur*. Ex quo textu manifeſtè apparet, eum eſſe excommunicandum, qui citatus comparere recuſat, non autem, qui in fortiis eſt, & abiurare non vult.

43 Ponamus autem, quòd damnatus ad abiurandum publicè in Eccleſiâ, coràm copioſa multitudine per ſonum campanæ abiurare recuſet, paratus alioquìn coràm Teſtibus pluribus in Aulâ Inquiſitoris abiurare, poſſet nè iſte tanquam hæreticus formalis, brachio ſæculari relaxari?

44 Reſpondeo, quòd non. Ratio eſt, quià in tantùm ſuſpectus de *hæreſi*, ac abiurare nolens, morte eſt puniendus, in quantùm ex denegatâ abiuratione iſte cenſetur, velle permanere in falſa fide, de quâ ſuſpectus eſt; undè formalem hæreticum ſe prodit. Qui autem abiurare errores coràm Teſtibus, & in loco non tàm patenti (prout eſt Eccleſia), paratus eſt, oſtendit ſe dictos errores minimè tenere, & ſi renuit abiurare in Eccleſia, hoc eſſe non ex malâ fide, quam retineat, ſed ſolùm ut evadat tantum ruborem, ac ignominiam coràm toto populo. Cùm igitur formalem hæreticum ſe non prodat, non eſt locus traditioni Curiæ ſæcularis; ſed aliâ pœnâ eſſet percellendus, ob denegatam Judicì obedientiam.

45 Suſpectis de levi, juxtà *Bordonum*, (69) leves dantur pœnæ, puta, pœnitentiæ ſalutares, aut mulctæ pecuniariæ, ſivè etiam carceres, quià delicta, ex quibus oritur ſuſpicio levis regulariter ſunt parvi momenti, undè & illis modica pœna correſpondet. Hoc quidèm rationabiliter dicitur. Sed quid iuris, quandò ſuſpicio levis eſt, & non ex delicto deducta, ſed ab aliâ cauſa, quæ delictum ex ſe minimè involuit; aùt levitas deducitur à debilitate, varietate, aùt aliâ exceptione, quam patiuntur Teſtes, eſt nè locus pœnæ?

46 Dico, quòd, ſi in torturâ competenti ſuſtinuit Reus, quod non dixit, non fecit, aùt aliquo modo operatus eſt illud, à quo talis ſuſpicio deduci poſſit, non eſt locus alicui pęnæ. Ratio eſt, quià in tormentis deſtruxit omne fundamentum ſuſpicionis. Ex quo enim per tormenta evacuavit id, ex quo ſuſpicio poterat oriri, evaneſcit ſuſpicio ipſa, ità ut neque abiurationi locus ſit; & hoc etiam quadrare debet in caſu, ex quo deduci poſſet ſuſpicio vehemens. Nàm, ſi ſuſtineo in tormentis me non dixiſſe, aùt feciſſe illud, ex quo, ſi illud commiſiſſem, deduci poſſet ſuſpicio vehemens, non poſſum damnari de ſuſpecto, neque ad ullam pęnam obligari; quià illud dictum, aùt factum, de quo fui imputatus, eſt fundamentum ſuſpicionis, ex quâ oriebatur in me obligatio ad abiurationem, ac alias pęnas; non ſubſiſtente igitur fundamento, conſequenter neque locus eſt ædificio, quod ſuper eo conſtruitur, & deſtructo fundamento corruit ædificatum (70)

47 Alia pęna contrà hæreticos formales eſt Excommunicatio latæ ſententiæ, reſervata Apoſtolicæ Sedi. (71) Ad hanc incurrendam requiritur, (ultrà errorem pertinacem in intellectu, per quem fit quis hæreticus formalis) quòd aliquo externo ſigno, connexionem habente cum actu interno hæreſis, illam manifeſtet. Ad hanc autem manifeſtationem nô requiritur præſentia alicujus, ſed ſufficit illud ſignum exterius, coniunctum cum internâ malitiâ. Undè, ſi eſſet quis ſolus in remotiſſimo loco, qui crederet, Chriſtum non eſſe Deum, & ſubmiſſiſſimâ etiam voce proferret, *Chriſtus non eſt Deus*, eſſet hæreticus externus, & hanc Cenſuram incurreret, ut cum communi docet *Sanchez* (72)

N 2 Et mi-

(64) *text. in cap. Ad ablendam. de Hæret.*
(65) *Bordon. loc. cit. nu. 19.*
(66) *text. in cap. Cum contumacia. de Hæret. lib. 6.*
(67) *text. in d. cap. Ad abolendam. ℣. Qui verò de Hæret.*
(68) *teyt. in cap. Cum contumacia. de Hæret. in 6.*
(69) *Bordon. cap. 10. nu. 49.*
(70) *arg. cap. Cum Paulus. q. 1. l. Nam origo. ff. Quod vi, aut clam. l. Egi tecum. ff. de Except. rei iudicat.*
(71) *text. in cap. Ad abolendam. cap. Excommunicamus. de Hæret. ca. Noverit. de Sent. Excom. Bull. Cænæ. cap. 1.*
(72) *Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 8. nu. 6.*

Digitized by Google

Et mirum hoc non eſt, quòd talis hæreticus externus, qui non poſſet in foro humano puniri, talem tamen Cenſuram incurrat. Ratio eſt, quià tale ſignum externum ſufficit quidem, quòd Reus in foro animæ poſſit ab Eccleſiâ puniri, cùm tamen non ſufficiat in foro humano.

48 Eandem cenſuram penitùs incurrunt fautores, defenſores, receptoreſque hæreticorum (73) quamvis hæreticus non eſſet denunciatus, ut firmat *Sanchez* (74) ſufficit autem, quòd fautor ſciat illum eſſe hæreticum. Tamen neceſſarium eſt, quòd favor præſtetur, contemplatione *hæreſis*, ut deducitur ex textu, (75) non autem alterius cauſæ. Hoc autem eſſet, ſi fautor impediret, nè ille denunciaretur de *hæreſi*, aut nè incidat in manus Judicis; ſivè ut evadat pœnas, & ſimilia. Quòd, ſi favet in aliâ causâ, aùt motivo agnationis, amicitiæ &c. non incurrit, quià non intendit favere *hæreſi*, ob cujus ſolam cauſam talis pœna ſubitur.

49 Dictam pœnam excommunicationis non incurrunt illi, qui ſunt tantùm ſuſpecti de *Hæreſi*; nam non infertur expreſsè in Canonibus, ac *Bulla cœnæ*, niſi contrà formaliter hæreticos, ac eorum fautores, & pœnæ contrà hos latæ, ut potè odioſæ, non extenduntur ad ſimpliciter ſuſpectos, ut firmat *Abbas* (76) & ex conſequenti neque ad fautores iſtorum, ut ſcribit *Carena*. (77)

50 Tertia pœna Hæreticorum eſt irregularitas, ex quo enim in jure (78) prohibentur admitti ad officia, ac Beneficia Eccleſiaſtica, irregulares declarantur; & hanc pariter pœnam incurrunt *credentes, receptatores, defenſores, fautores, & eorum filii uſquè ad ſecundam generationem*, dum præcipitur, quòd tales *ad nullum Eccleſiaſticum Beneficium, ſeù Officium publicum admittantur* (79) Nomine autem Officii publici Ordines Eccleſiaſticos comprehendi docet *Navarus* (80).

51 Quarta pœna hæreticorum formalium, ſicut etiam fautorum, defenſorum &c. eſt infamia ſibi delata per Imperatorem, (81) & etiam firmata per Canones, dum hi, tanquàm infames habent omnes, qui in jure Cæſareo infamiâ notantur. (82) Talis infamia non tantùm eſt juris, nempè poſt judicialiter declaratum eorum crimen, ſed etiam facti, ſi ad publicam notitiam devenit, ut firmant Doctores (83)

52 Quinta pœna eſt amiſſio nobilitatis non tamen illius, quæ eſt à ſanguinis claritate, ſed quæ habetur ex privilegio Principis; & ſi talis nobilitas privilegiata incæpit ab eo, qui de *hæreſi* damnatus eſt, eandem pœnam incurrunt ejuſdem filii, ac Nepotes; ſi autem nobilitas ex privilegio fuit collata Avo, Abavo &c. eam non ſubeunt filii. Ratio eſt, quià ſicut ad eos non derivavit ex facto Patris, ità eâdem privari non debent ob delictum Patris; ſolus ergo Pater delinquens eam pœnam ſubit, ut cum *Tiraquello, Simanca, & Azevedo* firmat *Sanchez*. (84)

53 Sexta pœna eſt privatio Beneficiorum, lata in jure. (85) Et circà hanc advertendum eſt, quòd aùt loquimur de titulo, aùt loquimur de poſſeſſione Beneficii. Si primum, ſtatim à commiſſo crimine Rei amittunt titulum, abſquè ullâ declaratione Judicis, ſic enim conſtat à Decreto *Congregationis Univerſalis Inquiſitionis*, emanato 18 *Iulii* 1556. pròut refert *Bordonus*, (86) in quo declaratur, *hæreticorum Beneficia vacare à die commiſſi criminis*; undè talia ſibi reſervat *Papa*, ut vacantia in Curia. Si verò loquamur de poſſeſſione, ad eam amittendam requiritur Judicis declaratio de crimine *hæreſis* patrato. Ratio eſt, quià in textu (87) ſic habetur, *ſi Clericus eſt, totius Eccleſiaſtici Ordinis prærogativâ nudetur; & ſic omni Officio, & Beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico ſæcularis relinquatur arbitrio poteſtatis*. Porrò verba illa *ſpolietur, deponatur*, quià ſunt futuri temporis, indicant factum Judicis, qui debet ſpoliare, ac deponere, non autem præteriti, ac ſi facto ipſo eſſent ſpoliati. Non ſolùm autem privantur Beneficiis, quæ poſſident, ſed incurrunt inhabilitatem tùm ipſi, tùm eorum filii, ad ea conſequenda, quòd exprimitur in alio textu, (88) qui ſic habet. *Hæretici, credentes, receptatores, ac fautores eorum, ipſorumque filii uſquè ad ſecundam generationem, ad nullum Eccleſiaſticum Beneficium, ſeù officium publicum admittantur*.

54 Septima pœna eſt, quòd hæretici formales, ac eorum fautores priventur, *ipſo facto*, titulo, pòſt ſententiam autem, poſſeſſione omnium officiorum publicorum, ut habent plures textus (89) Quænam autem ſint talia officia, dicitur in aliâ *Decretali* (90) ex quo habetur, quòd ſint eſſe publicum Conſiliarium, ferre ſuffragium in publicis comitiis, aùt electionibus; teſtificari in judicio; fungi officio Judicis, Advocati, Procuratoris, & Tabellionis, ſivè Notarii &c.

55 Octava pœna eſt, quòd, ut habetur ex textu, (91) hæretici formales, à puncto commiſſi criminis, amittunt patriam poteſtatem, & filii eorum, ipſo facto, emancipati cenſentur, & facti ſui juris.

56 Nona pœna eſt, quòd Hæretici formales, pòſt condemnationem, perdunt jus, quod habebant in perſonis, ſibi quoquomodò obligatis, ità ut iſtæ ſunt abſolutæ ab omni vinculo obligationis ergà tales, ut habetur in jure (92) Proindè privatur hæreticus ſocietate uxoris, ſi non revertatur ad fidem, ut ſcribit *Clarus* (93). Pariter fidelitate vaſſalorum; dominio ſervorum; obſequio famulorum, & quovis alio titulo, cujus reſpectu aliquis ſit ſibi obligatus. Sed quid de Servis (*Italicè ſchiavi*) qui pecuniâ ſunt empti, aùt in bello capti, ut *Turcæ, Mauri, Guinenſes &c.* qui ſunt peculium domini? Et quid de debitoribus, qui hæretico, ex contractu ſunt obligati? Soluuntur nè illi ſervitute, & iſti obligatione ſolvendi

(73) *text. in cap. Excommunicamus. 14. §. Credentes. de Hæret. Bull. Cænæ. cap. 1.*
(74) *Sanch. Decalog. lib. 2. cap. 10. nu. 6.*
(75) *cap. Accuſatus. §. final. de Hæret. lib. 6.*
(76) *Abb. in cap. Inter ſollicitudines. nu. 6. de Purg. cano.*
(77) *Carena. Part. 2. Tit. 4. nu. 9.*
(78) *cap. Nos conſuetudine. 12. Diſt. cap. Maximum. & cap. ſequent. 1. q. 7. cap. 2. §. Hæretici. de Hæret. in 6.*
(79) *text. in cap. Quicunque. §. 2. de Hæret. in 6.*
(80) *Navar. Manual. cap. 27. nu. 205. §. Tertiò.*
(81) *text. in Authent. Gazares. C. de Hæret.*
(82) *text. in cap. Omnes. 6. q. 1.*
(83) *Farinac. Quæſt. 189. nu. 54. Sanch. Decal. lib. 2. cap. 26. nu. 2. & 3. Souſa lib. 3. cap. 7. nu. 3.*
(84) *Sanch. Decal. lib. 2. cap. 29. nu. 4.*
(85) *text. in cap. Ad abolendam. de Hæret. cap. Ut commiſſionis. eo. tit. in 6.*
(86) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 12 nu. 78.*
(87) *text. in cap. Ad abolendam. Extra. de Hæret.*
(88) *text. in cap. Quicumque. §. Hæretici. de Hæret. in 6.*
(89) *text. in cap. 2. §. Hæretici. cap. Ut commiſſi. de Hæret. in 6.*
(90) *cap. Excommunicamus. §. Credentes. Extra. de Hæret.*
(91) *text. in cap. Quicunque. §. Illorum. junct. Gloſ. final. de Hæret. in 6.*
(92) *text. in cap. Abſolutos. Extra. de Hæret.*
(93) *Clar. §. Hæreſ. V. Item propter.*

Digitized by Google

vendi debitum? Dico, quòd non; ſed ſervi tranſeunt in poteſtatem, ac dominium fiſci, & debitor, qui antè ſententiam poterat ſolvere creditori hæretico, pòſt ejus damnationem tenetur ſolvere fiſco.(94) Ratio eſt, quia, ut modò dicam, omnia bona hæretici confiſcantur, cùm autem inter bona computentur ſervi, & iura exigendi credita, hinc eſt, quòd & ſervi, & creditores maneant fiſco obligata.

57 Decima pœna eſt, quòd, pòſt ſententiam, hæreticus non poteſt ſuccedere ex teſtamento, nec aliquid acquirere ex legato, donatione &c. ut cavetur utroque jure(95)

58 Vndecima eſt, quòd omnia bona hæretici formalis, poſt ſententiam condemnationis, actu confiſcantur, ut utroque jure (96) cavetur. Diſtinguitur aut de dominio, & poſſeſſione bonorum. Nàm Dominium, ſivè propietas bonorum deperditur, *ipſo facto*, à puncto commiſſi criminis, ut textualiter (97) declaravit Bonifacius VIII. Poſſeſſio autem non, ſed requiritur declaratio Judicis Eccleſiaſtici, quòd crimen fuerit commiſſum, ut fiſcus laicus poſſit ad actualem apprehenſionem devenire, ut in eâdem *Decretali* habetur. Pendente verò causâ, Reus validè facit ſuos bonorum ſuorum fructus, (98) nàm, lite pendente, poſſeſſor facit fructus ſuos (99) vndè & ex bonis ipſis poteſt facere donationes, & alienationes, dummodò non faciat in fraudem fiſci, donationes enim factæ poſt contractum capitale crimen, ſed antè ſententiam valent, dummodò in fraudem fiſci non fiant. (100)

59 Duodecima pœna eſt, quòd hæretici, ac illorum fautores, defenſores &c. prohibentur teſtari, ut habent utraque jura. (101) An autem talis pœna incurratur, *ipſo facto*, poſt commiſſum crimen, àn tantùm poſt ſententiam, controvertunt Doctores. *Farinacius* (102) opinatur incurri, ipſo facto. Sed *Sanchez*, (103) cum aliis vult, quòd requiratur ſententia. Profectò inutilis eſt talis quæſtio. Nàm ſi hæreticus teſtetur antè ſententiam, cum ſtatim, poſt eam, ſua bona fiſco applicentur, teſtamentum ejus nullum eſt, quià hæredes, ab eo inſtituti nihil capere poſſunt ex bonis ſuis confiſcatis. Melior certè eſt ſententia, quòd, ipſo facto, privetur jure teſtandi. Ratio eſt, quià, ſi ipſo facto privatur proprietate ſuorum bonorum, ut numero ſuperiori dictum eſt, non habet ipſe bona propria, de quibus teſtari poſſit.

60 Tertiadecima pœna eſt ultimi ſupplicii, non quidem univerſaliter, & clarè expreſſa in jure Cæſareo, (nam in hoc explicitè pœna capitalis lata eſt tantùm contrà hæreticos Manichæos (104) ſed implicitè reperitur in aliâ lege, (105) in quâ dicitur, quòd *longè gravius ſit æternam, quàm temporalem offendere Maieſtatem*; & cum contrà lædentes Maieſtatem terrenam ſancita ſit pœna ultimi ſupplicii, hæretici autem Rei ſint de læsâ Maieſtate divinâ, conſequens eſt, quòd contrà iſtos Decreta ſit pœna mortis. Undè de univerſali conſuetudine ſcribit *Clarus*, (106) quòd pœna hæreticorum ſit combuſtio, quòd tamen intelligitur pòſt ſtrangulationem. Quià tamen in iure Canonico nulla ſancitur pœna mortis, & hæretici condemnantur ſolùm à Judice Eccleſiaſtico, ultima pœna eſt, quòd ab Eccleſiâ relaxantur brachio ſæculari.

61 Traduntur porrò hæretici, aut ſuſpecti violenter de *hæreſi* in decem caſibus, quos recitat *Bordonus* (107) Primò. Hæreticus relapſus. Secundò hæreticus formalis impænitens. Tertiò hæreſiarcha, aùt hæreticus Dogmatiſta. Quartò non Sacerdos celebrans Miſſam. Quintò non Sacerdos audiens Confeſſiones Sacramentales. Sextò abutens ſacrâ Euchariſtiâ. Septimò negans unitatem, ac Trinitatem Dei. Octavò negans conceptionem Jeſu Chriſti de Spiritu Sancto. Nonò negans perpetuam virginitatem Beatiſſimæ, Virginis Mariæ. Decimò negans paſſionem, & mortem D. N. J. C. propter humanam redemptionem. Supradicti omnes clauſum habent ſinum Eccleſiaſticæ miſericordiæ, & irremiſſibiliter dantur neci.

62 Quartadecima pœna eſt, quæ datur poſt mortem, & eſt multiplex, nã decedentes in *hæreſi* privantur ſepulturâ Eccleſiaſticâ; (108) inſuper prò illis orandum non eſt, (109) prætereà contrà eos inquiritur etiam poſt mortem, (110) ulteriùs numquàm præſcribitur eorum crimen, ità ut eorum nomina damnantur, & ſtatuæ comburuntur, ut dicunt multi Doctores. (111)

63 Supradictæ quidèm pœnæ latæ ſunt cõtrà cvictos, aùt confeſſos de *Hæreſi*. Pœnæ autẽ de hæreſi ſuſpectorum tantùm præter illas, quæ ſibi dantur ab Inquiſitoribus iuxtà graduationem criminis, ſi tales ſuſpecti laici ſint, nullæ habentur præter infamiam facti, ac iuris, ut ſcribit *Thaſaurus* (112)

64 Si autem Regulares ſint pænitentiati à S. Officio per pœnitentias quaſvis, quæ non ſint ſimpliciter ſalutares, eo ipſo ſunt inhabiles ad omnes gradus, ac officia ſuæ Religionis, etiamſi compleverint tempus pœnitentiæ, vel receperint gratiam: & ſi ipſi promoveantur, tàm promoventes, quàm promoti incurrunt privationem officiorum, ac vocis activæ, ac paſſivæ, ad quæ non poſſunt reſtitui, niſi à Papa, aùt Congregatione S. Officii: & ad eoſdem ſpectat rehabilitatio illorum, qui fuerunt ab Inquiſitoribus, ut præfertur, pœnitentiati; ut cõſtat ex Decreto, ſuper hoc emanato à *Congregatione Inquiſitionis*, quod per extenſum refertur à multis (113)

65 Nos Minores de obſervantiâ vtrâque habemus vlteriorem, ſtrictioremque pœnam, expreſſam in Statutis Generalibus Ordinis, quæ ſic habent, *Qui in Sanctæ Inquiſitionis officio dè levi abjuraverit, ad actus legitimos, qui verò de gravi, ad omnia Ordinis officia, inhabilis exiſiſtat.* (114)

66 Circà quod Statutum dubitandum venit, quomodò gerere ſe debeat Superior in executione ejus?

67 Re-

(94) *Sanch. Decal. lib. 2. cap. 24. nu. 8.*
(95) *text. in l. Manichæos §. 1. in fin. C. de Hæret. & in cap. Excommunicamus. il 1. §. Credentes. Extra. de Hæret.*
(96) *text. in cap. Manichæos. §. 1. Auth. Gazaros. C. de Hæret. cap. Vergentis. cap. Ad abolendam. cap. Excommunicamus. il 1. §. Damnati. eo. tit.*
(97) *text. in cap. cum ſecundùm. de Hæret. lib. 6.*
(98) *arg. l. Fructus. ff. de Rei vindi.*
(99) *Gloſſ. in cap. Hac in V. Debeant. 3. q. 6. & in cap. Non liceat. in V. & cum fructibus. 12. q. 2.*
(100) *text. in l. Poſt contractum. ubi Gothofr. lit. B. ff. de Donat.*
(101) *text. in l. Manichæos §. Præterea. C. de Hæret. & in cap. Excommunicamus. il 1. §. Credentes. eo. tit.*
(102) *Farinac. Quæſt. 190. nu. 89.*
(103) *Sanch. Decal. lib. 2. cap. 24. nu. 3.*
(104) *l. Vbicunque. l. Manichæo. C. de Hæret.*
(105) *l. Gazaros. C. de Hæret.*
(106) *Clar. §. Hæreſis. V. ſed quæro.*
(107) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 12. Quæſt. 19. nu. 133.*
(108) *cap. ſicut. cap. Excommunicamus. il 1. §. Credentes de Hæret. cap. 2. eo. tit. in 6.*
(109) *cap. Firmiſſimè. cap. Sicut. de Hæret.*
(110) *cap. Sanè. 24. q. 2. init.*
(111) *Simanca. Graff. Sanch. Souſa Diana apud Bordon. loc. cit. n. 137.*
(112) *Theſaur. de Pœn. V. Hæretici. ſuſpecti. cap. 4.*
(113) *Diana Par. 4. in fin. Bullarum. Peyrin. ad Conſt. 9. Paul. V. nu. 29. Bordon. Sacr. Tribu. cap. 27. nu. 36. Trimarch. de Sollicit. Diſp. ult. nu. 49. Sanctor. de Pœn. cap. 22. fol. 298.*
(114) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. nu. 73.*

Digitized by Google

67 Reſpondeo primò, quòd antequā Prælatus privare valeat Subditum *actibus legitimis*, aut *omnibus Officiis Ordinis*, eò quià abjuraverit de levi, aut de vehementi reſpectivè, debet ſibi authenticè conſtare de ſecutâ abjuratione. Ratio eſt, quià talis privatio pœna gravis eſt, & ideò judicialiter infligenda. Porrò ſententia judicialis ſupponit crimen probatum. Quàmvis autem abjuratio crimen non ſit neque infamet, imò purget, argumēto juris (15) tamen pœna eſt, quià ex indicijs criminis præcedentis procedit; ſi nulla enim indicia hæreſis, aùt levia, aùt gravia præceſſiſſent, nulla injungeretur abjuratio. Hæc quidèm inquantùm probat, abjurantem non eſſe infectum hæreſi, quam abjurat, non poteſt propriè vocari pœna, at inquantùm habet originem ab indiciis pœna eſt; ſicut & tortura in cæteris criminibus, per quam purgantur indicia, pœna eſt, non quidèm probati criminis, ſed illorum indiciorum, quæ delicti præſumptionem arguunt. Cùm igitur abjuratio pœna ſit, quæ crimen (hoc eſt indicia criminis) ſupponit, ut locus ſit privationi ſupradictæ, debet de abjuratione conſtare.

68 Sequitur igitur ex his, quòd non ex hoc, quòd aliquis fuerit detentus in carceribus Inquiſitionis, poſſit privatione aliquâ percelli; nàm potuit quidèm fuiſſe accuſatum de indiciis, inducentibus ſuſpicionem hæreſis, & ob ea captum, & detentum, ipſum autem per legitimas exceptiones ſe defendiſſe, ac probaſſe, ſe minimè commiſiſſe illud factum, ex quo deducta ſunt illa indicia, ob quæ Inquiſitor illum detinere fecit. Probando enim eum non comiſiſſe factum tale, non eſt locus ulli abjurationi, vt docuimus ſup. *n.* 46. Debet igitur, ut dicebamus, de ſecutâ abjuratione cōſtare, ut privatio ſupradicta infligatur.

69 In caſu ergò, quòd abjuratio publicè facta ſit, & hoc ſive in Eccleſiâ coràm toto populo, ſivè in Aulâ Inquiſitoris, aut alibì coràm aliquibus vocatis ultrà duo conſuetos Teſtes, qui regulariter adhibentur cum Notario ad publicationem ſententiæ, debet Provincialis formiter examinare duos Teſtes, qui deponant, ſe fuiſſe præſentes abjurationi factæ, poſtmodùm proferre contrà Reum ſententiam privationis ad normam Statuti.

70 Quià verò in ſententiâ, quam ferunt Inquiſitores, non exprimitur, àn ſententiatus abjurare teneatur de levi, àn de vehementi, talis enim qualificatio ſecretò fit à Conſultoribus prò veritate indiciorum, ideò, ut ſciatur à Prælato, àn Reo infligenda ſit privatio actuum legitimorum, àn potiùs Officiorum Ordinis, obſervandæ ſunt pœnæ, Reo inflictæ, ultrà abjurationem. Si enim ſunt pœnæ graves, ut carceratio formalis, ſivè clauſtralis; privatio audiendi Confeſſiones Sacramentales, aùt concionandi, legendi &c. intrat tùnc argumentum, abjurationem fuiſſe *de gravi*; pœnæ enim graves, gravia, arguunt, fuiſſe indicia, & ob ea etiam de gravi fuiſſe abjurationem. Si autem fuerint pœnæ leves, ut potè orationes, frequentia Sacramentorum, jejunia &c., quæ dicuntur pœnitentiæ ſalutares, convincunt abjurationem de levi. Quàmvis autem ob iſtas non incurrantur pœnæ fulminatæ in Decreto Vrbani Octavi, de quo meminimus ſuprà *num.* 64. (quià in eo Decreto exprimitur, quòd pœnæ, inflictæ à S. Officio, quæ in ſe [illegible] debent privationem Officiorum, ac vocis activæ, [illegible] paſſivæ, ſunt pœnæ propriè dictæ, nempè graves, non [illegible] illæ, *quæ ſunt ſimpliciter ſalutares*) tamen incurritur pœna Statuti, nempè privatio ſuffragiorum.

71 Dico ſecundò, quòd, ſi abjuratio ſecreta tantùm ſecuta fuerit, non eſt locus executioni hujus Statuti. Ratio eſt, quià Inquiſitores non dant copiam authenticam ſententiæ, contrà Reum latæ, nec eam dare poſſunt ex ſtylo ſui Tribunalis, ut à pluribus Inquiſitoribus didici; ſequitur proindè, quòd Prælati, qui judicialiter tantùm poſſunt pœnam Statutariam prædictam infligere, eam dare nequeant, eò quià carent authentico fundamento judicii, nempè probatione, quòd Reus fuerit à S. Officio pœnitentiatus.

72 Durum mihi hoc videbatur, quòd nempè daretur Statutum in Ordine, quod ut in pluribus eſſet inobſervabile, nàm rarò fiunt publicæ abjurationes, cùm tamen frequenter accidant caſus, quòd Religioſi ab Inquiſitoribus puniantur ſecretò. Super hoc conſulvi *Reverendiſſimum P. Carolum Franciſcum de Variſio noſtrum Generalem Excommiſſarium, ac Supremæ Romanæ Inquiſitionis Qualificatorem*; hic verò, meo nomine, dato memoriali, petiit à Congregatione S. Officii, quomodò poſſet Superior noſter executioni demandare diſpoſitionem præfati Statuti, in caſu abjurationis ſecretæ, cùm de eâ conſtare facere impoſſibile ſit. Eminentiſſimi autem Patres per ſubſequens Reſcriptum reſponderunt *Feriâ Quartâ, die* 26. *Novemb.* 1698. *Eminentiſſimi dixerunt, quòd obſervetur Decretum Vrbani Octavi, emanatum de anno* 1626. *contrà Regulares pœnitentiatos à S. Officio.* Ex tali reſponſione liquidò apparet intentum Eminentiſſimorum Patrum eſſe, quòd tale Statutum ſervetur tantùm in caſu abjurationis publicæ, ſeù in terminis Decreti Urbani Octavi, puta, in caſu gravis, ac veræ pœnitentiæ, quæ ſupponit abjurationem de gravi; non autem pœnitentiæ ſalutaris, quæ datur poſt abjurationem de levi.

(15) *cap. Inter ſollicitud. de Purga. cano. in fin. cap. Accuſatus. cap. ad abolendam. §. Qui verò de Hæret. in 6.*



Digitized by Google

# TITVLVS TERTIVS

## DE

## Delictis contrà Paupertatem.

*S V M M A R I V M.*

1 *Paupertas eſt de eſſentiâ ſtatus Religioſi.*
*Super paupertatis voto nequit Papa diſpenſare.*
*Examinata à Moraliſtis faciunt ad forum animæ.*

2 *Quilibet Piſtor ſuum panem laudat.*
*Aequè damnanda aviditas in augendis divitiis, ut in quærendis eleemoſynis.*
*De his vitiis non damnandus Ordo, ſed ejus profeſſores.*

3 *Religio quævis, ab Eccleſiâ approbata, perfecta eſt.*
*Earum varietate ornatur Eccleſia.*
*Dives Abraham Sanctus fuit, Lazarus mendicus in Paradiſum evectus.*

4 *Dubium, àn damnabilior ſit Religioſus cupidus augendarum divitiarum; àn qui profeſſam paupertatem violat importunâ mendicatione.*

5 *Agendorum in hoc Titulo enumeratio.*

PAupertatis votum ità de ſtatus Religioſi eſſentiâ eſſe, ut nequè ſuper eâ poſſit per Summum Pontificem diſpenſari, textualiter habet *Decretalis Innocentii Tertii.* (1) De hâc communiter ſcribunt, qui de rebus Regularibus loquuntur, & quamplures quæſtiones examinant; quæ faciunt ad forum animæ, nec quadrant prò nobis, qui judicia forenſia, & de rebus tantùm criminalibus agimus. Examinent porrò illi vota ſolemnia, & ſimplicia *paupertatis*; item ſtatum *paupertatis*, tùm in communi, tùm in particulari; agitentquè, nùm ad perfectionem acquirendam magìs conducat, nec nè, *paupertas* etiam in communi; & centum alias quæſtiones; Nos de illis non tractabimus.

2 Hoc unum adverto, in controvertendis illis quæſtionibus, quemlibet ſcribentem prò ſtatu proprio pugnare, ac variè ad ejus exaltationem ſentire; ac verificari illud Adagium. *Quilibet Piſtor panem ſuum laudat.* In omni ſtatu invenitur, quid carpatur; & æquè damnanda eſt auiditas augendi divitias in iis Ordinibus, qui bona poſſident in communi, & in iis in immenſum augendis, nunquàm dicunt, *ſufficit*; ſicut eorum, qui nihil habentes in communi, in eleemoſynis conquirendis nimìs ſoliciti ſunt, & ad improprietates deflectunt, dùm communis bonorum proprietas ipſis denegatur. Culpa hæc non eſt *Status* eorum; nec culpandus Ordo, nec ejus Inſtitutor, Regula, aùt Conſtitutiones.

3 Parentes enim Religionum, Spiritu Sancto afflati optimo conſilio, ac politiâ Ordines ſuos inſtituerunt; & quælibet Religio perfecta eſt, licèt diverſa ſint cujuslibet inſtituta; quarum diverſitate ornatur Eccleſia Catholica, quæ juxtà dictum Pſalmographi (2) Aſtat à dextris Dei *In veſtitu deaurato* charitatis, *circumdata varietate* Inſtitutorum. Si quid carpendum in his reperitur, culpa eſt hominum, non eorum ſtatus; nàm, ut aiebat Chryſoſtomus, *Non ſunt carpenda hominum exercitia, ſed voluntates. Abraham* dives ſic perfectus fuit, & Deo placuit, ſicùt *Lazarus* mendicus, qui ad *Abraha* ſinum mortuus convolavit; ac ità poteſt Deo famulari divitis Ordinis profeſſor, ſi tamen divitiis *cor non apponat*, ſicùt Mendicantis Ordinis Religioſus prò Chriſto pauper effectus. At ſi ille ditiorem fieri vult Ordinem proprium, & centùm modis, quos non licet explicare, in augendo cenſu inſudat; & hic importunâ quæſtuatione fideles inquietat, ut nomine pauper, dives vivat, uterque contrà ſui Ordinis Parentem, Regulam, Conſtitutiones, & Inſtituti fidem peccat; & utraque ſolicitudo habendi eſt perfectionis Chriſtianæ impeditiva.

4 Nâ àn turpior, & damnabilior ſit prima filia avaritiæ, ambitus, ac ſuperbiæ; ac mater ſcandalorum; àn ſecunda, quæ eſt effectus neceſſitatis, ac deſiderii commodiùs, quàm par ſit, vivendi, iudicent alii: nobis hæc diſquirendi, nec otium, nec mens eſt. Interèa in hoc *Titulo* examinabimus Delicta, quæ fiunt contrà *paupertatem* à privatis Religioſis, & externo foro ſubjiciuntur, & ſunt *Proprietas; Pecuniæ* (ſeù denariorum) *contrectatio. Annuorum redituum procuratio; Bonorum Eccleſiæ alienatio; Munerum largitio; Furtum, & Vſura.*

(1) *text. in cap. Cum ad Monaſterium. de Stat. Monac.*

(2) *Pſalm. 44. ℣. 9.*

§. I. Pro-

## §. I.

# Proprietas.

*SVMMARIVM.*

1 *Proprietas diverſa ſignificat.*
2 *Antè diffinitionem proprietatis, tradenda diffinitio paupertatis Religioſa.*
3 *Paupertas Religioſa, quid ſit.*
4 *Opinio circà gradus paupertatis Religioſa.*
5 *Paupertas Religioſa eſt ea, quam Chriſtus verbo, & exemplo docuit.*
*Renunciatio temporalium, quid importet in paupertate Religioſâ.*
6 *Paupertas, quam profeſſi ſunt Apoſtoli, in quo conſiſtat.*
7 *Gradus paupertatis, ſuprà recenſiti deviant à paupertate Evangelicâ.*
8 *Proprietatis delictum, quid ſit.*
9 *Delictum proprietatis, juxtà varias Religiones variatur.*

1 PRoprietatis vocabulum æquivocum eſt, & diverſa prò ſubiectâ materiâ ſignificat. Aliquandò enim *proprietas* vſurpatur prò dominio rei, ſivè mobilis, ſivè immobilis, vt voluit *Abbas*. (1) Aliquandò accipitur prò *nudo jure*, quod quis habet in re, quam poteſt prò libito diſtrahere, ac perdere, quod *jus* diſtinguitur ab uſufructu, ejuſdem rei, (2) & hæc eſt propria acceptio hujus vocabuli apud Iuriſperitos: ſiquidèm dominiũ ſecum vehit uſumfructũ illius rei, ſuper quã dominiũ cadit, uſusfructus etenim dicitur in jure, (3) aliquandò pars dominii eſſe; proindè, quandò volunt *proprietatem* accipere prò dominio, dicũt *proprietatem plenam*, importantem ſcilicèt, & jus in re, & rei ejuſdem uſumfructum, ſeù jus utendi eâdem re. Quandò verò dicitur *propietas* abſolutè, ſeù *proprietas nuda*, accipitur, ut dixi, prò nudo *jure in re*. Accipitur aliquandò *proprietas*, ut contradiſtinguitur à dominio, ac poſſeſſione, pròut ſcripſit *Gilbertus Nicolai*, (4) & importat independentiam ab alio quovis in dominio, ac poſſeſſione rei, cuius habet *proprietatem*. A Theologis autem moralibus, ac Criminaliſtis Regularibus accipitur prò *crimine, quo quis contrà votum paupertatis delinquit*.

2 Secundùm ultimam acceptionem, in præſentiarum de *proprietate* tractamus: & quià ipſam benè diffinire difficile eſt, niſi priùs de Religioſâ paupertate, cui *proprietas* diametraliter opponitur, aliquid compendioſè dixerimus, ideò iſtius diffinitionem trademus.

3 *Paupertas Religioſa* igitur, ut eam optimè diffinit *Fr. Petrus Marchantius* in ſuo celeberrimo *Tribunali Sacramentali*, (5) *eſt voluntaria abdicatio omnis poſſeſſionis, dominii, & cujuſcumque juris civilis, & politici, ſivè actualis, ſivè poſſibilis, ac etiam uſus proprii ad rem quamcumque temporalem propter Deum, & Chriſti ſequelam.* Ex quâ diffinitione colligitur, quòd de eſſentiâ paupertatis Religioſæ perfectæ, quam Chriſtus ſuo exemplo, & Apoſtoli Chriſtum ſequentes imitati ſunt, ſit, quòd pauper Religioſus prò Chriſto abdicet à ſe omne jus actuale, quod habet, & quod ex ſucceſſione habere poſſet in re, & ad rem quamlibet temporalem; ac etiam jus civile, ſeù politicum vtendi re temporali, retento ſibi jure tantùm naturali utendi re neceſſariâ ad vitam, quod importat nudum uſum facti.

4 Scio quidèm alios Doctores (6) conſtituere quatuor gradus Religioſæ paupertatis; nempè primum, quo quis nec licitè, nec validè poteſt habere dominium rei temporalis, nèc eâ vti tanquàm propriâ. Secundum, quò quis non poteſt licitè habere dominium proprium Rei, nec eâ uti tanquàm propriâ, quamvis ſit capax dominii. Tertium, quo quis incapax dominii non eſt, neque vi voti paupertatis tenetur ſtatim illud à ſe abdicare, ſed ſolùm tenetur nullâ re, ut propriâ uti. Quartum, quò quis ex voto non obligaretur ad carentiam dominii, vel omnis uſus rei, ut propriæ, ſed ſolùm ad non habenda, nè acquirenda bona temporalia, ultrà certam menſuram, quæ ſit neceſſaria ad ſuſtentationem vitæ, juxtà proprium ſtatum.

5 Sed profectò moralis hujus metaphyſicæ ſpeculationes examinatæ ad pondus ſanctuarii, inveniuntur minus habentes. Non negarim, paupertatis votum regulari non poſſe juxtà ſuprà datas graduationes paupertatis; & etiam Religioſa nonnulla ſodalitia, auctoritate Eccleſiæ roborata, ſecundùm eaſdem, inſtituta vigere; tamen perſpicuum eſt, ea non profiteri preſſè, ac propriè Religioſam paupertatem, eam nempè, quam Chriſtus, & Apoſtoli conſilio, & exemplo docuerunt; ſed modo diminuto, laudabili tamen, ac meritorio. Etenim *Fundamentum* Religioſæ vitæ, ut dixit Apoſtolus, (6) *aliud nemo ponere poteſt, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*. Sequitur igitur, quòd vera vita, & paupertas Religioſa eſt illa, quam Chriſtus verbo, & exemplo docuit, ad perfectionem acquirendam, ac Apoſtoli ſunt profeſſi, & in primitivâ Eccleſiâ omnes fideles ſequebantur. Conſilium porrò Chriſti circà curam temporalium conſiſtit in renunciatione *omnium* rerum temporalium. *Niſi quis renunciaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. (7) *Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. (8) Ubi advertendum, quòd volentibus ſequi Chriſtum in vitâ Religioſâ præcipitur renunciatio non aliquarum, ſed *omnium* rerum temporalium; hæc porrò nihil aliud eſt, ut optimè ſcribit *Marchantius*, (9) quàm abdicatio omnis juris politici tùm in poſſeſſione, tùm in uſu temporalium, ac omnis civilis, & juridicæ adminiſtrationis.

6 Hinc

(1) *Abb. in cap. 1. Notab. 2. Extrà. De Cau. poſſ. & propr.*
(2) *arg. l. 1. ff. Qui mod. uſu. amit. Inſtit. lib. 2. tit. 4. §. 1.*
(3) *l. 4. ff. de Vſufruct. arg l. 8. de Reb. auct. Iudic.*
(4) *Gilb. Nicola. Tract. de Dec. plag. FF. Min. apud Marchant. Tribu. Sacr. Tom. 3. Par. 2. Tract. 2. Concl. 2. Append. notab. Tit. 1.*
(5) *Petr. Marchant. Tribu. Sacram. Tom. 3. Par. 2. Tract. 2. Tit. 1. Concluſ. 2. init.*
[6] *Suar. Tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 7. num. 7. Pellizzar. Manual. Regular. Tom. p. Tract. 4. cap. 2. ſect. p. qu. 2. nu. 2.*
(6) *P. Corinth. cap. 3. ℣. 11.*
(7)
(8) *Luc. cap. 14. ℣. 33.*
(9) *Marchant. loc. cit. quæſt. 4. Dub. 1. Reſol. 2. §. Renunciare.*

Digitized by Google

6 Hinc ſequitur, quòd, cùm inter bona temporalia connumeretur etiam jus, quod quis habet ad rem, ut jus ſuccedendi in poſſeſſione bonorum, ad paupertatis Religioſæ ſtatum pertinet non tantùm renunciatio juris proprietatis, ac vſufructus rei, quam actualiter habet, quandò vitam init Religioſam; ſed etiam juris, quod aliquandò ſibi ex ſucceſſione, ſivè ab inſtitutione de eo in hæredem, aùt legatarium factâ, aùt alio modo poteſt obvenire. Et hæc vera paupertas Religioſa eſt, quam profeſſi ſunt Apoſtoli, qui dicebant: *Ecce nos relinquimus omnia*, (10) vbi advertit *D. Gregorius*, (11) quòd *Petrus, & Andreas* (primi inter Apoſtolos) *Etiam deſiderium habendi dereliquit*. Non ſolùm nempè ea, quæ poſſidebant, quandò Chriſtus eos vocavit, quæ erant valdè parva, & pauca; ſed etiam deſiderium, aùt ſpem habendi ab alio, qui aliquo modò jus proprietarium temporalium in eos transferre voluiſſet.

7 Ex his habetur, quòd gradus Religioſæ paupertatis, quos ſuprà ex Auctoribus recenſuimus, declinant à paupertate Evangelicâ, ac Apoſtolicâ, quàmvis non negem, eam eſſe Religioſam, ac meritoriam paupertatem ab Eccleſiâ approbatam, non tamen eſſe totaliter eam, quam Chriſtus ad acquiſitionem perfectionis inſtituit; ſed aliam ab hominibus, (Deo tamen inſpirante, & humanæ imbecillitati conſulente) adinventam. Plura ſuper hoc eſſent dicenda, ſed quià ad noſtram rem ſtrictè non faciunt, ea relinquimus Moraliſtis diſcutienda.

8 Sic ergò intellectâ Religioſâ paupertate facile erit diffinire, quid ſit *proprietas*. *Proprietas igitur eſt doloſa retentio juris dominii, ſeu poſſeſſionis, aùt vſusfructus rei temporalis actualis, aùt poſſibilis.* In hâc autem diffinitione continetur *jus*, quod quis in re, tanquàm ſuâ in actu primo retinet, eam poſſidendo; & in actu ſecundo exercet, eam donando, vendẽdo, commutando, aùt quomodòlibet alienando; aùt in eâ fruẽdo utendo independenter à volũtate alterius; pariterque *jus*, quod quis habet ad rem, quæ ex ſucceſſione, aùt alio modo ſibi poteſt obvenire. Proprietarius proindè erit Religioſus, qui rem mobilem, aùt immobilem, aùt pecuniam, tanquàm ſuam poſſidet, ſervat, cuſtodit, defendit &c. ſive qui eâ vtitur; & vti vult, ut habens *jus* eâ vtendi independenter, & inimpedibiliter à Superiore: aùt prætendit *jus* habere talibus modis ad rem, quæ ſibi poſſit obvenire.

9 Verum eſt, quòd non æquali modo delictum *proprietatis* in quolibet Religioſo evenire poteſt. Cùm enim, vt ſuprà dictum fuit, quatuor gradus ſint paupertatis Religioſæ, alia, & alia erit *proprietas*, paupertatis voto contraria; in vno, ac in alio, ut patet; & hoc modo, qui retinent *jus* ſuccedendi in hæreditate, non ſunt proprietari, illud *jus* retinendo, quod tamen eſſet, qui etiam *jus* ad rem ex profeſſione ſtrictæ paupertatis Evangelicæ, ad quam ex ſuâ Regulâ *Fratres Minores* tenentur, à ſe abdicaſſet. Proindè, prò judicando crimine proprietatis in Regularibus, obſervandæ ſunt ſingulorum Ordinum Conſtitutiones, & juxtà eas judicandum.

(10) *Matt. cap. 19. V. 27.*
(11) *D. Gregor. Hom. 5. in Evangel.*

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

10 *In probandâ proprietate probandus eſt animus poſſidendi.*
*Animus probatur verbis.*
*Facto magis, quàm verbis animus declaratur.*
*Facto, & verbis voluntas declaratur concludenter.*
11 *Modi, quibus aliquis ſe oſtendit proprietarium.*

10 Nihil peculiaris habet hoc crimen, quò ad probationem; proindè probandum eſt velut alia delicta, quæ relinquunt indicia poſt ſe; nempè per conſtantiam corporis delicti ejuſdem per *viſum, & repertum*. Teſtes, indicia &c. Verum eſt, quòd, cùm *proprietas* vitium ſit in animo conſiſtens, & in eo latens (ſiquidèm proprietarius non eſt, niſi is, qui rem, ut propriam habere intendit; & ſi eam modo naturali tenet abſquè voluntate poſſidendi eam, ut propriam, proprietarius non eſt), ſequitur, quòd non poteſt concludenter probari aliquis Reus de *proprietate*, niſi probetur, rem animo malo, & doloſo, tanquàm propriam habendi, tenuiſſe. Probare autem ea, quæ animo latent, per ſe impoſſibile eſt, cùm ſolus *Deus intueatur cor*, (12) proindè animus probatur verbis; verbum enim, quod foris patet, ſignum eſt ejus, quod intùs latet, & demonſtrat animi voluntatem, (13) imò magìs probatur factis, ſiquidèm facto magìs declaratur voluntas, quàm verbis, (14) quandò tamen factum determinatum eſt, ad quid præſumendum, ut certum, (16) & concludenter voluntas declaratur facto, & verbis. (17)

11 Sequitur ex his, quòd ſi Religioſus verbo, factis, aùt utriſque rem propriam dicat, aut ut propriam cuſtodiat, iſte re verâ animo proprietarius pronunciandus ſit. Proindè, ſi in iudicio rem ſuam dicat, ac illam ab occupante recuperare tentat; ſi eam donet, vendat, permutet, aut quovis alio modo diſtrahat; ſi Prælato eam occultat, nè ille ipſi eam auferat; ſi contrà voluntatem Prælati, rem auferre volentis eam defendat. quominùs auferat; ſi alteri Religioſo volenti eâ re vti, abſquè incommodo habentis, eam deneget, & centum huiuſmodi, talis profectò Reus *proprietatis* dicendus eſt.

## Pœnæ.

*SVMMARIVM.*

12 *Proprietarius*, ipſo jure, *eſt privatus voce activâ, ac paſſivâ.*
13 *Opinio, quòd ſit de facto excommunicatus.*
*Refellitur, quià eſt tantùm excommunicandus.*
14 *Proprietarius mortuus ſepeliri debet extrà locum ſacrum.*



(12) *P. Reg. cap. 16. V. 7.*
(13) *Tiraquell. in l. Si unquam. in V. libertis. nu. 17. & 18. C. de Revocan. donat. Maſcard. de Probat. Concl. 1415. nu. 24.*
(14) *arg. l. Paulus ff. Rem ratam hab. l. Pro hærede ff. de Acquiren. hæred.*
(16) *Maſcard. Concl. 45. nu. 5. de Probat.*
(17) *Stephan. Gratian. diſcept. For. cap. 624. nu. 14. Barboſ. Repert. jur. V. Factum. V. Factum magìs. infin.*

Digitized by Google

Et cum eo pecunia ſua.

Fallit hæc pœna, ſi antè mortem dedit ſigna contritionis.

Non tota pecunia ſepelienda eſt cum mortuo proprietario, ſed ſufficit pars.

Inventus proprietarius de re levi ſepeliendus eſt in ſacro.

15 Quantitas conſtituens proprietarium judicialiter punibilem, quæ ſit.

Varia de hoc Doctorum ſententia.

16 Diſtinctio de proprietate in foro animæ, & de eâdem punibili in foro fori.

17 Minor quantitas facit proprietarium tàm in foro animæ, quàm in externo.

18 Minor quantitas rei furatæ, quàm alterius non furatæ, facit punibilem in foro fori.

19 Minor quantitas rei furatæ extrà Monaſterium, quam in Monaſterio, reddit punibilem.

20 Impugnatur opinio, quòd Religioſi comparentur filiisfamilias, aut Sociis in negotio.

Abbas cum Monachis non eſt dominus rerum Monaſterii.

Papa non eſt dominus, ſed adminiſtrator bonorum Eccleſiæ.

Dominium bonorum Eccleſiæ nulli homini competit, ſed ſoli Deo, cui conſecrata ſunt.

21 Concluditur, quòd Religioſi nequeunt comparari filiisfamilias, nec Sociis in negotio.

22 Minor quãtitas numeratæ pecuniæ, quàm alterius rei, ſufficit ad faciendum proprietarium Fr. Minorem.

23 Iudicis arbitrio ſtat determinare quantitatem, ad reddendum Religioſum proprietarium.

Quantitas denariorum, ad faciendum in conſcientiâ proprietarium Fratem Minorem, eſt 4. Iuliorum.

Prò foro judiciali eſt ultrà duos aureos.

24 Propietatis, alia pæna prò aliis Regularibus deſumenda ex ipſorum Statutis.

25 Primum Statutum prò Minoribus de obſervantiâ.

26 Secundum Statutum.

27 Tertium Statutum.

28 Quartum Statutum.

29 Quintum Statutum.

30 Sextum Statutum.

31 Septimum Statutum.

32 Octavum Statutum.

33 Nonum Statutum.

34 Decimum Statutum.

35 Vndecimum Statutum.

36 Duodecimum Statutum.

37 Dubitatio prima circà ſepulturam proprietarii in loco ſacro.

38 Mortuus proprietarius alterius rei à pecuniâ numeratâ ſepeliendus eſt in loco profano.

39 Dubitatio ſecunda.

40 Sola pecunia numerata, non verò alia res, ſepelienda eſt cum mortuo proprietario.

41 Dubitatio tertia.

42 Superior, non ſepeliens pecuniam cum mortuo proprietario, nullam pænam incurrit.

43 Dubitatio quarta.

44 Superior, ſepeliens proprietarium in ſacro, ad vitandum ſcandalum, non eſt puniendus.

Ad vitandum ſcandalum multa omitti debent, ſi non involuunt peccatum.

Ceſſante ſcandalo, ſepeliens in ſacro proprietarium, excommunicatur juxtà aliquos.

Impugnatur talis opinio.

Sepeliens uſurarium manifeſtum in ſacro temerè incurrit excommunicationem.

Superior, ſepeliens proprietarium in loco ſacro, privatur Officio.

Opinio Sanctori contraria impugnatur.

Clauſula, poſita in fine diſpoſitionis, afficit omnia præcedentia.

45 Dubitatio quinta.

46 Quomodò ſepeliendus publicè repertus proprietarius.

47 Diſquiſitio facienda a Superiore, antè ſepulturam, ut conſtet de proprietate.

48 Opinio Sanctori de ſepulturâ privatâ, in caſu proprietatis ſecretæ, dat cautelam inutilem.

49 Quid agendum a Superiore in caſu proprietatis ſecretæ circà ſepulturam.

50 Dubitatio ſexta.

51 Repertus proprietarius de rebus pretioſis, aliis à pecuniâ, ſepeliendus extrà ſacrum.

52 Dubitatio ſeptima.

53 Repertus cum ſummâ denariorum, ſufficienti ad peccatum mortale, ſepeliendus in loco profano.

54 Dubitatio octava.

55 Opinio Theſauri, & Sanctori impugnatur.

Deprehenſus poſt mortem proprietarius, ob donationem &c. in vita factam, ſi inconfeſſus poſt eam obiit, ſepeliendus eſt extrà ſacrum.

56 Dubitatio nona.

57 Tempus, & quantitas denariorum non faciunt ad augendas pœnas proprietario.

58 Dubitatio decima.

59 Nolens ad mandatum Superioris migrare a Conventu, in quo eſt, peccat contrà obedientiam.

60 Poteſt etiã eſſe Reus inobedietiæ, & propietatis localis.

Quomodò eſt hoc in facto cognoſcendum a Iudice.

61 Quandò talis ſe prodit proprietarium localem.

62 Quandò effugiatur pœna Statuti, interponendo officia, nè removeatur a Conuentu.

63 Dubitatio vndecima.

64 Quid ſit, rem Superiori calare ex animo.

Ad poſſeſſionem rei requiritur animus poſſidendi rem.

65 Conſenſus Superioris eſt triplex.

Poſſidens rem, abſquè aliquo conſenſu Superioris, eſt proprietarius.

66 Oportet autem, quòd Subditus habeat animum poſſidendi illam rem.

67 Dubitatio duodecima.

68 Quandò cenſeatur proprietarius, qui in diſceſſu claves cellæ non reſignat Superiori, aut alteri.

69 Dubitatio tertiadecima.

70 Quandò ſit locus pœnis proprietariorum contrà deponentem aliquid apud ſæculares.

71 Dubitatio quartadecima.

72 Crimen contrahendi debita, in quo conſiſtat.

73 Superior localis, quandò delinquat contrahendo debita.

74 Subditus quomodò delinquit, ſe obligando debitis.

75 Quæ requirantur, ut Subditus puniatur ob debita contracta.

76 Decoctores, qui dicantur.

Debita contracta a Religioſo, ut ſint punibilia, debent eſſe ob turpem cauſam.

77 Actuum frequentia in debitis contrahendis requiritur, ut ſit locus pœnæ.

78 Pœna privationis Officiorum, danda contrahentibus debita, quæ officia reſpiciat.

79 Dubitatio quintadecima.

80 Quo-

Digitized by Google

80 *Quomodò poteſt Religioſus rem pignori ſupponere?*
81 *Explicatur Statutum.*
82 *Alia explicatio Statuti.*
*Res poteſt dari pignori in obligatione honorariâ, ac naturali.*
83 *Dubitatio ſextadecima.*
84 *Quandò delinquat proprietate Religioſus, commutando rem cum re.*

12 Religioſorum proprietariorum pœnæ juxtà jus commune ſunt, Primò, privatio, ipſo facto, vocis activæ, ac paſſivæ per biennium, quæ pœna lata eſt in *Tridentino*, (18) proindè pœna hæc requirit tantùm ſententiam declaratoriam criminis, non verò condemnatoriam ad pœnam, cùm hæc jàm lata à jure ſit, ut dicit *Layman*. (19)

13 Secundò; opinantur nonnulli, quòd Religioſus proprietarius ſit, ipſo jure, excommunicatus; ſed illos meritò reijcit *Sanchez*, (20) hoc enim neque in *Tridentino*, nequè in corpore juris, nequè in Bullâ aliquâ reperitur; Capitulum autem *Monachi* (21) ſuper quo innituntur Doctores, ità opinantes, non importat excommunicationem latæ, ſed ferendæ ſententiæ, ut patet textum legenti.

14 Tertiò. Si Religioſus repertus ſit mortuus proprietarius, ſepeliri debet in loco non ſacro, ſimùl cum pecuniâ, per eum poſſeſsâ cum illâ maledictione; *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*, ut ſancitur in pluribus capitulis, (22) & hæc pœna poſita eſt, juxtà antiqua inſtituta Monachorum, ut teſtantur *D. Hieronymus*, *Gregorius*, & *Auguſtinus*. (23) Pœna autem hæc locum non habet, ſi antè mortem ſigna contritionis dederit, ut pòſt quandam *Gloſſam* ſcribit *Abbas*. (24) Et quàmvis, juxtà vetera Patrum inſtituta, de quibus teſtantur tres Patres Sancti ſuprà citati, tota pecunia reperta eſſet cum proprietario ſepelienda, & ejus nihil à Monaſterio retinendam, prout etiam ſenſit *Cardinalis*, & *Graſſus*, (25) tamen ſufficit pars ad oſtendendam hujus criminis deteſtationem, & ità cum Canoniſtis communiter ſentiunt *Sanchez*, & *Layman*. (26) Supradictas porrò pęnas non incurreret ille, qui proprietarius eſſet levis rei, cujus materia non ſufficeret ad peccatum mortale, ut dicunt Doctores, (27) tales enim pęnæ, cùm graves ſint, rationabiliter, niſi prò gravi culpâ ſunt adhibedę. Pariter, ut Religioſus repertus cum pecuniâ privetur pòſt mortē Eccleſiaſticâ ſepulturâ, oportet, quòd fuerit monitus à Superiore ad conſignandum peculium, & conſignare noluerit: aliter præſumendum eſt, fuiſſe paratum ad illud conſignandum, & quòd pecuniam retinebat cum licentiâ ſaltem interpretativâ Superioris, qui poterat eam dare, ut pòſt nonnullos, (a) firmat *Sgroi*. (Hoc autem poteſt quadrare apud eos Religioſos, qui cum licentiâ Prælatorum habent peculium ad proprium uſum; Fallit autem apud *Minores*, quibus pecunia per Regulam omninò interdicitur.) Porrò *Sāctorus*, (b) pòſt *Panormitanum* cōtrarium tenent, quià dicunt ſufficere *deceſſiſſe in peccato mortali*. Sed prima ſententia tenēda eſt, quæ innititur probabilitati excluſivę peccati. Ut verò quis privetur ſepulturâ Eccleſiaſticâ, oportet, quòd accidenter conſtat in mortali deceſſiſſe; nàm talis privatio pęna eſt, & quidèm graviſſima: ad pęnam autem adhibendam requiritur, quòd delictum ſit plenè probatum, aùt per Teſtes, aùt confeſſione Rei, aùt evidentiâ facti, quæ concludat per neceſsè.

15 Quærendum hìc eſt, quænàm ſit quantitas, ſeù pecuniæ, ſeù valoris rei, pretio æſtimabilis, quæ ſufficiat ad conſtituendum aliquem proprietarium, judicialiter punibilem, & privandum ſepulturâ Eccleſiaſticâ, ſi talis decedat? Nonnulli Doctores (28) circà hoc dubium voluerunt, quòd Religioſus comparandus ſit filio familias; & ſic ea quantitas, quæ in furto domeſtico facto à filiofamilias excuſat à culpâ gravi, eadem excuſet Religioſum à delicto *proprietatis* mortali, & conſequenter, ut præfertur, punibili. Sed in aſſignandâ quantitate valoris Rei diſcrepāt; nàm unus (29) voluit, ad mortaliter peccandum vitio *proprietatis*, requiri ad minùs in Monaſteriis ditiſſimis tres argēteos, in mediocribus duos; in egentibus unum. Alii (30) ſuſtinent, ad hoc requiri quatuor ad minùs argenteos. Alii (31) opinantur, non peccare mortaliter Religioſum, qui de bonis Conventus ſurriperet octo, aùt novem Reales. *Rodericus* noſter (32) vult, in præſenti materiâ peccari mortaliter, quandò aſcēditur ad ſummam duorum aureorum. *Io. de Lugo* (33) impugnat comparationem filiorumfamilias, ac Religioſorum, proindè quantitas eadem in peccato proprietatis non poteſt militare, ac in furto filijfamilias.

16 Inter tot Doctorum ſententias, puto eſſe multipliciter diſtinguendum. Primò, diſtinguo de *proprietate*, quæ ſit peccatū mortale in ſolo foro animæ, nō verò punibili in foro exteriori; & de *proprietate*, etiā judicialiter vindicandâ. Secundò, de *proprietate* coniūctâ cum furto Conventus domeſtico; aùt conjunctâ cum furto externo; aùt ſeparatâ à furto. Tertiò, de *proprietate* rei, prætio æſtimabilis, & *proprietate* pecuniæ numeratæ. Ducor ad taliter diſtinguendum, quià, ſicùt culpa venialis juncta cum circumſtantiâ, in infinitum aggravante, poteſt evadere gravis in ſententiâ communi Moraliſtarū, ità delictum in ſuo genere leve, ſi plures in ſe contineat tranſgreſſiones contrà varia præcepta, evadit grave. Pariter, non omnia peccata mortalia, in foro animæ judicialiter, puniri notū eſt; ſed ea tantùm, quæ Rempublicam lædunt; imò aliquoties, plùs punitur delictum minus, quod tamen valdè nocet Communitati, quàm peccatum majus, quod ſoli animæ commitentis officit. Tandemquè majus evadere vnum crimen in unâ Religione, attentâ ejus Regulâ, vel Conſtitutionibus; quàm idem crimen in aliâ Religione.

17 His poſitis; dico primò, quòd minor quantitas, ſeù pecuniæ, ſeù valoris rei, pretio æſtimabilis ſufficit

O 2 ad cun-

(18) *Concil. Trident. Seſſ. 25. de Regular. cap. 2. in fin.*
(19) *Layman. lib. 4. Tract. de Stat. Relig. cap. 7. nu. 22.*
(20) *Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 19. num. 14.*
(21) *cap. Monachi. de Stat. Monach.*
(22) *cap. Monachi. cap. Cum ad. Monaſterium. cap. Super quodam. de ſtat. Monach.*
(23) *D. Hieronym. Epiſt. ad Euſtoch. S. Gregor. lib. 4. Dial. cap. 55. D. Auguſt. Ser. 5. ad Fratr. in Erem.*
(24) *Gloſſ. in cap. Cum ad Monaſter. in V. In ſterquilinio. & ibid. Abb. nu. 15. de Stat. Monach.*
(25) *Cardin. in d. cap. Cum ad Monaſter. §. Prohibemus. nu. 2. de Stat. Monach. Graſ. Par. 2. lib. 3. cap. 19. nu. 5.*
(26) *c. Cum ad Monaſterium. & ibi Io. Andr. n. 4. Hoſtien. n. 7. Anchar. 10. Abb. nu. 15. Barboſ. nu. 5. Sanchez. Op. moral. lib. 7. cap. 20. nu. 11. Layman. lib. 4. Tr. de Stat. Relig. cap. 7. nu. 22.*
(27) *Sanch loc. cit. nu. 1. 2. & 3. Navar. Conſ. 5. n. 13. 14. & 17. de Stat. Monach. Roderic. Tom. 3. Q. Q. Regul. 29. art. 10.*
(a) *Caſtropal. Tambur. Lezan. Boſſ. Roderic. apud Sgroi. lux Prælat. Par. 7. cap. 4. num. 48.*
(b) *Sanct. de Pœn. cap. 7. Quæſt. p. V. Reſpondeo affirmative fol. 274. & ibi Panormit. in cap. Super quodam. de Stat. Monach.*
(28) *Sanch. Decalog. lib. 7. cap. 21. nu. 31. Rebell. de Obligat. Par. 1. lib. 3. q. 15. Sect. 3. nu. 22. Fagund. lib. 7. in Decal. cap. 5. nu. 2.*
(29) *Barthol. à S. Fauſt. Theſaur. lib. 8. Quæſt. 193. nu. 25.*
(30) *Suar. Tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 6. nu. 10. Sanch. Decal. loc. cit. nu. 2. & 5. Caſtropal. Tr. 16. Diſp. 3. P. 20. nu. 3.*
(31) *Petr. Ledeſm. Cened. & alii apud Dian. Par. 6. Tr. 6. Reſol. 58.*
(32) *Roderic. Sum. Tom. 4. cap. 118. nu. 27. & 29.*
(33) *Lugo de Iuſt. & iur. Diſp. 3. nu. 172. & ſeqq.*

Digitized by Google

ad conſtituendum aliquem Reum *proprietatis* gravis in foro animæ, quàm ſit ea, quæ requiritur ad ſimilem reatum in foro externo. Ratio eſt, quià Judex animæ, nempè Confeſſarius perpendit iniuriam factam Deo, ac eam per pœnitentiam inflictam vindicat; Judex verò forenſis punit delictum, contrà Rempublicam, ſivè homines commiſſum. Patet autem, quòd ratione obiecti offenſi gravis erit culpa, contrà Deum commiſſa, quæ tamen conſiderata, ut læſiva humanæ ſocietatis, gravis non erit; proindè culpa eadem gravis à Confeſſario judicabitur, ac ille pœnam gravem infliget, quæ tamen à Judice forenſi gravis nèc judicabitur, nèc punietur; & ſic minor quantitas pecuniæ ſufficiet ad conſtituendum Reum *proprietatis* tàm in foro interno, quàm externo, ut alibì (34) advertimus.

18 Dico ſecundò, quòd minor quantitas ſufficit ad conſtituendum aliquem proprietarium de pecuniâ, aùt re furatâ, quàm alio modo non criminali habitâ; intelligo autem proprietarium, ut punibilem in foro externo; ſiquidem ità eſt proprietarius in foro animæ Religioſus, ſi tanquàm ſuos poſſidet decem aureos, ſibi donatos, ſicùt ſi eoſdem furto acquiſivisset. Ratio poſitæ concluſionis eſt, quià furtum ex ſe delictum eſt; & quàmvis furtum de re modici valoris leve ſit, ac *proprietas* etiam de eâdem leve crimen cenſeatur, tamen ſi in eâdem re ambo concurrunt, grave, & punibile delictum conſtituunt, quòd tamen non eſſet, ſi ambo in eâdem re non reperirentur. Sequitur igitur, quòd minor quantitas pecuniæ furatæ reddet quem proprietarium, externè punibilem, quæ tamen talem non faciet, ſi ille aùt dono, aùt aliâ viâ licitâ pecuniam acquiſierit.

19 Dico tertiò, quòd minor quantitas pecuniæ, furatæ alicui extrà Monaſterium, faciet Religioſum proprietarium punibilem, quàm ſi eſſet de pecuniâ Monaſterij, & ideò de hâc majorem quantitatem requiri. Ratio eſt, quià in communi ſententiâ major quantitas ad conſtituendum delictum grave requiritur in furto domeſtico, quàm in externo, Religioſi autem ſecundùm Auctores citatos ſuprà *num.* 15. comparantur filijs familias; aùt ſecundùm *de Lugo* (35) comparantur Sociis in aliquâ poſſeſſione, ſunt enim partes Conventus, quibus in ſolidum competit bonorum Conventus poſſeſſio: Sequitur igitur, quòd major quantitas rei furatæ requiratur in furto Conventus, quàm extrà.

20 Tamen ſalvâ Doctorum reverentiâ, talem doctrinam non puto veram, quòd nempè Religioſi filijsfamilias, aùt ſocijs, communem proprietatem poſſidentibus comparentur, nec poſſint comparari circà poſſeſſionem. Nàm filius familias habet jus in patrimonio, nempè jus legitimæ, & Paterfamilias habet dominium, & proprietatem totius aſſis domeſtici; & Socius habet prò ratâ jus in re communi; proindè omnes in rerum diviſione habent ſuam contingentem portionem. Non ſic autem eſt in Religioſis; ſiquidèm nèc Prælatus eſt dominus bonorum Monaſterij; ſed purus adminiſtrator; nèc Religioſi in iis habent aliquòd jus *proprietatis*, nèc in communi, nèc in particulari. Nàm bona Monaſteriorum non pertinent ad Abbatem, nèc ad Monachos tanquàm veros Dominos, nèc diviſìm, nèc coniunctìm, ut accerrimè probat *Marchantius*, (36) quià ſimùl conſiſtere nequeunt abdicare jus, & dominium politicum ad omnes res temporales, & illud jus retinere, quò ad res Monaſterij. Nèc valet dicere, quòd Monachus vovit paupertatē in particulari, nō verò in communi; proindè poſſit in communi bona habere, & ſic ea poſſidere. Quià habere bona in communi ad uſum, ſuſtentationem, conſervationem, diſpenſationem, adminiſtrationem &c. (quæ competunt Abbati cum Capitulo) Monachis quidèm licet; ſed habere eadem bona, quò ad dominium, aùt proprietatem, attento voto, nèc in communi licet. Proindè bona Monaſteriorum nèc Capitulariter diſtrahi poſſunt, & tamen poſſet Capitulum illa prò libito diſtrahere, ſi illud eſset eorum dominus proprietarius. Pariter, ſi Religioſi haberent jus dominii rerum Monaſterij, tanquàm Socij communiter eas poſſidentes, deſtructo Monaſterio, ac Religione, deberent illæ res tanquam propriæ dividi inter eos, quod tamen non fit; ſed proviſo unoquoque Religioſo de neceſſarijs ad victum, *Papa* illas res, & bona ad alios uſus Eccleſiaſticos convertit. Nec *Papa* quidèm eſt dominus illorum bonorum, ſed ſimplex adminiſtrator, ac diſpenſator, ut dicitur in jure. (37) Si eſſet eorum Dominus proprietarius, poſſet de illis liberè diſponere, donando, vendendo &c. quod tamen non eſt, ut dicunt communiter Canoniſtæ, & quòd diſpenſator ſimpliciter ſit, profitetur *Apoſtolus primâ Corinthiorum*, dicens *ſic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*, (38) & ſi ibì propriè loquitur de rebus ſpiritualibus, ut Sacramentis, indulgentijs &c. hoc idem cenſendum eſt de temporalibus, quæ ſunt ſpiritualibus adnexa, prout ſunt omnia bona Eccleſiaſtica; cum acceſſorium ſequatur naturam principalis. (39) Undè concludendum eſt, ut *Marchantius* (40) ſolidiſſimè probat, quòd bona Monaſteriorum ſtricto dominio ad nullum purum hominem pertinent, ſed Deo conſecrata, & addicta ſunt; ſunt autem concredita Abbatibus ad diſpenſandum Religioſis, ad quorum ſuſtentationem, à donantibus oblata Deo ſunt; & Apoſtolico Dominio, tanquam univerſali Eccleſiæ, & ejus bonorum diſpenſatori ſubiecta. Et hoc docuit Gratianus. §. *His ita*. 14. q. 1. dicens, *Canonici non poſſident ſua; quià res Deo oblata non ſunt alicujus. Utuntur enim rebus Eccleſiæ non ut ſuis, ſed tanquàm ad diſpenſandum ſibi creditis*. Quòd etiam firmavit Imperator in §. Nullius; Inſtit. de Rer. diviſ. ubi ait, *Nullius ſunt res ſacræ, & Religioſæ, & ſanctæ; quod enim divini juris eſt, id nullius in bonis eſt*.

21 Sequitur igitur ex hucuſque probatis, quòd Religioſi nullo modo poſſunt comparari filijsfamilias, neque ſocijs in re communis, ut proindè major quantitas de rebus Monaſterij requiratur ad conſtituendum aliquem proprietarium, quàm ſi res eſſet ex furto externo; ſi quidèm utrobiquè intervenit eadem ratio, nempè iniuſta poſſeſſio rei, cujus dominium alterius eſt. Non negaverim tamen, quòd minus delictum evadat proprietas de re communi Monaſterij, quàm de re, furto externo ſublatâ; hoc autem non eſt ratione dominij, quod in communi habetur; ſed ratione ſcandali, quod inter ſæculares reſultat, audiendo Religioſum furem; & etiâm quià, licèt rerum Monaſterij Religioſus non habeat dominium, tamen in illis habet uſum, & jus utendi cum voluntate Prælati, & proindè levius evadit

delictum

(34) *Pract. crimin. Par. 2. Sect. 3. nu. XI.*

(35) *Lugo de Iuſt. & iur. Diſ.*

(36) *Marchant. Trib. Sacrament. Tom. 3. Par. 2. Tract. 2. Titul. 1. Quæſt. 3. Concl. 1.*

(37) *cap. Non liceat Papæ. 12. q. 2. cap. Quisquis Epiſcopus. ea. cau. & q. Abb. in cap. Dudum. 53. nu. 27. de Elect. & ibi Archidiac. in d. cap. Non liceat. Abb. in cap. Conſtitutus nu. 13. de Relig. dom. & apud eum Archidiac. & Bernard. in cap. Non decet. 12. Diſt.*

(38) *P. Corint. cap. 4. V. 1.*

(39) *cap. Acceſſorium. Extra de reg. iur. l. Etiam. C. de Iur. dot.*

(40) *Marchant. Trib. Sacrament. Tom. 3. Par. 2. Tract. 2. Tit. 1. Quæſt. 3. Concl. 2. §. 1. 2. 3. 4. & 5.*

Digitized by Google

delictum appropriatio harum, quàm aliarum extrà jus Monaſterij. Et ex hoc ſequitur, quòd minor quantitas rei, externo furto comparatæ, conſtituat aliquem proprietarium, ut diximus *num.* 19. quæ non ſufficit ſi furtum ſit de rebus Monaſterij.

22 Dico quintò, quòd minor quantitas pecuniæ numeratæ ſufficit ad conſtituendum *Fratrem Minorem* proprietarium, quàm valor alterius Rei, pretio æſtimabilis, quæ contrà voluntatem Prælati, tanquàm propria retineatur; ità ut, licèt numus aureus ſufficiat ad declarandum aliquem proprietarium, non tamen ſufficiat ad idem liber retentus à Religioſo, ut proprius, valoris unius aurei. Ratio eſt, quià pecunia numerata ex Regulâ *Minoribus* interdicitur; unde in *proprietate* pecuniariâ duplex delictum intervenit, & ex acceſſione alterius aggravatur ità delictum *proprietatis*, ut minor materia ad crimen ſufficiat, quæ non ſufficeret abſque illo.

23 His igitur longiuſculè quidem, neceſſariò tamen præjactis, dico, non unam, ac eamdem quantitatem ſtabiliri poſſe prò omnibus caſibus, ex quâ declarari poſſit Religioſus in foro judiciali proprietarius, ſed hoc pendere debet à Judicis arbitrio, prout etiam ſenſit pòſt *de Lugo Pelizzarius.* (41) Judex ergo penſare debet circumſtantias perſonarum, actionis, loci, conſuetudinis, regionis, conditionis, Rei, Monaſterii, ſcandali &c. & ex his prudenter reſolvere juſtâ advertentias, ſuprà datas de majori, & minori quantitate ſufficienti, aut non, ad reatum *proprietatis*. Prò Nobis *Minoribus de obſervantiâ* quantitas ſufficiens ad proprietatem in foro animæ communiter exiſtimantur quatuor, & ad minùs tres *Julij Romani*, prout etiam ſenſit *Marcantius*. (42) In foro autem judiciali debet eſſe ſuprà duos aureos (puta, julios triginta) ſiquidem tantam quantitatem aſſignavit prò ſua Religione *Frater Philippus de Bictis Capuccinus.* (43) Et cum Nos *Minores de Obſervantiâ* eamdem Regulam profiteamur cum *Capuccinis*, quantitas requiſita ad proprietatem prò foro externo apud illos, militare in pari Cauſâ poteſt apud Nos, quod etiam ſupponit Sanctorus de Pœnis *capite 7. Queſt. 4. Caſu decimoquinto. Difficultate ſexta fol. 345. V. Difficultas ſexta.*

24 Quantùm verò ad alias pænas Statutarias, debent attendi peculiares cujuſque Ordinis Conſtitutiones. Nos *Minores* ſequentia habemus Statuta.

25 *Primum Proprietariorum pæna eſt carceratio, & actuum legitimorum privatio, nec non* Eccleſiaſtica *ſepultura, ſi (quod abſit) ab hac luce proprietarius quis migraverit.* (44)

26 2. *Loci appropriator judicetur, ac violatæ paupertatis Reus ſit, qui acceptam de loco recedendi Superioris licentiam, ſæcularium medio revocandam procurarit. In hoc qui deliquerit ultrà proprietatis pænam, ab eo loco ſtatim amoveatur.* (45)

27 3. *Rei proprietarius ſit quicunque Superiori quicquam ex animo celaverit; vel ſinè ejus expreſſo, vel tacito conceſſu habuerit.* (46)

28 4. *Ubi contigerit Fratrum quempiam Superioris conceſſu, aliquò ire, & cellæ, & arculæ, ſiquam habeat, loci Superiori, aut de ejus licentiâ alicui alteri Fratri claves ſemper conſignet; alioquin proprietarij pænam ſubeat, Provincialis arbitratu.* (47)

29 5. *Quâ pœnâ etiam puniatur, quicunque libros, aut res alias quaſcumque, ſuo uſui, Superioris conceſſu deputatas, apud ſæculares perſonas quaſcunque extrà locum, depoſuerit abſque Provincialis, vel localis Superioris licentia.* (48)

30 6. *Si quis proprij quicquam habere deprehenſus fuerit, is ex Sacrâ Tridentinâ Synodo, ſuffragiorum jure biennio privatus, graviùs etiam puniatur, Superioris arbitratu, prò delicti modo Multoque magis, qui ex communi, aut ex eo, quod alicujus uſui tributum ſit, furtim ſibi quicquam vindicaverit.* (49)

31 7. *Nemini cuiquam eleemoſynam dare, largiri, aut res eſculentas, poculentas, veſtes, aut bona, cujuſvis ſint, vendere, diſtrahere, alienare, aut etiam commutare liceat, etiam ſi ad uſum ei conceſſa ſint. Contrà qui fecerit, proprietatis pænam ſubeat.* (50)

32 8. *Simili quoque pœnâ puniatur, qui prò ſe vel prò alio debita contraxerit; & ſimiliter qui libros, aut res alias, ſibi ad uſum conceſſas, pignori ſuppoſuerit; non impetratâ priùs Superioris ſcriptâ facultate.* (51)

33 9. *Qui veſtimenti rationem, Provincialis juſſu ſibi aſſignatam, in aliud commutarit, vel etiam vendiderit, ſequentis anni portione privetur, & propriotarij pœnâ puniatur.* (52)

34 10. *Prò veſtimento pecuniam dare, vel accipere nemini liceat, ſub pœnâ contrà proprietarios conſtituta dantibus, & recipientibus omninò ſubeundâ.* (53)

35 11. *Proprietarium pœnâ eſt Carceratio: actuum legitimorum privatio; nec non Eccleſiaſtica ſepultura, ſi quis proprietarius moriatur, cum pœnarum augmento, ubi culpa replicata fuerit.* (54)

36 12. *A Novitijs aliquid, vel minimum recipientes &c. Superiores privari debent officio, alij ut proprietarij publicari.* (55)

37 Circà quæ Statuta, ſpecialiter circà primum, eſt undecimum, quæ idem ſonant Prima dubitatio eſt, ân ſepeliendum eſſet in ſterquilinio repertus poſt mortem proprietarius non pecuniæ numeratæ, ſed alterius rei mobilis, aut immobilis?

38 Reſpondeo affirmativè, quià ſufficit eſſe mortuum in mortali peccato abſque ſigno contritionis, ut quis debeat privari ſepulturâ Eccleſiaſticâ, (56) ut patet de publicis meretricibus, duelantibus, ac cæteris decedentibus in mortali, qui traduntur ſepulturæ aſinorum. Deberet tamen conſtare de animo poſſidendi rem illam; & quòd in eo animo deceſſerit; nam proprietas non datur ſinè animo poſſidendi, ut dictum eſt ſuprà, nu. 10.

39 Secunda dubitatio eſt, ân res illa, in quâ fuit proprietarius repertus, debeat cum eo ſepeliri, ut ſancitur de pecuniâ?

40 Reſ-

(41) *Lugo de Juſt. & jur. Diſp. 3. nu. 172. apud Pelizzar. Manual. Regular. Tom. 1. Tract. 4. cap. 2. nu. 255.*
(42) *Marchant, Expoſit. in Regul. Minor. cap. 7. Dub. 4. &* Tribun. *Sacram. Tom. 3. Par. 2. Tract. 2. Tit. 1 Quæſt. 4. Dub. 7. Reſol. 1.*
(43) *Bict. Quæſt. 12 2. nu. 14.*
(44) *Stat. Gen. Valliſolet. 1593. cap. 7. Tit. De pæn. propriet.*
(45) *Statut. Velliſolet. cit. cap. 6. V. Nemo præterea.*
(46) *Statut. Valliſſolet. loc. cit. V. rei proprietarius.*
(47) *Statut. Valliſolet. loc. cit. V. Et quià.*
(48) *Statut. Valliſol. loc. cit. V. Qua pænà.*
(49) *Stat. Valliſolet. loc. cit. V. Quod ſi quis.*
(50) *Stat. Valliſolet. loc. cit. V. Nemini etiam.*
(51) *Valliſolet. loc. cit. V. ſimili quoque.*
(52) *Stat. Valliſolet. loc. cit. V. Qui veſtimenti.*
(53) *Stat. Valliſolet. loc. cit. V. Pro veſtimento.*
(54) *Text. Tit. Applicatio. §. 13.*
(55) *Text. loc. cit. §. 24.*
(56) *Abb. in cap. Super quodam de Stat. Monach. Gloſſ. in cap. Cum, ad Monaſterium in. V. In ſterquilinio. de Stat Monach. arg. cap. 1. de Torneam. cap. 2. de Rapt.*

Digitized by Google

40 Reſpondeo negativè, tùm quià poteſt quis mori proprietarius de re immobili, ut fundo, cenſu &c. quæ ſecum ſepeliri nequeat. Tum quià Canones non loquuntur, niſi de pecunia numerata, in quâ facilius eſt Religioſos fieri proprietarios, quàm in aliis rebus, & ad eos deterrendos à tali crimine, ordinatur ſepelitio cum pecuniâ, quæ pœna gravis; ut potè contumelioſa, proprietario eſt, non poteſt ergò extendi, ut odioſa, ad res, quæ pecunia numerata non ſunt.

41 Tertia dubitatio eſt, An puniendus eſſet, & quâ pœnâ, Superior localis, qui Religioſum proprietarium in loco immundo ſepeliret, non ſecum ſepultâ pecunia, nec in tota, nec in parte?

42 Reſpondeo, non delinquere, & ex conſequenti nullà pœnâ eſſe punibilem. Ratio eſt, quià in Canonibus (57) nulla apponitur pœna illis, qui contrafecerint, ſepeliendo abſque pecuniâ, ſicut regulariter fit in alijs Eccleſiaſticis legibus, in quibus ſanciuntur pœnæ contraventoribus; & ex pœnâ appoſita, maximè ſi gravis ſit, colligitur mens legiſlatoris, àn fuerit graviter obligandi, an potiùs ſimpliciter dirigendi. Sepelitio autem pecuniæ cum proprietario ceremonialis eſt, ut vult *Sanctorus* (58) qui ſentit nobiſcum in concluſione; ſed non in ratione. Undè cum materia, nec ex ſe gravis ſit, nec lex pænam apponat, dicendum eſt, legem eſſe purè directivam, & ex conſequenti, nec ad culpam, nec ad pœnam obligare.

43 Quarta dubitatio eſt; àn puniendus eſſet Superior, qui, repertum mortuum in proprietate, in loco ſacro ſepeliret?

44 Reſpondeo, quòd, ſi ſcandalum ſæcularium excitaretur, niſi ille ſepeliretur in loco ſacro, aut ſi, poſt datam ſepulturam in ſacro, exhumaretur, & ſepeliretur in loco profano, ad ſcandalum vitandum debet ſepeliri in loco ſacro, & ibi etiam relinqui, ſi, poſt datam ſepulturam, exhumando, & alibi ſepeliendo, ſcandalum orietur, aut oriri poſſe prudenter dubitaretur; & hujus reſolutionis eſt expreſſè diſpoſitio textus cujuſdam Decretalis, (59) nam, ut ait ibidem *Gloſſa* (60), ad ſcandalum vitandum, multa debent omitti, dummodò ſinè peccato id fiat. Advertendum tamen eſt, quòd ſcandalum, quod timetur ſecuturum, ſit maximum, textus enim citatus ait, *ſi ſine maximo ſcandalo potuit fieri*, aliter diſpoſitio non curreret. In facti autem contingentia, ut Superior maturè procedat, debet adhibere conſilium ſeniorum, àn maximum ſcandalum oriri poſſit, & ſecundùm eorum conſilium operari: & ad ſe ponendum in tuto, conſulo Superiorem, ut conſilium accipiat, ſcripto mandatum, ut in facti contingentia poſſit demonſtrare, ſe operaſſe cum conſilio prudentum, nec temerè proceſſiſſe. Ceſſante autem ſcandali periculo, ſepeliens in ſacro loco proprietarium, eſt, ipſo facto, excommunicatus, ut cum *Roderico* juniore vult *Sanctorus*. (61) Sed ſalvâ horum reverentiâ, hoc non poteſt deduci à *Clementina* illa, (62) quam ipſi aſſumunt prò fundamento; nàm licèt verum ſit, quòd etiam in pænalibus extenſio detur de caſu ad caſum, quandò utrobique eadem militet ratio, non tamen in caſu noſtro eadem ratio militat; nam peculiare eſt, & in deteſtationem uſuræ; quòd uſurarius manifeſtus (qui nempè vivens notoriè uſuras exercuit, ut ait Gloſſa (63) cujuſdam Capituli), privetur ſepultura Eccleſiaſtica, eò quià crimen eſt maximè nocivum Communitati, ut ait *Gregorius Decimus* (64) in *Concilio Lugdunenſi*; & ut talis pæna effectum habeat, contrafacientes excommunicatione percelluntur. Proprietas autem licèt, peccatum mortale ſit, non tamen tantùm nocet Reipublicæ, ſicut uſura; nec publicè exercetur, ut ſupponit Canon uſuram manifeſtè exercitam ad hoc, ut ſepeliens uſurarium in ſacro, excommunicatus ſit. Nec enim ſepeliens in ſacro publicam meretricem, aut eum, qui in duello deceſſit, aut in quovis alio peccato læthali mortuum, eſt excommunicatus, non enim hoc ulla lege cavetur; peculiare ergò hoc eſt in ſepeliente manifeſtè uſurarium; ſicut in alia *Decretali* (65) peculiaris eſt depoſitio Clericis aſſiſtentibus ſepulturæ *Raptorum*, quæ tamen pæna trahi non poteſt ad omnes, qui ſepeliunt in ſacro mortuos in peccato. Additur, quòd *Clementina* excommunicat ſepelientes uſurarios manifeſtos non quomodòlibet, ſed *temerè, cum contemptu clavium*, & *ſcienter*, ut patet ex textu ipſius in principio; ſequitur igitur, quòd ſi abſit temeritas, contemptus, & ſcientia, talis cenſura non ligabit, quod etiam dicendum eſſet de ſepeliente proprietarium; Non evaderet autem ille privationem Officij, quâ debet inuri iuxtà textum Decretalis. (66) Verum eſt, quod *Sanctorus* (c) videtur tenere contrarium, quia pæna privationis officij in illo capitulo decernitur infligenda Abbati, negligenti in permittendo Monachis habere peculium proprium; vagari per villas; aliquid dare prò ſua redemptione; & ſepelienti Monachum mortuum in proprietate. Putat proindè privationem referri ad negligentiam, in ſupradictis, non verò in ſepultura proprietarij. At talis ſententia nequit ſuſtineri; quià in textu dicit *Abbas, qui diligenter iſta non caverit officij ſui jacturam noverit incurſurum*. Notum autem in jure eſt (d), quòd clauſula poſita in fine diſpoſicionis afficit omnia præcedentia, etiam ſi clauſula ſit oneroſa, ut ſcribit *Abbas* (e) & pronomen *iſta* afficit demonſtrativè omnia præcedentia, non quidèm collectivè, ſed diſtributivè in noſtro caſu, aliter oporteret, quòd Abbas, privatione puniendus in omnibus, ibi enumeratis negligens eſſet, aliter puniri non deberet, & ſic eluſoria redderetur legis diſpoſitio, quod non eſt dicendum. Sequitur igitur, quòd privatio officij debetur Superiori negligenti in quolibet ex ibi ſuprà enumeratis; & ſic etiam ſepelienti proprietarium in loco ſacro.

45 Quinta dubitatio eſt, quomodò ſe gerere debeat Superior in dâda ſepultura reperto poſt mortè proprietario?

46 Reſpondeo diſtinguendo; vel enim publicè depreſſus proprietarius, quià pluribus videntibus, burſa cum nummis reperta apud eum eſt; vel ſecretò ab uno, aut duobus detecta eſt *proprietas*. Pariter diſtinguo puta, vel maximum ſcandalum ſequuturum probabiliter eſt, ſi ſepeliatur extrà cæmeterium; vel non. His præmiſſis, dico, quòd, ſi nullum ſcandalum ſecuturum ſit, & pluribus videntibus, detecta eſt *proprietas*, debet ille ſepeliri publicè reſpectu fratrum, quorum communitas debet ad ſepulturam convenire, ut ex tali ſepultura aſinorum deterreantur cæteri à crimine *proprietatis*; prout etiam ſenſit *Sanctorus*. (67)

47 Ad-

(57) *cap. Monach. cap. Cum ad Monaſterium. de Stat, Monach.*
(58) *Sanctor. de Pæn. cap. 7. Quæſt. 1. ℣. Reſpondeo affirmativè, in fin. fol. 273.*
(59) *cap. Super quodam. de Stat. Monach.*
(60) *Gloſſ. in d. cap. Super quodam. in V. Maximo ſcandalo. de Stat Monach. arg. cap. Cum ex injunct. de Nov. oper. nunci.*
(61) *Sanctor. de Pæn. cap. 7. Quæ. 1. ℣. Reſpondeo negando. fol. 273. & ibi Hieronym. Roderic. Reſol. 128. nu. 23.*
(62) *Clement. 1. de Vſur.*
(63) *Gloſſ. in cap. 1. in V. Manifeſt de Vſur. in 6.*
(64) *cap. 1. de Vſur. in 6.*
(65) *text. in cap. Super eo. de Raptor.*
(66) *cap. Monach. §. Qui verò in fin. de Stat. Monach.*
(c) *Sanctor. de Pæn. cap. 7. Quæſt. p. ℣. Reſpondeo primò. fol. 279.*
(d) *text. in cap. Inquiſitioni. Extra. de appell.*
(e) *Abb. in cap. Cum dilecti. 6. nu. 7. Extra. de Donat.*
(67) *Sanctor. de Pæn. c. 7. Quæſt. p. ℣. Reſpond. & dico multa fol. 279.*

47 Advertendum tamen, quòd antè ſepulturam debet præcedere ſummaria diſcuſſio inter Provincialem, ſi adeſt; vel inter Superiorem localem & Diſcretos Conventus ſuper *proprietate*; de qua debet conſtare ex facti evidentia inexcuſabili, & non per ſimplices conjecturas; cum enim agatur de pœna inferenda, debet priùs conſtare de culpa. Evidentiam verò facti in hoc caſu dico non eam ſolùm, quæ oculis patet, ut quòd homo truncatus capite occiſus ſit, ſed eam, quæ ex violentis pluribus præſumptionibus emergit, ut, ſi dum viveret, contrectare pecuniam ſolitus eſſet; ſi cupidus, & avarus erat; ſi moneta inventa in cella, nulla apud ſe indicia habebat, quòd eſſet depoſitum alicujus ſæcularis; ſi ante mortè monitus, ut ſe expropriaret, dixit *ſe non eſſe in eo caſu*; & alia hujuſmodi, quæ prudentum iudicio relinquuntur. Quòd, ſi talis evidentia non adfuerit, ſed ſola pecunia, quæ fortè potuit eſſe aut depoſitum ſæcularis alicujus; aut reſtitutio, facienda nomine pœnitentis; & ſuper omnia, ſi ille bonam famam habebat, nèc unquàm habita eſt de eo ſuſpicio de *proprietate*, dum viveret; inclinare debent Diſcreti in favorem defuncti, & conſulere ejus ſepulturam in loco ſacro. Si autem maximum ſcandalum timeretur, debet publicè ſepeliri in ſacro, pòſt modum ex humari, & ſepeliri in profano. Quòd, ſi ſcandalum par poſſet oriri ab exhumatione, in ſacro relinquendum eſt, ut ex jure (68) diximus ſuprà *num.* 44.

48 Si autem *proprietas* non fuerit publica, ſed unus tantùm, aùt duo pecuniam invenerunt; vel ſi ſolus Superior, ut moris eſt in faciendo ſpolium cameræ, crumenam cum nummis reperit, dicit *Sanctorus* (69) *non debere ſepeliri palàm*, nempè ſepultura aſinorum, *quià defuncti fama non minùs curari debet, quam vivi*. Sed talis cautela clanculùm ſepeliendi nulla eſt. Si quidem, ad ſepulturam Fratris mortui, omnes de familia Conventus conveniunt; ſi igitur ſepeliretur occultè proprietarius in loco profano, inquirerent Fratres, quid actum ſit de cadavere fratris mortui, quod ſepulturæ, ut moris eſt, publicè traditum non eſt; & impoſſibile eſt, quòd non ſciatur veritas facti, (nihil enim intrà clauſtra ſiletur, & maximè de malè factis Fratrum,) & fama proximi prodatur.

49 Dico igitur cum *Sanctoro*, quòd curari debet fama proximi defuncti, ſicut viventis; & ideò, ſi ſolus Superior pecuniam in ſpolio cellæ defuncti deprehendit, aùt Infirmarius cum ſocio eam ſubtùs lectum invenerunt, & Superiorem de hoc monuerunt, debet Superior factum ſecretum tenere; Infirmariis formale præceptum de ſilentio ſervando circà hoc factum iniungere; & in conſueta Fratrum ſepultura recondere, & hoc maximè ſi defunctus deceſſit cum bonâ famâ. Ratio eſt, quià in tali caſu probari nequit concludenter *proprietas*, quia Teſtes deſunt; & non probato crimine, pœna ſepulturæ aſinorum infligi non poteſt; & eò maximè, quòd etiam non adſunt indicia, nèc adminicula, juvantia probationem criminis, cum ille obierit cum fama integra. Si autem ille malæ famæ circà hoc vitium fuit, & licèt unus tantùm, aùt alter burſam invenerunt, factum tamen inter fratres vulgatum eſt, debet Superior audire ſuper hoc Diſcretos. Qui ſi judicaverint ad aliorum terrorem in profano ſepeliendum; debet Superior coràm illis, ſinè ſcripto procedendo, ſummariè interrogare eos fratres, qui eſſent interrogandi, ſi proceſſus contrà viventem de proprietate eſſet formandus, exindè pronunciare, quòd *Fr. N. mortuus fuerit proprietarius*, & in loco profano ſepelire. Ratio eſt, quià oportet, quòd de crimine conſtet per notorietatem aùt facti, aùt juris, ſi pœna infligenda eſt. Cùm igitur in hoc facto non reperiatur notorietas facti; debet induci notorietas juris, quæ fit per ſententiam Prælati in judicio ſummariiſſimo ad, quod neceſſarium eſt teſtimonium eorum, qui ſufficiant ad concludendum delictum.

50 Sexta dubitatio eſt, àn ſepeliendus eſſet extrà locum ſacrum ille, cui pòſt mortem inventæ ſunt multæ res pretioſæ, quorum uſus eſt religioſis interdictus, ut annulus cum adamante, torques aureus inaures, ac alia fæminea jocalia?

51 Reſpondeo affirmativè, ſi evidenter conſtet, quòd vivens illa tanquàm propria poſſidebat. Ratio eſt, quià *proprietas* non eſt de ſolà pecuniâ, ſed etiam de re quâvis, quæ ſit communi hominum judicio, pretio æſtimabilis. Hoc dico, quià multæ ſunt res, quæ aut ob raritatem, aùt ob inſigne artificium, ab aliquibus pluriinum æxiſtimantur, venduntur, ac emuntur magno pretio; ut bulbus *Tulpi*, ſivè *Tulipani* perfectè nigri, qui venìit Romæ duodecim duplis, nempè 24 aureis ſcutis. Tantum pretium, prò flore nullius utilitatis, communiter non approbatur, ut exorbitantiſſimum; ideò quantùmvis talis bulbus repertus eſſet in camerâ defuncti, qui eum tanquàm proprium poſſidebat, non tamen poſſet dici proprietarius, quià talis res non eſt communiter pretio æſtimabilis, ſicut etiam ſi haberet inſtrumenta mathematica inſolitæ inventionis, & artificii, quæ à ſolis peritis artis æſtimantur, ſed communiter venduntur prò cupro, aùt auricalco ordinario.

52 Septima dubitatio eſt, quid juris de eo, cui reperti ſunt pòſt mortem duodecim tantùm Julii, quos ut proprios tenebat; eſſet nè iſte ſepeliendus in ſacro loco?

53 Reſpondeo, quòd quamvis proprietarius citrà duos aureos non poſſet puniri in foro externo pœnis privationis ſuffragiorum, & carceris, juxtà dicta ſup. *num.* 23. tamen repertus cum ſummâ ſufficienti ad peccatum mortale *proprietatis*, debet ſepeliri in loco profano. Nam privatio ſæpulturæ Eccleſiaſticæ præcisè infertur ob peccatum mortale, in quo defunctus deceſſit.

54 Octava dubitatio eſt, àn privandus ſepulturâ Eccleſiaſticâ qui peccavit crimine *proprietatis*, alienando bona Monaſterii, donando magnam vim pecuniæ, aùt aliam rem maximi valoris?

55 Reſpondet cum *Theſauro Sanctorus* (70) negativè; quià tum Canones, tùm *Tridentinum* (71) privant ſepulturâ Eccleſiaſticâ, & ſuffragiorum jure deprehenſos tantùm in actuali proprietate, & in eâ morientes; Infert proindè eum, qui alienavit, donavit, &c. ſufficièter ad proprietatem, non debere privari ſepulturâ Eccleſiaſtica. Sed talis reſolutio nutat. Si quidem, ſi pòſt talem alienationem inconfeſſus, aùt non contritus, aùt abſque ullo ſigno pœnitentiæ obiit, patet, quòd, quià alienando peccavit mortaliter, in peccato mortali deceſſit; & ſic ex dictis ſuprà *nu.* 38. debet privari ſepultura Eccleſiaſtica. Adde, quòd, licèt qui alienavit, nihil proprii poſſidere actualiter deprehendatur, tamen vivens pœnis propritariorum, ob talem alienationem, puniretur pœnis, viventi competentibus, puta, privatione vocis, & carcere; ergò dum probatur mortuus in *proprietate*, dum ſinè pœnitentia deceſſit, pœna mortuorum in *proprietate* puniri debet, & ſic privare Sepultura Eccleſiaſtica.

56 Nona

(68) *cap. Super quodam. in fin. de Stat. Monach.*
(69) *Sanctor. loc. cit.*

(70) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Religioſus. cap. 11. in fin. Sanctor. de Pœn. d. cap. 7. Quæſt. p. V. Dixi hoc dictum. fol. 275.*
(71) *cap. Monachi. cap. Cum ad Monaſterium. cap. Super quodam. de Stat. Monach. Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 2. de Regul.*

Digitized by Google

56 Nona dubitatio eſt, àn, & ob quas cauſas augendæ ſint pœnæ proprietariorum?

57 Reſpondeo, Statutarias pœnas præciſè eſſe incutiendas, quandò delictum perfectè in ſuo genere conſummatum eſt; hoc enim in Textu (72) ſancitur; augeri autem ex circumſtantiis, aùt minui poſſe à Judice pœnam, ibidem habetur, & hoc univerſaliter eſt in omnibus delictis; nec quid peculiare habet hoc crimen proprietatis. Solummodò inquirendum videtur, àn tempus, & quantitas in hoc delicto faciant ad majorationem, & minorationem pœnæ. *Sanctorus* (73) reſpondet, quòd ſic, volens, quòd augenda ſit pœna carceris, & privationis ſuffragiorum ei, *qui inſorduit in proprietatem per annum, vel annos, ingentem pecuniæ ſummam corraſit &c.* Sed hoc non puto verum, nàm ex diuturnitate temporis non multiplicatur malitia in delicto; & idem crimen *proprietatis* eſt in eo, qui per diem, ac in illo, qui per annum in illa moratus eſt. Quòd ſi tempus unius anni transfert delictum inobedientiæ contrà Eccleſiam in ſuſpicionem hæreſis, ut patet de eo, qui per annum inſordeſcit in excommunicatione; hoc eſt quid peculiare, de quo eſt, habetur diſpoſitio Statuti, pròut eſt in materia Apoſtaſiæ, quæ, à temporis diuturnitate, aliam, & aliam pœnam ſortitur, pròut *Tit. Secundo §. Apoſtaſia* dictum fuit. At reſpectu aliorum criminum, de quibus nulla lex eſt, quòd magìs puniantur diutiùs in eis manentes, nil facit prò augenda pœna major duratio temporis, ut patet in concubinario, uſurario, monetario falſo, graſſatore( & ſimilibus, in quibus ità punitur ùnus actus, ſicut plures ejuſdem delicti; & ſic eum, qui per menſem, ut eum, qui per annos in eo verſatus eſt. Pariter nil facit major, aùt minor ſumma pecuniæ poſſeſſæ ad incrementum, vel decrementum pœnæ; ſicùt nèc culpæ; par enim culpa eſt ejus, qui in tempore vetito comedit ſolam carnem bubalinam, ſicùt ejus, qui capones, columbas, pernices, phaſianos &c., & pari pœna punitur, qui per plures noctes, & pluribus vicibus adulteratus eſt, aùt fornicatus; ſicùt ejus, qui ſemel, licèt coràm Deo pluries peccaverit ille, quàm iſte.

58 Decima dubitatio eſt circà Statutum ſecundum, datum ſuprà *num. 26.*, & eſt. Quandò nàm, & quo caſu declarandus ſit proprietarius loci, qui medio ſæcularium procurat revocationem obedientiæ, per quam ad habitationem in alio Conventu deſtinatur?

59 Reſpondeo, quòd duplex malitia poteſt in hoc caſu militare, una quidèm malitia eſt inobedientiæ contrà mandatum Superioris; alia verò *proprietatis* loci, quam prodit, qui non vult loci habitatione ſpoliari, contrà præceptum Regulæ. *Fratres nihil ſibi approprient, nèc domum, nèc locum, nèc aliquam rem.* (75) Poteſt igitur moveri Religioſus ad procurandam revocationem obedientiæ non ex effectu, aùt voluntate manendi in eo Conventu, cujus habitationem, tanquàm propriam affectet; ſed ex pravo motivo reſiſtendi Superiori. Tali caſu non puniendus eſſet pœna proprietariorum, ſed inobedientium; nàm patet quo motivo ductus revocationem procuret; puta, ut non obediat.

60 Poteſt pariter moveri ex effectu ſuo ergà Conventum, quem ut proprium conſiderat, cujus habitationem, tanquam illius poſſeſſionem vult tenere, & ſæcularium interventu defendere; & in hoc caſu eſt Reus *proprietatis*, & fit locus pœnæ Statutariæ contrà proprietarios; prodit enim tali pacto animum proprietarium. Prò praxi autem, ut ſciatur quo motivo ducatur ad procurandam obedientiæ revocationem, obſervandæ ſunt circumſtantiæ. Si enim Religioſus eſt duræ cervicis, ſolitus param promptè obedire; animo parùm æquo ergà Provincialem; manet autem in Conventu, in quo aliàs moratus non eſt de familia, aut nihil peculiaris commodi habet in eo; nèc habet ibi amicos ſæculares; in ſumma nullum motivum apparet, ob quod perſuaderi, aùt præſumi rationabiliter poſſit in Religioſo affectus ergà eum locum, ut inducatur ad utendum medio ſæcularium, nè indè amoveatur; tunc poteſt concludi, quòd non proprietarius loci ſit, ſed inobediens, & pœna inobedientium puniendus.

61 Si verò Religioſus eſt in Conventu ſuæ Patriæ; ſivè in alio, in quo habet amicitias ſæcularium, maximè muliercularum, à quibus pietatis obtentu, & tuendæ ſanitatis causâ, habet particularia obſonia, & quæcunque ſibi non tantùm neceſſaria ſunt, ſed etiam voluptuaria; ac per plures annos inibi moratus eſt, & dum alii Superiores voluerunt eum indè amovere, precibus, muneribus, interceſſione aliquorum Patrum gravium, permanentiam ibidem procuravit, & nunc per ſæculares, maximè potentes revocationem obedientiæ ſollicitat, apparet manifeſtè ejus *proprietas* localis, & eſt puniendus pœna Statuti.

62 Quid autem, ſi per fratres, nempè per Patrem aliquem graduatum, prò cointercedentem, aùt per recurſum ad Superiorem Generalem, permanentiam in eodem loco procuraret? Dico, quòd non eſt locus Statuti, quod requirit recurſum ad ſæculares, licèt re vera ſit *proprietarius*, ut tenet etiam *Sanctorus*. (76) Ratio autem, quare Religio non puniat eum, qui per media fratrum etiam revocationem procurat, eſt, vel quià judicat, non adhuc ſibi locum appropriaſſe; ut tenet *Sanctorus* ibidem: vel quià non ità inquietatur per rogationes fratrum, ſicut per preces ſæcularium, maximè potentium, quibus aliquandò non expedit contradicere: vel quià recurſus ad ſæculares prò impedienda obedientia, & reſiſtendo mandatis Prælatorum, ſpecies rebellionis eſt, ut aliàs diximus, & *Sanctorus* (77) ipſe docet; non autem ità eſt, ſi per media ordinata in Religione, puta, per Superiores majores, mandata inferioris declinare ſtudeat. Quæ autem dicta ſunt de procurante permanentiam in Conventu, contrà obedientiam; quadrant etiam prò eo, qui contrà voluntatem Superioris nollet exire de cella, in qua habitat; & ad ſæcularium favorem recurreret prò eâ defendendâ; cùm eadem militet utrobique ratio.

63 Undecima dubitatio eſt circà Statutum tertium, datum ſuprà *num. 27.* & eſt, quomodò intelligatur, rem Superiori cælare *exanimo* aùt eam habere *ſinè ejuſdem expreſſo, aùt tacito conceſſu*?

64 Reſpondeo, quòd in jure *animus* accipitur prò voluntate, & in acquirenda rerum poſſeſſione requiritur non ſolùm corporalis rei poſſidendæ apprehenſio, ſed

(72) *Text. Tit. Applicatio §. fin.*

(73) *Sanctor. de Pœn. cap. 7. Quæſt. p. ℣. Reſpondeo ſepultura. fol. 272.*

(74) *cap. Cum contumacia. de Hæret. in 6. Tridentin. ſeſſ. 25. de Refor. cap. 3. in fin.*

(75) *Regul. Minor. cap. 6. init.*

(76) *Sanctor. de Pœn. cap. 7. Quæſt. 4. Caſ. 9. Difficult. 3. ℣. Reſpondeo negativè. in fin. fol. 307.*

(77) *Sanctor. lib. cit. cap. 6. Quæſt. p. ℣. Reſpondeo ex Part. fol. 241.*

Digitized by Google

ſed etiam *animi* motus, ſivè intentio, ut dicitur in *Digeſtis* (78) Dico igitur, quòd cælare rem *ex animo*, eſt eam cælare ex animo eam, ut propriam poſſidendi; ſivè illius uſum, tanquàm proprium ſibi firmandi; & in hoc *animi*, puta, voluntatis motu, conſiſtit *proprietas*. Si enim Religioſus rem ſibi à ſæculari commodatam, (ut e. g. horologium) Superiori Cellas viſitanti, ac fratribus jubenti, ut ipſi oſtendant omnia, quæ tenent in Camerâ, cælaret, ad effectum eâ re utendi, aùt ipſam Domino reſtituendi, non eſſet proprietarius, ſed ſolùm contrà obedientiam peccaret.

65 Porrò conſenſus triplex ſtatuitur, puta, expreſſus, tacitus, & interpretativus. Expreſſus eſt, qui datur verbis, aùt ſcripto, ut ſubdito, petenti licentiam eundi ad aliquem locum, Superior oretenus, aùt ſcripto conſenſum dat dicendo, aùt ſcribendo, *vade*. Tacitus eſt, quando Superior conſenſum quidem internè præbet, illum tamen non prodit verbis, ſed facto; ut ſi petenti Subdito licentiam exeundi à Conventu nil reſpondet Superior, qui tamen dum Subditum exeuntem extrà Conventum videt, nèc eum prohibet, aùt revocat, tali facto ſuum conſenſum manifeſtat. Interpretativus eſt quandò abſente Superiore, & ideò non potente Subdito ab illo conſenſum circà aliquid peteræ ſubditus interpretatur voluntatem Prælati talem eſſe, quòd ſi præſens eſſet conſenſum præberet ad illud præſtandum. Ad hoc igitur, quòd Religioſus rem habeat licitè, & in *proprietatem* non incidat, oportet, quòd aliquo horum trium conſenſuum Superioris habeat. Quantumvis enim Statutum nihil habeat de interpretativo, tamen hic comprehenditur ſub nomine conſenſus taciti.

66 Advertendum autem, quòd ad incurrendam *proprietatem* oportet, quòd Religioſus rem habet ſinè aliquo Superioris conſenſu, & ejus poſſeſſionem, aùt uſum ſibi *ex animo* vindicet. Si enim deficit animus ſibi appropriandi rem, aùt uſum, *proprietas* non erit, ſed inobedientia. Ut ſi quis ſpeculum à ſæculari commodatum acciperet, & abſque ullo conſenſu Prælati, imò contrà ipſius voluntatem in Camera abſconditum teneret, iſte proprietarius non eſſet, quià nihil proprietatis ſibi in ſpeculo aſſeret, cùm ipſius uſus etiam penderet à voluntate commodantis, ſed eſſet inobediens.

67 Duodecima dubitatio eſt circà quartum Statutum, datum ſupra *num.* 28., & eſt, quo nam caſu arbitrari poſſit Provincialis, fuiſſe proprietarium eum, qui abſcedens à Conventu, clavem Cellæ, aùt arculæ Superiori non reſignat.

68 Reſpondeo, quòd tritiſſima doctrina eſt, quòd nunquàm pronunciandum eſt conſtare de delicto, niſi conſtet de dolo, qui dicitur anima delicti. Dolus autem in hoc caſu dicitur animus deliberatus poſſidendi rem, aùt ejus uſum, tanquàm proprium; ex quo oritur, quòd Religioſus nolens reſignare clavem prodit animum cuſtodiendi, & etiam defendẽdi res, ſub clave poſitas, tãquàm ſuas, nè Superior eas auferat. Quandòcunque ergò Provincialis de tali dolo conſtare non faciat, non poteſt juſtè arbitrari crimen *proprietatis*. Indicia doli poſſunt eſſe multa; nempè mala vita Religioſi, tenacitas rerum, quas habet, quarum nullam, nèc ad momentum vult proximo, eâ indigenti, commodare; nimia cura abundandi rebus ſuperfluis, quas Superiori ſolitus eſt occultare; negatio relinquendi Superiori, aùt alteri de ipſius conſenſu clavem Cellæ, quam relinquere in diſceſſu monitus eſt, ac aliæ ſimiles prudentis judicio. Quòd, ſi hæc abſint, non poteſt pronunciari de *proprietate*. Nàm potuit eſſe oblivio; aùt præſumpta Superioris facultas; aùt timor, nè ſcripta ſua concionum &c. auferantur, aùt tranſcribantur; aùt epiſtolæ continentes ſecretum ſibi ſub ſigillo naturali de re gravi commiſſum legantur; & centum hujuſmodi, quas Religioſus allegare poteſt prò ſe, ad evadendum crimen *proprietatis* ob clavem non relictam. Provincialis autem, ut etiam vult *Sanctorus* (79) debet inclinare in partem magìs piam, nempè excluſivam delicti; maximè ſi aliàs conſtet de bonâ vitâ Religioſi.

69 Tertiadecima dubitatio eſt circà quintum Statutum, datum ſuprà *num.* 29. eſt, quandò nam ſit locus pœnæ contrà deponentem libros, aùt res apud ſæculares?

70 Reſpondeo, quòd eadem, quæ, vel includunt, vel excludunt dolum in eo, qui non relinquit clavem arcæ, ſeù Cellæ, ut ſuperiori dubitatione dictum eſt, quadrant prò reſolutione hujus quæſiti, & eodem modo pronunciandum eſt prò crimine, vel non juxtà diverſitatem indiciorum. Quòd, ſi dicatur in Superiori Statuto committi deciſio criminis arbitrio Provincialis, in hoc verò apponi abſolutè pœnam; undè concludatur, quòd quælibet depoſitio rei apud ſæculares, inſcio Superiore, concludat *proprietatem*. Reſpondeo, negando conſequentiam; Statutum enim ſupponit veram *proprietatem* in ſic deponente, tanquàm eum, qui rem deponit ad cuſtodiam ſæcularis, tanquàm propriam deponentis; deponere enim civiliter, ſeù politicè rem, eſt actus dominii in re. Quòd, ſi deponeret rem mere naturaliter, & abſque ullo actu, inducente ſuſpitionem *proprietatis*, non eſſet locus Statuto.

71 Quartadecima dubitatio eſt circà octavuum Statutum, datum ſuprà *num.* 32., & eſt, àn omnibus contrahentibus debita eadem pœna adhibenda ſit?

72 Reſpondeo, quòd in hoc caſu Reus vel eſt Superior, vel Subditus, & juxtà ſtatus diverſitatem ſunt regulandæ pœnæ. Priùs autem dicendum eſt, in quo conſiſtat crimen, quod incurritur, faciendo debita. Sciendum ergò, quod *debitum* dicitur id, ad quod dandum, ſeù præſtandum, & naturali, & civili obligatione quis tenetur, quod & ab invito exigi poteſt, pròut ex jure (80) deducitur. Cùm autem *Frater Minor* nequeat ſe civiliter obligare, tùm quià non habet velle, nèc nolle; tùm quià incapax *proprietatis*, tùm rei, tùm uſus illius; hinc eſt, quòd, ſi ex emptione, aùt alio contractu, in quo rei dominium transferatur, ſe civiliter obligat, & ſic debitum contrahit, ipſe peccat crimine *proprietatis*. Miniſtris quidèm Provincialibus, ac Cuſtodibus, ſeù Guardianis, ex Regulâ (81) committitur prò indigentiis fratrum præſentibus, aùt imminentibus, recurrere ad amicos ſpirituales, (quandò, nempè res in propriâ ſpecie mendicando haberi nequit) qui pecuniâ numeratâ emant ea, quibus fratres indigent. Talis recurſus, etiam de Superioris obtentâ licentiâ, prò neceſſitate propriâ poteſt à quolibet Fratre haberi. Ut, e. g. ſi Frater libro eget, quem mendicando in ſpe-



(78) *l. p. §. Furioſus. de Acquir. poſſeſſ. l. Poſſideri §. Et apiſcimur eo ſi.*

(79) *Sanctor. de Pan. cap. 7. Quæſt. 4. Caſu 10. V. Decimus caſus fol. 308.*

(80) *cap. Quod debetur. 14. q. 1. l. Debitor. ff. de Verb. ſignif.*

(81) *Regul. Minor. cap. 4.*

in ſpecie propriâ obtinere non poteſt, de Superioris licentiâ adit amicum ſpiritualem, & ab eo petit, ut prò amore Dei ſatiſfaciat Bibliopolæ prò pretio libri, quem ab illo habuit. Dùm igitur frater, ſivè Superior ſit, ſivè Subditus, rem, quæcunque illa ſit, ſibi neceſſariam obtinet à Mercatore, & paciſcitur de tanto pretio, perſolvendo prò illâ, non celebrat verum contractum emptionis; nàm in emptione transfertur à vendente in ementem dominium rei emptæ; Frater autem ex ſuâ profeſſione incapax eſt dominii. Sequitur igitur, quòd tali caſu dominium rei datæ Fratri remanet penès Mercatorem, donec pretium ſibi ſolutum fuerit; & ſoluto pretio, dominium rei tranſit ad *Sedem Apoſtolicam*, dominam proprietariam rerum mobilium, ac immobilium, quarum uſus Fratribus eſt permiſſus, ſequitur etiam, quòd Frater non poteſt paciſci de pretio rei, quam obtinet à Mercatore, neque ſe civiliter obligare; ſed proùt habet *Decretalis Nicolai III.* (82) debent Fratres *citrà cujuslibet obligationis vinculum dicere, quòd per eleemoſynas, & alios amicos Fratrum, ad ſolutionem hujuſmodi faciendam, intendant fideliter adlaborare*. Si igitur Frater, aliquid emendo à Mercatore, ſe illi civiliter obligat, tùnc debitum contrahit, & proprietatis fit Reus.

73 His præmiſſis, dico, quòd de Superioribus localibus, facientibus, ſeù (quòd melius dictum eſt) ſubeuntibus debita, habetur Statutum, (83) quo ipſis prohibetur, *nè gravioribus debitis Conventus onerent, niſi cum licentiâ Provincialis, & Diſcretorum conſenſu, ſub privatione officiorum, & inhabilitate in poſterum*. Graviora porrò debita cenſentur, ut optimè dicit *Sanctorus*, (84) ea, quibus ſolvendis, vires Conventus ſint impares, niſi cum magnâ difficultate, querimoniis creditorum, diminutione victus, ac aliorum neceſſariorum Religioſis &c.; Judicis autem prudentis, & charitativi arbitrio committitur determinare, àn debita *graviora ſint*, ut locus ſit pœnæ. Circà hoc tamen, peculiariter advertere debet Judex, àn Superior localis bonam rationem reddat de contractis debitis; quòd, ſi congruam reddat, ſi ſumptus prò rebus neceſſariis victus, veſtitus, medicinalium ſuæ familiæ, aùt prò inevitabili reparatione fabricæ, inclinantis ad ruinam, fuerint; aùt ſi debita ſubierit ſub ſpe probabili eleemoſynæ, ſibi promiſſæ, in eâ quantitate, quæ ſufficiebat ad ſatisfaciendum iis, quâ à ſæculari promittente fraudatus fuit; tali caſu cenſeo, non eſſe locum pœnæ Statutariæ punienti in Superiore, aùt infidelitatem, in diſpenſandis eleemoſynis; aùt imprudentiam, in iis diſperdendis in res non neceſſarias; aùt commeſſationes; compotationes &c., ob quæ, debita contracta fuere; & ideò præſcribit Statutum licentiam Provincialis, & Diſcretorum, nempè, ut per hos examinetur, àn adſit neceſſitas debita contrahendi. Quòd, ſi, contractis debitis, conſtet de verâ neceſſitate, quæ adfuit, & ſola deficiat licentia Provincialis, non erit locus pœnæ Statuti, quià in caſu deficeret vera ratio, ob quam illa infligitur, ſed alteri mitiori, ob non ſervatam formam Statuti in licentiâ petendâ.

74 Si autem contrahens debita ſit Subditus, habetur aliud Statutum ità ſonans (85): *Qui notabili infamiâ laboraverit ob debita, de quibus apud Prælatos convictus fuerit, ad omnia Ordinis Officia, & ultrà pœnas ſibi ob delicta, perpetuò inhabilis exiſtat*. Circà hoc Statutum dubitare non leviter contingit, tùm de ipſius ſubſiſtentiâ; tùm de pœnæ rationabilitate. *Sanctorus* (86) autumat, hoc eſſe mutuatum à *Neapolitanis cap. 17. Salmanticenſibus cap. 6. & Valliſoletanis Tit. de Debitis non contrahendis*; quæ omnia loquuntur de debitis, quibus à Superioribus localibus Conventus gravantur, quibus infligitur pœna privationis omnium Officiorum, & inhabilitatis ad ea. Collectorem autem Statutorum de ſuo cerebro hoc Statutum, tangens Subditos fabricatum fuiſſe conſtat; nàm in omnibus Statutis Capitulorum, ac Congregationum Generalium, pòſt *Valliſoletana* 1594, talis diſpoſitio de Subditis contrahentibus debita non reperitur. Convincitur proindè, hoc fuiſſe conflatum à Collectore. Pariter inhabilitas *ad omnia Officia Ordinis*, hìc ſancita, nimis exorbitans pœna eſt prò crimine, quod de toto rigore non excedit delictum *proprietatis*; imò quod etiam, abſque verâ *proprietate*, poteſt committi. Tamen, quià inter Ordinis Statuta inſertum eſt, & à Religione receptum; ipſum taliter interpretabimur, ut rationabile evadat, aliter nec recipiendum, nec ſervandum eſſet.

75 Dico igitur, quòd *notabilis infamia*, quâ debet laborare taliter puniendus, aùt hæc ſit apud Fratres tantùm, aùt etiam apud ſæculares, aùt ob multa debita cum multis contracta, aùt cum uno ſolo creditore inita, ex quibus malè apud ſæculares audiunt cæteri fratres, & tota conſequenter Religio, ut optimè, citato loco, *Sanctorus*, talis, dico, *infamia*, ut punibilis evadat, non concernit ſimpliciter, & univerſaliter omnia debita, quoquomodò contracta; ſed requirit, tùm conſuetudinem in hoc delinquendi; tùm materiam, ob quam debita ſunt contracta. Ratio eſt, quià Statutum dicit, *notabili infamiâ laboraverit*, porrò *infamia notabilis*, non ſolùm dicitur ea, quæ publica eſt, ſed ea, quæ ex delicto eſt; non omnis enim infamia in jure civili, talis eſt in jure canonico, ut aliàs (87) diximus, ſi quidèm vidua, nubens intrà annum luctus, infamis in jure civili eſt, non ſic in canonico. *Notabilis* igitur *infamia* in hoc Statuto accipienda eſt ea, quæ eſt ex causâ peccaminoſâ; & quantùmvis decoctores, qui Italicè vocantur *falliti*, in jure (88) civili cenſeantur infames, (ità ut licèt *Decuriones* ob dignitatem torqueri non poſſint (89), tamen, ſi *Decoctores* pecuniæ publicæ ſint, ictibus plumbatarum torqueri poſſunt non ſolùm à Præfecto Prætorio, ſed etiam à quolibet Judice Ordinario, ut habet textus cujuſdam legis (90) Codicis) tamen in jure canonico tales non ſunt, niſi decoxerint ob turpam cauſam; proùt etiam ſimiliter cenſendum eſt de iis, qui ære alieno gravati, ut carcerem affugiant, ad ceſſionem bonorum admittuntur, maximè, ſi fiat in formâ pudendâ.

76 Et

(82) *cap. Exiit. §. Cæterùm cum in eadem. ℣. Articulum iſtum de Verb. ſignif. lib. 6.*
(83) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 1. num. 14.*
(84) *Sanct. de Pœn. cap. 7. Quæſt. 4. Caſu 4 Difficult. 3. ℣. Dico id fol. 297.*
(85) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 5. num. 69.*
(86) *Sanct. loc. cit. ℣. Dico id coniici fol. 299.*
(87) *Par. p. Tit. Tortura n. 35.*
(88) *l. Quilibet. C. de Decurio. lib. 10.*
(89) *l. omnes Judice. C. de Decurio. lib. 10.*
(90) *l. 40. C. de Decurio. lib. 10.*

Digitized by Google

76 Et revera, infamia illa, quæ de jure, etiam Cæſareo *decoctores*, & eos, qui bonis ceſſerunt, afficit, fundatur in culpâ theologicâ; nàm, ut obſervat ex *Budæo Calvinus*, (91) *decoctores* dicti ſunt id genus hominum, qui luxu, & popinatione res ſuas, ac aliorum, ſibi creditas conſumpſerunt; & qui bonis cedunt, in fraudem Creditorum plerumque hoc faciunt, luxus enim, & fraus peccata ſunt. Sequitur igitur ex dictis, quòd *infamia*, quæ reſultat ex debitorum contrectione, ad hoc, quòd *notabilis* ſit, oportet, quòd debita ſint contracta, ob turpem cauſam, puta, ob luxum, crapulam, popinam &c. Ideò, ſi quis Religioſus debitis oneratus eſt, ob ſibi neceſſaria, de quibus, juxtà Regulam, & Statuta, à Superiore proviſus non eſt, & licentiam habuerit à Superiore, ea ſibi aliquomodò comparandi, nullo modo eſt punibilis, tùm quià non laborat *infamiâ notabili*, quià non ex turpi causâ debita contraxit; tùm quià ad debita contrahenda habuit licentiam Superioris; ſtatutum autem, de quo loquimur, ſupponit prò delicto non obtentam licentiam Superioris.

77 Pariter, ad *notabilem infamiam* comparandam, non ſufficit parvitas materiæ, aùt unus, vel alter actus; ſed debet eſſe actuum frequentia, quæ conſtituat Religioſum, quaſi conſuetum, debita contrahere; ità ut parvitas materiæ debitorum, licèt diſtributivè conſiderata, parva ſit, tamen collectivè ſumpta, magna evadat. Ratio eſt, quià privatio, ac inhabilitas omnium Officiorum Ordinis, gravis pœna eſt, quæ proindè gravem culpam ſupponit. Non eſſet autem gravis culpa, quòd Religioſus unum, aùt duo debita, levis quidèm materiæ ex ſe, vt potè non excedêtis duos aureos, ſed tamen à ſe non ſolvi poſſibilia, contraheret, licèt creditor vir linguoſus, per totam viciniam conqueſtus fuiſſet de debitis, & de Fratre, ac Religione oblocutus, & ideò gravatus in famâ ille remaneret; nàm illa *infamia* non poſſit dici in jure *notabilis*, tùm ratione parvitatis materiæ, tùm ob actuum infrequentiam, ob quam non poſſet rationabiliter ille dici conſuetus debita contrahere; & ex conſequenti, *notabili infamiâ* laborare.

78 Adverto inſuper ad idem Statutum, quòd pœna privationis, & inhabilitatis ad omnia Officia Ordinis, irrationabilis eſt, ſi accipiantur ea omnia, quæ veniunt nomine Officiorũ Ordinis, puta, non ſolùm Prælaturæ, ſed etiam munera Confeſſionis, Lecturæ, Prædicationis, Paternitatis, & Viſitationis, ut habent *Vallisoletana*. (92) Nàm in eodem Statuto habetur, quòd contrahens debita, dùm ſolvendo non eſt, tali pœnâ privationis, & inhabilitatis ad omnia Officia Ordinis, *ultrà pœnas ſibi ob delicta inflictas*, puniatur. Quòd idem eſt dicere, quòd, ſi contraxit debita, ob numeratam pecuniam, mutuò acceptam; aùt ob emptionem jocalium, quæ proſtitutæ donavit &c. debet de proprietate, denariorum contrectatione; illicitâ donatione; ac fornicatione puniri; & prò mantiſsâ addi privatio, & inhabilitas ad omnia officia Ordinis, quod irrationabile prorsùs eſt. Undè ad evadendam hanc irrationabilitatem in Statuto, debent intelligi Officia Ordinis, quæ ſunt conjuncta cum dignitate, ut Prælaturæ, Provinciales, aùt locales, Diffinitoriatus &c. Hoc autem ſuadetur, non ſolùm ob allatam rationem, ſed etiam, quià in Statuto Valliſoletano, à quo juxtà *Sanctorum*, vt ſuprà diximus, mutuatum eſt Statutum hoc, habetur ſic, *Sub pœnis privationis Officii, & inhabilitatis perpetuæ ad omnia Ordinis Officia, dignitateſque in poſterum obtinenda*. (93) Patet autem, quòd ly *Officia, dignitateſque* debet exponi ſic, puta, *Officia, quæ ſunt dignitates*, nàm, cùm Dignitates veniant in Statutis nomine Officiorum, ſi ſumerentur *Officia*, & *Dignitates*, tanquàm duo diſtincta, ly *Dignitates*, ſuperfluè repeterentur; & cùm, ex vulgatis juribus in lege, aùt Statuto, nihil ſuperflui admittendum ſit, oportet dicere, quòd collectivè ſumantur *Officia*, & *Dignitates*, puta, illa Officia, quæ Dignitates ſunt.

79 Quintadecima dubitatio eſt circà ſupradictum octavum Statutum, & eſt, quomodò poſſit quis libros, aùt res alias, ſibi ad uſum conceſſas pignori ſupponere, impetratâ facultate Superioris ſcripto?

80 Reſpondeo, quòd, cum *proprietas* opponatur voto ſolemni paupertatis; & conſtans, ac communis Theologorum ſententia ſit, quòd non poteſt Prælatus diſpenſare in votis eſſentialibus, puta, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, non poteſt Superior dare licentiam Religioſo, ut aliquam rem, ſivè communem Monaſterii, aùt ſuo uſui privato conceſſam, poſſet pignori ſupponere. Ratio eſt, quià ille ſolus poteſt rem oppignorare, in quo cadere poteſt civilis obligatio aliquid dandi alteri, ut dicitur in jure, (94) & prò ſecuritate illud ſolvendi, altera res majoris pretii pignori ſupponitur: dùm autem, ut ſuprà dictum fuit, in Religioſo, ſinè violatione voti paupertatis, cadere non poteſt civilis obligatio, liquet, quòd neque Superior licentiam concedere poſſit Religioſo rem oppignorandi.

81 Quià verò in Statuto hoc videtur concedi, quòd Superior talem licentiam dare poſſit, cùm ei ſoli decernatur pœna, qui rem oppignorat abſquè licentiâ, dicendum eſt, quomodò ſit Statutum intelligendum, ut abſurdum non ſequatur. Dico igitur, quòd in eo continentur duo caſus; primus eſt de contrahente debita; alius verò de rem ſuo uſui conceſſam oppignorante. In primo caſu, delictum intervenit, ſi deſit licentia ſcripta Superioris; in ſecundo caſu, ſemper intervenit delictum, nec talis licentia ſuffragatur; illa igitur clauſula, *non impetratâ priùs Superioris ſcriptâ facultate*, refertur ad primum caſum, quandòquidèm, cum licentiâ Superioris, debita (naturali tamen, non civili obligatione) contrahi poſſunt. Proindè, me judice, oporteret ſecundum caſum intercipere per parentheſim, hoc modo; *Simili quòque pœnâ puniatur, qui prò ſe, vel prò alio debita contraxerit (& ſimiliter, qui libros, aùt res alias, ſibi ad uſum conceſſas pignori ſuppoſuerit) non impetratâ priùs Superioris ſcriptâ facultate*, ut clauſula illa evidenter ad primum caſum ſolummodò refereretur.

82 Poteſt etiam alio modo Statutum interpretari, dicendo, quòd ex ſententiâ *Marcelli I. C.* in lege ſupracitatâ de Pignoribus, & hypothecis, res poteſt dari pignori, non ſolùm *in civili, ſed etiam in honorariâ, & naturali obligatione*. Sicut igitur Superior concedere poteſt Subdito facultatem contrahendi debita, in quibus tamen ſola naturalis obligatio interveniat; ità prò tàlibus debitis poteſt dare licentiam, ut res prò tali obligatione detur pignori. Eligat lector, quam malverit interpretationem.

P 2     83 Sex-

(91) *Calvin. lexic. V. Decoctores. & V. Bonis cedere*
(92) *Stat. Valliſolet. cap. 7. Tit. de Pœn. privat. Offic. Ordin.*
(93) *Stat. Valliſolet. cap. 6. Tit. De debit. non contrahen.*
(94) *l. Res hypothecæ. ff. de Pignor. & hypoth.*

Digitized by Google

83 Sextadecima dubitatio eſt circà novum Statutum, datum ſuprà *num.* 33. & eſt, An Statutum intelligendum ſit de quâvis commutatione panni, ad proprium indumentum aſſignati; àn verò de illâ tantùm, quæ fieret extrà Ordinem?

84 Reſpondeo, quòd, ſi Religioſus commutans pannum pro telâ, ſivè aliâ re, ſibi magìs neceſſariâ, quàm pannus, init, aùt inire intendit contractum commutationis cum obligatione civili hinc indè, nempè intelligendo, quòd panni dominium, tanquàm ſuum, vult transferre in alium, cum quò init contractum commutationis; & ipſe vice versâ vult acquirere dominium telæ, ſemper eſt proprietarius, ſivè commutatio fiat intrà, ſivè extrà Ordinem. Et ratio evidens eſt, quià animum proprietarium habet in re, quam, & prò quâ commutat. Si autem nullum dominium in panno ſibi aſſerit, ſed ſolùm vſum facti; & pannum ſibi parùm neceſſarium dat alteri Religioſo, à quo recipit, aùt telam, aùt alias res licitas, ſibi magìs neceſſarias; delinquit quidèm, quià hoc facit ſinè licentiâ Superioris; non tamen eſt proprietarius, nec talium pœnâ pulſandus eſt; in nullo enim deliquit, niſi in concedendâ re, ſuo vſui aſſignatâ alteri fratri abſquè licentiâ. Si verò extrà Ordinem pannum prò aliâ re commutaret; quantùmvis intenderet contractum merè naturalem, nullo modo civiliter obligatorium inire, tamen eſſet puniendus, tanquàm proprietarius in foro fori. Ratio eſt, quià legem habemus, quòd res parùm neceſſariæ fratribus, debent commutari per Syndicum Apoſtolicum; & rem commutare ſonat dominium in illâ re. Quamvis igitur Religioſus dominium in re commutatâ habere non prætendat, & coràm Deo, re verâ proprietarius non ſit; tamen in foro fori ex tali commutatione proprietarius convincitur, & ſic puniendus. Aliæ dubitationes, concernentes Statutum decimum, ac duodecimum, examinabuntur, partìm paragrapho ſequenti, partìm cum de Simoniâ agetur.

## §. II.

## Pecuniæ contrectatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Crimen contrectationis pecuniæ eſt peculiare Fratrum Minorum.*
2 *Pecunia quid ſignificet.*
3 *Res, niſi poſſideatur, nequit dici pecunia.*
Contrectatio *quid importet.*
*Ex aſſiduâ contrectatione rei furatæ non augetur actio furti.*
5 *Contrectatio alia naturalis, alia civilis.*
6 *Textus Regulæ Minorum circà pecuniam recipiendam*
7 *Pecuniæ nomine venit quævis res, pretio æſtimabilis,*
8 *Differentia inter Minores, ac alios Regulares circà poſſeſſionem temporalium.*
9 *Alia differentia circà pecuniam numeratam.*
10 *Probatur contrectationem civilem pecuniæ, etiam ſeclusâ proprietate, Minoribus interdictam.*
*Dictio* nec *quid ſignificet.*
*Dictio* ſeù *quid importet.*
11 *Probatur eadem concluſio ex Clementinâ.*
12 *Probatur iterùm ex eadem Clementinâ.*
*Minores, quarè nequeant eſſe executores teſtamentarii.*
13 *Delictum proprietatis eſt diſtinctum à delicto contrectationis pecuniæ.*
14 *Fratres Minores nequeunt celebrare contractum depoſiti.*
15 *Depoſitum etiam merè naturale pecuniæ, Minoribus interdictum.*
16 *Probatur ex Regulâ, proximè data concluſio.*
Recipere, *&* capere, *quomodò differant inter ſe.*
17 *Clauſula* nullo modo *quid importet.*
18 *Probatur ex Clementinâ, ſuprà data concluſio.*
*Dictio* totaliter *quid ſignificet.*
19 *Frater Minor alienam pecuniam tenere, cuſtodire, portare &c. non poteſt.*

1 PRoprium Minoritici Ordinis delictum eſt *Pecuniæ contrectatio*, cùm enim, ut aiebat Apoſtolus (1) *Peccatum non cognoſcatur, niſi per legem*, nullusque alius Chriſtianus, ſivè laicus, ſivè Eccleſiaſticus, ſivè Clericus ſæcularis, ſivè Regularis ſit, prohibitionem habeat de non *contrectandâ pecuniâ*, niſi profitentes Regulam Minorum in ſuâ puritate, & abſquè diſpenſatione; ſequitur proindè, quòd hoc delictum in ſolis *Fratribus Minoribus Obſervantibus Reformatis, Diſcalceatis, Recollectis, & Capuccinis*, qui vovent obſervantiam Regulæ Minorum abſquè ullo privilegio relaxativo, poſſit reperiri.

2 Ut autem ſciatur, quid nam ſit, & quale, & in quo conſiſtat hoc delictum, ſciendum eſt; primò, *pecuniæ* nomen latiſſimo vocabulo acceptum importare omnes res ſivè mobiles, ſivè immobiles, quæ poſſideantur. *Pecuniæ verbum* (ait *Gianus* (2) libro quadrageſimo nono ad *Sabinum*) *non ſolùm numeratam pecuniam complectitur; verùm omnem omninò pecuniam, hoc eſt, omnia corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt, qui ambigat*, & hoc idem habet *D. Auguſtinus*, (3) apud Calvinum aiens. *Totum quidquid homines habent in terra; omnia, quorum domini ſunt, pecunia vocatur*, & in hac acceptione comprehenduntur non ſolùm corpora, & eorum ſpecies, ſed etiam jura, quæ incorporalia ſunt; ut habet textus. (4) Minùs lato vocabulo pecunia importat id, quod eſt materia mutui, nempè ea mobilia ſola, quæ in numero, pondere, & menſurâ conſiſtunt, ut argumento cujuſdam legis (5) deducitur. Stricto autem nomine importat id, quod eſt inſtrumentum peculiare commercii civilis, & ſpecialiter emptionis, ac venditionis, ut ait *Paulus I. C.* (6) & convertitur, cum *nummo*, & *denario*; ad majorem autem expreſſionem additur hoc affixum *numerata*; & dicendo *pecuniam numeratam*, eam dicimus in ſtrictiſſimâ ſignificatione, ut idem eſt ac *nummus*, ſeù *denarius*, ſeù *moneta*.

3 Ad-

(1)
(2) *l. Pecuniæ. 178. ff. de Verb. ſignif.*
(3) *D. Auguſt. lib. 2. de Doctrin. Chriſt. apud Calvin. lexic. V. Tnia. 1.*
(4) *textus in l. Pecuniæ. 222. de Verb. ſign.*
(5) *l. Mutuum. 2. §. Creditum. ff. de Reb. credit. ſi cert. petat.*
(6) *Paul. in l. p. ff. de Contrahen. emptio.*

3 Advertendum autem, quòd res quævis tùm ſtabilis, tùm mobilis, in ſe conſiderata, non poteſt dici *pecunia*, nèc in primâ, nèc in ſecundâ acceptione vocabuli *pecunia* ſuprà expreſſa; ſed res in tantum evadit *pecunia*, in quantùm eſt in alicujus poſſeſſione; & hoc manifeſtè habet textus cujuſdam legis, (7) quæ ſic cantat: *Rei appellatio latior eſt, quàm pecuniæ, quia etiam ea, quæ extrà computationem patrimonii noſtri ſunt, continet: cùm pecuniæ ſignificatio ad ea referatur, quæ in patrimonio ſunt*. Aliter autem eſt de *pecuniâ numeratâ*, quia etiam independenter à dominio *pecunia* eſt. Undè gemmæ, aurum, & argentum, & æs, non ſignata, apud me depoſita, ſunt quidem *pecunia* deponenti, ſed mihi, qui nèc jus dominii, nèc uſus in iis habeo, *pecunia* non ſunt; quòd tamen non eſt de ſignatâ *pecuniâ*, quæ ſemper *pecunia* cuivis eſt, etiam abſquè illius dominio, & uſu. Et hoc benè advertendum eſt prò explicatione eorum, quæ dicenda ſunt infrà, circà prohibitionem, quam ex Regula habent Fratres Minores recipiendi denarios, vel *pecuniam*.

4 Sciendum ſecundò, quòd *contrectare*, etiam grammaticaliter loquendo, non importat purum tactum rei, quandòquidem res poteſt per inſtans, ſeù breviſſimo tempore, ſivè momento tangi, & hoc etiamſi res loco non moveatur; *contrectare* autem importat tactum rei per aliquod tempus continuatum; quòdque res moveatur, & de manu ad manum tranſeat, ſi res de facili mobilis ſit; ſin minùs, aùt replicato unius, aùt alterno manuum tactu exerceatur. Hoc pariter in jure verificatur, nàm *contrectatio* alienæ rei fraudoloſa furtum dicitur; (8) & ex aſſiduâ *contrectatione* rei furatæ non augetur actio furti, (9) & ſi res aliena *contrectetur* animo furandi, non tamen Dominus illius deſinit eſſe poſſeſſor, nèc ex conſequenti furtum factum eſt, niſi cum *contrectatione* jungatur dimotio rei de loco ad locum, ut ait quædam lex. (10)

5 Sciendum inſuper, quòd duplex poteſt eſſe alicuius rei *contrectatio*, una quidèm merè naturalis, alia autem civilis; naturalis quidèm, quandò ſimplici tactu phyſico *contrectatur* res, tanquàm res purè phyſica: civilis autem, quandò eandem rem in actione civili tracto, tanquàm illius actionis inſtrumentum. Exempli gratiâ, ſi nummum aureum, ſivè argenteum præ manibus habeo, & illum nùnc ex unâ, nunc ex alterâ parte vertendo, ut imaginem, ac literas inibì impreſſas; ſivè, ut metalli ligam, obſervem, ſivè ob aliam cauſam naturalem *contrecto*, talis contrectatio purè phyſica eſt; nàm illum nummum, tanquàm metallum ſubſtantialiter; aùt qualiter figuratum, examino actu merè immanenti, & ad ſolam cognitionem ordinato. Si autem nummum tracto in emptione, permutatione, donatione, mutuo, pignore, depoſito, ſolutione, compenſatione, ſivè alio contractu civili, in quo pecunia ſignata intervenit, tanquàm ipſius inſtrumentum, talis *contrectatio* erit civilis.

6 Porrò Regula Fratrum Minorum, circà receptionem denariorum, ſic habet. (11) *Præcipio firmiter Fratribus univerſis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam*; & in finem ejuſdem capituli; *Eo ſemper ſalvo, ut* (*ſicùt dictum eſt*) *denarios, vel pecuniam non recipiant*. In alio pariter capitulo, (12) ſic dicit. *De mercede verò laboris prò ſe, & ſuis Fratribus, corporis neceſſaria recipiant, præter denarios, vel pecuniam*. Et circà citatos Regulæ textus non parva inter Expoſitores eſt controverſia, àn nomine *pecuniæ*, hìc veniat tantummodò *pecunia ſignata*, ſeù denarii; àn verò veniat quæcunque res, pretio æſtimabilis, & quilibet prò ſuâ ſententiâ habet rationes fundatas, quas conſultò omitto, & qui vult eas videre adeat *Sanctorum* (13).

7 Circà hoc dico, quòd quidquid ſit de *Clementinâ* (14), in quâ *Papam* evidenter, nomine *pecuniæ* denarios accipere conſtat, ſicùt etiam aliquandò *Nicolaum III.* in ſuâ Decretali (15). Dico, quòd in Regula, nomine *pecuniæ* venit res quæcunque, pretio æſtimabilis, quæ *pecunia* ſit. *Pecunia* autem non eſt, niſi appropriétur, ut probavimus ſuprà *num.* 3. prohibitio igitur facta Fratribus Minoribus in Regulà, dicendo, quòd *pecuniam non recipiant*, eſt, quòd rem, pretio æſtimabilem, tanquàm propriam, nèc in communi, nèc in particulari recipiant. Et in hoc Frater Minor nihil habet particulare ſuprà cæteros Religioſos; quandòquidèm nullius Ordinis, ſivè Monachalis, ſivè Mendicantis Religioſus, nèc in communi, nèc in particulari poteſt rem aliquam, pretio æſtimabilem, tanquàm propriam recipere, neque tenere; ut probavimus ſuprà. (16) Proindè multas res, pretio æſtimabiles, ſivè gratis datas; ſivè ex devotione oblatas; ſivè tanquàm pretium laboris, fratres recipiunt, ut illis utantur, ut ſunt libri, aliaque Conventus utenſilia, ſivè fundi prò viridario, aùt ſylvâ, & hæ pecunia non ſunt, quià eorum dominium non acquirunt (cùm, ut declaravit *Nicolaus III* (17), ſint de proprietate *Sedis Apoſtolicæ*) & ſic recipiendo non peccant. Si autem eas recipiant, non ut iis in propriâ ſpecie utantur, ſed earum dominium acquirere intendant, eas recipiendo, & de eis diſponant, vendendo, donando, permutando, locando, aùt alium quemlibet contractum civilem celebrando, tales res evadunt *pecunia* prohibita recipi, & mortaliter peccant, eam recipiendo.

8 Illud, quod peculiare eſt in Minoribus, circà *pecuniam*, ſic intellectam, eſt, quòd cæteri Ordines poſſunt in communi habere dominium miniſteriale *pecuniæ* ſuæ, & ex ipſius reditibus ſuſtentari, nèc cogi ad propriam ſuſtentationem, ſibi dietìm comparandam; quod tamen non eſt in Fratre Minore, qui nèc in communi *pecuniam* tali pacto poteſt habere, nanciſcendo ſibi dominium miniſteriale rerum, pretio æſtimabilium, nèc in temporaneo actu, nèc in perpetuo, ut potè ex earum reditu ſibi ſuſtentationem neceſſariam aſſecuret; ſed tanquàm omninò pauper debet aùt ex labore proprio, aùt ex eleemoſynis, aùt per recurſum ad amicos ſpirituales, ſibi victum providere dietìm.

9 Similiter quò ad denarios, nummos, monetam, ſeù *numeratam pecuniam*, ſi conſideretur eorum proprietas, omnes Religioſi æquales ſunt, nullus enim eorum poteſt *pecuniæ* dominium habere. (18) Sed prò Fratribus Minoribus peculiare eſt, quòd cæteri Religioſi de ſuorum

Supe-

(7) *l. Rei appellatione. 5. ff. de Verb. ſignif.*
(8) *l. p. §. final. ff. de Furt.*
(9) *l. Ei qui. ff. de Fur.*
(10) *l. Poſſideri. §. Si rem apud te. ff. de Acquir. poſſ.*
(11) *Regul. Minor. cap. 4.*
(12) *Regul. Minor. cap. 5.*
(13) *Sanctor. Comment. in Stat. cap. 4. Stat. 2. init.*
(14) *Clement. Exivi. de Verb. ſignif. §. Porrò, & §. Quia igitur.*
(15) *cap. Exiit. §. Cæterùm. de Verb. ſignif. in 6.*
(16) *Tit. eo. §. Proprietas. num. 20.*
(17) *cap. Exiit. §. Ad hæc. de Verb. ſignif. in 6.*
(18) *c. Monachi. c. Super. c. Cum ad Monaſterium. de Stat. Monach.*

Digitized by Google

Superiorum licentia habent uſum denariorum, quo poſſunt ipſi, tùm per ſe, tùm per alios, ſibi neceſſaria providere, Frater autem Minor ſibi interdictum habet uſum denariorum, ſivè per ſe, ſivè per interpoſitam perſonam ſivè prò neceſſitate ſuâ, ſivè prò neceſſitate aliorum; & quamvis ſibi interdicta non ſit *contrectatio* naturalis, ſeu phyſica denariorum, (ſcandalo ceſſante) prohibita tamen ſibi eſt *contrectatio civilis* eorundem, etiam ſecluſo ſcandalo, ablegatâ proprietate, & etiam ſimplici illorum uſu, prò ſe non interveniente,

10 Quòd verò in hoc ſenſu debeat *pecuniæ contrectatio* prohibita intelligi, probatur, primò ex Decretali Nicolai, in quâ (19) ſic habetur. *In pecuniâ Fratres nihil juris habeant, nec adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem*; & paulò infrà. *Ità tamen, quòd ab omni ejuſdem pecuniæ adminiſtratione, ſeu diſpenſatione Fratres omninò abſtineant*; in quibus verbis, denariorum *adminiſtratio*, ſeu *diſpenſatio*, ut quid contradiſtinctum à *jure*, quod primò inibi enunciatur, imò ut quid eidem contrarium, non aliud importat, quàm *contrectationem civilem*, ſiquidem ibi agitur de ſolutione pretii rerum emptarum prò Fratrum neceſſitatibus. Et notandum, quòd *Papa* ibi dicit, quòd fratres in *pecuniâ* datâ ab amico ſpirituali, prò emendâ re, illis neceſſariâ, *nihil juris, nec adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem habeant*. Porrò dictio *nec* eſt implicativa caſus contrarii, ac ideò diſtincti ad expreſſum, ut ex jure (20) deducitur, & dictio ſeu ponitur declarativè, & expoſitivè, præcipuè quandò ſtat inter diverſa, idem importantia, ſeu parùm diſtantia. (21) Dùm ergò dicitur, quòd Fratres nequeunt in *pecuniâ* habere *jus*, nèc *adminiſtrationem*, intelligenda eſt *adminiſtratio* pura, tanquàm contrà diſtincta à *jure*. Et dũ ſubiungit *adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem*, importat pariter *diſpenſationem*, ut à *jure* diſtinctam. Senſus igitur Decretalis eſt, quòd Fratres in *pecuniâ nil juris* habere poſſunt; pariter, neque ejuſdem *pecuniæ* (licèt ſit *juris* alteterius Domini) *adminiſtrationem, ſivè diſtributionem*, puta, *pecuniam* nomine alterius exburſando, numerando, ponderando, cambiendo, donando, diſtribuendo, exhibendo, aùt quovis alio modo imaginabili, in quo *pecunia* intervenit, ut inſtrumentum contractus civilis *contrectando*.

11 Probatur ſecundò per textum *Clementinæ*, (22) quæ ſic habet; *Sanctus* (Franciſcus) *volens, Fratres ſuos ſuper omnia à denariis, ſeu pecuniâ eſſe totaliter alienos, &c.* ubi *Gloſſa*, explicans ſenſum hujus affixi *totaliter*, ait, pecuniam *Fratres ipſi non recipiant*, ipſius nempè dominium ſibi aſſerendo, *nec adminiſtrent*, puta, alienam pecuniam, nomine ſivè proprio, ſivè alterius *civiliter contrectando*.

12 Probatur tertiò clariùs ex eâdem *Clementinâ* (23), ubi declarans inter, dictum eſſe Fratribus eſſe executores teſtamentarios, ſivè ultimarum voluntatum, ait, *Cùm dicti Ordinis Fratres, non ſolùm à receptione, proprietate, dominio, ſivè uſu ipſius pecuniæ; verùm etiam à contrectatione quâlibet ipſius, & ab eâ ſint penitùs alieni ::: debent ſcire ſibi interdictum, quòd hujuſmodi executionibus, & diſpoſitionibus ſe exponant*; & reddens cauſam ſui dicti, ſubdit; *cùm hæc ſæpiùs abſquè litigio, & contrectatione, & adminiſtratione pecuniæ nequeant expediri*. In diſtributione autem *pecuniæ*, quæ fit per Executores teſtamentarios, clarum eſt, quòd ipſi nec jus, nèc dominium habent *pecuniæ*, quam diſtribuunt, tamen quià in tali diſtributione, intervenit *pecuniæ contrectatio civilis*, nempè ſolvendo debita; ſatisfaciendo operariis; donando pauperibus &c. Fratres Minores, quià nequeunt *civiliter contrectare pecuniam*, nequeunt pariter eſſe Executores teſtamentarii. Et quamvis poſſent in tali munere *contrectare pecuniam civiliter* manu alienâ, ſcilicet diſtribuendo, donando, ſolvendo, &c. pecuniam per manus alterius miniſtri laici; tamen quià talis *contrectatio civilis pecuniæ* (licèt phyſicè exerceretur à laico), moraliter tamen exerceretur à Fratribus, qui *contrectarent* per interpoſitam perſonam, ideò etiam ſic ipſis prohibitum eſt exercitium Executoris teſtamentarii. Et ex eodem principio nequit frater Minor eſſe Eleemoſynarius Principis; aùt ex crumenâ alterius, etiam ad ejus mandatum, ſeù preces, pecuniam extrahere, & numerare, & eâ mercedem operario dare; aùt debitum illius ſolvere; ſivè eam cambire, & ſimiles contractus civiles, quamvis purè miniſterialiter celebrare, quià in eis intervenit *pecuniæ* civilis *contrectatio*.

13 His præmiſſis apparet delictum *contrectationis pecuniæ* eſſe totaliter diſtinctum à delicto proprietatis; & Fratrem Minorem ſi *pecuniam* non numeratam, aùt numeratam, ejus dominium ſibi aſſerendo, acceptet per ſe, vel interpoſitam perſonam, eſſe verè, & realiter proprietarium. Si verò numeratam *pecuniam civiliter contrectet*, juxtà ſenſum ſuprà expreſſum, ejuſdem dominium etiam à ſe ablegando; quamvis proprietarius verè non ſit, eſt tamen talis fictè; proindè juxtà Statuta, quæ infrà dabimus pęnis verè proprietariorum punitur; & hoc ob delictum *contrectationis pecuniæ*, quæ in Regula prohibetur juxtà Apoſtolicas declarationes, ad quas adamuſſim ſervandas *Fratres Minores*, tum *Regularis* tum *Strictioris Obſervantiæ* obligantur.

14 Quid autem de tenente, & conſervante apud ſe denarios, quamvis eos minimè civiliter contrectet, nèc eorum habeat proprietatem? Reſpondeo, quòd quò ad conſervandam, aùt cuſtodiendam *pecuniam*, nequit cum Fratre Minore celebrari contractus depoſiti; cùm enim iſte incapax ſit obligationis civilis contrahendi, & in depoſitario ſit obligatio reſtituendi depoſitum, ultrà ejuſdem fidelem cuſtodiam, ſequitur quòd non poſſit fieri contractus depoſiti. Difficultas eſt de depoſito naturali per tempus breve, aùt longum; an ſcilicet delinquat Frater recipiendo alienam *pecuniam*, merè naturaliter cuſtodiendam, transferendam, conſignandam, aùt alio modo naturali habendam, abſque ullâ *contrectatione*.

15 Ad hoc dico, quòd ſpectato textu Regulæ, & declarationibus Pontificiis *Nicolai*, & *Clementis*, videtur primâ facie talem naturalem receptionem denariorum ad cuſtodiendum &c. non eſſe prohibitum; ſed illam prohiberi tantummodò ex diſpoſitione Statutorum, quæ dabimus infrà; ſed benè, & medullitùs perpensâ materiâ, aliud eſt dicendum, nam, ut ſuprà dictum eſt, receptio, & *contrectatio pecuniæ* eſt delictum totaliter ſeparatum à proprietate; quandòquidem hoc militat contrà votum eſſentiale paupertatis, illud autem contrà præceptum Regulæ de non recipiendis denariis; & quamvis prohibita videatur ſola *contrectatio civilis eorundem*, ut ſuprà probatum eſt, non verò pura *contrectatio* naturalis, ſeu phyſica; tamen dicendum eſt, quòd per Regu-

[19] *cap. Exiit. §. Cæterùm. ℣. Si tamen. ipſe. de Verb. ſign. in 6.*
(20) *l. Milites ità. §. Mulier. ff. de Milit. teſtam. l. Sacra loca. §. penult. de Rer. diviſ. l. Nec ejus. C. de Emanc. liber. Barboſ. Dict. 268. n. 2.*
(21) *cap. licet in princip. de Elect. cap. Bonæ. 1. & ibi Gloſſ. 1. de Poſtul. Prælat. Barboſ. dictio. 363. num. 7.*
(22) *Clement. Exivi. §. Porrò cum dictus. & ibid. Gloſſ. in V. Modi*,
(23) *Clement. Exivi. §. Proindè ℣. Verum etiam*,

Digitized by Google

Regulam, & Pontificias Decretales interdicta etiam eſt receptio denariorum merè naturalis.

16 Hoc autem demonſtratur primò ex textu Regulæ, dicentis (24) *Præcipio firmiter Fratribus univerſis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant*. Ubi perpendenda ſunt illa duo verba *nullo modo recipiant*. Porrò *recipere*, ſivè *accipere*, (quod idem eſt) dicitur, quando quis *accipit*, ſeu recipit rem, quam tanquàm ſuam non habet, ſed aut dandam, aut alteri dandam; cùm verò quis rem *accipit*, ſeu *recipit*, ut eam tanquam ſuam habeat, dicitur eam *capere*, ut textualiter dicitur in jure (25). Dum igitur Regula *firmiter præcipit* Fratribus, ut pecuniam non *recipiant*, tali verbo declarat ſibi interdictam etiam eam *pecuniam*, quam alteri reddendam *recipiunt*, nec aliquam proprietatem in eâ habent; præceptum enim de non habendo rem propriam, non ſolùm includitur in voto eſſentiali paupertatis, ſed etiam in Regula (26) habetur ſeparatum à præcepto de non recipiendâ *pecunia*.

17 Pariter obſervanda eſt illa clauſula *nullo modo*, quæ otioſè in Regula non ponitur. Porrò talis clauſula excludit omnem modum, qui aliàs eſſet permiſſus, ut ait *Seraphinus* (27) & vim habet præciſæ prohibitionis, prout dictio *nullatenus*, ut ex *Cephalo* ait *Barboſa*, (28) ambos referens, & idem eſt, ac ſi diceretur, *nullo tempore*, *nulla ratione*, ut ex jure (29) deducit *Albericus*. Senſus ergo eſt, quòd Fratres ſub quovis modo, formâ, tempore, ac ratione imaginabili, (quamvis aliter eſſent licita, ac permiſſa) denarios recipiant.

18 Et hoc idem aſtruitur ex *Clementina* ſupracitatâ, in quâ (30) dicitur, *Sanctus* (Franciſcus) *volens Fratres ſuos ſuper omnia à denariis, ſeu pecunia eſſe totaliter alienos &c.* Ubi ponderanda eſt illa dictio *totaliter*, quæ univerſalis eſt, (31) comprehendens collectivè, ac diſtributivè omnes, ac quoſcumque modos excogitabiles, juxtà quos poſſunt Fratres *pecuniam* recipere, ac eos omnes excludens. Et quamvis *Gloſſa* ejuſdem Clementinæ, quam dedimus ſuprà *num.* 11. per talem dictionem *totaliter* intelligat ablegatam à Fratribus proprietatem, & adminiſtrationem *pecuniæ*; tamen intelligendum non eſt, quòd *Gloſſa* prædicta ibi loquatur taxativè, reſtrictivè, reſtringendo prohibitionem habendi *pecuniam* ad illos duos modos; ſed loquitur exemplariter; attentò maximè, quòd dictio illa *totaliter* poſita in Decretali, eſt ad declarationem ſenſus Regulæ, in quâ cùm ponatur clauſula ſupradicta *nullo modo*, importans negativè omnem modum imaginabilem habendi *pecuniam*, ut dictum eſt, conſequens eſt, quòd talis dictio *totaliter* appellet omnes, & quoſlibet modos habendi *pecuniam*, & illos excludat.

19 Sequitur igitur ex his, quòd nullo modo poteſt Frater Minor alienam *pecuniam* recipere, ad eam cuſtodiendam, reſtituendam, tranſportandam, aut alio quovis modo, quantumvis merè naturali tractandam; hoc enim ſibi vetitum eſt ex Regulæ præcepto.

## Probatio.

### SUMMARIUM.

20 *Diſtinctio facienda circa probationem hujus criminis.*
21 *Quando conſtare debeat de corpore delicti in hoc crimine.*
*In crimine falſæ monetæ debet conſtare de corpore delicti.*
*Moneta probanda judicio Peritorum.*
22 *Diligentia ſervanda à Judice in caſu accuſationis de pecunia recepta.*
23 *Pecuniæ contrectatio probatur etiam per Teſtes abſque corpore delicti.*
24 *Confirmatur concluſio.*
25 *Dubium proponitur.*
26 *Parvitas materiæ in contrectatione pecuniæ non datur.*
*In delictis, in quibus conſideratur ſola qualitas, non datur parvitas materiæ.*

20 Quòd ad probationem hujus criminis, mihi videtur eſſe diſtinguendum juxtà caſus, qui poſſunt occurrere in hâc materiâ. Quamvis enim caſus omnes eodem modo ſint delicta contrà præceptum Regulæ de *pecunia* non recipiendâ, non tamen eodem modo probanda ſunt; aliud enim eſt, quod Cajus *pecuniam* receperit, & apud ſe retineat; aliud verò, quòd *pecuniam* contrectaverit; in primo enim caſu delictum habet permanentiam; in ſecundo verò nullum veſtigium poſt ſe relinquit.

21 Dico igitur, quòd, ſi accuſatur Cajus pecuniam à ſæculari accepiſſe, & eam in camerâ ſuâ habere, neceſſarium eſt, quòd conſtet de corpore delicti per *viſum, & repertum*, aliàs non erit locus punitioni. Ratio eſt, quià in delictis facti permanentis antè omnia conſtare debet de corpore delicti, quo non ſubſiſtente, omnis inquiſitio ruit. Porrò caſus hic totaliter aptatur delicto de cuſâ falsâ monetâ, in quo juxtà Doctores, (32) ut ſuo loco diximus, debet conſtare de delicto per ipſius evidentiam, in tantùm, quòd ſi de eo non conſtaret, quantumvis Reus confiteretur ſe falſam monetam cudiſſe, non tamen poſſet contrà eum procedi; & quandò dicitur, quòd in probatione hujus criminis uti poſſumus etiam præſumptionibus, ac conjecturis, hoc debet accipi, ſuppoſito quòd priùs conſtiterit de corpore delicti, & non aliàs, nec aliter, ut ex *Vermigliolo* loco citato, concludit *Raynaldus*. (33) Et ratio quidèm eſſe poteſt, quià falſitas monetæ eſt qualitas, quæ probanda eſt judicio Peritorum, non autem Teſtium, (34) Periti autem judicium ferre nequeunt, niſi moneta coràm ipſis examinanda ſtatuatur. Alia etiam ratio addi poteſt, quòd nempe poſſint ab aliquo cudi numiſmata illa, quibus nobiles viri vtuntur in ludis, maximè tabularum, prò teſſera; quæ licèt ſpeciem præſeferant veræ monetæ, moneta tamen non ſunt, non enim ſignata ſunt ſigillo monetario ullius Principis; & ex conſequenti talia cudere delictum non eſt.

22 Pari

(24) *Regul. Minor. cap* 4.
(25) *text. in l. Aliud eſt.* 71. *de Verb. ſign. & in l. Non videtur.* 51. *ff. de Reg. Iur.*
(26) *Regul. Minor. cap.*6.
(27) *Seraphin. de Privil. juram. privil.* 98. *num.* 95.
(28) *Cephalus Conſil.* 497. *nu.* 25. *lib.* 4. *apud Barboſ. Clauſul.* 92. *nu.* 1.
(29) *l. penult. C. de Poſtul. l.* 1. *ff. de Negot. geſt. l. Omnes §. Si vir ff. Quæ in frau. credit. Alberic. Diction.* Nullo modo.
(30) *Clement. Exivi. §. Porrò cùm dictus. de Verb. ſignif.*
(31) *Barboſ. Dictio.* 407. *num.* 1.
(32) *Burſat. Conſ.* 166. *n.* 4. *lib.* 2. *Farin. pa.* 2. *nu.* 22. *Matthen. Iacobi de Franch. Paſqualig. de Franc. Honded. Conſ.* 92. *num.* 1. *lib.* 2. *apud Raynald. obſerv. Crim. Tom.* 1. *cap.* 5. *§.* 1. *ad* 3. *nu.* 34.
(33) *Vermigliol. Conſ. Crim.* 218. *n.* 1. *& ſeqq. Raynal. loc. cit. num.* 35.
(34) *Guazzin. Reor. defenſ.* 4. *cap.* 9. *num.* 4. *Concial. Reſolut. crim. V. Monet. Reſol.* 1. *num.* 2.

Digitized by Google

22 Pari modo accidere poteſt, quòd ſimilia numiſmata, aùt etiam medaleas, maximè ſi ſint papyro involutæ, receperit Frater, & ab adſtantibus judicatum ſit illas eſſe veram monetam, & accuſatio deferatur ad Superiorem parùm benevolum ergà illum; qui Superior proceſſum inſtituat, eumque tanquàm Reum conſtituat cum gravi jacturâ famæ ſuæ; quòd nullo modo, aùt rationi, aùt juſtitiæ congruit. Si igitur talis accuſatio deferatur, antequàm ad Rei conſtitutionem, & conteſtationem litis criminalis contrà eum deveniatur, debet Judex facere perquiſitionem diligentem in Cellâ Rei ſuppoſiti, ſivè in Officinâ ſuæ curæ commiſsâ, & pecuniam reperire, & in judicio ſtatuere, quòd, ſi hoc non facit non eſt ulteriùs procedendum, juxtà communem Doctorum opinionem.

23 Quià tamen periculoſa in praxi hæc opinio eſt, nàm receptio *pecuniæ*, quantùmvis ſeparata à proprietate, nimìs dedecorat Minorum Religionem, quæ ſanctè ſuperbit de altiſſimæ paupertatis, & totalis fugæ à *pecuniæ* profeſſione; ac vaferrimi hujuſmodi *pecuniæ* receptores habent non veſtigabilia latibula, in quibus eam recondant, & Superiorum zelo inſultent, fidentes, quòd, ſi *pecunia* non reperiatur, ipſi minimè pœnis Statutariis vapulabunt, ideò ſalvâ Doctorum reverentiâ aliter puto dicendum. Aliàs (35) probavimus, quòd in delictis facti permanentis corpus delicti, ſi fuerit occultatum, aùt deſtructum, poſſit per Teſtes integros concludenter probari; ut de cadavere occiſi in mare, ſeù in puteum projecto, aùt combuſto. Pari igitur modo dicendum eſt in caſu receptæ pecuniæ; licèt enim ipſa non reperiatur, vel quià eam Reus occultavit, aut quià expendit, ſi duo Teſtes integri receptionem probant, (maximè ſi deponant de qualitate monetæ, quià eam optimè viderunt, & cognoverunt eam eſſe veram, ac vſualem *pecuniam* auream, argenteam, æream; & potiſſimè ſi accedant alia adminicula malæ famæ Rei &c.) dico, quòd optimè deveniri poteſt ad conſtitutionem, & torturam Rei.

24 Et hoc magìs ſuadeo; quià par delictum eſt alienam *pecuniam* recipere, & ad cuſtodiam tenere; ſicut eandem contrectare civiliter diſtribuendo, donando, cambiendo &c. pròut ſuprà dictum fuit. In hoc autem ſecundo delicto nullum manet veſtigium, quod poſſit à Judice recognoſci, & corpus delicti probari per *viſum, & repertum*; tunc ergò, (pròut Regulariter fit in delictis facti tranſeuntis) probatur delictum ſimul cum Delinquente per Teſtes; ſequitur igitur, quòd etiam in primo caſu corpus delicti etiam per ſolos Teſtes ſufficienter probetur.

25 Eſt autem circà hoc difficultas, An ſcilicet probato, quòd Cajus aùt receperit, aùt contrectaverit *pecuniam* in quantitate, non pertingente ad peccatum mortale proprietatis, poſſit judicialiter puniri de contrectatione *pecuniæ*? quod idem eſt ac dicere, àn in hoc delicto detur parvitas materiæ?

26 Reſpondeo, quòd parvitas materiæ in delictis tunc habet locum, quandò crimen contingit ſecundùm materiam, ità ut ipſa materia ſit objectum delicti, pròut in furto, aut proprietate, quæ habent prò objecto reſpectivè rem alienam, ſibi appropriatam. Non datur verò parvitas materiæ in delictis, in quibus conſideratur qualitas, & non quantitas, aùt materia; ut eſt in fabricante venenum, aùt in cudente ſalſam monetam; aut tondente veram quantùmvis enim paucos nummos quis cudat, aut tondeat, nihllominùs incidit in crimen læſæ majeſtatis, ut ex jure (36) probant *Decianus*, ac *Raynaldus*. Proindè pœnâ inducentium falſos Teſtes in judicio; aùt ſollicitantium in confeſſione, ità percellitur ille, qui inducit, aùt ſollicitat unum, ſicut multos; quià crimen conſiſtit in qualitate. Ità ergò dicendum in noſtro caſu; ſiquidèm non prohibetur Fratribus contrectatio auri, aùt argenti, ſivè æris, pròut materia, ſivè metalla ſunt, ſed prohibetur forma, ſivè qualitas; puta, materia ſignata, quæ *pecunia* dicitur. Proindè reſolvendum, quòd quantùmvis recepta *pecunia* non ſufficiat ad concludendum crimen proprietatis, ſufficit tamen ad delictum receptionis, ſeù *contrectationis pecuniæ*.

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.


27 *Soli Minores poſſunt puniri de contrectatione pecuniæ.*

28 *Primum Statutum prò Minoribus de obſervantiâ.*

29 *Secundum Statutum.*

30 *Tertium Statutum.*

31 *Quartum Statutum.*

32 *Quintum Statutum.*

33 *Sextum Statutum.*

34 *Septimum Statutum.*

35 *Octavum Statutum.*

36 *Nonum Statutum.*

37 *Decimum Statutum, & dubitatio prima.*

38 *Dictio* tanquàm *quot ſignificata habeat.*

39 *Aliquandò importat ſimilitudinem, aliquandò veritatem.*

40 *Opinio Sanctori impugnatur.*

41 *Ab identitate pœna non benè deducitur identitas delicti.*

42 *Dubitatio ſecunda.*

43 *In facto importante plura delicta, dantur pœnæ prò quolibet delicto, ſi ſunt compatibiles.*

44 *Dubitatio tertia.*

45 *Delinquit contrectatione pecuniæ Frater, qui quocumquomodo eam portet, quamvis illa ſit alterius.*

46 *Dubitatio quarta.*

47 *Opinio Sanctori.*

48 *Impugnatur.*

*Pœna Statuti, danda contrectanti pecuniam, etiam abſquè ejus proprietate.*

*Quandò diſpoſitio Statuti eſt clara, non recurrendum ad conjecturas.*

49 *Dubitatio quinta.*

50 *Confeſſarius recipiens pecuniam, ut alteri reſtituat, delinquit hoc crimine.*

51 *Cautela adhibenda à Confeſſario, nè incurrat pœnam contrectantium pecuniam.*

*Superior ex causâ poteſt diſpenſare in præceptis Regulæ.*

52 *Diſpenſatio ſinè causâ legitimâ eſt invalida.*

53 *Prælatus poteſt diſpenſare prò ſe, quod diſpenſat prò aliis.*

54 *Supe-*


(35) *Par. P. Tit. Corpus. num. 12. & ſeqq.*

(36) *l. p. C. de Veter. numiſm. pote. in fin. l. p. Tit. 22. lib. 9. Cod. Theodoſian. Decian. Tract. Crim. lib. 7. cap. 23. nu. 25. Raynald. Obſer. crim. Tom. p. cap. 5. §. 1. ad 3. num. 85. & ſeqq.*

Digitized by Google

54 Superior retinens in Cellâ denarios reſtituendos delinquit, & quarè.
55 Dubitatio ſexta.
56 Praſentia Syndici, aut ab eo Delegati eſt neceſſaria in emptione, aut venditione prò Fratribus.
Fratres ad hac nequeunt delegari.
57 Dubitatio ſeptima
58 Praſentia Syndici non ità neceſſaria in emptione, ſicut in venditione.
Quomodò Fratres poſſunt emere ſibi neceſſaria.
De relativis idem eſt judicium.
59 Emere, aut vendere abſquè Syndicu Apoſtolica Fratribus vetitum.
60 Dubitatio ottava.
61 Commutatio mobilium poteſt fieri per Fratres.
62 Dubitatio nona.
63 Superior Regularis Obſervantia, quâ pœnâ puniendus, ſi deponere faciat pecuniam non apud Syndicum.
Pœnâ Superioris Strictioris Obſervantia prò eodem crimine.
Opinio Sanctori.
64 Impugnatur.
Eleemoſynas indifferentes non poſſunt recipere Fratres Minores.
65 Cauſa adducta à Sanctoro ad excuſandum crimen facientis deponere pecunias extrà manus Syndici nulla ſunt & periculoſa.
66 Dubitatio decima
67 Quomodò facienda à Superiore confeſſio de recepto legato pecuniario.
68 Dubitatio undecima.
69 Quomodò poſſit Superior licentiare Subditum, ut pecuniam quarat.
70 Dubitatio duodecima.
71 Quo caſu poſſit Superior indulgere, ut Subditus pecuniam deponere prò ſe faciat in manu Syndici.
72 Dubitatio tertiadecima
73 Explicatio Statuti de faciente debita.
74 Caſus, in quo locus ſit pœnis contrà debita contrahentes.
75 Continuatur materia
76 Quibus caſibus puniendi Superiores ſe obligantes debitis.
77 Dubitatio quartadecima.
78 Exponitur caſus
79 Superior faciens recipere à Syndico eleemoſynam pecuniariam obtentu oblationis cera, puniendus pœnis Statuti.
80 Dubitatio quintadecima.
81 Sola quaſtuationes, qua cedunt in beneficium Fratrum, ſunt prohibita in eorum Eccleſijs
82 Dubitatio ſextadecima.
83 Faciens ex accidenti recipere eleemoſynam prò Miſſis Superior non comittit in Statutum.
84 Dubitatio decimaſeptima.
85 Quaſtuatio pecunia quavis, etiam non ſignata, Fratribus intendicta.
86 Dubitatio decima octava.
87 Merces laboris non poteſt à Fratribus judicialiter peti

27 QUià ut diximus ſuprà, *contrectatio pecunia* apud nullos vetita eſt, niſi apud *Minores de Obſervantia*, ac *Capuccinos*, non habentur alibi, quàm apud eos, leges punientes hujuſmodi crimen, proindè eorundem Conſtitutiones ſunt inſpiciendæ. Prò nobis *Minoribus de Obſervantiâ* ſunt Statuta ſequentia.

28 Primum. *Tanquàm proprietarium puniri pracipimus, qui denarios, vel pecuniam receperit; vel eo propriâ auctoritate ad recipiendum, & in proprios uſus convertendum, quempiam ſubſtituerit; vel eoſdem ſuprà ſe, vel in perâ, vel ſuprà jumentum portaverit; aùt eos propriâ manu contrectaverit vel apud ſe; vel in Cellâ; vel alibi, vel in ſacularium manibus depoſitos habuerit* (37)

29 2. *Sinè Procuratore nihil emi, nihil vendi, aùt de eleemoſynis pradictis* (pecuniarijs) *ſub quocunq; pratextu diſponi poſſit ſub pœnâ proprietatis: ſub quâ etiam pœnâ prohibemus, nè Guardianus, niſi in manu Syndici, vel ſubſtituti de ejuſdem licentiâ, eleemoſynas pecuniarias teneat, vel per manus aliorum expendat.* (38)

30 3. *Contractus, inſtrumenta, aut cujuſvis generis ſcriptura, in quibus Fratres ſe recepiſſe pecunias teſtentur, nullatenùs fiant ſub pœnâ proprietarij.* (39)

31 4. *Nemo ſinè ſui Superioris licentiâ eleemoſynam pecuniariam prò ſe, vel prò alijs Fratribus quarere, aut accipere audeat, ſub pœnâ proprietarij: qua etiam puniatur, qui ſinè Superioris licentia eleemoſynam pecuniariam in manu Syndici Apoſtolici tenuerit; nec non qui quovis modo debita contraxerint.* (40)

32. 5. *Sub excommunicationis pœna contrafacientibus, ipſo facto, incurrenda, ultrà pœnas in proprietarios ſancitas, ut omnes, & ſingula capſula, vel arcula, ſeù cippi, ſivè diſci, vel alia vaſa quocunque nomine appellentur, etiamſi Confraternitatum, ſint diſpoſita ad colligendas, inferendas, vel aſſervandas pecuniarias fidelium eleemoſynas, ſub quocunque pratextu, á noſtris Eccleſijs, Sacriſtijs, vel Conventibus auferantur, & nullo unquàm tempore collocentur, pracipimus, & mandamus.* (41)

33 6. *Nequè ſit licitum Syndico, aut Procuratori in ijſdem Eccleſijs, Sacriſtijs, vel alio aliquo Conventus loco, denarios, vel pecunias recipere ſub quovis prætextu. Guardianus verò, Vicarius, vel Sacriſta, qui id permiſerint, vel ſi pecunias per Tertiarium, aut Servitorem in Conventu receperint, & ad Syndicum deferri juſſerint, ſuis Officijs priventur.* (42)

34 7 *Aſſignatam itèm pœnam ſubeant ijdem, qui intrà noſtras Eccleſias quovis pratextu, aut titulo, ſivè inter pradicandum, ſivè alio quovis tempore eleemoſynas pecuniarias peti aut fecerint, aut permiſerint.* (43)

35 8 *Si qui in plateis, vel vicis ſteterint, ad eleemoſynas petendas à pratereuntibus, ut prò herbis, vel fructibus, aut alijs venalibus, qua apud ſe empta habent, pretium ſolvant; nulla interpoſita appellatione, carceri mancipentur per menſem; & Guardianus, qui id juſſerit, vel conſenſerit, officio privetur.* (44)

36 9. *Laboris merces ſi pecunia fuerit, per ipſos ſolventes Apoſtolico Syndico conſignetur: ſin minùs Superioribus integrè aſſignetur; contraveniens ut proprietarius puniatur.* (45)

37 10. *Nec liceat Superioribus prò veſtimento pecuniam dare, ſub pœna proprietatis dantibus, ac recipientibus.* (46)

Q Circà

(37) Stat. gen. Ord. cap. 4. §. 1. nu. 1 in fin.
(38) Stat. gen. Ord. l. cit. nu. 5.
(39) Stat. gen. Ord. l. cit. nu. 6.
(40) Stat. gen. Ord. l. cit. nu. 8.
(41) Stat. gen. Ord. l. cit. nu. 10.
(42) Stat. gen. Ord. l. cit. nu. 11.
(43) Stat. gen. Ord. l. cit. nu. 12.
(44) Stat. gen. Ord. l. cit. nu. 13.
(45) Stat. gen. Ord. cap. 5. §. 1. nu. 3.
(46) Stat. gen. Ord. cap. 6. §. 1. nu. 3.

Digitized by Google

Circà quæ Statuta, occurrit prima dubitatio circà primum, datum ſuprà *num.* 28. & eſt, quid importet clauſola illa *Tanquam proprietarius*, in quâ importatur ratio, quarè proprietariorum pœnis percellatur, *qui denarios, vel pecuniam receperit &c.* prout dicitur in Statuto?

38 Reſpondeo, quòd, ut advertit *Albericus* (47) dictio *tanquàm* duo habet ſignificata; aliquotiès enim importat veritatem; aliquotiès autem ſimilitudinem, ut habetur ex utrâque juris paginâ Dicitur autem ſignificare veritatem, quandò importat rationem diſpoſitionis, tùm in lege, tùm in contractibus &c. Ut ſi dicatur, *Cajus tanquàm filius Titij debet in hæreditate ei ſuccedere ab inteſtato*; lij *tanquàm* enim importat rationem, quarè *Cajus* ſuccedat *Titio*, & facit hunc ſenſum, *Cajus debet Titio ſuccedere ab inteſtato, quia eſt filius ipſius*; & hujus acceptionis plura in jure (48) habemus exempla?

39 Significat autem aliquotiès ſimilitudinem tantùm, & tunc tantùm valet, ut dictio *ſicut*, aut *quemmadmodum*, quæ ſimilitudinem important. (49) In primo autem ſenſu accipitur hæc dictio in citato Statuto, in primâ ejus parte. Nam qui *denarios, vel pecuniam recipit, aut eos propriâ authoritate ad recipiendum, & in proprios uſus convertendum, quempiam ſubſtituit*, hic *tanquàm proprietarius*, hoc eſt, *quia verè eſt proprietarius*, eſt puniendus.

40 Putat autem *Sanctorus* (50), quòd hic puniatur proprietas ficta, & conſequenter lij *tanquàm* importet tantùm ſimilitudinem, dùm dicitur abſolutè, qui *denarios, vel pecuniam receperit*, & non additur *propriâ authoritate*, (quod tamen ponitur in clauſulâ ſequenti, quæ habet, *aut eos propriâ authoritate ad recipiendum, & in proprios uſus convertendum, quempiam ſubſtituerit*) cùm certum ſit, quòd recipiens propriâ authoritate denarios, ad eos convertendos in proprium uſum, ſit verè proprietarius. Sed ejus opinio non ſubſiſtit, quandoquidèm tritum in jure (51) eſt, quòd clauſula poſita in lege, aùt Statuto, (maximè ſi ſit in medio, aut fine diſpoſitionis) refertur ad omnia referibilia; & ſic, ità verè eſt proprietarius, qui *propriâ authoritate*, ad convertendum in proprios uſus, *denarios recipit*, ſicut qui *ad recipiendum alios ſubſtituit*. Undè concludendum, quòd prima pars Statuti loquitur de proprietate verâ, & lii *tanquàm* non importet ſimilitudinem, ſed veritatem, ac rationem diſpoſitionis.

41 Conſequenter autumat ibidem Doctor, quòd in totâ diſpoſitione Statuti hujus, ac ſequentium, lii *tanquàm* importet ſimilitudinem delicti; ut potè cenſeatur proprietarius ſimilitudinarius, & delinquat proprietate fictâ, qui denarios recipit per ſe, vel alium, etiam ſecluſo quovis eorundem dominio; & hoc arguit à ſimilitudine, ſeù potiùs identitate pœnæ, quæ datur recipienti denarios, abſquè eorum proprietate, quæ pena eſt realiter proprietariorum. Sed etiam in hoc fallitur; nàm à ſimilitudine, aut identitate pœnæ ineptè deducitur ſimilitudo delicti, cùm eadem prorſus pœna applicetur delictis, toto Cælo diverſis, ut combuſtio pòſt tranſgulationem æquè applicatur Monetario falſo, ac Sodomitæ, cùm tamen eorum delicta nec umbram habeant ſimilitudinis. Dicendum igitur, quòd, cùm in Regulâ diſtinctum ſit præceptum de non recipiendâ pecuniâ, ab eo de non aliquid ſibi appropriando, diſtincta etiam dentur contrà prædicta præcepta delicta, quæ non habent inter ſe ſimilitudinem, quàmvis in eodem facto ambo delicta poſſint convenire, & ambo eâdem penâ puniantur. Et proindè ſimilitudo, importata per lij *tanquàm*, ſit tantùm ſimilitudo pœnæ, ſeù potiùs identitas, quâ percutiuntur contrectator denariorum, & proprietarius; nullo autem modo ſit ſimilitudo, ſeù fictio delicti.

42 Secunda dubitatio eſt, An, ex quo diſtincta delicta ſunt proprietas, & *contrectatio pecuniæ*, ſi ambo concurrant in eodem facto, punienda ſint eâdem prorsùs penâ, quâ puniretur quodlibet eorum, ab alio ſeparatum?

43 Reſpondeo negativè, quià, quandò in unâ actione concurrunt diverſæ circumſtantiæ, quarum quælibet ſeparatum, diverſumque delictum importat, plures penæ locum habent, nempè illæ, quæ correſpondent ſingulis delictis. (52) Undè ſepelliens aliquem uſurarium manifeſtum, publicè excommunicatum, nominatim interdictum; ac tempore interdicti incurrit quatuor excommunicationes, ut ex Clementinâ quâdam (53) multi docent. Quòd, ſi una pena tantùm infligi poſſit (ut nempè ultimum ſupplicium, quod, licèt prò diverſis delictis debitum, ultrà unam vicem tamen adhiberi nequit) tunc pœna illa cum alijs, quæ ſecum ſunt compatibiles, cumulatur; undè qui occidit Sacerdotem, & ſibi pecuniam ſurripuit, cùm non poſſit bis ultimo ſupplicio affligi, pròut ob furtum, & homicidium ſeparatim mereretur, qualificato ultrà conſuetum ſupplicio punitur. Non enim ſimpliciter furcis per collum ſuſpenditur; ſed priùs aùt ſibi amputatur dextera; aùt caudâ equorum reptatur; aùt candentibus forcipibus torquetur antè mortem; aùt poſt mortem in fruſtâ ejus cadaver ſecatur. Cùm igitur recipiens *pecuniam* ad proprium uſum committat duplex crimen, proprietatis nempè, & receptionis *pecuniæ*, quorum quodlibet pœnam carceris menſurni, ac privationem actuum legitimorum &c. meretur, liquet, quòd talis pœna prò quolibet delicto infligenda eſt, & ità per bimeſtre carcerari debet, & per quadriennium privari actibus legitimis.

44 Tertia dubitatio eſt circà ſecundam partem ejuſdem Statuti, & eſt, àn intelligenda ſit de *contrectatione*, ſivè receptione *pecuniæ*, conjunctâ cum proprietate; àn verò etiam de eâ, quæ à proprietate ſeparata eſt?

45 Reſpondeo, quòd, cùm, (ut ſupra à *num.* 14. probatum eſt) receptio pecuniæ, etiam quomodòlibet ſeparata à proprietate per Regulam, juxtà Pontificias declarationes, ſit prohibita, Statutum intelligendum ſit de receptione denariorum tùm conjunctâ, tùm ſeparatâ à proprietate. Undè ſequitur, cum, qui receptam à ſæculari pecuniam *vel in perâ, vel ſuprà jumentum portaverit, vel apud ſe in Cellâ,*

*vel alibi*

(47) *Alberic. Diction. Verb. Tanquàm.*
(48) *Proem. Decretal. §. Sacra. cap. Cum pro cauſa. & ibi Gloſſ. de Sent. Excom. cap. 1. de Homicid. lib. 6. l. p. q. C. de Hæred. inſtit.*
(49) *cap. Cum dudum. de Elect. cap. Solita. & ibi. Gloſſ. in V. Tamquam. & Felin. nu. 3. de Major. & obed. l. Si pecunia. ff. Si cert. pet. L. Iubemus §. Sane 2. C. de Sacr. Eccleſ.*
(50) *Sanctor. de Pœn. cap. 7. Quæſt. 2. §. In cap. 4. fol. 280.*
(51) *text. in cap. Secundò requiris.*
(52) *cap. literis, ubi Abb. nu. 2. & Felin. nu. p. de Præſumpt. l. Si adulterium. & ibi Bart. nu. 3. ff. Ad leg. Iul. de Adult. Thesaur. de Pœn. Par. p. cap. 8. V. Secundus modus.*
(53) *Clem. 1. de Sepult., ubi Cardinal. nu. 29. Ugolin. de Cenſur. Tab. 1. cap. 16. §. 3. nu. 4. Sayr. eo. tit. lib. 1. cap. 10. nu. 10. Suar. eo. tit. Diſp. 5. Sect. 3. nu. 14. apud Theſaur. loc. cit.*

Digitized by Google

*vel alibi* cuſtodiendam, & ſæculari reddendam receperit, reum eſſe hujus Statuti, prout etiam ſenſit *Sanctorus*. (54) Addit tamen iſte Auctor, quòd ceſſante ſcandalo, ſi in periculo latronum, aut ob aliam cauſam frater pecuniam transferendam, aut cuſtodiendam reciperet à ſæculari, cui frater proteſtatus eſſet, quòd licèt hoc ſibi prohibitum ſit ex Regulâ, tamen ex charitate facit, non deberet puniri ut Statuti transgreſſor. Sed hoc non facilè admiſerim; ſiquidem prohibitio hæc non eſt Statutaria, ſed ex Regulâ; nec culpa ejuſdem transgreſſionis eſt ratione ſcandali, quo ceſſante, ceſſet culpa, ſed eſt ex merâ diſpoſitione Regulæ vetantis, quòd Fratres *nullo modo* pecuniam recipiant. Undè ſi Statutum tali pænâ vindicat tranſgreſſionem præcepti Regulæ, quandocunque intervenit tranſgreſſio, Statutaria pæna integraliter debetur. Patet autem, quòd culpa intervenit, (nec excuſat periculum latronum, aut alia cauſa) quoties Frater pecuniam recipit, dùm enim Regula exprimit, quòd *nullo modo* recipiatur pecunia, excluduntur quilibet caſus, quantùmvis aliàs liciti, ut ſuprà *num.* 17. explicuimus. Nec ex charitate ergà proximum licet fratri Regulam tranſgredi cùm hìc non agatur de ſalvandâ vitâ proximi, aùt impediendo ejus damno ſpirituali, ob quæ ſola epicheya regulatæ charitatis diſpenſaret in præcepto Regulæ, ut notùm eſt. Undè allatam ſententiam Sanctori non credo amplectendam.

46 Quarta dubitatio eſt, àn eadem prorsùs pæna, quæ ex Statuto debetur proprietarijs, debeatur *pecuniam* ſimpliciter, & abſque proprietate recipienti.

47 Reſpondeo, quòd *Sanctorus* (55) vult tales eſſe mitiùs puniendos; minoratio autem pœnæ conſiſtat, in non negandâ hujuſmodi Reis ſepulturâ Eccleſiaſticâ; in minorandâ duratione privationis actuum legitimorum; & in non irrogandâ privatione ſuffragiorum per *Tridentinum* iuflictâ. Et fundamentum ipſius eſt quià dictat ratio, quòd tanta pęna non debeatur proprietario ficto, ſicut verò, tales autem Rei ſunt proprietarij ficti, & non veri.

48 Sed talis opinio, ut potè falſo fundamento innixa vera non eſt. Siquidem ſuprà *num.* 40. *&* 41. probavimus, quòd Statutum punit receptores *pecuniæ*, etiam abſquè proprietate, non quià tales ſint fictè proprietarij, ſed quià controveniunt præcepto Regulæ de *nullo modo* recipiendâ pecuniâ: nec ex ſimilitudine, ſeù potiùs identitate pęnæ, quam Statutum incutit taliter delinquentibus, poteſt inferri ſimilitudo eorum delicti cum crimine proprietatis, ut proindè dici poſſint proprietarij ficti. Dicendum igitur, quòd eadem prorsùs pęna danda ſit *pecuniam* recipientibus, quæ datur proprietarijs. Nàm, quandò verba Statuti ſunt clara, non eſt recurrendum ad conjecturas, nec de Statuti rationabilitate, aùt intelligentiâ diſputandum argumentorum, quæ dicuntur in quâdam lege (56). Statuta autem diſertiſſimis verbis diſponunt Reos hujuſmodi puniendos pęnâ proprietariorum, undè hæc ex integro eſt illis danda. Et quàmvis privatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, & privatio ſuffragiorum ſit inflicta à Canonibus, & *Tridentino*, reſpectivè proprietarijs veris, undè ſequitur, quòd illæ non incutiendæ ſint proprietarijs fictis; non tamen per hoc infertur, quòd eædem pęnæ non ſint dandæ recipienti denarios, ~~nàm iſtæ non dantur ex diſ~~poſitione Canonum, aùt ratione fictæ proprietatis, ſed ex ſanctione Statutariâ parificante in pęnâ, non autem in culpâ recipientem *pecuniam* cum proprietario.

49 Quinta dubitatio eſt, An Confeſſarius recipiens à pęnitente denarios, alicui reſtituendos reus ſit delicti receptionis *pecuniæ*; & conſequenter deprehenſus cum denarijs in camerâ eſſet puniendus pęnâ Statutaria.

50 Reſpondeo, quòd cùm in Regulâ præcipiatur quòd fratres *nullo modo* pecuniam recipiant, nequè Confeſſario licet *pecuniam* recipere à pænitente alteri reſtituendam, prout enim optimè dicit *Sanctorus* (57), quòd vetitum eſt abſolutè per viam Regulæ, & Statutorum, non poteſt eſſe licitum gratiâ confeſſionis; aliter contrà regulam juris (58) admitteretur per aliam viam id, quod per unam eſt prohibitum. Additur quòd non tenetur ex officio Confeſſarius eſſe miniſter pænitentis in faciendâ reſtititutione, quià multi alij modi ſuppetunt eam ſecretò faciendi; & ſi nullus ſuppeteret, & periclitaretur pati gravem jacturam famæ pęnitens per ſe reſtituendo, diſpenſatur prò tunc juxtà Theologos Morales, (59) Si igitur ipſe Confeſſarius ſe immiſcet in re, quæ ad eum non pertinet, non eſt ſinè culpâ, prout dicit alia juris regula. (60)

51 Quià verò poteſt dari caſus, quòd pænitens incapax noſtræ Regulæ, nolit credere Confeſſario aſſerenti, ſe non poſſe denarios reſtituendos recipere, contrà confeſſarium iraſcatur, & ſic ſcandalizetur, quaſi nolit cooperari ſaluti animæ illius, quæ eſt obnoxia reſtitutioni; ut projiciat in ſede confeſſionali pecuniam, & habeat, optimum duco, conſulere quid tali caſu faciendum ſit, à Confeſſario, ut culpam in foro animæ evitet, & pænam, in foro fori evadat. Stat planè, quòd Superiores omnes, etiam locales, niſi peculiaribus Conſtitutionibus ſuorum Ordinum impediantur, poſſint in præceptis propriæ Regulæ diſpenſare cum ſuis Subditis ex cauſa legitimâ, & hoc de jure communi, ut ex *Suarez*, *Pellizzarius*. (61) tùm quià talis diſpenſatio frequenter eſt neceſſaria ad bonum regimen Religionis; tùm quià, ſicut Epiſcopus poteſt diſpenſare cum Clerico ſæculari, in obligationibus pertinentibus ad Statum Clericalem, vel ad Officium, ſivè beneficium ejus, ſic & Prælatus localis poteſt diſpenſare cum ſuis Subditis in præceptis ſuæ Regulæ. Nàm Prælati Regulares, poteſtatem diſpenſandi cum proprijs Suditis habent æqualem poteſtati quam habent Epiſcopi in Clericos, ut probat idem Pellizzarius alibi. (62)

52 Debet igitur Confeſſarius in facti contingentiâ, adire ſecretò proprium Prælatum, & illi negotium aperire, & petere ab eo diſpenſationem ut poſſit tales denarios recipere; & Prælatus non debet eſſe tàm facilis in impertiendâ diſpenſatione, ſed benè examinare, àn vigeat in caſu cauſa ſufficiens diſpenſandi; ſi enim cauſa legitima, aut judicata à Prælato ut legitima, non interveniat, diſpenſatio eſt invalida ex vulgatis. (63) Si verò Cōfeſſarius copiam Prælati habere nequeat, vel quià à Confeſſionali exire non de facili poteſt, vel quià periclum eſt, quòd perſona pænitentis cognoſcatur à Prælato curioſo

Q 2 ſi Con-

(54) *Sanctor. de Pæn. cap. 7. Queſt. 3. ℣. Reſpondeo præter dicta. fol. 285. & ℣. Reſpondeo ſi ſimul. fol. eo.*
(55) *Sanctor. de Pæn. loc. cit. Quæſt. 3, ℣. His tamen non. fol. 283.*
(56) *l. Ille §. Cum in verbis. ff. de legat. 3.*

(57) *Sanctor. de Pæn. cap. 7. Quæſt. 4. ℣. Reſpondeo negativè. fol. 285*
(58) *cap. Cum quid. de Reg. jur. lib. 5.*
(59) *Rebell. de Obligat. juſt. lib. 2. Quæſt. 17. Sect. 4. nu. 27. Navar. Manual. cap. 17. nu. 57. Leſſ. de Iuſt. & jur. lib. 2. cap. 16. nu. 21.*
(60) *cap. Non eſt. de Reg. jur. in 6.*
(61) *Suar. Tom. 4. de Relig. Tract. 8. lib. 2. cap. 12. nu. 28. Pellizzar. Manual. Regular. Tom. 2. Tract. 9. cap 3. Sect. 4. nu. 183.*
(62) *Pellizzar. loc. cit. nu. 109.*
(63) *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2. Baldell. lib. 5. Diſput. 52. nu. 9. Pellizzar loc. cit. nu. 97.*

Digitized by Google

ſi Confeſſarius,qui ad Confeſſionale pœnitentem reliquit, ad eum revertatur,poteſt interprætari mentem Prælati, & ex interprætativâ diſpenſatione denarios reſtituendos recipere. Ad ſe verò ponendum in tutò in foro fori debet factum quantocyùs; Prælato aperire; & ſtatim ac potuerit,debet reſtitutionem facere. Quòd ſi is, cui facienda eſt reſtitutio,longè abſit, nec poteſt tàm brevi tempore reverti, conſulo, quòd Confeſſarius vel denarios Prælato, aut de ejus licentiâ, Syndico cuſtodiendos tradat,accepto chirographo cautionis; vel licentiam eos cuſtodiendi in ſuâ Cellâ,in ſcriptis obtineat, & eam cùm denariis ipſis diligenter cuſtodiat, ſic enim fiet, quòd,ſi à Superiore majori deprehendatur cum tali pecuniâ,nullâ pœnâ poſſit affici.

53 Quòd ſi Confeſſarius ipſe Prælatus ſit, poteſt ipſe uti tali diſpenſatione, quam poſſet Subdito indulgere, cùm non debeat eſſe conditionis inferioris,quàm Subditus. Hoc verò eſt prò foro animæ; ſed quid juris prò foro fori? Dato caſu, quòd Provincialis denariorum ſummam in Cellâ Guardiani reperiret, deberet nè credere ipſi,aſſerenti eos eſſe denarios, qui ſibi obvenerunt in confeſſione,reſtituendos?

54 Dico, quòd ſi hoc admitteretur, quòd talis nempè excuſatio liberaret Reum ab impetitione juſtitiæ peſſimæ, ac damnabiles conſequentiæ poſſent contrà Regulæ obſervantiam introduci in Religione. Putat *Sanctorus*,(64) quòd,ſi Confeſſarius eſſet vir probatæ vitæ, & famæ integræ, qui talem excuſationem afferret, poſſet excuſari, & contrà eum non procedi; & hoc idem dicendum eſſet de Guardiano. Sed talem opinionem non puto veram, tùm quià receptio *pecuniæ*,quoquomodò fiat independenter à proprietate,crimen eſt; nec crimen tollit, quòd talis *pecunia* ſit prò reſtitutione, quià etiam ſub tali colore *pecunia* recipi nequit; ut ſuprà probatum eſt. Tùm quià,prò caſu neceſſitatis inevitabilis, remedium habet Confeſſarius, petendo diſpenſationem à Prælato, aut ei factum ex interpretativâ diſpenſatione manifeſtando. Nec Guardianus, cui reperti eſſent nummi,tali excuſatione poſſet ſe tueri, quæ nullo modo deberet admitti, quantùmvis integerrimæ eſſet famæ; quià per Statuta, & maximè *Reformata* (65) cavetur, nè ullo modo quis denarios in Cellâ retineat. Dato igitur,quòd quàmvis integræ famæ eſſet Guardianus; quòd denarii reperti eſſent ad reſtitutionem faciendam; & quòd Guardianus non potuerit, eos non recipere à pænitente, tamen reatum non evadit, quià debuit Syndico cuſtodiendos tradere, caſu, quo ob abſentiam ejus, cui facienda erat reſtitutio, eſſet differenda; nec potuit ille, cùm nulla neceſſitas in contrarium ſubſit, contrà prohibitionem Statutorum in propriâ Cellâ conſervare.

55 Sexta dubitatio eſt circà ſecundum Statutum,datum ſuprà *num.* 29. & eſt,An in emptione, vel venditione neceſſaria ſit phyſica præſentia Syndici Apoſtolici, ſivè potiùs ſufficiat moralis, nempè per Delegatum ſuum.

56 Reſpondeo, quòd,cùm Syndicus ſit Delegatus Apoſtolicus ad univerſitatem cauſarum,tangentium contractus emptionis, ac venditionis favore Religionis, ipſe in caſu particulari poteſt alium ſubdelegare, pròut textualiter dicitur in jure. (66) Subdelegatus autem ab ipſo non poteſt eſſe Frater, ad hoc enim ipſe inſtitutus eſt, (quià per regulam vetitum eſt fratribus,tùm pecuniam contrectare, tùm contractus civiles celebrare, quæ omnia interveniunt in emptione, ac venditione,) ut fratrum vice per tales contractus eorum neceſſitatibus provideatur, cùm ipſi hoc præſtare nequeant. Quòd, ſi hoc poſſent fratres ex delegatione Syndici, à fortiori potuiſſent ex delegatione *Papæ*, qui ordinaſſet, quòd ex quo omnia, quæ uſibus Fratrum ſunt deputata, ſunt de proprietate *Sedis Apoſtolicæ*, poſſent Fratres vendere, & emere ſibi neceſſaria, tanquàm Delegati *Sedis Apoſtolicæ*, Hoc autem minimè ſanxerunt Pontifices, cognoſcentes talem delegationem ex Regulâ Fratribus repugnare, ob contrectationem pecuniæ, quæ regulariter in talibus contractibus intervenit. A fortiori ergò ipſis repugnat eſſe Delegati Syndici.

57 Septima dubitatio circà idem Statutum eſt, An pari modo prohibitum ſit Fratribus emere ſinè Syndico, ſicùt vendere ſinè eodem.

58 Reſpondeo, quòd, attentâ declaratione *Nicolai Tertij* in ſuâ Decretali.(67), videtur reſpondendum, quòd non. Nàm dictus *Papa* diſertiſſimis verbis ordinavit (68), quòd, ſi res aliqua,prætio æſtimabilis, cujus uſus fratribus non competit, vendi oporteat, hoc fiat *per Procuratorem, à præfatâ Sede deputandum*. In alio autem loco (69) videtur determinare, quòd licitum ſit,emptione ſibi neceſſariâ, Fratribus providere; & hoc non quidèm civili contractu, obligando ſe ad pretium ſolvendum prò re emptâ, ſed dicendo, *quòd per eleemoſynas, & alios amicos Fratrum, ad ſolutionem hujuſmodi faciendam intendant fideliter laborare*. Hinc apparet ex Papali declaratione, poſſe quidèm modo præexpoſito Fratres ſibi neceſſaria emere, non verò inutilia vendere; & ſic etiam intellexit *Sanctorus*. (70) Ratio autem talis declararationis eſſe poteſt,quòd quàmvis vendere, & emere ſint relativa, de quibus idem judicium eſt, (71) tamen in emptione non ità evidenter apparet acquiſitio dominij in re emptâ; nequè dè neceſſitate intervenit contrectatio *pecuniæ*, ſicùt in venditione; nàm rem vendere nequit, niſi ejus dominus; & venditio fieri nequit abſque contrectatione *pecuniæ*, quod non eſt in emptione factâ, ut præſcribitur, in quâ *pecuniæ contrectatio* non intervenit, nec rei emptæ dominium transfertur in ementem, ſed ad *Sedem Apoſtolicam*; ideò vetita redditur venditio, non emptio.

59 Tamen, attentâ diſpoſitione Statutorum, dicendum eſt, quòd Fratribus ità prohibetur emere, ſicùt vendere abſque preſentiâ Syndici. Manifeſta enim ſunt verba Statuti, *Sinè Procuratore nihil emi, nihil vendi quovis prætextu poſſit*. Et benè attendenda eſt clauſula, *quovis prætextu*, quæ excludit omnem, & quàmvis clauſulam coloratam, nempè ob utilitatem Conventus, quià nempè Procurator non erit ità accuratus in conveniendo de prętio minori, aùt in faciendâ diligentiâ, ut res inveniatur apùd Mercatorem, qui viliori prætio rem dabit; aùt quià non ità expertus eſt in cognoſcendâ qualitate, ſeù perfectione rei emendæ, & centum hujus modi. Non excluditur autem cauſa vera, puta,quòd urget neceſſitas, & præſentia Procuratoris haberi tunc non poteſt. Hâc

(64) *Sanctor.de Pæn.cap.7.Quæſt.4.¶.Reſpondeo negativè. in fin, fol.*285.
(65) *Stat.Gen.Reform,cap.4.nu.*1.
(66) *cap.Si prò debilitate.cap.Quoniam de Off. & pot. Iudic. Deleg. Clement.unic.eo.tit.*

(67) *cap.Exijt.de Verb.Signif.in* 6.
(68) *citat.cap.Exijt.§.Quia verò.*
(69) *citat.cap.Exijt.§.Cæterùm.*
(70) *Sanctor.de Pæn.cap.7.Quæſt.4.¶.Diceſ.idem.Nicolaus fol.*288.
(71) *cap.Si quis obiecerit.cap.Si quis probandus.*1.*q.*3.*cap.Præterea. de Off.Iud.Delegat.Pignatel.Conſult.p.nu.*27.*Tom.*3.

teſt : Hâc exceptâ, cætera non juvant ; nàm peritia bonitatis, aùt juſti valoris rei emendæ, ut nempè rerum ſimplicium prò conficiendis pharmacis, libri alicujus &c. quæ non poteſt eſſe in Procuratore, non juſtificat emptionem, ſi poſſit commodè haberi illius præſentia, poteſt enim Frater cum illo ad venditorem accedere, & rei emendæ perfectionem examinare, & illius juſtum prætium Procuratori revelare, ut ultrà non ſolvat. Cæterùm paciſci de pretio, ac ſolutionem promittere, & debitum contrahere militant contrâ Statuta, ac Regulam, & ſic operans fit reus Statuti.

60 Ottava dubitatio eſt, An ſicùt in emptione, & venditione requiritur Syndici præſentia, ut viſum eſt, ità requiratur in commutatione rerum Conventui inutilium prò aliis utilibus?

61 Reſpondeo negativè, ſi loquamur de rebus mobilibus; nàm *Nicolaus III.* in citatâ ſuâ Decretali (72) concedit, *ut commutatio rerum mobilium, quibus Fratres utuntur, & ad eas res, quarum uſum Fratribus licet habere, de Generalium, & Provincialium conjunctim, vel diviſim authoritate procedat*. Et quàmvis videatur, quòd eadem ſit ratio de commutatione, & venditione, quià commutatio ſupponit in commutante dominium rei commutatæ, ut ſupponit venditio in re venditâ; tamen concedit *Papa*, ut cum authoritate Generalis, aùt Provincialis Fratres poſſint commutare res mobiles ſibi inutiles, quarum dominium eſt *Sedis Apoſtolicæ*, ità ut Fratres ſint ſimpliciter miniſtri illius, & talis commutatio ſit tantùm miniſterialiter, non verò dominativè per eos facta; vetat tamen, eoſdem eſſe miniſtros in venditione earundem rerum; & ratio tangitur ibidèm, & eſt, quià in venditis *pecuniæ contrectatio* intervenit, quæ tamen non intervenit in commutatione; ideò permiſſa eſt miniſterialis commutatio, non autem miniſterialis venditio.

62 Nona dubitatio eſt, quâ pœnâ puniendus ſit Guardianus, qui eleemoſinas pecuniarias extrà manus Syndici, aut illius Subſtituti deponi faceret?

63 Reſpondeo diſtinguendo de Guardiano; vel enim iſte eſt *Regularis Obſervantiæ*, vel eſt *Strictioris*. Si primum, dico puniendum eſſe pænis proprietariorum, prout ſonant præciſè verba Statuti, quod commentamur ibi, *ſub quâ pænâ* (nempè proprietatis) *prohibemus, nè Guardianus, niſi in manû Syndici, vel ſubſtituti de ejuſdem licentiâ, eleemoſynas pecuniarias teneat*. Si verò ſecundum, Guardianus puniendus eſt privatione Officij, ſic enim diſponunt *Statuta Reformata* (73). *Ogni Convento habbia il Sindico Apoſtolico, ò al più un'altro Soſtituto, e queſti, e non altri ſiano nominati dal P. Generale, ò Provinciale per haver cura delle limoſine pecuniarie, caſo, ch'il dante non voleſſe tenerle lui, ò chi le farà depoſitar altrove, s'è Guardiano, ſia privo dell'Officio*. Et quàmvis pœnâ privationis officij minor ſit pœnâ proprietariorum, tamen illa prò *Reformatis* adhibenda eſt; licèt Statuta Generalia Ordinis ſint etiam cum *Obſervantibus* communia *Reformatis*; Sicùt enim Statutum imponens novam pœnam videtur recedere à jure communi, & attenditur pœnâ Statuti, & non juris communis, ut vult *Baldus* (74), ità per Statuta *Reformata* receſſum videtur à Statutis Ordinis, & illa, non hæc ſunt à *Reformatis* ſervanda.

Excuſat autem *Sanctorus* (75) crimen, ſi pecuniaria eleemoſyna deferatur extrà manus Syndici, vel quià ipſe longè abeſt, ſi ipſe jàm exiſtens creditor Conventus timeretur velle, illam retinere prò ſatisfactione antiqui debiti, & nolle expendere prò imminente fratrum neceſſitate; & concludit Statutum ajens, quòd talis eleemoſyna à Guardianis non teneatur, *Niſi in manu Syndici, aut Subſtituti*, debet accipi *de eleemoſynis indifferentibus, & indeterminatis, non autem de depoſitis iuſſu dominorum*. Fundamentum verò hujus aſſerti nequit ab ipſius contextu expiſcari.

64 Excuſationem proindè recitatàm non facilè admiſerim, eam nempè puto falſam, & periculoſam. Falſum enim eſt, quòd Statutum loquatur de eleemoſynis *indifferentibus, & indeterminatis*; quià juxtà Decretales *Nicolai, & Clementis*, quas ſolas amplectitur totum corpus *Regularis, & Strictioris Obſervantiæ*, eleemoſynæ *indifferentes, & indeterminatæ* non poſſunt à Fratribus recipi, neque apùd Syndicum conſervari, debent enim eleemoſynæ eſſe prò neceſſitatibus præſentibus, aut imminentibus ad hoc, quòd recipi poſſint, ut notum eſt: ſequitur igitur, quòd Statutum non poteſt loque de illis, quæ recipi non poſſunt. Periculoſum etiam eſſet, quià poſſet quilibet Guardianus Reus hujus delicti, unam ex ſupracitatis, aut aliam ſimilem clauſulam prætexere, & ſic eludere diſpoſitionem graviſſimi Statuti, quod eſt, prout agnovit etiam idem *Sanctorus* (76) *magnæ conſiderationis, à quo præcepti de non recipiendis pecunijs proba obſervantia dependet*; & ego addo, quòd ejus praxis difficultat furta, quæ à malis Superioribus, ac fraudationes eleemoſynarum fiunt; ob quæ, Religioſi ſibi neceſſaria non recipiunt à talibus nebulonibus, qui petentibus illa denegant, ſub prætextu paupertatis Conventus; undè coguntur aliundè ea ſibi comparare cum læſione voti paupertatis, & religioſæ obſervantiæ jacturâ. Siquidèm non ex alio fonte emanavit introductio proprietatis, violata paupertas, & cum his totius Ordinis relaxatio, niſi ex hoc, quòd Superiores locales, ut communes eleemoſynas ſibi poſſent copioſiùs applicare, Subditis neceſſaria denegarunt, cogentes eos ſibi extrà ordinem illa providere; & tali pacto, ac occaſione fieri proprietarij. Introducti autem in Religione proprietate; de Religione actum eſt.

65 Concludendum igitur eſt, cauſas ad excuſandum hoc crimen ſuprà adductas, nullas eſſe. Si enim Syndicus longè abeſt caſualiter (non enim Syndici, regulariter habitant valdè diſtantes à Conventu), poteſt expectari ejus reditus, modicum enim tempus, quo eleemoſyna detinetur extrà manus Syndici, animo quantocyùs eam curandi deponi in ejuſdem manibus, non concludit crimen contrà Statutum; nec pariter eſt continuum periculum, quòd in itinere pecunia ſurripiatur; & benè poteſt, eo ceſſante, illa ad Syndicum deferri. Pariter, ſi Conventus cum Syndico habet debita, & proindè timetur, quòd iſte ſibi velit retinere pecuniam prò ſatisfactione debiti, poteſt eleemoſyna deponi apud Subſtitutum Syndici, aut relinqui in manu dantis; aut alterius Subſtituti, nominati à dante, non enim de facili omnia hæc occurrere poſſunt, ut nempè Syndicus, & ejus Subſtitutus velint ſibi eleemoſynam retinere prò ſatisfactione debiti Conventus; & dans eleemoſynam nolit eam retinere apùd ſe; & nolit pariter deputare alium à ſe ſubſtitutum, ut eam

(72) *cap. Exiij. §. Quià verò libros de Verb. ſign. in 6.*
(73) *Stat. Reform. cap. 4. nu. 3.*
(74) *Bald. in l. Data opera. C. Qui accuſa. & in l. 2. C. de Reb. credit.* [illegible] *commun. opin. Tit. 30. nu. 126.*

(75) *Sanctor. de Pau. cap. 7. Quæſt. 4. Caſ. 2. Difficult. 4. V. Reſpondeo affirmativè. circ. finem. fol. 292.*
(76) *Sanctor. loco cit. initio.*

Digitized by Google

ut eam conſervet. Et proindè tales excuſationes, dico excuſationes in peccatis.

66 Decima dubitatio eſt circà tertium Statutum, datum ſuprà *num.*30, quomodò ſe gerere debeat Superior, à quo Tutor, aut Executor teſtamentarius, aut loci pij adminiſtrator, non vult legatam *pecuniam* Fratribus in manu Syndici ſolvere, niſi Superior ipſe confeſſionem ipſam, de receptâ per Syndicum *pecuni* in ſatisfactionem illius legati, in ſcriptis faciat?

67 Reſpondeo, quòd huic incommodo obviaverunt Statuta Generalia Ordinis (77) ordinando, quòd in ſimilibus caſibus ſyngrapha confeſſionis contineat *tantam quantitatem pecuniæ numeratæ per N. de N. ordinatam, relictam, ſeu legatam prò Fratrum neceſſitatibus à N. de N. Syndico Apoſtolico Conventus N. eſſe receptam, & ſolutam ab N. de N. &c.* Hâc enim formâ non confitentur Fratres contrà regulam, *pecuniam* recepiſſe, & conſequenter in Statutum non committunt.

68 Undecima dubitatio circà quartum Statutum datum ſuprà *num.*31. eſt, quomodò poſſit Superior licentiam dare Subdito, pecuniam prò ſe, vel prò alio quærendi, ſivè accipiendi, cùm hoc in Regulâ ſimpliciter ſit prohibitum?

69 Reſpondeo, quòd, ut habetur in Regulâ (78), poſſunt Miniſtri, Cuſtodes, & Guardiani, qui nomine Cuſtodum veniunt, *prò neceſſitatibus infirmorum, ac Fratribus induendis*, recurſum habere ad *amicos ſpirituales*, ut nempè iſti *numeratâ pecuniâ* ſolvant Fratribus neceſſaria, quæ, nec mercede proprij laboris, nec eleemoſynariter ab ipſis parari potuerunt. Quòd igitur Superioribus licitum eſt per ſe; hoc etiam licet per delegatum, nempè Fratrem illum, qui in neceſſitate eſt, ob quàm recurri poſſit ad amicum ſpiritualem, ſuppoſitâ licentiâ Superioris. Frater igitur recurrens prò ſuâ neceſſitate, & de licentiâ Guardiani ad amicum ſpiritualem licitè recurrit, & in hoc caſu Superior licitè dat Suddito *pecuniam* quærendi licentiam.

70 Duodecima dubitatio circà idem Statutum eſt, quo caſu poſſit Superior licentiare Subditum, ut in manu Syndici eleemoſynam pecuniariam conſervet?

71 Reſpondeo, quòd poteſt dari caſus, quòd Religioſus valetudinarius indigeat frequentiſſimè, aut medicamentis, aut cibis particularibus, quibus comparandis impares ſint vires Conventus, & ideò habitâ licentiâ recurrendi ad amicos ſpirituales, aliquem inveniat, qui ſibi eleemoſynam octo, aut decem aureorum prò imminentibus neceſſitatibus ſuis largiatur. Tali caſu poteſt Superior dare facultatem Subdito, ut in manu Syndici talis pecunia deponatur, ut implicetur prò neceſſitatibus illius, quæ, attentâ malâ ejus valetudine, ſunt aut præſentes, aut imminentes.

72 Tertiadecima dubitatio circà idemmet Statutum eſt, quomodò prohibeatur contractio debitorum, ſi aliquis in neceſſitate ſit, ut debita cogatur contrahere?

73 Reſpondeo, debita contrahere ideò prohiberi, quià ex Regulâ prohibetur Fratribus, civiliter ſe in aliquo contractu obligare, & civilis obligatio in contractu emptionis vocatur *debitum*. Porrò prohibitio debitorum contrahendorum afficit tùm Subditos, tùm Superiores, de quibus ſingulis circà hanc materiam diſtincta habentur Statuta. Prò Subditis quidem ſequens habemus Statutum (79) *Quia notabili infamiâ laboraverit ob debita, de quibus apud Prælatos convictus fuerit ad omnia Ordinis Officia, ultrà pœnas ſibi ob debita inflictas perpetuò inhabilis exiſtat.* Et advertendum, quòd in Sambucanis mendum eſt impreſſoris; nàm ubi dicendum eſt *ob debita*, poſuit *ob delicta*.

74 Hoc autem Statutum, prout optimè Sanctorus (80) explicat, accipiendum eſt de illâ *infamia*, quæ dicitur *notabilis* ratione publicitatis, tùm inter Fratres, tùm inter ſæculares, & ortum habet non ex eo; quòd unus tantùm ſæcularis linguoſus, qui unius rei creditor Fratris, ſi de illo publicè conqueratur, quòd ille debitum ſibi non ſolvat, ſed quòd de multis rebus debitor ſit cum uno, vel cum multis creditoribus, qui conqueruntur de Fratre illo, & maculatur Religio ex malâ illius fama; Statutum enim ait *ob debita* nempè plura, non ob unum tantùm. Et addo etiam, quòd debita debent eſſe de rebus non Fratri neceſſarijs, ſed ſuperfluis; poteſt enim dari caſus quòd Superior avarus nolit neceſſaria tribuere, ut telam prò brachis, corium prò ſandalijs, oleum prò lucernâ, chartam, encauſtum, calamos ad ſtudium, & ſcriptionem neceſſaria; & Frater à ſæcularibus ea quærat, ſperans reperire amicum ſpiritualem, qui prætium illorum ſolvat, nec inveniat. Tali caſu contrà juſtitiam eſſet, quòd ob talia debita, ad quæ neceſſitatur, cogeretur ſubire graviſſimam pœnam, quæ potiùs deberetur avaro Superiori; qui noluit neceſſaria tribuere, prout tenetur. Ut ergò criminale ſit debitum, oportet, quòd ſit ob res ſuperfluas; ut ob jocalia, coronas, medaleas argenteas &c. ſæcularibus, maximè fœminis donandas; ſivè ob poculenta, & eſculenta, quibus incumbunt guloſi quidèm lurcones, & ventro dediti, qui immemores profeſſæ paupertatis non acquieſcunt communi victui, quem frugalis Religionis menſa impartiri poteſt, ſed volunt in Camerâ habere pretioſa vina, aquam vitæ, chioccolatam, omnis generis bellaria; non rarò capones, turdos, perdices. & hujuſmodi delicata obſonia, ob quæ debita contrahunt cum coquis, cauponibus, œnopolis, aromatarijs, cupedinarijs &c., & cùm ſolvendo non ſint aggravantur in fama, & deturpatur per eos Religio.

75 Pariter exiſtimo locum eſſe Statuto, ſi Frater ſolitus ſit in quovis Conventu, ubi habitat, aliquod debitum, licèt non notabile contrahere; non minùs enim iſte infamatur apud Fratres de hoc, quàm ſi multa debita in uno loco contraxiſſet, ob quæ notabili infamiâ laboraret. Nàm eo modo, quo plura parva furta conjunguntur, & conſtituunt furem famoſum furcis ſuſpendendum, (81) ità multa parva debita in hoc caſu debent cumulari ad punitionem. Verum eſt, quòd, ut benè advertit citato loco *Sanctorus*, quòd, ad hoc, quòd poſſit Reus puniri, oportet, quòd per Teſtes judicialiter convincatur in inquiſitione inſtitutâ, aut ex Officio Judicis, aut ad inſtantiam partis accuſantis, & tùm punitur pœnâ proprietariorum ob debita contracta; & pœnâ inhabilitatis ad Officia Ordinis, ob *infamiam notabilem* contractam. De hoc autem diximus paragrapho ſuperiori.

76 Prò Superioribus autem localibus, contrahentibus debita habetur aliud Statutum, ità ſonans. (82) *Caveant Guardiani, ne gravioribus debitis Conventus onerent, niſi cum licentia Provincialis, & Diſcretorum conſenſu ſub privatione Officiorum, & inhabilitate in poſterum.*

(77) *Stat.Gen.Ord.cap.4.§.1.nu.8.*
(78) *Regul.Min.cap.4.*
(79) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.nu.70.*
(80) *Sanctor.de Pæn. cap.7.Quæſt. 4. Caſ. 4. ℣. Dico id conijci.fol. 299.*
(81) *Clar.Pract.criminal.§.Furtum.℣.Scias tamen.nu.8.*
(82) *Stat.Gen.Ord.cap.6.§.6.num.16.*

Digitized by Google

rùm. Circà quod Statutum advertendum eſt, quòd nomine *graviorum debitorum* veniunt ea, quæ conſideratis ordinarijs obventionibus, quæ ex eleemoſynis quæſtuatis, aut prò ſtipendio Miſſarum, aut prò mercede laborum, ſolent Conventui evenire, judicio virorum prudentum ſolui non poterunt, niſi cum magnâ difficultate, & poſt longum tempus. Qui ergo hujuſmodi debitis Conventum gravat, non impetratâ priùs licentiâ Provincialis, (quæ ut optimè *Sanctorus* (83) advertit, debet eſſe expreſſa, & non ſufficit tacita, vel interpretativa), & non habito conſenſu Diſcretorum, obnoxius redditur pænæ Statutariæ. Exciperem caſum inevitabilis, ac minimè prævisæ neceſſitatis, cui abſquè dilatione ſit providendum, ut v. g. ſi ex terræ motu concuſſi ità reperirentur muri Eccleſiæ, aut Conventus, ut ruina ſit ſecutura, niſi ſtatim reparentur, & Provincialis longè abeſt, tali caſu poſſet contrahi debitum, habito ſolo conſenſu Diſcretorum; ſi enim expectanda eſſet licentia Provincialis, poſſent muri totaliter corruere, & damnum Conventus in decuplum aggravari; talis autem non eſt mens Statuti, ordinati ad conſervationem indemnitatis Conventuum.

77 Quartadecima dubitatio eſt circà quintum Statutum, datum ſuprà *num.* 92. & eſt, An incurrantur pœnæ hujus Statuti, ſi extrà clauſuram Conventus, propè autem ipſum Syndicus Apoſtolicus de intelligentiâ Guardiani, ſub prætextu oblationis candelarum, eleemoſynam pecuniariam exciperet?

78 Reſpondeo, explicando priùs caſum, (quem vidi in praxi) prò exactâ dubitationis propoſitæ intelligentiâ. In quodam Conventu celebratur cum magnâ ſolemnitate feſtum glorioſiſſimi Sancti *Antonij de Padua*, cujus Statua proceſſionaliter defertur, & poſt proceſſionem ad ejuſdem Altare fit oblatio cereorum. Et quià nonnulli pauperes vellent etiam ipſi cereos conſpicui ponderis ad pompam offerre, ſed ex tenuitate crumenæ hoc aſſequi nequeunt, Syndicus Apoſtolicus de conſenſu, & intelligentiâ Guardiani extrà fines Conventus in viâ publicâ ſedet ad menſam, ſuper quâ ſunt diverſi ponderis cerei, & intorticia. Venit unus & dat Julium Romanum Syndico, (qui illum ponit in patinâ, ad hoc paratâ ad formam earum, in quibus in Eccleſijs ſæcularibus eleemoſynæ recipiuntur in ſolemnitatibus), iſte autem dat offerenti cereum valoris duorum, & ampliùs Juliorum; quem poſteà ille offert ad Altare *S. Antonij*; & ſic prò qualitate monetæ oblatæ, Syndicus dat offerentibus cereos varij ponderis, omnes tamen ſuperant valorem monetæ datæ. Terminatâ autem ſolemnitate, Guardianus reſtituit Syndico tantam ceram, quantam importat eleemoſyna pecuniaria accepta; & iſta cedit in beneficium Conventus. Dubitatur igitur, àn hoc modo Guardianus ſit Reus contrà diſpoſitionem Regulæ, & præſentis Statuti?

79 Reſpondeo affirmativè. Ratio eſt petenda ab intentione Guardiani; tritum ſiquidem eſt carmen.

*Quidquid agunt homines, intentio judicat omnes*,

Intentio enim, ſivè animus Guardiani, (de cujus intelligentiâ, & conſilio Syndicus operatur, prout dictum fuit), eſt, ùt copioſa fiat oblatio ceræ, cujus majorem partem ipſe alienare facit per Syndicum, ut potè uſui Eccleſiæ ſuperfluam. Diligentia igitur illa quæ fit per Syndicum parandi diverſos cereos, & recipiendi in patinâ oblatam pecuniam, eſt quæſtuatio implicita, ſivè palliata. Notandum verò, quòd realis oblatio fit, quandò pecunia projicitur ab offerente in patinam, cereus enim, qui ſibi datur, ut ad Altare *S. Antonij* offerat, eſt tantummodò teſtimonium oblatæ pecuniæ, ſiquidèm cereus ille non eſt offerentis, non enim iſte emit à Syndico, nec Syndicus illum vendidit, ſed prò oblatâ *pecuniâ* quodammodò commodavit ad pompam. Sequitur igitur, quòd illa eſt oblatio pecuniaria, quæ, cùm ſit ſtudio Guardiani procurata, eſt palliata quæſtuatio *pecuniæ*; & accidit, quòd non fiat realiter intrà fines Conventus; cùm enim parùm diſtanter fiat, & ſit contemplatione utilitatis illius, perindè eſt, ac ſi fieret in Conventu. Quòd, ſi contendatur, Syndicum vendere realiter partem cerei, correſpondentem quantitati pecuniæ oblatæ; & oblationem, quæ fit in Eccleſiâ, quàmvis apparenter, & ad pompam, ſit totius cerei, realiter tamen non eſſe niſi partis illius, quæ empta eſt, & proindè non eſſe oblatam monetam, ſed ceram, quam recipere, quæſtuare, aut procurare non eſt contrà Regulam. Reſpondeo, quòd, cùm major pars ceræ, ut potè ſuperflua uſui Eccleſiæ à Guardiano alienari fiat, talis ceræ quantitas, cùm ſit prætio æſtimabilis, eſt vera pecunia, quæ per Regulam prohibetur; ex ipſâ enim alienatâ recipitur à Guardiano per interpoſitam Syndici perſonam, *pecunia numerata*, quæ fuit primò intenta a Guardiano, qui proindè mulctandus eſt, ac ſi capſulam, aut cippum in ſuâ Eccleſiâ ſtatuiſſet ad colligendos eleemoſynaliter denarios.

80 Quintadecima dubitatio eſt, An quæſtuatio *pecuniæ* univerſaliter, & quomodòlibet accepta ſit prohibita in noſtris Eccleſijs?

81 Reſpondeo, illas ſolas quæſtuationes prohiberi, quæ cedunt in beneficium Fratrum, non verò aliæ, quæ Superiorum authoritate prò alijs fiunt, non quidèm à Fratribus, ſed ſæcularibus, quemadmodùm ſunt eleemoſynæ, quæ tempore Quadrageſimæ inter concionandum, ad poſtulationem Epiſcopi prò hoſpitalibus, aut alijs locis pijs, per ſæculares ad hoc deputatos in noſtris Eccleſijs conquæruntur; ſicut etiam illæ, quæ juxtà mandatum *Papæ* eodem modo, loco, & tempore colliguntur prò locis *Terræ Sanctæ*. Et in hâc reſolutione convenit etiam *Sanctorus*. (84)

82 Sextadecima dubitatio eſt circà ſtatutum ſextum, datum ſuprà *num.* 33., & eſt, An, ſi ex accidenti quòd ſæcularis advena, qui, auditâ Miſſâ, vult iter ſuum proſequi, vellet tribuere eleemoſynam prò Miſſis celebrandis, nulluſque alius adeſſet, cui poſſet ille illam Syndico deferendam dare, niſi Tertiarius, aut Servitor Conventus, Guardianus, id permittens, committeret in Statutum?

83 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià mens Statuti eſt tollere à Religione tùm malum, tùm ſpeciem mali, puta, receptionem *pecuniæ* tùm per Fratres ipſos, tùm per interpoſitam perſonam. Vetat igitur, nè Syndici, aut eorum ſubſtituti, datâ operâ, in Conventu maneant ad hoc, quòd denarios ab offerentibus oblatos recipiant; nevè Guardianus committat Tertiario, aut Servitori domus, ut illas acceptet, ſi per alios dantis Subſtitutos poſſint ad Syndicum deſferri,

(83) *Sanctor. de Pan. cap. 7. Quæſt. 4. Caſ. 4. V. Dico Debere eſſe. fol.* 298.

(84) *Sanctor. de Pan. cap. 7. Quæſt. 4. Caſ. 6. Difficul. 3. fol.* 301.

Digitized by Google

deferri, ac ſi in Conventu illi manerent tanquàm interpoſitæ à Guardiano perſonæ, prò *pecunia* recipiendâ. Sed in caſu accidentali, nè fraudentur pia mens offerentis, nèc aliter fieri poteſt, non intendit Statutum prohibere, quòd aut Syndicus in Conventu recipiat, seù Tertiarius, aut Servitor acceptet eleemoſynam pecuniariam Miſſarum, quam ad Syndicum deferat, neceſſitas enim, & epicheia in hoc caſu diſpenſant.

84 Decimaſeptima dubitatio eſt circà nonum Statutum, datum ſuprà *num.* 36. (cætera enim clara ſunt) & eſt, quid nomine *pecuniæ* veniat in citato Statuto?

85 Reſpondeo, quòd, licèt primâ facie videatur importare tantùm *pecuniam ſignatam*, tamen importat omne id, quod eſt prætio æſtimabile, juxtà ſignificatum nominis *pecuniæ*, quod dedimus ſuprà *num.* 2. Ratio eſt, quià mens Statuti eſt elongare à Fratribus proprietatem, proindè non vult, quòd merces laboris, quæcunque illa ſit *pecunia* nempè *numerata*, aut non, ad Syndicum deferatur. Et circà hoc minùs benè opinatus eſt *Sanctorus*, (85) qui Statutum interpretatus eſt de ſolâ *pecunia numerata*. Si quidem, tùm eſſet proprietarius Frater, qui à ſe receptam rem, prætio æſtimabilem, tanquàm proprij laboris mercedem ſervaret non minùs, ac ſi numeratam *pecuniam* reciperet; tùm quià neque Superiori licet *pecuniam* non numeratam, alienandam à ſe, acceptare; ſed illam oportet ad Syndicum deferre. Convincitur ergò, Statutum intelligi de *pecunia* univerſaliter, puta, *numerata*, & non. Merces verò laboris Fratrum, quæ *pecunia* non eſt, nempè res cujus uſus Fratribus eſt licitus, Superiori eſt conſignanda, ut communibus indigentijs ab ipſo applicetur.

86 Decimaoctava dubitatio eſt, An merces laboris à Fratribus, impetrato Judicis officio, poſtulari poſſit?

87 Reſpondeo negativè; ratio eſt, quià, ut optimè *Sanctorus* (86) ex S. *Bonaventura*, *Hugone de Dina*, & *Petro Ioannis* ſcribit, Frater in laboris ſui mercede, quomodòlibet pactâ, aut conventâ, nihil juris habet. Sequitur igitur, quòd non poteſt implorare officium Iudicis, ut obtineat mercedem laboris ab eo, cui laboravit. Ex hoc deducitur, quòd, quàmvis cæteri Regulares poſſint convenire coràm Iudice Eccleſiaſtico debitores ſtipendij Miſſarum, quas celebrarunt, hoc tamen non poſſunt noſtri Superiores locales; & ſi hoc faciunt, (ut non rarò vidi) ſivè per ſe, ſivè per Syndicum in judicio comparendo, peccant mortaliter, & tanquàm proprietarij puniendi ſunt; nàm oſtendunt, ſe habere velle jus in mercede laboris Miſſarum celebratarum, quod tamen juxtà Regulam habere non poſſunt. Sed ſi merces laboris ſibi non detur, debent mendicando ſibi victum comparare, ut habetur in Regulâ.

## §. III.

## Redituum procuratio.

*SUMMARIUM.*

1 *Redituum procuratio, ut crimen non poteſt cadere, niſi in Fratre Minore.*
2 *Annui reditus, quæ dicantur.*
*Differentia inter uſufructum, & reditum.*
*Differentia inter* reditum, *ac* redditum.
*Reditus dicitur, quidquid ex re aliqua obvenit.*
*Omne emolumentum, proveniens à quavis re, dicitur reditus*
3 *Crimen procurationis redituum, quomodò incurratur.*
4 *Alius modus, quo poteſt hoc crimine delinqui.*

1 QUemadmodùm ſuperiori paragrapho, *pecuniæ contrectationem* diximus, alijs Ordinibus Regularibus crimen non eſſe, ſed hoc eſſe peculiare delictum *Fratrum Minorum de Regulari, & Strictiori Obſervantia*; idem pariter eſt de *redituum procuratione*. Siquidèm in alijs Religionibus, bona in communi habentibus, qui Monaſterij cenſum augere procuraret, nèc crimen, nèc pænam incurreret; imò laudem, & præmium à ſuis Superioribus reportaret; in Religione autem noſtrâ, ubi ſummè pauperem eſſe ſummus eſt honor, graviſſimum crimen eſt profuſam paupertatem, *redituum* annualium *procuratione* lædere. *Seraphicus* enim *Pater Franciſcus*, qui noluit *gloriari*, *niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*, qui prò nobis factus eſt pauper, ejuſdem paupertatem ſuper omnia æmulatus, filijs ſuis altiſſimam paupertatem, prò teſſerâ legitimæ ſuæ filiationis, legavit Voluit proindè in Regulâ ſuâ, ut tanquàm pauperes de labore ſuo viverent; & quandò laboris merces ſibi non daretur, dietìm mendicarent; & ſi eleemoſynæ non ſuppeterent, ad Amicos ſpirituales recurrerent; nullo autem modo *reditus* ſibi compararent, aut acciperent, per quos profeſſa mendicitas ablegaretur.

2 Nomine autem *redituum annuorum* veniunt ea omnia, quæ emolumentum, ſivè in numeratâ pecuniâ, ſivè in aliâ re, prætio æſtimabili, ſonant, & hoc vel in perpetuum, vel in tempus longum; & ità intellexit, & benè *Cardinalis* ſuper quâdam *Clementina* (1.) Differentia autem eſt, (prout ex quibuſdam legibus (2) colligunt Iureconſulti) inter *reditum*, & uſufructum; nàm ei, cui uſufructus legatus eſt, prædium ipſum, quo utatur, fruatur, liberum relinquitur. Ei verò, cui prædii *reditus* legatur, ſatis eſt afferri annuam quantitatem, quam fundus largitur, nec ad habitationem præſtandam hæres obſtringitur, ut textualiter deducitur ex quâdam lege (3) Alia etiam differentia obſervatur à legiſtis inter *reditum* ſcriptum ſimplici, & *redditum* exaratum duplici D. Quæ enim obventiones, & fructus adventitii ex re quæcunque quotannis redeunt, à redeundo *reditus* dicuntur. Fru-

(85) *Sanctor. de Pan. cap. 7. quæſt. 4. Caſ. 8. V. Reſpondeo intelligit ſtatut. fol.* 303.

(86) *Sanctor de Pan. loc. cit. V. Reſpondeo ſenſus Regulæ. fol.* 304.
(1) *Card. in Clement. unic. de exceſſ. Prælat.*
(2) *l. Patrimonii. ff de Ven, & uſufruct. l. Fundi. ff. eo.*
(3) *text. in l. 38. §. final. ff. de Uſu, & uſufr.*

Fructus autem, qui ex terrâ cultâ redduntur domino in annos singulos, à reddendo *reditus* appellantur, & ſic ſenſerunt *Brechæus*, & *Connanus* apud *Calvinum*. (4) Scrupuloſa autem nimis, & purè grammaticalis eſt differentia hæc, quandoquidem *reditus* dicitur quidquid ex re aliquâ obvenit, ut colligitur ex quâdam lege; (5) & *redituum* nomine importantur omnia emolumenta, quæ ex quâvis re proveniunt, ut ex jure (6) deducitur.

3 Crimen autem *procurationis redituum* eſt, quandò aliquo modo Frater Minor influit in eam diſpoſitionem, quâ vel ex donatione, vel ex legato, ſæcularis aliquid ſivè in pecuniâ, ſivè in aliâ re, ad victum, aùt ad veſtitum Fratrum pertinente, quod annuatim in perpetuum, aùt longum tempus præſtetur, Conventui donat, vel relinquit. Porrò influxus in dictam diſpoſitionem poteſt eſſe vel exorando, vel conſulendo, vel inſtruendo, vel ſuadendo, vel colaudando ſæcularem, ut ad talem diſpoſitionem deveniat, per quam *annuus reditus* in Fratrum utilitatem deveniat; omnes enim prædicti modi influendi implicitè includuntur in Statuto, quod infrà dabimus, & exponemus.

4 Alio pariter modo committi poteſt hoc crimen; ſi nempè Superior localis rem aliquam Conventus ſeu mobilem, ſeu ſtabilem ità diſponeret, ut Conventus ex eâ *reditum* aliquem reciperet; ut exempli gratiâ, ſi pratum, ſylvam, aùt Cameram, ſivè aliam partem Conventus locaret; ſi ſupellectilem ejuſdem, maximè Eccleſiaſticam, ut aulæa, tabula, conopæa &c. convento pretio commodaret. Quantùmvis enim per manus Syndici hæc fieri Guardianus procuraret, nil minùs delinqueret, *reditus* etenim verè Conventui *procuraret*.

## Probatio.

### SVMMARIVM.

5 *Bulla eſt ſpecialis in probando hoc crimine.*

6 **H**Vjus delicti probatio nihil habet peculiare; & cum ut plurimùm ſolis verbis perficitur, nempè ſuadendo, conſulendo, aùt conveniendo &c. eodem modo, quo probantur delicta verbalia, etiam ipſum probandum eſt.

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

5 *Ex ſolis Conſtitutionibus Minorum de obſervantia indagandæ ſunt pœnæ.*
7 *Primum Statutum.*
8 *Secundum Statutum.*
9 *Tertium Statutum.*
10 *Quartum Statutum.*
11 *Dubitatio prima.*
12 Suadere, ſeù perſuadere *quid importet.*
*Modi quibus ſuadere poſſunt reditus procurari.*
13 Procurare *quid importet.*
14 *Dubitatio ſecunda.*
15 *Nec prò communi, nec prò particulari Religioſo poſſunt reditus procurari.*
16 *Dubitatio tertia.*
17 *Eccleſia Minorum, àn poſſint habere reditus.*
18 *Eccleſiæ Minorum poſſunt habere reditus prò ſibi neceſſariis.*
19 *Sunt capaces hereditatis, & legatorum.*
*Caſus practicus.*
20 *Procurare legatum prò Eccleſiis non eſt Minoribus vetitum.*
*Obſervanda circà hoc.*
*Melius eſt illud non procurare.*
21 *Dubitatio quarta.*
22 *Legatum factum Minoribus, ut ipſi celebrent Miſſas prò animâ Teſtatoris, & ut mercedem laboris recipiant ab hæredibus ſibi neceſſaria, valet.*
*Fratres Minores debent potiùs vivere de ſuo labore, quàm ex eleemoſynis.*
23 *Dubitatio quinta.*
24 *Frater procurans legatum relinqui ſibi, aùt alteri, eſt Reus Statuti.*
25 *Cætera Statuta non habent difficultatem.*

6 **Q**Uià, ut ſuprà dictum eſt, hoc crimen in noſtro Ordine tantùm locum habet, ex ſolis noſtris Conſtitutionibus ipſius pœna venanda eſt; ſic ergò habet primum Statutum.

7 1. *Univerſi, & ſingulis Fratribus per ſanctam obedientiam præcipimus, nè per ſe, vel interpoſitam perſonam faciendam, vel ordinandam aliquam eleemoſynam ad tempus, vel in perpetuum ſibi, vel alteri ex Fratribus, vel Ordini, vel Conventui exhibendam ſuadeant, vel procurent; & ſi ordinata fuerit, nullo modo exigatur à Fratribus, vel ab alio nomine eorum in judicio, nec exigi, aut recipi poſſit, niſi per modum eleemoſynæ: Contraveniens ſit, ipſo facto, excommunicatus, nec extrà mortis articulum ab alio, quàm à Provinciali abſolvi poſſit, & omnibus Ordinis officiis privatus, carceribus mancipetur, Provincialis arbitrio.* (6)

8 2. *Cum juxtà Pontificias declarationes locare aliquod in Ordine nobis non liceat, ſub pœnis, in proprietarios ſancitis, decernimus, nè Terrulæ, Prata, Viridaria, Domus, præſertim Conventuum, qui extra Civitates, & Terras, ex quâvis causâ deſtructi ſunt, etiam per Syndicos Apoſtolicos locentur; & ſi, quæ fuerint jam locata, non perſiſtant; ſed omninò diſſolvantur, & reſcindantur, firmiter præcipimus, & jubemus: quibus pœnis Provinciales ſubjaceant, ſi quid horum ſcienter admiſerint, vel permiſerint.* (7)

9 3. *Si quæ autem domus, aùt vinea ad vinum faciendum, etiamſi ſit unita Conventui, vel aliud ſimile, quod proprietatem redoleat, ob negligentiam, aùt inadvertentiam in aliquo Conventu reſervatur; ſi ei aliqua Miſſarum obligatio adnexa fuerit, Hæredibus ſtatim relinquatur: ſi verò abſquè ullo onere ſit per Syndicum Apo-*



(4) *Brechæ. in l. Frugem. ff. de Verb. ſign. Connan. lib. 4. cap. 3. num. 5. apud Calvin. lexic. V. Reditus à Oratio.*
(5) *l. Magis puto. §. Non paſſim. ff. de Rebus eor. qui ſub tutel.*
(6) *l. Si reditus. ff. de Fund. inſtruct. l. Tilius. ff. de Solut. l. Æquiſſimum, §. Et ſi forte ff. de Uſufruct.*

(6) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 5. num. 1.*
(7) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 2. num. 1.*

*Apoſtolicum vendatur, & pretium in commodum Fratrum utilitatem convertatur, ſub privatione Officii Superioribus, & pœnâ proprietatis Subditis. Vineæ autem Conventibus unitæ, ad fructus, non ad vinum deſervientes permittantur.* (8)

10 4 *Prohibemus etiam, ne intrà locorum noſtrorum ſepta frumentum, vel aliud alicujus generis triticum ſeminetur, ſed tantùm olera, fructus, & fœnum prò jumentis, in uſus Fratrum colligenda, nec ex iis aliquid venale exponatur, etiam per manus Syndicorum, ſub pœnâ proprietatis, tàm Subditis, quàm Superioribus contrà facientibus.* (9)

11 Circà quæ Statuta, & ſpecialiter circà primum, datum ſuprà *num.* 8. prima difficultas eſt; quid importet *ſuadere*, aùt *procurare* per ſe, vel alium, *reditus*?

12 Reſpondeo, quòd *ſuadere*, ſivè *perſuadere*, quod perindè eſt, ſignificat ſuavibus verbis aliquem hortari ad id, quod intendimus, & hoc ſivè bonum, ſivè malum ſit, argumento cujuſdam legis, (9) ſuadetur autem ratione, præcibus, exemplis, laude, vituperio, aliiſque artibus; nempè, ſi quis ſuaderet alicui diviti legatum perpetuum Fratribus in teſtamento relinquere, nec ex integro pinguem ejus hæreditatem legare extraneo hæredi, qui ingratus, ut regulariter evenit, ergà benefactorem, nunquàm prò ejus animâ ſuffragium aliquod fieri curabit, cùm vice verſâ Fratres annuales præces prò ipſo fundent, ſivè, ſi eum exoret, ut Fratrum inopiam miſeratus, aliquo legato eorum indigentiis proſpiciat: ſivè narret plura exempla eorum, quo ſimilia legata fecerunt, ac exaggeret laudes, quas illi ob talia opera reportarunt, & vice verſâ vituperia, quibus confixi ſunt, qui nulla pia legata reliquerunt: ſivè conſilium requirenti ſuper diſpoſitione ſui teſtamenti conſulat, ut tale legatum ordinet, pariterque inſtruat, quibus clauſulis ſuam diſpoſitionem muniat, ne ab hæredibus ſuâ voluntate fruſtretur; hæc inquam, & ſimilia importantur per verbum *ſuadere*.

13 *Procurare* autem importat factum, ſivè per ſe, ſivè per alium, quo Frater perpetuum legatum Conventui pararet; ut puta, ſi Frater rogatus ab Amico, ut ſibi benè ordinatum ſcriberet teſtamentum, ille ſcriberet perpetuam elemoſynam Conventui faciendam; ſivè, ſi Notario, aùt Confeſſario Teſtatoris ſuggereret, ut illi conſulerent talem elemoſynam legare; ſivè quovis alio facto, quo *reditus* perpetuus, ſivè ad tempus longum Monaſterio pararetur.

14 Secunda dubitatio ſuper eodem Statuto eſt, reſpectu quorumnam prohibita ſit talium *redituum procuratio*.

15 Reſpondeo, quòd in citato Statuto habentur clauſulæ *ſibi, vel alteri ex Fratribus, vel Ordini, vel Conventui exhibendum*, quibus clauſulis importantur tùm perſonæ particulares *ipſius* Fratris procurantis, ſivè *alterius*, prò quo procuraret; tùm *Ordo* totus, ſi nempè in commodum ipſius, prò Comitiis Generalibus legatum fieret; tùm *Conventus*, ut patet; & ex eodem principio, (puta, incompetentiæ *redituum* Fratribus Minoribus) intelligenda venit etiam *Cuſtodia*, *Provincia*, *ac Hoſpitium* à Fratribus habitatum; contrà Statutum enim delinqueret, qui procuraret eleemoſynam perpetuam talibus locis applicandam.

16 Tertia dubitatio eſt, An Reus hujus criminis ſuaderet, qui procuraret legatum perpetuum, tot librarum olei, ſivè ceræ, ſeu tantæ quantitatis vini prò Miſſis, & Communionibus, favore Eccleſiæ, Fratrum Minorum?

17 Reſpondeo, quòd reſolutio difficultatis hujus pendet à reſolutione, num liceat Eccleſiis Minorum *reditus* habere; in tantùm enim crimen eſt *reditus* procurare prò Fratribus, in quantùm Fratres ſinè delicto nequeunt eos recipere: quòd, ſi Eccleſia capax illorum ſit, crimen non erit illos procurare.

18 Dico igitur, diſtinguendum eſſe de quantitate olei, ceræ, & vini, & de reali illorum uſu. Si enim præciſa quantitas illorum legetur, quæ inſumenda ſit prò luminaribus in cultum Dei, Miſſis celebrandis, & prò purificatione pòſt Communionem, prò Fratribus, & ſæcularibus, (ſi nempè his etiam, vice aquæ, vinum daretur, ut in quibuſdam locis fit) & in alios Fratrum uſus non cederet, talis *reditus* non eſſet incompetens Eccleſiæ; ſicùt etiam, ſi legaretur pecunia prò reſtauratione fabricæ, paramentis, aùt alia ſupellectili ſacrâ; dummodò talis pecunia præciſè talibus uſibus, non autem aliter, applicaretur; & etiam cùm hoc, quòd ex tali pecuniâ non fierent ſumptuoſa ultrà fas paramenta, quæ Eccleſias Minorum dedeceret. Secùs autem eſſet, ſi legata illorum quantitas ſuperaret uſum illorum in cultu Eccleſiæ, & ad alias Conventus indigentias detorqueretur.

19 Ratio reſolutionis eſt, quià (ut habet in ſuâ *Minoricâ Bartolus*, (10), & Nos aliàs (11) probavimus) *Eccleſia Fratrum Minorum*, cùm ſint pleno jure in dominio, & proprietate Sedis Apoſtolicæ, ſunt capaces legatorum, ac etiam hæreditatis. Proindè legata etiam pecuniaria, relicta prò paramentis, calicibus, cerâ, oleo, tobaleis, luminaribus, ac aliis, quæ cedunt in immediatum cultum Dei, Eccleſiæ, ſeù Sacriſtiæ, Minorum ſubſiſtunt, ut ex *Bartolo, Navarro*, & *Sylveſtro* probat *Rodericus*. (12) Nec valet argumentum à Fratribus ad eorum Eccleſias, illi enim incapaces legatorum ſunt, Eccleſiæ verò capaces, ut loco ſuprà citato probat *Bartolus*. Et in facti contingentiâ, *D. Laura de Maximis* reliquiſſet viginti barilia vini prò uſu Eccleſiæ, *S. Petri in Monte Aureo Romæ*, & quendam reditum pecuniarium prò utenſilibus Eccleſiæ durante vitâ ſui hæredis, & hic nollet ſolvere legatum, ſub prætextu incapacitatis Fratrum, introductâ per Syndicum Apoſtolicum lite, nomine Eccleſiæ Romanæ, (ad quam ſpectat dicta Eccleſia) coràm *Sac. Congregatione Ven. Fabricæ S. Petri*, ſententiatum fuit, Eccleſiam illam eſſe capacem talis legati, & coactus fuit Hæres illi ſatisfacere.

20 Cum igitur Eccleſiæ Fratrum capaces ſint talium legatorum, non delinqueret, qui ſimile legatum procuraret. Verum eſt, quòd multa ſunt circà hoc obſervanda. Primum eſt, quòd legatum non ſit tale,

quod

(8) *Stat. Gen. Ord. loc. cita. num.* 2.
(9) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu.* 3.
(9) *L. 1. §. Perſuadere ff. de Serv. corr.*

(10) *Bart. Minoric. lib. p. Diſt. 4. cap. 1. circ. med.*
(11) *Allegat. canonic. 22. n. 3.*
(12) Roderic. Q. Q. Regular. Tom. 2. Quæſt. 126. art. 5. *Bart. Minoric. lib. 1. Diſt. 4. cap. 1. & in l. Civitatibus. ff. de leg. 1. & in l. Servis. ff. de Adim. legat. Navar. de Reg. Conſ. 13. lib. 3. Sylveſt. Sum. V. legatum. 2. num. 4.*

quod ſuperet indigentias Eccleſiæ. Secundum eſt, quòd, ſi Eccleſia habet jàm alia ſimilia legata, quibus ſufficienter proviſum ſit ejus manutentioni, alterius legati capax non eſt. Tertium, quòd per tale legatum non fiant paramenta, & aliæ ſupellectiles ultrà fas prætioſæ contrà ſtatum Fratrum Minorum, pròut habet *Clementina*. (13) Quartum eſt, quòd mens Teſtatoris exprimatur, quòd tale legatum ſit præcisè prò rebus ad cultum divinum, & reparationem Eccleſiæ pertinentibus, nèc aliàs, nèc aliter, nèc alio modo; ità ut prò quâvis aliâ Fratrum neceſſitate non teneatur Hæres legatum ſolvere, nèc Fratres in ſuos profanos uſus valeant illud convertere. Tamen, quià proclivis eſt ad malum natura humana, & occaſione ſimilium legatorum poſſent Fratres ex iis providere propriis indigentiis, & hoc modo *reditus* indirectè habere, ac ex hoc ſcandalizari ſæculares, cum læſione profeſſæ paupertatis, cenſeo ab hujuſmodi legatis, quàmvis de jure licitis, eſſe totaliter abſtinendum.

21 Quarta dubitatio eſt, àn eſſet ejuſdem Statuti Reus, qui procuraret à Teſtatore fieri diſpoſitionem, quòd Hæredes tenerentur facere celebrare, de anno in annum in perpetuum, per Sacerdotes omnes unius Conventus quotidiè Miſſas prò animâ ſuâ, & ipſi Hæredes tenerentur ad ſubminiſtranda omnia neceſſaria ad victum, veſtitum, libros, medicinalia &c. illorum Sacerdotum, ſeù etiam Fratrum aliorum ejuſdem Conventus.

22 Reſpondeo negativè; ratio eſt, quià, prout habetur ex *Teſtamento Seraphici Patris*. (14) Decretalibus Pontificum, & Doctrinâ Expoſitorum Regulæ, primus modus, quo Fratres juxtà Regulam debent ſibi de victu providere, eſt, quòd *vivant de laboritio, quod pertinet ad honeſtatem*. (15) & quod *de mercede laboris corporis neceſſaria recipiant*. Undè infertur, quòd, ſi de proprio labore poſſent Fratres totaliter ſuſtentari, non poſſent tutâ conſcientiâ mendicare, tùm quià non eſſent indigentes, quià ex labore ſibi neceſſaria ſuppeterent; & mendicando ſuperfluè, aliorum mendicorum indigentiis nocerent. Tùm quià, in Regulâ non ſit nobis abſoluta facultas mendicandi, ſed tantùm conditionata, puta, caſu, quo *non daretur nobis pretium laboris*; undè non purificatâ conditione, non ſubſiſtit forma, nèc diſpoſitio Regulæ, ut ex jure (16) deducitur. Pariter prò labore ſpirituali Miſſarum, Divinorum Officiorum, Lectionum, Concionum, &c. licet Fratribus recipere mercedem, hoc eſt corporis neceſſaria, ut probat cum communi Expoſitorum Regulæ *Marchantius*. (17) In caſu autem ſuppoſito Fratres viverent de proprio labore, ad cujus mercedem tamen non haberent jus, nèc dominium; & Hæres tantùm gravaretur obligatione injungendi laborem Fratribus, & iis neceſſaria ad vitam ſubminiſtrandi, quod liciſſimum eſt; & conſequenter non delinqueret, qui tale legatum procuraret.

23 Quinta dubitatio eſt ad idem Statutum, & eſt, dato, quòd Fratres nullum jus ad legatum ſibi relictum habere prætendant, & ipſum purè eleemoſynaliter recipiant, prout ordinatur in Statutis, àn Frater procurans, quòd relinquatur à Teſtatore, ſivè alio in teſtamento, aùt alio modo, pœnam Statuti incurrat?

24 Reſpondeo affirmativè; ratio eſt, quià Statutum loquitur in genere *de eleemoſynâ ad tempus, vel in perpetuum*; nec ſe arctat ad legatum; aùt ad caſum, quo Fratres illud, ut ſibi debitum vindicarent, aùt in judicio proſequerentur. Sed quantùmvis illam eleemoſynam perpetuam, ſivè ad tempus longum, tanquàm eleemoſynam reciperent, non minùs Frater, qui eam relinqui procuraſſet, Statutariâ pœnâ teneretur.

25 Circà alia Statuta nulla eſt difficultas, proindè ad alia properamus.

(13) *Clement. Exivi. §.*
(14) *Teſtam. S.P. Franciſci circ. med.*
(15) *Regul. Minor. cap. 5.*

(16) *l. Mevius. l. Qui hæredi. ff. de Condit. & demo. l. Si quis ſub conditione. ff. de Verb. ſign. l. Si quis fundum. ff. de Contra. empt.*
(17) *Marchant. Expoſit. Regul. cap. 5. Quæſt. 4. Concl. unic.*



Digitized by Google

## §. IV.

# Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum.

*SUMMARIUM.*

1 *Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum militat contrà votum paupertatis.*
2 *Alienatio quid ſit.*
3 *Diviſio alienationis.*
4 *Prohibitio alienationis ſimpliciter intelligitur de alienatione largè ſumptâ.*
*Quandò eſt in odium alicujus reſtringitur.*
*Alienatio bonorum Eccleſiæ ſumitur largè.*
*Alienationis ſpecies.*
5 *Bona quæ dicantur, & eorum diviſio.*
*Quæ bona Eccleſiaſtica alienari prohibentur.*
*Bona modica non veniunt ſub prohibitione alienationis.*
*Modica non curantur.*
6 *Modica bona, quæ cenſeantur, variæ opiniones.*
7 *Conditiones, ut bona modica Eccleſiæ poſſint alienari.*
*De conditionibus iſtis non tenetur Prælatus juridicè facere conſtare; ſufficit extrà judicialiter.*
*Si bona ſint de menſâ Capituli, ad alienationem requiritur ejus conſenſus.*
8 *Arbores connumerantur inter bona immobilia.*
*Tales non ſunt ſylva cædua.*
9 *Omnia deputata ad culturam fundi cenſentur pars fundi; & alienari nequeunt.*
10 *Iura, & actiones cenſentur inter immobilia.*
*Cenſus, loca Montium, credita ad longum tempus ſunt bona immobilia.*
*Tempus longum, quod dicatur.*
*Iuſpatronatus Eccleſiaſticum nequit alienari.*
*Laicale quale ſit; & quomodò transferri poſſit.*
11 *Omnia habentia adnexam ſpiritualitatem ſunt inalienabilia.*
12 *Mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt, nequeunt alienari, & quæ ſint.*
13 *Fructus fundi, quamvis pretioſi ſint, poſſunt alienari.*
14 *Mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt, queunt alienari.*
15 *Mobilia pretioſa etiam ſunt, quorum copia ſupplet vilitatem materiæ.*
16 *Pecunia Eccleſiæ, quomodò alienabilis.*
17 *Inalienabilis eſt pecunia, applicata à donante ad aliquem determinatum effectum.*
18 *Opinio, quòd pecunia Eccleſiæ ſit inalienabilis, confutatur à Paſſerino.*
19 *Bona Eccleſiaſtica, quæ ſint, & eorum diverſitas.*
*Bona loci pii, fundati auctoritate Epiſcopi, ſunt Eccleſiaſtica.*
*Loca pia, fundata à laicis, quandò cenſeantur Eccleſiaſtica.*
20 *Bona Confraternitatum laicarum, àn ſint Eccleſiaſtica, dubium*
21 *Deciſio dubii cum diſtinctione.*
22 *Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum, quomodò licita.*
*Cauſæ, ob quas licet illa alienare.*
23 *Neceſſitas, ob quam bona Eccleſiæ poſſunt alienari, & ejus exempla.*
*Sufficit neceſſitas gravis, nec requiritur extrema.*
*Pauperes facti etiam ex ipſorum culpâ ſunt juvandi.*
24 *Ex neceſſitate urgenti, alienatio poteſt fieri ante beneplacitum Apoſtolicum.*
*Hoc requiritur ex poſt.*
25 *Si neceſſitati poteſt provideri alienando fructus, non poteſt alienari fundus.*
*Ex modicâ indigentiâ non poteſt alienari quid magnum.*
*Priùs alienanda mobilia, quàm immobilia.*
26 *Cauſâ utilitatis Eccleſiæ poteſt fieri alienatio, & quæ illa ſit.*
27 *Solemnitas requiritur ad alienationem, & quæ illa ſit de jure antiquo, & novo.*
28 *Ceſſante verâ cauſâ, alienatio non valet.*
*Papa eſt bonorum Eccleſiæ diſpenſator, non dominus.*
29 *Alienatio bonorum Eccleſiæ, quandò crimen ſit.*

1 AD crimina contrà paupertatem, reductivè ſaltem ſpectat *Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum*, cum aliquoties fieri contingat ob privatam alienantis utilitatem, quod in Prælato Regulari importat delictum proprietatis, quod militat contrà ſolemne votum paupertatis; ideò ſub hoc Titulo ipſius tractationem inſtituimus.

2 Incipiendo igitur à quidditate delicti, explicandi veniunt tres termini, puta, *Alienatio*, ſecundus, quæ veniant nomine *bonorum*, & tertius, quid importetur appellatione *Eccleſiaſticorum*. Dico igitur, quòd, ut ex jure (1) deducitur, *alienatio* eſt omnis actus, per quem in alium alicujus rei dominium, ſivè aliud ad dominium ſpectans transfertur. Dicitur autem notanter *aliud ad dominium ſpectans*, ob ſpecies alienationis, in quibus non transfertur rei dominium, ſed ejus uſus tantùm, ut in locatione, emphyteuſi &c. quæ tamen ad dominium referuntur, uti enim abſolutè de re aliquâ dependet à dominio, quo utens habet in re ſuâ.

3 Solet autem dividi *alienatio* in largè, & propriè, & propriiſſimè ſumptam, largè ſumpta dicitur illa, per quam in alium transfertur quodcunque jus in re, argumento ejus, quod in jure (2) dicitur. Propriè eſt, per quam transfertur dominium utile tantùm, non autem directum, ut in locatione emphyteuſi, feudo &c. Nolunt autem nonnulli Doctores (3) nomine *alienationis* poſſe venire translationem ſolius uſus rei, quià non poteſt dici alienatum, quod in dominio noſtro *remanet*. (4) Tamen adverten-

(1) *l. 1. C. de Fund. dotal. l. Alienationes. ff. de Verb. ſign.*
(2) *l. Sancimus. C. de Reb. alienis non alienan.*
(3) *Alciat. in l. Alienationis, notab. 1. ff. de Verb. ſign. Salycet. in l. 1. nu. 1. C de Iur. enphyt. Caſtropal. Par. 2. Tr. 12. Diſp. un. prop. 15. num. 1.*
(3) *text. in l. Alienatum. ff. de Verb. ſign.*

Digitized by Google

vertendum eſt, optimè diſtingui poſſe ſubſtantiam rei ab illius fructu, ſivè uſu, ut diſtinguitur cauſa ab affectu; proindè poſſe eſſe diſtinctum dominium ſubſtantiæ rei à dominio fructus, ſivè uſus; & ex conſequenti transferri hoc, illo minimè translato. Propriiſſimè autem *alienatio* eſt, per quam transfertur dominium, tàm directum, quàm utile, ut fit per venditionem, permutationem, donationem &c.

4 Suppoſitâ autem hàc diviſione, regula generalis eſt, quòd prohibitâ ſimpliciter *alienatione*, hæc intelligatur largè ſumpta, & proindè prohibitus cenſeatur quivis actus, per quem alteri adquiritur aliquod jus in re, quodcunque ſit illud, ut quàm pluribus de more ſuo citatis tradit *Barboſa* (5). Verum eſt, hoc intelligendum, quandò prohibitio *alienationis* eſt inducta favore alicujus principaliter; ſi enim eſſet inducta in odium, cum odia ſint reſtringenda, (6) accipi debet *alienatio* propriiſſimè ſumpta, ut dicunt Doctores. (7) Infertur proindè, quòd, cùm *alienationis* bonorum Eccleſiaſticorum prohibitio inducta ſit ad favorem Eccleſiæ, debet accipi alienatio largè, pròut comprehendit omnes actus, per quos dominium, aùt uſus rei transfertur; & ſic prohibita intelligatur bonorum Eccleſiaſticorum *Donatio*, *Venditio*, *Permutatio*, *Poſſeſſionis traditio*, *Diſmembratio*, *Renunciatio*, *Infeudatio*, *Emphyteuſis*, *Precarium*, *locatio*, *Datio in ſolutum*, *Ceſſio*, *Tranſactio*, *Pignoratio*, *Mutuum*, *Fideiuſſio*, *Impoſitio cenſus* &c., de quibus omnibus diffuſiſſimè tractat *Paſſerinus* (8).

5 Secundus terminus eſt *bona*; *Bonorum* verò multiplex eſt differentia, alia enim ſunt corporalia, alia incorporalia; alia mobilia, alia immobilia; mobilium alia ſunt prætioſa, & durabilia, quæ nec veteraſcunt, nec uſu conſumuntur, & magnò æſtimantur, ut gemmæ, aurum &c., alia verò non prætioſa, quæ vel parvi æſtimantur; vel non fructificant, vel veteraſcunt, aùt uſu conſumuntur, ut veſtes &c. Dicitur ergò primò, quòd *bona* prohibita alienari ſunt *bona* immobilia, ſivè ſtabilia, ut agri, vineæ, domus &c. quæ dicuntur habere radicem fixam, ut habetur in jure, tùm antiquo, tùm novo. (9) Excipiuntur ſtabilia exigua, & modici valoris, iſta enim poſſunt per Prælatum alienari, abſque ſolemnitate, requiſitâ in aliis alienationibus, ut dicit quoddam capitulum, (10) & ratio talis diſpoſitionis eſt, quià in generali prohibitione alienationis, modica non veniunt, ut ſcripſit *Baldus* (11), & de modicis non curatur. (12) Undè deducitur, quòd, quàmvis non adeſſet expreſsè citatum capitulum, quod eſt *Concilii Agathenſis*, adhùc ex diſpoſitione juris communis, *bona Eccleſiaſtica* parvi valoris poſſent licitè, abſque ſolemnitate alienari, ut benè obſervat *Paſſerinus* (13).

6 Difficultas eſt, quinam dici poſſit modicus valor in hoc caſu, ut *alienatio* juſtificata in utroque foro, nempè poli, & fori inſtitui poſſit. Nonnulli Auctores cum *Gloſsâ* (14) illius capituli volunt, fundum dici modici valoris, ſi non ſuperat viginti ſolidos, hoc eſt ſcuta 25 monetæ Romanæ, valor enim ſolidi antiqui, pròut ſcribit *Phyrrus Corradus* (15), eſt tredecim Juliorum ferè. Alii (16) opinantur valorem modicum illum, qui non excedit vigintiquinque aureos de Camerâ. Alii verò, (17) quos dat *Theſaurus*, æquiùs exiſtimant, quòd arbitrio viri prudentis committantur diffinire, quis, ſpectatâ Eccleſiæ opulentiâ, aùt paupertate, modicus valor dici poſſet; & hæc eſt ſententia tenenda.

7 Porrò *alienatio* talium terrularum, ultrà allatam conditionem de ipſarum modico valore, ut ſit licita, oportet, quòd ſit Eccleſiæ, tùm utilis, tùm neceſſaria; iſtæ autem duæ conditiones penſandæ ſunt per Prælatum, qui tamen juxtà Doctores (18) non cogitur facere juridicè de illis conſtare; ſed ſufficit informatio extrajudicialis prò ſuâ conſcientiâ. Advertendum autem, quòd, ſi tales terrulæ ſint de menſâ Prælati, poteſt iſte, juxtà diſpoſitionem dicti capitis, illas alienare, conſilio Capituli minimè requiſito. Sed ſi pertinent ad menſam Capituli, requiritur conſenſus Capituli, ſaltem tacitus, ut vult *Abbas* (19), cùm agatur de ipſius intereſſe.

8 Inter immobilia bona connumerantur etiam arbores, quæ ſolo cohærent, & affixæ ſunt, proindè cenſentur eſſe pars fundi argumento eorum, quæ dicuntur in jure (20) hoc autem accipiendum eſt de arboribus fructiferis, ut pomum, olea, vitis &c. item, quæ ad ornatum, ſivè ad umbram plantatæ ſunt; pariterquè illæ, quæ reciſæ non renaſcuntur, & earum trunco utimur ad ædificia prò trabe, tigno &c. Hoc autem nomine non veniunt ſylvæ cæduæ, illæ nempè, quarum ligna cædi quolibet quadriennio, quinquennio, ſivè alio tempore ad uſum parandi ignem, cæduntur. Ratio eſt, quià per talem inciſionem non deterioratur fundus, cujus fructus conſiſtit in cæſione talium lignorum. Undè Eccleſiaſticus, quàmvis dominus fundi non ſit, ſi eſt illius uſufructuarius, poteſt talem ſylvam cædere, ac ejus ligna licitè alienare, ut ex jure (21) deducunt Doctores apud *Paſſerinum*, qui exactè hanc materiam examinat.

9 Recenſentur pariter inter immobilia Servi, ſeù mancipia, deputata ad culturam fundi, quià cenſentur eſſe ejuſdem fundi portiones, cùm ſint eidem fundo adſcripti, proindè tales Servi, ad fundum Eccleſiaſticum pertinentes, alienari non poſſunt. (22) Et à ſimili dicendum eſt de bobus, ſivè aliis animalibus, quæ ad agrorum culturam pertinent; nàm etiam iſta, cùm ſint fundo colendo deputata, conſiderantur tanquàm pars illius; undè etiam alienari prohibentur, ut dicunt Doctores (23).

10. Si-

(5) *Barboſ. In l. Sancimus. nu. 2. ff. de Reb. alien. non alien.*
(6) *cap. odia. de Reg. iur. lib. 6.*
(7) *Sylu. Tabien. V. Alienatio nu. 1.*
(8) *Paſſerin. de Stat. homin. Tom. 1. Quæſt. 185. Art. 7. à num. 241. ad 306.*
(9) *cap. Sinè exceptione. 12. q. 2. ca. Nulli. Extrà de Reb. Eccl. non alien. Extrau. Ambitioſæ eo. tit. int. com. Clem. 1. eo. tit.*
(10) *cap. Terrulas. 12. q. 2.*
(11) *Bald. in cap. Si proponente. nu. 4. & ſeqq. de Reſcript.*
(12) *l. Scio. de In integr. reſtit.*
(13) *Paſſerin. Tom. 1. de Stat. hom. Quæſt. 185. art. 7. nu. 310.*
(14) *Gloſſ. in cap. Terrulas. 12. qu. 2. Archid. in cap. Si quos. ea. cau. & quæſt. Alciat. Conſ. 23. nu. 6. Donat. par. 2. Tract. 14. quæſt. 36.*
(15) *Pyrr. Corrad. de Diſpenſat. lib. 9. cap. 4. n. 45. apud Donat. loc. cit.*
[16) *Nald. Sum. V. Prælatu. nu. 7. lezan. V. Alienatio. nu. 7. Gavant. Manual. Epi. V. Alienat. nu. 24.*
(17) *Lezan. Killiut. Quarant. Peyrin. Barbos. Gennen. apud Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Alienatio cap. 1. nu. III.*
(18) *Donat. Par. 2. Tract. 14. quæſt. 36. in fin. Paſſerin. Tom. 1. de Stat. hom. Quæſt. 185. art. 7. n. 317.*
(19) *Abb. in cap. Vt ſuper. nu. 14. de Reb. Eccl. non aliena.*
(20) *l. Acquiſſimam. §. Fructuarius. ff. de Vſufr. & quem. l. In fraudem. §. Conductor. de Iur. fiſc. l. Divortio. §. ſi fundum. ff. ſolut. mat.*
(21) *l. Sylva cædua. ff. de Verb. ſign. Ricc. Gratian. Barboſ. Donat. Quarant. Redoan. Boſſ. apud Paſſerin. l. cit. nu. 347.*
(22) *l. Iubemus. C. de Sacr. Eccl. Auth. de Non alien. Coll. 2. cap. Nulli & ibi Abb. Notab. 2. de Reb. Eccl. non alien.*
(23) *Paſſerin. de Stat. hom. Tom. 1. Quæſt. 185. art. 7. nu. 372.*

Digitized by Google

10 Similiter, nomine rerum immobilium veniunt jura, & actiones ad *bona* immobilia; comprehenduntur enim etiam hæc ſub vocabulo *bonorum* (24), & nomine rei veniunt jura, & actiones, (25) ſequitur igitur, quòd etiam iſta non poſſunt alienari. Hæc autem, deſcendendo ad eorum ſpecificationem, ſunt Cenſus activi, ſivè jura cenſualia; loca montium, ſeu annui reditus, qui percipiuntur annuatim ex Montibus *Romæ*, *Genuæ*, *Mediolani &c.* Credita perpetua, quæ ex publico, ſivè ex certis publicis reditibus, & bonis aſſignantur; credita etiam, ſeu jus aliquod exigendi ad longum tempus, inter immobilia computantur, ut dicitur in *Clementinâ* (26), longum autem tempus in hoc caſu dicitur tempus decem annorum, proindè jus alicujus Eccleſiæ exigendi per decennium, certam pecuniam alienari non poteſt, ut dicunt Doctores. (27) Computatur pariter inter immobilia, juſpatronatus ſimpliciter Eccleſiaſticum, quod alienabile non eſt: ſiquidèm juſpatronatus laicale alicujus beneficii, quàmvis Eccleſiaſticum ſit objectivè, nempè reſpectu rei Eccleſiaſticæ, ad quam tale jus ſe extendit; tamen formaliter laicale eſt, cùm in bonis laici cenſeatur, & ideò cum licentiâ Epiſcopi poteſt à laico, in laicum transferri, ut dicitur in jure (28), & etiam ſinè ejuſdem conſenſu, à Patrono alicui compatrono renunciari (29) &, aùt loco Religioſo, & Eccleſiaſtico donari, ut habetur in Decretalibus, & Sexto. (30)

11 Pariter recenſentur, inter immobilia, alienari prohibita omnia illa, quæ habent adnexam aliquam ſpiritualitatem, ut ſunt Eccleſiæ, Capellæ, Oratoria, Sepulchra &c. & non ſolùm non poſſunt diſtrahi, ſed ſuper illis aliquòd paſſivum jus, aùt ſervitus imponi non poteſt, ut habetur ex utroque jure (31)

12 Dicitur ſecundò, quòd alienari etiam minimè poſſunt *bona Eccleſiaſtica* mobilia prætioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt, & non ſunt fructus Eccleſiaſtici fundi. Dicitur autem mobile prætioſum illud, quod quàmvis fixas radices in terrâ non habeat, nèc fundamentum ſtabile, tamen res magni valoris eſt, & diuturno tempore, abſquè ſui detrimento ſervari poteſt, ut ſunt vaſa aurea, argentea, gemmæ &c. Non conveniunt verò Auctores in determinandâ quantitate valoris rei, ut poſſit dici *prætioſa*, proindè, ſicut dictum eſt ſuprà de modico valore Terrularum, quæ poſſunt alienari, ità dicendum eſt nunc de magno valore rei prætioſæ; quòd, nempè arbitrio prudentis viri committatur determinare, penſatis circumſtantiis loci, temporis, occaſionis, &c. quantus debeat eſſe valor, per quem res debeat reddi, & dici prætioſa, & ſic tenuit *Paſſerinus* (32)

13 Notanter autem dixi mobilia prætioſa inalienabilia eſſe ea, quæ non ſunt fructus Eccleſiaſtici fundi. Siquidèm magna frumenti vis, ut puta, mille modii tritici, res quidèm prætioſa eſt, nàm regulariter æſtimabitur ter mille ducatis Romanis apud Nos; non tamen dici poteſt mobile prætioſum prohibitum alienari, quià eſt fructus fundi Eccleſiaſtici, quod non prohibetur alienari, ut dicitur in *Extravaganti* (33)

14 Dixi pariter mobilia prætioſa inalienabilia eſſe, quæ ſervando ſervari poſſunt; ſequitur ergò, quòd, ſi res mobilis ſit, quæ ſervando non poſſit ſervari, ſed tempore conſumitur, aut in valore deterioratur, licèt magno prętio æſtimetur, non tamen prętioſa poteſt dici, ut inalienabili reddatur; & in hoc caſu eſſe poſſent multæ veſtes laneæ, donatæ Eccleſiæ, quarũ ſimul ſumptarum valor magnus judicaretur, ex eo enim, quòd talis materia facilè à tineis deterioratur, longo tempore ſinè detrimento ſervari non poteſt, & proindè non venit nomine mobilis pretioſi inalienabilis.

15 Nomine autem mobilis pretioſi non veniunt ſola ea, quorum materia ex ſe magni æſtimatur, ut aurum, argentum, margaritum, adamas &c., ſed etiam alia, quæ licèt vilis prætii ſint, tamen cùm ſint in magno numero, conſtituunt quantitatem magni valoris. Hoc modo ſunt vota non tantùm aurea, aùt argentea, oblata à fidelibus alicui imagini, in teſtimonium gratiæ à Sanctis acceptæ; ſed etiam cerea, ſi in tanto numero ſunt, ut ex iis divenditis, magna vis pecuniæ haberetur, ut quinquaginta, aùt centum aureorum. Sicùt etiam grex ovium, caprarum, equorum &c. ſivè etiam bibliotheca, aùt vaſa alicujus aromatariæ, & ſimilia. Quàmvis enim ſingillatim unum, aùt alterum votum, animal, vas, liber, modico veniret prætio, tamen ſimul hæc unita magni æſtimantur: & hæc pariter mobilia hòc modo prętioſa, & inalienabilia eſſe probat *Paſſerinus* (34)

16 Quid autem de pecuniâ in magnâ quantitate? Debet nè hæc computari inter mobilia prætioſa, inalienabilia? Profectò pecunia, de ſe *bonum* mobile eſt, quod ſervando ſervari non poteſt; quià, cùm ipſa ſit inſtrumentum civile alienationis, cujus alius uſus non eſt, niſi ut per eam, quæ ſunt vitæ neceſſaria comparentur, ſequitur, quòd de ſe alienabilis ſit. Si ergo magna pecuniæ vis alicui Eccleſiæ, aùt prò loco relinquatur, poteſt hæc alienari, ut ex eâ vel fundus, vel cenſus, vel neceſſaria mobilia emantur, vel fabrica conſtruatur. Fallit autem hoc, primò, ſi pecunia retracta ſit ex venditione rei immobilis, aùt mobilis prætioſæ, quæ ſinè ſolemnitate alienata ſit, tunc enim pecunia mobile prætioſum, ſeù immobile evadit, juxtà naturam rei alienatæ. Cùm enim in ejus locum ſuccedat, ejuſdem conditionem ſortitur. Si autem res immobilis, aùt mobilis prætioſa cum ſolemnitate, hoc eſt, cum beneplacito Apoſtolico divendita ſit, pecunia retracta non eſt inalienabilis, ſuccedit enim in locum ejus, quod licitè alienatum eſt, ut ex eo aliud utile, aùt neceſſarium Eccleſiæ comparetur.

17 Fallit ſecundò, ſi ab eo, cui pecunia Eccleſiæ donata, aùt legata eſt, appoſita ſit conditio, ut ex tali pecuniâ quid determinatum immobile, (cujus ex fructu provideantur neceſſaria prò uſibus Eccleſiæ, fabricæ, Miniſtrorum, aùt pauperum) comparetur. Talis ergò pecunía immobile cenſetur, nèc alienabile, niſi prò emendo fundo, juxtà diſpoſitionem donantis, aùt legantis; ad quam alienationem non eſt neceſſaria ſolemnitas, quià pecunia determinata jàm eſt ad talem effectum à donante, & tranſit in jus Eccleſiæ affectâ tali conditione, quæ debet omninò adimpleri. Quòd ſi Miniſtri Eccleſiæ velint talem pecuniam in alias res neceſſarias qui-

(24) *l.Bonorum.in fin.ff.de Verb.ſign.*
(25) *l.Rei appellatione.ff.de Verb.ſign.*
(26) *Clement.Exivi.§. Annui. reditus.junct. gloſſ.in V.Cumque annui.de Verb.ſign.*
(27) *Redoan. Quaran. Ricc. Barbos. Boſſ. apud Paſſerin. loc. cit. num. 379.*
(28) *text.in cap.Illud.Extra.de Iurepatr.*
(29) *Barbos.ad d.cap.Illud.nu.4.de Iurepatr.*
(30) *text.in cap.8.Extra.de Iurepatr.cap.unic.eo.tit.in 6.*
(31) *Authent.Multò magis.C.de Sacr. Eccl.cap. Ad hæc.Extra.de Relig.domib.Donat.Par.2.Tract.14.quæſt.78.à n.2.*
(32) *Paſſerin.de Stat.hom.Tom.1.quæſt.185.Art.7.num.403.*

(33) *Extravag.Ambitioſæ.int.commun.de Reb.Eccleſ.non alien.*
(34) *Paſſerin.loc.ſup.citat.à num.409.ad 415.*

Digitized by Google

quidèm, aùt utiles, alienas tamen ab eo, prò quo donator pecuniam dedit, diſtrahere, neceſſarium omninò eſt beneplacitum Apoſtolicum, tùm quià ſolus *Papa* poteſt voluntatem Teſtatorum commutare, (35) tùm quià, cùm talis pecunia inter immobilia cenſeatur, ex quo prò certâ re determinata eſt, non poteſt abſque ſolemnitate alienari.

18 Putant autem aliqui Doctores, pecuniam cenſeri inter immobilia inalienabilia, ſi multa ſit, ac deſtinata, & reſervata ad hoc, ut Eccleſia habeat, undè in contingenti ſibi aliquâ neceſſitate ſuccurrat: pariter, ſi poſita ſit ad fructum in aliquo banco mercatorio, ut *Genuæ*, *Venetiis*, *Mediolani &c.*: itidemque, ſi illa ſit in proprietate Eccleſiæ, ſibi relicta à Prælato prædeceſſore. Sed illos confutat, & benè *Paſſerinus* (36) oſtendens validiſſimis rationibus, pecuniam in his tribus caſibus recenſitis eſſe *bonum mobile*, & alienabile ſinè ſolemnitate; & tunc ſolùm inter immobilia cenſeri, quandò ſumus in caſibus datis ſuprà *num. 16. & 17.*

19 Tertius terminus explicandus eſt *Eccleſiaſticorum*, quid nempè veniat horum appellatione. Dico igitur, nomine *bonorum Eccleſiaſticorum* venire bona Eccleſiarum, ac Monaſteriorum; quorum alia dicuntur eſſe de menſâ Epiſcopi, ſivè Prælati, eò quià principaliter ad ipſius ſuſtentationem ſunt deputata, (37) alia ſunt de menſâ Eccleſiæ, quià perpetuò unita fuerunt Eccleſiæ, ità ut nunquàm alteri ab Eccleſiâ, pòſt à ſe quæſitum dominium, conceſſa fuerunt; aùt ad eam reverſa, vel ei ſunt incorporata, ut pòſt *Menochium*, ait *Barboſa*. (38) Alia autem de menſâ Capituli, quià ad ſuſtentationem Canonicorum ſunt deſtinata. Pariter Eccleſiaſtica dicuntur bona Capellarum, Altarium, Oratoriorum, quæ ſunt in aliquâ Eccleſiâ, aùt Monaſterio; & etiam Capellarum, aùt Oratoriorum publicorum, quæ de licentiâ, aùt auctoritate Epiſcopi conſtructa ſunt; ſecùs eſt de Capellis privatis, quæ de licentiâ *Papæ* habentur in palatiis Nobilium, ut volunt Doctores. (39) Itidem eodem vocabulo veniunt bona locorum piorum, quæ tamen auctoritate Epiſcopi fundata ſunt; nàm iſtis competit privilegium reſtitutionis in integrum, ut dicitur in jure, (40) aliaque Eccleſiarum privilegia. An verò loca à laicis inſtituta, ſinè authoritate *Papæ*, aùt Epiſcopi, & ordinata ad pia opera, ut ad hoſpitandos peregrinos, curandos ægrotos, alendos orphanos &c. ſint loca pia, & gaudeant privilegio Eccleſiarum, controvertunt Doctores; nàm multi, quos citat *Paſſerinus* (41) negant; ipſe verò cum *Panormitano* (42) diſtinguit: Puta, ſi fundator talis loci adhuc vivit, qui poteſt voluntatem ſuam mutare, & locum illum ad alios uſus convertere; locus ille privatus nec ullo modo Religioſus eſt. Si verò fundator mortuus eſt, & in teſtamento diſpoſuit dè illo loco, quòd in perpetuum ſit deputatus ad uſus pios, quantùmvis locus fuerit erectus abſque auctoritate Epiſcopi, eſt tamen religioſus, ratione pii operis, ad quod deputatus eſt; & ejus, bonorumque illius cura demandatur Epiſcopis ab utroque jure; (43) undè, & privilegiis Eccleſiaſticorum bonorum frui debet.

20 Sequitur autem ex eodem principio, quòd etiam Confraternitates laicorum, quæ ſubſunt viſitationi Epiſcopi, ac earum bona cenſeantur Eccleſiaſtica, & pari modo inalienabilia, & ſic tenet *Paſſerinus*. (44) Contrarium tamen tenent plures, (45) quos dat *Barboſa*. Poſito enim tanquàm certo, quòd Epiſcopus poſſit tales Confraternitates viſitare, ad cognoſcendum ſi piæ voluntates teſtatorum adimpleantur, non tamen per hoc ſequitur, quòd eorum bona Eccleſiaſtica ſunt; ſiquidèm poteſt Epiſcopus, imò debet quemlibet laicum hæredem compellere, ut piis legatis à teſtatore relictis ſatisfaciat, nèc tamen ſequitur, quòd ejus bona Eccleſiaſtica ſint.

21 Inter has ſententias mediat deciſio *Barboſæ*, quæ diſtinguit; aùt enim Confraternitates ſunt erectæ ſinè licentia Epiſcopi, aùt cum eâ. Si primum, illæ non ſunt Eccleſiaſticæ, quià ſecundùm jus Canonicum (46) privati abſquè Epiſcopi auctoritate nequeunt talem titulum illis conferre. Sequitur igitur, quòd eorum bona laicalia ſunt, quamvis piis cauſis deputata, licèt ea ſubſint viſitationi Epiſcopi, cui cura legatorum ad pias cauſas commiſſa eſt. Et proindè talium Confraternitatum *bona* poterunt ſinè ſolemnitate alienari. Si verò in earum fundatione acceſſit Epiſcopi conſenſus, tunc cenſendæ ſunt Eccleſiaſticæ; ità ut, ſi talium corpora conveniantur, ad forum Eccleſiæ pertineat cognitio, ut ex jure (47) deducitur; & ex conſequenti earum bona, ut potè Eccleſiaſtica, non poſſe abſque ſolemnitate alienari, concludit *Barboſa*; (48) cujus opinio in punctò juris verior eſt, & in praxi in ditione *Status Mediolani* ſervatur.

22 Non evadit autem crimen *alienatio bonorum Eccleſiaſticorum*, ſi fiat cum ſolemnitatibus, à jure præſcriptis. Iſtæ autem ſunt; quòd alienatio fiat ex causâ juſtâ; & quòd ad eam accedat conſenſus eorum, qui de jure conſentire debent. Cauſas autem juſtas ad quatuor reducit *Abbas*, (49) nempè utilitatem, neceſſitatem, pietatem in pauperes, & incommoditatem; ſed re verâ ad duas tantùm valent reduci; puta, pietas ergà pauperes, (ad quorum neceſſitatibus ſubveniendum, alienari queunt bona Eccleſiæ) reducitur ad neceſſitatem; & incommoditas, (quæ reſultat Eccleſiæ, eò quòd bona ſint ab ea longinqua, & remota) reducitur ad utilitatem.

23 Ex neceſſitate igitur primò Eccleſiæ, ac Miniſtrorum

(35) *Clement. Quia contingit. de Relig. dom. Trident. Seſſ. 22. cap. 6. de Refor. Barbos. de Off. & Pot. Epi. Alleg. 81. nu. 1.*

(36) *Paſſerin. Tom. 5. de Stat. hom. Quæſt. 185. Art. 7. à nu. 442. ad 445.*

(37) *Gloſſ. in Clement. 1. in V. Ad menſam de Exceſ. Prælat. Abb. in cap. Fraternitatem. nu. 9. de Reb. Eccl. non alien.*

(38) *Menoch. de Arbitr. Judic. Caſ. 453. à nu. 1. & Conſ. 79. num. 10. & 11. Barbos. de Offic. & pot. Epi. Alleg. 95. nu. 68.*

(39) *Innoc. in cap. Inter. dilect. de Donat. Abb. in cap. Nulli. de Reb. Eccl. non alien. Quarant. Summ. Bullar. V. Alienatio. nu. 28. Ricc. Prax. Eccl. P. p. Reſolut. 37.*

(40) *Cap. Requiſiviſti. §. Secùs. Extra de Teſtam. cap. Ad hæc. de Relig. dom. cap. 2. de For. compet.*

(41) *Roderic. Quaran. Borell. Flaugelin. Barbos. Ricc. Bonac. Donat. Gratian. Felin. Bald. & alii apud Paſſerin. Tom. 1. de Stat. hom. quæſt. 185. art. 7. nu. 451.*

(42) *Panormit. in cap. De Xenodochiis. nu. 3. de Relig. dom. & in cap. Ad hæc. nu. 4. recitat Paſſerin. l. cit. nu. 453.*

(43) *cap. Nos quidèm. de Teſtam. cap. Si hæredes. cap. Joannes. eo. tit. Novel. de Eccleſ. titul. cap. 11. Collat. 9. Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 8. & 9. de Refor.*

(44) *Paſſerin. loc. cit. nu. 454.*

(45) *Bald. Apoſtil. ad Abb. Paul. de Caſtro. Azo. Gabriel. Gutier. Petr. Gregor. Tuſc. Valaſc. Perez. de Lara. Paris. Lambert. Azeved. apud Barbos. de Offic. & pot. Epi. Alleg. 75. nu. 24.*

(46) *text. in cap. Ad hæc. Extrà de Relig. dom.*

(47) *cap. De Xenodochiis. Extrà de Relig. dom.*

(48) *Barboſ. de Off. & pot. Epi. Alleg. 75. à nu. 25. ad 33.*

(49) *Abb. in cap. Nulli. nu. 4. de Reb. Eccl. non alien.*

rum ejus habetur juſta cauſa faciendæ *alienationis*; & ſic ſi Eccleſia urgetur debitis, vel indiget reparatione, quià minatur ruinam; ſivè reſtauratione, quià nimis antiqua eſt; aùt Clerici ipſi inſervientes ſunt in indigentiâ victus, veſtitus, medicinalium &c. ſivè ſi bellum ab infidelibus ingruat contrà Patriam, & neceſſe eſt, milites ſubſidiarios ſtipendiare; in his, & ſimilibus neceſſitatibus poteſt fieri *alienatio*. (50) Alia neceſſitas eſt pauperum, ac miſerabilium perſonarum; nàm prò iis infirmis curandis, alendis, induendis, aut à captivitate liberandis, bona Eccleſiarum, ac etiam ſacra vaſa divendi poſſunt, ut habent multi Canones, (51) & hoc quàmvis neceſſitas non ſit extrema, ſed etiam tamtummodò gravis, ut docet *Paſſerinus*. (52) Iſtud autem intelligendum eſt nedum de pauperibus, qui redacti ſunt ad egeſtatem abſque propriâ ipſorum culpâ; ſed etiam ſi ex ipſorum malefactis ad talem ſtatum devenerunt; ut pauperes, qui vivendo luxurioſè decoxerunt bona ſua; carcerati, qui ob maleficia habentur in cuſtodiâ, & ſimiles &c. nam eorum culpa præcedens nòn tollit obligationem charitatis, ut optimè ait *Covarruvias* (53)

24 Advertendum autem, quòd neceſſitas vel poteſt eſſe talis, quòd nullam patiatur moram, aut quòd tantam patiatur, ut tempus exquirendi beneplaciti Apoſtolici ſuppetat. Si primum, poteſt *alienatio* fieri non exquiſito tali beneplacito, neceſſitas enim non habet legem, & ſic, caſu, quo Regulares victu egeant, nec habent, qui credito ipſis tradant, poſſunt bona ſua alienare, ut ſibi provideant, prout multi ſcribunt. (54) Tamen tali caſu, poſt factum, debet *alienatio* ratificari per Pontificem: neceſſe quippè eſt ei negotium repræſentare, ut videre poſſit, àn neceſſitas fuerit vera, & fraudibus via præcludatur, ut volunt Doctores. (55) Si verò neceſſitas moram patitur habendi beneplacitum Apoſtolicum hoc debet omninò exquiri, ut inferiùs magis patebit.

25 Quià verò conceſſum ex neceſſitate in tantùm eſt validum, inquantùm urget neceſſitas, (56) advertendum eſt, quòd ſi neceſſitati provideri poteſt ex fructibus non poſſunt alienari immobilia. Quamvis enim fructus ſint Prælati, hoc tamen verum eſt, quandò non urget neceſſitas alienandi; aliàs debet, ſi poteſt, ex fructibus providere, & non bona alienare, ut ſcribit *Abbas* (57) apud *Riccium*, quos dat *Donatus*. Quandò autem ex neceſſitate omninò fieri debet *alienatio*, advertendum eſt, quòd ex parvâ indigentiâ non poteſt alienari res magna, quæ multo ſuperet indigentiam. Pariter ſi alienando rem mobilem poteſt provideri, non debet alienari res immobilis. Itidem ſi ex mobilibus fiat alienatio, potiùs diſtrahenda ſunt mobilia ſuperflua, ſeu non omninò neceſſaria, quàm neceſſaria; & potiùs profana, quàm ſacra; & potiùs oppignorari, quàm vendi. (58)

26 Alia cauſa, quæ juſtificat alienationem bonorum Eccleſiæ, eſt ejuſdem utilitas, ut habetur ex utroque jure (59) Utilitas autem debet eſſe certa, & indubitata, nàm textus in citato *cap. Sinè exceptione 12. quæſt.* 2. habetur, *quòd non ſit dubium Eccleſiæ profuturum*. Conſiſtit verò utilitas in hoc, quòd conditio Eccleſiæ melioretur, non quidem, quòd ipſa diſtrahat res ſuas, plus juſto earum prætio, cùm enim ipſa ſit cultrix juſtitiæ, non auctrix iniuſtitiæ (60) non convenit, quòd juſtitiam violet, plus juſto ejus prætio rem vendendo. Sed melioratur, ſi non patiatur detrimentum, & tantum recipiat, quantum dimittit, ut ex jure deducit *Abbas* (61) & inſuper commoditatem recipit à re alienatâ, puta, vel quià ad uſum ejus apta non eſt; vel quià ex pecuniâ quam recipit ex ejus alienatione, aliud ſibi magìs utile, aut commodum parat.

27 Ultrà cauſas verò prædictas ad juſtificandam *alienationem*, requiritur ſolemnitas. Iſta porrò juxtà Canones antiquos, & ſecundùm *Extravagantem Pauli ſecundi* variatur. Nàm juxtà illos, quatuor requiruntur, puta, conſenſus Capituli, conſenſus Prælati, tractatus habitus in Capitulo, & ſubſcriptio eorum, qui ſunt de Capitulo, ut ex jure textualiter habetur. (62) Sed juxtà diſpoſitionem *Extravagantis Ambitioſæ, de Reb. Eccl. non alien. int. communi.* requiritur beneplacitum, ſeù conſenſus *Papæ*, qui ad ſupplicationem Eccleſiæ, alienare volentis, decernit, ac delegat Commiſſarium, qui cognoſcat, an interveniat juſta cauſa *alienationis*, & illâ exiſtente, facultatem alienandi indulget.

28 Hoc modo autem habito beneplacito Apoſtolico neceſſariæ minimè ſunt ſolemnitates de jure antiquo, ſed hoc ſufficit, quià omnes illas ſupplet; non ſupplet autem defectum cauſæ; ita ut hoc nullo modo reddit *alienationem* legitimam, ſi cauſa repræſentata neceſſitatis, vel utilitatis falſa ſit, ut volunt Doctores (63) cum Rota. Et ratio eſt, tum quià *Papa* eſt bonorum Eccleſiæ diſpenſator, & non dominus, qui poſſit prò libito ea alienare, vel alienandi licentiam tribuere: bonorum enim Eccleſiæ dominium, cùm illa ſint Deo conſecrata, ad nullum purum hominem ſpectat, ut probat *Marchatius*. (64) Tum quià non cenſetur *Papa* in *alienationem* conſentire, ſi juſta cauſa non interveniat. Undè concludendum, quòd ſi *alienatio* etiam cum beneplacito Apoſtolico facta, probetur, quòd fuerit abſquè juſtâ cauſâ, venit reſcindenda, ut potè deficiens in re neceſſariâ ad ejus legitimationem. An verò ſit ipſo jure nulla, àn annullanda, noſtri inſtituti examinare non eſt, & qui de hâc materiâ legere voluerit, adeat *Paſſerinum* (65) qui de eâ ad ſatietatem tractat.

29 His igitur longiuſculè quidem, neceſſariò tamen præmiſſis, apparebit quid, & quale ſit crimen *Alienationis bonorum Eccleſiaſticorum*, eſt enim *alienatio* aliquo illorum modorum, quos recenſuimus ſupra *num*. 4. facta,

(50) *Authen. Sancimus. Auth. Hoc ius porrectum. C. de Sacr. Eccl.*
(51) *cap. Sacrorum. cap. Aurum. cap. Gloria. 12. q. 2.*
(52) *Paſſerin. de Stat. hom. Tom. p. Quæſt. 185. Art. 7. num. 462.*
(53) *Covarruv. Variar. lib. 2. cap. 16. à nu. 9.*
(54) *Peyrin. Formul. lit. A. cap. 11. nu. 3. Megal. Promptu. V. Aliena. nu. 15. Donat. Par. 2. Tract. 14. Q. 21. nu. 5.*
(55) *Redoan. de Alienat. Quæſt. 19. nu. 128. ubi Bald. in cap. 1. Qui feud. dar. Boſſ. Tit. 18. nu. 60. ubi Hugolin. de off. Epi. Ciarlin. Contro. for. cap. 183. nu. 55. apud Paſſerin. loc. cit. num. 471.*
(56) *Bartol. in l. 1. §. finàl. nu. 1. ff. de Fer.*
(57) *Abb. in cap. Nulli. de Reb. Eccl. non alie. Ricc. Prax. Par. 1. in princip. nu. 2. Donat. Par. 2. Tr. 14. q. 9. num. 3.*
(58) *D. Thom. 2. 2. Quæſt. 100. Art. 4. ad 2.*
(59) *cap. Sinè exceptione 12. q. 2. cap. Nulli de Reb. Eccl. non alien. cap. 1. eo. tit. lib. 6. Clem. 1. eo. tit. l. Iubemus. C. de Sacr. Eccleſ.*
(60) *cap. Conſultationibus Extra. de Donatio.*
(61) *Cap. Si quis qualibet. 12. q. 2. cap. Si Epiſcopus. 12. quæſt. 5. Abb. Conſ. 41. nu. 9. lib. 2.*
(62) *cap. Sinè exceptione 12. q. 2. cap. 1. Extra. de His quæ. fiunt. à Prælat. cap. Tua. cap. Cum Apoſtolica. cap. Nulli. de Reb. Eccl. non alien.*
(63) *Quaranta Sum. Bullar. V. Alienatio. num. 7. Boſſ. Tit. 18. num. 94. & 91. Rot. Deciſ. 181. num. 4. Par. 1. & Dec. 178. nu. 2. Par. 2. diverſ. & Deciſ. 96. nu. 3. Par. 2. recent.*
(64) *Marchant. Tribun. Sacrament. Tom. 3. Par. 2. Tr. 2. Tit. 1. Quæſt. 3. Concil. 2. §. 1.*
(65) *Paſſerin. de Stat. hom. Quæſt. 185. Art. 7. à n. 615. ad 651. Tom. 2.*

Digitized by Google

facta de bonis Eccleſiæ, quæ enumeravimus *num.* 5. *& ſeqq.* abſquè ſolemnitate ſuprà explicatâ. Crimen porrò hoc cadere poteſt in Clericis ſæcularibus, ac etiam Regularibus illis, qui bona poſſident in communi; ſic enim alienantes Eccleſiaſtica bona abſque præſcriptâ ſolemnitate delinquunt. In Fratribus autem Minoribus tale crimen incidere nequit ex eo, quòd abſque tali ſolemnitate per Syndicum Apoſtolicum eorundem alienari tali modo poſſunt ipſis legata, quorum uſum retinere nequeunt, ut vineas, agros, prata ad fructum colligendum, aùt domos ad locandum, ut habetur ex *Clementinâ* (66) pariterque poſſunt eorum Prælati Generales, ac Provinciales concedere facultatem commutandi res immobiles inutiles, in alias utiles, licèt commutatio ſit ſpecies *alienationis*, ut habetur ex aliâ Decretali. (67) Delictum autem, quod in ipſis cadere poteſt, taliter alienando, ut infrà dicemus, eſt, ſi ipſi in alienata re dominium ſibi aſſerent, & oſtendant

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

30 *Nullum ſpeciale habet probatio hujus criminis, quæ facilis eſt.*

30 NIhil peculiare requirit probatio hujus criminis, in quo procedere poteſt Judex, tùm ex officio, tùm ad inſtantiam partis. Facilis autem probatio ipſius eſt; ſpecialiter ſi ſtabilia alienata ſint; horum enim diſtractio non fit, niſi per publica inſtrumenta, per quæ facili negotio probatur crimen. Si verò alienata ſint mobilia prætioſa, tunc vel ſcitur, qui ea emit, vel non. Si ſic, ab eo probanda eſt venditio, aliter præſumi poteſt, quòd furto abſtulerit, Si non, tenetur ille, penès quem talia cuſtodiebantur, de illis rationem reddere, aliter contrà eum procedi poteſt. Probato igitur concludenter per Teſtes, quòd in Sacriſtiâ; v.g. illius Eccleſiæ, cuſtodiebatur tale vas aureum, gemmis ornatum &c., quod modò non apparet; incipi poteſt inquiſitio contrà Sacriſtam, ſi neſciatur ubi vas reperiatur; ſi autem ſciatur apud quem ſit, ab eo probandum eſt, quo pacto ad eum pervenerit, & ſic alienatio remanebit probata.

## Pœnæ.

*SVMMARIVM.*

31 *Pœna antiqua contrà alienantes bona Eccleſiæ.*
32 *Pœna contrà eoſdem de jure novo.*
*Contractus alienationis ſinè juſtâ causâ, & ſolemnitate, àn ipſo jure nullus, dubium.*
33 *Sunt excommunicati alienantes bona Eccleſiæ.*
*Requiritur tamen actus perfectus.*
34 *Talis Excommunicatio non eſt reſervata.*
35 *Sunt interdicti alienantes bona Eccleſiæ, & ſuſpenſi ab ejus adminiſtratione.*
36 *Sunt privati etiam illis Beneficiis, de cujus bonis aliquid eſt alienatum.*
*Ad talem privationem requiritur ſententia.*
*In foro animæ tenentur ad reſtitutionem fructuum à puncto commiſſi delicti.*
37 *Pœna contrà Regulares alienantes bona Monaſterii.*
38 *Decretum Sac. Congregationis ſuper hoc caſu.*
*Pœna in illo Decreto expreſſa.*
39 *Primum Statutum prò Minoribus de Obſervantiâ.*
40 *Secundum Statutum.*
41 *Dubitatio prima.*
42 *Tàm Superiores, quàm Subditi delinquunt, vendentes libros Bibliothecæ.*
*Superiores commutantes libros, parùm utiles cum aliis utilioribus, non delinquunt.*
43 *Dubitatio ſecunda.*
44 *Diſtrahens librum Bibliothecæ, quandò ſit puniendus, etiam pœnis proprietariorum.*
45 *Dubitatio tertia.*
46 *Alienatio libri Bibliothecæ tantùm importat pœnam Statutariam.*
47 *Bibliotheca formalis, quæ ſit.*
48 *Dubitatio quarta.*
49 *Furantes libros à Bibliothecis noſtris quas pœnas incurrant.*
*Qui cum ſcientiâ Superioris tollit de Bibliotheca librum, non incurrit eas pœnas.*
50 *Dubitatio quinta.*
51 *Concedentes Capitulariter Capellam, aùt Sepulturam in Eccleſiâ noſtrâ, non incurrunt pœnas alienantium bona Eccleſiaſtica.*
52 *Incurrunt tamen pœnas Statuti.*

31 IVxtà Canones antiquos pœna alienantis bona Eccleſiaſtica erat depoſitio. Nàm in aliquibus capitulis (68) Epiſcopus deponendus ſancitur, ſi abſque neceſſitate alienat res Eccleſiæ. In alio autem Canone (69) eâdem pœnâ percellitur, ſi eas alienat ſinè licentia *Primatis*, *Metropolitani*, *& Suffraganeorum*. In alio (70) verò deponuntur pariter Abbates, & Clerici bona Eccleſiaſtica diſtrahentes abſque licentiâ Epiſcopi.

32 Tales autem pœnæ de jure novo, inducto per Extravagantem *Ambitioſæ de Reb. Eccleſ. non alien. int. communic.* abolitæ ſunt, & aliæ ſancitæ. Prima ergò pœna eſt, quòd contractus alienationis, factus ſinè juſtâ causâ, & beneplacito Apoſtolico, eſt *ipſo jure* nullus. Putat autem *Theſaurus* (71) talem nullitatem intervenire, quàmvis contractus eſſet bonâ fide celebratus. Contrarium ſentit, & benè *Paſſerinus*, (72) qui vult, quòd talis contractus ſi fiat nè dum bonâ fide, ſed etiam ex ignorantiâ juris, vel facti culpabili, & etiam craſſâ, abſque præſcriptâ ſolemnitate, non eſt *ipſo jure* nullus, ſed venit annullandus. Et ratio eſt, quià diſpoſitio dictæ Extravagantis requirit præſumptionem, quæ juxtà Doctores (73) importat temeritatem, malitiam, & dolum, quibus non exiſtentibus nèc crimen, nèc pœna incurritur.

33 Secunda pœna eſt Excommunicatio latæ ſententiæ, quæ comprehendit non ſolùm Epiſcopos, Abbates,



(66) *Clement. Exivi §. Proinde. de Verb. ſignif.*
(67) *cap. Exivi. §. Quia verò, de Verb. ſignif. in 6.*
(68) *cap. Si quis Epiſcopus. 10. q. 2. cap. Apoſtolicos 12. q. 2.*
(69) *cap. Nullus res. 17. q. 4.*
(70) *cap. Abbatibus. 12. q. 2.*
(71) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Alienatio. cap. 1. num. 11.*
(72) *Paſſerin. Tom. 1. de Stat. homin. q. 185. art. 7. nu. 665.*
(73) *Card. Zabarel. in Clem. 1. de Privil. Navar. Manuel. cap. 27. num. 74. Quaranta. V. Alienatio. nu. 9.*

Digitized by Google

ac Clericos inferiores; ſed etiam laicos adminiſtrantes bona Hoſpitalium, ac aliorum locorum Eccleſiaſticorum, pròut contrà *Sayrum*, & *Bonacinam* (74) pluribus ſecum vectis docet *Theſaurus*, (75) cui concordat *Paſſerinus*. (76) Advertendum autem, quòd ad talem cenſuram incurrendam requiritur præſumptio, ut numero ſuperiori de nullitate contractus dictum eſt, inſuper non ſufficit, quòd alienatio ſit tentata, ſed non perfecta; pariter, quòd ſit perfecta verbis, ac rogitu inſtrumentorum, non autem tradita poſſeſſio rei alienatæ; ſed requiritur traditum dominium, & poſſeſſio rei, ut ipſa poſſit dici alienata, & pœna incurratur; nàm ad incurrendam pœnam, requiritur crimen in ſuo genere perfectum, ut cum *Covaruvia*, *Quaranta*, *Riccio*, *Peregrino*, & *Boſſio* docet ibìdem *Paſſerinus* (77)

34 Porrò talis Excommunicatio reſervata non eſt, ut patet intuenti Extravagantem, poteſt proinde à quolibet Confeſſario abſolui, cum hoc tamen, ut benè advertit *Pirrhus Corradus*, (78) quòd nèc Clericis, nèc laicis abſolutio tribuatur, niſi promittant curare, quamprimùm reſcindi inſtrumentum alienationis.

35 Tertia pœna eſt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſucceſſivè ſuſpenſionis ab omni adminiſtratione Eccleſiæ, aùt Monaſterii, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ſi interdictus per ſex menſes, animo indurato in interdicto, perſeveraverit. Iſta autem pœna non eſt univerſalis, nèc ligat omnes, ſed tantùm Epiſcopos, ac Abbates, ut patet ex textu ejuſdem Extravagantis.

36 Quarta pœna eſt privatio beneficiorum, & adminiſtrationum Eccleſiarum; & hæc afficit ſolos Prælatos, & Adminiſtratores, qui ſunt inferiores Epiſcopis; eſt verò latæ ſententiæ, ità ut vacare cenſeantur, & poſſint abſque aliâ declaratione, à legitimo collatore alteri conferri. Sed advertendum, quòd beneficia, quorum privatio incurritur non ſunt omnia, quæ poſſidet alienans, ſed ea ſola, quorum bona ſunt alienata, ait enim Extravagans (79), *quorum bona, & res alienarunt duntaxat*. Inſuper advertendum, quòd quamvis pœna hæc ſit latæ ſententiæ, quæ incurritur abſque declaratione, ità ut beneficia, ac Eccleſiæ vacare dicantur; tamen in foro conſcientiæ, antè declaratoriam, locum non habet: ut univerſaliter de omnibus pœnis, ipſo jure inductis pòſt quandam *Gloſſam* (80) ſcribunt *Felinus*, & *Navarrus*. Et ratio eſt, quia, licèt in foro conſcientiæ ſic incurrantur tales pœnæ, ut privent abſoluto dominio beneficiorum, quorum fructus tenentur reſtituere à tempore commiſſi delicti, ut ex jure (81) habetur, tamen non privant poſſeſſione, ac jure poſſidendi, niſi ſuperveniat Judicis declaratio.

37 Quinta pœna eſt lata in *Clementinâ* (82) contrà Regulares adminiſtrantes bona Religionis; qui, ſi alienent jura, reditus, aùt poſſeſſiones ad vitam recipientis, aùt ad aliud certum tempus (ultrà triennium), niſi ob neceſſitatem, aùt utilitatem Monaſterii, ſeù Religionis cum conſenſu Capituli, aùt ſi Capitulum non habent, cum conſenſu ſui Prælati, incurrunt ſuſpenſionem ab Officio, & alienatio eſt nulla. Intelligitur verò talis ſuſpenſio ab officio divino, juriſdictione, & adminiſtratione etiam temporali, ut multi (83) docent; inſuper ipſa non eſt ſublata per pœnas, latas à *Paulo Secundo* in *Extravaganti Ambitioſæ*, ſuprà datâ, ut poſt *Rodericum* (84) advertit *Theſaurus*, ſiquidèm lex poſterior loquens generaliter, non derogat legi antiquæ, loquenti in caſu particulari. (85)

38 Quia verò plures Religiones habebant privilegia derogantia tum *Extravaganti* ſupradictæ, tum citatæ *Clementinæ*, & non rarò talibus privilegiis abutebantur, *Sacra Congregat. Concilii* de mandato *Urbani VIII.* anno 1624. die 7. Septembr. promulgavit Decretum, per multos (86) relatum, quo prohibuit Generalibus, ac Provincialibus, Capitulis, Congregationibus, Abbatibus, & quibuſvis aliis Superioribus intrà fines Europæ, alienationem omnium rerum, & bonorum immobilium, ac prætioſorum mobilium, & omne pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, cenſus perpetuos, ſeù vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem ultrà triennium, conceſſionem in feudum, ſeù emphyteuſim, præterquàm in caſibus, à jure permiſſis. Aliter ſi fiat, contractus ſunt nulli, & Alienantes incurrunt pœnas privationis omnium officiorum, & vocis activæ, ac paſſivæ; perpetuam inhabilitatem ad illa, (quæ per ſolum *Papam*, aùt *Sac. Congregationem* diſpenſari poteſt), & tàm alienantes, quàm recipientes, ipſo facto contrahunt excommunicationem, latam in ſupracitatâ *Extravaganti Ambitioſæ*. Ac eadem *Sac. Congregratio* anno 1626 die 21. Maii, eodem *Papa* mandante, extendit prædictas pœnas ad contractus, quibus Regulares recipiunt pecunias ad cambium, vel mutuo ſub lucro ceſſante, quod Decretum refert *Navarus*. (87)

39 Supradictæ quidèm pœnæ ſunt de jure communi, de municipali autem quælibet Religio ſuas conſulat leges. Prò nobis Minoribus ſequentia ſunt Statuta. Primum. *In virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœnâ ſuſpenſionis, ipſo facto incurrendâ, mandamus, ut nemini liceat per ſe, vel per alios quoſcunque libros (Bibliothecæ Conventus incorporatos) ſub quovis prætextu vendere, alienare, commutare, donare, aùt quovis modo diſtrahere: ſed omnes libros, ad quos ſpectat, cum è Conventu receſſerint, reddere teneantur. Noverint etiam contrafacientes incurrere pœnam Excommunicationis in Bullâ B. Pii Quinti*. (88)

40 2. *Nulla deinceps inſtrumenta publica fiant à Fratribus, capitulariter congregatis, nec quocunque alio modo ſe habentibus, in quibus alicujus Capella, ſeù Sepultura domi-*

(74) *Sayr. de Cenſur. lib. 3. cap. 31. nu. 22. Bonac. de Alienation. diſp. 2. q. unic. p. 5. num. 1.*

75 *Theſaur. loc. cit. V. Primò enim. & ibì. Caietan. Navar. Toles. & Leo. Theſaur. for. Eccl. part. 1. cap. 15. num. 54.*

(76) *Paſſerin. loc. cit. num. 668.*

(77) *Paſſerin. loc. cit. nu. 669. & 670.*

(78) *Pyrrh. Corrad. de Diſpenſ. lib. 9. cap. 6. nu. 36.*

(79) *Extravag. Ambitioſæ. §. Si quis autem. V. Inferiores. de Reb. Eccl. non alien.*

(80) *Gloſſ. in V. Fraternitas. in V. Cum augmento. 12. q. 2. Felin. in cap. 1. num. 41. de Conſtit. Navar. Manual. cap. 23. n. 56.*

(81) *cap. Si quis Præſbiterorum. de Reb. Eccl. non alien.*

(82) *Clement. 1. de Reb. Eccl. non alien.*

(83) *Suar. de Cenſur. Diſp. 31. Sec. 6. nu. 8. Alter. eo. tit. Tom. 2. Diſp. 27. §. Quinta. Boſſ. Tit. 18. nu. 567. apud Paſſerin. Tom. 1. de Stat. hom. q. 185. Art. 7. num. 674.*

[84) *Roderic. Q. Q. Regul. Tom. 1. Q. 27. Art. 13. Theſaur. V. Alienatio. cap. 5. V. Declara ſecundò.*

(85) *Fulgos. Conſ. 215. Angel. Conſ. 60. Alex. Conſ. 107. lib. 3. Bart. Conſ. 100. nu. 7. lib. 1. Io. de Imola Conſ. 140. nu. 3.*

(86) *Ciarlin. Controv. foren. cap. 105. nu. 119. Navar. Sum. Bul. Tit. de Alien. rer. Regul. n. 13. lezan. Tom. 1. cap. 10. & Tom. 3. V. Alienare nu. 4. Barboſ. Collect. Apoſt. deciſ. V. Alienare num. 8. & ſeqq.*

(87) *Navar. lucer. Regular. V. Alienare. nu. 1. in fin.*

(88) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 1. num. 14.*

Digitized by Google

*dominium transferitur*; *cùm hoc ſit contrà Regulam*: *Si tamen ſe ſe occaſio obtulerit*, *in quâ fidelium pietati ſatisfieri oporteat*; *id per modos noſtro Inſtituto congruentes fiat*.

41 Circà quæ Statuta, ſignanter contrà primum eſt prima dubitatio, ân prædictum Statutum comprehendat æqualiter Superiores, ac Subditos?

42 Reſpondeo, diſtinguendo de actis, quæ ibì prohibentur, & de intentione, ſecundùm quam talia acta fiant. Si enim loquamur dè venditione, donatione, aùt aliâ diſtractione librorum, quæ fiat à Superioribus, prætendentibus dominium in libris, quos diſtrahunt, patet, quòd comprehenduntur etiam ipſi in Statuto; nàm tali pacto dominium oſtentantes proprietarios ſe produnt; bona Conventus alienant; & contrà Statutum, latum prò conſervatione Bibliothecarum, committunt. Si verò loquamur de commutatione librorum parùm utilium, in alios utiliores; aùt alia neceſſaria Conventui; reſolvendum eſt, quòd non comprehendantur, Ratio autem eſt, quià ex diſpoſitione Decretalis (90) *Nicolai Tertii*, Superiores Generales, & Provinciales poſſunt commutare mobilia parùm utilia, in alia utilia, aùt neceſſaria; ità tamen, quòd in rebus commutatis ſibi nullum dominium aſſerant; & non eſt major ratio de libris, quàm de aliâ ſupellectili parùm utili. Poſſunt igitur Superiores locales libros parùm utiles Religioſis, aùt ſuperfluos (ut v. g. ſi fuiſſet incorporata Bibliothecæ Conventus alia Bibliotheca juris Civilis, ſivè Medicinæ &c. cujus libri parùm ſunt uſui Fratrum) commutare per ſe, aùt per Syndicum Conventus alio modo diſtrahere, ut ex iis vel librì utiliores, vel alia Fratribus neceſſaria comparentur, & ſic etiam tenet *Sanctorus*. (91)

43 Secunda dubitatio eſt, An diſtrahens librum aliquem, ut præfertur, ex formali Bibliotheca, incurrat tantùm pœnas contentas in hoc Statuto, àn etiam latas contrà proprietarios.

44 Reſpondeo, diſtinguendo; vel enim valor libri diſtracti pertingit ad conſtituendum peccatum mortale ratione materiæ; vel non. Si ſic, dico, quòd Reus puniendus eſt tùm, pœnâ proprietariorum, tùm pœnis hujus Statuti. Ratio eſt, quià generalis prohibitio oſtendendi, ac exercendi actus proprietatis, & eorum pœnæ, non confunditur cùm prohibitione, & pœnis hujus Statuti; & ratio eſt, quià illa concernit ſubſtantiam rei, hoc verò Statutum ſpectat ad qualitatem rei. Spectatur hoc in furto ſacrilego; nàm generalis lex, quòd non furetur; & furti pœnæ non confunduntur cum ſacrilegio, ac ejus pœnâ; ſed qui furatur cum ſacrilegio, & furti, & ſacrilegii pœnis mulctatur. Sicut ergo qui rem ſacram furatur, ſi res modici valoris ſit, committit quidèm ſacrilegium, non verò furtum; ſi verò magni valoris ſit, committit & furtum, & ſacrilegium; & in primo caſu punitur pœnâ ſolius ſacrilegii; in ſecundo verò, & ſacrilegii, & furti; ità alienans librum parvi valoris puniendus eſt ſolâ pęnâ hujus ſtatuti; alienās verò in ſufficienti quantitate ad crimen proprietatis, puniri debet pœnis tùm hujus Statuti, tùm proprietatis.

45 Tertia dubitatio eſt, An alienans quoquomodò librum alicujus Conventus, Reus reddatur hujus Statuti?

46 Reſpondeo, negativè; nàm Statutum loquitur de libris, Bibliothecæ Conventus incorporatis, ad quorum conſervationem illud conditum eſt; non poteſt ergo accipi de quolibet libro, ſpectante quidem ad Conventum; non tamen Bibliothecæ incorporato, aliter daretur pœnæ extenſio, quæ ex vulgatis non datur. Et hìc advertendum, quòd juxtà diſpoſitionem Statutorum *Valliſoletan.* (92) non omnes Fratrum Defunctorum libri ſunt Bibliothecis applicandi, ſed ii tantùm, qui, (ut loquitur dictum Statutum) *publicæ utilitati magis opportuni* videntur; cæteri autem Fratrum uſui concedendi, quamvis Conventus ſuppellectili incorporati. Hinc patet, quàm malè faciant illi Superiores, qui libros quoſvis decedentium applicant Bibliothecis, in quibus creſcunt inutiliter unius, & ejuſdem Auctoris exemplaria, pluteos occupantia, ità ut multi quidèm appareant libri, quæ copioſam apparenter reddant Bibliothecam, quæ tamen re verâ tenuis eſt ex paucitate Auctorum. Prò Bibliotheca ſufficit unum, aùt aliud ejuſdem Auctoris exemplar; cætera debent ſeparatim haberi, ut iis poſſint Fratres uti; ſi ergò quis alienat aliquem librum ex his, qui in inventario Bibliothecæ regiſtrati non ſunt, non committit in hoc Statutum; ſed ad incurrendas illius pœnas oportet, quòd ſit ex libris Bibliothecæ formalis.

47 Quamvis autem *Sanctorus* (93) dicat, difficile eſſe aſſignare differentiam Bibliothecæ formalis à non formali, tamen notio Bibliothecæ formalis eſt, quòd ſit locus, in quo Conventus libri aſſervantur, ordinati juxtà materiarum exigentiam, & in propriis pluteis collocati; quorum regeſtum habetur; & ad eorum cuſtodiam præficitur juxtà *Statuta Reformatorum* Bibliothecarius; (94) quæ Bibliotheca viſitari debet à Provinciali Miniſtro ſemel in ſuo triennio; & pariter à Commiſſario Viſitatore (95) in viſitatione generali Conventus; & illius inventarium, juxtà Statuta Ordinis (96) aſſervandum eſt in Archivio Conventus. Non formalis autem poteſt dici locus, in quo quidèm libri ſpectantes ad Conventum reponuntur, non quidèm certo ordine, aùt ſub peculiari cuſtodiâ, ſed cum cæteris Conventus ſupellectilibus, uſui Fratrum accommodantur.

48 Quarta dubitatio eſt, quæ, quomodò, & quandò incurrantur pœnæ, latæ à *B. Pio V.* de quibus loquitur Statutum.

49 Reſpondeo, quòd pœna eſt Excommunicatio latæ ſententiæ, reſervata Summo Pontifici, & incurritur ab illis Religioſis, ac Clericis ſæcularibus cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, etiamſi Pontificali dignitate præfulgeant, qui *furto ſubtrahunt* librum, aùt quaternum à Bibliotheca Conventus Ordinis noſtri, pròut refert *Sanctorus*. (97) Sequitur ex hoc, quòd, qui non furto, ſed cum ſcientiâ, & permiſſione Superioris (qui tamen licitè hoc permittere nequit) librum tolleret, ut præfertur, non incurreret dictam cenſuram, latam contrà furantes. Pariter nèc incurreret Superior, qui libros parùm utilès commutaret, aùt alienari curraret per Syndicum, ut vel libros utiliores, vel Conventui neceſſaria pararet, non enim furaretur. Scio quidèm *Sanctorum* (98) tenere, quòd Superior

S 2 alicui

(89) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 5. num. 6.*
(90) *cap. Exiit. §. Quia verò libros. de Verb. ſign. in 6.*
(91) *Sanctor. de Pæn. cap. 7. Quæſt. 4. Caſ. 11. ℣. Reſpondeo tertiò Superiores. fol. 314.*

(92) *Stat. Valliſol. 1593. c. 6. Tit. de Omni. rer. abdicat. ℣. Fratrum verò*
(93) *Sanctor. de Pæn. cap. 7. Quæſt. 4. Caſ. Vndecim. ℣. Difficultas prìma. fol. 311.*
(94) *Stat. Reform. cap. 6. nu. 12.*
(95) *Stat. Reform. cap. 8. nu. 7.*
(96) *Stat. Gen. Ord. cap. 12. §. 23. num. 2.*
(97) *Sanctor. loc. cit. ℣. Circà tertium ſciendum. fol. 310.*

Digitized by Google

alicui permittens tolli librum à noſtris Bibliothecis incurret dictam cenſuram; & illum inniti doctrinæ *Peyrini*, (99) qui hoc tradit de Cuſtode Bibliothecæ ſui Conventus Ianuenſis, prò quâ habetur Excommunicatio lata ab *Vrbano Octavo* contrà auferentes libros ab eâ. Sed pace ſuâ errat *Sanctorus*, nàm excommunicatio lata ab *Vrbano* non valdè differt à latâ à *B. Pio*, hæc ſiquidem eſt latæ ſententiæ; illa verò eſt ferendæ, ut notat *Peyrinus* ibidem *num.* 1. Inſuper Conſtitutio Pii eſt contrà eos, qui *furto ſubtrahunt* libros, non qui tollere permittunt; Breve autem *Vrbani* excommunicat eos, *qui extrahere, ſeù, ut extrahantur, vel removeantur, permittere quoquòmodo audent*, ut ibì habetur apud *Peyrinum*. Proindè illius doctrina noſtro caſui non applicatur.

50 Quinta dubitatio circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *num.* 40. eſt: An Fratres per instrumentum Capitulariter rogatum, aùt à ſingulis conſcriptum, concedentes dominium Capellæ, ſeù ſepulturæ alicui laico, inciderent in pœnas latas contrà *alienantes bona Eccleſiaſtica*.

51 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià quàmvis vulgo cenſeatur quis dominus Capellæ, aùt ſepulturæ, ſi illius ornandæ, reſtaurandæ, aut illuminandæ curam gerat; ac reſpectivè ibì mortuos ſuæ familiæ tumulandi jus habeat; tamen illius dominus nullo modo eſt, ſed ejus ſimplicem uſum habet; dominium enim *Eccleſiarum Fratrum Minorum*, ſicut etiam cœmeterii, ità ſibi aſſerit *Apoſtolica Sedes*, quòd, ſi laicus Eccleſiam, ac Conventum conderet ad Fratrum habitationem, & ſibi eorundem dominium reſervaret, hoc quidem ſibi eſſet reſervatum reſpectu Conventus, dominium tamen Eccleſiæ, & Monaſterii, ex quo à Fratribus officiata fuit, ſpectat ad Apoſtolicam Sedem, ut textualiter habet Decretalis *Nicolai*. (100) Dum ergò dominium nullo modo transferatur in laicum, non poteſt dici Capella, aùt ſepultura alienata; & ex conſequenti Fratres non incurrunt pœnas *alienantium*; & ſic etiam docuit *Bonacina*. (101)

52 Incurrunt benè pœnas Statutarias, non quidèm ex eo, quòd per talem conceſſionem proprietarii realiter ſint. cum enim Fratres ſciant, ſe non eſſe dominos Capellæ; & per talem conceſſionem illius dominium laico non acquiri, realiter actum dominii non exercent ità concedendo; & proindè realiter proprietarii non ſunt. Sunt tamen tales apparenter, cum exerceant actum convenientem vero dominio; undè & meritò Statutariis pœnis ſubduntur. Si ergo uſum Capellæ, ac ſepulturæ concedere alicui devoto ſæculari voluerint Fratres capitulariter congregati hoc ſibi non prohibetur à Statuto, vetante tantùm tranſlationem dominii. Quæ autem circà talem conceſſionem ſervanda ſint, videri poſſunt apud *Sanctorum*, (102) qui egregiè de more ſuo ſcribit.

## §. V.

# Donatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio eſt actus virtutis.*
*Quæ uni virtutem ſonant, in alio vitia ſunt.*
2 *Donatio quid ſit.*
*Donatio remuneratoria non eſt donatio.*
*Agens ex liberalitate non agit ſub ſpe remunerationis.*
3 *Donatio quomodò in viro Religioſo crimen ſit.*
4 *Quandò Religioſus, aliquid dando, non dicatur donare.*
5 *Largitio quomodò veniat ſub nomine doni.*
*Largitio quandò evadat duplex crimen.*
6 *Largitio quotuplici jure Regularibus vetita.*
*Bullæ Papales ſuper hac emanatæ.*
7 *Bullæ prædictæ per non uſum non obligant.*
8 *Bullæ antiquæ, & modernæ contrà dantes aliquid in Curiâ Romanâ, prò gratiâ, vel juſtitiâ per non uſum non obligant.*
9 *Omnis obligatio circà hoc crimen eſt juxtà jus antiquum.*

1 INter delicta contrà religioſam paupertatem recenſetur etiam *donatio*: licèt enim ſecundùm ſe ſit actus virtutis, quià, ut infrà dicemus, eſt actus liberalitatis, quæ virtus eſt, (1.) tamen reſpectu ſtatus Religioſi vitium eſt. Sunt enim quædam, quæ homini alicujus profeſſionis virtutes ſunt, quæ alteri ſtatui minimè conveniunt, ſed in vitia degenerant; ut audacia in milite, ut pars fortitudinis (2) laudatur; quæ tamen in Monacho tanquàm vitium condemnatur.

2 Diffinitur autem *donum*, ſivè *donatio* ab *Hoſtienſe*, (3) quòd ſit *rei licitæ, nullo jure cogente, ſed merâ liberalitate facta collatio*. Dicitur autem *rei licitæ*, nàm in re illicitâ, & inhoneſtâ non contrahitur *donatio*, ſicut nec venditio, argumento cujuſdam *Digeſti*. (4) Dicitur pariter *nullo jure cogente*, nàm ſi aliquod jus aùt naturale, aùt civile obligat ad aliquod alicui tribuendùm, illud tale *donum*, nec *collatio donatio eſt*. Sequitur hinc, quòd *donatio*, quæ fit causâ remunerationis, non eſt vera *donatio*: nàm, pròut habetur in textu, (5) ille dicitur *donare*, qui *propter nullam aliam cauſam facit, quàm ut liberalitatem, & munificentiam exerceat*. *Ex hac propriè donatio appellatur*. Quià verò, ut ſcripſit *Auguſtinus* (6) *liberalitas eſt motus quidam animi faciens, & approbans liberas largitiones ſinè ſpe remunerationis*; & agens liberale juxtà *Scotum* ex *Avicenna* (7) eſt, quòd *ex actione non*

(98) *Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo quinto. fol.* 314.
(99) *Peyrin. ad Conſt.* 4. *Vrbani VIII. num.* 3.
(1) *Ariſtotel. Moral. Eudem. lib.* 3. *cap.* 6. *D. Thom.* 2. 2. *Quæſt.* 117. *Art.* 1. *in corp.*

(100) *text. in cap. Exiit.* §. *Præterea loca de Verb. ſign. in* 6.
(101) *Bonacin. de Alien. rer. Eccl. diſp.* 2. *Q. un.* §. 2. *n.* 12.
(102) *Sanctor. loc. ſup. cit. V. Reſpondeo non negas. fol.* 341.
(2) *Ariſtotel. lib. de Virtut. Tit. de Fortitud.*
(3) *Hoſtien. Summ. Rubr. de Donat. init.*
(4) *l. Quod ſæpè* §. *Ḥ*... *ff. de Contr. empt.*
(5) *text. in l.* 1. *p. init. ff. de Donat.*
(6) *D. Auguſtin. lib. de Diffinit. apud Lang. Polyanth. V. Liberalitas Tit. Patr. ſentent.*
(7) *Scot. in* 1. *Diſt.* 2. *Quæſt.* 7. §. *Quia ſicut V. Ex hoc patet. Avicen. lib.* 6. *Metaph. cap. ultim.*

Digitized by Google

*ne non expectat perfici*, ſequitur, quòd, ſi quis *donat* eo animo, vt à donatario aliquid recipiat, ille nullo modo *donare* dici poſſit, quia ſic dando non agit ex liberalitate.

3 Ex dictâ diffinitione habemus, quomodò *donatio* in Religioſo viro crimen ſit; & quomodò etiam nonnullæ largitiones, quæ à Religioſis quandoque fiunt, *donationes* criminales minimè ſunt? Nam, cùm Religioſus proprium habere nequeat, & ad *donationem* requiratur, quòd donans dominium rei donatæ habeat, & *licitè donet*; ſequitur, quòd, ſi Religioſus abſque dominio rei rem tradat, *illicitè tradit*; proindè talis traditio donum eſſe nequit, cùm hoc debeat eſſe traditio *rei licitæ*; undè non donatio actus virtutis liberalitatis, ſed crimen ex vitio proprietatis evadit.

4 Pariter, ſi Religioſus ex gratitudine moveatur ad remunerandum aliquem, qui aùt ipſi in particulari, aùt ipſius Ordini in communi bona contulit; & illi aliquod largitur, quod communiter *donum* æſtimatur: itidem ſi largiatur eo animo, ut donatarius ſibi, aùt Religioni ampliora retribuat; reverà Religioſus donare non dicitur; nàm in primo caſu dat quidem, ſed *vogente iure naturali* gratitudinis; donum autem debet conferri *nullo iure cogente*: in ſecundo caſu dat profectò, ſed non ex liberalitate, quæ *largitur ſinè ſpe remunerationis*, donum autem debet eſſe *merâ liberalitate facta collatio*. Hinc eſt, quòd, ut habent Doctores, (8) ſi Religioſus aliquid largitur ex gratitudine; ſivè ut moveat animum donatarii ad honeſtam actionem, ſeù benevolentiam ergà ſe, aùt Ordinem ſuum, (adhibitâ tamen debitâ moderatione) non delinquit, nèc pœnas incurrit latas contrà largitionem munerum, de quibus infrà dicemus.

5 Solet tamen nomine doni, aùt muneris venire illa largitio, non quæ ſolùm datur ex liberalitate, prout dictum eſt, ſed etiam omnis illa, quæ datur ex aliquâ causâ finali, quam largiens non deducit in pactum, ùt fit in aliis contractibus, ſed eam animo abſcondit, palliando largitionem extrinſecùs veſte liberalitatis; ùt v. g. quandò quis munus largitur Judici, coràm quo habet Cauſam; aùt Prælato, à quo poteſt ad dignitatem promoveri &c. Quamvis enim videatur liberaliter donare, non tamen ità eſt, nàm finem habet demulcendi Judicem in favorem ſui, ſeù aucupandi gratiam Prælati, ut illum ad ſperata promoveat. Talis autem largitio in Religioſo evadit crimen ex duplici capite aliquandò; aliquandò ex uno tantùm. Ex uno quidem tantùm, quandò largitio fit ſinè debitâ licentiâ Prælati expreſsâ, aùt interpretativâ, aùt tacitâ, taciturnitate quidem approbativâ, non autem permiſſivâ tantùm, hæc enim non ſufficit, ut optimè habet *Sanchez.* (9) Et ratio eſt, quià, ùt cum *D. Thoma*, & *Navarro* (10) dicunt communiter ſcribentes, Religioſus non poteſt ſine licentiâ Prælati accipere aliquid, donare, commutare, aùt diſtrahere etiam de peculio, ad proprium uſum conceſſo; & hoc quantùmvis etiam diſtractio eſſet ad uſus honeſtos, & licitos. Ex duplici autem, quandò largitio contrà voluntatem Superioris fit ad finem ex ſe malum; intrat enim tunc duplex malitia, puta, contrà votum paupertatis, quià uſurpat dominium rei, quod non habet, & contrà præceptum, cui opponitur malitia finis, quem in largiendo intendit.

6 Advertendum autem, quòd circà finem largitionis munerum, Regularibus prohibitæ, ultrà jus divinum, naturale, ac Eccleſiaſticum antiquum (11) vetans, ne ob fines vanos, inutiles, ac illicitos fiat; duæ ſunt ſpeciales leges, quæ reſpectu quorundam finium ſpeciales prohibitiones, & pœnas habent. Una eſt lata à *Clemente Octavo*, (12) in quâ Religioſis omnibus (Militaribus exceptis) prohibuit erogare munera in honorem, aùt lautam exceptionem cujuſcunque perſonæ quantùmvis eminentis dignitatis Eccleſiaſticæ, aùt laicæ; ſivè ob aliam quamcunquè cauſam ex ibì à ſe expreſſis: pariter largiri munera Superioribus, & etiam aliis Religioſis ejuſdem Ordinis, ad aucupandam gratiam, aùt benevolentiam prò conſequendis gradibus in Religione; quam prohibitionem vallavit ſeveriſſimis pœnis; Poſt illam autem emanavit alia Bulla (13) *Urbani VIII.* quæ ad tollendos ſcrupulos animarum declaravit munera tribui poſſe à Regularibus ex cauſis gratitudinis, conciliationis, benevolentiæ, ejuſque conſervationis ergà Religionem, vel Conventum, & alijs cauſis, ex ſui naturâ actum virtutis, & meriti continentibus; ultrà nonnullas alias declarationes, quæ videri poſſunt in illâ Bulla, & à *Theſauro* (14)

7 Sed citata Conſtitutio *Clementis* non fuit uſu recepta, & proindè in conſcientiâ non obligare, ſcribunt Doctores multi apud *Dianam* (15) nàm leges Pontificiæ non obligant, niſi acceptentur à Subditis, ut ex *Becano*, *Azorio*, & *Leſſio* (16) ibidem idem docet. Et licèt *Pellizzarius* (17) dicat eam fuiſſe innovatam per ſupracitatam Bullam Urbani VIII. quæ quotannis de menſe Januario legitur in quovis Ordine capitulariter; tamen ejus innovatio, & obſervantia conſiſtit in purâ lecturâ illius, eò quià talis lecturæ negligentia privationem officii Superioribus localibus importat. Cæterùm nullo modo à Regularibus tùm Superioribus, tùm ſubditis obſervatur; nèc unquam auditum fuit, quòd prò muneribus factis, aùt Cardinali Protectori, ſeù Superioribus Generalibus, aùt Provincialibus, ullus Religioſus punitus fuerit ad normam Bullæ; & multò minùs, quòd magnates, qui munera receperunt, ſivè Eccleſiaſtici illi fuerint, ſivè ſæculares accepta Religioni reſtituerint, juxtà id, quod clauſulis ità ſeveris ordinatur in dictâ Bulla. Concludendum porrò talem Bullam minimè obligare.

8 Alia lex lata fuit olim per *Bonifacium VIII.* (18) per quam excommunicatione majori reſervatâ *Papæ* percellebantur dantes, ſeu donantes, aùt dare paciſcentes; & recipientes aliquid prò gratiâ, vel juſtitiâ in Curiâ Romanâ &c., & cum talis Conſtitutio tractu temporis ex uſu contrario obligare deſiiſſet, *Gregorius XIII.* per aliam Conſtitutionem (19) ſuam ipſam innovavit, & extendit ipſius pœnas ad dantes auxilium, conſilium, aùt favorem hujuſmodi dantibus, donantibus, ſeu paciſcentibus.

(8) *Homobon. Exam. Eccl. Par. 1. Tr. 1. cap. 6. q. 28. Valer. V. Donatio. Diff. 2. nu. 2. Cruz. Azor. Molin. Cenedo. Ricc. Bonacin. Bert. Roderic. Scortia Peyrin. Sonra. apud Dian. Par. 1. Tr. 6. Reſol. 19.*

(9) *Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 19. nu. 12.*

(10) *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 8. ad prim. Navar. Comm. 2. de Regul. n. 8*

(11) *cap. Monachi. cap. Cum ad Monaſterium de Stat. Monach.*

(12) *Conſtit. 28. Clemen. VIII. Religioſæ. Bull. Cherub. T. 3.*

(13) *Conſtit. Urban. VIII. Nuper a Congr. 16. Octob. 1640.*

[14] *Theſaur. de Pan. Par. 2. V. Munera. cap. 10. ℣. Sed poſt hæc.*

(15) *Gratian. Megala, Io. Valer. Homobon. Victorel. Tanner. Scort. Peyrin. apud Dian. Par. 1. Tract. 6. Reſol. 1.*

(16) *Becan. Sum. Theol. Par. 2. Tom. 1. Tract. 3. cap. 6. q. 8. n. 3. Azor. Par. 1. lib. 5. cap. 4. q. 1. Leſſ. lib. 2. cap. 22. Dub. 13. n. 98.*

(17) *Pellizzar. Manual. Regular. Tom. 2. Tract. 6. cap. 9. n. 4.*

(18) *Extravag. Excommunicamus. de Sent. Excommun. int. commun.*

(19) *Conſtit. Ab ipſo Pontificatus. Nonis Novemb. 1574. Cherubin. Tom. 2. Bull.*

Digitized by Google

bus. Tandem cum etiam talis Conſtitutio minimè ſervaretur, *Alexander Septimus* aliam formidabilem Bullam (20) publicavit, in quâ *Bonifacii*, & *Gregorii* prædictas Conſtitutiones innovavit, & ad alios caſus, in illis non expreſſos, (eandem tamen materiam concernentes) extendit, quos tamen referre inutiliter piget, & qui eos ſcire vellit, Bullam ipſam adeat. Sed nec talem Bullam, uſu receptam audivi; & per tredecim annos, quibus Romæ verſatus ſum, in praxi didici à Curialibus etiam ſcrupuloſis, & timoratis de tali Bulla nihil curari, & hoc cum ſcientiâ, patientiâ, ac etiam approbatione eorum, quorum erat illius obſervantiam promovere, & contrafacientes caſtigare. Undè concludendum etiam, hanc, propter non uſum obligare deſiiſſe.

9 Sequitur igitur; quòd gravitas hujus criminis debet menſurari præciſè à juris antiqui diſpoſitione, attento maximè, quòd juxtà multos Doctores (21) *Clemens VIII.* in dictâ Conſtitutione nihil de jure antiquo, quòd ad iſtam materiam, immutavit; ſolùm addidit novam formam, juxtà quam tenebatur Religioſus obtinere approbationem, ſeù facultatem donandi; nàm juxtà Canones antiquos ſufficiebat licentia ſolius Prælati; ſed *Clemens* voluit, illam obtineri debere à Capitulo, ſeù Congregatione.

## Probatio.

*S V M M A R I V M.*

10 *Probatur hoc delictum, ſicut quodvis aliud contrà paupertatem.*

10 QUantùm ad probationem huius delicti nihil adverto, quod peculiare ſit; proindè ipſius probatio regulanda eſt, ſicut delictum furti, aùt alterius ſpeciei contrà paupertatem probatur.

## Pœnæ.

*S V M M A R I V M.*

11 *Pœna Regularium, donationem de rebus Monaſterii facientium, ſunt eadem cum pœnis alienantium bona Eccleſiaſtica.*

*Quandò ad malum finem fit donatio, dupliciter delinquitur.*

12 *Statutum Minorum de Obſervantiâ.*

*Ut incurrantur pœna, in eo expreſſa, requiritur; quòd res donata ſuperet valorem duorum aureorum.*

*Requiritur etiam præſumptio, ac dolus.*

11 CUm donatio ſit ſpecies alienationis, de jure communi pœnæ contrà donantes de bonis Monaſterii debent eſſe eædem cum pœnis illa alienantium, de quibus ſuperiori paragrapho dictum eſt. Hoc autem intelligendum eſt, quandò cum *donatione* non intervenit aliud crimen, ſed illa eſt pura largitio facta ex liberalitate. At ſi aliud crimen ſibi adiungitur, ut Ambitus dignitatis, Votorum ſubornatio; Simonia, confidentia beneficialis, carnalis lapſus, &c. quandò nempè dona fiunt ad illum finem, tunc complicari debent pœnæ, utrique delicto debitæ, pròut aliàs dictum fuit; & ſpectari debent tunc peculiares Ordinum Conſtitutiones.

12 Prò nobis Minoribus adeſt ſequens Statutum. *Nullus eleemoſynas largiri, eſculenta, vel poculenta, veſtes, vel cujuſvis Conventus bona dare, donare, diſtrahere ſub pœnâ proprietatis audeat, vel præſumat.* (22) Circà quod Statutum nulla difficultas eſt; advertere ſolummodò libet, quòd ad incurrendam proprietatis pœnam requiritur non ſolùm materia ſufficiens ad hoc crimen in foro fori conſtituendum, quæ pròut dicunt Doctores, (23) non debet eſſe minor duobus aureis; requiritur auſus, & præſumptio, puta, quòd contrà expreſſam voluntatem Prælati, & apertam diſpoſitionem Statuti, & nullâ juſtâ interveniente aùt causâ, aùt Superioris licentiâ expreſsâ, tacitâ, aùt interpretativâ muneris largitio facta fuerit.

(20) *Conſtit. Inter graviſſimas. 2. Maii. 1656. Bullar. Roman. Tom. 6.*
(21) *Pellizzar. Manual. Regul. Tom. 2. Tract. 6. cap. 9. num. 3. Souſa. Ortiz, Valer. Io. de la Cruz, Berti apud Dian. Par. p. Tract. 6. Reſol. 2. Theſaur. de Pœn. V. Munera cap. 10. V. Advertendum, & ibi. Suar. Scort. & Cenedo.*

(22) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 1. num. 16.*
(23) *Valer. de Different. utri. for. V. Munera. nu. 65. Filliuc. Tr. 34. n. 65. Bonacin. de larg. muner. P. 5. num. 6. apud Pellizz. Tract. 6 cap. 9. nu. 7.*



Digitized by Google

## §. VI.

# Furtum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Furtum quid ſit.*
2 *Furti diviſio in manifeſtum, & non manifeſtum.*
3 *Alia diviſio furti in ſimplex, & qualificatum.*
4 *Qualitates aggravantes furtum recenſentur.*

1 Optimè inter crimina contrà paupertatem adnumeratur *Furtum*, cùm enim fur abreptam ab alio rem ſibi appropriat, profectò peccat contrà paupertatis votum, quòd, ut ſuprà viſum eſt, cujuſvis rei proprietatem ablegat. *Furtum* ergo, prout definit Iureconſultus, (1) *eſt contrectatio rei fraudulofa, lucri faciendi gratiâ, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.* In quâ definitione, quæ tamen per ſe clara eſt, notanda eſt illa clauſula *vel etiam uſus ejus*, quæ optimè facit ad declarandum, quòd *furtum* etiam eſt ſubreptio rei, quam exercet Religioſus, ex iis, quæ uſui alterius Religioſi deputata ſunt; quàmvis enim ſurripiens dominium, aut poſſeſſionem rei ſubreptæ ſibi aſſerere non intendat, ſed ſimplicem illius uſum; tamen furtum propriè committere convincitur.

2 Dividitur autem *furtum* dupliciter, primò ratione actionis; ſecundò ratione rei furatæ. Juxtà actionem dividitur *furtum* in manifeſtum, & non manifeſtum. Manifeſtum eſt, quandò fur deprehenditur cum re furatâ, *priuſquàm eo loco rem pertulerit, quo deſtinaverat*, ut habetur textualiter in jure. (2) Perindè autem eſt, quòd ità deprehendatur à domino rei, ſivè ab aliâ, aùt publicâ, aùt privatâ perſonâ; tamen advertendum, quòd locus, ad quem fur rem furatam perferre deſtinaverat, accipi debet prò loco, quo fur *deſtinaverit eo die manere cum furto*, ut explicat *Paulus*, (3) quantùmvis non ſit locus vltimatus, ad quem rem furatam perferre deſtinaverit; ità ut concludendum ſit, *furtum* tunc eſſe manifeſtum, quandò fur reperitur cum re furatâ, dum eſt in itinere, quo vadit ad eum locum, quo die illo morari deſtinaverit; dicetur proindè in itinere ſivè deprehendatur in viâ publicâ; ſivè reperiatur in cauponâ, aùt domo amici, ad quam divertit pranſurus, & ex pòſt iter ſuum proſecuturus. Non manifeſtum autem eſt, quandò cum re furatâ fur non deprehenditur, ut præfertur ſuprà.

3 Juxtà rationem verò rei furatæ dividitur *furtum* in ſimplex, & qualificatum. Simplex diffinitur à *Raynaldo*, (4) quòd ſit *illud, quod clàm committitur, & veſtigium poſt ſe non relinquit.* Sed, pace ſua, talis diffinitio non quadrat; ſiquidèm *furtum* calicis conſecrati, ſubrepti à Sacriſtiâ, dum eſſet oſtium apertum, & calix ſuper banco, eſſet *furtum* ſimplex, quod falſum eſt, cùm ſit *furtum* ſacrilegum, & qualificatum; prout etiam ipſe ibidem *num.26.* docet. *Furtum* igitur ſimplex dicetur illud, quod *nulla qualitate aggravante afficitur*: qualificatum verò vice versâ.

4 Porrò qualitates, *furtum* aggravantes, multæ ſunt inter ſe ſpecie differentes; ſiquidèm aliæ ſunt qualitates rei furatæ; aliæ loci; aliæ temporis; aliæ modi, quibus *furtum* committitur. Quò ad rem furatam *furtum* aggravatur, ſi res furata ſit magni valoris notabiliter (ob quod derobatus cogatur ſtatum mutare, ut infrà dicemus); aùt ſi fuerit ſacra. Quò ad locum, qualificatur *furtum*, ſi fiat in Eccleſiâ, aut in via publicâ. Quò ad tempus, aggravatur *furtum*, ſi patretur de nocte. Quò tandem ad modum, qualificatum redditur *furtum*, ſi fiat cum fracturâ muri, oſtii, armarii, arcæ &c. pariter ſi fur utatur ſcalis, (maximè de nocte) aùt grimaldellis, ſeù clavibus adulterinis: itidem ſi palàm fiat *furtum*, cum armis, incuſſis vulneribus, aùt percuſſionibus; aùt metu; item ſi fur, ſe fingens Officialem Curiæ, ſibi aperire facit oſtia domus, quam expoliat: pariter ſi ſe fingit publicanum, & pecuniam extorquet nomine gabellæ; aùt ſi aliquem recaptat, vel concutit; de quibus omnibus dicemus infrà, cùm de pœnis agemus.

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

5 *Furtum difficilis eſt probationis.*
6 *Probatur per conjecturas.*
*Conjecturæ variæ, quibus furtum probatur.*
7 *Conjecturæ, quibus probatur Fur.*
8 *Dubium duplex proponitur.*
9 *Is, qui furtum apud ſe habet, probare debet, à quo habuerit.*
*Vtens falſo reſcripto probare debet, à quo habuerit.*
10 *Quandò torqueri debeat is, apud quem reperitur furtum, an is, qui negat illud dediſſe.*
11 *Paſſus furtum, quomodò illud probare debeat.*
12 *In furtis qualificatis, probanda eſt qualitas.*
13 *Quid agendum, cùm probari nequit, rem furatam præextitiſſe in loco, vbi furata eſt.*
14 *Fur confeſſus debet indicare, vbi furtum reperiatur.*
15 *Dictio* paulò antè *quid importet.*
*Dictio* incontinenti *ad quid extenditur.*
*Cautela adhibenda in recognitione, furti facienda à Teſtibus.*

5 Furti crimen difficilis eſſe probationis, pòſt *Accurſium* (5) *Gloſſatorem* communis eſt ſcribentium opinio; quæ concluſio maximè probatur ex hoc, quòd *furtum* per conjecturas, & indicia probatur, ut ex textu cujuſdam Digeſti (6) obſervat *Bartolus* communiter re-

(1) *l.p.§.final.ff.de Furt.*
(2) *l.3.§.Sed utrum.ff.de Furt.*
(3) *Paul.I.C.in l.Quo deſtinaverit.ff.de Furt.*
(4) *Raynal.Obſerv.crim.Tom.2.cap.14.Rubr.num.2.*
(5) *Accurſ.in l.In actionibus.in V. Planè.in fin.ff. de In lit.jura.Clar Quæſt.66.circ.init.*
(6) *text.in l.Non omnes. §.A barbaris.ff.de Re milit.Bart.in l.ſi quis ex argentariis.§.An verò nu.3.ff.de Edem.*

Digitized by Google

ter receptus. Conjecturæ autem plures eſſe poſſunt, & primò, quandò oſtium, aùt paries loci, aùt arca, in quâ res furata cuſtodiebatur, fracta inveniuntur, (7) Secundò, ſi ſcalæ, ad feneſtras domus, in quâ dicitur factum *furtū*, inventæ fuerint; ut ſcribit *Alexander*. (8) Tertiò, ſi à vicinis loci, in quo dicitur commiſſum *furtum*, auditus eſt ſtrepitus, maximè horâ intempeſtivâ. (9) Quartò, ſi dominus rei furatæ, videns eam fuiſſe ſubtractam, conqueſtus eſt cum ſociis, amicis, ſeù vicinis, (10) maximè ſi magnis vocibus, & repentino clamore conqueſtus eſt de rebus ſubreptis; & hoc indicium probetur per duos Teſtes, qui vocem audierunt, ut volunt duæ *Gloſſæ*. (11) Sextò, ſi Camera, arca, valiſia, ſporta &c. quæ clauſa erat, & cujus clavis unica eſt, & apud dominum ſemper aſſervatur, inventa eſt aperta; undè. ſi hoſpes valiſiam ſignatam cauponi aſſervandam dedit, & caupo reſignatam, ſivè apertam reſtituit, & hoſpes advertit ſibi deeſſe, quod priùs erat in valiſiâ, indicium eſt *furti* commiſſi, & poteſt Judex, ad quærelam hoſpitis, agere contrà familiam cauponis, & eam torturæ ſubiicere, ut notant Doctores; (12) Quòd ſi agat civiliter ille, cui res probata eſt fuiſſe furatam, apud Judicem, ut damnum ſibi compenſetur; & ex eo, quòd res aùt fuit per furem conſumpta, aùt alio modo periit, non poſſit de ejus valore conſtare in judicio; valor ejuſdem rei probatur, (ſi aliter non poſſit probari) juramento querelantis, ut poſt multos docet *Boſſius*. (f) Furtum autem ipſius rei probandum eſt per alias probationes, quàm per juramentum; ut eſt communis Doctorum (g) opinio. Speciale verò eſt, quòd talis probatio fieri poſſit per Teſtes, aliàs inhabiles; puta, per famulos, familiares, ac domeſticos, ut ſcribunt *Bartolus*, *Caſtrenſis*, *Alexander*, & *Angelus Aretinus*. (h) Cùm verò rei furatæ valor juramento probatur, hoc accipi debet, quandò agitur contrà eum, qui rem ſubripuit. Sed quandò agitur contrà aliquam Villam, aùt Communitatem ex diſpoſitione Statutariâ, quâ auſum ſit, Villam de furto commiſſo in ſuo Territorio teneri ei, cujus bonis manus eſt illata, tunc de æſtimatione rei non ſtatur juramento ejus, qui furtum paſſus eſt; quià in hoc caſu, Villa convenitur non ex ſuo delicto, ſed ex quaſi delicto, juramentum autem probatorium admittitur, non tantùm propter difficultatem probationis, ſed etiam ob odium delinquentis. (i) Pariter adverti debet, quòd ſupradictum juramentum, prout ſuprà dicebamus, admittitur contrà furem, ſi agatur civiliter ad compenſationem damnorum. Sed ſi agatur criminaliter, ut pœna corporalis furi incutiatur, tale juramentum non valet, nèc accuſatori creditur, in criminalibus enim Reus non condemnari poteſt, niſi ex probationibus, luce meridianâ clarioribus contrà eum; ut dicitur in jure (l)

7 Indicia ſupradicta quadrant ad probandum delictum, non autem delinquentem. Porrò alia indicia ſunt, quæ probant, à quo *furtum* fuit commiſſum. Primum eſt, ſi in loco *furti* reperta fuerit res, ut clavis, cultellus, ſudariolum, aùt alia quævis res, quæ probetur eſſe illius, de quo *furti* ſuſpicio habetur. (13) Secundum eſt veſtigium pedis *furis*, impreſſum in loco *furti*, prout *Daniel* ex veſtigiis pedum demonſtravit Regi, (14) quinam eſſent, qui comederent cibos, appoſitos *Babyloniorum idolo Bel*. Tertium, ſi ille, qui fur præſumitur, viſus fuerit nocte exire domum illam, in quâ factum fuit *furtum*; & hoc maximè, ſi ille habebat aliquod ſub pallio abſconditum, quod gerebat. (15) Quartum, ſi *furtum* fuerit pecuniæ numeratæ, ille verò, de quo ſuſpicatur, quòd *furti* ſit auctor, cùm pauper ſit, & nunquam anteà viſus ſit nummos habere, poſt *furtum*, monetam prodigè expendit, & maximè illius ſpeciei, quæ furata fuit; & hoc indicium eſt vehemens, ut ſcripſit *Bartolus*. (16) Quintum eſt fuga famuli illius, cui, & in cujus domo factum eſt *furtum*; ex hâc enim famulus indiciatur tanquàm fur, & torturæ de conſuetudine ſubiicitur. (17) Sextum eſt mala fama alicujus, quòd fur ſit, & furari ſolitus: immò nonnulli Doctores (18) volunt, quòd etiam hoc indicium ſubſiſtat, ſi probetur, quòd ille ſemel *furatus* ſit, argumento Regulæ *Semel malus &c.* Septimum eſt, ſi res furata talis ſit, ut ille ſolus ex eâ poſſit emolumentum recipere, ut exempli gratiâ, inſtrumentum illius, jura continens; liber computorum, in quo contrà furem erant partitæ, quæ non poterunt liquidari abſquè libro &c. ratio eſt, quià rectè præſumitur, quòd nullus, niſi ob ſui utilitatem, furetur. Octavum eſt vicinitas habitationis domui in quâ *furtum* commiſſum eſt, vicini enim, maximè ſi malâ famâ laborent, faciliùs præſumi poſſunt Rei, quàm remoti; undè poteſt contrà eos etiam ad torturam procedi, ut volunt Doctores, (19) Nonum, & certè vehemens indicium eſt res furata, reperta apud aliquem, qui non vult, aùt poteſt docere, à quo, ſivè quomodò talem rem habuerit, talis enim, ſi malâ famâ laborat, fur præſumitur, & contrà ipſum per torturam proceditur, ut docet *Clarus*, (20) qui teſtatur de communi. Advertendum autem, quòd qui habet rem furatam apud ſe, licèt ſit vir bonæ famæ, poteſt Officio Judicis compelli ad dicendum, à quonam talem rem habuerit argumento quotundam jurium, (21) Spectat enim ad Judices generaliter contrà latrones inquirere, & malis hominibus Provinciam ſibi commiſſam purgare. Et quamvis de jure civili videatur, quòd quis nō teneatur ad indicandum furem, (22) contrarium tamen eſt de jure Canonico, nàm non ſolùm Judici inquirenti ex officio, ſed

(7) *Bart. Alex, Angel, Iaſo. Marſil. Dec. Grat, Specul. & alii apud Maſcard. de Probat. Concl. 830. n. 8.*
(8) *Alexan. Conſ. 5. colum. 2. p. nu. 5. V. Et licèt deponat. lib. 1.*
(9) *Bart. in l, Si quando, C. Vnde vi. num, 5.*
(10) *Marſil. Pract. crim. §. Principium. p. num. 7. V, Nam ſtatim, Clar, Quæſt. 66. circ; init.*
(11) *Gloſſ. in l. final. in V. Vel indiciis, C. Famil. erciſcum. & in l. final, in V. Excepto. C, de Caduc. tollen.*
(12) *DD, in l. p. §, Si ciſta. ff. Depoſit. & in l. Si ſacculum. ff. eo.*
(f) *Boſſ. Tract. crim. Tit. de Rapin, num. 40. & ibi Alex. Bart. Bald. Abb. Gandin. & Specul.*
(g) *Maſcard. Concl, 832. num. 6. & ibi Bart. Iaſo. Paris. Ancharan, Angel. & Plot.*
(h) *Bart, in l. Si quando. nu. 4. & 5. C. Vnde vi. Caſtren. in l, Si creditor. nu. 6. C. de Pignor. act. Alex. in l. Prætor. ait. nu. 10. ff. de Eden. Ang. Aretin. Tr. malef. in V. Veſtem cæleſtem. in fin. V. Advertas.*
(i) *Bart. in d. l. Si quando, n. 4. C. Vnde vi, arg. text. in l. 1. C. Quand. ex facto. tuto,*

(l) *l. Sciant. C. de Probat. l. Vbi. C. de Falſ.*
(13) *Blanc. Tract, de indic. num. 427. V. Rel, aliqua. Grat. & Marſil. apud Maſchard. Concl. 830, num. 10.*
(14) *Daniel, cap. 16.*
(15) *Maſcard. Concl 831. nu. 1. & 2.*
(16) *Bart. in l. final, poſt. nu. 5. V. Et poſt furt. ff. de Quæſt.*
(17) *Menoch. de Arbitr. Iudic. lib, 2. Cent, 4. Caſ. 474. num, 48. V. Fuga ipſius.*
(18) *Zabarell. Bart, & Roman. apud Maſcard. d. Concl. 831. num. 11.*
(19) *Bart. in l. Dominus horreorum. nu. 3. ff. locati, Iaſon. in l. Si quando nu. 38. C. Vnde vi. & in l. In actionibus. nu, 42. ff. de In lit. iur.*
(20) *Clar. Quæſt, 21. nu. 41. V. ſi res furata.*
(21) *arg. l. Præſes, l. a 2. ff. de Offic. Præſid. l. Congruit. ff. eo.*
(22) *text. in l. Qui vas. §. Qui furem ff. de Furt. & in l. Idem. §. Si tibi. ubi, Dionyſ. Gothofr. lit. N. ff. de Condic. ob turp. cau.*

Digitized by Google

ed etiam domino rei ablatæ fur à ſciente revelandus eſt, ut expreſſè habet quoddam capitulum (23)

8 Poſito autem, quòd *furtum* reperiatur apud Cajum, qui interrogatus, à quo illud habuerit, indicat Sejum, qui negat ſe illi talem rem dediſſe; duo vigent dubia, unum eſt, an Cajus ſatisfecerit indicando Sejum; aliud eſt, quis eorum torqueri debeat ad habendam veritatem.

9 Reſpondeo ad primum negativè; non enim ſufficit ad ablegandam à ſe *furti* ſuſpicionem, ut is ſimpliciter enunciet, à quo rem furatam habuerit; poſſent enim flagitioſi hujuſmodi homines nominare peregrinos, ignotos, longè abſentes, à quibus veritas haberi nequiret; & hoc modo *furti* ſuſpicionem, & pœnas abigere. Sed requiritur, quòd plenè probet, & convincat eum, à quo rem habuit; & hoc probatur utroque jure, nàm, (ut habetur ex quadam lege *Codicis* (24) junctâ duplici *Gloſſâ* ibidem) qui utitur falſo reſcripto, ſi à ſe crimen falſi abigere debet, debet concludenter probare, ac in judicio exhibere eum, à quo falſum reſcriptum habuit; undè & idem dicendum erit de re furatâ. Pariter in *cap. Qui cum fure. Extrà de Furt.* dicitur, *Reus tenetur, qui furti conſcius, quærenti poſſeſſores non indicat.* Ubi ponderandum eſt verbum *indicat*, ſi quidem hoc non ſolùm importat *oſtendere*, ſed etiam *accuſare*, & *convincere*, prout textualiter dicitur in jure. (25) Ex his ergò concluditur, illum, penès quem reperta eſt res furata, teneri *indicare* (hoc eſt *convincere* plenè, aut ſaltem ſemiplenè probando) eum, à quo rem habuit; aliter iſte Reus *furti* præſumendus eſt.

10 Ad ſecundum autem dubium dico, quòd, ſi Cajus eſt famæ undequaquè integræ, Sejus autem laborat infamiâ, aut alio indicio contrà ſe, iſte torturæ ſubiici debet. Ratio eſt, quià contrà ſe ſtat Teſtis integer cum indicio; hæc autem ſufficere ad torturam, aliàs (26) docuimus. Si autem vicè versâ, torquendus eſt Cajus ex adductâ ratione. Si verò ambo aut bonâ, aut malâ famâ æqualiter laborent, torquendus pariter eſt Cajus, cum enim res apud ipſum reperiatur, ut ſuppono, habet indicium contrà ſe, præſcindendo à famâ, juxtà quàm ſivè in bono, ſivè in malo alius eſt ſibi æqualis.

11 Pro praxi verò; cum quis querelam Judici porrigit, aliquid ſibi furatum fuiſſe, duo per eum probanda ſunt concludenter; puta, quòd res, quæ ſupponitur furata, fuerit in loco, undè abrepta eſt de tempore, vel per dies antè tempus commiſſi delicti. Aliud eſt, quòd de præſenti talis res ibidem non reperitur. (27) ex his autem duobus reſultat in crimine *furti* probatio corporis delicti, quam in quovis crimine exigit lex (28)

12 In *furtis* porrò qualificatis neceſſe eſt probare qualitatem, per quam unum *furtum* diſtinguitur ab alio; ut enim alio loco (29) diximus, qualitas conſtitutiva, (& proindè etiam diſtinctiva) delicti, probanda eſt. Qualitas autem *furti* poteſt eſſe facti tranſeuntis, aut permanentis. Tranſeuntis probanda eſt per Teſtes etiam domeſticos, ut ſuprà dictum eſt, ſi alii non habentur. Permanentis autem probatur per *Viſum, & repertum*, ut aliàs diximus (30)

13 Quià verò multoties in *furtis* facti tranſeuntis, non habentur Teſtes, præſertim qui deponant ſuper præexiſtentiâ pecuniarum, quæ occultæ aſſervantur; præmiſsâ querelâ à derobato cum juramento ſuppletorio, ut ſuprà dictum eſt, ſuppletur defectus plenæ probationis, probando, quòd derobatus ſtatim acclamavit, & conqueſtus eſt de tali *furto*, à ſe cognito: quòd ex eo, quòd habetur vir probus, & integer, non eſt veriſimile, quòd mentiatur in ſuppoſitione dicti *furti*; quòd, quià dives eſt, & reputatur talis communiter, veriſimile eſt, quòd tantam pecuniam haberet in arcâ, quantam ipſe aſſerit ſibi ſubreptam: quòd in loco commiſſi *furti*, nocturno tempore auditus eſt ſtrepitus, & in vicinia ſtatim orta eſt fama de *furto*. Si autem pecunia furata eſt cum fracturâ; viſitatâ per Curiam fracturâ, quantitas pecuniæ furatæ, probatur ſolo juramento derobati, concurrente tamen ejuſdem bonâ famâ; & veriſimilitudine, quòd jurans tantam vim pecuniarum potuit habere, ut docuit *Abbas* (31), citatus à *Raynaldo*.

14 Advertendum autem, quòd taliter probatâ delicti exiſtentiâ, dicitur probata non plenè, ac concludenter, ſed tantùm præſumptivè: proindè ſufficit tantùm ad inſtituendam inquiſitionem, & conſtituendum, & etiam torquendum illum, qui ex indiciis dictis ſuprà poteſt præſumi Reus, non autem ad illum condemnandum. Undè, ſi Reus examinatus confiteatur *furtum*, Judex debet antè condemnationem exigere à Reo confeſſo, ut verificet confeſſionem, oſtendendo res furatas, vel indicando locum, aut perſonam, penès quam exiſtunt, ut cum communi docet *Clarus*. (32) Quòd, ſi Reus talem verificationem exhibere nequit, quià res furata fuit conſumpta, perdita, aut incognito, & abſenti vendita, tunc confeſſio Rei, junctâ querelâ partis, ſufficit ad condemnationem, ut cum *Boſſio* (33) tenet *Clarus* loco citato.

15 Advertendum pariter, quòd, cùm præexiſtentia rei furatæ in loco, in quo dicitur *furtum* commiſſum, probari debeat, ut ſuprà dictum eſt, Teſtes debent deponere, quòd viderint, rem fuiſſe ibi, *paulo antè furtum* commiſſum. Dictio autem hæc *paulò antè* debet accipi in eâ ſignificatione, in quâ accipitur dictio *incontinenti*, quæ, ut ex jure (34) deducit *Barboſa*, extenditur ad tres dies, & etiam ad menſem, ſivè importat breve temporis ſpatium, de quo judicare committitur arbitrio Judicis, ut ſcribunt *Menochius*, & *Sanchez*. (35), & quòd talis præexiſtentia debeat, ut præfertur, concludenter probari docet pòſt alios *Matthæus*. (36) Advertendum tandem, quòd etiam identitas rei furatæ, debet in judicio conſtare per dicta Teſtium, qui eam poſitam coràm Judice, inter alias res ſimiles recognoſcant, & deponant, eam eſſe, quam viderunt in eo loco extitiſſe; & talis recognitio debet fieri coràm Teſtibus, ad hoc ſpecialiter adhibitis, ut advertit *Raynaldus*. (37)

T Pœnæ

(23) *text. in cap. Qui cum fure junct. gloſ. in fin. Extrà de Furt.*
(24) *l. Maiorem. junct. gloſſ. in V. probat. & in V. exhibet. C Ad leg. Corn. de falſ.*
(25) *l. Indicaſſe. ff. de Verb. ſign.*
(26) *Par. p. Tit. Tortura. nu. 58.*
(27) *Farinac. Quæſt. 2. num. 14. & Quæſt. 176. num. 16. & ſeqq. Clar. Bajard. Maſcard. Menoc. Coſpi Matthæus Conciol. apud Sabell. Sum. diverſ. tract. §. Furtum. num. 5.*
(28) *text. in l. p. §. Item illud ff. Ad S. C. Syllanian.*
(29) *Par. p. Tit.*
(30) *Par. p. Tit. Corpus.*
(31) *Abb. in cap. Bona fides. Extra. de Depoſit. apud Raynal. Obſerv. crim. Tom. 2. cap. 14. Rubric. num. 308.*
(32) *Clar. Quæſt. 55. V. Quomodo autem. num. 11.*
(33) *Boſſ. Tract. crim. Tit. de Delict. num. 21.*
(34) *l. final. §. Illicò, ubi Jaſon. C. de Iudic. l. lecta. num. 19. ff. Si cert. peta. l. Divortio. ubi Alex. num. 10. ff. Solu. matr. Barb. dict. 155. num. 16.*
(35) *Menoch. de Arbitr. cap. 12. num. 4. Sanch. de Matr. lib. 10. Diſp. 12. num. 23. apud Barboſ. loc. cit. num. 11.*
(36) *Matthæus de Re criminal. Controv. 35. nu. 20. & ſeqq.*
(37) *Raynal. Tom. 2. cap. 14. Rubr. num. 322. & ſeqq.*

Digitized by Google

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

16 *Pœna furti eſt Iudici arbitraria*
*Furta reiterata plectuntur, etiam morte.*
*Furta reiterata, ut morte vindicentur, debent eſſe gravia.*
17 *Caſus, in quibus, prò furto ſimplici, mors inducitur.*
18 *Tria furta, quid requirunt, ut mortem inferant.*
*Furtum quandò dicatur unum, aut reiteratum.*
*Opinio Raynaldi exploſa.*
*Furtum quandò dicatur continuatum.*
19 *Vt tria Furta dicantur, oportet, quod talia à facto commiſſa ſint.*
20 *Vt fur prò tribus furtis moriatur, non requiritur, quòd de duobus primis fuerit punitus.*
21 *Prò uno furto gravi, an quis morti tradi debeat, controverſum eſt.*
22 *Probatur, quòd prò uno furto gravi poteſt quis damnari ad mortem.*
*Dubium de furto magno, non qualificato, an prò eo intret mors.*
23 *Prò furto non qualificato, magno tamen in quantitate, poteſt quis damnari ad mortem.*
*Arbitrio Iudicis ſtat pronunciare, an furtum magnum, an parvum ſit.*
*Vita hominis eſt ineſtimabilis.*
24 *Furtum, ob quod cogitur quis mutare ſtatum, eſt magnum.*
*Statum mutare quis dicatur.*
25 *Datur ratio poſitæ concluſionis.*
26 *Species Furti qualificati, reſpectu rei furatæ.*
*Sacrilegum furtum quid, & quotuplex.*
27 *Plagium quid ſit.*
*Abigeatus quid ſit.*
28 *Pœnarum gradus in furto ſacrilego.*
*Furtum Euchariſtiæ plectitur morte.*
29 *Fur Euchariſtiæ ad malum finem, quiſquis ille ſit, morte punitur.*
30 *Eadem pœna debetur, quandò quis ſervat particulam conſecratam, acceptam in ſacrâ communione.*
31 *Vt talis fur moriatur, requiritur malus finis ad tale Furtum.*
32 *Reliquiæ SS. venerandæ præ omnibus poſt Euchariſtiã.*
*Vendi non poſſunt, abſquè ſimoniâ.*
*Fur iſtarum, an debeat mori, controverſum eſt.*
33 *In furto Reliquiarum, quandò debeatur mors, & quandò non.*
34 *Pœna contrà fures de jure Canonico.*
35 *Plagii pœna, quæ ſit, & quandò intret.*
36 *Fraude inducentes iuvenes, ad militandum, delinquunt crimine plagii.*
37 *Creſcit crimen, quandò quis illos inducit ad militandum, ſtipendiis Principis inimici.*
38 *Nutrix, rapiens infantem vivum, ſupponens huic alium mortuum, quomodò punienda.*
39 *Ad incurrendum abigeatum, quæ requirantur.*
*Eius pœna quæ.*
40 *Furtum, aggravatum ex parte loci, quale ſit.*
*Diſtinctio rerum, quæ ſunt in Eccleſiâ.*
*Theſaurarius habet Dignitatem Eccleſiaſticam.*
*Sæcularii, qui ſint.*
41 *Furans depoſitum, factum in Eccleſiâ ad ſecuritatem, quandò puniendum morte.*
42 *Furtum rerum, quæ ſunt per accidens in Eccleſiâ, non eſt propriè ſacrilegum.*
*Talia furta, quibus caſibus, morte punienda.*
43 *Furtum, factum in domo derobati aggravatur.*
*Factum à famulis magis grave, quàm factum ab exteris.*
*Eſt ſpecies proditionis.*
44 *Furtum leve, factum ab uxore, ſeu filio, punitur à Patre.*
*Grave punitur à Iudice ad inſtantiam partis, agentis actione rerum amotarum.*
*Quod dicitur de Marito reſpectu uxoris, quadrat prò Socero agente contrà Nurum.*
45 *Pœna furti, facti à domeſticis, Iudici eſt arbitraria.*
46 *Furtum, factum in viâ publicâ, aggravatur.*
*Via publica eſt ſub protectione Principis*
*Princeps tenetur aſſecurare viam publicam,*
*Furtum in viâ publicâ vocatur graſſatio.*
47 *Pœna furti, etiam ſinè armis in viâ publicâ triplicati eſt mors.*
48 *Furtum nocturnum aggravatur à tempore*
*Nox aggravat delicta.*
*Pœna, arbitrio Iudicis, aggravanda in furto, ratione temporis.*
49 *Pœna, quæ debetur in furtis, adhibitis ſcalis, clavibus adulterinis, grimaldellis &c.*
50 *Pœna prò furtis cum fracturâ.*
51 *Furtum per vim, cum armis, aut ſinè, cum ſociis, aut ſinè eis quomodò puniatur.*
*Rapina, quid ſit, & quomodò puniatur.*
52 *Pœna furti, aut rapinæ de jure Canonico, quæ.*
*Clerico furi, quæ pœna debeatur.*
53 *Statutum prò Minoribus de obſervantiâ.*
54 *Dubitatio prima*
55 *Furtum non ſemper infert proprietatis crimen; & quandò illud importet.*
56 *Dubitatio ſecunda*
57 *Fur propriè eſt, qui furatur rem, conceſſam uſui alterius Religioſi.*
58 *Dubitatio tertia.*
59 *Pœna furti coniuncti cum proprietate, & ſeparati ab eâ.*
*Fur Religioſus, non proprietarius, mitiùs puniendus.*
60 *Quomodò dignoſcendum, an in fure fuerit animus proprietarius.*
61 *Dubitatio quarta.*
62 *Furtum, quandonam dicatur notabile, oſtenditur.*
63 *An gravius ſit furtum de rebus Monaſterii, quàm de externis.*
*Probatur, quòd gravius eſt furtum de rebus externis.*
64 *Dubitatio quinta.*
65 *Opinio Raynaldi circà furtum iteratum.*
66 *Furtum eſt iteratum, quàmvis fur de furtis præcedentibus non fuerit punitus.*
67 *Volens Superior eiicere à Religione incorrigibilem, ob tria furta commiſſa, oportet, quod iſte de ſingulis furtis fuerit punitus.*
68 *Dubitatio ſexta.*

69 *Sur-*

Digitized by Google

69 *Surripiens eſculenta, aut poculenta in magnâ quantitate, puniendus ut fur.*

70 *Caſus, in quo Subditus Religioſus, ſurripiendo eſculenta, non eſt puniendus ut fur*

*Non potens exigere à debitore creditum, ſi ad compenſationem ei aliquid ſurripit, non tenetur de furto.*

71 *Furtum ex verâ neceſſitate nullam pœnam importat.*

72 *Cauſa excuſantes Subditum, qui furatur ex neceſſitate, ſi non ob eas recurrit ad Superiores.*

73 *Dubitatio ſeptima.*

74 *Methodus procedendi in caſu furti inter Religioſos.*

75 *Dubitatio octava.*

76 *Iudex noſter quomodò debet regulare arbitrium in caſu furti.*

16 CUm ſuprà dictum ſit, *Furtum* in plures dividi ſpecies, conſequenter in punitione hujus delicti variè ſunt pœnæ temperandæ. Incipiendo igitur à *Furto* ſimplici, ſciendum, quòd ipſius pœna eſt Judici arbitraria, & aliquandò pœna pecuniaria, aliquandò pœna etiam corporalis (citrà mortem tamen) adhibetur, ut dicunt Doctores (39), fundati in juris (40) diſpoſitione. Quià verò, ut ait *Iaſon* (41), *Furta* magìs aggravantur ex frequentiâ, quàm ex valore rei furatæ, ſi *Furta* reiterentur, punitur Reus etiam pœnâ mortis. Quapropter committens tria *Furta*, furcis ſuſpenditur, ut ſcribit *Clarus* (42), qui teſtatur de communi. Controvertunt autem Doctores, àn hæc concluſio locum habeat, etiam ſi tria *Furta* ſint levia; & multi ſunt Doctores, quos recenſet *Caballus*, (43) qui volunt affirmativè. Contrarium tamen eſt veriùs, nam, ſi furta ſint de rebus levibus, (quantùmvis pœna major eſſe debeat, quàm ſi eſſet unum, aut duo) non exceditur pœna extraordinaria corporalis, quæ fit citrà mortem; & ità ſervatur in praxi, ut pòſt multos, quos dant, firmant *Farinacius*, *Chartarius*, & *Caballus*. (44) Quandonàm autem furtum dicendum ſit leve, aut non, eſt arbitrium Judici, qui penſatâ qualitate perſonæ derobatæ, ac quantitate, ſeù valore rerum ſublatarum, pronunciare debet, & ità de furto domeſtico ſcribunt *Bartolus*, & *Aretinus* (m)

17 Verum eſt, quòd etiam prò *Furto* ſimplici, & etiam de re modici valoris, aliquandò pœna mortis infligitur; ut nempè, ſi Rex ſibi nemus ad venandum reſervans, pœnam mortis ſancit contrà occidentem quodvis animal in dicto nemore; aut Imperator exercitus ſub pœnâ ſuſpendii vetat, nè milites quid minimum, non gallinam, non pullum gallinaceum, non uvam, aut pomum rapiant; aliquis verò leporem occidat; ſeù gallinam, vel pomum carpat, certè is morti tradetur. Sed in hoc caſu, tale *Furtum* non cenſetur leve; nàm quàmvis res furata modici valoris ſit, tamen gravis redditur ex gravi pœnâ, quæ per latam Principis, & Imperatoris legem ſancita eſt; & tali caſu magìs punitur inobedientia Rei, quàm *Furtum*; ſicut pœna mortis lata fuit à Deo contrà *Adam*, ſi pomum vetitum comediſſet; & raptum pomum mors eſt ſubſequuta, & hoc non ratione furti pomi illius, cujus valor vitâ hominis longè erat inferior; ſed ratione inobedientiæ.

18 Tria autem *Furta*, ad hoc, quòd pœnam mortis importent, oportet, quòd non ſint non ſolùm re, ſed etiam loco, tempore, & intentione diſtincta, ut eum communi ait *Clarus*. (45) Undè, ſi fur horreum tritico evacuare intendit, aut domum ſupellectili ſpoliare, & per plures diſtinctas noctes, in transferendo tritico, aut mobilibus, laboret, unum *Furtum* committet; ſi quidèm una res cenſetur triticum, contentum in tali horreo: & una pariter res cenſetur tota ſupellex illius domus; & unum pariter reputabitur tempus, quià continuatur, & fit unum ab intentione furis perſeverantis in ſemel fixâ intentione. Non ſic autem eſt, quandò *Furta* non poſſunt talem unitatem moralem nanciſci à re, & loco; quantùmvis enim intentio poſſet multos dies, menſes, ac annos unum tempus conſtituere; non tamen poſſet illa ſola unitatem parere in actione furtivâ: ut nempè, ſi fur continuam, ac jugem voluntatem furandi, per plures annos in ſe nutriret, & diverſas res in pluribus locis furaretur, profectò plura *Furta* diſtincta committeret; ſi quidèm intentio benè poteſt continuare tempus, non tamen unire res, ſubſtantiâ, & loco differentes, & plurificatas. Hinc cautè legendus eſt *Raynaldus* (46), qui ait, *Furta ex intervallo diverſis temporibus, & tot vicibus, continuatis tamen commiſſa, prò uno furto ſunt habenda, veluti ejuſdem generis, & ad unicum finem tendentia*; ex quibus verbis poſſet deduci, quòd qui per plures annos quotidiè modò in uno, modò in alio loco, alias, ac alias res eſſet furatus, unum ſolum *Furtum* commiſiſſet, ex hoc, quòd tempus, & actiones furtivæ eſſent continuatæ. Et hoc modo iſte, in furtis habituatus per annos, captus à birruariis, ut potè deprehenſus in primo *Furto*, mortem evaderet; dùm ille, qui tria furta diſtincta (ob interruptam intentionem inter unum, & aliud *Furtum* per actum pœnitentiæ) intrà hebdomadam, aut menſem commiſiſſet, furcis eſſet ſuſpendendus. Et quid abſurdius poterit excogitari? *Et quid tàm ridiculum eſt* (ait lex (47) *à Raynaldo* ipſo citata) *quàm meliorem furis conditionem eſſe, propter continuationem furti exiſtimare?* Oportet ergò, ad hoc, ut unum *Furtum* cenſeatur, quàmvis actiones furtivæ multiplicentur, quòd ad conſtituendam hujuſmodi unitatem conveniant res, locus, tempus, & intentio, ut dictum eſt.

19 Advertendum inſuper, quòd, ad hoc quòd prò tribus *Furtis* quis ſuſpendatur, oportet, quòd ſint *Furta* propriè, nempè ea, quæ à principio ſui *Furta* fuere; non verò ea, quæ evadunt *Furta* ex hoc, quòd quis rem acceptam à Domino, pròut in commodato, depoſito, pignore &c. contrà ipſius voluntatem contractat, & illi eam reddere denegat. Talia enim licèt *propè Furtum ſint*, ut de negante depoſitum ait textus (48), non tamen propriè *Furta* dicuntur, habent enim & nomen aliud, & diverſis à *Furto* pœnis arbitrariis coercentur.



(39) *Gomez de Delict. cap. 5. Rubr. de Furt. num. 4. V. Item ultrà Menoch. de Arbitr. Caſ. 295. num. 8. Cabal. Reſol. crim. Caſ. 99. num. 42.*

(40) *text. in Authen. Sed novo jure. C. de Serv. fugit. l. final. ff. de Furt. Novel. Ut nulli Iudic. §. Pro furto autem.*

(41) *Jaſon in §. Ex maleficiis. col. 2. Inſt. de Vi bon. rapt.*

(42) *Clar. §. Furtum. num. 9. V. Scias tamen. Gloſſ. in Auth. Sed novo. in V. Caſtigabatur. C. de Serv. fug.*

(43) *Cabal. Reſol. crim. Cent. 1. Caſ. 19. nu. 2.*

(44) *Farinac. Quaeſt. 167. num. 79. & 80. & Quaeſt. 50: Iuli. Chart. Deciſ. crim. 89. nu. 17. Cabal. d. Caſ. 19. nu. 6. & ſeqq.*

(m) *Bart. in l. Reſpiciendum. §. Furta domeſtica. num. 2. ff. de Pæn. Aret. Tract. de Malef. in Gloſ. Etiam veſt. celeſt. nu. 33. V. Aliquando è contra, apud Caball. Caſ. 204. num. 16. & 17.*

(45) *Clar. §. Furtum. num. 14. V. Verum tamen. & ibi Bajar. num. 68. & apud eum Boer. & Menoch.*

(46) *Raynal. Obſer. crim. Tom. 2. cap. 14. Rubr. nu. 9.*

(47) *l. Inficiando. §. Infans. in fin. de Furt.*

(48) *text. in l. Inficiando. ff. de Furt.*

Undè hæc quàmvis plurièsſint commiſſa, non tamen prò illis ſuſpendium adhibetur, ut dicunt *Doctores*. (49)

20 Non levis autem inter Doctores eſt difficultas, an, ut ex tribus *furtis* poſſit Reus furcis ſuſpendi requiratur, quòd de primo, & ſecundo fuerit punitus, an autem ſufficiat, quòd de iis conſtet in proceſſu. Tamen verior ſententia, quam confirmat praxis, eſt, quòd ſufficit, quòd ſint probata in eo proceſſu, in quo de tertio *furto* inquiritur (50) Vndè, ſi accuſatur quis de *furto*, & in inquiſitione conſtet, & plenè probetur, quòd tria *furta* diverſis temporibus, & locis fecerit, utique ſuſpendio necatur.

21 Quæſtio ad hæc non levis eſt, ac controverſa, quæ validos hinc indè habet propugnatores. An prò uno *furto* gravi poſſit quis morti tradi? *Baldus* (51) conſiderans, unum magnum furtum æquivalere tribus parvis, & quòd prò his fur ſuſpenditur, voluit, poſſe furem prò uno magno *furto* furcis addici; & *Baldi* ſententiam ſequuntur plures, quos citat *Caballus*. (52) Alii autem quamplures (53) ab eodem citati, conſiderantes textum, (54) quo decernitur neminem prò *furto* mori debere, in oppoſitâ ſunt ſententiâ. *Caballus* priori adhæret opinioni, & vult furem prò uno *furto* ſuſpendi poſſe, dummodò hoc ſit *grave, & enorme ratione loci, temporis, quantitatis, vel alterius qualitatis, aut circumſtantiæ*. Et rationes ipſius ſunt, quià tùm ob criminis qualitatem: tùm ad furum copiam, quibus damnificatur Reſpublica, compeſcendam; tùm, ſi ad impediendum frequentiam *furtorum* ordinariæ pœnæ non ſufficiant; tùm propter criminis immanitatem licet, Judici jura tranſgredi, & pęnas à lege taxatas excedere; ut multi Doctores (55) volunt, quos ipſe citat.

22 Mihi videtur ſententia *Caballi* optimè fundata, & ipſi adhæreo, negari enim non poteſt, arbitrarium Judici eſſe, pęnas augere, aut minuere juxtà qualitates, ſeù potiùs circumſtantias, delictum aggravantes, aut diminuentes, ut ex jure (56) deducitur. Si ergò *furtum* aggravatum ſit aliquâ circumſtantiâ, per quam reddatur qualificatum, ut puta, quià fuit cum fracturâ, de nocte, cum armis, in loco ſacro &c. dubium non eſt, quòd etiam prò primo hujuſmodi *furto*, fur ſuſpenditur, ut infrà dicemus, & in hoc non credo eſſe diſſentientes etiam Auctores ſecundæ ſententiæ. Sed difficultas eſt de primo *furto*, magno quidem, ſed ſimplici, puta abſque aggravante circumſtantiâ, quod ſortitur denominationem magnitudinis à quantitate, ſeù valore rei furatæ: ut potè ſi furtum eſſet valoris decem millium aureorum &c. Et de hoc concludere minimè poſſunt adductæ à *Caballo* rationes, quæ innituntur qualitatibus, quæ ratione aut loci, aut modi, aut temporis, aut qualitatis rei furatæ, aut frequentiæ *furtorum* &c. delictum reddunt qualificatum. Quid ergò dicendum de hoc?

23 Reſpondeo, quòd etiam prò uno *furto*, gravi hujuſmodi poſſit fur ſuſpendi. Tota difficultas eſt, in ſtatuendâ quantitate ſufficientis valoris ad conſtituendum *furtum* magnum, vel enorme, & poſtquàm ſtatuerimus regulam determinandę hujus quantitatis, dabimus rationem poſitæ concluſionis. Scio Doctores (57) ſentire, quòd arbitrio Judicis commiſſum ſit judicare, quandònam *furtum* dici poſſit magnum, vel enorme; ſed non dant regulam, quæ ſervanda ſit per Judicem, ut rectè ſuper hoc pronunciet. Dico igitur quòd non ob quantitatem valoris *furti* mors ſit furi incutienda, cùm enim vita hominis ſit res inæſtimabilis, & nihil illi coæquetur, ut ex jure habetur, (58) incongruum eſt, quòd ipſa tradatur in mortem ob rem quàmvis pretio æſtimabilem. Si ergò mori debet, hoc ideò eſt, quià ejus proximus graviter, ac enormiter damnificatur, & ipſius damnum tale eſt, quòd mereatur, & debeat vitâ damnificantis compenſari: non quidèm, quòd ex morte furis damnificatus rem ſuam recuperet, ſed quià ex illius morte alii deterreantur, ad inferenda ſimilia damna: & hoc confert rectæ Reipublicæ gubernationi, quæ à talibus ſceleſtis hominibus inquietatur.

24 Tota ergò difficultas eſt, quomodò nam poſſit Judex, (cujus arbitrio commiſſum eſt judicare, quandò damnum, à fure illatum ſit grave, & enorme, argumento eorum, quæ dicuntur in jure (59) decernere in facti contingentiâ, eſſe tale, quòd morte furis debeat compenſari. Dico igitur, quòd, ſi ex *furto* ſibi facto ſtatus hominis mutatur, nec à fure ſibi poteſt aliter fieri compenſatio, iſte debet mori. Mutatio ſtatus non accipitur quidèm ſtricto modo, ea nempè, quæ in jure (60) dicitur *capitis diminutio*, ſed lato, & civili modo; ſicùt nempè vir nobilis, qui juxtà conditionem ſuam, famulatu copioſo, & pompâ domeſticâ gaudebat, ob quæ conſpicuus, & ſpectabilis erat in Civitate; declinatus ad paupertatem vix habet, quo veſcatur, & contemptibilis redditur. Mercator, qui negotiando convenienter familiam alebat, ſi amiſſo capitali, aut in alieno negotio ſervire, aut emendicare cogitur, ut vivat &c. Iſti, ac ſimiles dicuntur ex neceſſitate ſupervenienté ſtatum mutare. Quandò igitur ex *furto* ſibi facto cogitur homo ſtatum ſuum mutare, profectò damnum grave, & enorme ſibi illatum eſt, & arbitrari juſtè poteſt Judex, *furtum* tale eſſe, quòd ob illud mori fur debeat, ſi compenſare nequit damnum; tritum enim dicterium eſt. *Qui non habet in ære, luat in corpore*.

25 Ratio autem eſt, quià ut dicebam, damnum grave proximo illatum magis, quàm valor rei ſpectandum eſt; ſi ergò fur per compenſationem poteſt damnum illatum reſarcire, non debet prò *furto* mori, tùm quià de jure ità eſt; tùm quià ceſſat ratio, nempè damnum proximi, quod ſupponitur compenſatum, & ſolùm

(49) *Farinac. Quæſt. 167. nu. 84. Covaru. Gomez Ayllon. Vela. apud Matthæu. de Recrim. Controv. 37. nu. 19.*

(50) *Clar. §. Furtum. ℣. Quæro etiam ubi Bajard. nu. 63. & apud eum Bald. Conſ. 247. vol. 5. Farinc. q. 23. nu. 9. & 10. q. 167. nu. 68 & 69.*

(51) *Bald. in Authen. ſed noua. nu. 5. C. de Serv. fugit. & in cap. 1. §. Iniuria num. 8. de Pac. juram. firm. In uſi feud.*

(52) *Io. de Anani. Abb. Igne. Aretin. Angel. Peruſ. Marſil. Alciat. Covaru. Menoch. Diaz. Padill. Peguer. Canter. Alex. de Nevo apud Caball. Reſol. crim. Cent. 5. Caſ. 18. nu. 6.*

(53) *Clar. Salis & Caſtren. Cephal. Guid. Pap. Jaſon. Add. ad Diaz. Gomez. Suarez. Cepol. apud Caball. loc. cit. nu. 2. & 3.*

(54) *Text. in Authen. Sed nova jure C. de Serv. fugit. Novell. Ut nulli Judic. cap. final. §. Profert. autem Coll. 9.*

(55) *Clar. lib. 5. Sentent. §. 1. nu. 9. ℣. Sunt etiam. circ. med. Jaſon. Paris de Put. & Marſil. apud Caball. loc. cit. nu. 8.*

(56) *Arg. Quid ergo. §. pœna gravior. ff. de His qui nota. infam. l. eſpiciendum l. Hodie. ff. de Pæn.*

(57) *Marſil. Menoch. Peguer. Gomez apud Caball. l. cit. n. 11.*

(58) *l. p. §. Sed cum homo ff. de His, qui effuda, vel deiec. l. Si laborante. §. Cum in eadem ff. Ad leg. Rhodi. de jact. l. Ex hac ff. ſi quadr. pauper feci.*

[59] *Text. in l. 1. C. de Adver. ven dit. cap. Pervenit, de Sent. Excom. Alberic. Diction. V. Enorme vide.*

[60] *l. p. ff. de Capit. minut.*

lùm debet ſubire pœnam ordinariam legis, vindicantis *furtum*, ut Reipublicæ turbativum. In facti igitur contingentiâ penſet Judex quantitatem *furti*, & qualitatem perſonæ derobatæ, & ſi viderit damnum irreparabiliter ità datum, ut cogatur derobatus, ob illud, ſtatum mutare, poterit juſtè furem furcis adjudicare. Quià non minùs gravis circumſtantia eſt, quòd homo cogatur, ob *furtum* ſibi factum, ſtatum ſuum mutare, & declinare à divitiis ad paupertatem, & de dominio ad famulatum &c. quàm ſi ad pecuniam, ſibi violenter rapiendam, armis terreatur; ſed *furtum* factum cum violentiâ armorum, morte vindicatur, ut infrà videbimus, igitur pari modo puniendum eſt illud, ob quod homo ſtatum ſuum mutare cogitur, ſi quidèm ex tali circumſtantiâ tranſit *furtum* à ſimplici ad qualificatum, ob quod, ſicut prò aliis qualificatis, mors incutitur.

26 Si verò loquamur de *furtis* qualificatis, aliter debemus dicere, ac dictum eſt de ſimplicibus. Sed priùs repetenda eſt diſtinctio, quam tradidimus ſuprà *num.* 4. ubi diximus, circumſtantias qualificantes *furtum*, alias eſſe rei furatæ, alias loci, alias temporis, & alias modi. Quò ad circumſtantias rei, quadruplex eſt ſpecies furti, puta, *ſacrilegium*, *Plagium*, *Abigeatus*, quibus poſſet addi etiam quarta, nempè *peculatus*, ſed de hoc erit ſpecialis locus *§. ſequenti* Sacrilegium eſt *furtum* rei ſacræ, quod tamen diverſificatur juxtà rem, & locum; nempè cùm res ſacra furatur, ubicumque illa ſit; ſeù quandò à loco ſacro aufertur res, quæcunque illa ſit, & ad hęc duo membra reducuntur tria illa, quæ ex jure (61) communiter colliguntur, nempè *furtum* ſacri de ſacro, & ſacri de non ſacro, ac non ſacri de ſacro.

27 *Plagium* autem eſt, cùm quis hominem liberum, aut alienum ſervum rapit, invitum cœlat, vendit, aut ciens dolo malo emit, aut in eâ re ſocius fuit, argumento eorum, quæ in jure (62) dicuntur. *Abigeatus* eſt furtum pecorum, aut jumentorum. (†)

28 Quò ad pœnas ſacrilegii, dicendum, quòd ipſa diverſos habet gradus, juxtà diverſitatem rerum ſacrarum. Inter iſtas autem, primum locum tenet *Eucharistia*; exindè *Reliquiæ Sanctorum*; poſtmodùm *Chriſma, ac alia Olea ſancta*, & iis conſecrata, aut benedicta ab Epiſcopo, ut Altare, nempè petra ſacra, calilices, patenæ, pixides, acqua baptiſmalis, campanæ &c. exinde, quæ pertinent ad ornatum Eccleſiæ, ac Miniſtrorum, ut tobaleæ Altaris tabulæ pictæ, aulæa candelabra, paramenta ſacerdotalia &c. ut ex *D. Thom.* obſervant Doctores. (63) De jure porrò Civili (64) ſtatutum eſt, quòd pœna ſacrilegii *prò qualitate perſonæ, & conditione rei, temporis, ætatis, & ſexus, vel ſeveriùs, vel clementiùs ſtatuatur*, ità ut prò tali crimine, etiam mors incuti poſſit. Cùm igitur inter ſacras res nihil ſanctius poſſit excogitari *Sanctiſſimo D. N. I. C. Corpore*, meritò furtum Euchariſtiæ morte debet plecti, ut *ex Boerio* firmat *Chartarius* (65)

29 Hæc autem concluſio magis firmatur ex Pontificiâ Conſtitutione *S. memoriæ Innocentii XI.* latâ Quartò idus Martii 1676. ut refert *Raynaldus* (66) In tali autem Conſtitutione ſancitur, ut omnes, & ſinguli utriuſque ſexus, qui de *furto* ſacræ Hoſtiæ, vel unius, aut plurium particularum conſecratarum cum ſacrâ Pixide, vel ſinè illâ, confeſſi, aut convicti fuerint, quique propriâ malitiâ, vel de alterius ordine, ſeù mandato, Hòſtiam, aut particulam, ut præfertur, apud ſe retinuerint, vel aliò transferre, ſeù aſportare præſumpſerint, condignis pœnis prò facinoris atrocitate, puniantur, & niſi conſtiterit non fuiſſe ad malum finem, etiam prò primâ vice, Curiæ ſæculari tradantur, non obſtante minori ætate, dummodò vigeſimum attingant annum, quibus pœnis etiam mandantes ſubjaceant: & hujus criminis cognitionem, quià vehementem ingerit hæreſis ſuſpicionem, ad Inquiſitores fidei ſanxit pertinere.

30 Adverto autem in hâc conſtitutione importari non ſolùm *furtum*, propriè dictum, quandò, nempè furtim à ſacro Ciborio cum fracturâ, aut ſine eâ, ſurripitur ſacra Euchariſtia; ſed etiam improprium, ut eſſet, qui accedens ad ſacram communionem, acceptam ore de manu Sacerdotis, particulam conſecratam non deglutiret, ſed ab ore extractam conſervaret, ut non rarò accidit factum à ſagis ad ſua maleficia perpetranda; & etiam à ſceleſtis hominibus, qui horrendo hujuſmodi ſacrilegio ſortilega amuleta ſibi parant, ut ſint ab armis impenetrabiles. Et ratiò eſt, quià dicta Conſtitutio non ſolùm prohibet *furtum* propriè dictum *Euchariſtiæ*; ſed etiam ejuſdem retentionem, quæ eſt *furtum* improprium; ut eſt, quandò res ab initiò juſtè ab alio accepta, (ut in commodato, depoſito, aut pignore) injuſtè, & contrà voluntatem domini retinetur, & contrectatur.

31 Itidem adverto, quòd ad traditionem Curiæ ſæculari, oportet, quòd tùm principaliter delinquens, tùm mandans, in hujuſmodi *furto*, malum finem habeant. Si enim eſſet ad conſervandum Corpus Chriſti Domini in propriâ domo ob devotionem (quæ tamen eſſet punibilis) aut prò curandâ infirmitate aliquâ, aut alio fine non pravo, (ut aliquandò faciunt mulierculæ ſimplices, inſtructæ à Sagis, quæ, Dæmone magiſtro, hujuſmodi ſuperſtitioſa, ac ſortilega infirmitatum remedia docent) tanta pœna non intraret; ſed alia pœna citrà mortem eſſet infligenda. Quòd, ſi mandans pravum finem intenderet, furans autem talem finem ignoraret, & eò maximè, ſi mandans diceret furi, ſe velle uti Euchariſtiâ ad aliquem finem bonum, ſolus mandans, ſecuto effectu, tradi Curiæ ſæculari deberet, fure tantùm arbitrariè punito. Sicut, ſi quis per alium emi faceret arſenicum, illi imponendo, vellet eo mures intoxicare, & poſtmodùm illo uteretur ad mortem alicujus, principaliter à mandante intentam, mandans quidèm morte deberet puniri non ſic autem exequens mandatum, in quo talem finem exequens non intendit: ità furans *Euchariſtiam*, ſibi præfinito fine licito uſus illius, aut ſaltem evidenter, ac inexcuſabiliter non malo, non debet tradi Curię ſęculari, ſicut mandans ex fine pravo illius *furtum*: nàm lex requirit dolum malum, qui naſcitur ex fine malo evidenter, ut talis pęna adhibeatur.

32 Pòſt ſacram *Euchariſtiam*, digniores cenſentur *Reliquiæ Sanctorum*, quæ ſunt adorandæ, maximè *eorum Corpora*, ut ait *D. Thom.* (67) *quæ fuerunt templa, & organa Spiritus Sancti, in eis habitantis, & operantis.* Pro-

(61) *Cap. Si quis contumax. cap. Quiſquis* 17. q. 4.
(62) *l. penult. §. final. ff. Ad leg. Fab. de plagi.*
(†) *L. 1. §. 3. ff. de Abige.*
(63) *Syl. ſumm. V. Sacrilegium Tabien. eo. V. nu.* 3. *Boer. Deciſ.* 254. *p. n.* 15. *Chartar. Deciſ. crim.* 66. *nu.* 85.
(64) *l. Sacrilegium. ff. Ad leg. Iul. pecul.*
(65) *Boer. Deciſ.* 254. *p. num:* 12. *Iul. Chartar. loc. cit.*
(66) *Raynald. Obſerva. crimina. Tom.* 2. *cap.* 14. *Rubr. num.* 34.

(67) *D. Thom.* 3. *Part. quæſt.* 25. *art.* 6. *in Corp. apud Ghet. Theſaur. anim Tom. p. V. Adoratio num.* 26.

Digitized by Google

Proindè, juxtà Sanctiones utriuſquè juris (68), vendi minimè poſſunt abſquè labe ſimoniæ, ut habet quædam *Gloſſa*. (69) An autem ſurripiens iſtas morte deberet plecti, non invenio Doctorem expreſſè decidentem. Scribentes enim communiter diſtinguunt res ſacras in tres claſſes, in quorum primâ ſtatuunt ſolam *Euchariſtiam*: in ſecundâ *Reliquias*, ac omnia vaſa, quæ per Epiſcopum conſecrantur; in tertiâ verò cætera paramenta, vota argentea Deo, & Sanctis oblata, & ea quæ ad ornatum Eccleſiæ, & Miniſtrorum pertinent. Circà res autem ſecundæ claſſis, variant Doctores; nàm *Raynaldus* (70) vult, quòd furantes illas morte plectantur; & in eàdem ſententiâ fuit *Gomez*, *Iodocus*, *Bertachinus*, (71) & *Ludovicus à Peguer*. Minori pœnâ, quàm mortis illos plectendos vult *Chartarius*, (72) Et *Clarus* refert *Senatum Mediolanenſem* circà hoc penas variaſſe, juxtà rei, ac perſonæ qualitates (73)

33 Tutior ſanè videtur ſententia, quam in praxi ſequitur ampliſſimus *Senatus Mediolanenſis Ordo*, ut nempè juxtà qualitates rei furatæ, & perſonæ furantis, penæ temperentur. Proindè, ſi *furtum* Reliquiæ eſſet tantùm ad finem vendendi argenteum vas, intrà quod Reliquia eſt collocata: aut ſi eſſet ex motivo devotionis, (ſicùt illi *Veneti* nautæ furati ſunt *Alexandriæ* Corpus *D. Marci Evangeliſtæ*,) non deberet prò primo *furto* dari pena mortis, quià ultrà circumſtantiam loci Sacri, in quo ſupponitur *furtum* factum, quæ tamen de ſe penam mortis non infert, altera aggravans delictum non intervenit. Si autem *furtum* huiuſmodi eſſet ad alium malum finem, puta, ad ſortilegium faciendum; ſivè eſſet aſſociatum graviori circumſtantiâ, nempè, quià fur Reliquias peſſumdedit, & in ſpretum Sanctorum combuſſit &c., tali caſu mors utiquè eſſet inferenda ratione aggravantis circumſtantiæ. Et quià de ſimilibus idem eſt judicium, ſicut dictum eſt de *furto Reliquiarum*, ità concludendum de furto vaſorum conſecratorum; in quo, ſi nulla, præter locum, aggravans circumſtantia intervenit, mors non debetur; quæ tamen inferri poteſt ob alias qualitates, crimen augentes. Prò *furto* autem rerum ſacrarum tertii generis, conveniunt omnes Doctores, quòd alia pena extraordinaria, non autem mortis ſit inferenda.

34 De jure autem Canonico *furti* ſacrilegi, pena eſt excommunicatio latæ ſententiæ, pròut habetur ex duobus capitulis (74), dùmmodo interveniat fractura muri, portæ, aut ſeræ Eccleſiæ, ut ex textu explicant Doctores, (75) aut valor *furti* attingat materiam ſufficientem ad peccatum mortale, ut ſcribunt *Suarez*, & *Filliucius*. (76) Epiſcopi autem tenentur illos denunciare excommunicatos, ut præfertur, & poſt denunciationem abſolvi non poſſunt niſi à *Papâ*, ut textualiter habet capitulum (77) ſupracitatum.

35 *Plagii* pena juxtà jura *Codicis* (78) capitalis eſt. Advertit autem *Clarus* (79), quòd pena mortis non eſt danda niſi illis, qui ſoliti ſunt hoc crimen committere, furando pueros, aut Servos; & hoc modo morti tradendi eſſent ſoli latrones illi, qui turmatim vagantur, & ſe origine *Aegyptios* jactant, & *Italicè* vocantur *Zingani*, *Hiſpanicè* verò *Gitanos*, *Gallicè* autem *Egyptiens*, iſti nempè frequenter pueros rapiunt, ipſoſque ſuæ addicunt militiæ. Videtur autem, quòd hoc crimine teneatur tantùm, qui alienos ſervos ſollicitat ad fugam, cælat, aut vendit; & circà homines liberos hoc delictum committi, quandò iſti rapiuntur inviti, cælantur, vinculantur, & in ſervos venduntur, pròut à jure elicitur. (80)

38 Non dubium eſt hoc crimine teneri eos, qui, datâ modicâ pecuniâ, ac fraudulentis ſecretis ſuaſionibus, incautos juvenes alliciunt, ad ſe adſcribendum militiæ ad favorem alieni Principis; & maximè, ſi pòſtquam, ſub ſpecie recreationis, ad compotandum in aliquam domum induxerint, in eâ carceratos tenent: ut vidi factum aliquandò Romæ, ubi per aliquot Emiſſarios hujuſmodi, quamplures juvenes, dolo fuere ad diverſos domos perducti, in quibus incluſi violenter cuſtodiebantur, ad effectum eos noctu tranſmittendi ad *Venetos*, quorum militiæ cenſebantur adſcripti: ob quod facinus facta eſt Romanæ plebis ſeditio, ad quam ſopiendam neceſſum fuit captos, ut præfertur, priſtinæ libertati reſtituere. Ratio eſt, quià, licèt jura diſponant contrà eos, qui homines liberos vendunt in Servos; & illi, qui ad ſupradictum finem capiuntur, venduntur ut milites, & non ut Servi; tamen eadem eſt ratio, nàm hujuſmodi milites perdunt libertatem, cùm inviti militare cogantur, & nunquàm à militiâ dimittantur; & infælicior eſt eorum vita, quàm ſervorum; nàm Servi commodè aluntur à Dominis ſuis, ut conſervetur eorum vita, quæ, cùm ſit ab illis prætio comparata, prætioſa eiſdem eſt. Non ſic eſt de hujuſmodi militibus, qui, ut in pluribus clauſi, intrà marina fortalitia ſeminudi, ac famelici, abſquè ſtipendio, (nàm hoc vorant Officiales) vix habent mucidum panem, quo vitam in ærumnis ſuſtentent.

37 Et hujuſmodi *plagiariorum* delictum creſcit, ſi Princeps, prò quo talis invita militia conſcribitur, inimicus eſt Principis, in cujus ditione *plagium* hoc committitur; nàm illi adnectitur crimen læſæ majeſtatis; ſiquidèm talibus militibus juvatur hoſtis Principis, quòd, ut textualiter habetur in jure, (81) eſt delictum majeſtatis læſæ.

39 Quid autem juris, ſi, ut aliquandò accidiſſe legi, nutrix aliqua, quæ infantem oppreſſiſſet, alienum, cui mortuum proprium ſuppoſuiſſet, raperet? Caſum hunc habemus in ſcripturâ ſacrâ in litigio duorum meretricium, ut refertur in libro *Regum*; (82) vult autem *Alexander* (83), qui citat ad hoc quædam jura (84), quòd, ſi *Salomon* potuiſſet habere plenam probationem de *furto* filii, facto ab illâ meretrice, debuiſſet ad mortem damnare; ſed quià habuit tantùm probationem præſum-

pti-

(68) *l. Nemo. la 2. C. de Sacr. Eccl. cap. final. de Reliq. & vener. SS.*
(69) *Gloſſ. in cap. 2. in V. Venales. de Reliq. & vener. SS.*
(70) *Raynald. Tom. 2. cap. 14. nu. 34. V. Furans verò.*
(71) *Gomez Epitom. delict. cap. 5. num. 11. Iodoc. Practic. cap. 111. num. 6. Bertachin. apud Clar. §. Sacrileg. V. Sed quæro. Peguer. apud Bajard. ad Clar. ibi. num. 9.*
(72) *Juli. Chartar. Deciſ. 66. num. 85. in fin.*
(73) *Clar §. Sacrilegium. num. 3. in fin.*
(74) *cap. Quiſquis. 17. q. 4. cap. Conqueſti. 22. de Sent. Excom.*
(75) *Abb. in d. cap. Conqueſtus. de Sent. Excom. Tolet. lib. p cap. 36. nu. 7. Inſtr. Sacerd. Sayr. de Cenſ. lib. 3. cap. 29. nu. 6.*
(76) *Suar. de Cenſur. Diſp. 22. Sec. 2. num. 11. Filliuc. Tract. 15. num. 55.*
(77) *text. in d. cap. Conqueſtus. de Sent. excom.*
(78) *l. Quoniam. C. Ad leg. Fabi. de Plagiar. l. final. C. eo.*
(79) *Clar. Quæſt. 68. num. 31.*
(80) *l. Favia. l. Non ſtatim. §. final. ff. Ad leg. Fab. de Plagia.*
(81) *l. Cujuſque. ff. Ad leg. Iul. maieſt.*
(82) *lib. 3. Reg. cap. 3.*
(83) *Alex. Conſ. 15. num. 3. V. Tertiò per id. Vol. 1.*
[84] *l. Quoniam. l. final. C. Ad leg. Fabi. de plagi. l. 1. l. penult. ff. eo. tit.*

Digitized by Google

privam, idcò judicavit ſolummodò, infantem matri eſſe reſtituendum. *Boſſius* (85) ait, *Mediolani* eſſe Statutum imponens *plagiariis* pœnam capitalem; puto autem, quòd intelligi debeat de conſuetis in hoc delicto, ut dicit *Clarus*, quem dedimus ſuprà *num.* 35., non ità autem primò tale crimen committenti; & de facto ibidem dicit *Boſſius*, quòd obſtetrix, cujus operâ fuerat venditus infans, fuit *Mediolani* fuſtigata, & poſita ad catenam infamem. (*Bertina*). Undè reſolvo, quòd citrà mortem puniri deberet nutrix, quæ infantem, ut præmiſſum eſt, ſurriperet.

39 Quantùm ad crimen *abigeatus*, dicitur, quòd ſit furtum animalium, ſivè potius pecoris domiti à paſcuis, ſivè à ſtabulo. Ad hoc autem crimen incurrendum, requiritur, quòd Reus, prout dicit textus (86), *abigendi ſtudium quaſi artem exerceat*, puta, quòd conſuetus ſit pecora furari; & gravius evadit hoc crimen, ſi cum armis patretur (87), & ſi pecus à ſtabulo abigatur. (88) Ad proprium autem crimen *abigeatus* requiritur, quòd, ſi furtum eſt ovium, hæ ſint ad minùs decem, (porrò ſub nomine ovium veniunt alia pecora minuta, puta, capræ, hirci, verveces, hædi, agni, & ſimilia) ut obſervat *Raynaldus*, (89) ſi ſues, aut majalas furentur, ſint ad minùs quatuor: Si autem equi, aut boves, aut animalia, ut dicunt, groſſa, nempè aſini, tauri, bubali, muli &c., ſufficit unum. Si minor numerus pecorum furetur, Reus non dicetur *abigeus*; ſed fur; ſicùt etiam, ſi animalia non ſint furata à paſcuis, aut ſtabulo, ſed dùm reperta ſunt ab aliis ſeparata, aut per ſylvas errantia, ut dicunt leges. (90) Verum eſt, quòd quàmvis aliquis furetur unam ovem, capram, aut porcum, ſi ſæpiùs hoc fecerit, reatum *abigeatus* incurret. (91) Pœna autem hujus delicti, ſi accidat in locis, in quibus frequenter committatur, etiam prò primâ vice, eſt mortis naturalis, ut dicit textus expreſſus, (92) aliter mitiori pœnâ vindicatur; & in hoc attendendæ etiam ſunt locorum conſuetudines.

40 Alia ſpecies *furti* qualificati eſt, quandò intervenit circumſtantia aggravans ex parte loci; & primò venit furtum factum in Eccleſiâ; & hoc ſacrilegium eſſe, ambigendum non eſt, eò quià tale crimen eſt, non ſolùm, quandò furatur res ſacra in loco ſacro, aut non: ſed etiam ſi furetur res ſacra, aut non, in loco ſacro. (93) Diſtinguendum tamen eſt de re, quæ in Eccleſiâ furatur; vel enim eſt res commiſſa protectioni Eccleſiæ, ut ſunt depoſita, quæ ad cuſtodiam tutam committuntur fidei Eccleſiæ; aut eſt peculium ipſius Eccleſiæ, quod ſervit prò neceſſitatibus Eccleſiæ, & ſtipendiis Miniſtrorum, aut ſacrificiorum, ut pecunia, quæ eſt in capſulis eleemoſynarum, & venit nomine theſauri Eccleſiaſtici, cujus cuſtodia in jure (94), committitur *Sacriſtæ*; quàmvis in aliquibus Eccleſiis, ad hoc inſtitutus ſit ſpecialis Officialis, qui vocatur *Theſaurarius*, & eſt Dignitas, ut notat *Abbas*, (95) quæ tamen, ut vult *Barboſa* (96), ex conſuetudine in Eccleſiis inferioribus, confunditur cum officio *Sacriſtæ*. Vel eſt res, quæ per accidens eſt in Eccleſiâ, nihilque ad eam ſpectat; velùt, ſi alicui in Eccleſiâ ſacris intereſſenti, burſa aut alia pretioſa res ſurripiatur ab aliquo ex iis furibus, qui Italicè vocantur *Tagliaborſe*, & latinè dici poſſunt *Crumeniſecæ*, veriùs autem vocari debent *Saccularii*, & tales dicuntur in *l. 7. ff. de Extraord. crim. & in l. 1. §. Simili ff. de Effractor. carcer.*

41 Quò ad primum, videretur dicendum, quòd abſolutè fur rerum primi generis, factum in Eccleſiâ, deberet ultimo ſupplicio affici, exemplo *Heliodori*, qui, ut habetur in libro *Machabæorum*, (97) volens ærarium templi, in quo cuſtodiebantur depoſita viduarum, ac pupillorum, fuit ab Angelis flagellatus, nec mortem evaſiſſet, niſi *Onias Summus Pontifex* prò eo hoſtiam ſalutarem obtuliſſet. Si tamen benè advertatur, *furtum* intentatum ab *Heliodoro* non fuit ſimplex, ſed fuit qualificatum, venit enim ad Civitatem cum exercitu, manu armatâ, & ingreſſus eſt violenter cum ſatellitibus ærarium, ut pecuniam raperet. Ex hoc ergò habemus, quòd morte plectendus eſſet, qui ſimile furtum qualificatum aliis circumſtantiis in Eccleſiâ faceret; puta, ſi fieret de nocte, cum armis, per vim, cum fracturâ &c. Sed ſi nulla alia interveniat qualitas aggravans, debet puniri citrà mortem, ſicùt de rebus Eccleſiæ tertii generis dictum eſt ſuprà *num.* 33. in fine.

42 Quò verò ad *furtum* rerum, per accidens exiſtentium in Eccleſiâ, dico, quòd non poteſt dici ſacrilegium, niſi impropriè; tamen dignitas loci ſacri qualitas eſt, quæ *furtum* aggravat, ut ſcribit *Alphonſus de Caſtro*, (98) (qui multa enumerat, ex quibus delicta regulariter aggravantur,) ſequitur proindè, quòd aggravari etiam debeat pœna. Refert ex *Papona Clarus* (99) quendam, qui crumenam cum ſexaginta ſolidis furatus fuerat in *Aulâ Parlamenti Pariſienſis*, fuiſſe ſuſpenſum; & *Clarus* ipſe tenet, poſſe ratione loci taliter furtum aggravari, ut deberet morte puniri, quantùmvis furtum eſſet primum. Cui ſententiæ lubens ſubſcribo, non quidèm ratione loci præcisè, ſed ratione frequentiæ in loco. Poſſet enim dari caſus, quòd in aliquâ Civitate, tàm frequenter in Eccleſiis fierent furta burſarum, ut prò bono Reipublicæ, ad terrorem aliorum, Rei deprehenſi, etiam prò primo furto, furcis addicerentur; ut fecit hodiernus *Franciæ Rex Ludovicus XIV.*, qui, ut expurgaret *Lutetiam Pariſiorum* nocturnis furibus, qui auferentes pallia, & alias veſtes ambulantibus noctu per Civitatem, vocantur Expilatores, ut poſt multos, quos citat, dicit *Raynaldus* (100), quibus coercendis impar erat conſueta furcarum pœna, ſtatuit, (prò illâ tantùm Civitate,) ut furibus adhùc viventibus, rota eorum oſſa comminuerentur, atrociſſimo ſanè & ſupplicio, & ſpectaculo; quod tamen efficaciſſimum fuiſſe ad intentum, probavit eventus. Si autem ſimilia *furta* fiant abſquè aggravante qualitate, ſolent extraordinariè tantùm, & citrà mortem vindicari.

43 *Furtum* pariter aggravatur ratione loci, ſi fiat in domo, undè *furtum* domeſticum redditur qualificatum non

(85) *Boſſ. Tract. crim. Tit. de Plagiar.*
(86) *l. p. §. Abigei. ff. de Abige.*
(87) *text. in l. p. §. Quanquam. in fin. ff. de Abige.*
(88) *l. final. §. Eum quoquè. ff. de Abige.*
(89) *Raynal. Tom. 2. cap. 14. in Rubric. num. 100.*
(90) *l. De abigeis §. p. in fin. l. 3. ff. de Abige.*
[91] *text. in l. Oves. §. Qui ſæpiùs ff. de Abige.*
(92) *text. in l. p. ff. de Abige.*
(93) *cap. Si quis contumax. cap. Quiſquis 17. q. 4.*
(94) *cap. unic. Extra de Offic. Sacriſt.*
(95) *Abb. in cap. De multa num. 23. de Præben.*
(96) *Barboſ. Iur. Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 27. num. 11.*

(97) *lib. 2. Machabæ. cap. 3.*
(98) *Alphons. de Caſtr. de Poteſt. leg. pœnal. lib. 1. cap. 6. fol. m. 57. à terg.*
(99) *Clar. §. Furtum. V. Scias tamen. num. 8. in fin. ubi Papo. lib. 23. Tit. 6. Arreſt. 1.*
[100] *Fulgoſ. Caſtren. Menoch. Farinac. Piccard. Carpzov. Gothofr. Matthæ. Cortiad. apud Raynal. Tom. 2. cap. 14. §. 7. num. 1.*

Digitized by Google

non quidem, ſi filius Patri, aut uxor Marito furetur, (quià iſti habent prò ſe præſumptionem, quòd Pater, aut Vir tali furto conſentiant, cùm ſupponatur de re modicâ, ut *Farinacius* (101) vult;) ſed ſi furtum committatur à famulo, aut alio familiari: Et ratio eſt, quià domeſticitas aggravat delictum propter fidem, quam Dominus domeſticis habet, & quam domeſtici Domino ſervare tenentur. Undè *Tholoſanus* (102) voluit, quòd *furtum* commiſſum à domeſticis, & famulis, quibus omnia committuntur, & fiduntur, habeat in ſe ſpeciem proditionis.

44 *Furtum* factum à filio Patri, aut ab uxore marito, ſi leve ſit, puniri poteſt à Patre, & Marito; & hoc ſonant jura. (103), Si verò grave ſit, punitur à Judice, ad inſtantiam Patris, ac Mariti, qui tamen non agit contrà uxorem actione *furti*, ſed actione rerum amotarum, nàm in reverentiam matrimonii, turpis actio illi denegatur; (104) & quod dicitur de *Marito* reſpectu *Uxoris*, accipi etiam debet de *Socero* reſpectu *Nurus*. (105)

45 *Furtum* autem domeſticorum, ſi leve ſit, punitur à Domino; ſi grave, punitur à Judice, & aliquandò ultimo ſupplicio, ut tàm de viris, quàm de ancillis, exemplis comprobat *Clarus*. (106) Hodie tamen furta domeſticorum ſivè levia, ſivè gravia ſint, puniuntur arbitrariè à Judicibus, de quâ conſuetudine teſtantur *Clarus* idem, ac *Farinacius*, (107), & debent Judices perpendere gravitatem, quæ in delicto reſultat, ratione domeſticitatis, & juxtà illam augere pœnam.

46 Itidem ratione loci aggravatur *furtum*, ſi fiat in viâ publicâ; nàm via publica eſt ſub Protectione Principis, ut optimè ait *Raynaldus* (108), & tenetur Princeps ſecuritatem in viis publicis præſtare, ut qui obligatur ex officio ſuo, ſubditos defendere contrà omnem adverſæ poteſtatis iniuriam, & infeſtationem, ut docet *Marchantius* (109), undè & hàc de causâ juſtè tributa à Subditis exigit. Vocatur autem hujuſmodi *furtum graſſatio*; & ſecundùm *Muſcatellum* (110), ad hoc, ut ſit talo, non ſufficit, quòd committatur in viâ publicâ, ſed etiam requiritur, quòd fiat cum armis. Undè, ſi fiat ſinè armis, non dicetur *graſſatio*, nec Reus, juxtà aliquos recenſitos à *Raynaldo* (111), debet capite plecti, quàmvis hoc crimen ter commiſerit.

47 Sed quidquid ſit de jure communi, certum eſt, quòd de jure Statutario quorumcumque ferè locorum, & de conſuetudine, toto Orbe receptâ, de quâ teſtatus *Raynaldus* loc. cit. *num. 76. in fin.* quicumque tria furta in viâ publicâ, etiam ſinè armis committit, ultimo ſupplicio afficitur. Quòd, ſi, ut diximus ſupra *num.* 16. committens tria *furta* etiam non qualificata, morte plectitur, à fortiori dicendum eſt de eo, qui aggravat delictum circumſtantiâ loci, puta, viâ publicâ; & eò maximè, quòd, licèt arma non adhibeantur, intervenit tamen vis, & robur furis, qui à viatore, ſi non armis, vi tamen pecuniam excutit, & ejus robur nativum ſibi prò armis eſt; quæ omnia *furtum* aggravant. Cenſeo proindè, quòd, ſi in *furto*, etiam facto ſinè armis in viâ publicâ, interveniat alia qualitas aggravans, ut eſſet, ſi viator omnibus ſuis bonis, quæ conſiſterent in pecuniâ, quam habet, expoliaretur; aut graſſator arbori expoliatum alligaret, & alligatum ſic relinqueret &c.. Cenſeo, inquam, quòd etiam prò primo furto ultimum ſupplicium eſſet adhibendum. De hoc autem ampliùs dicemus, §. *Latrocinium*.

48 Sequitur qualitas aggravans ratione temporis, & hoc eſt tempus nocturnum, à quo delicta omnia graviora reddi, ait *Ripa* (112), plures citans; undè furem nocturnum occidi poſſe, conſtat ex *Sacrâ Scripturâ*, jure Canonico, ac Civili. (113) Quodnam autem pœnæ augmentum importet hujuſmodi circumſtantia, non reperitur in jure determinatum; undè arbitrio Judicis relinquitur.

49 Ultrà huc uſque dicta, aliæ circumſtantiæ *furtum* qualificantes, ſunt modi, quibus *furtum* committitur; hi autem aut concernunt inſtrumenta; aut concernunt locum; aut ſpectant ad actionem *furti*. Quò ad inſtrumenta, qualificatur *furtum*, ſi fiat, utendo ſcalis, grimaldellis, limis ſurdis, aut clavibus adulterinis; & de ſcalis quòd iſtæ delictum aggravent, teſtatur *Caballus*; (114) verum eſt, quòd, quàmvis etiam pœna ſit per Judicem augenda, non tamen prò *furto* commiſſo cum ſcalis, adhibetur pena mortis, ut vult ibidem *Caballus*, & poſt quoſdam docet *Raynaldus* (115), ſed gravior quidèm, tamen citrà mortem. Hoc autem intelligendum eſt, ſi alia qualitas aggravans non interveniat. Sed ſi alia intervenit, poteſt ità aggravari delictum, quòd mors inferri debeat; puta, ſi interveniret tempus nocturnum, uſus armorum, &c. De grimaldellis verò, limis ſurdis, ac clavibus adulterinis, communis eſt Doctorum opinio apud *Raynaldum* (116), quòd aggravent delictum, & proindè requirant etiam graviorem penam; non tamen tantam, quòd præcisè ex uſu talium inſtrumentorum mors ſit inferenda, niſi aliæ circumſtantiæ concurrant; aut diſpoſitio Statutaria locorum ſanciat, quòd ob uſum talium mors inferatur.

50 Quò ad locum autem, aggravatur crimen, ſi fiat cum fracturâ, ut puta, oſtii, aut muri domus, aut ſcrinii, aut arcæ, armarii &c. & iſta circumſtantia eſt ex frequentioribus, quæ accidant in *furto*; ex hâc autem ità aggravatur *furtum*, ut ob ipſam licere jura tranſgredi, ſcribant Doctores, (117) & ratio eſt, quià, cùm propria domus cenſeatur eſſe cuique tutiſſimum refugium, qui illam rumpit, videtur tuto habitatori maximam offenſionē proditoriè irrogare. Scribit autem *Raynaldus*, fur-

(101) *Farinac. Quæſt. 174. num. 98.*
(102) *Petr. Gregor. Tholoſ. Syntagm. jur. lib. 37. cap. 12. Rubr. de Furt. domeſt. num. 5.*
(103) *l. Si filius. l. Congruentiùs. C. de Patr. poteſt. l. Servi, & filii ff. de Furt. l. p. ff. de Actio. rer. amota.*
(104) *text. in l. Nam in honorem. ff. de Actio. rer. amota.*
(105) *l. Contra nurum ff. de Actio. rer. amota.*
(106) *Clar. §. Furtum. ℣. Poſſet etiam.*
(107) *Clar. d. §. Furtum. num. 23. Farinac. Quæſt. 174. nu. 96.*
(108) *Raynal. Tom. 2. cap. 14. Rubric. num. 76. ℣. Cadit aliud. in fin.*
(109) *Marchant. Trib. ſacrament. Tom. 3. Par. 3. Tract. 2. Tit. 6. quæſt. 2. Concluſ. 1.*
(110) *Muſcatell. Tit. de Furt. num. 16. l. Capitalium. §. Graſſatores. ff. de Pænis.*
(111) *Raynal. Tom. 2. cap. 14. Rubric. num. 69.*
(112) *Ripa de Noctur. temp. cap. 17. num. 10. & ibi Bald. Novel. Mantu. & alii Caball. Reſol. 97. nu. 9.*
(113) *Exod. cap. 22. ℣. 2. cap. 3. Extrà de Homicid. l. Itaque. §. 1. ff. Ad l. Aquil. l. Furem. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.*
(114) *Caball. Reſol. 97. num. 19. Conciol. al Stat. Engub. lib. 4. Rubr. 53. Annot. nu. 6.*
(115) *Mantua. Clar. Menoch. Peguer. Vinc. de Franc. apud Raynal. Tom. 2. cap. 14. Rubr. num. 48*
(116) *Raynal. loc. cit. num. 58. & ibi Muta, Thor. Gizzarell. Narbon. Cortiad. S. Felic. Cabal. Vincent. de Franc.*
(117) *Boer. Deciſ. 173. num. 5. Cæpoll. in Authen. Sed novo C. de Serv. fugit. Vela de Pæn. delict. cap. 19. num. 3. Narbon. apud Raynal. loc. cit. num. 37.*

Digitized by Google

*furtum* tali qualitate admixtum debere ultimo ſupplicio vindicari ; & citat ad hoc *l. Qui ædes alienas. ff. ad leg. Iul. de via publ.* ſed talem textum in libro meo non repe-ri ; & alia pariter jura , quæ ibi adducit ad hoc , non concludunt intentum . Undè melior eſt ſententia *Fari-nacij* ( 118 ) , qui vult de jure communi , ex hâc ſolâ circumſtantiâ mortem non deberi , niſi cum illâ adſint aliæ qualitates aggravantes . Arbitrio proindè Iudicis committitur pœnam ob fracturam augere.

51 Quò ad actionem modificatur *furtum* , ſi fiat per vim cum armis , aut ſinè armis ; & cum ſociis, aut ſi-nè eis , & hoc dicitur *rapina* , cùm fiat palàm coràm domino rei nolente , & per vim res auferatur , & deli-ctum hoc majus crimen eſſe, quàm *furtum* , ſcribunt con-corditer Doctores. ( 119 ) & volunt nonnulli , quòd , ſi *rapina* eſt cum armis , punienda ſit pęnâ *legis Iuliæ de vi publicâ* , quæ ordinat, damnato de tali crimine *inter-dici aquâ , & igni* , ( 120 ) ſi autem eſt ſinè armis , ple-ctenda ſit pœnâ *legis Iuliæ de vi privatâ* , quæ eſt omiſſio tertiæ partis bonorum. ( 121 ) Alii autem volunt, quòd delictum *rapinæ* , ſi fiat cum armis, etiam unâ vice com-miſſum , ſuſpendio puniatur . Sed hoc improbat *Fari-nacius* ( 122 ) , ſi in crimine hæc præcisè circumſtantia interveniat. Ubi verò *rapina* ſit cum ſociis , ad hoc quæ-ſitis, cum armis , & cum fracturâ , concedit , quòd mors inferri poſſit etiam prò unico actu ; & *Farinacium* ſe-quuntur multi , cumulati per *Raynaldum* ( 123 )

52 Quantùm ad pęnas de jure Canonico , ob crimen *furti* , aut *rapinæ* , ſciendum , quòd damnatus de *furto*, aut de vi bonorum raptorum , vel qui accuſatus tranſegit ſuper hoc crimine , efficitur infamis , ipſo jure , ut ha-bent textualiter duo Capitula ( 124 ) , ex quibus habe-tur , quòd omnis infamis de jure Civili , eſt etiam infa-mis de jure Canonico , ut præter *Gloſſam* adnotarunt *Diaz* , & *Garzia* ( 125 ) , niſi ubi in Canonibus contra-rium ſit expreſſum . In jure autem Civili textualiter ( 126 ) habetur, quòd damnatus de *furto* , aut vi bono-rum raptorum, ſivè pactus ſuper iis , eſt infamis ; undè ſequitur , quòd etiam hoc ſit de jure Canonico . Adver-tunt verò *Baldus* , & *Felinus* apud *Theſaurum* , ( 127 ) quòd prædicta procedunt, ſivè damnatus quis ſit in judi-cio Civili , ſivè in Criminali . Ultrà pęnam autem in-famiæ , Clericus captus in furto eſt deponendus , ut ex *Canone Apoſtolorum* textualiter (n) habetur ; & ſecun-dùm *Innocentium III.* (o) deprehenſus in latrocinio debet degradari , & ad agendam pænitentiam detrudi in Monaſterium ; ut autem ex *Diaz* advertit *Pellizzarius* , (p) degradatio debet intelligi verbalis , non autem actualis . Sed iſtæ pœnæ Canonicæ antiquatæ ſunt ; & fo-ra Eccleſiaſtica ſæcularia arbitrariè puniunt furta , rapi-nas , ac latrocinia.

53 Quò ad pœnas Regularibus prò *furto* inflictas, conſulendæ ſunt à Iudicibus municipales Ordinis cujuſ-que Conſtitutiones . Prò nobis *Minoribus de Obſervan-tiâ* adeſt ſequens diſpoſitio *Textus*. ( 128 ) *Furtum com-mittens , ſuffragiorum jure, biennio , eſt privandus . Pro-prietariorum pœnam luere tenetur : & ſi furtum fuerit no-tabile ; aut iteratum ; vel ex ſacro loco ; aut ſæcularium domibus ; aut bonis , creſcente ſceleris turpedine , creſce-re etiam debet ſeveritatis diſtrictio . Superiorum arbi-trio.*

54 Circà hunc *Textum*. Prima dubitatio eſt , An fur-tum inter Religioſos , ſemper inferat proprietatem ?

55 Reſpondeo , negativè . Ratio eſt , quià , ut aliàs ( 129 ) diximus, proprietas conſiſtit in animo poſſiden-di , & retinendi rem , ac ejus dominium , tanquàm ſu-um ; poteſt autem Religioſus aliquid furari ſæcularibus, animo incorporandi *furtum* bonis Monaſterii ; aut illud perdendi ; poteſt itèm furari aliquid deſtinatum uſui al-terius Religioſi , non tamen cum animo illud poſſidendi, ſed illo tantùm utendi , dependenter à voluntate Supe-rioris , de cujus conſenſu tacito, eſpreſſo , aut interpre-tativo , illud furatus eſt. Et ſic à proprietate *furtum* ſe-paratum quandòque dari , poſt nonnullos , docet *Bor-donus*. ( 130 )

56 Secunda dubitatio eſt , An is , qui furatur aliquod, quod non eſt de bonis communibus Monaſterii , ſed de-ſtinatum uſui particulari alicujs Religioſi , dicatur pro-priè *furtum* committere ?

57 Reſpondeo, affirmativè . Ratio eſt , quià nullus Religioſus poteſt aliquid , tanquàm proprium poſſidere ; & apud Nos, neque ullâ re , tanquàm propriâ uti . Se-quitur igitur , quòd quantùmvis aliqua res conceſſa ſit particulari Religioſo ad ejus, uſum , non ceſſat tamen illa res ſpectare ad Religioſam communitatem ; & ideò *furtum* illius rei eſt verè *furtum* rei communis Monaſte-rii ; imò cenſeo , tale *furtum* eſſe gravius , quàm ſi res eſſet inter bona Monaſterii , communi uſui deſtinata . Et ratio eſt , ratione peculiaris offenſæ , ac injuriæ , & ex conſequenti etiam diſplicentiæ , ac odii contrà furem , quod regulariter ſequitur in eo , cui *furtum* factum eſt . Quòd autem ablatio rei, deſtinatæ uſui particularis Reli-gioſi, *furtum* punibile ſit , ac ſi eſſet de bonis communi-bus Conventus , habemus ex *Statutis Valliſoletanis*. (131)

58 Tertia dubitatio eſt , Quomodò poſſit ſtare pri-vatio juris ſuffragiorum per biennium, cum pęnâ proprie-tariorum in eo , qui *furtum* committit , cum pęna proprietariorum privationem ſuffragiorum abſor-beat ?

59 Reſpondeo ; quòd cùm *furtum* ſeparabile aliquan-dò ſit à proprietate ; & aliquandò cum eâ uniatur , Sta-tutum pœnam continet *furti* ſeparati à proprietate , & ejuſdē conjuncti cum eâdem. Si ergò detur *furtum* in pri-mò caſu, debetur tantùm privatio juris ſuffragiorũ, ſi verò

V ſit in

(118) *Farinac.Quæſt.167.nu.47.*
(119) *Boſſ.Tit.de Furt.nu.4.Bajard.ad Clar.§.Furtũ.nu.30.Vinc. de Franc.Deciſ.315.nu.4.Muſcatel.Tit.de Furt.§.de Pœn.nu. 29.*
(120) *text.in l.Qui dolo.§.final.ff.Ad.l.Iul.de vi public.*
(121) *text.in l.p.ff.Ad leg.Iul.de vi priva.*
(122) *Farinac.Quæſt.167.nu.22.*
(123) *Vela de Pœn.delict.cap.19.nu.7.Franc.de Plate.de Excomm.§. 29.nu.5.Florent.eo.tit.cap.12.nu.2.Aufrer.de Pot.ſæcul.in Ec-cl.nu.39.apud Raynal.Tom.2.cap.14.Rubr.nu.53.*
(124) *cap.Infames.cap.Nos ſequentes.6.q.1.cap.Final.de Furt.*
(125) *Diaz Prax.cap.93.nu.final.Garz.de Benef.Par.7.cap.8.nu.11. Gloſſ.in cap.Nos ſequentes.6.q.1.*
(126) *L.p.junct.gloſs.in V.Pacti.de His qui nota.infam.*
(127) *Bald.in cap.At ſi Clerici.nu.15.de Iudic.Felin.in cap.Qualiter. il 2.nu.23.de Accuſ.apud.Theſaur.de Pœn.V. Furtum amplia.*
(n) *text.in cap.Præſbiter.81.Dict.*
(o) *Innoc.III.in cap.Tuę diſcretioni.Extrà de Pœn.*
(p) *Pellizzar.Manual.Regul.Tom.2.Tract.9.cap.4.nu.191. & ibi Diaz Pract.crim.canon.cap.9.*
(128 *Text.Tit.Applicatio.§.19.*
(129) *Tit.3.§.Proprietas.nu.10.*
(130) *Bordon.Variar.Reſol.43.nu.61.& ibi Navar.Conſil.3.nu.40. de Stat.Monac.Sanch.Moral.lib.7.cap.19.nu.55.Lezan.Tom.1. cap.6.nu.33.Bordon.d.Reſol.43.nu.77.& Reſol.47.nu.9.*
(131) *Stat.Valliſoletan.1593.cap.6.Tit.de omnimo.rer.omn.abdicat. §.Quod ſi quis..*

Digitized by Google

ſit in ſecundo caſu, infligitur pęna proprietariorum; & ità intelligenda eſt *Textus* diſpoſitio, *nè* in illo ſuperfluitas admittatur, quæ in omni interpretatione, & diſpoſitione eſt vitanda (132), & non admittenda, etiam in quâcunque materiâ odioſâ, & in diſpenſatione. (133) Et incongruum eſt, pròut docet *Bordonus*, (q) iuxtà rectam rationem, quòd fur, qui non eſt etiam proprietarius, pęnâ proprietariorum puniatur.

60 Difficultas tantùm eſt ad diſcernendum in praxi, quandònàm in facto intervenerit proprietas, aut non: cùm enim proprietas conſiſtat in animo, & quæ animo latent, probari nequeant, conſequenter nequè etiam probari poterit, quandò intervenerit in facto proprietas cùm *furto*. Dico igitur, quòd, cùm animus ex facto cognoſcatur, ac facta ſint fortiora ad demonſtrandum animum, quàm verba, (134) ſi, qui furatus eſt, actus præſtitit, qui proprietatem indicent; ut, puta, ſi rem furatam vendidit, permutavit, donavit &c., liquidò apparet, proprietatem in facto intervenire. Si verò nullum actum talem præſtitit, res tamen talis eſt, quæ in uſu talis furis venire non poſſit, (ut ſi legere neſciens furatus eſſet librum) proprietas nihilominus manifeſtatur: ratio eſt, quià intrat vehemens præſumptio, quòd, ſi ipſe re furatâ uti nequit, animum habuit eam diſtrahendi, ad effectum reportandi ex *furto* utilitatem, ob quam ſolam regulariter *furta* committuntur. Si autem res uſui furis venire poſſit, & circà eam, nullum actum inferentem neceſſariò proprietatem, exercuit; ſed eam apud ſe retinet, profiteturque, eam tenuiſſe ad ſimplicem uſum facti, ac animum poſſidendi non habuiſſe, (quantùmvis in animo contrarium eſſe poſſit) non poteſt dici, quòd intervenerit cum *furto* proprietas; & proindè ſola tunc intrat privatio juris ſuffragiorum.

61 Quarta dubitatio eſt, Quid ſit, & quandò dicatur *furtum* notabile?

62 Reſpondeo, quòd *notabile* dicitur illud *furtum*, quod eſt magni valoris, ſeù res furata ſit pecunia numerata, ſivè aliud prętio æſtimabile; ut *notabilis* dicitur illa *paupertas*, quæ eſt magna. (135) Quantus autem debeat eſſe valor rei furatæ, ut ex eo *furtum* reddatur notabile, non eſt facile aſſignare generaliter; ſed hoc remittitur judicio prudentis viri, ſivè arbitrio Judicis. Poteſt etiam dici *furtum* notabile illud, quod *notam*, ſivè *infamiam* Religioni inferret; ut exempli gratiâ, ſi eſſet furata res alicujus ſæcularis, quæ depoſita eſſet prò cuſtodiâ in Conventu. Cùm enim ex ipſius *furto* plurimæ fierent à ſæcularibus oblocutiones de Religione, tanquàm eâ, quæ in ſinu ſuo fures nutriat, & ideò ipſa infamaretur, *notabile*, hoc eſt infamiæ notam inferens, tale *furtum* dici poſſet, ſicùt aliàs (136) diximus, *notabilem* dici pęnitentiam, quæ infamiam parit.

63 Hujus difficultatis occaſione, examinandum venit; àn magìs grave, aut notabilius dici debeat *furtum* de rebus communibus Conventus, àn verò de rebus alicujus ſæcularis. *Pellizzarius* (137] vult, Regularem furantem de rebus Monaſterii graviùs peccare, & graviori pęnâ debere puniri, quàm ſi furetur de bonis externorum; & hoc, tùm quià *furtum* factum à domeſticis cenſetur gravius, quàm patratum ab exteris: tùm quià hujuſmodi *furta* magnam perturbationem cauſant in Monaſteriis, tùm quià major facilitas continuandi in crimine ob commoditatem, eſt in *furto* domeſtico, quàm in extero. Sed oppoſitum verius cenſeo. Si quidèm *furtum* domeſticum externo gravius cenſetur in famulis, ac aliis famillìaribus, non autem in filiis reſpectu quorum Pater, & dominus cenſetur minùs invitus, ut dicunt communiter ſcribentes. Religioſi autem à Doctoribus, ut diximus ſuprà, (138) comparantur in furto filiis familias, prò quibus major quantitas requiritur ad conſtituendum grave *furtum*, quàm prò ſervis; nec *furtum* filiorum dicitur *furtum* domeſticum, quò ad aggravandum ipſum prò extero. Itidem quàmvis in rebus Monaſterii Religioſus jus non habeat, dominii, aut uſusfructus (ſaltem apud Nos) tamen cùm res Monaſterii ſint deputatæ uſui Religioſorum cenſetur dominus illarum rerum, (qui eſt *Papa*) minùs invitus, quòd talis res uſurpetur à Religioſo, quàm ſit ſæcularis quivis, cui ab eodem res eſſet ſurrepta, ad quam nec jus proprietatis, nec uſus deputationem habet: unde ex majori repugnantiâ domini rei furatæ gravius evadit crimen. Præthereà incredibile eſt damnum, quod advenit Religioni, ſi ejus Alumnus *furto* rem ſæculari ſurripit, ex eo enim Laycorum oblocutionibus fit obnoxia, ità ut longè magìs perturbantur Religioſi, quàm ſi delictum intrà Clauſtra contineretur. Et tandem facilitas continuandi *furta* non facit *furtum* Clauſtrale majus externo; talis enim facilitas peccandi, non reddit peccatum gravius, niſi peccatum ipſum iteretur.

64 Quinta dubitatio eſt, quandònam dici poſſit *furtum* iteratum, ut ex hoc pęna veniat augenda?

65 Reſpondeo, quòd, ut diximus ſuprà *num.* 20. non levis controverſia inter Doctores, eſt nùm ad hoc, quòd dici poſſit *furtum* replicatum, oportet, quòd quis de primis *furtis* fuerit punitus. Et nonnulli Doctores relati à *Raynaldo* (139) tuentur, quòd cùm regulariter nemo prò reiteratione delicti puniri debeat, niſi ſit incorrigibilis, & talis dici non poſſit, niſi ſit aliàs punitus, conſequenter, nèc delictum cenſebitur iteratum quò ad augumentum pęnæ, niſi priùs furit aliàs punitum. Sed *Gomez*, (140) quem ſequitur *Farinacius*, tenet oppoſitum, cujus ſententiæ & Ego adhæreo, ductus hâc potiſſimùm ratione, quià verùm non eſt, quòd pęnæ augeantur præciſè ob incorrigibilitatem, ſed augentur etiam ob conſuetudinem delinquendi. (141) Ad hoc autem, quòd per plures actus dicatur quis conſuetus delinquere, non eſt neceſſe, quòd de primis actibus fuerit punitus.

66 In propoſito igitur dico, quòd *furtum* dicetur iteratum, ſi probatum remanet in proceſſu, quòd plura à Reo ſint *furta* commiſſa, quàmvis de primis nec punitus, nèc proceſſatus fuerit. Accidit hoc aliquandò,

(132) *Barbos. Axiom-216.nu.1.& ibi Rota Deciſ. 702.apud Farinac. Part.2.recent.*

(133) *Rot.Deciſ.357.nu.1.Part.2.recent.apud.Barbos.ibi.*

(q) *Bordon.Variar.Reſol-47.Quæſt.9.nu.11.*

(134) *arg.l.Certum.ff.Si cert.pet.l.final.ff.de Divort. cap. Exiſtimant.12.q.2.cap.Dilect.de Appellat.*

(135) *arg.cap.Statuimus.§.Inſuper.in fin.de Reſcr.in 6.*

(136) *Par.p.Tit.Delictorum.nu.19.*

(137) *Pellizzar.Manual.Regular.Tom.2.Tract.9.quæſt.12.nu.191. V.R. Quodcum Diaz.*

(138) *Tit.tert.§.Proprietas.nu.15.*

(139) *Raynal.Tom.1.Obſer.crim.cap-1.§.1.nu.20. & ibi Farinac. Parlador.Gratian.Boer.& Avendan.*

(140) *Gomez Variar.lib.3.cap.5.nu.9.Farinac-Quæſt.23. nu. 9. apud Raynal.loc.cit.*

(141) *Iuli.Chartar.Deciſ.66.nu.100.& ibi Grammat.& Carer.*

Digitized by Google

aliquandò, quòd aliquis modò in uno; modò in alio Conventu *furta* commiſerit, de quibus inter Religioſos orta eſt infamia: Prælati autem ergà Reum amore præventi, ſurdi fuerunt ad clamoroſam inſinuationem delictorum; nequè ſuper his ad inquiſitionem proceſſerunt. Si ſub alio Superiore Reus denuò delinquit, & de hoc ſit proceſſus, & in eo Teſtes deponant, & probent priora *furta* ſub alio Prælato commiſſa, profectò *furta* dici debent *iterata*, quià conſuetudo delinquendi probata remanet, ob quam pœna augeri poteſt.

67 Quòd ſi Superior aliquis vellet aliquem è Religione eijcere, tanquàm furem famoſum, ex eo quòd convictus manet, quòd tria furta commiſerit, & ob id incorrigibilis cenſeatur, & ità expelli hâc de cauſâ, ab Ordine poſſit, ut ſcribit *Rodericus*, (142) tali caſu non ſufficit furta præcedentia fuiſſe in proceſſu probata in ordine ad eſpulſionem; ſed requiritur, quòd de illis etiam punitus ſit, ut aliàs (143) docuimus.

68 Sexta dubitatio eſt, An ſurreptio eſculentorum ſit propriè *furtum*.

69 Reſpondeo affirmativè, cùm enim oſculenta ſint prętio æſtimabilia, ſurripiens ea ex communi Officinâ, *furtum* propriè committit; & ſcribit *Bordonus*, (144) quòd conſumendo ea contrà voluntatem Superioris, peccat delicto proprietatis; & hæc opinio ſatis dura videtur; non tamen vacat prò nunc eam refellere. Oportet autem, quòd quantitas eſculentorum ſit valdè notabilis, judicio prudentis viri, ut crimen *furti* incurratur; *furtum* enim Religioſorum circà eſculenta conſiderandum eſt, ut *furtum* factum à Filijs familias de cibariis paternæ domus, ut ex *Suarez*, & *Sanchez* ſcribit *Diana*, (145) & ad conſtituendum grave *furtum* in his (ſi tamen cibaria per eos conſumuntur, & extrà domum non venduntur) major quantitas requiritur, quàm in aliis rebus, ut pecuniâ, &c.

70 Unum autèm advertere libet, quòd caſu, quo Superior ſeparatìm à Communitate, cum adhærentibus ſuis cibos, & vina particularia abſumere ſoleat, & lautè vivere, in Refectorio verò communi, avarè familiam tractet; ità ut vix ad ſtrictam neceſſitatem, fratres victum habeant; ſi Religioſus ſurripit è penu pernas, ſalſamenta, caſeum, ova &c. & è Cellâ vinariâ vinum in eâ quantitate, quæ ſibi poteſt per multos dies ſufficere, non auderem iſtum pœnâ ordinariâ *furti* percutere, ſed tantùm extraordinariâ, & quidèm valdè levi, & fortè nullâ. Ducor, quià excuſatur à pœnâ, prò *furto* impoſitâ, ſi ille, cui aliquid furatur, eſt debitor furis, nec alio modo poteſt rem debitam conſequi, et hæc eſt communis opinio Doctorum, (146) et fortiùs ſi tolleret eam rem in ſpecie, quæ ſibi deberetur. Superior autem tenetur Subditos ſuos æqualiter tractare; et ipſe uti in comunitate debet, eodem pane, vino, et obſoniis, quibus omnes ejus ſubditi utuntur; ut ſonat *Decretum Clementis Octavi de Reformatione Regularium*, debitor proindè eſt Superior illorum Cibariorum, quæ Subditus ſurripit, quę alio modo obtinere nequit, niſi furtivè; ſequitur igitur, quòd pęnâ *furti* non tenetur.

(142) *Roderic. Quaeſt. Regul.* Tom. 2. *Quaeſt.* 39. *art.* 1. *poſt. med.*
(143) *Part. p. Tit. Panarum. nu.* 26.
(144) *Bordon. Variar. Reſolut.* 43. *Quaeſt.* 27. *nu.* 62.
(145) *Suar. & Sanch. apud Dian. Reſo.* 3. *Ttract. de Paupert. Religioſ. Par. p.*
(146) *Clar. §. Furtum. ℣. Excuſatur. nu.* 20. *& ibi Didac. lib. p. Reſol. cap.* 2. *p. nu.* 15. *℣. Quarto in eodem. Capoll. Conſ.* 26. *Alexandr. Conſ.* 135. *lib.* 1. *apud Giachar. ad Clar. loc. cit.*

71 Pariter propter neceſſitatem excuſatur quis à pęnâ *furti*; & ſicùt in extremâ neceſſitate licitum eſt furari abſque eo, quòd ulla pœna incurratur (147), ità, ſi neceſſitas ſit aliqualis, licèt non extrema, aliqualem pęnæ temperationem meretur. Suppono autem in caſu, quòd Superior avarè tractet Communitatem, ità ut, quàmvis Religioſi non ſint in extremâ neceſſitate victus; ſunt tamen in aliquali neceſſitate, dùm conſequi non poſſunt victum ilum convenientem, qui ſolet in Religione tribui; & quem in Novitiatus ſunt experti.

72 Nec dicendum, quòd, cùm poſſit ad Provincialem habere recurſum, ipſe non evadit reatum, ſicùt *furti* teneretur furans debitori ſuo, à quo poſſet, implorato officio Iudicis, debitum obtinere. Nàm, ſi Superior localis eſt factionarius Prælati Provincialis, contrà illum non acceptantur querelæ; proindè tali caſu nil ſuffragaret recurſus ad Provincialem. Quòd, ſi Provincialis vir integer eſt, & Subditus ab eo intentum obtinere poteſt, non licet huic tali modo furari. In facti autem contingentiâ, deſidero rectum, zelantem, & charithativum Iudicem, qui ſpoliatus omni propenſione ergà actorem, aut Reum, inveſtiget, àn mala miniſtratio Superioris, àn verò guloſitas Subditi cauſam dederint delicto; & ſecundùm circumſtantias facti, pęnas temperare velit.

73 Septima dubtatio. Quomodò procedere debeat Iudex noſter in caſu furti?

74 Reſpondeo, quòd habitâ à Superiore notitiâ *furti* per accuſationem, querelam, aut alio modo, debet priùs facere conſtare de corpore delicti. Hìc verò diſtinguendum; aut *furtum* reliquit veſtigium poſt ſe, quià facta fuit fractura &c., aut non. Si primum, examinatis Teſtibus, qui deponant, rem furatam vidiſſe antè paucos dies in tali loco, pròut ſuprà *nu.* 11. dictum fuit, debet accedere ad viſitandam fracturam, & facere conſtare de corpore delicti per *Viſum, & repertum*, pròut docuimus aliàs. (148) Si verò nullum remanet veſtigium, corpus delicti remanet probatum per dicta Teſtium, qui deponant, quòd tali loco exiſtentem viderint rem furatam, quam modò viderunt ibi non eſſe, pròut diximus *Formularij Sect.* 3. *num. XI.* Pronunciare tùm debet Iudex conſtare de delicto *furti*. Poſtmodùm debet inquirere de delinquente. Hic denuò diſtinguendum; aut per dicta Teſtium habetur aliquod indicium contrà Fratrem particularem; aut non: ſi non, & *furtum* eſt magni valoris, & plurimùm expedit illud recuperare, poteſt Iudex præmittere monitoria prò eo detegendo; & ſi nihil per monitoria proficit, poteſt procedere ad Excommunicationem, ſolemniter fulminatam; quorum omnium formam dedimus (149). *Parte ſecundâ*. Si verò habetur aliquod indicium contrà Fratrem particularem, debet fieri perquiſitio *furti* in ejus Cellâ, aut loco exiſtenti ſub ejus curâ, ut coquina, officina ſutoria, tonſtrina &c. Si invenitur res furata apud eum, et ipſe non probet, undè habuerit, ipſe cenſetur fur, ut ſuprà dictum eſt. Si cum re furatâ inveniantur alia *furta*, ſuper eorum valore habendum eſt judicium Periti æſtimatoris, & procedendũ; ſicùt docuimus loco ſupracitato *nu. undecimo Sect. tert.* Et advertat Super. Provincialis, quòd habitâ



(147) *Marian. Socin. in cap. Si quis propter. nu.* 13. *de Furt. Cagno. in l. Quæ propter. nu.* 3. *ff. de Reg. jur. Benincaſ. de Paupert. fol.* 105. *nu.* 22. *apud Clar. loc. cit. nu.* 24.
(148) *Par.* 2. *Sect.* 3. *num.* I.
(149) *Par.* 2. *Sect. final. à nu.* CX. *& ſeqq.*

querelâ, aut accuſatione de *furto* alicujus rei, non debet proceſſum inſtituere, niſi valor rei furatæ ſuperet duos aureos, prout ibidem diximus; aliquandò verò poteſt quis diffamatus de pluribus *furtis* minutis, accuſari de *furto* itidem minuto, & factâ perquiſitione, omnia, ſeu aliqua *furta* reperiri, quæ ſimul juncta ſufficiant ad talem ſummam conſtituendam; tali caſu poterit fieri proceſſus, præmiſſâ æſtimatione *furtorum*, ut dictum eſt. Si tandem apud diffamatum non invenitur *furtum*, & indicia talia ſunt, quòd poſſit ille conſtitui in examine rigoroſo, procedat Iudex ad examen, & torturam juxtà formam traditam, dictâ Parte ſecundâ.

75 Ottava dubitatio eſt, quomodò Iudex noſter regulare debeat arbitrium ſuum in caſu furti notabilis, iterati, ſacri, in domibus ſæcularium &c. juxta diſpoſitionem Textus?

76 Reſpondeo, quòd obſervare debet Iureconſultos criminaliſtas, qui de pœnis contrà fures laicos exercendis ſcribunt; & eas pro modulo applicare furibus Religioſis; cùm enim deficiunt Statuta municipalia, recurrendum eſt ad jus commune: & deficiente Iure Canonico, utendum eſt Civili, quod tamen Canonico non adverſetur. Attento maximè, quòd in Textu (153) circà qualitatem pœnarum infligendarum ſit poteſtas Iudicibus noſtris utendi *probatis legibus, ac conſuetudinibus, prout ratio ſuaſerit*.

## §. VII.

## Dilapidatio.

*SUMMARIUM.*

1 *Dilapidatio in ſe, quid ſit.*
*Ejus etymologia.*
2 *Opinio Panormitani rejicitur.*
*Dictio* quaſi, *quid importet.*
3 *Dilapidatio importat conſumptionem vitioſam rei propriæ, aut alienæ, ſtabilis, aut mobilis.*
*Prodigus, quis dicatur.*
*Prodigo interdicitur ſuorum bonorum adminiſtratio;*
4 *Dilapidatio alienorum bonorum, eſt fraus,*
5 *Peculatus quid ſit, & cujus reſpectu committi poſſit.*
6 *Conſumptio bonorum Eccleſiæ aſſimilatur peculatui.*
*Illa variat nomen, reſpectu perſonarum, quæ illam committunt.*
*Fraus ſemper importat damnum,*
7 *Subſtantia* Eccleſiaſtica, *quæ cenſeatur.*
*Adminiſtratio ſubſtantiæ* Eccleſiaſticæ *eſt duplex.*
8 *Dilapidationis diffinitio.*
9 *De quâ culpâ teneatur adminiſtrator bonorum Eccleſiaſticorum.*

1 POſt furtum, examinanda venit *Dilapidatio*, quæ, ſi fiat de ſubſtantiâ communi Reipublicæ Religioſæ, ſpecies furti eſt, ſed furto ſimplici gravior; undè jure merito inter crimina contrà paupertatem recenſetur. *Dilapidatio* autem ut ſic importat, ut *Alberico* (1) placet, *prodigam ſubſtantiæ ſivè propriæ, ſivè alienæ conſumptionem*, ut ex jure (2) deducitur; ejuſque etymologia, ſi *Hotomano* (3) credimus, deducitur à *lapide*, in quo præcones, qui auctione, (*hoc eſt ad haſtam*) vendebant, ſtabant clamantes! Et quià communiter bona Reorum, quæ confiſcantur, ad haſtam venduntur, feſtivò dixit *Abbas* (4) pròut eum refert *Albericus*, quòd nullus magis dicitur *dilapidare* bona ſua, quàm ille, qui committit delictum, propter quod bona confiſcantur; talia enim verè *dilapidantur*.

2 Vult autem idem *Panormitanus* (5), quòd *dilapidatio* propriè ſit rerum immobilium, conſumptio autem mobilium dicatur *quaſi dilapidatio*. Sed, tanti Doctoris pace, talis diſtinctio nullum habet fundamentum, nèc invenio Doctorem, qui ejus, circà hoc, opinionem ſequatur; nec textus capituli, ex quo illam deducit, talem diſtinctionem inſert. Dùm enim ait (6) *Nos eum* [Abbatem, *quaſi dilapidatione ſuſpectum ab adminiſtratione Abbatiæ duximus ſuſpendendum*, infert, quòd, quià ille erat ſuſpectus de *dilapidatione*, ſuſpenſus à *Papa* fuit ab adminiſtratione; ſiquidèm dictio *quaſi* non importat de neceſſitate, ſimilitudinem, ſed importat etiam veritatem, ut *Abbas* ipſe alibi (7) fatetur; in hoc autem loco ſi debuiſſet importare ſimilitudinem, oportuiſſet, quòd talis dictio afficeret ly *dilapidationem*, dicendo *Nos eum de quaſi dilapidatione ſuſpectum &c.*, dùm autem aliter dicit, ly *quaſi* refertur ad *ſuſpectum*, & facit ſenſum, quòd *Papa* amoverat ab adminiſtratione Abbatem, *quaſi ſuſpectum* de dilapidatione; ubi talis dictio non poteſt importare ſimilitudinem, & conſequenter improprietatem, ex quo enim *Papa* intulit ſuſpenſionem ab adminiſtratione, quæ, ut dicemus infrà, infertur realiter, & verè ſuſpectis de *dilapidatione* infert, quòd dictio illa importat ibi veritatem, & non ſimilitudinem; aliter *Papa* contrà juſtitiam intuliſſet impropriè ſuſpecto ſuſpenſionem, debitam propriè ſuſpecto de *dilapidatione*.

3 Stat ergò, quòd *dilapidatio* eſt vitioſa conſumptio ſubſtantiæ ſivè propriæ, ſivè alienæ, ſivè ſubſtantia ſit rei mobilis, ſive immobilis. Dum autem conſumitur ſubſtantia propria; *dilapidatio* ſortitur nomen *prodigalitatis*, & prodigus dicitur, (pròut ex diverſis juribus (8) elicitur) qui neque modum, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando, & diſſipando profundit, undè ex lege duodecim tabularum prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio; & ut ſcribit *Paulus* I. C. (9) hoc interdictum fiebat à *Prætore Urbano* per hæc verba *Quando tua bona paterna, avitaque nequitiâ tuâ diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi eâ re, commercioque interdico.*

4 Si autem dilapidantur alterius bona, curæ ſuæ commiſſa,

(1) *Alberic Diction. V. dilapidant.*
(2) *l. p. ff. de legit. tuto. l. Si pro ea. C. Manda. l. Verum. §. penult. ff. de Minor.*
(3) *Hotoman. apud Spiegel. & Calvin. lexic. V. Dilapidare.*
(4) *Abb. in cap. Ex litteris. de Pignor. apud Alberic. Dictio. V. Dilapidare nullus.*
(5) *Panormit. in cap. licet Heli. nu. 9. V. Nota ibi. de Simon.*
(135) *Tit. Applicatio. §. 59.*
(6) *text. in cap. licet. Heli. V. Nos eum. de Simon.*
(7) *Abb. in cap. Parochianos nu. 2. ubi Gloſſ. in V. Quaſi debita de Decim. & in cap. Prout. nu. 15. de Dol. & contum.*
(8) *l. 1. ff. de Cura. furioſ. & ali. l. Is cui bonis ff. de Verb. obl. l. Is cui bonis ff. Qui teſtam. fac. poſſ.*
(9) *Paul. lib. 3. Sentent. Tit. 1. & 4.*

Digitized by Google

miſſa, ut accidit in *Tutore*, *Curatore*, *Procuratore* &c. & *dilapidatio* fiat cum dolo, vocatur *fraus*; undè in jure *fraudolenta Tutoris converſatio* dicitur, (10) quæ poteſt eſſe, quandò Tutor ſubſtantiam pupilli ſibi dolo uſurpat; aut illam prodigendo conſumit. Si autem bona ſunt alicujus Communitatis; ut Urbis, aut Collegij, Monaſterij &c. in jure quidem Civili vocatur *Peculatus*, in Canonico verò appellatur *Fraus*, ſivè *Dilapidatio*.

5 Quod autem attinet ad crimen *peculatus*, hoc à *Labeone* (11) diffinitur, quòd ſit *pecuniæ publicæ, aut ſacræ furtum*; & prout ſcribit *Decianus* (12), judicium *peculatus* in eos datur, qui fraudem ærario faciunt, & publicam pecuniam intervertunt. Diſputant autem Doctores, àn crimine *peculatus* teneatur, qui ſurripit pecuniam publicam alterius Civitatis à Romana; & *Paulus de Caſtro*, ac *Cepola*, relati à *Deciano* (13), ſcribunt abſolutè, quòd non, ſecuti auctoritatem *Gloſſæ*. (14) *Decianus* autem diſtinguit, dicens, aut Civitas, cujus publica pecunia ſurripitur, agnoſcit Superiorem, aut non: ſi ſic, ſicut contrà eam non committitur crimen Majeſtatis, ità nec committitur peculatus: ſi non, vice verſâ. Mihi videtur aliter diſtinguendum, nempè, quòd vel loquimur de *peculatu*, quò ad ſpeciem culpæ, & hæc eadem eſt reſpectu cujuſvis Civitatis, quæ publicum ærarium poſſideat, [cùm, ut dictum eſt, *peculatus* non ſit aliud, quàm publicæ pecuniæ furtum], vel loquimur, quò ad ſpeciem pœnæ, & hæc convenit tantùm Civitati Romanæ, aliiſque Superiorem non agnoſcentibus, de illâ enim, ac ſimilibus loquuntur jura circà pœnam hujus criminis; cæteræ autem Civitates propriis legibus municipalibus circà eandem regulantur. Pluriſariàm quidèm deliquens circà publicam pecuniam, idem crimen committit, & eâdem pœnâ *peculatus* tenetur, & qui vult omnes caſus, quibus taliter delinquitur ex jure, & Doctoribus congeſtos, videre, adeat *Decianum* (15), qui more ſuo eruditiſſimè illos recitat.

6 Quantùm verò attinet ad Eccleſiaſticos, & maximè Regulares, prò quibus præſertìm ſcribimus, vitioſa conſumptio bonorum Eccleſiæ, ſeù Monaſteriorum, aliorumque piorum locorum, imitatur quodammodò peculatum laicorum ex eo, quòd, quemadmodùm iſti publicam Civitatis pecuniam intervertunt, ſic illi communia Eccleſiæ bona diſperdunt. Quò ad nomen autem hujus criminis, in communi uſu loquendi, videtur, quòd juſtà qualitatem perſonarum delinquentium variatur. Si enim communes pecuniæ Eccleſiæ ſurripiantur ab eo, cujus adminiſtrationi, & fidei non ſunt commiſſæ; hoc vocatur *furtum*: ſi autem intervertantur ab Officiali, qui eas habeat adminiſtrare, ut eſt *Theſaurarius, Oeconomus, Syndicus, Procurator, Cellerarius &c.* vocatur *fraus*: ſi verò diſſipentur à Prælato, vocatur *dilapidatio*, argumento ejus, quod dicitur in jure. (16) Nos tamen nomen *dilapidationis* aſſumemus tàm in Subdito, quàm in Prælato; attento maximè, quòd *dilapidatio*, & *fraus* optimè poſſunt converti, ſi quidem, ut infrà dicemus, *dilapidatio* poteſt eſſe cum dolo, & ſinè dolo, nunquàm tamen ſinè damno, quod etiam convenit *fraudi*, quæ, ut optimè advertit ex jure *Albericus*, (17) contradiſtinguitur à dolo, cum quo tamen dari poteſt; importat autem ſemper damnum, ut ex jure (18) deducitur.

7 *Dilapidatio* igitur delictum eſt, quod convenit omnibus, qui Eccleſiaſticam communem ſubſtantiam ſivè, ſit in pecuniâ, ſivè in rebus mobilibus, ſivè in bonis immobilibus, adminiſtrant. Nomine autem Eccleſiaſticæ ſubſtantiæ, venit non ſolùm ea, quæ cædit in immediatum cultum Dei, aut in ſuſtentationem Eccleſiaſticarum perſonarum; (ut potè ex quâ parantur luminaria, ac ornamenta, & paramenta Eccleſiæ, & Miniſtrorum; ſeù reparatur fabrica Templi, ac Capellarum, ſeù dantur Canonicis diſtributiones, & Sacerdotibus Miſſarum ſtipendia) ſed omnis illa, quæ ad uſum pium eſt deſtinata; ut ſunt Collegia Viduarum, Virginum, Orphanorum, Xenodochia infirmorum invalidorum, expoſitorum, & centum alia; ut docent communiter ſcribentes ad ornatum Extravagantis *Ambitioſæ*. (19) Et quià adminiſtratio bonorum Eccleſiæ duplex eſt, nempè auctoritativa, quæ reſidet in Prælato, & miniſterialis, quę reperitur in Officiali deputato; hinc eſt, quòd *dilapidationis* crimen tùm in Prælato, tùm in Subdito Officiali reperiri poteſt.

8 Commodè autem diffiniri poteſt *dilapidatio*, quòd ſit *Communium Eccleſiæ bonorum vitioſa conſumptio*. Dicimus autem *vitioſa conſumptio*, ut comprehēdamus omnē modum *dilapidationis*. Siquidem hæc duplex eſt, puta, *ex culpâ*, & *ex dolo*, poteſt enim tùm Prælatus, tùm Officialis *dilapidare* bona Eccleſiæ *ex culpâ* negligentiæ, aut imprudentiæ, non cuſtodiendo vigilanter: & non expendendo prudenter &c. & *ex dolo* ſibi ea appropriando; aut furari ſcienter permittendo; aut in res peccaminoſas impendendo &c. Dùm igitur dicimus *vitioſa conſumptio*, comprehendimus utrumque vitium nempè *culpæ*, & *doli*. Dicimus pariter *bonorum, Eccleſiæ communium*, ad differentiam *bonorum Eccleſiæ particularium*, prout ſunt fructus beneficiorum, qui, licèt Eccleſiæ ſint, non tamen communia ſunt, ex quo facta ſunt propria Beneficiati.

9 Intrat hic quæſtio, de quânam culpâ teneatur is, qui ex culpâ tantùm Eccleſiæ bona dilapidat; & quæſtio tàm movetur de Subdito, quàm de Prælato. Ad hoc puto, diſtinguendum, vel enim Prælatus, aut Subditus Prælaturam, ſivè Officium reſpectivè ad proprium commodum procurarunt, & ſunt adepti; aut in eorum electione, ſeù deputatione merè paſſivè ſe habuerunt, & munus acceptarunt ad miniſtrandum ſimpliciter ad commodum publicum. Si primum, tenentur de culpâ latâ, & levi, & ratio eſt, quià eorum munus eſt ad commodum tùm Reipublicæ Religioſæ, tùm ipſorum, ut poſt quandam magnam *Gloſſam* dicunt Doctores. (20) Si autem in utilitatem ſolam Religionis, munus adminiſtrandum acceperunt, non tenentur, niſi de culpâ latâ. Sed, ſi loquamur de Prælaturis, profectò corruptis his temporibus, pauci ſunt, qui reluctantes promoveantur, & qui in dignitate poſiti commune Eccleſiæ bonum prò ſcopo habeant; ſed plerique quaquaverſùm, (& taxit Deus quòd non etiam ſimoniacè) Prælaturas invadunt,

in quâ

(10) *l. Si creditores. §. ſed ſuſpectus. ff. de Reb. auctor. Iudic.*
(11) *Labeo in l. Sacrilegi. §. 1. ff. Ad leg. Iul. pecul.*
(12) *Decian. Tract. crim. lib. 8. cap. 28. nu. 2.*
(13) *Paul de Caſtr. Conſil. 141. n. 4. lib. 1. Cæpol. Conſil. 36. nu. 35. apud Decian. loc. cit. nu. 11.*
(14) *Gloſſ. in l. 1. in V. Publicas. C. Ad leg. Iul. pecul. & in l. 4. § final. ff. eo. tit.*
(15) *Decian. d. lib. 8. cap. 28. à nu. 12. ad 32.*
(16) *cap. licet. Heli. §. Cum igitur. V. Nos eum. junct. gloſ. in V. Dilapidatione. Extrà. de Simon. cap. final. de Accuſ. cap. Venerabili de Offic. & pot. Iud. deleg*
(17) *Alberic. Dictio. V. Fraus quandoque. arg. l. Iuriſgentium. §. Dolo ff. de Pact. cap. Cæterùm de Reſcr.*
(18) *arg. l. Incertos. ff. Ex qui. cau. maio. l. Sed etſi per Prætor. §. 2. ff. eo. l. Qui accuſare ff. de Accuſa. l. 1. §. Si quis. ff. Si quid in fraud. l. 2. C. de Sponſal.*
(19) *Extrau. Ambitioſæ. de Rebus Eccl. non alien. inter commun.*
(20) *Gloſ. in cap. unic. in V. de leviſſim. Extr. de Commod. leſ. lib. 2. de Iuſt. cap. 41. Dub. 9. V. Decim. Peyrin. de Præl. Queſt. 1. cap. 5. §. 1. nu. 47. & ibi Petr. Navar. Nald. Ilamas. & Sylveſt.*

Digitized by Google

in quâ poſiti *quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti*. Hi ergò, ſi bona Eccleſiæ culpabiliter, etiam de levi dilapidant, ſunt puniendi: & attentâ penè communi corruptelâ, dico, præſumi poſſe omnem, & quemlibet Prælatum ſtudioſè ſibi Prælaturam procuraſſe; proindè in facti contingentiâ, quo quis ob culpam de levi, de dilapidatione eſſet puniendus, ipſi incumberet onus probandi, ſe ſuæ electioni minimè cooperaſſe, ſufficienter probando, ſe illi reluctaſſe. Et quod de Prælatis dicitur, pariformiter dici debet de Officialibus, nempè Syndico, Procuratore, Cellerario, Oeconomo &c. ob rationem ſuprà datam.

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

10 *Peculatus quomodò probetur.*
*De Officialibus publicis benè præſumendum.*
*Probationes plenæ requiruntur contrà Officiales publicos.*
*De Iudice, qui malâ famâ laborat, malè præſumitur.*
*Si Officialis eſt malæ famæ, peculatus contrà eum probatur præſumptionibus.*
11 *Indicia multiplicia malæ adminiſtrationis.*
*Officialis pauper, repentè ditescens, vehementer eſt ſuſpectus.*
*Fallentia talis concluſionis*
*Concordia ejuſdem cum diſtinctione.*
12 *Officialis emens Officium eſt ſuſpectus de læſione Reipublicæ.*
*Peculatus, quomodò probetur concludenter.*
13 *Quomodò probetur ſuſpicio dilapidationis, aut dolus.*
14 *Alii modi procedendi in eâ probatione, dati per Abbatem.*
15 *Modi diverſi probandi, quandò agitur civiliter, & quandò criminaliter.*
16 *Quomodò probanda ſuſpicio dilapidationis, ut quis ab adminiſtratione removeatur.*
17 *Si proceditur civiliter, aliud faciendum cum Officiali Clerico ſæculari, aliud cum Regulari.*

10 QQuantùm ad probationem criminis *peculatus*, cùm hoc ſit ſpecies furti, quòd, ut diximus paragrapho ſuperiori, difficilis probationis eſt, dicendum, quòd etiam delictum hoc difficulter ſit probabile; undè ſequitur, quòd præſumptionibus probetur, Solemnis concluſio eſt, & in jure (21) fundata, quòd prò Officialibus publicis ſemper ſit præſumendum; ità ut, ſi contrà eos criminis ſuſpicio oritur, in illâ probandâ, claræ, veræ, maniſeſtæ, & legitimæ probationes requirantur, (22) ac Teſtes omni exceptione majores (23); nec ſufficit probatio privilegiata, ut eſt ea, quæ fit per juramentum (24). Tamen, ſi quis debitum ordinem, à legibus præſcriptum in ſuo munere non ſervat, & malum nomen ex hoc ſortitur, non poteſt prò eo præſumi, undè argumento cujuſdam legis (25) optimè ſcripſit *Lucas de Pennâ*, de malo Iudice malè eſſe præſumendum. Sequitur igitur ex his, quòd in hoc crimine *peculatus* difficulter probabili, facile admitti debent præſumptiones, ſi Officialis malâ famâ laboret. (26) Diſtinguendum tamen eſt, nempè, quòd ſi agatur ad condemnationem prò crimine, concludentes, & plenæ debeant eſſe probationes; sin autem ad eum conſtituendum, & torquendum, probationes præſumptivæ debeant admitti.

11 Præſumptiones autem, ſeù potiùs indicià eſſe poſſunt vox communis, ſeù mala fama, quòd Officialis aut ex imprudentiâ, incuriâ, ignorantiâ &c. bona publica diſperdat, inter quæ cenſenda ſunt jura, & actiones, quæ publico conveniunt: aut ex malitiâ uſurpet, & malè vertat publicam, ſeù fiſcalem pecuniam. Mala fama fundamentum habere poteſt, ſi Officialis, otio, & ventri deditus, incurius vivat, recreationibus tantùm, ac luxui vacet, & ea, quæ Officij ſui ſunt perfunctoriè agat, aut per miniſtros ſui ſimiles ea tractet. Fraus in eo, aut ſaltem fraudis ſuſpicio, & quòd pecuniam publicam corradat, oritur, ſi quandò adeptus eſt Officium, tenuis erat rei familiaris; & de repente, aut ſaltem poſt parvum tempus apparuit dives, nec ſalarium Officij tantum eſt, ut ex eo potuerit tàm citò diteſcere; & hoc maximè, ſi nullum aliud habet negotium præter Officium; nec aliquid acquiſivit ex donatione, hæreditate, ſucceſſione fidei commiſſariâ, aut alio modo. Hoc autem indicium eſt ità vehemens, ut *Accurſius*, & *Baldus*, quibus videtur conſentire *Paris de Puteo* (27), firmaverint concluſionem, quòd in dubio præſumitur, quòd Officialis fiſci, (& eadem ratio eſt de quocunque alio publico Adminiſtratore) quidquid habet, acquiſierit ex bonis fiſci. Et quàmvis non deſint Doctores oppoſitum ſentientes, quià in dubio nunquàm præſumendum ſit delictum (28), tamen diſſentientes optimè concordat *Maſcardus* (29), dicens, procedere concluſionem negativam, quandò Officialis eſt diligens, induſtrius, & dives ex patrimonio, & maximè, ſi Officium eſt parvæ adminiſtrationis; addo ego, ſi communiter reputatur homo integer, & juſtus; tunc enim præſumitur, quòd ex induſtriâ ſuâ ditatus ſit: Sed ſi in ſtatu paupertatis adeptus eſt Officium magnum, & diurno tempore ipſum adminiſtravit, & concurrant aliæ circumſtantiæ ſupradictæ, firma debet manere concluſio affirmativa.

12 Augentur autem indicia contrà Officialem, ſi ipſe emit Officium, præſumitur enim, tunc omnia mala agere, ut gravet Rempublicam, & ut ſibi proſit, ut habet quædam *Novella* (30). Optimè proindè dicebat *Bartolus* apud *Maſcardum* (31), quòd qui dat pecuniam propter Officium, præſumitur habere animum indebitè lucrandi, & malefaciendi: & datur materia, obtinentibus Officia per pecuniam, furandi impunè. Probatur autem concludenter crimen *peculatus* in Officiali, quandò conſocij, ſivè ejus Miniſtri in Officio deponerent contrà eum

(21) *arg. l. 2. C. de Offic. civil. Iud. l. Cum precibus. C. de Probat. l. final. C. de Fideicom. liber. l. 1. C. de ſuſcept. lib. 10. Maſcard. de Probat. Concl. 1132. init.*
(22) *l. Iudices. C. de Dignit. lib. 10. Authent. Novo jure C. de Pœn. Iud. qui mal. judica.*
(23) *Gloſſ. in cap. At ſi Clerici. in V. legitima probatione de Indic.*
(24) *Gloſſ. in cap. Pia. in V. Apertiſſimis docum. de Excep. in 6. & in l. Cum indebito. in V. legitimis ff. de Probat.*

(25) *arg. l. Si per impreſſionem. C. Quod met. cau. Lucas de Penn. in l. Si coloni. C. de Agric. & cenſ. lib. 11.*
(26) *arg. l. Si cui §. Iiſdem. ff. de Accuſ. l. 3. §. Sin autem. ff. de Suſpect. tuto.*
(27 *Accurſ. in l. Defenſionis. in Gloſs. ult. in fin. C. de Iur. fiſcal. lib. 10. Bald. in l. Etiamſi. C. de. Dona. int. vir. & in l. 1. nu. 7. V. Item ut Official. C. de Hæred. & actio. Par. de Pute. Tract. de Syndic. in V. Officialis. cap. 1. nu. 10.*
(28 *arg. l. Merito. ff. Pro Socio.*
(29) *Maſcard. de Prob. Concl. 1134. nu. 4. & ſeqq.*
(30) *Novell. Ut Iudic. ſin. quo. ſuffrag. §. Cogitandum. Coll. 2. Angel. in l. final. C. de. Ambi.*
(31) *Bart. in l. Procuratores. C. de Murileg. lib. 11. apud Maſcard. Conclus. 1132. nu. 42.*

Digitized by Google

traheum, teſtificando de caſibus particularibus, in quibus, ille pecuniam ſurripuit publicam, ut argumento cujuſdam legis (32), tradunt Doctores. Pariter, ſi in libro rationali Officij appareret, ipſum in opere publico conſtruendo tantam pecuniam implicaſſe, & probaretur ex depoſitione artificum, & libris Mercatorum, qui materiam ad opus vendiderunt, minorem quantitatem fuiſſe expenſam. Itidem, ſi in tabulis publicis minorem pecuniæ quantitatem, quàm quâ venierit, aut locata fuerit res aliqua publica, ſcripſerit, juxtà textum (33). Inſuper, ſi probaretur illum repuliſſe Artificem, qui ſe obtulit opus publicum minori prætio, ac æquè benè cum alio facere; & operis curam dediſſe alteri, cui majorem prò opere pecuniam dedit: præſumi enim legitimè poteſt, illum habuiſſe ab hoc Artifice pecuniam, ut ſibi opus faciendum daretur; ſivè pactum eſſe cum Artifice, ut etiam Officialis ipſe ex lucro exorbitanti publicæ pecuniæ aliquid participaret. E alijs ſimilibus argumentis, ſeù indicijs probari poteſt, aut iuſta ſuſpicio, aut reale crimen *peculatus*.

13 Quantùm verò ad probationem criminis *dilapidationis*, diſtinguendum eſt; quià in hoc vel procedendum eſt civiliter ad probandam ſuſpicionem dilapidationis, ob quam removendus eſt Officialis, aut Prælatus ab adminiſtratione ob ſolam culpam: vel puniendus eſt de dolo, & ad hoc proceditur criminaliter. In primo caſu, ſi ex famâ communi Monaſterii audit Prælatus Provincialis Superiorem localem, aut alium publicum Officialem eſſe *dilapidatorem*; debet Provincialis, ut habet quædam Gloſſa, (34) prohibere accuſato denunciato, aut diffamato omne genus alienationis, dùm intereà conſtruitur proceſſus ad probandam ſuſpicionem *dilapidationis*; quâ probatâ, debet ei dari in adminiſtratione Coadiutor.

14 Hunc modum procedendi carpit *Abbas* (35), dicens, illam *Gloſam* non concordare textui Decretalis; proindè ſuggerit duos modos procedendi in hoc caſu; unum quidèm aſſignatum à Doctoribus, qui dicunt, quòd duæ debent fieri inquiſitiones; in primâ, quæ fieri debet ſummariè, tantùm diſcutitur, àn ſit ſuſpectus de *dilapidatione*; quo cognito, ſuſpenditur Reus ab adminiſtratione, & ex pòſt fit inquiſitio ſuper veritate delicti, de quo ſi plenè conſtet removeatur totaliter ab adminiſtratione. Alius modus aſſignatus ab *Archidiacono* (36) eſt, quòd, cùm initiatur inquiſitio ſuper *dilapidatione* interdicitur inquiſito omnis poteſtas alienandi; & pòſtmodum proceditur ſuper inquiſitione, & ſi de eâ conſtiterit, deputabitur Coadiutor? & pòſt fiet inquiſitio ſuper veritate, quâ conſtitâ, removebitur in totum ab adminiſtratione. Dicit tamen Abbas, quòd omnes prædicti modi aſſignati à *Gloſſâ*, *Doctoribus*, & *Archidiacono*, non plenè concordant diſpoſitionibus variorum Canonum, à quibus non habetur certa regula pocedendi in crimine *dilapidationis*; & ideò commiſſum eſſe Iudicis arbitrio, ſecundùm quem modum procedere debeat.

15 In hàc opinionum varietate cenſerem, ut ſuprà dixi, eſſe diſtinguendum, nempè, aut accuſatio, vel inquiſitio civilis eſt, aut criminalis. Si civilis, præcedente famâ, aut teſtimonio, ſummariè recepto, (& abſque ſcripturâ, ut notat *Rodericus* (37) noſter) à viris integris, & fide dignis, non malevolis &c. quòd Superior, aut alius Officialis non rectè diſponat de bonis Eccleſiæ, aut Monaſterii, debet Iudex illi interdicere, nè aliquid de ipſis alienare poſſit, donec de Cauſâ plenè cognoſcatur. Poſt inſtitui debet formiter, & ſcriptò procedendo per juris Regulas, inquiſitio, ad probandam ſuſpicionem *dilapidationis*; & ſi probata remanet ſuſpicio, [quià re verâ debitis gravata reperitur Eccleſia, aut Conventus, quàmvis non appareat, àn culpâ tantùm, àn dolo Officialis debita ſint contracta) ſuſpendi debet Reus ab adminiſtratione. Et quidèm hic modus procedendi ſervatus eſt ab *Innocentio Tertio* contrà *Abbatem Pompoſianum*, contrà quem procedendo civiliter, ut habetur in quodam capitulo, (38) ipſum ab adminiſtratione Abbatiæ ſuſpendit, quià contrà eum probata remanſit ſuſpicio dilapidationis, ex hoc, quòd Abbas ipſe confeſſus fuerat, quòd *non modicam ſummam pecuniæ, relictam à Prædeceſſore ſuo, expenderat; & in aliâ ſummâ majori Monaſterium obligarat*. (39) Verum eſt, quòd ex tali capitulo non apparet Abbati, ad ſolam accuſationem Monachorum, fuiſſe interdictam alienationem bonorum Abbatiæ, hoc tamen debere fieri apparet ex antiquis Canonibus (40), & textu alterius Decretalis. Comperto autem, quòd dilapidatio ſecuta eſt abſquè dolo, puta, ob incuriam, imprudentiam, aut inhabilitatem Officialis, aut Prælati, ipſi dandus eſt Coadiutor, ſinè quo nihil agere poſſit, ut habet textus proximæ citatæ Decretalis. Si autem procedatur criminaliter, aliæ pœnæ, de quibus infrà, infligendæ ſunt, & probandus eſt concludenter dolus; Et advertendum, quòd, ſi procedatur criminaliter per accuſationem, non eſt neceſſe conſtituere duplicem proceſſum, in quorum primo probetur ſuſpicio, & in ſecundo inquiratur ſuper veritate; ſed datâ, & receptâ à Iudice accuſatione cum debitâ Accuſatoris inſcriptione, debet accuſato inhiberi alienatio, & inſtitui proceſſus ſuper veritate, ut quorundam jurium (r) argumento docet *Abbas*. Et ad accuſandum de hoc crimine quilibet admitti debet, ut docet ibidem paulò infra idem *Panormitanus*.

16 Difficultas autem eſt, quomodò probanda ſit ſuſpicio ad effectum, quòd quis à ſuâ adminiſtratione ſuſpendatur. Et dico, quòd ſicut per ſolam famam non probatur quis eſſe dilapidator proprij patrimonij, ut multis probat *Maſcardus*, (41) ſic nèc per Teſtes de ſolâ famâ probatur ſuſpicio *dilapidationis*, publicæ ſubſtantiæ, ſed debent rationem convenientem reddere de ſuſpicione, de quâ deponunt, & quarè Reus ſit *dilapidatione* ſuſpectus. Cauſæ autem non requiruntur demonſtrativæ commiſſæ *dilapidationis*, quià talibus magis probatur crimen, quàm ſuſpicio criminis, ſed ſufficiunt indicia. Inter indicia autem, juxtà quandam *Gloſſam* (42) ſunt mores, ſivè conditiones perſonæ; puta, ſi eſt homo negligens, incurius, imprudens, non attendens ad ea, quæ ſui muneris ſunt. Itèm ſi cum luxu vivat in cibo, veſtibus,

(32) *l. Non omnes. §. A Barbaris. ff. de Re milit. Capoll. Conſil. 39. nu. 38. & ſeqq. Maſcard. Concl. 1134. nu. 7. Decian. Tract. crim. lib. 8. cap. 29. nu. 6.*
(33) *l. Hac lege. ff. Ad leg. Iul. pecula.*
(34) *Gloſſ. in cap. licet Heli in V. Dilapidatione. de Simon.*
(35) *Abb. in cap. licèt Heli nu. 17. & 18. de Simon.*
(36) *Archid. in cap. Vulterana. 12. quæſt. 2. apud Abb. loc. cit.*
(37) *Roderic Tom. 2. Quæſt. 35. art. 1.*
(38) *cap. Per tuas. 31. §. Tales. Extra de Simon.*
(39) *text. in cap. licet Heli. §. Cum igitur. ℣. Quia verò. de Simon.*
(40) *cap. quià ea. junct. Gloſ. in V. Donec cauſ. 3. q. 2. text. in cap. Venerabili. de Off. & pot. Iud. deleg.*
(r) *arg. cap. Veritatis. de Dol. & contum. cap. Veniens de Accuſ. Abb. in cap. Venerabili. nu. 8. ℣. Et per hoc. de Off. & pot. Iud. deleg.*
(41) *Maſcard. de Probat. Concluſ. 515. nu. 3.*
(42) *Gloſſ. in cap. final. 3. q. 2. arg. l. Suſpectum ff. de Suſp. tutor.*

Digitized by Google

ſtibus, famulatu, ludo, ſcortis &c. nec ex patrimonio, labore, aut induſtriâ ſuâ habeat, undè taliter poſſit vivere. Paritèr, ſi nimis largus ſit in alendis hoſpitibus, in donando, in ædificiis magis voluptuariis quàm neceſſariis, ad quæ non ſufficere credantur communes ordinarii reditus. Similiter, ſi Eccleſiâ, ſeù Conventus, cujus indigentiis Præceſſor convenientem pecuniæ proviſionem reliquerat, ipsâ conſumptâ, novis debitis oneretur (qui eſt caſus in terminis *Pompoſiani Abbatis*, de quo ſuprà,) ſi Subditis conſuetus victus minuatur, quàmvis non minutæ ſint conſuetæ obventiones; ſi ipſorum neceſſitatibus, etiam pòſt multas inſtantias, non provideatur, maximè ſi ſub alio Prælato, aut Officiali, etiam temporibus non ità abundantibus, proviſum fuit &c. Hæc, & ſimilia ſunt indicia, quæ probata per Teſtes, ſufficere debent ad ſuſpendendum ab adminiſtratione.

17 Advertendum autem, quòd, ſi procedatur civiliter, diſpar eſt ratio in Superiore, ſeù Officiali Clerico ſæculari, & in Prælato, aut Officiali Regulari. Nàm illis, quandò ſuſpecti ſunt de dilapidatione, dandus eſt Coadiutor, ut diximus ſuprà *nu.* 15. & ordinàtur in Decretali. (43) Regulares autem debent ab Officio removeri, quià, ut habent multi Canones, (44) levioribus de cauſis, & faciliùs à ſuis adminiſtrationibus removentur. Si autem procedatur criminaliter, debet concludenter probari dilapidatio, & in illis nullum debet eſſe diſcrimen inter Reum ſæcularem, ac Regularem, ut aliàs, (45) probavimus, demonſtrando, quòd cauſæ criminales ſi tractantur civiliter, juris ordo cum Regularibus *non uſquequàque ſervandus eſt*, ſed ſi tractentur criminaliter, aliter eſt dicendum.

## Pęnæ.

*SUMMARIUM.*

18 *Suſpectum de peculatu removendum ordinant utraque jura.*
*Corpora publica fruuntur privilegio Minorum.*
19 *Pœna peculatus de jure communi, quæ.*
*Spectanda circà eas conſtitutiones municipales.*
20 *Pœna dilapidationis reſpectu laicorum,*
*Iſti tenentur de culpâ, etiam leviſſimâ.*
21 *Laici dilapidantes ex dolo, tenentur pœnâ peculatus.*
22 *Pœna dilapidationis, reſpectu Prælati ſæcularis.*
23 *Quò ad pœnas Regularium, ſpectanda illorum leges.*
24 *Statutum Ordinis Minorum de Obſervantiâ.*
25 *Prima dubitatio.*
26 *Pęnæ hujus Statuti competunt tantùm in dilapidatione doloſâ.*
27 Extrà *neceſſaria victus, Superior localis, abſque licentiâ, nequit de eleemoſynis expendere ultrà decem ſcuta.*
*Lex extenditur ex identitate rationis*
*In Statutis, in caſu omiſſo, lex extenditur ex majoritate rationis.*
*Prælatus in gravibus negotiis exquirere debet conſenſum Capituli.*
28 *Conſideratio ponderanda à Superioribus localibus.*
29 *Pœna debita Superioribus, malè expendentibus eleemoſynas.*
30 *Secunda dubitatio.*
31 *In Statuto non cõprehenduntur niſi Superiores locales.*
32 *Subditi comprehenduntur in citato Statuto.*
*Subditi Officiales, ſub quâ culpâ tenentur ad adminiſtrationem bonorum Conventus.*
*Subditus tenetur de culpâ etiam leviſſimâ, ſi diſſipat res, ſuo uſui conceſſas.*
33 *Pœna debita Subdito Officiali, aut non; ſi diſſipat bona Conventus.*
34 *Tertia dubitatio*
35 *Perſonæ, quibus fieri donationes de rebus Conventus prohibetur, ſunt omnes intrà, & extrà Ordinem*
*Dictio alius quid importet, & varia ejus ſignificata.*
36 *Quarta dubitatio.*
37 *Opinio Sanctori circà quantitatem donationis, quam poſſunt largiri Prælati locales.*
38 *Explicatur quid, & ex quâ causâ poſſit Superior localis facere donationes.*
39 Ex *magnâ cauſâ, poteſt etiam ultrà decem Scuta donare.*
40 *Circà donationes faciendas, iiſdem legibus ligatur Prælatus, & Subditus.*
41 *Quinta dubitatio.*
42 *Clauſula* quovis modo *poſita in Statuto; quod verbum afficiat.*
43 *Quomodò judicialiter, donationem ultrà fas fuiſſe factam, probetur.*
44 *Redditio computorum in Ordinem Minorum de Obſervantiâ, aut perfunctoriè, aut nulliter fit.*
45 *Sexta dubitatio.*
46 Fraus *Superioris, ità fit in multis parvis donationibus repetitis, ſicut in unâ magnâ.*
47 *Septima dubitatio.*
48 Ex*communicatio, lata in Statuto non incurritur, niſi poſt ſententiam Iudicis.*
49 *Octava dubitatio.*
50 *Diverſitas pœnarum, lata in Statuto, quomodò regulandâ.*

18 Officialem de crimine *peculatus* ſuſpectum, eſſe ab adminiſtratione removendum, conſtat non ſolùm argumento ejus, quod in jure Canonico diſponitur, juxtà quod, ut ſuprà dictum eſt, ſuſpectus de dilapidatione bonorum Eccleſiaſticorum removendus eſt ab adminiſtratione: ſed etiam argumento juris Civilis. Siquidèm de hoc jure, (46) ſuſpecti Tutores removentur ab adminiſtratione bonorum pupilli; corpora autem publica, ut *Civitas, Univerſitas, Collegium* &c. comparantur Minoribus; undè etiam Eccleſia, quæ corpus publicum eſt, ut dicunt Canones, *fungitur jure Minoris.* Proindè Prælati Eccleſiarum comparantur Tutoribus, ac Curatoribus, (48) & ex eâdem ratione omnes publici Officiales adminiſtrantes publica bona, eodem titulo poſſunt cenſeri; Sequitur ergò, quòd ſicut ſuſpectus Tutor ab adminiſtratione removetur, ab eâdem removeri debeat Officialis publicus, ſi de eâ probata remaneat ſuſpicio, quòd malè vertat publica bona.

19 Pęnæ

(43) *text. in cap. Venerabili junct. Gloſs. in V. Coadiutorem. de Offic. & pot. Iud. deleg.*

(44) *text. in cap. Qualiter, & quando. §. Hunc quoque. in fin. ubi gloſ. in V. faciliùs. de Accuſ. & in cap Per tuas. §. Tales. junct. gloſs. in V. levioribus. 31. de Simon. Gloſ. in cap. Quià ea, in V. Donec cauſ. 2. 3. q. 2.*

(45) *Par. P. Tit. Patronus. nu. 43.*

(46) *l. Tutor. §. Nunc. videamus. & §. Is tutor. ff. de Suſp. tutor. l. Impuberibus. ff. eo. l. Eum. C. eo. tit.*

(47) *text. in c. 1. & in c. Auditis. §. Iure. minoris. de In integr. reſtit.*

(48) *Authen. de Eccl. titul. §. final. Coll. 9. Gloſs. magna in cap. 3. in V. Iure minoris. de In integr. reſtit.*

Digitized by Google

19 Pœnæ autem *peculatus*, juxtà commune antiquum jus, variæ ſunt, nàm hujus criminis Reos pœnâ deportationis puniri, & amiſſione omnium bonorum, ſancit una lex,(49) alia verò ſtatuit, Reum *peculatus* teneri pœnâ quadrupli tantùm,(50) & hæc de jure *Digeſtorum*. At juxtà jus *Codicis* (51) Judices, qui in hoc crimen incidunt, & privati, qui ipſis coöperantur in ſubtractione publicæ pecuniæ, pœnâ capitali feriuntur. Hodiè tamen juxtà municipalia jura, crimen hoc vindicatur. In *Ducatu Mediolanenſi* pœna quadrupli ſtatuta eſt, ut habetur in *Novis Conſtitutionibus*, (52) quam etiam pœnam deberi, ſcripſerat *Paulus* (53) *Iureconſultus*, in Galliâ, ut teſtatur *Gothofredus*; (54) peculatus crimen confiſcatione corporum, & bonorum punitur; ac aliis locis aliæ pœnæ ſunt ſtatutæ; quas ſervare oportet, juxtà locorum delicti diverſitatem.

20 *Dilapidationis* autem crimen, prò varietate perſonarum, diverſas pœnas ſortitur. Vel enim loquimur de laico, vel de Clerico ſæculari; vel de Regulari. Quò ad laicum, qui adminiſtrationem communis pecuniæ, ac bonorum alicujus *Collegii*, *Societatis*, *Hoſpitalis*, aùt alterius loci pii, nanciſcitur; ſi bona, ſibi commiſſa dilapidat, ob negligentiam, incuriam &c. tenetur ad damni reſarcitionem, ſi deliquit ex latâ culpâ; hæc enim dolo æquiparatur, civiliter procedendo; proindè, ſi delapidans ex dolo, ex juſtitiâ tenetur ad compenſationem damni, ad idem tenebitur, delinquendo ex culpâ latâ. Quià tamen, ut in pluribus, hujuſmodi Officiales ut Agentes, Factores, Procuratores &c. hujuſmodi locorum, ſunt ſalariati, & eorum officium eſt, ad commodum potiùs ipſorum, quàm loci pii, cujus ſubſtantiam adminiſtrant, & ad procuranda talia officia, omnem movent lapidem, ideò dico, quòd tenentur ad idem, etiam prò culpâ levi, & leviſſimâ, ut dicitur in jure. (55)

21 Si verò contrà tales, tanquàm dolo malo delinquentes in dilapidatione, procedatur, dico, puniendos eſſe pœnâ *peculatus*. Ratio eſt, quià ex parte delinquentis, eadem eſt malitia in uſurpando, ſeu doloſè tractando aliena bona, ſuæ fidei commiſſa: & ex parte obiecti idem eſt crimen, utròbique enim ſurripiuntur bona publica: & quantùmvis non videatur tanta iniuria illa, quæ eſt, facta peculiari Collegio in *dilapidatione*, quanta ea, quæ fit contrà Commune Civitatis, cùm hæc dignior Collegio, & cenſeatur, & ſit; tamen, quià, ut in pluribus talia Collegia ſunt deputata ad opera pia, per hæc dignificantur Collegia illa, ità ut non incongruè dignitati Civitatis queant comparari; undè ſequitur, quòd, cùm idem cum *peculatu*, aùt ſimile crimen committatur, eadem etiam, ſeù ſimilis pœna debeatur.

22 Si autem loquimur de Prælato ſæculari, delinquente in dilapidatione bonorum Eccleſiæ ex culpâ, ipſi dandus eſt Coadiutor, pròut diximus ſuprà *num.* 15. cum hoc tamen, quòd tàm ipſi, quàm Coadiutori prohibita remanet omnis alienatio, ut notavit *Abbas*. (56) Si verò conſtet, quòd deliquerit ex dolo, debet deponi, ut conſtat ex duobus Conciliis, (57) & notam perpetuam infamiæ ſubit, ut ſcribit Rodericus. (58) Et quòd dicitur de Prælato, accipiendum eſt etiam de quolibet alio Clerico beneficiato, bona beneficii ſui dilapidante, ut docet *Bernardus Diaz*. (59) Si autem ſit Clericus Officialis amovibilis, ut Syndicus, aùt Procurator Capituli &c. ſuſpectus de dilapidatione, totaliter amovetur ab Officio: ſed probatus Reus, doloſus pœnâ *peculatus*, arbitrio Judicis eſt, puniendus.

23 Quò verò ad Regulares, cenſet *Rodericus*, (60) quem per omnia ſequitur *Pellizzarius*, (61) ipſos debere puniri ad inſtar Clericorum; & hoc quidèm verum eſt, quandò deſint peculiares ſuper hoc crimine Statutariæ diſpoſitiones; quæ ſi extent, ad unguem ſervandæ ſunt. Conſulat proindè in facti contingentiâ quilibet Judex, ſui Ordinis municipales leges. Nobis Minoribus de Obſervantiâ ſequens Statutum præſcriptum eſt.

24 *Si* (Superior localis) *eleemoſynas defraudaſſe, vel in Prælatorum, aùt aliarum perſonarum dona, quovis modo erogaſſe, conſtiterit, ipſo facto ſit excommunicatus, reſervatâ abſolutione Provinciali, niſi in mortis articulo: ſuffragiorum item jure, ac omnibus Religionis Officiis perpetuò privetur, & carceribus mancipetur, Superiorum arbitrio, prò fraudis, & dilapidationis qualitate*. (62)

25 Circà quod Statutum prima dubitatio eſt, An in hoc Statuto comprehendatur non ſolùm *dilapidatio* doloſa, ſed etiam illa, quæ eſt ex ſolâ culpâ.

26 Reſpondeo, ſolam doloſam comprehendi, & ratio eſt, quià Statutum utitur verbo *defraudaſſe*; porrò *fraus*, à quâ derivat verbum *defraudare*, importat dolum, cum quo copulatur; (63) non autem ſolam culpam. Quòd ſi dicatur, mancum ex hoc Statutum reddi, cùm non provideat indemnitati Conventus completè, ſanciendo pœnam prò his, qui Conventum damnificant, dilapidando ex culpâ; reſpondeo, quòd circà hoc; Statuta alibi provident, quòd Superiores locorum prohibentur *aliquid novi, quod ſcutorum decem expenſas ſuperet, ſinè ſcriptâ Provincialis facultate, in Conventibus ædificare, aùt deſtruere; & nihil conſtrui, aùt deſtrui permittant, quod peritorum ſententia non ſit prcbatum*, (64) & hujus diſpoſitionis rationem aſſignant *Statuta Valliſoletana* (65) dicendo, quòd inconſulta hujuſmodi ædificatio, & deſtructio *præter damna, quæ exindè neceſſariò proveniunt, multorum etiam animum adeò offendit, ut propterea nobis eleemoſynas quandòque ſubtrahant, aùt ſaltem facere deſinant, quas antea pia devotionis affectu, facere conſueverant*.

27 Ex aſſignatâ igitur ratione deducitur, quòd exceptâ conſuetâ proviſione rerum, neceſſarioram ad uſum vitæ, ac veſtitus Fratrum, quæ Superioribus localibus abſolutè eſt commiſſa; aliæ expenſæ eleemoſynarum fieri nequeunt, (ſi ſummam decem ſcutorum excedant), niſi requiſito aùt Superiore Provinciali, aùt *ſententiâ peritorum*, nempè Diſcretorum Conventus. Ratio eſt, manifeſt-

X mani-

(49) *l.3.ff.Ad leg.Jul.peculat.*
(50) *l.Sacrilegii.§ Si quis ex metall.in fin.ff.Ad leg.Iul.pecul.*
(51) *l.Vnic.C.de crimin.pecul.*
(52) *Nov.Conſtit.Mediolan.Tit.De jur.& Privil.fiſc.V.Nemini liceat.fol.m.116.*
(53) *Paul.I.C.lib.5.ſent.cap.27.§.unic.*
(54) *Dionyſ.Gothofred.Ad leg.3.lit.R ff.Ad l.Iul.pecul.*
(55) *cap.Vnic.iunct.gloſſ.magn.in V. de leviſſima. Extra.de Commod.*
(56) *Abb.in cap.Venerabili.p.n.4.& num.11.de Off.& pot.Iud.deleg.*
(57) *Synod.Octav.univerſ.cap.15.relat.in cap.Apoſtolicos. 12.q.2.Concil.Roman.ſub Leo.IV.relat.in cap. Monemus.ea.cau.& q.Abb. in d.cap.Venerabili.nu.8.V. Sed in contrarium. de Off.delegat.*
(58) *Roderic.Tom.2.Quæſt.35.Art.1.*
(59) *Bernard.Diaz.Pract.crimin.canon.cap.71.*
(60) *Roderic.loc.ſup.cit.*
(61) *Pellizzar.Manual.Regular.Tom.2.Tract.9.cap.4.nu.190.*
(62) *Statut.Gen.Ord.cap.6.§.4.num.2.*
(63) *arg.l.Eum qui.ff.de Inoffic.teſtam. l.Si culpa.ff. de Rei vindic.l. Ea verò.§.final.ff.Pro ſoc.Goeddæ.ad l.181.n.6.ff. de Verb.ſign.*
(64) *Stat.Gen.Ord.cap.6.§.6.n.5.*
(65) *Stat.Gen.Valliſolet. 1593.Tit. De loc.de nov.neq.recip.V.Cr etiam.*

Digitized by Google

manifeſta, nàm ideò Statuta prohibent fabricam ſuprà decem ſcuta, ut præfertur, ad præcavenda damna Conventus, quæ emergunt à malè conſideratâ fabricâ, & ſcandalo ſæcularium, qui ob id, eleemoſynas dare conſuetas, ſubtrahunt. Sed hæc eadem damna eveniunt, ſi fiant expenſæ inconſideratæ, inutiles, aut ſtatui noſtro incompetentes; ut v. g. ſi emerentur paramenta Eccleſiaſtica, prætioſa, ſtatum pauperum Fratrum excedentia: ſi picturis inutilibus ornare, ultrà convenientiam Superior faceret Clauſtra; ſi in mobilia ſuperflua ſumptus fierent &c., ex his enim damnificatur Conventus, & non rarò ſæculares de talibus ſuperfluitatibus, quibus læditur paupertas Religioſa, obmurmurant, ut circà curioſitatem fabricæ, & prætioſitatem paramentorum Eccleſiæ, dicitur in *Clementina*, (66) & eleemoſynas ſubtrahunt, ſequitur igitur, quòd pari modo tales expenſæ (non exquiſito conſilio Diſcretorum ad minus) ſint prohibitæ, nàm ex identitate rationis extenditur lex, (67) & in Statutis ad caſum omiſſum, etiam odioſum extenſio fit ex majoritate rationis, (68) ut docet *Felinus*, major autem ratio eſt de expenſis inutilibus, quæ fiunt à Superioribus in res mobiles, quàm in fabricis, quià illæ frequentiùs ſuccedunt, quàm iſtæ; undè, licèt talem caſum expreſſum Statutum amiſerit, eadem tamen diſpoſitio, etiam prò hoc omiſſo, debet intelligi; attento maximè, quod etiam de jure communi eſt, quòd Prælatus in gravibus negotiis ſuæ Eccleſiæ exquirat, & habeat conſenſum ſui Capituli, (69) in Religione autem pauperrimâ, ut eſt noſtra Minorum, grave negotioſum eſt expenſa ultrà decem aureos; undè non debet illa fieri, niſi habito conſilio, ac conſenſu Diſcretorum.

28 Hinc apparet, quàm turpiter errent illi, qui ſtatim, ac Superioritatem ſunt nacti, ſe dominos, non autem puros adminiſtratores eleemoſynarum Conventus, reputant; has prò libito in res, ut frequentiùs accidit, ſuperfluas, & per quas poſſint ſibi comparare nomen maximè apud ſæculares, inſumunt. Talibus ordinarius mos eſt victum, & veſtitum Subditis minuere, ut parent peculium, quòd profundere poſſint juxtà ventoſam ſuam idæam. Seniorum ſpernunt conſilia; Subditorum querelas de miſeriâ victus aſpernantur; nec ſe reputant Superiores, niſi omnia Conventus negotia de ſuo cerebro ſolo pendeant. O quantùm tales merentur puniri, ſi tali pacto bona Conventus inutiliter diſpendunt. Dum enim, (ut plus parent, quod expendant vanè, & inutiliter) conſuetum victum Religioſis diminuunt, nec ipſis religioſa commoda provident, fit, ut quemadmodum, ſcribit *Humbertus*, (70) *Religioſis detur occaſio, ut proprietarii eſſe velint*, & videndus eſt ſuper hoc *Peyrinus*, (71) qui acriter invehitur in hujuſmodi Superiores, avaros in Subditos, prodigos autem in expenſis ad vanitatem. Multas tales videmus, nullum tamen, ut deberet fieri, punitum perſpicimus.

29 Et quæ pœna ipſius deberetur? Reſpondeo, quòd illa præcisè, quod Statutum inurit expendentibus ultrà decem ſcuta in fabricâ; nàm cum militet in utroque caſu eadem ratio prohibitionis; eadem etiam erit contravenientibus ratio delicti, vndè etiam eadem debet aptari pœna, & ſic officio Reus privari; & utinam hoc curent ad aliorum exemplum Provinciales Prælati.

30 Secunda dubitatio eſt, An diſpoſitione hujus Statuti veniant tantùm Superiores locales, dilapidantes bona Conventus, àn etiam Superiores Provinciales, ac Subditi?

31 Reſpondeo primò, quòd hoc Statuto non comprehenduntur niſi Superiores locales, de quibus ipſum apertè loquitur; & dum clara eſt mens Statuti, non eſt, vndè illud ad non expreſſa trahatur, ſtante maximè majori dignitate Provincialis ſuper Superiore locali, ob quam ineptè deduceretur argumentum à minori ad maius, quod conſtruendo non tenet. Quià tamen æquè faciliter poteſt Provincialis, bona Provincia, ſicut Superior localis, bona Conventus dilapidare, dum Statuta de illo non loquuntur, in facti contingentiâ recurrendum eſt ad jus commune, & illas pœnas infligere, quas recenſuimus ſuprà *num.* 22. Sed hoc quod ſcribimus, inutiliter certò certiùs ſcribimus, non enim adhibere flagella punitionis Provincialibus in uſu eſt; imò nec contrà eos volunt Subditorum querelas excipere Viſitatores, qui tamen ad illos ſyndicandos ſunt deſtinati. Proindè ſecuri de impunitate, ſinè metu legum, omnia ad libitum verſant.

32 Reſpondeo ſecundò, quòd Subditus tenetur prò modulo bona Conventus conſervare; & quidèm quò ad conſervationem diſpar eſt ratio in Subditis juxtà diſparitatem ſuæ conditionis. Si enim Officialis Conventus, cui rerum cura commiſſa eſt, vt potè *Sacriſta*, *Procurator*, *Cellerarius*, *Sartor*, *Coquinarius &c.* iſte tenetur ad conſervationem rerum ſibi commiſſarum ex juſtitiâ. Si autem Officialis non eſt, obligatur tantùm ex charitate, & nè peccet contrà votum paupertatis, ut ex *Suarez*, (72) ſcribit *Peyrinus*. Hoc autem intelligendum eſt de bonis communibus Conventus, nullius uſui particulari deputatis. Quòd, ſi loquamur de rebus, quas Prælatus concedit alicui Religioſo ad uſum ſuum, quilibet Religioſus tenetur ex juſtitiâ ad illarum conſervationem; undè, ſi eas diſſipet, tenetur de culpâ non ſolùm latâ, ſed etiam levi, & fortè etiam leviſſimâ, quod *Peyrinus* (73) tamen negat. Et ratio eſt, quòd (maximè apud Nos, qui rerum ſimplicem uſum facti habemus) Religioſus utitur re ſibi conceſſâ, tanquàm commodatarius re, ſibi commodatâ, in quâ nullum habet dominium, ſed tantùm uſum dependenter à voluntate Superioris commodantis; commodatarius verò, ex eo, quòd contractus commodati eſt in ipſius favorem tantùm, tenetur de culpâ etiam leviſſimâ, ut cum communi Doctorum, ſcribit *Navarrus*. (74)

33 Se-

(66) *Clement. Exivi. §. Proinde cum vir. ℣. Item. quòd Eccleſias. de Verb. ſignif.*

(67) *arg. cap. 2. §. Sicut enim. ℣. Sicut ergo. de Translat. Epi. Gutier. Practic. lib. 3. q 17. nu. 75. Surd. Cald. Rebell. apud Barboſ. Reper. Iur. ℣. legem. licèt.*

(68) *Felin. in cap. Translato. num. 8. ℣. Et de iſta materia. col. 74. de Conſt.*

(69) *cap. Novit. cap. Quanto. de His quæ ſi. à Prælat.*

(70) *Humbert. Specul. Relig. Par. 2. lib. 5. cap. 7.*

(71) *Peyrin. de Prælat. Quæſt. 1. cap. 5. §. 1. num. 58.*

(72) *Suar. de Relig. Tom. 4. Tract. 1. lib. 2. cap. 26. nu. 7. Peyrin. de Prælat. Q. 1. cap. 5. nu. 48.*

(73) *Peyrin. de Subd. Quæſt. 2. cap. 2. §. 9. Quæſt. 6.*

(74) *Navar. Manual. cap. 17. num. 179. & 183. arg. cap. unic. de Commod.*

Digitized by Google

33 Sequitur igitur, quòd ſi Subditus res ſibi conceſſas ex culpâ diſſipet, contrà juſtitiam peccat, & prò modulo culpæ puniendus eſt. Et ſi ex dolo largiendo, donando, vendendo &c. pœnâ proprietariorum puniri debeat, cum taliter diſtrahendo, actus proprietarios exerceat. Si autem Officialis eſt, & dilapidet ex culpâ res curæ ſuæ commiſſas, privandus officii adminiſtratione eſt, & juxtà gravitatem culpæ etiam puniendus. At ſi lata culpa ſit, quæ dolo æquiparetur, aùt ſi formalis dolus interveniat, ex eo, quòd res communes ſibi appropriet, aut diſtrahat, tenetur de furto; ſiquidem de Juda, qui Officialis Collegii Apoſtolici, & Theſaurarius erat, & communes pecunias uſurpabat, dicit Evangelium, (75) quòd *fur erat*, cenſendus proindè nomine, & crimine *furis* venit ille, qui communes res uſurpando, delictum Judæ renovat in Religione.

34 Tertia dubitatio eſt, An nomine Prælatorum, quibus donationes fieri de bonis Conventuum, maximè pecuniariis, prohibetur, veniant tantùm Prælati Ordinis, àn etiam Prælati extrà Ordinem?

35 Reſpondeo, quòd Statutum, dicens *Prælatorum, aùt aliarum perſonarum &c.* comprehendit omnes, & quaſcunque perſonas, tùm intrà, tùm extrà Ordinem, quibus donare prohibetur; ſiquidèm dictio *Alius* non ſolùm importat ſimilitudinem, & relationem qualitatum præcedentium, ut pluribus probat *Barboſa*, (76) ſed etiam denotat diverſitatem à ſuprà expreſſis, & ab iis diverſa includit, ut argumento cujuſdam legis obſervat pòſt multos *Giurba*, (77) & cum ſit dictio indefinita, ut ſcribit *Eſcobar*, (78) & clauſula indefinita æquipolleat univerſali, (79) comprehendit omnia generaliter, maximè quandò non jungitur termino reſtrictivo præcedenti, (80) ut eſt in noſtro caſu. Sequitur igitur, quòd hoc Statuto continentur, non ſolùm Prælati Ordinis, de quibus expreſsè loquitur, ſed etiam Prælati, & aliæ quævis perſonæ, tùm extrà, tùm intrà Ordinem; omnes enim importantur per dictionem *alia*. Exprimuntur autem Prælati Ordinis, quià tùm frequentiùs, tùm faciliùs munera his tribuuntur à Superioribus localibus, qui aſpirant ad altiora, & proindè muneribus eorum amicitiam aucupantur, & ſimoniacè dignitates venantur. Et nomine Prælatorum intelligendi non ſolùm, qui actu Prælaturam poſſident, ſed etiam, qui habitu, ut Diſcreti; ſeù Patres Ordinis, aùt Provinciæ; ab his enim promotionem ad majora dùm ſperant ambitioſi, eorum ſpem fructuoſam reddunt per copioſas largitiones, in quas Conventus eleemoſynas profundunt. De his autem redire debet ſermo, quandò loquemur de Simoniâ; & tunc ampliùs de hoc dicemus.

36 Quarta dubitatio eſt, quę quantitas valoris, doni faciendi à Superiore locali, tum intrà, tum extrà Ordinem, requiratur, ut incurrat pœnas hujus Statuti?

37 Reſpondeo, quòd *Sanctorus* (81) pòſt *Cordubam* opinatur, poſſe Superiorem localem ob rationabiles cauſas, puta, gratitudinis; aùt aucupandæ benevolentiæ Potentis ad favorem Religionis; aùt redimendæ vexationis; aùt litis impediendæ, & ſimilium actuum virtutis, poſſe donare munera, accedentia ad valorem decem ſcutorum; & etiam denarios, qui reperiuntur in manibus Syndici; & ſecundam partem hujus concluſionis, quæ *Corduba* ibì citati non probatur, validis rationibus probat.

38 Non ſatìs tamen mihi arridet concluſio *Sanctori*, quæ poteſt anſam præbere, ſi benè non intelligatur, impunè delinquendi. Nàm ſi accipiamus *donum* in ſui verâ, ac genuinâ ſignificatione, de quâ diximus ſuprà *§. Donum. num. 2. & ſeqq.*, hoc debet eſſe collatio ex mera liberalitate, & non ex aliâ causâ, quæ, licèt contractum explicitè non ſonet, tamen implicitè illum importat, ut ſi detur aliquid potenti, ut protegat Religionem, litem dirimat, aùt impediat auctoritate ſuâ, &c. licèt illud, quod datur non deducatur in pactum rei, prò quâ datur, re verâ tamen pactum tacitum reſpicit, ac contractum innominatum *do ut facias &c.* Si ergò interveniat cauſa rationabilis ex ſuprà expreſſis, & aliquid detur, talis tributio, ſeù largitio *donum* propriè non eſt; & ex conſequenti Superior localis, qui largiretur etiam majorem ſummam decem aureis, non impingeret in Statutum, nec eſſet punibilis; quià Statutum accipi debet in propriâ ſignificatione *doni*, & largitio tali caſu facta, *donum* non eſſet, & proindè reatus non interveniret; & ſi reatus poſſet dari, hic eſſet ex ſolâ culpâ, nempè ſi imprudenter, & inconſideratè procederet, largiendo magnum donum ex leviſſima causâ; aùt ſi fingeretur magna cauſa, ubi nulla eſt, & tunc intraret etiam dolus. Quandò ergò talis cauſa interveniat, quæ verè magna ſit, poteſt Superior non ſolùm decem, ſed ultrà etiam decem aureos largiri, tunc enim non donat, ſed bona Conventus in ſui utilitatem impendit, quod crimen non eſt; & hoc concedere tenetur *Sanctorus ipſe*, qui (82) ex *Statutis Iulii II.* quæ citat, deducit, quòd *grandis cauſa talis eſſe poteſt, ut cogat ad magna dona recurrere.*

39 Sequitur igitur, quòd verum non eſt, quod communiter dicitur, quòd Superior localis poteſt donare uſquè ad decem ſcuta, & quòd ità docet *Sanctorus*, cujus doctrina maximè exiſtimatur in Religione; nàm falſum eſt, quòd Superior verè poſſit donare uſquè ad eam ſummam; & *Sanctorus* hoc non docet, ſed dicit donare ex rationabili causâ, quod, ut diximus, donare non eſt. Verum eſt, quòd, ſi magna interveniat cauſa, poteſt etiam ultrà decem ſcuta donare, nec ad illam ſummam limitatur; ſed tali caſu cenſerem, quòd ipſe deberet exquirere, & habere conſenſum Diſcretorum, ob cauſam, quam expreſſimus ſuprà *num. 28. in fine*.

40 Reſpondeo ſecundò, quod Superior localis prò ſe, non habet majorem auctoritatem, quàm prò aliis, nec poteſt ſibi aſſumere majorem facultatem donandi, quàm poſſit ipſe concedere licentiam Subdito, aliquid dandi intrà, aùt extrà Ordinem: nàm ipſe ligatur circà votum paupertatis iiſdem legibus, quibus ligantur Subditi; undè uſquè ad eam ſummam, prò quâ licentiare poteſt Subditum, ut donare poſſit etiam ipſe donare poteſt, & ſi ultrà donet, proprietarius eſt. Proprietatis autem peccatum incurrit prò foro animæ Subditus, qui ultrà tres Iulios, & prò foro fori,

X 2 qui

(75) *Io. cap. 12. ℣. 6.*
(76) *Barboſ. Dict. 26. nu. 1. & ſeqq.*
(77) *arg. l. Si fundum. 81. §. Si libertus. ff. de leg. 1. Giurba Conſil. criminal. 99. nu. 7.*
(78) *Eſcobar. Tract. de Ratiocin. cap. 18. num. 2.*
(79) *arg. l. Si ſervitus. 24. ff. de Servi. urban. præd. l. Si ita relictum. l. Pluribus. 44. ff. de leg. 2.*
(80) *Staphil. de liter. grat. pag. 252. nu. 10.*
(81) *Sanctor. Comment. cap. 7. Stat. 5. Caſ. 13. ℣. Tangitur tertiò fol. m. 408. Cordub. in Reg. Minor. cap. 6. quæſt. 6. §. & concordat Serena*
(82) *Sanctor. loc. cit. ℣. Diana Par. 1. fol. m. 407. & ℣. Attamen conſideratis fol. 408.*

Digitized by Google

qui ultrà duos aureos poſſidet; donat, &c., ut aliàs diximus, ergò etiã Superior, ſi donat de bonis Conventus ultrà duos aureos, proprietarius eſt, & tanquàm dilapidator bonorum Conventus puniri debet.

41 Quinta dubitatio eſt, dum Statutum ſic habet: *quovis modo erogaſſe conſtiterit*, àn intret ejus diſpoſitio, ſi conſtet, aùt extrajudicialiter, aùt judicialiter; aùt per probationes plenas, aùt præſumptivas tantùm, de *dilapidatione*?

42 Reſpondeo, quòd clauſula illa *quovis modo* afficit verbum *erogaſſe*, non autem verbum *conſtiterit*; ità ut ſenſus ſit, quòd locus ſit pœnæ ſtatutariæ, ſi *conſtiterit*, Superiorem localem eleemoſynas *erogaſſe quovis modo*, (puta, per ſe, vel per alium; in pecuniâ numeratâ, aùt rebus in propriâ ſpecie; per magnum donum ſemel factum, aùt per parva frequenter repetita, publica, vel ſecretò, &c.) in dona Prælatorum, aùt aliarum perſonarum. Et ratio eſt, quià, nunquàm intrat pœna ordinaria, niſi de delicto, perfectè conſummato in ſuo genere, per plenas probationes conſtet. (83)

43 Quòd, ſi quæratur, quomodò conſtare poſſit judicialiter. Dico, quòd, ultrà ea, quæ dedimus ſuprà *num.* 16. *dilapidatio* conſtare poteſt in redditione computorum: ſiquidèm Statutum habemus, ità ſonans. *Singulis menſibus per Superiores locorum, coràm Fratribus capitulariter congregatis, eleemoſynarum receptarum, & expenſarum, computa reddantur: Negligentes à Provincialibus deſtituantur officio, & graviùs etiam puniantur* (84) ad quod obſervat *Sanctorus*, (85) talem redditionem computorum, ſtatutam eſſe vel ut ex eâ bona opinio Subditis accedat de rectâ adminiſtratione ſui Superioris; vel ut illi habeant, vndè poſſint Superiorem localem, apud Provincialem de fraude, aùt dilapidatione accuſare; ſi nempè obſervent, aliquas partitas eſſe falſas, aùt alias expenſas non legitimè eſſe factas, aùt eleemoſynas Miſſarum, ac alias aùt pecuniarias, aùt reales obventiones non fuiſſe legitimè adnotatas. Undè optimè docet, & probat ibidem *Sanctorus*. (86) Subditos peccare mortaliter, ſi non attendant ad computorum redditionem, & conniveant, aùt diſſimulent fraudes, & furta Superioris, cùm tali pacto fruſtretur mens graviſſimi, & antiquiſſimi Statuti, lati in Ordinis vtilitatem, & attendere negligentes, aùt tacentes *dilapidationes* Superioris, ejus crimini communicant. Si ergò Subditi accuſent coràm Provinciali Superiorem localem, & ipſe nequit juſtificare expenſas factas, nec computa ſua, optimè conſtat de defraudatione.

44 Verum eſt, quòd tale Statutum apud Obſervantes (perfunctoriè computos reddendo,) non ut debet, obſervatur; & apud Reformatos non eſt in uſu, ajentes fidendum eſſe integritati Guardianorum. Sed quàm nociva Communitati in temporalibus, & Superioribus ipſis in ſpiritualibus, hujuſmodi fiducia ſit, loquitur experientia.

45 Sexta dubitatio eſt; poſito, quod ſuprà *num.* 40. dictum eſt, quòd Superior fraudans ultrà duos aureos, committit in Statutum, ut etiam *Sanctorus*, (87) ſupponit, quæritur, utrùm ſit locus pœnæ, ſi Superior in unâ redditione computorum, deprehendatur intervertiſſe duos Julios; in aliâ quatuor; in aliâ octo, & ſic deinceps, ità ut in quâlibet redditione fraus appareat quantitatis infrà duos aureos; ſed computatis fraudibus ſingulorum menſium, in fine anni deprehendatur exceſſus ſuper duos aureos.

46 Reſpondeo cum *Sanctoro* (88) loco citato, affirmativè; & ratio potiſſima eſt, quià mens Statuti eſt ſervare Conventum indemnem, & punire ob hoc Superiorem, qui ejus bona diripit ultrà duos aureos. Quòd autem tale damnum adveniat Conventui ex direptione, ſemel in magnâ quantitate, aùt per replicatas vices, factâ in parvâ, hoc quid accidentale eſt, ex eo, quòd in fine anni idem damnum utroque modo ipſi evenit.

47 Septima dubitatio eſt, àn incurratur Excommunicatio lata in Statuto, antè declarationem, ac ſententiam Judicis, coràm quo conſtet de defraudatione?

48 Reſpondeo, negativè. Ratio eſt, quòd in Statuto dicitur, quòd prius *conſtet legitimè*, quòd quis fraudaverit, aùt donaverit, & pòſt ſubjungit, *excommunicatus ſit ipſo facto*; non conſtat autem legitimè, niſi probato concludenter delicto, & pronunciatâ à Judice ſententiâ, quæ declaret crimen commiſſum, & decernat, pœnam à Reo ſubeundam; ſequitur igitur, quòd à prolatione ſententiæ, & non antè, talis cenſura incurratur; & proindè ly *ipſo facto* accipiendum ſit *de facto* ſententiæ latæ, non verò de facto fraudis commiſſæ; & ſic etiam tenuit *Sanctorus*. (89)

49 Octava dubitatio eſt, quomodò in Statuto ponatur privatio juris ſuffragiorum, diſtincta à privatione Officiorum Ordinis, cùm hæc illam includat, ut aliàs (90) probavimus?

50 Reſpondeo, in Statuto aſſignari tres pœnas, nempè privationem ſuffragiorum; privationem Officiorum Ordinis; & pœnam carceris, & iſtæ tres pœnæ infligendæ ſunt, non quidem in omni caſu defraudationis, & univerſaliter, ſed *arbitrio Superioris prò fraudis, & dilapidationis qualitate*. Pròut autem ſuprà dictum eſt, poteſt eſſe *dilapidatio* ex ſolâ culpâ; & poteſt eſſe ex dolo, & poteſt eſſe dilapidatio gravis, gravior, ac graviſſima. Senſus ergò Statuti eſt, quòd Superior regulare debet arbitrium ſuum in puniendo, juxtà *qualitatem fraudis, & dilapidationis*; puta, ſi dilapidatio ſit ex ſolâ culpâ, detur privatio ſuffragiorum, & remotio ab Officio etiam juxtà gravitatem dilapidationis; ſi verò ſit ex dolo, juxtà graduationem gravitatis, infligatur privatio Officiorum Ordinis, & etiam carceratio; & ſic apparet quòd non ſuperfluè ponitur privatio ſuffragiorum, diſtincta à privatione Officiorum Ordinis.

---

(83) *Sgroi lux Prælat. Par. 7. cap. 2. nu. 1. & ibì Farinac. & Toſc. lit. C. Concl. 574.*
(84) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 4. n. 1.*
(85) *Sanctor. de Pœn. cap. 7. qu. 4. Caſ. 15. Difficult. 2. ℣. Reſpondeo multa. fol. 330.*
(86) *Sanctor. loc. cit. ℣. Reſpondeo affirmativè.*
(87) *Sanctor. loc. cit. difficult. 6. fol. 333.*
(88) *Sanctor. loc. cit. ℣. Reſpondeo affirmativè.*
(89) *Sanctor. loc. cit. Difficult. 4. fol. 332.*
(90) *Par. 1. Tit. Quales. num. 30.*



Digitized by Google

# §. VIII.

## Uſura.

*SVMMARIVM.*

1 *Ex ercens uſuram, furtum, aut rapinam committit.*
2 *Vſura diffinitio.*
3 *Vſura prohibita omni jure naturali, Divino, ac humano.*
4 *Eſt crimen mixti fori.*
*Vſurarius, punitus ab Epiſcopo, poteſt puniri iterùm á Iudice laico.*
*Si agatur, àn contractus ſit uſurarius, ſolus Epiſcopus cognoſcit.*
5 *In iudicio uſura, prò foro animæ Theologi judicare debent; prò foro fori Canoniſtæ.*
*Scientia Canonica, quid reſpicit.*
*Prò animâ pronunciandum eſt, prò peccato ad illud præcavendum.*
*Quandò circà uſuram prævalere debeat ſententia Theologorum Canoniſtis.*
6 *Vſura directè committitur in mutuo: indirectè in aliis contractibus.*
7 *Vſurarii manifeſti, qui ſint.*

1 NOn incongruè inter delicta contrà votum paupertatis recenſetur *uſura*; ſicut enim læditur promiſſa Deo voluntaria paupertas per proprietatem, alienationem, furtum, dilapidationem, pari modo violatur per *uſuram*, per quam aliena res contrà juſtitiam uſurpatur; &, ut ex jure (1) ait *Abbas*, qui *uſuram* exercet rapinam, & quodammodò furtum committit; undè jure meritò, in corpore juris Canonici poſt furtum cõtinuatur *Titulus de Vſuris*, ut potè materiæ affines.

2 Diffinitur autem *uſura* ab *Hoſtienſe*, (2) quòd ſit *Quodcunque, quod ſolutioni rei mutuatæ accedit ipſius rei, uſus gratiâ, pactione interpoſitâ, vel hâc intentione habitâ in contractu, vel exactione habitâ ex poſt facto*. In quâ diffinitione importatur *quodcunque* lucrum ſivè pecuniarium, ſivè alterius rei, aùt actionis, aùt juris, quod ſit prætio æſtimabile, (3.) quidquid enim tale accedit ſorti, uſura eſt, dummodò, aùt expreſſo pacto in contractu mutui; aùt intentione mentali; aùt exactione ex poſt facto, percipiatur. Si enim mutuatarius ex merâ, & minimè ſperatâ à mutuante gratitudine, reddendo mutuum, aliquid mutuanti largiretur, illud non eſſet lucrum uſurarium, quià nèc pacto, nèc intentione, nèc exactione mutuanti obveniret.

3 Omni autem jure eſt proſcripta *uſura*. (4) Primò quidèm jure naturæ, nàm contrà naturam eſt, quòd mihi fructificet id, quod meum, nèc quò ad poſſeſſionem, nèc quò ad uſum eſt; res autem mutuata, quò ad utrumque tranſit in jus mutuatarii, ex illâ ergò non poteſt abſque injuſtitia naturali aliquid mutuanti acquiri. Pariter jure Divino prohibetur uſura, ut patet in ſacrâ Scripturâ *Exechiel.* ubi dicitur homo juſtus, qui *Ad uſuram non commodaverit, & ampliùs non acceperit*, (5) & idem dicitur in *Pſalmo* (6) *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*. Item à jure Canonico vetatur, ut patet ex *Decreto*, *Decretalibus*, & *Clementin.* (7) Tandemque de jure Civili, etiam eſt interdicta, ut ex nonnullis juribus (8) colligunt Doctores aliqui, licèt non deſint, qui contrarium exiſtiment, quos recenſet, non tamen cum iis ſentit *Clarus* (9)

4 Crimen hoc eſt mixti fori, undè in eo procedit Judex Eccleſiaſticus, ac laicus, quandò agitur de quæſtione facti, & datur locus præventioni. (10) Uſurarius tamen punitus per Epiſcopum, poteſt adhuc puniri per Judicem laicum, ut poſt nonnullos tenuit *Bajardus*. (11) Undè infertur, veràm eſſe poſitam concluſionem, quandò agitur Criminaliter. Sed, ſi agitur Civiliter, diſtinguendum eſt, nàm vel agitur de quæſtione juris, puta, utrùm contractus ſit uſurarius nèc nè; & in hoc caſu, ſolus Judex Eccleſiaſticus procedit, nequè Judex laicus poteſt ſe immiſcere in hoc, ſed debet expectare deciſionem articuli à Judice Eccleſiaſtico, quandò ſcilicet articulus eſſet dubius; ſecùs eſt, quandò eſſemus in claris. (12) Si autem agatur ſuper facto Civiliter, datur locus præventioni, ut ſuprà dictum eſt.

3 Difficultas eſt, an in caſu dubio circà uſuram potiùs ſtandum ſit deciſioni Theologorum, quàm Canoniſtarum. Videretur dicendùm, quòd potiùs ſtandum ſit Theologis, quàm Canoniſtis, cùm enim Theologi ſint interpretes juris Divini, & etiam de hoc jure, uſura prout diximus, prohibita ſit, videtur eorum ſententiæ ſtandum eſſe. Sed adductum fundamentum quadrat etiam prò Canoniſtis, ſiquidèm *uſura* etiam à Sacris Canonibus vetatur, & de illâ habetur ſpecialis Titulus; undè concludendum videtur, quòd ſtandum ſit Canoniſtis. Tamen conciliantur ſententiæ in hoc, quòd, ſi agatur in foro animæ, ſtandum eſt, ſententiæ Theologorum, in foro autem fori, judicandum ſit juxtà deciſionem Canoniſtarum, prout dicunt Doctores. (13) Et ratio eſt, quià, ut optimè habet *Marquardus*, (14) ſcientia Canonica principaliter tendit ad interpretandum jus Divinum, in dubiis pertinentibus ad philoſophiam moralem Chriſtianam, concernentem convictum civilem, & proindè ipſa dirigere habet actus fori externi. Scientia autem Thelogica tendit ad explicationem juris Divini in pertinentibus ad virtutes morales, concernentes animæ ſanctitatem, & ſalutem. Proindè

(1) *arg. cap. Si quis uſuram. 14. q. 4. Abb. Rubr. de Vſuris.*
(2) *Hoſtien. ſumm. Rubr. de Vſur. §. Quid ſit.*
(3) *cap. Si feneraveris. cap. Putans. cap. Plerique. 14. q. 3. Abb. in c. final. num. 2. de Vſur.*
(4) *Clar. §. Vſura. num. 3. ubi Bajard. n. 12. & ibi Corſet. Conſ. 25. init. inter Conſil. crim. diverſ. Tom. 2.*
(5) *Ezechiel. cap. 18. ℣. 8.*
(6) *Pſalm. 14. ℣. 6.*
(7) *Decret. 14. q. 3. & 4. per tot. Decret. li. 5 tit. de Vſur. Clement. eo. tit.*
(8) *Caſtropal. Oper. moral. Par. 7. de Iuſt. commutat. Diſp. 4. Punct. 8. Fenzon. ad Stat. Vrb. cap. 137. nu. 1. apud Raynal. Obſerv. crim. Tom. 2. cap. 16. §. 1. nu. 27.*
(9) *Clar. §. Vſura. num. 4.*
(10) *Bonacoſſ. Commun. opin. crimin. V. Vſuræ ſunt. P. 1. Sanfelic. Deciſ. 63. n. 8. Covaru. Variar. lib. 3. cap. 3. ℣. Quartò non eſt.*
(11) *Baiard. ad Clar. §. Vſura. nu. 13. & ibi Deciſ. Pedemon. 137. n. 11. & Riminal. iuni. 369. nu. 19 & Conſ. 218 nu. 72.*
(12) *Raynal. Obſerv. crim. Tom. 2. cap. 16. §. 1. nu. 95. & ſeqq. & ibi Menoch. Sanfelic. Dian. Mattha. & Gutierr.*
(13) *Alex. Conſ. 1. nu. 8. & ſeqq. lib. 2. Paris. Conſ. 67. nu. 13. & ſeqq. lib. 4. Cavalcan. Deciſ. 2. nu. 33. Par. 2. Raynal. loc. cit. § 12. nu. 9.*
(14) *Marquard. de Iudæ. Par. 1. cap. 11. nu. 11. ℣. Et ſciendum.*

Digitized by Google

indè idem dubium contrario modo circà uſuras reſolvitur à Canoniſtis, ac Theologis; nàm Theologus in dubio ad favorem animæ pronunciare debet prò uſurâ, (15) & ratio eſt, quam adducit *Cravetta*, (16) quià in foro conſcientiæ eligi debet opinio, quæ prò animâ ſit tutior, & ideò pronunciandum eſt prò peccato, ad illud præcavendum. Canoniſta autem contrario modo ſententiare debet; nàm cùm uſura quid facti ſit, quod non præſumitur; in dubio pronunciare debet, quòd uſura non ſit. Quæ autem dicta ſunt, intelligi debent de jure, quod tangit factum præteritum; puta, àn in contractu jàm facto, intervenerit uſuraria pravitas. Sed ſi loquamur de concernente actum futurum, nempè an fieri poſſit talis contractus; dico, quòd attendenda eſt deciſio Theologi, potiùs, quàm Canoniſtæ; hæc enim ſalvare ſolummodò poteſt hominem à ſententiâ Judicii humani, ſi pronunciet non eſſe in foro fori crimen, quod in foro interno crimen eſt; ſed judicium Divinum non evadet; undè circà hoc tutius eſt, ſentire cum Theologo, quàm cum Canoniſtâ.

6 Committitur porrò *uſura* directè in mutuo; indirectè autē in cæteris contractibus, (17) quorū modi multiplices ſunt, nā ſubtilitas avaritiæ humanæ infinitas invenit vias, quibus legi illudat, & ad optata lucra perveniat; illas autē in universū recenſere noſtri inſtituti nō eſt, & adeundi ſunt Theologi Morales, qui dè Juſtitiâ, & jure ex profeſſo ſcribunt, apud quos caſus expreſſi inveniuntur; ſolidum intereà teneatur fundamentum hoc, quòd quotieſcunque quis prò pecuniâ mutuatâ, vel quâcunque aliâ re, quæ ipſo uſu conſumitur, commodatâ, accipit ultrà ſortem, interveniente pacto tacito, aùt expreſſo, aliquid prætio æſtimabile, ſemper intervenit uſura, ut Doctores communiter cum *D. Thoma* (18)

7 Quià verò, ut infrà dicemus, Uſurarii manifeſti multas incurrunt pœnas, dicendum eſt, qui nam ſint Vſurarii manifeſti. Dico igitur, cum *Gloſſa*, (19) quòd Uſurarii manifeſti ſunt, qui tales notoriè ſunt, aut notorietate juris, nempè, quandò judicialiter conuicti, aùt confeſſi, & ut tales ſententiati; aùt notorietate facti, *quià tenet bancum publicum ad fœnerandum, & paratus ſemper eſt, cuilibet volenti accipere pecuniam ſub uſuris, eam mutuare*; & etiam ſi domi ſecretò *uſuras* exercet, dummodò interveniat qualitas aſſiduitatis, ac frequentiæ dandi ad *uſuram*, prout placuit *Archidiacono*, relato per *Menochium*, (20) deſideratur tamen ad hoc ſententia Epiſcopi, ſeù Judicis laici, qui pronunciet ſuper tali qualitate, ut pòſt *Hoſtienſem* docuit *Abbas*, (21) ſed interveniente tali ſententiâ fit notorium juris, ut ſuprà dictum eſt. Redditur etiam uſurarius manifeſtus, ſi coràm Sacerdote, (aùt Notario) & Teſtibus quis extrajudicialiter confiteatur, ſe uſuras exercuiſſe, ut vult *Gloſſa* quædam, (22) quod intelligendum eſt, ſivè talis confeſſio facta ſit in teſtamento, ſivè extrà teſtamentum, dummodò confiteatur, ſe uſurarium eſſe, ut proindè mandet hæredibus, ſivè teſtamentariis Executoribus, malè acquiſita reſtituere, (23) oportet tamen, quòd ultrà talem confeſſionem verè appareat de extortis uſuris, ut poſt quoſdam, docet *Maſcardus* (24)

## Probatio,

### SUMMARIUM.

8 *Vſura eſt difficilis probationis*
*Duæ veriſimilitudines, ſe juvantes, faciunt vehementem præſumptionem uſuræ ad pœnam extraordinariam.*
*Probationes imperfectæ in crimine uſuræ debent iungi.*
9 *Teſtes ſingulares probant uſurarium in genere.*
10 *Vſura probari poteſt ex libris computorum Vſurarii, qui poteſt compelli ad eos exhibendos.*
11 *Fama cum adminiculis probat uſuram.*

8 CRimen *uſura* eſt difficilis probationis, propter cavillationes fœneratorum, & quià contractus uſurarii velatè, & clandeſtinè fieri ſolent, ut poſt *Alexandrum*, & *Cravettam* tenet *Bajardus*, (25) ſequitur proindè, quòd in hoc probando, poſſit procedi per coniecturas etiam diverſæ ſpeciei, & quàmvis probationes non eſſent neceſſariò concludentes, tamen, quandò intervenirent ſaltem duæ veriſimilitudines ſe juvantes, inducerent vehementem præſumptionem, etiam ſufficientem ad condemnationem ad pœnam extraordinariam; (26) & aliæ imperfectæ probationes junguntur ad effectum plenæ probationis, ut poſt *Pariſium, Butrium, Decium, Alexandrum, & Tiraquellum tenet Maſcardus* (27)

9 Diſputant autem Doctores, àn in hoc crimine Teſtes ſingulares probent, & nonnullis affirmantibus, & aliis negantibus, eos concordat *Maſcardus*, poſt quoſdam, (28) dicendo, quòd per Teſtes ſingulares probatur, quòd aliquis ſit uſurarius in genere, & ſic procedit ſententia affirmantium: ſed ad probandum de aliquo contractu uſurario in ſpecie, ſingulares Teſtes non proſunt, & hoc modo procedit opinio negantium. Ampliatur autem concluſio, quòd Teſtes ſingulares probant uſuram in genere, quàmvis ipſi eſſent participes criminis, & deponerent ſolviſſe uſuras, ac contractus uſurarios cum Uſurario iniiſſe, dummodò tamen hujuſmodi Teſtes deponerent ad favorem tertii, ut poſt multos, quos citat, ſcribit *Menochius*, (29 qui teſtatur de magis communi; debent tamen tales Teſtes proteſtari, quòd ex eorum teſtimonio non intendunt aliquod jus ſibi quæri ad repetendas *uſuras* ſolutas, ut apud *Baiardum* (30) plures ſcribunt. Non deſunt temerè, qui volunt, quòd nullo modo probetur *uſura* per ſupradictos Teſtes; undè ſcribunt, in facti contingentiâ, eſſe potiùs Reum torturæ ſubiiciendum, ut ſcribit *Natta*. (31) Sed diſcordantes Doctores conciliat *Maſ-*

(15) *Caſſanæ. Bero. Burſat. apud Baiard. ad Clar. §. Vſura. num. 5.*
(16) *Cravet. Conſil. 48. nu. 8.*
(17) *Deciſ. Pedemont. 65. num. 36. Bero. Conſ. 168. vol. 1. Menoch. Conſ. 108. nu. 28.*
(18) *D. Thom. 2. 2. Quæſt. 78. Art. 2. Panimol. Deciſ. 44. num. 1.*
(19) *Gloſſ. in cap. p. in figur. caſ. V. Sed quæri. de Vſur. in 6.*
(20) *Archidiac. in cap. 1. de Vſur. lib. 6. apud Menoch. de Arbitr. Iudic. Caſ. 235. nu. 10.*
(21) *Hoſtien. apud Abbat. in cap. Cum in Diœceſi. num. 5. de Vſur.*
(22) *Gloſſ. in cap. Quanquam. in V. Manifeſt. de Vſur. lib. 6.*
(23) *Bald. Conſ. 447. nu. 11. vol. 5. Iaſo. Conſ. 78. in fin. lib. 3.*
(24) *Maſcard. Concl. 1420. nu. 13. & ibì Caſtren. Cravet. & Io. Bap lup. de Vſur. Comment. 4. in Præfat. nu. 31.*
(25) *Alex. Conſ. 46. col. 1. vol. 3. & Conſ. 54. col. 1. vol. 1. Cravet. Conſ. 73. nu. 7. apud Baiard. ad Clar. §. Vſura. nu. 22.*
(26) *Corne. & Cravet. apud Maſcard. Concl. 1419. nu. 8. Baiard. loc. cit. & ibi Bald. Novel. & Plot.*
(27) *Marſcard. d. Concl. 1419. nu. 10. & ibì Pariſ. Butr. Dec. Alex. & Tiraquel.*
(28) *Maſcard. loc. cit. n. 13. & ibì Innoc. Bald. Abb. Covaru. & Lup.*
(29) *Menoch. de Arbitr. Iudic. Caſ. 235. nu. 23.*
(30) *Baiard. ad Clar. § Vſura. num. 23. & ibì Bald. Dec. Iaſon I. B. Lup. & Cravet.*
(31) *Natta Conſ. 369. nu. 11. apud Baiard. l. cit. num. 25.*

Digitized by Google

*Maſcardus* (32) dicens, quòd prima opinio procedit, quandò contrà Uſurarium proceditur civiliter; ſecunda verò, quandò agitur criminaliter.

10 Quià autem ſummè difficilis eſt probatio hujuſmodi uſurariæ pravitatis, licèt, pròut dicunt jura, (33) non ſint ſumenda arma de domo adverſarii, nihilominus poſſunt hujuſmodi fæneratores compelli, ut eorum libros rationum exhibeant, ad probandas per eoſdem libros uſuras exercitas, ut textualiter habet *Clementina*. (34) Hoc autem intelligendum eſt de libris, qui tenentur in publico, in quibus partitæ debitorum adnotantur, quemadmodùm ſunt libri matriculati Mercatorum, non verò de libris privatis, quos quilibet cordatus paterfamilias domi recluſos retinet, & in iis domeſticorum negotiorum memorias adnotat, ut advertit *Gloſſa*. (35)

11 Inſuper delictum uſuræ probari poteſt per famam, ac communem opinionem, dummodò tamen Teſtes, qui ad hoc adhibentur, deponant, quòd audierunt apud omnes, aùt majorem partem populi, & dummodò cum famâ concurrant alia adminicula, ut ſcribit *Maſcardus*. (36) Stantibus verò talibus adminiculis, poteſt Epiſcopus, talem eſſe Uſurarium pronunciare, & per talem ſententiam ille evadit publicus Uſurarius, ut ex jure deducit *Abbas*. (37)

## Pœnæ.

*S V M M A R I V M.*

12 *Pœna uſuræ de jure Civili.*
13 *Pœna uſuræ de jure Canonico, & quid requiratur, ut incurrantur.*
14 *Vſurarius manifeſtus, quas pœnas ſubit.*
15 *Non eſt permittendus aſſiſtere, nèc miniſtrare Sacrificio Miſſæ.*
16 *Vſurarii oblationes non recipiuntur in Eccleſiâ, niſi datâ cautione de reſtituendo.*
17 *Privantur Eccleſiaſticâ ſepulturâ.*
18 *Niſi factâ reſtitutione uſurarum non poſſunt condere teſtamentum.*
19 *Incurrunt infamiam juris, ac ſunt irregulares.*
20 *Pœna Clericorum exercentium uſuras.*
21 *Regularis uſurarius, quomodò puniendus.*

12 QUantùm ad pœnas Uſurariorum, de jure Civili, arbitrio Judicis committi voluit *Clarus*. (38) earum tamen ſeriem ex eodem jure compulſatâ, recitat *Menochius*, (39) & ex ſententiâ *Molinæi*, & *Paponis* ſcribit *Gothofredus*, (40) quòd, quàmvis in jure Civili de pœnis Uſurariorum nihil expreſsè habeatur, niſi, quòd infamiam incurrant, (41) tamen poſſint per Judicem conveniri, torqueri, & extraordinariè puniri, argumento cujuſdam Digeſti, (42) in quo ſancitur, quòd Publicani extraordinariè puniantur, ſi ultrà debitum aliquid à privatis exigant; pròut faciunt Uſurarii, ultrà debitum ſortis principalis, exigentes uſuras.

13 Quò verò ad pœnas Canonicas, diſtinguendum eſt, nàm vel loquimur de uſurâ occultâ, ſeu ſecretâ, vel de publicâ, ſivè notoriâ. Quò ad primam, nullæ pœnæ latæ ſententiæ reperiuntur in iurè contrà uſurarios occultos, ut teſtatur *Toletus*. (43) proindè Confeſſarii circà tales gerere ſe debent, ſicùt cum cæteris, qui obnoxii ſunt reſtitutioni. Quò verò ad ſecundam, plures ſunt pœnæ, dummodò tamen delictum fuerit plenè conſummatum (non ſolùm paciſcendo, ſed etiam exigendo uſuras,) & ſit etiam cum exercitio, & conſuetudine fænerandi, quæ requiritur ad hoc, quòd quis dicatur uſurarius manifeſtus, ut dictum eſt ſuprà *num.* 7, aliter non incurruntur, ut dicunt *Doctores*. (44)

14 Prima pœna eſt, quòd Vſurario manifeſto omnia Sacramenta deneganda ſunt, donèc uſuras realiter reſtituerit, aùt idoneam cautionem præſtet de reſtituendo juxtà vires ſui patrimonii, ut textualiter dicitur in jure. (45) Cautio autem debet eſſe pignoratitia, aùt fideiuſſoria, ut cum communi vult Covaruvias; (46) dummodò poſſit Vſurarius pignore, aùt fideiuſſione congruâ cavere; ~~ſed ſi ſolvendo non ſit, nèc fideiuſſorem reperit~~, debet dare cautionem juratoriam de reſtituendo, quandò poterit; ac etiam jurare, quòd tunc aliam cautionem meliorem, quàm juramentum, præſtare non poteſt, ut habet *Gloſſa*. (47)

15 Secunda pœna eſt, quòd Vſurarius manifeſtus ante reſtitutionem, ſivè cautionem de reſtituendo, ut dictum eſt, non eſt permittendus miniſtrare, nequè aſſiſtere Sacrificio Miſſæ, cum enim publicè, & notoriè criminoſi ſint, ut ſupponimus, ſacro Altari miniſtrare, ac Divinis myſteriis intereſſe prohibentur, ut ſanxit *Tridentinum*. (48)

16 Tertia pœna eſt, quòd antè ſatisfactionem, aùt cautionem, ut ſuprà dictum eſt, uſurarius manifeſtus non eſt admittendus ad oblationes, non ſolùm illas, quæ fiunt inter Miſſarum ſolemnia, ſed etiam eas, quæ abſolutè Deo fiunt. (49) intelligendæ autem ſunt oblationes gratuitæ, non autem oneroſæ, ut ſunt decimæ, primitiæ &c. quas ſolvere obligatus eſt, ut habet quædam *Gloſſa*, (50) & inſuper accipiendæ ſunt oblationes propriæ, non autem impropriæ, quales ſunt, quæ dantur prò Miſſis celebrandis, aùt quæ pauperi in eleemoſynam offeruntur, ut ſcribit Suarez. (51)

17 Quarta pœna eſt, quòd ſupradicti admitti non poſſunt ad Eccleſiaſticam ſepulturam, etiamſi pænitentes deceſſerint, niſi præviâ reſtitutione reali, aùt cautione ſupradictâ de reſtituendo, (52) & in odium uſurariorum appoſita eſt pœna ſuſpenſionis, (53) & excommunicatio-

(32) *Maſcard. de Probat. Concluſ. 1419. num. 18.*
(33) *l. Nimis grave. C. de Teſti. l. final. C. de Eden.*
(34) *text. in Clement. unic. §. Caterùm. de Vſur.*
(35) *Gloſſ. in cit. Clement. V. Rationum.*
(36) *Maſcard. de Probat. d. concluſ. 1419. nu. 28. 29. & 30.*
(37) *arg. cap. Cum in Diœceſi de Vſur. & Gloſ. in cap. 2. eo. tit. in 6. Abb. in cap. Quia in omnibus. eo. tit. in fin.*
(38) *Clar. §. Vſura. V. Sed quæro. nu. 10.*
(39) *Menoch. de Arbitr. lib. 2. Cont. 4. Caſ. 390. per tot. apud Baiard. ad Clar. l. cit. num. 17. lit. H.*
(40) *Gothofr. ad l. 20. lit. K. C. Ex qui. cauſ. infa. irrog. & ibi Molina. & Papo. lib. 2. Arreſt. 7. nu. 24.*
(41) *text. in l. Improbum. C. Ex qui. can. inf. irrog.*
(42) *l. locatio. §. Quod illicite. ff. de Public.*
(43) *Tolet. Inſtr. Sacerdot. lib. 5. cap. 36. §. final.*
[44) *Sylveſt. Sum. V. Vſura 9. Quæſt. 4. & 8. Turrian. de Juſt. Diſp. 63. Dub. 3. nu. 6. Vgolin. de Vſur. cap. 24 §. 5. nu. 3.*
(45) *text. in cap. Quia in omnibus. Extra. de Vſur. cap. Quanquam. eo. tit. in 6.*
(46) *Covarun. Variar. lib. 3. cap. 3. nu. 6.*
(47) *Gloſſ. in cap. Quanquam in V. Idoneè. de Vſur. in 6.*
[48) *Tridentin. Seſſ. 22. Decret. de Obſer. & evit. in celebr. Miſſ.*
(49) *text. in cap. Quia in omnibus. de Vſur.*
(50) *Gloſſ. in cap. 2. in V. Oblationes. 90. Diſt.*
(51) *Suar. de Cenſur. Diſp. 31. Sect. 2. num. 6.*
(52] *text. in cap. 3. Extra. de Vſur. cap. Quanquam. eo. tit. in 6. Gloſſ. in Clement. unic. in V. Manifeſt. eo. tit.*
(53) *text. in d. cap. 3. de Vſur.*

Digitized by Google

cationis ipſo facto (54) Clericis, admittentibus eos ad Eccleſiaſticam ſepulturam.

18 Quinta pœna eſt, quòd manifeſti Uſurarii non poſſunt condere Teſtamentum, neque Codicilla; neque facere donationes causâ mortis, (55) niſi priùs realiter reſtituerint, aùt de reſtituendo caverint, prout ſuprà; & quàmvis teſtamentum factum ſit antè uſuram commiſſam, tamen irritatur, ſi ex pòſt Uſurarius manifeſtus reddatur Teſtator. (56)

19 Sexta pœna eſt infamia juris, & ex conſequenti inhabilitas ad beneficia, & irregularitas ad Ordines, ut ex jure (57) elicitur. Verum eſt, quòd multi Doctores tenent, quòd ſupradictæ pœnæ contrà uſurarios afficiant tantùm Uſurarios, nominatim declaratos tales, ut refert *Theſaurus*, (58) non verò alios.

20 Quò autem ad Clericos exercentes uſurariam pravitatem, multas pœnas ingerunt ſacri Canones; nàm in uno (59) repelluntur à beneficiis obtinendis; in alio (60) ſuſpenduntur ab obtentis; in alio (61) dejiciuntur à gradu, & alienantur à Clero; & in quodam Concilio (62) ſancitur, quòd, *Si quis Clericorum detectus fuerit uſuras accipere, degradetur*; ſicut priùs in Concilio Nicæno (63) Statuta fuerat Clerici uſurarii dejectio à Clericatu. Ex citatis Canonibus concludunt Doctores, (64) quòd Clerici uſurarii, primò ſuſpendi debent ab officio, ac beneficio, ſi habeant utrumque, vel alterum; & ſi per hoc non corriguntur, debent degradari, & quià infames de jure Civili ex delicto, tales etiam ſunt de Canonico, ex notis juribus; & Vſurarii manifeſti in jure Civili infames ſunt, ut ſuprà dictum eſt; ſequitur, quòd etiam Clerici tales infames ſint: infamia autem talis tolli poteſt per Epiſcopum, ſi Clericus pœnitentiam agat, ac acceptas uſuras reſtituat, ut ſcribit loco proximè citato Diaz.

21 Quid verò juris, ſi Regularis uſuras exerceat? Rarum hoc quidèm, imò rariſſimum eſt; & unum tantùm de hoc crimine Reum audivi, cùm tamen plures Clericos ſæculares uſurarios notorios viderim; tamen evenire poteſt. Dico igitur, quòd proportionaliter puniendus eſt pęnis Clericorum, ſi deſint municipales Ordinum leges. Dixi *proportionaliter*, non enim Regularis privari poteſt beneficiis, quorum incapax eſt; nec degradari, aut à Clericatu dejici, cùm inamovibiliter maneat per vota Deo mancipatus. Sed debet Officiis Ordinis ſui, Prælaturis, & dignitatibus ſpoliari; & inſuper pęnis proprietariorum percuti, cùm delinquat contrà votum paupertatis.

---

(54) *Clement. 1. junct. gloſ. in V. Manifeſtos de Sepul.*
(55) *Barboſ. in cap. Quanquam. nu. 8. & 9. Clar. §. Teſtamentum q. 26 init. & §. Donatio. quæſt. 7.*
(56) *Surd. Lup. Geminian. Anchar Covar. & Vgolin. apud Theſaur. de Pæn. par. 2. V. Vſura. cap. 1. ℣. Amplia tertiò.*
(57) *text. in cap. Inter dilector. de Exceſſ. Prælat. cap. Infames. 3. q. 7. & 6. q. 1. Improbum C. Ex qui. can. infam. irreg.*
(58) *Theſaur. V. Vſura. cap. 1. ℣. limitant. ſecundò. & ibi Suar. Leſſ. Salas. Filliuc. Bonac. & Vgolin.*
(59) *text. in cap. Inter dilectos. de Exceſſ. Prælat.*
(60) *cap. Prætereà junct. Gloſ. in V. Suſpendas. de Vſur.*
(61) *text. in cap. Si quis oblitus. 14. q. 4.*
(62) *Concil. Eliberin. cap. 20. relat. in cap. Si quis. 47. Diſt.*
(63) *Concil. Nicæn. cap. 17. relat. in cap. Quoniam. 14. q. 4.*
(64) *Diaz Pract. crim. Canon. cap. 88. Hoſtien. Sum. Rubr. de Vſur. §. final. ℣. Alia à Iudice. Pellizzar. Manual. regul. Tract. 9. cap. 4. num. 193.*

TITV-

Digitized by Google

# TITVLVS QVARTVS

## DE

## Delictis contrà Caſtitatem.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſtitatis deſcriptio.*
2 *Ejus elogia remiſſivè.*
3 *Eſt ad ſtatum Religioſum requiſita.*
4 *Non poteſt diſpenſari à Papa.*
5 *Hoc intelligendum, ſinè magna cauſa.*
6 *Hoc idem docuit D. Thomas.*
7 *Mutavit poſteà ſententiam.*
8 *Caſtitas non admittit parvitatem materia.*

POſt crimina contrà obedientiam; & paupertatem, ad ea deſcendimus, quæ labefactant *Caſtitatem*. Eſt autem hæc, ut ſcribit *Climacus*, (2) *Incorporea natura familiaritas; Chriſti jucundum diverſorium; terreſtris clypeus cordis, exceſſiva natura abnegatio*; Hujus plura elogia, præſertim ex *S. Ephrem Syro* contexit *Alvarez*, (2) quæ expendere *Aſcetici* potiùs, quàm *Criminaliſta* eſt. Unum dicam, & eſt, quòd *Caſtitas*, ità eſt ſtatui Religioſo adnexa, & ad ejus perfectionem requiſita, ut probat *D. Thomas*, (3) quòd ſuper ea, nequè *Summus Pontifex* poſſit diſpenſare, pròut textualiter habetur in quodam Canone, (4) quod tamen intelligendum eſt, ſinè magnâ causâ, ut communiter cenſent Canoniſtæ, (5) & docuit *D. Thomas*, (6) licèt poſteà ſententiam mutaverit in *Summa*, (7) Cenſetur proindè ità propria Religioſo Clauſtrali, vt de nullo vitio perſonæ Regularis magìs ſcandalizentur Sæculares, nec illa majus damnum in exiſtimatione patiatur, quàm ex læsâ quovis modo, vel leviter *Caſtitate*, quæ tamen levitatem non admittit, quià paruitatem materiæ à mortali excuſantem non habet, ut docent Theologi, (8) labefactatur *Caſtitas* pèr plura Crimina, tùm *ſecundùm*, tùm *contrà naturam*, ea autem enumerare ſuperfluum eſt, cùm ſingillatim omnia inferiùs ſuo ordine expendantur.

(1) *Io. Climac. Schal. profect. grad. 15.*
(2) *Alvarez de Vit. Spirit. Tom. 2. lib. 5. Par. 2. cap. 1.*

(3) *D. Thom. 22. q. 186. art. 4.*
(4) *cap. Cum ad Monaſter. de Stat. Monach.*
(5) *Panormit. in cap. Cum ad Monaſter. num. 22. & ibi Innoc. Pelin. & alii de Stat. Monach.*
(6) *D. Thom. in 4. Diſt. 38. q. 1. art. 4.*
(7) *2. 2. q. 88. art. final.*
(8) *D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 4. D. Antonin. Par. 2. Tit. 5. cap. 1. num. 9. Sylv. V. Delectatio q. 5. Leſſ. lib. 4. cap. 3. nu. 59. Azor. par. 3. lib 3. cap. 25. Rebel. Par. 2. lib. 3. q. 19. ſect. 3. Sanch. Moral. lib. 6. cap. 6. nu. 12. Baldel. lib. 3. Sum. Diſt. 14. n. 3. apud Pelliz. Manual. Tom. p. Tract. 4. cap. 3. n. 56.*

# CAVSA I.

## Conſortium ſuſpectum.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſiaſtici cavere debent à quàvis ſpecie mali.*
*Familiaritatem cum mulieribus debent fugere.*
*Nimia familiaritas cum fœminis etiam conſanguineis vetita Clericis ſub cenſuris.*
*Familiaritas quid propriè ſit, & quid largo modo.*

2 *Suſpicio legitima mali circà incontinentiam, à quo deducenda.*
*Clerici non poſſunt cohabitare cum mulieribus, etiam ſibi coniunctiſſimis, ſi iſtæ ſint ſuſpectæ.*
*Quidam Epiſcopi malam famam contraxerunt ex nimiâ familiaritate eorum cum propriâ filiâ, & Nepte.*

3 *Suſpicio rationabilis evadit, ſi ad eam concurrant duo fundamenta.*

4 *Canonica monitio, & poſt eam reincidentia in nimiam familiaritatem cum fœminis, neceſſaria ad crimen ſuſpecti conſortii.*
*Facta monitione de crimine vitando, reincidentia probat crimen.*

5 *Actiones, ex quibus emergit ſuſpectum conſortium.*

6 *Plures actus requiruntur ad generandam ſuſpicionem mali conſortii.*

7 *Monitio Canonica qualiter fiat.*

8 *Quatuor actus familiaritatis requiruntur ad conſortium ſuſpectum.*

9 *Indicia ſuſpecti conſortii remota, proxima, & violenta.*

10 *Opinio Sgroi circà recidivantem poſt monitionem Canonicam.*
*Quid faciendum à Marito ſuſpicante de adulterio Vxoris.*
*Opinio Bartoli de punitione adulterii præſumpti.*

11 *Maritus percutiens Clericum adulterantem cum propriâ Vxore, non incurrit Excommunicationem.*

12 *Laici, abſquè licentiâ Epiſcopi, loquentes cum Monialibus non ſibi coniunctis, olim excommunicabantur.*
*Laicis, & Clericis vetitum frequentare Monaſteria Monialium ſub pœnâ excommunicationis, & depoſitionis reſpectivè.*
*Regulares in pœnis Clericorum continebantur.*
*Lex pœnalis extenditur ob identitatem rationis; vel favore animæ; vel ad evitanda peccata.*

13 *Regulares de jure novo arctiùs prohibentur loqui cum Monialibus.*
*Decretum Sac. Congreg. circà hoc.*
*Declaratio Sac. Congregationis, quòd in locutione cum Monialibus non detur parvitas materiæ, non reperitur.*

14 *Regularis loquens Moniali abſquè licentiâ, àn peccet venialiter, àn mortaliter.*
*Opinio, quòd lex humana pœnalis ex ſe non obliget ad mortale.*
*Lex pœnalis obligat in conſcientiâ juxtà qualitatem materiæ.*

15 *Regularis alloquens Monialem abſquè licentiâ, non peccat mortaliter.*
*De diſputantibus de valore Decretorum Sac. Congreg. remiſſivè.*
*Lex abſquè publicatione non ligat.*
*Lex humana per non uſum ceſſat obligare.*
*Lex vetans collocutionem, & frequentiam cum Monialibus, non ſervatur.*

16 *Decretum Sac. Congr. ob non uſum deſinit obligare in conſcientiâ.*

17 *Quæſita varia circà locutionem cum Monialibus.*

18 *Solvuntur unico principio.*
*Lex pœnalis extenditur, quandò aliàs redderetur inutilis.*

19 *Vox valida eſt ad ſuſcitandam incontinentiam.*
*Scribens ad Monialem puniendus ſicut alloquens.*
*Qui doceant, quòd ſcribentes ad Moniales pari modo delinquant, ſicut loquentes abſquè licentiâ.*

1 QUià juxtà *Apoſtolum*, (1) cavendum ab omnibus, & maximè Eccleſiaſticis eſt non ſolùm ab omni malo, ſed etiam à *quâcumque ſpecie malâ*; hinc eſt, quòd in viro mancipato divino famulatui, & maximè *Regulari*, ipſa etiam ſpecies mali crimen evadit. Hinc fit, quòd ſola familiaritas immoderata cum mulieribus, aut aliis perſonis, ex quibus ſuſpicio incontinentiæ oriri poſſit, quàmvis in facto non involvat crimen, de quo ab alijs ſuſpicatur, tamen delictum ex ſe punibile evadit; Undè antiqui *Canones* (2) omnibus Clericis familiaritatem cum fœminis ſub Cenſuris vetuerunt; & hoc non ſolùm cum extraneis, ſed etiam cum conſanguineis, *ſi ſit nimia*, ut patet ex pluribus Capitulis, (3) quæ familiaritas non ſolùm ſiſtitur in convivendo ſub eodem tecto, & eâdem familiâ (familiaritas enim propriè ſignificat conviventiam in unâ domo, ſub uno patre familias; undè *familiares* dicuntur perſonæ, ſivè res ad familiam ſpectantes, ut *ſervi*; (4) *familiaris res*, quæ publicæ opponitur; (5) *familiaria ſepulcra* alicujus familiæ perſonis conſtituta; (6) *familiaria veſtimenta*, (7) quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt &c.); ſed ampliori, & uſitato Vocabulo accipitur etiam prò *amicitiâ*, *converſatione*, *collocutione*, & *domeſticitate*.

2 Porrò juſtæ *ſuſpicionis* fundamentum ex duplici principio deducitur, puta, à perſonis, & actionibus, & quodlibet illorum ſufficit ad ſtatuendam legitimam *ſuſpicionem*. A perſonis quidèm, ſi illæ talis ſint qualitatis, quòd

(1) 1. *Theſſalonic. cap. 5. V. 22.*
(2) Concil. *Nicæn. cap. 3. relat. in cap. Interdixit 32. Diſt. cap. Quorundam. 34. diſt. cap. Clericos. cap. Sed ſi fortè. cap. Si quiſpiam cap. Volumus. cap. In omnibus. cap. Clerico* 81. *Diſt.* Concil. *Mogunt. cap. 10. cap. Si quiſquam Extrà de Cohab. Cler. & Mul.*
(3) *cap. 1. cap. Omnibus. cap. Epiſcop. 34. Diſt. Lauræ. Epi. V. Cleric. quò ad converſ.*
(4) *arg. l. 1. ff. de Vi, & vi arm.*
(5) *arg. l. Iuriſgentium. § 14. ff. de Pact. l. 4. ff. de Pub. iudic.*
(6) *text. in l. Familiaria. ff de Relig. & ſump. fun.*
(7) *text. in l. Veſtis. ff. de Aur. ergà legat.*
(8) *l. Qui iure ff. de Acquir. poſſ.*

Digitized by Google

quòd poſſint generare *ſuſpicionem*, quòd Eccleſiaſticus poſſit ab illis ad peccatum provocari; Proindè licèt Sacri *Canones* (9) permiſerint Clericis cohabitare cum Matre, Aviâ, Materterâ, Amitâ, Sorore, & Nepte, tamen ſi iſtæ tales ſint *ſuſpectæ*, nempè malâ famâ laborent, non poſſunt cum illis habitare, ut ex *Concilio Moguntino* habet quidam *Canon*. (10) Sic ajens. *Inhibendum eſt, ut nullus Sacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio eſſe poteſt, retineat; ſed nequè illas, quas Canones concedunt, Matrem, Amitam, & Sororem; quià inſtigante Diabolo, & in illis ſcelus perpetratum eſſe reperitur*. Ab actionibus autem, ſi tales ſint, quæ generare *ſuſpicionem* legitimam poſſint, ut ſecreta colloquia, nimia frequentia, ſequeſtratio &c. Undè quantùmvis coniunctiſſimæ ſanguine perſonæ ſint, tamen per tales actus redduntur *ſuſpectæ de incontinentia*. Proindè legimus in quodam *Canone*, (11) quòd quidam Epiſcopus ob immoderatam familiaritatem cum propriâ filiâ, malam famam contraxerat, vbi ait *Gloſſa*. *Non quòd aliquod ibi ſævi criminis exiſtimaretur, propter fœdus naturale; ſed quià coràm omnibus eam nimis oſculabatur, & ponebat manum in gremium ejus &c.*, & hoc idem accidiſſe cum quodam *Epiſcopo Quinqueccleſienſi* cum Nepte ſuâ, obſervat alia *Gloſſa* (12) cujuſdam Decretalis.

Sequitur igitur ex his, quòd eò major, & rationabilior evadat *ſuſpicio*. Si duo hæc fundamenta in facti contingentiâ copulentur; puta, ſi Eccleſiaſticus converſationem nimìs familiarem habeat cum perſonâ, quæ malæ famæ ſit; vel Eccleſiaſticus ipſe malâ famâ ex ſe laboret; licèt perſona, cum quâ familiariùs converſatur, honeſtæ ſit exiſtimationis; legitimè enim ſuſpicari poteſt, quòd hæc ab illo pervertatur.

4 Verùm ad ſtatuendum crimen *ſuſpecti conſortii* non ſufficit nimia familiaritas, aliique actus, de quibus mox dicemus, ſed requiritur *Canonica monitio*, & pòſt hanc, reincidentia. Et hoc apertè convincunt plures *Canones*, (13) qui ſtatuunt hujuſmodi ſuſpectos debere *moneri Canonicè*; & ſi poſt monitionem, in priori converſatione involuantur, tunc excommunicentur. Et quantùm ad neceſſitatem præviæ hujus trinæ monitionis, Canones imitatur lex Civilis; (14) quæ ſtatuit, quòd, *ſi quis ſuſpicionem habeat de alio familiariter colloquente cum Vxore ſua, debet per tres vices illum monere, ut abſtineat; & ſi poſt hoc adhuc colloquentem invenerit, poſſit in eum animadvertere, vel Iudici puniendum tradere*. Ex quo habemus, quòd poſitâ monitione, noua reincidentia ſufficienter probat crimen ad pœnam.

5 Diximus autem ſuprà, *ſuſpectum conſortium* oriri ex qualitate perſonæ, & actionis. Prima quidèm, ſi ſit malæ famæ &c. Actiones verò, ait S. *Bonaventura*, (15) ſi tales ſint, quòd *ſuſpicionem immunditiæ generare ſolent; Puta, ſi prò colloquiis habendis, queratur locus ſolitarius, & obſcurus: tempus nocturnum, aut aliàs importunum, nempè, quandò Fratres omnes ſunt in Choro, vel Refectorio. Si geſtus ſit diſſolutus; puta, nimia appropinquatio ad mulierem, vel nimia affixio occulorum ad faciem ejus: vel manuum contactus. Item ſi talia colloquia fiant, excluſo aliorum auditu, licèt non viſu; & ſunt cum perſona frequentata, abſquè ullâ manifeſtâ, piâ, ſeù rationabili causâ*. His poſſunt addi litteræ, ſivè ſalutationes frequentes per internuncios miſſæ; munuſcula, aut per ſe tradita, aut per interpoſitam perſonam miſſa; laudatio pulchritudinis affectata, reciproci occulorum nictus, quæſitæ occaſiones ſe videndi, & ſexcenta hujuſmodi, quibus proditur ſenſualis paſſio ergà perſonâ *ſuſpectam*; & quæ juxtà conſuetudinem Patriæ à viro cordato, & prudenti interpretari poſſunt, tanquàm incentiva libidinis, & non ceremoniæ *urbanitatis*.

6 Omnia autem ſupradicta accipi debent non de uno, ſed de pluribus actibus, per quos poſſit dici inducta frequentia. Exiſtimat autem *Sanctorus*, (16) pòſt *Baldum, Decinum, Iaſonem, Curtium, & Barboſam*, duos ad minus actus requiri, (licèt ipſe plures deſideret) ad hoc, quòd dicatur inducta frequentia, ſed rem altiùs emedullando, dico, quòd multò plures debent eſſe actus, ut ex iis poſſit reſultare *Conſortium ſuſpectum* punibile.

7 Ad hoc autem demonſtrandum, adverto, quòd, ut ſuprà *num*.4. dictum eſt, punitionem hujus criminis præcedere debet *monitio Canonica*, quæ, ut textualiter habetur in quâdam *Conſtitutione Gregorii Decimi*. (17) conſiſtit in *trinâ monitione, ſivè unâ prò tribus*. Adverto autem, quòd in tantùm fit ſecunda, & tertia monitio; in quantùm monitus, pòſt primam monitionem, non obedit mandatis; ſed dupliciter hoc contingere poteſt; uno modo, quandò monitus tenetur in termino aſſignato aliquid præſtare; ut ſi aliquis citetur, ad comparendum termino ſex dierum coràm Judice: alio modo, quandò monitus intrà terminum definitum, tenetur ab aliquo abſtinere. Licèt autem in praxi judiciali poſſit, tùm in primo, tùm in ſecundo caſu fieri una tantùm monitio, quæ ſpecificetur facta prò tribus; ſi nempè in eâ aſſignentur tres termini congruentes, puta, *monitorius* primus, & ſecundus; & tertius *peremptorius*, tamen non ità eſt in *monitione Canonicâ* extrajudiciali, & quæ non fit ſcriptò, pròut in caſu. Fundatur autem hæc aſſertio in *Evangelio*. *Si peccaverit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Si te non audierit adhibe tecum adhuc unum, vel duos. Si non audierit eos, dic Eccleſiæ*, (18) ex quo habetur trina, & diſtincta monitio, non autem una facta prò tribus; ſi quidèm prima eſt Secreta, & ſolitaria. Secunda ſecreta, ſed Teſtibus adhibitis, tertia verò publica; neceſſitas autem harum trium eſt, eò quià peccans monitus non reſipiſcit, ſed per novos actus prodit ſe in priſtino peccato permanere.

8 Ex hoc autem habetur, quòd plures actus peccaminoſi, quàm duo, debent intervenire ad hoc, quòd publica monitio fieri queat. Etenim, qui primò videt actum familiaritatis excedentis alicujus cum fœminâ, ex illo unico non poteſt rectè formare ſuſpicionem mali, nequè ex hoc proximum monere, ut in poſterùm caveat. Oportet proindè, ut ad minùs duo ſint. Ut autem locus ſit ſecundæ monitioni coràm Teſtibus, requiritur nouus actus, quo prodatur, illum ex primâ monitione non profeciſſe; & ſic erunt tres. Et tandèm ad hoc quòd poſſit deveniri ad tertiam publicam monitionem oportet, quòd per alium actum manifeſtetur, quòd nihi



(9) *cap. Cum omnibus. cap. Fœminas. 81. diſt. l. Eum qui. C. de Epi. & Cler.*
(10) *cap. Inhibendum. Extrà. de Cohab. Cler. & Mul.*
(11) *cap. Quorundam. junct. gloſſ. in V. Fama. 34. diſt.*
(12) *Gloſſ. in cap. Cum in iuventute. in figur. caſ. de Purgat. canon.*
(13) *cap. Quorundam. 34. Diſt. cap. Si quiſpiam. 81. Diſt. cap. Si quiſquam. Extrà. de Cohab. Cler. & Mul.*
(14) *Authent. Si quis. C. Ad leg. Iul. de Adult. Nouel. Vt liceat Mat. & Aui. §. His quoque Coll. 8.*
(15) *S. Bonavent. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 11.*
(16) *Sanctor. Comment. cap. 11. Stat. 4. V. Declarandum. fol. m. 576. & de Pœn. cap. 8. q. 1. V. Nequè ſola. fol. 347.*
(17) *cap. Conſtitutionem. §. Statuimus. de Sent. excom. in 6.*
(18) *Matthæ. cap. 18. n. 15. 16. & 17.*

qui ultrà duos aureos poſſidet; donat, &c., ut aliàs diximus, ergò etiā Superior, ſi donat de bonis Conventus ultrà duos aureos, proprietarius eſt, & tanquàm dilapidator bonorum Conventus puniri debet.

41 Quinta dubitatio eſt, dum Statutum ſic habet, *quovis modo erogaſſe conſtiterit*, àn intret ejus diſpoſitio, ſi conſtet, aùt extrajudicialiter, aùt judicialiter; aùt per probationes plenas, aùt præſumptivas tantùm, de *dilapidatione*?

42 Reſpondeo, quòd clauſula illa *quovis modo* afficit verbum *erogaſſe*, non autem verbum *conſtiterit*; ità ut ſenſus ſit, quòd locus ſit pœnæ ſtatutariæ, ſi *conſtiterit*, Superiorem localem eleemoſynas *erogaſſe quovis modo*, (puta, per ſe, vel per alium; in pecuniâ numeratâ, aùt rebus in propriâ ſpecie; per magnum donum ſemel factum, aùt per parva frequenter repetita, publicà, vel ſecretò, &c.) in dona Prælatorum, aùt aliarum perſonarum. Et ratio eſt, quià, nunquàm intrat pœna ordinaria, niſi de delicto, perfectè conſummato in ſuo genere, per plenas probationes conſtet. (83)

43 Quòd, ſi quæratur, quomodò conſtare poſſit judicialiter. Dico, quòd, ultrà ea, quæ dedimus ſuprà *num. 16. dilapidatio* conſtare poteſt in redditione computorum: ſiquidèm Statutum habemus, ità ſonans. *Singulis menſibus per Superiores locorum, coràm Fratribus capitulariter congregatis, eleemoſynarum receptarum, & expenſarum, computa reddantur: Negligentes à Provincialibus deſtituantur officio, & graviùs etiam puniantur* (84) ad quod obſervat *Sanctorus*, (85) talem redditionem computorum, ſtatutam eſſe vel ut ex eâ bona opinio Subditis accedat de rectà adminiſtratione ſui Superioris; vel ut illi habeant, vndè poſſint Superiorem localem, apud Provincialem de fraude, aùt dilapidatione accuſare; ſi nempè obſervent, aliquas partitas eſſe falſas, aùt alias expenſas non legitimè eſſe factas, aùt eleemoſynas Miſſarum, ac alias aùt pecuniarias, aùt reales obventiones non fuiſſe legitimè adnotatas. Undè optimè docet, & probat ibidem *Sanctorus*. (86) Subditos peccare mortaliter, ſi non attendant ad computorum redditionem, & conniveant, aùt diſſimulent fraudes, & furta Superioris, cùm tali pacto fruſtretur mens graviſſimi, & antiquiſſimi Statuti, lati in Ordinis vtilitatem, & attendere negligentes, aùt tacentes *dilapidationes* Superioris, ejus crimini communicant. Si ergò Subditi accuſent coràm Provinciali Superiorem localem, & ipſe nequit juſtificare expenſas factas, nec computa ſua, optimè conſtat de defraudatione.

44 Verum eſt, quòd tale Statutum apud Obſervantes (perfunctoriè computos reddendo,) non ut debet, obſervatur; & apud Reformatos non eſt in uſu, ajentes fidendum eſſe integritati Guardianorum. Sed quàm nociva Communitati in temporalibus, & Superioribus ipſis in ſpiritualibus, hujuſmodi fiducia ſit, loquitur experientia.

45 Sexta dubitatio eſt; poſito, quod ſuprà *num.* 40. dictum eſt, quòd Superior fraudans ultrà duos aureos, committit in Statutum, ut etiam *Sanctorus*, (87) ſupponit, quæritur, utrùm ſit locus pœnæ, ſi Superior in unâ redditione computorum, deprehendatur interverti ſſe duos Julios; in aliâ quatuor; in aliâ octo, & ſic deinceps, ità ut in quâlibet redditione fraus appareat quantitatis infrà duos aureos; ſed computatis fraudibus ſingulorum menſium, in fine anni deprehendatur exceſſus ſuper duos aureos.

46 Reſpondeo cum *Sanctoro* (88) loco citato, affirmativè; & ratio potiſſima eſt, quià mens Statuti eſt ſervare Conventum indemnem, & punire ob hoc Superiorem, qui ejus bona diripit ultrà duos aureos. Quòd autem tale damnum adveniat Conventui ex direptione, ſemel in magnâ quantitate, aùt per replicatas vices, factâ in parvâ, hoc quid accidentale eſt, ex eo, quòd in fine anni idem damnum utroque modo ipſi evenit.

47 Septima dubitatio eſt, àn incurratur Excommunicatio lata in Statuto, antè declarationem, ac ſententiam Judicis, coràm quo conſtet de defraudatione?

48 Reſpondeo, negativè. Ratio eſt, quòd in Statuto dicitur, quòd prius *conſtet legitimè*, quòd quis fraudaverit, aùt donaverit, & pòſt ſubjungit, *excommunicatus ſit ipſo facto*; non conſtat autem legitimè, niſi probato concludenter delicto, & pronunciatâ à Judice ſententiâ, quæ declaret crimen commiſſum, & decernat, pœnam à Reo ſubeundam; ſequitur igitur, quòd à prolatione ſententiæ, & non antè, talis cenſura incurratur; & proindè ly *ipſo facto* accipiendum ſit *de facto* ſententiæ latæ, non verò de facto fraudis commiſſæ; & ſic etiam tenuit *Sanctorus*. (89)

49 Octava dubitatio eſt, quomodò in Statuto ponatur privatio juris ſuffragiorum, diſtincta à privatione Officiorum Ordinis, cùm hæc illam includat, ut aliàs (90) probavimus?

50 Reſpondeo, in Statuto aſſignari tres pœnas, nempè privationem ſuffragiorum; privationem Officiorum Ordinis; & pœnam carceris, & iſtæ tres pœnæ infligendæ ſunt, non quidem in omni caſu defraudationis, & univerſaliter, ſed *arbitrio Superioris prò fraudis, & dilapidationis qualitate*. Prôut autem ſuprà dictum eſt, poteſt eſſe *dilapidatio* ex ſolâ culpâ; & poteſt eſſe ex dolo, & poteſt eſſe dilapidatio gravis, gravior, ac graviſſima. Senſus ergò Statuti eſt, quòd Superior regulare debet arbitrium ſuum in puniendo, juxtà *qualitatem fraudis, & dilapidationis*; puta, ſi dilapidatio ſit ex ſolâ culpâ, detur privatio ſuffragiorum, & remotio ab Officio etiam juxtà gravitatem dilapidationis; ſi verò ſit ex dolo, juxtà graduationem gravitatis, infligatur privatio Officiorum Ordinis, & etiam carceratio; & ſic apparet quòd non ſuperfluè ponitur privatio ſuffragiorum, diſtincta à privatione Officiorum Ordinis.

---

(83) *Sgroi lux Prælat. Par. 7. cap. 2. nu. 1. & ibì Farinac. & Tuſc. lit. C. Concl. 574.*
(84) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 4. n. 1.*
(85) *Sanctor. de Pœn. cap. 7. qu. 4. Caſ. 15. Difficult. 2. V. Reſpondeo multa. fol. 330.*
(86) *Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo affirmativè.*
(87) *Sanctor. loc. cit. difficult. 6. fol. 333.*
(88) *Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo affirmativè.*
(89) *Sanctor. loc. cit. Difficult. 4. fol. 332.*
(90) *Par. 1. Tit. Quales. num. 30.*



Digitized by Google

# §. VIII.

## Uſura.

*SVMMARIVM.*

1 *Exercens uſuram, furtum, aut rapinam committit.*
2 *Vſura diffinitio.*
3 *Vſura prohibita omni jure naturali, Divino, ac humano.*
4 *Eſt crimen mixti fori.*
*Vſurarius, punitus ab Epiſcopo, poteſt puniri iterùm à Iudice laico.*
*Si agatur, àn contractus ſit uſurarius, ſolus Epiſcopus cognoſcit.*
5 *In iudicio uſura, prò foro animæ Theologi judicare debent; prò foro fori Canoniſtæ.*
*Scientia Canonica, quid reſpicit.*
*Prò animâ pronunciandum eſt, prò peccato ad illud præcavendum.*
*Quandò circà uſuram prævalere debeat ſententia Theologorum Canoniſtis.*
6 *Vſura directè committitur in mutuo: indirectè in aliis contractibus.*
7 *Vſurarii manifeſti, qui ſint.*

1 NOn incongruè inter delicta contrà votum paupertatis recenſetur *uſura*; ſicut enim læditur promiſſa Deo voluntaria paupertas per proprietatem, alienationem, furtum, dilapidationem, pari modo violatur per *uſuram*, per quam aliena res contrà juſtitiam uſurpatur; &, ut ex jure (1) ait *Abbas*, qui *uſuram* exercet rapinam, & quodammodò furtum committit; undè jure meritò, in corpore juris Canonici poſt furtum cōtinuatur *Titulus de Vſuris*, ut potè materiæ affines.

2 Diffinitur autem *uſura* ab *Hoſtienſe*, (2) quòd ſit *Quodcunque, quod ſolutioni rei mutuatæ accedit ipſius rei, uſus gratiâ, pactione interpoſitâ, vel hâc intentione habitâ in contractu, vel exactione habitâ ex poſt facto.* In quâ diffinitione importatur *quodcunque* lucrum ſivè pecuniarium, ſivè alterius rei, aùt actionis, aùt juris, quod ſit prætio æſtimabile,(3.) quidquid enim tale accedit ſorti, uſura eſt, dummodò, aùt expreſſo pacto in contractu mutui; aùt intentione mentali; aùt exactione ex poſt facto, percipiatur. Si enim mutuatarius ex merâ, & minimè ſperatâ à mutuante gratitudine, reddendo mutuum, aliquid mutuanti largiretur, illud non eſſet lucrum uſurarium, quià nèc pacto, nèc intentione, nèc exactione mutuanti obveniret.

3 Omni autem jure eſt proſcripta *uſura*. (4) Primò quidèm jure naturæ, nàm contrà naturam eſt, quòd mihi fructificet id, quod meum, nèc quò ad poſſeſſionem, nèc quò ad uſum eſt; res autem mutuata, quò ad utrumque tranſit in jus mutuatarii, ex illâ ergò non poteſt abſque injuſtitia naturali aliquid mutuanti acquiri. Pariter jure Divino prohibetur uſura, ut patet in ſacrâ Scripturâ *Ezechiel.* ubi dicitur homo juſtus, qui *Ad uſuram non commodaverit, & ampliùs non acceperit*, (5) & idem dicitur in *Pſalmo* (6) *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram.* Item à jure Canonico vetatur, ut patet ex *Decreto, Decretalibus*, & *Clementin.* (7) Tandemque de jure Civili, etiam eſt interdicta, ut ex nonnullis juribus (8) colligunt Doctores aliqui, licèt non deſint, qui contrarium exiſtiment, quos recenſet, non tamen cum iis ſentit *Clarus* (9)

4 Crimen hoc eſt mixti fori, undè in eo procedit Judex Eccleſiaſticus, ac laicus, quandò agitur de quæſtione facti, & datur locus præventioni. (10) Uſurarius tamen punitus per Epiſcopum, poteſt adhuc puniri per Judicem laicum, ut poſt nonnullos tenuit *Bajardus*. (11) Undè infertur, veràm eſſe poſitam concluſionem, quandò agitur Criminaliter. Sed, ſi agitur Civiliter, diſtinguendum eſt, nàm vel agitur de quæſtione juris, puta, utrùm contractus ſit uſurarius nèc nè; & in hoc caſu, ſolus Judex Eccleſiaſticus procedit, neque Judex laicus poteſt ſe immiſcere in hoc, ſed debet expectare deciſionem articuli à Judice Eccleſiaſtico, quandò ſcilicet articulus eſſet dubius; ſecùs eſt, quandò eſſemus in claris. (12) Si autem agatur ſuper facto Civiliter, datur locus præventioni, ut ſuprà dictum eſt.

5 Difficultas eſt, an in caſu dubio circà uſuram potiùs ſtandum ſit deciſioni Theologorum, quàm Canoniſtarum. Videretur dicendùm, quòd potiùs ſtandum ſit Theologis, quàm Canoniſtis, cùm enim Theologi ſint interpretes juris Divini, & etiam de hoc jure, uſura pròut diximus, prohibita ſit, videtur eorum ſententiæ ſtandum eſſe. Sed adductum fundamentum quadrat etiam prò Canoniſtis, ſiquidèm *uſura* etiam à Sacris Canonibus vetatur, & de illâ habetur ſpecialis Titulus; undè concludendum videtur, quòd ſtandum ſit Canoniſtis. Tamen conciliantur ſententiæ in hoc, quòd, ſi agatur in foro animæ, ſtandum eſt, ſententiæ Theologorum, in foro autem fori, judicandum ſit juxtà deciſionem Canoniſtarum, pròut dicunt Doctores. (13) Et ratio eſt, quià, ut optimè habet *Marquardus*, (14) ſcientia Canonica principaliter tendit ad interpretandum jus Divinum, in dubiis pertinentibus ad philoſophiam moralem Chriſtianam, concernentem convictum civilem, & proindè ipſa dirigere habet actus fori externi. Scientia autem Thelogica tendit ad explicationem juris Divini in pertinentibus ad virtutes morales, concernentes animæ ſanctitatem, & ſalutem. Proindè

(1) *arg.cap.Si quis uſuram.14.q.4.Abb.Rubr.de Vſuris.*
(2) *Hoſtien.num.Rubr.de Vſur §.Quid ſit.*
(3) *cap.Si feneraveris.cap.Putant.cap.Plerique.14.q.3.Abb.in c.final.num.2.de Vſur.*
(4) *Clar.§.Vſura.num.3.ubi Bajard. n.12.& ibi Corſet.Conſ.25.init. inter Conſil.crim.diverſ.Tom.2.*

(5) *Ezechiel.cap.18.℣.8.*
(6) *Pſalm.14.℣.6.*
(7) *Decret.14.q.3.& 4.per tot.Decret.li.5 tit.de Vſur. Clement.eo.tit.*
(8) *Caſtropal.Oper,moral.Par.7.de Iuſt.commutat.Diſp.4. Punct.8. Fenzon.ad Stat.Vrb.cap.137.nu.1.apud Raynal.Obſerv.crim. Tom.2.cap.16.§.1.nu.27.*
(9) *Clar.§.Vſura.num.4.*
(10) *Bonacoſſ.Commun.opin.crimin.V.Vſuræ ſunt.P.1.Sanfelic.Deſcis.63.n.8.Covaru.Variar.lib.3.cap.3.℣.Quartò non eſt.*
(11) *Baiard.ad Clar.§.Vſura.nu.13.& ibi Deciſ.Pedemon.137.n.11. & Riminal.inni.369.nu.19 & Conſ.218 nu.72.*
(12) *Raynal.Obſerv.crim.Tom.2.cap.16.§ 1.nu.95.& ſeqq.& ibi Menoch.Sanfelic.Dian.Matthæ.& Gutierr.*
(13) *Alex.Conſ.1.nu.8.& ſeqq.lib.2. Paris.Conſ.67.nu.13.& ſeqq. lib.4.Cavalcan.Deciſ.2.nu.33.Par.2.Raynal.loc.cit § 12.nu.9.*
(14) *Marquard.de Iuda.Par.1.cap.11.nu.11.℣.Et ſciendum.*

Digitized by Google

indè idem dubium contrario modo circà uſuras reſolvitur à Canoniſtis, ac Theologis; nàm Theologus in dubio ad favorem animæ pronunciare debet prò uſurâ, (15) & ratio eſt, quam adducit *Cravetta*, (16) quià in foro conſcientiæ eligi debet opinio, quæ prò animâ ſit tutior, & ideò pronunciandum eſt prò peccato, ad illud præcavendum. Canoniſta autem contrario modo ſententiare debet; nàm cùm uſura quid facti ſit, quod non præſumitur; in dubio pronunciare debet, quòd uſura non ſit. Quæ autem dicta ſunt, intelligi debent de jure, quod tangit factum præteritum; puta, àn in contractu jàm facto, intervenerit uſuraria pravitas. Sed ſi loquamur de concernente actum futurum, nempè an fieri poſſit talis contractus; dico, quòd attendenda eſt deciſio Theologi, potiùs, quàm Canoniſtæ; hæc enim ſalvare ſolummodò poteſt hominem à ſententiâ Judicii humani, ſi pronunciet non eſſe in foro fori crimen, quod in foro interno crimen eſt; ſed judicium Divinum non evadet; undè circà hoc tutius eſt, ſentire cum Theologo, quàm cum Canoniſtâ.

6 Committitur porrò *uſura* directè in mutuo; indirectè autẽ in cæteris contractibus, (17) quorũ modi multiplices ſunt, nã ſubtilitas avaritiæ humanæ infinitas invenit vias, quibus legi illudat, & ad optata lucra perveniat; illas autẽ in universũ recenſere noſtri inſtituti nõ eſt, & adeundi ſunt Theologi Morales, qui dè Juſtitiâ, & jure ex profeſſo ſcribunt, apud quos caſus expreſſi inveniuntur; ſolidum intereà teneatur fundamentum hoc, quòd quotieſcunque quis prò pecuniâ mutuatâ, vel quâcunque aliâ re, quæ ipſo uſu conſumitur, commodatâ, accipit ultrà ſortem, interveniente pacto tacito, aùt expreſſo, aliquid prætio æſtimabile, ſemper intervenit uſura, ut Doctores communiter cum *D.Thoma* (18)

7 Quià verò, ut infrà dicemus, Uſurarii manifeſti multas incurrunt pœnas, dicendum eſt, qui nam ſint Vſurarii manifeſti. Dico igitur, cum *Gloſſa*, (19) quòd Uſurarii manifeſti ſunt, qui tales notoriè ſunt, aut notorietate juris, nempè, quandò judicialiter conuicti, aùt confeſſi, & ut tales ſententiati; aùt notorietate facti, *quià tenet bancum publicum ad fænerandum, & paratus ſemper eſt, cuilibet volenti accipere pecuniam ſub uſuris, eam mutuare*; & etiam ſi domi ſecretò *uſuras* exercet, dummodò interveniat qualitas aſſiduitatis, ac frequentiæ dandi ad *uſuram*, prout placuit *Archidiacono*, relato per *Menochium*, (20) deſideratur tamen ad hoc ſententia Epiſcopi, ſeù Judicis laici, qui pronunciet ſuper tali qualitate, ut pòſt *Hoſtienſem* docuit *Abbas*, (21) ſed interveniente tali ſententiâ ſit notorium juris, ut ſuprà dictum eſt. Redditur etiam uſurarius manifeſtus, ſi coràm Sacerdote, (aùt Notario) & Teſtibus quis extrajudicialiter confiteatur, ſe uſuras exercuiſſe, ut vult *Gloſſa* quædam, (22) quod intelligendum eſt, ſivè talis confeſſio facta ſit in teſtamento, ſivè extrà teſtamentum, dummodò confiteatur, ſe uſurarium eſſe, ut proindè mandet hæredibus, ſivè teſtamentariis Executoribus, malè acquiſita reſtituere, (23) oportet tamen, quòd ultrà talem confeſſionem verè appareat de extortis uſuris, ut poſt quoſdam, docet *Maſcardus* (24)

## Probatio,

### SVMMARIVM.

8 *Vſura eſt difficilis probationis*
*Duæ veriſimilitudines, ſe juvantes, faciunt vehementem præſumptionem uſuræ ad pœnam extraordinariam.*
*Probationes imperfectæ in crimine uſuræ debent iungi.*
9 *Teſtes ſingulares probant uſurarium in genere.*
10 *Vſura probari poteſt ex libris computorum Vſurarii, qui poteſt compelli ad eos exhibendos.*
11 *Fama cum adminiculis probat uſuram.*

8 Crimen *uſuræ* eſt difficilis probationis, propter cavillationes fæneratorum, & quià contractus uſurarii velatè, & clandeſtinè fieri ſolent, ut poſt *Alexandrum*, & *Cravettam* tenet *Bajardus*, (25) ſequitur proindè, quòd in hoc probando, poſſit procedi per conjecturas etiam diverſæ ſpeciei, & quàmvis probationes non eſſent neceſſariò concludentes, tamen, quandò intervenirent ſaltem duæ veriſimilitudines ſe juvantes, inducerent vehementem præſumptionem, etiam ſufficientem ad condemnationem ad pœnam extraordinariam; (26) & aliæ imperfectæ probationes junguntur ad effectum plenæ probationis, ut poſt *Pariſium*, *Butrium*, *Decium*, *Alexandrum*, *&* *Tiraquellum tenet Maſcardus* (27)

9 Diſputant autem Doctores, àn in hoc crimine Teſtes ſingulares probent, & nonnullis affirmantibus, & aliis negantibus, eos concordat *Maſcardus*, poſt quoſdam, (28) dicendo, quòd per Teſtes ſingulares probatur, quòd aliquis ſit uſurarius in genere, & ſic procedit ſententia affirmantium: ſed ad probandum de aliquo contractu uſurario in ſpecie, ſingulares Teſtes non proſunt, & hoc modo procedit opinio negantium. Ampliatur autem concluſio, quòd Teſtes ſingulares probant uſuram in genere, quàmvis ipſi eſſent participes criminis, & deponerent ſolviſſe uſuras, ac contractus uſurarios cum Uſurario iniiſſe, dummodò tamen hujuſmodi Teſtes deponerent ad favorem tertii, ut poſt multos, quos citat, ſcribit *Menochius*, (29 qui teſtatur de magis communi; debent tamen tales Teſtes proteſtari, quòd ex eorum teſtimonio non intendunt aliquod jus ſibi quæri ad repetendas *uſuras* ſolutas, ut apud *Baiardum* (30) plures ſcribunt. Non deſunt temerè, qui volunt, quòd nullo modo probetur *uſura* per ſupradictos Teſtes; undè ſcribunt, in facti contingentiâ, eſſe potiùs Reum torturæ ſubiiciendum, ut ſcribit *Natta*. (31) Sed diſcordantes Doctores conciliat *Maſ-*

(15) *Caſſanæ.Bero.Burſat.apud Baiard.ad Clar.§.Vſura.num.5.*
(16) *Cravet.Conſil.48.nu.8.*
(17) *Deciſ. Pedemont. 65. num. 36. Bero. Conſ. 168. vol. 1. Menoch. Conſ. 108. nu. 28.*
(18) *D.Thom.2.2.Quæſt.78.Art.2.Panimol.Deciſ.44.num.1.*
(19) *Gloſſ.in cap.p.in figur.caſ.V.Sed quæri.de Vſur.in 6.*
(20) *Archidiac.in cap.1.de Vſur.lib.6.apud Menoch. de Arbitr.Iudic. Caſ.235.nu.10.*
(21) *Hoſtien.apud Abbat.in cap.Cum in Diæceſi.num.5.de Vſur.*
(22) *Gloſſ.in cap.Quanquam.in V.Manifeſt.de Vſur.lib.6.*
(23) *Bald.Conſ.447.nu.11.vol.5.Iaſo.Conſ.78.in fin.lib.3.*
(24) *Maſcard.Concl. 1420.nu.13. & ibì Caſtren. Cravet. & Io. Bap lup.de Vſur.Comment.4.in Prefat.nu.31.*
(25) *Alex.Conſ.46.col.1.vol.3. & Conſ.54. col.1. vol.1.Cravet.Conſ. 73.nu.7.apud Baiard.ad Clar.§.Vſura.nu.22.*
(26) *Corne. & Cravet.apud Maſcard. Concl. 1419.nu. 8.Baiard. loc. cit. & ibi Bald.Novel. & Plot.*
(27) *Marſcard.d.Concl.1419.nu. 10. & ibì Pariſ. Butr.Dec. Alex. & Tiraquel.*
(28) *Maſcard.loc.cit.n.13. & ibì Innoc. Bald. Abb. Covaru: & Lup.*
(29) *Menoch.de Arbitr.Iudic.Caſ.235.nu.23.*
(30) *Baiard.ad Clar.§ Vſura.num.23. & ibì Bald.Dec.Iaſon I. B. Lup. & Cravet.*
(31) *Natta Conſ.369.nu.11.apud Baiard.l.cit.num.25.*

Digitized by Google

*Maſcardus* (32) dicens, quòd prima opinio procedit, quandò contrà Uſurarium proceditur civiliter; ſecunda verò, quandò agitur criminaliter.

10 Quià autem ſummè difficilis eſt probatio hujuſmodi uſurariæ pravitatis, licèt, pròut dicunt jura, (33) non ſint ſumenda arma de domo adverſarii, nihilominus poſſunt hujuſmodi fœneratores compelli, ut eorum libros rationum exhibeant, ad probandas per eoſdem libros uſuras exercitas, ut textualiter habet *Clementina*. (34) Hoc autem intelligendum eſt de libris, qui tenentur in publico, in quibus partitæ debitorum adnotantur, quemadmodùm ſunt libri matriculati Mercatorum, non verò de libris privatis, quos quilibet cordatus paterfamilias domi recluſos retinet, & in iis domeſticorum negotiorum memorias adnotat, ut advertit *Gloſsa*. (35)

11 Inſuper delictum uſuræ probari poteſt per famam, ac communem opinionem, dummodò tamen Teſtes, qui ad hoc adhibentur, deponant, quòd audierunt apud omnes, aùt majorem partem populi, & dummodò cum famâ concurrant alia adminicula, ut ſcribit *Maſcardus*. (36) Stantibus verò talibus adminiculis, poteſt Epiſcopus, talem eſſe Uſurarium pronunciare, & per talem ſententiam ille evadit publicus Uſurarius, ut ex jure deducit *Abbas*. (37)

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

12 *Pœna uſuræ de jure Civili.*
13 *Pœna uſuræ de jure Canonico, & quid requiratur, ut incurrantur.*
14 *Uſurarius manifeſtus, quas pœnas ſubit.*
15 *Non eſt permittendus aſſiſtere, nèc miniſtrare Sacrificio Miſsæ.*
16 *Uſurarii oblationes non recipiuntur in Eccleſiâ, niſi datâ cautione de reſtituendo.*
17 *Privantur Eccleſiaſticâ ſepulturâ.*
18 *Niſi factâ reſtitutione uſurarum non poſſunt condere teſtamentum.*
19 *Incurrunt infamiam juris, ac ſunt irregulares.*
20 *Pœna Clericorum exercentium uſuras.*
21 *Regularis uſurarius, quomodò puniendus.*

12 Quantùm ad pœnas Uſurariorum, de jure Civili, arbitrio Judicis committi voluit *Clarus*. (38) earum tamen ſeriem ex eodem jure compulſatâ, recitat *Menochius*, (39) & ex ſententiâ *Molinæi*, & *Paponis* ſcribit *Gothofredus*, (40) quòd, quàmvis in jure Civili de pœnis Uſurariorum nihil expreſsè habeatur, niſi, quòd infamiam incurrant, (41) tamen poſſint per Judicem conveniri, torqueri, & extraordinariè puniri, argumento cujuſdam Digeſti, (42) in quo ſancitur, quòd Publicani extraordinariè puniantur, ſi ultrà debitum aliquid à privatis exigant; pròut faciunt Uſurarii, ultrà debitum ſortis principalis, exigentes uſuras.

13 Quò verò ad pœnas Canonicas, diſtinguendum eſt, nàm vel loquimur de uſurâ occultâ, ſeu ſecretâ, vel de publicâ, ſivè notoriâ. Quò ad primam, nullæ pœnæ latæ ſententiæ reperiuntur in iure contrà uſurarios occultos, ut teſtatur *Toletus*. (43) proindè Confeſſarii circà tales gerere ſe debent, ſicùt cum cæteris, qui obnoxii ſunt reſtitutioni. Quò verò ad ſecundam, plures ſunt pœnæ, dummodò tamen delictum fuerit plenè conſummatum (non ſolùm paciſcendo, ſed etiam exigendo uſuras,) & ſit etiam cum exercitio, & conſuetudine fœnerandi, quæ requiritur ad hoc, quòd quis dicatur uſurarius manifeſtus, ut dictum eſt ſuprà *num.* 7, aliter non incurruntur, ut dicunt *Doctores*. (44)

14 Prima pœna eſt, quòd Uſurario manifeſto omnia Sacramenta deneganda ſunt, donèc uſuras realiter reſtituerit, aùt idoneam cautionem præſtet de reſtituendo juxtà vires ſui patrimonii, ut textualiter dicitur in jure. (45) Cautio autem debet eſſe pignoratitia, aùt fideiuſſoria, ut cum communi vult Covaruvias; (46) dummodò poſſit Uſurarius pignore, aùt fideiuſſione congruâ cavere; ~~ſed ſi ſolvendo non ſit, nèc fideiuſſorem reperit~~, debet dare cautionem juratoriam de reſtituendo, quandò poterit; ac etiam jurare, quòd tunc aliam cautionem meliorem, quàm juramentum, præſtare non poteſt, ut habet *Gloſsa*. (47)

15 Secunda pœna eſt, quòd Uſurarius manifeſtus ante reſtitutionem, ſivè cautionem de reſtituendo, ut dictum eſt, non eſt permittendus miniſtrare, neque aſſiſtere Sacrificio Miſſæ, cum enim publicè, & notoriè criminoſi ſint, ut ſupponimus, ſacro Altari miniſtrare, ac Divinis myſteriis intereſſe prohibentur, ut ſanxit *Tridentinum*. (48)

16 Tertia pœna eſt, quòd antè ſatisfactionem, aùt cautionem, ut ſuprà dictum eſt, uſurarius manifeſtus non eſt admittendus ad oblationes, non ſolùm illas, quæ fiunt inter Miſſarum ſolemnia, ſed etiam eas, quæ abſolutè Deo fiunt. (49) intelligendæ autem ſunt oblationes gratuitæ, non autem oneroſæ, ut ſunt decimæ, primitiæ &c. quas ſolvere obligatus eſt, ut habet quædam *Gloſsa*, (50) & inſuper accipiendæ ſunt oblationes propriæ, non autem impropriæ, quales ſunt, quæ dantur prò Miſſis celebrandis, aùt quæ pauperi in eleemoſynam offeruntur, ut ſcribit Suarez. (51)

17 Quarta pœna eſt, quòd ſupradicti admitti non poſſunt ad Eccleſiaſticam ſepulturam, etiamſi pænitentes deceſſerint, niſi præviâ reſtitutione reali, aùt cautione ſupradictâ de reſtituendo, (52) & in odium uſurariorum appoſita eſt pœna ſuſpenſionis, (53) & excommunicatio-

(32) *Maſcard. de Probat. Concluſ. 1419. num. 18.*
(33) *l. Nimis grave. C. de Teſti. l. final. C. de Eden.*
(34) *text. in Clement. unic. §. Cæterùm. de Uſur.*
(35) *Gloſſ. in cit. Clement. V. Rationum.*
(36) *Maſcard. de Probat. d. concluſ. 1419. nu. 28. 29. & 30.*
(37) *arg. cap. Cum in Diœceſi de Uſur. & Gloſ. in cap. 2. eo. tit. in 6. Abb. in cap. Quia in omnibus. eo. tit. in fin.*
(38) *Clar. §. Uſura. V. Sed quæro. nu. 10.*
(39) *Menoch. de Arbitr. lib. 2. Cent. 4. Caſ. 390. per tot. apud Baiard. ad Clar. l. cit. num. 17. lit. H.*
(40) *Gothofr. ad l. 20. lit. K. C. Ex qui. cauſ. infa. irrog. & ibi Molina. & Papo. lib. 2. Arreſt. 7. nu. 24.*
(41) *text. in l. Improbum. C. Ex qui. cau. inf. irrog.*
(42) *l. locatio. §. Quod illicite. ff. de Public.*
(43) *Tolet. Inſtr. Sacerdot. lib. 5. cap. 36. §. final.*
(44) *Sylveſt. Sum. V. Uſura 9. Quæſt. 4. & 8. Turrian. de Juſt. Diſp. 63. Dub. 3. nu. 6. Ugolin. de Uſur. cap. 24 §. 5. nu. 3.*
(45) *text. in cap. Quia in omnibus. Extra. de Uſur. cap. Quanquam. eo. tit. in 6.*
(46) *Covaruu. Variar. lib. 3. cap. 3. nu. 6.*
(47) *Gloſſ. in cap. Quanquam in V. Idoneè. de Uſur. in 6.*
(48) *Tridentin. Seſſ. 22. Decret. de Obſer. & evit. in celebr. Miſſ.*
(49) *text. in cap. Quia in omnibus. de Uſur.*
(50) *Gloſſ. in cap. 2. in V. Oblationes. 90. Diſt.*
(51) *Suar. de Cenſur. Diſp. 31. Sect. 2. num. 6.*
(52) *text. in cap. 3. Extra. de Uſur. cap. Quanquam. eo. tit. in 6. Gloſſ. in Clement. unic. in V. Manifeſt. eo. tit.*
(53) *text. in d. cap. 3. de Uſur.*

Digitized by Google

cationis ipſo facto (54) Clericis, admittentibus eos ad Eccleſiaſticam ſepulturam.

18 Quinta pœna eſt, quòd manifeſti Uſurarii non poſſunt condere Teſtamentum, nequè Codicilla; nequè facere donationes causâ mortis, (55) niſi priùs realiter reſtituerint, aùt de reſtituendo caverint, pròut ſuprà; & quàmvis teſtamentum factum ſit antè uſuram commiſſam, tamen irritatur, ſi ex pòſt Uſurarius manifeſtus reddatur Teſtator. (56)

19 Sexta pœna eſt infamia juris, & ex conſequenti inhabilitas ad beneficia, & irregularitas ad Ordines, ut ex jure (57) elicitur. Verum eſt, quòd multi Doctores tenent, quòd ſupradictæ pœnæ contrà uſurarios afficiant tantùm Uſurarios, nominatim declaratos tales, ut refert *Theſaurus*, (58) non verò alios.

20 Quò autem ad Clericos exercentes uſurariam pravitatem, multas pœnas ingerunt ſacri Canones; nàm in uno (59) repelluntur à beneficiis obtinendis; in alio (60) ſuſpenduntur ab obtentis; in alio (61) dejiciuntur à gradu, & alienantur à Clero; & in quodam Concilio (62) ſancitur, quòd, *Si quis Clericorum detectus fuerit uſuras accipere, degradetur*; ſicut priùs in Concilio Nicæno (63) Statuta fuerat Clerici uſurarii dejectio à Clericatu.

Ex citatis Canonibus concludunt Doctores, (64) quòd Clerici uſurarii, primò ſuſpendi debent ab officio, ac beneficio, ſi habeant utrumque, vel alterum; & ſi per hoc non corriguntur, debent degradari, & quià infames de jure Civili ex delicto, tales etiam ſunt de Canonico, ex notis juribus; & Vſurarii manifeſti in jure Civili infames ſunt, ut ſuprà dictum eſt; ſequitur, quòd etiam Clerici tales infames ſint: infamia autem talis tolli poteſt per Epiſcopum, ſi Clericus pœnitentiam agat, ac acceptas uſuras reſtituat, ut ſcribit loco proximè citato Diaz.

21 Quid verò juris, ſi Regularis uſuras exerceat? Rarum hoc quidèm, imò rariſſimum eſt; & unum tantùm de hoc crimine Reum audivi, cùm tamen plures Clericos ſæculares uſurarios notorios viderim; tamen evenire poteſt. Dico igitur, quòd proportionaliter puniendus eſt pęnis Clericorum, ſi deſint municipales Ordinum leges. Dixi *proportionaliter*, non enim Regularis privari poteſt beneficiis, quorum incapax eſt; nec degradari, aut à Clericatu dejici, cùm inamovibiliter maneat per vota Deo mancipatus. Sed debet Officiis Ordinis ſui, Prælaturis, & dignitatibus ſpoliari; & inſuper pęnis proprietariorum percuti, cùm delinquat contrà votum paupertatis.

(54) *Clement.1. junct. gloſ. in V. Manifeſtos de Sepul.*

(55) *Barboſ. in cap. Quanquam. nu. 8. & 9. Clar. §. Teſtamentum q. 26 init. & §. Donatio. quæſt. 7.*

(56) *Surd. Lup. Geminian. Anchar Covar. & Vgolin. apud Theſaur. de Pœn. par. 2. V. Vſura. cap. 1. ℣. Amplia tertiò.*

(57) *text. in cap. Inter dilectos. dè Exceſſ. Prælat. cap. Infames. 3. q. 7. & 6. q. 1. Improbum C. Ex qui. cau. infam. irrog.*

(58) *Theſaur. V. Vſura. cap. 1. ℣. limitant. ſecundò. & ibi Suar. Leſſ. Salas. Filliuc. Bonac. & Vgolin.*

(59) *text. in cap. Inter dilectos. de Exceſſ. Prælat.*

(60) *cap. Præterea junct. Gloſ. in V. Suſpendas. de Vſur.*

(61) *text. in cap. Si quis oblitus. 14. q. 4.*

(62) *Concil. Eliberin. cap. 20. relat. in cap. Si quis. 47. Diſt.*

(63) *Concil. Nicæn. cap. 17. relat. in cap. Quoniam. 14. q. 4.*

(64) *Diaz Pract. crim. Canon. cap. 88. Hoſtien. Sum. Rubr. de Vſur. §. final. ℣. Alia à Iudice. Pellizzar. Manual. regul. Tract. 9. cap. 4. num. 193.*



Digitized by Google

# TITVLVS QVARTVS

## DE

## Delictis contrà Caſtitatem.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſtitatis deſcriptio.*
2 *Ejus elogia remiſſivè.*
3 *Eſt ad ſtatum Religioſum requiſita.*
4 *Non poteſt diſpenſari à Papa.*
5 *Hoc intelligendum, ſinè magna cauſa.*
6 *Hoc idem docuit D. Thomas.*
7 *Mutavit poſteà ſententiam.*
8 *Caſtitas non admittit parvitatem materiæ.*

POſt crimina contrà obedientiam; & paupertatem, ad ea deſcendimus, quæ labefactant *Caſtitatem*. Eſt autem hæc, ut ſcribit *Climacus*, (1) *Incorporea naturæ familiaritas; Chriſti jucundum diverſorium; terreſtris clypeus cordis, exceſſiva naturæ abnegatio*; Hujus plura elogia, præſertim ex *S. Ephrem Syro* contexit *Alvarez*, (2) quæ expendere *Aſcetici* potiùs, quàm *Criminaliſta* eſt. Unum dicam, & eſt, quòd *Caſtitas*, ità eſt ſtatui Religioſo adnexa, & ad ejus perfectionem requiſita, ut probat *D. Thomas*, (3) quòd ſuper ea, nequè *Summus Pontifex* poſſit diſpenſare, prout textualiter habetur in quodam Canone, (4) quod tamen intelligendum eſt, ſinè magnâ causâ, ut communiter cenſent Canoniſtæ, (5) & docuit *D. Thomas*, (6) licèt poſteà ſententiam mutaverit in *Summa*, (7) Cenſetur proindè ità propria Religioſo Clauſtrali, vt de nullo vitio perſonæ Regularis magìs ſcandalizentur Sæculares, nec illa majus damnum in exiſtimatione patiatur, quàm ex læsâ quovis modo, vel leviter *Caſtitate*, quæ tamen levitatem non admittit, quià paruitatem materiæ à mortali excuſantem non habet, ut docent Theologi, (8) labefactatur *Caſtitas* per plura Crimina, tùm *ſecundùm*, tùm *contrà naturam*, ea autem enumerare ſuperfluum eſt, cùm ſingillatim omnia inferiùs ſuo ordine expendantur.

(1) *Io. Climac. Schal. profect. grad. 15.*
(2) *Alvarez de Vit. Spirit. Tom. 2. lib. 5. Par. 2. cap. 1.*

(3) *D. Thom. 22. q. 186. art. 4.*
(4) *cap. Cum ad Monaſter. de Stat. Monach.*
(5) *Panormit. in cap. Cum ad Monaſter. num. 22. & ibi Innoc. Pelin. & alii de Stat. Monach.*
(6) *D. Thom. in 4. Diſt. 38. q. 1. art. 4.*
(7) *2. 2. q. 88. art. final.*
(8) *D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 4. D. Antonin. Par. 2. Tit. 5. cap. 1. num. 9. Sylv. V. Delectatio q. 5. Leſſ. lib. 4. cap. 3. nu. 59. Azor. par. 3. lib 3. cap. 25. Rebel. Par. 2. lib. 3. q. 19. ſect. 3. Sanch. Moral. lib. 6. cap. 6. nu. 12. Baldel. lib. 3. Sum. Diſt. 14. n. 3. apud Pelliz. Manual. Tom. p. Tract. 4. cap. 3. n. 56.*



Digitized by Google

## §. I.

# Conſortium ſuſpectum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Eccleſiaſtici cavere debent à quàvis ſpecie mali.*
*Familiaritatem cum mulieribus debent ſugere.*
*Nimia familiaritas cum fœminis etiam conſanguineis vetita Clericis ſub cenſuris.*
*Familiaritas quid propriè ſit, & quid largo modo.*
2 *Suſpicio legitima mali circà incontinentiam, à quo deducenda.*
*Clerici non poſſunt cohabitare cum mulieribus, etiam ſibi coniunctiſſimis, ſi iſtæ ſint ſuſpectæ.*
*Quidam Epiſcopi malam famam contraxerunt ex nimiâ familiaritate eorum cum propriâ filiâ, & Nepte.*
3 *Suſpicio rationabilis evadit, ſi ad eam concurrant duo fundamenta.*
4 *Canonica monitio, & poſt eam reincidentia in nimiam familiaritatem cum fœminis, neceſſaria ad crimen ſuſpecti conſortii.*
*Facta monitione de crimine vitando, reincidentia probat crimen.*
5 *Actiones, ex quibus emergit ſuſpectum conſortium.*
6 *Plures actus requiruntur ad generandam ſuſpicionem mali conſortii.*
7 *Monitio Canonica qualiter fiat.*
8 *Quatuor actus familiaritatis requiruntur ad conſortium ſuſpectum.*
9 *Indicia ſuſpecti conſortii remota, proxima, & violenta.*
10 *Opinio Sgroi circà recidivantem poſt monitionem Canonicam.*
*Quid faciendum à Marito ſuſpicante de adulterio Uxoris.*
*Opinio Bartoli de punitione adulterii præſumpti.*
11 *Maritus percutiens Clericum adulterantem cum propriâ Uxore, non incurrit Excommunicationem.*
12 *Laici, abſquè licentiâ Epiſcopi, loquentes cum Monialibus non ſibi coniunctis, olim excommunicabantur.*
*Laicis, & Clericis vetitum frequentare Monaſteria Monialium ſub pœnâ excommunicationis, & depoſitionis reſpectivè.*
*Regulares in pœnis Clericorum continebantur.*
*Lex pœnalis extenditur ob identitatem rationis; vel favore animæ; vel ad evitanda peccata.*
13 *Regulares de jure novo arctiùs prohibentur loqui cum Monialibus.*
*Decretum Sac. Congreg. circà hoc.*
*Declaratio Sac. Congregationis, quòd in locutione cum Monialibus non detur parvitas materiæ, non reperitur.*
14 *Regularis loquens Moniali abſquè licentiâ, an peccet venialiter, an mortaliter.*
*Opinio, quòd lex humana pœnalis ex ſe non obliget ad mortale.*
*Lex pœnalis obligat in conſcientiâ juxtà qualitatem materiæ.*
15 *Regularis alloquens Monialem abſquè licentiâ, non peccat mortaliter.*
*De diſputantibus de valore Decretorum Sac. Congreg. remiſſivè.*
*Lex abſquè publicatione non ligat.*
*Lex humana per non uſum ceſſat obligare.*
*Lex vetans collocutionem, & frequentiam cum Monialibus, non ſervatur.*
16 *Decretum Sac. Congr. ob non uſum deſinit obligare in conſcientiâ.*
17 *Quæſita varia circà locutionem cum Monialibus.*
18 *Solvuntur unico principio.*
*Lex pœnalis extenditur, quandò aliàs redderetur inutilis.*
19 *Vox valida eſt ad ſuſcitandam incontinentiam.*
*Scribens ad Monialem puniendus ſicut alloquens.*
*Qui doceant, quòd ſcribentes ad Moniales pari modo delinquant, ſicut loquentes abſquè licentiâ.*

1 Quià juxtà *Apoſtolum*, (1) cavendum ab omnibus, & maximè Eccleſiaſticis eſt non ſolùm ab omni malo, ſed etiam à *quàcumque ſpecie malâ*; hinc eſt, quòd in viro mancipato divino famulatui, & maximè *Regulari*, ipſa etiam ſpecies mali crimen evadit. Hinc fit, quòd ſola familiaritas immoderata cum mulieribus, aut aliis perſonis, ex quibus ſuſpicio incontinentiæ oriri poſſit, quàmvis in facto non involvat crimen, de quo ab alijs ſuſpicatur, tamen delictum ex ſe punibile evadit; Undè antiqui *Canones* (2) omnibus Clericis familiaritatem cum fœminis ſub Cenſuris vetuerunt; & hoc non ſolùm cum extraneis, ſed etiam cum conſanguineis, *ſi ſit nimia*, ut patet ex pluribus Capitulis, (3) quæ familiaritas non ſolùm ſiſtitur in convivendo ſub eodem tecto, & eâdem familiâ (familiaritas enim propriè ſignificat conviventiam in unâ domo, ſub uno patre familias; undè *familiares* dicuntur perſonæ, ſivè res ad familiam ſpectantes, ut *ſervi*; (4) *familiaris res*, quæ publicæ opponitur; (5) *familiaria ſepulcra* alicujus familiæ perſonis conſtituta; (6) *familiaria veſtimenta*, (7) quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt &c.); ſed ampliori, & uſitato Vocabulo accipitur etiam prò *amicitiâ*, *converſatione*, *collocutione*, & *domeſticitate*.

2 Porrò juſtæ *ſuſpicionis* fundamentum ex duplici principio deducitur, puta, à perſonis, & actionibus, & quodlibet illorum ſufficit ad ſtatuendam legitimam *ſuſpicionem*. A perſonis quidèm, ſi illæ talis ſint qualitatis, quòd

(1) 1. *Theſſalonic. cap. 5. V. 22.*
(2) *Concil. Nicæn. cap. 3. relat. in cap. Interdixit 32. Diſt. cap. Quorundam. 34. diſt. cap. Clericos. cap. Sed ſi fortè. cap. Si quiſpiam cap. Volumus. cap. In omnibus. cap. Clerico 81. Diſt. Concil. Mogunt. cap. 10. cap. Si quiſquam Extrà de Cohab. Cler. & Mul.*
(3) *cap. 1. cap. Omnibus. cap. Epiſcop. 34. Diſt. Laura. Epi. V. Cleric. quò ad converſ.*
(4] *arg. l. 1. ff. de Vi, & vi arm.*
(5) *arg. l. Iuriſgentium. § 14. ff. de Pact. l. 4. ff. de Pub. iudic.*
(6) *text. in l. Familiaria. ff de Relig. & ſump. fun.*
(7) *text. in l. Veſtis. ff. de Aur. ergà legat.*
(8) *l. Qui iure ff de Acquir. poſſ.*

Digitized by Google

quòd poſſint generare *ſuſpicionem*, quòd Eccleſiaſticus poſſit ab illis ad peccatum provocari; Proindè licèt Sacri *Canones* (9) permiſerint Clericis cohabitare cum Matre, Aviâ, Materterâ, Amitâ, Sorore, & Nepte, tamen ſi iſtæ tales ſint *ſuſpectæ*, nempè malâ famâ laborent, non poſſunt cum illis habitare, ut ex *Concilio Moguntino* habet quidam *Canon*. (10) Sic ajens. *Inhibendum eſt, ut nullus Sacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio eſſe poteſt, retineat; ſed neque illas, quas Canones concedunt, Matrem, Amitam, & Sororem; quià inſtigante Diabolo, & in illis ſcelus perpetratum eſſe reperitur*. Ab actionibus autem, ſi tales ſint, quæ generare *ſuſpicionem* legitimam poſſint, ut ſecreta colloquia, nimia frequentia, ſequeſtratio &c. Undè quantùmvis coniunctiſſimæ ſanguine perſonæ ſint, tamen per tales actus redduntur *ſuſpectæ de incontinentia*. Proindè legimus in quodam *Canone*, (11) quòd quidam Epiſcopus ob immoderatam familiaritatem cum propriâ filiâ, malam famam contraxerat, vbi ait *Gloſſa*. *Non quòd aliquod ibi ſævi criminis exiſtimaretur, propter fœdus naturale; ſed quià coràm omnibus eam nimis oſculabatur, & ponebat manum in gremium ejus &c.*, & hoc idem accidiſſe cum quodam *Epiſcopo Quinqueccleſienſi* cum Nepte ſuâ, obſervat alia *Gloſſa* (12) cujuſdam Decretalis.

Sequitur igitur ex his, quòd eò major, & rationabilior evadat *ſuſpicio*. Si duo hæc fundamenta in facti contingentiâ copulentur; puta, ſi Eccleſiaſticus converſationem nimis familiarem habeat cum perſonâ, quæ malæ famæ ſit; vel Eccleſiaſticus ipſe malâ famâ ex ſe laboret; licèt perſona, cum quâ familiariùs converſatur, honeſtæ ſit exiſtimationis; legitimè enim ſuſpicari poteſt, quòd hæc ab illo pervertatur.

4 Verùm ad ſtatuendum crimen *ſuſpecti conſortii* non ſufficit nimia familiaritas, aliique actus, de quibus mox dicemus, ſed requiritur *Canonica monitio*, & pòſt hanc, reincidentia. Et hoc apertè convincunt plures *Canones*, (13) qui ſtatuunt hujuſmodi ſuſpectos debere *moneri Canonicè*; & ſi poſt monitionem, in priori converſatione involuantur, tunc excommunicentur. Et quantùm ad neceſſitatem præviæ hujus trinæ monitionis, Canones imitatur lex Civilis; (14) quæ ſtatuit, quòd, *ſi qui ſuſpicionem habeat de alio familiariter colloquente cum Vxore ſua, debet per tres vices illum monere, ut abſtineat; & ſi poſt hoc adhuc colloquentem invenerit, poſſit in eum animadvertere, vel Iudici puniendum tradere.* Ex quo habemus, quòd poſitâ monitione, noua reincidentia ſufficienter probat crimen ad pęnam.

5 Diximus autem ſuprà, *ſuſpectum conſortium* oriri ex qualitate perſonæ, & actionis. Prima quidèm, ſi ſit malæ famæ &c. Actiones verò, ait S. *Bonaventura*, (15) ſi tales ſint, quòd *ſuſpicionem immunditiæ generare ſolent; Puta, ſi prò colloquiis habendis, quæratur locus ſolitarius, & obſcurus: tempus nocturnum, aut aliàs importunum, nempè, quandò Fratres omnes ſunt in Choro, vel Refectorio. Si geſtus ſit diſſolutus; puta, nimia appropinquatio ad mulierem, vel nimia affixio occulorum ad faciem ejus: vel manuum contactus. Item ſi talia colloquia fiant, excluſo aliorum auditu, licèt non viſu; & ſunt cum perſona frequentata, abſquè vllâ manifeſtâ, piâ, ſeù rationabili causâ.* His poſſunt addi litteræ, ſivè ſalutationes frequentes per internuncios miſſæ; munuſcula, aut per ſe tradita, aut per interpoſitam perſonam miſſa; laudatio pulchritudinis affectata, reciproci occulorum nictus, quæſitæ occaſiones ſe videndi, & ſexcenta hujuſmodi, quibus proditur ſenſualis paſſio ergà perſonâ *ſuſpectam*; & quæ juxtà conſuetudinem Patriæ à viro cordato, & prudenti interprætari poſſunt, tanquàm incentiva libidinis, & non ceremoniæ *urbanitatis*.

6 Omnia autem ſupradicta accipi debent non de uno, ſed de pluribus actibus, per quos poſſit dici inducta frequentia. Exiſtimat autem *Sanctorus*, (16) pòſt *Baldum, Decium, Iaſonem, Curtium, & Barboſam*, duos ad minus actus requiri, (licèt ipſe plures deſideret) ad hoc, quòd dicatur inducta frequentia, ſed rem altiùs emedullando, dico, quòd multò plures debent eſſe actus, ut ex iis poſſit reſultare *Conſortium ſuſpectum* punibile.

7 Ad hoc autem demonſtrandum, adverto, quòd, ut ſuprà *num*. 4. dictum eſt, punitionem hujus criminis præcedere debet *monitio Canonica*, quæ, ut textualiter habetur in quâdam *Conſtitutione Gregorii Decimi*. (17) conſiſtit in *trinâ monitione, ſivè unâ prò tribus*. Adverto autem, quòd in tantùm fit ſecunda, & tertia monitio; in quantùm monitus, pòſt primam monitionem, non obedit mandatis; ſed dupliciter hoc contingere poteſt; uno modo, quandò monitus tenetur in termino aſſignato aliquid præſtare; ut ſi aliquis citetur, ad comparendum termino ſex dierum coràm Judice: alio modo, quandò monitus intrà terminum definitum, tenetur ab aliquo abſtinere. Licèt autem in praxi judiciali poſſit, tùm in primo, tùm in ſecundo caſu fieri una tantùm monitio, quæ ſpecificetur facta prò tribus; ſi nempè in eâ aſſignentur tres termini congruentes, puta, *monitorius* primus, & ſecundus; & tertius *peremptorius*, tamen non ità eſt in *monitione Canonicâ* extrajudiciali, & quæ non fit ſcriptò, pròut in caſu. Fundatur autem hæc aſſertio in *Evangelio*. *Si peccaverit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Si te non audierit adhibe tecum adhuc unum, vel duos. Si non audierit eos, dic Eccleſiæ*, (18) ex quo habetur trina, & diſtincta monitio, non autem una facta prò tribus; ſi quidèm prima eſt Secreta, & ſolitaria. Secunda ſecreta, ſed Teſtibus adhibitis, tertia verò publica; neceſſitas autem harum trium eſt, eò quià peccans monitus non reſipiſcit, ſed per novos actus prodit ſe in priſtino peccato permanere.

8 Ex hoc autem habetur, quòd plures actus peccaminoſi, quàm duo, debent intervenire ad hoc, quòd publica monitio fieri queat. Etenim, qui primò videt actum familiaritatis excedentis alicujus cum fęminâ, ex illo unico non poteſt rectè formare ſuſpicionem mali, neque ex hoc proximum monere, ut in poſterùm caveat. Oportet proindè, ut ad minùs duo ſint. Ut autem locus ſit ſecundæ monitioni coràm Teſtibus, requiritur nouus actus, quo prodatur, illum ex primâ monitione non profeciſſe; & ſic erunt tres. Et tandèm ad hoc quòd poſſit deveniri ad tertiam publicam monitionem oportet, quòd per alium actum manifeſtetur, quòd nihi

Y 2 pro-

(9) *cap. Cum omnibus. cap. Fœminas. 81. diſt. l. Eum qui. C. de Epi. & Cler.*
(10) *cap. Inhibendum. Extrà. de Cohab. Cler. & Mul.*
(11) *cap. Quorundam. junct. gloſſ. in V. Fama. 34. diſt.*
(12) *Gloſſ. in cap. Cum in inventute. in figur. caſ. de Purgat. canon.*
(13) *cap. Quorundam. 34. Diſt. cap. Si quiſpiam. 81. Diſt. cap. Si quiſquam. Extrà. de Cohab. Cler. & Mul.*
(14) *Authent. Si quis. C. Ad leg. Iul. de Adult. Novel. Vt liceat Mat. & Avi. §. His quoque Coll. 8.*
(15) *S. Bonavent. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 11.*
(16) *Sanctor. Comment. cap. 11. Stat. 4. V. Declarandum. fol. m. 576. & de Pœn. cap. 8. q. 1. V. Nequè ſola. fol. 347.*
(17) *cap. Conſtitutionem. §. Statuimus. de Sent. excom. in 6.*
(18) *Matthæ. cap. 18. n. 15, 16. & 17.*

Digitized by Google

profuerunt primæ duæ monitiones; & hoc modo erunt quatuor actus. Fateor quidèm, quòd primus actus poſſit in ſe habere aliquandò tales circumſtantias, quòd illam videns, legitimam queat formare ſuſpicionem; tamen tales actus extremè familiares regulariter ſupponunt alios præcedentes; cùm *Nemo de repentè fuit turpiſſimus*; (19) proindè actus ille plures præcedentes virtualiter includit.

9 Advertendum autem, quòd actus inducentes *ſuſpectum conſortium* poſſunt eſſe aut indicia *remota*, aut *proxima*; aut *violenta*. *Remota* quidèm, ſi ſint ea, quæ enumeravimus infrà §. *Adulterium num.* 15. *& ſeqq.*, *proxima* autem, prout ibidèm diximus *à num.* 3. *& ſeqq.* *Violenta* verò, ſi ex illis poteſt Judex devenire ad pœnam extraordinariam (quippè ad pœnam ordinariam ex indiciis etiam violentiſſimis deveniri non poſſe in delictis carnis, probaviſſimus, loco ſupracitato poſt *num.* 22.) delicti, de quo eſt ſuſpicio.

10 Opinatur autem *Sgroi*, (20) quòd ex *monitione Canonicâ* factâ alicui in caſu *ſuſpecti conſortii*, ſi is in eoſdem actus recideret, oriatur præſumptio juris, & de jure, ob quam poſſit Judex condemnare Reum, & quidèm pœnâ ordinariâ, ut videtur ipſe intelligere, licèt de hoc clarè non ſe explicet; & ſuam ſententiam fundat *in l. final. C. de Adult.*; ſed fallitur in hoc, nàm in lege ab eo citatâ nihil habetur ad intentum. Prò ſe facit *Authentic. Si quis ei C. ad leg. Iul. de Adulter.* in quâ ſancitur, quòd *Maritus ſuſpectum habens aliquem de adulterio cum propriâ Vxore, debet per tres vices ipſum monere, nè cum Vxore ſuâ colloquatur. Quòd, ſi poſt hæc, eos colloquentes repererit in domo ſuâ, aut adulteri, vel in popinis, vel in ſuburbanis, poteſt Maritus impunè ſuſpectum adulterum occidere. Si alibi invenìet, & hoc probet per tres Teſtes, tradet eum Iudici, qui, nullâ aliâ ratione quæſitâ, habet licentiam puniendi.* Et ex hâc colligit *Sgroi*, quòd ex tali præſumptione juris, & de jure poſſit Judex ad pœnam ordinariam devenire; cui poteſt addi etiam *Bartolus* (21) ad illam *Authenticam* ubi vult, quòd adulterium præſumptum, juris præſumptione probatum, punitur ſicut verum.

11 Sed contrarium tenet *Abbas*, (22) qui vult, quòd illa lex permittat ſoli Marito occidere, quià non alio modo potuit compeſcere juſtum dolorem ipſius; & proindè etiam lex Canonica, prout habetur in quâdam *Decretali*, (23) definit, quòd Maritus percutiens Clericum repertum in adulterio cum Uxore, Matre, Sorore, aut Filiâ, evadit Excommunicationem; Non tamen ultrà perſonam Mariti extenditur talis lex; nec vult, quòd Judex ex tali præſumptione procedat ad pœnam ordinariam adulterii. Licèt enim lex illa dicat, quòd Judex habeat *puniendi licentiam*; punitio hìc tacta accipienda eſt, vel prò pœnâ extraordinariâ, vel prò graviſſimâ torturâ, (quæ etiam ipſa pœna eſt) juxtà violentiam indicii ad habendam plenam confeſſionem. Et hæc expoſitio deducitur ex ventre ejuſdem legis, quæ ſequitur, quòd *ſi Maritus reperit Adulterum ſuſpectum colloquentem &c.* in loco Sacro, tradat illum, & Uxorem foro Eccleſiaſtico, ut ipſos ſervet, donec Judex *cognoſcens hoc, mittat Epiſcopo Civitatis, quatenùs ei iſti tradantur, ut debeant ſubire tormentum, ut nuncietur per eum ad Præſidem Provinciæ, qui ſecundùm leges, pœnam imponet legitimam.* Ex quo textu evidenter deducitur, quòd punitio, de quâ priùs loquitur, accipi debet de torturâ, de quâ apertè ex pòſt loquitur, reſervato jure Præſidi Provinciæ, imponendi pœnam legitimam juxtà id, quod deponent Rei in tormentis; puta, pœnam ordinariam, ſi fuerint confeſſi crimen; ſin minùs extraordinariam.

12 Ad ſpeciem criminis *ſuſpecti conſortii*, ſpectat non ſolùm nimia familiaritas, ſed etiam acceſſus ad Monaſteria, & collocutio cum *Monialibus*. Et quidèm diverſo modo reſpectu perſonarum ſtatuum diverſorum. Etenim per plura *Concilia* (24) vetitum fuit laicis alloqui *Moniales*, quæ non eſſent illorum conſanguineæ; & ſi ad eas accederent abſquè licentiâ Epiſcopi, anathemati ſubjiciebant juxtà Sanctionem *Concilii Ravennatenſis tertii*. (25) Clerici autem accedere ad Monaſteria non poterant ſinè licentiâ Epiſcopi, nec Epiſcopi ipſi, vel Presbyteri, niſi præſentibus aliis, (26) & hæc quidèm juxtà Canones antiquos. Sed ex ſanctione *Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III.* (27) Clericis, & laicis vetitum eſt frequentare Monaſteria *Monialium*, & ſi moniti Canonicè per Epiſcopum non deſiſtunt, Clerici depoſitione, laici excommunicatione debent mulctari; Regulares autem nè dum recenſitis legibus etiam ipſi tenebantur, ſed arctioribus; nàm etiam obtentâ Superiorum licentiâ accedendi, & colloquendi cum *Monialibus*, eas alloqui non poterant niſi in præſentiâ *Abbatiſſæ*, ut notat *Gloſſa* quædam. (28) Undè non ſubſiſtit opinio illorum, (29) qui dicunt, quòd cum *cap. Monaſteria de Vit. & hone. Cler.* loquatur de Clericis, & laicis, frequentantibus Monaſteria *Monialium*, non autem de Regularibus, ad hos talis lex, cùm ſit pœnalis, non poſſit extendi. Si quidèm lex pœnalis extenditur ad non expreſſa ob identitatem rationis in favorem animæ, & ad evitanda peccata, ut docent *Suarez*, & *Sanchez* (30) apud *Donatum*. Et cum hæc faveat animæ, ac Religioſo non obſervantiæ, & pericula incontinentiæ antevertat, utiquè ad Regulares extendenda eſt; attentò maximè, quòd ipſi perfectiori vitæ addicuntur, & majoribus periculis tentationum ſunt obnoxii.

13 Arctior de jure novo facta Regularibus eſt prohibitio alloquendi *Moniales* non ſolùm, ſed etiam quamlibet aliam perſonam degentem in Monaſteriis *Monialium* à *Sac. Congreg. Regularium* de mandato *Sixti V.* Decretum ejus dant per extenſum *Quaranta*, *Donatus*, & *Peyrinus*, (31) memorantque communiter ſcribentes de *Monialibus*. In hoc autem non ſolùm prohibetur allocutio ſimplex, & non frequentata. Et quantùmvis tale Decretum fuerit poſteà moderatum per *Sac. Congregationem*

(19) *Iuvenal. Satyr. 2. V. 83.*
(20] *Sgroi Par. 5. cap. 4. n. 29.*
(21) *Bart. in Authentic. Vt liceat. Matri, & Aulæ. §. His quoque.*
(22) *Abb. in cap. Si quiſquam. n. 3. de Cohab. Cleric. & Mul.*
(23) *cap. Si verò. il 1. Extrà de ſent. Excom.*

(24) *Concil. Arelaten. 4. cap. 7. Concil. Pariſien. 6 lib. 1. cap. 46. Concil. Mariſcon. 1. cap. 2. Concil. Nicæn. 2. cap. 20. Lauræ. Epi. V. monial circ. collocutio.*
(25) *Concil. Ravennat. 3 poſt Clem. V. cap. 11.*
(26) *Concil. Carthag. 3. cap. 25. Concil. African. c. 5. Lauræ. V. Virgines circà alia.*
(27) *Concil. Lateran. 3. relat. in cap. Monaſteria. Extrà de Vit. & hone. Cleric.*
(28) *Gloſ. in cap. Periculoſo. in V. Honeræ de Stat. Regular. l. 6. cap. Diſſinimus. 18. q. 2.*
(29) *Sanch. Panormit. & Tambur. de Iur. Abbatiſſ. diſp. 25. q. 23. n. 3.*
(30) *Suar. de leg. lib. 5. cap. 2. nu. 12. & lib. 6. cap. 4. n. 2. Sanch. de Matr. lib. 3. diſp. 42. n. 4. & lib. 7. diſp. 9. num. 8. apud Donat. Tom. 3. Tract. 6. qu. 4. num. 3.*
(31) *Stephan. Quarant. Sum. Bull. V. Monaſteria Monial. fol. m. 349. Donat. tom. 3. tr. 6. q. 5. Peyr. ad Contr. 6. B. Plii V. §. 1. num. 6.*

Digitized by Google

tionem de mādato *Vrbani VIII.* 12. *Cal. Decemb.* 1623., quod per extenſum recitatur à *Peyrino*, (32) & conceſſum Epiſcopis, ut licentia loquendi cum *Monialibus*, quæ poterat ſolùm concedi ab ipsâ *Sacra Congregatione*, amodò poſſit dari ab Epiſcopis quater in anno Regularibus, cum tamen, quòd *Moniales* alloquendæ ſint coniunctæ Regularis in primo, aut ſecundo gradu; tamen ſubſtantiale prohibitioni reſpectu cæterarum *Monialium* adhuc perſiſtit. Et quià multi Doctores (33) non ſinè optimo fundamento negabant, committere in illam prohibitionem eum, qui ad breve tempus *Monialem* alloqueretur, audio, prodiiſſe aliquandò aliud Decretum à *Sacra Congregatione*, per quod declarabatur non dari parvitatem materiæ in tali allocutione. Tale autem Decretum authenticum mihi videre non licuit, nec apud ullum Auctorem reperi. Nec *Nicolius*, aut *Lantuſca* nuperrimi talium Decretorum Collectores, ipſum referunt: *Theſaurus* autem de *Pæn. V. Monialis cap. 4. in fin.* illud innuit, & per extenſum non dat. Suſpicor, proindè fuiſſe clanculùm impreſſum, vulgatum, & poſtmodum optimo conſilio ſuppreſſum.

14 Controvertunt autem Doctores, àn talis allocutio Regularis cum *Moniali* abſquè licentiâ, involuat etiam culpam Theologicam, àn verò ſolam legalem, ſivè pœnalem. Sententia fuit aliquorum, (34) quòd non incurratur culpa niſi venialis; eò quià lex humana pœnalis, ſecluſis circumſtantiis extrinſecis, puta, Scandali, malæ intentionis, & ſimilium, non obligat ſub mortali, prout docuit *Martinus Navarrus*. (35) Alii autem communiter (36) tenent, quòd peccetur mortaliter; tùm quià falſum eſt, quòd lex pœnalis non obliget in conſcientiâ, nàm obligat ad veniale, vel ad mortale juxtà gravitatem materiæ, prout, poſt multos, (37) quos citat, probat *Donatus*; porrò materia allocutionis gravis eſt, cùm ſit prò honore *Sanctimonialium*, & prò ſalute animæ ad vitanda pericula incontinentiæ; Tùm quià, cùm hoc declaratum ſit à *Sacrâ Congregatione* ſub primâ Julii 1608. cujus Decretum refert ex *Longo Peyrinus*, (38) non eſt amplius locus opinandi in contrarium.

15 Mihi autem (Salvo meliori judicio) probabilior apparet prima Sententia, non quidèm ex ſuo, ſed ex alio fundamento. Non controvertendo enim de valore declarationis *Sacræ Congregationis*, de cujus Decretorum validitati (àn nempè habeant vim legis obligantis; àn verò auctoritatem tantùm doctrinalem) diſputant ad partes multi, quos dat *Diana*, & *Lezana*. (39) Pariter non controvertendo, àn dicta declaratio, tanquàm lex obliget, cùm non fuerit ſolemniter publicata; cùm tamen publicatio ità de ratione legis, ut obliget ad obſervantiam, ſit, ut abſquè publicatione non liget, ut docent communiter Theologi poſt *D. Thomam*; Adverto, quòd omnis lex humana, ſivè Canonica ſit, ſivè Civilis, quantùmvis juſta, moderata, & rationabilis per contrariam conſuetudinem, aùt præſcriptionem tollitur, & abrogatur, ità ut per non uſum illius deſinat obligare, ut communiter *Theologi*, *Canoniſtæ*, & *Iuriſperiti* profitentur. (41) Porrò talis lex prohibitiva, ut video, communiter non ſervatur. Etenim contrà Clericos, & laicos frequentantes Monaſteria *Monialium*, extant leges latæ, quas ſuprà retulimus, nèc tamen ſervantur, aut Epiſcopi eas ſervare faciunt per punitionem tranſgreſſorum. Si quidèm laicis frequentantibus Monaſteria *Monialium*, ut habetur ex citato *cap. Monaſteria. de Vit. & honeſt. Cleric.* debetur excommunicatio, & Clericis depoſitio, nec tamen ullibi locorum vidi hoc in uſu poſitum. Benè vidi laicos pauperes, ac Clericos tenues depræhenſos à birruariis, ad Monaſteria ad carceres duci, eò quià licentiam in ſcriptis non habebant; nèc tamen excommunicatos, aut depoſitos audivi; ſed tantùm pecuniâ mulctatos; Undè facile eſt agnoſcere, talem capturam factam eſſe non ſtudio tuendæ legis, ſed aviditate aucupandæ monetæ, quandò quidem non rarò videntur in nonnullis Curiis, mediante pecuniâ, conceſſæ licentiæ tùm menſurnæ, tùm annuales, accedendi ad Monaſteria, nullâ interveniente *rationabili causâ*, quam exquirit citatus Canon. Pariter laici nobiles, ſeù divitiis ſpectabiles, & Eccleſiaſtici copioſi paſſim frequentant Monaſteria, & non rarò cumſcandalo nutriunt amicitias, ac familiaritates cum *Monialibus*, & contrà hos per dictas pœnas ſpirituales non procedunt Epiſcopi, quàmvis ſciant; & hæc communiter in totâ Italiâ fit. Concludendum proindè dictam legem prohibitivam per contrarium uſum abrogatam.

16 Pari modo dicendum eſt de prædictâ inhibitione Regularibus factâ per citatum Decretum *Congregationis*. Si enim unus, vel alter Regularis timoratæ, ſeù potiùs ſcrupoloſæ conſcientiæ cavet ab allocutione *Monialium*, cæteri omnes docti, & ſpirituales de hoc non curant (loquor tamen de colloquio brevi, & indifferenti, & occaſionato, non autem de frequenti, & ad pravum finem,) & de illo ſibi conſcientiam non faciunt. Concludendum proindè, talem legem, quò ad peccatum mortale incurrendum, abrogatam ex contrario uſu eſſe. Nec tamen intendo relaxare habenas, & anſam præbere cuivis, ut huic ſententiæ fiſus, accedat indifferenter ad *Moniales*, & occaſione quæſitâ longos, aut frequentes cum illis miſceat ſermones. Si quidèm qui ſic ageret, ratione periculi, non eſſet immunis à culpâ mortali; ſed loquor de occaſione accidentali, in quâ, interveniente causâ aliquâ rationabili, puta, urbanitatis; curioſitatis non improbandæ; inſtructionis dandæ, ſeù recipiendæ, & ſimilium, brevem ſermonem haberi contingit. Talibus enim caſibus Regularem non peccare, firmiter teneo.

17 Occaſione hujus materiæ multa quærunt Doctores, puta, àn pari modo delinquat, qui loquitur *Moniali*, illâ minimè reſpondente: & qui loquitur per nutus, non

(32) *Peyrin. loc. ſup. cit. num. 7.*
(33) *Suar. Tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. n. 27. Sanch. & Bonacin. apud Donat. Tom. 3. Sr. 6. q. 12. n. 8.*
(34) *Sanch. in Decal. lib. 6. ca. 16. n. 120. Dian. Par. 1. Tr. 10. Reſol. 22. & Par. 3. Tr. 2. Reſol. 7. apud Donat. Tom. 3. Tr 6. q. 5. n. 4. Lezan. Tom. p. cap. 25. n. 36. Roderic. Tom. p. Q. 45. art. 4. ant. fin.*
(35) *Navarr. Manual. cap. 23. n. 57.*
(36) *Homobon. Caſu. 5. V. 4. ad fin. Bonacin. de Clauſur. q. 3. Pun. 4. num. 4 Pellizz. de Monial. cap. 5. ſect. 5. q. 5. n. 199. Verricell. Q. Q. Moral. Tr. 8. Miſcell. q. 46. n. 15. apud Donat. loc. cit. n. 5. Peyrin. ad Conſt. 6. B. Pii num. 36. & ibi long. Par. 2. Caſ. 3. n. 29. Barboſ. Iur. Eccl. cap. 44. n. 156. in fin.*
(37) *Sot. lib. 1. de Iuſt. q. 6. art. 4. & 5. Medin. 1. 2. q. 96. art. 4. Sylveſt. V. Obedientia, in fin. Covar. in Regul. Peccatum 2. Par. §. 5. n. 3. Sayr. Clau. Reg. lib. 3. cap. 9. n. 9. apud Donat. Tom. 1. Par. 1. Tr. 1 Queſt. 31. n. 20.*
(38) *Long. de Caſ. reſer. Par. 2. Caſ. 3. n. 29. Peyrin. ad Conſt. 6. B. Pii V. n. 36.*
(39) *Dian. Par. 1. Tr. 10. Reſol. 29. & Par. 5. Tract. 2. Reſol. 96. Barboſ. Iur. Eccl. lib. 1. cap. 4. n. 81. apud Lezan. V. Sac. Congr. n. 6.*
(40) *D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4.*
(41) *D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. Scot. in 4. Diſt. 25. q. 2. § Ad argu. V. Ad aliud poteſt dici F. 6. § Leges. ubi Gloſſ. in V. Abrogatæ. 4. Diſt. cap. final. Extrà de Conſuet. L. de quibus ff. de leg. L. 1. & 2. C. Quæ ſit long. Conſuet.*

Digitized by Google

non autem verbis articulatis, & qui loquitur abſquè acceſſu ad Monaſterium, ſed ſtans in domo, vicinâ Monaſterio: & qui mittit epiſtolam ad *Monialem*. Ad iſtas quæſtiones, prout communiter accidit, in omni materiâ dubitabili, ſunt nonnulli, qui negant, & alii, qui affirmant. Nos eorum fundamenta non examinamus; ſed quià ex unico principio omnes illas ſolvimus, hoc tantummodò tractamus.

18 Dico igitur, pari modo delinquere eum, qui datâ operâ, ſinè causâ rationabili, ac licentiâ requiſitâ, alloquitur *Monialem*, & illum, qui ad eam ſcribit; vel per nutus mentalem conceptum aperit, vel loquitur, ipsâ non reſpondente, vel illo minimè accedente ad Monaſterium. Ratio eſt; quià verba legis extendi debent ultrà propriam ſignificationem, ut voluntas legiſlatoris locum habeat, quandò aliàs lex redderetur inutilis, & ejus finis fruſtraretur, ut argumento cujuſdam *Gloſſa* (42), quam reputat ſingularem, ſcripſit *Baldus*. (43) Certum porrò eſt, mentem *Summorum Pontificum*, & *Concilii* in prohibendo acceſſu, & collucutione cum *Monialibus*, eam fuiſſe, ut interdicerentur ea omnia, per quæ poſſit violari virginalis integritas, ac pudicitia *Monialium*, quæ frequentiſſimè vitiatur ex converſatione cum viris. Licèt autem in promulgandâ lege prohibitivâ, utantur his verbis, puta, *acceſſu*, & *allocutione*; tamen ad hæc duo non præcisè limitatur eorum intentio (alioquin ipſa poſſet fruſtrari fine ab eo, qui non loqueretur, ſed ea practicaret, ob quæ non minùs, ac per verba poteſt accendi incontinentia,) ſed nomine horum, quæ fræquentiùs accidunt, & regulariter committuntur, veniunt ea omnia, per quæ hujuſmodi pericula incontinentiæ poſſunt ſuſcitari. Patet autem, quòd homo conceptum ſuum poteſt pandere ità per nutus; aut per verba, in competenti diſtantiâ prolata; aùt per ſcripturam, ſicùt per actualem locutionem, & poteſt accendi fomes concupiſcentiæ in *Moniali* ex verbis viri loquentis, licèt illa minimè reſpondeat, ſicut ſi reſponderet. Sequitur igitur hæc quatuor ità vetita eſſe per eandem legem, ſicut frequens *acceſſus*, & *allocutio*.

19 Imò dico, quòd validior eſt, Epiſtola ſcripta ad ſuſcitandum, ac fovendum ignem concupiſcentiæ, quàm ſint verba. Concedo quidèm, quòd vox, ac verba valida ſunt ad ciendam libidinem, juxtà illud Satyrici. (44)

. . . . . *Quod enim non excitat inguen.*
*Vox blanda, & nequam.*

tamen cùm raptim tranſeat, non habent illam vim nocendi permanentem, quam habet ſcriptura. Potuit aliquandò quis amatoria verba dicere *Moniali*; quæ tamen in animo illius aditum non invenerunt, vel quià ob aliqualem erubeſcentiam, non apertis, ſed æquivocis verbis, ſenſualis animus proditus eſt. Sed in Epiſtolâ, quæ non erubeſcit, poteſt quis apertiùs obſcænum ſenſum aperire, & voluntas legentis, quæ primò expugnata non fuit, ex replicatâ lectione ſuccumbere. Concludo igitur, quòd pari modo delinquit familiarem habens communicationem per Epiſtolas cum *Moniali*, ſicut, qui frequentat *acceſſum*, *ac colloquium*. Proindè non aſſentio doctrinæ *Roderici* (45) dicentis, quòd licèt jure communi prohibeatur frequentatio, & acceſſus ad Monaſteria *Monialium*, non tamen uetatur miſſio Epiſtolarum ad ipſas. Etenim uerum eſt, quòd non habetur in jure explicita talis prohibitio; habetur tamen implicitè, & per extenſionem prohibitionis, ad rationem tactam numero ſuperiori. Scio quidèm ultrà citatum *Rodericum*, etiam alios *Doctores* apud *Pignatellum* (46) ſentire, quòd non pari modo delinquat, qui ſcribit, & qui alloquitur *Moniales*; & illis poſſunt addi alii, quos cumulat, & ſequitur *Barboſa*; (47) qui docet ſcribentem ad *Moniales* non incurrere Cenſuram poſitam ab Epiſcopo contrà alloquentes illas. Non tamen recedo à ſententiâ meâ ob rationes ſuprà aſſignatas, quibus addo *Abbatem*, (48) qui plura jura cumulat ad demonſtrandum, quòd diſpoſitio pœnalis ex identitate rationis extenditur etiam ad non expreſſa. Nec valet communis reſponſio, quam etiam citat, & adducit *Raynaldus*, (49) qui cum ſupracitatis ſentit, quòd Conſtitutiones pœnales ſtrictè intelligendæ ſunt, nec eſt par ratio ſcribendi, & alloquendi, quià allocutio magìs movet, quàm ſcriptura. Etenim contrarium verius eſt, prout diximus; & opinio hæc poſſet ad plus verificari de unâ Epiſtolâ, obiter ad *Monialem* ſcriptâ; ſed non de frequentante litteras, & maximè amatorias; iſtæ ſiquidèm in præjudicium puritatis ſacrarum Virginum, tantum mali, imò plus cauſant, quàm *allocutio*.

## Probatio.

### *SUMMARIUM.*

20 *In crimine ſuſpecti conſortii non poteſt procedi per viam inquiſitionis.*
*Repertus cum armis non dicitur, niſi cum illis capiatur.*
21 *Hoc fallit inter Regulares.*
*In crimine adulterii, Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere per inquiſitionem.*
22 *Suſpectum conſortium quomodo probandum.*
*Delicta iterabilia per Teſtes ſingulares probantur.*
*Suſpectum conſortium probatur per Teſtes ſingulares.*
23 *Probatur etiam per corpus delicti permanentis cum adminiculis.*
24 *Probatur à qualitate perſona viri, aut fœmina.*
*Iuvenes aliquandò caſti, & ſenes luxurioſi.*
25 *Qualitas delicti, omnino probanda, quandò ſinè ea delictum non eſt.*
*Probandum, quòd Reus fuerit canonicè monitus, ut probetur ſuſpectum conſortium.*
26 *Monitio Canonica hoc caſu non requiritur, quòd ſit judicialis.*
27 *Monitio non requiritur, quòd ſit ſemper de eadem perſona, ſpecie aut numero.*
28 *Quomodò probentur monitiones facta.*

20 PRobatio autem criminis *Suſpecti conſortii* videtur, quòd per Teſtes fieri non poſſit, neque

(42) *Gloſſ. in l. Et puto. in V. Non communicari. ff. Famil. ercisc.*
(43) *Bald. in cap. final. de Translat. Epi. Angel. in §. 1. Inſt. de Act. 8. col*
(45) *Iuvenal. Satyr. 6. V. 196.*
(45) *Roderic. Tom. 1. Queſt. 45. art. 3. initio*

(46) *Navar. Com. 16. de Sent. Excom. Sanch. lib. 6. Moral. cap. 6. num. 117. Tambur. Dian. Pellizz. apud Iacob. Pignatell. Canon. conſt. 21. n. 1. Tom. 2.*
(47) *Ricc. Homobon. Roderic. à Cunha apud Barboſ. Collect. in Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 9. n. 111. de Regul. & Monial.*
(48) *Abb. in Clem. 1. de Reſcript. init.*
(49) *Raynald. Syntax. crim. lib. 9. cap. 1. §. 15. n. 15. & 16.*

Digitized by Google

què in eò procedi per inquiſitionem; ex eo, quòd nec ità procedatur in crimine adulterii; quod deduci poteſt non ſolùm ex juribus, quæ citavimus (46) ſuprà (in quibus apparet, quòd ad hoc, quòd ſit locus punitioni, dandæ manu mariti, ſivè auctoritate Judicis, requiritur, quòd Adulter poſt ſecundam monitionem inveniatur à Marito loquens cum Uxore,) ſed etiam ex aliâ lege, (47) ex quâ habetur, quòd promittens invenire latronem, non ſatisfacit, niſi eum capiat. Ex quâ lege deducit *Bartolus*, quòd non poteſt dici bannitus inventus, nec aliquis repertus cum armis, niſi iſti ſint capti; & in fortias Curiæ deducti. Similiter igitur dicendum videtur, quòd probari non poſſit quis adulter, aut deprehenſus in ſuſpecto conſortio in ordine ad punitionem, niſi in flagranti crimine inventus ſit. Et poſſet huic opinioni favere praxis Curiarum Eccleſiaſticarum; quæ Clericos fornicarios, aut ad Monaſteria *Monialium* accedentes, non apprehendunt per Birruarios, niſi eos actu in lupanari, aut in eorum domibus ſuſpectas focarias, vel eoſdem ad Monaſteria *Monialium* loquentes deprehenderint.

21 Si tamen hæc ſententia ſubſiſteret reſpectu Regularium, actum eſſet de probando *ſuſpecto conſortio* extrà Clauſtra; aut ſaltem multa ſcandala evaderent impunita; aut longo tempore nutrita. Quandòquidem non eſt illis commodum, ſicut Curiæ ſæculari per ſuos Miniſtros per ſe deprehendere in facto taliter ſcandalizantes ſæculum, ac infamiam comparantes Religioni per mala eorum exempla. Falſum eſt, quòd in crimine adulterii procedi non poſſit per inquiſitionem; cùm hoc, & poſſit, & debeat Judex Eccleſiaſticus ex officio ſuo nobili, licèt laicus de jure Civili non procedat, niſi ad inſtantiam eorum, qui de adulterio accuſare poſſunt; (48) Si quidèm Judex Eccleſiaſticus principaliter debet moveri ad tollenda ſcandala, quæ plures poſſunt imitatores habere in Chriſtianâ Republicâ; nec principaliter intendit vindictam criminis, & ſatisfactionem partis. Proindè ex officio tenetur eradicare vitia, quæ malo exemplo plures perdere poſſunt. Non ſic Judex laicus, cujus principale officium eſt, rogatus à parte, juſtitiam ſibi miniſtrare; & ideò iſte in crimine adulterii, niſi pulſatus per accuſationem, & in publico etiam concubinatu nullo modo procedit; cùm tamen procedere ex officio ſuo in hoc caſu teneatur Judex Eccleſiaſticus, ut ſibi præſcribitur à *Tridentino*. (†)

22 Dico igitur, quòd probari debet per Teſtes, & etiam ſingulares, dummodò integri ſint, & ſint plures, quàm duo. Aliàs (49) Diximus per Teſtes ſingulares probari delicta iterabilia, ità ut quatuor Teſtes ſingulares ſufficiant ad pœnam etiam ordinariam. Hoc item quadrat in caſu. Nam geſtus, riſus, ioci, tactus, ſequeſtratio, & cætera, per quæ diximus habere indicia ſuſpecti conſortii, actus iterabiles ſunt; & licèt inter ſe diverſi, tamen ad eundem finem tendunt, conſequenter probari poterunt per Teſtes etiam ſingulares. Imò dico, quòd regulariter hoc ſolò modo probari poteſt tale delictum. Si quidèm *ſuſpectum*, *conſortium* induit naturam delicti carnalis, proindè ſicut in hoc delinquens fugit, quantùm poteſt, præſentiam Teſtium; & ideò redditur ex hâc cautellâ delictum difficilis probationis; ità ſequitur in dictis actibus, præparativis ad delictum carnale, & indicativis *ſuſpecti conſortii*; proindè regulariter niſi per Teſtes ſingulares probandum non eſt; niſi eſſemus in delinquenti, aùt effronte; aùt imprudenti, aùt dementato, qui, nullâ habitâ conſideratione, aut pudore, etiam coràm pluribus Teſtibus talia frequentaret.

23 Poteſt etiam probari ex corpore delicti permanente hoc crimen; puta, ſi in judicio ſiſteretur epiſtola amatoria, vel ipſius delinquentis ad amaſiam, vel amaſiæ ad ipſum; ipſorum reciproca effigies, maximè in ſecreto ſervata, crines muliebres; vittæ ſericæ, dono ab amaſiâ datæ, & alia hujuſmodi, quæ ſolent ſarvari tanquàm teſſeræ amoris reciproci. Hæc tamen non poſſunt ex ſe ſufficienter probare delictum, niſi accedant alia adminicula concludentia arbitrio prudentis Judicis. Quandòquidem *conſortium* cum mulieribus ad hoc, quòd evadat criminale, & punibile, oportet, quòd *ſuſpectum* ſit, puta, quòd ità pluribus pateat, quòd ii, qui ipſius ſigna viderint, adducantur in *ſuſpicionem* flagitii carnalis commiſſi, aut committendi, in hanc autem *ſuſpicionem* nemo induci poteſt, ſi ſecretò ſervetur amaſiæ Epiſtola, aut effigies, quæ tamen à Judice deprehenduntur; oportet proindè, quòd talis *conſortii* aliundè habeatur *ſuſpicio*, per quæ adminiculetur littera, ſeu effigies amaſiæ.

24 Facilior porrò probatio hujus delicti evadere poteſt, ſivè viri Religioſi, ſivè mulieris. Si enim aliquis ipſorum malæ famæ eſt, quià de delicto carnali punitus eſt, aut communiter malæ vitæ exiſtimatur, leviora ſufficere debent indicia ex eo, quòd mala fama in hoc crimine multum valet. Communiter Doctores multum tribuunt ætati; ità ut dicant fortiùs præſumi tale crimen de juvene, quàm de ſene; hoc autem non indifferenter admittendum, probat caſtitas *Ioſeph Patriarcha* adoleſcentis, & luxuria *Seniorum*, qui *Suſannam* accuſarunt. Spectanda eſt ergò vita Religioſi, & ſi hic aliàs de crimine legitimè punitus eſt; aut vehementer diffamatus, & mulierum converſationes affectat, quantùmvis ſenex ſit, culpabilis præſumi poteſt; quod faciliùs conceſſerim, quàm de Religioſo adoleſcente aliàs compoſitæ vitæ, nec indiſcriminatim affectante muliebres converſationes. Quod pariter dicendum eſt de muliere.

25 Quià verò, ut dictum eſt ſuprà *num.* 4. hoc crimen requirit trinam monitionem cum reincidentiâ poſt eam, ut poſſit de eo conſtare, ad illud probandum, neceſſarium eſt probare, quòd Reus fuerit, ut præfertur monitus, & poſt monitionem iterùm reverſus ſit ad vomitum. Nàm qualitas delicti, & maximè illa, ſine quâ delictum non eſt, venit omninò probanda, ut argumento cujuſdam legis, vult *Boſſius*. (50) communiter receptus. Et ità probandum eſt, quòd Caius fuit charitativè, & fraternè monitus à Fratribus, ſivè à Prælato iuſſus, ne familiaritatem nutriret cum Bertâ, & tamen poſt tales monitiones, ſivè præceptum, perſeveraverit in eâdem converſatione; & ſic ſentit. *S. Ioannes de Capiſtranos*, relatus à *Politio* (51)

26 Dico autem hic adverto; unum eſt, quòd monifuerint

(46) *Authentic. ſi quis. C. Ad leg. Iul. de Adult. Novell. Vt lit. matr. & aui §. His quoque. Coll. 8.*

(47) *l. ſi Barſatorem C. de Fideiuſſ.*

(48) *l. Quamvis ... Ad leg. Iul. de Adult. Caball. Reſol. crim. Caſ. 114. n. 2. Cent. 2. Farinac. Q. 141. n. 42.*

(†) *Trident. ſeſſ. 24. de Reform. matr. cap. 8. & cap. 8. de Reform. ſeſſ. ...*

(49) *Par. p. Tit. Probationes. nu. 3. 4. & 5.*

(50) *Boſſius. Tit. de Delict. n. 4. arg. l. Si per alium §. Decore ff. Ne quis eum qui.*

(51) *Conſtitut. S. Io. de Capiſt. cap. 11. apud Polit. Expoſit. Reg. Min. cap. 11. n. 4. & 5.*

Digitized by Google

tiones prædictæ neceſſariæ ad conſtituendum crimen, non debent de neceſſitate eſſe judiciales, ſed ſufficit, quòd fuerint fraternæ: vel paternæ, nequè enim illæ cenſendæ ſunt, ut pari paſſu ambulent cum monitionibus Canonicis, quæ judicialiter ſunt faciendæ antè ferendam Excommunicationem, Quià pròut ex jure (52) diximus ſuprà *num.* 4. Maritus potens occidere ſuſpectum adulterum ſuæ Uxoris poſt tertiam monitionem, nè cum eâdem loqueretur, non tenebatur monuiſſe judicialiter, ſed ſufficiebat hoc feciſſe extrà judicium. Ex hoc ergò deduci poteſt, quòd ad hoc, quòd poſſit infligi pœna debita delicto *conſortii ſuſpecti*, non eſt neceſſarium, quòd Reus fuerit ter judicialiter monitus, ut deſiſteret, ſed ſufficit extrajudicialis monitio.

27 Aliud eſt, quod non eſt neceſſarium, quòd monitiones fuerint reſpectu unius, & ejuſdem perſonæ, puta, nè *Caius* nimìs familiariter cum *Bertâ* converſaretur; ſed ſufficit, quòd fuerint etiam reſpectu diverſarum perſonarum etiam diverſi ſexus. Nàm dari poteſt quis oeſtro libidinis ità percitus, ut indifferenter in omnem ſpurcitiam ſe immergere proclivis ſit, nulla ratione habitâ ætatis, pulchritudinis, ſivè ſexus; ſi ergò iſte, ut talium mos eſt, ergà quaſcumque perſonas familiaritatem habere procurat; ſerit ex inſtituto negotia; ſe ingerit in illarum domos; occaſiones ſe à ſocio ſequeſtrandi, ac colloquia ſecreta cum illis habendi, procurat, & nanciſcitur, & centum hujuſmodi; & monitus, & correctus de tali modo converſandi, non tamen abſtinet; profectò probatum remanet *Suſpectum conſortium*. Ratio eſt, quià ex parte ipſius facilior eſt lapſus carnalis tali modo converſando, cum multis fæminis, inter quas aliqua invenietur, cum quâ ſibi ex voto ſuccedat, quàm cum unâ ſolâ, quæ quamvis ſollicitata, non ſuccumbet. Ex parte autem fæminarum, ac ſæcularium faciliùs naſcitur ſcandalum, admiratio, & ſuſpicio incontinentiæ in Religioſo, ſic nutriendo familiaritatem cum omnibus, quod non poteſt teneri occultum; quàm ſi ſit cum unâ ſolâ; quià hoc poteſt faciliùs cælari, aut cautiùs agi, ex his duobus perfectè completur ratio *Suſpecti conſortii*; Undè ſicut infamis ex impudicitiâ magìs redditur mulier, quæ cuicumque volenti parata eſt obſequi, quàm ea, quæ cum uno ſolo impudicè vivit; ſic magìs Reus *ſuſpecti conſortii* redditur, qui cum omnibus mulieribus ſigna propriæ incontinentiæ prodit, quàm ſi cum unâ ſolâ *ſuſpicionem* facinoris ingereret.

28 Probatio autem, quòd prædictæ monitiones factæ fuerint, fieri poteſt à Teſtibus etiam ſingularibus, dummodò aliàs integri ſint; tùm quià de illis (ſi ſecretò fuerint factæ inter te, & ipſum ſolùm, ut habetur in *Evangelio*) veritas aliter haberi non poteſt; tùm quià ſunt actus iterabiles, ad quos probandos, ſufficiunt Teſtes ſingulares idonei, pròut aliàs non ſemel diximus.

(52) *Auth. ſi quis. C. Ad leg. Iul. de Adulter.*

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.

29 *Pœna ſuſpecti conſortii contrà Clericos antiquè antiquata; moderna parùm in uſu.*
30 *Textus Concilii Tridentini dilucidatur.*
*Concubina propriè, quæ dicatur in jure.*
*Ex proœmio legis mens legiſlatoris venanda.*
31 *Mens Concilii aperitur.*
*Clericis prohibetur detinere ſuſpectas fæminas non ſolùm domi, ſed extrà.*
*Concilium prohibet Clericis ſuſpectum conſortium.*
32 *Suſpectum conſortium in Clerico ità eſt ex nimia familiaritate cum multis, ſicùt cum una.*
*Lex pœnalis extenditur ex identitate rationis.*
*Clericus exercens concubitum vagum, punitur pœna concubinariorum.*
33 *Concilium prohibere intendit Clericis ſuſpectum conſortium, etiam cum fæminis propinquis.*
34 *Pœna Clericorum prò ſuſpecto conſortio.*
35 *Monitio facienda Clerico debet eſſe perſonalis.*
*Clericus concubinarius debet ter perſonaliter moneri, antequàm privetur beneficio.*
*Prò minori pœna infligenda non eſt neceſſaria trina monitio.*
*Quomodò monendus Clericus concubinarius.*
36 *Farinacius impugnatur.*
37 *Clericus concubinarius non beneficiatus, qua pœna puniendus.*
38 *Pœna Laicorum, Clericorum, & Regularium frequentantium, aut loquentium ſinè licentia cum Monialibus de jure communi.*
39 *De pœnis municipalibus remiſſive.*
40 *Pœna ſuſpecti conſortii in Ordine Minorum de Obſervantia ex Statutis.*
41 *Pœna ingredientium aliorum cellas, aut admittentium juvenes in proprijs.*
42 *Pœna ſe à ſocio ſequeſtrantium cum mulieribus.*
43 *Pœna intrantium domus ſuſpectas.*
44 *Pœna ſuſpecti conſortij ex Textu.*
45 *Pœna intrantium domus ſuſpectas ex Textu.*
46 *Quid ſignificet eſſe notatus de ſuſpectis conſortijs?*
47 *Non eſt neceſſe, quid de tali notatione judicialiter conſtet.*
48 *Admonitio facienda à quovis Superiore, & etiam à Subdito.*
49 *Praxis monitionis facienda.*
*Admonere in jure quid importet.*
50 *Superiorum error.*
51 *Monitio facta, ut aliquis deſiſtat à familiaritate cum unâ perſonâ, an ſufficiat ad punitionem, ſi ille recideret cum aliâ perſonâ.*
52 *Reſponſio ad dubium affirmativè*
53 *Clerici concubinarij admoniti, dicuntur non reci piſcere, ſi cum eâdem, vel aliâ fæminâ in peccato perſeverent.*
54 *Probatur data reſponſio ex Textu.*
55 *Diverſitas perſonarum non facit, quandò idem committitur crimen.*
56 *Emendatus de ſuſpecto conſortio non poteſt, ſi reincidat, ſtatim puniri, ſed requiritur nova monitio.*
57 *Quiſnam ſit modus delicti prò pœnâ augendâ.*

58 Mo-

58 Modus delicti, per quæ varietur.
59 Iudex non poteſt regulare arbitrium ultrà diſpoſitionem ſtatutariam.
60 Aliquandò indicia ſuperant rationem conſortii ſuſpecti.
61 Tali caſu arctandus eſt Reus.
62 An in quolibet ingreſſu Cellarum, crimen committatur.
63 Lex etiam dura ſervanda eſt.
Quandò tamen verba legis ſunt clara.
Lex lata prò commodo populi, ità explicanda, ut non reddatur incommoda.
64 Ingreſſus in Cellas vetitus eſt, qui habet adminicula ſuſpecti conſortii.
65 Quid, ſi Religioſus deprehenderetur clauſus in Cellâ cum juvene, aut fœminâ?
66 Si nullum adeſt adminiculum de ſuſpecto conſortio, eſt monendus.
67 Si militant adminicula, arctandus eſt Reus.
68 Adminicula, & indicia, quæ poſſunt militare in caſu.
69 An ſufficiat Canonica monitio ſola, ut puniatur, qui ſe ſequeſtrat cum mulieribus.
70 Ultrà monitionem requiritur, quòd præceſſerit aliqua pœnitentia.
71 Pœnitentia infligenda à Superiore ut Patre.
72 Quot actus ſequeſtrationis cum fœminis, requirantur, ut ſit locus pœnæ ſtatutariæ?
73 Solitum ex unâ vice, quandò inducatur.
Solitum inducitur per duas vices juxtà aliquos.
Secundùm alios ſolitum requirit plures vices, & longum tempus.
74 Tres actus ad minus requiruntur ad conſtituendum ſolitum.
Per tria furta dicitur latro ſolitus furari.
75 Quæ requiruntur, ad hoc, quòd quis dicatur ſolitus ſequeſtrare ſe cum fœminis.
Quot actus requirantur, ut quis dicatur conſuetus blaſphemare.
76 Nulla debet adeſſe cauſa ſequeſtrationis, ut hæc evadat criminoſa.
77 Quomodò probetur aliquis ſolitus ſequeſtrare ſe?
78 Per Teſtes ſingulares plures quàm tres probatur.
79 Canonica monitio, & correctio in hoc caſu, àn debeat eſſe judicialis?
80 Dictio Canonicum quot ſignificata habeat.
81 Trina monitio neceſſaria ad ferendam excommunicationem.
Excommunicans non præmiſſâ monitione Canonicâ, interdicitur.
Monitio Canonica judicialis præſcribitur ſolùm, quandò ferenda eſt Excommunicatio.
Monitio Canonica accipitur prò fraternâ, aut paternâ, quandò eam non ſequitur excommunicatio.
82 Monitio in hoc caſu accipienda eſt de paternâ.
83 De quâ arctatione loquatur Statutum?
84 De Arctatione remiſſivè.
Arctare in jure quid importet?
85 Arctatio in caſu ſignificat torturam.
86 Qualitas torturæ pendet à qualitate delicti.
87 Domus ſuſpecta quæ dici poſſit?
88 Dictio ſuſpectus in jure connotat crimen.
89 Domus ſuſpecta dupliciter.
90 Ingreſſus in domos ſuſpectas, ut ſit crimen, quid requirat.
91 An requiratur ſuſpectum conſortium cum fœminâ, ut puniatur quis de ingreſſu in domum ſuſpectam.
92 Ingreſſus in domum publicæ Meretricis, puniendus etiam ſinè ſuſpecto conſortio.
93 Ingreſſus in domum aliarum ſuſpectarum mulierum, requirit ſuſpectum conſortium, ut ſit punibilis.
94 Quo caſu removendus ſit, & exulare debeat Religioſus à Conventu.
Quandò arctandus ob ingreſſum in domos ſuſpectas,
95 Ingreſſus in domos ſuſpectas, quomodò probandus.
96 Per quatuor Teſtes ſingulares probatur.
97 Statutum de laborantibus morbo Gallico.
98 Morbus gallicus contrahi poteſt abſquè coitu, & quomodò.
Alopetia quid ſit.
99 Cauſa morbi gallici per contactum.
100 Statutum loquitur de infectis morbo gallico ex coitu.
101 Difficultas probandi, morbum fuiſſe contractum ex coitu.
102 Delictum nunquàm præſumitur.
Præſumptio prò non delicto vincit præſumptionem prò delicto.
Probandum ab accuſatore, ſeù fiſco, Reum contraxiſſe morbum ex coitu.
Confeſſio Rei extraiudicialis facit ſolùm indicium ad torturam.
103 Infecti tali morbo, quomodò palliant propriam culpam.
104 Forma præſcribitur puniendi taliter criminoſos.
105 Delicta difficilis probationis probantur indiciis, conjecturis, & præſumptionibus.
Medici adhibendi ad probandum morbum gallicum.
106 Unicus Teſtis integer cum adminiculis probat morbum contractum ex coitu.
Si morbum gallicum præceſſit copula cum fœminâ, concluditur eſſe contractum ex coitu.
107 Confirmatur, quòd unus Teſtis in hoc caſu probet.
108 Probatur item ex Statuto.
109 Adminicula, quæ poſſunt in hoc caſu militare.
110 Alius modus procedendi.
111 In Statuto eſt præſumptio juris, & de jure.
Contrà præſumptionem juris, & de jure, datur probatio.
112 Quæ ſigna morbi gallici ſufficiant ad pœnam Statuti.
113 Valdè deformatur à morbo gallico, eſt notoriè infamis, & irregularis.

29 Pœnæ autem *ſuſpecti conſortii*, in antiquis Canonibus contrà Clericos ſancitæ, in deſuetudinem abierunt, & aliæ ſunt Statutæ in *Triden.*(53) quæ etiam, ut infrà dicam, parùm ſunt in uſu. Sed quià *Trident.* loquitur de Clericis concubinariis, & plerique Auctores nimis arctant intellectum hujus vocis *Concubinarius*, & eludunt ſanctam mentem Concilii, laxando habenas luxuriæ Clericorum, ideò enucleanda eſt ex ventre

Z textus

(53) *Concil Trident. ſeſſ.25. cap.14. de Reform.*

textus Conciliaris vera ipſius mens, omiſſis opinionibus Doctorum, excogitatis *ad excuſandas excuſationes in peccatis*.

30 Dico igitur, quòd Concilium prohibet Clericis, *nè concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio, in domo, vel extra detinere, aut cum illis ullam conſuetudinem habere audeant*, licèt autem, prout ex jure (54) deducitur, Concubina propriè ſit, quæ, *carnalis conſuetudinis non matrimonii causâ, domi retinetur*, & talis dicatur mulier, quæ *cum uxor non ſit, cum aliquo tamen vivit, & ſinè nuptiis in domo eſt*, (55) tamen Concilii textum non arctandum eſſe ad ſolam ſtrictam ſignificationem hujus nominis, convincitur ex principio illius capituli, quod ſe habet tanquàm proœmium, ex quo venanda eſt mens legis, ut communiter dicunt Doctores. (56)

31 Sic ergò habet Concilium: *Quàm turpe, ac Clericorum nomine, qui ſe divino cultui addixerunt, ſit indignum, in impudicitiæ ſordibus, immundoquè concubinatu verſari, ſatis res ipſa communi fidelium omnium offenſione, ſummoquè Clericalis militiæ dedecore teſtatur. Ut igitur ad eam, quam decet continentiam, ac vitæ integritatem, Miniſtri Eccleſiæ revocentur; populuſque hinc eos magis diſcat revereri, quò illos vitâ honeſtiores cognoverit, prohibet ſancta Synodus &c.* Ex his autem verbis conjicitur, ſenſum Concilii eſſe; promovere in Clericis obſervantiam continentiæ; & amovere à populo ſcandalum, quod apud eum ſurgit ex eorum lubricitate, ob quam, contemptibiles laicis redduntur. Sequitur igitur, quòd per Concilium non ſolùm prohibentur Clericis *Concubinæ*, illæ nempè, quæ ſub titulo famularum in domo retinentur; ſed etiam aliæ, quæ inſervirent Matri, aut ſorori ejuſdem Clerici. (57) ſivè in propriâ, ſivè in alienâ domo retineantur; ait enim *Concilium, in domo, vel extrà detinere*. Sequitur etiam comprehendi non ſolùm eas, quæ aluntur expenſis Clerici, & corpore ſuo quæſtum faciunt, cum eo converſando; ſed etiam illæ, quæ ex luxuriâ liberali cum illo commiſcentur. Ratio eſt, quia ità incontinens eſt Clericus, & ità populum ſcandalizat, qui gratìs fornicatur, ſicut qui prætio. Undè, ſi ſtudium Concilii eſt, hæc duo removere, utrumque caſum debet comprehendere. Imò nec ſupponit Concilium, aut vetat ſolùm *concubinatum*, qui ſit cum actuali lapſu carnali; ſed vetat etiam converſationem cum fœminis, *de quibus poſſit haberi ſuſpicio domi, vel extrà*, quibus verbis clarè demonſtratur, Concilium inibi damnare etiam *ſuſpectum conſortium* tantùm ſub lato nomine *concubinatus*.

32 Sequitur igitur ex allegatâ doctrinâ, quòd Conciliaribus pœnis obnoxius debet eſſe non ſolùm Clericus, qui unam tantùm ſuſpectam fœminam aut in propriâ, aut in alienâ domo frequentat cum *ſuſpicione* fornicationis, ſed etiam ſi cùm multis promiſcuè ità verſatur, ut legitimè malam populo ſuſpicionem de ſe ità converſando, ingerat. Scio *Garziam*, apud *Theſaurum* (58) docere, tales pœnas locum non habere in Clerico, qui vagum concubitum exercet, & dicit, taliter declaraſſe *Sacr. Congregationem Concilii*; ſed de tali declaratione non conſtat, nec eam uſpiàm reperire Mihi licuit; fabuloſam proindè eam exiſtimo: nec conceſſerim *Eminentiſſimos P. P.* contrarium decreviſſe contrà apertam mentem Concilii. Quià, licèt in lege pœnali non detur extenſio regulariter de caſu ad caſum, datur tamen, quandò militat non ſolum ſimilitudo, ſed etiam identitas rationis (59). Ratio autem, ob quam, prædictas pœnas ſtatuit Concilium, eſt, quam ſuprà tetigi, puta, reprimere incontinentiam Clericorum, & removere ſcandalum à populo. Hæc porrò ità vigent in concubitu vago, & in ſcandaloſâ, aut ſuſpicabili converſatione cum multis fœminis, ſicut cum unâ tantùm; imò major proditur incontinentia ex concubitu vago; & majus ſcandalum naſcitur ex eo, quòd Clericus promiſcuè meretricetur, quàm ſi unum tantùm pellicem nutriat: quià hoc poteſt evenire ex amoris paſſione vehementi, & commiſerandâ; illud verò procedit ex brutali, & non compatibili luxuriâ. Sequitur ergò, quòd etiam Conciliaribus pœnis obnoxius eſſe debet, qui cum multis converſando, ingerit ſuſpicionem incontinentiæ, ſicut ſi unam tantùm fœminam ſuſpectam frequentet, aut teneat; aliter poſſet Clericus impunè ſcortari ſæpiùs cum multis, ac ſi vagatio concubitus minueret malitiam fornicationis, aut ſcandalum minoraret, quod quàm falſum ſit, prudens conſideret. Et ſic Teneo cum *Navarro*, & *Sayro* (60) contrà nonnullos, quos dat *Barboſa*. (61)

33 Et confirmatur, quod ſuprà dictum eſt, puta, quòd Concilium non ſupponit de neceſſitate in Clerico actualem fornicationem, ità ut, ſi iſta deſit, pœnæ impoſitæ non afficiant; ſed vult impedire *ſuſpectam* omninò, & ideò ſcandaloſam *converſationem* cum mulieribus. Quià prædicta converſatio ſibi prohibita eſt cum mulieribus, in quovis gradu propinquo ſibi conjunctis, ſi talis converſatio *ſuſpicionem* ſcandaloſam gignat, ut dicunt Doctores, (62) cum ex Diaboli ſuggeſtione, & carnis fragilitate, etiam inter conſanguineos carnale flagitium non rarò ſit perpetratum. Quæ ſententia optimè fundatur in *Textu Concilii*, quod habet, *aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio*; per quam clauſulam, generaliter latam, importantur etiam mulieres propinquæ, ſi tamen *ſuſpicionem* gignant, fundatam nempè in qualitate, & conditione illarum, aut Clerici.

34 Pœnæ autem ſunt, quòd, ſi moniti à ſuperioribus, non deſiſtunt à tali *ſuſpecto conſortio*, prò primâ vice privantur *tertiâ parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum ſuorum quorumcumque, & penſionum, ipſo facto*. Si ſecundæ monitioni non

(54) *arg. l. Stuprum. 34. ff. ad leg. Iul. de Adult. l. 1. 4. & 5. de Concubin.*

(55) *l. Maſſarius ff. de Verb. ſignif. l. Etiamſi ff. de Rit. Nupt.*

(56) *Oldrad. Iap. Bart. Alex. Anchar. Socin. Roman. Bald. Barbat. Cravet. apud Thuſc. lit. P. Concl. 892. n. 1. & ſeqq.*

(57) *Franc. Leo. Theſaur. for. Eccleſ. Par. 1. cap. 4. ſub. n. 27. Ricc. Reſolut. 307. in 2. edit. M. A. Genuen. Prax. Archiep. cap. 30. num. 4. Belles. Diſq. cleric. Par. 1. Tit. de Diſciplin. cleric. §. 15. num. 56. apud Barboſ. Coll. in Trident. ſeſſ. 25. de Refor. cap. 14. n. 3.*

(58) *Garz. de Benef. Par. 11. cap. 10. num. 186. apud Theſaur. de Pœn. V. Concubinatus ¶. Advertendum ſecundò poſt n. IV.*

(59) *arg. cap. Cum dilect. de Confir. util. vel inuti. Gloſſ. notab. in l. p. C. de Cond. indeb. Abb. in cap. 1. n. 15. de His, quæ fiu à maio. & in cap. Raynutius. n. 5. de Teſta.*

(60) *Navarr. Conſ. 4. de Adult. in antiq. aliàs Conſ. 1. de Cohab. Cleric. in novis. Sayr. in Horib. Deciſ. Tit. de Adult. Deciſ. 4.*

(61) *Ricc. Garz. Farinac. Armendar. ſanct. apud Barboſ. Coll. in Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. n. 6. de Reform.*

(62) *Menoch. de Præſumpt. lib. 5. Præſumpt. [illegible] Reginald. Tr. 3. n. [illegible] Belles. Tit. de Diſcipl. Cleric. [illegible] 17. apud Barboſ. l. 1. n. 5.*

Digitized by Google

non paruerint, (in delicto eodem cum eâdem, aut aliâ fœminâ perſeverantes) omnes fructus beneficiorum ex integro amittunt, & ab adminiſtratione beneficiorum ſuſpendantur. Si poſt hæc nihilominus ſuſpectas hujuſmodi mulieres non expellant, *aut cum iis etiam veſcantur*, privantur beneficiis, portionibus, Officiis, ac penſionibus, & inhabilitentur ad alia conſequenda, donec pœnituerint. *Sed, ſi poſtquàm eas dimiſerint, ſemel intermiſſum conſortium repetere, aut alias ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicentur.*

35 Adverto autem, quòd monitio facienda à ſuperiore debet eſſe perſonalis, nec ſufficit facta per edictum generale, ut argumento quorumdam jurium (63) ſcribunt *Doctores* (64). Non amplector autem ſententiam *Nicolai Garziæ*, cui ſubſcribit *Theſaurus*, (65) quòd nempè debeat eſſe trina monitio Canonica antè inflictionem ſingularum pœnarum ex ſupradictis. Etenim verum eſt, quòd ad hoc, quòd Clericus Concubinarius privetur beneficiis, debet ter perſonaliter moneri, ut habetur in *Decretalibus*, (66) non tamen neceſſarium eſt, quòd tali modo moneatur, ſi infligenda ſit minor pœna, quàm ſit privatio beneficii. Etenim Concilium apertè ait, quòd, *ſi moniti primò non reſipiſcant, amittant tertiam partem fructuum*; ſi pòſt ſecundam monitionem, adhuc perſeverent, *fructus ex integro amittant*; & pòſt tertiam, *priventur beneficiis*. Somnium autem eſt, quòd ſingulæ monitiones debeant eſſe trinæ, quià hoc modo ſecunda monitio evaderet quarta; & tertia eſſet ſeptima, quod eſt inauditum. Senſus ergò eſt, quòd, ſi Clericus redditus eſt ſuſpectus notoriè, & famâ deferente, de *conſortio ſcandaloſo*, debet judicialiter moneri ab Epiſcopo; & ſi poſt eam monitionem non deſtiterit, tertiâ parte fructuum puniatur, & ſic deinceps.

36 Quod autem ex quibuſdam juribus (67) aſtruit *Farinacius*, (68) Clericum, ut præfertur, monitum, & punitum, non deſiſtentem à vitâ ſcandaloſâ, tradi debere Curiæ ſæculari per verbalem, non autem actualem degradationem, non approbo, licèt enim in citatâ *Novella de ſanctiſs. Epiſcopis* textualiter ità habeatur; tamen lex illa, ut potè laicalis non poteſt ligare Clericum & in *cap. final. 27. Diſt. à Farinacio* citato nec verbum habet de tali traditione. Traditio autem Clerici Curiæ ſeculari fieri nequit, niſi ob enormiſſima delicta (inter quæ non eſt ſimplex fornicatio, vel *conſortium ſuſpectum*) & niſi prævià degradatione, ut notum eſt. Per nullam autem legem Eccleſiaſticam habetur, quòd Clericus criminoſus, ut præfertur, degradetur.

37 De Clericis autem, qui nec beneficia, nec penſiones poſſident, & in hoc crimine verſantur, diſponit, loco ſupra citato, *Concilium*, ut Epiſcopi ad eos coercendos utantur carceris pęnâ, ſuſpenſione ab Ordine, ac *inhabilitate ad beneficia obtinenda*, aliiſque Canonicis pœnis, ſed ut benè advertit *Decianus* (69), Deficiente in Clericis fervore charitatis, & in Epiſcopis antiquo zelo, auctâque horum indulgentiâ, ob auctam carnis fragilitatem, antiquæ pœnæ Canonicæ ſunt exoletæ, & modernæ Conciliares non ſervantur regulariter in Curiis Epiſcoporum; ſed ut plurimùm commutantur in pecuniarias, quæ reverâ validiores ſunt, quàm ſpirituales ad compeſcendos hujuſmodi incontinentes.

38 Quò autem ad frequentantes Monaſteria *Monialium*, pœna lata prò Clericis, eſt depoſitio, prò laicis, Excommunicatio. (Si tamen ter de hoc moniti, non deſiſtant, ut diximus ſuprà *num.* 12. ex *Concilio Lateranenſi*. Prò Regularibus autem non tantùm frequentantibus, ſed ſimpliciter alloquentibus, ſinè licentiâ, *Moniales*, aut alias fœmas, intrà Monaſteria degentes, lata eſt pœna privationis vocis *activæ*, *& paſſivæ* ex *Decreto ſac. Cong. Non. Maij* 1590, quod per extenſum dat *Peyrinus*, & alii (70), ſed nec tales pœnas in uſu poſitas video. Pròut enim ſuprà *num.* 14. dixi, nec laici excommunicatione, nec Clerici depoſitione; ſed carceratione tantùm, aut pecuniâ ab Epiſcopis mulctantur. Nèc unquàm vidi Regularem voce activâ, & paſſivâ privatum, ſed tantùm aliquâ levi mortificatione punitum.

39 Supradicta autem de jure communi ſunt. De municipali verò, conſulenda ſunt *Statuta Synodalia* prò Clericis, & *Regularia* prò Religioſis Ordinibus. Prò noſtro *Ordine Minorum Regularis Obſervantiæ, ac Strictioris*, ſequentia habemus Statuta.

40 *Si quiſpiam de ſuſpectis conſortiis, & colloquiis ejuſmodi notatus fuerit, charitativè, & paternè admoneatur, & corrigatur. Admonitus verò, ſi non ſe correxerit, & emendaverit, ſuperior ſuſpendatur ab officio, vel etiam privetur, ſuperiorem arbitratu, prò delicti modo. Subditus verò actibus legitimis triennio careat; vel graviùs etiam puniatur, ſuperioris arbitratu. Et quibus hæc pœna non competat, probationis caputio, vel aliâ graviori etiam, ſuperiorum arbitrio, puniatur prò delicti qualitate.*

41 *Quibus pœnis Clericos, ac alios Fratres juvenes, ætate annorum vigintiquinque minores, omninò afficiendos eſſe decernimus, qui in aliorum, præterquam Magiſtrorum, aut ſuperiorum, Cellas ingredi præſumpſerint; ac item qui eos, vel ſæculares ſimiliter juvenes, & præſertim pueros, in proprias admiſerint; ac propterea, ſi in ipſorum Clericorum, vel Fratrum juvenum ipſi Cellas intrare auſerint.*

42 *Qui etiam ſolitus fuerit, ſe à ſocio ſequeſtrare cum Mulieribus, de quibus, ſuperioris judicio, meritò ſuſpicio oriri poſſit, ſi canonicè monitus, & correctus non ſe emendaverit, tanquàm de ſuſpecto conſortio Reus, actibus legitimis privetur, ac probationis caputio puniatur, ſuperiorum arbitratu. Et ſi iterato punitus, de ſequeſtratione hujuſmodi duobus Teſtibus fide dignis convincatur ad veritatem dicendam, graviter arctetur. Si vero de ſequeſtratione præfatâ unus tantùm Teſtis fide dignus fuerit; & alius de lapſu carnis adverſus eundem, graviùs arctandum decernimus.*



(63) *cap. final. ubi Gloſſ. in V. Tertio de Vit. & honeſt. Cleric. Clem. V. iunct. gloſſ. in V. Nominatim. eo. tit. cap. ſtatutum. de ſent. Exc. in 6.*

(64) *M. A. Genuen. Prax. Archiep. cap. 30. n. 4. Ricc. Prax. for. Eccl. Deciſ. 359. in p. edit. aliàs. Reſolut. 307. n. 3. in 2. edit. apud Barboſ. Collect. l. cit. num. 9. Theſaur. de Pæn. V. Concubinatus ſub. num. 4.*

(65) *Grazi. de Benef. Par: 11. cap. 10. n. 186. apud Theſaur. de Pœnis. V. Concubinatus. V. Advertendum ſecundò.*

(66) *cap. ſicut. ad extirpanda. cap. Si quiſquam. cap. Si autem V. Vel tertiam. de Cohab. Cler. & mul.*

(67) *Auth. de Sanctiſſ. Epiſc. §. Preſbiteros. Collat. 9. cap. Presbiteriſ. 27. Diſt.*

(68) *Farinac. Quæſt. 138. n. 41.*

(69) *Decian. Tr. crim. lib. 6. cap. 21. n. 30. apud Barboſ. Coll. in Trident. ſeſſ. 125. cap. 14. n. 18. de Reſor*

(70) *Peyrin. ad Conſt. 8. B. Pii V. num. 6. Quarant. ſumm. Bull. V. monaſteria monial. pag. m. 451.*

Digitized by Google

43 *Prætereà qui ore proprio, aut legitimis Teſtibus convictus fuerit, domos ſuſpectas intraſſe; mox ab eo loco removeatur; ac perpetuo exulet; & amplius puniatur, Superiorum arbitratu, perſonarum, locorum, & temporum qualitate penſatâ. Quod ſi negaverit, arctetur, & contrà eum procedatur juxta Ordinis Statuta. Hæc omnia ex Statutis Valliſoletanis.* (71)

44 *Ex Textu* autem (72) Sic habemus. *In ſuſpecto conſortio deprehenſus, ſi monitus non ſe correxerit, Superior ab Officio ſuſpenditur, vel privatur; Subditus actibus legitimis trienniò careat, vel gravioribus pœnis uterque mulctetur, Superiorum arbitratu, nimirùm actuum legitimorum privatione, probationis dilatione; arctationis reclusione; exilio ab illo Conventu, prò clariori, vel obſcuriori ſuſpicionis indicio ſecundùm Ordinis ſanctiones.*

45 *Qui convictus fuerit domum ſuſpectam intraſſe, actumve carnalem ſollicitaſſe, mox ab eo loco perpetuo exulare debet, & bimeſtri Carcere mancipari: negans graviter arctandus.*

46 Circà quæ Statuta, plura dubitare contingit, & primò circà primum ſub *num.* 40. dubitatur, quid importent illa verba *de ſuſpectis conſortijs, & colloquijs ejuſmodi notatus fuerit*; àn ſcilicèt oportet, quòd de tali *notatione* judicialiter conſtet?

47 Reſpondeo, quòd non eſt neceſſarium, quòd de eâ *notatione* conſtet in judicio. Quià, ſi deberet de eâ conſtare, oporteret telam judicialem ordiri; hoc autem fieri non debet ex duplici causâ; quià Superior inſtruens proceſſum ſcriptò, procedit ut Judex, & non ut Pater, omneſque actus, qui ſubindè fiunt, ſunt in foro judiciali, & non paterno. Sancitur autem, quòd præcedente *notatione de ſuſpecto conſortio. Reus charitativè, & paternè admoneatur*, ſequitur igitur, quòd non judicialiter facienda eſt admonitio; quòd, ſi non hæc, nec conſequenter debebit conſtare judicialiter *notatio de ſuſpecto conſortio*, quæ requiritur prævia ad talem admonitionem.

48 Prætereà non habetur à Statutis determinatio, quòd admonitio fiat à Superiore Provinciali ſolo, ad quem privativè, quò ad inferiores, ſpectat ſcriptò procedere, ut habetur *ex Textu* (73) ſed abſolutè dicit *charitativé, & paternè admoneatur*; innuens, quòd charitativè monendus eſt à Fratribus per fraternam correctionem; *paternè* verò à Prælato locali, qui ſcriptò procedere non poteſt, ſivè à Provinciali procedente *paternè*, non verò *judicialiter*.

49 Praxis ergò eſſe debet, quòd, ſi Frater ſuſpicionem de malo *conſortio* ingerit, ſocius, aut alius Frater, qui ipſum vidit, ſivè Superior localis, aut Provincialis, qui hoc novit à Fratribus, ſeù Sæcularibus, *charitativè*, puta, ſecretò admoneat, ut deſiſtat; quòd, ſi perſeveret, admoneatur *paternè*, hoc eſt à Superiore, tanquàm Patre, in publico, & hoc non ſolùm verbis, ſed etiam, ſi caſus id requirat, aliquâ pœnitentiâ paternâ, & mortificativâ; etenim *admonere* in jure importat non ſolùm *in memoriam adducere*, ſed etiam *caſtigare, corrigere, & percutere*, ut ex quibuſdam legibus (74) deducitur, proindè *admonitionem fuſtium* prò coercitione, & caſtigatione dixiſſe *Caliſtratum* in quâdam lege (75) pòſt *Iulium Pollucem* (76) obſervant *Pratejus, Briſſonius, Calvinus*. (77)

50 Et circà hoc errant illi Superiores, qui inſtruunt proceſſum, ut probetur *ſuſpectum conſortium*; quo probato, prò primâ vice monent in publico judicialiter; & ſi exindè reincidat, pœnam ſtatutariam infligunt. Etenim, vt diximus, monitio facienda eſt priùs fraterna, & paterna extrajudicialiter, & ſufficit facta à Superiore locali, nec requiritur, quòd ſit à Provinciali, & ſi poſt hanc, denuò delinquat, poſſit Provincialis ut Judex ſecurè procedere ad pœnam ordinariam judicialiter. Et ad hoc magìs firmandum, notari debet, quòd Statutum requirit monitionem *charitativam*, & *paternam*, non autem *Canonicam*. Iſta enim judicialiter fit, & trina eſſe debet ex vulgatis juribus. Illa autem non ſic, proindè ſufficit, quòd ſemel, aut bis fiat, & hoc à Superiore ùt Patre, non autem ut Judice; Nèc faceſſit negotium, quòd in quodam *Canone* (†) præſcribitur, quòd *Canonicè moneri* deberet quidam Clericus, qui jocando cum mulieribus, ſuſpicionem malam ingerebat; undè inferri poſſet, quòd monitio præſcripta in Statuto, ex quo circà eamdem materiam verſatur; debeat eſſe *Canonica*, nempè trina, & judicialis. Quià in illo *Canone* ferenda erat excommunicatio contrà Clericum, ſi monitus non reſipuiſſet; proindè debuit præcedere talem Cenſuram trina monitio judicialis, ut ſanciunt alii *Canones* (a), in hoc autem Statuto non apponitur Reo, non reſipiſcenti pòſt admonitionem, talis Cenſura, ſed alia pœna; proindè neceſſarium non eſt, quòd illam præcedat monitio trina judicialis.

51 Dubitatur ſecundò ad idem Statutum àn monitio facta, ut frater deſiſtat à *ſuſpecto conſortio* cum unâ perſona, ſufficiat ad ipſum puniendum ordinariè, ſi expòſt inditia *ſuſpectis conſortii*, ingeret cum aliâ fœminâ, ſeù aliâ perſonâ, diversâ ſexu; ſeù in alio loco?

52 Caſus hic eſt maximè practicabilis, & maximè in aliquibus, qui naturaliter ſunt in quamcumque Venerem proclives, nec ſe ab illâ ſpiritualibus exercitiis temperant, ſed tanquàm bruta, quamvis occaſionem peccandi non tàm arripiunt, quàm procurent. Et ad dubium reſpondeo affirmativè; nec enim neceſſe eſt, quòd, ut poſſit Prælatus hujuſmodi Reum judicialiter punire, *de conſortio ſuſpecto* cum *Bertâ*, ipſum paternè præmonuerit de eodem cum eâdem.

53 Moveor ad hoc, quià *Tridentinum*, (78) puniendo *ſuſpectum conſortium* Clericorum, vult, quòd, ſi admoniti per ſubtractionem partis fructuum beneficialium non reſipiſcant, *ſed cum eâdem, vel aliâ fœminâ perſeverent*; vel ſi poſtquàm unam dimiſerint, *alias hujuſmodi ſcandaloſas mulieres* ſibi adiunxerint, puniantur &c. ex quo evidenter apparet, quòd Concilium in àugendâ pœnâ hujuſmodi Reis, conſiderat reincidentiam tantùm in idem crimen, non habitâ ratione, àn repetatur cum eâdem, aut aliâ perſonâ.

54 Similiter ex *Textu* (79) habemus, quòd fornicarius *prò primâ vice, Semeſtri carcere mancipetur; prò ſecundâ verò, per annum carceretur*; nec tamen requiritur, quòd ſecunda

(71) *Stat. Valliſolet. 1593. cap. 11. Tit. de ſuſpect. conſort. &c.*
[72) *Text. Tit. Applicatio. §. 17.*
[73) *Pract. crim. Tit. Delictorum. §. 3. in fin. & §. 4. init.*
(74) *l. Alimenta ff. de Agnoſc. liber. l. 1. ff. de Inrepatr.*
(75) *l. Veluti ff. de Pæn.*

(76) *Iul. Pollux. lib. 9. Onomaſt.*
(77) *Calvin. lexic. V. Admonitio fuſtium.*
(†) *cap. 2. de Cohab. Cler. & Mul.*
(a) *cap. de Excõmmunicationis. 24. quæ. Concil. Lateran. 3. cap. 6. & Lateran. 4. cap. 47. cap. Reprehenſibilis de App. ll. cap. Sacro de ſent. Excomm.*
(78) *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de Reform.*
(79) *Pract. crim. Tit. Applicatio §. 36.*

Digitized by Google

cunda fornicatio ſit cum eâdem perſonâ; ſed ſpectatur idem crimen in ſubſtantiâ, quàmvis accidentaliter reſpectu perſonæ differat.

55 Sic ergò applicando ad noſtrum caſum, dico, quòd nihil facit diverſitas perſonarum, quandò idem eſt crimen. Undè ſicut factâ primâ monitione, Reus de *ſuſpecto conſortio*, punitur pœnâ ſtatutariâ, ſi recidivat cum eâdem perſonâ, ità puniendus eſt, ſi in idem crimen labitur cum diverſâ, & quod dicitur de perſonâ, accipi debet etiam de ſexu, & de loco, quià hæc duo non diverſificant crimen, quò ad ſubſtantiam, *ſuſpectum enim conſortium* æque cadit cum maſculis, ſicùt cum fœminis, prout habetur in ſtatutis, (80) & locus accidit crimini. Si ergò quis publicè, & paternè monitus de *ſuſpecto conſortio*, migret in alium Conventum, & ibi denuò de ſe ingerat ſuſpicionem, Provincialis debet aggredi proceſſum, faciendo conſtare, quòd Reus fuit de hoc publicè, & paternè monitus à Prælato Provinciali, aut locali in tali Conventu, tali tempore; ex poſt probare nova inditia præſtita, & prò illorum modo, ad pœnam devenire.

56 Hìc autem advertendum eſt, quòd ad hoc, quòd quis monitus, & paternè correctus de uno *ſuſpecto conſortio*, poſſit puniri pœnâ ſtatutariâ de novo *ſuſpecto conſortio*, ſivè cum eâdem, ſivè cum diverſâ ſexu, aut loco perſonâ, non debet inter unum, & alium actum cricriminalem mediare tantum tempus, ut poſſit præſumi de primo actu emendatus. Diximus alibi, (x) quòd delicta trina requiſita ad expulſionem incorrigibilis ab Ordine, debent habere moralem quandam continuationem inter ſe, & emendatum in jure (a) præſumi illum, qui, poſt delictum commiſſum, benè vixit per tres annos. Hoc pariter quadrat in noſtro caſu. Undè qui monitus de ſuſpecto conſortio, ſe corrigit, & per trienium benè vivit, ſi ex poſt lab itur ex fragilitate in ſimile crimen, maximè ſi ſit cum diverſâ ſexu, aut loco perſonâ, non poteſt pœnâ ſtatutariâ ſtatim percuti; ſed debet moneri; ac ſi hic ſecundus lapſus eſſet primum crimen. Ratio eſt, quià Statutum punit eum, qui monitus de ſuſpecto conſortio non reſipiſcit, ſed denuò in idem reincidit. Qui verò per triennium benè vixit; ſe correctum demonſtrat de illo crimine per talem admonitionem. Quòd, ſi ex poſt denuò labitur, præſumendum eſt, quòd hoc ſit ex fragilitate novâ, non autem ex malitiâ perſeverante, ob quam ſolam Statutum ordinat talem pœnam poſt admonitionem. Proindè, ſi de hoc novo debet puniri, de novo debet moneri.

57 Dubitatur tertiò ad idem Statutum, cùm pœna augenda relinquatur arbitrio Superioris *pro delicti modo*; quiſnam cenſendus ſit *modus delicti*, per quem pœna ſit augenda?

58 Reſpondeo, quòd *modus delicti* poteſt variari, & reddere crimen gravius ex qualitate perſonæ, frequentiæ, ſeù reiterationis loci; ſcandali ſequuti, indiciorum, & ſimiliũ, licèt enim *ſuſpectum conſortium* idẽ cenſeatur, quã vis ſit cum perſonis diverſi ſexus; tamen gravius evaderet, ſi indiciaret affectatam maſculam venerem. Gravius item eſt, ſi pluries, & cum pluribus oſtenſura ſit, quàm cum unâ perſonâ, & ſemel, aut bis. Pariter, ſi ſcandalum ſæcularium ſequutum eſt, aggravat *ſuſpicionem conſortii* magis, quàm ſi ſolis Fratribus eſſet ingeſta. Itidem quandò indicia eſſent ex vehementioribus, quæ poſſent etiam ſufficere ad conſtituendum in rigoroſo examine Reum ſuſpectum de lapſu conſummato.

59 Penſatis igitur iſtis omnibus, poteſt Superior pœnam augere, juxtà poteſtatem ſibi à ſtatuto factam. Circà quod adverto; quòd arbitrium Judicis ſiſtitur in dandâ *pœnâ ſuſpenſionis*, aut *privationis officii* Reo de *ſuſpecto conſortio*, ſi iſte ſit ſuperior: & in dandâ *privatione actuum legitimorum per triennium, aut ampliùs*, ſi Reus fuerit ſubditus. Cum enim ſtatutum ipſum pœnam ſtatuat, quandò *delicti* modus augetur, non eſt licitum Judici regulare arbitrium ultrà ſtatutariam diſpoſitionem, ut dicunt Doctores. (81)

60 Hic porrò advertendum, quòd *delicti modus*, qui augeri poteſt juxtà variationem plurium, aut vehementiorum indiciorum, poteſt ità creſcere, quòd ſuperet rationem *conſortii ſuſpecti*, & ideò non pœna debita huic, ſed major debeatur. Exemplum do, ſi *Caius* viſus fuiſſet cum *Bertâ* in loco remoto iocari; actuſque, per quos ſuſpicio conſortii inducitur, exercere; ab alio autem Teſte viſus eſt, alio tempore, & loco, manum in ejus ſignum ponere, ipsâ minimè reluctante; ſocius autem Caii deponit, ſe fuiſſe cum illo ad domum *Bertæ*, & ambos ex condicto ſe ab eo ſequeſtraſſe, & in cubiculum intraſſe, poſtmodumque reverſos rubente facie &c. profectò hæc tria indicia delata ad Judicem excedunt rationem *ſuſpecti conſortii* ſimplicis; & quàmvis Teſtes ſint ſingulares, (ſi tamen ſint integri) nihilominùs probat delictum carnis, ſi non conſummatum, & perfectum, ſaltem attentatum; quià, ut habetur ex *Textu*, (82) illi deponunt de diverſis circumſtantiis, ad eundem finem tendentibus; & ideò cumulandi, & coniungendi ſunt, & proindè non ſunt ſingulares.

61 In tali ergò caſu Judex non debet infligere ordinariam pœnam *ſuſpecti conſortii* probati, ſed debet Reum arctare, ut dicitur in ſtatuto, citato ſuprà *num.* 42. nempè per torturam adſtringere ad fatendam veritatem de conſummato opere carnis, ut infrà exponemus. Et benè ad hunc punctum advertant Judices; ſolent enim plerùmque ſimplicem pœnam *conſortii ſuſpecti* aptari quibuſvis indiciis, etiam vehementibus ulterioris lapſus: quod tamen juxtà ſtatuta faciendum non eſt, ſed adhibenda eſt tortura acris ad proportionem indiciorum, & quandò aliud non emergat, *privatio officii* ſuperiori; & *actuum legitimorum* ultrà triennium ſubdito iniungenda eſt in pœnam *ſuſpecti conſortii*.

62 Dubitatur quartò, circà ſecundum ſtatutum, datum ſuprà *num.* 45. An in quolibet ingreſſu Cellarum reſpectu juvenum, aut puerorum, & vice verſâ locus ſit pœnæ ſtatutariæ, ut prefertur?

63 Reſpondeo, quòd ſimplex ingreſſus in Cellam juvenis, ſivè Fratris minoris viginti quinque annis, ſivè pueri ſæcularis in Cellam adultioris, ex ſe crimen non eſt grave, nec tantam pœnam importat; cùm multi caſus ſint dabiles, in quibus nulla prorſùs interveniat culpa Theologica, nec legalis. Nec ſtatutum ſic debet accipi; etenim quantùmvis verum ſit, quòd lex etiam dura, ſervanda ſit. (83) Hoc tamen verum eſt, quandò lex, aut

[80) *Stat. Valliſolet. cap. 11. Tit. de ſuſpect. conſort. init.*
(x) *Par. p. Tit. Pœnarum n. 38.*
(a) *text. Novell. de Monach. §. Et dum triennio. Coll. 1.*

(81) *Paſſerin. Trib. Regul. q. 27. art. 1. n. 5. & ibi Scac. de Judic. lib. 1. cap. 12. n. 98. & Guazzin. Defen. 33. cap. 16. n. 2.*
(82) *Pract. crim. Tit. Teſtes. ſ. 6.*
(83) *l. Proſpexit ff. Qui & à quibus. Ruit. Conſ. 76. V. Dicendum. lib. 2. Rolan. à Vall. Conſ. 99. n. 47. lib. 2. Tuſc. litt. L. Concl. 261. n. 2 & Concl. 262. n. 1.*

Digitized by Google

aut ſtatutum eſt clarum, & certum, ſecùs, quandò tale non eſt. (84) Non loquitur autem clarè ſtatutum, quòd quilibet etiam ſimplex ingreſſus in Cellam alicujus, ut præfertur, ità puniatur, proindè interpretationem admittere debet, per quam Statutum appareat rationabiliter latum, & quòd lex lata prò commodo boni publici per duriorem interpretationem, non reddatur incommoda, prout textualiter habet quoddam *Digeſtum* (85) eſſet autem contrà rationem, quòd tanta pœna adhiberetur, ubi nulla intervenit culpa; & lex lata contrà *ſuſpectum conſortium* ob bonum publicæ honeſtatis, evaderet ſumma incommoda convictui civili, & Religioſo, in quo intervenit licitè, nec culpabiliter ingreſſus alicujus in Cellam alterius, qui ingreſſus literaliter repugnat tali Statuto.

64 Dico igitur, quòd ingreſſus vetitus, ut præfertur, eſt, qui habet adminicula *conſortij ſuſpecti*; nec habet rationabilem, aut legitimam cauſam, per quam excuſetur. Ratio eſt; quià tale Statutum inſeritur inter ea, quæ de *ſuſpecto conſortio* diſponunt; vndè apparet, quòd loquatur de *ingreſſu* non ſimplici, ſed *ſuſpecto*; Sicut etiam Statuto ſequenti tractat de ſequeſtratione cum mulieribus à Socio, non quidèm univerſaliter, ſed *ſuſpectâ*, ut infrà dicemus.

65 Dubitatur quintò circà idem Statutum; quid juris, ſi duo Religioſi juvenes, aut maturus cum adoleſcente clauſi eſſent in Cellâ; pulſantibus reſpondere nollent; nec Superiori intrare volenti aperirent; ità ut oſtium neceſſe fuiſſet proſternere: & idem eſt, ſi extrà Conventum pari modo incluſus deprehenderetur Religioſus cum fœminâ, aut aliâ perſonâ ſuſpectâ.

66 Reſpondeo cum diſtinctione. Vel enim nullum militat adminiculum, per quod augeri poſſit præſumptio criminis in caſu; vel intervenit aliquod, vel aliqua. Si primum, dico, quòd non eſt locus niſi charitativæ, ac paternæ monitioni, ratio eſt; quià plures poſſunt intervenire cauſæ honeſtæ, ac licitæ, ut ſuprà dictum eſt, ob quas Religioſus in Cellam alterius vadat; & poſſunt etiam aſſignari cauſæ rationabiles, ob quas maneat in eâ, oſtio clauſo, & pulſanti nolit aperire; puta, nè ibì reperiatur à Fratribus, qui Superiori referant, & ipſe mulctetur pęnitentiâ; pulſanti autem non aperiat, ut inquirenti ſuadeat nullum eſſe in Cellâ. Si igitur nullum penitùs intervenit adminiculum, ob quod præſumi poſſit, quòd ad inhoneſtum finem Cellam ingreſſus ſit, & Cellam clauſerit, & aperire noluerit, æquum eſt, ut credatur ipſi aſſignanti aliquam, aut aliquas cauſas indifferentes, vel non graviter culpoſas, ob quas ibì taliter verſatus ſit. Quià verò ipſe peccavit in legem Statutariam, prohibentem ſub notâ *ſuſpecti conſortii*, talem ingreſſum; ideò ſibi adaptanda eſt coercitio legis; nempè, quòd de tali ingreſſu (cum primò ſupponatur commiſſus) *charitativè, & paternè moneatur*.

67 Si autem contraria militent adminicula, dico, quòd non ſimplici pœnâ *ſuſpecti conſortii* puniendi ſunt tranſgreſſores; ſed ſunt graviter, aut graviſſimè arctandi juxtà valorem adminiculorum, & inditiorum. Ratio eſt; quià ſicut primum *conſortium ſuſpectum* ſe habet tanquàm adminiculum, ob quod Reus arctandus eſt, juxtà Statuta ſuperiùs recitata, qui ſecundò in idem decidit; ità adminicula alia (maximè ſe habent coniuncta indicia, de quibus mox dicemus) inſerviunt loco probationem, ob quas perſuaſus maneat Judex, ut Rei taliter ibì convenerint, aut convenire potuerint ad perverſum finem, & ideò ſit per arctationem, & torturam exquirenda veritas facti.

(84) *Aegid. Bellarmu. Conſ. 9. nu. 3. Tuſc. loc. cit. Con. l. 262. n. 16.*
(85) *l. Nulla iuris. ff. de leg.*

68 Advertendum autem, quòd in hoc caſu intervenire poſſunt tùm adminicula, tùm indicia gravioris culpæ, quàm ſit ſimplex ingreſſus in Cellam juvenis. Adminicula poſſunt eſſe multa; puta, tempus quietis meridianæ, ſeù nocturnæ; affectata amicitia, aut converſatio, aut allocutio cum adoleſcente: contemplatio vultus illius obſervata, aut laus pulchritudinis; munuſcula ipſi data, mala fama alterutrius, & ſimilia. Indicia autem poſſunt eſſe ea, quæ obſervanda veniunt in caſu, in quo deprehenduntur. Puta, ſi inventi eſſent ſinè habitu, jacentes, aut apparerent ſigna, quòd jacuerint; & alia, quæ recenſere non expedit; Sagax verò Judex obſervare poterit. Cumulanda ſunt igitur adminicula cum indiciis, & juxtà vim præſumptionis, quæ ab illis haberi poteſt, regulanda eſt arctatio.

69 Dubitatur ſextò circà tertium Statutum, recitatum ſuprà *num.* 42. An ſufficiat prima Canonica monitio cum eo, qui ſolitus eſt ſe cum mulieribus ſequeſtrare, ut ipſi poſſit infligi privatio actuum legitimorum, & delatio caputii probationis; àn verò aliud requiratur.

70 Reſpondeo, quòd non ſufficit prima Canonica monitio verbalis, paternè facta; ſed requiritur, quòd adhibita etiam ſit aliqua pęnitentia mortificativa, & publica, ex eo quòd Reus primæ fraternæ correctioni ſecretæ non obſecundavit. Ratio eſt, quià (ſicut ſuprà *num.* 42. tetigimus) quemadmodùm *admonere* importat monitionem, non tantùm verbalem, ſed etiam pęnalem, ità ut *monitus* dicatur etiam ille, qui pęnis pulſatus eſt; pari modo intelligi etiam debet *corrigere*, ſivè *corripere*, quòd nempè importet non tantùm correctionem factam verbis, ſed etiam illam, quæ adhibetur factis. Loculenta de hoc habemus teſtimonia in Scripturâ Sacrâ (86) *Corripiam vos ſeptem plagis*. In Pſalmis (87) *Neque in irâ tuâ corripias me*. In Evangelio (88) *Corripiam ergò illum, & dimittam*. Prima Corinthiorum. (87) *Cùm judicamur, à Domino corripimur*. In alio Pſalmo, (90) *Diſciplina tua correxit me*, & alibi in centum locis, in quibus loquitur Scriptura *de corriptione, ſeù correctione* factâ non verbis, ſed pęnis, & plagis. Ex hoc igitur habemus, quòd *correptus, ſeù correctus* dicatur etiam, qui per flagella diſciplinæ exercitatus eſt.

71 Porrò citatum Statutum habet, quòd ſolitus ſequeſtrare ſe cum Mulieribus, privetur actibus legitimis, *ſi Canonicè monitus, & correctus, non ſe emendaverit*: non ſufficit ergò *Canonica monitio* verbalis; ſed requiritur, quòd Reus ſalutari aliquâ pęnitentiâ fuerit *correctus*, & hoc à Superiore tanquàm Patre, antequàm ab eodem, vt Judice, pęnâ privationis actuum legitimorum puniatur.

72 Dubitatur ſeptimò ad idem Statutum, quot actus requirantur ſequeſtrationis à ſocio cum Mulieribus ad hoc, quòd quis poſſit dici *ſolitus ſequeſtrare ſe*, & locus ſit pęnæ Statutariæ?

73 Reſpondeo, quòd variæ ſunt ſententiæ Doctorum juxtà varietatem ſubiectæ materiæ, circà id, quòd *ſolitum* voca-

(86) *Levit. cap. 26. ℣. 28.*
(87) *Pſalm. 6. ℣. 2. & Pſalm. 37. ℣. 2.*
(88) *Luc. cap. 23. ℣. 22.*
(89) *P. Corinth. cap. 11. ℣. 32.*
(90) *Pſalm. 19. ℣. 37.*

Digitized by Google

vocatur; Siquidem nonnulli (91) poſt quandam *Gloſ-ſam* ſtatuunt communem eſſe concluſionem, quòd *ſoli-tum* etiam ex unicâ vice inducatur; undè ex unicâ con-ceſſione rei datæ in feudum, res dicatur *ſolita* infeu-dari. Et cohærenter ad hanc ſententiam alii (92) docent, quòd *ſolitus* aliquid facere, verificatur ex vni-câ vice in Privilegio Principis. Et *ſolitum* fieri intelli-gunt alii (93) eſſe id, quod ultimò, licèt vnicâ vice factum eſt. Alii volunt, quòd *ſolitum* inducatur per duas vices, undè res Eccleſiaſtica dicatur *ſolita* locari, ut ſcripſere *Cravetta*, & *Decianus*. (94) Alii, inter quos *Fidericus de Senis* (95) volunt, quod *ſolitum* di-catur, quod pluribus vicibus, & longo tempore fit, & hoc videtur confundi cum *conſueto*.

74 Prædictæ autem Concluſiones non quadrant, niſi in civilibus, ſed aliud eſt in criminalibus; in his enim non inducitur conſuetudo, per quam aliquis dicatur *ſolitus* delinquere, niſi per tres actus adminus, ut ha-bet expreſsè quædam *Gloſſa*, (96) quæ plura jura citat. Proindè latro non dicitur *ſolitus*, ſeù convictus fura-ri, ità ut furcis veniat ſuſpendendus, niſi ad minus tria furta commiſerit, ut poſt *Corradum* teſtatur *Iulius Clarus*. (97) Hinc *Sanctorus* (98) etiam ſcribens ad hoc Statutum, vult, nec unum, nec duos actus ſuffi-cere ad conſtituendum *ſolitum*, ſed plures requiri, ex quibus moraliter coniectari poſſit in Reo malus animus delinquere volentis in lapſu carnis.

75 Dico igitur, quòd in noſtro caſu non poſſit dici Religioſus *ſolitus* ſequeſtrare ſe à Socio cum Mulieribus, niſi duo concurrant, puta, frequentia actuum, qui ex-cedant numerum ternarium, & defectus rationabilis cau-ſæ talium ſequeſtrationum. Ducor, quià juxtà Doctores (99) accuſans aliquem *ſolitum*, ſeù conſuetum blaſphe-mare, debet probare conſuetudinem blaſphemandi per plures Teſtes ſingulares; & non ſufficerent Teſtes depo-nentes, quòd bis, aut ter blaſphemaverit: Imò volunt alii, quos dat *Raynaldus*, (100) quòd conſuetudo, ob quam aliquis dici poſſit *ſolitus* blaſpemare; non inducitur per tres actus, ſed per plures; undè *Lazarius* apud *Carenam* (101) vult, quòd actus ſint ad minus quinque; & *Zanar-dus* apud eundem tenet, quòd debeantur actus decem in anno, ut quis poſſit dici *ſolitus* blaſphemare. Similiter igi-tur dicendum eſt, quòd non per tres tantùm, ſed per plu-res actus frequentatos ſequeſtrationis dici debeat quis *ſo-litus* ſe à ſocio cum Mulieribus ſequeſtrare.

76 Aliud autem neceſſarium eſt, quòd nulla ſubſit cauſa legitima ſequeſtrationis. Ratio evidens eſt. Si quidèm non ſequeſtratio ut ſic, culpabilis eſt; ſed ſe-queſtratio, quæ ingerit *ſuſpicionem conſortii*. Porrò talis dici non poteſt, quandò rationabilis ſubeſt cau-ſa, ob quam Religioſus à ſocio ſequeſtrat ſe, ut de ne-gotio ſecreto cum fœminâ loquatur. Proindè Confeſſa-rius ſenex, aut alius vir gravis, à quo multa geruntur negotia, ſi ſequeſtrat ſe à ſocio, ut præfertur, non po-teſt rationabiliter præſumi Reus: etenim ſi interrogabi-tur à Superiore de cauſis talium ſequeſtrationum, eas adducet, ob quas iſtæ judicabuntur legitimæ, non au-tem criminales.

77 Dubitatur octavò ad idem Statutum quomodò probare debeat, quòd *aliquis ſit ſolitus ſequeſtrare ſi à ſo-cio cum Mulieribus*.

78 Reſpondeo, quòd ut aliàs diximus, (102) delicta iterabilia, & maximè eorum actus, qui fre-quentantur, probantur concludenter per Teſtes ſin-gulares, qui tamen aliàs ſint integri, & excedant numerum trium, ſivè ergò, quis *ſolitus* ſit ſe à ſo-cio ſequeſtrare cum unâ ſolâ Muliere; ſivè hoc agat cum diverſis mulieribus. Si quatuor, aut quin-que ex iis, qui fuerint ſocii, teſtificentur de tali ſequeſtratione, probatum remanet concludenter cri-men.

79 Dubitatur nonò circà idem Statutum. An *Ca-nonica monitio*, *& correctio*, de quâ loquitur ſtatutum, debeat accipi de trinâ monitione, judicialiter factâ.

80 Reſpondeo, quòd hoc denominatiuum *Cano-nicum*, ſeù *Canonica*, varias in jure ſignificationes re-cipit. Siquidèm aliquandò importat idem, ac *ordina-rium*; undè in quâdam lege Codicis (103) habetur *Ca-nonica illatio*, nempè *ordinaria* functio, *ordinarium mu-nus*, quod habet certam præſtationem à lege impoſi-tam; ut explicat *Calvinus*, (104) & in hoc ſenſu accipi-tur *Canonica penſitatio*, quæ habetur in aliâ lege ejuſdem *Codicis*, (105) in quâ Advocati prohibentur poſtulare à Judicibus provincialibus aliquid præter *Canonicas*, hoc eſt *ordinarias* penſiones. Aliquandò importat aliquod *Sancitum Decretum*, ſeù *Regulam* à Sacris Canonibus datam, & in hoc ſenſu, dicitur *Canonica inſtitutio*, (106) hoc eſt legitima, & facta juxtà regulas *Canonum*. *canoni-ca portio*, (107) quæ à Canonibus decernitur debita Pa-rochiali de relictis à Parochiano. *Canonica* præſcriptio; *canonicè* procedere; hoc eſt tempus, ſeù modus proceden-di, à Canonibus determinatus &c. *Canonica monitio* igi-tur accipi poteſt, vel prò monitione *canonicè*, hoc eſt *ordinariè*, aut *Regulariter* factâ, aut prò moni-tione *Canonicâ*, preſsè ſumptâ; quæ debet, vel tri-bus, vel vnâ prò tribus judicialiter fieri, ante-quàm contrà inobedientem mandatis Eccleſiæ Judex procedat.

81 Dico igitur, quòd antequam feratur ſententia excommunicationis juxtà Canones, (108) fieri debet trina monitio. & illa ferri non poteſt, niſi ſerva-to ordine judiciali, ut Sancitum fuit in *Concilio Latera-nenſi Tertio*, (109) & qui excommunicat, omiſsâ tali moni-

(91) *Gloſs. in Clement. 1. in V. Ad menſam. de Exceſſ. Prælat. Gozad. Conſ. 23. num. 5. Decian. Conſ. 124. n. 8. lib. 3. Cephaln. conſ. 155. nu. 31. apud Tuſc. lit. S. concl. 334. n. 10.*

(92) *Caſtr. conſ. 187. num. 4. in fin. lib. 2. & conſ. 243. n. 2. lib. 2. Alex. conſ. 5. n. 23. ubi Apoſtill. in V. Vice. lib. 2. plures citat.*

(93) *Bart. & Gothefr. ad l. Mala. §. Sed ſi alimenta lit. K. ff. de Alim. & cibo legat.*

(94) *Cravet. conſ. 767. num. 6. Decian. conſ. 73. nu. 47. & ſeqq. apud Tuſc. conſ. 334. n. 9. lit. S.*

(95) *Federic. de ſent. Conſ. 91. n. 5.*

(96) *Gloſ. in cap. Cum Eccleſia. in Verbo tertio de Cau. poſ. & propr.*

(97) *Iul. Clar. §. Furtum. V. Scias tamen, & ibi Pract. Corrad. fol. 357. n. 1*

(98) *Sanctor. Comment. cap. 11. Stat. 4. V. Declarandum tamen in fin. fol. m. 576.*

(99) *Alex. conſ. 72. n. 8. lib. p. Gozad. conſ. 23. nu. 5. & ſeqq. apud Tuſc. d. concl. 334. n. 22. lit. S.*

(100) *Farinac. q. 20. nu. 4. Calà de mod. articul. in Gloſſ. magn. num. 769. Colu. Deciſ. 172. nu. 1. Merlin. Pignat. Diſcept. foren. 97. n. 10. apud Raynald. Syntax. cap. 1. §. 1. num. 18.*

(101) *Lazar. de Blaſph. apud Caren. Par. 2. Tit. 7. §. 1. n. 12. & ſeqq.*

(102) *Par. p. Tit. Probatio num. 5. 6.*

(103) *l. Plaut. C. de Sacr. Eccl.*

(104) *Calvin. lexic. V. Canonica illatio.*

(105) *l. Praſer. C. de Lucr. Advocat. lib. 12.*

(106) *cap. Beneficium. de reg. Iur. lib. 6.*

(107) *cap. De his Extrà. de ſepult.*

(108) *cap. de Excommunicationis articulo 24. q. 3. De illicita. ea. cau. & quæſt. cap. Reprehenſibil. cap. Sacr. de ſent. Excom.*

(109) *Concil. Lateran. 3. cap. 7. in Appendic. de Simon.*

Digitized by Google

monitione, per menſem interdicitur ab ingreſſu Eccleſiæ, (110) & ſi ità celebret, fit irregularis. (111) Monitio autem trina illa judicialiter facta, quæ præcedit Cenſuram, dicitur *Canonica*, & numquàm in ſacris Canonibus præfertur; niſi quandò eam ſubſequi debet ſententia excommunicationis, ut ex multis capitulis (112) elicitur. Quòd, ſi talem monitionem non debet ſequi Cenſura, ſed alia pœna, monitio *Canonica* accipi debet prò monitione fraternâ, paternâ, aut paſtorali, quæ in ſacris *Canonibus* (113) facienda præſcribitur à Prælatis, curam animarum habentibus.

82 Dùm igitur in hoc Statuto poſt monitionem *Canonicam*, non præſcribatur ferenda excommunicatio, ſed tantùm privatio actuum legitimorum, liquet, quòd ipſa non accipienda eſt de trinâ judicialiter factâ. Sed de monitione *Canonicâ*, hoc eſt regulari, & *ordinariè* factâ à Prælato ut Patre, qui juxtà Canones tenetur ſubditum corrigere, & à malo revocare.

83 Dubitatur decimò ſuper eodem Statuto, de quâ *arctatione* intelligi debeant illa verba. *Et ſi iteratò puniatur de ſequeſtratione huiuſmodi duobus teſtibus fide dignis, convincatur ad veritatem dicendam, graviter arctetur.*

84 Reſpondeo, quòd aliàs (114) ex Statutis demonſtravimus *arctationem* importare ſolumodò triplex jejunium in pane, & aquâ, ac trinam flagellationem in ſingulis hebdomadis: ſed poſſe Judicem indicere *arctationem qualificatam*; puta, (additis prædictis pœnis) recluſionem in domo diſciplinæ, pròut uſus invaluit. Adverto tamen, quòd in jure (115) *arctare*, pròut etiam explicat *Albericus*, (116) importat *conſtringere*, vel *ligare*; undè etiam dicitur *arcta diſtrictio* (117) puta, pœnalitas conſtringens.

85 Dico igitur, quòd Statutum non reſtringitur ad *arctationem* ſivè ſimplicem, ſivè qualificatam per domum diſciplinæ, ſed importat omnem torturam, quæ ſpectatâ naturâ criminis; & valore indiciorum arbitrio Judicis, in caſu requiritur. Ratio eſt, quia præſcripta *arctatio* (ut patet ex Statuto) eſt ordinata ad *veritatem dicendam* à Reo; hæc autem veritas non eſt circà ſequeſtrationem, quià præſupponit Statutum, quòd Reus à *duobus Teſtibus, fide dignis de eâ convincatur*; qui autem convictus eſt de crimine, poteſt abſolutè damnari, quamùis confeſſus non ſit, ut pòſt *Felinum*, tanquàm concluſionem notabilem docet *Aegidius Boſſius*; (118) undè ſuperfluit confeſſio Rei convicti. *Veritas* autem, quæ in caſu exquiritur, eſt lapſus carnalis, de quo præſumitur violenter ex recidivatione in ſequeſtrationem, poſt eam punitam. Sequitur igitur, quòd præſcripta *arctatio* ſit tortura quævis ad habendam veritatem de ulteriori crimine.

86 Poſſunt autem induci violentiſſima indicia in caſu de lapſu carnis; puta, ſi ſequeſtratio ſemper fuiſſet cum unâ, & eâdem fæminâ: aut ſi fœmina eſt malæ, & perditæ vitæ: aut ſi mora fuiſſet longa; aut ſi ſequeſtraſſet ſe in Camerâ &c. Poteſt item augeri crimen, pluſquàm ſit ſimplex fornicatio; puta, ſi fœmina eſſet maritata, ſivè conſanguinea, ſivè haberet votum caſtitatis, ut Tertiaria: vel ſi ſequeſtratio eſſet cum notabili ſcandalo &c. Tali caſu tortura augenda eſſet intenſivè, juxtà valorem indiciorum: & etiam mutanda eſſet ſpecificè, puta, adhibenda ea, quæ atrocioribus delictis adhibetur, (cum torturæ qualitas, ut aliàs (119) monuimus, pendeat à gravitate criminis, ejus verò intenſio à valore indiciorum) & tunc non ſufficeret *arctatio* ſivè ſimplex, ſivè qualificata, ſed alia inferenda eſſet tortura.

87 Dubitatur undecimò ſuper quarto Statuto, de quo ſuprà *num.* 43. Quænam dici poſſit *domus ſuſpecta*, ad hoc, quòd quis in eam ingrediens, puniri poſſit pœnâ Statutariâ.

88 Reſpondeo, quòd in jure, hoc verbum *ſuſpectus* connotat ſemper crimen, quod afficit perſonam, vel rem quæ dicitur *ſuſpecta*, tàm dicitur *ſuſpectus tutor*, (120) qui nempè fraudolenter tutelam adminiſtrat, *ſuſpectus Curator*, (121) qui ſegniter, aut cum fraude rem gerit: *ſuſpectus Iudex*, (122) à quo timetur iniuſta ſententia; *ſuſpecta vita*, (123) ſuſpecta mors, ſivè *deceſſus*, (124) puta, ea quæ fuit cum ſcelere &c. *ſuſpecta* igitur erit dicenda *domus*, in quâ patrandi criminis habetur occaſio, ratione cujus *ſuſpicio* oriatur.

89 Porro dupliciter dici poteſt *ſuſpecta domus*, nempè abſolutè, & ſimpliciter; ſecundò relativè, & ſecundùm quid. Primò, quandò domus aliqua univerſaliter malè audit, vel ratione ſitus, ut ſi eſt in publico lupanari; vel ratione incolarum, puta, fœminarum proſtitutarum, ſivè lenonis, qui commoditatem flagitio præbet ſub proprio tecto. Secundo modo, quandò in tali domo habitat fœmina, quæ malam conſuetudinem habet cum uno tantùm viro, hæc enim non eſt abſolutè, & univerſaliter *ſuſpecta*, ſed relativè tantùm ad perſonam, quæ malam amicitiam in eâ nutrit, quandòquidem ſupponitur, fœminam cum aliis peccare non eſſe paratam.

90 Non tamen adhùc per ſupradicta completa eſt perfectè ratio *domus ſuſpecta*, niſi ad prædictas conditiones accedat, quòd ingreſſus illius nulla ſit aſſignabilis cauſa legitima, ac honeſta. Ratio eſt, quià in ipſummet lupanar poteſt Religioſus ingredi non tantùm non culpabiliter, ſed etiam laudabiliter; puta, ſi illuc intraret, ut fœminas à malâ vitâ abſtraheret; ut ægrotantes ibì inviſeret; ut Sacramentales confeſſiones exciperet &c. ex unâ autem recenſitarum cauſarum ingrediens quamvis domum, quantùmcumquè à malis fœminis inhabitatam, non tamen ille poſſet culpari, tanquàm comittens in Statutum; quià legitima cauſa ingreſſus reddit prò illo

caſu

(110) *cap. Sacro. de ſent. Excom. cap. 1. eo. tit. in 6. Concil. Lateranen. 4. cap. 47. Conc. Mogunt. 3. cap. 103.*

(111) *text. in cap. Romana de ſent. Excom. lib. 6.*

(112) *cap. 2. de Cohab. Cleric. & Mul. cap. Nemo Epiſcoporum 11. q. 3. cap. Fortè. 23. q. 4.*

(113) *cap. Quid autem. 8. q. 1. cap. ſicut non eſt 23. q. 4. Conſtit. Apoſtol. lib. 2. cap. 20. Innoc. V. Epiſt. 25. Clement. 1. de offic. Jud. Ord. Trident. ſeſſ 13. cap. 1. de Refor.*

(114) *Par. p. Tit. Tortura. n.*

(115) *Clement. Paſtoralis. §. Vt illud. de ſent. & re judic. cap. 1. de Offic. Vicar. in 6. ubi Archidiac.*

(116) *Alberic. Diction. V. Arctantur.*

(117] *Clement. Quia contingit. §. Præmiſſa. in fin. de Relig.*

(118) *Felin. in cap. Ad noſtram. col. p. de Probat. apud. Boſſ. Tit. de Convict. n. 4.*

(119) *Par. P. Tit. Tortura.*

(120) *§. Suſpectum. Inſtit. de ſuſpect. tuto. l. ſi creditores. §. ſed ſuſpect. ff. de Re. auct. Jud. poſſ. l. ſcire. oportet. ff. de Tuto. & cura. dat. ab his*

(121) *§. Impuberes. Inſt. de ſuſpect. tuto. vel cura. l. 1. §. Primum l. Tutor. §. Non tantùm ff. de ſuſpect. tuto. & cura. l. In poſtulando. C. eo. tit.*

(122) *l. Apertiſſimi. C. de Iudic. l. Cum ſpecialis. C. eo. tit.*

(123) *l. filius Familias. §. ſed et filia. ff. de Procurat.*

(124) *l. Poſtioneſq. ff. de his, quæ ut indi. auf. r.*

caſu *domum non ſuſpectam*; Undè concludendum; quòd crimen ingreſſus in *domum ſuſpectam*, Sit, quandò ex nullâ aſſignabili cauſâ legitimâ, Religioſus ingreditur domum, in quâ habetur occaſio propinqua carnaliter peccandi

91 Dubitatur duodecimò ad idem Statutum; An ad inflictionem pœnarum, ob ingreſſum in *domos ſuſpectas*, requiratur, quòd ſimul adſit *ſuſpectum conſorcium* cum fœminâ, ibi habitante?

92 Reſpondeo, diſtinguendo; vel enim *domus illa* eſt ſuſpecta, quià inhabitatur à publicâ meretrice, paratâ peccare cum quocumque, & quæſtum ex corpore ſuo faciente; & in hoc caſu, dico, quòd ſolus ingreſſus in talem domum abſque ullâ legitimâ cauſâ, ut ſuprà dictum eſt, eſt punibilis; & ratio eſt; Quià in tali caſu, omnia diſpoſita ſunt, & in actu propinquo ad peccandum. Ingrediens quidèm, quià non habet cauſam legitimam ingreſſus; mulier parata ad flagitium, oblatâ pecuniâ; & locus ad peccatum idoneus. Ideò talis ingreſſus, licèt unicus, vehementer perſuadet Iudici, peccatum potuiſſe committi, nec prærequiſitum eſſe *ſuſpectum conſortium* ex eo; quòd mulier ex ſe parata eſt peccare etiam cum illo, quem nunquàm novit, dummodò pecuniam offerat. Et cum hoc unico actu delicti materia compleatur, ut optimè ſcribit *Sanctorus*, (125) locus eſt pœnæ ſtatutariæ.

93 Vel domus illa eſt ſuſpecta, quia in eâ habitant Mulieres juvenes, vanæ, indevotæ; non quidèm promptæ peccare indifferenter cum omnibus, tamen tales, quòd apud vicinas malè audiunt ob nimiam familiaritatem, quam cum quibuſvis habent; & etiam fama eſt, quòd alicui, ſeù aliquibus, qui cum illis converſati ſunt, fuerint obſecutæ. Tali caſu, dico, quòd ſolus, & unicus ingreſſus, ſi non præexiſtunt indicia *ſuſpecti conſortii*, non ſufficit ad pœnam ſtatutariam, quantùmvis nulla eſſet rationabilis cauſa talis ingreſſus. Ratio eſt; quià tunc non eſt in tali *domo* ultima diſpoſitio, nec propinqua occaſio ad peccandum cum omnibus; & ſi peccaverunt cum illis, hoc fuit, quià per longum tempus, & frequenti converſatione; munuſculis; precibus, obſequio, ac aliis artibus amaſiorum, flexæ ſunt ad culpam. Si ergò in caſu, deſint ſupradicta, quæ ſunt indicia *ſuſpecti conſortii*, deſunt illa, per quæ compleri poteſt ultima diſpoſitio; & ità ſolus ingreſſus non poteſt ingerere gravem præſumptionem criminis perfecti, ob quam incuti poſſit pœna ſtatutaria.

94 Conſuetum quidèm in Religione eſt, quòd, ſi in Civitate, vel Oppido reperiatur aliqua ex talibus *domibus ſuſpectis*, ad quam divertant Religioſi cum admiratione, aut ſcandalo ſæcularium, Superiores vetent, nè aliquis ad eas vadat. Quòd, ſi contrà præceptum Superioris, Religioſus eam frequentet; tunc intrat diſpoſitio Statuti, nempè, quòd Reus *ab eo loco removeatur*, *& perpetuò exulet*. In caſu autem, quòd validiora urgeant indicia peccati conſumati, tunc intrat ſequens diſpoſitio Statuti; nempè, quòd *ampliùs puniatur*, *Superioris arbitratu*, *perſonarum*, *locorum*, *& temporum qualitate penſatâ*; ut etiam docuit *Sanctorus* (126). Etenim poteſt eſſe talis ingreſſus ad finem indulgendi comeſſationibus, ludis, recreationibus illicitis quidem Religioſo, non tamen extremè criminalibus; & tùnc prò pœnâ ſufficit remotio à loco. At, ſi penſatâ conditione perſonarum, locorum, ac temporum ſubit in mente Superioris præſumptio legitima de ulteriori crimine, amplior punitio adhibenda eſt. Et quænam? Arctatio quidèm & talis, quòd proportionetur indicio, ut per eam hauriat Superior confeſſionem de crimine, ſi patratum fuit, ut ad normam juris poſſit vindicari.

95 Dubitatur tertiodecimò, quomodò probari & convinci poſſit, aliquem intraſſe in *domos ſuſpectas*.

96 Reſpondeo, quòd, ut aliàs (127) diximus, nemo poteſt dici per Teſtes convictus, niſi iſti ſint ad minùs duo, & quidèm majores quâcumque exceptione, ut ſcribunt Doctores (128) communiter. Porrò examinare Teſtes ſæculares ad probandum crimen Religioſi, non expedit. Pernicioſior enim Ordini evaderet medicina, quàm morbus, ut prudenter advertit *Sanctorus*. (129) Per ſocios ergò Religioſi delinquentis in hoc ipſe eſſet convincendus. Non poſſunt autem regulariter eſſe plures ſocii conteſtes; ſed omnes eſſent ſingulares. Proindè deberent eſſe ad minùs quatuor integri, qui deponerent de diverſis numero ingreſſibus, quià, ut aliàs (130) probavimus, quatuor Teſtes ſingulares de delicto iterabili probant ad pœnam ordinariam.

97 Prò coronide autem hujus materiæ de *ſuſpecto conſortio*, declarandum venit aliud Statutum, in quo punitur præſumptio de crimine carnis conſummato; ſic autem habet. *Qui morbo gallico, vel alopetiâ affecti fuerint, aut in carnis illecebras, & errores prolapſi; ad nulla Ordinis Officia promoveri poſſint: ac præterea omni ſuffragiorum jure, perpetuò, careant: atqui ab audiendis confeſſionibus, ſi Confeſſarij fuerint, perpetuò ſuſpendantur.* (131)

98 Ad hoc autem Statutum, adverto, quòd *morbus gallicus*, & *alopetia* (hoc eſt decidentia capillorum) poteſt eſſe etiam ſinè ſcelere. Si quidèm *morbus gallicus* contrahi poteſt etiam ſinè commixtione venereâ, ut docent communiter Medici, (132) *ſed per ſolam converſationem cum perſonâ infectâ, contagium hauriri poteſt ab halitu, compotatione, condormitione in eodem Lecto, vel uſu veſtium, quibus infectus fuit indutus; vel quocumque modo nuda corporis caro ſana tale quid attingat, quod odore, vel tranſpiratione infecti imbutum ſit; uti etiam fit in ſedilibus latrinarum, vel ſcamnis balneorum, quibus gallicâ lue inquinatus, nudatis natibus inſedit. Propagatur etiam hereditario jure, atquè cum lacte materno imbibitur*; hæc *Cardilucius in Commentario Hartmani*.

Aa 99 Quo-

(125) *Sanctor de Pœn.cap.8.Quæſt.2.V. Reſpondeo Statutum fol. 348.*

(126) *Sanctor loc.citat.quæſt.3.V.Reſpondeo negativè fol.351.*
(127) *Par.p.Tit.Inquiſitio nu.14.& Tit.Sententia.nu.67.*
(128) *Clar.Quæſt.46.V.Debes etiam.Farinac.quæſt.63. num. 240. Guazz.Defenſ.33.cap.14.nu.5 Giurb.Conſ.71.nu.2.Tuſc.Zuff. Criſpol.apud Conciol.V.Teſtium miſcell.Reſol.q.n.2.*
(129) *Sanctor de Pœn.cap.8.quæſt.2.V.Dices tertio fol.349.*
(130) *Par.P.Tit.Probatio nu.3.*
(131) *Statut.Valliſolet.1593.cap.11.V..Ampliùs qui.*
(132) *Cardiluc.Commentar.in Prax-Hartman.cap. 168.V. Cauſa hujus fol.1841.Fernell. lib. de luis Vener. curat. cap. 4. fol. 1499.*

Digitized by Google

99 Quorum cauſa eſt, pròut ſcribit doctiſſimus *Michael Etmyllerus*, (133) ſal volatile accidum, quod per efflluvia, ſeù miaſmata diffunditur à corpore infecto lue venereâ, & per contactum, ſivè halitum inficiuntur res tactæ animatæ, ſivè inanimatæ, ſivè aer, per quæ vis fermentativa morboſa communicatur maſſæ humorali alterius ſani; & ſic venerea hæc peſtis ab homine, alioquin concubitus experto, contrahi poteſt. Similiterque *alopetia*, licèt ſit unus ex effectibus *morbi gallici*, poteſt tamen etiam ab aliâ causâ originari, nempè à diuturnâ, ac periculosâ febri peſtilentiali, ut paſſim accidit,

100 His adnotatis, patet evidenter, quòd Statutum loquitur de infectis *morbo gallico* ex culpâ tantùm incontinentiæ; non verò indifferenter, & univerſaliter de omnibus, & ſingulis, qui tali morbo laborant. Quià, ſi quis ex contagio alterius talem morbum innocenter contraheret, non poſſet, niſi cum inexcuſabili injuſtitiâ, pœnis appoſitis affici; ſiquidèm adhiberetur graviſſima pœna, ubi nulla eſſet culpa; & lex, ipſam ſanciens, eſſet prorſùs injuſta; quod cùm præſumi non poſſit de tali Statuto, concludendum eſt, quòd ipſum loquatur tantùm de morboſis, ex lue venereâ, per commercium carnale contractâ.

101 Adverto ſecundò, quòd difficillima evadit probatio in hoc caſu, ad hoc, quòd locus ſit pœnæ ſtatutariæ. Poſito enim tanquàm certo, quòd Medici adhibiti ad judicium de eo, qui diffamatur, ſivè accuſatur de *morbo gallico* ex ſimptomatibus, ſigniſque diagnoſticis, poſſint juxtà præcepta artis ſuæ pronunciare, illum vero *morbo gallico* laborare; non tamen certò pronunciare poſſunt; quòd aut ex contactu alterius morboſi; aut ex commixtione cum fœminâ infectâ contractus ſit; nullum enim intervenit ſignum, indicans diverſitatem morbi, unâ, aut alterâ viâ contracti.

102 Præterea cùm regula generaliſſima ſit, quòd delictum nunquàm præſumitur, ut jura (134) volunt; ideò plenè probandum ſit, ut pœna ordinaria infligi poſſit: pariterque præſumptio prò non delicto, cæteris paribus vincat præſumptionem prò delicto, ut aliàs (135) docuimus; videtur, quòd nunquàm dabilis ſit caſus, quòd pœna, lata in hoc Statuto, poſſit uſuvenire. Siquidèm non præſumptivè, ſed evidenter probandum eſt ab Accuſatore, ſivè à Fiſco, morbum fuiſſe contractum ex incontinentiâ: hoc verò quomodò probabitur? Non judicio Medicorum, tùm quià illud eſt præſumptivum, præſumptio verò ſtat prò non delicto: tùm quià nulla eſt differentia ſymptomatum in morbo tali, contracto culpabiliter, à contracto ſinè culpâ; proindè nequit Medicus judicare, quomodò contractus ſit. Non confeſſione extrajudiciali ipſius Rei, tùm quià hæc ad plus facit indicium ſolùm ad torturam, ut aliàs (136) diximus, non verò plenè probat. Tùm quià Reus confitens, ſe contraxiſſe morbum ex coitu, confiteretur de re, quæ non pendet à nudo facto, ſed à conſequentiâ facti, de quâ, non ad ipſum, ſed ad Peritos ſpectat iudicare: proindè ſicut non probat mortem ex veneno Reus confitens, Cajum ex. g., cui ipſe venenum propinavit, ex veneno obiiſſe, ut aliàs probavimus, (137) ſic nèc probabit morbum, tali viâ contractum, qui confiteretur, ſe talem morbum ex copulâ carnali contraxiſſe. Sequitur ergò, quòd caſus nunquàm probari poſſit, & otioſam eſſe diſpoſitionem Statuti.

103 Et re verâ, quantùmvis aliquos Viderim tali peſte contaminatos, non tamen ullum Vidi, pròut debebatur, puniri juxtà hoc Statutum, Quià hujuſmodi nebulones palliant ſub nomine catarrhi ſalſi cruſtas, & b llas, quæ videntur in cute; effectus artrhitidis eſſe dicunt tormina, & dolores articulares, maximè circà phaſes lunares perſentiuntur; decidentiam capillorum aſſerunt oriri ex calore capitis, & omnes effectus hujus morbi tribuunt aliis cauſis; extorquent atteſtationem circà hoc à Medicis piis, qui libenter ad eam faciendam inclinant, ad avertendam à viro Religioſo infamiam, quæ ex tali causâ reſultat, & hoc modo ſuperioribus imponunt, ac impuniti evadunt.

104 Nè igitur cum tanto Religionis damno inulta remaneat ſcandoloſa, & perdita talium libido, qui poſthabitâ in Deum, in Religionem fide caſtitatis, quam voverunt, cum putidiſſimis ſcortis ſe commaculant, damus formam, quâ procedere debet Iudex Regularis.

105 Præſuppoſitâ igitur doctrinâ communi, quòd delicta difficilis probationis probentur per indicia, & præſumptiones, & coniecturas, ut dicunt Doctores; (138) & quòd caſus, de quo loquimur, ſit difficillimæ probationis, ut diximus ſuprà *num.* 100., ſequitur, quòd ad hujus probationem ſit procedendum per conjecturas, ac præſumptiones. Dato ergò, quòd ſivè ex officio, ſivè ad iſtantiam partis Superior velit procedere, antè omnia debet adhibere judicium Medicorum, qui aſſerere debent juxtà præcepta Artis ſuæ, quòd talis &c. laboret *morbo gallico*; & hoc modo conſtare debet de corpore delicti. Sed quià Medici, pròut dictum eſt, aſſerere certò non poſſunt, àn illud fuerit cum ſcelere quæſitum, àn potiùs innocenter contractum; & præſumptio cæteris paribus ſtat prò non delicto, ad plenè probandum corpus Criminis, debet examinare Teſtes, ad habenda indicia, & adminicula, quibus probari poſſit, ſaltèm præſumptivè, talem morbum ortum habuiſſe a malo concubitu.

106 Porrò indicia poſſunt eſſe, primò, mala fama in ſpecie circà luxuriam; & ſecundò, ea omnia, per quæ probari diximus *ſuſpectum conſortium*, aut Rei confeſſio extrajudicialis. Concludenter autem probaret inducendo vehementem præſumptionem unius Teſtis, dummodò eſſet plenè integer, qui deponeret de commixtione carnali cum fœminâ ſuſpectâ de tali morbo. Ratio eſt, quià ſymptomata *morbi gallici*, (de quo ambigitur, àn fuerit quæſitum cum culpâ, aut non) probant, ipſum fuiſſe contractum ex copulâ, ſi ipſa præceſſerit, ut firmat tanquàm canonem medicinæ *Ioannes Hartmannus* in ſuâ *Officinâ Sanitatis* (139). Non dico autem, quòd probet ex integro crimen; cùm enim

(133) *Etmiiller Inſtit. Medic. Phatolog. cap. p. Theſ. 22.; & Phyſiolog. cap. 4 Theſ. 6.*

(134) *l. Quoties §. Qui dolo. ff. de probat. l. Dolum. ff. de Dol. I. B. Nicola. Reg. iur. Tom. 2. fol. 184. col. 2.*

(135 *Par. P. Tit. Patronus. nu. 101.*

(136) *Par. P. Tit. Teſtes. n. 111.; & Tit Tortura. n. 70.*

(137) *Par. P. Tit. Reus. n. 49.*

(138) *Bartol. in l. Si quis ex argentariis. §. & an hæredi. ff. de Eden. ubi Iaſon, & in l. Poſt contractum. ff. de Donat. Iaſ. in l. Cum ea. col. 2. C. de Tranſact. Boſſ. Tit de Par. Suppoſ. nu. 13. & 34.*

(139) *Io. Hartman. Officin. Sanit. cap. 168. V. Accurate. fol. 1843. col. p.*

Digitized by Google

enim Teſtis unicus ſit , non poteſt ſolus illud probare ; ſed cùm integer ſit, & ideò ſemiplenè probet, ut notum eſt ; inducit præſumptionem, ità validam, quòd per eam inferri poſſit pęna Statuti .

107 Hoc durum fortaſſè videbitur Criminaliſtis, quòd nempè ex unico Teſte, quàmvis integro , pœna ordinaria feratur . Sed advertere debemus, quòd hìc non agimus dè inferendâ pęnâ prò fornicatione ; quæ eſſet carceratio , ſed agimus de pęnâ debitâ laboranti *morbo gallico*, quæ , cùm conſiſtat in ſolâ privatione Officiorum &c. ac ſit incorporalis, longè minor eſt illâ. Teſtis unicus non probat quidèm copulam , ſed facit præſumptionem talem contrà Reum , quòd in ipſum transfert onus probandi, ſe morbum ſinè culpâ contraxiſſe . Sicut enim non eſt locus pęnæ ſtatutariæ, quandò nullæ urgent præſumptiones, quòd morbus ſit ex ſcelere , ità locus illi fit, quandò contrà Reum militat præſumptio, quòd morbus ſit cum crimine contractus. Requireretur quidèm plena probatio per duos Teſtes, ſi agendum eſſet de dandâ pęnâ fornicationis ; ſed quià agitur tantùm de probatione præſumptivâ, faciente locum pęnæ ſtatutariæ prò morboſo , unus Teſtis de concubitu viſo , ſufficere debet .

108 Quod magis ſuadetur ex Statuto, dato ſuprà *n*.40., ubi habetur, quòd *Si de ſequeſtratione*( Fratris à ſocio cū Muliere ) *unus tantùm Teſtis fide dignus fuerit , & alius de lapſu carnis adverſus eundem , graviùs arctandum eſſe, decernitur* . Ex quo argui poteſt, quòd, ſicut arctatio gravior eſt pęna lata, à Statuto contrà ſequeſtrantem ſe à ſocio ; pari modo privatio officiorum eſt pœna ab eodem Statuto contrà laborantem *morbo gallico* . Sicut ergò illa infertur ex dicto unius Teſtis de lapſu , adminiculato ab alio Teſte de ſequeſtratione ; ità pariter inferri debet hæc ex teſtimonio unius Teſtis integri de copulâ , quandòquidèm ipſius dictum adminiculatur à ſenſibili exiſtentiâ morbi .

109 Adminicula autem poſſunt eſſe multa ; puta , vita parùm compoſita Rei ; ætas ; vagationes extrà Conventum ; colloquia de venereis , & ſexcenta hujuſmodi. Conſtito autem de indiciis , & adminiculis talibus, quòd præſumptionem criminis faciant , incumbit Reo in ſuis defenſionibus præſumptionem inductam deſtruere, probando , quòd morbum contraxerit aliundè , quàm per ſcelus ; quod ſi non fecerit, tutiſſimè poteſt pronunciare Iudex ſententiam pęnalem in ſtatuto latam .

110 Nèc tamen ſuprà datus modus procedendi ſecuriſſimus quidèm , ſed non ità neceſſarius dixerim , quin alius æquè ſecurus , minuſque Iudici difficilis, practicari poſſit, nempè conſtito Iudici de corpore delicti, per judicium Medicorum , prout dictum eſt ſuprà *nu*. 105., poteſt ſtatim Iudex citare Reum ad dicendum , quarè non debeat pęnâ ſtatutariâ percuti , & ſi iſte non adducat validas rationes , quibus concludenter probet, morbum contractum fuiſſe ſinè ſcelere , poteſt, & debet Iudex illum condemnare .

111 Ratio & quidèm ſolidiſſima eſt , quià in dicto ſtatuto eſt præſumptio juris, & de jure ; dùm ex præſumptione , quòd omnis *morbus gallicus* contrahatur ex coitu , diſponit, quòd Religioſus , illo laborans, taliter puniatur . Non ignorabat Auctor Statuti dari aliquandò talem *morbum* contractum innocenter , & ex conſequenti præſumptionem , ſuper quâ cadit diſpoſitio pęnalis , in aliquo caſu particulari aliquandò futuram eſſe falſam ; tamen, quià frequentiùs , & magis ordinariè contrahitur ille morbus ex coitu , quàm alio modo , tulit legem pęnalem , innixus ei , quod ordinariè accidit ; non excludendo quidèm probationem contrariam , deſtructivam præſumptionis in caſu particulari , ſed trasnferendo in Reum onus probandi contrarium. Contrà præſumptionem juris, & de jure, dari probationem, alibi ( 140 ) docuimus, quæ tamen ad hoc , quòd ſit valida, debet eſſe evidentiſſima . Iudex igitur Regularis non indiget probatione, quòd Reus contraxerit morbum cum ſcelere , ut pęnam illi infligat , quià habet Statutum prò ſe , quod præſumit ſcelus , ſed onus probandi contrarium incumbit Reo, qui , ſi non concludenter probet, pœnam cogitur ſubire , Et hæc quidèm eſt facilior via procedendi , quàm ſervare poteſt inter Nos Iudex , & eò tutiùs, ſi contrà Reum militant indicia , adminicula, & conjecturæ incontinentiæ .

112 Adverto tertiò; quòd ad incurrendam pęnam Statuti , non requiritur , quòd ex *morbo gallico* , tabidum totum corpus factum ſit ; ità ut ſentiat magnos dolores in artubus ; ſerpiginem, aut puſtuloſam ſcabiem in cute ; condylomata, mariſcas , ac hæmorroides cæcas in ano ; verrucas informes in manibus , pedibus , labiis, bubones in inguine, ſcabiem in pudendis , cruſtas purulentas in facie &c., ſed ſufficit, quòd habeat unum ex his ſignis, quæ Medicorum judicio, *morbum gallicum* arguant. Ratio eſt, quià Statutum dicit . *Qui morbo gallicu affecti fuerint* ; tales ità ſunt ii , qui morbum uno ſigno produnt , ſicut qui multis . Proindè, ſi quis in inguine bubonem, aut ulcus in glande veretri habeat , & judicio Chirurgi , hæc procedant à morbo gallico , inquiſitus ex officio , ſeu ad inſtantiam partis , poteſt ad pęnam Statuti condemnari . Quod etiam intelligendum eſt, ſi ſolâ *alopetiâ* laboraret , ſi quidèm Statutum non requirit copulativè utrumque morbum , ſed ſufficit ad pęnam quilibet eorum, nàm disjunctivè loquitur , ut patet intuenti .

113 Adverto poſtremò, quòd prædictæ pęnæ ſtatutariæ non ſufficiunt , caſu, quo, laborans *morbo gallico*, in aſpectu ſit valdè abhominabilis cum puſtulis , ſanie manantibus in cute, & maximè in facie , cum decidentiâ pilorum , & capillorum non tantùm capitis , ſed barbæ , & ſuperciliorum ; & aliis notis, extraordinariam turpitudinem inducentibus , Quià de jure communi , Clerici tali pacto morboſi, tanquàm publici peccatores , & notoriè infames , incurrunt Irregularitatem, ut ex quodam Capitulo ( 141 ) deducunt communiter Doctores .



( 140 ) *Par.P.Tit.Probatio.nu.12.& 13.*

( 141 ) *Cap.Sacerdotes.40.Diſt.Majol.de Irregular.lib.2.cap.19.nu.1.Borgaſeo tit.Par.5.Tit.de Cler.ægrot.nu.1.Sayr.de Cenſ.lib.6.cap.9.nu.5.Pariſ.Reginald.Avila.Henriq. apud Peyrin. de. Prel.Quæſt.2.cap.4.nu.7.*

Digitized by Google

## §. II.

## Sollicitatio ad turpia.

*SUMMARIUM.*

1 *Sollicitare in jure quid importet.*
2 *Sollicitatio ad impudicitiam, quomodò diverſificetur in gravitate.*
3 *Sollicitationis diviſio.*
4 *Sollicitationis extrà confeſſionem gradus.*
5 *Sollicitationis in confeſſione diffinitio.*
6 *Laudans pulcritudinem mulieris in confeſſione, ipſam ſollicitat.*
*Alii contrarium ſentiunt, ſed malè.*
*Hiſtoriam impudicam recitans in actu, ſeù loco confeſſionis, ſollicitat.*
*Habens tractatum de loco, & tempore peccandi in confeſſione ſimulatâ ſollicitat.*
*Dictiones conjunctiva* &, ac, que *&c. requirunt verumquè copulatum verificari, quandò agitur de pœnâ inferendâ.*
*Dictio* ſivè *alternativa eſt.*
*Stimulans pœnitentem ad lenocinium, pœnas ſollicitantium in confeſſione incurrit.*
7 *Tradens in confeſſione chartam, inducentem ad turpia, legendam à pœnitente poſt confeſſionem, ſollicitat.*
8 *Sollicitatio etiam ſignis fieri poteſt.*
9 *Sollicitatio factis etiam exercetur.*
10 *Sacerdos non habens juriſditionem, ſollicitans in confeſſione, non incurrit pœnas ſollicitantium.*
*Fictus Sacerdos ſollicitans non incurrit eaſdem pœnas.*
*Sacerdos non deputatus ad confeſſiones, ſi abſoluit à venialibus, non conficit Sacramentum, ſed quid ſacramentale.*
11 *Sollicitatio comprehendit maſculos. & fœminas.*
Perſona *ſignificat maſculos, & fœminas.*
*Dictio* quæcumque *eſt univerſalis, & diſtributiva.*
*Perſona quid ſit.*
12 *Sollicitatio ad alia crimina præter luxuriam, non incurrit pœnas ſollicitantium.*
13 *Sollicitans ad lenocinium, incurrit in pœnas ſupradictas.*
*Confeſſarius exercens lenocinium in confeſſione, incurrit pœnas &c.*
14 *Dictio* quomodòlibet *quid importet.*
*Dans pecuniam, deferendam Meretrici, ei, qui confitetur, incurrit &c.*
*Rogans pœnitentem, ut commodet domum ad colloquendum cum fœminâ ſuſpectâ, ſollicitat.*
*Opinio tenentium ſollicitatum ad ſola peccata venialia, non teneri denunciare ſollicitantem, refellitur.*
15 *Dictio* immediatè *quid importet.*
*Confeſſionis actus, quandò incipiat, & duret.*
16 *Sollicitans ubilibet, ſimulando confeſſionem, incurrit pœnas &c.*
*Loquens familiariter in confeſſionali, tali modo, quo aſpicientes cognoſcerent, ibi mulierem non confiteri, & tali occaſione ſollicitans non incurrit.*
*Confeſſarius ſimulando confeſſionem, in locutorio communi ſollicitans Monialem, incurrit pœnas &c.*
*Exercens impudicitias cum muliere, quæ ſe fingit ægrotam, & confeſſionem ſimulat, incurrit &c.*
17 *Sollicitans intuitu confeſſionis, licèt poſt eam, incurrit &c.*
18 *Sollicitatio intrat in confeſſione, etiam ſimulatâ.*
19 *Sollicitans in confeſſione eſt ſuſpectus de Hæreſi.*
*An ſit ſuſpectus de levi, àn de vehementi; remiſſivè.*
20 *Ex voluntate, & propoſito maleficia diſtinguuntur.*
*Sollicitans eſt ſuſpectus de levi tantùm.*
21 *Sollicitans in confeſſione etiam ſimulatâ, injuriam facit Sacramento.*
22 Souſa, & Carena *confutantur.*
*Offendens ſtatuam Principis fit Reus læſæ majeſtatis.*
23 *Suſpecti vehementer de fide, qui ſint.*
24 *Simoniaci dicuntur primi, & principales Hæretici.*

1 PRoxima ſuſpecto Conſortio, de quo §. *Superiori* actum eſt, in delictis carnis ſuccedit *ſollicitatio*. Porrò hæc derivat à verbo *ſollicitare*, quod in jure, prout ex multis legibus (1) deducitur, ſignificat *inſtigare*, *conſiliare*, *perſuadere*, *inſtare*, & *allicere*; & ſic dicimus *ſollicitare* ſervum ad furtum: militem ad ſeditionem, feminam ad ſtuprum &c. ſignificat etiam *curare*, ſivè *gerere*, undè *ſollicitator* dicitur, qui alienam cauſam, ſeù negotium *gerit*. In ordine autem ad crimina, *ſollicitatio* accipitur in primo ſenſu, puta, *conſilium*, *inſtigatio*, *perſuaſio*, & *inſtantia* ad crimen; & hæc deſumit ſpecificationem, & conſequenter gravitatem à delicto, circà quod verſatur; ut *ſollicitatio*, facta Teſti ad mentiendum, dicitur *ſubornatio*, & continetur ſub *crimine falſi*; facta ſervo ad rapiendam pecuniam Domino, inducit rationem *furti*; facta militi ad deſertionem, habet gravitatem delicti *Majeſtatis læſæ*, & ſic per cætera diſcurrendo.

2 In noſtrò caſu autèm ſumitur prò quâcumque formâ, quâ aliquis aliam perſonam marem, aut feminam ad impudicitiam ſtimulat. Diverſificatur autem tùm ratione perſonæ, cujus contemplatione fit *ſollicitatio*; tùm ratione criminis, ad quod intenditur, tùm ratione formæ

(1) *l. 1. §. final l. Neratius. §. Quamvis. ff. de ſervu. corru. l. Ut tantum §. 6. & q. ff. eo tit. l. 1. in fin ff. ad leg. Iul. majeſt.*

Digitized by Google

formæ, ſecundùm quam perficitur. Primum eſt, quandò quis aliam perſonam, ad peccandum ſecum actu carnali, *Sollicitat*; aùt *ſollicitat* ad peccandum cum alio, quod vocatur *Lenocinium*, ſed non eſt præſentis conſiderationis. Secundum eſt, ſi *ſollicitatio* fiat ad fornicationem ſimplicem; aut adulterium; aut inceſtum; aut ſacrilegium; aut, quod peſſimum eſt, ad innominabile crimen. Tertium eſt, ſi fiat verbis tantùm, aut factis, cum vi, aut ſinè illâ &c. de quibus infrà ſingillatim.

3 Solemnior autem diviſio huius criminis, quæ maximè attendenda eſt, tùm ob gravitatem pœnarum, tùm ob atrocitatem delicti, eſt attendenda à loco, & actu, in quo fit; nempè ſi in loco, & actu *Sacramentalis Confeſſionis*; vel extrà illam. Et hanc diviſionem ex inſtituto proſequemur.

4 Gradatio gravitatis huius delicti extrà Confeſſionem, eſt juxtà variationem modi, juxtà quam fit *ſollicitatio*. Si enim fit epiſtolâ amatoriâ, vel verbis tantùm, aùt laudatoriis pulchritudinis; aùt exaggerativis amoris intenſi; aùt depræcatoriis, ut petentis deſiderio ſollicitata ſatisfaciat; infimus gradus in gravitate ſollicitationis eſt. Gravior eſt, ſi oblatâ pecuniâ, ac muneribus, tentat *ſollicitans* extorquere à perſonâ tentatâ conſenſum ad crimen. Adhùc gravior eſt. Si minis illam terreat, niſi acquieſcat; ità ut ex metu gravis damni obtemperare cogatur. Graviſſimus tandèm, ſi factis violentiam infert, oſculando, amplexando, proſternendo. &c.

5 Occaſione autèm Sacramentalis Confeſſionis multipliciter committi poteſt *ſollicitatio*; quæ quidèm variari poteſt quò ad modos, magìs, aut minùs ad intentum efficaces; Poſſunt autem commodè omnes hujuſmodi indicari, ſi huius criminis exacta aſſignetur diffinitio; quæ poteſt eſſe hæc. *Sollicitatio eſt tentatio facta explicitis ſive implicitis verbis, vel ſcriptò, ſivè ſignis, aut factis à Confeſſario legitimo adverſùs quamvis perſonam pœnitentem, provocando ipſam ad committendos actus venereos, ſivè cum ſe, ſivè cum alio, quomodòlibet in actu, ſivè immediatè antè, vel poſt, aut loco, aut intuitu Confeſſionis ſivè realis, ſivè ſimulata.*

6 Dixi notanter *verbis explicitis, ſivè implicitis*, etenim non ſolùm cadit in hoc delictum ille, qui diſertis, & explicitis verbis, petit, & rogat pœnitentem, ut ad turpia ſivè cum ſe, ſivè cum alio committenda, acquieſcat; ſed etiam qui implicitis, ſeù interpretativis verbis hoc faceret. Proindè ſecundùm Doctores (2) qui laudaret pulchritudinem mulieris pœnitentis, & venuſtatem commendaret, incideret in hoc delictum. Ratio eſt, quià ad conciliandum ſibi amorem mulieris (pòſt pecuniam) nullum efficacius medium eſt, quàm ipſius pulchritudinem commendare, eamque venuſtiſſimam aſſerere; undè amantes, ad ſibi magìs conciliandum amorem, non alio modo utuntur, quàm laude pulchritudinis, aſſerentes, ſe amore, cauſato ab exceſſivâ ipſius formâ, exæſtuare. Præterquàm quòd talis laus, ut potè nullo fine bono cohoneſtata, impertinens, & iniurioſa eſt Sacramento; quo, tali pacto abutitur Confeſſarius; licèt contrarium teneant alii, quos citat, & ſequitur *Philippus de Bictis Quæſt. 122. num. 22.*, quibus non aſſentior; niſi laus pulchritudinis eſſet fine bono cohoneſtata, ut ſi Confeſſarius diceret. *Obſtupeſco, quomodò maritus tuus concubinam teneat, cum te uxorem habeat juvenem, venuſtam, & de quâ alius maritus gloriari poſſet*, hæc autem diceret ad conſolandam penitentem, illi commiſerando. Itidèmque commiteret hoc delictum, qui de rebus inhoneſtis, ſivè narrando hiſtoriam impudicam, ſivè alio modo in Confeſſionis actu vero, aut ſimulato, cum penitente loqueretur. Tùm quià in *Bullâ Gregorii XV.* (3) diſertè habetur, quòd hoc reatu teneantur Confeſſarii, qui cum pœnitentibus *illicitos, aut inhoneſtos ſermones, ſivè tractatus habuerint*. Tùm quià colloquia de rebus venereis accendunt maximè ſenſum, & acuunt concupiſcentiam; proindè cenſenda ſunt ſollicitatoria, & incentiva libidinis. Teneo etiam, quòd pari modo delinqueret, ſi Confeſſarius cum muliere, etiam aliùndè paratâ ſibi obſequi, ſimulando Confeſſionem, condicerent locum, tempus, aut formam, juxtà quæ poſſint ſimul convenire ad copulam. Ratio eſt, quià in citatâ Bullâ comprehenduntur habentes non ſolùm *illicitos, aut inhoneſtos ſermones*, ſed ſubiungitur *ſivè tractatus*. Ubi adverto, quòd non ponitur dictio coniunctiva aliqua, puta, *&*, *ac*, *que*, &c. per quas requiritur utrumque copulatum verificari, & maximè, quandò agitur de penâ incurrendâ; ut ſcripſit *Alexander*, (4) ſed ponitur *ſivè*, quæ eſt dictio alternativa, quæ facit, quòd diſpoſitio legis verificetur in altero tantùm de alternatis, ut communiter ſentiunt Doctores (5); proindè, non requiritur, quòd coniungantur *Sermones illiciti, inhoneſti, & tractatus*, ut committatur in legem; ſed alterum iſtorum ſufficit. Ulteriùs. Pari modo delinqueret, qui ſollicitaret penitentem ad proſtituendum, vel ſibi, vel alteri tertiam perſonam: ità ut penitens officium *lenonis*, aut *lenæ* aſſumeret. Ratio eſt, quià, licet tales ſermones non ſint *inhoneſti* reſpectu penitentis, de cuius honeſtate vitiandâ non agitur: ſunt tamen *illiciti*, tàm in ſe, (& maximè in actu Sacramentali) tùm obiectivè. Bulla autem alternativè loquitur de ſermonibus illicitis, aut inhoneſtis, & ità firmat poſt alios *Bordonus* (6), quibus ſubſcribo.

7 Dixi, *vel ſcriptò*: nam incidit in hoc crimen non ille tantùm, qui apertis verbis penitentem ſtimulat ad venerem, ſed etiam, qui in confeſſione traderet illi legendam, poſt confeſſionem, etiam cartam, in quâ ſcripta eſt *ſollicitatio*, ut declaravit *Alexander VII.* (7)

8 Dixi *ſivè ſignis*, nàm *ſollicitare* pariter dicitur, qui fixis in vultum penitentis occulis, ſuſpiria emitteret, qui manus, aut digitos eius vellicaret; qui pedem premeret: qui labia ad formam oſculandi componeret: qui genu leviter, & repetitis

(2) *Cunha. SanctaTel. Peyrin. Bonacin. Homobon. Barboſ. Diana illos citans Reſolut. 18. de Confeſſ. ſolicit. Trimarch. Diſp. Sect. 5. apud Bordon. Sacr. Tribun. cap. 23. numer. 59.*

(3) *Gregor. XV. Conſt. Univerſ. §. 9.*

(4) *Alex. Conſ. 110. num. 15. & ſeqq. V. & tantò magìs apud Tuſc. lit. D. Concl. 274. nu. 7.*

(5) *Gemin. Conſ. 8. num. 7. V. Vel dicit. Aegid. Conſ. 2. num. 7. Io. de Anani. Conſ. 46. num. 5. Roman. Conſ. 273. apud Tuſc. lit. A. Concl. 317. nu. p.*

(6) *Bordon. Sacr. Tribun. cap. 23. num. 59. & ibi Sanci. Diſp. 11. num. 44. & Dian. Tract. de Denunc. par. 1. Reſolut. 19.*

(7) *Alexand. VII. Propoſ. 6. Damnat.*

Digitized by Google

petitis vicibus ventrem pulſaret; qui vultum, aut genas faciei pœnitentis approximaret, & ſimilia. Ratio eſt, quià per hæc ſigna non minus, quàm per verba proditur animus libidinoſus Confeſſarii, & penitens incitatur ad culpam, quod eſt principale intentum, contrà quod militant Bullæ Papales.

9 Dixi *aut factis*, nàm incurret pariter Confeſſarius, qui genas penitentis quaſi blandiendo attrectaret; Si illius manum oſcularetur; Si illam amplexaretur, ſi ſecretas proprias partes, ut à penitente viderentur (nudaret; Si actus proderet, per quos penitens cognoſceret Confeſſarium actu in mollitiem labi, aut labi paratum, & alia hujuſmodi. Quià hæc pariter omnia commovere poſſunt animum penitentis ad libidinem, quod eſt effectus ſollicitationis (8)

10 Dixi à *Confeſſario legitimo*; Si quidèm Sacerdos non deputatus ad audiendas confeſſiones, & non habens juriſdictionem, ſi de facto Confeſſionem exciperet, & in eâ penitentem ſollicitaret, non incurreret penas, contrà Confeſſarios ſollicitantes, ut multi ſcribunt. (9) Ratio potiſſima eſt, quià Bullæ *Pauli, & Pii IV.* loquuntur de Sacerdotibus, *audiendis confeſſionibus pœnitentium deputatis*: & Bulla *Gregorii XV.* habet. *Ut aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas Confeſſiones deputatus*; proindè, ſi non eſt deputatus, nec habet juriſdictionem, comparatur ei, qui Sacerdos non eſt; Sicut ergò laicus ſe fingens Confeſſarium, & ſollicitans penitentem, non incidit in Bullas dictas, ut communiter ſentiunt Doctores (10), ità etiam Sacerdos, qui caret juriſdictione abſolvendi. Scio quidèm, nonnullos (11) tenere contrarium, quià ille Sacerdos eſt, & Confeſſiones audire ſimulat, qui eſt caſus expreſſus in Bullà *Gregorii XV.*; ergò in illam committit; & ſi non habet juriſdictionem abſolvendi à mortalibus, de novo commiſſis, habet tamen abſolvendi ab illis, jàm confeſſis, & à venialibus; Sed iſtæ rationes non ſtringunt, quià Bulla *Gregorii* apertè loquitur de Sacerdote, *ad Sacras audiendas confeſſiones deputato*, ſollicitante in Confeſſione etiam ſimulatâ; non verò de Sacerdote ſimplici. Falſum eſt autem, quòd iſte abſolvat Sacramentaliter à venialibus, & mortalibus, aliàs confeſſis, quià caret juriſdictione; & ad prædicta à nullo Canone ſibi tribuitur juriſdictio. Proindè excipiendo Confeſſionem venialium &c., & abſoluens, non conficit Sacramentum, ſed quid Sacramentale tantùm, ut optimè docet *Laurea* (12)

11 Dixi *quamvis perſonam pœnitentem*, ut comprehenderem tàm maſculos, quàm feminas, ſic enim incurrit hoc delictum, ſollicitando pueros, ſicut feminas, ut ſentiunt Doctores (13): Quià *Bulla Gregorii* disertè habet *perſonas, quæcumque illæ ſint*. Nomine autem, & appellatione *perſonæ*, tùm maſculos, tùm feminas venire ex jure (14) deducitur: & vim addit clauſula appoſita, *quæcumque illæ ſint*, ſi quidèm dictio illa *quæcumque* eſt univerſalis, & diſtributiva (15), complectens omnes, & ſingulos, quibus nomen *perſonæ* competere poteſt; proindè comprehendit maſculos, & feminas; pueros, puellas; adultos, & adultas; uſum rationis habentes, & non habentes. Si quidèm omnibus iſtis convenit nomen *perſonæ*; hoc eſt *intellectualis naturæ incommunicabilis exiſtentia*, ut dicunt Theologi (16).

12 Dixi ad *committendum actus venereos*, non enim incideret in Bullam Confeſſarius, ſollicitans ad furtum, rapinam, homicidium, aut aliud quodvis peccatum, diverſum ab impudicitiâ, pròut ſentiunt univerſaliter Doctores. (17) Ratio eſt, quià in Bullâ *Gregorii*, quæ inter cæteras eſt ampliſſima, habet ſolùm ad *inhoneſta perpetranda*, & cùm ſimus in materiâ penali, & odioſâ, quæ non patitur extenſionem, non poteſt ampliari ad peccata, ſpecie diverſa ab *inhoneſtate*. Verum eſt, quòd illo verbo, indefinitè prolato, comprehenduntur omnes actus inhoneſti; ut revelatio nuditatis, oſcula, & tactus, ſivè activi tantùm, ſivè paſſivi tantùm, ſivè reciproci; & alia quævis gravior culpa contrà honeſtatem; omnia enim comprehenduntur illo vocabulo *inhoneſta*, quod omnibus, & ſingulis æquè convenit.

13 Dixi, *ſivè inter ſe, ſivè cum alio*, iſtæ autem clauſulæ multiplicem habent ſenſum; primò, quòd vera *ſollicitatio* eſt, quandò Confeſſarius inſtigat penitentem ad actus inhoneſtos, ſecum committendos: ſecundò, quandò illam ſollicitat ad peccandum cum alio; ut ſi ſollicitaret feminam ad indulgendum amico ſuo; ſivè adoleſcentem caſtum, ut morem gereret ſivè feminæ, ſivè maſculo, amore illius capto; & tali caſu Confeſſarius *lenocinium* exerceret, ut advertit *Bordonus*. (18) Ratio eſt, quià in dictâ Bullâ *Gregorianâ* habetur, *ſivè inter ſe, ſivè cum alio*, per quæ verba exprimitur manifeſtè expoſitio, modò data. Tertiò, quandò penitentem ſollicitat, ut ipſa *mediatrix*, ſivè *Lena* fiat ad inducendam aliam perſonam, ut ſibi, ſeu alteri amico ſuo morem gerat, ut multi (19) ſcribunt. Et ratio eſt, tùm quià talis *ſollicitatio* fit per *Sermones illicitos, & inhoneſtos*, in citatâ Bullâ expreſſos: tùm quià inducitur penitens per talem *ſollicitationem* ad *perpetranda inhoneſta*, puta, *Lenocinium*, quod pariter in eâdem Bullâ cavetur, & de hoc diximus ſuprà *num.*6. in fine.

14 Dixi *quomodòlibet*; quià dictio hæc ponitur in citatâ *Gregorianâ*, & ſecundùm Doctores (20) eſt univerſalis,

(8) *Peyrin. ad Conſtit.4. Gregor.XV. §.6. nu.2.*

(9) *Souſa lib.1. Aphoriſm.cap. 33. nu.16. & 17. Fagund.de Præcept.Eccl.lib.4. Præcept.2.cap.79. Portell.V.Sollicitatio.nu.13 apud Bordon.Sacr.Trib.cap.23. q.13.num.64.*

(10) *Sanctarell.de Hæreſ.cap.46. nu.9. Portel. V. Sollicitatio.num. 14.Sanc.Select.Diſp.11.num.36. Trimarc.Diſp.7.num.3. apud Bordon.l.cit.num.63: Bict.q.122. nu.28., & ibi Lezan. V. Denunciatio. nu.6. in fin.*

(11) *Peyrin.Tom.3. privil.cap.11. nu.3. Acugna. Sanc. Lezan. Palao.Diana apud Bict.q.122. nu. 24.*

(12) *Card. Lauræ. de Pœnit.*

(13) *Bict.Quæſt.122. num.25., & ibi Belloch. Nald. Peyrin.Vener. Hieron.Roderic.& Diana par.1.Tr.4. Reſol.12. & par.4.Tr.5. Reſol. 33.*

(14) *cap.Muliebres de Iudic.in 6. cap. Cum perſonæ de Privil.eo.lib. cap.Mulieres.Extrà de Sent.Excom.*

(15) *cap.ſoliſa.de Maio. & obed.Iaſon.in l.Quodcumque num. 4. ff. de Verb.oblig. Apoſtil.ad Roman.Conſ. 31. V. Quæcunque l. Si pluribus in princ. ubi Gloſſ. in V. Sed omnes ff. de leg. 2.*

(16) *Scot. in 3. Diſt.p. q. p.*

(17) *lezan.Tom.p.cap.19.nu.34. Bonac.Tract.var.Diſp.6.p.3.n.7. Peyr. Sanc.Sanctarel.Vener.apud Dian,par.p.Tr.4. Reſol.20. Bict.Quæſt.122 nu.27.*

(18) *Bordon.Sacr.Tribun.cap.23.nu.27.*

(19) *Peyrin.ad Conſt.4.Gregor.XV.§.5.num.16.& ibi à Cunha.de confeſſ.ſolic. q.17. num.5. ubi Freita num.13. Graff. de cogn. Spir. Tom.1.Concil. lib.4. Conſ.1. num.41. & 42. Sanctarel. de Hæreſ.cap. 44. num.19. Caſtr.Tract. 4. Diſput. 9. part. 5. num.1.*

(20) *Soccin. Sentent. in l.Quidam. num. 5. ff.de Reb. dub. Gozad. Conſ. 1. num. 9. Natta. Conſ.435. num. 19. M.Anton. lib.1. Reſol.ult.Caſ.42.*

(21) *Alex.conſ.155. num.3.lib.2. Roland Conſ.2. num.23.lib.4. Pariſ.de Reſignat.benef. lib.9. quæſt.25.nu.4.*

Digitized by Google

aliſſima, & comprehendit ea, quæ aliàs non comprehenderentur; & includit quemcumque modum, ſeù formam agendi; (21) imò comprehendit etiam minima, ut vult *Seraphinus* (22) & alii; & tandèm nullum reſpuit caſum, ut poſt alios ſcripſit *Barboſa* (23), per hanc ergò comprobantur ſupradicta; quià per hanc in dictâ Bullâ comprehenditur *Lenocinium*, quod aliàs non comprehenderetur, cùm in eâ non exprimatur, & ſimus in materiâ odioſâ, extenſionem non admittente. Comprehenditur etiam, ſi quis in Confeſſione daret pęnitenti pecuniam, aut munus, dandum meretrici, aut alteri fœminæ, cognito à pęnitente, illud eſſe inſtrumentum ad peccandum cum Confeſſario, aut cum alio; ſi rogaret pœnitentem ad concedendam ſibi, aut Amico commoditatem in ſuâ domo alloquendi in ſecreto cum perſonâ ſuſpectâ: Quià iſti duo caſus ſunt verum *Lenocinium*, licèt palliatum; & miror, *Bordonum* (24) qui admittit ſpectare ad hoc crimen *ſollicitationem* ad *Lenocinium*, negare traditionem pecuniæ, dandæ feminæ ſuſpectæ; & petitionem domus, ut præfertur comprehendi in hoc caſu. Pariter comprehenduntur omnes modi ſollicitandi, ut dictum eſt, verbis, ſcripto, nutu, ſignis, factis, perſonas quaſcumque, & cuiuſvis ſexus. Itidèm comprehendit etiam minimos actus *ſollicitationis*; undè refellitur ſententia eorum (25), qui ſentiunt non incidere in hunc caſum, & proindè pęnitentem, non eſſe obligatum ad eum denunciandum, Confeſſarium ſollicitantem ad actus tantùm venialiter inhoneſtos, tangendo manum, vel mamillas, aut genas fœminæ, digitos intorquendo, & vellicando ob ſolam delectationem, abſquè ulteriori fine, vel periculo pollutionis, quià in genere caſtitatis ſunt peccata venialia. Bulla autem *Gregorii* non prohibet niſi mortalia. Quià falſiſſima eſt hæc opinio, tùm quià in genere luxuriæ nulla datur parvitas materiæ; tùm quià, ut dicebamus per illam dictionem *quomodòlibet* comprehenditur materia quævis etiam minima; tùm quià, ut optimè docet *Peyrinus*, (26) dictam opinionem referens, & refellens, poſſet Confeſſarius fingere, ſe habere intentionem non ulteriùs prò tunc progrediendi, ſed in effectu aliud ardenter affectare, & paulatim ſic procedere ad videndum, àn pęnitens inclinet, & cum ipſo deſcendat in actum; quem animum, cùm ſit quid latens, pęnitens cognoſcere non poteſt.

15 Dixi *in actu, ſivè immediatè antè, vel poſt confeſſionem*; talis enim clauſula expreſsè ponitur in Bullâ. Dicendum autem eſt, quid importet *immediatè antè, vel poſt*. Dictio *immediatè*, prout hauritur ex ejus etymologiâ, ſignificat *ſinè medio*, ut multi ſcribunt. (27) *Immediatè* igitur *antè, vel poſt confeſſionem*, importat, quòd, poſt *ſollicitationem* factam, nullâ aliâ interpoſitâ actione, ſequatur Confeſſio; aut ſimili modo præmiſsâ Confeſſione, ſubſequatur *ſollicitatio*. Actio autem debet eſſe talis, quæ judicio prudentis viri ſufficiens ſit ad diſcontinuandum illa duo, nempè *ſollicitationem*, & *Confeſſionem*. Si enim fœminam ad ſe venientem Confeſſarius ſollicitaret; ipſique verba indifferentia, & generalia dediſſet; mox ab eo conſilium ſuper negotio domeſtico petiiſſet; aut longâ tuſſi, vel reiteratâ ſternutatione, intercepta fuiſſet; quâ ceſſatâ, Confeſſionem inciperet; illæ actiones breves non poſſent dici tales, quòd per eas ità diſcontinuatæ dicerentur *ſollicitatio*, & *confeſſio*, ut una non eſset *immediatè* poſt aliam. Spatium autem, ſeù duratio Confeſſionis dicitur illud, quod incipit, dùm genuflectit pœnitens, ut confiteatur, uſquè dùm Confeſsarius abſolutionis verba pronunciavit, ut dicunt Doctores (28). Itaquè qui *immediatè* antè, vel poſt illud tempus ſollicitat, in crimen incidit.

16 Dixi *aut in loco confeſsionis*, nàm in citatâ Bullâ habetur, Reum *Sollicitationis* fieri Confeſsarium, qui pęnitentem ſollicitat, etiam *extrà occaſionem confeſsionis in Confeſsionario, vel alio quocumque loco, ubi Sacramentales confeſsiones audiuntur, ſeù ad confeſsiones audiendas electo, ſimulantes ibidem confeſsiones*. Quivis igitur Confeſsarius ſollicitat Mulierem ad ſe venientem, dùm eſt in Confeſſionario, quantùmvis illa accedat, non animo confitendi, ſed alloquendi Confeſsarium de re indifferenti, fingit tamen confiteri; ſivè ex condicto alium locum eligant, ut familiariter loquantur, ſimulant autem Confeſſionem mulier quidèm genuflectendo, & manus jungendo, Confeſsarius autem benedicendo; ſemper impingit in Bullam. (29) Ratio autem motiva hujus eſt iniuria, quæ fit Sacramento per ipſius ſimulationem. Proindè exiſtimant nonnulli, (30) quòd, ſi ex condicto, nullo modo ſimulantes confeſſionem, Confeſsarius, & Mulier accederent ad locum deputatum prò confeſſionibus audiendis, & ibì colloquerentur in tali diſpoſitione, quòd, qui viderent ipſos, cognoſcerent illos familiariter loqui, non autem confiteri. Confeſsarius verò in tali occaſione ſollicitaret, non incurreret pęnas. Vicę verſâ, ſi Confeſsarius Monialium in particulari locutorio, (in quo Moniales ſecum alloquuntur, tùm prò Confeſſione, tùm prò aliis negotiis) cùm Moniali de turpibus loqueretur, ſimulando tamen Confeſſionem, incurreret, ut contrà *Sancium* (31) optimè ſentit *Bordonus*. Et idem eſset, ſi ex condicto Monialis, ſeù alia mulier fingeret infirmitatem periculoſam, & Confeſsarium accerſeret, ut confiteretur; & ità ſimulando Confeſſionem, impudicitias committerent; quià par iniuria fit Sacramento, quo tanquàm lenone abuterentur; & in eo haberentur non tantùm *Sermones*, & *tractatus*, ſed etiam opera *illicita*, & *inhoneſta* contrà Bullam.

17 Dixi autem *intuitu confeſsionis*, quià qui ſollicitat cum aliquo motivo, ad Confeſſionem ſpectante, aut depen-

(22) *Seraphin. Deciſ. 1082. nu. 2. Clem. 2. ubi Gloſſ. in V. Quomodolibet de Sent. Excom. cap. Indemnitatibus. de Elect. in 6. Menoch. Flamin. Velaſq. Mandoſ. Ĉened. apud Barbos. Dict. 330. num. 7.*

(23) *Barboſ. cit. Dict. 330. n. final., & ibi Molin. de Brach. Secular. cap. 4. num. 48. Rot. Deciſ. 338. num. 3. Par. 4. recent. Modern. de ſuppl. ad Sanct. Par. 2. cap. 20. nu. 32. & 33.*

(24) *Bordon. Sacr. Tribun. cap. 33. quæſt. 11. nu. 62.*

(25) *Sanch. de Matrim. lib. 9. Diſp. 46. num. 16. Caſtr. Tract. 4. Diſp 9. p. 3. num. 3.*

(26) *Peyrin. Tom. 3. cap. 11. nu. 6.*

(27) *Barboſ. Diction. 150. & ibi Rota. Deciſ. 166. num. 2. Par. 7. recent. Tiraquell. in l. Si unquam. V. Revertatur. num. 125. C. de Revoc. Donat. Rebel. de Obligat. juſt. p. 1. lib. 1. quæſt. 6. num. 37.*

(28) *Bict. quæſt. 122. num. 4. & ibi Diana Par. 4. Tr. 5. Reſol. 46. Lezan. Tom. 3. V. Denunciatio. nu. 6. Bordon. Sacr. Tribun. cap. 23. nu. 35.*

(29) *Bordon. loc. cit. num. 43. Palao. Tom. 1. Tract. 4. Diſp. 9. Pun. 8. num. 4. Lezan. Tom. p. cap. 19. num. 34. apud Bict. q. 122. num. 7.*

(30) *Souſa & Sanc. relat. à Diana Par. 4. Tr. 5. Reſol. 38*

(31) *Sanc. Diſput. 11. propè fin. §. Hinc fit. Bordon. Sacr. Tribun. 23. num. 45.*

Digitized by Google

dependentia à Confeſſione, quàmvis inter hanc, & ſollicitationem mediet aliquod tempus, committit in Bullam. Undè, ſi auditâ Confeſſione mulieris, Confeſſarius dicat, *de hoc caſu, volo tibi loqui extrà Confeſſionem, proindè da mihi licentiam opportuno tempore loquendi*, quâ acceptâ, poſt unum, aut plures dies adiret mulierem, & acceptâ occaſione loquendi de caſu in Confeſſione audito, ſollicitaret; utiquè incurreret, quià talis *ſollicitatio* refertur ad Confeſſionem, & ab eâ pendet; quià occaſionatur à caſu, in Confeſſione audito; ſicut etiam, qui diceret puero, qui confeſſus eſt, *venies hodiè ad Cubiculum meum, & dabo tibi chyrographum Confeſſionis, & hâc occaſione ſollicitaret, ut poſt Souſam, & Dianam, docet Bordonus*. (32)

18 Dixi tandèm, ſivè *realis, ſive ſimulata*, quià in Bullâ habetur, *ſive occaſione, ſive prætextu Confeſſionis hujuſmodi*; per quam clauſulam importatur omnis, & quævis *ſollicitatio*, quæ fit in actu, aut ex motivo, & occaſione, & intuitu, ſeù contemplatione Confeſſionis *realis*, ſivè *ſimulata* juxtà caſus ſuprà expreſſos.

19 Delictum hoc, ratione iniuriæ, quæ Sacramento fit, atrociſſimum eſt, & Reus de hoc crimine eſt ſuſpectus de hæreſi, prout habet *Pius IV.* (33) in ſuo Brevi ad *Archiepiſcopum Hiſpalenſem*; in quo dicit. *Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide Catholicâ rectè ſentiunt, Sacramentis in Eccleſiâ Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant &c.* An autem ſit ſuſpectus *de levi*, aut *de vehementi*, controvertunt Doctores; quorum plures hinc indè recenſet *Diana* (34)

20 Salvo tamen meliori judicio, dicerem eſſe ſuſpectum tantùmmodò *de levi*; nàm ex voluntate, & propoſito maleficia diſtinguuntur, ut dicunt jura (35) proindè, ſi quis ſollicitat libidine percitus, ejus delictum ſpecificatur à fine, quem intendit, puta, carnalem delectationem; & ſic peccat contrà caſtitatem, accidit verò, quòd *ſollicitatio* fiat in Confeſſione; proìndè non ſollicitat, ut offendat Sacramentum, nequè quià credat in Confeſſione peccata deleri (quod eſt ſolidius fundamentum ſentientium oppoſitum,) ſed arreptâ ſollicitandi occaſione, quam fortè alibì habere non poteſt, quàm in actu Confeſſionis, per accidens, vel ex conſequenti tantùm offendit Sacramentum; & ſic malè non ſentit de eo, licèt eo abutatur; & ex conſequenti eſt ſuſpectus *de levi* tantùm, ſicut omnis, qui non Chriſtianè vivit, & præcepta Dei tranſgreditur, *leviter eſt* ſuſpectus, quòd non credat, & non ex motivo infidelitatis, ſed à motu paſſionis iraſcibilis, & concupiſcibilis inducatur ad operandum contrà id, quod faciendum docet vera fides.

21 Præterea, qui ſollicitat in Confeſſione ſimulatâ, ſi non formaliter, ſaltem reductivè iniuriam facit Sacramento Confeſſionis; & proindè pari modo denunciandus eſt, ſicut, qui ſollicitat in actu Confeſſionis realis. Talis autem juxtà Auctores contrariæ ſententiæ eſt ſuſpectus tantùm *de levi*; dicendum ergò, quòd etiam *de levi* tantùm ſuſpectus ſit ille, qui ſollicitat in actu, aut immediatè antè, vel poſt Confeſſionem.

22 Frigida autem eſt reſponſio *Souſa*, & *Carena* (36) qui dicunt in primo caſu non intervenire Sacramentum, quià tunc non fit; in ſecundo verò intervenire; proindè in illo oriri ſuſpicionem *de levi*, in hoc vero *de vehementi*. Quià, ſi non intervenit Sacramentum verum, intervenit tamen ſimulatum, ſeù repreſentatum; & ſollicitans utitur ad delinquendum illâ imagine, ſeù fictione Sacramenti; & per accidens eſt, quòd ſollicitata prò tunc nolit confiteri; cùm tamen quò ad locum, & formam extrinſecam ità ſe habeat, ſicut ſi verè confiteretur. Par ergò utrobique fit iniuria Sacramento, ſicut pari modo Reus leſæ majeſtatis eſt, qui offendit Statuam Principis (37), quæ eſt ejus repreſentatio, ſicuti qui perſonam Principis.

23 Ulteriùs de fide *vehementer* ſuſpecti illi tantùm ſunt, qui in materiâ fidei, aut ad fidem pertinente, delinquunt, & cum hoc gravia indicia exhibent fidei læſæ. Et ità, qui citatus ad reſpondendum de fide, contumaciter ſe abſentat, vel qui impediens Officium Inquiſitionis contrà Hæreticos, aut auxilium, aut favorem impedientibus præſtando, excommunicatur, ſi per annum in excommunicatione inſordeſcat; vel qui inſtruit in causâ fidei Hæreticum, ut veritatem ſui criminis cęlet; vel qui Hæreticos receptat, defendit, non revelat, aut denunciat, cum eis familiariùs vivit, eorum converſationem approbat, obſequium, quod magìs ſit in favorem culpæ, quàm perſonæ, eis impendit, vel, qui in causâ fidei convincitur ſe negare, quod antè aſſeruit, cenſetur ſuſpectus *vehementer* de hæreſi, ut multis probat *Eymeric.* (38) Et ità indicia, ex quibus præſumi poteſt, quòd, qui operatur, id faciat potiùs ex læſâ fide, quàm ex alio motivo vitioſo, probant *vehementem* cauſam præſumptionis.

24 In caſu autem noſtro non ſic eſt; quandòquidem cauſa *ſollicitationis* eſt appetitus venereæ delectationis, ratione cujus, ſalvâ fide circà Sacramenta, & alia credibilia, poteſt quis perverſè operari, ut illi ſatisfaciat. Profectò *ſimoniaci* dicuntur in jure (39) non tantùm Hæretici, ſed *primi, & principales Hæretici*, & tamen ſi quis in adminiſtratione Sacramentorum ſimoniam etiam realem commiſerit, quantùmvis abutatur Sacramento, & de hoc crimine puniatur, non tamen unquàm abiurare de *vehementi* cogitur: & ratio eſt, quià non movetur principaliter ab errore, quem habeat in intellectu circà venalitatem Sacramentorum, ſed à motivo cupiditatis, & avaritiæ: Ità eſt in caſu noſtro, in quo ſollicitans movetur ab appetitu venereo, non ab errore circà fidem; proindè non eſt cenſendus ſuſpectus de hæreſi, niſi *leviter*, & eo modo, quo ſuſpecti cenſentur cæteri Chriſtiani, qui optimè ſentientes de fide, malè vivendo, peſſimè peccant contrà charitatem, ac ſi minimè crederent, quæ fides docet.

(32) *Souſa lib. 1. cap. 34. num. 39. Diana par. 4. Tr. 5. Reſol. 11. apud Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 23. q. 6. num. 57.*
(33) *Pius IV. Cum ſicut 15. April. 1561.*
(34) *Dian. par. 4. Tr. de Confeſſ. ſolicit. Reſol. 51.*
(35) *cap. Cum voluntate de Sent. Excom. l. Verum ff. de Furt.*
(36) *Souſa Aphor. Inquiſit. lib. p. cap. 34. num. 64. Carena part. 2. Tit. 6. num. 76.*
(37) *l. qui Statuas ff. Ad leg. Iul. majeſt.*
(38) *Eymeric. Direct. Inquiſit. par. 2. quæſt. 56. per tot.*
(39) *cap. final. 1. quæſt. 7. cap. Quoties extrà de Simon.*

Pro-

Digitized by Google

## Probatio.

### SUMMARIUM.

25 *Sollicitatio extrà confeſſionem probari poteſt per Teſtes ſingulares.*
26 *Reus non poteſt conſtitui, niſi ſemiplenè probato delicto.*
27 *Quid agendum, quandò adeſt ſola querela ſollicitatæ abſquè indiciis.*
28 *Teſtes ſingulares, pluſquàm tres, ſufficiunt ad pœnam ordinariam.*
29 *Sollicitans in confeſſione ad dictum unius Teſtis, non Carceratur, Conſultandi ſunt Cardinales in quolibet caſu.*
30 *Dubium, àn ad depoſitionem unius viri gravis, poſſit Inquiſitor contrà Confeſſarium ſollicitantem procedere?*
31 *Ad dubium, negativè.*
*Ad denunciationem maſculi ſollicitati, extantibus adminiculis, poteſt Inquiſitor procedere.*
*Depoſitio pueri, proximi pubertati, cum adminiculis, aut præſumptionibus, ſufficit ad inquiſitionem, & torturam.*
32 *Denunciatio duarum fœminarum integrarum, probat ad capturam, & torturam.*
33 *Bordonus reiicitur.*
34 *Sollicitans convincitur per quatuor fœminas integras.*
*Mulieres admittuntur in Teſtes in delictis difficilis probationis.*
*In delictis capitalibus tres fœminæ non convincunt.*
*Teſtes ſingulares, ut convincant, debent eſſe quatuor.*

25 PRobatur autem hoc delictum, cùm ſit difficillimæ probationis per Teſtes etiam ſingulares, ſed primò dicamus de probatione *ſollicitationis* extrà Confeſſionem, & mox dicemus de eâ in Confeſſione. Quò ad primum, dico, quòd, quià hoc eſt delictum jterabile, probari poteſt per Teſtes ſingulares; & ad conſtituendum Reum duo ſufficiunt, maximè ſi ſint adminiculati à malâ famâ, tùm in ſpecie de hoc delicto, tùm in genere de malâ vitâ; & procacitate Rei, undè poterit etiam torqueri: poſito tamen, quòd Teſtes non patiantur exceptionem. Quòd, ſi aliquam patiantur, deberet addi tertius, ut per numerum Teſtium reparetur eorum defectus; hoc autem dico, ſivè Teſtes deponerent de unâ, & eâdem perſonâ, ac ſexu, ſicut de diverſâ. Quòd, ſi unus tantùm eſſet Teſtis de viſu integer, & unum grave indicium legitimè probatum cum adminiculis: vel duo indicia gravia probata, adhùc poſſet Reus conſtitui, & torqueri. Exempla do, ſi *Caius* viſus fuiſſet ab uno Teſte, ſollicitare *Bertam*; ab alio, *Seiam*, ſivè *Cletum* puerum, ſivè eandem *Bertam* diverſo loco, & tempore; & fama eſt inter Fratres, quòd *Caius* vitio luxuriæ peccet, aut irreligiosè vivat: aut ſi adſit tertius Teſtis, caſu, quo duo priores patiantur defectum; vel deſint adminicula, poteſt Judex conſtituere, & torquere Reum. Pariter ſi deponit unus Teſtis integer, quòd *Caius* ſollicitavit *Bertam*, eam per vim oſculando, & tentando veſtes elevare &c. & alii duo probarent, vidiſſe eodem contextu *Bertam*, diſcompoſitis crinibus, fugientem à loco, in quo cum *Caio* fuerat. Et *Caium* ipſum exeuntem poſt, pallidum ultrà ſolitum in facie; & extarent ſupradicta adminicula: vel ſi alii duo deponerent de audito clamare *Berta*, tanquàm renuentis, lamentantis, ſeù auxilium petentis; & de fugâ ejuſdem, & pallore *Caii*, ut præfertur, etiamſi prædicta adminicula non extarent, poſſet *Caius* examini rigoroſo ſubiici.

26 Ratio dictorum eſt, quià, ut aliàs (42) diximus, nequit conſtitui Reus, niſi ſemiplenè probato delicto; omnibus autem recenſitis modis, ſemiplenè probatum remanet delictum, ſufficiens ad conſtitutionem, & torturam Rei.

27 Quid autem juris, ſi nullus adeſſet Teſtis, ſed tantùm querela, delata ad Judicem à ſollicitatâ ipſâ, ſeù ab ejus parentibus, ſeù coniunctis (Dico, quòd non ſufficit ad conſtituendum, & multò minùs ad torquendum Reum, licèt militarent adminicula, puta, bona fama querelantis, & mala Accuſati. Quòd, ſi aliquod adeſſet indicium grave, valdè conferens ad delictum probatum per Teſtes, junctis adminiculis, poſſet procedi, quià unum indicium grave, valdè conferens ad delictum probatum per duos Teſtes, junctis adminiculis, ſemiplenè probat, ut docuimus loco proximè citato. Quandò ergò ad Superiorem deferuntur hujuſmodi querelæ, deſtitutæ Teſtibus, & indiciis, & vigentibus ſolis adminiculis, debet Superior ſecretò, & graviter monere, & corripere ſubditum, ab eo Conventu movere; hoc enim modo quærelanti ſatisfit, & famæ ſubditi parcitur. Quòd, ſi nequè adminicula vigeant, non poteſt ſuperior ullo modo moveri contrà ſubditum bonæ famæ, & multotiès mulierculæ ex privatâ in Religioſum ſimultate, aut aliorum ſuggeſtione moventur ad ejuſmodi accuſationes, quas de facili recipere non debent Prælati, ut aliàs monuimus. (43)

28 Quid verò, ſi eſſent plùſquam tres Teſtes ſingulares, aliàs integri, qui deponerent de diverſis etiam ſexu, & numero perſonis ſollicitatis? Aut quid juris, ſi quatuor querelæ à diverſis pariter ſollicitatis ad Judicem eſſent delatæ? Dico, quòd poſſet, & deberet Reus pœnâ ordinariâ puniri, quià, ut aliàs (44) diximus, Teſtes ſingulares plùſquam tres in delictis jterabilibus concludenter probant ad pœnam ordinariam, maximè ſi jungantur adminicula.

29 Si autem loquamur de *ſollicitatione in Confeſſione*, certum eſt, quòd nec unus Teſtis ſingularis, quàmvis integerrimus, nèc dictum Mulieris ſollicitatæ, etiam honeſtæ, & optimæ famæ, quantùmvis etiam Reus eſſet famæ diminutæ, ſufficit ad hoc, quòd Inquiſitor poſſit eum incarcerare. Si quidèm ſupremum *ſacræ Inquiſitionis Romanæ Tribunal* hoc ſanxit in ſuo ad *Vicarium Generalem Genuæ* reſcripto, quod per extenſum referunt *Peyrinus* & *Bordonus*. (45) Et in eo ſupremi Inquiſitores Purpurati reſervarunt ſibi jus decernendi, àn locus ſit carcerationi in caſu particulari, receptâ ab Inquiſitore notitiâ de qualitatibus denunciantis, ac denunciati; & hoc modo ad dictum unius Teſtis *ſingularis carcerandi*.

Bb 30 Diſ-

(42) *Par. p. Tit. Reus n. 10. & ſeqq.*
(43) *Par. p. Tit. Accuſatio. Quæſt. 2. n. 55.*
(44) *Par. p. Tit. Probatio. n. 3.*
(45) *Peyrin. Tom. 3. cap. 11. n. 4. Bordon. ſacr. Tribunal. cap. 23. quæſt. 30. n. 104.*

30 Difficultas autem eſſe poſſet, àn ſcilicet vir gravis, qui ad dictum ſollicitatæ, denunciaret ad Inquiſitorem, ſufficeret cum adminiculis bonæ famæ Mulieris, & mala Confeſſarii; ſivè, àn dictum unius maſculi ſollicitati cum prædictis adminiculis, poſſet Inquiſitor procedere? Ratio autem dubitandi eſt, quià in memorato reſcripto habetur, *per il detto d'una ſola Donna, V. S. non faccia conſtituire, nè carcerare il preteſo Reo*; & ſic reſcriptum reſtringitur ad teſtimonium unius Mulieris, non poteſt ergò extendi ad depoſitionem viri gravis, ſivè maſculi ſollicitati cum adminiculis; quià de jure communi eſt, quòd Judex procedere poſſit ad dictum Teſtis unius integri, maximè ſi eſt adminiculatum; proindè tale reſcriptum, tanquàm correctorium juris communis, non patitur extenſionem à mulieribus ad maſculos.

31 Dico ad hæc, quòd ſi vir, qui audivit à Muliere, ſe fuiſſe ſollicitatam, denunciat, non poteſt Inquiſitor procedere, etiam ſi eſſent decem viri, hoc idem denunciantes, quià ab eâdem fœminâ in eodem, aut diverſis temporibus audierunt. Ratio eſt, quià tota vis probandi pendet à ſolâ relatione mulieris, cujus dicto cùm non poſſit Inquiſitor deferre in judicio, multò minùs extraiudicialiter divulgato. Si verò maſculus ſollicitatus denunciet, & vigeant adminicula, ut præfertur. Dico, poſſe Inquiſitorem procedere, tùm quià illud reſcriptum loquens de unâ Muliere, non poteſt extendi ad unum Marem, tùm quià, licèt ratione injuriæ factæ Sacramento, æqualiter delinquat ſollicitans fœminam, ſicut marem, tamen ratione impudicitiæ attentatæ, gravior eſt *ſollicitatio* ad venerem maſculam, quàm ad fœmineam; undè immanitas criminis majorem auctoritatem procedendi dat Judici; ut notum eſt, tùm quià in maſculo maximè puero, non præſumitur tanta malitia regulariter ad nocendum Confeſſario, deferendo ad Inquiſitorem crimen falſum prò vero, quod fuit unicum motivum Cardinalibus ità reſcribendi, ſicut periculum eſt in Muliere. Proindè Inquiſitor, ſi videt in puero ſimplicitatem; timorem Dei, & quòd adſtrictus ab alio Confeſſario, comparet ad denunciandum; nec oſtendit deſiderium, quòd Confeſſarius, qui ſollicitavit, puniatur; poteſt procedere, quià hæc adminicula augent vim dicto illius. Intelligo autem de puero ingreſſo pubertatem, hoc eſt majore 14. annis, ſivè proximo pubertati, ut duodecim, aut tredecim annorum; dictum enim iſtius cum adminiculis, aut præſumptionibus, facit indicium ad inquiſitionem, & torturam, ut dicunt Doctores, (46) maximè in caſibus exceptis, ac difficilis probationis.

32 Per duas autem fœminas probari delictum, ſufficienter ad capturam, & torturam, ſcribit *Bordonus*, (47) intelligendum tamen eſt, ſi illæ ſint integræ famæ & moveantur ad denuntiandum, zelo fidei, & honoris Dei. (48) Si enim eſſent famæ diminutæ, aut coniiceret Inquiſitor, quòd ex condicto veniunt ad denunciandum; & deſiderium proderent, quòd Confeſſarius puniretur, ſuſpectum nimìs redderetur earum dictum; maximè ſi Confeſſarius eſſet vitæ aliundè ſpectabilis; nec deberet illis Inquiſitor deferre; & luctuoſas, deplorandasque hiſtorias Audivi de talibus fœminis ex condicto falſo accuſantibus. Proindè caveant DD. Inquiſitores, & denunciantium hujuſmodi *ſpiritum* probent, *ſi ex Deo ſit*.

33 Porrò, quod inibi habet idem *Bordonus*, quòd, nempè dictum unius fœminæ honeſtæ adminiculatum indiciis contrà Confeſſarium, *ſi nimirùm probetur deditus peccatis carnalibus, ſit mala fama &c.* ſufficiat ad carcerandum, non puto verum. Quià reſcriptum ſuprà memoratum *Sac. Congregationis*, vult, *non eſſet capiendum Confeſſarium ſivè bona, ſive mala fama à quàvis muliere denunciatum, ſivè honeſtâ, ſivè inhoneſtâ, & bona fama*, pròut idem *Bordonus*, *n.* 105. expreſſis verbis habet. Undè nihil poteſt juvare bona fama Mulieris &c. & mala Confeſſarii, ut una ſufficiat ad capturam, ut ſuprà dictum eſt.

34 Probatum verò remanet delictum plenè, ità ut poſſit dici cōvictus Reus per quatruor Mulieres, non patientes exceptionem de malâ famâ, pròut ex *Cunba* tenet *Peyrinus*. (49) Ratio eſt, quià, licèt teſtimonium muliebre admittatur in delictis probationis difficilis, prout docet *Maſcardus*, (50) tamen infirmum cenſetur ad convincendum; undè tres fœminæ, Teſtes in capitalibus delictis non convincunt, pròut ſcribit *Freitas*, (51) neceſſe proindè eſt, quòd ſint ad minùs quatuor, & earum numerus ſuppleat defectum ſexus. Alia etiam ſuppetit ratio, & eſt, quòd ipſæ non poſſunt eſſe niſi Teſtes ſingulares, ut verò iſti probent, debent eſſe ad minùs quatuor, ut aliàs (52) ſcripſimus.

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

35 *Pœna ſollicitantis extrà confeſſionem eſt Judici arbitraria.*

36 *Penſanda à Iudice prò moderando arbitrio.*

37 *Sollicitatio facta ſolis verbis, minimam pœnam incurrit.*

38 *Sollicitatio factis attentata, graviùs punienda.*
*Conatus ad crimen, quandò puniatur ut crimen conſummatum.*

39 *Oſculum datum fœminæ conſentienti, ſi abſit intentio ulteriùs progrediendi, non punitur à Iudice.*
*Si adſit intentio ulteriùs progrediendi, punitur extraordinariè.*

40 *Si datur fœminæ invitæ oſculum, punitur extraordinariè.*
*Gravatur hoc crimen à qualitate oſculatæ, & à loco.*
*Gallus quidam ultimò ſupplicio affectus ob oſculum violenter datum fœminæ illuſtri in loco publico.*

Gotho-

(46) *Farinac. q. 58. n. 52. Pereg. Conſ. 2. n. 78. Carena. Par. 4. Tit. 5. nu. 49. Ricc. Deciſ. 85. Par. 2. Boſſ. Tit. de Indic. n. 160. & Tit. de ſtup. deteſt. in fin. ultrà. Plat. Triviſ. Ball. Riminald. Bertazz. Honded Chartar. quos omnes dat ſgro. lux. Pralat. Part. 5. cap. 3. num. 7.*

(47) *Bordon. ſacr. Tribunal. cap. 23. quæſt. 51. n. 106.*

(48) *Acugna de Confeſſ. ſollicit. quæſt. 23. num. 9. apud Bill. q. 122. n. 17.*

(49) *Roderic. à Cunha. Tract. de Confeſſ. ſolicit. Quæſt. 23. n. 24. apud Peyrin. ad Conſt. IV. Gregor. XV. §. 7. num. 23.*

(50) *Maſcard. de Probat. Concl. 462. num. 6. & Concl. 762. nu. 16. & 22.*

(51) *Freita. Addit. ad A. Cunha. quæſt. 23. num. 24. luci. apud Freit. ibi n. 22.*

(52) *Par. 1. Tit. Probatio. n. 3.*

*Gothofredus emendatur.*
41 *Oſculans puellam ob amorem, punitur exilio, aut pœnâ pecuniariâ.*
*Si occultè conſentit puella, diſſentientibus Parentibus in matrimonium oſculantis, nulla pœna incurritur.*
42 *Oſculans invitam puellam in publico ad impediendum matrimonium cum alio, tenetur pœnâ extraordinaria.*
*Ex oſculo invitè ſibi dato, non infamatur puella.*
43 *Quomodò probetur, quòd Mulieri invitæ datum ſit oſculum.*
*Præſumptio ſtat prò muliere, quòd fuerit invita.*
Sanfelicius *reiicitur.*
*Violentum quid ſit.*
*Oſculum, quandò dicatur violenter datum.*
44 *Alii actus ſollicitationis violentæ, recenſentur.*
*Tales actus important extremum conatum.*
*Pœna prò talibus actibus, quæ ſit.*
45 *Ex qualitate perſonæ ſollicitatæ aggravatur crimen ſollicitationis.*
*Si Monialis etiam ſolis verbis ſollicitetur ad fugam à Monaſterio, debetur ſollicitanti ultimum ſupplicium.*
*Si tamen fuga non ſequitur, Reus mitiùs puniendus.*
*Sollicitans puerum, ſeveriùs puniendus, quàm ſollicitans fœminam.*
46 *Gravitas ſollicitationis menſuratur ab opere, ad quod quis ſollicitat.*
47 *Quæ pœna data ſollicitantibus in jure Civili.*
48 *Quò ad pœnas inter Regulares, remiſſivè.*
49 *De pœnis ſollicitantium in confeſſione, pariter remiſſivè.*

35 QUò ad pœnas *ſollicitantium* ad turpia extrà actum Confeſſionis, dico, nullam eſſe in jure, ſivè *Cæſareo*, ſivè *Pontificio*, pœnam ordinariam, ſancitam, ut textualiter patet in *Digeſtis* (53) *de Pœnitentiâ*, ubi inſeritur verbatim lex *Pauli I. C.* quæ habetur in *Digeſtis*; proindè eſſe extraordinariè infligendam ad arbitrium Judicis, & exigentiam caſus.

36 Prò moderandâ ergò ſententiâ in caſu hujuſmodi *ſollicitationis*, ut Judex arbitrium poſſit prudentialiter regulare, putò, eſſe diſtinguendum gravitatem criminis ex triplici diſtinctione; & primò, quidèm ratione modi; nempè, àn *ſollicitatio* fuerit ſimplicibus verbis, aut ſcriptò; àn potiùs etiam factis: ſecundò de perſonâ, puto, àn ſollicitata ſit conditionis ſpectabilis, quæ conſentiendo, magnum dedecus, & infamiam eſſet allatura familiæ, àn potiùs vilis, & abiectæ, àn puella, vel nupta; àn ſacra, vel laica, àn conſanguinea, vel extranea. Tertiò de crimine intento, puta, àn *ſollicitatio* fuerit ad tactus tantùm, àn ad copulam perfectam; àn ad naturalem, àn verò ad innominabilem congreſſum. Et hæc quidèm in ſpecie ſpectanda ſunt à Judice, ultrà generalia, quæ ſolent crimen aggravare, ut *ſcandalum ſecutum, conſuetudo delinquendi &c.*

37 Quò ad primam diviſionem; *ſollicitatio*, quæ fit ſimplicibus verbis, minimam importat in hoc crimine culpam, & proindè minimam etiam pœnam meretur. Quàmvis enim in *Digeſtis* proximè citatis habeatur, quòd de portatione in inſulam mulctatur, qui mulierem, puellamvè interpellaverit, ut proindè deduci poſſit, quòd *ſollicitatio*, etiamſolis verbis facta, ſit graviter punienda, tamen lex iſta, ut rationabilis appareat, exponenda eſt, quòd non intelligat de ſimplici, ac ſolitariâ *interpellatione* verbali, ſed de eâ, quæ vel habet facta adjuncta, puta, oſcula, tactus &c. vel ità iterata, ſeù continuata eſt, quæ quaſi vim inferat ſollicitatæ. Non enim videtur magnum crimen, & ex conſequenti gravi punitione dignum, ſi quis captus amore puellæ, aut mulieris, illi revelaret paſſionem, quam prò eâ habet, ad quam mitigandam, illius congreſſum rogaret. Et hæc *ſollicitatio*, quæ in jure (54) dicitur *appellatio*, pertinet ad crimen iniuriæ tantùm.

38 Si autem *ſollicitatio* ſit etiam factis, tùnc gravius intrat crimen, ut ſi ſollicitatam verbis, & renuentem obſequi, ſollicitans amplexaretur; per vim oſcularetur; pudenda tangere attentaret; proſterneret &c. & eò gravius evaderet delictum, quò magis accederet ad copulam conſummatam. Et ratio iſtorum eſt, quià iſta impropriè dicenda eſſet *ſollicitatio*. Sed eſt verus conatus ad crimen, & iſte puniendus eſt vel pœnâ ordinariâ criminis (ſi tamen res deducta ſit ad actum proximum, & in lege expreſsè habeatur, quòd tale crimen, etiam effectu non ſecuto, pœnâ ordinariâ punitur, ut ex quâdam lege (55) communiter deducunt Doctores), vel pœnâ paulò minore, juxtà majorem, vel minorem proximitatem ad actum perfectum criminis.

39 In ſpecie autem circà facta, quæ in *ſollicitatione* occurrere poſſunt, primò occurrunt *oſcula*. Et ſciendum eſt, quòd diverſa ferenda eſt pœna, juxtà quod, diverſo fine, & modo datur *oſculum*. Nàm, ſi quis oſculatur puerum, aut puellam volentem, ac conſentientem, dummodò non ſit intentio ulteriùs progrediendi, non debet arbitrariâ Judicum pœnâ puniri, juxtà Doctores, (56) qui aſſerunt, ſe neminem vidiſse de hoc punitum. Dixi autem, ſi abſit ulterior intentio; quæ ſi adeſset, cùm *oſculum* tunc eſset præparatorium ad gravius crimen, puniendum eſset extraordinariâ, pròut puniuntur crimina attentata.

40 Si autem *oſculum* datur invitæ, tunc pœnâ extraordinariâ punitur, ut ſcribit *Farinacius* (57) qui plures Doctores, & jura ad hoc citat, ſed circà hoc, duo attendenda ſunt, nempè qualitas perſonæ oſculatæ, & locus; cui addi poteſt etiam intentio; ſi perſona eſt conditionis ſpectabilis; *oſculum* fiat in publico, & fiat ad finem iniuriandi oſculatam, vel ejus familiam, aut aliæ adſint circumſtantiæ, per quas crimen reddatur cauſa mali exempli. poteſt extendi pœna etiam ad ultimum ſupplicium, quo damnatum fuiſse quemdam nobilem *Gallum*, qui oſculum rapuerat *Suſannæ Trivultiæ Illuſtri fœminæ nuptæ*, refert *Boſſius*



(53) *l. 2. §. 1. & final. ff. de Extrà. crim. ſollicitatores. de Pæn. Di. 3. ubi Gloſſ. unic.*

(54) *l Item. apud §. 20. & 22. ff. de Iniur. & fam. lib.*
(55) *l. Is. qui cum telo. C. Ad leg. Corn. de ſicar. ubi Salycet. Alberic. Cyn. & Bart. Clar. quæſt. 92. init. Farinac. q. 124. num. 4. ibi. Afflict. Felyn. Gandin. Menoc. Bict. q. 130. n. 3. & 17. & 18.*
(56) *Boſſ. Tit. de Extraord. crim. num. 3. Clar. q. 83. V. Oſculum Caball. Caſ. 96. numer. 10. Farinac. quæſt. 142. num 156*
(57) *Farinac. quæſt. 142. n. 160.*

(57) Et deficiente publicitate loci, ac malo exemplo, temperatur pœna in hoc caſu. Undè in jure *Longobardico* habetur, quòd Vaſallus amiſſione feudi percellitur ob *oſculum* datum Uxori Domini, ut, refert *Gothofredus*, (58) ſed malè, quià in textu illius Tituli (59) non habetur de *oſculo*, ſed de adulterio, dicit enim. *Si Valvaſores ſeniorum uxores adulteraverint*, quod longè diverſum eſt.

41 Si autem quis æſtro amoris percitus, puellam etiam in publico oſcularetur, puniendus veniret exilio, & pœnâ pecuniariâ, pròut ſcribunt multi, quos dat *Giurba*. (60) Et re verâ magnitudo amoris, quæ eſt ſpecies inſaniæ diminutæ, meretur temperamentum pœnæ. Et ſi ex occulto conſenſu puellæ hoc eveniret, ut hoc modo flecterentur parentes ad conſentiendum Matrimonio cùm Amaſio, quòd aliàs abnuerant, putat *Caballus*, (61) nullam pœnam incurri; ſi exindè parentes conſentientes eſſent in Matrimonium, quod ſequeretur; nàm tunc videntur iniuriam remittere. Sed hoc non valuit apud ſeveram juſtitiam *Sixti V.* qui decapitare fecit adoleſcentem in caſu ſimili, ut habetur in ejus vitâ.

42 Si verò quis oſcularetur in publico puellam invitam, ut duceret in Uxorem, contemplatione dotis pinguis, & ut hoc modo impediretur matrimonium cum aliâ? Quid juris in hoc caſu? Dico, quòd ex tali *oſculo* nullam re verâ infamiam incurreret puella; non præſtando enim conſenſum, nullum crimen contrahit, ratione cujus ſolummodò infamia incurritur; ſicut etiam ſi per vim ſtupraretur. Undè per tale *oſculum* apud viros cordatos, non poſſet impediri matrimonium; ſtante lepidâ ſententiâ Poetæ Italici. (62)

*Boca baciata à forza.*
*S'il bacio ſputa, ogni vergogna ammorza.*

ſed rapiens hoc modo *oſculum*, teneretur pœnâ extraordinariâ triremium, ut ex multis docet *Raynaldus*, (63) plures caſus referens circà hoc.

43 Quomodò autem probandum eſt, quòd mulieri invitæ raptum ſit *oſculum*, & non potiùs in illud conſenſerit? *Raynaldus*, (64) loco citato, tenet, quòd præſumptio ſtat prò muliere, quòd non conſenſerit; undè incumbit oſculanti onus probandi, quòd conſenſerit. Ratio autem eſſe poteſt, quòd ex parte mulieris crimen non eſt, niſi in *oſculo* conſentiat; crimen autem non præſumitur, niſi probetur. Raptum autem ſemper cenſetur *oſculum*, & cum violentiâ factum, quandò abeſt conſenſus oſculatæ. Non enim ſubſcribo ſententiæ *Sanfelicii*, (65) relati à *Raynaldo*, tenentis violentiam debere eſſe cum armis, ut poſſit dici, mulierem fuiſſe oſculatam per violentiam. Si quidèm in naturalibus à Phyloſopho dicitur violentum illud, cujus principium eſt extrà non conferente vim paſſo. Undè transferendo ad moralia, pariter dici debet *oſculum* raptum cum violentiâ, *cujus principium eſt extrà*, puta, factum à ſolo oſculante, *non conferente vim*, puta, non recipiente voluntariè, nequè illud reciprocante *paſſo*, perſonâ ſcilicèt deoſculatâ.

44 Alii actus violentæ ſollicitationis ſunt amplexus, tactus partium verendarum; proſtratio; incubatio &c. Ad hos autem actus, ſi deventum eſt, ſumus in caſu extremi conatus, nàm inter hos, & perfectum flagitium nihil mediat. Pœna autem prò iſtis debet eſſe paulò minùs, quàm ſit lata prò crimine conſummato; dùm enim parùm abfuit culpa à delicto perfecto, parùm diſtare debet pœna ab ordinariâ, latâ prò crimine.

45 Quò ad ſecundum membrum diſtinctionis, datæ ſuprà *num. 36.*, dico, quòd aggravatur crimen *ſollicitationis* ex qualitate perſonæ ſollicitatæ. Si enim ſit perſona conſpicua ob nobilitatem, majus redditur delictum, quàm ſi eſset vilis, aut plebea: pariter, ſi eſset Virgo, plus eſt, quàm ſi tentaretur Vidua; itidem, ſi eſſet conſanguinea, ſeù nupta, quàm ſi extranea, vel ſoluta; Undè etiam, ſi verbis tantùm ſollicitaretur Monialis ad fugam à Monaſterio, ſub promiſſione Matrimonii, intrat contrà ſollicitantem juxtà leges Canonicas, & Civiles, (66) pœna ultimi ſupplicii: licèt quò ad hoc, ſi non ſequatur effectus, teneant nonnulli cum *Bartolo*, (67) minorem ordinariâ pęnam imponendam. Pariter, ſi ſollicitaretur puer ad ſtuprum nefandum, major debet eſſe pęna, quàm ſi ad congreſſum naturalem ſollicitaretur fęmina (68)

46 Quò ad tertium verò membrum ſupradictæ diſtinctionis, dico, quòd etiam ſpectatâ qualitate criminis attentati, major, aut minor redditur gravitas *ſollicitationis*. Undè, qui affectaret tantùm *oſcula*, tactus, aut mollitiem, non tantam pęnam mereretur, ſicut ſollicitans ad copulam; quià ex majori perverſitate finis, aggravantur media, ad illum tendentia.

47 Quòd, ſi quæras, quodnam genus pęnæ extraordinariæ ſit ſollicitantibus infligendum? dico, quòd in jure Civili (69) ſancitur, quòd ſervi, de iniuriâ illatâ Rei, fuſtibus ſubiiciuntur, cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione cert. Rei coercentur. Cum autem *ſollicitatio ad turpia*, reſpectu perſonæ ſollicitatæ, ad crimen illatæ iniuriæ referatur, Reus de hujuſmodi delicto humilioris conditionis fuſtigari deberet, alius autem pęnâ pecuniariâ, aut exilio (Si laicus eſt) poſſet mulctari. Si autem Clericus, à ſuſceptione, aut adminiſtratione ordinum, arbitrio Judicis, & ad exigentiam criminis, ad tempus poſſet arceri.

48 Quantùm autem ad Regulares, ſpectare quiſque debet proprias Conſtitutiones; in quibus, ſi huic delicto ſancita, eſt propria pęna, ipſa applicanda eſt. Si verò lata non habeatur, pròut eſt inter nos *Minores de obſervantia*, nec pariter in jure *Canonico* præſcribatur pęna determinata, ſequi debet Judex præſcripta à jure *Cæſareo*. Et quià *Regulares*, ratione ſubiectionis proprio Prælato; privationis libertatis ex voto obediētiæ; ac privationis proprii peculij ob votum paupertatis (ultrà multa alia)

*ſervis*

(57) *Boſſ. Tit. de Extraordin. crim. n. 3.*
(58) *Dionyſ. Gothofr. ad leg. ſi à ſponſo. C. de donat. ant. nupt. lit. L. circ med.*
(59) *Conſuet. Feudal. lib. 1. Tit. 17. Qui mod. feud. amit.*
(60) *Giub. Conſ. crim. 47. n. 16. & ibi Afflict. Pegner. Farinac. Decian. Menoch. & Caball.*
(61) *Caball. Caſ. 96. n. 15.*
(62) *Gio. Battiſt. Guarin. nel Paſt. fid.*
(63) *Raynald. Syntax. crimin lib. p. cap. 11. §. 6. n. 3. & ibi Bartol. Boſſ. Farinac. muta. & Baſilio.*
(64) *Raynald. loc. cit. n. 17. in fin.*
(65) *Sanfelic. Deciſ. 245. num. 7. Tom. 2. apud Raynald. loc. cit. num. 6.*
(66) *cap. ſi quis rapuerit. ubi Gloſſ. in V. ſolicitaverit. 27. q. 1. text. in l. ſi quis non dicam. ubi Odofred. n. 1. & 4. C. de Epiſc. & Cler. Novel. 123.*
(67) *Bart. in l. 1. init. ff. de Extra. crim. Farinac. q. 145. n. 5. Afflict. & Menoch. apud Farinac. q. 124. n. 44. & ſeqq. Bict. q. 116. n. 38.*
(68) *Bict. Quæſt. 125. num. 7.*
(69) *l. final. ff. de Iniur. & fam. libel.*

Digitized by Google

*ſervis comparantur*, pœnæ corporales flagellationis, jejuniorum, & etiam carceris ſunt indicendę. Pariter exilium à Conventu, in quo commiſſum eſt crimen, maximè ſi fuerit cum ſcandalo Sæcularium, & privatio ſuffragiorum; aut actuum legitimorum, ſeù Officiorum Ordinis ad tempus, ſeù perpetua juxtà gravitatem delicti.

49 Pœnæ autem ſollicitantium in Confeſſione juxtà Bullam ſupracitatam *Gregorii XV.* extenduntur uſquè ad traditionem Rei brachio Sæculari, ut patet ex §. *x* I. citatæ Bullæ. Sed quià tales infliguntur à *Supremis Indicibus Eminentiſſimis Tribunalis Fidei*, quos inſtruere velle, temeritatem ſaperet; ideò de his in ſingulari loqui congruum eſſe non exiſtimamus.

## §. III.

## Fornicatio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Diviſio criminis carnis conſummati.*
2 *Fornicationis diffinitio.*
*Copula Coniugati cum ſoluta in jure Civili non habetur prò adulterio.*
*Criminaliſtæ volunt copulam fœmina cum Presbytero non eſſe ſacrilegium.*
3 *In jure Canonico copula Coniugati cum ſoluta, eſt adulterium.*
*Ex mœchia viri coinquinatur Vxor.*
*Viri Coniugati adulterantes ſunt magis puniendi, quam fœmina.*
4 *Explicatur diffinitio fornicationis.*
*Omnis carnalis pollutio venit nomine fornicationis lato vocabulo.*
*Ex diverſitate vinculi, quo alligatur perſona, cum qua habetur copula, diverſificantur delicta carnis.*
5 *Viri perſona, Deo Sacra, non committere dicitur ſacrilegium in foro fori, niſi habens copulam cum fœmina ſacra.*
6 *Copulam habens cum ſoluta, quotupliciter diverſificatur.*
7 *Concubina, qua dicatur.*
*Concubere, quid ſignificet.*
*Concubina poteſt eſſe, qua etiam habitat extrà domum* Concubini.
*Concubina eſt, qua ſemper eſt parata concubino obſequi etiam ſinè pretio.*
8 *Stuprum latè acceptum, quid importet.*
*Strictè acceptum, quid ſignificet.*
*Stuprum dicitur à Stuporè mentis oeſtro libidinis percita.*

1 POſt ſollicitationem ad turpia. ordine doctrinæ ſequitur conſummatum per copulam carnalem flagitium, quod, ut diximus ab initio, in duo genera dividitur, puta, naturale, & contrà naturam; illud dividitur in plures ſpecies; puta; *Fornicationem*, *Stuprum*, *Inceſtum*, *Raptum*, *Adulterium*, & *Sacrilegium*, deſumendo principium ſpecificatiuum à qualitate perſonæ, cum quâ committitur; ſecundum verò diſtinguitur in *mollitiem*, *Sodomiam*, & *Beſtialitatem*; & Dœmonialitatem, attento tùm modo copulæ, tùm obiecto, cum quo eſt. De his porrò omnibus in diſtinctis paragraphis agemus, incipiendo à *Fornicatione*.

2 *Fornicatio* igitur diffinitur, quòd ſit *copula carnalis totaliter ſoluti cum ſimiliter ſoluta*. Prò explicandâ autem diffinitione hujuſmodi, advertendum eſt, quòd, cùm ego ſcribam ſpecialiter prò *Eccleſiaſticis*, & maximè *Regularibus perſonis*, materiam tracto, ut par eſt, juxtà jus Canonicum, & ſecundùm illud, datam diffinitionem aſſignavi. Nàm in jure Civili, copula viri coniugati cum muliere ſolutâ, non habetur prò adulterio, nec ut taliter punitur, ut ſcribit *Clarus*, (1) proindè habetur prò *fornicatione*. Pariter copula ſolutæ cum Presbytero, aut alio, ſolemne votum caſtitatis habente, volunt Criminaliſtæ, (2) quòd non ſit ſacrilegium, metientes à Statu ſolius ſœminæ, cum quâ concumbitur, qualitatem criminis, non attentâ conditione viri.

3 Non ſic autem eſt juxtà principia *Canonica* ad ſervandam enim thori fidelitatem coniugi ſuæ, ità tenetur vir, ſicut vxor Marito, & ità per ſuſceptionem Ordinis Sacri, vel ſolemne votum caſtitatis ità conſecratur Chriſto corpus viri, ſicut ſacrata redditur Chriſto puella per ſacri veli ſumptionem in Religioſâ profeſſione. Proindè, ſi copula cum nuptâ, habita à viro ſoluto, eſt verum adulterium, & cum Moniali Sacrilegium: idem erit, ſi ſoluta concumbet cum marito alterius; aut vir Sacer polluatur cum fœminâ liberâ; hoc enim *Sacri Canones* (3) apertè firmant, decernentes, quòd habens vxorem mæchatur ſe cum quâvis fęminâ commiſcendo; imò ex mœchiâ viri coinquinetur Vxor, (4) itàut ab eâ nequeat licitè vir debitum exigere coniugale; ac in tantùm tenent, habentem vxorem committere adulterium, cum fœminâ quâvis ſe iungendo, quòd dicant de tali crimine viros ſeveriùs puniendos eſſe, quàm fœminas, (5) cum tamen contrarium ſtatuatur in jure Civili. Quod etiam de perſonâ viri ſacri accipiendum eſt, quòd, puta, ſacrilegium committat ſe commiſcens cum fœminâ quâvis, ſicut fit, quandò vir quivis polluit ſacram Virginem.

4 Hoc ergò adnotato. Explicanda venit data diffinitio, in quâ notanter dixi, *Fornicationem eſſe copulam totaliter ſoluti cum ſimiliter ſolutâ*; ad hoc enim, quòd ſimplex *fornicatio* ſit, (nempè ſpecies ſpecialiſſima luxuriæ, quandòquidem, pròut habetur textualiter ex quodam Capitulo, (6) omnis carnalis pollutio venit nomine *fornicationis*, nempè, ut hæc accipitur genericè prò vitio carnis) neceſſe eſt, quòd coeuntes liberi ſint, ac ſoluti à quovis vinculo legali. Hoc autem multiplex eſt; & ſecundùm diverſitatem vinculi diverſificantur ſpecies peccatorum luxuriæ naturalis. Siquidèm vinculum

(1) *Clar. §. Adulterium. init.*
(2) *Caccialup. in Repet. in l. Si qua illuſtriſ. C. ad S. C Orſitia. apud Boſſ. Tit. de Coit. damn. num. 15. Menchiac. de Teſtam. lib. 3 §. 22. n. 50. apud Clar. §. Fornicatio. ℣. Cum Presbytero. & §. Inceſtus. ℣. Sed nunquid in fin.*
(3) *cap. Qui viderit. cap. Puto. 32. q. 5. Innocent. I. epiſt. 8. cap. 6.*
(4) *cap. In Coniugio. 32. q. 1.*
(5) *cap. Indignantur. cap. non mæchaberis. 32. q. 6.*
(6) *cap. Non ſolùm. 32. q. 7.*

Digitized by Google

lum *Matrimonij* inducit Adulterium; vinculum *Conſanguinitatis* Inceſtum; vinculum *Voti* explicitum, aut implicitum cauſat Sacrilegium. Ut igitur *fornicatio* dicatur commiſſa, debent tùm mas, tùm fœmina eſſe abſoluti ab omni, & quocumque vinculo ex ſuprà memoratis; aliter non *fornicatio*, ſed aliud ſpecie crimen erit.

5 Verum tamen eſt, quòd, licèt prò foro animæ, quò ad gravitatem culpæ, viri perſona Deo ſacra per votum ſolemne, & Ordines, carnaliter peccans, ſacrilegium committat, (cùm polluat propria membra, Deo conſecrata) tamen in foro fori, etiam in jure *Canonico*, non dicitur committere ſacrilegium, nec ut taliter punitur; niſi peccet cum fœminâ ſacrâ, de quâ ſuo tempore (Deo dante) dicemus.

6 Copula tamen cum ſolutâ diverſitatem vocabuli ſortitur, etiam ab actu, aut ſemel commiſſo, aut frequentato; aut à qualitate perſonæ, cum quâ committitur, aut à modo, quo exercetur. Si enim ſemel, aut etiam pluriès (ſinè tamen morali continuatione) fiat, vocabulum habet *fornicationis*; ſi verò conſuetudinaria eſt, (ut infrà explicabo) vocatur *concubinatus*. Quò ad perſonam; ſi mulier aliàs fuit corrupta, copula cum eâ dicitur pariter *fornicatio*; Si autem fuerit virgo, appellatur defloratio; Quò ad modum verò, ſi fiat *per vim*, vocatur *ſtuprum*; ſi verò *ſinè vi*, dicitur vel *fornicatio*, vel *defloratio* juxtà qualitatem fœminæ integræ, vel non.

7 Quò ad *concubinatum* adverto, quòd *concubina*, à quâ *concubinatus* denominatur, dicitur propriè fœmina, quæ *conſuetudinis, non matrimonii causâ retinetur*, argumento cujuſdam legis. (7) *Concubere* enim, à quâ voce derivat nomen *concubina*, non aliud ſignificat, quàm carnaliter commiſceri, ut *concumbere cum Uxore*, *concumbere cum Patrono*, ut ex *Briſſonio* obſervat *Calvinus*. (8) Proindè ex actus carnalis frequentiâ; aut ex diſpoſitione fœminæ, ſemper diſpoſitæ obſequi viro in actu venereo, dicitur mulier illius *concubina*. Accidit autem, quòd hæc in eâdem domo, & ſub eodem tecto cum viro habitet, quandòquidem poteſt eſſe *concubina*, & in alterâ domo, quàm Concubini habitare, argumento cujuſdam legis; (9) Accidit pariter, quòd actuali frequentiâ copula exerceatur; ſufficit autem, quòd mulier ſit ſemper parata viro circà illam obtemperare. Accidit tandem, quòd mulier prò prætio corporis ſui, copiam illi faciat; poteſt enim gratìs, & ob ſpontaneam libidinem illius eſſe *concubina*. Concluditur igitur, verum concubinatum eſſe, quandò vir habet ſolutam fœminam, quæ ſemper diſpoſita ſit cum illo commiſceri.

8 Quantùm verò ad *deflorationem*, de eâ habebitur inferiùs ſermo. Sed de *ſtupro*, ſciendum, quòd acceptum generaliter, ſignificat quemvis congreſſum damnabilem, ſivè ſecundùm, ſivè contrà naturam; (10) ſivè cum nuptâ, ſivè cum ſolutâ, ſivè cum corruptâ, ſivè cum Virgine; ſed acceptum in ſtrictâ ſignificatione, importat congreſſum quidèm, prout dictum eſt, ſed illum, qui fit vi illatâ perſonæ, argumento cujuſdam legis, (11) prout ſcribit *Goeddæus*, (12) ità violentiâ adhibitâ, cognoſcens carnaliter ſolutam, etiam corruptam, ſtuprum committere dicendus eſt, ſi quidèm *ſtuprum*, ut optimè ad rem dicebat *Calvinus*, (m) dictum videtur quaſi *ſtupor turpis*, cùm *ſtupidus* bruto ſimilis ſit, qui in Venerem ruit. ex nimio enim Veneris æſtu cerebrum, prout in phreneticis, & maniacis evenit, calore alteratur, ità ut homo tunc uſu rationis abdicato, (non ſecùs ac faciunt *ſtupidi*; non illâ uti nequeunt) tanquàm brutum omni ratione carens, violento, licèt naturali impetu, in coitum fertur; nullâque ratione habitâ legis, aut virtutis, quam prò tunc non apprehendit, vim facit ei, cujus congreſſum appetit.

## Probatio.

### SUMMARIUM.

9 *De probatione fornicationis, ac concubinatus, remiſſivè.*
*Concubinatus, quomodò probetur.*

9 Probationes autem, tùm *Fornicationis*, tùm *Concubinatus* eædem prorſùs ſunt cum illis, quibus probatur *Adulterium*, de quibus abundè tractamus infrà §. *Adulterium à num. 2. & ſeqq.* Videantur ibì. Advertendum verò, quòd ad probationem *concubinatus*, ſufficit probare, quòd Reus habet, vel habere creditur fornicariam conſuetudinem cum Muliere, & quòd de tali conſuetudine ſit diffamatus in viciniâ ſuâ, ſivè mulieris, ſivè eam in domo propriâ detineat, ſivè alibi, ſivè quòd habeat in domo ſuâ feminam ſuſpectam, & poſt debitam monitionem Parochi non dimiſerit; ſivè ſi probetur, quòd vigeat fama de concubinatu cum muliere ſuſpectâ, quam domi retinet, quàmvis verè non peccent ſimul, ut pluribus citatis, probat *Theſaurus*. (14)

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.

10 *Fornicatio in jure Civili non habet pœnam.*
*Poteſt à Iudice laico prohiberi ſub pœnâ pecuniariâ.*
11 *De jure Divino fornicatio eſt prohibita.*
*Dicere contrarium eſt hæreſis.*
12 *In jure Canonico pœna laici fornicantis eſt arbitraria.*
*De pœnâ Clerici fornicantis variæ ſententiæ.*
*Clericus notoriè fornicarius eſt ipſo jure ſuſpenſus.*
13 *De praxi Curiarum pœna Clerici fornicarii eſt arbitraria.*
14 *Controverſia Doctorum circà pœnam concubinatus laici de jure Civili.*
*De conſuetudine talis concubinatus non punitur.*
*Concubinatus eſt crimen mixti fori.*
*Punitus de hoc crimine à Iudice laico, poteſt iterùm ab Eccleſiaſtico, & vice verſâ puniri.*
15 *Concubinarij moniti, nec reſipiſcentes, excommunicandi.*
16 *Epiſcopus poteſt Synodali pœnâ punire Concubinarium etiam abſquè trinâ monitione præviâ.*

Poteſt

(7) *l. Stuprum. 34. ff. Ad leg. Jul. de Adulter.*
(8) *Calvin. lexic. V. Concumbere.*
(9) *l. penult. § final. ff. Ad municip.*
(10) *l. 2. ff. de Serv. corru. l. 1. §. Removet. ff. de Poſtul. lib. 8. ff. Quod met. cau. l. final. ff. de off. Præſid. l. Inter. §. lex. ff. de Adult.*
(11) *l. Hunc titulum §. Removet. ff. de Poſtul.*
(12) *Goedd. Comment. in l. Inter. ſtuprum. n. 6. 7. & 9. ff. de Verb. ſign.*

(m) *Calvin. lexic. V. ſtuprum.*
(14) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Concubinatus n. VI. V. Sed qua ref. & ibi Genuen. prax. cap. 30. n. 4. Diaz. in Prax. cap. 82. n. 1. noviſſ. Bonac. de Matr. Pun. 14. n. 12.*

*Poteſt etiam pœnam pecuniariam eidem incutere.*

17 *Pœna, quibus poteſt uti Epiſcopus contrà publicos Concubinarios.*

*Concubinarii ſunt infames.*

*Repelluntur à teſtificando.*

18 *Concubinarius moriens abſquè pœnitentiâ, caret Sepulturâ Eccleſiaſticâ.*

*Si aliquod ſignum pœnitudinis dat, poteſt in ſacro loco ſepeliri.*

*Unus tantùm Teſtis ſufficit ad teſtificandum, quòd concubinarius ſignum dederit contritionis.*

*Concubinarius mortuus abſquè ſigno pœnitentiæ, ſepultus in loco ſacro, eſt exhumandus.*

19 *Donatio, ſeù legatum factum à milite armatæ militiæ ſuæ concubinæ, non valet.*

*Hæc lex favore publicæ honeſtatis amplianda ad quemvis concubinarium.*

20 *Eadem lex afficit etiam* Clericos *in utroque foro, nempè fori, & poli.*

21 *Pœna* Clericorum *concubinariorum juxtà* Canones *antiquos.*

22 *Nunc vigens ſola pœna, lata in Tridentino.*

*De illis, remiſſivè.*

23 *Pœna fornicarii apud Nos, quæ ſit remiſſivè.*

24 *Frater ob concubinatum graviùs puniendus, quàm ob fornicationem.*

*Concubinatum facit animus ſemper paratus ad crimen.*

*Religioſus, quomodò eſſe poſſit concubinarius.*

25 *Religioſus alens concubinam de bonis Monaſterii, puniendus etiam de furto.*

10 QUantùm verò ad pœnam, *fornicatio* ſimplex in jure *Civili* non eſt prohibita, & ex conſequenti nulla pœna reperitur ſancita prò eâ, ut ſcribit *Clarus.* (15) Verum tamen eſt, quòd à Judice prohiberi poteſt ſub pęnâ, tamen non corporali, ſed pecuniariâ, prout pluribus ſecum vectis, probat *Raynaldus.* (16)

11 De jure autem Divino prohibita eſt fornicatio, ſicut, & quivis alius coitus, qui matrimonialis non ſit. Proindè illa ſubit reatum peccati mortalis, & contrarium aſſerere eſſet hæreſis, damnata in quâdam *Clementinâ.* (13)

12 Prohibetur proindè etiam in jure *Canonico*, in quo pęna laici fornicantis arbitraria eſt, ut ſcribit *Clarus.* (18) Quantùm verò ad Clericos, juxtà *Canones* antiquos, quænam fuerint pœnæ, controvertunt Doctores; nonnulli enim volunt, quòd Clericus fornicarius ſit deponendus; alii volunt, quòd ſit ſimpliciter ſuſpendendus; ſed iſti concedunt, quòd, ſi fornicatio habet inſignem deformitatem, poſſit iſte deponi, & qui vult iſtos Doctores habere, adeat *Clarum* loco proximè citato. Tamen, ſi Clericus ſit notoriè fornicarius, ipſo jure, ſuſpenſus eſt, ut notat *Abbas*, (19) qui teſtatur de communi opinione.

13 Sed antiquorum Canonum placita jàm in deſuetudinem abierunt, & ex omnium Curiarum fori Eccleſiaſtici praxi; pęna Clerici fornicatoris eſt arbitraria, & ad pecuniariam tantùm, majorem, aut minorem extenditur. An hoc diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & Sanctorum Patrum, & Conciliorum menti magis conducat, quàm pęnæ antiquæ Canonicæ, judicent alii.

14 Quantùm verò ad pęnam *concubinatus*, reſpectu laicorum de jure Civili, controvertunt inter ſe Doctores, quos cumulat *Clarus*, (20) ân de dicto jure ſit prohibitus, ità ut punibilis reddatur. Et ipſe dicit, quòd in puncto juris verior eſt opinio eorum, qui negant, *concubinatum* à jure Imperatorio damnari, quòd etiam alibi (21) confirmat, & ſubdit, quòd, quidquid ſit de jure, de conſuetudine non punitur à Judice laico, niſi quatenus hic requiritur ab Eccleſiaſtico; ſed eſſe hoc crimen mixti fori, tenent alii, (22) & poſſe à Judice laico procedi. Imò addit *Gabriel Pereira*, (23) quòd de hoc crimine punitus à Judice Sæculari, poteſt de eodem puniri ab Eccleſiaſtico, & vice versâ; quià Judex laicus procedit ad ſolam punitionem mali exempli, nè quis audeat licentiosè viuere. Eccleſiaſticus autem procedit ad correctionem morum prò ſalute animæ. Undè, cùm diverſa ſint motiva Judicum in ferendâ pęnâ; unus poſt alium poteſt procedere, & punire.

15 Sed loquendo de jure *Pontificio*, *concubinatus*, etiam ſimplex, puta, inter totaliter ſolutum, & pariter ſolutam punibilis eſt, ut diſertè habetur in *Tridentino*, (24) ubi ordinatur, quòd *concubinarii* non reſipiſcentes poſt trinam monitionem, ab Epiſcopis excommunicentur. Quòd, ſi per annum non emendati, in excommunicatione inſorduerint, contrà eos ab Ordinario ſeverè prò qualitate criminis, procedatur. Mulieres autem *concubinæ*, ſi ter itidem monitæ, non deſtiterint, debent prò modo culpæ ab Epiſcopo puniri, & in exilium pelli, advocato ad hoc etiam brachio Sæculari.

16 Adverto autem, quòd trina monitio neceſſaria eſt, ſi Epiſcopus vellit *concubinarium* excommunicare; ſed, ſi velit eum pęnâ pecuniariâ, aut aliâ Synodali percutere, non eſt neceſſaria talis monitio, ſed probato concludenter crimine, poteſt pęnam infligere; ut declaravit *Sacra Congregatio Concilii*, prout ex *Pereira*, refert *Barboſa*, (25) qui ex *Valaſco* (26) addit, quòd Epiſcopus, ſi vult per monitiones procedere, poteſt in primâ monitione, pęnâ pecuniariâ *concubinarium* punire; & ait ex eodem ità fuiſſe judicatum in ſupremo *Senatu Portugalliæ*. Sed poteſt, ut dictum eſt, etiam ſinè aliâ monitione pecuniariam pęnam exigere à *concubinario*.

17 Et quænam ſint aliæ pęnæ, quibus juxtà *Concilium* poteſt ſeverè uti Epiſcopus contrà viros, & feminas, ſcandalosè *concubinarias*? Dico, quòd poſſunt eſſe (ultrà pecuniariam) corporales, purà, Carceris, & etiam fuſtigationes, maximè ſi ſint perſonæ viles, & infimæ plebis; quià ratione talis delicti redduntur infames, & ut tales ab accuſando repelluntur, argumento cujuſdam capituli, (27) proindè tali dehoneſtamento non patiuntur

tiuntur

(15) *Clar. §. Fornicatio. in princip.*

(16) *Raynald. Sintax. crim. lib. p. cap. 5. §. 3. num. 59. & ibi Girland. de Pœn. omni. coit. q. 9. n. 3. Insrigh. conſ. 24. n. 2. Baron. de Corpo. Tit. de Concubin. n. 225. & ſeqq.*

(17) *Clem. Ad noſtrum. ubi gloſſ. in V. Non eſt. de Hæret. cap. Ea demum. §. Aliàs 35. diſt. cap. Prædicandum. 22. q. 5. cap. Meretrices. 32. q. 4.*

(18) *Clar. §. Fornicatio. V. ſed quæro.*

(19) *Abbas cap. Cum non liceat. n. 4. de Præſcrip.*

(20) *Clar. §. Fornicatio. V. & in primis.*

(21) *Clar. quæſt. 37. V. Quæro etiam.*

(22) *Ordin. Regia. luſitan. Gregor. Lopez. Auendan. Azeved. ſuar. de Par. Azor. Brobad. Thom. Valaſc. Valenz. Ioſeph. Vela. Mich. Agea. Mend. de Caſtr. Farinac. q. 8. n. 131. apud Barboſ. in Tridentin ſeſſ. 24. cap. 8. n. 5. de Reform.*

(23) *Gabr. Pereira de Manu Reg. Par. 2. cap. 34. n. 22. apud Barboſ. in Trident. loc. cit.*

(24) *Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 8. de Ref.*

(25) *Gabr. Pereir. de Manu. Reg. Par. 2. cap. 34. nu. 11. apud Barboſ. in Trident. loc. cit. n. 3.*

(26) *Thom. Valaſc. Allegat. iur. 34. n. 11. & 12. apud Barboſ. loc. cit. V. Vnde poſſe.*

(27) *cap. Cum dilectus. iunct. gloſ. in V. Concubinarius. de Accuſa.*

Digitized by Google

tiuntur in famâ, & juſtum eſt, vt dolore corporis juſto, injuſta corporis delectatio puniatur.

18 Ultrà hæc, ſi *Concubinarius* moritur in tali peccato, carere debet Eccleſiaſticâ ſepulturâ, ut dicunt Doctores, (28) dummodò tamen nullum dederit ſignum pœnitentiæ, quòd, ſi aliquod dederit; ut tundendo pectus, invocando nomen *Iesù*, dicendo *Miſerere mei Deus &c.* poterit in ſacro ſepeliri, (29) & de his ſufficit, quòd unus tantùm teſtificetur, argumento cujuſdam Canonis; (30) Quòd, ſi ſepeliatur, qui nullo ex his ſignis dato, obiit, in loco ſacro, debet ex humari, & in loco profano ſepeliri, (31) ut dicitur in jure.

19 Inter cæteras etiam pœnas recenſetur, quòd donatio, vel legatum factum *concubinæ* à milite armatæ militiæ, non valet, prout textualiter habetur in *Codice Iuſtiniani*, (32) quæ lex, cùm ſit lata in odium *concubinatus*, & tàm dantis, quàm recipientis: & ad publicam honeſtatem conſervandam, ut obſervat *Cravetta*, (33) amplianda eſt ad quemcumque *Concubinarium*, licèt miles armatæ militiæ non ſit, ut docet *Seraphinus*, (34) motiva enim talis legis, cadunt in non militibus, ſicut in militibus; attento maximè, quòd *concubinatus* de jure Canonico prohibetur.

20 Extenditur autem talis lex etiam ad Clericos, prout poſt *Gloſſam* illius legis, (35) multi ſcribunt, quià Clerici ſunt milites militiæ cæleſtis, quos decet bono exemplo aliis prælucere; & addit *Theſaurus* poſt *Cravettam*, (36) quòd neque prò foro conſcientiæ valeat talis Clerici donatio, vel legatum; neque poſſet morte; etiam re traditâ, confirmare juramento, aut renunciatione talis juris diſpoſitioni; quià hæc lex prohibitiva non eſt ob privatam Clerici, ſed ob publicam utilitatem, & ad dignitatem totius Ordinis Clericalis principaliter, & ob publicam honeſtatem conſervandam.

21 Pœnæ verò Clerici *concubinarii* ſecundùm antiquos Canones erant, quòd à Sacerdotibus *concubinariis* nullus Miſſam audire, aut Sacramenta recipere debebat, excepto *Baptiſmo*, *Pœnitentiâ*, *& Sacro Viatico*, utâ pluribus Capitulis (37) habetur. Pariter Clericos *concubinarios* notorios, ipſo jure, eſſe ſuſpenſos ab Officio, & Beneficio, innuunt alii *Canones*, (38) & nonnulli Doctores (39) volunt, quòd etiam ſint irregulares.

22 Sed antiqui *Canones* deſueverunt, & nunc ſolæ vigent pœnæ, latæ per *Tridentinum*, (40) quas ſuprà §. *Conſortium ſuſpectum à num.* 29. explicuimus; proindè non repetimus.

23 Quantùm ad Regulares, conſulat quiſque proprias Conſtitutiones, tùm circà *fornicationem*, tùm circà *concubinatum*. Prò Nobis *Minoribus de Obſervantiâ Regulari* habetur Statutum, quod affero infrà §. *Adulterium num.* 34. & abundè examinatur. Videatur ibi.

24 Quià verò in citato Statuto habetur. *Si Frater confeſſus fuerit, in fornicationem, vel graviorem culpam incidiſſe &c.* & Nos in citato paragrapho à *nu.* 35. expoſuimus, quænam cenſenda ſit *gravior culpa*, in ordine ad augmentum pœnæ; ultrà ibi dicta, addimus, quòd *gravior culpa*, quàm ſit *fornicatio*, cenſeri debet *concubinatus*. Proindè, ſi aliquis convictus, aut confeſſus eſſet, concubinariam conſuetudinem habuiſſe cum ſolutâ, graviori pœnâ eſſet percutiendus, quàm ſi ſimpliciter eſſet fornicatus, ratione reiterationis lapſuum, & conſuetudine delinquendi. Adverto autem, quòd, ut dicebamus, de ratione veri *concubinatus*, eſt, quòd mulier ſemper ſit parata obſequi Concubino, quantùm eſt ex ſe. Undè, ſi mulier, aut ex liberali libidine, aut interveniente prætio, muneribus, ſeù alimentis præſtitis, ſemper eſt prompta, quantùm eſt ex parte, ſui obtemperare ad congreſſum Religioſo, eſt verus *concubinatus*, quantùmvis non tàm frequentes ſint actus *fornicationis*. Etenim, ſi rari ſunt actus, hoc non provenit à pœnitentiâ, aut moderamine paccantium, qui voluntariè, & ex motivo virtutis ſe cohibeant; quià, ſi quotidiè poſſent, quotidiè peccarent, ſed evenit, quià Religioſus non habet libertatem, quandò vult, exeundi à Conventu, nec poteſt *concubinam* apud ſe retinere; tamen animus, & promptitudo ad peccandum ex parte ipſorum, eſt; & in hoc eſt vera ratio concubinariæ conſuetudinis, accedente copulâ, toties quoties occaſio, & commoditas habetur.

25 Adverto tandem, quòd, ſi Religioſus, aut pecuniâ, aut de bonis Monaſterii, (ut plerùmque accidit) mulierem alat, & ſuſtentet, & eâ fruatur, ultrà pœnas prò *fornicatione*, & *concubinatu*, debet puniri de *furtivâ proprietate*. Et ultrà hoc, videantur, quæ ſcripſimus §. *Adulterium num.* 50.

(28) *Bermon. de publ. concub. V. Notorium n. 17. Decian. Tr. crim. lib. 6. cap. 21. n. 26. apud Farinac. q. 138. n. 68. apud Theſaur. V. Concubinatus. n V.*

(29) *Sylveſt. Layman. Navar. Tolet. apud Theſaur. l. cit.*

(30) *Qui recedunt. in fin. 26. q. 6.*

(31) *cap. Sacris extrà de ſepult.*

(32) *l. ſi Ancillam C. de donat. in vir. & uxor.*

(33) *Cravett. Conſil. 229. n. 4. 6. & 12.*

(34) *Seraph. Deciſ. 46. n. 1. & 6.*

(35) *Gloſſ. in l. 2. C. de Donat. int. vir. & uxo. & ibi Alberic. Salycet. & Dionyſ. Gothofr. lit. K. Rolan. à Vall. Conſ. 98. lib. 1. Bart. in l. Affectionis. ff. de Donat. Capyc. Deciſ. 102. Theſaur. de Pan. V. Concubinatus. n. VI.*

(36) *Theſaur. loc. cit. & ibi Cravet. Conſ. 229. n. 3. & Capyc. Deciſ. 102. n. 2.*

(37) *cap. Nullus. cap. Præter. 32. Diſt.*

(38) *c. Quæſitum. de Cohab. Cler. & mul. c. Præter. 32. Diſt. cap. Veſtra. de Cohab. Cler. & mul. cap. cum non liceat. ubi Abb. n. 4. de Præſcript.*

(39) *Tabiena V. Irregularitas. 4. num. 1. Tolet. lib. 1. cap. 47. §. Adverte Sext. Navar. Manual. cap. 25. n. 77. Gloſ. in cap. cum dilectus, de Accuſat.*

(40) *Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de Reform.*

# §. IV.

## Adulterium.

*SUMMARIUM.*

1 *Diffinitio adulterii.*
*Quotupliciter committatur.*
*Quandò dicatur adulterium in viro, & quandò in fœminâ.*

1 **A**Dulterium proximè *Fornicationem* inter carnis crimina in gravitate ſuperans, communiter diffinitur poſt Hoſtienſem (1) *alieni thori violatio*. Tribus verò modis committitur, ut obſervat *Clarus* (2), puta, inter virum coniugatum, & fœminam ſolutam; ſecundò inter virum ſolutum, & fœminam coniugatam; tertiò inter virum, & fœminam ambos coniugatos, & hoc vocatur *Adulterium* duplex, cum uterque delinquens proprium thorum violet. Quandò autem vir, licèt ſolutus, jungitur coniugatæ, dicitur *Adulterium* in viro, quià violat thorum alienum; Quandò verò mulier coniugata jungitur viro, etiam ſoluto, dicitur *Adulterium* in fœminâ, quià ipſa violat thorum proprium; ità ut (juxtà Civiles leges) tunc ſolùm *Adulterium* ſit, quandò fœmina coniugata eſt. Si enim coniugatus ad ſolutam accedit, ſecundùm Civile jus, non committitur *adulterium*, nec incurruntur pœnæ civiles in *Adulteros* ſancitæ. Secùs autem eſt de jure Canonico; ad hoc quippè crimen ſufficit alterum delinquentium eſſe coniugatum.

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

2 *Delicta carnis ſunt difficilis probationis.*
*Teſtes deponentes, ſe vidiſse pudenda in pudendis, ſunt ſuſpecti de falſo.*
3 *Non probat actum venereum deponens, ſe vidiſſe virum ſuprà fœminam, niſi teſtificetur de actibus venereis.*
*Aliquam adulteraſſe, & cum eâ iacuiſſe, paria ſunt.*
*Deponens, ſe vidiſse nudum cum nudâ in eodem lecto, probat copulam ſecundùm aliquos. Oppoſitum ſentiunt alii.*
*Concordantur inter ſe contrariæ ſententiæ prædictæ.*
4 *Ad probandam copulam non eſt neceſſe, quòd Teſtes eodem contextu actum viderint: diverſitas in tempore quò ad actus continuos, vel ſucceſſivos, non reddit Teſtes ſingulares.*
5 *Probationes de viſu actuum venereorum non concludunt de neceſſe copulam conſummatam.*
*Teſtes de viſu, aut de auditu immediato probantes ea, quæ copulam ſequuntur, probant concludenter copulam.*
*Quæ copulam comitantur, quæ ſint.*
*Alia ſigna ſecuta copulæ.*
6 *Effectus univocè prodeuntes ab unâ causâ, ipſam probant.*
7 *Copula ſecuta magìs probatur per conſequentia eam, quàm per præparatoria.*
*Morbus gallicus non probat de neceſſe copulam ſecutam. Effectus quidam, qui copulam ſequuntur.*
8 *Indicia probantia copulam præſumptivè.*
*Proxima indicia copulæ ſunt ingreſſus, ſivè egreſſus nocturnus è domo mulieris, ſi cauſa rationabilis non aſſignetur.*
*Inventio viri, & mulieris in lócis ſecretis de nocte.*
*Debent tamē adverti circumſtantiæ loci, ac perſonarū.*
*Oſcula, & tactus probant copulam.*
*Mulier dicitur convicta civiliter de adulterio, ac dotem amittit, ſi probetur conſenſiſſe in oſcula, & tactus verendorum.*
9 *Amplexus quandò faciat copulæ indicium proximum, aut violentum.*
10 *Monitio facta à Marito, & ſpreta ab uxore facit indicium proximum copulæ.*
11 *Litteræ amatoriæ reciprocæ ſunt indicia copulæ.*
*Earum varius tenor variat indicia.*
12 *Adminicula indiciorum proximorum copulæ, quæ?*
*Iuventus, & pulchritudo ſunt propria adminicula.*
*Ingreſſus juvenis in domum mulieris juvenis, & pulchræ, eſt indicium copulæ.*
*Non item ſi Mulier ſit deformis.*
13 *Vetuli, & deformes etiam luxuriantur.*
*fœminæ vetulæ munerantur ſecum luxuriantes viros.*
*Viri quandòque ex Venere maculatâ diligunt mulieres vetulas, & deformes.*
14 *Præſumptiones copulæ magìs deſumuntur ex famâ, & moribus mulieris, quàm alibi.*
15 *Unum indicium proximum copulæ ſecutæ, ſufficit ad torturam.*
*Teſtis unus ſuper uno indicio, & alius ſuper alio indicio, ſufficienter ad torturam probant.*
16 *Caſus, in quibus indicia copulæ poſſunt elidi.*
17 *Socii criminis in copulâ venereâ, quandò probent.*
*Clauſula ſalutaris apponenda à Iudice in Decreto torturæ ſuper copulâ.*
18 *An mulieris dictum, ſe fuiſſe per vim cognitam, ſufficiat ad torturam.*
19 *Dictum fœminæ per vim cognitæ, junctis adminiculis, ſufficit ad torturam.*
*Socius criminis, cum adminiculis facit indicium ad torturam.*
*Adminicula quæ poſſint eſſe in hoc caſu.*
*Adulterium eſt crimen privilegiatum.*
20 *Duo indicia remota, adminiculata ſufficiunt ad torturam.*
*Determinare quæ indicia remota ſufficiant, arbitrarium eſt Iudici.*
21 *Nimia familiaritas cum Muliere facit indicium.*
*De hoc remiſſivè.*
22 *Secreta allocutio cùm Muliere eſt aliud indicium remotum.*
*Facit etiam præſumptionem copulæ.*
*Sed requiritur aliquod adminiculum.*
23 *Riſus, & jocus quandò ſint indicia copulæ, & quandò non.*

(1) *Hoſtien. Sum. Rubr. de Adult. & ſtupr. §. Quid ſit cap. Non moechaberis 32. 45.*
(2) *Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. Adulterium. ¶. Tribus autem.*

24 *Munera quandò ſint indicia copulæ ſecutæ, aut ſecuturæ.*
*Iuventus, pulchritudo, & paupertas ſunt adminicula in probandâ copulâ.*
25 *Mala fama eſt indicium remotum copulæ.*
*Sola tamen non ſufficit ad torturam.*
*Probationes imperfectæ, tendentes ad unum finem coniunguntur.*
26 *Iudex quomodò gerere ſe debeat in cauſâ adulterii.*
27 *Confeſſio delinquentis ſanat ineptitudinem proceſſus.*
*Quid agendum, quando crimen probatur præſumptionibus tantùm?*
*Sanctori Opinio.*
28 *Refellitur.*
*Ex quibuſvis præſumptionibus non poteſt quis damnari ad pœnam ordinariam*
*Hoc fallit in Hæreſi, Simoniâ, & Aſſaſſinio:*
*Violenta præſumptio non ſufficit ad pœnam ordinariam.*
29 *Nunquàm punitur affectus prò effectu pœnâ pari.*
*Fallit hoc in crimine leſæ Maieſtatis.*
30 *Reo exiſtente negativo, quid agendum?*
31 *Quid agendum, ſi complex in adulterio neget crimen, altero complice confitente?*
32 *Quid iuris, ſi adulter confitetur crimen qualificatè.*
33 *Impedimentum affinitatis non incurritur, niſi copula ſit perfecta per ſeminationem intrà vas.*
*Ad perfectionem adulterii requiritur ſeminatio.*
*Copula ſpadonis cum Muliere non importat impedimentum affinitatis.*
*Confeſſio qualificata, quandò acceptetur in parte tantùm fiſco favorabili.*
*Reſolutio dubii.*
34 *Coiens cum Sponsâ, an committat adulterium.*
35 *Copula cum Sponsâ per verba de præſenti eſt adulterium.*
*Secùs eſt de Sponsâ per verba de futuro.*
*Vir iure Mariti poteſt ſponſam per verba de præſenti accuſare.*
*Vir, ſi inveniat Clericum turpia committentem cum ſuâ Sponsâ de præſenti, poteſt eum percutere ſinè incurſu excommunicationis.*
36 *Copula cum nuptâ, artem meretriciam exercente, an ſit adulterium?*
37 *De iure Civili talis copula adulterium non eſt, nec eſt punibilis.*
*Aliter eſt de iure Canonico.*
*Religioſus cum eâ coiens pœnam adulterii meretur; imò maiorem, ratione ſcandali.*

2 PRobare autem hoc crimen directè, ſicut etiam quodvis aliud delictum carnis, impoſſibile eſt, cùm enim conſiſtat in partibus corporis ſecretioribus, ut quæ in actu delicti, magis ſenſui viſus ſubducuntur, & occultantur per rerum naturam, verè probari non poteſt. Hinc eſt, quòd omnia delicta carnis dicuntur à Doctoribus (3) crimina difficilis probationis; & per hoc de neceſſitate recurrendum eſt ad coniecturas: Quòd, ſi Teſtes aliqui, aùt ex officio aſſumpti, aut à parte producti, directè, & concludenter probare tentarent adulterium, dicendo, ſe vidiſſe pudenda in pudendis, & obſcena in obſcenis, quià deponerent de re, quæ non ſubiacet oculis, eſſent ſuſpecti de falſo. (4) Hoc autem intelligi debet, niſi per tactum partium certificati fuiſſent de copulâ actuali; quod tamen moraliter impoſſibile cenſeo, cùm actus talis (niſi coeuntes eſſent perditiſſimi, qui gauderent in tali ſcelere viderì) nunquàm coràm aliis exerceatur. Sed nec ſic directè, ac concludenter copula perfecta probaretur; ſiquidèm, ut dicemus infrà, hæc requirit emiſſionem ſeminis intrà vas, quæ oculos intuentium abſolutè effugit.

3 Probatur autem primò per Teſtes, ſi iſti deponerent, ſe conſpexiſſe adulterantes, complexu venereo inter ſe junctos, (5) quòd, ſi deponerent ſolùm, *ſe vidiſſe virum ſuprà fœminam*, nec dicerent, *eos conſpexiſſe in actibus venereis*, non probarent copulam, ut dicunt Doctores. (6) Tamen probarent, ſi dicerent, *ſe vidiſſe mulierem iacentem cum viro*; ſive *virum dormiviſſe cum Muliere*; quià paria ſunt, aliquam adulteraſſe, & cum eâ jacuiſſe, ut ex *Alexandro* ſcripſit *Boſſius*. (7) Itidèm ſi deponant *vidiſſe nudum cum nudâ in eodem lecto iacentes*, ſecundùm non nullos, quos citat *Maſcardus* (8) probatur *adulterium* tùm civiliter, tùm criminaliter; quià talis præſumptio eſt nimìs vehemens, & violenta. Sed in ſententiâ aliorum ibidem, per tale dictum non probatur concludenter copula, ſed ad plus conatus ad eam, cùm vir potuerit eſſe frigidus, aut fœmina nimis arcta. (9) Proindè optima eſt ad hoc diſtinctio, & eſt. Quòd, ſi agatur civiliter, ut ad impediendum matrimonium, vera eſt prima ſententia: ſi verò criminaliter, & ad pœnam ordinariam, tenenda eſt ſecunda, quam poſt plures (10) amplectitur *Maſcardus*.

4 Non eſt autem neceſſe, quòd Teſtes inſimul, & eodem contextu probent vidiſſe actum venereum, ſed etiamſi unus introſpiciat per foramen oſtii, mox alius obſervet, tamen probatur copula; nàm diverſitas in tempore, quò ad actus continuos, & ſucceſſivos, non reddit Teſtes ſingulares (11); proindè illi optimè probant, ut multis citatis probat *Philippus de Bictis* (12), qui teſtatur de communi.

5 Ut autem dictum eſt ſuprà, probationes de viſu, reſpectû actuũ ſupradictorũ, nõ cõcludũt de neceſſe copulã perfe-

(3) *Bart. in l. 2. §. final. in fin. de Adulter. Soccin. jun. Conſ. 32. V. Quinimo. Vol. 2. Menoch. de Arbitr. Caſ. 116. num. 11. V. Septimus. apud Sgroi Lux. Prælator. Par. 5. cap. 4. nu. 1.*

(4) *Hect. Aemil. de Teſt. in V. Teſtis adulterium num. 9. Roland. à Vall. Conſ. 7. num. 7. lib. 1. Farinac. q. 136. nu. 36. Scac. de ſent. Gloſ. 14. Q. 21. nu. 16. apud Sgroi loc. cit.*

(5) *cap. Præterea ubi Abb. nu. 1. & Io: Andreæ. col. 4. de Teſt. D. D. in cap. litteris de Præſum. & in cap. 1. & cap. ſignificaſti de Adulter.*

(6) *Marſil. Conſil. 1. nu. 47. & Conſ. 28. col. 2. Roland. à Vall. Conſ. 7. n. 19. Vol. 1. Grat. Conſ. 50. nu. 2. Campeg. Tract. de Teſt. Reg. 383. apud Maſcard. de Probat. Concl. 19. num. 4. 5. & 5.*

(7) *Boſſ. Tit. de coit. damn. nu. 58. & ibi Alexand. Conſ. 77. num. 2. Vol. 2.*

(8) *Maſcard. de Probat. Concl. 59 nu. 9.*

(9) *Felin. in cap. Præterea de Teſt. Grat. Conſ. 50. nu. 2. & ſeq. l. 2. ſap. Alleg. 53. nu. 2. Grandin. Tr. de Malefic. Tit. de Præſump. & indic. marſil. in Repetit. Rubr. C. de Probat. nu. 257. quos dat Maſcard. Concl. 17. nu. 5.*

(10) *Maſcard. de Probat. Concl. 57. num. 5., & ibi Philip. Cor. conſ. 142. num. 11., & 12. Vol. 5. & concl. 59. num. 10. & ibi Bald. conſ. 6. in fin. lib. 5. Menoch. conſ. 31. num. 25*

(11) *cap. Nihilominus ubi Gloſſ. in V. ſimul & Præpoſit. num. 7. Cau. 3. q. 9.*

(12) *Bict. Quæſt. 44. num. 45.*

Digitized by Google

perfectam, ſed præparatoria, ſivè conatum ad eam; undè, licèt violentiſſimæ ſint, & civiliter probent; non tamen factum plenè concludunt, aut criminaliter convincunt. Tamen dico, quòd, ſi per Teſtes aut de viſu, aut de auditu immediato, probarentur motùs, aut voces, aut ſoni, qui actum illum comitantur, eſſet etiem probata concludenter copula ſecuta. Motus quidem totius corporis, & præſertim clunium; frontis corrugatio, oris diductio, faciei pallor, aut rubor, & oculorum tremor, ut ait Satyricus. (13)

. . . . . . . . . . *oculoſque in fine trementes*; . . :

per quæ omnia ſeminalis humoris deciſio probatur, velut per effectum cauſa naturalis univoca demonſtratur. Voces verò, aut ſonus, ut ſuſpiria, anhelitus, fremitus, gannitus, lecti concuſſio &c., & alia, quæ recenſere non expedit, ſed poterit prudens Judex animadvertere. Signa itidem alia, utpotè maculæ ſanguinis, aut ſeminis, repertæ in linteis &c. omnia ergò iſta, ſi per viſum, aut immediatum auditum conſtent Teſtibus, erit concludenter, etiam criminaliter probata copula. (a)

6 Ducor, quià intantùm Doctores negant, quòd concludenter probetur copula per Teſtes, qui deponunt ea, quæ ſupra *num.* 3. memoravimus, inquantùm dicunt, quòd naturalia, per quæ perficitur coniunctio, effugiunt oculos intuentium; & dato, quòd Teſtes per tactum eſſent de copulâ certificati, tamen minimè poſſent ſcire, aut videre, eam eſſe perfectam, cùm hoc conſiſtat in emiſſione ſeminis, quæ ipſos latet. Sed motus, voces, ſoni, & veſtigia, de quibus diximus *num.* 4. ſunt ſigna univoca copulæ perfectæ, ut notum eſt; igitur per tales effectus, non minùs probari debet ipſorum cauſa, quàm regulariter probetur per lac, quod infanti præbet mulier, ipſam peperiſſe, & conſequenter fuiſſe corruptam; ac per cicatricem vulnus inflictum. Sequitur igitur ex hoc, quòd, ſi Teſtes, quantùmvis non potuiſſent videre delinquentes, applicatis auribus ad oſtium Cubiculi, audirent voces, ſuſpiria, lecti concuſſionem &c. optimè, & concludenter probarent copulam; & hoc Vidi in praxi in quodam prôceſſu, in quo plures Teſtes depoſuerunt ex prædictis ſuper copulâ perfectâ, quæ quater fuit reiterata; quod etiam Reus, primò negativus, tandèm confeſſus eſt. Et ratio potiſſima prædictorum eſt, quià tales effectus non poſſunt eſſe, niſi ex tali causâ, proindè eam perfectè concludunt.

7 Et re verâ magìs probare poteſt copulam effectus ſecutus, ſeù concomitantia illam, quæ ſint univoca, quàm præparatoria ad illam, quià hæc benè poſſunt poni in eſſe, abſquèeo, quòd illa de neceſſe ſequatur, non tamen ea, quæ ſequuntur, aut concomitantur copulam, poſſunt eſſe ſinè copulâ. Hoc tamen intelligo, dummodò tales effectus habeant copulam prò cauſâ univocâ, ideſt quòd non poſſint eſſe, niſi ab eâ. Hinc eſt, quòd non poſſunt ſubſcribere illis, (a) qui volunt copulam carnalem concludenter probari per *morbum gallicum*. Siquidem *morbus gallicus* non eſt effectus univocus copulæ; quià, cùm ſit morbus contagioſus, poteſt, aut per inſpirationem aeris, vel per contactum rei inanimatæ participari abſquè copulâ cum infecto tali morbo, prout de morbis contagioſis firmàt *Zachia* (b), docet quotidiana experientia, & Nos ſuprà *§. Conſortium ſuſpectum num.* 98. *&* 99. docuimus. Inter effectus autem, qui copulam ſequuntur, ſunt color accenſus ultrà ſolitum in facie ex efferveſcentiâ ſanguinis, agitati ex motu ſpirituum; crines in muliere diſcompoſiti, & veſtes rugoſæ ultrà conſuetum, ut cecinit Satyricus (c) . . . . . . . . . . *uxor*

*Humida ſuſpectis referens multitia rugis.*

*Vexataſque comas, & vultum, aurem que calentē.*

Proindè Doctores (d) firmant concluſionem, quòd præſumptio copulæ oriatur, ſi poſtquàm vir, & mulier Cubiculum ingredi viſi ſunt, mulier poſteà egredi viſa fuerit, crinibus incompoſitis, veſte corrugatâ, ac facie ultrà ſuum conſuetum rubicundâ, quòd etiam de feminâ conſulari è triclinio viri in Cubiculum abducta, & rurſùs reducta in convivium, rubentibus auriculis, incomptiore capillo, tanquàm ab *Octaviano Auguſto* adulterata, ſcribit *Suetonius* in ejus vitâ. Hoc verò intelligendum eſt, ſi ex condicto Cameram ſunt ingreſſi, ſi in câ per tantum temporis manſerint, ut copula pôtuerit perfici, aut aliud adminiculum interveniat. Cæterùm accidentia illa æquè poſſunt eſſe indicia copulæ, à viro attentatæ, & à muliere repugnante repulſæ. Sed hoc venari ex qualitate perſonarum, Judicis ſtat arbitrio.

8 Porrò alia ſunt indicia, per quæ poteſt probari copula carnalis, non quidèm realiter, ſed tantùm præſumptivè, & hæc vel ſunt proxima, vel ſunt remota. Proximum quidèm indicium eſt ingreſſio, vel egreſſio viri à domo mulieris, aut vice verſâ, tempore ſuſpecto, & maximè nocturno, ut dicunt Doctores; (14) hoc autem debet intelligi, quandò nulla poteſt aſſignari cauſa rationabilis talis ingreſſus, ſivè egreſſus; ut ſcribit *Farinacius*. (15) Pariter inducitur præſumptio copulæ ſi vir, & mulier inventi ſunt in locis ſecretis tempore nocturno, (16) ſed ad hoc debent concurrere aliæ circumſtantiæ, puta, mala qualitas perſonarum, præſertim feminæ; locus clauſus; ſitus, in quo viſi ſunt &c. prout advertunt *Navarrus*, *& Sanchez*, quos dat *Bictus* (17)

Inſuper indicium proximum facit oſculum, ſi tamen ſit voluntarium, & ſecretum, puta, quòd mulier ſe permittat deoſculari, & fortiùs ſi oſcula viſa ſit reddere, per talia enim oſcula, ſicut etiam per tactum mamillarum, & fortiùs per tactum partium ſecretarum cum conſenſu, mulier civiliter convicta dicitur de adulterio, & dotem amittit, ut apud *Clarum* (18) dicunt multi, qui teſtantur de Communi. Sequitur proindè, quòd indicium prædictum civiliter concludens, erit indicium tantummodò proximum, ſi agatur Criminaliter, & ad pœnam ordinariam.



(13) *Juvenal. Satyr.* 7. *V.* 241.

(a) *lap. Alleg.* 3. *num.* 5. *Federic. SchencK. Tract. de Teſt. nu.* 44. *Tom.* 13. *fol.* 38. *Campeg. eo. tit. Regul.* 285. *V. Quartò probat. Abb. Bart. Corſet. Ruin. apud Maſcard. Concl.* 62. *n.* 1. *&* 2.

(a) *Cavalc. de Teſt. Par.* 3. *num.* 185. *Sgroi. Par.* 5. *cap.* 4. *num.* 19.

(b) *Paul. Zachi. Q. Q. Medico.. leg. To. p. lib.* 3. *Tit.* 3. *q.* 5. *n. p. & ſeq.*

(c) *Juvenal. Satyr. XI. V.* 188.

(d) *Ferret. Conſ.* 389. *n.* 11. *Hippol. Rimin. Conſ.* 274. *n.* 48. *& ſeq. Hector. Aemil. Farinac. Q.* 136. *nu.* 169. *apud Bictum. Q.* 120. *n.* 17.

(14) *Sgroi. par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 31. *& ibi Gras. Conſ.* 30. *nu.* 4. *lib.* 2. *Fontan. Conſ. Crim. diverſ.* 97. *nu.* 35. *lib.* 2. *in parv. Soccin. iun. Conſ.* 32. *n.* 16. *lib.* 2. *Crot. I. B. Turrec. Burſ. Rimin. iun. Menoch. & alii*

(15) *Farinac. q.* 136. *n.* 118. *apud Bict. q.* 120. *nu.* 6.

(16) *arg. cap. litteris, ubi D. D. de Præſumpt. Menoch. lib.* 5. *Præſumpt.* 41. *n.* 11. *Bald. Maſcard. relat. à Farinac. loc. cit. n.* 148. *apud Bict. loc. cit. nu.* 13.

(17) *Bict. q.* 120. *nu.* 14.

(18) *Clar. lib.* 5. *§. Adulterium V. Sciat etiam & ibi Bald. in cap. Tua. de Procur. Bellon. in Rubr. C. de Eden. nu.* 81. *Didac. ſup.* 4. *Decretal. fol.* 135 *nu.* 3 *Gomez. ad l. Tauri* 80 *nu. ...*

Digitized by Google

9 Amplexus pariter mutuus viri, ac mulieris, maximè accedente ſequeſtratione, & multò magìs, ſi non ſit obiter, quaſi causâ ſalutationis, ſed ex inſtituto, & per actum continuatum, faciunt proximum indicium; & licèt ſolus amplexus non faciat indicium violentum copulæ, niſi vir, & mulier per tantum temporis ſteterint ſic ſequeſtrati, quòd fornicationem complere potuerint; tamen ad faciendum indicium proximum tales circumſtantiæ minimè requiruntur; ut ait poſt *Navarrum Sanchez* (19)

10 Magna etiam præſumptio copulæ oritur, ſi factâ trinâ monitione, ſivè mulieri, ſive viro, ab iis, qui auctoritativè monere poſſunt, (ut Maritus, Judex, Superior), nè loquatur cum illâ, vel illo, tamen quæſitâ occaſione, ac ſpretâ monitione in loco maximè ſecreto, ac tempore inoportuno, ſimul cum alio loquatur, ut dicunt *Doctores*. (e) Univerſaliter tandèm per quemlibet actum inhoneſtum, qui intercedat inter virum, & mulierem, ſi hæc illum non reſpuit, ut debet, ſed in illo conſentit, copulam aut ſecutam, aut ſecuturam oſtendit, ut communiter ſtatuunt Juriſperiti (f)

11 Tandèm etiam litteræ amatoriæ reciprocæ inter virum, & mulierem, ſunt indicium proximum copulæ, ut dicunt Doctores cumulati per *Sgroi* (g), qui tamen optimè advertit, quòd obſervandus eſt tenor litterarum. Si enim in illis non habetur indicium de copulâ ſecutâ, ſed tantùm continentur patheticæ narrationes, ut fieri ſolet inter amaſios, copulam non probant. Si habetur incitatio ad correſpondentiam amoris, ut mulier amanti conſentiat, hæc erit ſollicitatio ad copulam, & eſt crimen de ſe punibile, maximè in perſonâ Religioſâ, ut ſuo loco dicemus. Si verò in litteris mentio expreſſa fiat de copulâ jàm ſecuta; & probatum fuerit, eas fuiſſe ſcriptas à Reo prætenſo, iſtæ non faciunt quidèm plenam probationem criminis, ſed tantùm indicium ad torturam, ſicut quælibet alia confeſſio extrajudicialis, & ſic concludunt *Sanchez, & Farinacius*. (h)

12 Prò adminiculis verò ſupradictorum indiciorum, communiter aſſignatur juventus, & pulchritudo; cùm enim juventus calore, fervidoque ſanguine abundet, al magìs pronum ad copulam reddit: pulchritudo verò allicit intuentes ad concupiſcentiam, & ad ſollicitationem, cui, cùm rari ſint, qui reſiſtant, concludit, quòd ubi adeſt pulchritudo, ſæpè intervenit impudicitia, juxta illud Satyrici (i)

. . . . . . . . . *rara adeò concordia formæ* . . . . . . .
. . . . . *atque pudicitiæ* . . . . . . . . & aliud *Paridis* apud *Ovidium* (l) . . . . . . . . . . .
. . . . . *lis eſt cum formâ magna pudicitia* . . . . . .

Proindè ſtatuit *Bartolus*, & alii, (m) quòd ingreſſus viri, aut ejus inventio in domo mulieris juvenis, & pulchræ, ſit indicium fornicationis, aut *adulterii*; quæ tamen concluſio non haberet locum, ſi mulier eſſet deformis, ut voluit *Tiraquellus*. (n)

13 Tamen, ut optimè advertit *Maſcardus* (o) ex uſu, & experientiâ comperimus tùm ex parte viri, tùm ex parte mulieris, tùm juventutem, tùm pulchritudinem non eſſe præciſam cauſam lapſus carnalis. Si quidèm vetuli, ac deformes tùm viri, tum mulieres concupiſcuntur, & concupiſcunt, & fœde contaminantur. Multæ ſunt mulieres in juventute averſantes coitum, quæ in ætate conſiſtente, & etiam inclinatâ, libidine furunt; & cùm ob deformitatem non ſollicitentur à viris, aut rarò querantur, ipſæ ſe ultrò viris offerunt, & muneribus, & pecuniâ ad ſtuprum ſollicitant, & ut dicebat ille *Græcus* apud *Stobæum* (p)

*multas verò eſt mulieres videre*
*non pulchras aſpectu, coeuntes inſatiabiliter,*
*Et his, qui eis utuntur, multa gratis offerentes.*

Quod etiam evenit in viris, quorum aliqui etiam in extremo ſenio luxuriantur, ut patet in ſenibus, qui *caſtam Suſannam* ſollicitarunt: alii verò (fortè, ex eo quòd eorum Venus eſt maculata in domibus Saturni, ut dicunt Aſtrologi) inclinantur ad amorem mulierum deformium, vetularum, & pauperum, quæ tamen ſibi videntur pulcherrimæ, juxtà illud vulgatum.

*Quiſquis amat ranam, ranam putat eſſe Dianam.*

14 Sequitur ergò ex his, quòd juventus, & pulchritudo debile dant fundamentum præſumptionis copulæ; ideò magìs fidendum eſt moribus, & qualitatibus moralibus viri, ac mulieris, ac famæ, quæ ex eorum converſatione habetur in viciniâ; & ab his potiſſimum eruendum eſt fundamentum legitimæ præſumptionis, pròut etiam docuit *Decius* (q)

15 Recitata verò indicia proxima, talia ſunt, quòd alterum illorum, legitimè probatum per Teſtes integros, faciat indicium ad torturam, ut communiter ſentiunt Doctores. (20) Et licèt unus Teſtis deponat de uno indicio in unâ die, & tali loco, alius verò Teſtis de alio indicio, diverſâ die, & alio loco, & per hoc videantur ſingulares circà factum, tempus, & locum, tamen probant, quià quodlibet ex illis indiciis tendit ad unum, nempè copulam; & locus, & tempus accidunt, proindè non deſinunt eſſe conteſtes, ut ſentiunt multi. (21)

16 Prædicta verò debent accipi, quandò Rei prætenſi nullam poſſent legitimam excuſationem afferre contrà allata indicia; quòd, ſi aliquam producant, puta, cubaſſe in eodem lecto, quià unus tantùm ibi erat; & frigus hybernum rigidiſſimum, & inopia operimen-

(19) *Navar. Rubr. de Indic. num. 10. Sanchez de matr. Tom. 3. lib. 10. diſp. 12. q. 3. num. 45. & 46. apud Sgroi. par. 5. cap. 4. num. 31. circ. med.*

(e) *Iaſon. in l. Tranſigere num. 5. & 6. C. de Tranſact. Abb in cap. Tertio loco. col. penult. de Probat. Angel. Aret. Tract. malef. in V. Che hai adulterato. col. 5. Alex. in Auth. ſi quis C. de Adulter. luc. de Penn. in l. Quemadmodum ¶. 51. C. de Agric. & cenſ. lib. 11. ſpeculat. & Roman. apud Maſcard. Concl. 64. nu. 11.*

(f) *Maſcard. Concl. 64. num. 5. & ibi dec. in Rubr. de Indic. col. 2. Didac. Epitom. par. 2. cap. 7. §. 6. nu. 3. abb. Ancharan. Butr. Hoſtien. in cap. Præterea de Teſt. Bart. Pariſ. Farinac. q. 136. nu. 14. apud Bictum q. 20. nu. 11.*

(g) *Sgroi, Par. 5. cap. 4. nu. 31. & ibi præterea ubi Hoſtien. num. 5. Io: Andre. nu. 4. Ancharan. nu. 3. Butr. nu. 9. abb. nu. 7. Felin. nu. 3. de Teſt. & alii.*

(h) *Sanch. de Matr. lib. 10. diſp. 12 q. 3. num. 48. Farinac. q. 136. num 127. apud Sgroi. loc. cit. Bict. q. 120. nu. 7.*

(i) *Juvenal. Satyr. 10.*

(l) *Ovid. Epiſt. Heroid. Parid. ad Oenon.*

(m) *Bart. in l. 2. de Furt. in princip. abb. in cap. Præterea de Teſt. & in cap. litteris de præſumpt. & in cap. Cum non abhom. col. 5. ¶. Imò plùs de Indic. luc. de Penn. Pariſ. de put. Campeg. Soccin. jun. & alii apud Maſcard. Concl. 61. nu. 1.*

(n) *Tiraquel. de leg. connubial. l. 2. nu. 9.*

(o) *Maſcard. de Probat. Concl. 61. nu. 5.*

(p) *Io: Stobæ. Serm. 5.*

(q) *Dec. in cap. Tertio loco. num. 59 de Probat.*

(20) *Bald. Conſ. 427. Vol. 5. Roman. Conſ. 451. quos das Maſcard. Concl. 59. n. final.*

(21) *Maſcard. Concl. 59. nu. 19. & ibi ſpeculat. Tit. de Teſt. §. Iam de interrogat. ¶. Quid ſi comis Iaſone Conſ. 11. Lib. 2. Cravet. Conſ. 73. num. 3. Soccin. jun. Conſ. 99. num. 5. & 7. vol. 2. Capell. Tholoſan. deciſ. 11. & 30. apud Maſcard. Concl. 65. num. 1.*

Digitized by Google

mentorum, vel amplexatos invicem fuiſſe ob affinitatem, ſivè cognationem; aut ob exceſſum benevolentiæ honeſtæ; ſtetiſſe clauſos in Camerâ ob timorem furum, aut alterius inimici, qui alteri illorum minatus eſt, proindè noluiſſe aperire Hoſtium, quià timebant violentiam, vel alias excuſationes proponant, & probent, (quarum tamen valor examinandus, & admittendus arbitrio Iudicis committitur) tali inquam caſu, torturam poſſunt evadere prò modo probationis excuſationum, ut plures aſſerunt. (22)

17 Faciunt etiam indicium ad torturam duo ſocii criminis, etiamſi fuerint ſingulares; torqueri tamen debent, ſi ſpontè ad delictum conſenſerint, ut probent, aliter, quià ſunt infames ex delicto, non probant ex notis juribus. Si verò per vim, & coactè conſummatum fuiſſe crimen, aſſeruerint, probant ſinè torturâ, dummodò de vi, & metu conſtet, & cætera cohæreant, puta, bona ipſorum fama, ac alia adminicula, ut pluribus, more ſuo, congeſtis probat *Sgroi* (23). Qui ibidèm optimè advertit, quòd, ſi probatum ſit concludenter ſuſpectum conſortium, & prò habendâ ulteriori veritate per confeſſionem Rei ſuper copulâ, ipſe debet torqueri, Iudex in Decreto torturæ apponat clauſulam ſalutarem, puta, quòd *torquere intendit citrà præjudicium probatorum de ſuſpecto conſortio*: & nihil debet ſuper hoc Reum interrogare, nè videatur Iudex à proteſtatione recedere; ſed purè interrogare ſuper copulâ ipſâ. Quià, ſi abſque tali clauſulâ torqueretur, videretur tortus ſuper omni delicto; & ſi eſſet negativus, per torturam purgaret contraria indicia, & non eſſet locus pœnæ ordinariæ prò ſuſpeto conſortio, licèt probato, quod eſt, ſaltem apud Nos F*ratres Minores*, delictum ex ſe punibile.

18 Quid autem de feminâ ſolâ, quæ accuſaret ſe fuiſſe per vim cognitam? ſufficeret nè dictum ipſius ad torquendum accuſatum?

19 Reſpondeo, quòd circà hoc diviſæ ſunt Doctorum ſententiæ, aliis negantibus, aliis verò affirmantibus, & qui vult eos ſcire, adeat *Sgroi*, loco proximè citato *nu*.34. Tamen melior eſt ſententia dicentium, quòd depoſitio feminæ per vim cognitæ, facta cum juramento, & concurrentibus adminiculis, ſufficiens indicium ſit ad torturam; & ità poſt *Brun.* & *Salicet.* docet *Boſſius*. (24) Si enim dictum ſocii criminis, (ſi eſt roboratum præſumptione, & aliis adminiculis) facit indicium ad torturam, ut ſcribit *Clarus*, (25) quantùmvis iſte ſciens, & volens, ad delictum concurrerit, quantò magis mulier, quæ coacta, vim paſſa eſt, concurrente præſumptione, ac aliis adminiculis, debebit ſufficere? Porrò adminicula poſſunt eſſe honeſta vita, & bona fama mulieris, malum nomen Rei; quæſita occaſio ſequeſtrationis à ſocio; ſtrepitus auditus à ſocio Rei, ſivè ab alio domeſtico cauſatus à muliere repugnante, & centum hujuſmodi. Nec eſt neceſſaria ad hoc tortura mulieris (ut eſt in aliis ſociis criminis), ut ſufficienter probet, tùm quià cùm paſſa ſupponatur per vim, non eſt complex in crimine, & ideò non eſt infamis; tùm quià abundantia adminiculorum poteſt ſupplere defectum torturæ; tùm quià delictum hoc eſt privilegiatum, non ſolùm ob enormitatem criminis, ſed etiam ob difficultatem probationis, ut benè ponderat *Boſſius* loco citato. Sed in tali caſu debet Iudex penſare accuratè qualitatem mulieris accuſantis, & obſervare ea, quæ tradidimus circà hoc in Parte primâ (26)

20 Alia autem ſunt indicia remota copulæ, unum quorum per ſe ſumptum non facit indicium ad torturam, ſed, ſi ſint duo, aut ſaltem unum, roboratum tamèn pluribus adminiculis, ſufficit ad torturam. Quià vero à jure non habemus determinata indicia proxima, aut remota, ideò hoc determinare ſpectat ad Iudicem, qui de bono, æquo, recto judicio ſuo, circà judiciorum qualitatem determinet. (27)

21 Primum indicium ponitur à nonnullis nimia, & exquiſita familiaritas cum Muliere, & affectata ſequeſtratio cum eà. Sed quià hoc ſpectat ad materiam ſuſpecti conſortii, quod aliquandò poteſt eſſe etiam indicium proximum; & de hoc, (quod apud *Fratres Minores* eſt delictum ſeperatum à copulâ, & ex ſe punibile) ſpecialiter jam diximus, ideò illùc (28) lectorem remittimus.

22 Aliud indicium remotum eſt ſecreta allocutio cum muliere, maximè pulchrâ, & juvene, in loco, & tempore ſuſpecto, ex hoc enim, ut ex quibuſdam juribus deducit *Abbas*, (29) cauſatur ſuſpicio, ſivè præſumptio probabilis in mente Iudicis, per quam poteſt legitimè procedere ad inquirendum ſuper delicto. Imò ſecretum colloquium ſolius cum ſolâ, inducit præſumptionem copulæ, ut firmat quædam *Gloſſa* (30), hoc autem accipi debet cum aliquo alio adminiculo; ex ſe enim vix importare poteſt umbram indicii, alitèr, quandò Confeſſarius, aut alius vir gravis, de negotio ſecreto ſegregatus ab aliis, mulierem alloquitur, intraret indicium copulæ; quod tamen temerarium eſſet.

23 Aliud eſt riſus, & jocus inter virum & mulierem, ut multi (31) docent. Hoc etiam debet ſobriè accipi, puta, quòd iſta fiant latenter, & ſpecialiter inter ſuſpectos de fornicatione. Si enim ex ſuâ ipſorum naturâ joviali, facetâ, ac jocoſâ vir, & Mulier inter ſe ridens, ac jocantur, & hoc pulicè idemque faciunt cum omnibus, cùm quibus ſimilis intervenit cognitio, aut amicitia, non poſſet aliquo modo hoc accipi prò indicio copulæ. Si quidèm potiùs debet dici effectus genii, ac inclinationis naturalis, quàm ſignum delicti voluntarii.

24 Aliud indicium eſt donatio munerum, maximè jocalium, & præſertìm ſi Mulier ſit pauper, & tamen velit incedere ornata ad modum divitum. Munera quidèm (ſi non ſint ex gratitudine, ob honeſtum ſervitium præſtitum) facta mulieri, indicant ſecundùm *Doctores* (32) copulam, ſi non ſecutam, ſaltem ſecuturam; quià animos mulierum devinciunt, & expugnant. Si verò munera ſpectent ad ornatum muliebrem, aggravatur indicium; produnt enim mulierem, ea acceptantem, eſſè vanam, ultrà, & ſuprà conſuetum mulieris honeſtæ.

---

(22) *Iacob. de Belvis. Practic. crim. Tit. de lenon. n. 45. Io. de. Amic. Conſ. 127. col. fin. Luc. de Pæn. in l. Quemadmodum. C. de Agric. & cenſ. lib. 11. ℣. 80. apud Maſcard. l. C. n. 12.*

(23) *Sgroi Par. 5. cap. 4. n. 32.*

(24) *Brun. Tract. de Indic fol. 4. ℣. Item adde Salycet. in l. fin. col. final. C. de Accuſat. apud Boſs. Tit. de Indic. n. 160. & 166.*

(25) *Clar. Quæſt. 21. ℣. ſed quid in crimin.*

(26) *Par. p. Tit. Accuſatio. nu. 55.*

(27) *Sgroi. Par 5. cap. 4. n. 26. in fin. Abb. in cap. 8. n. 3. ℣. ex quibus de Præſumpt.*

(28) *§. Conſortium ſuſpectum. Tit. eo.*

(29) *Abb. in cap. quarto. n. 3. ℣. ſi vero conject. de Præſumpt. arg. cap. Clericus 81. diſt. cap. 2. de Cohab. Cler. & Mulie.*

(30) *Gloſſ. in l. Quod ait in V. In ipſis. ff. Ad leg. Iul. de adult. Chartar. Decis. 79. n. 14. & 15.*

(31) *arg. cap. Præterea. de Teſt. ubi Abb. n. 7. Io. Andr. n. 2. Hoſtien. n. 5. Felin. n. 3.*

(32) *Riminal. jun. Conſ. 274. n. 9. & 28. Farinac. q. 136. n. 125. apud Sgroi. Par. 5. cap. 4. n. 30. circa. Med. Abb. in cap. Præterea n. 7. de Teſt.*

Digitized by Google

honeſtæ. Et tandèm, ſi accedat ipſius paupertas, quæ tamen pompam ambit in veſtibus, & ornatu, additur aliud adminiculum, ſecundùm *Gulielmum de Cuneo*, (33) qui recenſet inter adminicula copulæ, *juventutem*, *pulchritudinem*, & *paupertatem*.

25 Tandèm aliud indicium remotum facit mala fama mulieris, & etiam viri. (34) Iſta enim ſola non eſt ſufficiens ad torturam ex ſe; ſed, ſi copuletur cum alliis adminiculis, eſt ſufficiens ad torquendum, ut ſcribit *Abbas*. (35) Etenim imperfectæ probationes conjunguntur, quandò tendunt ad unum finem; (36) & quæ ſingulæ non operantur, ſimul collectæ juvant. Undè fama copulæ ex ſe non ſufficit; ſi verò alia indicia, & adminicula remota, famæ copulentur, evadunt in probationem ſufficientem ad torturam.

26 Ex his igitur habetur, quomodò ſe gerere debeat Iudex in cauſâ *adulterij*, aut alterius lapſus carnalis, ſi enim unum tantummodò ſit, & ſolitarium indicium remotum, ſufficit quidèm ad inquirendum, non verò ad Reum conſtituendum, & examinandum. Si verò duo, aut tria indicia remota; ſivè unum pluribus adminiculis ſuffultum, per quæ moveatur mens Iudicis rationabiliter ad credulitatem, [ut loco ſuprà citato docet *Abbas*] (37) quòd delictum fuerit commiſſum, ſufficit ad conſtituendum, & prò modo indiciorum, etiam torquendum Reum; ſicut etiam ſi probatum ſit aliquod ex indicij proximis, ut diximus ſuprà *nu.* 15.

27 Sequitur igitur, quòd *Adulterium* perfectè probatum remanet, aut per Teſtes de auditu immediato, pròut diximus ſuprà *nu.* 5. *&* 6., aut per Rei confeſſionem, per quam, ſi præceſſerint debita indicia delicti, & delinquentis, ſanatur quævis ineptitudo proceſſus, ut dicunt *Doctores*, (38) & in tali caſu poteſt Iudex pœnam ordinariam imponere. Sed, ſi remaneat probatum crimen præſumptionibus tantùm, de quibus ſuprà dictum eſt, quid agendum? *Sanctorus* (a) multis ſecum vectis ſentit, quòd poſſit condemnari ad pœnam ordinariam, quià concludenter probatis indiciis proximis, poteſt puniri Reus, vel de effectu, quandò nempè actus eſt ità proximus, quòd inter ipſum, & delictum nihil mediet.

28 Sed, ſalvâ viri doctiſſimi reverentiâ, hoc falſum eſt, quià præſumptiones, quàmvis violentiſſimæ, ac urgentiſſimæ, ſeù indicia indubitata non ſufficiunt ad imponendam pœnam ordinariam in cauſâ Criminali, etiam in caſu difficilis probationis, & quod de ſui naturâ non poteſt concludenter probari; ut tenet caterva Doctorum, quos allegat *Sgroi*. (b) Et peculiare eſt in crimine Hæreſis, *Simoniæ*, & *Aſſaſſinij*, ob eorum enormitatem, ut in ipſis procedatur ad pœnam ordinariam ex indiciis violentis, pròut ſcribit *Clarus*. (c) in cæteris verò non ſic, ut idem *Clarus*, multis ſecum vectis, firmat, & de conſuetudine teſtatur. Non enim ad pęnam ordinariam poteſt deveniri, niſi delicto concludenter probato, aut per Teſtes, aut per confeſſionem Rei, nec ſufficiunt violentæ præſūptiones, ut firmat *Boſſius*, (d) cum aliis multis.

29 Pariter verum non eſt, quòd ità puniatur affectus, ſicut effectus univerſaliter in omni crimine; quià, quidquid ſit de jure communi, de generali conſuetudine nunquam punitur affectus, ſeù conatus ad crimen, ſicut crimen ipſum perfectum, quantùmvis deventum ſit ad actum proximum; de quâ conſuetudine infinitis propèmodum ſecum vectis, teſtatur *Clarus*, (e) & hoc ſolùm conceditur in crimine *læſæ Majeſtatis divinæ*, *aut humanæ*, *oppugnata Patria*, *Simoniæ*, *& homicidio venefico*, ut probat ibidem idem *Clarus*. (f) Proindè, cùm *adulterium* non comprehendatur in hujuſmodi atrociſſimis, non eſt, undè puniri poſſit pęnâ ordinariâ in eo affectus, aut conatus, quantùmvis ſit deventum ad actum quantùmvis proximum, ſicut fit effectu ſecuto.

30 In facti igitur contingentiâ, Iudex Regularis, Reo, exiſtente negativo, debet adhibere torturam prò modo indiciorum, puta; ſi ſunt violenta tantùm, vel violentiſſima, aut indubitata, debet ſimiliter dare gravem, aut graviorem, aut graviſſimam torturam; vel, ſi hanc minimè expedire judicaverit, debet condemnare ad pęnam extraordinariam, nunquàm tamen ordinariam, ut concludit Sgroi. (g)

31 Dubium tamen eſt, àn confeſſio unius complicis ſufficiat ad condemnandum alium complicem, qui delictum neget? Sed reſpondemus, quòd non; ſiquidèm confeſſio ſocii criminis tùm de delicto, tùm de complice, non facit plenam probationem, ſed ad plus facit purum indicium ad torturam, ſi ſibi jungatur aliqua alia præſumptio, vel indicium, ut dicunt communiter *Iuriſperiti* apud *Boſſium*. (39) In caſu ergò, eſſet confitens condemnandus, & negans abſolvendus. Verùm tamen eſt, quòd, cùm per confeſſionem ſocii præcedentibus addatur novum indicium contrà negantem, ipſe debet acriùs torqueri eò, quòd fuiſſet tortus ſi ſimpliciter pręceſſiſſent alia indicia abſquè tali confeſſione.

32 Quid verò, ſi Adulter confiteretur qualificatè, puta, dicendo, ſe quidèm, animo conſumandi copulam, fœminam iniiſſe; ſed vel frigiditate, ſivè ex ſtrepitu ſuper venien-

(33) *Gulielm: de Cuneo. lib. p. de Inoff. dot. apud Maſcard. Concl. 61. nu. 9.*

(34) *arg. Præterea de Teſt.*

(35) *Abb. in d. cap. Præterea. n. 3. de Teſtibus.*

(36) *arg. l. 3. ff. de Teſt. Abb. in cap. Cum cauſam. n. 2. de Probat., & in capitol. Præterea. in princip. ℣. Nota quod per ſolam. de Teſt.*

(37) *Abb. in cap. d. Præterea. n. 1. de Teſt.*

(38) *Boſſ. Tit. de Confeſ. n. 40. & ibi Bart. in l. ſi confeſſus. ff. de Cuſt. & exhib. Reo. Dec. in cap. At ſi Clerici. in p. Col. 2. de Iudic. Felin. in cap. Qualiter & quando il 2. §. debet. de Accuſa. Hippol. in l. 1. §. Divus Antonin. ff. de Quæſt.*

(a) *Sanctor. de Pęn. cap. 8. Quæſt. 10. ℣. cui doctrinæ: & ibi Fontanell. Boer. Salycet. Cyn. Bald. & Capoll.*

(b) *Sgroi. par. 5. cap. 4. n. 23. & ibi Aret. in cap. Præterea. n. 5. de Teſt. Campeg. de Teſt. Reg. 385. La p. Alleg. 53. Menoch. de præſumpt. lib. 5. Præſu. 45. n. 55. Farina. q. 148. n. 64. Innoc. in cap. Quid veriſimile de Præſumpt. Alex. Conſ. 195. n. 8. lib. 3. Marſil. Præ. §. diligenter. à n. 21. Gram. Deciſ. 164. n. 6. Tiraquel. de Pæn. temp. Cauſ. 27. Gabr. Conſ. 180. n. 20.*

(c) *Clar. Quæſt. 20. ℣. ſcias etiam.*

(d) *Boſſ. Tit. de Convict. n. 40. & 41 & ibi Innocent. Hippol. Bald. Aret. Nicola. de Matar. & Abb. in cap. Afferte. col. 3. de Præſumpt.*

(e) *Clar. Quæſt. 92. n. 1. & ſeqq. & ibi Alex. Corſet. Abb. Iaſon. Boer. Carer. Bertrand. Gandin. Bald. Bolenc. Angel. Marán. Fulgoſ. Caſtald. Auguſt. ad Angel. Gram. Petr. de Soncin. Marſil. Boer. Riminal. Gomez. Afflict. Didac. Foller. Mantu. Michel. Fontanel. Marant. Bart. Mille. Bart. dec.*

(f) *Clar. loc. cit. ℣. Scias tamen.*

(g) *Sgroi. d. Par. 5. cap. 4. n. 23. & ſeqq.*

(39) *Salycet. in l. fin. C. de Accuſat. Hippol. in l. 1. §. divus Anton. ff. de Quæſt. & ſingular. 219. apud Boſſ. Tit. de Indic. & conſi. ant. tort.*

Digitized by Google

venientium fuiſſe impeditum, quò minùs eam perficeret, eſſet nè locus pœnæ ordinariæ.

33 Reſpondeo, quòd ad perfectionem *adulterii*, requiritur ſeminatio viri intrà vas fœmineum; & abſquè hâc, non perficitur *adulterium*, ſicuti nec inducitur impedimentum affinitatis, ut communiter ſcribunt *Theologi Morales*. (40) Proindè congreſſus Spadonis cum Muliere tale impedimentum non affert [ut firmant *Sanchez*, & *Ledeſma* (41) apud *Bonacinam*,] quià, cùm careat ſpermate, ſeminare non poteſt. Dicendum igitur, quòd *adulterium* fuerit attentatum, non verò conſummatum; ſed hoc non proficere deberet confitenti; quià, ut aliàs (42) diximus, confeſſio qualificata in actibus, per legem prohibitis, acceptatur in parte favorabili fiſco, & non acceptatur in qualitate, quæ eſt contrà fiſcum; ſed tenetur Reus, aſſerens qualitatem diminuentem, delictum probare. Quomodò autem probabit Reus, ſe non ſeminaſſe? hoc improbabile eſt omninò. Proindè puto, quòd ordinariam pœnam non evaderet. Verum eſt, quòd, ſi Mulier etiàm deponeret, illum minimè ſeminaſſe, & hanc depoſitionem fortificarent alia adminicula, poſſet rationabiliter induci Iudex ad pœnam ordinariam temperandam.

34 Quid autem, ſi mulier cognita nondum eſt alicui nupta, ſed tantùm ſponſa, copula habita cum hâc, erit nè adulterium?

35 Reſpondeo cum diſtinctione; vel enim ſponſa eſt per verba de præſenti, [intellige cum requiſitis, puta, præſentiâ Parochi, ac Teſtium] non tamen adhùc à Marito cognita; vel eſt ſponſa per verba de futuro. In primo caſu committitur *adulterium*, & eſt textualiter in *jure*, (43) expreſſum, ut habet ibi *Gloſſa* communiter approbata. In ſecundo autem caſu non, quià ſponſa de futuro uxor non eſt, ſicut eſt ſponſa per verba de præſenti; hanc quippè poteſt vir jure mariti accuſare, ut dicitur in quodam *digeſto*, (43) & ſi vir inveniat cum eâ Clericum, turpia committentem, poteſt ſinè incurſu excommunicationis, illum percutere, ut habetur ex quâdam Decretali; (45) non ſic verò uxor eſt illa, quæ eſt ſponſa per verba de futuro; undè etiàm copula cum eâ non poteſt dici adulterium: & ità poſt *Antonium Gomez* firmat *Clarus*. (46)

36 Quid tandèm, ſi adulterium commiſſum ſit cum eâ, quæ nupta quidèm eſt, tamen artem meretriciam publicè exercet; poterit nè tale *adulterium* ità puniri, ſicut ſi eſſet commiſſum cum aliâ maritatâ honeſtâ?

37 Reſpondeo, quòd de jure Civili non dicitur committi *adulterium* cùm eâ, quæ, licèt nupta, publica tamèn eſt meretrix, & ità ſanxerunt Imperatores *Diocletianus*, & *Maximianus*. (47) Proindè coitus cum tali de jure Civili, nullo modo eſt punibilis, ut communiter dicunt Doctores. (48) Sed hoc non eſt verum de jure *Canonico*, quandòquidèm peccato ità gravi delinquit peccans cum eâ, ſicut cum aliâ maritatâ, quæ reputatur honeſta. Hinc eſt, quòd ſi Religioſus, qui judicandus eſt ſecundùm *Canones*, eſſet Reus de hoc crimine, non deberet evadere pœnam ordinariam adulterii. Imò quià majus generatur ſcandalum, quo magis publicè delinquitur; & acceſſus ad tales meretrices magis publicus eſt, quàm ſi cum aliâ ſecretò committatur crimen. Teneo, quòd etiam magis eſſet puniendus, qui tali ſcandalo bonam Religionis exiſtimationem perderet.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM*

38 *Adulterium crimen eſt ignominioſiſſimum, ac Reip. exitiaſum.*
*Pœna mortis de jure divino antiquo debita adulteris.*
*Hoc item eſt de jure antiquo Codicis.*
*De jure Digeſtorum pœna adulteri erat deportatio.*
*Pœna mortis mitigata fuit à* Iuſtiniano *prò mulieribus.*

39 *Pœna corporalis redacta eſt ad pecuniariam cum adulteris.*
*In Galliâ adulteri non puniuntur ex conſuetudine.*
*Iudex non procedens ex officio contrà adulteros, graviter peccat.*
*Accuſatio de adulterio, quibuſdam tantùm eſt permiſſa.*
*In adulterio notorio Iudex debet procedere ex officio.*
*Adulterium eſt crimen mixti fori; quandò proceditur Civiliter.*

40 *Opinio Clari, quòd adulterij pœna ſit excommunicatio, exploditur.*
*Epiſcopus poteſt per cenſuras procedere contrà adulteros, ut reſipiſcant.*

41 *Fœmina adultera detrudenda in Monaſterium.*

42 *Pœna Clericorum adulterorum eſt depoſitio.*
*Lepidum dictum Alciati*
*Clericis adulteris datur pœna pecuniaria.*

43 *De jure antiquo graves erant pœnæ Religioſorum adulterorum.*
*Nunc redacta ſunt ad pœnas ſtatutarias*
*Statutum prò Minoribus de Obſervantiâ contrà adulteros.*

44 *Pri-*

(40) *Eman. Sa. Ledeſm. Sanch. Specul. Henriq. Reginald. Coninh. Gutier. ſat. Filiucc. apud Bonacin. de Matr. Quæſt. 3. Pun. 12. Prop. 3. n. 11. V. Reſpondeo requiri.*
(41) *Sanch. de Matr. diſp. 64. n. 11. Ledeſm. Quæſt. 55 n. 5. apud Bonac. loc. cit. nu. 15.*
(42) *Par. p. Tit. Reus. n. 88.*
[43) *cap. diſcretionem. ubi Gloſſ. in V. Reatum adulterij. de eo qui cogn. Conſ. uxor. 5.*
(44) *l. Si uxor. §. 1. ff. Ab leg. Iul. de Adult.*
(45) *cap. ſi verò. junct. gloſs. in V. cum uxore de ſent. excom.*
[46) *Anton. Gomez. ad leg. 80. Tauri. p. n. 47. V. Dubium. Clar. §. Adulterium V. ſed quære in fin.*
(47) *text. in l. Si ea. ubi Gothofr. lit. M. C. Ad leg. Iul. de Adult. arg. l. Quæ adulter. c. eo.*
(48) *Angel. in l. Si uxor. §. ſed, & in ea n. 1. ff. de Adult. & in l. ſi ea C. eo. Anani. in cap. 1. n. 6. de adult. Riminald. Conſ. 17. n. 20 Amadæ. de Synd. num. 174. apud Clar. §. Adulterium V. Quæro nunquid.*

44 *Prima difficultas movetur.*
45 *Recenſentur crimina carnis graviora fornicatione.*
*Quid veniat nomine coitus damnati.*
*Fornicatio non punitur de jure Civili.*
46 *Secunda difficultas proponitur*
47 *Quomodò augenda pœna in adulterio præ fornicatione.*
*Canones antiqui graviùs puniebant Clericum adulterum, quàm fornicarium.*
*Statuta municipalia exponi debent per jus commune.*
48 *Quæ attendenda prò augendâ pœnâ Religioſi adulteri præ fornicario.*
*Coitus cum nuptâ, exercente meretricium, in jure Civili cenſetur ut fornicatio.*
49 *Quotupliciter alliciatur mulier ad adulterium.*
*Gravius eſt crimen in complice ſollicitante, quàm in ſolicitato.*
*Provocatus à muliere ad adulterium, non eſt ordinariâ pœnâ puniendus.*
50 *Quandò duo crimina interveniunt in eodem facto, punitur illud ſolum, quod gravius eſt.*
*Si ad unum crimen concurrant plura facta, quæ diverſis legibus puniantur, una lex aliam non tollit.*
*Religioſus proprietarius in procurando adulterio graviùs puniendus, quàm ſimplex adulter.*
51 *Si delicta, quàmvis diverſi generis ſiunt in eodem tempore, & ad eundem finem tendunt, delinquens punitur ſolâ pœnâ majoris delicti.*
*Exponitur data regula.*
*Plura delicta concurrentia non faciunt, quod ullius detur impunitas.*
52 *Occidens hominem in Eccleſiâ, duplici pœnâ percutitur.*
*Committens eodem tempore plura crimina diſparata, multiplici pœnâ punitur.*
53 *Recidivus in delictum quis dicatur.*
*Pœna adulterij aggrauanda eſt, ob frequentiam criminis.*
54 *Tertia difficultas exhibetur*
55 *Quandò dicatur quis lapſus in crimen, primâ, ſecundâ, aut tertiâ vice.*
56 *Conſtare legitimè de delicto, quandò dicatur.*
57 *Quandò dari poſſit pœna recidivantis in adulterium*
*Relapſus in hæreſim non dicitur, qui poſtquàm abiuravit de levi, accuſatur de hæreſi.*
58 *Quarta difficultas movetur.*
59 *Recidivus cenſetur, qui denuò labitur in crimen carnale, licèt diverſum à primo.*
*Relapſus eſt, qui accuſatur de unâ hæreſi, poſtquàm abiuravit de aliâ.*
*Hæreſes omnes ſunt connexæ, ac tendunt ad deceptionem.*
60 *Quinta difficultas excitatur.*
61 *Officia Ordinis, quibus carere debet recidivans in crimen carnis, quæ ſint.*
62 *Sexta difficultas tangitur.*
63 *Arbitrium Superioris, quandò extendi debet ad pœnam carceris diuturnioris, aut triremium ob delictum carnis.*
*In Lege, aut Statuto non admittenda ſuperfluitas.*
64 *Stuprum in Virgine non viripotente, vindicatur pœnâ capitali.*
*Adoleſcens 18. annorum, ob ſtuprum illatum puellæ quadriennij, furcis fuit ſuſpenſus.*
*Notabile Senatus Mediolanenſis reſcriptum.*
65 *Ob recidivationem in lapſum carnis, poteſt quis damnari ad triremes, aut carcerem diuturniorem.*
66 *Motiva, ob quæ Religioſus ſit expellendus ab Ordine.*
67 *Impugnatur Sanctorus.*
*Reiteratio criminis in Ordine ad expulſionem ab Ordine, debet habere moralem continuationem in malâ vitâ.*
68 *Septima difficultas proponitur.*
69 *Quomodò regulare debeat Iudex arbitrium in dandâ pœnâ carceris, potiùs quàm triremium.*
70 *Continuatur doctrina de moderando arbitrio in dicto caſu.*
71 *Octava difficultas affertur.*
72 *Quomodò reguletur proportio durationis carceris ad durationem triremium.*
*Carcer perpetuus æquivalet decennio triremium.*
73 *Mors hominis poſt quinquaginta annos, rationabiliter timetur.*
*Proportio durationis carceris ad triremes eſt dupla.*
74 *Nona difficultas tangitur.*
75 *Quas cautelas adhibere debeat Prælatus, in procedendo contrà Reum de delicto carnis.*
76 *Continuatur materia.*
77 *Reſolutio finalis.*


38 **P**Oenam criminis *adulterii*, [eò, quòd graviſſimum ſit, ignominioſum, ac Reipublicæ exitioſiſſimum, ut, multis eruditionibus cumulatis ad hoc, probat *Maſcardus*(49) plures citans] leges antiquæ tùm Divinæ, tùm humanæ, mortem Reorum talis delicti eſſe ſtatuerunt: divinæ quidem, ut habetur in veteri *Teſtamento*;(50) humanæ autem juxtà ſantiones Imperiales, contentas in *Codice Iuſtiniani*. (51) An autem mors deberetur *Adulteris* de jure antiquo *Romano*, quod continetur in *Digeſtis*, altercantur inter ſe Iuriſperiti; communior autem opinio eorum eſt, ut ſcribit *Clarus* (52), quòd Rei de *adulterio* deportarentur. Pœna autem mortis utrique Adultero per *Conſtantinum Magnum* ſancita, fuit temperata, quò ad Mulieres ob ſexus fragilitatem, à *Iuſtiniano* in quâdam *Novellâ* (53), in quâ ſanxit, quòd *mulier adultera, poſt flagellationem, detruderetur in Monaſterium*.

39 Sed, quidquid ſit de diſpoſitione legum, pœnæ prædictæ, per eos ſancitæ, receſſerunt ab aulâ, & redactæ fuerunt ad pœnam pecuniariam, ut dicunt *Doctores* (54), & maximè *Farinacius*, qui conglomerat plura Statuta *Civitatū Italiæ*, in qui-

(49) *Maſcard. concl. 57. n. 1. 2. & 3.*
(50) *Levit. cap. 20. ℣. 10. Deuteronom. cap. 22. ℣. 22.*
(51) *leg. Quamvis. la 2. C. ad leg. Iul. de Adult. arg. l. caſtitati. C. eo.*
(52) *Clar. ſ. Adulterium. ℣. ſed quæro paul. poſt. init.*
(53) *Novell. 134. Vt nullo Iud. lic. cap. 10. Authent. ſed hodie. C. Ad leg. Iul. de Adult.*
(54) *Tiraquel de leg. connub. Gloſſ. 1. par. 13. n. 23. Clar. ſ. Adulterium. num. 7. Farinac. de delict. carn. Quæſt. 141. num. 69. & ſeqq. apud Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. capit. 22. num. 3.*

Digitized by Google

in quibus pœnæ adulterorum ſunt pecuniariæ. Imò ex conſuetudine adulteri in *Gallia* non puniuntur, ut ex *Io. Fabro* recitant multi apud *Clarum*, (55) ſed mihi videtur talis conſuetudo ubivis locorum modò extenſa, præſertim cum viris nobilibus, & apud Judices laicos; plura enim quidem paſſim videntur *adulteria*, & publica, & ſcandaloſa, nec tamen Rei quæruntur ad pœnam. Nec Judices, non curantes ex officio punitionem hujus graviſſimi criminis, immunes ſunt à gravi culpâ, ut ſcribit *Clarus*. (56) Quià, licèt de jure communi in crimine *adulterii* non poſſit procedi per Inquiſitionem, & ex *officio*, cùm ejus accuſatio ſolis certis perſonis permittatur in quâdam *lege*, (57) tamen hoc debet limitari ad *adulterium* occultum. Sed, quandò eſt notorium in Viciniâ, Judex *ex officio* tùm poteſt, tùm debet procedere, ut amoveat maximam occaſionem ſcandali, ut docet *Antonellus*. (58) Et cùm hoc delictum ſit mixti fori, & detur præventio inter Judicem laicum, & Eccleſiaſticum, ut multi Doctores (59) docent (quandò nempè in eo proceditur Civiliter, (60) nàm, ſi procederetur ad pœnam mortis, ſpectat privativè, quò ad cæteros, ad Judicem laicum), ſi Judices laici ſunt in tanto crimine negligentes, deberent armari zelo Judices Eccleſiaſtici, & avertere tantum malum à *Republicâ Chriſtianâ*, quæ prout ſcribit *Clarus*, loco proximè citato, magnâ, circà hoc crimen compeſcendum, indiget reformatione.

40 Quò verò ad pœnas de jure *Canonico*, dicit *Clarus* (61), quòd adulter tàm maſculus, quàm fœmina excommunicatur, ut ex quodam Capitulo (62) ipſe deducit. Sed, ſalvâ tanti viri reverentiâ, ex tali Capitulo non poteſt haberi, quòd ex ordinatione *Canonicâ* pena *adulterii* ſit excommunicatio, nec ullus *Canoniſtarum* hoc colligit. Si enim hoc eſſet, talis excommunicatio deberet dici lata à jure. In illo autem Capitulo non habetur hoc, ſed tantùm quòd quidam Epiſcopus excommunicavit quoſdam in concubinatu adultero viventes, ut reſipiſcerent; & ex hoc *Abbas* (63) deducit, quòd Epiſcopus *ex officio* procedens, ut ſuprà dicebamus, poteſt contrà adulteros inquirere, ac ipſos excommunicare, non quidèm per modum pœnæ, ut puniat, ſed per modum medicinalis cenſuræ, quod longè diſpar eſt. Et hoc idem renovavit *Concilium Tridentinum* (64) contrà adulteros Concubinarios ſtatuendo, quòd poſt trinam monitionem ab Epiſcopis excommunicentur, niſi ab *adulterio* deſiſtant. Ex quo magis convincitur, excommunicationem non eſſe pœnam *adulterii*, ſed cenſuram medicinalem, ut viventes in *adulterio*, à malo ſtatu reſipiſcant; & talem cenſuram non eſſe à jure, ſed ab homine.

41 Quantùm ad fœminam adulteram, juxtà *Canones*, ipſa debet in monaſterium detrudi, & ſi Maritus illi iniuriam non remittat, & (licèt converſa ſit ad meliorem vitam) eam noluerit repetere, aut recipere, ipſa in Clauſtro cum religioſis Mulieribus maneat, ut perpetuam agat pœnitentiam, prout textualiter habetur in quâdam *Decretali*, (65) quæ concordat cum *jure Cæſareo*, (66) de quo diximus ſuprà *num.* 38.

42 Quò verò ad Clericos, *adulterium* perpetrantes, pœna *Canonica* eſt, quòd deponantur, & in Monaſterio detrudantur, ut dicunt antiqui *Canones*, (67) ſed antiquorum iſtorum *Canonum* rigor antiquatus eſt, & ut aiebat *Alciatus* apud *Clarum* (68), *ſi hodie Clerici, in pœnam adulterii, detruderentur in Monaſteria, non tot, ut modo ambularent per vias*. Undè ſicut invaleſcente conſuetudine ſeveritas legum mitigata eſt cum laicis, ut ſuprà dictum fuit, hoc pariter factum eſt Clericis, qui ſolent penâ tantummodò peccuniariâ mulctari inter Clericos ſeculares.

43 Sed, quò ad Regulares, qui carnaliter delinqunt, graviſſimis penis de antiquo jure coercebantur, ut habetur in quodam *Concilio*, (*h*) & ſignanter in ergaſtulis includebantur ad penitentiam, ut ex *Concilio Triburienſi* habet quidam Canon, (*i*) & multò antè idem ſanxit in quâdam ſuâ Decretali *Syricius Papa*. (*l*) Sed de jure novo unumquodque Inſtitutum ſuas habet ſpeciales Conſtitutiones, juxtà quas debet moderari Judex ſententiam ſuam, relictis iis, quæ per jus communè ſanciuntur, ut, multis citatis, probat egregiè *Sanctorus*. (69) Religio autem noſtra Statutum habet ſequentis tenoris. *Si (Frater confeſſus fuerit in fornicationem, vel graviorem culpam incidiſſe, vel de eo legitimè conſtiterit; prò primâ vice, ſemeſtri carceri mancipetur, & voce activâ, & paſſivâ triennio careat. Prò ſecundâ carceretur per annum, & omnibus Ordinis Officiis, decennio careat. Pro tertiâ, ad omnia Ordinis officia inhabilis exiſtat, longiori carcere maceretur; vel etiam ad triremes, ſuperiorum judicio, prò qualitate delicti, ac ſcandali ratione, mittatur*. (70) & huic cohærenter loquitur *Textus*. (71)

44 Ad hujus declarationem, prima movetur difficultas, & eſt, quænam ſint graviores culpæ contrà caſtitatem, eò, quòd ſit fornicatio?

45 Reſpondetur, quòd ſunt omnia alia peccata carnalia quæ opere complentur, puta, *Dæmonialitas*



(55) *Io. Fabr. in l. Conſuetudinis. col. fin. C. Quæ ſit lon. conſu. Boet. Tiraq. Igne. Guliel. de Benedict. apud Clar. §. Adulterium n. 7.*
(56) *Clar. d. §. Adulterium. ¥. Sed quæro. paul. ant. fin.*
(57) *l. Quamvis. la 2. C. Ad leg. Iul. de Adult. Cabali. Reſol. crim. Caſ. 214. n. 2. Cent. 2. Farinac. Q. 141. n. 42.*
(58) *Antonell. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 82. nu. 13. apud Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 4. cap. 22. n. 7.*
(59) *Altimar. de nullit. Rubr. 9. Q. 17. nu. 8. Carpzou. Prat. crim. Par. 2. quæſt. 63. num. 1. Sabell. V. Adulterium. num. 2. Antonel. Juſtinian. Novar. Theſaur. Rota. Fragos. Borgia Conciol. Reſol. crim. V. delictum. Reſol. 2. numer. 4. apud Romaguer. Ad ſtat. Eugub. libr. 4. capitol. 22. num. 15.*
(60) *Guazzin. Ad defenſ. anima. lib. 2. defen. 1. cap. 13. n. 40. Antonel. de Regim. Eccl. Ep. lib. 6. cap. 33. num. 1. ¥. E contra. Theſaur. de Pœn. V. Adulterium. cap. 1. Fragoſ. Borgia. Conciol. apud Romaguer. loc. cit. n. 16.*
(61) *Clar. d. §. Adulterium. ¥. ſed quæro. paul. poſt. init.*
(62) *cap. Intelleximus. Extra de Adult. & ſtupr.*
(63) *Abb. in d. cap. Intelleximus, num. p. de Adult. & ſtupr.*
(64) *Trident. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 8.*
(65) *cap. Gaudemus. Extrà de Converſ. coniugat.*
(66) *Auth. ſed hodie. C. ad leg. Iul. de Adulter.*
(67) *cap. ſi quis Clericus. 81. diſt. cap. non debet. 30. q. 1. Gloſſ. in cap. later. in V. In corporali. 2. q. 7.*
(68) *Clar. §. Adulterium. ¥ ſed quæro. poſt Init.*
(*h*) *Concil. Colonien. 3. Tit. Cenſura. cap. 3.*
(*i*) *Concil. Tribur. cap. 6. & habetur. cap. Impudicas 27. quæſt. 1.*
(*l*) *Syric. Epiſt. 1. cap. 6.*
(69) *Bald. in l. Data opera. C. Qui accu. Maſcard. Pract. crim. §. Quæritur. n. 3. dec. Alberic. Clar. q. 85. ¥. debet etiam Caror. Gandin. Alciat. Burſat. Hippol. & alii apud Sanctor. de Pœn. cap. 2. q. 9. ¥. Attamen cum commun. fol. 89.*
(70) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 21.*
(71) *Pract. Crimin. Tit. Applicatio. §. 36.*

( nempè coitus cum Dæmone ſuccubo , aut incubo ) *beſtialitas, crimen nefandum, coitus cum cadavere, mollities, ſacrilegium cum Moniali, inceſtus, adulterium, & ſtuprum cum Virgine*, maximè non viripotente, ſi quidèm omnia hæc, tanquàm graviora de jure Civili puniuntur, & importantur nomine *coitus damnati*, ut docet *Clarus*. (72) fornicatio verò de jure Civili non punitur, ut ſcribit *Angelus de Peruſio*, (73) qui teſtatur de communi, licèt de jure Divino ſit prohibita. In citato igitur Statuto præfigitur certa pęna Fornicationi, tanquàm delicto infimo, relicto augmento pęnali arbitrio Diffinitorii juxtà augmentum gravitatis delicti.

46 Secunda difficultas eſt, quomodò deberet Diffinitorium regulare arbitrium ſuum circà pœnam Religioſi adulteri ſuprà aſſignatam fornicatori?

47 Reſpondetur, quòd augmentum pœnæ *adulterii* debet regulari non proportionabiliter tantùm ad gravitatem ſcandali, reiterationem delicti, & majoritatem malitiæ, aut doli; ſi quidèm hæc quadrant univerſaliter prò augendis pœnis in omnibus delictis, ut aliàs (74) diximus, ſed etiam conſideratâ gravitate *adulterii* in ſe præ fornicatione. Videmus ſiquidèm, quòd jus *Canonicum* graviorem pœnam ſanxit contrà Clericos adulteros, quàm contrà fornicarios; nàm prò iſtis habetur in antiquis *Canonibus* tantùm ſuſpenſio, ut habet quædam *Gloſſa* (75) communiter recepta; prò *adulterio* autem habetur depoſitio, & detruſio in Monaſterium, ut dictum eſt ſupra *n.42*. Conveniens igitur etiam eſt, quòd in Religione augeatur prò *adulterio* pœna ſuprà fornicationem, quemadmodùm illud præ iſtâ addit gravitatem; attento maximè, quòd etiam Statuta municipalia Ordinis exponi debent per jura Communia, (76) à quibus Statutum omne decipit interpretationem, ampliationem, & reſtrictionem etiam in odioſis. (77)

48 Dico igitur, quòd duo attendenda ſunt, puta, perſona, cum quâ commiſſum eſt *adulterium*, & modus ipſius. Quò ad perſonam, ſpectari debet, àn mulier famæ honeſtæ aliàs ſit; àn verò pluribus ſe proſtituat, ità ut publicè meretricium exerceat. Si hoc; non eſt augenda pœna Religioſo adulteranti præ fornicario. Ratio eſt, quià, ut ſuprà *num*. 37. docuimus, coitus cum tali meretrice habetur, ut ſimplex fornicatio in jure Civili, & licèt de Canonico habeat rationem veri *adulterii*, & proindè etiam gravitatem majorem Fornicatione, tamen talis gravitas major eſt Theologica, non legalis, & cùm in punitione Forenſi magìs attendatur gravitas criminis legalis, quàm Theologica, ut diximus aliàs, (78) & ſecundùm illam æqualia ſint ſimplex fornicatio, & *adulterium* cum meretrice, ideò æquali pœnâ judiciali ſunt vindicanda. Quòd, ſi ratione ſcandali (utpotè Religioſi publicè ſcortantis in lupanari) major pęna adulteranti debetur, ut citato numero diximus, hoc non eſt ratione criminis in ſe, ſed ſcandali adjuncti. Si verò mulier aliàs honeſta eſt, & à malo Religioſo depravatur per *adulterium*, tùnc augenda eſt pęna ſuprà fornicationis punitionem, aut diuturnitate carceris, aut multiplicatione jejunii, & flagellationis.

49 Quod magìs probatur ex diverſitate, quæ poteſt accidere in modo inducendi Mulierem ad *adulterium*; ſiquidèm vel litteris amatoriis, vel muneribus, aut pecuniâ, poteſt ſollicitari ad crimen; vel mulier ex ſe eſſet diſpoſita, & illud idem concupiſcere. Si primum, aggravatur *adulterium* ex ſollicitatione juxtà communem doctrinam *Theologorum Moralium* (79); qui volunt longè gravius eſſe peccatum complicis ſollicitantis, quàm ſollicitati; & proindè graviùs eſt puniendus *adulter*, qui mulierem imparatam ad crimen, in quo eſt complex, incitavit. Quòd, ſi ipſa nutibus, geſtu, aut ornatu laſcivo, Religioſum alliceret; vel hic (ut bis accidit *Seraphico P. Franciſco*, & ſemel cum *S. Bernardino Senenſi*) à muliere apertis verbis invitaretur ad crimen, minor eſſet culpa Religioſi, *adulterio* conſentientis, & fortè non deberet eſſe locus nequè pęnæ ordinariæ fornicationis, pròut etiam dixit *Boſſius*. (80) Quià nimìs gravis, & violenta eſt tentatio mulieris; maximè ſi tentatur juvenis, & maximè indiget tunc auxilio gratiæ divinæ, ut poſſit reſiſtere, ut fecerunt Sancti ſupradicti. Undè meretur in tali caſu minorationem pœnæ, quæ deberet eſſe extraordinaria.

50 Pariter, ſi ſollicitatio facta eſſet à Religioſo per munera, jocalia, ſivè pecuniam numeratam, aggravaretur ex hoc etiam *adulterium*; quià, licèt in puniendo crimine, quod aliud involuit, puniatur id, quod eſt principale, & ad quod aliud inſervit, tanquàm unum crimen; (81) tamen, ſi in uno delicto concurrant plura facta, quæ diverſis legibus puniantur, una lex non tollit aliam, ut voluit *Bartolus*, (82) nec una pœna aliam impedit; & ſi pœna ejuſdem generis utriquè delicto debetur, ipſa augetur intenſivè. Ut, ſi fraudanti gabellas impoſita eſt tanta pęna pecuniaria, & introducenti merces exteras, alia pęna pecuniara apponitur; introducenti merces exteras, fraudatâ gabellâ, pęna pecuniaria ſibi datur major, quàm cuivis ex dictis delictis debeatur. Ità ſumus in caſu, crimini enim proprietatis, contrectationis pecuniæ, & *adulterii*, pęna carceris debetur ſejunctim; ſi ergò quis donando proprietarius eſt, aut nummos contrectat, & his utitur ad *adulterium*, pęna carceris debet ſibi augeri ultrà id, quod ſimplici *adulterio* deberetur, & juxtà extenſionem debitam crimini proprietatis, aut pecuniæ.

51 Nec facit contrà hoc illud, quod dicit *Clarus* (r), quòd nempè, ſi delicta, etiam diverſi generis, facta ſint eodem tempore, & ad eundem finem tendant, punitur delinquens ſolummodò pęnâ majoris delicti; & proindè, ſi delatio armorum ſola, inſultus ſolus, vel ſolum vulnus, puniatur in centum ille, qui, ſumptis armis, inſurgit contrà inimicum, & illum vulnerat, non puniatur niſi in centum prò vulnere, & ideò videatur ex hoc dicendum, quòd contrectans pecunias ad adulterandum

puniri

(72) *Clar.§.Fornicat.V.Frequenter dubitari.*
(73) *Angel.in l.ſi uxor §.ſed & in ea.ff.Ad leg.Jul.de Adult.*
(74) *Par.p.Tit.ſententia.n.21.& 85.*
(75) *Gloſſ.in cap. Maſſimianus. in V. Removeantur.Abb.in cap.Ex parte.num.1.in fin.& in cap.At ſi Clerici.nu.35.de Iudic.Boſſ.Tit.de Coit.damnat.n.10.*
(76) *Maſcard.de Gen Stat.interpr.Concl.1.n.1.& ſeqq.Giurb.ad Conſuetud.Meſſan.Cap.3.gl.9.n.4. Ciriac.Controver.703.num.6. Honded. Rube. Rota Roman.apud Conciol.ad Stat.Eugub.Præl ud.num.13.*
(77) *Conciol.l.cit.num.14.& ibi.plur.D.D.*
(78) *Par.p.Tit.denunciatio.num.14.*

(79) *Bonacin.de leg.Diſp.2.Q.4.Pun.2.§.unic.num.15.& 16.& ibi Vaſq.diſp.102.cap.7.n.23.& ſeqq.Valent.& Sanch.*
(80) *Boſſ.Tit.de Coit.damn.num.10.in fin.*
(81) *Boſſ.Tit.de Pœn.num.6.*
(82) *Bart.in l.Senatus.ff.de Accuſat.*
(r) *Clar.Quaeſt.84.V.Alius eſt Caſus.*

Digitized by Google

puniri debeat ſolâ pęnâ *adulterii*, quod eſt delictum majus; & non etiam pęnâ proprietatiorum cum pecuniâ. Quia prædicta concluſio poteſt verificari, quandò minora delicta, quorum ſingula per ſe puniuntur, licèt diverſificentur ſpecie, tendunt tamen univocè ad unum delictum, quod eſt majus; ut in exemplo, dato de delatione armorum, inſultu, & vulneratione, quorum duo prima univocè dependent ad tertium, ad quod ordinantur; & cum hoc etiam, quòd pęna ſingulis debita ſit ejuſdem ſpeciei. Sed quandò non eſt talis dependentia unius ab alio delicto, puta, quòd primum præcisè fit propter ſecundum, cumulandæ ſunt pœnæ utriuſque delicti, & hoc textualiter habet quædam lex, (ſ) quæ ſic cantat. *Nunquàm plura delicta concurrentia faciunt, ut ulliùs impunitas detur; neque enim delictum, ob aliud delictum, minuit pœnam.*

52 In propoſito autem pecuniæ retentio apud nos delictum ex ſe eſt; & hoc non ordinatur præcisè ad crimen carnale, ut arma, & inſultus ad percutiendum; ſed & plurium aliorum inſtrumentum eſt; ſi ergò, datâ pecuniâ, quis fornicetur, pœnâ propietatis pecuniariæ, & fornicationis puniendus eſt. Et in praxi videmus, quòd, ſi cultri delatio prohibita ſit ſub pęnâ triremium, & vulnus leve inflictum puniatur pęnâ pecuniariâ, ſi aliquis leviter vulneret cultro, ipſi datur pęna pecuniaria, & etiam triremium, & duplici pœnâ duplex delictum vindicatur. Et ſi quis occidit hominem in Eccleſiâ, duplicem pęnam incurrit, ob duplex delictum, puta, ſacrilegium, & homicidium, & à Judice Eccleſiaſtico, ac ſæculari, duplici pœnâ punitur, ut ſcribit *Chartarius*. (t) Et ſi quis concitat populum, & eodem tempore hominem occidit: aut ſi facit reſiſtentiam Officialibus Curiæ, & eodem contextu aliquem mutilat: aut ſi mulierem rapit, & furtum eodem tempore committit: aut ſi in rixâ Deum blaſphemat, & ſimul hominem percutit, in omnibus his caſibus duplex incurritur pęna, pròut firmat *Caballus*, (u) qui teſtatur de communi. Inſupèr occidens duos, dum intenderet occidere unum tantùm, tenetur de duplici homicidio, pròut probat idem *Caballus*, (x) & percutiens plures Clericos, etiam uno actu, plures excommunicationes incurrit, ut multis, more ſuo, citatis, probat *Sgroi*. (z)

53 Ultrà hoc, aggravatur etiam *adulterium* ex frequentiâ criminis, quæ diverſa eſt à recidiuatione. Si quidèm recidivus in crimine eſt is, qui ſemel de delicto punitus, in novum ejuſdem ſpeciei incidit, ſicut *relapſus* dicitur in jure, (83) qui abiuratâ ſemel hæreſi, in eam denuò incidit. Frequens verò in crimine dicitur is, qui pluriès crimen committit, de quo nunquàm punitus fuit. Si ergo ex fragilitate, & unicâ occaſione captâ, quis ſemel, aut ad ſummum bis, *adulterium* commiſit, non eſt ex hoc pęna ipſi augenda, ſi verò pluriès, vel cum unâ, vel cum diverſis mulieribus moechatus eſt, ex tali frequentiâ, poena adulterii ſibi augenda eſt, Quandòquidèm, ut optimè obſervat *Abbas*, (84) ſi Clericus in fornicationem ſimpliciter incidit, ſuſpenſione tantùm caſtigatur, argumento quorundam jurium, (85) ſi verò ipſam frequentet, ut accidit in Clerico concubinario, tunc, quià aggravatur ex frequentiâ crimen, deponitur, ut dicunt alii *Canones*. (86) Ità debet eſſe in propoſito, ſi *adulterium* frequentetur.

54 Tertia difficultas eſt, quomodò regulandum ſit judicium in decernendo, àn aliquis dicendus ſit *primâ ſecundâ, aut tertiâ vice in fornicationem, aut aliud crimen carnis lapſus*, ut ibi poſſit augeri pęna ad normam Statuti prędicti.

55 Reſpondetur, quòd, ad hoc, quòd alicui multiplicetur poena lapſus carnalis juxtà Statutum, non ſufficit, quòd illum pluriès cum unâ, aut diverſis perſonis, diverſiſque locis, & temporibus commiſerit; ſed requiritur, quòd ſemel, bis, aut ter, in judicio deductum fuerit crimen, & de illo delinquens punitus. Si enim quis pluriès cum unâ muliere adulterium commiſerit, & unâ vice tantùm fuerit de *adulterio* accuſatus, punitur, tanquàm unum crimen *adulterii* commiſerit, quàmvis pluriès fuerit adulteratus; neque ex hoc ſibi multiplicatur poena, ut poſt quandam *Gloſſam* (87), & alios Doctores ſcripſit *Clarus*, quem ſequuntur alii Criminaliſtæ communiter. Pari igitur modo dicendum eſt, & idem de Religioſo judicandum. Quàmvis enim pluriès, & fortè etiam ex conſuetudine in peccata carnis ſit lapſus, quàmvis ſibi aliqualiter ſit augenda poena ob frequentiam delinquendi, & hoc arbitrio Judicis, ut dictum eſt *num.* 53. tamen non poterit ſibi dari pęna ordinaria, contenta in prædicto Statuto contrà reiterantes bis, aut ter idem delictum, niſi ſemel, bis, aut ter fuerit de illo judicialiter punitus; omnia enim delicta præcedentia inquiſitionem, licèt pluriès commiſſa, puniuntur tanquàm unum, ut dictum eſt.

56 Quod magis apparet ex contextu prænarrati Statuti dicentis, *vel de eo legitimè conſtiterit*: conſtare enim legitimè dicitur id, quod ſit Judici manifeſtum ex probatione plenâ, & non ſummariâ, ut argumento cujuſdam Decretalis (88) docet *Covarruvias*. Si ergò Judex debet pęnam Statutariam dare recidivanti bis, aut ter, oportet, quòd ſibi priùs *legitimè conſtiterit*, quòd ſemel bis, aut ter, deliquerit: nequit autem conſtare legitimè, niſi plenè probatum fuerit crimen in judicio, inſtituto ſivè ex officio, ſivè ad inſtantiam partis, & ſuper eo lata ſententia condemnatoria, de quâ etiam per authentica documenta conſtare debet, antequàm pęna recidivantis ordinaria poſſit applicari, pròut benè etiam *Sanctorus* ſcripſit (89).

57 Hinc ſequitur, quòd, licèt quis fuerit diffamatus quòd tali tempore, in tali Conventu fornicatus ſit, in alio adulteraverit; in alio meretricatus ſit &c. non autem proceſſit ſuper his inquiſitio, ſeù accuſatio; aut licèt judicialiter ſemel punitus fuerit, non



(ſ) *Textus in l. 2. ff. de Delict. priv.*
(t) *Chartar. Deciſ. 54. n. 11. & Deciſ. 72. n. 54. apud Sgroi. Par. 7. cap. 3. n. 129.*
(u) *Cabal. Caſ. 158. n. 8. 12. 16. & 25. apud Sgroi loc. cit.*
(x) *Cabal. Caſ. 158. per tot. apud Sgroi. loc. cit.*
(z) *Sgroi Par. 7. cap. 3. n. 129. & ibi Zerol. de Pœnit. cap. 12. q. 48. Suar. Tom. 5. ſect. 3. n. 12. Bonac. de Cenſ. in gen. Diſp. 1. §. 1. Pun. 5. n. 7. Squilan de Privil. Cler. cap. 6. n. 3. Filliuc. Tract. 21. n. 338. & Tract. 11. n. 144. Caſtropal. Tom. 1. Tr. 2. diſp. 8. P. 3. n. 8.*
(83) *cap. Accuſatus. §. Eum verò de Hæret. lib. 6.*
(84) *Abb. in cap. At ſi Clerici. num. 35. Extra de Iudic.*
(85) *cap. Præſbiter. 82. Diſt. cap. lator. 2. q. 7.*
(86) *cap. Quam ſit. de Excuſ. Prælat. cap. Ex parte. Ad. de Teſt.*
(87) *Gloſſ. in l. Vulgaris. in V. Fur erit. ff. de Furt. Didac. lib. 2. Reſol. cap. 10. n. 8. Bart. Conſ. 222. apud Clar. §. Adulterium V. ſed pone.*
(88) *cap. Venerabilius. §. ſed ſi ex. & §. final. de ſent. Excom. in 6. Covarr. in cap. Alma Mater. §. 12. num. 7. V. Primum non ſub fin.*
(89) *Sanctor. de Pœn. cap. 8. Quæſt. 7. V. Reſpondeo negativè. fol. 356.*

Digitized by Google

tamen reperitur authenticum tranſumptum, aut aliud legitimum monumentum ſententiæ condemnatoriæ, quià fortè à libro Provinciæ ſublata fuit, aut libri ex incendio, vel furto perierunt; & neque per legitimos Teſtes probari concludenter poſſit: his, inquam, in caſibus non poteſt applicari pœna recidivantis, eò quià non *conſtat legitimè* de recidivatione. Et adverto, quòd, ſi ſemel accuſatus fuiſſet de copulâ carnali, at iſtâ minimè concludenter probatâ, punitus eſſet tantum pœnâ ſuſpecti conſortii, ſi poſteà ſecundò accuſatur, & plenè probatâ copulâ, condemnatur, non poteſt ipſi dari pœna ordinaria recidivantis. Quià, ſicut non dicitur *relapſus* in hæreſim, qui ſemel abiuravit ob levem ſuſpicionem, & poſt denuò accuſatur de hæreſi, ut textualiter habet quædam Decretalis; (90) ità neque poteſt dici recidivus in Fornicationem, cujus probata fuit tantùm ſuſpicio, & juxtà eam tantùm fuit punitus.

58 Quarta difficultas eſt, an præciſè requiratur *relapſus* in idem crimen ſpecie, ad hoc, quòd aliquis poſſit dici *recidivus*, & ipſi poſſit applicari pœna ſtatutaria, lata contrà illum, qui prò ſecundâ, vel tertiâ vice in crimen carnale ceciderit; àn potiùs ſufficiat nova commiſſio cujuslibet criminis carnalis, ſpecie diverſi?

59 Reſpondetur, quòd non requiritur reiteratio ejuſdem criminis ſpecie, ſed ſufficit quodcumque delictum carnale replicatum; ità ut, ſi aliquis ſemel ſit punitus de mollitie, procuratâ cum muliere; ex pòſt punitus de fornicatione; ſi tertiò probetur cecidiſſe in *adulterium*, ſibi optimè aptatur pœna ejus, qui tertiâ vice deliquit. Hoc probatur manifeſtè à ſimili; ſiquidèm, ſi aliquis in unam ſpeciem hæreſis lapſus ſit, atque judicialiter abiuraverit, ſi poſteà cadat in aliam hæreſim, ſpecie diverſam à primâ, judicatur *relapſus*, ut habet textualiter quædam Decretalis, (91) & hoc ideò, ut habet ibi *Gloſſa*, quià omnes hæreſes ſunt connexæ, quià habent caudas invicem colligatas, & *de vanitate conveniunt in idipſum*, ut alibi (92) habet textus; quià ad eundem finem tendunt, puta, deceptionis, ut alia *Gloſſa* (93) dicit. Sic eſt in caſu noſtro, omnia enim crimina carnis ſunt inter ſe invicem conexa, ab unâ enim radice prodeunt, puta, incontinentiâ, & uni virtuti opponuntur, puta, caſtitati. Qui ergò in unâ ſpecie delinquit, & punitur; & denuò in aliam ſpeciem incidit, debet judicari *relapſus*, cùm utroque modo votum ſolemne caſtitatis transgrediatur.

60 Quinta difficultas eſt, quæ nam ſint officia Ordinis, quibus omnibus decennio carere debet, qui prò ſecundâ vice carnaliter peccat; & ad quæ inhabilis redditur, qui prò tertiâ vice, condemnatur?

61 Reſpondetur, quòd ſunt illa Officia, quæ ſecundùm Statuta Generalia (94) importantur in pœnâ privationis Officiorum Ordinis, & ſunt omnes *Prælaturæ*, quocunque nomine veniant, *Magiſterium Novitiorum*, munus *Confeſſarii*, *Lectoris*, *Prædicatoris*, *& Commiſſarii Viſitatoris*. Eadem ergò ſancita eſt pœna prò illo, qui prò ſecundâ vice cadit in delictum carnale, & prò illo, qui reincidit tertiâ vice, ſi ſpectetur objectum, ſuper quo cadit privatio. Sed differentia eſt tantùm in duratione privationis; ſiquidèm, qui prò ſecundâ vice peccat, privandus eſt Officiis omnibus Ordinis ſolummodò per decennium; qui verò tertiâ vice delinquit, inhabilis ad illa redditur, hoc eſt privatione perpetuâ percutitur, ut etiam habet *Sanctorus*. (95)

62 Sexta difficultas eſt, quidnam requiritur, ut peccans hoc modo contrà caſtitatem longiori carcere poſſit macerari, aut *ad Triremes mitti*, ad arbitrium ſuperioris, juxtà ſupradictum Statutum.

63 Reſpondetur, quòd hoc dependet à circumſtantiis, aggravantibus crimen, & à periculo, quod ex conſortio talis criminoſi imminet Religioni. Opinatur *Sanctorus*, (96) hoc debere menſurari à qualitate, ſivè ſpecie criminis, puta, ſi eſſet coitus ſacrilegus, aut innominabilis. Sed iſtud, pace ſuâ, minimè verum eſt, quandòquidem de carcere perpetuo, & Triremibus, debitis prò his delictis, habetur ſpecialis diſpoſitio tùm in Statutis Ordinis, tùm in *Textu Practica criminalis*. (97) Undè, ſi de illis criminibus deberet accipi hoc Statutum, convinceretur in eo ſuperfluitas, quæ in lege, vel Statuto non eſt admittenda. (98) Proindè tùm carcer diuturnior, tùm triremes dari poſſunt arbitrio Superioris, ſiſtendo in delictis carnis, aliis à copulâ nefandâ, & ſacrilegâ. Hoc autem poſſet eſſe, non tantùm ratione recidivationis; ſed etiam ex qualitate, ſivè circumſtantiâ criminis, etiam ſemel admiſſi. Si enim aliquis libidine percitus honeſtam nuptam, ſivè virginem reluctantem per vim conſtupraret; ſivè puellam, nullo modo viripotentem, vitiat: & cum laceratione partium &c. maximè ſi accedat ſcandalum ex publicitate facti, iſte delinquens deberet ad perpetuos carceres, ſivè triremes damnari.

64 Ratio eſt, quià ex Statutis Generalibus Ordinis (99) habemus, quòd, Qui crimen commiſerit, propter quod in ſæculo mereretur mortem, ad perpetuos carceres, aut ad triremes perpetuò damnetur. Stat autem, quòd per leges Civiles (100) ſtuprum cum violentiâ in virgine, maximè non viripotente, punitur pęnâ capitali, & quàmvis *Clarus* (101) referat quoſdam dicentes, quòd aliâ pęnâ citrà mortem puniatur; ipſe tamen recenſet duos caſus, in quibus ex delinquentibus alius capite truncatus, alius furcis ſuſpenſus fuit. Et ego vidi *Papiæ* alium pariter ſuſpenſum, ob ſtuprum, illatum puellæ quadrienni cum fracturâ &c. & cum delinquens eſſet ætatis 19. annorum, ac ejus Advocatus allegaret minoritatem ætatis ad illum ſalvandum à pęnâ mortis, reſcripſit *Senatus Mediolanenſis*, ſic *Qui nullo habito reſpectu ætatis contrà ætatem peccavit, non debet ætatis privilegio frui*, & ſic fuit ſuſpenſus. Oportet igitur concludere, quòd eâ diſpoſitione Statutariâ, ſtuprum, cum tali vio-

(90) *cap. Accuſatus. de Hæret. lib. 6.*
(91) *cap. Accuſatus. §. Eum verò. de Hæret. lib. 6. ubi Gloſſ. in V. Iudicari.*
(92) *cap. Excommunicamus. il p. & il 2. Extrà de Hæreſ.*
(93) *Gloſſ. in cap. final. in V. Conveniunt. de Hæret.*
(94) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 4.*
(95) *Sanctor. de Pæn. cap. 8. Quæſt. 5. fol. 354.*
(96) *Sanctor. de Pæn. cap. 8. Quæſt. 7. fol. 355.*
(97) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 22. 23. & 24. Pract. Crimin. Tit. Applicatio. §. 37. & 38.*
(98) *Federic. de ſenis. Conſil. 145. col. penult. V. Item ſi nomine. Rolan. à Vall. Conſil. 61. num. 16. lib. 3. Roman. Conſ. 16. apud Tuſc. lit. S. Concl. 895. num. 1. & 8.*
(99) *Stat. Gen. Ord. cap. 9. §. 6. n. 69*
(100) *§. Item lex Iulia. Inſtit. de Pub. iudic. L. 1. §. final. ff. de Extraord. crim. Boſſ. de Coit. damn. num. 64.*
(101) *Clar. §. Stuprum. V. Fuit aliquando.*

Digitized by Google

violentiâ commiſſum; etiam ſemel, carcere, aut triremibus perpetuis eſſet vindicandum.

65 Poteſt pariter, ratione recidivationis in delictum carnale, ad triremes, aut perpetuum carcerem damnari, quantùmvis infimâ ſpecie libidinis, puta, fornicatione ſimplici, deliquiſſet; & hoc etiam abſquè ſcandalo ſæcularium; quandò nempè iſte aut exemplo, aut perſuaſionibus alios ad ſimiliter peccandum induxiſſet. Talium enim Satyrorum perverſus mos eſt, ut ſocios ſibi benoviſos variis artibus à Superioribus impetrent, maximè juvenes, ac diſſolutos; ad hoc, quòd, poſtquam illos complices in ſcelere reddiderint, ſecuri ſint, quòd de commiſſo crimine non accuſabuntur. Pariter etiam aliis immunditiis, etiam citrà crimen innominabile, juventutem commaculant, & alios ad peccandum pertrahunt. Quandò igitur talis conditio intervenit, optimè convenit carcer perpetuus, & triremes.

66 Ratio petitur à motivo, quod habent *Canones*, ad expellendos ab Ordine ſuo incorrigibiles. Motiva, aut ratio eſt, quià tales, qui minimè correcti delinquunt, alios exemplo ſuo corrumpunt, ut textualiter habet quidam *Canon*, (102) proindè, *ne contagione ſuâ cæteros perdat*, vt habet *Decretum Sac. Congregationis de Apoſtatis, & ejectis*, incorrigibilis à Religione ejici debet. Quod etiam docuit *Seraphicus Bonaventura*, (103) & antè eum *D. Auguſtinus*, *Hieronymus*, *& Proſper*, relati in quibuſdam Capitulis (104). Si ergò ſimus in caſu, quòd luxurioſus recidiuus cæteris Religioſis ſit occaſio cadendi in ſimilia crimina, optimè habebitur ratio, propter quam à cæterorum conſortio debeat ſejungi, vel per carcerem, vel per triremes.

67 Et advertendum eſt, quòd *Sanctorus* (105) videtur fundare dictam pœnam triremium in ratione incorrigibilitatis, quæ cenſetur in illo, qui ter deliquit, ob quam de jure à Religione expellitur, dùm ad Triremes damnatur: Sed pace ſuâ hoc verum non eſt; ſiquidèm reiteratio criminis in ordine ad incorrigibilitatem, & expulſionem, debet habere moralem quandam continuitatem, quâ non interveniente, non eſt locus expulſioni, ut aliàs (105) fusè probavimus. Proindè punitus de crimine, & per triennium benè vivens; ſi pòſt, aliud crimen grave committat, iterùmque per triennium religiosè converſetur; & tandèm denuò peccet, licèt ſibi debeat augeri pœna ob recidivationem, tamèn illa delicta diſcontinuata per emendationem, non poſſunt conjungi ad conſtituendam incorrigibilitatê. In caſu autem noſtro pœna carceris, aut triremium non requirit talem continuationem in recidivante carnaliter: quantùmvis enim, poſt pœnam adimpletam, moraliter benè vixerit per triennium, tamen, ſi ter delinquat, debebit carcere, vel triremibus puniri.

68 Septima difficultas eſt, ex quo arbitrarium Iudici eſt taliter recidivanti vel carcerem, vel Triremes adhibere, quomodò regulare debeat arbitrium Iudex in arbitrando unum præ alio.

69 Reſpondetur, quòd penſare accuratè debet qualitatem perſonæ delinquentis, damnum Religionis, quod ex damnatione tali emerget; & proportionem pœnæ cum delicto; Si enim ſit Religioſus, gravis ætate, Sacerdos, Concionator, Theologus, aut qui Magiſtratum in Religioſâ Republicâ geſſerit; debetur huic carcer præ Triremibus; & hoc ob honorem Sacerdotii, ætatis, ſivè Magiſtratus geſti; ſicut enim iſti non debent ſubiici quæſtioni, (ut ex lege Civili, ac noſtrâ Statutariâ alibi (106) demonſtravimus) ità etiam debent pœnâ minus notabili, ac infamatoriâ percelli. Si autem ſit laicus juvenis, robuſtus, nataliumque vilium, huic potiùs Triremes, quàm carcer ſunt dandæ; tùm quià ceſſat conſideratio perſonæ; tùm quià magis per iſtas, quàm per carcerem caſtigatur immunditia carnis, cùm in triremibus quotidianis laboribus ſubiiciantur damnati, quod non eſt in carcere; ſi verò delinquens (ſivè Sacerdos, ſiuè laicus ſit) apud ſæculares bonâ polleat famâ, & opinione virtutis, (ut non rarò accidit cum nonnullis hypocritis, qui ſe vendunt Sanctos apud plebem credulam, intùs verò ſunt pleni omni ſpurcitiâ), aut apud Magnates habeatur in exiſtimatione; triremibus præferendus eſt ſecretus carcer; incredibile enim damnum emergit Religioni ex tali publicâ damnatione. Quià non poteſt çælari cauſa, nempè delictum, ob quod ipſa infligitur. Non eſt autem crimen, per quod magìs malè audiat Religio, quàm per vitia carnis: undè arguunt ſæculares, ſi iſte, qui exiſtimabatur Sanctus, tàm turpis erat, quid erit de cæteris, qui non dant exempla virtutis, quæ in eo vidimus? Et ità bona fama Religionis, cum extremo damno proditur. Quòd, ſi crimen publicum, & ſcandaloſum jàm fuerit, præſtat ad Triremes damnare, ut ſæculum ſcandalizatum ex culpâ, ædificetur ex pœnâ, juſtè datâ.

70 Tandèm, quià pœna debet commenſurari culpæ (107), debet Judex benè penſare ex circumſtantiis modi, loci, temporis, perſonæ, finis, doli, damni ſecuti &c. gravitatem delicti, & ab illis pronunciare, & regulare arbitrium: dando Triremes, ubi circumſtantiæ aggravant factum: aut carcerem, quandò illud minuunt; & de ſingulis caſibus nequit dari certa regula.

71 Octava difficultas eſt, ex quo Statutum dicit, quòd recidivans longiori carcere maceretur, aut ad triremes mittatur, quomodò regulanda ſit proportio durationis carceris ad durationem pęnæ, in triremibus, ut Judex, arbitrando, juſtè procedat in dando unum præ alio.

72 Reſpondetur, quòd Statuta Generalia, (108) loquendo de recidivantibus in apoſtaſiam graviſſimam per tres vices, ordinant, quòd tales vel expellantur ab Ordine, vel per decennium damnentur ad triremes. Sed alibì loquendo de recidivante in idem delictum grave, determinant, quòd expellatur ab Ordine, aut perpetuò carceretur. Ex quibus locis colligere licet, quòd Statutum comparat, ac æqualem exiſtimat carcerem perpetuum cum pęnâ triremium per decennium: quandòquidèm expulſionem ab Ordine vult eſſe æqualem modò carceri perpetuo, modò decennio in triremibus: proindè concludendum venit, quòd hæc duo, æqualia illi tertio, æqualia ſint inter ſe ex communi Pronunciato geometrico.

73 Ex iſtâ igitur venari licet proportionem inter durationem carceris, & pęnæ triremium. Quià enim, ut

habet

(102) *cap. Relatum. Ne Cler. vel Monach.*
(103) *D. Bonavent. Tom. 1. Opuſc. Q. Q. in Regul. S. Franc. q. 14.*
(104) *D. Auguſ. lib. de Corrept. & grat. cap. 15. D. Hieronym. in Epiſt. ad Galat. cap. 15. D. Proſper. de Vit. contemplat. lib. 2. cap. 7. relati in cap. corripiantur. cap. Reſecandæ. cap. Ecce autem. 24. q. 3.*
(105) *Par. p. Tit. Pœnarum. n. 38.*
(106) *l. Nullus. C. ad leg. Iul. Maieſt. l. Decuriones. l. Milites C. de Quæſt. Text. Pract. crim. Par. p. §. final. n. 112.*
(107) *cap. Sane. il. 2. de Off. deleg. cap. final. de Tranſact. cap. ſicut de Homicid. Par. p. Tit. ſentent. n. 38.*
(108) *Stat. Gen. Refor. cap. 2 de Apoſtat. num. 11. & cap. 7. num. 10.*

habet *Abbas*(109) poſt quinquageſimum annum vitæ hominis, poteſt rationabilitèr timeri de morte hominis, maximè viventis in ſquallore, & marcore carceris; & regulariter Regularis, damnandus ad perpetuos carceres ex triplicato delicto, attingere poteſt, aut ſolet trigeſimum annum (rarò enim, & non niſi ex vitâ totaliter perditâ, punitus ſemel, & bis de delicto, non abſtinet per aliquod tempus à delinquendo, & ità rarum eſt, quòd ad illam ætatem, vel circùm circà non perveniat;) fit, quòd, ſi triginta annis addantur viginti carceris, complebuntur quinquaginta, poſt quos mors ſemper eſt timenda, ut dictum eſt ſuprà. Sequitur igitur ex hoc, quòd carcer viginti annorum poſſit dici perpetuus. Concedo quidèm hoc non eſſe ità firmum, quin poſſit vita in carcere diutiùs protrahi, aut etiam anticipari; ſed Ego loquor, prout communiùs accidit ex conſueto curſu vitæ humanæ. Quòd, ſi, ut ſuprà dicebam, perpetuus carcer (hoc eſt vitâ durante carcerati) æquiparatur decennio triremium, carcer 20. annorum decennio triremium æquabitur. Proindè prò regulandâ proportionabiliter duratione carceris ad triremes, ſervanda eſt proportio dupla, ità ut uni, vel tribus annis damnationis ad triremes, duo, aut ſex anni carceris, correſpondeant; & ſecundùm hanc proportionem regulare poterit Iudex arbitrium ſuum decernendo unam præ aliâ pœnâ.

74 Nona difficultas eſt, quomodò Superior Regularis procedere debeat in conſtruendo proceſſu de *adulterio*, ſivè alio delicto carnis?

75 Reſpondetur, diſtinguendo; vel enim agitur de delictis commiſſis intrà Clauſtra, vel ſi extrà, eorum tamen non habetur notitia inter ſæculares: vel agitur de crimine commiſſo extrà Clauſtra, ad quod probandum neceſſariæ ſunt depoſitiones laicorum, vel eſt in populo diffamatum. Si agatur de primo, certum eſt, quòd, cùm Prælatus teneatur ſub mortali caſtigare delinquentes ſubditos, (110) & omnia peccata mortalia juxtà jus *Canonicum*, ſint crimina publica, de quibus poteſt quilibet, qui à lege non prohibeatur, accuſationem inſtituere, (111) debet Prælatus tùm ex officio per inquiſitionem, tùm ad inſtantiam partis per accuſationem, ſivè denunciationem, procedere ad caſtiganda hujuſmodi crimina; ut jura (112) dicunt. Tamen, quià crimina hæc difficilis ſunt probationis, & per Teſtes rarò probari poſſunt concludenter; & ſi proceſſus de his inſtruitur, debilibus exiſtentibus indiciis, quantùmvis crimen verè commiſſum ſit, Reus convinci non poteſt, & in ſuâ malitiâ induratur, imò gloriatur, quòd Prælatus non potuit contrà eum prævalere, ſuadeo, quòd prò meliori fruge ſubditi, Prælatus à publicitate proceſſus abſtineat, & ſecretâ, & magìs profuturâ correptione ipſum emendet. Veriſſima namquè eſt ſententia *D. Gregorii*(114) *Plerùmque plus virium habet diſcreta in correctione remiſſio, quàm in exequendâ ultione diſtrictio; adeò ut nonnunquam illa fideliorem, atquè ſubiectum, hæc verò obſtinatum faciat, & annulum*. Si autem poteſt crimen per legitimos Teſtes concludenter probari, armetur zelo Prælatus, & ſtrenuè inquirat, & ſeverè puniat; Nullum enim delictum eſt exitioſius Religionibus, vitio carnali; quod ob ſummam proclivitatem naturæ, ſi non reſecetur condignis pœnis, facillimè ſerpit, velùt cancer, & totam Religionem commaculat.

76 Si verò commiſſum ſit crimen extrà Clauſtra, maximè ſi fœmina ſit honeſtæ familiæ, & à tribus, aut quatuor tantùm ſcitur, & ad hoc probandum neceſſarium eſt teſtimonium laicorum, nullo modo expedit, quòd Superior judicialiter procedat neque per inquiſitionem ex officio; neque ad inſtantiam partis, ſivè Religioſus, ſivè Sæcularis ſit Accuſator. Experientiâ enim quotidianâ compertum eſt, veriſſimum eſſe monitum *Bernardi Diaz* apud *Sancterum*, (114) *nè ſcilicet Prelati nimis diligentes, aut anxii ſint ad inquirendum de hujuſmodi delictis carnalibus occultis*; quià periclitatur ſic fama mulieris, & familiæ, & fortè Pater, aut Frater, aut Maritus (ad quos fama proprii dedecoris ſerò pertingit, juxtà illud *Satyrici* (115) *Dedecus ille domus ſciet ultimus*; & non perveniſſet, niſi inſtituta fuiſſet judicialis inquiſitio, ac Teſtes ſæculares requiſiti) ad mortem mulieris armabitur; tota cognatio mulieris, totus populus movetur ad averſionem contrà Religionem; & ſæpiſſimè tanto tumultu excitato, nihil contrà Reum legitimè probatur. hic inſultat Judici, & de malo exultat, & ſolùm cuditur damnum in perniciem Religioſæ Reipublicæ. Satiùs igitur eſt, quòd Superior occultè informationes capiat à Teſtibus Religioſis extrajudicialiter; (caveat tamen verſutias malignorum ſub pelle ovinâ; & benè libret qualitates Teſtium; modum deponendi, circumſtantias, ac veriſimilitudinem facti; factionis diverſitatem; & tandèm omnia alia, quæ fidem Teſtibus minuunt) tùm ſecretò, ac paternaliter vocet Reum, illiquè audita obiiciat: Si plenè illa diluet, & ex bonâ illius famâ, cæteriſquè, coniici poſſit, illum eſſe innocentem, benè quidèm. Si verò negatiuus eſt, & verba verbis reddit, & mendicatis, fictiſquè prætextibus vult excuſare factum; & Teſtes integros dicit mendaces, inimicos &c. & ipſe malâ aliundè famâ laborat, Superior ſub prætextu mortificationis in genere, ob ejus converſationem parùm compoſitam, in Domum Diſciplinæ detrudat, & ità puniat abſquè ullo proceſſu; quod poſſe Provincialem ſe ſolo facere, alibì (116) probavimus.

77 Si tandèm crimen publicum eſt in populo, & magna diffamatio: removeat Prælatus, ſtatim ac ſibi conſtiterit legitimè de famâ, Reum ſuſpectum à Conventu; hoc enim ſaluberrimum eſt ad ſedandas turbas: perdunt enim ſæculares faciliter memoriam delicti, niſi ſibi refricetur per præſentiam delinquentis. Procedat exindè viriliter ad debitam pœnam: & ſuper omnia caveat, nè Reus (niſi multis annis interlapſis) ad eum Conventum accedat, nè antiqui delicti fama, cum novo damno Religionis, reviviſcat.

(109) *Abb. Conſil. 63. nu. 5. ℣. Secunda limitatio. lib. 2. arg. cap. Quoniam frequenter. de Reſtit. ſpoliat.*
(110) *D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 4. Aragon. q. 62. art. 7. col. 16. apud Peyrin. de Prælat. qu. 2. cap. 3. §. 15. nu. 189.*
(111) *Gloſſ. in cap. Infames. 6. q. 1.*
(112) *cap. Qualiter, & quando. il 2. de Accuſat. cap. licet Heli de Simon.*
(113) *D. Greg. PP. Regiſtr. lib. 8. Epiſt. 6. Indict. 3.*
(114) *Diaz. Pract. crimin. cap. 88. num. 8. num. 8. apud Sancter. de Pæn. cap. 8. qu. 12. ℣. Placet. fol. 399.*
(115) *Iuvenal. Satyr. 10. ℣. 342.*
(116) *Par. 5. Tit. Carcer. n. 6. & 7.*

# §. V.

## Stuprum.

*SVMMARIVM.*

1 *Stuprum largè acceptum ſignificat omnem damnatum coitum, etiam contrà naturam.*
*Propriè accipitur prò coitu violento cum fœminâ ſolutâ.*
2 *Plura conſideranda circà ſtuprum.*
*Deſloratio eſt coitus cum virgine ſinè vi.*

1 ADdit ulteriorem gradum malitiæ ſuprà fornicationem, & concubinatum, & aliquandò etiam ſuprà adulterium, de quibus, ſuperiori paragrapho, dictum eſt *Deſloratio, & ſtuprum*; licèt autem in jure *ſtuprum* vocetur omnis illicitus, ſeù damnatus coitus, ut proindè etiam ad nefandum extendatur, tamen, pròut oſtendimus *§. Fornicatio ſub num.* 8. propriè accipitur de coitu, qui cum vi, habetur cum fœminâ Virgine, aut non; dummodò totaliter ſoluta ſit; aliter diverſum à *ſtupro* vocabulum ſortitur.

2 Plura autem circà hoc conſideranda ſunt, nempè ſi habeatur cum Virgine, aut corruptâ. Itidem ſi cum Virgine habitus ſit, àn hæc fuerit viripotens, aut non. Tandemquè, àn copula fuerit conſummata, àn verò ſolùm attentata. Equidèm, ſi non intervenit vis, ſed adſit conſenſus fœminæ, & hæc Virgo fuerit, vocatur *deſloratio*; ſi verò fuerit aliàs cognita, aut Vidua, eſt *ſimplex fornicatio*. Si autem intervenit vis utrobìque *ſtuprum* vocatur. licèt autem violentia facta puellæ non viripotenti, atrocior ſit, quàm, facta puberi; non tamen excedit & vocabulum, & qualitatem *ſtupri*; ſicut pariter, ſi accedente conſenſu ipſius, quæ capax doli ſit, licèt ad pubertatem non pervenerit.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

3 *Probatur ſtuprum Virginis per corpus delicti.*
*Querela mulieris ſtupratæ, juncta cum indiciis, ac adminiculis, ſemiplenè probat ſtuprum.*
4 *Violentia incuſſa mulieri, quomodò probetur in genere.*
*Quomodò probetur concludenter.*
*Nota vox Mulieris clamantis, probat violentiam ſibi incuſſam.*
*Stuprum eſt delictum difficilis probationis.*
*Teſtes domeſtici admittuntur ad probandum ſtuprum.*
*Stuprum præſumptivè tantùm probatur.*
5 *Opinio, quòd ſtuprum non probatum ſit, ſi Mulier evaſit pregnans; aut ſi acceſſit ad domum viri, qui accuſatur ut ſtuprator, impugnatur.*
*Mulier, ut concipiat, non eſt neceſſe, quòd ſimul cum viro ſeminet.*
*Seminatio evenit, etiam reluctante voluntate.*
6 *Probationes concludentiores, undè petenda.*
7 *Stuprum cum virgine, probandum per viſitationem corporis delicti.*
*De ſignis deflorationis, remiſſivè.*
8 *Cautela ſervanda à Iudicibus, antequàm pronuncient de vi illatâ conſtare in defloratione.*
9 *Difficultas cognoſcendi completè fœminam, ſi verè reluctetur.*
*Hiſtoria ad hoc Ezellini Tyranni Patavini.*
10 *Si ſtuprator aſſerat non reperiſſe puellam virginem, debet concludenter probare, eam fuiſſe ab alio defloratam.*
*Factum non præſumitur, niſi probetur.*
*Præſumptio Virginitatis ſtat prò muliere.*

3 PRobatio autem hujus criminis juxtà diverſitatem perſonarum, variari poteſt juxtà quod, de illo poteſt conſtare de corpore delicti, ut in *ſtupro* Virginis; vel non pròut incorrupta. Si non poteſt conſtare de corpore delicti, *ſtuprum* ſemiplenè probatur, & ſufficienter ad Rei conſtitutionem, & torturam dictum, ſivè querela mulieris ſtupratæ, non tamen ſimpliciter, ſed junctis adminiculis, indiciis, aut præſumptione aliquâ, ut Doctores (1) communiter aſſerunt.

4 Ad probandam verò violentiam in genere, ſufficit clamor Mulieris, ſivè etiam ſtræpitus factus in Camerâ, cauſatus à niſu viri anhelantis ad copulam, & reniſu mulieris ipſam averſantis. Dixi autem, probari in genere ex clamore, & ſtræpitu, quià ex illis non poteſt concludi in ſpecie contrà *Titium*, quòd violentiam fecerit. Sed, ſi alia indicia interveniant, puta, ſi *Titius* ſolus cum ſolâ erant in Camerâ; ſivè eſt viſus exire de domo, mutatus in facie, & fugere, probatur concludenter, ſi de hoc ſint duo conteſtes. (2) Et ſi Teſtes deponant, ſe cognoviſſe ad vocem Mulierem clamantem, quià ſibi nota eſt, in ſententiâ *Baldi* (3) probant; Hæc autem accipienda ſunt, ſi cætera conſtent; puta, ſi Mulier ſit incorruptæ honeſtatis, & famæ, ac Teſtes integri; aliter ſupradicta indicia eſſent ſuſpecta, & non probarent concludenter. Quià verò delictum hoc eſt difficilis probationis, ratione cujus, etiam inhabiles admittuntur in Teſtes, ut multis probat *Boſſius*, (4) ideò ad probandam talem violentiam, quæ ſaltem præſumptivè probat conſequenter *ſtuprum*, admittuntur etiam domeſtici, ut argumento cujuſdam legis, (5) ſcribit *Felinus*. Dixi autem præſumptivè *ſtuprum* probari, non autem concludenter, quandòquidem per Teſtes non probari *ſtuprum*, ſed tantùm indicium facere, ſcribit *Clarus*. §. *ſtuprum*. ✝. *Quæro nunquid*.

5 Dicunt autem nonnulli Doctores, (6) non probari violen-

(1) *Boſſ. Tit. de Indic. n. 160. Marſil. conſ. 28. Ricc. Par. 2. deciſ. 236. Sgroi. Par. 7. cap. 4. n. final. circ. med. & ibi Boer. Caſtren. Iaſo. Faber. Theſau. Maſtrill. Caſtil. Mecornten.*
(2) *Vivian. deciſ. 247. Ricc. Par. 2. deciſ. 308. n. 9. apud Sgroi. loc. cit.*
(3) *Bald. in l. Conventiculum. C. de Epiſc. & Cler.*
(4) *Boſſ. cit. Tit. de Indic. n. 153. circ. med.*
(5) *l. Conſenſu. §. ſervus. C. de Repud. Felin. in cap. Tertio loco. col. 3. de Prob. 21. & ibi Rut. & Imola.*
(6) *Boer. deciſ. 241. Bald. Anchar. & Grammat. apud Ricc. Part. 2. deciſ. 399. num. 1.*

Digitized by Google

violentiam, ſi mulier evaſit prægnans; aut ſi acceſſit ad domum ſtuprantis, ducti fortè ex ratione, quòd, ſi mulier non conſenſiſſet ad copulam, non acceſſiſſet ad domum viri, nequè concepiſſet. Sed hæc profectò non cogunt ad deſtruenda ſuprà data indicia, ſi adſint. Quià potuit eſſe, quòd ex indigentiâ alicujus Rei acceſſerit mulier ad domum viri, petitura auxilium, aut favorem prò lite, aut aliâ honeſtâ causâ; vir autem, arreptâ occaſione, vim illi intulerit, & quàmvis reluctantem compreſſerit; & conceperit. Prout enim docent Medici, neceſſarium non eſt, quòd eodem tempore ſeminet mulier cum viro, ut concipiat; ſed ſufficit, quòd in matrice diſpoſitâ ſemen viri recipiatur, ſubminiſtrante naturâ ſinè ſenſu mulieris id, quod ex parte ſui requiritur ad formationem fœtus. Et quantùmvis neceſſaria eſſet eodem tempore ſeminatio mulieris; non tamen ex conceptione convincitur ipſam conſenſiſſe; nàm ſeminatio non eſt actus humanus, pendens à voluntate; hâc ſiquidèm repugnante, ſequi poteſt ex merâ paſſione ſenſitivâ, aut ſenſibili partium muliebrium, & violenter attrectatarum.

6 Tota ergò, aùt ſaltèm major vis indiciorum petenda eſt ab integritate mulieris; & eò maximè ſi accedat mala circà hoc fama viri; & in hâc indagandâ maximè incumbant Judices. Vix enim credi, aut dari poteſt, quòd honeſta, & prudens mulier, etiam per vim oppreſſa, vulget, quod paſſa eſt, aut apud Judicem moveat de hoc querelam; quià ſemper hoc eſt cum jacturâ propriæ famæ; nec quod evenit, retractari poteſt; undè ſatiùs ducit propriam ignominiam ſepelire. Quòd, ſi de hâc non curet, vilis eſt, & ejus vilitas, ſicut minuit gravitatem crimini, ità demit de credibilitate ejus dictis, & eò magìs, ſi ytero gerit, paupertate præmitur, aut aliam cauſam habet cum eo, aut contrà eum, quem de violentiâ accuſat. Frequenter enim ab alio compreſſæ, à quo prætium pudoris hujuſmodi mulierculæ non poſſunt habere, accuſant alium pinguioris fortunæ (à quo poſſint aliquid expiſcari) de violentiâ illatâ, cùm tamen concubitus fuerit ex conſenſu: aut prætexunt Cauſam hujuſmodi, ut vir in aliâ causâ ceſſet ab actione contrà eam: & frequentiſſimos Vidi caſus, in quibus hoc evenit. Proindè circumſpecti ſint Judices circà hoc, & benè librent in facti contingentiâ hujuſmodi criminantium querelas, nè ab ipſis cum læſione juſtitiæ decipiantur.

7 Si autem agatur de virgine violatâ, ad probationem neceſſarium ſimpliciter eſt, quòd de corpore delicti conſtet; hoc enim habet permanentiam. De modo autem tenendi in hoc, ſicuti etiam de ſignis *deflorationis* abundè egimus *Parte primâ*, (7) ad quam omninò videndam, lectorem remittimus. Ad probandam verò vim incuſſam in hoc caſu proceditur, ſicut de vi illatâ Mulieri corruptæ, ut ſuprà dictum eſt.

8 Cavendum tamen Judici eſt, quòd non ſit ità facilis ad pronunciandum conſtare de *vi illatâ*: maximè quandò puella habet Matrem, aut Amitam pauperem, cum quâ puella vivit, & quæ querelam defert apud Judicem, quòd filia, ſeù Neptis fuerit ſtuprata. Etenim frequentiſſimè evenit, quòd tales mulierculæ lenæ ſint propriarum filiarum, aut ad recipiendum prætium lenocinii; aut ad cogendum ſtupratorem, ut violatam aut dotet, aut ducat in uxorem; & non rarò ſcortum vendunt prò virgine; & ſi prò voto illis non ſuccedat, accuſant de illatâ vi illum, cum quo ex condicto habita eſt res. Proindè omni ſedulitate incumbat Judex, ut ſciat de famâ talium querelantium; quomodò vixerint in juventute; quomodò ſe ſuſtentent; quomodò paupertatem propriam tolerent in victu, & veſtitu; àn laboris, àn otii ſint amicæ. Si enim illæ in adoleſcentiâ propriæ famæ prodigæ fuerunt, non curabunt in ſenio honeſtatem filiæ vendere: ſi paupertatis incommoda averſantur in victu, & veſtitu, nec laboribus manuum incumbunt, ſed plerumque otio indulgent, intrat maxima præſumptio, quòd filias proſtituerint, & ad magìs emungendum aurum ab amaſio, ipſum de vi illatâ accuſent.

9 Et profectò vix credi poteſt, quòd adhibitâ vi, ac violentiâ præcisâ, puella maximè pubertatem egreſſa, poſſit à viro cognoſci, ipsâ reluctante prò viribus, niſi aliqualis ipſius conſenſus accedat, ſaltèm extortus blanditiis, mixtis cum aliquali vi, & ægrè hoc poſſe evenire concederem, niſi exemplum haberemus ex Scripturâ Sacrâ in *Thamar*, & *Dinâ*, (8) & à nonnullis viris, qui viribus pollebant, audivi, ſe fuiſſe ſpe fruſtratos, dùm omni violentiâ niſuque adhibitis, tentarunt puellas vitiare auro, & precibus inexpugnabiles: dicebant proindè impoſſibile eſſe, non tantùm virginem, ſed mulierem etiam verè conſtantem, vi præcisâ, completè cognoſcere: & hoc verum eſſe perſuaſum habeo ex hiſtoriâ *Ezellini de Romano Tyranni Patavii*, qui, cùm eſſet philo captus uxoris cujuſdam Medici, quæ honeſtiſſima erat, nec oblatâ pecuniâ, nec precibus, nec cede viri, per Sicarios Tyranni patratâ, flecti potuiſſet: ad ejus cubiculum rapta, per vim nudata, cubans in eodem lecto cum *Ezellino*, quàmvis, vi ipſius adhibitâ, vinci non potuit. Undè Tyrannus actus in rabiem, crucem parare fecit ad formam illius, quâ pingitur crucifixus *S. Andreas Apoſtolus*, mulieremquè brachiis, cruribuſquè diductis, ſuper eâ ligare fortiter fecit, ſicquè ferinâ rabie expletâ, ità alligatam, ſatellitibus ſuis illudendam, tradidit, & poſtremò jugulare fecit. Proindè faciliùs in puellâ non viripotente, quàm in adultâ, admitti poteſt, quòd ex vi præcisâ fuerit ſtuprata. licèt non abnuam poſſe ſuccedere etiam in pubertatem egreſsâ, ſi ultrà modum, & ultrà conſuetum ſexus fœminei fuerit debilis, & puſillanimis.

10 Quid autem juris, ſi probetur congreſſus cum puellâ, & etiam vis illata, ſtuprans autem dicat, ſe minimè reperiſſe eam virginem? Reſpondeo, quòd ipſe concludenter debet probare alium habuiſſe anteà congreſſum cum eâ. Ratio eſt, quià puella naſcitur cum virginitate, quæ expirare non poteſt, niſi ex facto turpi, quià verò regula juris eſt, quòd factu non præſumitur, niſi probetur, (9) ideò probari debet tale factum, cum præſumptio ſtet prò puellâ, ut argumento quorundam jurium, (10) dicunt Doctores.

(7) *Part. p. Tit. Corpus num. 14. & ſeqq. & eo. tit. Quaſt. 2. per tot. num. 38.*

(8) *2. Reg. cap. 13. ℣. 14. Geneſ. cap. 34. ℣. 2.*

(9) *l. in bello. §. Facta. ff. de Captiu. S. Muncipatl. C. de Colla.*

(10) *Cap. Vnic. Vt Eccl. beneſ. ſin. dim. n. conſ. cap. Continebatur. de Deſpon. impub. Abb. in cap. ſi ſeduxerit. n. 5. de Adult. Clar. §. Stuprum. ℣. ſed pone. & ibi Bermond. Tr. de Concub. poſt. n. 9.*

Pœnæ

## Pœnæ.

### *SVMMARIVM.*

11 *Pœna cognoſcentis per vim mulierem ſolutam, aliàs cognitam, eſt arbitraria Iudici.*
*Eſt pœna iniuriarum.*
*Si plebeus ſtupraret mulierem nobilem, mittendus eſſet ad triremes.*

12 *Pœna laicorum adaptanda* Clerico, *ſtupranti honeſtam fœminam.*

13 *Pœna ſtuprantis virginem ſinè vi, de jure* Civili, *eſt capitalis.*
*Stuprans virginem, de jure* Canonico, *tenetur eam dotare, & ducere in uxorem.*

14 *Clericus ordinatus in Minoribus, ſtuprans virginem, tenetur eam dotare, non autem ducere in uxorem.*

15 *Pœna ſtuprantis, & nolentis, (cum poſſit) eam ducere in uxorem.*
*Virginitas in puellâ maritandâ, habetur prò ſecundâ dote.*

16 *Ius Canonicum ſervandum eſt cum laicis in terris, Papæ ſubiectis.*
*Ius Civile ſervandum, quandò ex eius obſervantiâ nullum imminet peccatum.*

17 *Stuprator de conſuetudine non damnatur, niſi ad dotandam puellam, & eam ducendam in uxorem.*
*Si dotare eam nequit, neque ducere in uxorem corporaliter punitur, arbitrio Iudicis.*

18 *Pœna ſtuprantis virginem cum violentiâ.*

19 *Clericus ſtuprans virginem cum vi, aut ſinè, de jure deponendus eſt, & eam dotare tenetur.*
*Clericus ſtuprans virginem, fit infamis, & irregularis.*
*Lex nova mitigans pœnam antiqua, non tamen aufert infamiam, illatam per eam.*

20 *Pubertas in fœminis eſt deſumenda ab habitudine corporis.*

21 *Pœna ſtuprantis puellam intrà duodennium, habentem tamèn corpus habile ad copulam.*

22 *Stuprum cum puellâ ſeptenni, & infrà, quâ pœnâ puniatur.*
*Si intervenit fractura partium muliebrium, debetur ultimum ſupplicium; ſecùs pœna triremium.*

23 *Stuprum attentatum, ſed non perfectum, variè punitum eſt.*
*Iudex poteſt ex cauſâ temperare pœnas Statuti, punientis ſtuprum attentatum, tanquàm conſummatum.*

24 *Pœna committentis ſtuprum inter Minores de Obſervantiâ, quomodò regulanda.*

11 QVantùm autèm ad pęnam *ſtupri*, ſi committatur cum Muliere, aliàs cognitâ, *Clarus* (11) ait ſe nunquàm vidiſſe aliquem puniri, & refert *Antonium Gomez* (12), ſcribentem, pęnam prò tali crimine fuiſſe in *Hiſpaniâ* ex conſuetudine abolitam. Sed aliud eſt loqui de jure, & aliud de conſuetudine. De jure enim Civili, pròut ex Inſtitutionibus (*p*) patet, capitali pęnâ punitur ſtuprans honeſtam Viduam. Præter quàm quòd pęna in genere huic crimini ſancitur, ratione iniuriæ. Siquidèm non tantùm corruptio pudicitiæ, ſed etiam ſimplex ejus attentatio eſt iniuria illata honeſtæ mulieri, ut textualiter habetur in jure. (13) Proindè pęnâ iniuriarum tenetur, qui violentèr hoc modo honeſtam mulierem ſtupratur. Pęna autem iniuriarum arbitraria eſt Judici, ut habetur in *l. final. ff. de Iniuriis*. Debet ergò Judex, (ſi ex conſuetudine introductâ, ceſſat antiqua pęna capitalis) penſatâ qualitate Mulieris, & viri, pęnam arbitrari: Et quidèm, ſi mulier eſſet nobilis, licèt pauper; ſtuprator autem plebeus, cenſerem poſſe pęnam etiam ad triremes extendi; atrociſſima enim iniuriarum, quæ honeſtæ fęminæ fieri poteſt, eſt ejus pudicitiæ violatio; undè etiam corporalium pęnarum citrà mortem, mulcta (ut ſunt Triremes) vindicanda eſt.

12 Quæ autem dicta ſunt de laico, ſtuprante mulierem honeſtam, pariter adaptanda ſunt Clerico; cùm enim in jure Canonico nihil expreſsè habeatur, ſervandæ ſunt etiam prò Eccleſiaſticis leges Civiles, ut aliàs (14) docuimus. Proindè arbitrio Judicis committitur, qui carcerem, vel pęnam pecuniariam infligere poteſt; ut communiter in praxi omnium Curiarum eſt.

13 Quantùm autem ad pęnam *ſtupri* ſinè vi cum virgine pubertatem egreſsâ, de jure Civili (15) apponitur pęna capitalis. Sed hujus ſeveritatem temperavit lex Canonica (16), condemnans ſtupratorem ad dotandam, ac ducendam in uxorem puellam, quam ſtupravit. Quòd, ſi vel ipſa, vel ejus pater in matrimonium non conſentit; vel ſtuprator alteri matrimonio ligatus, eam ducere nequibit, nihilominùs eam dotare iuxtà illius conditionem, (puta, juxtà facultates ſtupratoris, & dignitatem puellæ, ut argumento plurium legum (17) obſervat *Gloſſa*, obligatur.

14 Quid autem, ſi ſtuprator ſit Clericus in Minoribus Ordinibus, tenetur nè illam ducere, ſi cætera conſtant? Dico, quòd non, quàmvis hoc poſſet; præferri enim debet famulatus Dei in vitâ Clericali cuivis matrimonio, & ſic ſentiunt Doctores apud *Theſaurum*. (18)

15 Quid verò, ſi ſtuprator nullo juſto impedimento detentus, (puta, qui eſt paris conditionis cum puellâ, nec eſt ligatus impedimento Ordinum, aut alterius matrimonii), ſed ex ſolâ ipſius voluntate, & arbitrio, ducere non vult, ad quid tenetur? Dico, quòd tenetur augere dotem puellæ: & debet excommunicari; corporaliter caſtigari, & in Monaſterium ad pęnitentiam detrudi. Ratio primi dicti eſt; quià in puellâ maritandâ virginitas habetur prò ſecundâ dote, ut eleganter ſcripſit *Abbas*; (19) cùm autem in caſu virginitas ſit amiſſa, non poterit puella marito tantam dotem portare, ſicut habuiſſet, ſi non fuiſſet compreſſa; debet ergò augmento pecuniario ſtuprator reparare diminutionem dotis.

16 Ratio ſecundi dicti eſt, quià illa pœna eſt textualiter ſancita in quodam Capitulo (20), ſed advertendum pròut bene notat ibidẽ *Abbas*, quòd hoc Capitulũ eſt correctorium juris Civilis, (21) per quod, ut ſuprà dictum eſt, decernitur prò hujuſmodi ſtupro pęna capitalis. Jus porrò

Ee civile

(11) *Clar. d. §. ſtuprum. V. Cæterum.*
(12) *Ant. Gomez in l. 80. Tauri. n. 14.*
(p) *Inſt. de Publ. iudic. §. Item lex Iulia.*

(13) *l. p. §. 2. in fin. ff. de Iniur. & fam. lib. Inſt. eo. tit. §. 1. l. ſed eſt. §. final ff. eo. tit.*
(14) *Par. p. Tit. ſententia. n. 58. & n. 140.*
(15) *Inſt. de Publ. Indic. §. Item. lex Iulia.*
(16) *Cap. ſi ſeduxerit. cap. Pervenit. Extrà de Adulter. & ſtupr.*
(17) *l. penult. C. de Epi. Audie Auth. unic. C. de Rei uxori. actio. l. ſivè generalis. ff. de Iur. Tot. Gloſſ final in cap. p. de Adulter.*
(18] *Abb. Farinac. Diaz. Salzed. apud Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Stuprum. V. limita ſecundò.*
(19) *Abb. in cap. 1. num. 4. de Adult. & ſtupr.*
(20) *cap. Pervenit. 2. de Adult. & ſtupr. ubi Abb. r. 1.*
(21) *§. Item lex Iulia Inſt. de Pub. Iudic. lib. 4.*

Digitized by Google

civile ſervandum eſt, quandò ex illius obſervantiâ nullum imminet peccatum, ut luculenter habet quædam *Gloſſa* (22); Undè per leges ſuas non intendit *Papa* corrigere jura Imperatoris, quæ ſinè periculo animæ ſervari poſſunt. Concludendum porrò eſt, quòd in terris *Papa* ſubiectis in foro fori ſervanda eſt diſpoſitio dicti Capituli. Sed in aliis locis dari de jure debet pęna capitalis juxtà legem Cæſaream.

17 At quidquid ſit de jure antiquo; de conſuetudine jàm inolitâ etiam in foro ſæculari non punitur ſtuprator virginis, niſi ad eam ducendam in uxorem, ſivè dotandam, ut ſcribit *Clarus*, (23) qui teſtatur de univerſali obſervantiâ. Difficultas autem eſſe poſſet; ſi ſtuprator habeat uxorem, ut vitiatam puellam ducere nequeat; pariterquè pauper eſſet, ità ut dotare non poſſet. Tali tamen caſu intrare poſſet pęna corporalis citrà mortem, nè crimen evaderet impunitum, & juxtà commune dictorium Criminaliſtarum *Qui non habet in ære, luat in corpore*: arbitrio tamen Judicis totum eſſet regulandum.

18 Si autem *Sruprum* commiſſum fuit cum violentiâ, quæ concludenter ſit probata, de jure Civili intrat pęna mortis juxtà textum (24), interveniente autem offenſæ remiſſione, aut minùs concludenter probatâ violentiâ, temperatur etiam pęna mortis, & commutatur in damnationem ad triremes, & hoc arbitrio Judicis.

19 Clericus autem ſtuprans virginem, ſivè conſentientem, ſivè illatâ vi, debet deponi, ut Doctores, (25) communiter ſcribunt. Teneturquè ipſam dotare non minùs ac laicus; juxtà ea, quæ ſuperiùs à *num.* 13. dicta ſunt. Quià verò *Stuprum* eſt crimen publicum *legis Juliæ*, ut ex textu (26) ſuprà citato apparet, Reus hujus criminis, (quoquomodò, puta, aut cum, aut ſinè vi fuerit commiſſum) redditur infamis infamiâ juris, & conſequenter eſt irregularis, ità ut promoveri non poſſit, maximè ſi crimen notorium fuerit, ut poſt *Maiolum* (27) ſcribit *Theſaurus*; qui optimè addit ex eodem, quòd, licèt hodie facta ſit mitigatio pęnarum prò *ſtupro* virginis conſentientis; tamen quò ad incurrendam infamiam, & irregularitatem, nulla eſt differentia. Et ratio eſt, quià, quandò lex nova mitigat pęnam ordinariam legis antiquæ, commutando graviorem in leviorem, non cenſetur per hoc ſublata pęna infamiæ, pròut docet *Bartolus*. (28)

20 Supradictæ autem pęnæ ſunt, quandò *ſtuprum* commiſſum eſt cum virgine, pubertatem egreſsâ. Sed quid juris, quandò puella eſt infrà pubertatem, & viripotens non eſt ( Ad hoc Dico, quòd, licet communiter pubertas in fęminâ deſumatur à numero duodecim annorum, ità ut infrà tale tempus non viripotens cenſeatur, tamen realiter pubertas exiſtimanda eſt ab habitu corporis, ob quem puella habere appareat capacitatem ad onera matrimonii, ut diſertè habet quædam *Gloſſa*, (29) argumento textus duorum Capitulorum. (30) Proindè in quibuſdam puellis, adhuc non attingentibus annos duodecim, malitia ſupplet ætatem, & doli capacitas eſt; ità ut non tantùm congreſſum virilem, & admittant, & patiantur; ſed & non rarò ex poſcant, & ſollicitent.

21 Si *ſtuprum* cum aliquâ iſtarum committatur, perindè eſt, ac ſi fuiſſet cum puellâ pubere, ſivè fiat cum conſenſu illius, ſive cum vi; & ratio eſt, quià ex corporis habitu, & doli capacitate, puberes judicantur, licèt pubertatis ætas non adſit. Proindè pęna deberet eſſe talis, qualis, ſi jam viro matura ſtuprata fuiſſet. Profectò tamen de jure communi eſt, ùt habetur textualiter, (31) quòd Reus de tali crimine humilioris fortunæ, damnetur ad metalla; honeſtior autem in Inſulam deportetur. Et ſecundùm hanc legem, regulandam eſſe pęnam ex *Signorolo*, *Grammatico*, & *Guido Papâ* aſtruit *Clarus*. (32)

22 Si verò fuerit cum puellâ infrà ſeptennium, tali caſu non præſumitur in puellâ conſenſus, quià doli capax non eſt, ut ait *Boſſius*, (33) ſed habetur, quòd intervenerit ſola vis. Tunc aut intervenit fractura vaſorum muliebrium, quæ ex incapacitate diſrupta ſunt, ità ut egeant curatione, & tunc irremiſſibiliter intrat pęna ultimi ſupplicii, perfecto flagitio, ut *Boſſius* ibidem, & poſt eum *Clarus*. (34) Aut enim non intervenit fractura, & tali caſu infligitur pęna corporalis quidèm, ſed tamen citrà mortem, ut Triremes; & ità pluries practicatum ab *Ampliſſimo Senatu Mediolanenſi*, ſcribit loco citato *Clarus*.

33 Quæ autem dicta ſunt circà pęnas inferendas, intelligenda ſunt de delicto conſummato, & perfecto, ſi enim *ſtuprum* eſt attentatum tantummodò, pęnæ mitiores, arbitrio Judicis, ſunt inferendæ. Undè aliquandò *ſtuprum* attentatum punitum fuit exilio per quinquennium, ut ex *Peguer.* deciſum refert *Fontanella* (35), aliquandò fuſtigatione, & relegatione, pròut ſcribit *Carpzovius*. (36) Aliquandò privatione officii, ut adnotat *Riccius*. (37) Arbitrari autem poterit Judex pęnam majorem, aut minorem prò conatu, aut proximitate majori, vel minori ad actum conſummatum; & etiam prò gravitate criminis attentati, ut potè ſi fuerit cum puellâ immaturâ, vel pubere. Et adverto, quòd, quamvis aliquod Statutum adſit, quod expreſsè puniat conatum ad ſtuprum, ſicuti punitur actus conſummatus; tamen licitum eſt Judici ex causâ, in facti contingentiâ, pœnas temperare, ut poſt quoſdam docet *Raynaldus*. (38)

24 In ordine ad pęnas Regularium prò hoc flagitio inſpiciendæ ſunt municipales eorum Conſtitutiones. Prò nobis *Minoribus de Regulari Obſervantiâ*, de hoc crimine in individuo non habetur pęna taxata; ſed tantummodò Statutum puniens actum carnis, in genere conſummatum, quòd expendimus ſuprà §. *Adulterium. num.* 34. & *ſeq.* Non eſt autē, pròut benè advertit *Sanctorus* (39), quòd Statutū intēdit omnia crimina in genere luxuriæ etiā naturalis eâdē pęnâ æqualiter vindicari; cùm enim inæqualia ſint

(22) *Gloſſ. in cap. Poſſeſſor. V. ſed utrum leges. & in V. Poſſeſſ. circ. med. de Reg. iur. in 6.*
(23) *Clar. §. Stuprum. V. ſed quæro. Theſaur. Deciſ. Pedemon. 3. n. 3. Farinac. q. 147. n. 101. & 122.*
(24) *Inſtit. de Publ Iudic. §. Item lex Julia.*
(25) *Grilland. de Diver. crim. lib. 4. q. 7. 107. n 2. Diaz Pract. crim. Cano. cap 77. Bermon. de Concub. fol. 104. nu. 18. Pract. Conrad. fol. 389. n. 15. apud Clar §. Stuprum. V. ſed quæro: Farin. q. 147. n. 62.*
(26) *§. Item lex Juliæ. Inſtit. de Publ. Judic.*
(27) *Maiol. de Irregular. lib. 5 cap. 40. n. 1. apud Theſaur. de Pæn. Eccl. Par. 2. V. ſtuprum. in princip.*
(28) *Bartol. in l. Quid ergò §. Pæna gravior. col. penult. ff. de His qui not. infam.*
(29) *Gloſſ. in cap. Puberes in V. oſtendit. de deſpon. impub.*
(30) *text. in cap. de illis il 2. & cap. Tua nobis. de Deſpon. impu.*
(31) *l. ſi quis. aliquid. la 2. §. Qui nondum viripotentes. ff. de Pæn.*
(32) *Signorol. Conſ. 207. Grammat. Deciſ. 22. Guid. Pap. deciſ. 555. apud Clar. §. ſtuprum. V. fuit aliquandò.*
(33) *Boſſ. Tit. de Coit. damn. & pun. n. 68. Caball. Caſ. 28. apud Sgroſ. Par. 7 cap. 4. poſt. n. 68.*
(34) *Clar. d. § ſtuprum. in fin.*
(35) *Peguer. Deciſ. crim. n. 7. Fontanell. de Pact. nupt. Clauſ. 5. Gloſſ. 5 Par. 2. n. 20*
(36) *Carpzov. Pract. crim. Par 2. Quæſt. 75 n. 57. & 62.*
(37) *Ricc. Par. 2. Deciſ. 289. per tot.*
(38) *Tiraquell. de Pæn. temper. Cauſ. 20. n. 2. Carpan. ad nou. Conſt. Mediolan. Tit. de Homicid. n. 1. fol. 239. Raynald. Synta c. 3. § 7. n. 12.*
(39) *Sanctor. de Pæn. cap. 8. Quæſt. 6. V. Reſpondeo fol. 354.*

Digitized by Google

ſint in gravitate culpæ, non eſt undè poſſint eſſe æqualia in inflictione pœnæ. Sed in illo Statuto habetur, pœnam prò fornicatione appoſitam eſſe augendam prò qualitate delicti, & Superiorum arbitrio. Sicut ergò ſuprà ſimplicem fornicationem, & aliquandò adulterium, malitia aggravat *Stuprum*, ità & hâc qualitate, in *ſtupro* puniendo, augeri debet pœna carceris ſemeſtris, appoſita prò fornicatione. Arbitrium autem Superioris regulari debet adinſtar pęnarum, quas explicuimus ſuprà, latas contrà ſtupratores, de jure communi. Ratio eſt, quià ex Textu *Pract. crim. tit. applicat. §. 60.* habemus, quòd pęnæ non expreſſæ prò determinatis delictis in Statutis Ordinis venandæ ſunt ex Sacris Canonibus, probatis legibus, ac conſuetudinibus, prò ut ratio ſuaſerit. Undè latæ prò Clericis ſæcularibus, aut laicis debent à Judice noſtro, in facti contingentiâ, Reo ex noſtris applicari.

# §. VI.

## Inceſtus.

***SUMMARIUM.***

1 *Inceſtus gravior eſt adulterio.*
*Inceſtus, & Inceſtum dicitur.*
*Inceſtus, quid ſit.*
2 *Inceſtus propriè non eſt inter coniunctos cognatione legali, aut Spirituali.*
*Coiens cum Commatre, aut filiâ adoptatâ, extraordinariè punitur.*
3 *Cum perſonâ, habente impedimentum publicæ honeſtatis, non dicitur committi inceſtus.*
*Contrarium ſentiunt multi Doctores, & quarè.*
*Suſtinetur prima opinio.*
4 *Inceſtus varia etymologia.*
*Nomen Inceſtus impoſitum eſt ad placitum.*
5 *Inceſtus gravitas, quomodò varietur.*
*Matrimonium inter aſcendentes, & deſcendentes in lineâ rectâ, omni jure prohibitum.*
*Matrimonium inter tranſverſales, quo jure vetitum.*

1 CUm gravius Adulterio ſit *Inceſtus*, prò ut dicitur in jure (†), & etiam majus ſit ſtupro, poſt illud, de hoc agimus. *Inceſtus*, ſivè *Inceſtum* (utrumquè enim dici poteſt, ut adnotat *Calvinus*, (1) *eſt coitus inter perſonas, quæ nequeunt ex prohibitione juris inter ſe matrimonium contrahere*, prout ex utroquè jure dicunt Doctores (2) Advertendum autem, quòd non quævis juris prohibitio circà nuptias, inducit inceſtum in perſonis taliter prohibitis, quæ inter ſe commiſcentur; aliter coitus Presbyteri, ſivè alterius, habentis votum ſolemne caſtitatis, qui à jure prohibentur nubere, eſſet *inceſtus*, quod tamen nullo modo eſt; ſed prohibitio juris accipitur præcisè de illâ, quæ impedit nuptias inter conſanguineos, ſivè affines in gradu prohibito, ut obſervat *Covaruvias*. (3)

2 Porrò hæc coniunctio per conſanguinitatem, ſeù affinitatem accipitur de verâ, ac naturali, non autem de legali cognatione. Proindè, licèt per *Sacramenta Baptiſmi*, ſeù *Confirmationis* inducatur parentela ſpiritualis, (4) ratione cujus nuptiæ prohiberentur, quod etiam eſt inter adoptatem, & adoptatam, (5) tamen coitus inter perſonas tali cognatione coniunctas, ſtrictè, & propriè *inceſtus* non eſt; undè Rei de hoc crimine, non ſunt puniendi ordinariâ pœnâ veri *inceſtus*, nempè commiſſi cum perſonâ naturaliter conſanguineâ, ſeù affine, ut volunt Doctores (6) ſed extraordinariâ, arbitrio Judicis.

3 Difficultas eſſe poteſt, àn poſſit dici verus *inceſtus* copula habita cum perſonâ, cum quâ intervenit impedimentum publicæ honeſtatis: & *Covaruvias* (7) tenet, quòd non; vult proindè in hoc caſu non intrare pęnam ordinariam veri *inceſtus*, ſicut juxtà quandam *Gloſſam* (8) non incurreret excommunicationem, latam contrà eos, qui contrahunt nuptias cum conſanguineis, vel affinibus, ille, qui contraheret, cum perſonâ impeditâ, ex publicâ honeſtate. Contrarium videtur verius aliis Doctoribus, (9) qui docent diſpenſationem obtentam ſuper impedimento matrimonii ex conſanguinitate, ſivè affinitate, ſivè cognatione ſpirituali, ſivè publicâ honeſtate, eſſe nullam, ſi copula præceſſerit, & ipſa non fuerit expreſſa in ſupplicatione, quià, licèt *Tridentinum* (10) videatur loqui de gradibus tantùm prohibitis conſanguinitatis, ſivè affinitatis, inducentibus impedimentum; tamèn univerſaliter accipi debere de quibuſvis aliis impedimentis, ſuſtinent Doctores, (11) undè concludunt copulam ità evadere inceſtuoſam ex impedimento publicæ honeſtatis, ſicut ex alio impedimento quovis conſanguinitatis. Quidquid autem ſit circà hanc varietatem opinionum certum eſt, quòd cùm pęnæ ordinariè non applicentur niſi delicto verè, & propriè ſumpto, & pęna ordinaria *Inceſtus* non inferatur illi, qui coivit cum cognatâ ſpirituali, prò ut ſuprà dictum eſt; concludendum eſt quòd neque tali pęnâ puniendus eſſet, qui rem haberet cum perſonâ impeditâ ex publicâ honeſtate; & ſic ejus crimen non eſſet propriè *incenſtus*: ſpeciale proindè eſt, quòd in petitione diſpenſationis exprimenda ſit copula habita, ſicut exprimenda etiam eſt in petitione ex impedimento cognationis ſpiritualis.

4 Hujus vocis ætymologiam Auctores variè tradunt, nàm *Iſidorus* (12) vult vocari *inceſtum*, quaſi *incaſtum*: alii autem, ut *Baldus*, *Covaruvias*, & *Moronus* (13) volunt dici *inceſtum*, hoc eſt ſinè ceſtu, nempè aut cingulo Veneris, de quo fabulantur Poetæ, quòd per eum amor

Ee 2 ge-

(†) *l. ſi adulterium. §. Nonnumquam. ff. ad leg. Iul. de Adult.*
(1] *Calvin. lexic. V. Inceſtus, vel Inceſtum.*
(2) *cap. lex illa §. Inceſtus. 36. q. 1. l. ſi adulterium. ff. ad leg. Iul. de adult. Abb. in c. 1. & in c. Veniens. de eo qui cogn. con. uxor. gloſ. in Rubr. C. de Adult. text. in §. Ergò. Juſt. de nupt. Clar. §. Inceſt. init.*
(3) *Covaru. de matrim. Par. 2 cap. 6. §. 8. n. p.*
(4) *cap. 1. de cogn. ſpirit. l. ſi quis alumnam. C. de Nupt.*
(5) *text. in l. Quin etiam. ff. de Rit. nupt.*

(6) *Salycet. in Auth. Inceſtas. C. de Inceſt. & inut. nupt. n. 4. dec. conſ. 148. p. n. 1. V. Et hoc confirmatur. Boer. Deciſ. 264. num. 15 apud Clar. §. Inceſtus. V. item quæro. Farinac. q. 149. n. 50. Caball. Reſol. crim. 200. n. 60. gloſſ. in l. Inceſtæ ff. de Rit. nupt. apud Rici. Quæ. 116. n. 20. & 21.*
(7) *Covaru. de matrim. Par. 2. cp. 6. § 8. n. 4.*
(8) *Gloſſ. in Clement. unic. in V. Eoſ. de conſang. & affin.*
(9) *Galleg. Tract. de cognat. ſpirit. cap. 24. Gutier. QQ. Canon. lib. 1. cap. 23. nu. 15. Menoch. de Arbit. caſ. 502. à n. 1. Garc. de Benef. Par. 8. cap. 3. n. 64. & 66. apud Barboſ in Trident. ſeſſ. 24. de Refor. matr. cap. 5 n. 7. Theſaur. de Pœn. V. Inceſtus. V. VI. Inceſtum.*
(10) *Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 5. de Refor. matrim.*
(11) *Philiarc. Ledeſma. Tolet. Sanch. Sanctarel. apud Barboſ. Collect. in Concil. ſeſſ. 24. cap. 5. num. 2. de Refor. matrim.*
(12) *Iſidor. Ætimol. lib. 5. cap. 26.*
(13) *Bald. ad. Titul. de nupt. Covaruu. de matrim. Par. 2. cap. 6. §. 8. à n. 1. Moron. Reſpon. 96. num. 5.*

Digitized by Google

geſtanti conciliabatur; vel prò zonâ, quâ præcinctæ in die nuptiarum ſponſæ incedebant, & vocabatur *ceſtum* ad imitationem *ceſti Venerei*, quo ſuperſtitioſa Gentilitas credebat, amorem reciprocum conciliari coniugibus, beneficio Veneris, quam nuptiarum Deam prædicabant. Alii voluit *inceſtum* dici quaſi pollutum, aut maculatum, à verbo, *inceſtare*, quod ſignificat polluere, ſivè maculare; undè *Plinius* dixit *Inceſtas noctes*, & *Tacitus* (14) loquens de Judæis, ait. *Profana illic omnia, quæ apud nos ſacra. Rurſùm conceſſa apud illos, quæ nobis inceſta*. Sed re verâ ſupradictæ opiniones non concludunt, ſiquidèm ità non *caſtum*, & ſine *ceſtu*, & pollutum eſt adulterium, ſicut *inceſtus*; nec tamen tali vocabulo eſſertur. Dicendum porrò, hoc nomen fuiſſe inventum, ſeù invectum ad merum placitum eorum, qui primi tale crimen nomine *inceſtus* intitularunt.

5 Majores autem, aut minores gradus malitiæ obtinet hoc crimen, juxtà quod committitur cum perſonâ, quæ duci in uxorem prohibeatur à lege magìs, aut minùs obligante. Siquidèm jure naturali, Divino, ac Gentium prohibentur nuptiæ inter aſcendentes, & deſcendentes in lineâ rectâ; ut proindè tales nuptiæ in utroque jure (15) vocentur *nefariæ*. Sequitur ergò, quòd talis etiam dicendus ſit *inceſtus* cum ſimilibus perſonis, & proindè cæteris delictis in hâc ſpecie gravior evadet. Nuptiæ, etenim cùm tranſuerſalibus conſanguineis vetitæ tantùm ſunt de jure Civili, (16) & Eccleſiaſtico, cum affinibus autem, ſolo jure Eccleſiaſtico; hinc eſt, quòd in gravitate minor cenſeatur *inceſtus* cùm his, quàm cum illis; ex eo, quòd validiores cenſeantur leges naturæ, Divinæ, & Gentium, lege Civili, ac Eccleſiaſticâ, quæ nuptias cum tranſuerſalibus, & affinibus prohibent. Tamen ulterior gravitatis gradus attenditur à proximitate perſonæ, cum quâ copula habetur; ut proindè atrocius crimen ſit *inceſtus* cum filiâ, quàm cum Nepte; & gravius cum hâc, quàm cum pronepte: pariter *inceſtus* cum ſorore magis eſt gravis, quàm cum filiâ, aut Nepte ſororis; & juxtà hanc gravitatem majorem, aut minorem, temperandæ ſunt pœnæ, ut infrà dicemus.

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

6 *De probatione inceſtus remiſſivè.*
*Qualitas ſubſtantialis delicti, probanda ab Accuſatore, ſeù fiſco.*
7 *Teſtes, qui probent ſolum coitum, & alii, qui probent parentelam ſolam, poſſunt coniungi ad probandum inceſtum.*
8 *Proponitur dubium.*
*Affinitas non contrahitur, niſi ex commixtione ſeminum.*
9 *Reſolvitur dubium.*
*Accuſans inceſtum non tenetur probare commixtionem ſeminum.*
*Reus tenetur probare, ſe non ſeminaſſe intrá vas.*
*Probatur hoc juramento ipſius, ac mulieris, & tenetur Judex credere juramento.*
10 *Contrarium ſtatuitur, quò ad probationem per juramentum.*

(14) *Tacit. Hiſtor. lib. 5. paul. poſt ini.*
(15) *Novello 12. Coll. 2. c. 1. cap. Cum ſecundùm leges. de Hæret. lib. 6.*
(16) *l. final. ff. de Rit. nupt. l. 38. §. 1. ff. ad leg. Iul. de Adult.*

### *Poſſet probari per aſpectum corporis viri, aut mulieris.*

6 PRobatio hujus delicti fit, ſicùt probantur alia delicta carnis, proindè videnda ſunt ad hoc, quæ ſcripſimus §. *Adulterium à num.* 2. Circà probationem autem plenam hujus criminis advertendum, quòd Accuſatori, ſivè fiſco incumbit onus probandi parentelam, ſivè ex conſanguinitate, ſivè ex affinitate, quæ intervenit inter Reum, & perſonam, quam inceſtavit, ac ejus gradum, dummodò notoria non ſint. Et ratio eſt, quià qualitas, aggravans delictum, eſt omninò probanda ab Actore, aut concludenter, aut præſumptivè, ut aliàs (17) docuimus; ſubſtantia autem hujus criminis fundatur in parentelâ, & augetur in gravitate juxtà proximitatem gradus conſanguinitatis, ſivè affinitatis: ſequitur proindè, quòd talis qualitas probari debet ab eo, qui agit in judicio ſivè Accuſator, ſivè Fiſcus ſit. Verum eſt, quòd, ſi talis perſona communiter reputatur coniuncta Reo, quæ tamen re verâ non ſit, ex probatione præſumptivâ, quæ habetur à communi exiſtimatione, transfertur in Reum onus probandi contrarium.

7 Ad probandum autem *inceſtum*, poſſunt dividi teſtimonia, ad hoc neceſſaria, nèpè probando concludenter per Teſtes idoneos, coitum Caii cum *Bertâ*, & per alios Teſtes conſanguinitatem, ſeù affinitatem eorundem; ut ait *Baldus* (a), & *Imola* ad quandam legem, ex quâ deducunt, quòd, ſi licitum eſt arguere ex coniunctione duarum legum, ità licitum eſt probare ex coniunctione diverſorum Teſtium.

8 Occurrit autem hìc dubitatio circà probationem hujus criminis. Datâ communi doctrinâ, quòd non contrahitur affinitas, niſi copula ſit perfecta ex hoc, quòd ſeminatio fiat in vaſe naturali, & fiat vir, & mulier una caro ex ſeminum commixtione, ut deducitur ex jure, (q) ex quo pariter principio habetur, quòd *inceſtus* cum conſanguineâ, non committitur, niſi copula ſit perfecta; neque cum affine, niſi facta ſit ſeminum mixtio cum fœminâ ſivè licitè, ſivè illicitè; & pari modo cum conſanguineâ illius; quid juris, ſi accuſatus de *inceſtu*, & probato præſumptivè crimine ab Actore, Reus negaret ſeminationem intrà vas?

9 Dico, quòd non teneretur Actor ad illam probandam concludenter; ſufficit enim prò ſe probatio indiciorum, ex quibus oriatur violenta præſumptio; ſed teneretur Reus talem negativam probare. Sed, quomodò probabit? Dico, quòd, cùm improbabile aliter ſit, quàm per juramentum ipſius, & mulieris, cum quâ concubuit, per illud probare debet. Sed tenetur nè Judex tali juramento credere? Dico videri, quòd ſic; ex hoc, quòd habetur ex quodam Canone (r), in quo *Vrbanus ſecundus* reſcribit, quòd ſi per juramentum Reorum probetur, quòd inter eos habitæ tantùm ſint extraordinariæ pollutiones; non adeſt impedimentum, propter quod non poſſit celebrari matrimonium cum conſanguineâ illius, cum quâ tales immunditiæ habitæ ſunt; ubi advertit *Gloſſa*, quòd hoc ſit mirabile, quòd contrà præſumptionem ità vehementem admittatur probatio, & advertit, quòd hoc ideò fit, quià factum aliter probari nequit.

10 Tamen

(17) *Par. p. Tit. Corpus. n. 3.*
(a) *Bald. in l. Gallus. §. Ille caſus. col. 2. nu. 1. & ibi Imola col. 2. V. Item nota. quod licitum ff. de liber. & poſthum. Iaſon. in repet. l. admonendi col. 84. n. 261. ff. de Iureiur. apud Maſcardum concl. 893. n. 2. & 3*
(q) *arg. cap. Nullum iunct. gloſ. final. 35. q. 3. Gloſ. in cap. Extraordinaria. in V. Impedire. 35. q. 3.*
(r) *cap. Extraordinaria pollutio, ubi Gloſſ. in V. Sacramentis 35. q. 3.*

Digitized by Google

10 Tamen dico hoc, non concludere intentum, ſiquidèm quivis inceſtuoſus poſſet tali excuſatione ſe tueri, & leges, pœnamque criminis eludere. Caſus, ſuper quo reſcripſit *Papa*, non convincitur, quòd fuerit in Foro contentioſo, ſed potiùs tenendum eſt, quòd fuerit in Foro ſecreto, & fortè pænitentiali, in quo creditur Reo tàm prò ſe, quàm contrà ſe; aut ad minùs fuerit Res delata ad Epiſcopum, tanquàm Paſtorem, aut Patrem, non autem tanquàm Judicem. Sed longè diverſa eſt res, ſi accuſatio criminalis ſit inſtituta, velintque rei tali juramento ſe tueri; ibi enim ſemper agitur de commodo proprio, aut ſuorum, proindè nequit alter ex Coreis eſſe Teſtis. Si enim *inceſtus* eſt cum conſanguineâ, ambo Corei teſtificarentur prò ſe; ſicut etiam eſſet, ſi interveniret *inceſtus* ob affinitatem ex copulâ licitâ; ſi autem eſſet ob affinitatem ex copulâ illicitâ, mulier, quæ juraret, interveniſſe tantùm pollutiones extrà vas, vel teſtificaretur ad proprium commodum (ſi nempè eſſet ea, cum quâ dicitur commiſſus *inceſtus*, vel eſſet ad commodum conſanguineæ ſuæ, cujus crimen intenderet excuſare; & ità eſſet inepta. Poſſet quidèm aliundè expugnari violenta præſumptio *inceſtus*, puta, per aſpectum corporis alterutrius ex Coreis, puta, viri, ſi oſtendat, ſe eſſe cui ratum, ſeù caſtratum, ex quo verum ſemen emittere nequivit, nec fieri cum muliere una caro: aut mulieris, ſi probaret ſe virginem per inſpectionem ſeptem matronarum, ut dicitur in jure. (f)

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.

11 *Pœna de jure Civili contrà eum, qui ſub colore matrimonii, commiſit inceſtum.*

*Cingulum militare, & ejus privatio, quid importet.*

*Contrahentes inceſtas nuptias, ipſo jure, privantur propriis bonis de jure Civili.*

*Nati ex talibus nuptiis ſunt ſpurii.*

*De jure Canonicò tales ſunt excommunicati.*

12 *Prædicta pœna non afficiunt, niſi interveniat dolus.*

13 *Pœna committentis inceſtum abſquè figurâ matrimonii.*

*Varia circà eas ſententia.*

14 *Si concurrat aliud crimen carnale cum inceſtu, augenda eſt pœna uſquè ad mortem.*

*Augmentum pœnæ, undè deſumendum.*

15 *Pœna inceſtus cum affine ex copulâ illicitâ.*

*Inceſtus cum affine ex copulâ illicitâ, non extenditur ultrà ſecundum gradum.*

16 *Sixtus V. ſancivit ultimum ſupplicium contrà committentes inceſtum cum affine ex copulâ illicitâ in primo gradu.*

*Talis Conſtitutio non eſt in uſu.*

17 *Laicus inceſtuoſus de jure Canonico eſt infamis ipſo jure, & facto.*

*Nec requiritur ſententia declaratoria, ſi crimen inceſtus eſt notorium.*

18 *Inceſtuoſus eſt irregularis.*

19 *Inceſtum committens ſub figurâ matrimonii eſt, ipſo facto, excommunicatus.*

*Sed excommunicatio non eſt reſervata.*

*Inceſtuoſus non ſub figurâ matrimonii, non reperitur, quòd ſit excommunicatus*

20 *Clerico inceſtuoſo major pœna debetur, quàm depoſitio.*

21 *Pœnæ Canonicæ antiquæ, redactæ circà crimina carnis, ſunt ad pœnas pecuniarias.*

11 QUantùm verò ad pœnas hujus criminis, præmittenda eſt diſtinctio, nempè, àn committatur *inceſtus* ſub colore matrimonii, nempè quòd aliquis duxerit in matrimonium fœminam conſanguineam, ſeù affinem in gradu prohibito: àn verò committatur abſolutè. Si loquamur de primo, de jure Civili, prout habetur textualiter in quâdam *Authenticâ*, (18) pœna eſt confiſcatio omnium bonorum tàm dotalium, quàm patrimonialium; exilium, ſpoliatio *cinguli militaris* (hoc eſt privatio dignitatis, & adminiſtrationis, *cingulum* enim tranſumptivè ſumitur prò adminiſtratione, ut ex quibuſdam juribus (19) deducit *Dionyſius Gotofredus*, (20) verberatio etiam, ſi Reus vilis conditionis ſit. Et circà confiſcationem omnium bonorum, quæ non cenſetur in hoc caſu revocata per diſpoſitionem alterius Authenticæ, (21) in quâ ſtatuitur, quòd bona damnatorum nec Judicibus, nec eorum Officiis, nec fiſco applicentur, ſed tribuantur aſcendentibus, deſcendentibus, vel lateralibus, prout communiter opinantur Doctores, ſicut ex *Boerio* teſtatur *Clarus*. (22) Et advertendum eſt, quòd, qui nuptias inceſtas contraxit, ipſo jure, abſque ullâ Judicis ſententiâ, aut declaratione, amittit dominium bonorum ſuorum, ut poſt *Gloſſam* quandam (23) tenet ibidem *Clarus*, qui poſt *Bermondum*, teſtatur de communi. Ampliuſquè filii nati ex talibus nuptiis, tanquàm ſpurii, omni paternâ ſubſtantiâ privantur, ut textualiter habet alia Authentica. (24) De jure autem Canonico contrahentes hujuſmodi nuptias prohibitas, excommunicati ſunt, ipſo jure, ut habetur ex textu cujuſdam *Clementinæ*. (25)

12 Verumtamen eſt, quòd pœnæ iſtæ non ligant, niſi adſit ſcientia impedimenti in taliter contrahentibus, qui nihilominùs, eo ſpreto, nuptias celebrarunt; tùm quià non punitur factum, niſi dolus malus interveniat, ut notum eſt; tùm quià citata *Clementina* percutit anathemate eos, qui ſcienter tales nuptias contrahunt; ut proindè ignorantes impedimentum, tali pœnâ non percellantur, prout habet ibi *Gloſſa*. (26) Undè, ſi matrimonium contractum fuerit in facie Eccleſiæ cum ſolemnitatibus præſcriptis in *Tridentino*, puta, denunciationibus præcedentibus; ſi accedat juramentum coniugum, quòd bonâ fide contraxerint, præſumeretur ignorantia in ipſis, ut docet *Theſaurus*, (27) & ità pœnas evadere deberent.

13 Quòd, ſi abſquè figurâ matrimonii committatur *inceſtus*, ipſius pœnæ diverſificantur juxtà gradus rectos, aut

(f) *cap. Propoſuiſti. Extrà. de Probat.*

(18) *text. in Auth. Inceſtas nuptias. C. de Inceſt. & inuti. nupt. Novell. 12. Coll. 2. cap. 1.*

(19) *l. final. C. Ut dignit. ord. lib. 12. Novell. 8. cap. 7. init. Collat. 2. l. omnes. C. de metat. & Epidem. lib. 12.*

(20) *Gotofr. ad Novell. Ut Iudic. ſine quo. ſuffr. cap. 6. lit. Z.*

(21) *Auth. Bona damnat. C. de Bon. proſcript.*

(22) *Clar. §. Inceſtus. ℣. Et ſcias. & ibi Boer. deciſ. 264. n. 12.*

(23) *Gloſſ. in Authent. Inceſtas. in V. Mox. C. de Inceſt. & inutil.*

(24) *Authent. Ex complexu. C. de Inceſt. & inut. nupt.*

(25) *Clement. Eos de Conſang. & affinit.*

(26) *Gloſſ. in Clement. unic in V. ſcienter. de Conſang. & affin.*

(27) *Theſaur. de Pœn. Eccl. Par. 2. V. Inceſtus. n. 1. in fin.*

aut tranſverſales, & eorum majorem, aut minorem propinquitatem cum perſonâ, cum quâ committitur *inceſtus*. Siquidèm *inceſtus* cum perſonâ coniunctâ in lineâ rectâ aſcendente, ſivè deſcentente, punitur pœnâ mortis, ut poſt quandam *Gloſſam* tenent communiter Doctores, (28) & de praxi talis pœnæ teſtatur *Clarus* ex *Papone*, (29) ſed cum perſonâ coniunctâ ex lineâ tranſverſali, diſtinguunt: vel enim cum *inceſtu* concurrit alia ſpecies illiciti coitus, puta, adulterium, aut ſtuprum, vel non. Si ſic, dicunt nonnulli, quòd de Iure Civili intrat pœnà mortis, ut poſt *Grillandum*, & *Conradum* ſcribit *Clarus*. Si non; volunt, quòd adhibeatur pœna arbitraria. *Farinacius* verò (31) cum multis aliis tenet abſolutè, pœnam *inceſtus* cum aliâ perſonâ, quàm in lineâ rectâ, eſſe arbitrariam; ità ut etiam dubitet loco citato *num.68.& 71.* àn debeat morte puniri *inceſtus* privigni cum novercâ, & vitrici cum privignâ, qui ſecundùm *Bernardum*, *Boerium*, *Girlandum*, *& Caballum*, quos ipſe citat, debent morte puniri.

14 Mihi autem magìs arridet ſententia prior, quòd nempè, ſi aliud flagitium carnale concurrat cum *inceſtu*, intret pœna mortis; aut ſaltem pœna major, quàm ſi eſſet *inceſtus* ſolus. Ratio eſt, quià duplex intervenit crimen, ut adnotat quædam lex, (32) proindè vtrumque debet vindicari; quòd, ſi *inceſtus*, maximè pœnâ arbitrariâ citrà mortem ex ſe puniendus eſſet; liquet, quòd alia pœna, ratione adulterii, addenda eſſet, (†) hæc autem non poſſet addi extraordinaria, quià ſupponitur, quòd ſit inter extraordinarias maxima, cui proindè nihil ejuſdem generis addi poſſit; ſequitur igitur, quòd extendi deberet ad aliud genus pœnæ, puta, ad pęnam mortis. Quòd, ſi prò ſolo *inceſtu*, pœna non maxima inter extraordinarias deberet dari; vtiquè prò adulterio copulato ipſa eſſet augenda. Augmentum verò, prò ut ſuprà dictum eſt, dependet à proximitate gradus perſonæ, cum quâ peccatur. Undè, ſi quis inceſtaret ſororem, maximâ profectò corporalium pęnarum citrà mortem eſſet puniendus; ſi autem ſoror eſſet nupta, aut virgo, & eò maximè, ſi interveniret vis, videre neſcio, quomodò hic deberet mortem evadere: & in judicando ab hâc ſententiâ non recederem.

15 Quò verò ad *inceſtum* cum affine ex copulâ illicitâ, duplex eſt opinio; unà vult, quòd extendatur uſque ad quartum gradum; ità ut committatur *inceſtus*, ſi quis cocat cum duabus fęminis, inter ſe coniunctis uſquè ad quartum gradum conſanguinitatis, & hanc opinionem magìs communem, poſt *Sanchez*, vocat *Theſaurus*, (33) Alia opinio eſt, quòd *inceſtus* non ſit, niſi copula interveniat inter duas perſonas coniunctas, ut præfertur, in primo, vel ſecundo gradu. Et hæc ſecunda opinio verior eſt. Siquidèm *inceſtus* non committitur, niſi per copulam eorum, qui per aliquam legem prohibentur matrimonialiter coniungi, pròut dictum eſt ſuprà *num.5.* Conſtat autem, quòd copula fornicaria habita non impedit matrimonium cum perſonâ conſanguineâ complicis, ultrà ſecundum gradum, ut ſtatuit *Tridentinum*, (34) ſequitur igitur, quòd nec etiam committi poſſit *inceſtus* cum eâ, & ità tenent multi Doctores apud *Barboſam*. (35)

16 Cæterùm, quantùm ad pęnam hujuſmodi *inceſtus* cum affine ex copulâ illicitâ in primo gradu, ſciendum, quòd *Sixtus V.* in ſuâ Conſtitutione 55. ſtatuit pœnam mortis, ità ut cognoſcens carnaliter Matrem, & filiam, aut duas ſorores etiam meretrices; ſivè mulier habens rem cum Patre, & filio, ſivè cum duobus fratribus, debeat morte puniri, pròut obſervant *Farinacius*, *& Bictus*; (36) Sed talis conſtitutio cum fuerit lata à *Sixto*, tanquàm Principe, non autem tanquàm *Papâ* (ſiquidem Eccleſia in pęnis imponendis prò crimine, quantùmvis atrociſſimo, non ſe extendit ad pęnam mortis) non ſervanda eſt, niſi in terris ſubiectis temporali dominio Eccleſiæ. Imò talis lex nequè in uſu eſt in ſtatu Eccleſiaſtico, pròut didici à viris conſummatis in judiciis criminalibus: & re verâ nimìs rigoroſa eſt talis pęna.

17 De jure autem Canonico, laicus committens *inceſtum*, & de eo condemnatus, efficitur infamis, ut in quodam Capitulo (37) textualiter dicitur. Et quàmvis Doctores nonnulli (38) requirant, quòd ad talem infamiam incurrendam, requiratur ſententia Judicis damnantis, tamen conſtat ex textu, tales eſſe, ipſo jure, & facto, infames. In uno enim Capitulo (39) ſic habetur, loquendo de inceſtuoſis. *Nos verò ſequentes Patres noſtros, & eorum veſtigiis inhærentes, infamiâ Reos notamus, & infames eos cenſemus*. Et in alio textualiter dicitur, *omnis, inceſti maculâ pollutus, infamis eſt*. Undè ad talem infamiam incurrendam, non requiritur ſententia Judicis condemnatoria ad talem pęnam, hæc ſiquidèm jàm ex lege lata eſt, ſed ſimpliciter declaratoria criminis, ex quo, illa incurritur. Sequitur proindè, quòd, ſi *inceſtus* notorius ſit, non requiritur ad incurrendam infamiam; nàm notorietas facti ſupplet declaratoriam Judicis: undè ex facto notorio ſequitur infamia juris, ſicut ex declaratione Judicis de tali facto, ſequeretur infamia facti. Et advertendum, quòd, licèt videantur citata Capitula loqui de *inceſtu* ſub colore matrimonii, tamen intelligenda ſunt de crimine *inceſti*, quoquomodò commiſſi, vt diſertè apparet ex ſecundo capitulo, dicendo enim, omnis *inceſti maculâ pollutus, infamis eſt*, comprehendit abſolutè omnes Reos de *inceſtu*, & ſic ſivè interveniat matrimonium, ſivè non.

18 Sequitur proindè, quòd ratione talis infamiæ, *ince-*

(28) *Gloſſ.in l.Quamvis lex 2. C.de Adult. Baiard. ad Clar. §. Inceſtus. num.4. Boer. deciſ.318. Farinac. qu.149. n.61. apud Bict. q.116. n.23. Boſſ. Tit. de Coit. damn. n.6.*

(29) *Clar. §. Inceſtus. ℣. Sèd quæro. circ. fin. & ibi Papo lib.22. Tit.9. Arreſt.7.*

(30) *Clar. loc. cit. init. & ibi Grilland. de diver. crim. lib.3. qu.3. n.5. Conrad. Pract. fol.376. num.15. Gloſſ.1. ff. de Adult. Bermon. de concub. fol.87. ℣. Sum modo.*

(31) *Farinac. qu.149. nu.12. & 14. apud quem multi.*

(22) *text. in l.ſi Adulterium. §.1. ff. ad leg. Iul. de Adulter.*

(†) *arg. text. in l. unic. C. de Raptor.*

(33) *Sanch. de Matrim. lib.7. diſp.15. num.4. Theſaur. de Pæn. Par.2. V. Inceſtus. nu.V. ℣. limita prima.*

(34) *Trident. ſeſſ.24. cap.4. de Refor. matr.*

(35) *Salzed. ad Diaz. Prac. c.84. in fin. Emman. Sà in Aphor. Confeſſ. V. luxuria. num.2. Gutier. Q. Q. Canon. lib.1. cap.23. num.3. Roderic. Sum. Tom. 1. cap.209. num.2. concl. 2. Sanctarel. Var. reſol. qu.67. num.3. apud Barboſ. in Trident. ſeſſ.24. cap.4. num.12. de Refor. Matrim.*

(36) *Farin. q.149. à n.108. uſq. ad 115. apud Bict. qu.116. nu.18.*

(37) *text. in cap. Conſanguineorum. 3. q.4.*

(38) *Conrad. de Inceſt. nupt. num.13. & 14. Turrecrem. in d. cap. Coniunctiones. 35. quæſt. 2. Laurent. Archidiac. & Menoch. de Arbitr. lib.2. Caſ.502. num.54. apud Theſaur. V. Matrimonium cap.5. num.11.*

(39) *cap. Coniunctiones. 35. q.2.*

Digitized by Google

*inceſtum* committens irregularis efficitur, prout dicunt Doctores. (40)

19 Inſuper committens *inceſtum* ſub figurâ matrimonii, incurrit excommunicationem, ipſo facto, prout dicitur in quâdam *Clementinâ*, (41) quæ tamen cenſura reſervata non eſt, ut obſervat *Salzedo*. (42) ſi verò inceſtuoſus, non ſub figurâ matrimonii, excommunicatus, ipſo facto ſit, àn potiùs ſit excommunicandus, controvertunt Doctores. Nàm aliqui (43) volunt, quòd ex inceſtu incurratur excommunicatio latæ ſententiæ ex *cap. ſi quis cum Matre 33. quæſt. 2.* Alii (44) volunt, quòd excommunicatio ſit ferendæ ſententiæ, & ſe fundant in *cap. De his. 35. quæſt. 3.*, & in auctoritate *Gloſſæ* in dicto *cap. ſi quis cum Matre. 33. quæſt. 2.* & in *Clementinâ* citatâ *in V. Matrimonialiter de conſang. & affin.* Ego autem ſalvâ tot Doctorum reverentiâ, dico, quòd ex juribus citatis nulla habetur excommunicatio nec latæ, nec ferendæ ſententiæ contrà ſimpliciter inceſtuoſos. Siquidèm dictum *cap. ſi quis cum Matre* apertè loquitur de habente in coniugium propriam matrinam; & ſic eſſet *inceſtus* ſub figurâ matrimonii, de quo non eſt quæſtio: idem etiam eſt de alio capitulo, in eo enim agitur de matrimonio inceſtuoſo, ut evidenter conſtat ex omnibus capitulis illius Quæſtionis: *Gloſſa* autem prima citata concludit de *inceſtu* cum matrimonio, prout de eo loquitur textus ipſius: de inceſtu abſoluto nihil dicit: *Gloſſa* pariter *Clementinæ*, nec verbum habet de hoc. Concludendum porrò, quòd ex dictis juribus nulla concluditur excommunicatio; nec alios Canones reperire mihi licuit, per quos talis Cenſura lata, aut ferendâ ſit. Siquidèm *cap. Inceſtuoſi. 35. quæſt.* 8. ubi dicitur, quòd inceſtuoſi non debent à fidelibus ſalutari, nec oſculari, & ex conſequenti, tanquàm excommunicati haberi, loquitur de iis, qui nuptias inceſtas contrahunt, ut habet ibi *Gloſſa* in figuratione caſus. Quòd, ſi *inceſtus* eſſet coniunctus cum concubinatu, & Reus, Canonicè monitus, non deſiſteret, utiquè poſſet excommunicari; hoc tamen non eſſet ratione *inceſtus*, ſed ratione concubinatus.

20 Quantùm autem ad pœnam Clerici, *inceſtum* committentis, communis ſententia Doctorum (45) eſt, quòd ſit depoſitio, quandò tamen crimen in conſcientiam Populi devenerit; puta, vel ex ſe notorium ſit, & publicum facti; vel fiat publicum juris per ſententiam Judicis, ut dicitur in quodam Canone. (46) Sed re verâ ille Canon non loquitur de vero, & proprio *inceſtu*, ſed loquitur de coitu cum filiâ ſpirituali ex baptiſmo (ſeù collato, ſeù ab eodem levato) aut ex pœnitentiâ juxtà alios *Canones*. (47) Proindè cum talis coitus mitiùs puniendus ſit, quàm verus *inceſtus*, ut probavimus ſuprà *num.* 2., & prò illo ſancita habeatur in jure dicta pœna depoſitionis, ſequitur, quòd major pœna, quàm ſit depoſitio, *inceſtui* vero debeatur. Quod magìs ſuadetur ex hoc, quòd, ut diximus initio hujus paragraphi, *inceſtus* gravior eſt Adulterio, huic verò debetur depoſitio, ut probavimus *§. Adulterium num. 33.*, ſequitur, quòd gravior pena, quàm ſit depoſitio debeatur: & hoc maximè, ſi inceſtus inſignem haberet deformitatem, ut ſi eſſet cum ſorore, aut cum Nepte virgine.

21 Uſus tamen, & conſuetudo Curiarum eſt, quòd, ut alias diximus, crimina carnis puniantur pœnâ pecuniariâ, arbitrio Judicis, & pœnæ Canonicæ circà illa ſunt non tantùm mitigatæ, ſed etiam antiquatæ. Quò ad Regulares verò conſulere debet quiſquis proprias municipales Conſtitutiones. Nos nihil habemus peculiare de *inceſtu*; proindè Judex noſter in facti contingentiâ, ſuprà carcerem ſemeſtrem, debitum prò Fornicatione ſimplici, deberet aliam pœnam graviorem prò *inceſtu* iniungere: puta, aut carcerem magìs diuturnum, aut jejunia, & flagellationes ter in hebdomadâ prò aliquo, ſivè prò toto tempore, quo manet carceratus.

---

(40) *Turrecrem. in cap. Nec eam 35. quæſt. 2. num. 3. Farinac. quæſt. 149. num. 136. Sayr. de Cenſur. lib. 7. cap. 12. Theſaur. V. Inceſtus. num. 11. init.*

(41) *Clement. unic. de Conſang. & affin.*

(42) *Salzed. ad Diaz. Pract. cap. 87. §. laicus.*

(43) *Duena Regul. 150. Ampliat. 1. Farinac. quæſt. 149. num. 16. Paul. Grillan. de Pœn. omn. coit. quæſt. 2. num. 4. apud Theſaur. l. ſup. cit. num. 111.*

(44) *Theſaur. V. Inceſtus V. ſed contraria & ibi. Vitalin. in Clement. unic. num. 28. de conſang. & affin. Faber. in §. Si adverſus in fin. Inſt. de Inceſt. nupt. Angel. Tr. malef. V. Che hai Adult. n. 68. Sanch. de Matr. lib. 7. diſ. 48. n. 5. Salzed. ad Diaz. cap. 87. §. laicus.*

(45) *Clar. lib. 5. §. Inceſtus. V. Sed quæro quæ. & ibi Didac. ſup. 4. Decret. fol. 91. num. 3. Theſaur. V. Inceſtus. nu. 11. & ibi Diaz. Pract. cap. 87. Barboſ. de Offic. & Pot. Epiſc. Alleg. 110. num. 10.*

(46) *cap. non debet. iunct. Gloſſ. final. 30. q. 1.*

(47) *cap. Omnes quos cap. Si quis Sacerdos 30. q. 1.*

§. VII.

Digitized by Google

## §. VII.

# Raptus.

*SUMMARIUM.*

1 *Raptus dici poteſt tàm de hominibus, quàm de rebus.*
*Raptus hominis ad ſervitutem, aut venditionem dicitur Plagium.*
2 *Diffinitio raptus.*
*Abductio fœminæ ad tempus breve, ob commoditatem coitus, non eſt raptus.*
*Diſtantia loci non eſt neceſſaria ad raptum.*
*Niſi abductio fœminæ interveniat, raptus non eſt.*
3 *Abductio violenta, quorum reſpectu, accipi debeat.*
4 *Varia ſententia circà diſſenſum voluntatis raptæ.*
5 *Lex Civilis contrà raptores, lata eſt favore tùm raptæ, tùm ejus Parentum, Tutorum, ſeù Curatorum.*
6 *Jus Civile vetat, matrimonium iniri poſſe inter raptorem, & raptam.*
*Lex Canonica corrigit in hoc jus Civile.*
*Tridentinum non immutat antiquos Canones circà hoc, addit ſolùm, quòd rapta, antè matrimonium ineundum, reddatur loco tuto.*
*De jure Canonico, raptus non eſt, ſi fœmina liberè conſentit in raptum.*
7 *Pœna raptus non evaditur etiam juxtà Tridentinum quàmvis mulier conſentiat.*
*Dictio nihilominùs, quid ſignificet.*
*Opinio Henriquez, Roderici, & Ledeſma exploſa.*
8 *Improbatur opinio, quòd per matrimonium pœnæ raptus evadantur.*
9 *Eccleſia non ſuſtulit pœnas temporales, latas à jure Civili contrà raptores.*
*Lex Canonica non corrigit Civilem, niſi in ordine ad ſpiritualia.*
10 *Examinatur violentia in raptu juxtà varios modos, quibus infertur.*
*Opinio, quòd mulier etiam volens, dicatur rapta.*
11 *Impugnatur dicta opinio.*
*Atrox vis, quæ dicatur in jure.*
*Violentia duplici modo infertur.*
*Novella de lenonibus exponitur.*
12 *Quandò in perſuaſione ad raptum, intrat dolus, tùnc adhibetur violentia.*
*Gutierrez, & Sanchez impugnantur.*
*Rapiens mulierem, doloſé ſeductam, incurrit pœnas raptus.*
13 *Mulier flexa ſuaſionibus abſquè dolo, ſi amaſium ſequitur, non dicitur rapta.*
14 *Quandònam dicatur ſuaſionibus facta violentia.*
*Suaſa à viro armato, dicitur potiùs conſentire per metum, quàm perſuaſione.*
15 *Rapi poteſt ità puer ad turpe flagitium, ſicut fœmina.*
*Quid, ſi fœmina raperet virum?*
*Gravior eſt raptus pueri, quàm fœminæ.*
*Mulier rapiens virum, juxtà aliquos incurrit pœnas raptus.*
*Alii negant.*
16 *Æquior ſententia eſt, quòd extraordinariè eſſet punienda.*
*Si fœmina rapiat virum, & ipſe liberè conſentiat in ejus matrimonium, non eſt neceſſe, quòd vir antè ponatur in locum tutum.*
*Si raptus reſervatur, ità reſervatur prò fœminâ rapiente virum, ſicut è contrà.*
17 *Rapiens puellam, & non ad explendam libidinem, non incurrit pœnas raptus.*
*Examinatur tamèn poſita concluſio.*
18 *Raptum non committit abducens propriam uxorem per vim ad ſuos lares.*
*Uxor eſt de jure mariti, & eum ſequi debet.*
*Mulier intrà bimeſtre à celebrato, & non conſummato matrimonio, invito marito, poteſt ingredi Monaſterium.*
*Conſummato matrimonio, vir jus habet in corpus uxoris.*
19 *Sponſa de futuro conſentiens, ſi diſſentientibus Parentibus, abducitur, de jure Civili raptus committitur, dummodò copula ſequatur.*
*Secùs, ſi copula non ſequetur.*
20 *Raptus quoquomodò fiat, ſemper incurruntur pœnæ Canonicæ.*
21 *Quandò præcedunt ſponſalia, puella conſentit, de jure Canonico raptus, non eſt.*
22 *Tali caſu puella non eſt reddenda in loco tuto, ad contrahendum matrimonium, ſi conſtet, eam conſenſiſſe plenè ad fugam.*

1 POſt Inceſtum in genere luxuriæ, ſequitur *Raptus*. Sciendum autem, quòd *raptus* ſecundùm *Goffredum*(1) dicitur tàm de hominibus, quàm de rebus; ſed ſecũdùm proprietatem verborum, *raptus* rerum dicitur *rapina*; ſed hominum vocatur *Raptus* abſolutè. Contingit autem hominem, ſivè mas fuerit, ſivè fœmina, poſſe rapi ad finem explendæ libidinis; ſivè ad redigendum eum in ſervitutem, ſeù vendendum &c. primo modo, dicitur *Raptus*; ſecundo autem vocatur in jure (2) *Plagium*, & de hoc crimine habetur *Titulus in Digeſtis*.

2 Hìc autem loquimur de crimine *Raptus*, quòd poteſt diffiniri, quòd ſit *violenta Abductio hominis de loco ad locum, ad finem retinendi in ordine ad copulam carnalem*. Notanter autem dixi *abductio de loco ad locum, ad finem retinendi*, nàm, ſi causâ commodioris coitus, quis abduceret feminam de Camerâ ad Cameram, & etiam de domo ad domum, aut de agro ad ſylvam, & habitâ copulâ, dimitteretur, non poſſet tali abductio, quàmvis violenta, dici *raptus*, ut communiter dicunt Doctores. Siquidèm *raptus* non importat quamvis abductionem, etiam momentaneam, aut ad breve tempus, ſed requirit retentionem, ac occultationem perſonæ per aliquod tempus longum prudentis viri judicio. Et in tali retentione, & occultatione potiùs, quàm in abductione de loco ad locum, conſiſtit principaliter ratio *raptus*. Si enim quis raperet puellam de domo Vicini, contiguâ propriæ domui, & occultatam in

hàc

(1) *Goffred. Summ. Rubr. de Rapt. nu. 1.*
(2) *Tit. ad leg. Fab. de Plagia. ff. lib. 48.*
(3) *Bald & Alex. in l. ſed eximendi. ff. Ne quis eum qui. Boſſ. Tit. de Rapt. mul. num. 3. Clar. lib. 5. §. Raptus V. Et dixi. Bict. qu. 115. num. 24. & ibi Cuman. Conſ. 95.*

Digitized by Google

hac retineret, profectò eſſet raptor, nèc tamèn rapta ab-ducta fuiſſet de loco ad locum, valdè longinquum, Similiter, ſi quis raptam abduceret ad locum, etiam diſtantem ad duo, vel tria milliaria à propriâ domo, & conſtupratam ſtatim paternis laribus reſtitueret, tenetur quidèm de ſtupro, ac illatâ violentiâ; minimè tamen crimine *raptus* deliquiſſet. Nec audiendus eſt circà hoc *Moronus*, (2) qui vult, quòd *raptus* ſit, quotieſcumque vis infertur fœminæ ad copulam, ſivè amoveatur; ſivè non, de loco, in quo eſt; niſi enim interveniat abductio extrà proprios lares, non erit *raptus*, ſed ſtuprum, ut in ſuperioribus §. *ſtuprum* dictum eſt.

3 Dixi autem *Abductio violenta*. Porrò violentia hæc radicaliter conſiſtit in diſſenſu voluntatis ipſius raptæ; aut illorum in quorum poteſtate eſt, vel utrorûmquè; quòd autem violentia inferatur armis, aut non, actu, ſeù metu ejuſdem, perindè eſt, ut Doctores (4) teſtantur.

4 Circà talem diſſenſum autem contrariæ ſunt ſententiæ Auctorum; nàm nonnulli (5) volunt, quòd, ſi fœmina liberè conſentit ſe abduci à domo, quàmvis ignorent, aut diſſentiant ii, ſub quorum eſt poteſtate, non tamen eſt verus *raptus*; nec intrat ordinaria pœna hujus criminis, ſed alia extraordinaria. Alii è contrà volunt, quòd etiam, ſi ipſa *rapt*ui conſentiat, ſivè ab initio, ſivè ex poſt facto, ſi parentes, Tutores, aut Curatores diſſentiant, aut ignorent; eſſe verum *raptum*, (6) & ſe fundant in quâdam lege (7) Codicis, in quâ habetur, *raptus pœna omnes ſubiaceant ſivè volentibus, ſivè nolentibus virginibus, ſivè aliis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum* (7) nonnulli tentant has ſententias concordare, dicendo, quòd ſecunda debet intelligi de conſenſu obtento muneribus, prætio, aut dolo, ſi quidèm omnia hæc cauſant involuntarium Cæterùm, ſi conſenſus raptæ omninò liber interveniat, nunquam *raptum* committi, & ſic tenent multi, quos dat Bictus, (8) qui inter hos recenſet *Clarum*, ſed immeritò, nàm in libro meo, *Clarus* non habet hoc: idem tamen ſenſit *Marſilius*. (9)

5 Ego puto, in hoc caſu eſſe diſtinguendum. Vel enim loquimur de hoc crimine in ordine ad pœnas de jure Civili; aut ad eaſdem de Canonico. Si de primo, verior eſt ſecunda opinio, ipſa enim fundata eſt in expreſſis verbis textus; & niſi velint Doctores eſſe deſtructores legum, non poſſunt contrà apertam ipſarum diſpoſitionem opinari, lex autem illa unica de *Raptoribus*, ſi attentè legatur, apparebit, latam fuiſſe non ſimpliciter favore fœminarum ſed etiam favore parentum, nè ipſis invitis, filiæ ad ipſarum placitum nubant. Nihil igitur facit ad minuendam malitiam *raptus* conſenſus raptæ. Si quidèm iſta benè poteſt cedere juri ſuo, & proprio conſenſu minuere de malitiâ raptoris; nequit tamen vitare per talem conſenſum, quin parentes ex raptu offendantur; & iniuria parentum vindicari debet pœnis ſancitis: & hoc modo locum habet dicta lex, quantùmvis fœmina conſentiat in *raptum*, ut vult ſecunda opinio.

(2) *Moron Reſponſ. 96. nu. 14.*

(4) *Sanch. de Matr. lib. 7. diſ. 12. nu. 5. Decian. lib. 8. cap. 7. n. 6. Farinac q. 145. n. 130. apud Bict. q. 115. n. 19. in fin.*

(5) *Alberic. Bald. Cyn. Marſi. Salyc. in l. Vnic. C. de Rapt. Decian. lib 8 cap. 7. n. 19. Sanch. loc. cit. n. 8. & 9. Baiard. Menoch. Farinac. loc. cit. nu. 131. apud Bict. d. q. 115. nu. 17. Theſaur. V. Raptus V. nota quarto.*

(6) *Clar. §. Raptus V. Adde quod poena. & ibi Alberic in l. Raptores n. 7. C. de Epi. & Cler. Boſſ. Tit. de Rapt. n. 15. Dionyſ. Gothofr. ad l. Vnic. litt. E. C. de Raptor. Gutier. de matrim. cap. 86. n. 17.*

(7) *l. Vnic. C. de Raptor. §. Pœnas. in fin.*

(8) *Bict. d. q. 115. n. 16. & ibi Berber. Baiard. menoch. Farin. & Clar.*

(9) *Marſil. Conſ. 61. num. 23.*

6 Si autem loquamur de pœnis ſancitis in jure Canonico, vera eſt prima opinio. Si quidèm lex Canonica in materiâ, tangente Sacramentum matrimonii, corrigit jus Civile; & ità dùm hoc vetuit conſiſtere poſſe matrimonium inter raptorem, & raptam, quantùmvis interveniat conſenſus non ſolùm iſtius, ſed etiam ejus parentum; ut pluribus in locis in jure (10) habetur, lex Canonica vult, quòd, quantùmvis interveniat diſſenſus parentum, ſi tamen fœmina conſenſerit (vel antè, vel poſt *raptum*) in matrimonium raptoris, matrimonium perfici poſſit, ut habent duæ Decretales (11), nèc circà hoc aliquid innovavit *Tridentinum*, (12) niſi quòd noluit eſſe validum matrimonium, niſi fœmina poſita fuerit in loco tuto, in quo plenâ gaudeat libertate, & denuò in matrimonium conſentiat; vel primò in ipſum aſſentiat. Hinc ergò eſt, quòd, cùm jus Canonicum habeat tantùm prò obiecto libertatem fœminæ, nè illi inferatur violentia, lædens contractum Sacramentalem, ſi hæc ceſſet, conſentiendo in *raptum* ſui, decernit *raptum* non committi, nec raptum dici, ubi mulier conſentit, ut dicit *Gloſſa* notabilis, (13) quantùmvis parentes diſſentiant; & ex conſequenti non intret pœna *raptus* in tali caſu, ut voluit prima opinio.

7 Tamen attentè legendo textum Concilii, apparet, quòd nec verum ſit, quòd ex conſenſu, etiam pleno, mulieris, pœna *raptus* evadatur. Siquidem ità habet, *ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, ac libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in uxorem habeat, & nihilominùs raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & favorem præbentes, ſint ipſo jure excommunicati, perpetuò infames &c.* Perpendenda eſt illa dictio *nihilominùs*, quæ ſecundùm Doctores, (14) diſpoſitionem auget, & eam præciſam reddit; & ut ex diverſis juribus (15) colligit *Albericus*, idem importat, ac *non minùs*. Si ergò vult Concilium, quòd raptor incurrat pœnas excommunicationis infamiæ &c., non minùs, ſi mulier in matrimonium ſentit, idem eſt, quòd abſolutè tales pœnas ſubeat, iiſque præciſè mulctetur, tanquàm verus raptor, quàmvis in *raptum*, & ſubindè in matrimonium rapta conſenſerit, & ſic concludunt plures. (16) Et nulla prorſus eſt conſideratio *Henriquez, Roderici, & Ledeſma* (17) opinantium contrarium, ex eo, quòd mulier cogeretur ducere virum infamem; tùm quià in ejus poteſtate eſt ducere, aut non; tùm quià infamia viri ipſam non afficit; tùm quià, ſi ipſa ab initio in *raptum* conſenſit, ipſa etiam eſt Rea.

8 Neſcio porrò, quomodò nonnulli Auctores, quos citat *Barboſa*, (18) opinari poſſint, raptorem contrahentem matrimonium cum raptâ, eſſe omninò liberandum à pœnis *raptus*. Si enim loquantur de jure Civili, reſiſtit manifeſtè textus, improbans abſolutè tale matrimonium;

Ff pro-

(10) *l. Vnic. §. Nec ſit C. de Rapt. Novell. de mulie. rapt. paſſ. Coll. 9. Novell. de ea quæ rap. nub. Imperat. leo Conſt. 35.*

(11) *Cap. Cum cauſam. cap final. de Raptor.*

(12) *Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de Refor. matrim.*

(13) *Gloſſ. notab. in cap. Cum cauſam extrà de Raptor.*

(14) *arg. l. Qui in poteſtate in fin. ff. Qui teſta. fac. poſſ. Gonzal. ad Reg 8. Cancell. §. 7. Proemial. n. 124. apud Barboſ. dict. 215.*

(15) *cap. fundamenta. §. Quod ſi ſecùs. V. At nihilominus. de Elect. in 6. l. Iſqui §. Poſtea. iunct. Gloſ. ff. Quod vi aut clam. Alberic. diction. V. nihilominùs.*

(16) *Sanch. de Matr. lib. 7. Diſp. 13. n. 1. V Ab hac. ſe. de Inſt. lib. 4. cap. 3. dub. 9. nu. 69. Farinac. q. 145. n. 14 & 102. apud Barboſ. in Tr. ſeſſ. 24. cap. 6. de Matr. num. 10.*

(17) *Henriq. ſumm. lib. 12. cap. 14. §. 4. V. ſi ducat. Roderic. ſumm. Tom. p. cap. 232. V. lo ſexto. Ledeſm. ſumm. de ſacram. matrim. cap. 16. vel 26. dub. fir. al. apud Barboſ. loc cit*

[18) *Marſi. Capol. Borſ. Gomez. Baiard. Decian. Cancer. apud Barboſ. loc cit. num. 11*

Digitized by Google

proindè dici non poteſt, quòd hoc, ſi ſequatur, tollat pœnas *raptus*, de illo jure latas. Si intelligant de Canonico, nec minùs, tùm quià hoc etiam in tali caſu afficit pœnis infamiæ, excommunicationis &c. raptorem, ut dictum eſt; tùm quià, ut infrà dicam, lex Eccleſiaſtica, quantùmvis validet matrimonium, improbatum à jure Civili, non tamen per hoc tollit pœnas prò bono Reipublicæ, à ſe latas contrà raptores. Ad plus poſſent talem concluſionem firmare, ſi præceſſiſſet matrimonium conſummatum, aut ratum, vel ſaltem legitima ſponſalia, & interveniret plenus conſenſus mulieris, quæ fortè, diſſentientibus parentibus in matrimonium, ex novâ cauſâ, conſentiret, ſe rapi. Sed hæc potiùs dicenda eſſet fuga puellæ, non autem *raptus*; & in his terminis loquitur capitulum *Cum cauſa. Extrà de Raptor.* & tenet etiam *Paulus de Caſtro*. (19) Cæterùm iis non præcedentibus, quantùmvis poſt *raptum*, mulier conſentiat plenè, & liberè in matrimonium, etiam poſita in loco tuto, & libero, juxtà diſpoſitionem *Tridentini*, tamen raptor ſubire debet pœnam *raptus*, ut multi (20) ſcribunt. Et ità declaratum fuiſſe à præclariſſimo *Senatu Mediolanen.* ſcribit *Clarus*. (21)

9 Non aſſentio autem opinioni *Sanchez*, & *Pauli de Caſtrò* (22), quòd circà pœnas *raptus*, & ſignanter circà amiſſionem bonorum, latam contrà raptorem de jure Civili, hoc ſit correctum à *Tridentino*; & ex conſequenti Judex laicus in facti contingentiâ debeat regulare ſententiam juxtà jus Canonicum, non verò Civile. Si quidèm Eccleſia nec limitat, nec modificat, nec tollit leges Civiles, niſi in ordine ad res ſpirituales: in materiâ *raptus* ſtatuit, contrà jus Cæſareum, matrimonium validum inter raptorem, & raptam; cùm enim hoc ſit Sacramentum, ad Eccleſiam ſpectat leges ferre circà illud, & proprias pœnas decernere Sed quò ad pœnas, quas raptoribus appoſuit jus Civile, nihil ſtatuit contrarium Eccleſia, tale enim delictum nihil habet affine cum re ſpirituali, maximè ſi fiat ſolummodò ad libidinem explendam; & ideò Reus non debet evadere pœnas Civiles, ſaltèm moderatas, ut poſt *Peguer. Deciſ. crimin. 45. per tot. tenet Guttierrez de matrim. c. 86. n. 25.* Et juxtà ſuperiorem concluſionem tenet apertè *Gloſſa in c. Cum ſecundùm leges in V. Certoque caſu. de Heret. in 6. & in cap. Poſſeſſor. ℣. ſed utrum leges. & in V. Poſſeſs. circ. med. de Reg. iur. in 6.* Benè verum eſt, quòd Eccleſia correxit jus Civile in ordine ad lucrum ſubſtantiæ raptoris, quod fiebat à raptâ, ſi hæc minimè in matrimonium raptoris conſenſiſſet. Siquidèm Imperator (qui ſtatuerat, omnia bona raptoris danda eſſe mulieri raptæ in pœnam delicti, & compenſationem offenſæ) in aliâ Novellâ (*t*) decrevit, quòd, ſi contrà prohibitionem legis Civilis, rapta conſenſiſſet in matrimonium *raptoris*, *bona nullo modo tribuerentur mulieri, ſed ipſius parentibus viventibus, ſi tamen nuptiis huiuſmodi minime conſenſerint. Quòd, ſi etiam iſti conſenſerint in tale matrimonium, ſivè mortui fuerint, bona raptoris fiſco applicentur.* Quià verò talis diſpoſitio retrahere poterat mulierem à nuptiis cum raptore, & ſic ex indirecto læſa remanebat libertas ad Sacramentum matrimonii, plenariè requiſita, *Tridentinum* (*u*) hanc legem correxit, & voluit, quod teneatur raptor mulierem raptam (ſivè eam duxerit in uxorem, ſivè non duxerit) decenter, arbitrio Judicis, dotare, & ſic de bonis raptoris aliquid conſequi etiam illi nubendo.

10 Examinanda autem venit adhùc *violentia* in raptu in ordine ad modum, & formam, ſecundùm quam adhibetur. In citatâ *l. unicâ C. de Raptoribus* habetur ſic. *Hoc ipſum velle mulierum ab inſidiis nequiſſimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Niſi enim eam ſollicitaverit, niſi odioſis artibus circumvenerit, non faciet eam velle, in tantum dedecus ſe prodere.* Ex quo textu deducitur ab aliquibus concluſio, quòd de jure Communi rapi etiam dicatur mulier volens, pròut ſcribit *Boſſius*, (23) qui ait mirabilé eſſe rationé, quâ circà hoc tangit citatus textus; puta, quòd mulierum velle obtinetur ſollicitationibus, & artibus, ob quæ inductâ eſſe *violentiam* dici poſſit. Statuunt proindè concluſionem, quòd *violentia* etiam dicitur fieri, dùm quis pertrahit animum mulieris ad votum ſuum, donis, & ſollicitationibus; & quòd mulier, quæ inducitur ad adulterium, dato ſibi auro, licèt contenta fuerit, tamen invita habetur; & ille, qui aurum dedit, punitur pœnâ Statuti contrà inferentes *violentiam*; hæcque fuit opinio *Angeli*, quem ſecutus eſt *Decius* apud citatum *Boſſium* (24)

11 Sed hæc concluſio falſa abſolutè eſt, nec ſuſtineri poteſt, quòd *violentia* dicatur illata mulieri per preces, ſuaſiones, & dona, niſi dolus interveniat. *Violentum* enim à Philoſopho dicitur (ut aliàs tetigimus) *cuius principium eſt extrà non conferente vim paſſo*; & ſic *violentia* dici debet inducta, aut facta mulieri, quandò ad actum, ad quem per *violentiam* ipſa inducitur, nullo modo concurrit per actum voluntatis ſuæ aut plenè liberum; aut conditionatè ſaltem volitum. *Violentia* primo modo fieret, ſi mulier nolens paternam domum deſerere, raperetur *per vim*, nempè illâ ligatâ, & extrà paternos lares deportatâ; *aut metum*, puta, appoſito ad jugulum pugione, illicò jugulanda, niſi raptorem ſequatur; & hæc in jure (25) vocatur atrox vis, quæ tantùm criminaliter punitur, ut ſcripſit *Baldus*. (26) ſecundo modo eſt, quandò doloſis ſuaſionibus mulier induceretur ad conſenſum in *raptu*, puta, quià raptor promittit nuptias legitimas; vel conſentit in matrimonium, quià raptor jactat ſe divitem, nobilem &c. cùm contrarium ſit, vel conſentit ire cum raptore, quià promiſit ducere eam in unum locum, & tamen in diverſum locum abducit. Et ratio eſt, quià conſenſus in hoc caſu eſt conditionatus, & in tantùm eſt volitus *raptus*, in quantùm eſt volita conditio, appoſita *raptui*; quâ deficiente, nullus eſt conſenſus in *raptum*. Deficiente autem conſenſu in *raptum*, ſequitur, quòd mulieri tali caſu dicatur facta *violentia*, & hic eſt verus ſenſus citatæ legis Vnicæ de *Rapt. virg.* & in eodem etiam ſenſu loquitur *Novella 14. de lenonibus Collatione 3.* in quâ ſe fundat *Angelus*, & *Decius*; in hâc ſiquidèm damnantur lenones, qui ad proprium quæſtum ſolebant *iuvenculas miſerandas decipere, promittentes calceamenta, & veſtimenta, & his venari eas, & deducere ad Civitatem, & habere conſtitutas in ſuis habitationibus, & cibum eis miſerandum dare, & veſtem, & deinceps tradere ad luxuriam*; & infrà, *cum arte, & dolo, & neceſſitate ad luxuriam deducebant*; videbantur enim miſerandæ tales puellæ *voluntaria* ſe committere lenonibus ad meretricium exercendum, eò quòd ſequebantur voluntariè lenonem perſuadentem ipſis, ut illum ſequerentur perducendæ

à villis

(19) *Paul. de Caſtr. in l. Raptores. ℣. Item Quæro C. de Epi. & Cler.*
(20) *Matt. de Aflict. in Conſtitut. ſi quis rapere q. 6. Carrer. Pratic. cri. §. circa tertium. nu. 14. Aflict. ſup. Conſt. Par. 1. Rubr. 19. nu. 15. Molin. de Iur. nupt. lib. 1 comp. 10. n. 40. & ſeqq apud Barboſ. in Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de Matr. n. 11. ℣ Contra Andr.*
(21) *Clar. lib. 5. §. Raptus. ℣ Adde quod pena.*
(22) *Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 12. n. 15. & 27. Paul. de Caſtr. in l. Raptores. ℣. Item quaro ſi raptor. C. de Epi. & Cler. apud Boſſ. Tit. de rapt. mul. n 18.*
(t) *Novell. de Mulie. rapt. 143. Coll. 9.* (u) *Trid. ſeſſ. 24. de matr. c. 6.*
(23) *Boſſ. Tit. de Rapt. muli. num. 15.*
(24) *Angel. in Auth. de lenon. in fin. arg. l. 1. §. Perſuadere. ff. de ſerv. corr. Dec. Conſ. 170. col. 2. apud Boſſ. l. c. Sayr. apud Ricc. Colle. 911*
(25) *text. in l. 1. §. Hoc interdictum. ff. de Vi & vi arma.*
(26) *Bald. Conſ. 177. circ. fin. lib. 3.*

Digitized by Google

à villis in Civitatem, & domum ipſorum. Tamen voluntaria, & ſpontanea non erat vita meretricia ipſarum, ſed ad eam erant coactæ, ſiquidèm ex doloſâ promiſſione veſtium, calceamentorum, victus, & honeſti famulatus conſentiebant in ſequelam lenonis, non quidèm abſolutè, ſed conditionatè; puta, ſi promiſſa, & repræſentata ſibi, vera fuiſſent. At quià conditiones deficiebant, ſequebatur, quòd ad meretricium dicebantur *violenter* adductæ, quàmvis voluntariè lenoni ſe commiſiſſent. Concluditur igitur, quòd tunc ſolùm intret in muliere conſentiente ſe rapi, *violentia*, quandò raptor per doloſas promiſſiones ab eâ extorquet conſenſum. Et hoc apertè patet, ponderando verba textus in dictâ *l. Vnic. §. Pœnas. in fin. C. de Rapt. virgi.* ubi ait. *Niſi* (raptor) *odioſis artibus circumvenerit, non faciet eam velle &c.* Porrò ſuaſiones, preces, munera oblata, promiſſiones &c. non poſſunt dici ex ſe *odioſa artes*, ſunt imò *amabiles*, cùm naturaliter mulieres ament, ſibi amaſii ſuaſionibus, ac precibus correſpondentiam in amore perſuaderi; munera conferri; ac promiſſionibus melioris ſtatus ad illius ſequelam allici. Sed tales *artes* tunc ſolùm evadunt *odioſa*, cùm factas promiſſiones, effectu vacuas, & doloſè fictas deprehendunt. Undè fit, quòd, deficiente (tali caſu) voluntatis conſenſu libero, intret *violentia*.

12 Deducitur hinc, quòd, quandò in perſuaſione, quæ fit mulieri ad *raptum*, ſeù adulterium, intrat dolus, dici poteſt, quòd ipſi fit *violentia*; non quidèm vis ab externo adhibita; ſed *violentia*, puta, quià ad actum illum mulier perducitur non volens; ſi quidèm illa voluit potiùs conditionem appoſitam actui, quam actum ipſum; undè, ſi deficiat conditio, ſibi doloſè inſinuata, remanet actus nudus, ſimpliciter ab eâ nolitus. Ut, ſi doloſè nauclerus ſuadeat mercatori proiectionem mercium in mare, ad vitandam ſubmerſionem, mercator vult proiectionem liberè ex parte potentiæ, ſed ex parte actus vult conditionatè; puta, ſi periculum ſubmerſionis adeſt, & per proiectionem vitetur: quòd, ſi talis conditio deſit, nec periculum adſit, proiectio eſt ſimpliciter nolita: & ſic eſt in caſu noſtro. Undè aſſentiri non poſſum opinioni *Ioannis Gutierrez*, & *Thomæ Sanchez* apud eundem, (26) qui volunt, quòd, ſi dolis circumventa virgo rapitur, non ſit locus pœnis *raptus*, quià, ex quo non intervenit *violentia*, non eſt propriè *raptus*. Contrarium enim verius eſt; concedo enim, quòd nõ intervenit vis; ſed, cùm adſit dolus, ut probatum eſt, intervenit nolitio, & ex conſequenti *violentia*. Et videre neſcio, quomodò rapiens hoc modo puellam cum dolo, non committat verũ *raptum*. Si quidèm quidditas delicti determinatur à jure Civili, ſanciente, *raptum* eſſe etiam, quandò mulier doloſis precibus circumventa conſentit in *raptum*, nec *Tridentinum* in qualificãdo delicto ſe ingerit, ſed ſupponit delictum tale eſſe, quale à jure Civili determinatum eſt; & corrigit jus Civile tantùm, quò ad validitatem matrimonii; nec pęnas à jure Civili ſancitas tollit, ut ſuprà *n. 9.* dictum eſt. Undè concluditur, quòd raptori mulieris, dolo circumventæ, debentur pęnæ *raptus*, non quidèm tantæ, & tales, ſicùt quandò ſimpliciter mulier non conſentit, & abſolutâ vi rapitur, ſed paulò minores, ut inferius dicetur. Etenim, ſi illi non infertur plena vis, ſivè violentia atrox, infertur tamen aliqualis violentia, quæ punibilis eſt, ut ex jure deducitur (*x*), & dicunt Doctores.

13 Deducitur etiam à contrario, quòd, quandò abeſt dolus, & mulier, precibus flexa, conſentit in *raptum*; ut ſi raptoris, & raptæ ſit par conditio, aut melior conditio raptoris, quàm raptæ, nullo modo dici poteſt, quòd *violentia* interveniat; ſicut etiã, quandò precibus amaſii puella flectitur ad eam ſequendam; ſivè auro, aut muneribus inducitur. Si quidèm talis dicenda eſt *voluntaria* fuga, nõ *raptus violentus*. Quià, quàmvis vel prece, vel prætio, vel muneribus, inducatur ad conſenſum, aliàs non conſenſura, tamen cõſenſus ille eſt plenè voluntarius, nec ulla violentia adhibetur, arbitrio mulieris; poteſt quippè & auro & precibus reniti; quòd, ſi non facit, liberè cõſentit in id, quod muneribus illi ſuadetur. Scio, quòd communis opinio eſt, (ut teſtatur *Clarus §. Raptus. ℣. Adde quod pœna*) quòd etiam, ſi mulier ſe rapi conſentiat, *raptus* committatur, & intret ejus pęna ordinaria, quià ex tali rapinâ, licèt ipſa ſit contenta rapi, tamen iniuriantur parentes, & affines; tamen, ut optimè advertit *Maſcardus Conclus. 1254. n. 28. de Probat.* talis opinio militat, quandò mulier conſenſit ex doloſis ſuaſionibus, ſibi factis, & non aliter, ſi enim liberè conſenſit, aut ex ſe, aut ex tentationibus non doloſis, *raptus* nullo modo eſt.

14 Verum eſt, quòd etiam ſolæ preces importunæ, juxtà quoſdam Auctores (27), quos ſequitur *Gutierrez*, violentiæ aliquandò æquiparantur: hoc autem eſt, quandò à formâ, & diſpoſitione deprecantis, mulier conijcit, quòd, ſi precibus non acquieſcat, vir ad vim, atrocèque violentiam ſe convertet; hoc autem præcipuè eſſet, ſi vir armatus mulierem rogaret auctoritativâ quâdam formâ, ità ut ab eâ induci poſſit mulier in metum, quòd mutilabitur, aut occidetur, niſi conſentiat. Quod etiam ſpectavit *Imperator Leo*, in quâdam Conſtitutione (28) poſt Novellas, & Edicta Juſtiniani, in quâ ſancivit, quòd, ſi ad raptum virginis homo armatus incederet, gladio irremiſſibiliter feriretur. Si autem abſquè armis, pœnâ mitiori plecteretur; & rationem diſpoſitionis reddit dicens; *Vt potè, qui eò quòd cum armis ad id factum proceſſerit, nequè ab homicidio immunis ſit*, innuens, quòd, qui armatus vadit ad *raptum*, quàmvis precibus tantùm mulierem pulſet, tamen oſtendit animum occidendi, aut mulierem, niſi conſentiat, aut alios qui *raptui* volent obſiſtere. Tamen conſenſus mulieris per tales preces obtentus, eſſet per veram violentiã abſolutamque; & impropriè dicenda eſſet mulier conſentiens precibus importunis; ſed dicenda eſſet violentata per metum etiam cadentem in virum conſtantem.

15 Dixi autem ſuprà *num. 2.* quòd *raptus* eſt *abductio hominis*, pròut homo eſt generis communis. Nàm ità poteſt eſſe, quòd rapiatur puer ad libidinem, ſicut puella, & tali caſu ambigendum non eſt, quòd raptor puniendus eſſet pęnâ *raptus* fęminæ, imò majori, quò majus eſt flagitium innominabile congreſſu naturali, quod videtur innuere *Clarus*. (29) Et quàmvis de hoc caſu, ut potè de raró contingenti non habeatur lex, hoc tamen dictat naturalis ratio, adiuta etiam argumẽto legis. (30) Quid, ſi raptus pueri non eſſet ad abuſum nefandum, ſed eſſet ad uſũ naturalem; nempè, ſi fęmina potens, rapi faceret adoleſcẽtẽ, teneretur nè fęmina pęnâ raptoris? Ambigunt circà hoc Doctores, nonnulli enim, poſt quandã *Gloſſam*, (31) tenent quòd ſic, ũdè *Marſilius* dicit hanc cõmunẽ opiniõnẽ Doct. *Angel.* teſtatur ſe vidiſſe eã uſu poſitã, dùm meretrix quędã, quæ adoleſcentẽ rapuerat, fuit combuſta *Florentiæ*. &



(26) *Gutierr. de Matr. c. 86. n. 15. & ibi Sanch. ea. cit. lib. 7. diſp. 13. n. 12*

(*x*) *arg. l. 1. §. final. ubi Bart. ff. de extrao. crim. Ripa in l. Remquæ nobis. col. 1. ff. de Acqui poſſ. Paul. de Caſtr. in l. ſed eximendi. ff. nequis eum qui Boſſ. Tit. de Rapt. mul. nu. 15. in fin.*

(27) *M. Ant. Cuch. Inſtit. major. lib. 5. Tit. 12. n. 120. Alphons. a Veracruc. Append. ad ſpécul. coniug. fol. 82. Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 13. n 11. apud Gutierr. loc. ſup. cit. num. 14. in fin.*

(28] *Leo Imperat. Conſt. 35 de Raptor. virg.*

(29) *Clar. §. Raptus. ℣. Vnum tamen. Goffred. in ſum. Rubr. de Rapt. n. 9*

(30) *l. Cum vir. C. Ad leg. Iul. de Adult.*

(31) *Gloſſ. in l. Vnic. in V. ſponſam. C. de Rapt. ubi Marſil. n. 223. Ant. Gomez. ad l. 80. Taur. n. 37. Angel. in cit. l. Vnic. in fin. Papo lib. 22. Tit. 6. Arreſt. 3. apud Clar. l. citat. ℣ ſed pone.*

Digitized by Google

*Papo* confirmat, eam practicari in *Galliâ*. Alii verò (32) volunt, quòd, cùm pœna legis *Vnica.C.de Raptor.vir.* ſit valdè rigoroſa, & ipſa loquatur expreſsè de *Raptoribus* fœminarum à viris facta, & non è contrà, non veniat proindè ad fœminas raptrices maſculorum extendenda, juxtà vulgatum Doctorum axioma, *pœnales leges extenſionem non admittere*.

16 *Clarus*, in ſecundam inclinans, dicit, ſe Ream talis delicti eſſe puniturum pœnâ extraordinariâ gravi, & citrà mortem. Et hæc ſententia æquior eſt; quià non currit omninò paritas inter adoleſcentem, & puellam. Hæc ſiquidèm, licèt cum difficultate, invita tamen ſimpliciter poteſt vitiari; & amiſsâ virginitate, labefactatur in famâ irremediabiliter; quòd non eſt in viro, qui nolens nullâ vi ad congreſſum poteſt impelli; & per actum carnalem non periclitatur in famâ: hoc autem dico regulariter. Cæterùm poſſunt dari in caſu particulari tales circumſtantiæ raptus, quæ ſufficiant ad movendum rationabiliter animum Iudicis ad ſequendam primam opinionem. Accedit, quòd pœnæ Canonicæ latæ à Concilio in viros raptores, non poſſunt convenire raptricibus, (demptâ excommunicatione) ut proindè validum eſſe matrimonium inter fœminam raptricem, & virum raptum (ſi tamen hic conſentiat poſt *raptum*,) etiamſi vir non ſit poſitus in loco libero, & tuto, ſcribunt communiter Auctores (33) eò quià Decretum Concilij, cùm ſit odioſum, nolunt poſſe extendi ad fœminas. Uerum eſt, quòd, ſi *raptus* ſimpliciter reſervetur ab Epiſcopis, ità incidet in caſum reſervatum mulier rapiens virum; ſicut vir incidit rapiendo fœminam; eſt enim verus *raptus* etiam ille, proindè ſub reſervatione comprehenditur, ut innuit *Moronus*. (34)

17 Dixi tandem ſuprà *num*. 2. quòd raptus ſit *in ordine ad copulam carnalem*; nàm, ſi eſſet ad alium finem, non veniret ſub crimine *raptus*. Firmant proindè Doctores concluſionem, quòd, ſi rapiatur puella, non gratiâ libidinis, ſed causâ contrahendi cum eâ matrimonium, aut ſi matrimonium ſit jàm contractum, non incurratur reatus *raptus*. Tamen, talis concluſio cum ſobrietate accipienda eſt, & examinanda ſecundùm jus Civile, & ſecundùm Canonicum. Suppoſito enim, quod ſuprà dicebamus, quòd nec antiqui Canones, nec Concilium correxerit jus Civile, niſi tantùm circà validitatem matrimonii inter raptorem, & raptam, relictâ alioquin qualificatione criminis, & ejus pœnis antiquæ diſpoſitioni juris Cæſarei; ab hoc petenda eſt ratio vera criminis *raptus*: Et quià Concilium ulteriores addidit pęnas ſpirituales contrà raptores, libranda erit adhuc res de jure Conciliari.

18 *Raptum* non eſſe (ſpectato omni jure) quandò, qui contraxit per verba de præſenti cum puellâ in facie Eccleſiæ, & elapſo bimeſtri, eam reluctantem etiam, ac parentibus invitis, abducit per vim ad proprios lares, manifeſtum eſt. Cùm enim vxor ſit de jure mariti, & cum eo vivere debeat, ut habetur in jure, (35) & elapſum ſupponatur bimeſtre deliberationis (intrà quod invito coniuge poteſt alius ingredi Monaſterium) (36) vir cogens vxorem ſuam ad ſecum cohabitandum, & ſibi reddendum matrimoniale obſequium proprio utitur jure, nec in aliquam legem peccat. Et hoc etiam eſſet, ſi bimeſtre elapſum non eſſet, dummodò matrimonium fuiſſet conſummatum; tali enim facto acquirit vir plenum jus in corpus vxoris, ut notum eſt. (37)

19 Si verò matrimonium contractum non eſt, ſed de matrimonio præceſſerunt ſponſalia, & rapitur mulier ad matrimonium contrahendum, quantùmvis ipſa conſentiat, ſi tamen diſſentiant Parentes, & ſequatur copula, de jure Civili verus *raptus* eſt. Concluſio manifeſta eſt ex Textu legis *Vnica. C. de Raptu Virginum*. Sic enim habet, *Raptores Virginum honeſtarum, vel ingenuarum, ſivè jam deſponſatæ fuerint, ſivè non &c.* & concludit *maximè, cùm virginitas, vel caſtitas corrupta reſtitui non poſſit*; quæ ultima clauſula includit rationem diſpoſitionis legis. In tantùm enim vult lex, *raptum* committi, in quantùm mulier rapta uitiatur, ſivè præceſſerint ſponſalia, ſivè non; ſivè ipſa conſentiat, ſivè non; dummodò parentes diſſentiant. Undè ſequitur, quòd, ſi copula non ſequatur, & raptus ſit ad ſolum finem matrimonii, de jure Civili *raptus* non committatur, nec intrent illius pęnæ, quidquid dicat *Peguera Deciſ.* 42. *Rota Cathalon.* Et ſecundùm iſtam limitationem accipi debet ſuprà data concluſio, quam docet *Boſſius*, (38) & accipi etiam debet *Antonius Faber*, (39) dum vult, quòd raptus non committatur in virginem abductam causâ matrimonii, conſentientibus agnatis, licèt inſcio, aut invito curatore. Si enim eam cognoſcit, quàmvis cætera conſtent, intrat diſpoſitio juris Civilis, & pęnæ veri *raptus*.

20 De jure porrò Canonico, *raptus* etiam ad finem matrimonii, ſivè fęmina vitietur, ſivè non, ſemper infert pęnas Eccleſiaſticas, & proindè verus *raptus* eſt. Ratio eſt, quòd pęna raptoribus appoſita eſt, quòd matrimonium contractum cum raptâ, non ſubſiſtat, niſi illa loco tuto reſtituatur; & hæc pæna ſemper incurritur, tàm ſi mulier rapta ſit ad libidinem, quàm ſi fuerit ad matrimonium; tàm ſi mulier fuerit à raptore cognita, quàm non; ſequitur igitur; quòd etiam aliæ pęnæ, puta, excommunicationis, infamiæ &c. quæ per eandem legem Conciliarem ſunt ſancitæ, incurrantur; non enim ulla habetur ratio, quarè hæc tantùm pęna, non autem reliquæ etiam incurrantur.

21 Quid autem, ſi præceſſerint ſponſalia, & puella conſentit in *raptum*; ex eo, quòd cauſa *raptus* eſt tantùm diſſenſus parentum, aut conſanguineorum, non autem ipſiuſmet feminæ. Dico, quòd *raptus* non committitur de jure Eccleſiaſtico; Siquidèm, loquendo de hoc, *raptus non dicitur admitti, quandò antè de nuptiis agitur*, ut habet Canon, (40) & cùm hìc præceſſerint ſponſalia, malitia illius criminis evaditur; & ità nec pœnæ Eccleſiaſticæ intrabunt.

22 Quòd, ſi dicatur, quòd etiam tali caſu matrimonium erit nullum, niſi fęmina loco tuto reddatur, quòd, ut diximus, pęna Raptoris eſt; Undè, ſi pęna hæc tali caſu incurritur, etiam reliquæ incurri debent. Reſpondeo, quòd nec illa pęna intervenit, ſi conſtet, *raptum* fuiſſe cum pleno conſenſu mulieris; ſiquidèm hæc tantùm fuit introducta, favore libertatis contractus, ad Sacramentum requiſiti; quæ, cùm ſupponatur adeſſe, non poteſt aptari talis pæna, ſicut nec reliquæ.

(32) *Grilland.de Diver.crim.lib.3.q.10.n.23.Conrad.Pract.fol.370. n.3.Iodoc.Pract.cap.95.n.17.Clar.loc.cit.*

(33) *Gutier.de Matrim.cap.86.n.final.Barboſ. in Trident.ſeſſ.24.de Refor.Matr.c.6.n.5. & ibi Farinac. Sanch. Baſil. Rebell. Molfeſ Reginal.Ledeſm.Bonacin.Ricc.& Hurtad.*

(34) *Moron.Reſpon.96.num.25.in fin.*

(35) *arg.text.in cap.Non eſt nobis.Extrà de ſponſ.*

(36) *text.in cap.Commiſſum. Extrà de Sponſal.*

(37) *cap.Cum Cauſam. de Raptor.*

(38) *Ægid.Boſſ.Tit.de Rapt.Mulier.n.17.*

(39) *Ant.Faber.deciſ.1.C.de Rapt.Virg.apud Ricc.Collect.911.*

(40) *text.in cap.Cum cauſam.iunct.Gloſſ.in V.dicatur.*

Pro-

Digitized by Google

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

23 *Raptus requirit plenam probationem.*
*Duo probanda in raptu.*
*Si rapta eſt formoſa, juvenis &c. præſumitur, quòd fuerit ad explendam libidinem.*
24 *Quòd raptus fuerit, muliere invitâ, & ex doloſâ perſuaſione præſumitur juxtà nonnullos.*
*Raptor tenetur probare, mulierem conſenſiſſe.*
25 *Accuſator tenetur probare, raptam eſſe honeſtâ vitâ, & famâ.*
*Item fuiſſe raptam, causâ eam retinendi, non verò ob commodiorem coitum.*
*Raptus meretricis non eſt verus raptus.*
*Si volebat converti à meretricio ad honeſtam vitam, eſt raptus.*

23 PRobatio autem hujus criminis, quæ concludens requiritur, prout textualiter habetur in jure,(41) attendi principaliter debet à duobus; puta, quòd mulier ſit rapta causâ libidinis; & quòd fuerit, eâ invitâ. Primum probatur concludenter, ſi raptum copula fuerit ſecuta; probatur autem præſumptivè juxtà Doctores,(42) ſi mulier rapta fuerit juvenis, formoſa, vel de eâ raptor fuerit philocaptus; undè incumberet raptori onus probandi concludenter contrarium, puta, quòd eam nec cognovit, nec cognoſcere tentavit, licèt & tempus, & locum opportunum habuerit.

24 Quòd autem *raptus* fuerit, illâ invitâ, & doloſâ perſuaſione, præſumitur juxta nonnullos,(43) & hoc maximè, ſi puella, vel mulier ſit famæ incontaminatæ; proindè neceſſe eſt, quòd raptor probet, quòd ipſa conſenſerit; & quomodò hoc probetur, videatur *Farinacius*,(44) qui per ſex concluſiones tradit doctrinam, quomodò conſenſus raptæ probetur. In facti autem contingentiâ, caveant Iudices in pronunciando, quòd invita fuerit mulier. Nàm non raro vidi tales conſenſiſſe in fugam cum Amaſiis, & poſtquàm in fortiis juſtitiæ fuerunt, ad tuendam propriam famam, dicunt, per vim fuiſſe abductas, & onerant Amaſium. Ideò benè librent omnes circumſtantias facti, quibus facilè poterunt conijcere, àn vi, & dolo, àn potiùs volentes, cum Amaſio à propriâ domo fugerint; nèc fidant famæ, aut publicæ apparentiæ, nàm aliquoties de die incedunt modeſtæ, ut videantur caſtæ *Lucretiæ*; ſed in tenebris, & cum Amaſiis ſunt veræ *Phrines*.

25 Juxtà *Maſcardum*(a) autè, alia duo requiruntur; quæ probare tenetur accuſator, ſivè fiſcus. Unum eſt, quòd mulier rapta ſit honeſtæ vitæ, ac famæ; aliud eſt, quòd fuerit conducta de loco ad locum, causâ eam abducendi, non verò causâ coitus commodioris. Ratio autem eſt, quià in ſententiâ multorum,(b) *raptus* meretricis non eſt verus *raptus*, nec incurruntur ex hoc ordinariæ pœnæ contrà raptores; (niſi illa volens deinceps honeſtè vivere, contradixiſſet *raptui*, ut optimè ibidem (c) obſervat *Maſcardus*, ut proindè neceſſarium fuerit raptori uti violentiâ,) & ideò qualitas vitæ honeſtæ, quæ requiritur ad conſtituendum crimen *raptus*, omninò probari debet. Pariter, quià, ut diximus, ſuprà *num.* 2. abductio de loco ad locum, causâ commodioris coitus, raptus non eſt; ideò, ut raptus probetur, requiritur, quòd etiam probetur hæc alia circumſtantia, nempè, quòd abducta fuerit fœmina, non ob coitum commodiorem; ſed ad eam retinendam extrà propriam domum, causâ libidinis.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

26 *Pœna raptus de jure Civili.*
*Extenduntur ad ſodales, comites, & ſequentes.*
*Iudex loci, in quo moratur raptor, procedit, quàmvis raptus ſit alibi commiſſus.*
*Si mulier in raptum conſenſit, diſſentientibus parentibus, intrat pœna extraordinaria.*
27 *De circumſtantiis aggravantibus delictum, & pœnas, remiſſivè.*
28 *Puellâ ſollicitante Amaſium ad fugam, temperanda eſt pœna extraordinaria.*
*Hiſtoria cujuſdam Religioſi ſollicitati à fœminâ.*
29 *Pœna extraordinaria intrat in rapiente publicam meretricem.*
*Aut ſi rapta pluribus ſe proſtituat.*
*Pœna ordinaria intrat, ſi raptus eſt mulieris, quæ reputetur honeſta, licèt uni, aut alteri indulgeat.*
30 *Raptores incurrunt excommunicationem ipſo facto, licèt non reſervatam.*
31 *Pœna Eccleſiaſtica non afficit, niſi veros raptores honeſtæ fœminæ.*
32 *Eccleſiaſtici, raptum committentes, de jure ſunt deponendi.*
*Pœna Canonica nunc commutantur in pecuniarias.*
*Clericus rapiens, & vitians puellam, tenetur eam dotare.*
*Epiſcopus nequit pecuniam, dandam puellæ prò dote, ſuo fiſco applicare.*
*Pœna Tridentini de dotandâ per raptorem puellâ raptâ, ſolis Clericis poteſt aptari.*
33 *Raptus in perſonâ Regulari inauditus.*
*Fuga Regularis cum fœminâ, eſt apoſtaſia, junctâ delicto carnis prò qualitate fœminæ.*
*Atrox eſt tale delictum, & graviter puniendum.*

26 PŒnæ autem raptus de jure Civili eſt mors, & applicatio omnium bonorum raptoris, mulieri raptæ, & hoc non ſolùm reſpectu raptoris principalis, ſed etiam eorum, qui ad raptum fuerunt ſodales, comites, vel ſequentes, & textualiter habetur in *Codice*(45) nec poſſunt tales delinquentes opponere præſcriptionem Fori, quià, ſi *raptus* commiſſus ſit in alieno Territorio, Judex loci, in quo Raptor invenitur, poteſt, & debet de tali crimine cognoſcere, quàmvis intrà fines ſuæ juriſdictionis non fuerit commiſſum. Tales autem pœnæ locum habent, quandò aut vis ſimpliciter adhibita eſt, aut fœmina fuit doloſâ perſuaſione in conſenſum abducta, prout ſuprà *num.* 11. dictum eſt. Quòd, ſi ipſa volens, & libens conſenſit in *raptum*, invitis tantùm parentibus, Tutore, ſeù conjunctis, quantùmvis juxtà citatas leges, eædem pœnæ locum habe-

(41) *l. Unic. de Rapt. Virg. §. ſin autem in fin.*
(42) *Baiard. ad Clar. §. Raptus in. 1. Deci. Maſcard. Farinac. qu. 145. num. 78. apud Bict. qu. 115. num. 24.*
(43) *Marian. Socin. in cap. 1. ubi Abb. & Ancharan. de Adulter. Bald. Boſſ. Maſcard. Menoch. apud Farinac. qu. 145. n. 117.*
(44) *Farinac. qu. 145. num. 130. & ſeqq.*
(a) *Maſcard. de Probat. concl. 1254. num. 20.*
(b) *Gloſſ. in l. 1. in V. Virginem honeſtam. C de Raptor. & in Verum. ff. de Fur. Carcer. Gramm. Cæphal. Marſil. Alberic. apud Maſcard. loc. cit. num. 20.* (c) *Maſcard. loc. cit. num. 14.*
(45) *l. Unic. §. Et ſi quidam. C. de Rapt. Virg. l. Raptor. C. de Epi. & Cler*

Digitized by Google

habere viderentur; tamen juxtà Doctores (46) non intrat niſi pæna extraordinaria.

27 Diverſificant autem pęnas *raptus* Auctores juxtà circumſtantias aggravantes delictum, ut potè, ſi fuerit cõmiſſum cum armis, aut magnâ copiâ hominum armatorum; ſi perſona rapta fuerit nobilis, aut ingenua, aut in poteſtate parentum, aut in Conſervatorio Virginum, aut in Monaſterio Monialium ad educationem, aut virgo, aut coniugata, de quibus videri poſſunt *Decianus*, & *Farinacius*. (47) Sed quò ad pęnam ordinariam talis conſideratio inutilis eſt; cum enim ſit mortis, & amiſſionis omnium bonorum, quò ad pęnam, perindè eſt, ſivè adſint, ſivè non, tales circumſtantię aggravantes. Benè tamen poſſent facere ad augmentum, vel decrementum pęnæ extraordinarię, quæ, ut diximus, intrat, quãdo intervenit raptæ conſẽſus.

28 Mihi autem videtur ratio potior temperandæ pęnæ, conſideratio caſus, ſecundùm quam *raptus* accidit; nùm ſcilicèt intervenerit voluntas mulieris ſeductæ, aut inductæ precibus Amaſii; àn ex æquo concurrerint ad *raptum*; àn potiùs ipſa Amaſiũ ſollicitaverit. Si enim mulier æquè ac Amaſius conſpiraverint in fugam; & multò fortiùs ſi mulier ipſa Amaſium ſollicitaverit ad congreſſum, & ex poſt, ad fugam à domo, ut irent ad locum, in quo liberiùs poſſent genio ipſorum indulgere; profectò non poſſet talis fuga dici *raptus*; & pæna extraordinaria tali caſu deberet eſſe modica; & ratio eſt, quià viro, præſertim juveni maxima eſt tentatio ſollicitari à puellâ procaci, & pulchrâ; nec eſt, qui invitanti mulieri ad copulam (ſi vir potens ad eam ſit) poſſit reſiſtere ſinè ſpeciali Dei auxilio; undè illius crimen minimum habens de dolo, & maximum de fragilitate, debet à Judice cum maximâ miſericordiâ corripi. Caſum vidi paucis ab hinc annis, quidam enim Religioſus ſimul cum quâdam puellâ nobili fugam arripuerat. Captus ab inſequentibus, & in manus Curiæ Eccleſiaſticę ſæcularis traditus, fuit ab eâ damnatus ad triremes. Interpoſita ab eo appellatione, ductus in catenis fuit *Romam*, & Cauſâ reviſâ, cum conſtitiſſet per Epiſtolas ſcriptas ab eâdem puellâ, Religioſum fuiſſe ſollicitatum ab eâdem ad fugã, ut poſſent in loco, in quo cogniti non eſſent, liberiùs luxuriari, Sac. Congreg. maximè compatiens fragilitati, damnationem ad triremes per decennium commutavit in carcerem clauſtralem ſemeſtrem.

29 Pęna item extraordinaria ſolummodò intrat, quandò rapta eſt meretrix publica, quæſtum corpore faciens; & etiam (ſi meretrix non ſit cauſâ lucri ſe proſtituens) ſi inhoneſta ſit, & ex libidine pluribus copiam ſui faciat, ut poſt multos, quos citat, docet *Sanchez*, (48) & *Gomez*. Non ſic autem eſſet, ſi quis raperet fęminam, quæ licèt cum uno, aut altero ex libidine rem habuit, tamen reputatur communiter honeſta; tunc enim intrat pęna ordinaria, ut poſt *Decianum* tenet *Farinacius*. (49) Adhibetur etiam pęna extraordinaria, quãdò raptor rem non habuit cum raptâ, licèt & locum, & tempus, & vires habuerit; & ideò non fecit, quià ipſum de *raptu* pęnituit. Sed, ſi fecit quantum potuit, nec tamen obtinuit, quià vel puella ſe defendit; vel quià arcta fuit; vel quià ipſe frigidus eſt &c. intrat pęna ordinaria, cum ipſe devenerit ad actum proximum, ut poſt quandam *Gloſſam*, docent communiter Doctores. (50)

30 De jure autem Canonico, ut patet ex pluribus Capitulis, (51) tùm Raptoribus, tùm auxilium, aut favorem illis dantibus ſancita eſt excommunicatio, quæ à *Tridentino* (52) innovata eſt, quæ Cenſura eſt latæ ſententiæ, licèt non ſit reſervata, ut obſervat *Theſaurus*, (53) & etiam ſunt perpetuò infames, & omnium dignitatum privationem, & ad eas inhabilitatem incurrunt; & ultrà hoc, ſi raptor non ducat raptam in vxorem, tenetur eam convenienter dotare.

31 Circà has pęnas, ſcribit *Farinacius*, & poſt eum *Theſaurus*, (54) eas incurri, quàmvis rapta ſit meretrix, aut mulier inhoneſta. Sed, ſalvâ talium Doctorum reverentiâ, hoc non poteſt de jure ſuſtineri: Ratio eſt, quià pęnæ appoſitæ à Concilio, ſunt contrà veros raptores, eos nempè, quos jus Civile decernit Reos de *raptu*; non enim Concilium aliquid ſtabilit circà crimen, ſed ſupponit illud jàm determinatum à lege Cæſareâ, quæ non corrigitur ab Eccleſiaſticâ, niſi in ordine ad matrimonium, ut ſuprà *n. 9.* dictum eſt. Cùm igitur jus Civile determinet *Raptum* tùnc committi, quandò honeſta mulier rapitur, nec *Raptus* ſit, quandò rapitur inhoneſta, ſequitur, quòd pœnæ Conciliares, quæ afficiunt veros raptores, non poſſunt convenire violenter abducenti meretricem, qui *Raptum* non committit; & cùm ſimus in odioſis, non poſſunt extendi pęnæ ultrà caſum expreſſum.

32 Quò ad Eccleſiaſticos, *raptum* committentes, à Concilio *Calcedonenſi* (55) appoſita eſt pœna depoſitionis, quæ renovata eſt à *Tridentino*, loco ſuprà citato, quod quidem in praxi non ſervatur; ut plurimum enim pœnæ Canonicæ, quæ plerùnquè ſpirituales ſunt, à Judicibus Eccleſiaſticis commutantur in pœnas pecuniarias, ut potè Reo magìs favorabiles, & fiſco Ordinariorũ utiliores. Anbenè in hoc agant, & àn judicent ſecundùm intentionem Eccleſiæ, ac *Sanctorum Patrum*, ipſi viderint. Certum autẽ eſt, quòd, ſi Clericus rapit puellam, & eam vitiat, tenetur juxtà Concilium, eam dotare, nec hoc jus quæſitum puellæ poteſt Ordin. lædere in præjudicium ipſius, dãdo Reo pænam pecuniariã, ſolummodò applicandam fiſco Epiſcopali, ſeù locis piis; nequit enim Judex, in ſententiâ, juri, quod competit tertio, præjudicare, ut notum eſt. Imò adverto, quòd talis pœna dotandi puellam, poteſt competere ſolummodò Clericis; minimè autem laicis. Ratio eſt, quià, vt ſuprà dictum eſt, Concilium non correxit circà pœnas *raptus* jus Civile; proindè illæ ſunt in uigore; & cùm ex hoc omnia bona raptoris ſint adjudicata puellæ raptæ; nõ eſt, undè raptor, ſi laicus ſit, poſſit de bonis ſuis raptam dotare, cùm illis ſpoliatus ſit. Sequitur igitur, quòd talis pœna dotationis poſſit ſoli Clerico competere; & hanc legem pœnalem ſuprà antiquos Canones contrà proprios Subditos, ſanxit Eccleſia, & hanc, invertere nullo modo poſſunt Epiſcopi.

33 Quò autem ad Regulares inauditum hoc crimen eſt: nèc enim apud Auctores reperi, nequè à conſummatis Judicibus Romæ, ad quam totius Chriſtiani Orbis crimina deferuntur, audivi, verum *raptus* crimen ab ullo Regulari patratum. Benè frequenter accidit, quòd nonnulli peſſimi, & habitu externo tantùm, non verò vitâ Religioſi, in hoc ſcelus prorumpunt, ut aut mulieris ſeductas de domo abducant conſentientes: vel ex condicto, aut ſollicitati ab eiſdem, cum illis fugiant ad liberiùs luxurian-

(46) *Salyc. in l. Vnic. C. de Rapt. virg. Decian. lib. 8. c. 7. n. 19. Sanch. de matr. li. 6. diſp. 12. n. 8. & 9. apud Bict. q. 115. n. 17.*

(47) *Decian. l. 8. c. 7. n. 6. Farinac. qu. 145. n. 60. & ſeqq.*

(48) *Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 7. n. 22. & 23. Alberic. Angel. Bald. Cyn. Marſil. & Salycet. apud Gomez in l. Tauri. 80. n. 45.*

(49) *Decian. lib. 8. c. 7. n. 11. & 12. Farin. q. 143. n. 60.*

(50) *Gloſſ. in l. Si quis non dicam. Vbi Bald. Bellapertic. Butr. Caſtren. C. de Epi. & Cler. Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 12. n. 18. Bermond. de Publ. Concub. Rubr. de Stup. n. 32. Farinc. apud Bict. q. 115. n. 28.*

(51) *cap. Raptores. c. de Puellis. cap. Si quis Virginem. c. Nullus 36. q. 2.*

(52) *Trident. ſeſſ. 24. de Reform. matr. cap. 6.*

(53) *Theſaur. de Pœn. P. 1r. 2. V. Raptus. V. Nota quinto.*

(54) *Far. n. qu. 145. n. 153. apud Theſaur. loc. cit. V. Nota tertio.*

(55) *Concil. Calcedonen. cap. 27. & habetur in cap. Eos qui rapiunt. 36. quæſt. 2.*

Digitized by Google

xuriandum. Sed tale crimen *raptus* non eſt, nec dici poteſt, ut poſt *Sayrum* ſcribit *Riccius*,(56) ſed eſt apoſtaſia, copulata cum fornicatione, defloratione, aut adulterio, & qualificata ab iniuriâ, quæ fit coniunctis fœminæ abductæ, & ſcandalò. Incredibile enim eſt, quantum ſcandali pariat in populo tale facinus, & quantum detrahatur honoris, & famæ Religioni ob ſimiles exceſſus. Undè ex talibus criminibus complicatis, ac ſpecie diverſis reſultare debet reatus, vindicandus omnibus, & ſingulis pœnis, debitis ſingulis delictis, adaptandis arbitrio Judicis, penſatâ in caſu particulari, aut plenâ malitiâ, aut fragilitate delinquentis, & magnitudine, ſeù parvitate ſcandali reſultantis à publicitate facti, & conditione perſonæ, de quibus firma regula dari non poteſt.

34 Quò autem ad pœnam rapientis Monialem, prò laicis quidèm habetur pœna ultimi ſupplicii, pròut in pluribus legibus (57) textualiter dicitur, & hoc etiam, ſi interveniat conſenſus illius, pròut ex iiſdem textibus ſcribunt communiter Doctores apud *Farinacium*,(58) & reſpectu reverentiæ debitæ Monaſteriis Sanctimonialium, aggravatur etiam *raptus* mulieris, ſeù Virginis ſæcularis, quæ causâ cuſtodiæ, aut educationis, in iis degit, ut proindè morte ſit abſolutè vindicandum tale crimen, ut poſt *Decianum*, & *Farinacium* ſcribit *de Bictis*.(59)

# §. VIII.

## Clauſuræ Violatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Clauſura violatio quotupliciter contingat.*
2 *Clauſura virorum non eſt de jure naturali, ac Divino, juxtà aliquos.*
*Reprobatur hac opinio, quò ad jus Divinum.*
*Levitæ vivebant ſeparati, à populo.*
*Elias habuit Monaſteria, á ſe inſtituta.*
*Quomodò poſſit dici, clauſuram eſſe de jure naturali Religioſorum Cænobitarum.*
3 *A tempore Apoſtolorum omnes Eccleſiaſtici vivebant Collegialiter.*
*Clauſura habet fundamentum in jure Divino, ac Eccleſiaſtico primitivo.*
4 *Religioſus exiens abſquè debitâ facultate à Clauſtro, eſt Apoſtata.*
5 *De jure antiquo, Clericis vetitum erat admittere fœminas intrà eorum Clauſtra.*
*Pariter nequè in Sacriſtiam.*
*Hoc pariter ſeveriùs Monachis interdictum.*
6 *B. Pius V. & Gregorius XIII. interdixerunt Religioſis, fœminas admittere intrá Clauſtra prætextu privilegiorum.*
*Declaratio, quòd talis prohibitio extenditur ad omnes fœminas abſolutè.*
7 *Gregorius XIII. ampliavit pœnas Religioſis introducentibus, ac fœminis ingredientibus Clauſtra.*
8 *Nomine fœminarum prohibitarum ingredi Clauſtra, non veniunt puellæ.*
*Nequè Imperatrix, Regina, ac Principiſſa, quæ non agnoſcunt Superiorem temporalem.*
*Nequè fundatrices Monaſteriorum.*
*Fundatores poſſunt ſibi reſervare dominium directum Conventuum.*
*Fundus poteſt alienari ſibi à venditore reſervatâ ſervitute fundi.*
*Mulieres domeſticæ, aſſociantes nobiles prædictas, poſſunt ſecum ingredi Clauſtra.*
*Conceſſum Primatibus conceditur etiam iis, qui ſub illis ſunt.*
*Tempore interdicti, ſi conceditur Domino audire Miſſam, conceſſio extenditur ad ejus famulos.*
*Jus precario, aut ex ſtipulatu ab aliquo quæſitum quæritur etiam ſuis.*
9 *Fœminæ habentes legitimam cauſam poſſunt ingredi Clauſtra.*
*Cauſa ad hoc legitima, quæ?*
10 *Fœminæ poſſunt ingredi Clauſtra, dùm ibi celebrantur Divina Officia.*
*Nomine Divinorum Officiorum, quæ veniant in hoc caſu.*
*Lantuſca reprobatus.*
11 *Superior inſtituens inſolitam proceſſionem, ut mulieres intrà Clauſtra admittat, àn puniendus?*
12 *Talis Superior non incurrit pœnas Bullarum.*
*Dubium, àn peccet.*
*Varia ſententia circà hoc.*
13 *Reſolvitur, illum non peccare.*
*Abuti poteſtate quis dicatur.*
14 *Fœminæ poſſunt ingredi Clauſtra, quandò ibi inſolita Miſſa celebratur.*
15 *Oppoſitio contrà ſupradicta.*
16 *Satisfit difficultati.*
*Cooperans materialiter tantùm peccato, non peccat.*
17 *Nomine Clauſtri, quid veniat?*
*Partes Monaſterii, quæ?*
*Ad Clauſuram formalem ſufficit ſeps, ſeù foſſa deſignata.*
*Remus tranſiliens ſulcum, quò mœnia Urbis fuere deſignata, occiſus eſt à Romulo fratre.*
18 *Licèt paries Clauſuræ Monaſterii corruat, manet Clauſura formalis.*
19 *Ad quales hortos Monaſteriorum poſſint ingredi fœminæ.*
20 *Ad quas Sacriſtias admitti poſſint fœminæ.*
21 *Si in Sacriſtiâ celebretur Miſſa, ad eam poſſunt ingredi fœminæ.*
22 *Quomodò delinquant Religioſi introducentes, & admittentes fœminas intrá Clauſtra.*
23 *Præſumere importat ſcientiã, advertentiam, & dolum.*
*Qui delinquit cum ignorantiâ, aut opinione probabili, non præſumit delictum.*
24 Introducere, *quid importet.*
*Prohibitio de introducendis fœminis intrâ Clauſtra, extenditur ad mandantes, conſulentes, adjuvantes &c.*

25 Ad-

(56) *Sayr. deciſ. 1. de Raptor. apud Ricc. Collect. 911.*

(57) *l. Raptores C. de Epi. & Cler. l. Si quis non dicã C. eo. Novell.* 123 *cap. 43. Coll. 9.*

(58) *Alberic. Butrigr. Salyc. in l. Unic. C. de Rapt. Farinac. q. 145. n. 220 Gloſſ. in cap. Raptores 26. q. 2. Bict. 116. n. 33.*

(59) *Bict q. 116. nu. 36. & ibi Decian. lib. 9. cap. 11. num. 12. & Farinac. q. 145. num. 230.*

Digitized by Google

25 Admittere *quot interpretationes ſortiatur.*
26 Admittere *importat recipere, & concedere.*
*Admiſſionales, qui dicantur.*
27 *Quis dicatur auctoritativè fœminas admittere.*
28 *Introducere fœminas quivis Religioſus delinquendo poteſt; admittere verò ſolus Superior, & Officiales cuſtodientes Monaſterium.*
*Quomodò Ianitores debeant impedire fœminabus ingreſſum in Clauſuram?*
29 *Quid juris, ſi Religioſus ingreſſam mulierem comitatur per Monaſterium?*
30 *Donatus impugnatur.*
*Quo pacto Religioſus aſſocians fœminam, ut prafertur, non peccet?*
31 *Quomodò aliter faciens delinquat?*
*Opinio Sanchi, Pellizzarii, Delbene, & Antonii à Spiritu Sancto Impugnata.*
32 *Detinens diutiùs fœminam, ingreſſam Clauſtra, incurrit pœnas contrà introducentes.*
*Proemium continet cauſam finalem legis.*
33 *Ità delinquit influens in permanentiam mulieris intrà Clauſtra, ſicut qui influit in ejus ingreſſum.*
34 *Mulieres Religioſæ clauſtraliter viventes in veteri lege.*
35 *Sanctimoniales in lege Evangelicâ clauſtraliter viventes, cæperunt à S. Marthâ.*
*Clauſura Monialium per plura Concilia fuit ordinata.*
36 *De Moniali peccante contrà Clauſuram per egreſſum, remiſſivé.*
*Prohibitio, quæ eſt prò fœminis, quò ad ingreſſum intrà Clauſtra Religioſorum, eſt prò viris, ac fœminis quò ad Clauſuram Monialium.*

1 QUià ſequenti paragrapho locuturi ſumus de *ſacrilegio* cum *Moniali*, quod regulariter non perficitur ſinè *violatione Clauſuræ*; quæ ex ſe delictum eſt, quod in pluribus fit causâ libidinis; ideò de eâ tractamus hìc. *Clauſura violatio* criminalis ſub duplici membro conſideratur, nempè reſpectu Clauſtri virorum Regularium; & reſpectu Monaſterii Sanctimonialium; & in utroque diſtinctionis membro adhùc dupliciter contingere poteſt; puta, vel per egreſſum perſonæ Religioſæ à proprio Clauſtro; vel per ingreſſum alterius perſonæ prohibitæ ad idem: & juxtà datam diviſionem ſingula membra conſideramus.

2 Reſpectu igitur virorum Religioſorum, *Clauſuram* non eſſe de jure naturali, aut Divino, ſcribunt multi Doctores; (1) ſed de naturali quidèm hoc concedo; de Divino autem non tàm faciliter admitterem. Siquidèm habemus in veteri teſtamento, (2) quòd *Levitæ*, Religioſi, nempè viri famulatui, cultuique Dei mancipati, vrbes ſeparatas à laicis de mandato Dei acceperunt, & hoc, ut ſcribit *Andreas Maſius*, (3) *Nè populi vitiis aſſueſcerent*. Pariterque *Elias Propheta* Monaſtici inſtituti Anteſignanus habuit Monaſteria, à Sæcularium habitationibus diſcreta in *Bethel*, *Carmelo*, & alibì. Undè coniici poteſt, quòd Clauſura hominum, Deo dicatorum, puta, eorundem domicilia à laicis ſejuncta, ad jus Divinũ reducitur. Poteſt autẽ dici, *Clauſuram* eſſe de jure naturali, ſuppoſitâ inſtitutione *Religionis Cœnobiticæ*; quę conſiſtit in Cõgregatione plurium viventium ſub unâ Regulâ, & Superiore, ſegregatim à Sæculo; proindè *Clauſura*, eſt ex connaturali lege intrinſecâ vitæ *Cœnobiticæ Religioſæ*: undè ſuppoſitâ profeſſione, de jure naturali eſt, quòd Religioſus ſeparatus à ſæculo vivat, & nullibi ſit, niſi ſciente, & volente Superiore, ut poſt alios ſcribit *Paſſerinus*. (m)

3 Pariter in lege Evangelicâ à tempore *Apoſtolorum* non ſolùm Monachi, ſed Eccleſiaſtici omnes Collegialiter vivebant, ut dicunt multi Canones, & ſeparati à Laicis, in propriis Clauſtris, circà Eccleſias cõſtitutis, habitabãt. (4) Refrigeſcente poſteà charitate in Clericis, qui abdicatâ vitâ communi, & inductâ proprietate, in propriis domibus promiſcuè cum laicis incæperunt vivere, remanſit in ſolis Religioſis vita clauſtralis, & in his conſervata fuit, & jugiter permanet converſatio Eccleſiaſtica, quam *Apoſtoli* præceptis, & exemplo in primitivâ Eccleſiâ firmaverunt. Et ex hoc patet, quòd *Clauſura* in Religioſis fundamentum habet in jure Divino, ac Eccleſiaſtico primitivo.

4 Contingit igitur Religioſo viro circà *Clauſuram* delinquere, exeundo ab eâ, abſquè debitâ facultate; hocquè crimen Apoſtaſiâ eſt, ſeù fuga à Clauſtro; & de hoc abundè diximus ſub *Titulo de Apoſtaſiâ*, undè non repetimus inutiliter.

5 Aliò modo delinquit Regularis introducendo, ſivè admittendo fœminas intrà Clauſtra. Et circà hoc ſciendum, quòd de antiquo jure Clericis vetitum erat, fœminas admittere intrà Clauſtrum ſuum, & ad hoc Cuſtos ad januam apponebatur, juxtà Concilij Statuta *Aquigranenſis* ſub *Ludovico I.* pròut refertur à *Trullo* apud *Donatum*. (5) Imò nec poterant eaſdem admittere intrà *Eccleſiæ Secretarium*, puta, Sacriſtiam, pròut ſancitur in ſecundo Concilio *Arelatenſi*. (6) Monachis verò, Regularibuſque viris ſeveriori ſub cenſurâ hoc itidem præceptum fuit, pròut conſtat ex Concilio *Lateranen. 1. ſub S. Gregorio*, (7) & etiam ex Sanctione Cæſareâ *Iuſtiniani*. (8)

6 De jure autem novo Eccleſiaſtico, duæ adſunt Conſtitutiones, nempè *B. Pij V. & Gregorii XIII.*, (9) in quarũ primâ, ſub pœnâ excommunicationis, latę ſententiæ, ſibi reſervatâ, prohibetur Mulieribus ingredi Monaſteria, aut domos Regularium ſub prętextu privilegiorum: Superioribus autem, & ſubditis Regularibus vetatur eaſdem Introducere, vel admittere, ſub pœnâ ſuſpenſionis à Divinis, privationis Officiorum, & inhabilitatis ad ea. Et licèt prædicta Conſtitutio expreſsè loquatur de Mulieribus ingredientibus, & de eas introducentibus *ſub prætextu privilegiorum*; Tamen idem Pontifex per ſuũ vivæ vocis Oraculum, atteſtatum à *Cardinalli Cribello*, declaravit ejus mentis fuiſſe comprehendere in dictâ Conſtitutione univerſaliter omnes Mulieres, eas etiam, quæ ingredi, aut introduci contingeret, etiàm abſquè *prætextu privilegiorum*. Quod vivæ vocis Oraculum fuit inſertum in Conſtitutionibus *Sacri Ordinis Prædicatorum*, pròut refert *Donatus*. (10) Et aliam ejuſdem Pontificis declarationem prædicto Oraculo, cohærentem authenticæ Miſſam à *Fr. Joanne de Aguilera Ord. Minor. de Obſervantia Commiſſario Generali Curia* ad Miniſtrum Provinciæ *Bethica*

(1) *Nauar. Com. 4. de Regul. n. 29. & conſ. 65. eo. nu. 2. Mirand. Man. Prælat. tom. 1. q. 32. art. 1. concl. 1. & de Monial. q. 1. art. 1. Caiet. 22. q. 38. art. 11. apud Donat. tom. p. Par. 2. Tr. 3. q. 9.*
(2) *Ioſue. cap. 14. V. 4.*
(3) *Andr. Maſ. in Ioſue.*

(m) *Suar. tom. 4. Tr. 8. lib. 1. cap. 6. n. 8. de Relig. Ant. à Spir. S. Tract. 3 diſp. 6. n. 1384. Palao. Tract. 16. diſp. 4 Pun. 7. n. 2. apud Paßer. de Stat. hom. q. 189. art. 8. nu. 387. in fin.*
(4) *cap. Præter. §. Præcipientes. 32. diſt. cap. Omnis ætas. cap. Dilectiſſimis. cap. Neceſſaria. 12. q. 1. cap. In omnibus de Conſecr. diſt. 5.*
(5) *Trull. lib. 2. c. 1. apud Donat. tom. p. Par. 2. Tract. 3. q. 4. n. 1.*
(6) *Concil. 2. Arelat. c. 4. ap. Lauræ. Epiſo. V. Clerici quò ad Converſatio*
(7) *Concil. Lateranen. 1. S. Gregor. Regiſtr. lib. 4. Ep. 43. & lib. 3. Ep. 40. cap. luminoſo. cap. Pervenit. il p. 18. q 2.*
(8) *l. Sanctiſſimarum. C. de Epiſc. & Cleric.*
(9) *B. Pius V. Conſt. Regularium. 23. Octob. 1566. Greg. XIII. Idib. Iun. 1575*
(10) *Donat. Tom. p. Par. 2. Tr. 4. qu. 3. num. 3.*

Digitized by Google

*Bethica* refert *Rodericus*. (11) Et cum tali oraculo tranſeunt communiter Doctores. (12)

7 In aliâ verò *Gregorij XIII.* inhibetur mulieribus ingredi Monaſteria tùm Religioſorum, tùm Monialium; & eorundem Monaſteriorum Superioribus, & Subditis mulieres ingredi facere, vel permittere *ſub prætextu privilegiorum*; & hoc ſub pœnâ excommunicationis, *Papæ* reſervatæ; privationis Officiorum, & inhabilitatis perpetuæ ad illa.

8 Obſervandum eſt circà iſtas Bullas, quòd nomine Mulierum non veniunt *puellæ* infrà ſeptennium, cùm non habeant uſum rationis; & cùm prædictæ Conſtitutiones ſint pœnales, non extenduntur ad non expreſſa, ut communiter dicunt Doctores. (13) Non veniunt pariter *Imperatrices, Reginæ*, ac *Principiſſæ*, quæ Superiorem in propriis dominiis non agnoſcunt, ac earundem *filiæ* ingredientes cum honeſto comitatu ſuarum domicellarum; tùm quià Bullæ loquuntur de *Comitiſſis, Marchioniſſis, ac Duciſſis*, puta, Feudatariis, ſeù Baronalibus; & ideò non extenduntur ad *Reginas* &c. quæ, ob eminentiam ſtatus, ſunt ſpeciali notâ dignæ: tùm quià in perſonis tàm altæ dignitatis non cadit ſcandalum, aut ſuſpicio incòntinentiæ: tùm quià ità interpretatur cotidiana conſuetudo, ut firmant Doctores. (14) Itidem non veniunt *Fundatrices Monaſteriorum*, ſaltem apud eas Religiones, in quarum Regulâ habetur, quòd tales ingredi poſſint, pròut eſt in *Religione Minimorum*; (15) imò *Antonius à Spiritu Sancto* (15) poſt *Delbene*, vult hoc eſſe commune omnibus Religionibus, ut in Conventibus, à ſe fundatis, poſſint ingredi *Fundatrices*; & hoc licere de jure communi contendit *Pellizzarius* (17) apud *An. à Sp. Sancto*. Et re verâ, ſi poſſunt Fundatores ſibi reſervare dominium Monaſteriorum, & concedere Religioſis ſimplicem uſum facti, ut patet in jure; (18) non viddeo, quomodò non poſſint concedere etiam dominium, & ſibi reſervare jus intrandi in illud Monaſterium; ſicut poteſt vendi, aut alio contractu diſtrahi fundus, ſibi reſervatâ viâ, aut ingreſſu illius, aut aliâ ſervitute, pròut ex jure Civili (19) deducitur. Pariter non veniunt *Mulieres de familiâ*, & quæ aſſociant *Fundatrices*, quarum reſpectu indecens eſt, quòd ſolæ ingrediantur; & cùm hoc privilegium ſit conceſſum Primatibus, intelligitur conceſſū etiam illis, qui ſub eis ſunt, ut deducitur ex jure; (20) quemadmodùm enim, ſi tempore Interdicti conceditur alicui ingredi Eccleſiam, & Sacrum audire, hoc etiam intelligitur conceſſum prò *familiaribus*, & *domeſticis*, ipſum aſſociantibus, prout textualiter habet quædam Decretalis; (21) pari modo intelligendum eſt hoc privilegium, ut dicunt Doctores; (22) attento maximè, quòd jus, quod aut precario, aut ex ſtipulatione alicui acquiritur, acquiſitum cenſeatur etiam ſuis, ut dicunt plures leges. (23)

9 Non veniunt pariter *Mulieres*, habentes cauſam legitimam ingrediendi Monaſteria; hæc autem multiplex eſſe poteſt; puta, aut ratione ægritudinis alicujus Religioſi, qui moveri non poſſit, & cui ſit medendum per mulierem, quæ ſola novit mederi, ut luxatum brachium, aut crus componere; aut lac ægrotanti calidum præbere: aut tempore peſtis, vel multitudinis infirmorū, nec adeſſet vir idoneus ad illorum ſervitium; aut ratione utilitatis Monaſterii, puta, portando materialia ad ædificandum, ſivè aquam ad extinguendum incendium: aut ratione ponendi ſe in ſecuritate tempore bellorum; incurſionis hoſtium; perſecutionis Curiæ; aut alterius volentis eam occidere, aut mutilare, & ſimilium occaſionum, in quibus præceptum purè Eccleſiaſticum non obligat cum tanto incommodo, prout dicunt Doctores. (24)

10 Non veniunt itidem *Mulieres*, quæ (juxtà Bullam *B. Pij V.*, de quâ multi Doctores (25) mentionem faciunt] Clauſtra ingrediuntur, ut divinis Officiis interſint. Hæc autem cenſentur eſſe *Miſſæ celebratio*; Sacramentorum adminiſtratio; recitatio horarum Canonicarum, Pſalmorum Gradualium, ſeù pœnitentialium; concio habita, vel ſepultura data alicui intrà Clauſtra; benedictio, ſeù conſecratio Eccleſiæ; proceſſiones omnes; ſolemnis benedictio aquæ in Sabbato Sancto; aſperſio ſolemnis in die Dominico; recitatio litaniarum; lotio pedum, feriâ quintâ in Cenâ Domini; adoratio Crucis in *Paraſceve*; veſtitio, aut profeſſio Novitii; ſolemniter facta in Capitulo; delatio Euchariſtiæ ad Fratrem ægrotum in Valetudinario; Sacramentum Extremæ unctionis, ſolemniter datum moribundo, & ſimilia, ut pluribus citatis docet *Antonius à Spiritu Sancto* (26). Scio *Lantuſcam* in ſuo *Theatro* (n) velle, quòd non liceat Mulieri ingredi in Clauſtrum, & ejus interiores Officinas, ſi ibi daretur habitus Novitio; nec quandò fit ſolemnis pedum lotio *fer. 5. in Cænâ Domini*; & citat prò ſe *Hieronymum Rodericum & Peyrinum*. (o) ſed *Peyrinus* ad Conſtitutionem *6. Iulij 2. §. 3. n. 14.* dicit totū oppoſitum; poſtquàm enim numero ſuperiori firmavit contrà Rodericum, quòd Superior indicens proceſſionem extraordinariam, ut mulieres intrent in Conventum non eſt delinquens; numero ſequenti probat, quòd ingredi poſſunt, quandò datur habitus Novitio, [tunc enim proponitur verbum Dei de contemptu Mundi] & quandò fit lotio ſolemnis pedum, ad quam juxtà rubricas Miſſalis intervenit proceſſio cum Cruce, cantatur Evangelium, & aliæ divinæ laudes, quæ veniunt nomine *Officiorum divinorum*, quorum ratione, juxtà Bullam *B. Pij*, poſſunt Mulieres admitti, ut dicunt Doctores (p] communiter.

11 Dubium autem eſt, àn delinquat Superior, qui rogatus à Muliere nobili, inſtituit proceſſionem inſolitam,



(11) *Roder. Tom. p. Quæſt. 48. Art. 3.*

[12) *Quarant. ſumm. Bullar. V. Monaſter. & Convent. Pag. m. 305. Io. Crux. de Stat. Relig. lib. 1. cap. 5. Dub. 1. Concl. 2. Lezan. Tom. 1. cap. 10. n. 9. & ibi Navar. Azor. & Suar. Theſaur. de Pun. Par. 2. V. Clauſur. cap. 2. init. Ant. à Sp. S. Tr. 3. diſp. 6. n. 674. & ibi Delben. Tom. p. cap. 19. Dub. 76. n. 19.*

(13) *Sanch. lib. 6. in Decal. cap. 17. n. 4. Roderic. in Exp. Mot. Pij V. n. 12. apud Lezan. Tom. p. cap. 10. n. 10.*

(14) *Roderic. Tom. p. Quæſt. 48 art. 1. Bonac. de Clauſ. Q. 5. Pun. 2. n. 6.*

[15) *Peyrin. ad Conſt. 6. Iul. II. §. 3. n. 7. & ſeqq.*

(16) *Ant. à Sp. S. direct. Regul. Tr. 3. Diſp 6. Sect. 5. §. 4. num. Delben. de Immu. Eccl. Tom. p. cap. 19. dub. 75. n. 2.*

(17) *Pelizar. Manual. Reg. Tr. 5. cap. 6. n. 44.*

(18) *cap. Exiit. §. Præterea loca de Verb. ſign. in 6.*

(19) *ff. de ſervit. Urban. & ruſt. præd.*

(20) *l. Reſtituendæ. §. Ad hæc. C. de Advocat. diverſ. Iudic.*

(21) *cap. licet vobis de Privil. lib. 6.*

(22] *Suar. lib. 8. de leg. cap. 11. n. 8. Sanch. lib. 5. Decal. cap. 17. n. 6. apud Peyr. ad conſt. 6. Iul. II. n. 7.*

(24) *Roderic. Lezan. Bonac. Sorb. apud Delbene Tom. 1. cap. 19. Dub. 74. n. 13. Ant. à Sp. S. Tr. 3. diſp. 6. à n. 661. & ibi Bordon. Tom. 2. Reſol. 76. n. 27. & 33. & Pelliz. Tr. 10 cap. 5. n. 56.*

(25) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 4. q. 3. Roderic. Tom. 1. q. 48. art. 3. Lezan. Tom. 1. cap. 10. n. 12. Confect. Comp. Privil. Mendic. fol. 147. Sanchez. lib 6. in Decal. cap. 17. n. 22 B. Pius V. Conſt. decet. Romanū. 1570. Bullar. Roderic. Tom. 2. fol. m. 427.*

(26) *Bordon. Sorb. Peyrin. Roder. Lezan. Bona. Delben. Peliz. Partel. apud Ant. à Sp. S. Tr. 3. à n. 566. & inde.*

(n) *Lantuſc. Theatr. Regul. V. Clauſtrum. n. 4.*

(o) *Hieronym. Roder. Reſolut. 27. n. 3. & 4. Peyrin. Tom. 2. fol. 91. n. 14. apud Lantuſc. loc. cit.*

(p) *Donat. Tom. p. Par. 2. Tr. 4 Quæſt. 20. Roderic. Tom. 1. q. 48. Art. 3. V. Tertio notandum. Taxeda Controv. Moral. Tom. 5. lib. 3. Tr. p. Controv. 17. n. 8.*

(23) *l. cum precario. la. 2. ff. de Precar. l. cui uſus. §. 1. & 2. l. Et Clienteſ. ff. de Vſu & habit. l. final. ff de Verb. Oblig.*

ut ipſa queat ingredi Clauſtrum ad ſatisfaciendum ſuæ curioſitati; ut communiter accidit, quandò aliqua puella, aſſumptura habitum Religioſum, antequàm ingrediatur Monaſterium, à Matre, ſeù propinquis ad ſpatiandum ducitur ad viſenda loca conſpicua Civitatis.

12 In hoc puncto concordant Doctores, (27) quòd Superior non delinquit, ità ut incurrat pœnas Pontificias, latas contrà introducentes; ſed variant, an delinquat mortaliter, venialiter, vel nulliter. *Rodericus, Io. Crux*, & *Villalob.* citati à *Donato*(28) tenent, quòd ex abuſu ſuæ facultatis Superior peccet mortaliter. *Portellus*, & *Pellizzarius* apud *Antonium à Spiritu Sancto* (29) volunt, quòd, ſi abſit intentio mali finis, nullo modo peccet. *Coriollanus* verò, & *Delbene* apud eundē loco citato volunt, quòd peccet venialiter, & ideò aliquâ pœnâ ſit dignus, & hoc etiam vult *Donatus*. (30)

13 Mihi videtur autem æquior opinio *Portelli, & Pelizzarij*, à quâ non diſſentit *Antonius à Spiritu Sancto*. Etenim multiplicare peccata, ubi evidenter de illis non conſtat, eſt potiorem reddere partem Diaboli, quàm Chriſti, & gravius reddere jugum, & *onus* Chriſti, quod *ſuave, & leve eſt*. In caſu enim propoſito nullam video rationem, per quam concludi poſſit peccatum in Superiore. Siquidèm abuſus poteſtatis ſuæ [ quod eſt fundamentum unicum contrariæ ſententiæ] , tunc eſſet, quandò Superior uteretur ſuâ poteſtate ad alium uſum ab eo, ratione cujus ſibi eſt collata poteſtas; cùm *abuti* propriè ſit *uti re ad alium uſum, quàm in quem ea comparata eſt, ut* vult *Calvinus* in *Lexico*. (31) Poteſtas autem Superioribus data eſt in edificationem tùm Religioſorum, tùm Sæcularium, ipſis obſequia licita præſtando, & illa indulgendo, quæ legibus directò non repugnant; ut etiam ipſi benevolos ſe præſtent ergà Religionem. Undè ſequitur, quòd, ſi Superior rogatus à ſpectabili benefatrice, ut ſibi complaceat, & magis benevolam ergà Religionem reddat, extraordinariam proceſſionem inſtituat; nullo modo poteſt dici, quòd *ſuâ abutatur poteſtate*.

14 Quòd, ſi in Capellâ, ſitâ intrà Clauſtra, in quâ non ſolet Miſſa celebrari, poteſt hæc extraordinariè celebrari ad petitionem alicujus, habentis devotionē ad imaginem illius Capellæ, & poſſunt tali caſu Mulieres Clauſtrum ingredi, ut docet *Lezana*, (32) nec peccat tali caſu Superior, ſic extraordinariè faciens celebrari; videre neſcio, quomodò peccabit Superior ordinādo extraordinariam proceſſionē, in quâ divinæ laudes canuntur ad petitionem ſecularis.

15 Dicetur fortè, quòd nō currit paritas; quià devotio, quæ eſt ex ſe bona, eſt finis celebrationis Miſſæ; & ingreſus mulierum tali caſu eſt occaſionatus; ſed proceſſio non eſt principaliter intenta; imò eſt medium ad ingreſſū Mulieris in Clauſtrū ob merā curioſitatē, quæ de ſe peccatū eſt.

16 Reſpondeo [ quidquid ſit de hâc curioſitate, quæ fortè poſſet ſuſtineri eſſe actum purè indifferentem], quòd Superior cooperaretur illi tantùm materialiter; nullo modo formaliter; ſiquidèm finis Superioris bonus eſt; nempè ut magis benevolam ergà Religionem reddat mulierem illam; cooporans autem materialiter tantùm peccato, non peccat, ut volunt Doctores, (33) ſicùt non peccat, pecuniā recipiens mutuo, & ſolvens uſuras Uſurario; & confitens Parocho ſuo, licèt ſciat, quòd ipſe ſit in peccato, & audiendo confeſſionem, committat ſacrilegium. Proindè concludo, quòd Superior nec venialiter peccet. Et tandem dato, quòd peccaret venialiter, nulla pœna gravis jure poſſet ibi infligi, cùm gravem culpam non commiſerit.

17 Nomine autem Clauſtri, à quo mulieres arcentur, venit *Monaſterium*, ut docet *Spiegelius*; (34) partes autem Monaſterii explicat *Nicolaus III.* in quâdam Decretali (35), ſanciens ſic. *Et nomine Monaſterij volumus Clauſtrum* [ nempè porticus, aut ambulacrum ] *Domos*, [puta, Cellas] *& Officinas interiores*, (puta, Reſectorium, coquinam, Valetudinarium &c.) *intelligi*. Sed ab hâc acceptione non excluduntur Uiridaria, horti, prata, aut ſylvæ; quę uſui *Monaſterij*, & recreationi Religioſorum inſerviunt; hæc omnia enim veniunt nomine *Monaſterij*, & ut plurimùm Clauſurâ materiali, puta, muro ſunt circumſepta. Putavit autem *Donatus* (36), murum ità eſſe de neceſſitate Clauſuræ, ut ſi hortus, ſeù ſylva ſolâ ſepe circumdetur, non poſſit dici *Clauſura*, & ad eam poſſint ingredi Mulieres. Sed eum jure merito carpit *Paſſerinus*, ſecutus *Coriolanum*, (37) qui docet non ſolùm *ſepem*, ſed etiam *foſſam*, aut quodvis aliud ſignum, poſitum ad denotandam *Clauſuram*, ab habente facultatem, puta, à Superiore, determinare ejus limites. Et profectò *Romulus* in condendâ Urbe, ſulco ejus ambitum deſignavit, nullo conſtructo muro; cùmque *Remus*, frater illius ſulcū fuiſſet traſugreſſus, tanquàm violator murorum, ab illo interemptus eſt; ut refert *Livius* (38). Pari modo, ſi Superior, ad quem ſpectat limites Clauſuræ determinare, juxtà Doctores, (39) eam deſignet per foſſam, ſepem, ſeù circumpoſitas perticas, vel alia ſigna, ſi tales limites violentur, incurritur delictum Clauſuræ violatæ, prout declaravit *Sacra Congregat. Epiſcoporum, & Regularium* 13. *Septemb.* 1583. ut refertur à *Lantuſcâ* (40) in ſuo *Theatro*.

18 Hinc apparet, quàm falſa ſit opinio illorum, qui putant, quòd, ſi corruat ex accidenti, aut diruatur murus, ità ut pateat aditus ad hortum, poſſint ideò introduci Mulieres. Quandòquidem, licèt ceciderit murus, manent fundamenta, quæ ſunt limites *Clauſuræ*, jàm poſitæ, quos non poteſt variare Superior localis: & quàmvis per accidens deſierit *Clauſura* materialis, remanet tamen formalis, quæ pendet à deſignatione Superiorum jàm factâ; & ſicut deſignatis limitibus per ſolam foſſam ſtabilita eſt *Clauſura*, ut probatum eſt, ità eadem adhuc formaliter permanet, licèt ejus pars materialis diruta ſit.

19 Quid autem dicendum de hortis, ad quos patet aditus per viam publicam, ſunt tamen *Monaſterio* contigui? Reſpondeo, quòd, ſi tales horti inſerviunt prò recreatione Religioſorum, & ad eos poſſunt intrare nullâ petitâ licentiâ à Superiore, ſunt pars *Clauſuræ*, nec poſſunt ingredi fœminæ. Si verò ad illos non poſſunt accedere Religioſi, niſi petitâ benedictione, & ſocio ſibi aſſignato, prout ſolent, quandò exeunt extrà Conventum, Dico, quòd, quantùmvis ad tales hortos eſſet acceſſus à Conventu per aliū aditū ab eo, qui eſt per viā publicā, poſſe ad illos Mulieres intrare. Ratio eſt; quià tales horti nō ſūt *Clauſura*, ex eò, quòd

(27) *Ant. à Sp. S. loc. cit. n. 670. & ibi Coriolan. Bonac. Sanch. Roderic. Sorb. Portel. Bord. Tom. 2. Reſ. 76. n. 25. Delb. Tom. 1. cap. 19. Dub. 74. n. 19. Pelliz. Tr. 10. cap. 5. n. 47. Donat. T. 1. P. 2. Tr. 4. q. 21. n. 6. Alphonſ. de Leon. de Cenſ. Verb. Mulier. recoll. 4. pag. 361.*

(28) *Roder. Crux. Villalob. apud Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 4. q. 21. n. 7.*

(29) *Port. Peliz. apud Aut. à Sp. S. Direct. reg. Tr. 3. diſp. 6. n. 570.*

(30) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 4. Quæſt. 21. n. final.*

(31) *Calv. Lexic. V. Abuti proprie*

(32) *Lezan. Tom. p. cap. x. n. 12.*

(33) *Major. Adr. Caiet. Nav. Azor. apud. Laim. lib. 2. Tr. 3. cap. 12. n. 4.*

(34) *Spieg. Lexic. V. Clauſtrum.*

(35) *cap. Exiit. §. Denique de Verb. ſign. in 6.*

(36) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 3. q. 5. n. 2. & 3.*

(37) *Paſſer. de Stat. hom. Quæſt. 189. n. 376. Coriol. de Caſ. reſerv. Par 2. Caſ. 3. n. 7.*

(38) *Tit. liv. lib. 1. ad Urb. Condit.*

(39) *Suar. Tom. 4. de Relig. Tr. 8. lib. 1. cap. 7. n. 2. Confet. Theſ. Nald. Lezan. Donat. apud. Paſſerin. loc. cit. n. 379.*

(40) *Lantuſc. Theatr. Regul. V. Clauſura Conventuum.*

Digitized by Google

eo quòd Religioſus abſquè licentiâ, ad illos non poteſt ingredi [quandòquidem, niſi adſit ſpecialis prohibitio, poteſt Religioſus ſinè licentiâ Prælati, per ambitum propriæ *Clauſuræ* ſpatiari], ſi ergò *Clauſuræ* non ſunt, nulla eſt prohibitio, ob quam Mulieres arceantur.

20 Quò ad *Sacriſtiam* diximus ſuprà *nu*. 5. ex Concilio *Arelatenſi* prohibitum fuiſſe Clericis Mulieres admittere; ſed hoc apud Clericos ſæculares deſuevit. Quò ad Regulares, diſtinguunt Doctores de *Sacriſtiâ*, habente ingreſſum à ſolâ Eccleſiâ; & de habente à ſolo Clauſtro; & de habente acceſſum ab Eccleſiâ, & à Clauſtro. De primâ conveniunt omnes, quòd ſit pars Eccleſiæ, & ſicut in Eccleſiâ, ità & in *Sacriſtiam* poſſint intrare Mulieres. De ſecundâ conveniunt pariter, quòd abſquè violatione *Clauſuræ* ingredi non poſſunt. (41) De primâ tamèn *Sanchez*, à quo nõ videtur diſſentire *Lezana*, (42) tenet abſolutè; quòd, ſi non eſt uſus in contrariũ, & ceſſet ſcandalũ, Mulieres non poſſunt intrà *Sacriſtiam* admitti. De tertiâ verò variant Doctores. Et Ego abſolutè dico, quòd admitti non poſſunt, Ratio eſt, quià mens Pontificum, qui ſtatuerunt Clauſuram Regularibus, fuit ad liberandos eos ab inquietudine, moleſtiâ, & periculo Mulierum, permiſſo eo, quod ad ſalutem ſpiritualem earundem conducit; hinc permittuntur ingredi, quandò *verbum Dei* proponitur, & *divina Officia* celebrantur &c. ut dictum eſt. Sed ingreſſus in *Sacriſtias*, ſolam moleſtiam, & periculum poteſt afferre Religioſis, ac nullum profectum ſpiritualem Mulieribus; quià in illis divina non celebrantur; & ſolùm inſerviunt prò ſacrâ Officinâ Religioſorum; undè ſicut ad cæteras Officinas ingredi non poſſunt, ità neque ad *Sacriſtiam*. Nec facit, quòd, cùm ſint contiguæ cum Eccleſiâ, cenſeãtur partes Eccleſiæ: quià etiam Cæmeterium, quod continetur Clauſtro, contiguum Eccleſiæ, ad quod patet aditus per Eccleſiam, poteſt dici, quòd ſit pars Eccleſiæ, nec tamen conceditur, quòd poſſint ingredi Cæmeterium, niſi caſu, quo ſepeliatur cadaver aliquod. Quòd, ſi ingrediantur, dùm Sacerdotes ſe præparant ad ſacrum, infinitas turbationes mentales illis cauſant. Si extrà tempus divinorum Officiorum, infinita pericula, & fortè caſus, & præcipitia Religioſorum producunt. Proindè ablegandæ omninò ſunt à *Sacriſtijs* Mulieres.

21 Concedo quidèm, quòd, ſi *Sacriſtia* ſit ampla, & in eâ adſit Altare, aut Capella, in quâ conſuetè celebretur, & ſepulturæ, confeſſionalia, in illam poſſint ingredi fœminæ, prout cum *Sanchez*, & *Roderico* firmat *Donatus*. (43) Tamen hoc limito, quandò divina ibi celebrantur, & Sacramenta miniſtrantur. Sicut enim ad hæc poſſunt ingredi intrà Clauſtrum, ità & ratione iſtorum poſſunt ingredi ad talem *Sacriſtiam*. Sed tali ratione, & tempore ceſſante, abſolutè dico, quòd ingredi, aut admitti nõ poſſunt.

22 Delinquunt autem Religioſi, qui Fœminas, *introducere*, vel *admittere præſumunt* intrà Clauſtra, prout ſonat Motus proprius *B. Pij V*. Et hæc bene ſunt explicanda, nàm ab his dependet reſolutio, ut plurium caſuum circà hanc materiam.

23 Primum autem eſt, quid importet *præſumere*: & dico, quòd importat ſcientiam, advertentiam, & dolum; ità ut idem ſit, quòd audere, vel tentare, ut argumento cujuſdam Canonis, (44) interpretatur *Calvinus*. Undè univerſaliter, quandò in Bullis infertur aliqua pœna contrà eos, qui aliquod facere *præſumpſerint*, intelligitur de illis, qui voluntariæ, appenſatè, plenè, directè cum ſcientiâ præcepti, pœnæ, & ex dolo, delinquunt, ut poſt *Bonacinam*, & alios à ſe citatos firmat *Sanctorus*; (45) Proindè, qui cum ignorantiâ juris, aut facti, aut cum opinione probabili; aut cum credulitate, quæ dolum excludat, ut aliâs probavimus, (46) delinquit, non dicitur *præſumere delictum*, & ità non eſt locus pœnæ ordinariæ. Si ergò Superior aliquis introduceret Mulieres in hortum, ſolâ ſepe cinctum, aut in *Sacriſtiam*, quæ habeat etiam aditum ad Clauſtrum, fultus auctoritate Doctorum, qui ſcribunt, *hoc licere*, non diceretur *præſumpſiſſe introducere*, quià operatus eſſet cum opinione probabili, & ſic non deberet puniri pœnâ ordinariâ. Et hoc quidèm veriſſimum eſt in puncto juris, & in foro conſcientiæ ſuffragatur; ſed in foro fori puto, difficulter inveniret Judices, qui hoc admitterent, niſi amicitiâ ergà illum eſſent præventi.

24 Secundum autem eſt *introducere*. Hoc autem verbo comprehenditur omnis actio, quæ activè influit in ingreſſum Mulierum in Conventum; ut invitare, conſulere, approbare, hortari, monſtrare iter, auferre impedimenta, aperire januam fœminabus, ut intrent; & hoc non ſolùm per ſe faciendo, ſed conſulendo, hortando, mandando alteri, ut introducat. Et licèt lex pœnalis jubens aliquid contrà facientes, non comprehendat mandantes, conſulentes, aut adiuvantes, niſi hoc in eâ exprimatur, tamen hæc lex poſſet eludi (quià poſſet Prælatus mandare Laico, in quem non poteſt cadere ſuſpenſio à divinis, nec privatio Officij, ut Fœminas introduceret), ideò etiam de conſulentibus, & mandantibus debet accipi prohibitio, ut optimè *probat Donatus* (47), iſti enim, verè dicuntur *introducere*; nempè habere influxum activum in ingreſſu mulierum, facto, aut verbis. Proindè, qui diceret fœminæ, *pœnas appoſitas contrà mulieres ingredientes, eſſe comminatorias tantùm aut quòd multa alia mulieres aliàs, ſunt ingreſſa; aut laudaret pulchritudinem Conventus, Viridarij &c.*, ut mulieribus augeretur curioſitas intrandi ad videndum; aut quòd *intrans ex purâ curioſitate non peccat niſi venialiter &c.* in ſumma ſi aliquis, datâ operâ, ità loquitur, quòd à tali ſermone diſponitur mulier ad intrandum, iſte optimè diceretur fœminas *introduxiſſe*, ad earum enim ingreſum influxiſſet.

25 Tertium eſt *admittere*. Hoc autem varias recipit interpretationes in jure, ſecundùm varietatem locutionum, in quibus reperitur. Aliquandò enim ſignificat *aſſumere*, & ſic dicimus *admittere ſocium*. Aliquandò *probare*; ut *admittere excuſationem*. Aliquandò *tolerare*; ut *admittere querelam*. Aliquandò *adgnoſcere*, & *accipere*, ut *admittere poſſeſſionem bonorum*. Aliquandò applicare; ut *admittere aſinum in equas*, ut habetur in quâdam lege (48). Aliquandò *comittere*, ut *admittere ſcelus*, *admittere homicidium* (49). Aliquandò *inferre*, vel *facere*; ut *admittere vim*. (50)

26 In proprio autem ſignificato *admittere* idem eſt, quod *recipere*, ut miſſum in poſſeſſionem, *admittere* hoc eſt *recipere*, ut habetur in digeſtis: (51) & etiam ſignificat

Gg 3 concedere,

(41) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tract. 4. Quæſt. 12. & ibi Sorb. Add. V. ingredi Monaſter. Peyrin. ad Conſt. 6. Iul. 2. n. 12. & ibi Crux. de Stat. Relig. cap. 5. dub. 1. Lãtuſc. loc. cit. n. 2. & ibi Bonac. de Clauſ. q. 5. Pun. 1. A. Sp. S. Tr. 3. diſp. 6. n. 699. & ibi Delben. Tom. 1. cap. 19. dub. 77. Bordon. Tom. 2. Reſol. 76. n. 6. & 36.*

(42) *Sanch. in Decal. lib. 6 cap. 17. n. 17. Lezan. Tom. p. cap. 10. n. 11.*

(43) *Sanch. Roder. apud. Don. Tom. 1. Par. 2. Tr. 4. q. 12. n. 2. & ſeqq.*

(44) *cap. ſed nec. Ne Cler. vel Monachi. Calvin. lexic.*

(45) *Sanctor. de Pœn. cap. 6. Quæſt. 2 difficult. 3. V. Reſpondeo ſecundo. fol. 246. & ibi Suar. Molin. Fillinc. apud Bonacin. de Cenſur. in Commun. diſp. 1. q. 1. Pun. 3. n. 18. in fin.*

(46) *Par. p. Tit. Patronus n. 126.*

(47) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 4. Quæſt. 5.*

(48) *l. Si quis uxori. §. Si quis Aſinum. ff. de Furt.*

(49) *l. Divus ff. de Offic. Præſid. l. ſpurij in princip. ff. de Decur.*

(50) *l. Item ſi cum. §. 2. ff. Quod met. cauſ.*

Digitized by Google

*concedere*, aut *permittere*, proindè adſtantes, & cuſtodientes cubiculum Principis, qui januam reſerabant cubiculi, & *admittebant* eos, qui volebant ſalutare, aut adorare Principem, vocabantur *admiſſionales*, de quibus loquitur *Lampridius in Alexandro*, *Notitia Romani Imperij*, & quædam lex (52) Codicis; & eorum officium vocabatur *Officium admiſſionum*, ut ex quâdam lege obſervat *Briſſonius*. (53)

27 Ex his ergò duobus poſtremis ſignificatis habetur, in quo ſenſu accipiatur in prædictâ Bullâ *admittere fœminas*; importat enim *recipere, concedere*, aut *permittere* auctoritativè, ut mulieres intrent. Porrò nullus poteſt ſic auctoritativè *admittere*, niſi qui ex officio tenetur prohibere: puta *Prælatus*, & *Ianitor*; *Prælatus* quidèm, quià ad eum ſpectat, ut in ſuo Conventu Conſtitutiones Apoſtolicæ ſerventur: *Ianitor* autem, quià ad eum ſpectat januam cuſtodire, nè intrent, qui intrare non poſſunt, & eijcere eos, ſi intraverint; & ſicut Oſtiarius hæc præſtare tenetur reſpectu Eccleſiæ, ut dicunt Canones (54), ità idem faciendum eſt à *Ianitore* reſpectu Conventus; ad hoc enim inſtitutus eſt ex Decreto *Clementis VIII. de Reform. Regular*.

28 Deducitur igitur ex his, quòd *introducere* fęminas poteſt competere tùm Superiori, tùm ſubditis, qui poſitivè influunt in earum ingreſſum; *admittere* autem non cadat niſi in *Superiore*, *Ianitore*, ſivè *Sacriſtâ*, cujus etiam eſt oſtium Sacriſtiæ cuſtodire. Porrò hi delinquunt omittendo, quod præſtare debent, puta, non claudendo januam; aut non reſiſtendo, nè intrent; aut non expellendo, ſi jam intraverunt. At quomodò reſiſtere, aut expellere debent? Dico, quòd non tenentur reſiſtere, aut expellere, niſi verbis, non autem facto violento; quià non eſt modo militari, aut caſtrenſi cuſtodiendum *Monaſterium*; ſed modo Religioſo, puta, rogando, nè intrent; intimando illis excommunicationem, repræſentando offenſam Dei; claudendo oſtia, quæ ducunt ad Dormitoria, interius Clauſtrum, hortum, aut officinas. Si enim vellet cum impetu trudere, aut apprehenſas per brachia foràs trahere jàm ingreſſas; aut arrepto baculo percutere, ut exeant, peſſimè faceret; & non rarò orta ſunt ex tali indiſcreto zelo accidentia funeſta; & Religionibus valdè nociva. Sufficit, verbis, ut diximus, reſiſtere, & januam claudere, ſi hoc poteſt abſquè violentiâ, ut dici verè poſſit, quòd non *admiſerit*.

29 Quid autem, ſi Religioſus aliquis, qui nec *introduxit*, nec *admiſit* fęminam, ex improviſo eam obviam habet, ſalutat illam ex urbanitate; eamque comitatur ex decentiâ ſtatus illius per Conventum, incideret nè in crimen *introductionis*, aut *admiſſionis*?

30 *Donatus* (55) tenet affirmativè, quià dicit, quòd ex *Calepino* habetur, quòd inter cætera ſignificata, *admittere* importat aſſociare; & prò ſuâ ſententiâ citat *Navarrum*, *Sorbum*, *& Rodericum*; ſed immeritò, neque enim *Calepinus*; nec citati Auctores hoc habent. Dico ergo, quòd ſi ſalutat tantùm, & comitatur ob urbanitatem, non incurrit; quià, cùm non habeat influxum activum in ingreſſum illius; nec ex officio ſpectet ad eum impedire, aut expellere, dici non poteſt, quòd *introducat*, ſeù *admittat* fęminam, proindè non delinquit.

31 Si autem monſtrat iter eundi per Conventum fęminæ, jam ingreſſæ; reſerat oſtia clauſa, ut poſſit intrare ad officinas; detinet in obſervandis picturis; parat cibos, aut potum prò illâ; in ſumma, ſi aliquod facit, ob quod fęmina diutiùs maneat in Conventu, quàm aliàs feciſſet ſinè talibus actibus, circà ſe præſtitis, Dico, quòd ille delinquit. Ratio eſt, quià improbabilis prorsùs eſt opinio *Sanctij*, *Pelizarij*, *& Delbene*, quam recitat, & ſequitur *Antonius à Spiritu Sancto* (56), qui dicunt, quòd, ſi Religioſus cauſa ſit, quòd fęmina ingreſſa licitè, detineatur diutiùs intrà Clauſtra, abſolutâ proceſſione, occaſione cujus ingreſſa eſt; peccet quidèm mortaliter, ſed non incidat in Bullam; quià hæc tantùm vetat ingreſſum, ſed non permanentiam in Clauſtro.

32 Etenim, ſi peccat mortaliter, ut concedis, rogo, contrà quam legem facit? Certè debes dicere, quòd contrà prohibitionem Bullæ, non enim invenietur alia lex, quæ vetet Religioſis admittere fęminas intrà Clauſtra, ultrà Bullam *Pij*, *& Gregorij*; ſed hæc per te, vetat ſolùm ingreſſum, & non permanentiam, ergò aut non peccat mortaliter; aut peccat contrà Bullam, & eſt illius Reus incurrendo cenſuras. Sed peccat mortaliter, quià Bulla principaliùs intendit vetare tàm permanentiam, quàm ingreſſum in Monaſterium. Notum enim in jure eſt, quod ex proemio legis colligitur ejus cauſa finalis, & principalis intentio legiſlatoris, ut Doctores (57) communiter firmant. Videamus nunc intentionem *B. Pij V.* in proemio Bullæ *Regularium perſonarum &c.* ſic enim ait, *Religioſarum perſonarum quieti conſulere cupientes, ad ea removenda, quæ religioſum earum propoſitum impedire poſſunt, curam noſtram intendimus; ut nullâ re, quæ ea à divino cultu avocet prædicta Regularia inſtituta, tranquillis mentibus gratum Altiſſimo impendere poſſint famulatum*. Mens ergò illius fuit providere quieti Religioſorum, vetando ingreſſum fęminarum intrà earum Clauſtra; ſed religioſa quies non turbatur per momentaneum ingreſſum in *Clauſuram*, ſed per fęminarum in eâ permanentiam; ergò prohibitio non eſt ſolùm in ingreſſu, nec conſiſtit in indiviſibili, ſed potiùs eſt in permanentiâ, & commoratione. Et re verâ, ſi poſſet ſuſtineri ſupradicta opinio, poſſet Regularis mulierem ingreſſam occaſione proceſſionis, in aliquâ Camerâ retinere, & cum eâ cubare, abſquè eò, quòd incurret cēſuras Bullæ. Et quis ſanæ mentis concederet hoc?

33 Sequitur igitur ex allatâ doctrinâ, quòd ità delinquit, qui actualem influxum habet in permanentiâ Mulieris intrà Clauſtra, ſicut qui influit in ingreſſum; undè concludendum, quòd faciens aliquod ex ſupradictis actibus, ob quod fęmina, ingreſſa aut licitè, aut illicitè, diutiùs moretur in Conventu, quàm aliàs fuiſſet commorata, re verâ incidit in crimen contrà introducentes. Excipio tamen ſi eſſet mora ità brevis, quæ judicio viri prudentis poſſet dici parva; tunc enim ratione parvitatis materiæ excuſaretur à peccato, & Cenſurâ, pròut tenet cum ſupradictis *Antonius à Spiritu Sancto*, loco citato.

34 Nunc dicendum de *Clauſurâ Sanctimonialium*, & ejus violatione. *Clauſuram Monialium* non eſſe de jure naturali, aut divino, contendit *Rodericus*, (58) ſed hoc non tàm faciliter admitterem, attentâ doctrinâ, quam circà *Clauſuram* Religioſorum tetigimus ſuprà *nu. 2.* in fine. Et in veteri lege reperimus mulieres Religioſas Clau-

(52) *l final. §. Et eſt notitia. C. de diver. Offic. & Apparis. lib. 12.*
(53) *l. de Cubiculis. C. de Privil. eo. qui in ſacr. palat. Briſſon. apud Calvin. Lexic. V. Admiſſionum Officium.*
(54) *cap. Cleros. in fin. diſt. 21. cap. Perlectis. 25. diſt. Conc. Tolet. 8. Conc. Aquiſgran. ſub Ludovic. Pio. cap. 2.*
(55) *Donat. Tom. 1. Par. 2. Tr. 4. Quæſt. 6. n. 2. & ſeqq.*
(56) *Ant. à Sp. S. direct. Regul. Tr. 3. diſp. 6. ſect. 5. §. 4. n. 674.*
(57) *Bart. in l. Cum ij. n. 4. ff. de Tranſact. Bald. Oldrad. Lap. Alex. Anchar. Bero. Barb. Soc. Roman. Abb. apud Toſc. lib. P. Concl. 892. n. 2.*
(58) *Roderic. Q. Q. Regular. Tom. 1. Quæſt. 44. Art. 1. in init.*

Digitized by Google

clauſtraliter viventes circà Tabernaculum Domini, ut habetur ex libro *Exodi*, & primo *Regum* (59), quæ erant, ut noſtro tempore ſanctimoniales, ut obſervat *Cornelius*, quas pollutas ſacrilegè à Sacerdotibus *Ophni*, & *Phinees* fuiſſe, ſcriptura commemorat; ob quod nefandiſſimum ſcelus fuerunt unâ die ambo occiſi. Itemque ex libro *Iudith*, *quarto Regum*, & ſecundo *Machabæorum* (r) idem colligitur, ut ſcribunt multi Doctores (ſ), quidquid in contrarium ſcribat, poſt nonnullos Doctores, (t) *Donatus*.

35 Quidquid autem ſit de hoc, conſtat, *Clauſuram Monialium* à tempore primitivæ Eccleſiæ fuiſſe inſtitutam; Etenim *S. Martha*, quæ Dominum ſuſcepit hoſpitio *in locum à viris remotum* (ſcilicèt Monaſterium) *cum aliquot honeſtiſſimis fœminis ſe recepit apud Taraſcum in Galliâ*, ut habetur in Breviario Romano (60), Anno 348. in primo Concilio *Carthaginienſi* ſub *Iulio I. Papâ*, fuit per Patres decreta *Clauſura Monialium*: & denuò innovata in Concilio *Carthaginienſi* tertio, anno Chriſti 390. ſub *Syricio Papâ*: ut habetur in primo Tomo Conciliorum: & ſæpiùs poſtindè à *S. Gregorio Papâ* (61) decreta fuit circà annos 600. iterumque innovata in Concilio *Cabilonenſi tertio cap.62. anno* 813. ex poſt à *Bonifacio VIII.* per ſuam Decretalem (62) ſub gravibus cenſuris ſancita: ſed, cùm prædicta Decretalis non fuiſſet uſu recepta, (63) ut multi ſcribunt, tandèm Concilium *Tridentinum* (64) ſupramemoratam Decretalem *Bonifacii* innovavit, & perpetuam Clauſuram Sanctimonialibus indixit; quam poſteà *B. Pius V.*, *Gregorius XIII.*, & *Paulus V.* per ſuas Bullas (q) confirmarunt.

36 Porrò contrà hanc poteſt dupliciter delinqui, puta, per exitum Monialium, & per introitum perſonarum prohibitarum. Quò ad primùm, non multum immoror, cùm communiter ſcribentes ad ſatietatem materiam hanc pertractent, ad quos lectorem ablego. Quò ad ſecundum, prohibitio, quæ eſt prò fœminis, ut ingredi non poſſint in Monaſteria virorum, eadem eſt prò viris, & Mulieribus, nè valeant ingredi in Monaſteria Monialium; & eo modo, quo delinquunt Religioſi introducendo, ſivè admittendo fœminas, eodem prorſus delinquunt Moniales reſpectu quorumcumque, ut dicunt jura, & *Doctores* (65), quod autem ſuffragatur prò licito ingreſſu mulierum intrà Clauſtra Religioſorum, ut quandò divinæ officia ibi celebrantur; non valet, ut perſonæ prohibitæ intrent Monaſteria Sanctimonialium; ſed hoc permittitur tantùm perſonis neceſſariis juxtà indigentiam Monialium, de quibus paſſim Doctores de *Clauſurâ* ſcribentes, apud quos cuique obvium eſt invenire qualitates perſonarum, caſuum, licentiarum, & formæ, juxtà quam permittitur ingreſſus.

## Probatio.

### SUMMARIUM.

37 *Probatio hujus delicti pendet à Teſtibus, ut in delictis facti tranſeuntis.*

38 *Dubium practicabile.*

39 *Opinio Sanctori.*

40 *Impugnatur Sanctorus.*

*Religioſus meditans fugam, poteſt capi à Fratribus.*

*Pariter ad impediendos ulteriores actus carnales cum fœminâ introductâ.*

41 *Superior monitus, fœminam introductam detineri in Camerâ Religioſi, tenetur ad recognoſcendum corpus delicti per* viſum, & repertum.

42 *Inſtructio charitativa prò Superioribus in tali caſu.*

43 *Si Reus talis delicti eſt malè diffamatus de ſpurcitiis carnalibus, debet omninò deprehendi.*

44 *Si introductio fœmina eſt pluribus nota, quid agendum à Superiore?*

45 *Quid juris, ſi Superior ipſe eſſet Reus de introductione?*

*Succedens de jure Superiori in regimine Conventus, praſtare tenetur ea, quæ Superior tali caſu facere deberet.*

*Papa hæreticus judicandus à Concilio.*

46 *Subditi conglobati non poſſunt tali caſu irrumpere in Cameram Superioris, ut fœminam introductam deprehendant.*

*Exercens aliquid, ad quod non habet facultatem, eſt uſurpator alienæ juriſdictionis.*

*Uſurpatio rei alienæ cenſetur furtiva.*

*Uſurpans jus Superioris, committit crimen læſæ Majeſtatis.*

*Subditi aliquandò poſſunt ſupplere negligentiam Prælati.*

47 *Sanctorus denuò impugnatur.*

37 PRobatio autem hujus delicti, eò quòd eſt facti tranſeuntis, pendet à Teſtibus, prout de delictis, non relinquentibus veſtigium poſt ſe, aliàs diximus. Poteſt tamen dari caſus, quòd Judici etiam de corpore delicti conſtare poſſit; prout eſſet, ſi *Caius* accuſaretur habere mulierem occultatam in ſuâ Camerâ, & Judex, accuſatione receptâ, pergeret ad recognoſcendum corpus delicti.

38 Dubitatio autem non levis circà hunc caſum, de facili practicabilem eſſe poteſt; ân caſu, quo aliquis Religioſus Mulierem in Conventum introduxiſſet, & in ſuâ Camerâ, aut alio loco Conventus reconditam haberet, Superior localis teneretur cum Diſcretis Conventus ſe conferre ad viſitandum corpus delicti? Et quid juris, ſi Superior ipſe eſſet Reus de hoc? An ſibi ſuccedens in officio, deberet monitus de hoc, talem viſitationem inire?

(59) *Exod.cap.34. V.8. P.Reg.cap.2. V.22. ubi Cornel.à lapid.*

(r) *Iudit.cap.8. V.5. lib.4. Reg.cap.11. V.2. lib.2. Machab.cap.3. V.19.*

(ſ) *Toſtat.in lib.1. Reg.cap.2. q.12. Canis de Deipar.lib.2. cap.12. Baron. in Apparat. ad Annal. Eccl. §. ſi fidem Tamburin. de Iur. Abbatiſſ. Diſp.18. q.2. apud Lezan. Summ. V. Clauſura num. 5.*

(t) *Navar.Roderic. Mirand. Suar.Sanch. Gibal.apud Donat.Tom.3.Tract.3.q.2.num.2.& 28.*

(60) *Breviar.Rom.in offic.S.Marthæ lect.6.*

(61) *Gregor.Papa Regiſtr.lib.3. Epiſt.9. & lib.7. Epiſt.9.*

(62) *cap.Periculoſo de Stat.Regular.lib.6.*

(63) *Gabriel in 4. diſt.38. Caietan. in Summ.V. Monachi, & Moniales Io.Andreæ.in cap.Periculoſo de Stat.Regular.in 6.apud Roderic. Tom.1. Quæſt.44. art.2. init.*

(64) *Concil.Trident.ſeſſ.25.de Regular.cap.5.*

(q) *B.Pius V.Conſtit.circà Paſtoralis.Calend.Iunii 1566. & Conſt. Decori, & honeſtati ann.1570. Gregor.XIII. Conſtit.Uti gratiæ. Paul.V.Conſt.Monialium Bullar. Cherub.Tom.2. & 3.*

(65) *cap.Periculoſo de Stat.Regular. Trident ſeſſ.25.cap.5.B.Pius V.Gregor.XIII. Paul.V. Bull ſupracit. Suar.Tom.4.de Relig. Tr.8. lib.1. cap.10. Sanchez lib.6. Decal.cap.16. per tot.apud Lezan.Tom.1. cap.25. nu. 24. Alexand.VII.Conſt. Felici.13. Cal.Novemb.1664.Lantuſc.V.Moniales num. 3.*



Digitized by Google

39 Reſpondeo. **Sanctorus** (66), loquens de habente fęminam in Camerâ, quam ſecretò vellet emittere, aut ipſe fugam arripere, dicit, quòd non poteſt capi à Fratribus, quià delictum eſt jam conſummatum, & fratres non habent jus, niſi impediendi accinctum ad delinquendum; & hoc multò fortiùs, ſi Superior eſſet in hoc delinquens. Et coherenter ad ea, quæ circà hoc ſcribit, haberet reſpondere ad propoſitam dubitationem, quòd Superior localis non poteſt, & multò fortiùs non tenetur inquirere per ocularem inſpectionem de conſtantiâ corporis delicti hujuſmodi: & multò minùs hoc poſſent ſubditi, ſi Superior haberet fęminam in Camerâ.

40 Sed tanti viri pace, talis reſolutio non eſt probabilis. Concedo enim, quòd, ſi delictum irreparabiliter commiſſum eſt, non poſſunt fratres delinquentem apprehendere, ſi non adſit juſtus timor fugæ; ſed nego, quòd, ſi frater, qui detectus eſt fęminam habere, meditatur fugere, non poſſit à fratribus carcerari; fuga enim ipſius novum delictum eſt, ad quod impediendum, poſſunt fratres Reum carcerare ex doctrinâ ipſius *Sanctori*, & ex eo, quòd circà hoc aliàs (67) abundè ſcripſimus. Imò ſi in primâ, vel ſecundâ horâ noctis introduxit mulierem, & etiam cum eâ cubat, licèt ſit conſummatum delictum quò ad introductionem; & fortè etiam ad unum, aut alium actum adulterii; non tamen eſt conſummatum reſpectu aliorum actuum, qui probabiliſſimè judicantur ſecuturi in progreſſu noctis, niſi impediatur.

41 Dico igitur, quòd, ſi Superior eſt admonitus à pluribus fratribus, quòd *Caius* habet fęminam introductam, non ſolùm poteſt, ſed tenetur ire cum Diſcretis ad recognoſcendum, & probandum corpus delicti. Ratio invincibilis eſt (ſaltem apud Nos), quòd Superior tenetur deſcribere corpus delicti, præſentandum Provinciali, quandò, niſi in inſtanti caperetur informatio, ejus cognitio deperiret, vel non ità clarè appareret, prout habet Textus (68), & Nos ibi explicuimus. Patet autem, quòd non ità clarè conſtat per Teſtes corpus delicti, & maximè de nocte, ſicut per actualem, & juridicam viſitationem per Viſum, & repertum. Militant enim multæ exceptiones contrà perſonas, & dicta Teſtium, & modum, quo potuerint certò ſcire, in tali Camerâ fuiſſe fęminam, & non potiùs virum in habitu fęminæ &c. ob quas exceptiones obnubilatur claritas probationis corporis delicti, ob quam aut totaliter deſtruitur proceſſus; aut Reus pęnam ordinariam evadit. Hoc periculum autem ceſſat, ſi Superior localis, qui habet, & jus, & obligationem deſcribendi corpus delicti, ipſum juridicè viſitat, Teſtibus neceſſariis adhibitis. Tenetur pariter ex alio principio ſuprafacto, puta, ad impediendos actus fornicarios, qui ſequentur in nocte, ſi ſinatur Reus quietè cubare cum fęminâ.

42 Verum circà hunc caſum practicabilem, Superiorem deſidero charitativum, & prudentem. Charitatem in hoc habeat, ut honori fratris, & etiam fęminæ, qui fortè ex fragilitate deliquerunt, proſpiciat. Proindè, ſi ab uno ſolo fratre, & ſecretò admonetur, quòd fęmina in Conventu eſt, non excitet, aut convocet fratres dormientes, ut ſecum conveniant ad deprehendendum Reum in flagranti, ut faciunt nonnulli Superiores fatui, & impetuoſi, maximè quandò Reus eſt ex oppoſitâ factione, aut ex aliâ cauſâ ſibi incurſus. Sed pallio charitatis vulnus proximi protegat, Præcipiat fratri, qui eum admonuit, ut vadat cubitum; nec hoc ulli alteri pandat; dicendo ſe circà hoc præſtaturum, quæ ſui muneris ſunt. Tunc ſolus vadat ad Cameram, in quâ eſt mulier; admoneat fratrem, ut illicò expellat. Si hoc non poteſt, quià januæ Conventus ſunt clauſæ, avocet fratrem à tali Camerâ, & in eâ claudat ſolam fęminam, & fratrem ſecum abducat, nè detur novo peccato locus; & ità ſecretò in manè dimittat.

43 Hoc autem ſuadeo caſu, quo Reus aliàs eſſet homo bonæ famæ, de quo aliàs malum auditum non eſt; & ex fragilitate peccavit. Sed, ſi frater relaxatus eſt, mali nominis, & de eo multa in hâc materiâ audita ſunt, ſed ex ſummâ vafritie ſuâ, quâ delicta texit, non potuit caſtigari, tali caſu impietas eſt eſſe pium, & crudelitas eſt eſſe charitativum. Contrà tales peſtes Religionis, ſumma charitas ergà Ordinem eſt juſtâ animadverſione procedere, & arripere oblatam occaſionem, ut pęnas, quas prò tot aliàs malefactis effugit, luat.

44 Si autem duo, aut tres fratres deferant Superiori fęminam eſſe in Conventu; non eſt ampliùs locus tegendo delicto; ſed debet Superior de veritate inquirere, & factum deſcribere. Vocare faciat Diſcretos Conventus, coràm quibus renovetur delatio Accuſatorum; tùm conſilium ineant, àn actus prudentialis ſit, Cameram delinquentis viſitare, & in caſu, quòd nolit aperire, violenter oſtium aperire. Poteſt enim eſſe, quòd Reus arma habeat, & ingredi volentem mutilet, aut occidat; aut ex eo, quòd videt ſe deprehenſum in fragranti, actus in rabiem, aut deſperationem, arma miniſtrante furore, mortaliter aliquem percutiat, aut vulneret. Si hoc probabiliter ſequi poteſt, ſatiùs eſt prò tunc diſſimulare, donec dies illuceſcat; interimque oſtia Conventus, cuſtodibus appoſitis, cuſtodire; & orto ſole, viſitationem debitam facere, eamque deſcribere, juxtà formam aliàs (69) datam circà deſcriptionem corporis delicti.

45 Quòd, ſi Superior ipſe Reus ſit, eadem præſtare debet, qui ſibi ſuccedit in Regimine. Superior enim tali caſu excommunicatus eſt ipſo facto, & privatus officio; & quàmvis requiratur prò foro externo ſententia, tamen evidentia delicti ſupplet declaratoriam Judicis; proindè, cùm de Superiore factus ſit ſubditus, ſuccedit alius, qui debet idem præſtare, quod facere tenetur Superior reſpectu ſubditi. Neque hoc ſapit rebellionem, ut autumat **Sanctorus**. Etenim **Summus Pontifex** caput eſt, & Superior totius Eccleſiæ, & ipſe omnes judicat, à nemine autem judicatur; tamen, ſi eſſet notoriè contumax in hæreſi, prout habet quoddam capitulum, (70) & dicunt Canoniſtæ, (71) poſſet judicari à Concilio, quod tali caſu non poſſet dici rebelle in *Papam*; & ratio ad hoc tacta per quandam *Gloſſam* (72) eſt, quià ipſe delicto ſuo deiicit à culmine poteſtatis, & deficiens à fide per hæreſim, deſinit eſſe caput totius Eccleſiæ, & ideò judicari & puniri poteſt, ſicut quivis alius ſubditus Eccleſiæ. Ità eſt in caſu. Superior enim (ex quo notoriè committit crimen, cui ipſo facto adnexa eſt maior excommunicatio, & privatio officii) ipſe facto ſuo ſe deponit, & notorietas criminis ſupplet declaratoriam Judicis; nèc ampliùs

(66) *Sanctor. de Pan. cap. 8. Quæſt. 8. fol. 360.*
(67) *Par. p. Tit. Delictorum num. 13.*
(68) *Pract. crim. Par. p. Tit. delictorum §. final. in fin.*
(69) *Par. 2. Sect. 3.*
(70) *cap. Si Papa. 40. Diſt.*
(71) *Abbas. in cap. Quanto nu. 10. de Translat. Epiſcop. ubi Zachar. Add. lit. A, & ibi Archidiacon. in cap. Qui contra pacem 24. q. 1. Felin. in cap. Cum quidam Col. 2. V. Secunda declaratio. de Iure ju. Panormit. in cap. ſignificaſti nu. 3. de Elect.*
(72) *Gloſſ. in cap. Si Papa in V. A fide devius. in fin. 40. Diſt.*

Digitized by Google

pliùs eſt Superior, ſubditi autem qui ſciunt evidenter illum eſſe excommunicatum, poſſunt non communicare ſibi, prout ſcribit *Suarez de Cenſuris*, & alii (u); proindè non tenentur illi obedire; undè contrà ipſum non committitur tali caſu rebellio. Quòd ſi concedit *Sanctorus*, poſſe ſubditos impedire Superiorem, peccare volentem, & etiam ipſum carcerare, ſi eò amentiæ deveniret, ut vellet res Conventus perdere, nec dicerentur rebelles; quomodò dici debebunt tales, ſi deprehendendo ipſum in flagranti crimine, curant, nè ulteriùs peccet fornicando, & ut juridica capiatur informatio de conſtantiâ corporis delicti?

46 Verum eſt, quòd hoc ſpectat ad Vicarium Conventus, ſivè alium, qui Superiori locali ſuccedit in regimine; etenim ipſius debitum eſt corpus delicti deſcribere, & crimina fratrum impedire, quandò quidèm ad ipſum devoluitur poteſtas directiva Conventus. Undè non poſſunt ſubditi ex ſe conglobati pergere ad Cameram Superioris, & ejus oſtium per vim deiicere, ut intrent ad videndum corpus delicti, aut ulteriores fornicationes prohibendum. Etenim hoc ſpectat ad Superiorem; & contrafaciendo, ſubditi delinquunt, tanquàm uſurpatores alienæ facultatis, & juriſdictionis; exercerent enim id, ad quod non habent poteſtatem; (73) undè cenſerentur fures alienæ auctoritatis, omnis enim illicita uſurpatio rei alienæ cenſetur furtiva, ut ex jure (74) deducit *Antonius Franciſcus*, addens ad *Abbatem* (75), & quemadmodùm qui bona etiam temporalia Eccleſiæ invadit, ſacrilegus eſt, (76) ità, qui uſurpat jus Superioris, fit Reus læſæ Majeſtatis; quià præripit id, quod ſolius Principis eſt. Debent ergò convenire ad Superiorem, ut hoc agat, quod leges volunt; quòd, ſi ipſe negligat facere, quod tenetur præſtare, tunc ejus negligentia ſuppleri poteſt per ſubditos; (77) ſicut negligente *Sacerdote*, & *Levitâ*, curare vulnera ſauciati à latronibus, *Samaritanus* ea allegavit, ut dicitur in *Evangelio S. Lucæ cap.* 10.

47 Quod autem ibi in fine concludit *Sanctorus* (78), quòd, ſi fratres omnes Conventus Superiorem deprehenſum in flagranti illo delicto accuſarent, ex tali accuſatione nequiret ille conſtitui, nec ordinariâ pœnâ puniri à Provinciali, caret prorſùs probabilitate; & miror hoc à calamo doctiſſimi viri excidiſſe. Quoniàm, quandò crimen notorium eſt, nullâ indiget probatione per Teſtes; & tunc notorium eſt reſpectu Conventus; quandò omnes de Conventu hoc ſciunt, quià viderunt. Ad quid ergò ulteriores probationes requiruntur? Quià omnes accuſatores ſunt? Nego hoc; primus enim tantùm cenſendus eſt accuſator, & cæteri Teſtes. Sanè in Inquiſitione Generali juridicâ, ſi omnes examinati deponunt uniformiter de crimine *Caii*, omnes erunt accuſatores, ſivè denunciatores, proindè ſecundùm te, aliundè petendæ ſunt probationes, illi nempè, cùm denuntiatores ſint, non probant; & ſic crimen notorium erit, & probatum non erit. Quis concedet hoc? Dico igitur, quòd optimè tali caſu, poteſt Provincialis pęnâ ordinariâ Reum punire, & ille non deberet conſtitui, niſi ut producat jura ſua, ob quæ pęnam ordinariam ſubire non debeat, ſicut in notoriis fit, ut aliàs diximus. Quòd, ſi Reus obnubilet notorietatem per aliquam legitimam exceptionem, debet Judex telam ordinariam judicii ordiri; in quâ primus, qui oretenus, aut ſcripto accuſavit cenſendus eſt accuſator, ſeù denunciator, cæteri autem Teſtes; ſicut ſuccedit in denunciantibus Confeſſarium de ſollicitatione; primus enim habetur ut accuſator, & reliqui ut Teſtes, licèt ſint de actibus diverſis. Quòd, ſi Reus excipiat de conſpiratione ſubditorum, hæc, cùm ſit quid facti, non præſumitur, ſed debet ab ipſo probari.

(u) *Suar. de Cenſur. Sylveſt. V. Hæreſi* 1. *nu.* 14. ℣. 11. *Bannes Valent. & alii apud Farinac. q.* 189. *num.* 66. *Theſaur. de Pœn. Par.* 1. *cap.* 7. ℣. *Sed tertia.*

(73) *D. Thom.* 2. 2. *q.* 60. *art.* 6. *Navar. comment. Rubr. de Iudic. nu.* 68. & 69.

(74) *§. Item obiicitur. cap. Pœnale* 14. *q.* 5. *cap. Meretrices* 32. *q.* 4.

(75) *Anton. Franciſc. Add. ad Abbat. in cap. Conqueſtus* ℣. *Quid ſit de For. compet.*

(76) *text. in cap. Prædia* 12. *q.* 2.

(77) *arg. cap. Sicut inquit.* 2. *q.* 7. *cap. Nulla. ubi Abb. num.* 6. *de Conceſſ. præben. Hoſt. Rubr. de ſuppl. negl Præl. §. & per quem*

(78) *Sanctor. de Pœn. cap.* 8. *quæſt.* 8. ℣. *An autem fol.* 363.

## Pęnæ.

### *SUMMARIUM.*

48 *Pœna mulierum, ingredientium Clauſtra virorum, eſt Excommunicatio, Papæ reſervata.*
*Multi Doctores opinantur non excommunicari niſi præſumentes intrare prætextu privilegiorum.*
*Declaratoria non publicata non ligat, quàmvis legislator dicat ſe ità intellexiſſe,*
*Ius Prætorium non ligat niſi in proprio Tribunali.*

49 *Improbatur dicta opinio,*
*Declaratio aſſerta publicata fuit per Breve.*
*Stylus Curiæ Romanæ ſervatur prò lege in Bullis interpretandis,*

50 *Pœna Regularibus introducentibus Mulieres intrà Clauſtra, appoſita.*

51 *Sanctorus, & nonnulli Doctores opinantur, excommunicationem à Regularibus non incurri hoc caſu.*

52 *Talis opinio eſt falſa.*
*Praxis Sac. Pœnitentiariæ habenda prò lege.*

53 *Præſumptio non requiritur in Regulari, introducente fœminas, ut pœnas incurrat*

54 *Opinio tenentium, ſubditos introducentes fœminas, non incurrere pœnas, latas in Bullâ Gregorii.*
*Reprobatur, & quarè.*

55 *Novitius, aut Tertiarius, introducentes fœminam, non afficiuntur pœnis ſupradictis.*
*Novitius gaudet privilegio fori, & Canonis.*
*Tertiarius, vivens in Conventu, cenſetur perſona Eccleſiaſtica.*
*Nec Novitius, nec Tertiarius ſunt vera perſona religioſa.*

56 *Dubium de admittente fęminas in Conventu, dùm nullus religioſus in eo eſt.*

57 *Probabile eſt, quòd tali caſu admittens fœminas, non incurrat.*
*Causâ prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio.*
*Causâ ceſſante, finitur auctoritas Statuti.*
*Cùm cauſa reducitur ad non cauſam, perindè eſt, ac ſi in principio non fuiſſet.*
*Cauſa motiva, expreſſa in proemio legis, eſt vera cauſa finalis legislatoris.*

58 *Statutum in Ordine Minorum de Obſervantiâ.*

59 *Finis introductionis alius, & alius variat gravitatem delicti.*
*Sac. Pœnitentiaria cum Religioſo, qui fœminam introduxit ad malum finem, diſpenſat ſuper ſolâ irregulari-*

Digitized by Google

*laritate, contractâ ex celebratione cum Cenſuris; non in aliis pœnis.*

60 *Qui introducit fœminam ad meram curioſitatem, ultrà Papales, non incurrit ulteriorem pœnam Statuti.*

61 *Opinio Sanctori, quòd fornicans cum Muliere, introductâ intrà Clauſtra, non maiorem pœnam mereatur, quàm ſi fornicaretur extrà.*

62 *Impugnatur validè talis opinio.*

63 *Pœna introducentium fœminas in ædiculas Confeſſariorum Monialium.*

*Dictio relativa, quæ importat præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus.*

*Locutio indefinita æquipollet univerſali.*

*Maximè, quandò in omnibus eadem ſubeſt ratio.*

64 *Dubium, an Cenſura, & pœna introducentium fœminas in ædiculas Confeſſariorum, ſint reſervata.*

65 *Dubium reſolvitur negativè.*

*Eius eſt ſolvere, cuius eſt & ligare:*

*Aliquandò quis poteſt abſolvere, qui non poteſt ligare.*

*Inobediens Delegato Papæ, ab illo ligatur excommunicatione, à quâ ſolus Papa abſolvit.*

*Epiſcopus poteſt excommunicare incendiarium, qui tamen à ſolo Papâ abſolvi poteſt.*

66 *Pœna violantium Clauſuram Monialium.*

67 *Licèt Bullæ videantur afficere intrantes Clauſuram Monialium, prætextu licentiarum, tamen afficiunt omnes abſolutè, & indifferenter.*

68 *Impetrantes ingredi Clauſuram Monialium ex causâ falsâ, incurrunt cenſuram.*

*Licentia ingrediendi, ut præfertur, ſufficit oretenus data.*

*Non ſufficit licentia tacita, ſed requiritur expreſſa.*

*Per epichejam aliquandò licitum eſt ingredi ſinè licentiâ.*

69 *Dubium, an ingrediens Clauſtra Monialium ad ſolam curioſitatem, aut finem furandi, vel occidendi, incurrat pœnas intrantis ad ſacrilegium.*

70 *Pœnæ ſpirituales eædem incurruntur temporales prò varietate criminis, & conatus ad illud.*

71 *In bannimentis ſtatus Eccleſiaſtici ingrediens noctu Clauſuram Monialium, punitur ultimo ſupplicio.*

*Nocturnum tempus aggravat delictum.*

*Aſcendens per feneſtras ad tentandam mulierem honeſtam, afficitur ultimo ſuppliciò.*

*Intrans Clauſuram Monialium per ſubterraneos cuniculos, morte plectendus.*

72 *Pœnæ Monialium introducentium, aut admittentium quoſvis utriuſque ſexus intrà ſua Clauſtra:*

73 *Pœnæ Monialium exeuntium è Monaſterio.*

74 *Pœna Superiorum Regularium intrantium, abſque legitimâ causâ, Clauſtra Monialium, ſibi ſubiectarum.*

75 *Pœnæ latæ in Bullâ Gregorii, non ſunt reſervatæ.*

76 *A cenſuris, & pœnis violantium Clauſuram Religioſarum, aut Monialium, quis abſolvat.*

77 *Religioſi ſic delinquentes, à quo abſolvendi*

78 *Moniales delinquentes circà Clauſuram quis abſolvere poſſit.*

79 *Epiſcopi poſſunt abſolvere ingredientes Clauſtra Monialium ad malum finem; non ſic confeſſarii Regulares.*

80 *Superiores Regulares abſolvunt ſuos ſubditos ob ingreſſum prædictum, etiam ad malum finem.*

*Quinque caſus, ob quos recurrendum eſt prò abſolutione ad Papam.*

48 Pœna autem violantium Clauſuram Religioſorum, reſpectu mulierum ingredientium, eſt Excommunicatio maior, Papæ reſervata, prout ex citatis Conſtitutionibus (79) *B. Pii V.*, & *Gregor. XIII.* expreſsè habetur. Verum eſt, quòd non deſunt Doctores multi, (80) qui dicunt, quòd (non obſtante declaratione Motus proprii, factâ à *B. Pio V.*, quòd nempè Mulieres omnes ingredientes Monaſteria Religioſorum, incurrant excommunicationem, quantùmvis ingrediantur abſquè prætextu licentiarum, de quâ declaratione diximus ſuprà *num. 6.*), ſi mulieres, ob ſolam curioſitatem, & non ſub prætextu licentiæ habitæ, aut privilegii, intrent Clauſtra virorum, non incurrunt cenſuram; quià in citatis Conſtitutionibus expreſsè excommunicantur illæ ſolæ, quæ præſumunt intrare, prætextu licentiarũ: declaratio autem illa non afficit, quià, ut dicunt *Innocentius, & Io: Andreæ*; (81) declaratoria non publicata non ligat, quantùmvis legiſlator dicat, ſe ità intellexiſſe. Et licèt ſtylus *Sacræ Pœnitentiariæ* ſit concedere abſolutionem ab Excommunicatione omnibus Mulieribus, indifferenter ingredientibus Clauſtra virorum; & ex hoc appareat, quòd quoquomodò fiat ingreſſus, ſemper incurratur cenſura; reſpondent, quòd ſtylus Curiæ non ligat extrà Curiam. Quià eſt tanquàm *jus Prætorium*, quod non ligat, niſi in ſuo Tribunali, ut dicunt Doctores (82)

49 Sententia hæc, licèt non careat probabilitate ob rationes, & Doctores eam tuentes, non eſt ſequenda; ſed tenenda eſt contraria, quæ magìs communis eſt, & tutior. Tùm quià declaratoria ſupradicta publicata fuit in formâ Brevis ab eodem *B. Pio V.* incipit *Decet Romanum 24. Octob. 1566.*, & habetur in Bullario *Cherubini* poſt *Bullam 20.* ejuſdem *Papæ*, & apud *Confectium*, ut obſervat *Donatus* (83). Tùm quià ſtylus Curiæ prò lege ſervatur, & maximè, quandò agitur de interpretatione Conſtitutionum Apoſtolicarum, (84) & ità ceſſant fundamenta oppoſitæ opinionis. Tùm quià conſuetudo totius Chriſtiani orbis eſt, quòd in talibus caſibus recurratur ad ſedem Apoſtolicam prò abſolutione, ut teſtatur *Theſaurus*. (85) Tùm tandèm, quià plures Doctores (86) hanc docent, quam oppoſitam.

50 Reſ-

(79) *B. Pius V. Conſt. Regularium perſonarum. 23. Octob. 1566. & Gregor. XIII. Conſt. Ubi gratiæ. Idib. Iunii 1575.*

(80) *Roderic. Tom. p. q. 48. art. 2. Philiarch. lib. 3. de offic. Sacerd. cap. 30. nu. 31. Sayr. lib. 3. cap. 31. n. 11. Sà V. Excom. Papæ reſerv. num. 15. Suar. de Cenſ. Diſp. 22. ſect. 6. nu. 11. & de Relig. lib. 1. cap. 7. nu. 9. Filinc. Tract. 15. nu. 119. Layman cap. 5. nu. 12. lib. 4 Tr. 5. apud Theſaur. Par. 2. V. Clauſura. cap. . V. limitant ſecundo.*

(81) *Innoc. in cap. Per tuas de Simon. Io: Andreæ in cap. Solet. nu. 4. in fin. de Sent. excom. in 6.*

(82) *Belluga in ſpecul. Rubr. 11. nu. 8 & 9 Camill. Borell. lit. F. Capell. Tholoſ. deciſ. 115. nu. 3. Diana par. 1. Tract. 10. Reſol. 42. Ceuall. q. 737. nu. 200. apud Theſaur. de Pæn. V. Clauſura cap. 2. V. Ad ſtylum.*

(83) *Donat. Par. 2 Tract. 4 Quæſt. 3 nu. 6 & 7 Tom. p.*

(84) *Rota. deciſ. 55. nu. 2. de Conceſſ. Præben. in antiq. & deciſ. 156. nu. 2. Par. 1. recent. Berya. Reſponſ. moral. Par. 1. Caſ. 30. apud Donat. loc. cit. nu. 11.*

(85) *Theſaur. Par. 2. V. Clauſura cap. 2. in fin. de Pæn.*

(86) *Navar. Comm. 4. de Regular. n. 62. & in Manual. cap. 27. nu. 150. ſ. Excom. 61. Cathech. neapol. lib. 3. cap. 21. Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 16. n. 79. & cap. 17. n. 33. Crux de Stat. Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 1. Concl. 2. Suar. Tom. 4. de Relig. Tr. 8. lib. 1. cap. 7. n. 9. Diana, Bonac. Theſaur. Alph. de Leon. Remig. Seroph. quos citat, & ſequit. Dona. loc. cit. n. 10. Lezan. Sum. T. p. cap. 1 c. n. 9.*

Digitized by Google

50 Reſpectu autem Regularium introducentium, ſivè admittentium (eo modo, quo explicuimus ſuprà *num.*27.) mulieres intrà Clauſtra, ultrà excommunicationem, *Papæ* reſervatam, habetur pœna privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorũ ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterũ obtinenda, ut cantat citata Cõſtitutio *Gregorii*.

51 Scio, non paucos Doctores tenere, pœnam Excommunicationis non incurri à Regularibus, niſi admittant Mulieres prætextu licentiarum. Et *Sanctorus* (87), citans prò hâc *Michaelem Ferro*, & *Filiucium*, arguit *Dianam*, eò quòd dicat, hanc ſententiam eſſe improbabilem, & reſpondet ad ejus argumenta contraria; licètque *V.* ſequenti amplectatur cum *Dianâ* contrariam ſententiam, tamen in *Tractatu de pœnis* (88) inclinat in hanc, volens, quòd ſtante varietate opinionum, poſſit Judex alteram partem probabilitatis amplecti, & potiùs in miſericordiam, quàm in rigorem declinare.

52 Sed talis opinio in praxi, præſertim in foro fori, ſequenda non eſt, attentò, quòd ultrà declarationem *Gregorii XIII.* (quam ex *Villaguta* recitat *Lezana* (89), per quam declaravit, velle, *Motum ſuum citatis pœnis afficere indifferenter Mulieres, & Regulares, eas introducentes intrà Clauſtra*) adeſt continuata praxis Sac. Pœnitentiariæ, quæ, ut bene dicit ibidem *Lezana* prò lege haberi debet; & ſic concludunt communiter Doctores. (90)

53 Notandum autem, quòd ad incurrendas pœnas, poſitas à *Gregorio*, non requiritur præſumptio in Regulari, introducente, ſeù admittente, ſed ſufficit quæcunque culpa, puta, ignorantia craſſa, & culpabilis. Ità ut quicumque introducit, eas incurrit; ut benè ex *Sanchez* obſervat *Peyrinus*. (91) Et licèt dicat, quòd ignorantia, quàmvis culpabilis, & vincibilis, etiamſi mortalis ſit, dummodò non ſit craſſa, & ſupina, excuſet; hoc tamen theoricè verificari poteſt, non tamen practicè; quià nullus eſt clauſtralis, ità ignorans has pœnas contrà introducentes, quæ famoſiſſimæ ſunt, ut nullus poſſit ſe tueri, allegando earum ignorantiam.

54 Pariter advertendum, quòd nonnulli Doctores (92) tenent, quòd Bulla *Gregorii* afficiat tantùm Superiores Regulares, ex eo quòd ibi nominat *Abbatiſſas*, *Abbates*, & *alios Monaſteriorum, utriuſque ſexus Superiores*. Undè inferunt, has pœnas non incurri à Subditis introducentibus. Sed iſta opinio non ſubſiſtit; nàm Bulla ait *Monaſteriorum utriuſque ſexus Superioribus, & perſonis, quocunque nomine vocentur, districtè præcipimus &c.* Nomine autem perſonarum veniunt indifferenter Subditi, ſivè Clerici ſint, ſivè laici, dummodò profeſſi ſint, & ſic etiam iſti incurrunt; pròut poſt multos docet *Sgroi*, (93) & praxis confirmat.

55 Sed quid juris, ſi *Novitius*, aut *Tertiarius* introduceret fœminam; incurreret nè tales pœnas? Reſpondeo, quòd non. Ratio eſt, quià, licèt Novitius gaudeat privilegio fori, & Canonis, ut habetur in jure; (94) & Tertiarius convivens Religioſis intrà Clauſtra, largè poſſit dici perſona Eccleſiaſtica, ut poſt *Rodericum*, & *Mirandam* firmat *Donatus*; (95) tamen quià adhuc non habet ſtabilem permanentiam in Religione, non poſſunt dici propriè Religioſi. Verum eſt, quòd gaudent privilegiis profeſſorum ex gratioſâ, & favorabili extenſione factâ; *Novitiis* quidèm ex citatâ Decretali *Bonifacii Octavi*; *Tertiariis* verò à Concilio *Lateranenſi* ſub *Leone Decimo*, (96) non tamen dici poſſunt verè, & ſtrictè Religioſi, cum ſolemnem profeſſionem in manibus Prælati non emiſerint; ſtabilemque permanentiam in ſtatu religioſo non voverint. Proindè Conſtitutio Papalis, quæ ligat Religioſos profeſſos, ad eos non extenditur; cum materia odioſa ampliationem non patiatur.

56 Dubitatur autem, àn prædictæ pœnæ incurrantur à Religioſo, qui admittit fœminas in Conventu, quandò nullus in Conventu reperitur. Exempli gratiâ; omnes Religioſi Conventus exierunt ad proceſſionem, & intrà tres horas non ſunt reverſuri, ac remanet ad cuſtodiam unus tantùm ſenex pluſquàm ſexagenarius. Veniunt ad Conventum quædam fœminæ Nobiles, &, captatâ fratrum abſentiâ, ex curioſitate volunt videre Conventum. Senex ex induſtriâ, ſciens omnes officinas Conventus eſſe clauſas, nec poſſe ab illis aliquid ſurripi, relinquit apertam januam Conventus, & vadit ad videndum proceſſionem, pertranſeuntem non longè, extrà limites tamen Conventus; & ſic fœminæ intrant, & exeunt antè reditum fratrum. Nunquid in hoc caſu tùm fęminæ, tùm Religioſus incurrerent prædictas pęnas?

57 Reſpondeo, probabile eſſe, quòd non incurrant. Ratio eſt, quià, causâ prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio, ut ex utroque jure (97) deducitur: Dùm enim ceſſat cauſa prohibitionis, finitur auctoritas Statuti; (98) & cùm cauſa reducitur ad non cauſam, perindè eſt, ac ſi à principio cauſa non fuiſſet, (99) intelligendo de causâ verâ, per ſe motivâ, & finali, non autem de impulſivâ, ut Doctores (100) communiter illam regulam limitant. Cauſam verò, quæ à legislatore, in Proemio legis exprimitur, eſſe per ſe motivam, & finalem legis, affirmant communiter Doctores. (101) Patet autem legenti utraſque Conſtitutiones *B. Pii*, ac *Gregorii*, ſæpiùs citatas, quòd motivum, quod habuerunt in ferendâ tali lege prohibitivâ; fuit, nè per ingreſſum mulierum intrà Clauſtra, quies, & tranquillitas Religioſorum turbaretur. In caſu autem noſtro ceſsat iſta cauſa; cum enim in Conventu Religioſi non ſint, impoſſibile eſt, quòd à mulieri-



(87) *Sanctor. Comment. cap.* 11. *Stat.* 5. *V. Pœnæ fol. m.* 578. *& ibi Mich. Ferr. Quæſt. Moral. Par.* 2. *q.* 91. *Filiuc. de Cenſ. Tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 119.

(88) *Sanct. de Pœn. cap.* 8. *Quæſt.* 7. *V. Reſpondeo de introducentibus fol.* 359.

(89) *Lezan. Tom. p. cap.* 10. *nu.* 9. *& ibi Villagut. Tract. de Uſur. q.* 35. *num. final.*

(90) *Navar. Sum. cap.* 27. *num.* 105. *Excom.* 51. *Azor. Tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *Suar. Tom.* 4 *de Relig. Tr.* 8. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 9. *apud Lezan. loc. cit. Beja. Reſp. Par.* 1. *Caſ.* 30. *apud Theſau. V. Clauſura cap.* 3. *V. Amplia Sgroi. Par.* 7. *cap.* 4. *n.* 10. *Peyrin. ad Conſt.* 6. *Iulii II. num.* 15.

(91) *Sanch. Decal. lib.* 6. *cap.* 16. *nu.* 96. *& lib.* 9. *de Matrim. Diſp.* 32. *nu.* 31. *apud Peyrin. ad Conſt.* 6. *Iul. II. num.* 17.

(92) *Sanch. lib.* 6. *Sum. cap.* 16. *nu.* 84. *Cherub. ad Bull. Gregor. XIII. Roderic. Tom.* 1. *q.* 47. *art.* 3. *Cruz. lib.* 1. *cap.* 5. *Dub.* 2. *concl.* 1. *Diana Par.* 1. *Tr.* 16. *Miſcell.* 21. *Reſol.* 33. *Donat. Tom.* 1. *Par.* 2. *Tr.* 4. *q.* 26. *in fin.*

(93) *Sgroi. Par.* 7. *cap.* 4. *n.* 10. *& apud eum. Suar. Filiuc. Quarant. Azor. Scort. Lezan. & Bonacin. de Clauſ. Quæſt.* 4. *pun.* 6. *nu.* 3.

(94) *cap. Religioſo de Sent. Excom. in* 6.

(95) *Roderic. Tom.* 2. *q.* 65. *art.* 5. *& Tom.* 3. *q* 72. *art.* 1. *& q.* 73. *ar.* 1. *Mirand. Manual. Prælat. q.* 36. *apud Donat. Tom.* 2. *Par.* 4. *Tr.* 15. *Quæſt.* 3 *nu.* 1.

(96) *Concil. Lateran. V. Sect. II. in fin.*

(97) *cap. Et ſi Chriſtus & ibi Bald. V. dicit Gloſ. de Iure ju. cap. Non debet. §. Cum ergò cap. Neophytus junct. gloſ. in V. cauſa* 61. *Diſt. cap. Ex litteris* 7. *q.* 2. *l.* 1. *& ibi Bald. V. Nota quod ceſſat. C. ſi rect. Provinc. I. B. Nicola. Reg. jur. To. p. lit.* 3. *fol.* 145. *col.* 2.

(98) *Andr. de Iſern. in Rubr. Quæ ſunt regal. V. Hæc pedagia; & ibi Afflict. l. Quod ait. §. Ait lex. ff. de Repu. l.* 2. *C. Qui ad liber. peru. non poſſ.*

(99) *l.* 1. *in fin. ff. de Conditio. ſin. cau.*

(100) *Bart. Bald. Panormit. Archid. Card. Florent. Hoſtien. & alii apud I. B. Nicola. loc. ſup. cit. fol.* 147. *col.* 2.

(101) *Bart. Bald. Angel. Imol. Ad l. final. in fin de Hæred. juſt. Card. Flore. in cap. Ex parte in fin. de Cler. coniug. Rom. Alex. Aug. Ar. Frãch. Socin. Curt. Sen. apud I. B. Nic. l. ſup. cit. fol.* 154. *col p.*

Digitized by Google

bus ingredientibus eorum quies turbari poſſit; proindè probabile eſt, prohibitionem in illo caſu etiam ceſſare; & ità nullam pęnam incurri, pròut idem ſentit *Pellizzarius*, & *Antonius à Spiritu Sancto* (102)

58 Ultrà pœnas autem ſupradictas, de jure communi inductas, quælibet Religio ſuas habet particulares, à municipalibus Conſtitutionibus inflictas; & quilibet debet conſulere proprias leges. Apud *Nos Minores* habetur Statutum ità ſonans. *Quæ verò Pius V., & Gregorius XIII. de Mulieribus in Monaſteria, Conventuſque Regularium non admittendis ſtatuit, inviolatè ſerventur: & qui contrà fecerit, ultrà pœnas Apoſtolicas, Carceribus etiam mancipetur, Superiorum arbitrio, Quas pęnas etiam ſubeant, qui mulieres intrà ædiculas prò Confeſſariis Monialium deputatas, quovis prætextu admiſerint* (103)

59 Circà quod Statutum, adverto primò, quòd introductio intrà Clauſtra, variatur in gravitate, juxtà varietatem finis introducentium. Si enim eſt ad purum effectum ſatisfaciendi curioſitati muliebri, minùs grave crimen eſt, quàm ſi eſſet ad intentum fornicandi; & proindè graviorem pœnam meretur criminoſus in ſecundo, quàm in primo caſu. Hinc eſt, quòd praxis *Sacræ Pœnitentiariæ* eſt, pròut advertit *Theſaurus*, (104) quòd, quandò abſolutionem, vel diſpenſationem concedit Regularibus ſuper introductione mulierum ad malum finem, ſolet decernere, quòd maneant privati officiis, & dignitatibus ſui Ordinis, & inhabiles in futurum ad ſimilia; quià non intendit diſpenſare in omnibus; ſed ſuper ſolâ irregularitate, ſi celebrarunt in talibus cenſuris. Quandò verò introductio non fuit ad malum finem; tùnc ſolet in integrum eos reſtituere, & rehabilitare.

60 Ex hoc ergò fundamento habetur, quandò locus ſit arbitrio Superioris addere Carcerem, ultrà pęnas Apoſtolicas in puniendo Reum hujus criminis. Si enim introductio fuit ad meram curioſitatem; non eſt locus ulteriori pœnæ, ab eâ, quam ſanciunt *Bullæ Papales*. Si verò fuit ad malum finem, tunc intrat Carcer. Namque à majori gravitate delicti regulari debet arbitrium Superioris, ut pœnam augeat.

61 Opinatur ad hoc *Sanctorus* (105), quòd Carcer arbitrarius non deberetur ei, qui ſcortatus fuiſſet cum Muliere intrà Clauſtra, ultrà Carcerem ſemeſtrem, quem deberet ſubire ob fornicationem. Eò quià in hoc caſu delicta confunduntur; & majus, (quod eſt fornicatio) confunditur cum minori, puta, cum introductione in Conventum: proindè ſola pœna delicti majoris, puta, Carcer ſemeſter, & non ultrà debeatur.

62 Sed Ego in oppoſitâ ſum ſententiâ. Ratio eſt, quià negari non poteſt, quòd crimen aggravatum majori circumſtantiâ, graviorem non exigat pœnam; maximè quandò circumſtantia addita militat contrà diverſam legem ab eâ, à quâ ſubſtantia criminis dependet. Conſtat autem, quòd fornicatio intrà Clauſtra magis gravis eſt, dùm cum eâ copulatur introductio fœminæ in Monaſterium, quæ militat contrà legem Eccleſiaſticam, quæ diverſa eſt à lege Divinâ, per quam vetatur fornicatio. Sequitur igitur, quòd major illi pœna debetur eâ, quæ deberetur ſimplici fornicationi; & ſic Carcer diuturnior, quàm ſemeſtris. Accedit, quòd diſpoſitio ſtatutaria eſſet futilis, ſi introductio ad malum finem ulteriori Carcere, quàm ſemeſtri, non puniretur; non enim eſſet dabilis caſus, quòd Carcer hic arbitrarius poſſet dari, ſi introducens, præciſo Carcere ſemeſtri, ob fornicationem, eſſet puniendus. Et nutat fundamentum *Sanctori* quòd ſemper minus crimen cum majori confundatur. Si quidèm majus crimen eſt in noſtro caſu fornicatio, quæ eſt prohibita à jure Divino, quàm introductio, vetita de jure Eccleſiaſtico. Deberet ergò Reus de utroquè puniri præciſâ pœnâ fornicationis; & ſic carcerari per ſemeſtre, & privari ſuffragiis per triennium tantùm (hæc enim pœna eſt prò primâ vice fornicantis), & non excommunicari, privari Officio, & perpetuò inhabilitari, quod tamen fit ratione introductionis. Igitur non ſolâ pœnâ fornicationis, ſed & pœnis introducentium, puniendus eſt; & ideò, cùm Carcer arbitrarius ex Statuto debeatur ob introductionem ſolam, iſte debet infligi ultrà ſemeſtrem. Intelligo autem, quòd Religioſus introduxiſset causâ fornicandi. Quòd ſi mulier ex causâ licitâ introiſset Clauſtrum, & ex hâc occaſione, & non ex condicto, ſed merè accidentaliter quis cum eâ fornicaretur, non deberetur alia, quàm pœna fornicationis; quià tunc non interveniret delictum introductionis.

63 Adverto ſecundò, quòd eaſdem pœnas incurrunt, qui *Mulieres intrà ædiculas, ſivè hoſpitia prò Confeſſariis Monialium deputatas quovis prætextu admiſerint*, ut ſonat ſecunda pars recitati Statuti. Prò quo noto, quòd dictio relativa *quas*, quæ ponitur in Statuto, importat præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus, (106) undè intelligendum eſt, quòd omnes, & quotæ, & quantæ, & quales pœnæ, quæ ſuprà enunciatæ ſunt contrà admittentes fœminas in Conventu, eædem ſunt contrà introducentes in hoſpitia Confeſsariorum Monialium. Pariter noto, quòd iſta diſpoſitio non reſtringitur ad Confeſsarium, aut ejus ſocium, ſed generaliter extenditur ad omnes Fratres; nàm Statutum loquitur indefinitè, *qui admiſerint*; in jure (107) autem locutio indefinita æquipollet univerſali, & hoc maximè, quandò ſubeſt eadem ratio in omnibus, quæ continentur ſub ratione definitâ, ut dicunt Doctores. (108) In caſu autem eadem ratio prohibitionis, puta, periculum incontinentiæ, ſcandali &c., ſubeſt in omnibus Fratribus, ſicut in *Confeſſario*, ac ſocio, proindè de omnibus, & ſingulis Fratribus indifferenter lex Statutaria pœnalis eſt accipienda. Et ſic graviùs, puta, addito Carcere arbitrario, puniendus eſſet, qui introduceret ad malum finem, ſicut graviùs punitur, qui cum eodem motivo introducit in Conventum.

64 Difficultas autem eſt circà hoc. Utrùm excommunicatio, privatio, & inhabilitas, quæ incurruntur ab admittente fœminas intrà Clauſtra, & ſunt *Papæ* reſervatæ, cenſeantur pari modo reſervatæ *Sedi Apoſtolicæ*, caſu, quo quis admittat Mulierem intrà hoſpitium *Confeſſarii Monialium?*

65 Reſolutivè dico, quòd non ſunt reſervatæ, niſi Prælatis Ordinis. Ratio eſt, quià illius eſt abſolvere, cujus eſt ligare, ut ex utroq; jure (109) habetur. Et quàmvis hæc regula non dicatur convertibiliter quià aliquis poteſt aliquandò abſolvere, qui tamen ligare non poteſt, ut advertit quædam *Gloſſa*, (110) tamen univerſaliter ille, qui per modum

(102) *Pellizzar. Manual. Regul. Tract. 5. cap. 7. nu. 64. apud Ant. à Sp. S. Direct. Regul. Tract. 3. Diſp. 6. Sect. 5. §. 4. num. 682.*

(103) *Stat. Gen. Ord. cap. 11. §. 1. nu. 8. Valliſolet. ibi. V. Quæ verò.*

(104) *Theſaur. de Pœn. V. Clauſura. cap. 3. in fin.*

(105) *Sanctor. de Pœn. cap. 8. Quæſt. 7. V. Reſpondeo de introducentibus fol. 359.*

(106) *A. ex. Conſ. 29. n. 4. lib. I. & Conſ. 23. in fin n. 13. lib. 5. & Conſ. 112. nu. 2. & ſeq. lib. 6.*

(107) *l. Si pluribus ff. de leg. 2.*

(108) *Dyn. Conſ. 41. n. 7. Corn. Conſ. 106. n. 5. & ſeq. lib. 3. Socin. jun. Conſ. 118. n. 3. lib. 3. Rol. à Vall. Conſ. 61. n. 28. lib. 3. Dec. Conſ. 17 n. 20. & ſeq. lib. 1. apud Traſc. lit. I. Concl. 83. nu. 17.*

(109) *text. in cap. Si Petrus 24. q. 1. cap. Verbum de Pœnit. Diſt. I. l. Qui condemnare ff. de Re judicat. l. Nemo. 37. ff. de Reg.*

(110) *Gloſſ. in cap. Si Petrus in V. Condemnat. in fin. 24. q. 1. l. Quoties. C. Ubi Senat. vel Clariſſ.*

Digitized by Google

modum legis ligare poteſt, poteſt etiam abſolvere à pœnâ, latâ per propriam legem; ſi quidèm ex facto hominis aliquandò quis poteſt ligari, qui tamen ab eo, qui ligavit, abſolvi nequit, ut patet in inobediente *Delegato Papæ*, qui excommunicari poteſt à *Delegato*, cui fuit inobediens, ſed abſolui ab eo non poteſt, ſed à *Papa*, ut ex quodam Capitulo (111) voluit *Innocentius*; Pariterque poteſt Epiſcopus excommunicare incendiarium, ſed poſt denunciationem nequit illum abſolvere, ut textualiter habetur in quâdam Decretali. (112) Cùm igitur pœnæ ſupradictæ latæ ſint per modum legis, quæ lata fuit à Capitulo Generali, hoc eſt à Prælatis Ordinis, liquet, quòd iſti poſſunt pari modo à dictis pœnis abſolvere, nec ſunt *Papæ* reſervatæ.

66 Nunc dicendum de pœnis *violantium Clauſuram Monialium*. Ad hoc ſciendum, quòd de jure antiquo (113), innovato in *Tridentino* (114) puniuntur pœnâ excommunicationis, ipſo facto incurrendâ, *qui audent ingredi intrà ſepta Monaſterii (Monialium) cujuſcumque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, ſinè Epiſcopi, vel Superioris licentiâ, in ſcriptis obtentâ*. Hæc autem excommunicatio non eſt reſervata, ut obſervat *Sanchez*, & *Toletus*. (115) Ex poſt *Gregorius XIII.* in ſuprà citatâ Bullâ (116) appoſuit excommunicationem, *Papæ* reſervatam contrà intrantes Monaſteria *Monialium prætextu licentiarum*; ut de fœminis, & eas admittentibus intrà Clauſtra Religioſorum, ut ſuprà dictum eſt; ac Superioriſſis permittentibus inflixit privationem Officii, & inhabilitatem ad illud. Tandem *Paulus V.* (117) cenſuras, & pœnas, latas à *Gregorio* contrà ingredientes, ac admittentes, renovavit contrà mulieres, ut præfertur, ingredientes *ſub prætextu licentiarum*.

67 Hìc autem advertendum eſt, quòd licèt Bullæ *Papales* afficiant intrantes, ac admittentes *ſub prætextu licentiarum*, ut proindè videantur non affici illis, qui ſinè tali prætextu ingrediuntur, ut non pauci Doctores (118) tenent, & Nos ſuprà *num.* 48. tetigimus; tamen contrarium eſt verius, & eſt de ſtylo Curiæ, & praxi *Sac. Pœnitentiariæ*, quod vim legis habet, ut ſuprà *num.* 49. diximus, & tenet communior ſententia Doctorum, quos dat *Donatus*, (119) qui plures rationes ad hoc congerit.

68 Licèt autem in caſibus neceſſariis (de quibus loquitur paſſìm, quilibet Doctor, qui ſcribat de *Clauſurâ Monialium*) poſſit cum licentiâ, in ſcriptis obtentâ, ingredi ab iis, qui neceſſarii ſunt; tamen advertendum eſt, quòd, ſi licentia fuerit ſurrepta per falſi repræſentationem, & neceſſitas non fuerit vera, non evaduntur Cenſuræ, & pœnæ. (120) Ratio eſt, quià pœnæ, latæ contrà à *Gregorio*, & *Paulo V.* ſunt contrà ingredientes *ſub prætextu licentiæ*; ſi autem licentia ſit ſurrepta, & neceſſitas ingrediendi ſit præſtituta, & non vera, qui intrat, intrat *ſub prætextu licentiæ*, & ità incurrit. Licèt autem Concilium ordinet quòd licentia debeat eſſe in ſcriptis, tamen ſi oretenùs detur, ſufficit, ut contrà *Sanchez*, & *Suarez* tenet *Diana* cum *Homobono*, & *Bellochio* (121). Verum eſt, quòd non ſufficit licentia tacita, aut interpretativa, ſeù præſumpta, ſed eſt neceſſaria expreſſa. Ratio eſt, quià in tantùm præſcripſit *Tridentinum* licentiam ſcriptam, in quantùm voluit, ut circà eam concedendam, major eſſet Superioris ſcribentis deliberatio, & favore ingredientis certior poſſet reddi probatio licentiæ obtentæ, ut multi relati à *Barboſâ* (122) ſcribunt. Hæc autem duo motiva ceſſant in licentiâ tacitâ, aut præſumptâ, in quâ, nec Superior maturitatem in eâ concedendâ oſtendit, nec ingrediens habet, quomodò ſe tueatur, ſi de ingreſſu, tanquàm de maleficio, accuſetur. Non tollitur tamen, quin locus ſit epichciæ in caſu repentinæ neceſſitatis, ut incendii, & ſimilium, ità ut aliquis ſinè expreſſâ licentiâ, & metu pœnarum ingredi non valeat, ut paſſìm Doctores (123)

69 Cum autem prædictæ Bullæ prohibitivæ non diſtinguant ingreſſum intrà Clauſtra *Monialium*, ob ſolam curioſitatem, aut ad malum finem, puta, furandi, occidendi, aut fornicandi, dubium eſſe poteſt, àn eaſdem præcisè pœnas incurreret, qui ad malum finem ingrederetur, velùt qui ingreditur ob ſolam curioſitatem.

70 Reſpondeo, quòd, quò ad pœnas ſpirituales, & incorporales eædem penitùs debentur; ratio eſt, quià iſtæ latæ ſunt, præcisè contrà *ingredientes ſinè licentiâ*: & cum hoc crimine, æquo modo delinquat tàm ille, qui ad malum finem, quàm is, qui abſquè eo intrat; hinc eſt, quòd eædem pœnæ omnibus æqualiter debentur. Quantùm verò ad alias pœnas corporales majores, aut minores, debentur juxtà gravitatem criminis; conatus ad illud; & majorem proximitatem ad actum conſummatum, ſi crimen perfectum non fuit. Quòd, ſi perfectum fuerit, ultrà pœnas ſpirituales ratione ingreſſus, debentur pœnæ ordinariæ crimini debitæ, ut patet.

71 Signanter autem in *Bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici §. 5.* lata eſt pœna ultimi ſupplicii contrà ingredientem de nocte *Clauſuram Monialium*; non ſolùm, quià qualitas nocturni temporis, ad pœnam aggravandam attenditur in delictis juxtà jura, (a) & Doctores; ſed etiam, quià qui tenebras expectat ad operandum, præſefert animum ad maleficium, juxtà illud Evangelii *Jo: cap. 3. v. 20. Omnis, qui malè agit, odit lucem*, ut benè obſervat *Raynaldus*. (b) Et magis aggravatur delictum, ſi Reus ſcalis utatur ad ingrediendum. Nàm aſcendens nocturno tempore ad domum privatam ad furandum, aut tentandam pudicitiam Mulieris honeſtæ, pœnâ ultimi ſupplicii puniẽdus venit, ut volunt Doctores, (c) à fortiori hoc idem erit de attentante ingredi ſcalis *Monaſterium Sanctimonialium*, cui magìs, quàm privatæ domui eſt reverentia cuſtodienda, & in praxi eſſe ſervandum poſt *Sperellum*, *Thoro*, & *de Lucâ ad Vincentium de Franchis* ſcribit *Raynal-*



(111) *cap. Quærenti ubi Innocent. de offic. Jud. delegat.*
(112) *cap. Tua nos. de Sent. Excom.*
(113) *cap. 1. de Stat. Regul. in 6.*
(114) *Concil. Tridens Seß. 25. de Regul. cap. 5.*
(115) *Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 16. nu. 71. Tolet. lib. 1. cap. 41. §. 8.*
(116) *Gregor. XIII. Conſt. Ubi gratiæ.*
(117) *Paul. V. Conſt. Monialium 10 Jul. 16 2.*
(118) *Suar. Sanch. Sayr. Mirand. Barboſ. Dian. Zerol. Portel. Tamburin. Pelizzar. Bonac. de Clauſur. q. 4. p. 5. num. 5. in fin. & p. 6. num. 16. V. Dixi.*
(119) *Navar. Quarant. Bella Villagut. Azor. Roderic. Zecch. Graf. Comitol. Filiuc. Peyrin. Merol. Theſaur. Cherub. Homobon. Reyner. Ricc. Megal. Coriol. apud Donat. Tom. 3. Tr. 5. quæſt. 2. n. 6.*
(120) *Sanch. Decal. lib. 6. cap. 15. nu. 76. Bonac. de Clauſ. Quæſt. 1. Pun. 5. nu. 1. apud Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Clauſura cap. 4. V. Item ſecundum.*
(121) *Dian. Par. 3. Tract. 2. Reſolut. 129.*
(122) *Barboſ. in Trident. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 5. nu. 70. & ibi. Victorell. Stephan. Uvryms Tamburin. & Dian.*
(123) *Navar. comm. 4. de Regul. nu. 60. V. Quartò Azor. Par. 1. lib. 13. cap. 8. q. 8. Roderic. Tom. 1. q. 46. art. 2. in fin. Sanch. Summ. lib. 5. cap. 16. nu. 34. Bonacin. de clauſ. q. 4. Pun. 3. num. 2. apud Barboſ. loc. cit. nu. 72.*
(a) *text. in l. Gracchus ff. Ad l. Jul. de Adult. l. 2. & 4. ff. de Furt. Bart. & Bald. in l. Non minorem C. de Tranſact. Ripa de noctur. temp. cap. 17. per tot.*
[b) *Reynald. Syntax. crim. cap. 1. §. 14. num. 3.*
(c) *Bald. art. Gramat. apud Sperell. deciſ. 137. n. 36. P. 2. Farinac. q. 20. n. 145. Cabal. Crimin. Reſol. 97. n. 3. & ſeqq. Franc. deciſ. 333. nu. 4.*

Digitized by Google

*naldus*. (d) Quod etiam dicendum eſt, ſi quis, perforato pariete, aut ſubterraneis cuniculis, (ut non ſemel accidit) intrà Clauſuram penetraret; tales enim ſacri parietes, ſicut non debent ſinè tali pœnâ tranſcendi, ità nec dirui, perforari, aut ſuffodi, quod magìs eſt, ut ex *Myler* obſervat eruditiſſimus Dominus, & mei amiciſſimus *D. Io: Baptiſta Pacichellus* (e)

72 Pœnæ autem *Monialium* introducentium, aut admittentium quoſvis, & cujuſvis ſexus, ſunt, reſpectu Superiorisſarum, privatio officii, & inhabilitas ad illud, ultrà excommunicationem *Papæ* reſervatam juxtà Bullas recitatas *Gregorii*, & *Pauli*; reſpectu verò aliarum Monialium, lata eſt eadem excommunicatio, ſi illæ influant aliquo modo poſitivo ad ingreſſum, ſicut de admittentibus fœminas intrà Clauſtra Religioſorum diximus ſuprà *num.* 27.; ſi verò negativè ſe habent, puta, non obſtando, aut non repellendo ingredi tentantem, diſtinguendum eſt; ſi enim Monialis ex Officio habet hoc præſtare, & omittit facere, quod ſui muneris eſt (ut potè Janitrix, cujus curæ commiſſa eſt janua Monaſterii), incurrit excommunicationem, quià non reſiſtendo, ut tenetur, participat in crimine. Si autem eſt Monialis, quæ talem curam non habet, & non impedit, nullam cenſuram incurrit, quià in nullam legem delinquit, ut poſt *Sanchez* docet *Pellizzarius*. (124)

73 Porrò *Monialis* violans Clauſuram ſuam, exeundo ſinè legitimâ, & neceſſariâ causâ, & abſquè debitâ licentiâ, ac extrà caſus expreſſos in Bullâ *B. Pii V.* (125), de quibus paſſim, & exactè loquuntur omnes tractantes de materiâ *Clauſuræ*, incurrit excommunicationem *Papæ* reſervatam; & non ſolùm illa, ſed etiam eam comitantes, aut recipientes, vel licentiam exeundi concedentes &c. à quâ excommunicatione (ſi tamen caſus ſit occultus) poteſt abſolvere Epiſcopus in vim *Tridentini*, ut dicunt Doctores. (126) Et hoc etiam reſpectu ſuorum ſubditorum poſſunt Superiores Regulares per ſe ipſos, non autem delegando alteri facultatem abſolvendi, ut poſt nonnullos ſcribit *Donnatus*. (127) Non ponimus autem caſus, in quibus dicitur Monialis *Clauſuram violare*, quià tritiſſimè, & ad nauſeam eos explicant paſſim Caſuiſtæ.

74 Pœnæ tandèm Superiorum Regularium, ſinè neceſſitate ingredientium *Monaſteria Monialium*, ſunt excommunicatio, & officii privatio, pròut habetur ex quâdam Bullâ (128) *Gregorii XIII.* Reſpectu verò Cardinalium, & Epiſcoporum, iſti prò primâ vice incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ: prò ſecundâ, ſuſpenſionem à munere Pontificali, & à Divinis: prò tertiâ, verò excommunicationem, ſicut Prælati Regulares. Sed ex poſt *Alexander VII.* per alium *Motum proprium*, (129) quem per extenſum refert *Lantuſca*, ultrà novam excommunicationem, ac privationem officii, appoſuit perpetuam inhabilitatem, ac privationem vocis activæ, & paſſivæ omnibus Prælatis Regularibus, ſi ultrà unam vicem in quolibet anno, gratiâ viſitationis, ingreſſi fuerint *Monaſteria Monialium*: aut ſi ex neceſſitate reparandæ Clauſuræ neceſſarium fuerit pluries ingredi, ingrediantur abſquè præſentiâ Epiſcopi, aut alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, ab Epiſcopo ad hoc deputatæ: & ſi viſitationem antè ſolis ortum incipiant, vel poſt occaſum protrahant: & ſi ipſi, aut eorum ſocii refectionem ſumant in Monaſteriis: & ſi eorum ſocii ab ipſis ſeparentur; ità ut ſe invicem aſpicere non poſſint: & ſi non ſeparaverint habitationes Confeſſariorum à Monaſterio, ità ut diſjunctæ ſint non ſolùm per parietes, ſed etiam per tecta.

75 Advertendum autem, quòd pœnæ ſupradictæ, latæ in Bullâ *Gregorii*, non ſunt reſervatæ, ut ex *Sanchez*, & *Filiucio* docet *Theſaurus*. (130) Proindè Epiſcopus, ſeù Prælatus, qui iſtas incurrerit, poteſt delegare cuivis Sacerdoti, aut Confeſſario facultatem, à quo ab iſtis abſolvatur, ut ex *Sanchez* dicit idem ibidem. Pari modo nec pœnæ, latæ in *motu proprio Alexandri ſeptimi*, reſervatæ ſunt; proindè de iſtis, ſicut de illis dicendum eſt.

76 A prædictis autem cenſuris, & pœnis ob *violationem Clauſuræ*, ſivè mulierum intrantium, ſivè Religioſorum admittentium in propria Clauſtra: ſivè aliarum perſonarum, *violantium Clauſuram Monialium*, ſi caſus notorius ſit, aut publicus, nemo abſolvere poteſt, aut diſpenſare, cum ſint Summo Pontifici reſervatæ. Si verò caſus occultus ſit, Mulieres, intrantes Clauſtra Religioſorum, poſſunt abſolui ab Epiſcopo, & etiam à Confeſſario Regulari, approbato ab Ordinario, & in diebus, in quibus Eccleſiis Regularium conceſſæ ſunt indulgentiæ, ut ex privilegio *Pauli III.* probat *Peyrinus*. (131) Imò tenet *Sanchez* apud eundem, (132) quòd etiam, ſi res ſit deducta ad forum contentioſum, aut factum ſit notorium, quòd Mulieres poſſint adhùc tempore prædicto abſolvi, prò foro tamen conſcientiæ, non autem prò foro fori.

77 Quò verò ad Religioſos introducentes, & admittentes, poſſunt Prælati Regulares abſolvere ſuos ſubditos, imò etiam, ſi caſus deductus ſit in judicium, poſſunt ſecundùm nonnullos Doctores, (133) in foro tamen conſcientiæ tantùm, abſolvere: quod congruentiſſimum eſt, nè diutiùs in malo ſtatu permaneant.

78 Quò autem ad pœnas *Monialium*, *violantium* propriam *Clauſuram* exeundo, aut extraneos admittentium; & aliorum intrantium, poſſunt Epiſcopi abſolvere, & etiam Confeſſarii Regulares, tempore indulgentiarum, ſicut ſuprà dictum eſt *num.* 75. Epiſcopi quidèm vigore *Tridentini*, (134) Confeſſarii autem Regulares, virtute privilegii ſupracitati, conceſſi à *Paulo III.* (135)

79 Si autem *violetur Clauſura* Monialium ad malum finem, putat *Peyrinus* (136) contrà *Graſſium*, poſſe ſupradictos abſolvere, vigore *Tridentini*. Et opinio *Peyrini* fundamentum habet, cum inibi Concilium nullum caſum excipiat ex reſervatis Sedi Apoſtolicæ; undè non eſt,

undè

(d) *Sperell. deciſ. 137. nu. 37. Par. 2. Thor. Comp. deciſ. V. Pœna diſchalceantis Par. 3 de Luca ad Vincent. de Franc. deciſ. 333. nu. 3. Raynald. Syntax. cap. 1. §. 14. nu. 7.*

(e) *Myler. Metrolog. cap. 25. §. 9. nu. 3. apud Io: Bapt. Pacichell. de Diſtant. cap. 4. Memb. 5. nu. 23.*

(124) *Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 16. nu. 93. Pelliz. de Monial. cap. 5. Sect. 3. q. 3. nu. 86.*

(125) *B. Pius V. Conſt. 8. circa paſtoralis. Cherub. Tom. 2.*

(126) *Suar. de Cenſ. T. 5. Diſp. 41. ſect. 2. nu. 10. & 12. Bonac. diſp. 1. q. 22. p. 2. nu. 2. de Cenſ. & q. 1. p. 5. num. 2. de Clauſ. Theſaur. de Pœn. par. 2. V. Clauſura q. 8. V. Abſolvere.*

(127) *Donat. tom. 3. Tract. 4. quæſt. 8. nu. 10. & ibi Roderic. Portel. Bonacin. Barboſ. Lezan. Tambur.*

(128) *Gregor. XIII. Conſt. dubiis apud Cherub. Tom 2. poſt Conſt. 28. ejuſd. Gregor.*

(129) *Alexand. VII. Conſt. Felici 13. Cal. Novemb. 1664. Lantuſc. Theatr. Regul. V. Moniales nu. 3.*

(130) *Sanch. Decal. lib. 6. cap. 16. nu. 98. Filiuc. Tract. 15. nu. 118. in fin. Theſaur. V. Clauſura cap. 6. V. Nota primò.*

(131) *Peyrin. ad Conſt. 6. Iulii II. n. 21. & ad Conſt. 2 Paul. III. §. 5.*

(132) *Sanch. Decal. lib. 6. cap. 17. nu. 43.*

(133) *Sanch. l. cit. Cruz. lib. 1. de Stat. Relig. cap. 6. Dub. 1. Concluſ. 6. Dian. par. 2. Tract. 2. Reſol. 26. apud Peyrin. ad Conſt. 5. Iulii II nu. 22.*

(134) *Conc. Trident. Seſſ. 24. de Refor. cap. 6.*

(135) *Sanch. lib. 6. in Decal. cap. 15. nu. 76. apud Peyrin. ad Conſt. 6. B. Pii V. num. 41.*

(136) *Peyrin. loc. cit. & ibi Graſſ. de Caſ. reſerv. lib. 1. cap. 5. nu. 17. Homobon. Tom. 1. Exam. Tract. 7. cap. 26. q. 110*

Digitized by Google

undè hìc debeat excipi. Confeſſarij verò Regulares non poſſunt abſolvere, vigore ſupracitati privilegii; hoc enim fuit revocatum in ſpecie reſpectu ſeptem caſuum, quorum tertius eſt *violatio Clauſuræ Monialium ad malum finem*, prout habetur ex Decreto Sacræ Congregationis, quod refert *Naldus*, & *Peyrinus* alibi. (137)

80 Superiores tamen Regulares poſſunt abſolvere ſubditum ſuum, ingreſſum Clauſuram Monialium, etiam ad malum finem. Quantùmvis enim abſolvere ab hoc caſu prohibeantur Regulares in citato Decreto, tamen hoc eſt reſpectu extraneorum. Sed reſpectu Subditorum non item, nàm ex privilegio *Sixti IV.* (138), poſſunt Superiores Minorum *abſolvere Subditos ſuos ab omnibus cenſuris, & caſibus quantùmvis gravibus, niſi adeò graves eſſent, quòd meritò eſſent ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi*. Hos autem caſus recenſet *Iulius II.* (139) dicens, eſſe hæreticum relapſum; Schiſmaticum; Falſificatorem literarum Apoſtolicarum; deferentem prohibita ad infideles; & conſpirantem in perſonam Summi Pontificis non verò habetur mentio de hoc. Præter quàm quòd quinque caſus reſervati à *Clemente VIII.*, non afficiunt Regulares, & hoc fuiſſe deciſum à Sac. Cong. Regularium, refert *Naldus* apud *Peyrinum* (140) Undè poſſunt Subditos abſolvere. Et ſi deductum ſit delictum ad forum judiciale, poſſe Regulares (in foro tamen conſcientiæ, & quò ad culpam tantùm, non autem quò ad pænam) à ſuo Prælato abſolui, ex *Sanchez* probat idem *Peyrinus*, alibi. (141)

## §. IX.

# Sacrilegium Cum Moniali.

*SUMMARIUM.*

1 *Nomen generis adaptatur aliquandò ſpeciei.*
*Sacrilegii nomen convenit multis criminibus.*
2 *Sacrilegium cum Moniali, quid propriè ſit.*
*Copula habentis votum caſtitatis cum fœminâ ſolutâ, eſt ſimplex fornicatio, juxtà Iureconſultos.*
*Iuxtà Theologos eſt ſacrilegium.*
*Sacrilegium dicitur quaſi ſacrum lædens.*
*Conditio perſonæ, cum quâ habetur copula, eſt exprimenda in confeſſione.*
3 *Sacrilegium Theologicum, & ſacrilegiũ legale, quæ ſint.*
4 *Non omnis immunditia cum fœminâ ſacrâ, eſt ſacrilegium.*
5 *Copulam habens cum Tertiariâ, committit ſacrilegium, ſicut cum Moniali.*
6 *Quomodò intelligenda hæc concluſio.*
7 *Tertiariæ ſolemne votum caſtitatis habentes, fuere obligatæ ad clauſuram, & nolentes clauſurari fuerunt ſæcularizatæ.*
8 *Tertiariæ cælibes, viventes in propriis domibus ſinè viris, dubium eſt, àn ſint perſonæ Religioſæ.*
*Rationes facientes prò ſententiâ affirmativâ.*
*Legatum factum puellæ*, ſi monachabitur, *debetur, ſi illa fiat Tertiaria.*
9 *Rationes facientes prò ſententiâ negativâ.*
*Semel Deo Sacratum profanari non poteſt.*
10 *Tertiariæ non ſunt perſonæ ſacræ.*
*Copulam habens cum Tertiariâ non comittit ſacrilegium.*
*Copulam habens cum Moniali novitiâ non committit ſacrilegium.*
11 *Oppoſitio ad prædicta ex Novellâ.*
12 *Satisfit oppoſitioni.*

1 SUper cætera naturalis coitus delicta, hucuſquè recenſita, creſcit *ſacrilegiũ*, nempè coitus cũ perſonâ, Deo dicatâ per votum caſtitatis. Licèt autẽ nomen *ſacrilegium* genericum ſit, & poſſit convenire multis delictis ſpecie diſtinctis, (ut furtum rei ſacræ, pollutio Eccleſiæ, rei ſacræ venditio, & alia, de quibus ſuo loco Dicemus; tamen hìc uſurpatur prò ſpecie particularis delicti; nec incongruum eſt, quòd nomen generis alicui ſpeciei adaptatur, ſiquidèm etiam *inquiſitio* quid genericum eſt, interveniens in omni ſpecie judicii criminalis; & tamen ſignificat etiam determinatam ſpeciem, quandò nempè Judex procedit ex officio, ad differentiam ejus, quandò procedit ad inſtantiam partis, prout aliàs (1) diximus.

2 *Sacrilegium* ergò, de quo loquimur hìc, eſt *copula carnalis, habita cum fœminâ, Deo Dicatâ per votum continentiæ Religioſæ*. Et hìc advertendum eſt, quòd, quàmvis *ſacrilegium* ſit quodvis peccatum contrà caſtitatem, commiſſum à perſonâ Deo dicatâ per votum ſolemne; tamen nomine uſitato *ſacrilegii* venit ſola *copula, habita cum fœminâ ſacrâ*. Scio quidèm Doctores (2) communiter tenere, quòd copula, habita à Præſbitero, aut alio, habente votum caſtitatis ſolemne cum fœminâ ſolutâ, non ſit *ſacrilegium*, ſed fornicatio. Verius tamen eſt, quod ſit verum *ſacrilegium*, prout docent Theologi, (3) quià *ſacrilegium* dicitur quaſi *ſacrum lædens*, ut vult *Albericus* (4), lædit autem tùm votum, tùm corpus proprium, quod Deo conſecratum eſt per ſolemnem profeſſionem, quiquis per carnis immunditiam ipſum polluit; & proindè in confeſſione neceſſariò debet exprimi ſtatus perſonæ, cum quâ habetur copula, àn ſcilicet ſit perſona ſacra, ſivè illa fuerit mas, vel fœmina, talis enim qualitas mutat ſpeciem peccati, & proindè dè neceſſitate exprimenda eſt, ut docent *Summiſtæ*. (5)

ſivè

(137) *Nald. Summ. V. Caſus. in fin. Peyrin. in Appendic. de Subd. V. Nota 4 fol. m. 174. col. 1.*
(138) *Sixt. IV. Conſt. Regimini. apud Roderic. Bullar. Sixt. IV. Bull. 14. §.*
(139) *Iul. II. Conſt. Virtute conſpicuos. 5. Calend. Auguſt. 2506. §. 29.*
(140) *Peyrin. ad Conſt. 6. B. Pii V. n. 42. in fin. & ibi Nald. V. Reſervatio. V. Et preter.*
(141) *Peyrin. ad Conſt. 6. Iulii II. n. 21. & ibi Sanch. Decal. lib. 6. cap. 15. n. 76.*
(1) *Par. I. Tit. Inquiſitio. n. 3.*
(2) *Felin. in cap. At ſi Clerici. & ibi Dec. & Butrig. de Iudic. Boſſ. de Coit. damn. n. 15. & 16. Clar. §. Fornicatio. V. Cum Preſbitero. Decian. Menoch. apud Farinac. q. 146. n. 30.*
(3) *D. Th. & Riccard. in 4. Diſt. 23. Azor. 3. P. lib. 3. cap. 27. q. 7. apud Bic. q. 116. n. 41*
(4) *Alberic. Diction. V. ſacrilegium.*
(5) *Villalob. Henriq. Fagundez. Filiuc. Sanch. apud Dian. Part. 1. Tr. 7. Reſol. 4.*

3 Sequitur hinc, quòd non tantùm copula ſive naturalis, ſeù contrà naturam cum mare, aut fœminâ; ſed etiam mollities, ſeù aliud quodvis peccatum contrà votum ſolemne caſtitatis, *ſacrilegium* eſt. Tamen eſt dicendum *ſacrilegium* Theologicum omne aliud delictum carnis, commiſſum à perſonâ ſacrâ; *ſacrilegium* autem legale, ſola *copula, quæ habetur cum fœminâ ſacrâ*, & de hoc hic loquimur; talique pacto concordari poſſunt diverſæ ſententiæ *Theologorum*, ac *Iuriſtarum*.

4 Dixi autem in ſuprà datâ diffinitione, quòd ſit *copula carnalis*, & hoc ad diſtinguendum, quòd non omnis actus immunditiæ cum fœminâ ſacrâ *ſacrilegium legale eſt*, ſed requiritur *copula perfecta*, quæ conſiſtit non ſolùm in penetratione intrà vaſa pudoris, ſed etiam in ſeminatione. Ad hoc enìm, quòd intret pœna ordinaria, oportet, quòd delictum quodvis perfectum in ſuo genere ſit ex vulgatis juribus. Sequitur hinc, quòd oſcula, & cæteri tactus impudici, & etiam penetratio intrà vas, habita cum fœminâ ſacrâ, non puniuntur pœnâ ordinariâ *ſacrilegij*, ut infrà dicam, ſed tantùm extraordinariâ: quæ tamen augenda eſt prò vicinitate ad actum completum, & conſummatum.

5 Dixi *habita cum fœminâ, Deo dicatâ*, nempè per votum caſtitatis, nàm ſententia multorum (6) eſt, quòd eodem crimine delinquat; & eâdem pœnâ puniendus ſit, qui cognoſcit carnaliter Monialem, & qui rem habet cum ſorore *Tertij Ordinis S. P. Franciſci, Dominici, ſive Auguſtini &c.* quas *Pinzocoras, Bizoccas, Beguinas*, ſeù *Beatas* vulgus nuncupat prò varietate locorum, quàmvis iſtæ *Monachæ*, ſeù *Sanctimoniales* minimè ſint.

6 Sed prædictorum Doctorum concluſio non videtur admittenda, niſi cum diſtinctione. Aliæ ſiquidèm erant *Tertiariæ*, quæ collegialiter vivebant, & tria vota emittebant in manibus Prælati, alicujus ex quatuor *Ordinibus Mendicantibus*, ſub quo vivebant, non tamen erant ad clauſuram adſtrictæ, de quibus abundè loquitur *Donatus*, (7) qui varias Conſtitutiones Pontificum de his citat. Iſtæ autem erant veræ Religioſæ, Regulam approbatam profeſſæ, & Deo dicatæ per vota. Et de his dubium non eſt, quòd carnaliter eas cognoſcens, *ſacrilegium* legale committebat, & ordinariam pœnam merebatur, tanquàm perſonam ſacram violans: & in hoc ſenſu debent accipi præcitati Doctores.

7 Sed *Tertiarias* prædictas ſuſtulit *B. Pius V.* per ſuam Conſtitutionem, (8) quâ juſſit, ut prædictæ ad votum quartum Clauſuræ perpetuæ obligarentur; ſin minùs ad proprias domos reverterentur, quod etiam poſtmodùm anno 1569. confirmavit Sacra Congregatio per ſuum Decretum, quod recitat *Piaſecius*, & *Peyrinus*. (9) Et hoc innovatum fuit à Sac. Congregatione Concilii 20. *Decemb.* 1616 per ſuum Decretum, quod poſt alios, quos citat, dat per extenſum *Donatus*. (10) Porrò per hoc ultimum Decretum conceſſa eſt facultas Mulieribus tùm Viduis, tùm Virginibus, ut in domo propriâ ſinè viris niſi in primo ſint gradu affinitatis, aut conſaguinei) cum habitu, recepto à Superiore Regulari, emiſſo voto continentiæ, licentiâque, ab Epiſcopo impetratâ, vivere poſſint; & gaudere privilegiis *Tertij Ordinis*, cujus habitum aſſumpſere, & exemptionem à Juriſditione *Ordinariorum*.

8 An autem iſtæ vere ſint perſonæ Religioſæ, quæſtio eſt valdè implexa, & nubiloſa, pròut eam, loco ſupracitato, vocat *Donatus*, habet ſiquidèm multas rationes, & jura hinc indè contraria, & Doctores, & numero, & auctoritate pares. Negant *Rodericus, Sanfelicius, Bolognetus, Gratianus, Barboſa, Belletus, Craſſus, Giurba, Capiblancus, Borellus, Cevalos, Vivius, & Tora* quos citat *Donatus* loc. cit. *num.* 16. Affirmant *Cochier, Riccius, Ciarlinus, Squillante, Tortell., Peyrinus, Diana, Hieronym. Rodericus, Novarius, Barboſa, Bordonus, Naldus, & Pellizzarius* apud ſupracitatum *nu.* 17. Urget prò affirmativa maximè Decretum Congregationis ſuprà tactum, per quod tales *Tertiariæ* gaudent omnibus privilegiis ſui Ordinis; proindè perſonæ ipſarum, quò ad privilegium, cenſendæ ſunt ſacræ; & ſic contaminantes eaſdem per impudicitiam, eundem reatum *ſacrilegii* committunt, ac ſi peccaſſent cum Moniali Ordinis ejuſdem; attento etiam, quòd ipſæ prò Monialibus habentur, undè legatum factum puellæ cum hâc conditione, *ſi monachabitur*, debetur eidem, ſi ipſa fiat *Tertiaria*, pròut reſolvunt multi Doctores. (11)

9 Prò negativâ facit aliud validum argumentum, quòd nempè votum iſtarum non eſt ſolemne, ſed ſimplex, quod non inducit invaliditatem matrimonii, nec comprehendit alia duo vota Religionis: undè poſſunt prò libito ſæcularizari. Sequitur hinc, quòd non poſſunt dici perſonæ, Deo conſecratæ, quod enìm ſemel Deo ſacratum eſt, nequit ampliùs in profanos uſus converti. (12)

10 In hâc opinionum varietate, ſalvâ meliori ſententiâ, puto concedendum cum ſecundâ opinione, tales *Tertiarias* non eſſe perſonas ſacras; tamen dicendum cum primâ, quòd ipſæ gaudent omnibus privilegiis Ordinum ſuorum, juxtà ſupracitatum Decretum Congregationis, nec tamen ſequi; quòd coitus cum illis habitus ſit *ſacrilegium* punibile eo modo, quo punitur habitus cum verâ *Moniali*. Ratio eſt, quià privilegium, ſibi conceſſum ab Eccleſiâ, concernit ſolùm ea, quæ per legem Eccleſiaſticam ordinantur: ut potè indulgentias, facultates, exemptiones &c. concernit etiam pœnas, à lege Eccleſiaſticâ latas contrà facientes illis iniuriam: non tamen ſequitur per hoc, quòd abutens eis incurrat illud delictum, cui ab Imperatore pœna mortis lata eſt. Si quidèm jus Civile feriens gladio coitum cum *Moniali*, intendit punire facientem iniuriam perſonæ ſacræ; quòd autem *Tertiariæ* perſonæ ſacræ ſint ex privilegio Eccleſiæ, non facit, quòd tales evadant in jure Cæſareo, quod talem pœnam ſanxit tantùm contrà perſonas ſacras, de jure communi, & proprio, non verò de privilegiato. Proindè videmus, quòd, quò ad Eccleſiam, Novitii gaudent privilegiis profeſſorum, (13) tamen, qui rem habet cum *Moniali Novitiâ*, non committit ſacrilegium, morte vindicandum, pròut docet *Ricius* (14) poſt Triviſanum,

(6) *Carer. Giachar. Baiar. d. ad Clar. Decian. Farinac. q. 146. nu. 19. apud Rict. q. 116. n. 31.*

(7) *Donat. Tom. 2. Par. 4. Tr. 17. quæſt. 1. per. tot.*

(8) *B. Pius V. Conſt. Circa paſtoralis. 1566. Cherub. Bullar. Tom. 2. Bull. 8. Pii. V.*

(9) *Piaſec. Prax. Par. 2. cap. 3. n. 57. Peyrin. ad Conſt. 4. Sixt. IV. §. 7. n. 35.*

(10) *Donat. Tom. 2. Par. 4. Tr. 17. q. 3. n. 21. & ibi Cochier. Barboſ. Peyrin. & Novar.*

(11) *Rota Sicil. Deciſ. 88. Maſtrill. Deciſ. 8. apud Ricc Collect. 1050. Par. 4. Novar. Par. p. de elect. variat. for. ſect. 6. q. 66. n. 16. Thor. Tom. 3. comp. ſect. 2. V. legatum dotis. Add. ad Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 3. lit. D. Donat. Tom. 2. Par. 4. Tr. 17. q. final. n. 23.*

(12) *cap. ſemel. de Reg. jur. in 6.*

(13) *cap. Religioſo. §. Quamvis de Sent. Excom. in 6.*

(14) *Ricc. Collect. 795. Par. 3. Tom. Triviſan. Deciſ. Rot. Venet. 57. Balb. Deciſ. 29.*

Digitized by Google

*diſanum*, & *Balbum*, quià adhùc ſacrata non eſt, quàmvis privilegio ſacratæ gaudeat. Et ſic in caſu noſtro.

11 Quòd, ſi contrà hoc dicatur, quòd *Iuſtinianus* in ſuâ *Novellâ*, (15) quæ refertur in *Decreto*, habet, quòd, *ſi quis rapuerit, aut ſollicitaverit, aut corruperit Aſcetriam, aut Diaconiſſam, aut Monaſteriam, aut aliam quamlibet fœminam venerabilem habitum habentem, capitale periculum ſuſtineat*: & ex hoc apparet, quòd par ſit delictum in jure Civili violantis quamlibet fœminam venerabilem, hoc eſt religioſum habitum habentem, ſicùt corrumpentis *Monialem*; undè etiam ad *Tertiarias* talis lex extendatur.

12 Reſpondeo, negando conſequentiam. *Aſcetria* enim, prout notat *Gloſſa*, (16) quæ eas vocat *Aſſiſterias*, erant Mulieres Religioſæ recluſæ, quæ, ſicut etiam *Diaconiſſa*, & *Monaſteria*, ſeù *Moniales*, ſtabilem permanentiam in vitâ religioſâ, emiſſis votis, habebant. Undè etiam *fœmina, venerabilem habitum habentes*, de quibus loquitur citata *Novella*, erant eæ, quæ cum veſte, & profeſſione religioſâ, erant famulatui divino ſtabiliter mancipatæ, licèt in nomine, & formâ vivendi, à prædictis diſcreparent. Tales autem *Tertiariæ* non ſunt, cùm poſſint, ut dicebam, ſæcularizari: proindè ad eas talis lex extendenda non venit.

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

13 *In caſu imputati ſacrilegii cum Moniali, ipſa non eſt viſitanda.*

14 *Repertus in lecto cum Moniali, ex ſolâ præſumptione ſacrilegii commiſſi, non poteſt damnari ad mortem.*

Ex *præſumptione probatur copula cum fœminâ, quandò agitur civiliter*

*Reo, qui cubavit cum Moniali, negante copulam habuiſſe cum eâ, debet ipſa ad mandatum Iudicis viſitari.*

13 PRobatio iſtius delicti non differt ab aliis delictis carnis, & circà hoc nihil peculiare habetur. Hoc ſolùm modo noto, quòd *Raynaldus* poſt *Sperellum*, (17) & contrà *Lapum* tenet, quòd *Monialis*, ſuſpecta de ſtupro, non ſit viſitanda per obſtetrices, & hoc ob quandam reverentiam; & teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per Sac. Congr. Epiſcoporum in unâ *Terracinen.* ipſo referente; quià ad imponendam pœnam ordinariam viro, ſufficiebat, juxtà Bannimenta ſtatus Eccleſiaſtici, ingreſſus illius, & permanentia in *Monaſterio Monialium*.

14 Tamen talis ratio decidendi valere debet in caſu ſimili, quòd nempè vir ingreſſus ſit in Monaſterium, non tamen ità eſt, ſi *Monialis*, egreſſa Monaſterium, reperta eſſet in domo viri; undè talis concluſio univerſaliter vera non eſt. Si enim repertus eſſet vir, etiam cubans cum *Moniali*, & iſte eſſet negativus circà copulam completam, non poſſet ex tali præſumptione, quàmvis juris, & de jure ad pœnam mortis condemnari. Licèt enim in quâdam Decretali, (18) latâ inveniatur ſententia divortii prò viro contrà Mulierem, quæ viſa fuerat jacuiſſe nudam cum conſanguineo Mariti; ex quo deducitur, quòd ex præſumptione violentâ probata remaneat copula. Tamen hoc verum fuit, quandò agebatur tantùm *civiliter*, puta, ad ſolum divortium, & privationem mutuæ ſervitutis, prout habet ibi *Gloſſa*, & etiam, quià cùm fœmina jàm eſſet corrupta, nulla remanebat via ulterior probandi non factum concludenter. Sed in caſu noſtro, in quo ageretur *criminaliter*, & de vitâ hominis, & poſſet probari per inſpectionem corporis, crimen non eſſe commiſſum, Dico, quòd, ſi vir neget delictum copulæ, & iſtet, ut viſitetur *Monialis*, debet Judex decernere, quod inſpiciatur. Ex quo enim *Monialis* eſſet corea, teneretur ipſa ſubire ignominiam viſitationis; ſicut particeps fuit in culpâ cum viro; & Judex debet ad defenſionem Rei, & ejuſdem petitionem concedere, & decernere illius viſitationem, per quam expugnari poteſt contraria præſumptio; præterquamquod ità eſſet favorabilis *Moniali*, ſicùt viro talis viſitatio, per quam probaretur concludenter non admiſſum crimen atrocius; & ideò abſolutè facienda; putoque tali caſu, *Monialem* ex ſe perituram eſſe, ut inſpiceretur, ad vertendam à ſe talem culpam, ſicùt probare alia voluit, ſe non fuiſſe à Marito cognitam, prout habetur in jure. (19) Quòd, ſi ipſa aliàs fuiſſet corrupta, concedò, quod ex ſupradictâ præſumptione ad pœnam ordinariam poſſet condemnari, maximè, ſi ipſo exiſtente negativo, *Monialis* confiteretur crimen.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

15 *Copula cum Moniali triplicem continet malitiam.*

*Punitur pœnâ mortis naturalis.*

*Etiamſi Monialis fuiſſet anteà deflorata.*

16 *De jure novo non infertur mors, niſi interveniat violentia, quæ fit in raptu, aut violentur Clauſtra cum aliquali vi.*

17 *Prò aliis impudicitiis cum* Moniali, *datur pœna extraordinaria.*

18 *Alia crimina, ſervientia huic impudicitiæ, extraordinariè vindicanda.*

19 *Pœna de jure Canonico vitiantis* Monialem.

*Ingreſſus licitè intrà Clauſtra, ac vitians* Monialem, *non incurrit Excommunicationem latæ ſententiæ, ſed ferendæ.*

20 *Pœna Clerici, committentis ſacrilegium cum Moniali, de jure antiquo.*

*De jure novo pœna eſt extraordinaria.*

*Clericus damnatus de hoc crimine eſt infamis.*

*Etiamſi crimen fuerit ſemel tantùm commiſſum.*

21 *Apud Minores de Obſervantiâ Reus de hoc damnandus ad Triremes.*

*Dictio* omninò *quid importet.*

22 *In quocunquè caſu talis pœna eſt irroganda.*

23 *Pœna Statutaria nunquàm incurritur, niſi crimen fuerit in ſuo genere perfectum.*

*Sive, niſi in Statuto ponatur, quòd ordinariâ pœnâ puniatur conatus ad crimen.*

24 *Opinio Sanctori in oppoſitum.*

25 *Refellitur Sanctorus.*

26 *Pœna Monialis paſſæ ſtuprum.*

Delicto-

(15) *Novell. 123. de Sanctiſſ. Epiſ. cap. 43. Coll. 9. cap. Si quis rapuerit 27. q. 1.*

(16) *Gloſſ. in cap. Si quis rapuerit in V. Aſſiſteriam. 27. q. 1.*

(17) *Raynald. Syntax. cap. 1. §. 14. n. 17. & ibi Sperell. Deciſ. 136. n. 8. & ſeqq. Lap. Allegat. 53. n. 5.*

(18) *cap. litteris.* Extrà *de Præſumpt. junct. gloſs. in V. divortii.*

(19) *text. in cap. Propoſuiſti 4. de Probat.*

15 DElictorum carnalium in ſerie naturali hoc graviſſimum eſt, prout enim habet *Gloſſa* quædam, cui concordant *Doctor Angelicus*, & illius Magiſter *Irrefragabilis*, (16) triplicem habet malitiam; puta, *Adulterij*, ex quo violatur ſponſa Chriſti; *Inceſtus*, ex eo, quòd Chriſtus Pater noſter eſt, undè ejus ſponſa ſpirituali affinitate nobis conjuncta eſt; & *Sacrilegij*, quià perſona Deo dicata temeratur. Leges proindè Imperiales extremâ ultione mortis naturalis in illud animadvertunt, prout habetur in *Codice*, & *Authenticis*, (17) & communiter ſcribunt Doctores, (18) & hoc etiamſi *Monialis* fuiſſet anteà ab alio deflorata, ſeù corrupta, ut pòſt *Boſſium*, & *Caballum*, ſcribit *Raynaldus*. (f)

16 Hoc tamen licèt de jure verum, nihilhominùs in praxi non ſervatur, niſi interveniat aliqua vis, prout in raptu vero; aut ſit cum penetratione nocturnâ, intrà Clauſuram, cum aliquali violentiâ, illatâ *Moniali*; (✱) ſi enim ex condicto *ſacrilegium* committitur, ſivè intrà, ſivè extrà Clauſtra ſit, non exceditur pœna triremium ad vitam prò viro; & prò *Moniali* privatio veli, & aut longa, aut perpetua reclusio in Carcere, juſtà circumſtantias delicti; & ſic Vidi ſæpiùs practicatum.

17 Quid autem, ſi non *ſacrilegium* perfectum, ſed interveniant oſcula, tactus, aut mollities, hinc indè procurata? Dico, quòd non intrat niſi pœna extraordinaria; quæ tamen variari debet juxtà qualitatem graviorem delicti, & frequentiam actus. Oſculum enim datum Moniali, maximè ſi ſit obiter, extraordinariam ſolùm pœnam meretur, ut dicunt Auctores, (19) & meo quidèm judicio leviſſimam comparatione cæterorum actuum, qui atrociores oſculo ſunt. Creſcere proindè debet gravitas pœnæ extraordinariæ in tactu, maximè impudico præ oſculo; & etiam augeri debet pœna procuratæ mollitiei ſuprà tactum.

18 Accedunt ad parem pœnam alia extraordinaria crimina, quæ *ſacrilegio* reductivè famulantur; ut imago Amaſii, ad *Monialem* miſſa; epiſtolæ ſpurciſſimis narrationibus plenæ; capilli, & etiam pili impudici; mollities procurata in viro ex ſe coràm *Moniali*, & centum hujuſmodi fætidiſſimæ libidinis adinventa, ad flectandam *Monialem* ad *ſacrilegium*. Omnia hæc extraordinariè ſunt punienda: ſed magnam ſeveritatem exercere debet Judex Eccleſiaſticus in vindicandâ iniuriâ, factâ *Chriſto Ieſu* in Sponſâ ſuâ, tot artibus tentatâ.

19 Quantùm ad Clericos, pœnas de jure Canonico inflictas, reſpectu Laicorum habetur Excommunicatio, ut dicitur in jure. (20) An verò cenſura hæc ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ, controvertunt Doctores. *Aloyſius de Leo*; & *Menuchius* (21) tenent, quòd ſit ſententiæ latæ; alii verò communiter volunt, quòd ſit ferendæ, ut ſcribit *Theſaurus*, (22) & re verâ citati Canones loquuntur de ferendâ, non verò de latâ. Tamen advertendum eſt, quòd, ſi *ſacrilegium* committatur cum violatione Clauſuræ ad malum nem, Excommunicatio eſt latæ ſententiæ, & *Papa* reſervata per totam Italiam extrà Urbem, (25) non quidèm ratione *ſacrilegii*, ſed ratione ingreſſus ad malum finem. Cæterùm, ſi quis legitimè ingreſſus Clauſuram, coeat cum *Moniali*, non incurrit hanc excommunicationem, ut pòſt *Dianam* ſcribit *Theſaurus*, (24) ſed aliam ferendæ ſententiæ, pròut ſuprà dictum eſt.

20 Reſpectu autem Clericorum, qui in tantum ſcelus prorumpunt, variæ pœnæ reperiuntur in antiquis Canonibus inflictæ; Rei enim talis criminis maledictione æternâ, tanquã filii perdictionis, percutiuntur. (25) Cõmunione, & Convivii privatione mulctantur (26). Detrudi in Ergaſtulis jubentur. (27) Et ab Ordinibus, & gradibus deponuntur. (28) Hodiè verò loco detruſionis in Ergaſtulũ, ſeù Monaſteriũ, ſuccedit pœna arbitraria Judici, ut ex *Menochio* vult *Theſaurus*. (29) Deponendus tamen eſt Reus ob hoc crimen, & de eo condemnatus efficitur infamis, ac irregularis iuxtà *Diaz*, & *Farinacium*, quos ſequitur *Sanctorus*. (30) Et hoc procedit quatùmvis crimen non fuerit continuatum, & ſcandaloſum, ſed ſemel tantùm commiſſum, ut pòſt *Decianum*, qui teſtatur de communi, cum *Anania*, & *Farinacio* ſcribit de *Bictis*. (31)

21 Quò autem ad Regulares, inſpiciendæ ſunt eorum Conſtitutiones, ſi quid ùltrà jus commune diſponunt, aliter pœnis Clericorum afficiendi ſunt. Prò Nobis *Minoribus de Obſervantiâ*, habetur tale Statutum Ordinis. (32) *Si quis ſacrilegium cum Moniali admiſerit, ad Triremes omninò damnetur, aut perpetuo Carceri, Superiorum arbitrio, mancipetur*, quod etiam recitatur in *Textu*. (33) Circà hoc Statutum adverto, quòd apponitur dictio *omninò*, quæ pròut ex jure (34) habetur, idem ſignificat, quod *indiſtinctè*; ſignificat enim *ſinè diſpenſatione*, pròut ſcribit *Abbas*, (35) proindè excludit omnem gratiam, & miſericordiam, & diſpenſationem, ut pòſt *Felinum*, & alios docet *Barboſa* (36): ſenſus igitur Statuti eſt, quòd *indiſtinctè*, puta, nullâ habitâ diſcretione perſonarum: hoc eſt ſivè Laicus, ſivè Clericus, ſivè Sacerdos ordinarius, ſivè Pater gravis, aut graduatus Reus ſit: nullâ interveniente diſpenſatione, gratiâ, aut miſericordiâ, aut ad Triremes, aut ad carceres perpetuos damnetur.

22 Hinc

(16) *Gloſſ. in cap. Virginibus. 27 q. 1. D. Th. 2. 2. q. 99. & 154. Art. 10. ad 2. Alex. de Ales Par. 2. Quæſt. 152. init. apud Sanct. de Pæn. Par. 1. cap. 8. q. 9. V. Reſpondeo ſecundo. fol. 365.*

(17) *text. in l. Raptores C. de Epi. & Cler. Authen. de Sanct. Epiſc. cap. 43. Coll. 9.*

(18) *Clar. §. Fornicatio. V. Cum Moniali. Marſ. in l. Unica. n. 40. C. de Rapt. Boſs. de Coit. damnat. n. 8.*

(f) *Boſs. Tit. de Coit. damn. n. 79. Caball. Crim. Reſol. 200. n. 72. apud Raynald. Syntax. lib. p. §. 14. n. 15.*

(✱) *Theſaur. de Pæn. V. Clauſura cap. 7. V. II. Peccatum. & ibi Farin. q. 145. n. 1.*

[19) *Afflict. apud Decian. Tr. crim. lib. 6. cap. 20. n. 16. Farinac. q. 146. n. 33. apud Raynald. Syntax. cap. 1. §. 14. n. 18. Bict. q. 116. n. 39.*

(20) *cap. Virginibus. cap. ſi quà Monacharum. 27. q. 1.*

[21) *Aloyſ. de Leo. Rubr. de Rapt. Virg. Menoch. de Arbitr. Caſ. 389. n. 24.*

(22] *Theſaur. de pæn. Par. 2. V. Clauſura. cap. 7. in fin.*

(23) *Greg. 13. Bull. 8. §. 4. Filiuc. Tr. 15. n. 119. Theſaur. For. Eccl. Par. 3. cap. 33. n. 171. Barb. de Offi. & pot. Epi. 50. n. 186.*

(24) *Dian. Par. 2. Tr. 2. Reſol. 67. Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Clauſura cap. 7. V. Intellige ad malum.*

(25) *cap. Sciendum eſt. 27. q. 1.*

(26) *cap. de Viduis. il p. 27. q. 1.*

(27) *cap. Impudicas. cap. ſi quis. Sacro. § Velate. 27. q. 1.*

(28) *cap. ſi quis Epiſcopus. 27. q. 1.*

(29) *Menoch. de Arbitr. l. b. 2. Caſ. 360. n. 58. Theſaur. de Pæn. V. Clauſura cap. 7. V. II Peccatum.*

(30) *Diaz. Prat. Crim. cap. 84. Farinac. q. 146. n. 26. Sanctor. de Pæn. cap. 8. quæſt. 9. V. Reſpondeo ſecundo. fol. 366.*

(31) *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 20. n. 6. Anani. Farinac. q. 146. nu. 27. apud Bict. Quæſt. 116. n. 32.*

(32) *Statut. gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 22.*

(33) *Tit. Applicatio. §. 37.*

(34) *l. Si cum exceptione. §. Quatenùs. junct. gloſ. ff. Quod met. cau. l. Ubi autem. §. fin. ff. de Verb. obl. Clem. 1. ubi Gloſ. in V. omnino. de Vit. & hone. Cler.*

(35) *Abb. in cap. Qualiter, & Quando. il 2. de Accu. n. 18. V. ſed contrà.*

(36) *Felin. in cap. Ex parte il p. de Off. Delegat. Matien. & Sanchez apud Barboſ. Diction. 240. n. 11.*

Digitized by Google

22 Hinc prò nobis ſuffragari non debet conſideratio, quòd *ſacrilegium* commiſſum fuerit ex condicto; ſivè quòd *Monialis* blanditiis illexerit Religioſum ad crimen; ſivè quòd *Monialis* ipſa egreſſa Clauſuram, jerit ad pertrahendum Religioſum ad ſcelus. Hæc ſiquidèm ſecundùm ſe, & reſpectu aliorum, temperationem pœnæ mererentur; tamen, reſpectu noſtri, hoc non eſt, talis enim pœna *omninò* danda eſt; hæc enim dictio indiſtinctè comprehendit omnes caſus, nec dicere poſſumus, quòd magìs comprehendat unum caſum, quàm alium, ut dicunt Doctores, (37) proindè in omni, & quocumque caſu talis pœna irroganda eſt, & Judex noſter habet manus ligatas, ità ut contrà, infrà, aut præter dictam pœnam, arbitrari non poſſit.

23 Verum eſt, quòd oportet, quòd *ſacrilegium* in ſuo genere completum, & perfectum fuerit; puta, quòd carnalis copula perfecta fuerit in ſuo genere, nec ſufficiat attentata, & etiam inchoata, niſi ſeminatio ſit intrà vas. Notum enim eſt, in jure eſt, pròut multi Doctores (38) ſcribunt, quòd pœna ſtatutaria, etiam in atrociſſimis, non incurritur, niſi delictum in ſuo genere fuerit perfectum, & conſummatum; niſi in Statuto expreſſis, & claris verbis ponatur, quòd crimen, etiam effectu non ſecuto, ſed tantum attentatum, tali pœnâ puniatur; aliter, quàmvis deventum ſit ad actum proximum, extraordinariè punitur, ut pòſt *Baldum*, *Boſſium*, & alios, ſcribit *Farinacius*. (39) In Statuto autem citato, nec verbum habetur de conatu, aut affectu ad crimen, ſed loquitur *Textus* de *ſacrilegio*, quod proindè accipiendum eſt de completo.

24 In oppoſitâ ſententiâ videtur eſſe *Sanctorus*, (40) dùm ait, quòd nomine *ſacrilegii* veniat cubare in eodem lecto, ruere in amplexus, tactus, & oſcula, & ſe polluere cum perſonâ, Deo dicatâ, quod firmat auctoritate *S. Cypriani lib. de Virginit. ad Pomponium*, quod refert in *cap. Nec aliqua. 27. qu. 1.*

25 Sed doctiſſimi viri pace, hoc non admiſerim, conceſsâ enim auctoritate *S. Cypriani*, quòd etiam abſquè concubitu naturali pollui poſſit corpus Virginis, Deo dicatæ; non tamen ſequitur, quod omnis talis immunditia dici poſſit *ſacrilegium legale*, quod ſupradictâ pœnâ veniat puniendum. De copulâ nefandâ quidèm concedendum eſt, hoc enim verum *ſacrilegium* eſſet, imò atrocius naturali congreſſu: De cæteris autem, ut oſculis, amplexu, mollitieque, quovis modo, aut ſimpliciter, aut reciprocè procuratâ, non ſic: quantùmvis enim hæc dici poſſint *ſacrilegia Theologica*, per quæ res, Deo ſacra, læditur; non tamen ſunt *ſacrilegium* verum, & completum *legale*, quod tali pœnâ Statutariâ percutitur. Sed pœnâ tantùm extraordinariâ vindicatur, pròut ſuprà *num.* 17. dictum eſt. Quod etiam concedere videtur *Sanctorus* ipſe, dùm paulò pòſt (41) concludit, quòd in quâcunque parte corporis committatur actus, erit *ſacrilegium* punibile ſecundùm magìs, & minùs, prò actus peccaminoſi qualitate. Si enim creſcere, aut decreſcere debet pœna prò qualitate actus peccaminoſi, ſequitur, quòd omnes tales actus non veniant nomine *ſacrilegii*, quod punitur tali pœnâ Statutariâ indiſpenſabili, pròut ſuprà *numer.* 21. & 22. dictum eſt.

26 Quid autem de pœnâ *Monialis*, ſtuprum paſſæ? In Statutis Ordinis nihil determinatum habetur; proindè ad communem praxim eſt recurrendum. Hæc autem eſt, ut Carceri formali, aut perpetuò, aut ad tempus longum, juxtà graviores qualitates delicti, mancipetur; velo privetur, & amiſſione vocis activæ, & paſſivæ, ac loci antianitate inter eas, quæ ſui Ordinis ſunt, mulctetur, pròut reſolutum fuiſſe à Sacrâ Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, teſtatur *Sperellus*. (42)

(37) *Socin. iun. Roland. Glorit. Seraphin. Tuſc. Iaſon. apud Barboſ. loc. cit. num. 3.*

(38) *Vivi. Comm. opin. 882. num. 1. & ſeqq. Claud. ad Bertaz. Conſ. 123. num. 1. Menoch. de Arbitr. lib. 2. Caſ. 360. num. 108. & ſequ. Bald. Dec. Felin. cit. à Farinac. q. 124. num. 117. apud Bicz. q. 132. num. 14.*

(39) *Bald. in l. 1. §. Hæc autem. ff Quod quis. iur. Boſſ. Tit. de Extraord. crim. num. 2. ℣. Sed tamen. Angel. Alex. Bologn. Alberic. Caſtr. apud Farinac. qu. 124. nu. 57. & 58.*

(40) *Sanctor. de Pun. 8. q. 9. ℣. Reſpondeo, Theſaurus fol. 367.*

(41) *Sanctor. loc. cit. ℣. Reſpondeo affirmativè, in fin. fol. 368.*

(42) *Sperell. deciſ. 136. num. 53. par. 2.*



Digitized by Google

# §. X.

## Mollities.

*SVMMARIVM.*

1 *Delictum carnis, cur aliquandò dicatur contrà naturam.*
2 *Opiniones Doctorum, circà aſſignandam differentiam ſpecificam criminum carnalium contrà naturam.*
3 *Aliorum opiniones de eâdem materiâ.*
4 *Alia opiniones circà idem refelluntur.*
5 *Generatio naturalis, ut ſequatur, quot circumſtantia, & qua requiruntur.*
6 *Sex modi peccati contrà naturam.*
7 *Crimen contrà naturam, quomodò evadat gravius in ſuo Ordine.*
*A totâ ſpecie gravius eſt quolibet crimine ſecundùm naturam.*
8 *Mollities, quid ſit.*
9 *Gradus gravitatis in crimine mollitiei.*
*Mollities ab aliquibus ſodomia vocatur, ſed malè.*
10 *Aliquandò cumulanda pœna maſtupratorum cum pœnâ ſollicitantium.*
11 *Major eſt gravitas mollitiei, per aliam perſonam procurata.*
*Talis Mollities gravior ſodomiâ cenſetur à Caballo, ſed malè.*
12 *Peccatum Onan filii Iuda, quale fuerit.*
*Coiens cum Muliere, & ſeminans extrà vas, ad impediendam generationem, ab Hebrais comparatur homicida.*
13 *Coitus cum fœminâ mortuâ, eſt mollities.*
*Quò ad culpam legalem dici poteſt ſacrilegium.*
*Violare cadavera mortuorum, ſacrilegium eſt.*
*Coire cum cadavere gravius eſt, quàm illud expoliare.*
14 *Excommunicantur exenterantes, concidentes, aut elixantes cadavera mortuorum.*
*Corpus humanum aſtimationem non recipit.*
*Graviùs abutitur cadavere humano, coiens cum eo, quàm illud concidens, aut elixans ad effectum ſepeliendi.*

1 CRimina carnis contrà naturã proſequimur, abſolutis iis, quæ ſecundùm naturam ſunt. Dicuntur autem contrà naturam, non quòd ad illa non habeatur naturalis inclinatio (ſiquidèm videmus, quòd in quibuſdã brutis, in quibus non habetur natura per peccatum depravata, viget inclinatio ad actus ſimiles immunditiæ carnalis; ut in Cercopitheco ad mollitiem, in cervo, cane, & aſino ad ſodomiam; in tauro, equo, & cæteris coeuntibus cum bruto diverſæ ſpeciei ad beſtialitatem,) ſed quià tales ſunt actus, quòd ad eos non poteſt ſequi generatio, prout ſcribit Armilla, (1) Hoc autem accipiendum eſt non abſolutè, ſed regulariter; namque etiam in coitu beſtiali poteſt ſequi generatio, & frequenter fit in generatione muli, burdonis, & hinni, qui generantur ex coitu animalium ſpeciei diverſæ; & mihi in ſacramentali confeſſione cõſtat, mulierẽ ex cane concepiſſe, & peperiſſe puerum, qui baptizatus fuit (omnia enim membra humana habuit, ac ſi ab homine fuiſset genitus, & duobus tantùm menſibus vixit: & audivi à viro, fide digniſſimo, in quodam Monaſterio, cujus nomen, (ut famæ illius parcam, taceo, fuiſſe Monialem filiam cujuſdam Principis, ſuſceptam ex Equâ, & naturæ equinæ nihil habebat, niſi quoſdam pilos oblongos ſuprà collum ad modum jubæ equinæ; & dum ex improvisò, & abſquè advertentiâ rideret hinnire videbatur. Nec etiam dicuntur contrà naturam, ex eò quòd ſint contrà dictamen rectæ rationis naturalis, ſiquidèm hoc modo omnia peccata contrà præcepta Decalogi eſſent contrà naturam, cùm præcepta, quibus opponuntur de jure rationalis naturæ ſint, ut communiter tradunt Teologi: ſed quià, vt dicebam, ſunt contrà ordinem, quem natura etiam in aliis animantibus inſtituit, ut ſpeciei conſervatio individuorum, generationẽ ſequi poſſet, cum *Pereira, Raynaldus.* (2)

2 Differentiam ſpecierum, quibus talia crimina committuntur diverſimodè excogitant Auctores; nàm nonnulli (3) dicunt, quòd talia crimina alia ſunt *contrà naturam humana ſocietatis*; ut ſi quis coeat cum Matre, Filiâ, aut Nepte in lineâ rectâ: alia ſunt *contrà naturam ſexus humani*, vt coeundo maſculus cum maſculo, aut fœmina, cum fœminâ: alia *contrà naturam generis humani*, ut coeundo cum brutis. Sed talium Doctorum pace, hæc diviſio minùs apta convincitur. Siquidèm coitus cum Matre, & filiâ &c. inceſtus quidèm eſt, non tamen ſub crimine *contrà naturam* continetur; ſiquidèm ex tali coitu optimè, & regulariter ſequi poteſt generatio; crimen autem *contrà naturam* eſt, ſi ad illud ſequi nequit generatio, ut dicebam; præterquam quod inſufficiens eſt talis diviſio, quià non comprehendit *mollitiem*, & coitum cum Dæmone, quæ delictâ contrà naturam ſunt.

3 Alii (4) diſtinctionem petunt à commixtione viri cum proprio ſexu, nempè maſculi, cum maſculo: ſecundò à coitu fœminæ cum fœminâ: tertiò à concubitu præpoſtero maſculi cum fœminâ: quartò à coniunctione maſculi, ſeù fœminæ cum bruto. Sed etiam talis diviſio vitioſa eſt, tùm quià *mollitiem* non comprehendit nec dœmonialitatem, proindè inſufficiens eſt; tùm quià ejuſdem ſpeciei crimen eſt coitus maſculi cum maſculo, ac fœminæ cum fœminâ, (quià mas, & fœmina homines ſunt, & ambo ſpeciei ejuſdem) licet differant accidentaliter.

4 Alii dicunt, (6) quòd crimen contrà naturam, aliud eſt, quod fit *contrà naturam humani moris*, & hoc eſt grave, ut polluendo ſe propriis manibus: aliud, quod eſt *contrà naturam humani generis*, & hoc eſt gravius: ut coeundo cum brutis: aliud autem *contrà naturam humani ſexus*, & hoc eſt graviſſimum: ut coeundo maſculus cum maſculo: ſeù fœmina cum fœminâ. Sed etiam hic modus dicendi vitioſus eſt, tum quià

ponit

(1) *Sum. Armil. V. Luxuria §. 4. V. Contra naturam.*

(2) *Pereir. Elucid. 24. ſect. 5. V. Luxuria n. 1151. apud Raynald. tom. 2. obſcæn crim cap 21. § 1 num. 5.*

(3) *Azeved. Recopil. lib. 8. Tit 21. Rubr. n. 9. Farinac. qu. 148. num. 2. Baſilicò. crim. deciſ. 4 num. 13.*

(4) *Pet. Gregor. Tholoſ. Syntag. Iur. Par. 3. lib. 36. cap 12. Sapia de Iur. Regn. lib 5. tit. 20. de Sodom. in Rubric.*

(5) *Ioſeph. Ricc. de Publ. iudic. in ſpec. Quæſt. 41 num. 1.*

Digitized by Google

ponit ſodomiam graviorem beſtialitate, quod eſt contrà communem omnium Doctorum ſententiam: tùm quià non comprehendit coitum præpoſterum cum fœminâ, nequè *mollitiem* cum ſecundâ perſonâ, nequè coitum cum Dæmone.

5 Poſſet igitur meliùs dici, ponendo, quòd generatio regulariter ſequitur ex coniunctione maris, & fœminæ, viventis ejuſdem ſpeciei per vaſa naturalia, in quâ ſemen prolificum defertur ad locum à naturâ determinatum: proindè ſequitur, quòd, qui deficit in pluribus, aut aliquâ ex qualitatibus ſuprà requiſitis ad generationem, ſemen autem ex inſtituto profundit, contrà naturam peccat. Porrò coniunctio fit per immiſſionem, & admiſſionem veretri in vaſe antico, aut poſtico: & ideò ille, vel illa, quæ aut manibus propriis, aut alio inſtrumento inanimi ſe polluit; aut pollutionem alienâ mânu, aut membro ex confricatione procurat, peccat *contrà naturam* profundendo ſemen abſquè coniunctione, ad generationem requiſitâ. Quòd, ſi quis fœminæ quidem, & in vaſe naturali coniungeretur, fœmina autem vivens non eſſet, non minùs contrà naturam peccaret. Quòd, ſi fœminæ etiam viventi copularetur, non verò per vas naturale, ſimili modo contrà naturam delinqueret. Si verò fœminæ viventi, & per vas naturale jungeretur aliquis, exindè ſemen non deferret ad locum, à naturâ determinatum, ſed extrà vas profunderet, pariter delicto *contrà naturam* peccaret. Si autem mas mari coniungeretur, ſivè fœmina fœminæ, etiam *contrà naturam* delinqueret, quià talis coniunctio, maris, & fœminæ non eſſet. Si tandem homo mas, aut fœmina cum bruto, quoquomodò in vaſe naturali, aut præpoſtero coeat, graviſſimo *contrà naturam* delicto ſe maculat, quià jungitur alteri ſpeciei diverſæ; quod etiam evenit, ſi coniungatur Dæmoni incubo, aut ſuccubo, à quo plus quàm ſpecie differt.

6 Ex dictis eliciuntur ſex modi, ſivè ſpecies peccati carnalis *contrà naturam*; primum eſt *mollities*, quandò nempè quis ex confricatione pudendi manu propriâ, ſivè alienâ; ſivè cum alio corpore vivente, ſeù inanimi, ſemen provocat. Secundum peculiare nomen non habet, quandò inceptam copulam non perficit, ſed ſemen extrà vas profundit. Tertium pariter nomen proprium non habet, ſed eſt, quandò quis cum cadavere copulatur. Quartum eſt ſodomia, cùm quis cum proprio ſexu coniungitur, ſivè cum diverſo ſexu, non tamen in vaſe naturali. Quintum eſt beſtialitas, cùm quis coit cum bruto. Sextum Dæmonialitas, quandò nempè cum Dæmone fœmina, aut maſculus coniungitur.

7 Simplicia hæc crimina ſunt, ſi, prout ſuprà eſfertur, committantur; tamen talis, & tanta eſt humana malitia, & ſenſus ab immunditiâ libidinis depravatus, ut in uno, & eodem actu malitiæ contrà naturam, poſſunt multiplicari; velùt ſi homo cum aſino ſodomiticè jungeretur, aut fœmina fœminam præpoſterè cognoſceret, quod fieri poteſt, ut in § *Sodomia.* demonſtrabo. Gravitas autem hujus criminis metienda eſt à majori, aut minori elongatione à modo, per naturam inſtituto, juxtà quem ſequi poſſit generatio. Cùm enim, ut ſuprà dictum eſt, ratio peccati *contrà naturam* ſit, quòd humanum ſemen profundatur modo, quo recta generatio ſequi non poſſit; ſequitur, quòd quò magìs elongatur actus carnalis à tali modo naturali, eò gravius evadat crimen. Univerſaliter verò, & à toto genere vitia, & crimina *contrà naturam* graviora ſunt quolibet peccato carnali naturali, ut textualiter habent duo Canones (g), hoc tamen accipiendum eſt de gravitate *Theologicâ*, non vero *legali*. Siquidèm ſacrilegium cum Moniali, & inceſtus cum propriâ matre, aut Filiâ, morte vindicantur, cùm tamen hoc non fiat cum *Mollitie*, aut imperfectâ ſodomiâ, ut infrà dicetur, quàmvis in citatis Canonibus hæc duo dicantur illis eſſe graviora. Gravius porrò legaliter judicatur crimen, quod graviori pœnâ à legibus vindicatur.

8 Satis explicatâ naturâ peccati contrà naturam in genere, examinandæ ſunt juxtà ordinem, hucuſque ſervatum, ſingillatim ejus ſpecies. Primo loco autem venit *mollities*, hæc autem diffiniri poteſt, quòd ſit *profuſio humani ſeminis, procurata abſquè coniunctione cum alio vivente*. Hoc autem dico, ſupponendo, quòd propriè tunc dicatur coniunctio, quandò ſemen effunditur intrà viſcera alterius, ſivè ſit in vaſe naturali, ſivè ſit in præpoſtero, licèt enim quis jungatur fœminæ, immittendo virgam intrà vas, ſi ibi non ſeminet, ſed extrà ſemen effundat, non dicitur ſequuta copula, nec conſummatum eſt matrimonium, ut communiter dicunt Theologi Morales. (6) Dixi autem *cum alio vivente*, nàm quis poteſt coire cùm mortua, & intrà vas ſemen effundere, & in hoc caſu ſemen profunderetur ex coniunctione cum alio. Sed, quià iſte non eſſet vivens, ſequitur, quòd talis profuſio non excedit naturam *mollitiei*, licèt graviſſimè qualificatam, ut infrà dicemus.

9 *Mollities* igitur ſemper dicetur, quotiès ſemen profunditur abſquè coniunctione, modo præexpoſito; verum tamen eſt, quòd ex circumſtantiis ità notabiliter aggravatur, quòd, quàmvis nomen, aut naturam ſuam non mutet, tamen aliam, & aliam pœnam ſortiri debeat. Prima, & infima in gravitate legali eſt pollutio, quæ propriis manibus exercetur, & proprio vocabulo appellatur *Mollities, immunditia*, ſeù *Maſtupratio*; & hoc idem eſt; ſi corpore alio inanimi pollutio procuretur ad verendorum confricationem illo adhibito; & hoc modo ità poſſunt peccare maſculi, ſicùt fœminæ. Tale crimen patrantes dici *ſodomitas*, non nulli (7) ſunt arbitrati, ſed malè, hoc enim crimen cum ſodomiâ nullo modo computatur, nec comparatur in gravitate Theologicâ, aut legali, ut infrà videbimus.

10 Aggravari autem poteſt hoc crimen, ſi coràm virginibus, aut aliis honeſtis fœminis patraretur, ad illas pelliciendas ad concubitum, ut non rarò evenit cum perditiſſimis viris; talis autem publicitas reducenda eſſet ad ſollicitationem ad turpia, de quâ ſuprà diximus, & in caſu, cumulanda eſſet pœna *ſollicitantium* cum pœnâ *Maſtrupatorum*.

11 Gravior adhùc redditur, quandò quis alium inducit, ut pollutionem ſibi procuret; univerſaliter enim inductio alterius ad peccandum, peccatum aggravat, ut patet. Aggravatur autem crimen tùm ratione perſonæ ad tale crimen inductæ; tùm ratione modi, quo talis fœditas procuratur. Si enim eſſet perſona ſacra, aut puer, ſivè puella nondùm doli capaces, patet, quòd crimen hoc propriæ adderet malitiam ſacrilegii, ſivè ſcandali reſpectivè. Ratione autem modi creſcit gravitas, ſi, nempè veretro in anum immiſſo, quis procuraret pollutionem extrà vas conſummandam, ſivè mentulam in os alterius, ab eo ſugendam, poneret, quæ abominabilis immunditiæ

Ii 2 metho-

[g] *cap. Adulterii. cap. Vſus. 32. q. 7.*

(6) *Bonacin. de Matr. Quæſt. 3. Punct. 12. Prop. 3. nu. 11. & ibi Emma, Sa. Ledeſm. Henriq. Reginal. Coninck. Gutier. Sot. & Medin.*

(7) *Severin. ad Sanfelic. Deciſ. 334. V. Qui propriis. Sylveſt. ſumm. V. Luxuria. § 11. n. 3. Bonacoſſ. Quæ. crim. V. Sodomia. in fin. Caball. Cent. 1. Reſol. 16. n. 7. apud Raynal. Tom. 2. cap. 21. § 1. n. 104.*

Digitized by Google

methodus *fellatio* nominatur; quod pariter eſt, quandò fœmina verenda ſua ab alio lambenda, curaret ad ciendam immunditiam, ut ab impudiciſſimis fœminis Romanis factum legitur apud *Satyricum* (8) dicentem.

*Quid ſibi cum vultu, qualem deprenſus habebat*
*Ravola dum Rhodopes udâ terit inguina barbâ?*

Tale autem crimen ſodomiam eſſe, nonnulli (9) opinati ſunt, ſed malè; quià tale crimen, ut ſuo loco dicemus, requirit coniunctionem per anum cum aliâ perſonâ, quod non eſt in caſu noſtro. Exiſtimat autem *Caballus*, (10) hoc crimen gravius eſſe ſodomiâ propriè dictâ, ratione abuſus membri nobilioris in hoc, quàm in ſcelere ſodomitico; cum os nobilius membrum ſit ano. Tamen gravitate, tùm *Theologicâ*, tùm *legali*, ſodomia longè ſuperat vitium hoc: hoc ſiquidèm non excedit malitiam *mollitiei*, nec circumſtãtia, quòd pollutio ſit ſecuta in ore, aut clunibus, fœmoribus, aut manibus alterius procurata, variat ſpeciem peccati, & ideò non neceſſariò eſt explicanda in confeſſione. Porrò Sodomia per leges morte puniturì (11) pœnâ autem extraordinariâ tantùm plectendum eſſet tale delictum, ut *Caballus* ipſe conſulvit loco citato *num.* 38.

12 Accedit huic crimini aliud, quo nempè vir cum fœminâ in vaſe naturali incæptam copulam ex inſtituto extrà vas conſummat, nè mulier concipiat, ſicùt faciebat *Onan* filius *Iuda*, nè *Her* fratri ſuo defuncto ſemen ſuſcitaret, ut tenebatur, pròut habetur in libro Geneſis. (12) licèt verò crimen hoc *mollities* cenſeatur, tamen maximâ malitiâ afficitur, dè neceſſitate exprimendâ in confeſſione, nempè de impedimento, poſito generationi humanæ ex inſtituto. Proindè ab Hebræis hoc crimen comparatur homicidio, pròut recitat *Cornelius*. (13) & à ſacrâ ſcripturâ vocatur *crimen Deteſtabile*, ob quod tàm *Her*, quàm *Onan* frater ejus à Deo puniti ſunt morte, ſibi per Dæmonem *Aſmodeum* illatâ, ut ibidem opinatur *Cornelius*.

13 Computatur pariter cum crimine *mollitiei* coitus, qui habetur cum fœminâ mortuâ, pròut ſcribit *Diana* (14), & quò ad culpam *Theologicam*, in eâdem ſum ſententiâ, pròut aliàs (15) ſcripſi. Sed quò ad culpam *legalem*, ſacrilegium cenſeo; ratio eſt eadem, quam citato loco tetigi, ſiquidèm *Imperator* (16) exprimens, à Majoribus proximum ſacrilegio habitum fuiſſe, lapidem movere, terram evertere, ceſpitem evellere, & ornamenta auferre de ſepulchris; prohibet ſub pœnâ ſacrilegii *violare buſta defunctorum, & aggeres conſecratos ſepulcrhorum.* Conceſſo autem, quòd inibì *Imperator* intenderit, ſacrilegorum pœnâ punire eos, qui violant buſta (ſcilicet cadavera) defunctorum, ea expoliando; aut truncando, aut eorum oſſa diſpergendo; tamen eâdem pœnâ cenſeri eos, qui cum Cadavere coirent, ſtatuendum eſt; ſi quidèm & hæc violatio eſt Cadaveris, imò iniuria multò gravior, & enormiùs læſa defunctorum Religio, quàm eorum veſtes diripere, membra, aut oſſa divellere.

14 Quòd fortiùs ſuadetur ex diſpoſitione Canonicâ. Siquidèm excommunicatione *Papa* reſervatâ percelluntur ii, qui defunctorum corpora (ad ea deferenda ad partes longinquas ad tumulandum) exenterant membratim, vel in fruſtâ concidentes, aut elixant, (17) & *Papa*, hoc vetans, vetat abuſum hujuſmodi *horribilem*, *& ſævum*; *& improbandæ conſuetudinis vitium*; Quià enim, ut notat ibi *Gloſſa*, (18) corpora humana, propter eorum excellentiam, æſtimationem non recipiunt, ut habetur ex jure, (19) ideò reprobatur factum, quod tendit ad eorum abuſum, pròut eſt illa membratim diſcerpere, aut oſſa carnibus nudare ipſa elixando. Quòd, ſi hoc verificatur etiàm quandò fit intuitu pietatis, quid dicendum de abuſu humani cadaveris, quod immani luxuriæ brutalitate pol uitur? Scio quidèm pœnarum extenſionem non dari, & pari excommunicatione non eſſe perculſum, qui cum cadavere coiret, ſicùt qui cadaver, ut præfertur in fruſtrâ ſecaret, &c. tamen ducto argumento à ratione legis, gravitatem hujus criminis præ ſimplici *mollitie*, licet inferre, & pœnam ſibi debitam venari, cùm de eo in nullo jure ſanctio pœnalis determinata reperiatur.

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

15 *Delicta carnis difficilis ſunt probationis.*
*Hoc delictum poteſt probari concludenter, debet tamen viſitari corpus delicti, & adhiberi Peritus.*

15 Delictorum carnis difficilem eſſe probationem eſt Doctorum (20) concluſio, proindè ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ ad pœnam ſaltem extraodinariam, ut non ſemel dictum eſt. Quià tamen inter alia delicta carnis hoc ſolùm poteſt concludenter probari, & relinquit veſtigium poſt ſe, ideò per Accuſatorem probanda eſſet directè *mollities*, procurata per emiſſionem ſeminis, & per Judicem viſitandum eſſet corpus delicti, puta, maculæ relictæ, & adhibendum eſſet judicium periti, àn illæ eſſent maculæ ſeminis humani, ut dictum eſt *Par.p.Tit.Corpus.nu.*51.*& ſeqq.*

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

16 *Pœna hujus delicti eſt arbitraria.*
*Mundus vapulat tot flagellis à Deo ob hoc peccatum.*
*Aſſueti ad hoc vitium per tot annos, quot Chriſtus vixit, deſperatæ quaſi ſunt ſalutis.*
*Fuſtigatio deberetur in pœnam hujus criminis.*
17 *Quo caſu cumulanda eſſet pœna ſollicitantium, & maſtupratorum.*
18 *Mollities procurata cum ſecundâ perſonâ, gravius punienda.*
*Violenter compellens Monialem ad ſibi procurandam pollutionem, damnari debet ad triremes.*

19 *Hoc*

(8) *Juvenal.Satyr.9.V 3.*
(9) *Homobon.de Caſ.reſerv.Par.2.cap.4.Severin.ad Sanfelic.deciſ.354 V Qui polluit.& V An in hoc apud Raynal.obſer.crim.Tom.2. cap.21.§.1.nu.116.Caball.Cent.1.Caſ.16.n.13.*
(10) *Caball.Centur.1 Caſ.16.nu.17.*
(11) *l.Cum vir.C.Ad leg.Jul.de Adulter.*
(12) *Gen.cap.38.*
(13) *Cornel.à lapid.in Gen.38.V 7.*
(14) *Dian.Par.9.Tract.9.Miſcell.Reſol.1.*
(15) *Tit.Pœnarum nu.122.*
(16) *l.Pergit.C.de ſepul.viol.*
(17) *Extrav.Deteſtandæ.de ſepult.init.commun.*
(18) *Gloſſ.ad citat.Extrav.in V.Improbandæ.*
(19) *l.Ex hac ff.ſi quadr.pau.fec.dic.l.1.§ ſed cum homo.ff.de His qui deie.vel.eff.*
(20) *Avendagn.Conciol.Azeved.Marſſin.Baſilico.Garon.Plot.Sanfelic Baldaxar.de Angel.Sarno.Ricc.Narbon. apud Raynal. Obſer. Tom.2.cap.21.§.4.& 5.nu.3.*

19 ***Hoc delictum aggravatur à diverſitate etiam modi, quo committitur.***
***Iteratio ejuſdem delicti culpam aggravat.***

20 ***Pœna ejus, qui habens copulam cum fœminâ, extrà vas ſemen profunderet.***
***Fœtus in utero Matris à Iuriſtis antiquis dictus ſpes animantis.***

21 ***Pœna coeuntis cum cadavere.***

22 ***Nulla diverſita: eſt pœnarum, reſpectu perſonarum hoc crimen committentium.***

16 IN nullo jure ſancitam invenio pœnam prò crimine *mollitiei*, & ex conſequenti ejus vindicta pendet ab arbitrio Judicis. licèt autem rarò, aut fortè nunquàm deductum ſit ad forum contentioſum, quod aliquis manibus propriis ſe polluerit, non ideò tamen tale crimen, Judici delatum, debet pœnam evadere. Siquidèm crimen hoc graviſſimum eſt, & à Divinâ Juſtitiâ tot flagellis mundus vapulat ob tale vitium, ut ex vitâ *S. Chriſtinæ Mirabilis* recitat *Cornelius*, (21) qui etiam ex *Ioanne Benedicto in Summâ Caſuum* ad ſextum præceptum Decalogi, referente Conradum Clingium, ſubiungit rem ponderatione dignam; nempè *eos, qui tot annis, quot vixit Chriſtus, puta, triginta tribus, in hoc pollutionis peccato perſeverant, ſint incurabiles, & quaſi deſperatæ ſalutis, nimira, rara, & extraordinaria Dei gratia eis ſuccurrat, eoſque convertat.* Talium maſtupratorum pęnam exilium, aut aliam extraordinariam eſſe, pòſt *Bonacoſſam*, autumat *Caballus*. (22) Potiùs autem adhibendam cenſerem fuſtigationem, aut aliam pœnam corporalem. Cùm enim Reus deliquerit ob ſpurcam, infamemque carnis delectationem; juſtum eſt, ut ignominioſo cruciatu eiuſdem carnis puniatur.

17 Quòd, ſi aliquis ex talibus effrontibus, ac impudicis, talem ſpurcitiam committeret coràm honeſtis fœminis, ad eas pelliciendas ad concubitum, cumulanda, prout ſuprà diximus, cùm antedictâ, eſſet pœna ſollicitantium; ſicut etiam augenda eſſet hujuſmodi pœna, ſi tale crimen patraret coràm impuberibus, ac doli minimè capacibus, qui tali exemplo ad ſimilem malitiam erudirentur; ratione enim ſcandali dati, augenda eſſet pœna, ut notum eſt.

18 Diximus autem ſuprà *num.* 11. aggravari crimen *mollitiei*, ſi procuretur conſummari cum ſecundâ perſonâ; dignum ergò eſt, ut tali caſu pœna augeatur. Augmentum porrò pendere debet à qualitate perſonæ; & à modo, quo immunditia procuratur. Si enim perſona eſſet ſacra; ut Monialis, precibus inducta ad tale flagitium; pœnâ extraordinariâ plectendus eſſet Reus, habitâ quidèm à Judice conſideratione injuriæ, quæ *Chriſto Domino* infertur, dùm tali pacto ejus ſponſa contaminatur; pròut aliàs (23) diximus. Quòd, ſi eſſet vi ad hoc compulſa, (ut ex porrectâ extrà crates ejus manu, ſub ſpecie honeſti alterius facti, impudicus maſtuprator Monialis brachium vi retineret, & ad crimen conſummandum, reluctantem compelleret) proculdubio ad majorem pœnam, ratione violentiæ Reus eſſet deputandus. Habetur enim in quâdam *Novellâ*, (24) capitaliter eſſe damnandos eos, qui rapuerint, vel corruperint, aut ſollicitaverint Sacras Virgines, ſeù Mulieres: & quàmvis pœnam mortis non adhiberi, niſi ubi interveniat ſimul cum completo ſacrilegio violentia, docuerimus; (25) tamẽ ratione violentiæ, in caſu illatæ, quantùmvis copula ſecuta non ſit, proximam ſupplicio extremo pœnam extraordinariam (nempè ad triremos) adhibendam cenſerem. Talis enim violentia adhibita ad dictum crimen, ſollicitatio, & quidèm vehemens ad ulterius crimen eſt, & proindè vindictam morti proximam meretur.

19 Ulteriùs aggravatur delictum à modo criminis conſummati, maximè accedente violentiâ; puta, ſi puer minis, aut verberibus adigeretur (ut non ſemel accidiſſe audivi) *mollitiem* ore procurare, aut alio inſolito immunditiæ adinvento, quod explicare non expedit: & eo amplius, ſi Reus ſolitus eſſet hoc modo pueros depravare; cùm delicti iteratio majorationem pœnæ importet; (26) Tali caſu cenſuit *Caballus*, (27) Reum mulctandum pœnâ pecuniariâ, & damnandum ad triremes, arbitrio Judicis: tale autem votũ fuit, attento *Statuto Florentiæ*, ubi conſuluit, per quod receditur à pęnâ mortis contrà Sodomitas de jure communi inflictâ. Quòd, ſi juxtà jus commune conſuluiſſet, graviorem profectò pœnam extraordinariam cenſuiſſet; ſicut, & ego in facti contingentiâ ob criminis infamem enormitatem interrogatus conſului. Quid, ſi talis pollutio per immiſſionem mentulæ in anum pueri procuretur (quod Sodomiam ſapio, licèt copula perfecta non ſit, & extrà vas ſeminetur,) quâ pœnâ puniendus eſſet Reus, ità delinquens? dicam paragrapho ſequenti.

20 Pœna autem illius, qui inceptam copulam cum muliere, ſivè propriâ, ſivè alienâ, conſummaret ex inſtituto extrà vas naturale, ut generationem impediret, ſimilis deberet eſſe pœnis, latis de antiquo jure communi contrà *Mulieres, fœtum pharmacis abigentes*. Ratio eſt, quià vtrobique par eſt delictum; ſi quidèm à priſcis illis legibus fœtus exiſtens in vtero matris, vocabatur *ſpes animatis*, (28) non enim agnoſcebant *Gentiles*, quemadmodum nos *Chriſtiani* per fidem illuminati, fœtum in vtero matris verum hominem eſſe, animâ rationali præditum; *ſpes* autem *animantis* vocari poteſt ſemen in concubitu excretum, ex eo enim hominem gigni ſpes eſt; proindè pari pœnâ mulctandum, qui hoc crimen patraret, cenſerem, cum eâ, quæ *fœtum abigit ex inſtituto.* Quæ autem pœna debeatur mulieri, ſic abortum procuranti, dicimus in *§. Abortus num. 26.*

21 Quæ tandem ſit pœna coeuntis cum cadavere, difficile eſt determinare, non enim habemus legem, de hoc crimine expreſsè loquentem; proindè arbitrio Judicis temperanda eſt. Dicerem tamen maximam pœnarum inter extraordinarias citrà mortem, deberi, ob immanitatem ſceleris, quod, ut dixi ſuprà, ſacrilegium legale eſt.

22 Circà pœnas univerſaliter ſupradicti criminis *mollitiei*, nulla diverſitas eſt inter laicos, & Clericos ſæculares, aut Regulares, niſi fortè habeantur municipales leges Diœceſis, aut diſpoſitiones Statutariæ Religionis, quod tamen, vix credo, inveniri. Proindè arbitrio Judicis omnes moderandas eſſe concludi.

(21) *Cornel. à lapid. in Geneſ. c. 38. V. 7. §. Vidit S. Chriſtina.*
(22) *Caball. cent. 1. caſ. 16. & ibi Bonacoſſ. Tract. quæſt. crim. V. Sodomia ad fin.*
(23) *Tit. eo. §. Sacrilegium num. 17. & 18.*
(24) *Novell. 123. de Sanct. Epiſc. cap. 43. Collat. 9.*
(25) *Tract. 3. §. Sacrilegium num. 16.*
(26) *arg. l. 3. ubi Caſtrenſ. ſub num. 7. V. Nota etiam. C. de Epi. audi. Neviæ. Sylu. nupt. lib. p. num.* 150.
(27) *Caball. cent.* 1. *caſ.* 16. *num.* 38.
(28) *l. Nept. ff. de Mort. infer.*



Digitized by Google

# §. XI.

## Sodomia.

*SVMMARIVM.*

1 *Sodomia vocatur peccatum mutum, & quare.*
*Clamat tamen vindictam à Deo.*
2 *Regulariter eſt coitus in vaſe præpoſtero.*
*Idem crimen committitur cum fœminâ, ſicut cum mare.*
3 *Perfectio hujus criminis conſiſtit in ſeminatione intrà vas.*
4 *Iuxtà aliquos eſt ſpecies homicidii.*
*Opinio Marci, quòd ſemen ſit animatum animâ rationali, damnata.*
*Platonis doctrina contrà hoc vitium.*
*Philoſophi, Cæſares, ac Nobiles Romani antiqui infames de hoc vitio.*
5 *Sodomia exercita cum coniuncto in gradu, ad matrimonium prohibito, àn mutet ſpeciem.*
*Variæ de hoc opiniones.*
*Opinio negativa prævalet, & quarè.*
*Inceſtus cum affine inductus de jure poſitivo Divino reſpectu certarum perſonarum.*
*Poteſt ſuper gradibus nonnullis à Papâ diſpenſari.*
*Nulla lex Canonica ſancit, quòd copula Sodomitica cum coniuncto, ſit inceſtuoſa.*
6 *Sodomia juxtà aliquos inventa à fœminis.*
*Sappho Poetria diffamata de hoc vitio.*
*Sodomiæ fœminarum inventrix quædam Philæne.*
7 *Moraliſtarum nullus tradit, quomodò hoc crimen à fœminis patretur, quod tamen Confeſſarius ſcire oportet.*
8 *Ad Sodomiam requiritur concubitus in vaſe non naturali.*
*Concubitus carnalis in quo conſiſtat.*
9 *Opinio quorundam de Sodomiâ fœminarum.*
10 *Impugnatur allata opinio.*
*Impetus ſeminis fœminei terminatur ad vterum.*
*Semen fœminæ incubæ non poteſt intrare in vas ſuccubæ.*
11 *Aliorum opinio de eâdem materiâ.*
*Auctores nonnulli tenentes, Sodomiam fœminarum eſſe, cùm vna init aliam, mediante aliquo inſtrumento.*
12 *Tribades, quænam dicerentur.*
13 *Refellitur talis opinio.*
*Praxis cujuſdam, nè gravem redderet amaſiam, cum quâ coibat.*
14 *Sodomia datur propria inter fœminas; non tamen activè poſſibilis in omnibus fœminabus.*
*Antiquæ Romanæ inibant mares.*
15 *Clytoris membrum fœminarum, quibus vaſis conſtet.*
16 *In Ethiopiâ, & Ægypto Clytoris inſigniter apparet.*
*In Europâ rariùs apparet; & in quibus fœminis.*
17 *Clytoris in juventute poteſt erumpere.*
*Ex improvisâ eruptione Clytoridis, nonnullas fœminas converſas in mares, creditum eſt*
18 *Fœminæ, quæ dicuntur eſſe mutatas in mares, & filios generaſſe, fuerunt Hermaphroditæ.*
*In fœminâ, cui tantùm erumpit Clytoris, vox non mutatur, nec barba naſcitur.*
*Caſus Monialis, ſuper quo conſulvit Barboſa.*
19 *Fœminæ, prædita Clytoride, Sodomiam poſſunt exercere.*
*Hiſtoria fœminæ nobilis, ineuntis puerum.*
20 *Tiberij Deciani confirmatio de Clytoride fœmineo;*
*Sappho Poetria ancillis abuſa.*
21 *Confirmatur, fœminam cum utroque ſexu Sodomiam committere.*
*Hiſtoria cujuſdam Monialis, cui Clytoris erupit.*
22 *Quandò nam fœminæ ſolam mollitiem, & quandò veram Sodomiam exerceant.*
23 *Praxis prò Confeſſarijs, ad diſcernendum in fœminis Sodomiam à ſimplici mollitie.*
*Digitus non eſt membrum, ſed ejus pars.*
24 *Si fœmina accuſetur de Sodomiâ, ipſa viſitanda eſt.*
*Si in fœminâ appareat Clytoris, præſumptio eſt contrà eam, ut eo deliquerit.*

1 POſt Mollitiem ſub genere *vitij contrà naturam*, ſequitur major in gravitate *Sodomia*. Vocatur hoc delictum à *Gregorio Lopez* (1) *peccatum mutum*, eò quòd percellat aures honeſtas, ut de illo loqui nefas ſit; undè dicitur communiter *vitium nefandum*; & *vitium innominabile*; & *Sodoma* (undè deductum eſt nomen *Sodomia*) interpretatur *muta*, ut ſcribit *Nicolaus Gorranus* (h). Proindè Imperator in lege (2), damnante ſcelus hujuſmodi, vtitur verbis elegantiſſimis quidèm, ſed ità obſcuris, ut penè legis ſenſus percipi poſſit; malens fortè legem ipſam ab imperitis non intelligi, quàm de ſpurciſſimo facinore apertè loqui: licèt autem crimen hoc in ſenſu recitato *mutum* ſit; vocaliſſimum tamen ex ſe eſt, cujus vox ità valida, ut ad Cœlum uſquè pertingat, & Divinæ Iuſtitiæ aures ſollicitet ad vindictam. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum venit ad me*; profeſſus eſt Deus in *Geneſi* (3), *deſcendam, & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleverint*.

2 Eſt autem, *regulariter* loquendo, crimen hoc *coitus in vaſe præpoſtero*. Dixi verò *regulariter*, quià *Sodomia* datur etiam inter fœminas, ſe invicèm commiſcentes in vaſe antco, ut infrà dicam; ſed hoc rariùs evenire poteſt, quàm *Sodomia*, quæ committitur à viris, quæ frequentiùs accidit; proindè dixi *regulariter*. Nullum autem diſcrimen eſt, quòd talis coitus ſit cum fœminâ, aut maſculo, ſiquidèm etiam cum fœminâ, verâ *Sodomia* eſt, ut dicunt Doctores. (4) Undè refert *Clarus* ex *Gomez*, quendam

(1 *Lopez ad Diaz. Pract. crim. Canon. c. 88. lit. A.*
(h) *Nicola. Gorran. Apoſtill. in Epiſt. ad Roman. cap. 1. V. 26.*
(2) *l. Cum vir. C. ad leg. Jul. de Adult.*
(3) *Geneſ. cap. 18. V. 20.*
(4) *Novar. Franc. Marci. Han. Tort. Muta. Farinac. apud Severin. ad Sanfelic. deciſ. 354. Leſſ. de Iuſt. & iur. lib. 4. c. 3. dub. 13. nu. 89. V. Quarò ſi coniunctio. Raynal. obſeru. crim. tom. 2. cap. 21. §. 1. n. 113. Clar. §. Sodomia num. 2. & ibi Dec. in l. Si qua mulier. num. 9. C. de ſecund. nupt. Viul. Com. opin. V. Sodomiæ delict. Gomez. ad leg. 80. Tauri n. 33.*

dam cum ſuâ uxore, quam ſodomiticè cognoverat, fuiſſe combuſtum.

3 Perfectio, hujus criminis conſiſtit in ſeminatione intrà vas præpoſterum, non enim ſufficit immiſſio membri in anum, niſi ſeminetur, prout argumento cujuſdam capituli ſcribunt Doctores. (5) Hoc autem dico, quò ad eſſentiam delicti; ſi quidèm, àn ad incurrendam pœnam ordinariam ſufficiat ſola immiſſio, abſque ſeminatione, examinabimus infrà.

4 Atrociſſimum eſt crimen hoc, & in ſententiâ quorundam, eſt ſpecies homicidii, ut ex *Marſilio Ticino* ſcribit *Bonacoſſa* (6), non quidèm, quòd ſemen, quod effunditur, animatum ſit, ut eroneè opinatus eſt *Ioannes Marci* (7), relatus à *Caramuele*, cujus opinio damnata eſt à Congregatione S. Officii, ut recitat *Raynaldus*. (8) Sed, quià impeditur hominis generatio, dùm ſemen in loco ſterili profunditur, ubi naſci minimè poteſt, pròut eleganter ſcrpſit *Plato* (9) in libro de legibus, aiens, *abſtinendum à maribus jubeo, nàm, qui iſtis utuntur, genus hominum deditâ operâ interficiunt, in lapidèm ſeminantes, ubi radices agere, quod ſeritur, nunquàm poterit*. Ex quâ auctoritate convincitur, *Platonem* non laboraſſe infami hoc vitio, quo turpiſſimè maculati ſunt cæteri Philoſophi, ut ſcribit *Emmanuel de Valle*, relatus à *Barboſa* (10), & quâ pice coinquinati ſunt omnes Cæſares, quorum vitas ſcribit *Suetonius*; & univerſaliter nobiles Romani, qui in tantam amentiam infamis hujus libidinis proruperunt, ut nuptias maſculorum celebrarent, ut habetur ex *Iuvenali* (11), qui in *Gracchum*, qui tubicini nupſerat, acriter invehitur; & *Martiali in Epigram. lib. 12. de Calliſtrato, & Aphro ſponſis*.

5 Dubium autem eſt, àn hoc ſcelus, patratum inter conſanguineos, aut affines, intrà gradus, ad matrimonium prohibitos, malitiam augeat, in confeſſione neceſſariò aperiendam. Affirmant *Azorius*, & *Graffius* (12) apud *Dianam*, & in eâdem ſententiâ videtur fuiſſe *Caietanus*, (13) & *Sylvius*. Negant *Floronus*, *Tinellus*, *& Diana*, (14) quibus adhæreo, ductus potiſſimâ hâc ratione; quòd nempè vitium inceſtus inductum eſt per legem poſitivam divinam, inter virum, & ejus privignam, hujus filias, illius ſorores, neptes ex filio, aut Fratre, ſeù ſorore, amitas ex parte Patris, ſeù Matris, Nurus, & ſorores uxoris, ut conſtat ex *Ieuitico* (15). Qui tamen gradus non ſunt ità de jure naturæ vetiti, quin ſuper iis poſſit ex causâ legitimâ à *Summo Pontifice* diſpenſari, ut de fide à *Tridentino* diffinitum eſt (16) Alii autem gradus prohibiti inducti ſunt ſolâ authoritate Eccleſiæ, ſinè cujus lege non induceretur inceſtus. Cùm igitur in ullâ lege Canonicâ ſancitum non reperiatur, quòd copula ſodomitica inter propinquos inceſtuoſa ſit; non eſt, undè induci poſſit peccatum, ſpecie differens, quod debeat neceſſariò in confeſſione explicari.

6 *Sodomiticum* ſcelus à fœminis fuiſſe in Orbem invectum, nonnulli ſenſerunt, moti fortè à textu *D. Pauli ad Romanos*, (17) qui loquens de punitionibus, datis à Deo Philoſophis, *Quia, cùm cognoviſſent Deum, non ſicùt Deum glorificaverunt*, ait, *Fæmina eorum immutaverunt naturalem uſum, qui eſt contrà naturam*; taliſque libidinis inventricem primam fuiſſe quandam *Philenem*, & de illâ diffamatam *Sappho Poetriam* ſapphicorum carminum inventricem, recitat *Cornelius*. (18) Hoc autem verum non exiſtimo, ſi quidèm antè tempus, quò vixiſſe ſcribitur *Philanis*, habemus; ex ſcripturâ ſubverſionem Pentapolis, infamis ex hoc vitio, ut patet *Geneſis cap. 19.* Benè verùm eſt, quòd ibi non habetur, niſi de peccato nefando cum maſculis; undè potuit eſſe, quòd *ſodomia* fœminarum inceperit longè poſt à *Græca Philene*.

7 De hoc infami vitio inter fœminas, Moraliſtæ omnes tractant, docentquè, veram *ſodomiam* inter fœminas dari. Quomodò autem hoc fiat, nullus rem explicat, quem viderim; nèc hoc ſcire, aùt ignorare, leve putandum eſt, aùt ex motivo illaudandæ curioſitatis: ſiquidèm ad praxim neceſſarium prò Confeſſariis eſt, ut queant diſcernere, quandònàm mulieres tactibus tantùm inter ſe voluntariam *mollitiem* procuraverint, & quandò in crimen *ſodomiticum* inciderint, tùm ut de gravitate peccati judicium debitum queant ferre, tùm ut noſcant, quandò eas abſolvere poſſint, aùt non, in locis, in quibus *ſodomia* eſt reſervata. Conſului non ſemel viros doctiſſimos, & in adminiſtratione ſacramenti Pœnitentiæ conſummatos; & omnes mihi ſincerè reſponderunt ſe quidèm tenere, cùm communi Moraliſtarum, dari *ſodomiam* inter fœminas, quomodò autem hoc poſſit eſſe differenter à pollutione, procuratâ per mutuam pudendorum confricationem, ſe penitùs ignorare.

8 *Vincentius Fillincius* (19) cum *D. Thoma*, *& Caietano*, ait ad ſodomiam, ut differt à Mollitie, requiri concubitum in vaſe non naturali, eccè eius verba. *Tertiò dixi*, concumbit *ad diſtinctionem mollitiei, quam mutuò mas cum mare, vel fœmina cum fœminâ haberet. Si enim extrà concubitum, ex affectu tantùm venereæ delectationis, procuraretur, mollities eſſet, non ſodomia, ut Caietanus dicit art. 11. ad 2. dub. Eſt autem concubitus copula carnalis conſummata, naturalis quidèm, ſi fiat in vaſe debito: innaturalis in vaſe non debito*. Et paulò pòſt carpit *Angelum*, (20) & *Graffium*, dicentes, *ſodomiam eſſe turpitudinem factam in maſculum*, talis enim diffinitio diminuta eſt, *nàm etiam poteſt contingere inter fœminas*, ut probatum eſt *ex D. Thoma*, ad locum citatum communiter recepto.

9 Ex hoc igitur habemus, quòd vera *ſodomia* inter fœminas datur, & quòd illa eſſe non poteſt, niſi per concubitum. Quomodò autem concumbere poſſit fœmina cum fœminâ, ità ut tali pacto ſe invicem confricantes, dicantur *ſodomiam* committere; alio verò modo itidèm ſe fricantes, *mollitiem* tantùm procurare concludantur, explicare, nodus difficultatis eſt. Opinantur nonnulli, quòd ſi ſuccubæ incubet fœmina, ſeque invicem ſubagi-

(5) *Navar. Diaz. Campanil. Ricc. apud Novar. ſum. Bullar. §. ſodomia. n. 6. Scortia. ad ſelect. Pontif. Conſtit. Thedrem. 255. V. Quid ſi etiam arg. cap. final. de ſponſali.*

(6) *Bonacoſſa Quæſt. criminal. V. ſodomia.*

(7) *Jo. Marci. apud Caramuel Theol. Fundamental. Tom. 1. Fundam. 55. de Homicid. à nu. 1622.*

(8) *Raynal. Obſervat. criminal. lib. p. cap. 6. §. 5. n. 31.*

(9) *Plato. lib. 34. de legibus Dialog. 8. fol. m. 851.*

(10) *Emmanuel. de Valle de Incant. Euſal. ſect. 3. cap. 4. n. 14. apud Barboſ. de Poteſt. Epi. Par. 2. Allegat. 44. nu. 3.*

(11) *Iuvenal. Satyr. 2. à V. 117.*

(12) *Azor. Par. 3. lib. 3. cap. 18. q. 5. Graff. de Arbitr. Confeſſar. lib. 2. cap. 34. nu. 3. apud Dian. Par. 3. Tract. 4. Reſol. 101.*

(13) *Caietan. in 2. 2. Quæſt. 154. art. XI. V. Ad tertium dubium. Sylvius ad citat. Quæſt. art. 12.*

(14) *Diana. Par. 3. Reſol. 101. & ibi Floron. de Caſ. reſervat. Par. 2. cap. 6. nu. 31. Tinell. eo. tit. Caſ. 10. nu. 10.*

(15) *Levitic. cap. 18. V. 7. & inde.*

(16) *Tridentin. Seſſ. 24. Can. 3.*

(17) *Roman. cap. 1. V. 26.*

(18) *Cornel. à Lapid. in Epiſt. ad Roman. cap. 1. V. 26. §. Fæminæ.*

(19) *Fillucc. Tom. 2. Tract. 30. cap. 8. Quæſt. 10. D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 11. & ibi Caietan. ad ſecund. dub.*

(20) *Angel. ſumm. V. ſodomia. n. 1. Graph. Deciſ. lib. 2. cap. 90. n. 1.*

Digitized by Google

bagitando eveniat, quòd ſemen incubantis iniiciatur in vas naturale ſuccubæ, tunc *ſodomia* perficiatur: cæterùm, ſi ſemen non recipiatur in illud vas, fit tantùm *mollities*.

10 Sed hæc opinio nullam habet probabilitatem; notum enim eſt apud omnes, qui vel ſuperficialem lecturam librorum *Anathomiæ* habent, impoſſibile eſſe, ſemen incubæ poſſe in vas ſuccubæ mulieris ejaculari. Nàm Deciſio ſeminis muliebris, facta à teſtibus, à ſpiritibus ſeminalibus ejaculatur intrà uterum, tanquàm ad locum, à naturâ determinatum ad ibi manendum, & cum ſemine maris ad progignendum fœtum. Quòd ſi mulier utero gerat, & obſtructus undequàque ſit uterus; ſemen per canales, exiſtentes in cervice uteri, deducitur ad ejus collum, & ſimul cum urinâ excernitur. Sequitur igitur, quòd impetus ſpirituum ſeminalium deſinit, ſtatìm ac ſemen, à teſtibus deciſum intrà uterum, aut ad ejus vaginam deductum eſt; & ſi extrà collum uteri, & ſinum pudoris deferri debeat, hoc fit tantummodò à proprio ſeminis pondere, & fœminâ ſtante; ſpiritus enim ipſius, ut diximus, ſemen movere, deſierunt. Si igitur ambæ fœminæ jaceant, una quidèm incubando, alia ſuccubando, impoſſibile eſt, quòd ſemen incubæ poſſit iniici, neque intrare vas ſuccubæ. Et qui benè perpendet à naturæ Auctore maribus fabricatum traducem, quo poſſent ad locum congruum ſemen deferre ad generationem, quo carent fœminæ, concludet, ſomniatam eſſe prædictam opinionem de ſeminis fœminei transfuſione.

11 Alii non pauci, imò communiter tenent, quòd talis concubitus fiat per aliquod inſtrumentum vitreum, ligneum, aut coriaceum, ſivè ex aliâ materiâ fabrefactum, ad modum penis virilis, quo alligato inter fœmora, fœmina incuba init ſuccubam. Hujus opinionis fuit *Antonius Gomez*, relatus à *Claro* (21), qui ab eo non diſſentit. Dicit autem, quòd pœna mortis, quæ de jure Communi hujuſmodi mulieribus fricatricibus (quæ antiquo Græco vocabulo vocabantur *Tribades*, prout *Lubinus*, & *Cornelius* (22) ſcribunt) debetur, juxtà *l. fœdiſſimam C. de Adulter.* procedat, quandò ſimul coeunt, non ſimpliciter ſe fricando, ſed imponendo aliquod inſtrumentum materiale, puta, ligneum, vel vitreum, ac refert multos caſus circà hoc, & ſpecialiter ſe audiviſſe duas moniales, Reas hujus criminis, fuiſſe combuſtas.

12 In eâdem ſententiâ eſt etiam *Raynaldus*, (23) qui citat plures (24), hoc pariter tenentes; & *Eilhardus Lubinus* (in Commentario Satyræ ſextæ *Iuvenalis*, mordentis impudiciſſimas cæremonias ſacrorum Deæ Bonæ, inter quas interveniebat fœminarum ſodomitica turpido) ait, *Hæ Tribades, vel Frictrices utebantur* ὀλίσβῳ *Oliſbo, hoc eſt, mentulâ coriaceâ, quâ ſe invicem ſubigebant, tanquàm viri fœminas*; quod etiam tenuit *Vericellus*, (†) & alii.

13 Hæc pariter opinio falſa eſt, & indigna, ut à cordatis viris ſuſtineatur. Admiſſo ſiquidèm, quòd (humanâ malitiâ obſcænâq; libidine inſtigante, ac Dæmone ſuggerente) adinventa ſint, ac uſurpata hujuſmodi inſtrumenta ad indulgendum efferatæ quarundam ſalacitati, non tamen ſequitur, quòd tali modò ſe ſubagitantes fœminæ *Sodomiam* committere dicantur. Ratio, & quidèm ineluctabilis eſt, quià, ut ex *D. Thoma*, *Caietano*, & *Filliuccio* ſuprà *num.* 8. docuimus, *Sodomia* contradiſtinguitur à *Mollitie* per hoc, quòd in hâc non intervenit concubitus, qui tamen intervenit in illâ; qui concubitus eſt coniunctio maris cum mare, aut fœminâ in vaſe præpoſtero; ſeù fœminæ cum fœminâ in vaſe naturali, aut innaturali, quam coniunctionem poſſibilem, & de facto dari in fœminis inter ſe, & etiam cum maſculo ſuccubo, infrà oſtendam. Talis autem coniunctio fit per ea corporis membra, per quæ mas, & fœmina fiunt duo in carne unâ; licèt enim quis, vel quæ digitum inferat in vas anticum, vel poſticum fœminæ, aut maris, hi duo nullo modo dicentur ſic coniuncti, ut copulam habere, ſivè carnaliter concumbere dici poſſint; quàmvis digitus, ſit pars membri corporis viventis, & ipſe vivens; & etiam quàmvis ex tali immiſſione ſequatur ſeminis deciſio, ſivè in uno tantùm, ſivè in ambobus. Quomodò igitur poterunt dici concumbere, ſivè copulam inter ſe habere fœminæ, ſic utentes inſtrumento inanimi, quod non eſt pars ſui, nec ſibi ullatenùs coniunctum? Quòd, ſi tali caſu concubitus, ſeù copula deeſt, nullo modo poterit adeſſe *ſodomia*, quæ *concubitum* neceſſariò exigit, ſed erit ſimplex *mollities*, affecta tamen qualitate aggravante, ac minimè mutante ſpeciem ab eâ, quæ per immiſſionem digiti fieret. Diceretur nè copulam habere cum fœminâ vir, qui membranâ ſuillâ obductam mentulam inferret vaſi muliebri (quem caſum excepi in Sacramentali Confeſſione, practicatum à quodam, qui cum Amaſiâ frequenter dormiebat & tali utebatur adinvento, nè illa gravida efficeretur) ſemine excepto à membranâ, impediente, nè intrà uterum reciperetur? Profectò non, ſiquidèm membrana illa diſterminat corpora, & mediat inter ea, quæ proptereà minimè copulata poſſunt dici. Pari ergò modo, nullo pacto poterit dici fœmina, fœminæ copulata, quàmvis coriaceâ mentulâ altera ſuccubæ vas naturale, aut præpoſterum inierit. Prætereà, ſi mulieres inveniuntur, quæ ſubagitant pueros, ut multi Doctores (l) ſcribunt, relati à *Farinacio*, & nos ex *ſanctâ* infrà referemus, utentur nè iſtæ mentulâ vitreâ, aut coriaceâ in tali ſcelere? Et hoc dato, poſſet nè dici, eas *ſodomiam* tunc patrare, penetrando tali inſtrumento vas maſculi? Et quæ nam voluptas ipſis poteſt advenire, propter quam in ſcelus, tàm enorme prorumpant? Sequitur ergò, quòd alio modo, diverſo à prænarratis fœminarum *ſodomia* perficiatur.

14 Dico igitur veram, ac propriam *ſodomiam* inter fœminas dari; non tamen in omnibus eſſe activè poſſibilem, ſed in aliquibus tantùm; & in tãtam libidinem fœminas Romanas ex otio, & opulentiâ exarſiſſe, ſcribit *Seneca* (25), ut non ſolùm ſeipſas, ſed & maſculos inirent, ait enim. *Fœminæ cum virorum licentiam æquàverint, corporum quoque virilium vitia æquaverunt. Non minùs pervigilant, non minus potant: oleo, & mero viros provocant; libidine verò nec maribus cedunt, pati natæ. Dii illas, Deæque malè perdant; adeò commentæ genus impudicitiæ viros ineunt* Quomodò verò hoc ſit, & eſſe poſſit, dicam.

15 In

(21) *Gomez ſup. l. 80. Tauri. nu. 34. apud. Clar. lib. 5 ſentent. §. Fornicatio. n. 09.*

(22) *Lubin. Comment. ad Iuvenal. Satyr. 6. ℣. 321. §. Lenonum ancillas Cornel. in Epiſt. ad Roman. cap. p. ℣. 26.*

(23) *Raynald. Tom. 2. obſervat. criminal. cap. 21 §. 1. n. 112. & 120.*

(24) *Armendar. ad leg. Navarr. libr. 2. Tit. 21. l. un. de ſodomia. n. 27. Severin. ad Sanfelic. Deciſ. 354. ℣. poteſt etiam Peguer. Deciſ. 72 n. 4. Muta in Pragmat. 1. Tit. de nefando n. 13. Homobon. de Caſ. reſerv. Par. 2. cap. 4. Except. 2. Franc. Marci. Deciſ. 895. nu. 2. Sabell. Sum. diverſ. Tractat. ℣. ſodomia. nu. 1*

(†) *Vericell. Quæſt. Moral. Tract. 4. quæſt. 9. poſt n. 2. & ſeqq. & ibi Peguer. Guer. Gomez. & Farinac.*

(l) *Alex. in addit. ad Bart. in l. Cum vir. C. Ad L. Iul. de Adult. Gloſ. in l. Fœdiſſimam. ℣. Alii dicunt. C. eo. & ibi Salycet. nu. 1. Io. Faber. Angel. Auguſt. ad Angel. Bermon. & Conrad. apud Farinac. q. 148. n. 43.*

(25) *Senec. Epiſt. 95.*

15 In muliebri corpore reperitur quædam pars, quam Anathomiſtæ *Clytoridem* appellant. Conſtat talis pars ex iiſdem vaſis, quibus conſtat penis virilis, puta nervis, venis, arteriis, carne &c. habet itidem figuram penis, quandò turget; ex motu enim ſpirituum ſeminalium inflatur, & glande, ceù penis, præditus eſt *clytoris*, habetque in ſummitate glandis foramen, quod tamen pervium non eſt, niſi uſquè ad dimidium corporis *clytoridis*; nihilque aut lotii, aut ſeminis, aut alterius humoris exercernitur per tale foramen. Situs *clytoridis* eſt intrà pudendum fœmineum ſuprà meatum vrinarium, & tegitur nymphis, corpuſculis, nempè duobus, quæ cooperiunt dictum meatum, & anguſtant tranſitum lotii, ut ex anguſtiâ longiùs eiaculetur. Eſt autem *clytoris* organum delectationis venereæ in fœminis; dicitur proindè ab aliquibus *Dulcedo Amoris*, & *Oeſtrum Veneris*, pròut ſcribit *Thomas Bartholinus*, (26) à cujus accuratiſſimis Tabulis Anathomicis hæc, & ſequentia hauſimus.

16 Jn omnibus, & ſingulis mulieribus *clytoris* reperitur, ſed non in omnibus exeritur, aut prodit extrà vas pudoris; ſed parvâ quâdam eminentiâ attollitur in dicto fœminei corporis ſitu, ſub quo *clytoris* latet; & tunc maximè circumſtantes partes eminet, quandò ex venereâ tentigine intùs tale membrum turget. In *Ethiopiâ*, ac *Aegypto* (ſcribit *Bartholinus*) fœminæ omnes illum habent forinſecùs, & propendet ad modum penis; & ſolent obſtetrices, natis infantulis, candenti ferro *clytoridem* adurere, nè nimìs excreſcat, & virilem congreſſum impediat; & in tali membro cæremonialem fieri ab *Abyſſinis* circumciſionem fœminarum, idem Auctor opinatur. In Europâ verò in nonnullis fœminis tantùm erumpit *clytoris*, iis nempè, qui ex abundantiâ caloris, & ſeminis, validos habent ſpiritus ſeminales, *clytoridem* inflantes, & illud vltrà nymphas extendentes; & etiam iis, qui in puellari ætate verenda attrectant ex præcoquâ, ac pruriente libidine. In aliquibus autem fœminis *clytoris* æquat magnitudinem digiti medii manus; in aliis groſſior eſt, in tantùm, quòd (ſcribit citato loco, in exemplari ſecundæ editionis *Bartholinus*) Venetiis fuerit ſcortum, cui erat Clytoris æquans magnitudinem colli anſerini.

17 Exeri etiam poteſt *clytoris* extrà ætatem puellarem, puta, in juventute, & hoc ex impetu ſpirituum ſeminalium, tantâ vi implentium nervos *clytoridis*, ut diſruptâ tenuiſſimâ, quâ tegitur, membranâ, foràs erumpat; & hoc credo accidiſſe iis fœminis, quas in mares eſſe converſas nonnulli ſcriptores retulerunt; ut de *Spoletanâ* muliere *Livius*, (27) de Virgine adhuc ſub parentibus, in puerum converſâ Caſini, *Plinius*, (28) de duabus filiabus *Ludovici Guarna Salernitani*, mutatis in mares, *Fulgoſius*, (29) de *Mariâ Pachecâ*, cui erupit mentula tempore, quo ſolent fœminæ diſpungere menſes, *Amatus Luſitanus* (30) ſcripſere; non enim fieri poteſt ullo modo ſexus mutatio, cum organa generationis, tàm diverſa ſint formâ, figurâ, ſubſtantiâ, ac ſitu in maribus, ab organis fœminarum, ut notum eſt etiam leviſſimè imbutis anathomicis experimentis. Puellæ igitur habitæ prò mutatis in mares, tales fuerunt, quibus *clytoris*, ut dicebamus erupit, & ab imperitis in re anathomicâ, creditæ ſunt in mares evaſiſſe, mutato ſexu. Quod euidenter patet ex hoc, quòd ſupradictis, nec ſcrotum cum teſtibus, nec barba cum voce virili apparuit; nec rima cunni fœminei diſparuit, at, hâc jugiter perſeverante, ſolus *clytoris* erupit, creditus, ob ſimilitudinem cum eâ, eſſe mentulam virilem ex ſexus metamorphoſi.

18 Quòd, ſi nonnullæ, quæ referuntur ex fœminis, in viros mutatæ, vxores duxiſſe, ac filios procreaſſe dicantur, ac barbam, vocem, corpuſquè virile adeptæ, ut de *Phatuſâ*, *Pythei* uxore, *Hypppocrates*, (31) & de *Areſcuſâ*, in *Arecontem* mutatâ, ex *Mutiano Plinius* ſcribit, (32) hoc evenit, quià tales *Androgyna* erant, in quibus in puellari ætate ſexus fœmineus prævalens apparuit, mox roborato, ac aucto in adoleſcentiâ calore, prævaluit ſexus virilis, ac mentula, intùs latens cum ſcroto, & teſtibus, permanente tamen rimâ muliebri, erupit; in *Androgynis* enim, ſiuè *Hermaphroditis* ſexus uterque patet, pròut vidi in infanti anniculo Papiæ, anno 1669. cujus mater mihi retulit, à tali infanti reddi lotium per traducem utriuſque ſexus. Tales enim, vt præfertur, mutatas in mares *Androgynos*, pròut diximus, extitiſſe, ex *Phlegone Tralliano*, *Imperatoris Adriani Liberto*, *lib. de Mirabilibus*, & *longanis* ſcribit *Laurentius Beyerlinck*, (33) Quibus autem *clytoris* tantùm exeritur, nullo modo mutatur vox, naſcitur barba, aut ſcrotum apparet, ſed tantùm propendet *clytoris* intrà rimam fœmineam, ad modum parvi penis, ut fuit in Moniali, à quatuordecim annis profeſſâ, in Conventu Paſſionis Oppidi *S. Felicis de los Galegos*, Diœceſis *Civitatenſis*, ſuper quo caſu conſulvit *Barboſa*, (34) qui tamen hanc de *clytoride* doctrinam non legiſſe judico; quià, ſi, quæ ſcribunt circà hoc moderni Anathomiſtæ, luſtraſſet, intrepidè aſſeruiſſet talem Monialem nullo modo ſexum mutaſſe, proindè ad vota, & Clauſuram teneri, proviſo tamen, nè cum Monialibus, attentatas obſcænitates poſſet exercere.

19 Tali ergò *clytoride* mulieres nonnullæ præditæ, fœminas alias, & maximè puellas inſectantur, & non deſunt, quæ etiam maſculos ineunt; ut ait *Seneca* loco, ſuprà à nobis *num.* 14. citato; & habui à Confeſſario fide digniſſimo, ſibi occurriſſe caſum in Confeſſione, in quo Mulier quædam nobilis ephebum quendam, quæ prò acerſecome domi retinebat, habuit in deliciis, ipſumque præpoſterè cognoſcebat, & enixiſſimè deperibat; mulierque talis, quæ tres filios viro pepererat, viri congreſſum averſabatur, libidinemque ſuam exercebat cum puero illo, circumcircà duodenni; credıditque Confeſſarius ille, talem Mulierem fuiſſe *Androgynam*, pròut mihi dixit, non enim ſciebat ille doctrinam de *clytoride*, quam hucuſque tradidimus.

20 Cohærenter ad hæc ſe habent ea, quæ ſcribit *Tiberius Decianus*, (35) cujus verba per extenſum damus. Ait ergò, *Mulier à muliere deflorari non poteſt, nequè corrumpi, niſi fortè ea, quæ rapuit, nymphium magnum haberet in Vulvâ; ut plures habent; ideſt carunculam quandam excreſcentem aliquando, adeò ut erigatur ad modum virga, eâquè ad coitum incitentur, uti*



(26) *Thom. Bartholin. Tab. Anathom. lib. p. cap. 34. de clytoride.*
(27) *Livius Hiſtor. lib. 24. apud Barboſ. Vot. deciſ. 100. n. 8.*
(28) *Plin. natural. Hiſtor. lib. 7. cap. 4.*
(29) *Fulgoſ. lib. 1. cap. 6. apud Theatrum. Vit. human. lit. M. fol. 439.*
(30) *Amat. Luſitan. Conſult. Medic. Centur. 2. curat. 39.*
(31) *Hippocrat. Ep. dem. lib. 6. Part. 8. Aphor. 45.*
(32) *Plin. natural. Hiſtor. lib. 7. cap. 4.*
(33) *Laurent. Beyerlinc. Theatr. Vit. human. V. Metamorphoſis V. Antiochia quæ eſt.*
(34) *Barboſa. Vot. deciſiu. 100. per tot.*
(35) *Decian. Tract. crimin. lib. 8. c. 7. n. 28. fol. 1308.*

*mares, ut auctor eſt Paulus Aegineta; & refert Galenus, Aegyptios omnibus virginibus carunculam illam præcidere, nè excreſcat, atque ideò cum aliis mulieribus coeant; quas refert Cœlius lection. antiquas lib. decimo octavo cap.* 8. *circà finem & Sappho libidinoſa mulier, quæ plures coeundi modos adinvenit Amithena, Theleſippa, Megara, Atthei, & Cidno ſuis ancillis ad libidinem utebatur, undè Ovidius in ejus Epiſtolâ ad Phaonem.*

*Vilis Amithene, vilis mihi candida Cidno,*

*Non oculis grata eſt Atthis, ut antè, meis.*

hæc *Decianus*, quem ſecuti ſunt *Menochius*, & *Sanchez*, (36) apud *Farinacium*, qui, poſtquam in *quæſtione de crimine Raptus*, recitatæ doctrinæ adhæſit, poſteà *Quæſt.* 148. *de Sodomiâ num.* 41. cum communi falsâ opinione, putat, *Sodomiam* feminarum committi aliquo inſtrumento materiali, ſcribens *limitam hanc ampliationem*, (puta, ſi fœmina agat, aut vir in aliam fœminam patientem, tunc etiam intrat pœna *ſodomiæ*, & mortis) *non procedere, quandò mulier ſe corrumpit cum aliâ fœminâ, ſolâ fricatione; ſecùs, quandò agit aliquo inſtrumento materiali ligno, aut vitreo.*

21 In citatâ autem ſententiâ, & textu *Deciani*, pars fœminei corporis, quam nos *Clyteridem* cum *Anathomiſtis*, & *Michaele Emulleo* (37) appellamus, *nymphum* dicitur, quo tamen fœminas, ad infamem libidinem explendam, uti, prout diximus, ultrà experientiam, Auctor ipſe cum Medicis, à ſe citatis, teſtatur; ut proindè ampliùs ambigendum non ſit crimen infame, ac innominabile à fœminis cum ſexu utroque committi; licèt hoc rariùs *Sodomiâ* maſculorum eveniat; tùm quià in Europâ non tàm frequenter accidit eruptio *Clytoridis*; tùm quià non omnes fœminæ, quibus *Clytoris* exeritur infami illa paſſione laborant; & ſenſus titillationi, virtute continentiæ, gratiâ Dei roboratâ, reſiſtunt. In cujus confirmationem caſum do, qui *Papiæ* accidit *anno* 1671. In inſigni quodam Conventu ejus Civitatis, cuidam honeſtiſſimæ Moniali erupit *Clytoris* improvisò, quæ perculsâ tali accidenti, ſibi moleſtiſſimo, utpotè graves tentationes carnis, ei cauſanti, accerſivit Chirurgum optimum practicum, ſed in re anatomicâ parùm verſatum. Hic inutiliter tentatis emollientibus, ut *Clytoridis* duritiem flecteret, cùm jugiter turgentem videret, ipſum ſecuit, graviſſimo Monialis periculo, nàm ex tali mutilatione, penè mortua eſt, & non convaluit, niſi pòſt multos menſes. Chirurgus ipſe mihi hoc confidenter aperuit, & ingenuè eſt confeſſus, ſe ad talem mutilationem devenire, quià tunc neſciebat doctrinam de *Clyteride*, quam poſteà didicerat in *Tabulis Anatomicis Bartolini.*

22 His ergò, longiuſculè quidèm, neceſſariò tamen præmiſſis, reſolutum apparet, quandò fœminæ ſe invicem ſubagitantes *mollitiem*, & quandò veram *ſodomiam* committunt. Si enim *Clyteride*, ut præfertur, utuntur in quovis fœmineo vaſe, perfectam *ſodomiam* committunt, quàmvis enim nullo modo ſemen incubæ ſuccubam intret, tamen in ſuo genere perfectum evadit crimen; nàm concubitus inter ipſas intervenit, & in formâ, quòd nequit ſequi generatio, quæ duo conſtituunt veram *ſodomiam*, pròut docuimus ſuprà *num.* 8.

23 Poterunt ergò Confeſſarii ex hâc doctrinâ noſſe ſpeciem criminis, quod commiſerunt fœminæ, quæ tamen præ verecundiâ illud clarè non explicant, ſed ſe accuſant ſolùm dicentes, ſe alias fœminas fuiſſe ſupergreſſas cum delectatione; aut ſe aliis fœminis pari modo ſuccubuiſſe; nec pudicus, ac prudens Confeſſarius ulteriùs interrogare audet, nec rei tàm turpis circumſtanſtantias inquirere, maximè, ſi pænitentes ſint virgines, aut innuptæ; undè confuſa, & anxia mens Confeſſarii eſt, in diſcernendo crimine, puta, àn *mollities* fuerit, cui poſſit manum apponere; àn *ſodomia*, cujus abſolutio ſit reſervata. Si igitur mulier ſe incubam in tali opere dixerit, poterit Confeſſarius eam interrogare, àn aliquâ ſui corporis parte, vas ſuccubæ penetraverit. (partem voco *Clytoridem*, non membrum, eſt enim illa pars membri fœminei, ad generationem deſtinati, ſicut juxtà *Abbatem* (38), digitus non eſt membrum, ſed pars membri), & ſi affirmat; palàm eſt, quòd *Sodomiam* commiſerit; ſi negat, ſola erit *mollities*. Pariter à ſuccubâ poterit percontari, àn ipſis vas fuerit ab incubâ aliqualiter penetratum, & quomodò, & ab ipſius reſponſione judicium regulare.

24 Itidèm, ſi fœminæ de huiuſmodi crimine fuerint accuſatæ, Iudex tenetur ad corporis fœminei viſitationem per obſtetrices faciendam, ſicut factum fuit cum Moniali, ſuper quâ conſuluit *Barboſam*. (39) Etenim, ſi *Clytoris* fuerit inventus, probatumque ſit, fœminas ſimul cubaſſe, & adminicula adſint, crimen ſuadentia, militat contrà fœminas præſumptio, quòd illo fuerint uſæ ad delictum nefandum, ſicut ex condormitione viri cum fœminâ, præſumitur de jure, (40) quòd fuerint fornicati, undè ad torturam deveniendum eſt, ut ſciat Judex, àn delictum innominabile fuerit commiſſum; & caſus hic ſuccedere de facili poteſt in Collegiis fœminarum; licèt etiam inter laicas mulieres, & in ſæculo converſantes, non ſemel conſtat accidiſſe.

## Probatio.

### SUMMARIUM.

25 *Sodomia eſt crimen mixti fori.*
*In Hiſpaniâ ſpectat ad Inquiſitores.*
*Habet connexionem cum Hereſi.*
26 *Iudex etiam laicus in hoc crimine poteſt procedere per inquiſitionem.*
*Sodomia nunquàm præſcribitur.*
27 *Probatur præſumptionibus, ac coniecturis.*
*Indicia varia, probantia, commiſſam fuiſſe Sodomiam.*
28 *Per indicia non probatur crimen, niſi in ordine ad torturam, aut pœnam extraordinariam.*
*Indicia indubitata, quæ? Remiſſivè.*
29 *Viſitandum corpus delicti, & adhibendum judicium peritorum, in caſu fracturæ in hoc crimine.*
*Si agatur de Sodomiâ inter fœminas; viſitandæ, àn Clyteridem habeant.*
30 *Quid operetur dictum ſodomitati.*
*Socio criminis fides non adhibenda.*

31 *Opi-*

(36) *Menoch. de Arbitr. Iudic. quæſt. lib. 2. cap. 29. in Addit. num. 33. Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 12. quæſt. 2. num. 34. & ſeqq. apud Farinac. quæſt. 144. num. 44.*

(37) *Mich. Emull. de Morb. mulier. cap. 2. V. Teſtes hic, fol. m. 563. coll. 2.*

(38) *Abb. in cap. Significaſti. num. 10. de Elect. & in cap. 1. nu. 10. Qui Cler. vel vovent. arg. cap. ſingula. 88. diſt.*

(39) *Barboſ. Vot. deciſ. n. 100. init.*

(40) *cap. litteris. Extrà de Præſumpt.*

Digitized by Google

31 *Opinio, quòd dictum ſodomitati ſufficiat ad torturam.*

32 *Iſta opinio vera eſt, dummodò cum dicto ſodomitati cumulentur alia indicia, aut adminicula.*

33 *Dubium, àn dictum ſtuprati admitti poſſit abſquè torturâ.*

34 *Stupratus per vim, non eſt infamis.*
*Ideò ejus dictum eſt admittendum ſinè torturâ.*
*Violentia non præſumitur incuſſa, ideò probanda ab eam allegante.*

35 *In probandâ ſodomiâ recipiuntur Teſtes, non citatâ parte.*
*In torturâ prò hoc crimine, nullum privilegium perſonale ſervatur.*
*Sodomita perdit privilegium nobilitatis.*
*Sodomia judicatur, ut crimen læſæ Maieſtatis.*

25 SOdomiam crimen eſſe mixti fori, èſt communis ſententia Doctorum, (41) undè locus eſt præventioni inter Iudices laicos, ac Eccleſiaſticos; imò in *Regnis Aragoniæ, & Valentiæ*, ex ſpeciali deputatione, de eo cognoſcunt Inquiſitores fidei, & juſtiſſimum eſſet, quòd univerſi hæreticæ pravitatis Inquiſitores ad punitionem nefandi hujus delicti procederent, prout ſcribit *Ioannes Vela*, à *Raynaldo* (42) relatus, tùm quià *Sodomia* habet quandam connexionem cum hæreſi, ut ex *Salzedo* ſcripſit *Armendario*, (43) tùm quià ex accuratâ ipſorum vigilantiâ punirentur frequentiùs pedicones, ac pederaſtæ hujuſmodi infames, ac tàm enorme vitium à Chriſtianâ Republicâ radicitùs extirparetur.

26 In hoc crimine, ob ipſius atrocitatem, Judices etiam laici procedere poſſunt per inquiſitionem, ut poſt nonnullos, quos citat, ſcribit *Maſſin.* (44) quod eſt peculiare hujus criminis; ſi quidèm in fornicatione, adulterio, & aliis delictis carnis naturalibus de jure Civili non proceditur, niſi ad inſtantiam partis; ſecùs de jure Canonico, ut aliàs dictum fuit. Spatium autem temporis decurſi, à quo crimen fuit commiſſum, non tollit, quin accuſari poſſint Rei; hoc enim crimen nunquàm præſcribitur, ut dicunt Doctores, (i) quod valdè notandum eſt.

27 Quià verò hoc delictum, ſicut & omnia alia crimina carnis ſunt difficilis probationis, ut non ſemel dictum eſt, probatur præſumptionibus, & coniecturis, ut dicunt Doctores. (45) Hinc deducuntur plures concluſiones, facientes ad rem, quas recenſet *Farinacius*. (46) Sunt autem, quòd probatur crimen fuiſſe commiſſum, primò per Teſtes, qui audierint tergiverſationes, quaſſationes, cōcuſſiones lecti, in quo cubavit vir cum maſculo ſuſpectæ ætatis, &c. ſecundò, ſi auditus fuerit clamor, ſeù vociferatio pueri ob dolorem, aut vim ſibi illatam. Tertiò, quandò quis malâ famâ laborans circà hoc, dormierit cum puero, quandò nulla extitit legitima cauſa talis cubationis. Quartò, quandò camiſcia pueri fuit reperta maculata. Quintò, quandò puer major decennio viſus fuit fuiſſe amplexatum, ac oſculatum ab alio malæ famæ, maximè, ſi iſte pueri poſteriora etiam forinſecùs ſemoralibus tetigit. Sextò, quòd famâ malâ accuſati, aut diffamati de hoc crimine, multum confert ad illius probationem, ut plurium Doctorum authoritate probat, loco ſupra citato, *Farinacius*.

28 Advertendum autem, quòd per indicia, ac præſumptiones prædictas non probatur crimen, niſi quò ad torturam, aut ad plùs, niſi ad pœnam extraordinariam inferendam, arbitrio Judicis, & juxtà indiciorum valorem; prout optimè ſcribit *Raynaldus*. (47) Ad pœnam enim ordinariam incutiendam, requiritur concludens, & plena probatio, niſi fortè per Statutum diſponeretur, quòd in aliquo caſu ex indiciis indubitatis, pœna ordinaria ferri poſſit; licèt & hoc maximam difficultatem haberet, attentâ magnâ Doctorum Controverſiâ circà deciſionem, quæ nā ſint, aut dici poſſint indicia indubitata, de quâ ad partes, doctè diſputat *Raynald* loco citato à *n.* 31. ad 37.

29 Quòd, ſi judicium inſtituatur ad querelam, eò quià dicatur ſtupratus puer cum fractura ani, antè omnia per Chirurgos, ac Medicos viſitari debet, & per eorum juratam depoſitionem probari debet corpus delicti, ut firmant Doctores; (48) Si verò non agatur de fracturâ, ſufficiunt indicia, ac præſumptiones, ut dictum eſt. Si etiam agatur de *Sodomiâ fœminarum*, debet viſitari per obſtetrices, aut Matronas, fide dignas, corpus Mulieris accuſatæ, ad videndum, àn habeat *Clytoridem*, ſinè cujus uſu, nullo modo poſſe dari *ſodomiam* inter fœminas, ſuprà demonſtravimus.

30 Quod nam verò indicium faciat dictum ſodomitati, controvertunt Doctores. Nonnulli (49) volunt, quòd nullum indicium faciat, nequè ad ſolam torturam. Firmant proindè non eſſe credendum dicto minoris atteſtantis, ſe fuiſſe ab aliquo attentatum de hoc crimine, aut fuiſſe paſſum vim. Nec creditur uxori dicenti, maritum voluiſſe illam cognoſcere præpoſterè, aut de facto cognitam fuiſſe. Et multò minùs non eſſe credendum meretrici, deponenti, ſe fuiſſe innominabiliter ſtupratam. Fundamentum iſtorum eſt, quià vni tantùm Teſti, & maximè ſocio criminis, & proindè infami, fides non eſt adhibenda argumento eorum, quæ habentur in utroque jure. (50)

31 Alii (51) ſuſtinent, dictum ſodomitati ſufficere ad torturam; fundamentum eſt, quià in delictis carnis atrociſſimis Teſtes, etiam inhabiles admittuntur, maximè in delictis difficilis probationis, (52) ut in delictis factis de nocte; aut in domo; aut in crimine ſtupri.

32 Inter has extremas intrat media opinio, quæ conciliat illas; puta, quòd accedentibus aliis indiciis, ac adminiculis, dictum ſtuprati ſufficiat ad torturam; & ſic procedit ſecunda opinio; deſſiciētibus autem aliis indiciis, nullo modo ſit ſufficiens, & ſic procedit prima opinio; hāc porrò

 conclu-

(41) *Clar. § ſodomia. n 3. & § final. Quæſt. 27. V Item quæro. Decian. Tract. crim. lib. 4. cap. 26. n. 11. Farinac. quæſt. 148. n. 55. Abb. in c. Cler. de Exceſſ. Prælat. Berm. Guaz. Maſſin Novar, & ali apud Sabell. in ſum. diverſ. tract. § ſodomia. num. 3. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rubr. 25. nu. 1.*

(42) *Io: Vela de Pæn. delict. cap. 33. n. 14 apud Raynald. Obſervat. crim. Tom. 2. cap. 21. §. 1. num. 48.*

(43) *Salzed. ad Diaz. apud Armendar. ad leg. Navarr. lib. 2 Tit. 25. leg unic. de ſodomia nu. 23.*

(44) *Bellet. Ball. Maur. Burg. apud Maſſin. de Confiſcat. bonor. qq. n. 14.*

(i) *Hippolit. in l. Qui falſam §. 1. n. 4. & 5. ff Ad leg. Corn. de falſ. Gregor. Lop. in l. 4. V. Faſta trenta annos. Tit. 7. Valaſc. Allegat. 13. n. 24. quos ſequitur Barboſ. de Pot. Epi. Allegat. 44. nu. 9.*

(45) *Maſcard. de Probat. lib. 3. Con. 1313. n. 3. Corn. Anani. Socin. apud Monticell. Reg. crim. 11 nu. 16. Dec. Conſil. 83. n. 3. & 11. lib. 3.*

(46) *Farinac. Quæſt. 148. num. 67. & ſeqq.*

(47) *Raynald. obſeru. crim. tom. 2. cap. 21 §. 4. & 5.*

(48) *Zacchi. quæſt. Medico legal. lib. 4. tit. 11. q. 5. tom. 1. Giag. Conſil. 3. n. 77. Farin. Conſ. 155. n. 3. to. 2. apu. Sarno. Pract. crim. c. 12. n. 31*

(49) *Baiard. ad Clar. § Sodomia n. 3. & ibi Gramm. deciſ. 40. num. 14. Dec. Conſ. 83. Volu 3. & Cravet. conſ 41. init. Barb. de Offic. Epi, Alleg. 44. n. 15. & ſeqq. & ibi Treviſ. Marta. Theſaur. Vini. M. A. Gennen. & Ricc.*

(50) *arg. cap. ſignificaſti. de Adulter. text. in l. Maritus ff. de Quæſtio.*

(51) *Muſcatell. de Cognit. delict. Tit. de Adulter. §. de Dict. delict. privil. & pæn. n. 25. Boſſ. Tit. de Indic. n. 160. Gomez. variar. Reſol. Tom. 3. c. 12. Rubr. de Probat. delict. nu. 16. Farinac. Quæſt. 148. n. 75.*

(52) *Alex. Conſil. 156. nu. 20. lib. 5. Cravet. Conſ. 178. n. 2. vol. 1. Ruin. Conſ. 158. n. 12. vol. 2. Baiard. Ad Clar. Quæſt. 24. n. 120.*

Digitized by Google

concluſionem, à quâ in praxi recedendum non eſt, plerique Doctores (53) claſſici ampleċtuntur.

33 Controvertunt pariter Doctores, àn dictum ſtuprati admitti poſſit abſquè torturâ, cùm enim ex complicitate criminis evaſerit infamis, ad teſtimonium ferendum, abſq; torturâ admitti non debet, vt per eam infamiæ macula tollatur. (54) Diſtinguunt autem inter impuberem, & puberem, & inter paſſum per vim, & ſpontè complicem. Impubes quidèm vim paſſus torqueri non debet, quià ob ętatem infamiam non incurrit. Pubes autem, & major etiam violentiam paſſus omninò torqueri debet, juxtà multos, quos dat *Raynaldus*, (55) quià non ex eo, quòd paſſus eſt per violentiam, ideò habilitatus cenſeretur ad teſtificandum. Spontè autem complices omninò ſunt torquendi.

34 Salvâ tamen illorum reverentiâ, non video, quomodò ſtuprum paſſus violenter infamis evadat, contrà patentem diſpoſitionem textus in *l.primâ §.Removet ff.de Poſtulan.* in quâ ità habetur. *Removet autem à poſtulando prò aliis eum, qui corpore ſuo muliebria paſſus eſt: ſi quis tamen vi pradonum, vel hoſtium ſtupratus eſt, non debet notari*, & in *l.Fœdiſſimam C.Ad leg.Jul.de Adulter.* habetur, quòd *mulier per vim compreſſa eſt inviolatæ exiſtimationis*, hoc eſt, nullam incurrit infamiam, ut ibi adnotat *Gothofredus.*. Dicendum igitur abſolutè, quòd ſtupratus per vim, ſivè major, ſivè impubes, admitti debet ad teſtimonium ſinè torturâ. Adverti tamen debet, quòd juxtà Doctores, (56) violentia in *Sodomiâ* non præſumitur incurſa, ideò probanda eſt per eum, qui aſſerit ſibi fuiſſe vim illatam; vel niſi concurrant circumſtantiæ loci, temporis, ac perſonarum, ob quas credi poſſit taliter tęſtificanti, aliter quivis, etiam conſentiens ſpontè allegare poſſet, ſe fuiſſe per vim ſtupratum.

35 Teſtes in judicio hujus criminis recipi poſſunt abſquè citatione partis, (57) quod eſt peculiare in hoc delicto, ſiquidèm teſtes recepti, parte non citatâ, nihil probant regulariter loquendo. Privilegium pariter hujus cauſſæ eſt, quòd inquiſiti de hoc ſcelere nullo gaudent privilegio perſonali circà torturam, ut dicunt nonnulli, (58) & ratio eſt, quià, ut dicam inferiùs, loquendo de pœnis *ſodomitæ*, infames ſunt, amittunt proindè privilegium nobilitatis. Undè in Hiſpaniâ ex diſpoſitione legis particularis, (59) nobiles, ac plebei indifferenter quæſtioni ſubjiciuntur, nullâ habitâ ratione claritatis ſanguinis; ibi enim crimen hoc judicatur, ſicut crimen læſæ Majeſtatis, ut ſcribunt plures Doctores Hiſpani. (60) Alia verò privilegia Teſtium, ob quæ torqueri non poſſunt, ut ætas, virium imbecillitas, infirmitas &c. in hoc crimine ſervantur, ceſſant enim ſolum ea, quæ ob infamiam amittuntur.

(53) *Caball.Reſolut.crimin.cent.1.caſ.84 n.6.& 9. & ibi Clar.q.21.nu.8.Farinac.q.43.nu.27.Boſſ.Tit.de Indic.n.160.& Plot.int.Conſil.crim.diverſ.lib.1.Conſil.252.n.23. Raynald.Tom.2.obſerv.crim.cap.21.§.4.& 5.nu.12 & qui citat Alexand. Muta. Baſil.Maſtrill.Azeved.Peguer.Calcan.Sperel.Genuen.& alios*

(54) *Boſſ.Clar.Plot.Farin.Gandin.Guid.de Suzar.apud Caball.d.Caſ.* 84 *num.11.*

(55) *Raynal.Tom.2.obſeru.crim.cap.21.§ 4.& 5.num.21.& ibi Theſaur.Farinac.Pariſ.& Rimir.al.*

(56) *Farinac.qu.43 n.96.&* 101.*Boer.deciſ.31.n.7. Bertazzol.conſ.71.num.64 & ſeqq.lib.1.apud Raynal.loc.cit.n.19.*

(57) *Barboſ.de Offic.Epi.Part.2.Allegat.44.n.19.& ibi Suar. de Pace in Praxi.tom.p.temp.8.n.55.Salzed.ad Diaz cap.88. al.89. V. Et in Sodomia.*

(58) *Sabell.Sum.diverſ.tract.§ Sodomia n.9.Maſſin.de Confiſc.bonor qu.9.n.37.quos dat Raynal.d.cap.21.§.nu.262.*

(59) *l. p. Tit.21.lib.8.Nov. recopil.*

(60) *Gregor.Lop.l.2.V.Cavallero.Tit.30.Par. 7.Otalora de nobilit.Par.5.cap.Final.num.4.Gutier.Pract.lib.4.q 15.nu.18. Barboſ.d Allegat.44.num.20.*

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.

36 *Pœna ſodomitarum de jure Divino, ac Caſareo, eſt ultimum ſupplicium.*
*Sodomitæ furcis ſuſpendendi, & comburendi.*
*Amittunt nobilitatem; & ſunt infames.*

37 *Opinio eorum, qui volunt actum eſſe plenè conſummatum, ut detur pœna ordinaria.*

38 *Opinio, quòd ſufficit eſſe deventum ad actum proximum.*

39 *Opinio Raynaldi, quòd immiſſio veretri in anum ſit ſtuprum.*
*Et Virgo dicatur ſtuprata, ſi Clauſtrum virginale menniâ frangatur, licèt ſemen extrà fundatur.*
*Et quòd ſit ſodomia perfecta, licèt extrà vas ſeminetur.*

40 *Impugnatur Raynaldus.*
*Stuprum importat congreſſum quemvis illicitum cum quovis ſexu.*

41 *Stuprum fœminæ virginis non poteſt comparari cum ſtupro pueri.*
*Maritus poteſt, juxtà quoſdam, penetrare vas poſticum vxoris, ad ſe excitandum, dùm abſit periculum ibidem ſeminandi.*

42 *Conſuetus immittere veretrum in ano, quamvis ibi non ſeminet, puniendus ut ſodomita.*
*Si non eſt conſuetus ad hoc, & extrà vas ſeminet, extraordinariè tantùm eſt puniendus.*

43 *Fraus non debet patrocinari delinquenti.*

44 *Qui immiſit in anum virgam, & extrà ſeminavit, torquendus eſt, tùm ſuper intentione, tùm ſuprà ſecutâ ſeminatione.*

45 *Copulam præpoſteram habens cum fœminâ, juxtà aliquos, non committit ſodomiam.*

46 *In foro fori habetur pro ſodomitâ, & comburitur tàm ille, quàm fœmina.*
*Sodomia execrabiliter committitur cum Meretrice, ſed execrabiliùs cum uxore.*
*Gravior cenſenda eſt ſodomia cum fœminâ, quam cum mare.*

47 *Fœmina ſubagitans fœminam, aut marem comburenda eſt.*
*In hoc crimine puniendo, non admittitur diſtinctio agentis, aut patientis.*
*In correlativis diſpoſitum in uno, eſt etiam diſpoſitum in altero, quò ad pœnas, quandò illa ſe habent vniformiter.*

48 *Sodomitæ ſiunt infames, etiamſi ſint impuberes.*
*Non poſſunt exercere munus Advocati.*
*Infamia eorum eſt declaranda per Iudicem.*

49 *Sodomitis bona non confiſcantur.*

50 *Numerus delinquentium hoc crimine, minimè debet pœnas impedire.*
*Ob multitudinem peccantium, pœna relaxanda.*
*Super hoc crimine nequit fieri compoſitio, nec gratiari Reus.*

51 *Tentatus de ſodomiâ, ſi aliter nequit evadere impunè, poteſt occidere tentantem.*

52 *Sodomita nequit eſſe Teſtis.*
*Eſt incapax beneficiorum.*
*Patitur ſeparationem thori, ut Adulter.*
*Et impeditur, nè contrahat matrimonium.*

Et

Digitized by Google

Et excommunicatur.
53 Pœna Clerici Sodomitæ de jure antiquo, & novo.
Lex, quandò dicatur favorabilis.
Bulla B. Pii V. contrà Clericos ſodomitas, eſt favorabilis, ideò amplianda.
54 Textus Bullæ B. Pii V.
55 Textus ſecundæ Bullæ ejuſdem Pontificis.
56 Doctores circà dictas Bullas excogitarunt ſubtilitates, quibus eluditur mens Sanctiſſimi Pontificis.
57 Conſtitutiones ſupradictæ tangunt ſolùm Clericos, exercentes ſodomiam juxtà quoſdam.
Verbum exercere importat frequentiam actus.
58 Ad incurrendas pœnas dictarum Conſtitutionum, requiritur copula perfecta.
59 Et quòd delictum ſit notorium, juxtà aliquos Doctores.
60 Impugnantur adductæ opiniones.
61 Verbum exercere, multa ſignificat.
In materiâ pœnali exercere importat etiam unicum actum.
62 Probatur iterùm, verbum exercere importare unicum actum.
In foro laico ſodomitans ſemel comburitur.
In Conſtitutione, Horrendum exercere, etiam unicum actum importat.
63 Secunda Conſtitutio B. Pii fortior primâ.
64 Vbi habetur declaratio legislatoris, non eſt deſputandum de verbis legis.
Declaratio Gregorii XIII, quòd verbum exercere in dictis Bullis, importat frequentiam actuum.
65 Declaratio Greg. XIII. concernit pœnas ſolas ſpirituales.
66 Aperitur mens Navarri, & Roderici.
Clerici, ſodomiam exercentis, plures pœnæ ſpirituales.
Clericus ſodomita, etiam prò unico actu Curiæ ſæculari tradendus.
67 Abuſus quorundam Tribunalium, non debent ab aliis ſervari.
68 Pœnas ſecundæ Conſtitutionis, debet incurrere, qui eſt conſuetus huic crimini, licèt extrà vas ſeminet.
69 Declaratio Papalis, quòd pœnæ dictarum Conſtitutionum, ſunt prò utroque foro.
70 Clericus ſodomita occultus non incurrat ſupradictarum Conſtitutionum pœnas,
71 Infamatus de hoc crimine, eſt irregularis.
Nec poteſt eum diſpenſare Epiſcopus, nec Prælatus Regularis.
Prælatus Regularis diſpenſat, caſu, quo irregularitas hæc eſſet contracta antè ingreſſum Religionis.
Prælati Regulares diſpenſare poſſunt cum venientibus ad Ordinem, ſuper omni irregularitate, exceptâ bigamiâ, & homicidio voluntario.
72 Pœnæ Papales contrà Clericos ſodomitas, comprehendunt tàm patientes, quàm agentes.
73 Regulares ſervare debent proprias Conſtitutiones.
74 Statutum primum apud Minores de Obſervantiâ.
75 Statutum ſecundum.
76 Textus Tit. Tortura. §. 2. adducitur.
77 Prima dubitatio proponitur.
78 Notare, aut notari ſignificat infamiâ afficere, aut affici.
79 Convictus, quotupliciter quis dicatur.
Statutum diſponens de convicto, non habet locum in confeſſo.
Confeſſio non eſt propriè probatio.
Notorium inducitur per Confeſſionem.
80 Dubitatio ſecunda.
81 Dictio omninò, quid importet.
82 Gravis flagellatio, quæ
Flagellatio, à quo facienda.
Ad torturam Religioſorum, non eſt attendum laicis ſæcularibus, excepto tormento funis.
83 Ignis, quarè adhibeatur in torquendo ſodomitâ.
Flamma, quibus torquendus eſt Reus Religioſus, ex quâ materiâ paranda.
84 Dubitatio tertia.
85 Pœna ſtatutaria, quandò augeri poſſint.
In delictis complicatis pœna augenda.
Ob grave delictum Religioſi, publicatum extrà Clauſtra, poteſt ille mitti ad triremes.
86 Dubitatio tertia.
87 Pœnitentia Præsbiteri fornicarii, erat ſeptennis.
Carceratus ob ſodomiam, poſt triennium laudabilis pœnitentiæ, poteſt liberari.
88 Dubitatio quarta.
89 Damnatus de ſodomiâ reſtitui nequit ad jus ſuffragiorum, & Ordinis officia.
90 Dubitatio ſexta.
91 Tortura ignis contrà ſodomitam, omninò practicanda apud Nos.
92 Indiciatus de ſodomiâ, aliâ torturâ quàm ignis torquendus non eſt.

36 Contrà ſodomitas voluit Imperatòr (61) *conſurgere leges, armari iura, ut gladio ultore, exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui tàm enormis ſunt, vel futuri ſunt Rei*. Antè legem autem Imperatoriam tàm extabat lex divina (62), ità habens. *Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, uterque operatus eſt nefas, morte moriantur: ſit ſanguis eorum ſuper eos*. Secutæ ſunt poſteà leges Imperiales (63), ultimum ſupplicium taliter Reis inferentes. Quàmvis autem in citatâ lege videatur lata *pœna gladii*, nempè obtruncationis capitis, tamen uſus obtinuit, accedentibus etiam Statutorum municipalium diſpoſitionibus, ut ſodomitæ furcis ſuſpendantur. Undè ſcribunt Doctores, (64) quòd indiſcriminatim ſupplicium furcarum adhibendum eſt cum ſodomitis, nullâ habitâ ratione nobilitatis; quià ob enormitatem tanti criminis amittunt nobilitatem, & evadunt infames, ut ſuprà dictum eſt; & in criminibus atrociſſimis, ut ait *Tiraquellus* (65), etiam ob merita delinquentis, & ſuorum in Rempublicam, non eſt pęna remittenda. Tamen de conſuetudine Nobilibus caput amputatur; & ità practicari, ſe vidiſſe firmat *Farinacius* (66) Ultrà pęnam autem furcarum, comburi debent poſt mortem, ut volunt infiniti propèmodum Authores, quos cumulant *Clarus*, *Farinacius*, & *Raynaldus*, (67) quæ pęna fuit lata per Imperatores *Theodoſium*, *Valentinianum*, & *Arcadium*, ut habetur *lib. 9 Tit. 7. Codicis Theodoſiani* per hæc verba, quæ reſcripſerunt *Orontio Vicario Vrbis*. *Omnes, quibus flagitii uſus eſt virile corpus, muliebriter conſtitutum alieni ſexus damnare, patientiâ ſpectante populo flamma vindices expiabunt*, quâ lege videtur hujuſmodi, Reos

(61) l. Cum. vir. C. Ad leg. Iul. de Adulter.
(62) Levitic. cap. 20. ℣ 13.
(63) l. 31. l Fœdiſſimam. C. Ad leg. Iul. de Adulter §. Item lex Gulia Inſtit. de Publ. iudic. Novell. Vt non luxur. contr. natur. Collat. 6. Conſtit. 77.
(64) Azecred. l. 8. Recopil. Tit. 21. lib. 1. n. 17. & ibi Avend. Rep. 31. n. 9
(65) Tiraquell. de Pœn. temperan. Cauſ. 49. nu. 13. & ſeqq.
(66) Farinac. Quæſt. 148. n. 8.
(67) Clar. §. ſodomia nu. 4. Farinac. d. Quæſt. 148. n. 7. Raynal. Tom. 2. Obſerv. crim. cap. 21 §. 1. num. 207. & ſeqq.

Digitized by Google

Reos eſſe vivos comburendos; uſus tamen obtinuit priùs laqueo eos enecare, & mox comburere.

37 Controvertunt autem inter ſe Doctores, utrum pœna ordinaria in hoc delicto exigat perfectionem actus, ità ut qui vas præpoſterum penetravit quidèm, ſed extrà illud ſeminavit, puniri non debeat pœnâ ſodomitarum? Nonnulli (68) ſunt in ſententiâ, quòd actus debeat eſſe conſumatus, & copula perfecta ex ſeminatione intrà vas, cum conſtans ſit, & communis doctrina, quòd ad pœnam ordinariam, requiratur delictum in ſuo genere perfectum.

38 Viceverſâ alij quamplures (69) ſuſtinent, quòd in hoc crimine ſuper cætera carnis atrociſſimo, pœna ordinaria detur, quandò deventum fuerit ad actum proximum; proindè, qui vas præpoſterum penetravit, & extrà ſeminavit ſivè ex inſtituto; ſivè ex accidenti, debeat pœnâ ordinariâ plecti.

39 *Dominicus Raynaldus* (70) mediat inter has ſententias, poſtquàm ad partes contrà ambas diſputavit; & dicit, quòd per ſolam penetrationem vaſis abſquè ſeminatione, quamvis non committatur perfecta *ſodomia*, committitur tamen *ſtuprum* in puerum, quià *ſtuprum* nihil aliud eſt, quàm corruptio pueri, patrata ex ſolâ penetratione; ſicut & *ſtupratio* virginis non eſt juxtà Doctores (71) ibi citatos, niſi fractura clauſtri virginalis, cauſata per congreſſum viri, licèt iſte minimè ſeminet intrà vas; quòd etiam confirmat auctoritate *Antony Mariæ Vericelli* (72), cujus textum dat per extenſum, probando, quòd ſola penetratio abſquè ſeminatione eſt vera *ſodomia*. Concludit proindè eum, qui ſic penetravit, licèt minimè intrà vas ſeminaverit, ultimo ſupplicio affici debere, licèt minimè poſt mortem comburi, ut firmat *num.* 178.

40 Sed, doctiſſimi viri pace, ejus fundamentum nutat. Siquidèm nomen *ſtupri* commune eſt cuicumque illicito congreſſui carnali, ſivè cum fœminâ, ſivè cum maſculo fiat, & lex *ſtuprum*, & adulterium promiſcuè appellat, ut habet textualiter *Papinianus*. (73) Propriè autem, ſubiungit idem, *ſtuprum in virginem, viduamque committitur, quod Græci ftoran, idest corruptionem appellant*; extenditur autem nomen *ſtupri* etiam ad puerum, ut ultrà *Gloſſam* citatæ legis, habet *Modeſtinus* (74), dicens *Adulterium in nuptâ admittitur: ſtuprum in viduâ, vel virgine, vel puero*. Ex his igitur habetur, quòd *ſtuprum* ex ſe non importat niſi corruptionem, puta, illicitum uſum alieni corporis in actu venereo; vocari verò adulterium in nuptâ, ſicut inceſtum in affine; ſed in cæteris, puta viduâ, virgine, puero, aut fœminâ nomen *ſtupri* retinere. Undè in hoc ſenſu non poteſt contradiſtingui à *ſodomiâ*, per hoc, quòd hæc ſit penetratio vaſis cum ſeminatione; *ſtuprum* verò penetratio abſquè ſeminatione.

41 Nec applicatur ad intentum *ſtuprum* virginis, quod perficitur per ſolam fracturam clauſtri, cum *ſtupro* pueri; conceſſo enim, quòd ex accidenti poſſit cauſari diſruptio inteſtini recti, cum relaxatione muſculi ſphyncteris, non tamen hoc neceſſariò intervenit in omni congreſſu innominabili; quandò ſuccubus adultus eſt; aut incubus draucus non eſt; pariterque, ſi ſtuprum æquè eſt cum viduâ, ſicut cum virgine, ut ſonat textus citatæ legis; patet, quòd in viduâ nullum clauſtrum eſt, quod ſit diſrumpendum. Vndè concludendum eſt, quòd aut ſtuprum cum maſculo idem ſit cum ſodomiâ, aut ſola penetratio abſquè ſeminatione nullo modo ſtuprum ſit, maximè quandò fixa eſt in agente intentio, nullo modo ibi ſeminandi. Quod confirmatur ex doctrinâ non nullorum gravium Auctorum, (75) quos tamen confutat Diana, qui volunt, poſſe maritum penetrare vas poſticum uxoris, ad ſe excitandum &c., dummodò abſit & intentio, & periculum ibi ſeminandi; quod non eſſet, ſi ex ſolâ penetratione præpoſterâ ſtuprum committeretur, ut vult Raynaldus, quià tali modo maritus ſtuprum committeret.

42 Dico igitur, æquiorem in hoc conflictu opinionum, eſſe ſententiam *Antonii de Souſâ*, quam per extenſum refert *Diana* (76) in hæc verba. *Si quis poſuit membrum intus anum, quamvis extrà ſemen effundat, probabile eſt eſſe puniendum pœnâ ordinariâ ſodomitæ. Hoc tamen non intelligo prò uno actu; ſed prò actibus hujuſmodi repetitis: quia quod deficit ad complementum actus ſodomitici, ſuppletur ex repetitione actus in fraudem legis*. Si enim oeſtro libidinis percitus penetrat vas maris cum intentione non ſeminandi, & de facto ibi non ſeminat; aut ſi à principio intentionem habuit ſeminandi, ſed dùm copulam exercet, ſibi obviat in cogitatione magnitudo ſceleris, & ex pœnitentiâ facti ſemen extrà vas profundit; & hic actus ſemel, aut bis ab ipſos eſt exercitus, iſte temperationem pœnæ meretur, & extraordinariè tantùm eſt ſumendus, juxtà ſententiam Doctorum, quos dedimus *num.* 37.

43 Si verò Reus conſuetus eſt tales ſpurcitias exercere, & ad fraudem legis penetrat, ibiquè uſquè ad extremum delectatur, & vix non ſeminat intrà; iſte puniendus eſt tamquàm verus Sodomita, juxtà ſententiam aliorum, quos dedimus *n.* 38. quam ſequuntur in praxi Tribunalia, præſcripta *Mediolani, Neapolis, Siciliæ, Sabaudiæ, Germaniæ, &c.* pròut recenſet *Raynaldus*. (77) Siquidèm fraus ſua non debet ſibi patrocinari, & pœnam debitâ minuere.

44 In caſu autem primo, torquendus eſt Reus, tùm ſuprà intentione, quam aſſerit, non ſeminandi, aut habita à principio, aut ſibi nata ex pœnitentiâ facti; tùm ſuper ſeminatione non ſecutâ intrà vas, quià cum hæ duæ ſint qualitates intrinſecæ, quæ ſciri nequeunt, niſi ex confeſſione ipſius Rei, ut advertunt Doctores, (78) ideò torqueri debet ad eruendam facti veritatem.

45 Con-

(68) *Navar. Diaz. Campanil. Ricc. apud Navar. ſumm. Bullar. §. Sodomia. nu. 6. Scortia ad ſelect. Pontif. Conſtit. Theor. 255. V̄ Quid ſi etiam Sanfelic. Deciſ 354. n. 7. lib. 3. Baſilic. Deci. crimin. 4. n. 24. Barboſ. Allegat. 44. n. 24. & ibi Vgolin. Suar. Bonac. Alter. Chapevil. Coriolan. Garc. Zech. Roderic. Marchin. & Diana.*

(69) *Clar. §. ſodomia nu. 8. & ibi Afflict. Par. 3. Conſt. Regni Rub 42. n. 15. Caball. Caſ. 26. nu. 11. Farinac Quæſt. 48. nu. 62. & ibi Peguer. Deciſ. 75. n. 4. Sarn. Prax. crim. cap. 12. n. 43. & ibi Gramm. Conſt. Aſperitatem. & Muſcatell. Pract. crim. Tit. de Adult. & ſtupr. nu. 33. Sgroi. Par. 5. cap. 4. nu. 25. & ibi Tuſc. Bertach. Muta. Roderic. Meno. Gomez. Plot. Artaman. Merc. Bomb. & Ricc.*

(70) *Raynald. Tom. 2. Obſeru. crim. cap. 21. §. 1. n. 140. & ſeqq.*

(71) *Coſpi. Iudic. crim. Par. 3. cap. 38. nu. 2. & ſeqq. Horat. Græc. Medic. Fiſcal. ſect. 2. cap. final. circ. fin. Zachi. Q. Q. Medicolegal. lib. 4. Ti. 2. quæſt. 3. & 5. apud Raynald. loc. cit. n. 145.*

(72) *Vericell. Quæſt. Moral. Tract. 4. quæſt. 9. nn. 2. & ſeqq.*

(73) *l. Inter liberas §. 1. ff Ad leg. Iul. de Adulter.*

(74) *l. Stuprum. 34. ff Ad leg. Jul. de Adult.*

(75) *Navar. de Pænit. & remiſſ. Conſ. 7. Angel. V. Debitum. n. 25. Zerol. Prax. cap. 12. q. 25. Graff. Tom. 1. lib. 5. de Adul. Conſ. 3. nu. 11. Gambacurt. de Caſ. reſeru. Caſ. 2. n. 5. Zanard. Direct. Par. 1. Tr. de Matrim cap. 41. §. 10. apud Dian. Coordinat. Tom. 2. Tract. 6. Reſol 288.*

(76) *Ant. de Souſa Aphoriſm. Inquiſit. lib. p. c. 59. n. 8. apud Dianam Reſol. Moral. Par. 4. Tract. 7. Reſol. 20. V̄ notandum eſt. circ. fin.*

(77) *Raynald. Tom. 2. Obſeru. crim. cap. 21. §. 1. num 158.*

(78) *Bali. de liter. diſpenſ. lib. 3. Caſ. 15. n 16. Ricc. de Publ. indic. q. 41. n. 5. Par. 2. Muſcatel. Tit. de Adult. n. 33. Sgroi. Par. 5. c. 4. n. 26.*

Digitized by Google

45 Controverſia pariter Doctorum eſt, an ſupradicta pœna furcarum, & ignis debeatur, quandò infamis copula habita eſt cum fœminâ? Non deſunt Doctores, (79) qui nolunt copulam præpoſteram cum fœminâ eſſe *ſodomiam*, dicuntque eſſe ſolùm actum ſodomiticum: docent proindè, abutentem fœminâ tali pacto, non incidere in caſum reſervatum; & hoc etiam negant de fœminâ ſubagitante aliam fœminam, ſivè maſculum; nolunt enim extendere hoc crimen ultrà nefandum congreſſum inter mares.

46 Sed quidquid ſit de culpâ theologicâ, & de ejus reſervatione prò foro animæ; certum eſt, quòd, quò ad culpam legalem, & ejus pœnam in foro fori par, & idem cenſetur delictum, aversâ Venererinire fœminam, ſicut marem, & hæc eſt communis ſententia omnium Criminaliſtarum, (80) quam in praxi ſequuntur Tribunalia omnia: in caſu enim combuſtæ fuerunt tàm mulieres, quàm viri, ut referunt *Clarus*, & *Gomez*, locis ſuprà citatis; & *Farinacius*, ibidem dicit, ſe, dùm puer eſſet, vidiſſe Romæ, in plateâ *Campi Floræ*, comburi plures viros, & plures fœminas, qui taliter deliquerant; & gravior etiam cenſetur culpâ, ſiquis tali modo contaminet propriam uxorem, quàm aliam, ut ex textu cujuſdam Capituli (81) eliciunt Doctores; dicit enim ibi *D. Auguſtinus lib. de Adulterin. coniug.* quòd tale crimen *execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabiliùs in uxore*. Et tandem gravius eſt, rem tali modo habere cum fœminâ, quàm cum mare, ut cum *Caballo* (82) ſentit Farinacius ibidem *num.* 36., ſiquidèm fœmina habet vas, deſtinatum à naturâ ad uſum copulæ; proindè, qui hoc relicto, aliud aggreditur, indicat pluſquàm ferinâ brutalitate agitari, & ſic deterius delinquere.

47 Pariter, ſi fœmina fœminam, ſivè maſculum, modo ſuprà expoſito, ineat, debet morte, & incendio plecti, ut poſt multos (83) docet *Farinacius*. Et quàmvis non defuerint, qui tuentur patientem in actu innominabili non tàm graviter peccare, ſicut agentem, proindèque illum non incurrere in caſum reſervatum, pròut refert *Diana* (84). Tamen in foro fori non dari diſcrimen inter agentem, & patientem in hoc delicto, & proindè pari penâ plecti debere, dicunt communiter Doctores, (85) ſiquidèm in correlativis diſpoſitum in uno, cenſetur diſpoſitum in altero, etiam in pœnalibus, quandò correlativa ſe habent uniformiter, ut in caſu, pròut docent communiter Doctores. (86) Verum eſt, quòd, ſi patiens eſt minor ætate annorum decem octo, mitiùs debet puniri, & citrà mortem, puta, vel flagellari in carcere, vel ibi diutiùs retineri, vel debet trahi tranſitoriè per flammas ignis, ut ſcribit *Raynaldus*. (ſ) Minor autem quatuordecim annis, ſi doli capax non eſt, impunè debet dimitti. (t) Si verò capax doli eſt, quales ſunt, qui decimum annum attigerunt (u), debent, intùs carceres, ferulâ cœdi, aut etiam per aulam carcerum fuſtigari. (x)

48 Ultrà pœnam ultimi ſupplicii, ut ſuprà dictum eſt, ſodomitæ ſunt infames; proindè privilegia nobilitatis amittunt, & prò aliis poſtulare non poſſunt, hoc eſt, Advocati officium exercere, pròut dicitur in jure (87) Infamia autem hæc non incurritur ipſo facto, ſed indiget declaratoriâ Judicis, ut optimè contrà *Farinacium* ſentit *Raynaldus* (88), cui & Ego ſubſcribo, non enim quis efficitur infamis, niſi priùs cognoſcatur Reus; Reus verò non cognoſcitur, niſi per Judicis ſententiam. Infamia autem hæc incurritur etiam ab impubere, uſum tamen rationis habente, ut ſcribit *Theſaurus* (n), licèt pœnam ordinariam minor ætas etiam minui faciat, tanquàm cauſa minuens culpam (q); pròut enim poſt *Bartolum* ſcribit *Abbas* (o), ubi pœna ipſo jure, à jure imponitur, committens delictum prohibitum incidit in illam pœnâm, licèt aliquo reſpectu aliundè veniat mitiùs puniendus; infamia autem à ſodomitis ipſo jure incurritur, undè etiam impuberes illam ſubeunt; quod eſt valdè notandum. Incurritur autem non tantùm per declaratoriam Judicis, ſed etiam ſi crimen notorium facti ſit, ut plures Doctores dicunt de infamiâ, proveniente ipſo jure, quandò crimen notorium facti eſt. (p)

49 Fuit autem ſententia nonnullarum *Gloſſarum* (89) quas quidam Doctores ſunt ſequuti, quòd ſodomitæ perdant dominium ſuorum bonorum, quæ fiſco adjudicantur; & proindè ſint inteſtabiles. Sed hanc concluſionem, pluribus ſecum vectis confutat *Raynaldus*, (90) ex eo præcipuè, quòd talis ſententia nullo jure Civili, aut Canonico fulcitur, & in contrarium facit praxis *Senatus Mediolanenſis*, de quâ teſtatur *Clarus* (91), & *Tribunalis Vrbis*, pròut refert *Guazzinus*. (92)

50 Pœnæ porrò prædictæ infligi irremiſſibiliter debent, etiamſi major pars populi huic delicto eſſet obnoxia,

---

(79) *Azo.Par.3.lib.3.cap.19.quæſt.3.Floren.de Caſ.reſeru.Par.2.Caſ.7.§.1.nn.9.Belloch.eo.tit.Par.2.Quæſt.1.nu.219.apud Marzuchel.de Caſ.reſeru.Diſp.2.cap.22.nu.29.*

(80) *Clar.§.Sodomia.nu.2.& ibi Dec.in l.ſi qua Mulier.nu.9.C.de ſecur.nupt.Vitui.commun.opin.V.ſodom.delict.& Ant.Gomez.ſup.l.80.Tauri n.33.Boſſ.Tit.de ſtupr.deteſtab.n.2.Farinac.quæſt.148.nu.35.& ibi Butrigar.Cyn.Corta.Angel Bermon.& alios.Bict.q.117.nu.6.& ibi Menoch.de Arbitr.lib.2.Caſ.286.n.5.*

(81) *cap.Adulterii.32.quæſt.7.Plot.de in lit.iuran.§.6.n.42.Gomez in l.80.Taur.nu.33.Menoch.de Arbitr.lib.2.Caſ.86.nu.41.Peguer.Deciſ.72.nu.3.apud Farinac.q.148.nu.37.*

(82) *Caball.caſ.16.nu.16*

(83) *Salycet.Cyn.Odofred.Angel.Boer.Conrad.Menoch Caball.Sanch.Alex.Faber.Auguſt.Bermon.apud Farin.d.q.148.n.40.& 43.*

(84) *Bordon.Conſil.Regular.Reſolut.48.q.5.n.22.Alphon.de Leon.de Cenſur.Recollect.5.nu.73.Dian.par.7.Tr.7.Reſol.13.§.Quæro ſecundò.*

(85) *Menoch.de Arbitr.Caſ.286.n.1.& 19.Azevedo Baſilic.Theſaur.Ricc.& ſcappa apud Raynald.Tom.2.Obſer.crimin.cap.21.§.1.nu.180.*

(86) *Abb.in Proem.Decretal.nu.20.Felin.ibid.col.11.nu.4.& 5.Anchar.Repet.in cap.1.de Conſt.Bart.in l.nemo.C.de ſacro.Eccleſ.*

(ſ) *Raynald.Tom.2.cap.21.§.1.num.184.& ſeqq.*

[t) *text.in l.Pupillum.ff.de Reg.iur.Clar.quæſt.60.nu.1.*

(u) *Bart.in l.1.nu.6.ff de Novat.Cavalcan.de Teſt.Par.1.Tit.de Qualit.Teſt.nu.27.*

(x) *Corti ad.Deciſ.89.nu.78.Cavalcan.Deciſ.13.nu.16.Par.5.*

(87) *l.1.§.Removet.& ibi Gloſſ.ff de Poſtul.l.Cum vir.C.Ad l.Jul.de Adulter.cap.Infames 3.q.9.*

(88) *Farinac.q.148.nu.11.Raynald.obſerv.crim.Tom.2.cap.21.§.1.num.221.& 222.*

(n) *Theſaur.de Pœn.V.ſodomia V.Amplia quod.*

(q) *Gloſſ.magn.in l.Quid ergo § Pœna gravior.ff.de His.qui not.infam.ubi Bart.n.11.& Bald.n.13.Gloſſ.in l.Et ſi ſeverior.C.Ex qui.cau.infam.irrog.& ibi Bart.& Bald.nu.25.Salycit.num.8.apud Theſaur.Par.1.cap.33.V Advertendum IV.*

(o) *Bart.in l.2.ff de Recepta.Abb.Conſil.22.nu.2.*

(p) *Avila.Par.7.Diſp.4.Dub.5.V Pro quo.Felin.in cap.Cum non ab homine.nu.20.de Judic.Gargi.Par.11.cap.3.n.110.Sanch.Opuſ.lib.2.cap.2.n.18.Sayr.de Cenſur.lib.7.cap.12.n.12.*

(89) *Gloſſ.in cap.Cum ſecundum.in V.naturæ contrarias.de Hæret.in 6.& in Authen.de Inceſt.nupt.Bart.Covaruu.Menoch.Jo.Vela apud Raynal.Tom.2.d.cap.21.num.224*

(90) *Raynal.d.Tom.2.cap.21.§.1.à nu.230.ad nu.249*

(91) *Clar.§.Sodomia num.6.*

(92) *Guazzin.de Confiſc.bonor.Concl.13.limit.45.n.1.apud Raynal.loc.cit.*

Digitized by Google

xia, ut patet ex textu cujuſdam capituli, (93) licèt enim ob multitudinem peccantium, & nè ſcandala eveniant, pœnæ aliquoties relaxandæ ſunt argumento quorundam iurium (94), non tamen hoc fieri debet cum ſodomitis; totus enim populus eſſet delendus, ſi totus in hoc vitio verſaretur, ut fecit Deus cum quinque Vrbibus, quæ ignito ſulphure conflagrarunt. Et hinc ſequitur, non poſſe ſuper hoc crimine fieri compoſitionem, nequè Reum nullatenùs gratiari, ut poſt *Sanfelicium*, *Sabellum*, *Maſſinum*, *Riccium*, & *Novarium* ſcribit *Raynaldus*. (95)

51 Quod verò, poſt non nullos, quos citat, docet *Farinacius*, (96) nempè tentatum de *ſodomiâ* poſſe impunè occidere tentatorem, debet accipi cum ſobrietate; nempè ſi aliâ viâ evadere non poteſt crimen, niſi per mortem aggreſſoris, aliter defenſio non eſſet inculpata. Hoc autem ſpeciale non eſt in hoc crimine, ſed in quovis alio caſu, in quo aliquis tentatur de peccato committendo; debet enim quis potiùs mortem occumbere, quàm peccare; & magìs curare propriam vitam, quàm alterius; quòd, ſi aut peccandum eſt, aut mori neceſſe ſit, fugienda potiùs eſt mors propria, quàm alterius; & ſic legitimè poteſt mortem inferre illi, qui ad peccatum neceſſitat.

52 Supradictæ pœnæ ſunt de jure Civili; ſuppetunt verò aliæ de jure Canonico, & ſunt. Primò, quòd ſodomita non poteſt eſſe Teſtis, ut textualiter habetur in duobus Capitulis. (97) Secundò, quòd eſt incapax beneficiorum Eccleſiaſticorum, ut ex Conſtitutione *B. Pij V.* eliciunt Doctores. (98) Tertiò, patitur ſeparationem thori, tanquàm adulter (99), & hoc ſivè agat, ſivè patiatur, quià utroque modo violatur fides matrimonii, per quam quilibet coniux tenetur corpus ſuum, impollutum à quâcunque ſpecie luxuriæ ſervare, & nullo modo illud cum quovis, aut quâvis aliâ dividere. Et non ſolùm fit ſeparatio thori, ſed etiam impeditur matrimonium, nè fiat, ut Doctores (100) volunt. Et quartò, ob tale ſcelus excommunicatur, ut habetur ex quâdam Decretali. (m)

53 Quæ hucuſque dicta ſunt, quadrant prò laicis: ſed, quò ad Clericos ſodomitas, aliæ ſunt pœnæ, latæ tùm de jure antiquo, tùm de jure novo. De antiquo quidèm eſt Conſtitutio *Concilii Lateranenſis*, relata in *cap. Clerici. Extrà de Exceſſ. Prælat.* in quâ diſponitur, quòd Clericus, deprehenſus laborare incontinentiâ contrà naturam, debet deponi, & ad agendam pœnitentiam in Monaſterium detrudi. De jure autem novo adſunt duæ Conſtitutiones *B. Pii V.* quarum data anno 1566 prima Aprilis, incip. *Cum primum*. Et hæc lata eſt in favorem divinæ Majeſtatis, ut colligitur ex proemio, ibi *Cùm ad omnia, quæ divinam Maieſtatem aliquo modo poſſent offendere, removenda mentis noſtra aciem intenderimus, ea primùm ſinè morâ emendare decrevimus, quæ Deo præter cætera diſplicere, & iram eius provocare tùm Divina Scriptura, tum graviſſima exempla declarant*. Ex quo textu convincitur, hanc Conſtitutionem non eſſe pęnalem, ſed favorabilem; quantùmvis enim lex contineat pęnas in odium alicujus, tamen dicitur favorabilis, ſi per ipſam primariò favor alicuius intenditur, ut dicunt Doctores. (101). Palàm autem ex dicto proemio fit, quòd cauſa finalis dictæ Conſtitutionis fuit favor Divinæ Majeſtatis, nè ipſa offenderetur, maximè delictis, quæ ſibi ſpecialiter diſplicent, undè etiam Conſtitutio cenſenda eſt favorabilis, & proindè non reſtringenda, ſed amplianda ipſius diſpoſitio, juxtà Doctores. (102) Et hoc notandum eſt.

54 In iſtà Conſtitutione ergò contrà Sodomitas ità habetur §. 11. *Si quis crimen nefandum, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, perpetraverit, Curiæ ſæculari puniendus tradatur; & ſi Clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus, ſimili pœnâ ſubjiciatur*.

55 In ſecundâ autem Conſtitutione, datâ *anno* 1568. *tertio calendas Septembris*, quæ incipit *Horrendum*, in quâ profitetur idem Sanctiſſimus Pontifex pleniùs, fortiuſque proſequi, quod jàm in ipſo Pontificatus ſui principio decreverat in ſuprà allegatâ Conſtitutione, ità habet. *Omnes, & quoſcunque Presbiteros, & alios Clericos ſæculares, & Regulares cujuſcunque gradus, & dignitatis tàm dirum nefas exercentes, omni privilegio Clericali, omnique Officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico, præſentis Canonis authoritate privamus*.

56 Quamplures Doctores (103), cumulati per *Barboſam*, quorum Anteſignanus fuit *Navarrus*, ducti fortè ſtudio defendendi privilegia ſtatus Clericalis, tot ſubtilitates circà ſecundam Conſtitutionem adinvenerunt, ut ſuo fine fruſtretur mens Sanctiſſimi Pontificis, nec unquàm Clerici hujuſmodi ſodomitæ brachio ſæculari relaxantur, ſicquè non punitum ad normam horum Canonum, tantùm crimen longè, latèque ſerpit.

57 Aiunt igitur, quòd ſecunda Conſtitutio tangit ſolùm Clericos *exercentes ſodomiam*; *exercere* autem eſt verbum, quod requirit iteratas vices, ac frequentiam, factumque ex uſu, quaſi continuatum. Sic *Barboſa* (104), qui & ſubiungit, quòd etiam in terminis, de quibus agimus, probat Imperator in §. *Item lex Iulia*. *Inſtit. de Publ. iudic.* ibi *Item lex Iulia de Adulteriis, quæ non ſolùm temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent*: ubi omnes, illud verbum *exercere*, intelligunt frequenti uſu, & quaſi ex conſuetudine.

58 Di-

(93) *cap. Flagitia. 32. quæſt. 7. & ibi Gloſſ. in V. Quæ ſi omnes.*
(94) *cap. Comeſſationes. 44. Diſt. cap. 1. in fin. de Pœnit. Diſt. 6.*
(95) *Raynal. loc. ſup. cit. nu. 260. & ſeqq.*
(96) *Bajard. ad Clar. §. Sodomia n. 15. ſcappa. de Iur. non ſcript. lib. 5. c. 143. nu. 12. Petr. Greger. Syntagm. 115. lib. 36. cap. 10. rubr. de præpoſt. libidin. nu. 2. apud Farinac. Quæſt. 148. n. 18.*
(97) *Cap. Super eo. il p. & ibi Gloſſ. in V. Teſtimonium. de Teſt. cap. Conſtituimus. 3. q. 5.*
(98) *Conſtit. Horrendum. B. Pii V. Bull. Rom. Tom. 2. Salzed. Armendar. Guazzin. apud Raynal. loc. ſupr. cit. num. 250.*
(99) *cap. Omnes Cauſationes. 32. q. 7. Leſſ. de Juſt. & iur. lib. 4. cap. 3. Dubit. 13. n. 91. V eidem flagitio. Clar. §. Sodomia num. 7. & ibi Lambert. de Iure patro. Par. 1. l. 2. q. 9. ar. 18. Didac. Epitom. ſuper 4. Decretal. fol. 132. n. 6. Abb. in cap. Maritus. in fin. de Adult.*
(100) *Baiard. ad Clar. §. Sodomia num. 19. & ibi Lambert. de Iure patro. Par. 1. lib. 2. art. 18. q. 9. num. 21. & Fab. de Montell. Prax. arbitr. Par. 4. num. 48. & ſeqq.*
(m) *cap. Clerici. de Exceſſ. Prælat.*

(101) *Gloſſ. in cap. ſi propter. in V. Primianni de Reſcript. in 6. & in cap. Sciant cuncti. in V. Alios de Elect. in 6. Felin. in c. 1. de ſponſal. n. 14. Bart. in l. Qui exceptionem n. 2. ff de Cond in Deo. Caſtit. & Covar. apud Pignatel. Conſult. 179. num. 12. Tom. 1.*
(102) *Suar. de leg. lib. 6. cap 2. n. 5. ſalas. eo. tit. Diſp. 21. ſect. 3. Palaus Par. 1. Tr. 3. Diſp. 5. num. 5. Pignatel. Conſult. 18. num. 2. Tom. primo.*
(103) *Navar. Roderic. Anil. Henriq Ledeſm. Marta. Belloch. Homobon. Floren. Filiuc. Dian. Suar. Genuen. de Valle. Garzia. Aldrete. Azor. Campanil. Coriolan. apud Barboſ. Collect. ad ca. Clerici. de Exceſſ. Prælat. Maiol. Alter. Ricc. Leo. Lezan. Marchin. Lotter. Bonac. Novar. apud eundem de offic. Epi. Par. 2. Allegat. 44. num. 25.*
(104) *Barboſ. de Offic. Epi. loc. cit.*

Digitized by Google

58 Dicunt ſecundò alii, (105) quòd ad incurrendas pęna ejuſdem Conſtitutionis, requiritur copula completa, nempè ſeminatio in vaſe; ità ut, qui, datâ operâ, illam immunditiam exercet, dummodò non ſeminet intrà vas, pœnas illas non incurrat.

59 Dicunt tertiò (106), eaſdem pœnas non incurri, niſi à Clerico ſodomitâ notorio, illaſque obligare tantùm in foro exteriori, non verò in interiori.

60 Salvâ tamen tot Doctorum reverentiâ, prædictæ concluſiones non ſubſiſtunt, eò quià, & tenori Conſtitutionum, & menti *Beati* Pontificis adverſantur. Præmitto enim, quòd prima Conſtitutio, ut advertimus ſuprà *num.* 53. eſt favorabilis, & proindè extendenda; & cùm Pontifex profiteatur *pleniùs, fortiùſque proſequi ea, quæ in primâ decreverat*; ſequitur, quòd etiam ſecunda Conſtitutio ſit favorabilis, & proindè ejus verba accipienda in omni, & quocunque ſenſu, in quo poſſint accipi, & nullo modo per ſecundam, reſtrictam fuiſſe primam Conſtitutionem.

61 Conſtat autem, quòd verbum *exercere* plures recipit interpretationes, aliquandò enim ſignificat *lucrum facere* (107) Aliquandò ſignificat *intendere*, & *inſtituere*, veluti cùm dicimùs *exercere actionem*. (108) Interdùm ſignificat *petere*, ut *exercere hæreditatem*. (109) Interdùm ſignificat *punire*, ut *exercere fame*. (110) Aliquandò ſignificat *fabricare*, ſeù *cudere*, ut *exercere monetam adulterinam*, (111) & plures alias prò ſubiectâ materiâ recipit interpretationes, ut poſt *Briſſonium*, ac *Prateium*, obſervat *Calvinus in lexico*. Vt autem facit ad intentum noſtrum, *exercere*, licèt aliquandò importet pluralitatem circà illam actionem, ſeù artem, quæ *exercetur*, tamen in diſpoſitione pœnali unico actu verificatur; ità ut *exercere* crimen, & *committere*, ſivè *patrare crimen* idem ſit. Quod manifeſtè apparet ex hoc, quòd, ut habetur ex quâdam lege (112) *Abigei propriè hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, & quodammodò deprædantur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercent*, tamen unico actu *equus, aut bos unus abactus, abigeatus, crimen facit*, ut textualiter habet alia lex ejuſdem Digeſti. (113)

62 Pariter in quâdam Decretali (114) textualiter bis habetur, quòd *qui exercet vitium falſitatis*, puniatur, ut ibi dicitur, ad incurrendas tamen pœnas, ibi latas, non requiritur actuum frequentia, ſed ſufficit ſemel *exercere*, puta, *committere*, ut dicunt Doctores (115), & firmat praxis. Itidèm in duabus legibus Codicis (116) habetur, quòd, qui falſam monetam *exercent*, juxtà ibi conſtituta, puniantur, & tamen notum eſt, quòd ex unius monetæ adulterinæ fabricatione pęna lata incurritur. Hoc idem habetur in *§. Inſtitutionum de Publicis iudiciis*, (117) in quo dicitur, quò dicitur, quòd *lege Iuliâ de Adulteriis tenentur, qui cum maſculis nefandam libidinem exercent*; nèc tamen in foro laico neceſſarium eſt, quòd ſodomita, ut pœnam furcarum, & ignis, ſubeat, quaſi per continuum exercitium infame hoc vitium frequentet, ſed ſufficit illud ſemel patraſſe. Et miror *Barboſam*, ut diximus ſuprà *num.* 57, aſſerere, quòd omnes illud verbum *exercere* intelligant frequenti uſu, & quaſi ex conſuetudine, cùm res in oppoſitum ſe habeat, ut praxis univerſalis laicorum Tribunalium confirmat. Sequitur igitur ex his, quòd etiam in citatâ Conſtitutione, *Horrendum* verbum *exercere*, accipi debeat non ſolùm prò *frequentare* ſed etiam prò ſemel *committere ſodomiam*.

63 Quòd fortiùs convalidatur ex hoc, quòd Papa per ſecundam Conſtitutionem non moderavit primam, nec ei ullatenùs derogavit; imò declarat, ſe per ſecundam velle *pleniùs, fortiùſque proſequi ea, quæ in primâ ſanxerat*. In primâ autem, non requirit in Clerico ſodomitâ frequentiam actuum ad hoc, quòd brachio ſæculari tradatur, ſed ſufficit *patraſſe*, (ut ibi habetur) quod in uno actu verificatur; ſequitur igitur, quòd verbum *exercere*, poſitum in ſecundâ, debet accipi cohæreter ad primam, aliter ſecunda Conſtitutio, inducta in augmentum, operaretur diminutionem, quod rectæ rationi repugnat.

64 Quòd, ſi dicatur, non eſſe controvertendum de mente legiſlatoris, quandò habetur ipſius declaratio; & quòd in caſu habetur Declaratio Papalis, de quâ teſtatur maximus Canoniſta *Navarrus*, per hæc verba (118) *Tertiò dico, non includere illam quemcunque Clericum, ſed ſolùm exercentem, quòd verbum dixit mihi S. D. N. Gregorium XIII de induſtriâ poſuiſſe &c.* & proindè non eſſe de hoc ampliùs dubitandum.

65 Reſpondeo, quòd *Navarrus* manifeſtè ibi loqitur de Irregularitate (& conſequenter, de aliis pœnis ſpiritualibus) ut patet ibi *num.* 249. in quo quærit, nùm Clericus Sodomita ſit irregularis? & exponit Bullam *B. Pii V.* quòd, nempè pœnæ ſpirituales, ibi inductæ, & quæ ſecundùm eum incurruntur ipſo jure, afficiunt tantùm Clericum, exercentem per actus frequentes hoc vitium. Declaratio igitur Papalis eſt tantùm circà illas pœnas ſpirituales, quòd nempè non incurrantur, niſi à frequentante; non poteſt ergo in illâ Declaratione comprehendi pœna corporalis, lata in primâ Conſtitutione, & confirmata in ſecundâ.

66 Advertendum enim eſt, quòd in primâ Conſtitutione, quam retulimus ſuprà *num.* 54. ſola pœna corporalis contrà Clericos ſodomitas lata eſt, in ſecundâ verò, in quâ voluit Papa pœnas augere, appoſitæ ſunt pœnæ ſpirituales, nempè amiſſio privilegii Clericalis; privatio Officii, dignitatis, ac beneficii Eccleſiaſtici. Eſto igitur, quòd iſtæ pœnæ ſpirituales non incurrantur niſi à frequentante, non tamen ſequitur, quòd idem ſit de corporali, & Declaratio Papalis eſt ſolùm de illis, & non de iſtâ. Sequitur igitur, quòd omnes Auctores, qui volunt, Clericum ſodomitam tradi debere Curiæ ſæculari, tantùm quandò frequentat crimen; & ſequuntur *Navarrum*, tanquàm Anteſignanum hujus ſententiæ, ipſum perperàm accipiant, eò quòd *Navarrus*, nec verbum habeat de pœnâ corporali, ſed ſolùm loquitur de ſpiritualibus, vt dictum eſt: undè & falsò pro eâ ſententiâ citatur, ſicut etiam *Rodericus*, (119) nàm iſte amplectitur ſententiam *Navarri*



(105) *Lal. Zech. Roderic. Campanil. Marchin. Diana apud* Barboſ. de *Offic. Epi. Allegat. 44. nu. 24.*
(106) *Ugolin. Graff. Lotter. Henriq. Campanil. Avil. Floron. Tinell, Dian. apud Barboſ. loc. cit.*
(107) *l. p. §. Exercitorem. ff. de Exercit. actio.*
(108) *l. ſine hærede. §. final. ff. de Adminiſt. & peric. tuto.*
(109) *l. Vt verborum. C. Qui admit. ad bono. poſſ.*
(110) *text. in cap. non Omnis. 5. q. 6.*
(111) *l. Servus qui. C. Pro qui cau. ſer. l. p. C. de falſ. mone.*
(112) *l. p. §. 1. ff. de Abige.*
(113) *text. in l. final. init. ff de Abigei.*
(114) *cap. Ad falſariorum. Extrà de Crim. falſ.*
(115) *Farinac. Quæſt. 151. n. 31. & quæſt. 138. n. 30. Fagnan. in cap. Ad falſariorum. n. 27. de Crim. falſ. Oliva. de for. Eccleſ. Par. 2. q. 15. nu. 14. Mart. de Juriſd. Par. 2. cap. 26. n. 3.*
(116) *l. p. C. de falſ. Monet. l. 2. C. Pro qui. cau. ſer. pro prem.*
(117) *§. Item lex Julia il. p. Inſt. de Publ. iudic.*
(118) *Navar. Manual. cap. 27. nu. 250. V. Tertiò dico.*
(119) *Roderic. Tom. 1. Quæſt. 39. art. 19.*

Digitized by Google

*varri* quò ad pœnas ſpirituales ; non tamen idem dicit de pœnâ corporâli, ait enim. *Illi, qui non exercent hujuſmodi actum, licèt pœnâ capitis puniantur, non tamen rigoroſâ hujus Conſtitutionis* (Horrendum) *pœnâ, puta, ſpirituali afficiuntur*, prout advertit *Navarrus*. Undè concludendum eſt, Clericum ſodomitam, Curiæ ſæculari tradendum, quamvis tale crimen non frequentaverit, ut quamplurimi Claſſici Doctores (120) tuentur. Quòd etiam magis convalidatur ex hoc, quòd, ſi vigore Conſtitutionum *B. Pii V.* Clericus per unum, aut aliud crimen *ſodomiæ*, Curiæ ſæculari tradendus non ſit; tradendus tamen eſt vigore textus in *cap. Clerici. Extrà. de Exceſſ. Prælat.*, ut poſt *Farinacium* concludit *Theſaurus*. (r)

67 Nec facit in contrarium, quòd apud quædam Tribunalia oppoſita ſententia prævaluerit, ac in praxi recepta ſit, prout ſcribit *Raynaldus*. (121) Siquidèm quorundam abuſus, potiùs quàm legitima conſuetudo nequit aliis tanquàm lex præſcribi; maximè, quandò tùm ratio, tùm lex reclamat. Quòd, ſi ſuper hoc crimine nequit fieri compoſitio, nec Reus illo modo gratiari; nèc poteſt Judex pœnam legum ullo modo minuere, nèc etiam ratione multitudinis delinquentium; prout diximus ſuprà *nu.* 50. Videre neſcio, quomodò illa Tribunalia pœnam, in Papali Conſtitutione latam, negligant, & adhæreant cavilloſis, ac fucatis quorundam Doctorum opinionibus, per quas rigor Eccleſiaſticæ diſtrictionis enervatur, & Sanctiſſimorum Pontificum proviſiones prò rectà Reipubl. Chriſtianæ adminiſtratione ſancitæ eluduntur.

68 Quòd autem ad incurrendas pœnas, in ſecundâ Conſtitutione contentas, requiratur ſeminatio intrà vas, ut delictum evadat in ſuo genere perfectum, non abnuo, ſiquidèm in hanc ſententiam omnes Doctores communiter abeunt. Dico tamen, quòd, ſi Clericus eſſet huic ſpurcitiæ aſſuefactus, & penetrato vaſe ibidèm fœdiſſimè delectaretur, & inſtante ſeminatione extrahere &c. non minùs incurreret, quàm ſi actum perficeret; eò quià ipſius fraus non deberet ſibi patrocinari; ſicut juxtà nonnullos Doctores incidit in caſum reſervatum inceſtus, qui cum conſanguineâ ſolitus eſſet coire, & ſemen extrà vas profunderet, ad hoc ſolùm, quòd non incideret in caſum reſervatum. Proindè, ſicut in tali caſu non deberet laicus evadere ſuſpendium, & incendium, ut cum *Souſa* diximus ſuprà *n.* 42, ità nec debet Clericus evadere pœnas Conſtitutionis.

69 Tandem pœnæ ſupradictæ tangant ſolùm forum exteriùs, non autem interiùs, pariter non ſubſiſtit, quià contraria adeſt declaratio *Gregorii XIII.* relata per *Navarrum* (122) in hæc verba. *Quartò dico, quòd cupienti mihi, ut ſolum forum exteriùs reſpiceret, idem Sanctiſſimus reſpondit, etiam interiùs reſpicere; cum non fundetur ſuper præſumptione, nec ponat diſcrimen inter utrumque forum.* Quòd, ſi Auctores illi ſequuntur *Navarrum*, illorum opinionis Anteſignanum, debent eundem ſequi etiam in hâc ſententiâ, per declarationem Papalem roboratâ.

70 Controvertunt autem Doctores, nùm Clericus ſodomita occultus, dictas pœnas incurrat, & communiter ſententia eſt negativa, ad illas enim ſubeundas requiritur, quòd delictum notorium ſit aut facti, aut juris, nempè per ſententiam Judicis, ut multi (123) ſcribunt. Inferunt proindè, Clericum ob occultum crimen *ſodomiæ* nullam incurrere irregularitatem, aut ſuſpenſionem, & proindè non eſſe pohibitum, ſacros Ordines ſuſcipere, & beneficia obtinere, ut poſt multos à ſe citatos, docet *Barboſa*. (124) Et quamvis in dictâ Conſtitutione importetur privatio beneficiorum ipſo jure, ità ut antè ſententiam poſſint impetrari; tamen in conſcientiâ retineri poſſunt, quò ad uſquè deveniatur à Judice ad ſententiâ declaratoriam. (125)

71 Poſt ſententiam autem Judicis pœnæ prædictæ incurruntur; & ſic ſententiati de crimine nefando, nullo modo poſſunt promoveri ad Ordines, aut in illis miniſtrare ex eo, quòd infamati de crimine enormi, ipſo jure fiunt irregulares, ut ex jure (126) probat *Navarrus*. Hoc autem modo ſententiatus, non poteſt diſpenſari ſuper irregularitate ab Epiſcopo Clericus ſæcularis, nequè Regularis à ſuo Prælato; ſed eſt ſummo Pontifici reſervata, ut poſt *Mirandam* (127) ſcribit *Barboſa* de Regulari verò intelligitur, ſi is poſt profeſſionem de nefando crimine damnatus eſt; quòd, ſi in ſæculo damnatus fuiſſet, & expoſt ad Religionem admiſſus, poſſet à Superiore Regulari ſuper irregularitate diſpenſari; eò quòd poſſunt Prælati Regulares, communicantes cum Minoribus in privilegiis, diſpenſare venientes ad Ordinem à quâcunque irregularitate, exceptâ illâ, quæ provenit ab homicidio voluntario, ac bigamiâ, ut probat *Sanctorus*. (128)

72 Quamvis autem nonnulli Auctores apud *Dianam*, (129) teneant, pœnis ſodomitarum non ligari eos, qui in tali abhominatione ſuccumbunt, eò quià non poſſunt dici ſodomitæ, ſed *molles*, de quibus non loquuntur leges pœnales, tamen talium opinio communiter reiicitur; pœnæ enim ſupradictæ comprehendunt tàm agentes, quàm patientes, ut communiter tenent Doctores, (130) in terminis Bullæ *B. Pii V.*

73 Regulares verò proprias Conſtitutiones ſervare debent, & juxtà eas moderare ſententiam, & pœnas prò hoc crimine. Nos *Minores de Obſervantiâ* ſequentia habemus Statuta.

74 *Si quis* (*quòd Deus avertat*) *de innominabili crimine, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, notatus fuerit, ac legitimè convictus, nudus omninò cum ſolis fœmoralibus coràm fratribus, capitulariter congregatis, manibus ligatis, graviter flagelletur, ac Pſalmum miſerere mei Deus &c. recitet, ac levinſculis flammis, igneis hinc indè circumpoſitis, quodammodò comburatur; & ad perpetuos carceres irrevocabiliter damnetur, ubi pane, & aquâ tribus ſaltem in hebdomadâ diebus jejunet, & vitam ſuam in dolore, & amaritudine defleat.*

75 *Dùm*

[120) *Farinac. Quæſt, 148. n. 30. Menoch de Arbitr. Caſ. 286. n, 50. Lopezad. ad Diaz. cap. 89. V. Curiæ tradetur. ℣ Unum tamen. Peguer Deciſ. 72. & 75 Sanfelic. Deciſ. 354 l. b. 3. Vela de Punit. delict. c. 33. ℣ Hodie autem Cevall. Com. Cont. com. Qu. 247. n. 4. Fagnan. in cap. Ad falſariorum. n. 28. de crim. falſ. Oliva. de for. Eccl. P. 2. q. 15. n. 14. Aldret. de Regul. diſcipl. l. b 2. cap. 15. § 5. nu. 27.*

(r) *Farinac. Quæſt. 148 n. 30. apud Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. ſodomia. ℣ limita primo.*

(121) *Raynald. Tom. 2. Obſerv. Crim cap. 21 §. 1. nu 79.*

(122) *Navarr. Manual. cap. 27. nu. 250. ℣ Quartò dico*

(123) *Ugolin. Graff. Lotter. Henriq Campanil. Avila. Floron. Tinell. Diana Belloch. Sanctarell. apud Barb. de Pot Epi. Alleg. 44. n. 26*

(124) *Barboſ. d. Allegat. 44 nu. 27 & 28.*

(125) *Lap. Alleg. 16 & ibi Mand. Addit. 1. Bonac. de Matri. q. 2. Pun. 11. n. 2. in fin. Rota. Roman. Deciſ. 728. Par. 3. lib. 3. Diverſ. Quaranta ſum. Bullar. V. ſodomia ad fin. Cherubin. ad Con, 3. B. Pii V. Horrendum. ſchol. 1. apud Barboſ loc. cit. nu. 29.*

(126) *text. in cap. final. de Temp. Ordin. Navar. Manu. cap. 27. n. 248*

(127) *Mirand. Manu. Prælat. Tom. p. q 8. Concl. 1. Barboſ. loc. cit. n. 30.*

(128) *Sanctor Comment. cap. 2. Statut. 14. §. 5.*

(129) *Diana Par. 1. Tract. 17. Reſol. 64.*

(130) *Thom. Hurtad. Reſolut. Moral. Tract. 1. cap. 8. Reſolut. 33. n. 360 Raynald. Tom. 2 c. p. 21. §. 1. nu. 179. & ibi Menoch. Azeved. Baſili. Theſaur. & Ric. Barboſ. d. Allegat. 44. n. 25. in fin. & ibi Bonacin Corrulan. Tinel. & Floron.*

Digitized by Google

75 *Eum tamen Generalis Miniſter poſt aliquot annos à præfatis carceribus liberare poterit, ſi tanta in eo viderit contritionis indicia, ut illum veniâ, & miſericordiâ ejuſmodi non indignum exiſtimat, Qui tamen omni ſuffragiorum jure perpetuo careat, & ad omnia Religionis officia inhabilis exiſtat. Si verò iterùm de eodem vitio nefando notatus, ac legitimè convictus fuerit ad triremes perpetuò damnatus mittatur*. Sic ſtatuta *Valliſoletana cap.8.Tit.de pœna contrà caſtitatis tranſgreſſores. ℣ ſi quis autem &c.* & ſupradicta *num.74.* habentur etiam in *Textu.Tit.Applicatio.* §. 38. quæ proindè inutiliter non repetimus.

76 In Textu pariter *Tit.Tortura* ità habetur poſt §.2. (quòd in prima Parte conſultò omiſimus, volentes in hâc Tertiâ, tanquàm in loco proprio hoc explicare) *Ob deteſtationem nefandi criminis, Reus igne torquendus eſt, ad cujus conſpectum cogatur tenere pedes, lardo inunctos, breviſſimo tamen tempore, nè reddatur ad ambulandum inhabilis, idque extendi poterit ad duorum* Miſerere *ſpatium, interpoſitâ interdùm (nè pedes urantur) tabulâ ligneâ, qua ignis ardorem attemperet*.

77 Circà primum ſtatutum prima occurrit dubitatio, Quid importetur per illa verba *notatus fuerit, ac legitimè convictus?*

78 Reſpondeo, quòd *notare*, & *notari* in jure varias recipit ſignificationes, quas congerit ex *Oldendorpio Calvinus*, (131) illæ tamen prò ſubiectâ materiâ debent accipi. Inter eas una eſt, quòd *notari* ſignificatâ infami afficiſ; infamis cenſeri; in exiſtimatione lædi, ut ex pluribus juribus (132) deducitur. Notatus ergò hìc accipitur prò infamato, ſivè diffamato de crimine innominabili. Debet autem textus intelligi de quâlibet notitiâ, quæ ad aures Judicis perveniat, ſivè ſit per famam, aut clamoroſam inſinuationem, ſivè per accuſationem; ſivè per denunciationem, aut querelam, quovis enim horum modorum Judex hoc ſciat, procedere debet.

79 Reſpondeo ſecundò, quòd *legitimè convictus* dicitur ille, qui probatus eſt Reus per Teſtes; aut per Inſtrumenta, aut per indicia indubitata; aut per notorietatem facti, uno enim ex aſſignatis modis perficitur convictio, ut probat *Boſſius.* (133) differtque convictus à confeſſo, in tantùm quòd Statutum, in uno non habeat locum in alio. (134) Tamen in hoc *Textu* accipitur convictus lato modo, prout ſe poteſt ex tendere etiam ad confeſſionem. Quantùmvis enim confeſſio non dicatur propriè probatio, ut docet *Boſſius* (135) tamen aliquo modo probari crimen per confeſſionem Rei; Reumque aliquem probari ex propriâ confeſſione dici poteſt; nàm per confeſſionem induci notorium, patet textualiter ex utroque jure (136) una autem ex probationibus, per quas Reus convincitur, eſt notorium facti, ut ſuprà dictum eſt. Hinc ſequitur, quòd in hoc textu *legitimè convictus* accipiatur de Reo probato ſivè ex propriâ confeſſione, ſivè aliundè convicto,

80 Secunda dubitatio circà idem Statutum eſt, Quid importet clauſula illa *nudus omninò cum ſolis fæmoralibus. &c.*

81 Reſpondeo primò, quòd dictio illa *omninò*, quæ idem in hoc caſu importat, quòd *ex omni parte*, (137) non otioſè ponitur, cùm in lege, aut Statuto verba non debeant eſſe otioſa, ſed debeant aliquid operari. (138) Significat igitur, quòd Reus totaliter, & *ex omni parte* nudus, præter fæmoralia, debet flagellari; & quàmvis ſandalia, aut calepodia veſtes non ſint propriè; undè non tollitur, quin nudipes dici poſſit, qui ſandaliis, aut calepodiis utitur; tamen aliquo modo veſtes dici poſſunt, eò quòd partem pedis veſtiant; ut proindè *omninò*, (hoc eſt omni in parte ſui corporis) nudus dici non poſſit, qui ſic calceatus incedit. Senſus ergò ſtatuti eſt, vt ad majorem Rei pœnam, & ignominiam ipſi, in carcere exiſtenti, indumenta omnia, præter fæmoralia, detrahantur, & nudis *omninò* pedibus, & manibus, poſt terga ligatis, in Capitulum producatur.

82 Reſpondeo ſecundò, quòd ex quo non ponitur in Statuto ſimpliciter, quòd flagelletur, ſed additur dictio *graviter*, debet intelligi, vel quòd ab uno flagellante, ictus flagelli validè incutiantur, vel quòd ſint duo alternatim flagellantes, ut ſic evadat flagellatio gravior eâ, quæ communiter uſurpatur. Si autem quæras, à quo debeat flagellari? Dico, quòd in Provinciis, in quibus mos eſt (quòd culpabiles, in foro paterno, à Vicario Conventus flagellentur, prout eſt in Provinciis Hiſpaniarum, poterit Reus ad mandatum Prælati, à Vicario pariter flagellari in hoc caſu. In cæteris verò Provinciis talis flagellatio debet fieri à Fratre laico, carceris cuſtode; ſiquidem in foris ſæcularibus Commentarienſes talia miniſteria præſtant. Et quàmvis alibi dixerim, non teneri Religioſum parere Judici cum propriâ infamiâ, flagellando ſcilicet Reum, ex quo indigitaretur à cæteris Fratribus, tanquàm carnifex; tamen hoc falli reſpectu Commentarienſis, hoc eſt Cuſtodis carceris, ex ſuo enim munere ad parendum in hoc officio obligatur; nec enim inter Nos licet uti laicis ſæcularibus ad torturam Religioſorum, excepto tormento funis, ut optimè ſcribit *Sanctorus* (z)

83 Reſpondeo tertiò, quòd optimè adhibetur ignis ad expiandam hujus ſceleris turpitudinem, ut ſcribit *Sanctorus* (139) quandòquidem igne etiam, & ſulphure de Cœlo Deus infames *Pentapoles* punivit. Flammæ autem debent eſſe leves, non quidèm ut urant, ſed ut meritum aduſtionis oſtendant in Reo, & ei inſerviant potiùs ad ignominiam, quam ad tormentum. *Raynaldus* (140) hanc praxim non approbat, quàm ex *Azevedo* recitat, à quibuſdam Judicibus adhibitam contrà minores decem octo annis; quià (ait *Raynaldus*) *poſſet ire in deriſum. Vidi enim ſæpè ſæpiùs in Vrbe, & extrà, quòd pueri accendunt in vijs paleas, & per flammas per locum ſaltando, pertranſeunt*. Sed ceſſat ejus ratio in Religione, in quâ tale ludicrum non exercetur; nec Reus per flammas ſaltat; nequè indutus in tali anfractu eſt; ſed circumpoſitas flammas nudus perſentire cogitur, licèt non multum validas; & ſpectaculum hoc, non riſum, ſed timorem ſpectantibus poteſt incutere. Porrò flammæ, ad hoc, quòd ad mentem Statuti ſint leves, parari poterunt ex ſtuppa, aut palcis, aut aliâ materiâ, de facili inflammabili, ac Reo circumpoſitâ.



(131) *Calvin.lexic.V.notare accipitur.*
(132) *Tit.de His qui nota infam.l.Honori.ff de Obſeq.paren.& patro. l.1.§ ſecundo loco ff de Poſtulan.l.Multi.de liber.& poſthum.*
(133) *Boſſ.Tit.de Convict.nu.5.& ibi Dec.in cap.At ſi Clerici.in 1.notand.Extrà de Iudic.*
(134) *Jaſon.in l.Quod te.ff ſi cert.peta.col.11.& in l.Eum qui ff de Iureiur.Capoll.Cautel.81.Felin.in Rubr.de Probat.*
(135) *Boſſ.Tit.de Convict.nu.8.*
(136) *cap.final.Extrà de Cohab.Cler.& Mulier. l.Generaliter. C.de non nume.pecu.*
(137) *l.Si cum exceptione.§.Quatenùs.& ibi Gloß.ff Quod met.cau. Gloſſ.in Clement.1.in V.Omninò.de Vit.& hone.Cler.*
(138) *Burg.Conſ.25.n.21.Gutierr.lib.3.Pratic.q.15.n.39.apud Barboſ.Repert.iur.V.Verbum ℣ Verba debent.il p.*
(z) *Sanctor.de Pæn.cap.5.Quæſt.2.℣ Reſpondeo tertio fol.211.*
(139) *Sanctor.de pæn.cap. 8. Quæſt.11.℣ Reſpondeo ſecundò circ. medium fol.373 Par.1*
(140) *Raynald.Tom.2.cap.21.§.1.num.188. & ibi Azeved. lib.8.Recopil.Tit 21.leg.p.num.50.*

84 Tertia dubitatio circà idem ſtatutum eſt, Quomodò moderanda ſit pœna, quandò aggravatur crimen ex aliquâ circumſtantiâ, puta, quòd intervenit ruptura &c. aut magnum ſcandalum ſæcularium ſecutum ſit.

85 Reſpondeo; quòd, licèt pœna legis non ſit augenda, aut minuenda, quià Judex nec mitior, nec ſeverior debet eſſe lege; tamen, ſi adſit qualitas, ſivè circumſtantia, aggravans delictum, pœnæ Statutariæ augeri poſſunt, ut dicunt Doctores, (141) & multò fortiùs, ſi delicta ſint complicata, pœna enim, quæ prò uno delicto imponi non poterat, imponitur, accedente alio delicto. (142) Juxtà ergò qualitatem, ſeù circumſtantiam delicti, moderandum eſt augmentum pœnæ. Si enim crimen intrà Clauſtra fuerit, & ſcelus commiſſum ſit, factâ vi, aut cum fracturâ; poterunt qualificari jejunia, ità ut non in Carcere panem, & aquam comedat, ſed cogatur genuflexus in Refectorio coràm Fratribus, ad majorem ſui confuſionem, talem pœnitentiam ſubire, additâ flagellatione ſemel, bis, aut ter (prò qualitate, aggravante delictum) in hebdomadâ. Si verò de delicto fama vulgata eſt in populo cum magno ſcandalo, & religioſæ exiſtimationis detrimento, ad ſanandum vulnus Religionis, publica deberet eſſe punitio delinquentis, & ad triremes damnari. Quià, ſi reiteratio delicti, ut ex Statuto habetur, cauſa eſt ſufficiens ad commutandum carceres in triremes, ſufficere ad idem debet ſcandali magnitudo; & neceſſitas reparandi famam Ordinis, & tali delicto maculatam; quandoquidèm ità gravatur delictum ex circumſtantiâ ſcandali, ſicut à qualitate recidivationis.

86 Quarta dubitatio eſt circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *num.75.*, & eſt Poſt quos annos carceris patienter, ac exemplariter ſupportati, poſſit Reus à Superiore Generali liberari?

87 Reſpódeo *Sanctorus* (143) opinatur, quòd requiratur ſpatium ſeptem annorum, ductâ argumentatione à pœnitentiâ Presbyteri fornicarii, quæ juxtà priſcos Canones (144) debebat eſſe ſeptennis, & poſt eam poterat Epiſcopus Præsbiterum in gradum priſtinum reſtituere. Sed hæc ſententia nimis ſevera eſt, nec ille Canon poteſt huic caſui applicari. Si quidèm ibi agitur de reſtituendo eo, qui legalem pænitentiam abſolvit; hìc autem agitur de abbreviando tempore pœnæ, à lege latæ, cujus abbreviationis cauſa ſit vitæ emendatio, legitimus arguendi locus habetur in *Authenticâ de Monachis* (145), ubi ità habetur. *Sufficit ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum, triennalis temporis teſtimonium.* Ibi agitur de probatione dandâ iis, qui ad Monachatum petebant admitti; quantumvìs enim anteà vitioſi extitiſſent, ſi per triennium laudabilem vitam præſtitiſſent, emendationem vitæ ſufficientem ad hoc, quòd ad habitum Monaſticum admitterentur, præſetuliſſe decernitur. Sumus ergò in caſu; quamtùmvis enim ſceleſtiſſimum quis ſe oſtenderit, tantum ſcelus patrando, tamen, ſi per triennium ſigna veræ pænitudinis oſtenderit, mutationem, ac emendationem vitæ ſufficientem prodit, ob quam à Superiore Generali poterit legitimè ſuper perpetuâ carceratione diſpenſari.

88 Quinta dubitatio circà idem Statutum eſt, An Superior Generalis poſſit Reum, ut præfertur, à carcere liberatum, rehabilitare ad jus ſuffragiorum, & ad Officia Ordinis?

89 Reſpondeo negativè; & ratio eſt, quià talis remanet privatus actibus legitimis, infamis, & proindè irregularis, ut patet ex ſupradictis, & firmat *Sanctorus*. (146) Porrò ſuper tali irregularitate, ſolus *Papa* poteſt diſpenſare, prout probavimus ſuprà *num.71.* cum *Mirandâ*, & *Barboſâ*.

90 Sexta dubitatio eſt circà tertium Statutum, imò *Textum*, datum ſuprà *num.76.* & eſt; Quandò, & quomodò adhibenda ſit tortura ignis cum Reo criminis innominabilis.

91 Reſpondeo, quòd, licèt tortura per ignem ab omnibus tribunalibus ſæcularibus, (prout aliàs (147) diximus) exulaverit, tamen apud nos debet omnino in hoc caſu adhiberi, ſi enim vehementiſſimum inter omnia eſt hoc tormentum, optimè adaptatur inquiſitioni hujus criminis inter cætera nefandiſſimi; noſtraque lex, ità ſanciens pro deteſtatione, tàm infamis delicti, debet omninò ſervari; modumque ipſum adhibendi, compendioſè tradidimus *Parte ſecundâ*, loco proximè citato.

92 Reſpondeo ſecundò, quòd in caſu, quòd Reus ſit ſufficienter ad torturam indiciatus de *Sodomiâ*, ad habendam ab eo veritatem. Judex nullo alio genere torturæ uti poteſt, quàm ignis. Ratio eſt, quià, ut aliàs (148) probavimus, genus, ſeù ſpecies torturæ, nobis determinata eſt in Textu, juxtà ſpeciem delictorum; intenſio autem, aut duratio torturæ, pendet à majori, vel minori valore indicorum. Quià verò prò hoc crimine, & ad eius deteſtationem, inunctâ torturâ ignis, non poteſt Judex noſter ab eâ recedere, & eius praxim indigitavimus *Par. 2. ſect. 7. num. XXIX.* Quandò igitur Reus ſit ſufficienter ad torturam indiciatus de hoc delicto; omninò adhibenda eſt tortura ignis; non tamen ſemper ad totalem ſui extenſionem, in *Textu* aſſignatam, puta, ad duo *Miſerere*; ſed plùs, vel minùs, juxtà valorem indiciorum intrà illud tempus. Et hæc ſatis de hâc turpiſſimâ iniquitate.

(141) *Farin.Q.32. n.18. de Luca Add. ad.Vincent. de Franch. Deciſ. 442. ℣ Dic.igitur*
(142) *Garpzou.Pra.cr.Par.3.Q.132.n.80.& ſeqq.Cala ſup.Prag.11. de Empt, & vendit.c.16.n.86.& 87.Raynal.T.p.c.5.§.1.n.218.*
(143) *Sanctor.de Pœn.cap.8.Quæſt.12.℣ Porrò tempus fol.383.*
(144) *cap.Præsbiter.ſi fornicationem.82.Diſt.*
(145) *Novell.de Monach.Collat.1.cap.2.§.1.℣ nequaquam.*
(146) *Sanctor.de Pœn.loc.cit.in fin.fol.384.*
(147) *Par.2 ſect.7.nu.XXIX.*
(148) *Par.1.Tit.Tortura n.19.*

§. XII.

# §. XII.

## Beſtialitas.

*SVMMARIVM.*

1 *Homo per beſtialitatem fit vnum cum beſtiis.*
2 *Beſtialitas, quid ſit.*
*Coniunctio per ſeminationem, varia eſt cauſa diſtinctionis ſpecifica delictorum carnis.*
*Beſtialitas ſpecie differt ab aliis delictis carnis contrà naturam.*
3 *Beſtialitas ità eſt, mulier ſuccumbat bruto, ſicut ſi vir incumbat beſtiæ fœminæ.*
4 *Criminaliſtæ confundunt beſtialitatem cum Sodomiâ.*
5 *Beſtialitas differt ſpecie à Sodomiâ.*
6 *Beſtialitatis atrocitas, à quo deſumenda.*
7 *An omnis immunditia, commiſſa cum bruto, ſit beſtialitas.*
8 *Pollutio, commiſſa cum bruto, non eſt beſtialitas.*
9 *Opinio Cajetani.*
10 *Recenſentur multi nati ex coitu hominum cum brutis.*
11 *Confutatur opinio dicentium, Dæmonem in formâ bruti concurriſſe ad generationem ſupradictorum.*
*Licèt Dæmon poſſit fœcundare mulierem, non tamen poteſt hominem ipſe, in formâ fœminæ concipere, & parere.*
*Quòd homo ex ſolo ſemine viri, & mulieris naſci poſſit, non eſt concluſio evidens ex terminis, nec per veram, & infallibilem demonſtrationem probabilis.*
*Concluditur, quòd homo verus naſci poſſit ex ſemine viri in matrice brutali, ſicut ex ſemine bruti in vtero mulieris.*
12 *Beſtialitas variari ſpecificè poteſt, coeundo in vaſe naturali, aut præpoſtero.*

1 HOmo *cùm in honore eſſet*, ait *Profeta*, (1) *non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*; hoc quidèm verificatur in omni mortali peccato, per quod declinat homo à ſtatu gratiæ filiorum Dei, ad vilitatem damnationis, quam per culpam incurrit; tamen per horrendum ſcelus *beſtialitatis*, de quo in hoc paragrapho tractamus, homo non tantùm fit ſimilis brutis, ac jumentis, ſed fit cum illis vnum, & idem; ſiquidèm per ſceleratam carnalem coniunctionem fiunt duo in carne unâ.

2 Eſt autem *beſtialitas conjunctio carnalis hominis cum bruto*; coniunctio ſiquidèm per ſeminationem, ut optimè ſcribit *Raynaldus*, (2) cauſa eſt diſtinctionis ſpecificæ delictorum carnalium, nàm ſeminatio in vas naturale Solutæ, eſt fornicatio; in vas item naturale Coniugatæ, eſt adulterium; in vas naturale conſanguineæ, eſt inceſtus; in vas præpoſterum maris, aut fœminæ, eſt ſodomia; in vas bruti, eſt *beſtialitas*; quæ proindè ſpecie differt ab aliis peccatis contrà naturam, ut contrà *Caramuelem* probat *Creſpinus à Borgiâ*. (3)

3 Dixi autem *hominis*, prout eſt generis communis, ſiquidèm idem crimen eſt, ſivè homo maſculus iungatur beſtiæ fœminæ, ſivè brutum maſculum copuletur homini fœminæ, prout non ſemel accidiſſe, infrà referemus.

4 Criminaliſtæ communiter (4) confundunt delictum carnis *contrà naturam* cum *ſodomiâ*, & hoc modo, genus cum ſpecie; & ſic volunt, quòd ſub appellatione *ſodomia*, tanquàm in genere generaliſſimo, etiam *beſtialitas* comprehendatur, ſicut hæc re verâ continetur ſub genere delicti *contrà naturam*, (5) & in hoc videntur favere opinioni *Ioannis Caramuelis*, qui vult, delicta carnis *contrà naturam* diſtingui non ſpecificè, ſed tantùm modaliter.

5 Sed aliter philoſophantur Theologi, & Canoniſtæ, ajunt enim, quòd in Sodomiâ, ultrà pollutionem in vaſe indebito, includitur dehoneſtatio proprii ſexus; in *beſtialitate* verò, dehoneſtatio propriæ ſpeciei, & cùm ſpecies importet quidditatem hominis eſſentialem, ſexus verò qualitatem tantùm accidentalem, hinc eſt, quòd diſcrimen, quod intercedit inter ſpeciem, & ſexum, cauſat diſtinctionem dehoneſtationis hujus, & illius, & ità diſtinctionem ſpecificam inter *beſtialitatem*, & ſodomiam. (6)

6 Immaniſſimi hujus ſceleris gravitas, prout optimè ſcribit *Frater Archangelus de Burgonovo Minorita*, (7) patet ex hoc, quòd per hoc vitium cadit homo à ſuâ dignitate, dùm cum beſtiâ, longè ipſo inferiori copulatur. Plus enim vilificatur homo, beſtiam iniens, quàm ſi Imperator infimæ plebis, ſcorto iungeretur; ſi quidèm inter Imperatorem, & ſcortum non eſt eſſentialis differentia, cùm ambo ſint in naturâ humanâ, & differentia tantùm accidentalis eſt: at inter hominem, & brutum differentia eſſentialis eſt, & proindè plùs vilificatur homo cum beſtiâ, quàm Imperator cum ſcorto. Deducitur pariter ipſius immanitas ex hoc, quòd beſtia criminis quodammodò complex, ut infrà dicemus, debet occidi, quod tamen non accidit cum inſtrumentis, cujuſvis alterius, licèt enormiſſimi criminis, contrà quæ nulla fit vindicta. In hoc delicto autem, inſtrumentum, quo patratum eſt, puta brutum, ſimul cum Reo occiditur, & comburitur, ad exagerandam, ac deteſtandam ipſius immanitatem.

7 Dubi-

(1) *Pſalm.* 48. *v.* 13. *&* 21.
(2) *Raynald. obſerv. crim. tom.* 2. *cap.* 21. *§.* 1. *num.* 163.

(3) *Creſpin. à Borgia quæſt. moral. ſelect. contrà Caramuel. quæſt.* 5. *per tot. M. A. Sabell Summ. diverſ. Tract. §. Sodomia, num.* 2. *v. Qualiter ſodomia.*
(4) *Farinac. qu.* 148. *nu.* 2 *& ibi Ghirlan. de Pæn omni. coit. quæſt.* 8. *Bermon. de Publ. concub. Rubr. de Peccat. ſodom. Corrad. Pract. Rubr. eo. tit. Iodoch. Pract. cap.* 96 *n.* 4. *& Menoch. de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 788. *n.* 1. *Baſil. crimin. deciſ.* 4. *n.* 13. *Carpzou. Pract. crim. par.* 2. *q.* 76. *num.* 10. *& ſeqq.*
(5) *Gomez ad l. Tauri l.* 80. *nu.* 35. *Azeved. lib.* 8. *Recopil. tit.* 21 *leg.* 1 *n.* 43. *Raynald. obſerv. crim. Tom* 2. *§.* 1. *c.* 21. *n.* 13.
(6) *Ægyd Gabriel. Specul. moral. par.* 1 *§.* 33. *fol.* 66. *Barboſ. de Offic. & Pot. Epi. Par.* 2. *Allegat.* 44. *n.* 22. *Raynal. loc. cit. nu.* 14.
(7) *Archang. de Burgonovo. de dogmat. Cabaliſtar. f. l.* 166.

Digitized by Google

7 Dubitari autem contingit, àn quælibet immunditia perpetrata cum bruto, ſiuè à mare, ſivè à fœminâ, veniat nomine ***beſtialitatis***, nullaque immunditia cum bruto ſpecie differat ab aliâ?

8 Quò ad primam partem dubitationis, reſpondeo, negativè; quià, ut ſuprà ***num.*** 2. dictum eſt, ***beſtialitas*** importat carnalem copulam per ſeminationem hominis cum bruto activè, ſivè paſſivè; Sequitur igitur, quòd, qui pollutionem tantùm procurat cum bruto, impudicitiam quidèm brutalem committit, non tamen ***beſtialitatem***; & poteſt quidèm pollutioni jungere intentionem, cum bruto coeundi, quæ eſſet in confeſſione aperienda, (8) non tamen per hoc ***beſtialitatem*** commiſiſſe, dicendus eſt, nec illius pœnâ plecti.

9 Quò ad ſecundam partem, Reſpondet ***Caietanus***, (9) quòd venereæ ***beſtialitatis*** vitium ſpecies ſpecialiſſima eſt. Nàm neque ſexus, neque vaſis diverſitas in beſtiâ, diverſitatem motivi, in ordine ad rationem habet: ſed ſub eàdem movendi ratione comprehenditur, quâ beſtia ipſa movet, ſcilicet, ut extraneum à ſpecie humanâ. hæc ***Cajetanus***.

10 Sed doctiſſimi Cardinalis, ſalvâ reverentiâ, oppoſitum verius puto; Siquidèm aſſumptum ipſius falſum eſt; nàm & ſexus, & vaſis diverſitas in bruto, diverſitatem motivi, & habere poteſt, & habet non ſecùs, ac in fœminâ humanâ. Nec enim dicere, quòd in hâc unum vas inſervit ad generationem hominis, aliud verò non, ſecùs autem ſit in beſtiâ, in quâ ambo vaſa ſunt generationi inepta; non, inquam, hoc dicere, infringit allatam negationem; quià etiam vas naturale beſtiæ, quandòque inſeruit, (licèt hoc rarum fuerit, & ſit) humanæ generationi. Nàmque, ultrà ea, quæ ſcripſimus §. *Mollities num.* 1. legimus, quòd ex coniunctione viri cum beſtiâ, & mulieris cum bruto, non ſemel nati ſunt homines. ***Crathis*** paſtor ***Sybarita*** ſuſcepit filium ex caprâ, qui nil caprini habebat, niſi crura, ut ſcribit ***Calius*** (10) ***Ariſton*** nobilis Epheſius genuit ex aſinâ filiam formoſiſſimam, quæ fuit vocata ***Onoſcelia*** ob rationem matris; aſinus enim græcè ***Onos*** dicitur; & hoc teſtantur ***Ariſtoteles***; ***Plutarchus***; & ***Stobæus***. (11) ***Fulvius Stellus*** ex equâ pariter ſpecioſiſſimam filiam habuit, quæ fuit vocata à Matre ***Hippona*** (***Hippos*** enim equum ſignificat,) ut ſcribunt ***Plutarchus***, & ***Ageſilaus*** (12) apud ***Beyerlinck***. Mulierem quandam cum magno quodam ſimio in Inſulâ desertâ convixiſſe, & ex eo duos infantes procreaſſe; & fuiſſe à navi quâdam Luſitanâ ſublatam, & devectam ***Vlyſſiponem***, ubià Rege, ob crimen ***beſtialitatis*** commiſſum, ad ignem damnata fuit, ſed Procerum precibus liberatam, ſcribit ***Frater Franciſcus Maria Guaccius***. (13) Idem refert ex ***Joanne de Barros Peguſianos***, ac ***Siamitas*** conterminos originem ducere à cane, qui cum muliere corpus miſcuerat. Compreſſam ab urſo ***Succam*** virginem filium peperiſſe, qui ſtrenuiſſimus evaſit bellator, & regali proſapiæ originem præfuit ſcribunt ***Saxo Grammaticus***, ac ***Olaus Magnus***. (14).

11 Scio quoſdam confugere ad artem diabolicam, dicentes, bruta ſuprà recitata incuba, ſeù ſuccuba non fuiſſe verè bruta, ſed tantùm phantaſticè, & apparenter, ſed fuiſſe Dæmones, qui talibus ſpeciebus uſi ſunt ad hominum illuſionem. Sed qui negant poſſibilitatem generationis hominis, concurrente ad eam bruto mare, aut fœminâ; nec potentes negare tot hiſtorias, à viris gravibus recitatas, & excogitant ſupradatam reſponſionem de Dæmone in formâ bruti; iſti inquam, non minorem, imò majorem difficultatem habent explicandi, quomodò Dæmon poſſit generare, ut in paragrapho ſequenti dicemus; & quàmvis poſſint aſſerere, cum communi, quòd Dœmon incubus, ſumpto vero ſemine hominis, mulierem fœcundet, non tamèn probare poterunt, quòd Dæmon ſuccumbens, ut fœmina viro, accepto hominis ſemine, poſſit hominem in vtero concipere, & illum parere, ut fecerunt beſtiæ ſupradictæ, quæ concepere, & peperere ex homine. Nec tamen illud effatum, quod tanquam primum principium communiter recipitur, quòd nempè homo verus generari non poteſt, niſi à muliere ex vili ſemine, eſt ità certum, ut ex propriis terminis habens evidentiam, aut veritatem ex neceſſariâ conſequentiâ demonſtrationis, quod negari non poſſit; & hoc non tantùm ex tot hiſtoriis recitatis; ſed etiam ex hoc quod animalia etiam perfecta, (quinque nempè ſenſibus prædita) non ſolùm & nativo ipſorum ſemine univocè propagantur; ſed etiam æquivocè, aut ex putri, aut ex aliorum ſemine progignuntur, ut patet in muribus, & muſtelis &c. Quod ſi lolium à frumento, & ſpecie, & ſubſtantiâ, & figurâ differt, & nihilominus lolium ſeminatum in terra pingui, & benè ſubactâ, (ut mihi, experientiâ factâ, conſtat) perfectum optimumque frumentum gignit: & vice versâ ex frumento naſcitur lolium, ſi ver exceſſivè pluvioſum ſit; (ut ordinariè accidit) neſcio videre impoſſibilitatem, quòd etiam humanum corpus organizari non poſſit ex humano ſemine in matrice beſtiali: aut ex brutali ſpermate in matrice humanâ. Nec enim philoſophia omnia ejus arcana nobis pandit: imò intellectus noſter caligat ad ipſius principia; ut patet ex infinitis rebus naturalibus, quæ ignorantur: & maximè circà generationem hominis, de quâ diſſident inter ſe Philoſophi, ac Medici in tot, & tantis, quæ piget ſcribere. Non puto ergò ſanæ mentis eſſe, negare poſſibilitatem rei, quæ actu videtur, ex hoc quòd non choæret aridæ, ac curtæ Philoſophiæ, quam ſcimus, dummodò à principiis fidei non diſcordet. Et ità cum contrarium circà hoc non habeatur in Sacrâ Scripturâ, Conciliis, aut Eccleſiaſticis dogmatibus; optimè puto concedendum, quòd ex coniunctione hominis cum bruto, ut præfertur, vera hominis generatio ſequi poſſit, licèt raròò, aut ex recitatis hiſtoriis conſtat.

12 Patet igitur ex his, quòd, licèt coniunctio hominis cum bruto contrà naturam humanæ ſpeciei, ſit tamen, ſi fiat per vas, ex quo generatio ſequi poſſet, naturalis aliquo modo poſſit dici copula, ità ut in tali coniunctione una tantùm militet ratio innaturalitatis, puta ſpeciei diverſitas. Si verò copula fiat pariter cum bruto, & per vas præpoſterum, per quod impoſſibilis eſt generatio; tum duo ſunt, quæ innaturalitatem inducunt: Quantùmvis igitur ***Beſtialitas*** ſit ſpecies ſpecialiſſima luxuriæ innaturalis, ſpectatâ naturâ bruti, tamen variari ſpecificè adhùc poteſt attento vaſe

to vaſe

(8) *Tolet. Inſtruct. Sacerdos. lib. 5. cap 13. num. 12. Caietan. ad 22. qu. 114. art. 11. §. Ad ſecund. dubium.*

(10) *Calius Rodigin. Antiqu. lect. lib. 25. cap. 13.*

(11) *Ariſtotel. Paradox. lib. 2. Plutarch. Panalell. cap. 54. Jo: Stobæ. ſerm. 62.*

(12) *Plutarch. Paralell. cap. 55. Ageſila. Rer. Italic. lib. 3. Beyerlin. Theatr. vit. hum. tom. 4. V. libido bruta. fol. 1180. col. 1. lit. C.*

(13) *Guacc. Compend. Maleficar. lib. p. cap. 11. fol. 1061.*

(15) *Saxo. Grammat. lib. 10. Jo: Olaus Magn. de Reb. Septentrional. lib. 28. cap. 2. Guacc. Comp. Malefic. loc. cit.*

Digitized by Google

to vaſe per quod committitur. Sicut igitur ſacrilegium cum perſonâ ſacrâ ſpecies ſpecialiſſima luxuriæ eſt, & tamen, ſi fiat modo innaturali, diverſificatur ſpecie ab eo, quod in vaſe naturali fit; pari modo etiam *beſtialitas* poterit aliquandò dici naturalis, ſi per vas naturale fiat; & ſi vice verſâ, contrà naturam; & ideò in confeſſione exprimendus eſt modus contrà naturam, ſi fiat.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

13 *Probatio beſtialitatis nil habet peculiare præter cætera delicta carnis.*
*Indicium commiſſæ beſtialitatis juxtà Anellum de Sarno.*
*Hiſtoria cujuſdam militis, qui habebat conſuetudinem cum cane fœminâ.*

13 QUò ad probationem hujus delicti, ultrà probationem aliorum delictorum carnis, nihil peculiare habetur. Invenio tantùm *Anellum de Sarno*, (15) qui ſcribit, quòd, ſi homo *beſtialitatem* commiſit, ſi ponas animal illud propè hominem, videbis animal illud currere hominem verſus. Sed talis probatio nimis æquivoca eſt, proindè illi minimè innitendum, niſi alia concurrant, quæ magis probent. Siquidèm naturale eſt animalibus domeſticis, & maximè canibus, & equis verſus dominum currere, à quo cibum longo tempore accepere, quantùmvis nulla talis beſtialis copula intervenerit. Verum eſt, quòd, ſi tali modo accederet animal, quòd indicium daret conſuetudinis vitioſæ; poſſet ex hoc deduci aliqua probatiò. Canem fœminam habebat quidam miles Neapolitanus, cum quâ rem habebat. Hanc alligatam tenebat miles; quam ſi ſolvi contingiſſet, ſtatim currebat ad militem, nec tamen illi abblandiebatur, ut cæteri canes erecti in pedes, caudam agitando &c. facere ſolent, ſed ſtatim ac ad eum accerſerat, poſteriorem partem illi offerebat, caudam elevabat, & ſe aptabat ad congreſſum. Commilitones obſervarunt hoc, & ex aliis etiam indiciis coniecerunt beſtialem conſuetudinem illius cum cane. Deducta fuit res ad Iudicem militarem, qui facto proceſſu, ac Reo rigoroſè examinato, ipſe delictum faſſus eſt, & ſimul cum cane fuit combuſtus Papiæ anno 1639. cujus Rei ſum Teſtis oculatus.

## Pœnæ.

*SVMMARIVM.*

14 *Pœna beſtialitatis erat ultimum ſupplicium ſimul cum bruto.*
*Iudicialia, & cæremonialia legis Moyſaicæ deſierunt.*
*Iudex, deficiente lege Cæſareâ, aut Pontificiâ, poteſt ſe conformare antiquæ legi.*
15 *Committens beſtialitatem comburitur cum bruto, & hoc de conſuetudine.*
16 *Bruta, quare comburantur cum homine, qui cum ipſis coivit.*
*Beſtialitas eſt delictum contrà naturam humani generis.*
17 *Hiſtoria cujuſdam damnati ad mortem, ob attentatam beſtialitatem.*
18 *Atteſtans beſtialitatem, non punitur pœnâ ordinariâ.*
19 *Clerici committentes beſtialitatem, quâ pœnâ plectendi.*
*Opinio, quòd pœna contrà Clericos ſodomitas, afficiat eoſdem committentes beſtialitatem.*
*Reſervatâ ſodomiâ, cenſetur reſervata beſtialitas.*
20 *Contrarium eſt verius.*
*Prò foro conſcientiæ lex pœnalis non extenditur, etiam ex identitate rationis.*
21 *Graviùs puniendus qui ſodomitaret brutum.*

14 REus criminis *beſtialitatis* ultimo ſupplicio affici debet, & brutum pariter, cum quo coivit, occidi mandatur, ut in *Levitico* (16) habetur his verbis. *Qui cum jumento, & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier, quæ ſuccubuerit cuilibet jumento ſimul interficietur cum eo: ſanguis eorum ſit ſuper eos.* Quàmvis verò judicialia veteris legis, ſicut & cæremonialia, adveniente lege gratiæ, deſierint, pròut Doctor noſter *Subtiliſſimus*, (17) cum cæteris Theologis in Tertio ſententiarum habet, tamen licuit tùm Eccleſiæ, tùm laicis Principibus, tùm inferioribus Iudicibus ferre prò Chriſtianis eas leges, quas prò *Hebrais* tulit *Moyſes*; aut deficiente lege Eccleſiaſticâ, ſeù Cæſareâ contrà Reos ferre ſententias conformes antiquæ legi; attento, quòd, ſi criminibus non reperitur ſancita pœna, hæc arbitrio Iudicis committitur, ut dicitur in jure. (18)

15 Non reperitur autem in jure Canonico, aut Civili hujuſmodi pœna *beſtialitatis* explicitè, ſed habetur implicitè, puta ſub titulo *luxuriantis contrà naturam*; & vniverſaliter, attentâ legis diſpoſitione, pœna debita Reis delicti innominabilis, debetur etiam *beſtialitatem* committentibus. Sicque iſti debent ultimo ſupplicio plecti, & comburi. Quòd autem ad præſcriptum legis *Moyſaicæ* debeat cum illis occidi animal, cum quo patratum eſt ſcelus: hoc eſt ex univerſali Iudicum conſuetudine, de quâ teſtantur Doctores. (19) Et quamvis *Clarus* dicat de hoc haberi textum in *cap. Mulier. Cauſ.* 15. *Quæſt. p.* tamen ille eſt textus *D. Auguſtini*, qui refert textum *Levitici*, & affertur à *Gratiano* ad probandum, quòd delicta procedunt à ſolâ voluntate, quæ & proindè punitur, & ſi aliquandò bruta, quæ voluntate carent, puniuntur, hoc eſt, quià tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam: non affertur ergò textus ille, tanquam lex ſtatuens contrà Reos *beſtialitatis* pœnam mortis, cum nece bruti, cum quo peccarunt, quià nulla lex pœnalis Eccleſiaſtica mortem ſancit, & ſic concludendum, quòd nex bruti infligatur ex univerſali conſuetudine, & non à legis expreſsâ diſpoſitione.

16 Ratio

(15) *Sarno Pract. criminal. cap.* 1. *num.* 68. *fol.* 1018.

(16) *Levit. cap.* 20. *ỽ.* 15. *&* 16.
(17) *Scot. in* 3. *Diſt. ult. quæſt. unic.*
(18) *l. H. die ff. de Pæn.*
(19) *Clar. §. Fornicatio num.* 27. *& quæſt.* 99 *ỽ. Quæro etiam num.* 8. *Farinac. quæſt.* 148. *num.* 46. *& ibi Monteleon. part.* 4. *fol* 200. *n.* 487. *Bermon. Rubr de Peccat. Sodom. n.* 28. *Cyrill. Sum. crim Par.* 2. *Rubr. de Publ. iudic.* §. 4. *Iodoc. Pract. crim. c.* 96. *nu.* 14. *&* 15. *Gomez. in l.* 80. *Tauri n.* 35. *& Roland. conſil.* 6. *n.* 1. *& ſeqq. lib. p.*

Digitized by Google

16 Ratio autem, quare etiam jumenta, quæ ad crimen concurrerunt, interfici debeant, eſt non ſolùm, quià facti memoriam, prout dicit *D. Auguſtinus*, (20) ſed etiam, nè ex aſpectu talis animalis aliqui inclinentur ad idem vitium, prout ſcribit *Nicolaus de Lyrâ*, (21) ſed re verâ eſt ad exaggerandam gravitatem, & deteſtationem tanti criminis, quod dicitur (a) fieri *contrà naturam humani generis*.

17 Dubitari autem contingit, àn in iſto crimine opus attentatum puniatur, etiamſi conſummatum non ſit; & profectò ex *Boerio*, & *Papone* refert *Clarus*, (22) quendam per *Curiam Burdegalenſem* damnatum ad mortem, eò quòd coire cum bruto viſus fuerat, licèt impeditus non conſumaſſet delictum.

18 Tamen, (quàmvis in atrociſſimis puniatur affectus prò effectu, quandò tamen conatus eſt actui proximus, ut aliàs dictum fuit) dicendum eſt, quòd pœna debet eſſe extraordinaria, non autem ordinaria, ut communiter dicunt Doctores, (23) & firmat praxis. Undè tali caſu Reus non eſſet furcis ſuſpendendus, & comburendus, ut fert pœna ordinaria *beſtialiſtarum*; ſed vel ad perpetuas triremes damnandus, vel ad plùs, ultimo quidèm ſupplicio affligendus; non verò comburendus, ad hoc, quòd de ordinariâ pœnâ ſibi minueretur, prout de jure.

19 Quantùm ad Clericos Sæculares, & Regulares, nihil ſpeciale invenitur in ordine ad hoc crimen. Undè pœnæ, impoſitæ prò ſodomitis, poſſent in caſu huic crimini adaptari. An verò jura, loquentia de *ſodomitis* expreſsè, tùm in Decretalibus, tùm in Extravagantibus *B. Pii V.*, (24) comprehendant Clericos, committentes *beſtialitatem*, dubium eſt. Quaranta, quem citat, & ſequitur *Farinacius*, (25) opinatur, quòd ſic; nullam tamen aſſignat rationem, ſed coniectari poſſumus, hoc voluiſſe attentâ enormitate delicti, quod majus adhùc cenſetur, quàm ſodomia. Cùm iſtis ſentiunt alii, (26) qui prìndè inferunt, reſervatâ ſodomiâ, & nullâ factâ mentione *Beſtiallitatis*, cenſeri, reſervatam etiam eſſe *Beſtialitatem*, prout dicunt *Riccius*, *Hombonus*, *Bellochius*, (27) & alii, hoc ducti fundamento, quià lex pœnalis extenditur de caſu ad caſum, quandò militat eadem ratio, ut notat *Gloſſa* quædam, quam ſingularem dicit *Abbas*. (28)

20 In oppoſitâ ſententiâ ſunt alii, (29) optimo ſanè innixi fundamento, puta, quòd nullo modo, maximè prò foro conſcientiæ, lex pœnalis ſit de caſu ad caſum extendenda, quantùmvis in eo militet eadem ratio, ut plures Doctores (30) probant pluribus exemplis, deſumptis à *Decretalibus*, *Clementinis*, *Concil. Trident.* & *Bullis Pontificum*, quæ qui videre vult, adeat *Dianam Par. 1. Tract. 17. Reſol. 66.* & huic ſecundæ ſententiæ adſtipulantur illi, qui docent, reſervatâ ſodomiâ, nullâ factâ mentione de *beſtialitate*, hanc non eſſe reſervatam, ut *Bonacina*, & alij (31) ſcribunt.

21 Unum addere libet; quòd nempè coiens cum bruto maſculo, ſodomiæ deformitatem cum *beſtialitate*; & proindè graviùs delinquit, quàm ſi jungeretur beſtiæ fœminæ; prout probavimus ſuprà à *num.* 10. Sequitur proindè, quòd graviùs etiam puniendus veniat. Quòd, ſi quæras, quomodò graviùs puniri poſſit, quàm ſuſpendio necari, & poſtmodùm comburi? Dico, quòd poteſt aggravari illi pœna antè mortem, candentibus forcipibus, brachia torquendo, ſeù raptando ad caudam equi, dùm Reus ducitur ad furcas; & etiam poſt mortem, ſecundò nempè cadaver in fruſtâ, antequam comburatur; aut diutiùs relinquendo pendens in patibulo; hæc enim licèt non addant pœnam ſenſibilem Reo, jàm exanimi, augent tamen infamiam, & proindè etiam pœnam.

(20) *D. Auguſt. Quæſt. 74. ſup. levit. cap. 20.*
(21) *Lyran. in levit. cap. 20. V. 15.*
(a) *cap. Hoc ipſum §. 1. 33. q. 2.*
(22) *Boer. Deciſ. 316. n. uſq. ad 5. Papo lib. 22. tit. 7. Arreſt. 1. apud Clar §. Fornicatio V. Cum animali.*
(23) *Bart. Afflict. Grammat. Giurb. Moral. Caball. Menoch. Bonacoſſ. Carpzou. Clar. Matthæ. Concioi. apud Raynald. Tom. 2. Obſerv. crim. cap. 21. §. 1. num. 136.*
(24) *cap. Clerici. de Exceſſ. Prælat. Conſt. Cum primum. §. 11. B. Pii V. eiuſd Conſtit. Horrendum.*
(25) *Stephan. Quarant. V. ſodomia Addit. in princip. in 2. ampliat. Farinac. Quæſt. 148. nu. 47.*
(26) *Roderic. ſum. Tom. 1. cap. 208. nu. 2. Proſp. de Auguſtin. Addit. ad ſum. Bullar. V. ſodomia. Ampliat. 42.*
(27) *Aloyſ. Ricc. Par. 3. Reſol. 59. Homobon. de Exam. Eccleſ. Par. 2. Tr. 11. cap. 12. nu. 16. Bellech. de caſ. reſervat. Par. 2. q. 2. nu. 26. Campanil. Roland. à Vall. Ledeſma. Vegas & Narbon. apud Dian. Par. 1. Reſol. 66. Tract. 17.*
(28) *Gloſſ. in cap. 1. in V. Italiæ. de temp. ordin. Abb. in cap. nihil de Elect. & in cap. final. de Reſcript.*
(29) *Barboſ. Collect. in Decretal. lib. 5. Tit. 31. cap. 4. nu. 11. & de Offic. Epi. Par. 2. Allegat. 44. n. 22. Nicola Garz. de Benef. Tom. 2. Par 11. cap. 10. §. 2. n. 205. Rannez. in 2. 2. q. 64. art. 8. Diana. Par. 1. Tract. 17. Reſol. 66.*
(30) *Mirand. Tract. de Monial. Quæſt. 2. art. 10. Concl. 1. Sanchez de Matrim. Tom. 3. lib. 10. Diſp. 4. n. 3. Henriq. ſum. lib. 7. cap. 30. n. 4. in Gloſſ. lit. C. Garz. Par. 11. cap. 10. §. 2. nu. 206. Caſtr. de leg. lib. 6. cap. 3. nu. 5. apud Diana loc. cit.*
(31) *Bonac. de Matrim. Quæſt. 4. Pun. 12. nu. 5. Nald. ſumm. Caſ. nu. 3. Chapeavill. de Caſ. reſervat. cap. 6. q. 1. Coriolan. eo. tit. Par. 1. ſect. 1. art. 5. nu. 4. Homobon. eo. tit. cap. 2. Reginald. Tom. 1. cap. 11. ſect. 1. n. 127.*

§. XIII.

Digitized by Google

# §. XIII.

## Dæmonialitas.

*SUMMARIUM.*

1 *Dæmonialitatis vocabulum inventum à Io. Caramuele.*

*Nomine beſtialitatis juſtà Theologos venit coitus cum re, non ejuſdem ſpeciei.*

2 *Quomodò intelligenda diffinitio beſtialitatis, tradita à D. Thomâ.*

3 *Coitus cum Dæmone, ſpecie differt à beſtialitate.*

*Peccata contrà naturam, quare ſpecie differant inter ſe.*

4 *Coiens cum Dæmone, juxtà ſententiam aliquorum, coit cum cadævere.*

*Dæmonialitas ſpecie differt à beſtialitate.*

5 *Seminatio innaturalis habet in delictis carnis contrà naturam, rationem generis, ſed ſubjecta talis ſeminationis habet rationem differentiæ.*

6 *Solæ circumſtantiæ mutantes ſpeciem aperiendæ in confeſſione.*

7 *Peccatum contrà Religionem, quotupliciter committatur cum Dæmone.*

8 *Copula cum Dæmone gravior eſt, quàm cum bruto.*

*Gravitas coitus cum Dæmone deſumitur ab irreligioſitate.*

9 *Coitus hominum cum Dæmonibus, ab aliquibus creditur phantaſticus.*

*Opinio aliquorum, quòd Sagæ non interveniant corpore ludis nocturnis cum Dæmone.*

10 *Aliquotiès Sagæ phantaſticè tantùm interveniunt ludis cum Dæmone, ſed plerunque corporaliter interveniunt, & cum eodem coeunt.*

*Confirmatur auctoritate D. Auguſtini.*

11 *Dæmon duplici modo coit cum hominibus.*

12 *Dæmon non coit cum Sagis, niſi poſt emiſſam profeſſionem ſui famulatus.*

*Profeſſionis Sagarum forma, & Ritus.*

13 *Primò. fit pactum reciprocum inter Sagam, & Dæmonem.*

14 *Secundò. Saga abnegat fidem Chriſti.*

15 *Tertiò. proiicit à ſe Saga coronam B. M. V. &c.*

16 *Quartò. vovet Diabolo obedientiam.*

17 *Quintò. ſpondet, alios adducere ad illam ſectam.*

18 *Sextò. dennò baptizatur à Diabolo.*

19 *Septimò. dat Diabolo partem proprij indumenti.*

20 *Octavò. poſita intrà circulum dennò jurat.*

21 *Scribitur ejus nomen in libro Diaboli.*

22 *Promittit Diabolo ſacrificia.*

23 *Signatur à Dæmone aliquo charactere, impreſſo ungue ipſius.*

*Renovat Saga promiſſiones, Diabolo factas.*

*Diabolus ſibi aſſignat Magiſtellum, cum quo coit.*

24 *Opinio aliquorum circà coitum Dæmonis cum homine.*

25 *Incubi ſolùm coitum appetunt, non adorationem à fœminis, ſeù viris.*

*Hiſtoria de Dæmone ſuccubâ.*

26 *Dæmon incubus coitum appetit cum mulieribus, & etiam brutis.*

27 *Tales Dæmones, qui vocantur Folletti, exorciſmos, ac res ſacras irrident.*

28 *Ponderanda gravitas criminis in coeundo cum Diabolo, aut cum Incubo.*

29 *Coitus Sagarum cum Diabolo, in quo ſenſu ſit maximum criminum carnalium.*

*Abſtrahendò ab apoſtaſiâ à fide &c. coitus Sagarum reducitur ad ſimplicem pollutionem.*

*Affectivè autem variatur, & differt à ſimplici pollutione.*

30 *Dæmonialitas cum Incubo non eſt gravior beſtialitate, juxtà unam conſiderationem.*

31 *Quarè cenſeatur communiter gravior.*

1 Vocabulum *Dæmonialitatis* primò inventum reperio à *Io. Caramuele* in ſuâ *Theologiâ fundamentali*; nec antè illum inveni Auctorem, qui de hoc crimine, tanquàm diſtincto à beſtialitate, locutus ſit. Omnes, enim Theologi Morales ſequuti *D. Thomam*, (1) ſub ſpecie beſtialitatis recenſent omnem concubitum cum re non ejuſdem ſpeciei, ut ibi loquitur *D. Thomas*, & proindè *Caietanus* in Commentario illius Quæſtionis, & Articuli (2), coitum cum Dæmone ponit in ſpecie beſtialitatis; & *Caietanum* ſequitur *Sylveſter*, *Bonacina*, (3) & alii.

2 Sed re verâ *D. Thomas* in illo loco conſiderationem non habuit ad coitum cum Dæmone; ut enim infrà probabimus, hìc coitus non poteſt in ſpecie ſpecialiſſimâ beſtialitatis comprehendi; & ut veritati cohæreat ſententia *S. Doctoris*, dicendum eſt: quòd in citato loco, quandò ait, quòd peccatum contrà naturam, *Alio modo, ſi fiat per concubitum ad rem, non ejuſdem ſpeciei, vocatur beſtialitas*. Sub nomine *rei, non ejuſdem ſpeciei*, intellexerit animal vivens, non ejuſdem ſpeciei cum homine. Non enim uſurpare potuit ibi nomen *rei* prò *re*, puta, ente communi ad animatum, & inanimatum; ſi enim quis coiret cum cadavere humano, concubitum haberet vim *rei, non ejuſdem ſpeciei* cum homine (maximè apud *Thomiſtas*, qui formam corporeitatis humanæ negant in cadavere), quod etiam eſſet, ſi cadaveri beſtiali copularetur; & tamen talis coitus non eſſet beſtialitas, ſed mollities, prout diximus ſuprà. (4) Voluit igitur *D. Thomas* præcisè intelligere concubitum cum re vivente, non ejuſdem ſpeciei cum homine, hoc eſt cum bruto, nullo autem modo comprehendere voluit coitum cum Dæmone.

3 Coitus igitur cum Dæmone ſivè incubo, ſivè



(1) *D. Th. 2. 2. Quæſt. 154. art. 11. in corp.*
(2) *Caietan. ad 22. Quæſt. 154. art. 11. §. Ad tertium dubium.*
(3) *Sylveſt. V. Luxuria. Bonacin. de Matrim. Q. 4. Punct. 12. n. 2. & ibi Philiarc. de Off. Sacerd. Tom. 1. Par. 2. lib. 3. cap. 8. ſà V. Luxuria, n. 6. Chapeavill. cap. 15. V. Ad hanc ſpeciem Filliuc. Tom. 2. Tr. 30. cap. 8. n. 161.*
(4) *§ Mollities. n. 13.*

ſuccubo, (qui propriè eſt *Dæmonialitas*) ſpecie differt à beſtialitate, nec cum eâ facit unam ſpeciem ſpecialiſſimam, prout opinatus eſt *Cajetanus*. Peccata enim contrà naturam, ſpecie inter ſe diſtingui contrà opinionem nonnullorum antiquorum, & *Caramuelis* (5) poſt *Filliucium*, & *Creſpinum à Borgiâ*, eſt oppinio communis; & contraria eſt damnata in *propoſit.* 24. ex damnatis ab *Alexandro VIII.*, tùm quià ſingula continent peculiarem, & diſtinctam turpitudinem, repugnantem caſtitati, ac humanæ generationi; tùm quià quodlibet ex iis privat bono aliquo ſecundùm naturam, & inſtitutionem actus venerei, ordinati ad finem generationis humanæ; tùm quià quodlibet ipſorum habet diverſum motivum, per ſe ſufficiens ad privandum eodem bono diverſimodè, prout optimè philoſophatur *Filliuccius*. (6)

4 Ex his autem infertur, quòd etiam *Dæmonialitas* ſpecie differt à beſtialitate; ſingula enim ipſarum, peculiarem, & diſtinctam turpitudinem caſtitati, ac humanæ generationi involuit; ſiquidèm beſtialitas eſt copula cum bruto vivente, ac ſenſibus, ac motu proprio prædito; *Dæmonialitas* autem eſt commixtio cum cadavere (ſtando in ſententiâ communi, quam infrà examinabimus), nec ſenſum, nec motum vitalem habente; & per accidens eſt, quòd à Dæmone moveatur; quòd, ſi immunditia commiſſa cum cadavere tùm brutali, tùm humano, differt ſpecie à ſodomiâ, & beſtialitate: ab iſtâ differt pariter ſpecie, etiã *Dæmonialitas*, in quâ, juxtà communem, homo cum cadavere concumbit, accidentaliter moto.

5 Et confirmatur, quià in peccatis contrà naturam, ſeminatio innaturalis (hoc eſt, ea, ad quam regulariter non poteſt ſequi generatio) habet rationem generis; ſubiectum verò talis ſeminationis eſt differentia, conſtituens ſpecies ſub tali genere. Undè, ſi ſeminatio fiat in terram, aut corpus inanime, eſt mollities; ſi fiat cum homine in vaſe præpoſtero, eſt ſodomia; ſi fiat cum bruto, eſt beſtialitas, quæ abſque controverſiâ, inter ſe ſpecie differunt, eò quòd terra, ſeù cadaver, homo, & brutum, quæ ſunt ſubiecta talis ſeminationis, ſpecie differunt inter ſe. Sed Dæmon à bruto non ſolùm differt ſpecie, ſed pluſquàm ſpecie, differunt enim per corporeum, & incorporeum, quæ ſunt differentiæ genericæ; ſequitur ergò, quòd ſeminationes, factæ cum illis, differunt inter ſe ſpecie, quod eſt intentum.

6 Pariter; trita eſt doctrina Moraliſtarum, fundata in *Tridentino*, (7) & tradita per Theologos, quòd in confeſſione manifeſtandæ ſint tantùm circumſtantiæ, quæ mutant ſpeciem peccatorum; ſi igitur *Dæmonialitas*, & beſtialitas ſunt ejuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, ſufficit in confeſſione dicere, *beſtialitatis peccatum commiſi*, quamtùmvis confitens cum Dæmone concubuerit. Hoc autem falſum eſt; igitur non ſunt ejuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ.

7 Quòd, ſi dicatur, aperiendam eſſe in Confeſſione circumſtantiam concubitus cum Dæmone, ratione peccati contrà Religionem. Contrà. Peccatum contrà Religionem committitur aut ex cultu; aut ex reverentiâ; aut ex deprecatione; aut ex pacto; aut ex ſocietate cum Dæmone; (8) ſed ut infrà Dicemus, dantur ſuccubi, & Incubi, quibus nullum prædictorum exibetur, & tamen copula ſequitur; igitur reſpectu iſtorum nulla intervenit irreligioſitas, & commixtio cum iſtis, nullam habebit rationem ulteriorem, quàm puri, & ſimplicis coitus, qui, ſi eſt ejuſdem ſpeciei cum beſtialitate, ſufficienter exprimetur, dicendo *beſtialitatem commiſi*, quod falſum eſt.

8 Ulteriùs; inconfeſſò eſt apud omnes Theologos Morales, quòd longè gravior eſt copula cum Dæmone, quàm cum quolibet bruto; in eâdem autem ſpecie ſpecialiſſimâ peccati non datur unum peccatum gravius altero; ſed omnia æquè gravia ſunt; perindè enim eſt coire cum cane, aut aſinâ, aut equâ &c. Sequitur ergò, quòd, ſi *Dæmonialitas* eſt gravior beſtialitate, non ſint ambo ejuſdem ſpeciei. Nec dicendum, gravitatem majorem in *Dæmonialitate*, petendam eſſe ab irreligioſitate, ſeù ſuperſtitione ex ſocietate cum Dæmone, prout ſcribit *Cajetanus*. Quià hoc fallit in aliquibus Succubis, & Incubis, ut ſuprà dictum eſt; tùm quià gravitas major ſtatuitur in *Dæmonialitate* præ beſtialitate, in genere vitii contrà naturam; major autem gravitas in illâ ſuprà iſtam, ratione irreligioſitatis exorbitat ab illo genere; proindè non facit in illo genere, & ex ſe graviorem.

9 Statutâ igitur differentiâ ſpecificâ *dæmonialitatis* à beſtialitate, ut gravitas illius percipiatur in ordine ad pœnam, de quâ principaliter nobis tractandum eſt, neceſſarium eſt inquirere, quotupliciter *dæmonialitas* accidat. Non deſunt, qui ſibi nimìs ſcioli negant, quod graviſſimi Auctores ſcripſere, & quod quotidianâ conſtat experientiâ, Dæmonem ſcilicet tùm incubum tùm ſuccubum, non ſolùm hominibus, ſed etiam brutis carnaliter coniungit: ajunt proindè, eſſe hominum imaginationem, phantaſmatibus à Dæmone perturbatis læſam; ſeù dæmoniaca eſſe præſtigia; ſicuti etiam Sagæ, ſivè Stryges ſolâ imaginatione, perturbatâ à Dæmone, ſibi videntur aſſiſtere ludis, choreis, conviviis, & conventibus nocturnis, & carnaliter Dæmoni commiſceri; nullo verò reali modo deferuntur corpore ad ejuſmodi loca, & actiones, prout textualiter dicitur in quodam Capitulo, ac duobus Conciliis. (10)

10 Sed non negatur, quin aliquandò Mulierculæ, illuſæ à Dæmonibus, videantur nocturnis Sagarum ludis corporaliter intereſſe, dùm tamen ſolâ imaginariâ viſione ipſis hoc accidit; ſicut etiam in ſomnis videtur nonnullis cum fœminâ aliquâ concumbere, & ſemen verè excernitur, non tamen concubitus ille realis eſt, ſed tantùm phantaſticus, paratus non rarò per illuſionem diabolicam, & in hoc veriſſimum eſt, quòd habent citatum Capitulum, & Concilia. Sed hoc non ſemper eſt; ſed ut in pluribus, corpore deferuntur Sagæ ad ludos nocturnos, & verè carnaliter corpore coniunguntur Dæmoni; & Malefici non minùs Dæmoni ſuccubo miſcentur, & hæc eſt ſententia Theologorum, & Jure conſultorum Catholicorum, quos abundè citat *Frater Franciſcus Maria Guaccius* in ſuo libro, intitu lato *Compendium maleficarum*; (11) quæ ſen-

(5) *Summ. Armill. V. luxuria. n 5. Iabien. eo. n. 6. Aſten. lib. 2. Tit. 46. art. 7. Caramuel. Theol. Fundament.*

(6) *Filliuc. Tom. 2. cap. 8. Tr. 30. Queſt. 3 n. 142. Creſpin. à Borg. queſt. Moral. Select. Contr. Caramual. Queſt 5. per tot. Sabell. Summ. diverſ. tract. §. Sodomia n. 2. V. Qualiter ſodomia.*

(7) *Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. D. Th. in 4. Diſt. 16. q. 3. art. 2. Vaſqu. Q. 91. art. 1. Dub. 2. n. 6. Reginal. Valenz. Medin. Zerola. Peſant. Sagr. Sot. Pitigian. Henriquez apud Bonac. de Sacr. Diſp. 5. Q. 7. ſect. 2. Punt. 2. §. 3. Difficult. 3. n. 5.*

(8) *D. Th. 22. Queſt. 91. art. 2. & Q. 95. art. 4. in corp.*

(9) *Caiet. ad 2. 2. Q. 114. art. 11. §. Ad tertium. in fin.*

(10) *cap. Epiſcop. 26 q. 5 Concil. Ancyran. cap. 34. Conc. Roman. 4. ſub Damaſ. cap. 5. apud Laura Epitom. V. Saga.*

(11) *Grilland. Remig. Petr. Damian. Sylveſt. Abulen. Caret. Alphonſ. à Caſtr. Sixt. Senen. Creſpet. Spine. Anani. apud Guacc. Compend. Malefic. cap. 15. V. Altera quam veriſſimam. fol. m. 59. lib. p.*

Digitized by Google

confirmatur decem, & octo exemplis, ibidem allatis, relatis per viros doctos, & veridicos, de quorum fide ambigendum non eſt, quibus probatur, maleficos, & ſagas corporaliter ad ludos convenire, & cum Dæmonibus ſuccubis,& in cubis corporaliter turpiſſimè cōmiſceri. Et prò omnibus ſufficere debet auctoritas *Divi Aug.*, qui loquens de concubitu hominum cum Dæmonibus, ſic ait. (12) *Et quoniam creberrima fama eſt, multique ſe expertos, vel ab eis, qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non eſt, audiviſſe, confirmant, Sylvanos, & Faunos, quos vulgò Incubos vocant, improbos ſæpè extitiſſe mulieribus, & earum appetiſſe, & peregiſſe concubitum: Et quoſdam Dæmones, quos Duſios Galli nuncupant, hanc aſſiduè immunditiam, & tentare, & efficere plures, taleſque aſſeverant, ut hoc negare impudentia videatur.* Hæc Auguſtinus.

11 Prout autem, apud diverſos Auctores legitur, & pluribus experimentis comprobatur, duplici modo Dæmon homini carnaliter copulatur; uno modo, quo Maleficis, & Sagis jungitur; alio modo, quo aliis hominibus minimè Maleficis miſcetur.

12 Quantùm ad primum modum, non copulatur Dæmon ſagis, ſeù Maleficis, niſi præmiſsâ ſolemni profeſſione, quâ iniquiſſimi homines Dæmoni addicuntur, quæ profeſſio, ut ex variis Auctoribus, referentibus confeſſiones ſagarum, judiciales in tormentis factas, collegit *Frāciſcus Maria Guaccius*, (13) conſiſtit in undecim ceremoniis.

13 Primò ineunt pactum expreſſum cum Dæmone, aut alio Mago, ſeu Malefico, vicem Dæmonis gerente, & Teſtibus præſentibus, de ſervitio diabolico ſuſcipiendo: Dæmon verò, vice verſâ, honores, divitias, ac carnales delectationes eis pollicetur. (14)

14 2. Abnegant catholicam fidem, ſubducunt ſe obedientiæ Dei; renuntiant Chriſto; & protectioni *B. Virg. Mariæ*, ac Eccleſiæ omnibus Sacramentis. (15)

15 3. Proiiciunt à ſe Coronam, ſeu Roſarium *B. M. V.* Chordam *S. P. Franc.*; aut Corrigiam *S. Auguſtini*; aut Scapulare *Carmelitarum*, ſicquod habent; Crucem, Medaleas, Agnos Dei, & quidquid ſacri, aut benedicti geſtabant, & pedibus ea proculcant. (16)

16 4. Vovent in manibus Diaboli obedientiam, & ſubiectionem; ſibi præſtant homagium, & vaſſallagium, tangendo quoddā volumen nigerrimum. Spondent, quòd nunquàm redibunt ad fidem Chriſti; nec Dei præcepta ſervabunt: nec ulla bona opera facient; ſed ad ſola mandata Dæmonis attendent; & ad conventus nocturnos diligenter accedent. (17)

17 5. Spondent ſe enixè curaturos, & omni ſtudio, & ſedulitate procuraturos, adducere alios mares, ſeu fœminas ad ſuam ſectam, & cultum Dæmonis. (18)

18 6. Baptizantur à Diabolo ſacrilego quodam baptiſmo, & abnegatis Patrinis, & Matrinis Baptiſmi Chriſti, & Confirmationis; & nomine, quod ſibi fuit primò impoſitum, à Diabolo ſibi aſſignantur Patrinus, & Matrina novi, qui ipſos inſtruant in arte maleficiorum; & imponitur nomen novum, quod plerunque ſcurrile eſt. (19)

19 7. Abſcindunt partem propriorum indumentorum, & illam offerunt Diabolo in ſignum homagii; & Diabolus illam aſportat, & ſervat. (20)

20 8. Format Diabolus circulum ſuper terram, & in eo ſtantes novitii malefici, & ſagæ firmant juramento omnia, quæ ut dictum eſt, promiſerunt. (21)

21 9. Petunt à Diabolo deleri à libro Chriſti, & deſcribi in libro ſuo; & profertur liber nigerrimus, quem tetigerunt, præſtando homagium, ut dictum eſt ſuprà *nu. 16.* & ungue Diaboli in eo exarantur. (22)

22 10. Promittunt Diabolo ſtatis temporibus ſacrificia, & oblationes; ſingulis quindecim diebus, vel ſingulo menſe, ſaltem necem alicujus infantis, aut mortale veneficium; & ſingulis hebdomadis alia mala in damnum humani generis, ut grandines, tempeſtates, incendia, mortem animalium. &c. (23)

23 Ultimò ſigillantur à Dæmone aliquo charactere, maximè ii, de quorum conſtantiâ dubitat. Character verò non eſt ſemper ejuſdem formæ, aut figuræ; aliquandò enim eſt ſimile veſtigio leporis; aliquandò pedibufonis; aliquandò araneæ; vel catello, vel gliri. Imprimitur autem in locis corporis magis occultis, viris quidèm aliquandò ſub palpebris, aliquandò ſub axillis; aut labiis, aut humeris; aut ſede imâ; aut alibi: mulieribus autem plerunque in mammis, aut locis muliebribus. Porrò ſigillum, quo talia ſigna imprimuntur, eſt unguis Diaboli. *Quibus* peractis, ad inſtructionem magiſtrorum, qui novitios initiarunt, hi promittunt denuò, ſe nunquàm *Euchariſtiam* adoraturos; iniurioſos Sanctis omnibus, & maximè *B. V. M.* futuros, cunculcaturos, ac conſpurcaturos ſacras Imagines, Crucem, & Sanctorum reliquias, nunquàm uſuros Sacramentis, aut ſacramentalibus, niſi ad maleficia; integram confeſſionem ſacramentalem Sacerdoti nunquàm facturos; & ſuum cum Dæmone commercium ſemper celaturos. Et Diabolus viciſsìm pollicetur, ſe illis ſemper præſtò futurum; in hoc mundo votis eorum ſatisfacturum; & poſt mortem illos eſſe beaturum. Sic peractâ profeſſione ſolemni, aſſignatur ſingulis illorum Diabolus, qui appellatur *Magiſtellus*, cum quo in partes ſecedunt, & carnaliter commiſcentur, illo quidèm in ſpecie fœminæ, ſi initiatus eſt vir; in formâ autem viri, & aliquandò Satyri; aliquandò Hirci, ſi fœmina eſt ſaga profeſſa. (24)

24 Quòd ſi quæratur ab Auctoribus, quomodò poſſit Dæmon, qui corpus non habet, corporalem commiſtionē habere cum homine? Reſpondent communiter, quòd Dæmon aut aſſumit alterius hominis maris, aut fœminæ (juxtà exigentiam) cadaver; aut ex mixtione aliarum materiarum effingit ſibi corpus, quod movet, & mediante quo homini unitur. Et ſubdunt, quandò fœminæ gaudent imprægnari à Dæmone, quod non fit, niſi in gratiam fœminarum, hoc optantium, Dæmon tunc ſe transformat in ſuccubam, & juncta homini ſemen ab eo recipit; aut per illuſionem nocturnam, in ſomnis procurat ab homine pollutionem; & ſemen prolectum in ſuo nativo calore, & cum vitali ſpiritu conſervat, & incubando fœminæ infert in ipſius matricem, ex quo ſequitur conceptio, ità multis citatis docet *Guaccius*. (25) qui prædicta multis exemplis, deſumptis à variis Doctobus, confirmat.



[12) *D. Auguſtin. lib. 15. de Civit. Dei, cap. 23.*
[13) *Guacc. Compend. Maleficar. cap. 7. per tot. lib. p.*
(14) *Guacc. loc. cit. fol. m. 34.*
(15) *Guac. loc. cit.*
(16) *Guac. loc. cit. fol. 35. & Grillandus.*
(17) *Guac. loc. cit. fol. 36.*
(18) *Guac. loc. cit.*
[19) *Guac. loc. cit.*
(20) *Guac. loc. cit. fol. 38.*
(21) *Guac. loc. cit.*
(22] *Guacc. loc. cit. fol. 39.*
(23) *Guacc. loc. cit. fol. 40.*
(24) *Guacc. loc. cit. fol. 42. & 43.*
(25) *Guacc. lib. p. cap. 12. per totum.*

Digitized by Google

hominibus, fœminis, aut maribus, à quibus nec honorem, nec ſacrificia, oblationes, maleficia &c. (quæ à ſagis, & Maleficis, pròut ſuprà dictum eſt, prætendit) recipit; ſed oſtendens deperditè amorem, nil aliud appetit, quàm carnaliter commiſceri cum iis, quos amat. Multa ſunt de hoc exempla, quæ ab Auctoribus referuntur, ut *Menippi Lycii*, qui fuit ſollicitatus à quadam fœminâ, ad ſibi nubendum, pòſt quàm cum eâ multociès coivit; & detecta fœmina quæ nàm eſſet à quodam Philoſopho, qui convivio nuptiali intererat, & *Menippo*, dixit illam eſſe *Empuſam*, puta, Dœmonem ſuccubam, ſtatim ejulans evanuit, pròut narrat *Cœlius Rodiginus*. (26) Pariter adoleſcens quidam *Scotus* à Dœmone ſuccubâ, gratiſſimâ omnium, quas vidiſſet, formâ, quæ occluſis cubiculi foribus, ad ſe ventitabat, blanditiis, oſculis, amplexibus, per multos menſes fuit ſollicitatus, ut ſecum coiret, ut ſcribit *Hector Boethus*, (27) quod tamen à caſto juvene obtinere non potuit. Et quod ſupremum addit calculum, circà hoc eſt authoritas Sacræ ſcripturæ *Tob. 6. v. 14. & 15.* ubi *Tobias* junior *Angelo Raphaeli*, qui ipſi ſuaſerat nuptias cum *Sarâ* Filiâ *Raguelis, reſpondit. Audio, quia tradita eſt ſeptem viris, & mortui ſunt: ſed & hoc audivi, quià Dæmonium occidit illos; Timeo ergò, nè fortè, & mihi hæc eveniant.* Huc uſque editio vulgata; ſed Græca translatio ità addit. *Quoniam Dæmonium amat ipſam, quòd injuriâ non afficit quenquam, præter accedentes ad eam.* Ex quo textu apparet amor Incubi ergà Saram, qui etiam ex Zelotypiâ, ac rivalitate, accedentes ad eam, ut ipſius amplexu potirentur, enecabat.

26 Similiter multas fœminas legimus, ab Incubo Dæmone expetitas ad coitum; ipſiſque repugnantibus facinus admittere; precibus, fletibus, blanditiis, non ſecùs ac perditiſſimus amaſius, procuraſſet animum ipſarum demulcere, & ad congreſſum inclinare; & quàmvis aliquotiès hoc eveniat ob maleficium, ut nempè Dæmon, miſſus à maleficis, hoc procuret; tamen non raró Dæmon ex ſe hoc agit, ut ſcribit *Guaccius*, (28) & non ſolùm hoc evenit cum mulieribus, ſed etiam cum equabus, cum quibus commiſcetur; quæ, ſi libenter coitum admittant, ab eo curantur optimè, ac ipſarum jubæ variæ artificioſis, & ineſtricabilibus nodis texuntur; ſi autem illum averſentur, eas malè tractat, percutit, macras reddit, & tandem necat, ut quotidianâ conſtat experientiâ.

27 Et quod mirum, & pœnè incapibile eſt, tales Incubi, (qui Italicè vocantur *Folletti*, Hiſpanicè *Duendes*, Gallicè *Folet*) nec Exorciſtis obediunt; nec ad exorciſmos pavent; nec res ſacras reverentur, ad earum approximationem timorem oſtendendo, ſicuti faciunt Dæmones, qui obſeſſos vexant. Quantùmvis enìm maligni Spiritus ſint obſtinati, nec parere velint Exorciſtæ præcipienti, ut exeant à corporibus, quæ obſident, tamen ad prolationem *S.S.* nominis *Ieſu*; aut *Mariæ*, aut aliorum verſuum Sacræ Scripturæ; impoſitionem Reliquiarum, maximè ligni *S. Crucis*; approximationem ſacrarum imaginum ad os obſeſſi, rugiunt, ſtrident; frendent, concutiuntur, & timorem, ac horrorem oſtendunt; *Folletti* verò nihil horum, ut dictum eſt, demonſtrant, nec à divexatione, niſi poſt longum tempus, ceſſant.

28 Viſâ igitur differentiâ Dæmonum ſpiritualium, qui cum ſagis coeunt; & Incuborum, qui cum fœminis minimè ſagis rem habent, perpendenda eſt gravitas hujus criminis in utroque caſu.

29 In coitu ſagarum cum Dæmonibus, eò quià non fit, niſi cum apoſtaſiâ à fide, & Diaboli cultu, & tot aliis impietatibus, quæ recenſuimus ſuprà à *nu. 12. ad 24.*, eſt maximum quorumcunque peccatorum, quæ ab hominibus fieri poſſunt; & ratione tantæ enormitatis contrà Religionem, quæ præſupponitur coitui cum Diabolo, profectò *Dæmonialitas* maximum eſt criminum carnalium. Sed ſpectato delicto carnis ut ſic, & ut abſtrahit à peccatis contrà Religionem, *Dæmonialitas* redigenda eſt ad ſimplicem pollutionem. Ratio, & quidèm convincentiſſima eſt, quià Diabolus, qui rem habet cum ſagis, purus ſpiritus eſt, & eſt in termino, ac damnatus, ut dictum ſuprà fuit; proindè, ſi cum ſagis coit, hoc facit in corpore aſſumpto, aut à ſe formato, ut ſentiunt communiter Theologi: porrò corpus illud, quàmvis moveatur, non tamen vivens eſt; ſequitur ergò, quòd cojens cum tali corpore, ſivè mas, ſivè fœmina fuerit, idem delictum committit, ac ſi cum corpore inanimato, aut cadavere coiret, quod eſſet ſimplex mollities, ut aliàs (29) demonſtravimus. Verum eſt, quod ut obſervavit etiam *Caietanus* (30), talis coitus affectivè poteſt habere deformitates aliorum criminum, juxtà corpus à Diabolo aſſumptum, & vas; ſi enim aſſumeret corpus virginis conſanguineæ, aut ſacræ, affectivè eſſet tale crimen inceſtus, aut ſacrilegium; & ſi in figurâ bruti coiret, aut in vaſe præpoſtero, evaderet beſtialitas aut ſodomia.

30 In coitu autem cum Incubo, in quo nulla habetur qualitas, vel minima criminis contrà Religionem, difficile eſt rationem invenire, per quam tale delictum beſtialitate, & ſodomiâ graviùs eſſet. Siquidèm gravitas beſtialitatis præ ſodomiâ, pròut ſuprà (31) diximus, conſiſtit in hoc, quòd homo vilificat dignitatem ſuæ ſpeciei, jungendo ſe cum bruto, quod eſt ſpeciei longè inferioris ſuâ. In coitu autem cum *Incubo* diverſa eſt ratio: nàm *Incubus*, ratione ſpiritus rationalis, ac immortalis, æqualis eſt homini; ratione verò corporis nobilioris, nempè ſubtilioris, eſt perfectior, ac dignior homine, & hoc modo homo jungens ſe *Incubo* non vilificat, imò dignificat ſuam naturam; & ità, juxtà hanc conſiderationem, *Dæmonialitas* nequit eſſe gravior beſtialitate.

31 Tamen gravior communiter cenſetur; & ratio, meo videri, poteſt eſſe, quià peccatum contrà Religionem eſt quævis communicatio cum Diabolo, ſivè ex pacto, ſivè non; puta, habendo cum eo conſuetudinem, aut familiaritatem; ſeù ab eo petendo auxilium, conſilium, favorem; aut ab ipſo quærendo revelationem futurorum, relationem præteritorum, abſentium, aut aliàs occultorum &c. hujuſmodi autem homines, ſeù mulieres concumbendo cum *Incubis*, quos neſciunt animalia eſſe, ſed putant eſſe Diabolos, contrà conſcientiam erroneam delinquunt; & hoc modo ex conſcientiâ erroneâ, ità peccant cum ſe jungendo, ac ſi cum Diabolis coirent; undè & gravitatem ejuſdem delicti incurrunt.

# Probatio.

## *S V M M A R I V M.*

*32 De probatione criminis Dæmonialitatis, diſtinguẽdũ eſt.*
*33 Indicia probantia coitum Sagæ cum Diabolo*

34 *Indi-*

(25) *Guacc. lib. p. cap. 12. per totum.*
(26) *Cœlius Rodig. Antiq. lectio. lib. 29 cap. 5.*
(27) *Hect. Boeth. Hiſtor. Scotor. lib 8.*
(28) *Guacc. Comped. Malefic. lib. 3. cap. 8.*
(29) *Tract. eo. §. Mollities. n. 13.*
(30) *Caiet. ad 2. 2. Queſt. 154. Art. 11. §. Ad tertium.*
(31) *§ Beſtialitas. n. 6.*

Digitized by Google

*34 Requiritur confeſſio ipſius malefici ad plenam probationem.*

*Indicia, quæ poſſunt dare locum torturæ Malefici ſuſpecti.*

*35 Hiſtoria de Moniali, habente conſuetudinem cum Incubo.*

*36 Si adſint indicia viſa in recitatâ hiſtoriâ, poteſt ad torturam deveniri*

32 QUantum ad probationem hujus criminis attinet, diſtinguendum eſt de Dæmonialitate, puta, vel ejus, quæ à Sagis, ſeù Maleficis fit cum Diabolis; ſive de eâ, quæ ab aliis fit cum Incubis.

33 Quòd ad primam, probato crimine pacti, facti cum Diabolo, probata remanet *Dæmonialitas* ex conſequentiâ neceſſariâ; nàm ſcopus tùm Sagarum, tùm Maleficorum in ludis nocturnis, ultrà convivia, & choreas, eſt hujuſmodi infamis congreſſus; aliter illius criminis nullus poteſt eſse Teſtis, quià Diabolus, qui Sagæ viſibilis eſt, aliorum occulos effugit. Verum eſt, quòd aliquoties viſæ ſunt mulieres in ſylvis, agris, & nemoribus, ſupinæ jacentes, ad umbilicum tenùs denudatæ, & juxtà diſpoſitionem actus venerei, divaricatis, & adductis cruribus, clunes agitare, pròut ſcribit *Guaccius*. (32) Tali caſu emergeret ſuſpicio vehemens talis criminis, dũmodò eſset aliundè adminiculata, & crederem talem actum, per Teſtes ſufficienter probatum, ſufficere Judici ad indagandam tormentis veritatem; & hoc maximè, ſi poſt aliqualem moram in illo actu, viſus fuiſset à muliere elevari quaſi fumus niger, & tunc mulierem ſurgere; pròut ibidem ſcribit *Guaccius*; talis enim fumus, aut umbra, Dæmonem fuiſse concumbentem cum fœminâ, inferre poteſt. Sicut etiam, ſi mulier viſa fuiſset concubere cum homine, qui poſt actũ de repéte evanuit, ut non ſemel accidiſse, idẽ Auctor ibidẽ narrat.

34 Cæterùm, ad probandum concludenter aliquem eſse Maleficum, ſeù Maleficam, requiritur propria Confeſſio, nullus enim haberi poteſt de hoc Teſtis, niſi fortè ſint alii Malefici, qui in judicio deponunt de complicibus; ſed quià ſocii criminis ſunt, eorum dictum non concludit, nec etiam ad torturam ſufficit, niſi alia extent indicia, puta, ſigillum Diaboli impreſſum in eorum corpore, pròut diximus ſuprà *num.* 23., & dicemus *Tit.* 8. §. 6. *Sortilegium*; & in eorum domibus, factâ perquiſitione, inveniantur ſigna, ac inſtrumenta artis diabolicæ, ut oſsa mortuorum, præſertim calvariam, crines artificioſè contextos; nodos plumarum intricatos; alas, aut pedes, aut oſſicula veſpertilionum, aut bufonum, aut ſerpentium; ignotas ſeminum ſpecies; figuras cereas; vaſculos plenos incognito pulvere; aut oleo, aut unguentis, minimè notis &c., ut ordinariè contingit reperiri à Judicibus, qui, acceptâ accuſatione de hujuſmodi Sagis, ad capturam, & domus viſitationem deveniunt, ut ſcribit *Delbene*. (33)

35 Quantùm verò ad probationem congreſsus cum Incubo, par eſt difficultas; non minùs enim Incubus, ac alii Diaboli effugiunt, quandò volunt, viſum aliorum, ut videri ſe faciunt à ſolâ amaſiâ. Tamen non rarò accidit, quòd etiam, niſi ſint Incubi modò ſub unâ, modò ſub aliâ ſpecie in actu carnali cum mulieribus. In quodam Monaſterio (nomen eius, & Vrbis taceo, nè veterem ignominiam memoriæ refricem) quædam fuit Monialis, quæ cum aliâ Moniali, quæ Cellam habebat ſuæ contiguam, ſimultatem ex levibus cauſis, ut aſsolet inter Mulieres, maximè Religioſas, habebat. Hæc ſagax in obſervando quaſcunque actiones Monialis, ſibi adverſæ, per plures dies vidit, quòd iſta in diebus æſtivis, ſtatim à prandio non ſpatiabatur per viridarium cum aliis, ſed ab iis ſequeſtra, ſe retrahebat in Cellam, quam ſerâ obſerabat. Obſervatrix igitur æmulâ curioſitate inveſtigans, quid tali tempore illa facere poſset, etiam ipſa in propriam Cellam ſe recipiebat; cœpit autem audire ſubmiſsam quaſi duorum inſimul colloquentium vocem, (quod facile erat, nàm Cella parvo ſimplicis, ſcilicet lateris unius, diſterminio dividebatur) mox ſonitum popyſmatum, concuſſionis lecti, gannitus, ac anhelitus, quaſi duorum concumbentium; undè aucta in æmulâ curioſitate, accuratiùs ſtetit in obſervatione, ut ſciret, quinam in illâ Cellâ eſsent. Poſtquàm autem per tres vices vidit, nullam aliam Monialem egreſsam è Cellâ illâ, præter æmulam, dominam Cellæ, ſuſpicata eſt, Monialem in Camerâ abſconditum aliquem virum, clanculùm introductum retinere; undè & rem detulit ad Abbatiſsam, quæ conſilio habito cum Diſcretis, voluit audire ſonitus, & obſervare indicia, relata ab accuſatrice, nè præcipitanter, & inconſideratè ageret. Abbatiſſa igitur cum Diſcretis ſe receperunt in Cellam obſervatricis, & audierunt ſtrepitus, & voces, quas accuſatrix detulerat. Factâ igitur inquiſitione, àn ulla Monialium potuiſſet ſecum in illâ Cellâ clauſa eſſe, & reperto, quod non; Abbatiſsa cum Diſcretis fuit ad oſtium Cellæ clauſæ, & pulſato fruſtrà plurièsoſtio, cùm Monialis nec reſpondere, nec aperire vellet; Abbatiſsa minata eſt, ſe velle oſtium proſterni facere, & vecte aggredi opus fecit à quâdam converſâ. Tunc aperuit oſtium Monialis, & factâ perquiſitione, nullus inventus eſt in Camerâ. Interrogata Monialis cum quonam loqueretur, & de causâ concuſſionis lecti, anhelituum &c. omnia negavit. Cum verò res perſeveraret, accuratior, ac curioſior reddita Monialis æmula perforavit tabulas lacunaris, ut poſset Cellam introſpicere; & vidit elegantem quendam juvenem cum Moniali concumbentem, quem etiam eodem modo ab aliis Monialibus videndum curavit. Delatâ mox accuſatione ad Epiſcopum, ipsâque Moniali omnia negante, tandem metu tormentorum comminatorum adacta, confeſsa eſt, ſe cum Incubo conſuetudinem habuiſse.

36 Quandò igitur adeſſent talia indicia, ſicut in recitatâ hiſtoriâ intervenerunt, poſſet utique in rigoroſo examine Rea conſtitui; ſinè tamen ejus confeſſione, non cenſendum eſt delictum plenè probatum, quantùmvis à Teſtibus viſus fuiſset congreſſus; ſi quidèm aliquandò accidit, quòd Diabolus ut infamiam alicui innocenti pararet, præſtigioſè talem concubitũ repræſentaverit. Undè in his caſibus debet Judex Eccleſiaſticus eſse perfectè oculatus.

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

*37 De pœnis Sagarum, remiſſive.*

37 QVantùm ad pœnas *Dæmonialitatis*, nulla lex Civilis, aut Canonica, quam legerim, reperitur, quæ pœnam ſanciat contrà crimen hujuſmodi. Tamen, quià crimen hoc ſupponit pactum, ac ſocietatem cum Dæmone, ac apoſtaſiam à fide, ultrà veneficia, atque alia infinita propèmodum damna, quæ à Maleficis inferuntur, regulariter extrà Italiam, ſuſpendio, & incendio punitur. In Italiâ autem, rariſſimè traduntur hujuſmodi Malefici ab Inquiſitoribus Curiæ ſæculari. Sed quià de delicto §. *Sortilegium* tractabitur, illùc lectorem remittimus.

TITV-

(32) *Guacc. Compend. Maleficar. lib.* 1. *cap.* 12. *V. ſciendum eſt ſæpiùs. fol.* 65.

(33) *Delben. de Offi. S. Inquiſ. Par.* 2. *Dub.* 206. *nu.* 7.

Digitized by Google

# TITVLVS QVINTVS

# DE

# Delictis Verbalibus

*SUMMARIUM.*

1 *Alphabetum de vitiis linguæ traditur*
*Homo linguâ peccat in Deum, in proximum, & in ſeipſum.*
*Lingua univerſitas iniquitatis.*
*D. Baſilii ſententia de linguâ.*
*D. Bernardi, & Gregorii Nazianzeni de lingua malis ſententia.*
*Linguâ peccatur tùm tacendo, tùm loquendo.*
*Delicta linguæ judicialiter punibilia enumerantur;*

1\. ABſolutâ tractatione de Delictis contrà vota eſſentialia Religionis, aggredimur delicta, quæ à perverſitate *Linguæ* oriuntur. Ea autem tàm multa ſunt, ut ex iis integrum alphabetum pangi poteſt, ut ſcribit *Balthaſar Paes luſitanus* (1), qui ait, quòd illa ſunt *Adulatio, Blaſphemia, Calumnia, Detractio, Excuſatio in peccatis, Falſum teſtimonium, Gloriatio vana, Hæreſis, Ineptia, Ludibrium, Murmuratio, Nugæ, Otioſa verba, Periurium, Querela, Rixa, Suſurratio, Taciturnitas vitioſa, Vituperatio.* Proindè, profundè quidèm *D. Iacobus Apoſtolus* in ſuâ Epiſtolâ Canonicâ (2) vocavit *Linguam, Univerſitatem iniquitatis*; nàm, ut ait *D. Thomas* per *Linguam* peccat homo contrà Deum, blaſphemando, ac pejerando: contrà proximum detrahendo, conviciando: contrà ſe ipſum jactando, & in malo gloriando; & ſic evacuat omnia bona. Undè *D. Baſilius* (3) ait, *Vita noſtra referta eſt linguæ delictis. Turpiloquio, inurbanitate, ſtultiloquio, & quæ non conveniunt; detractione, otioſo ſermone, periurio, falſis teſtimoniis. Hæc mala omnia, & adhùc illis plura ſunt linguæ opera.* Et mellifluus *Bernardus* (4). *Quis numeret quantas modicum linguæ membrū contrahat ſordes? Quàm multiplex in labiis incircūciſis immunditia copuletur? Quàm ſit gravis pernicies oris incircumſpecti?* Ea omnia eloquentiſſimè expendit D. Gregorius Nazianzenus *Orat. in Quadrag. jejun. ſilent.* quæ exſcribere noſtri inſtituti non eſt. Non omnia autem *Linguæ* delicta ad forum contentioſum reducuntur; proindè non de omnibus agere in hoc *Titulo* decrevimus, ſed ſolùm de gravioribus, quæ ex legum placitis judicialiter vindicantur. Et quià dupliciter contingit peccare *Linguâ*, nempè tacendo, quæ loqui debent, & loquendo, quæ tacere convenit, de nonnullis Criminibus, ad has duas ſpecies delinquendi, ſpectantibus loquemur; & quàmvis de aliquibus eorum non fiat regulariter judicialis inquiſitio, tamen quià tùm de illis hæc fieri poteſt, tùm de illis loquitur *Textus* noſter, quem illuſtramus, & trademus. Hæc autem ſunt, *Omiſſio Confeſſionis Sacramentalis, Officii Divini, & Orationis publicæ, locutio obſcæna. Oblocutio de Prælatis. Depravatio Sacræ Scripturæ. Blaſphemia. Provocatio ad rixam. Minæ. Falſum teſtimonium in judicio. Calumniatio. Periurium. Revelatio ſecretorum. Sigilli Sacramentalis violatio. Libelli famoſi compoſitio, vulgatio, aut ſcriptio. Subornatio in electionibus, aut Teſtium. Suaſio mala &c.* Ex his autem nonnulla ad alios *Titulos* etiam referuntur; nonnulla ſub uno, eodemque paragrapho tractari poſſunt. Proindè commodiori, quo poſſimus, ac breviori modo, de illis trademus.

(1) *Paes in Epiſt. D. Iacob. cap. 3. ℣. 6. §. 2. init.*
(2) *Epi. Iacob. cap. 3. ℣. 6.*
(3) *D. Baſil. in Pſal. 33. ℣ 14.*
(4) *D. Bernard. Serm. de Triplic. cuſtod.*

§. I. Omiſ-

## §. I.

# Omiſſio Confeſſionis, Officii Divini, ac Orationis.

*S V M M A R I U M.*

1 *Ratio connexionis trium delictorum.*
*Homo delinquere poteſt loquendo, & tacendo.*
2 *Confeſſio Sacramentalis quandò cadat ſub obligatione.*
*Talis obligatio quandò ſit de jure Divino, & quandò de Eccleſiaſtico.*
3 *Hora Canonica quos obligent ad recitationem.*
*Moniales an teneantur ad Horas Canonicas ſub mortali, controvertitur.*
*Reſolvitur non teneri.*
4 *Oratio quandònam obliget ſub mortali ad eam faciendam.*
*Religioſi ad quas Orationes obligentur.*

1 TRia hæc delicta unico paragrapho comprehendimus, ob affinitatem materiæ, quæ tùm Divina cóncernit, tùm conſiſtit in negatione eorũ, quæ loqui debent; ſi quidèm delicta verbalia committi poſſunt, non ſolùm in loquendo, quod non decet, & committendo; ſed etiam tacendo, quòd loqui debet, & omittendo. Undè conquerebatur Propheta (1), dicens. *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum*; quem locum illuſtrans Apoſtillâ ſuâ *Nicolaus de Lyrâ*(2) ait, *ſicut polluuntur labia loquendo, quod non decet; ità polluuntur tacendo, quod decet.*

2 Primum igitur delictum eſt *Omiſſio Confeſſionis, vocalis, Sacramentalis*; ſi quidèm cum *Navarro* (3) communis Theologorum Doctrina eſt, quòd ad *Confeſſionem Sacramentalem* homo tenetur, de jure quidèm Divino in articulo mortis, & toties, quoties exiſtens in mortali peccato aliquod *Sacramentum* vult ſuſcipere, aut miniſtrare; de jure autem humano Eccleſiaſtico, ex diſpoſitione *Concilii Lateranenſis* (4) ſemel in anno. Sequitur proindè, quòd ommittens, abſquè rationabili causâ, hoc præceptum, adimplere delinquit, & puniri judicialiter debet.

3 *Recitatio autem Divini Officii* non omnes Chriſtianos tangit, ſed ad eam obligantur, juxtà Doctores (5) tantùm tria genera hominum; nempè *Sacris Ordinibus* inſigniti; *Beneficia Eccleſiaſtica* obtinentes; & perſonæ *Regulares*; & horum quidèm obligatio talis eſt, quòd, ſi recitare omittant, mortaliter delinquunt. Hoc quidèm de viris Religioſis difficultatem non habet; de fœminis autem, nempè *Sanctimonialibus*, àn ſub mortali obligentur, anceps eſt res. *Navarrus*, ſecutus *Turrecrematam* (6), opinatur, ipſas teneri, & opinionem *Navarri* communem dicit *Summa Diana.* (7) Contrariam opinionem tuentur alii, & ultrà antiquos, eam defendit ſtrenuiſſimè *Petrus Marchantius* (8), qui contrà *P. Ludovicum Bertrandum loth in reſolut. Belgic. Tract.23. de Monial.q.1.* ſolidiſſimis rationibus impugnat conſuetudinem, allatam prò unico fundamento oppoſitæ ſententiæ; & duabus Bullis Pontificiis, una quarum eſt *Eugenii Quarti*, (9) alia verò *Leonis Decimi*, probat, prædictos Pontifices declaraſſe, *Moniales Clariſſas*, & reſpectivè *Moniales, Tertiarias Clauſuratas* non teneri ſub mortali ad talem recitationem, licèt in earum Regulis habeatur præceptum de Divino Officio recitando, *ſecundùm conſuetudinem Fratrum Minorum*. Liquet autem, quòd declaratio Pontificia Bullata authentica adigit ſecurim ad radicem difficultatis, & vincit opinionem omnium Doctorum; ut proindè concludendum ſit contrariam opinionem, quàmvis communem, falſam eſſe, ſaltem prò *Clariſsis, ac Tertiariis* prædictis. Quòd, ſi prò aliis Monialibus adſint ſpeciales rationes, præter prætenſam conſuetudinem (quam allegare Doctores poſſunt, at minimè probare.) poſſunt aliter difficultatem reſolvere.

4 Quantùm verò ad *Orationes*, (quæ licèt communiter fiant, non tamen inter *Canonicas Orationes* comprehenduntur) non reperitur lex, quæ Chriſtianos obliget ad illas faciendas, aut conveniendum ad eas, dùm in Eccleſiâ fiunt: non obligantur enim fideles, niſi ad Miſſam audiendam in diebus feſtis; & quàmvis quilibet Chriſtianus, ut docet *Navarrus* (10), teneatur ſub reatu peccati mortalis orationem facere prò ſe, aut proximo ſuo, quotiès ſibi videtur, non eſſe aliam rationem conſequendi proximi, aut propriam ſalutem, quàm eam, à Deo orando; tamen talis oratio poteſt privatim, & ubi vis locorum fieri. Remanet ergò, quòd ad tales Orationes, quæ canonicæ non ſunt, & communiter in Eccleſiâ fiunt, pròut ſunt Orationes mentales &c. obligantur tantùm perſonæ Religioſæ, quæ circà illas poſſunt graviter, aut leviter delinquere, pròut ipſarum Regula, aut Conſtitutiones ſub mortali, aut veniali illas injungunt; proindè quilibet proprias leges circà hoc debet conſulere.

## Probatio.

*S V M M A R I U M.*

5 *Negligentia, ſivè Omiſsio ad aliquid faciendum, quomodò probetur.*
6 *Omiſsio, ſeù negligentia probatur indirectè.*
7 *Sacramentalis Confeſsio, ac Communio Paſchalis, cui tempori ſit alligata.*
*Quomodò probetur omiſsio Communionis Paſchalis prò Laicis.*
8 *Omiſsio Confeſsionis, & Communionis, quomodò probetur inter Regulares.*
*Regulares nequeunt confiteri, niſi Confeſſariis propriis Ordinis.*

9 Omiſ-

(1) *Iſai.cap. 6. ℣.5.*
(2) *Lyran.ad Iſai.6. ℣.5.*
(3) *Navar.in cap.Inter verba Concl.6.nu.324.& de Pœnit.Diſt.5 in Summ.num.28.& ſeqq.*
(4) *Concil.Lateranen.ſub Innoc.3.cap.22.cap.Omnis utriuſque de Pœnis & remiſſ.*
(5) *Palud.in 4.Diſt.15.q.5.col.1.& 2. S.Antonin.Par.3.Tit.13.cap.4.§.4.Turrecr.in Diſt.91.Abulen.& Major.apud Nava. de orat.cap.7.num.1.℣.Secundò dico.*
(6) *Navar.de Orat.cap.7.n.21.& ibi Turrecr.§.1.91.Diſt.art.10*
(7) *Summ.Dian.V.Horæ Canonicæ nu.12.*
(8) *Petr.Marchant.Reſolut.Caſ.30.poſt Tom.3. Tribun Sacram. edit.3.Colon.fol.125.*
(9) *Bull Ord.tui.Non.Febr.1446.in Bull.Roderic.Eug.4. Bull.31.*
(10) *Navarr.de Orat.cap.3.nu.8.& 14.*

Digitized by Google

9 *Omiſsio recitationis Divini Officii, quomodò probetur.*

10 *Negligentia ad orationem mentalem, probatu facilis.*

5 Quò ad probationem ſupradictorum delictorum, quæ in omiſſione, ſivè negligentia conſiſtunt, regula generalis eſt, quòd, ad probandam culpabilem negligentiam circà aliquid, duo probanda ſunt, nempè, quòd quis obligatus eſt ad faciendum illud, & quòd illud potuit facere, & non fecit, ut argumento quorundam jurium (11) dicunt Doctores. Nam in omni caſu, qui occurrere poteſt, probatur quis negligens fuiſſe per hoc, quià non impeditus non fecit, & non eſt uſus mediis opportunis, quibus, ad ſatisfaciendum propriæ obligationi, poterat uti. (12)

6 Quià verò negligentia, ſivè *omiſsio*, quæ negatio eſt, non eſt quid formatum, quod ſub aliquo ſenſu cadere poſſit, ſequitur, quòd nullo modo directè probari poſſit per Teſtes, iſti enim, ex vulgatis juribus, teſtificari directè non poſſunt, niſi de iis, quæ proprio ſenſu perceperunt. Hinc eſt, quòd, ſi Teſtis aſſereret ſimpliciter, & directè, aliquem fuiſſe negligentem in non faciendo aliquid, quod facere potuit, & tenebatur, ejus depoſitio eſſet vitioſa, prout docet *Innocentius, Bartolus, & Ruinus*. (13) Non tollitur autem, quòd per Teſtes indirectè quidèm, concludenter tamen, & plenè non probetur negligentia, allegando prò ratione ſui dicti, & deponendo in judicio ea, quæ cadunt ſub ſenſu, ad quæ per intellectum, ex neceſſariâ conſequentiâ ſequitur probatio negligentiæ. Et hoc modo, ſi Teſtes à me producti contrà Cajum, qui deponerent, illum non audiviſſe *Miſſam* die Dominicâ, primâ illius menſis, in probationem hujus dicti aſſererent Cajum per totam noctem, præcedentem Dominicam, uſquè ad horam vigeſimam ſecundam illius diei, fuiſſe cum Sejo, & Titio in cauponâ, vacando aleis, & vino, indirectè quidèm, ſed tamen plenè probarent negligentiam Caii in audiendâ *Miſsâ*; ex neceſſariâ enim conſequentiâ deducitur, quòd, ſi fuit in cauponâ prò toto illo tempore, in quo poteſt *Miſſa* celebrari, Cajus non potuit eſſe in Eccleſiâ, ubi, & quandò tantummodò *Miſſa* celebratur. Et advertendum eſt tùm prò Accuſatore, tùm prò Teſtibus, quòd articulando, ſivè deponendo ſuper negligentiâ alicujus circà aliquod, conteſtandæ ſimul ſunt circumſtantiæ loci, & temporis, ut fit in probatione negativæ coarctatè, ut ex jure deducitur. (14)

7 Applicando igitur hanc doctrinam ad negligentiam in ſupradictis, puta, in *Omiſsione confeſsionis, ac communionis tempore Paſchali*, recitationis Divini *Officii*, ac *Orationis* communis, liquet, quomodò in his tribus caſibus generaliter probanda ſit. Difficilior autem evadit probatio reſpectu *Confeſsionis, ac Communionis Paſchalis* ex eo, quòd iſta non limitatur ad diem, ſed, ut habet *Diana* (15), comprehenditur à *Dominicâ Palmarum*, uſquè ad *Dominicam in Albis*, & in certis locis paulò ampliùs, ità ut uſquè ad Sabbatum primum, poſt *Dominicam Pentecoſtes* extendatur. Tamen facilior redditur ex hoc, quòd in omnibus ferè Diæceſibus extant Conſtitutiones Synodales, quòd Parochi communicantibus in Paſchate dant ſchedulam teſtimonialem communionis, quam, tranſacto tempore, utili ad communicandum, juxtà morem Diæceſis, recuperant, & in libro adnotant nomen ejus, qui reſtituit, & hoc modo ſcitur, qui nam præceptum adimplevit, & qui non. Faciliter ergò videri poteſt, ſi in libro Reus prætenſus reperitur adnotatus, aut non, & ſi non reperitur deſcriptus, (dùm tamen omnes alii deſcripti diligenter reperiuntur) non probatur quidèm concludenter illius negligentia, (talis enim probatio ex inſpectione libri negativa eſt, & non concludit, quià potuit Parochus ſchedulam recuperaſse, & reddentis nomen in libro non adnotaſse.) tamen tale indicium facit, quòd transfundit in Reum onus probandi, ſe communicaſſe. Quòd ſi non probat, nec itidem probare poteſt, quòd illo anno, in alio temporè à *Paſchate* communicavit, ſufficienter probata negligentia remanet. (16)

8 Quò autem ad Regulares faciliùs probatur *Omiſsio Confeſsionis, ac Communionis*, ſi quidèm iſti, manentes in Conventu, confiteri Sacramentaliter nequeunt, niſi Confeſſariis proprii Ordinis, (n. 6.) & ex laudabili Religionum conſuetudine, Clerici ſuis Magiſtris, aut Vicario, ſicut & Laici juvenes confitentur, cæteri verò ſibi ordinarium Confeſſarium ſeligunt, quem Superiori manifeſtant; ac quilibet debet quolibet determinato à Conſtitutionibus tempore ad *Sacramentum pœnitentiæ*, ac *Euchariſtiæ* accedere. Facile ergò eſt à Confeſſariis, qui ſunt in Conventu, diſcere, an Confeſsiones Rei prætenſi audierint; itemque per Teſtes probare, quòd ad *Sacram Sinaxim*, quæ ſimul cum cæteris accipere debet, acceſſerit.

9 Pari modo probari poterit negligentia Divini *Officii*, probando per Teſtes, quòd Reus in Choro cum Reliquis non convenerit, quòd celebraturus *Miſſam* percontatus eſt à Sacriſtâ, de quonam Sancto illâ die fieret Officium, ex quo apparet, illum Matutinas preces non legiſſe; moxque, celebratâ *Miſsâ* exiiſse à Conventu ad negotia, in quibus occupatus fuit uſquè ad noctem; & reverſus ad Conventum, cœnavit, & poſt cœnam, uſquè ultrà mediam noctem in ſuâ Camerâ, ludo vacavit. Et ſi ex depoſitione omnium Fratrum conſtaret, illum nunquàm ad Chorum iviſse cum cæteris; nunquàm viſum fuiſse *Officium* legere; ac ejus Breviarium in ſuâ Camerâ, nunquàm loco motum, imò pulvere, aut ſitu obſitum, ex quo concluditur à multo tempore non fuiſſe apertum; profectò probatum remaneret, illum prò toto illo tempore *Officium* non recitaſse.

10 Negligentia verò ad orationem, probatu facillima eſt, dùm enim probatur per Teſtes, illum cum cæteris Religioſis, tempore orationis ad Eccleſiam non conveniſse, probata remanet negligentia, dummodò deponatur per Teſtes, quòd non potuit convenire ad Eccleſiam, quin ab ipſis viſus eſset, redditâ causâ concludente ſui dicti.

Pœnæ.

(11) *arg. text. in l. 3. §. Si ad diem ff. de Re milit. l. Qui commeatum ff. eo. Bald. in l. Iuris ignorantia, C. Qui admitt. Felin. in cap. Si autem nu. 3. de Reſcr. Io: Andræ, & Cravet. apud Maſcard. Concl. 1088. num. 5.*

(12) *arg. text. in cap. Licet Epiſcopus de Præben. in 6.*

(13) *Innoc. in cap. Cum cauſam de Teſt. Bart. in l. Qui teſtamento §. final. ff. de Teſt. Ruin. Conſil. 52. nu. 8. vol. 5.*

(14) *arg. cap. cum Eccleſia Sutr. de Cau. poſſ. & propr. l. Actor. C. de Probat. Gloſſ. in l. Optimam C. de Contr. & com. ſtipul. & in §. Si vero abſunt. Auth. de Hæred. & falc.*

(15) *Summ. Dian. V. Communionis neceſſitas nu. 2.*

(16) *Angles in Florib. Quæſt. de Confeſſ. Art. de Miniſtr. V. Univerſi. Roderic. Tom. 1. Quæſt. Regul. 62. art. 4. Henriq. lib. 6. de Sacram. Pœnit. cap. 6. nu. 4. apud Peyrin. de Subd. Quæſt. 1. cap. 21. V. Dicentem.*

Digitized by Google

# Pœnæ.

*SVMMARIVM.*


11 *Pœna omittentium Sacramentalem Confeſſionem, ac Communionem in Paſchate.*

12 *Verbum* careat, *quid importet.*

*Qui eſt notoriè interdictus, licèt non denunciatus, nequit ſepeliri in ſacro.*

13 *Pœna non recitantis Horas Canonicas, quæ ſit.*

14 *Regulares proprias Conſtitutiones obſervare debent.*

15 *Primum Statutum prò Minoribus de Obſervantia.*

16 *Secundum Statutum.*

17 *Tertium Statutum.*

18 *Quartum Statutum. Et prima dubitatio.*

19 *Omiſſio Confeſſionis, Officii, ac Orationis, licèt paternè caſtigetur, poteſt tamen juridicè puniri.*

20 *Secunda dubitatio.*

21 *Notabilitèr otioſi, qui dicantur.*

22 *Gradationes otioſitatis recenſentur.*

23 *Quandò contrà otioſos intret pœna Statutaria.*

24 *Tertia dubitatio.*

25 *Notabilis otioſitas poteſt eſſe etiam circà ſpiritualia.*

26 *Quarta dubitatio.*

27 *Otioſi notabiliter, quomodò puniendi à Superiore locali, ac Provinciali.*

28 *Quinta dubitatio.*

29 *Quis dicatur notabiliter negligens circà Sacramentalem Confeſſionem.*

*Dictio* notabiliter, *quid importet.*

30 *Sexta dubitatio.*

31 *Quomodò puniendus, qui per multos menſes ſacramentaliter non eſſet confeſſus.*

32 *Pœna danda inconfeſſo, ut præfertur.*

33 *Septima dubitatio.*

34 *Omiſſio Divini Officij,* aliquotiès *prætticata, quandò dicatur.*

*Dictio* aliquandiù, *quid importet.*

*Dictio* aliquotiès, *quid ſignificet.*

*Quæ pœna debeatur ei, qui* aliquotiès *omiſit recitare Officium.*

35 *Quâ pœnâ puniendus omittens recitare Officium Divinum uno die,*

*Puniendus pari pœnâ Laicus Converſus, omittens recitare Orationes in Regulâ præſcriptas.*

*Et qui Miſſam non audiret in die feſto.*

36 *Octava dubitatio.*

37 *Statutum intelligendum de oratione mentali publicâ.*

*Oratio mentalis per quantum temporis fiat in Ordine.*

*Oratio mentalis neceſſaria Viro Religioſo, ad Regula Obſervantiam.*

38 *Nona dubitatio.*

39 *Superior localis, quandò dicatur negligere* notabiliter *circà orationem mentalem, ut ſit locus privationi Officii.*

40 *Omnes Religioſi habent majorem obligationem orandi, quàm laici.*

*Religioſus, omittens orare, veniàliter ſaltèm peccat; & quarè.*

41 *Gradatio pœnarum in Subditos, omittentes orationem mentalem.*


11 POenæ ſæcularis, ſivè Clerici, ſivè Laici, omittentis Cōfeſſionem, ac Communionem in *Paſchate*, eſt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi in hoc peccato deceſſerit abſquè ſigno contritionis, eſt privatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, prout habet *Canon.* (17) Debet autem adverti, quòd, cùm interdictum in tali Canone ſit ferendæ ſententiæ, talis Cenſura non incurritur, niſi à Judice competente per ſententiam feratur; undè citari debet Reus ad dicendum, quarè non debeat tali pœnâ plecti, ſuppoſito, quòd jàm per Teſtes probata remaneat concludenter negligentia. Poteſt autem Reus ſe tueri, adducendo cauſam, in dicto Canone expreſſam, puta, quòd *de conſilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus à perceptione Sacramenti Euchariſtiæ duxerit abſtinendum*, quòd, ſi hoc probet ex depoſitione Sacerdotis, qui ejus ſacramentalem confeſſionem audivit, non erit locus cenſuræ.

12 Privatio autem ſepulturæ Eccleſiaſticæ, eſt pœna latæ ſententiæ, dicit enim Canon, *Chriſtianâ careat ſepulturâ,* quod verbum *careat,* cùm ſit verbum directum, importat pœnam latæ ſententiæ juxtà ea, quæ alibi (18) diximus, & ità etiam poſt *Tiraquellum* ſcribit *Theſaurus*, (19) qui teſtatur de communi. Illud autem, quod de mente quorundam, (quos ibi citat) ipſe ait, quòd, ſi Reus non ſit nominatim interdictus, aut ſigna pœnitentiæ, teſtificata etiam per unicum Teſtem, dederit, ſepeliri debet in ſacro; quò ad primum dictum, non facilè admiſerim. licèt enim talis nominatim interdictus non ſit, ſi tamen notorium ſit, ipſum dolosè, & culpabiliter negligentem circà Sacramenta fuiſſe, notorium ex conſequenti eſt, ipſum in mortali deceſſiſſe, notorietas enim facti ſupplet ſententiam Judicis, & ſic non debebit in loco ſacro ſepeliri. Nec enim, ut opinantur nonnulli, denegatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ità ſupponit interdictum, ut, ſi hoc latum non fuerit, non ſit locus denegationi ſepulturæ; una enim pœna eſt ſeparata ab alià, & una eſt ferendæ, alia verò latæ ſententiæ; & ex conſequenti hæc locum habet, licèt illa non fuerit inflicta. Et hoc magis patet in caſu ſimili, nàm in quadam Decretali (20) contrà Monachos proprietarios ſancitur Excommunicatio ferendæ ſententiæ, & pœna privationis ſepulturæ Eccleſiaſticæ, latæ ſententiæ; nequè tamen proprietarius ropertus, ut privetur ſepulturâ in ſacro, requirit, quòd fuerit denunciatus excommunicatus, ſed ſufficit notorietas, quòd in proprietate deceſſerit; ità eſt in caſu noſtro.

13 Pœnæ verò non recitantis *horas Canonicas*, ſi talis beneficiatus ſit, ſivè *Officium B. M. V.*, ſi tantùm penſionarius *Eccleſiaſticus*, juxtà ſancita in *Lateranenſi Concilio*, (21) & in Bullâ *B. Pij V.* reſpectivè, eſt obligatio ad reſtituendum, prò ratâ omiſſionis, fructus beneficii, ſivè penſionis; ac talis pœna ſubiri debet in conſcientiâ, antè quamvis Judicis ſententiam, eſt enim pœna conventionalis, cui ſe adſtringit *beneficiatus*, aut *penſionarius* in adeptione beneficii, ſeu penſionis, vt poſt *Layman* obſervat *Theſaurus*. (22)

14 Negligentes circà ſupradicta, Regulares juxtà ſpeciales propriarum Conſtitutionum diſpoſitiones puniendi

Nn ſunt,

(17) *Cap. Omnis utriuſque de Pœnit. & remiſſ.*

(18) *Par. 3. Tit. Proem §. Pœnæ num. 32.*

(19) *Tiraquell. in l. Si unquam. in V. Revertatur. nu. 161. & 116. de Revoc. donat. Theſ. de Pœn p. 2. V. Sacrament. c. 2. §. Nota ſecundò.*

(20) *text. in cap. Monachi. §. Qui verò de Stat. Monach.*

(21) *Concil. Lateran. ſub Leo X ſeſſ. 9. § Statuimus. Pius V. Conſt. Ex primo. apud Navar. Manual. cap. 25. num. 122.*

(22) *Layman. lib. 4. Tract. de Benef. cap. 5 § Tertium. Theſaur. V. Hor. Canonic. cap. 1. in fin.*

Digitized by Google

ſunt, & quilibet proprias leges conſulere debet. Nos Minores de Obſervantia ſequentia habemus Statuta.

15 1. *Qui inventi fuerint notabiliter otioſi, ſuffragiorum jure priventur, & gravioribus pœnis, etiam corporalibus arcendi ſunt, Provincialium, & Superiorum Localium arbitratu prò negligentiæ modo, & contumaciæ ratione.* (23)

16 2. *Qui ſinè causâ Confeſſionem ſacramentalem facere, & ſacram Eucharistiam ſumere, vel Miſſam celebrare, juxtà probatam Ordinis conſuetudinem notabiliter neglexerit, in pane, & aquâ in publico refectionis loco jejunare debet, Provincialis arbitrio, vel etiam graviùs prò indevotionis modo puniri.* (24)

17 3. *Qui Officio Divino non interfuerit, à Guardiano ſecundùm conſuetudinem Religionis puniri debet. Qui autem illud aliquotiès non recitaſſe convictus fuerit, omni ſuffragiorum jure triennió carere debet, & graviùs etiam puniri, Provincialis arbitratu.* (25)

18 4. *Notabiliter orationi deficientes, Guardiani Officio privandi: Subditi ſuffragiorum jure triennio mulctandi, ac etiam carcerandi; Superiorum arbitratu* (r). Circà quæ Statuta, prima dubitatio eſt, àn tales omiſſiones, ut potè leves, caſtigari poſſint judicialiter?

19 Reſpondeo, quòd, ex quo *Textus* (26) declarat, levia delicta à Superioribus localibus paternaliter tantùm puniri, nec de illis mentionem facit, dùm ex aliâ parte ſancit pœnas debitas, recitatis ſuprà omiſſionibus convincitur, quòd reputari non debent inter levia, ſed inter gravia, & ex conſequenti punibilia per ſententiam judicialem. Ex conſuetudine quidèm puniuntur paternaliter tantùm à Prælato, tùm Locali, tùm Provinciali; non tollitur tamen, quin ſuper his poſſit etiam judicialiter procedi. Non quidèm, quòd, ſi quis eſſet accuſatus de unâ, aut omnibus his omiſſionibus tantùm, formari deberet proceſſus, nàm ex quo conſuetudo eſt, ut paternaliter corripiantur Rei de his, non eſt cur talis conſuetudo non ſervetur; ſed ſi Reus inquiſitus de graviori crimine reperiretur delinquens etiam de his *omiſſionibus*; tùnc enim in pœnis per ſententiam infligendis, poſſet de illis haberi ratio, & juxtà *Textus* diſpoſitionem talia crimina vindicari.

20 Secunda dubitatio eſt, quinam dici poſſint notabiliter otioſi?

21 Reſpondeo, quòd, quò ad laicos Converſos habetur declaratio Statuti *Reformatorum*, (27) quod ſic cantat. *Dichiaramo, li Laici eſſer traſgreſſori di queſto precetto* (quod nempè habetur in Regula (28) de laborando, & ex conſequenti de non eſſendo notabiliter otioſi) *quandò non attenderanno all'horto, alle Queſte, all' infermeria, & alli altri uffici manuali del Convento, quali li ſaranno impoſti dall'ubbidienza.* Quò ad Clericos verò, nùmero ſequenti ſic habet; *li Sacerdoti non deſtinati alli Studij, Prediche, ò Confeſſioni, ſiano obligati ad eſſercitarſi in qualche occupatione, utile al Convento, come Sacreſtia, Caneva, horto, e ſimili.*

22 Poteſt ad hæc conſequenter dari gradatio otioſitatis in utroque ſtatu. Quò ad Laicos, ſi ægrè, aut oſcitanter ille, cui commiſſa eſt cura horti, vel coquinæ, officium ſuum gerit, faciens per Tertiarios, aut ſervitorem ſæcularem opera laborioſa exequi, contentùs ipſe ſpatiari per hortum, imperando aliis, quòd ipſe facere debet; aut inerti otio, aut loquacitati in coquinâ indulgens, officii ſui munus limitaret ad parandos abſquè ullâ diligentiâ taliter, & qualiter cibos; Quò ad Sacerdotes, ſi Miſsâ feſtinanter celebratâ, & conſuetâ pſalmodiâ contentus Sacerdos ſomno, & ventri tantùm deditus, inertes duceret alias horas, vel girovagus per Conventum de Cellâ ad Cellam, vel Officinâ ad Officinam tanquàm muſca (talem enim *S. P. Franciſcus* vocare ſolitus erat Fratrem muſcam) diſcurreret, quærens, quibuſcum confabularetur; iſti omnes dicerentur ſimpliciter *otioſi*, & puniendi eſſent à Superiore locali per flagellationes, & alia opera pœnalia, ut expreſsè habent in locis ſupracitatis Statuta *Reformata*.

23 Quòd ſi tales otioſi nihilò meliores per has pœnas effecti, in conſuetâ otioſitate torpere non deſtiterint; & Laici quidèm prætextu infirmitatis, vel imbecillitatis virium (dum tamen ex corporis habitu cõtrarium apparet) nullum laborioſum munus exercere volunt; & Sacerdotes demandata exercitia juxtà ſupradata Statuta ſubire detrectant, dici poſſunt *notabiliter otioſi*; quià ſalutares pœnitentiæ, ob otioſam vitam ſibi inflictæ, ſuccedunt loco monitionis, quam adhibendam præſcribunt Statuta *Reformata*. (29)

24 Tertia dubitatio circà idem Statutum eſt, An *notabiliter otioſus* poſſit dici tantùm, qui ſupradicta officia corporalia exequi negligit; àn veniat etiam ille, qui ſpiritualia omittit, ut qui obligatus convenire ad Chorum, ac orationem mentalem communem, hæc negligit.

25 Reſpondeo affirmativè, magis enim ad ſtudium ſanctæ orationis, quàm ad laborem corporalem obligantur Fratres: in Regulâ (30) enim dicitur *laborent* (Fratres) *fideliter, & devoté, ità quòd, excluſo otio, animæ inimico, ſanctæ orationis, & devotionis ſpiritum non extinguant.* Sequitur igitur, quòd, ſi negligentes in labore corporali, pœnâ ſtatutariâ ſunt plectendi, à fortiori puniendi ſunt, ſi ad orationem communem pariter negligentes ſint. Et hoc firmatur sãctione *Statuti Generalis Valliſoletani*, (31) quod ſic habet. *Si quis ſuæ ſalutis ità oblitus fuerit, ut ſanctæ huic Orationis exercitio, & ſtudio intereſſe, & incumbere neglexerit, ſingulis vicibus flagella, diſciplinæ nomine, coràm Fratribus, capitulariter congregatis, ſibi adhibeat. & ſi negligens fuerit, aut admonitus, in contumaciâ perſeveraverit, ſuffragiorum jure triennio careat, & Carceri etiam mancipetur, Provincialis arbitratu.*

26 Quarta dubitatio eſt, quomodò intelligendum ſit hoc Statutum, dùm ait, quòd *notabiliter otioſi* puniendi ſint, *Provincialium, & Superiorum localium arbitratu, prò negligentiæ modo, & contumaciæ ratione.*

27 Reſpondeo, quòd in hoc Statuto includuntur duo caſus, juxtà quos duo Superiores, Localis, nempè, & Provincialis, ſuâ arbitria debent regulare in puniendo Reum negligentiæ, ut præfertur, pœnis corporalibus, & jure ſuffragiorum. *Modus negligentiæ* unus caſus eſt; alius autem *ratio contumaciæ*; & ille quidèm refertur ad Superiorẽ Localem, alius verò ad Provincialem. Debet igitur referri membrum membro, & clauſula clauſulæ; ità ut *modus negligentiæ* in otioſo ſit punibilis, arbitrio Superioris localis, infligendo delinquenti pœnas corporales graves, aut graviores: *contumaciæ* verò *ratio* ſpectet, & ad Provincialẽ, qui privationem juris ſuffragiorum incutiat. Contumacia autem hìc non accipitur formaliter, & ſtrictè, nempè prò perſeverantiâ, obſtinatâ in inobedientiâ, ſed in latâ ſignificatione, puta, prò perſeverantiâ in delicto poſt adhibitam verbalem, & pœnalem etiam admonitionem, & animadverſionem. Et ſic concluditur, quòd, ſi Reus monitus, & pœnis etiam corporalibus, puta, flagellationis jeju-

(23) *Text. T. t. Applicatio. §. 5* (r) *Text. loc. cit. §. 29.*
(24) *Text loc cit §. 4.* (25) *Text. loc cit §. 2.* (26) *Text. cit. Delictorũ. §. 1*
(27) *Statut. Reform cap. 5. nu. 2.* (28) *Regul. Minor. cap. 5.*

(29) *Stat. Reform. cap. 5. num. 1.* (30) *Reg. Minor. cap. 5.*
(31) *Stat. Gen. Valliſolet. 1593. cap. 5. Tit. de Oratio. ℣. Quod ſi quis.*

Digitized by Google

jejuniorum &c. punitus perſeverat in priſtinâ inobedientiâ; Provincialis intrat ad eum priuandum jure ſuffragiorum.

28 Quinta dubitatio eſt circà ſecundum Statutum, ſuprà *num.* 16. & eſt, quinàm dici poſſit *notabiliter negligens circà confeſſionem ſacramentalem, & ſacram communionem*, vt locus pœnæ Statutariæ poſſit eſſe?

29 Reſpondeo, quòd dictio *notabiliter*, argumento eorum, quæ dicuntur in jure,(32) importat exceſſum in qualitate, ſivè in quantitate, tùm continuâ, tùm diſcretâ; ut proindè dicatur homo *notabiliter pauper*; pondus *notabiliter grave*; populus *notabiliter numeroſus*. Eruitur autem ſignificatum ejus dictionis ab exigentiâ termini, cui affigitur. Cùm igitur in hoc Statuto tractetur de frequentiâ *confeſſionis*, & *communionis*, delinquens circà hæc *notabiliter* dicendus erit is, in quo erit exceſſus negligentiæ in illis frequentandis. Quantus autem numerus *omiſſionum* requiratur ad hoc, quòd dici poſſit aliquſs *notabiliter negligere* confeſſionem, difficile eſt determinare. Dicerem tamen, quòd, cùm in Statutis Ordinis (33) jubeatur, quòd omnes Religioſi ſaltem bis in hebdomadâ ſacramentaliter confiteantur, ità ut octo vicibus ſingulo menſe ſit confitendum, qui bis omitteret ſacramentalem confeſſionem in eodem menſe, dici poſſet notabiliter negligens; ratio eſt, quià duæ omiſſiones ſunt quarta pars octo vicium, quibus quivis tenetur in menſe confiteri; ſicut ergò apud omnes Theologos Morales, quarta pars *horæ Canonicæ* eſt pars *notabilis*, ità ut eam omittens mortaliter peccaret, & ſi eſſet beneficiatus, prò ratâ fructuum beneficii ad reſtitutionem teneretur, ità duæ *omiſſiones* in caſu dicendæ eſſent pars notabilis, ob quam, ſic omittens dicendus eſſet *notabiliter negligens*.

30 Sexta dubitatio circà idem Statutum, eſt, àn, & quomodò eſſet puniendus ille, qui per multos menſes ſacramentaliter non eſſet confeſſus?

31 Reſpondeo, quòd ſuppoſito, quòd concludenter ſit probata *omiſſio*, ad aliorum exemplum Reus de hoc ſolo delicto judicialiter puniri poteſt, maximè accedentibus aliis adminiculis indevotionis, vitæ relaxatæ, parùm compoſitæ &c. Dixi *concludenter probato delicto*, nempè examinatis omnibus Confeſſariis Conventus, qui depoſuerint, ſe per totum illud tempus *Sacramentum pænitentiæ* minimè Reo miniſtraſſe; nec potente Reo probare, ſe Religioſo hoſpiti (ut non rarò accidit) fuiſſe confeſſum. Ratio reſolutionis eſt, quià, quàmvis ipſe aſſerat, ſe peccato gravi per totum illud tempus oneratam non ſenſerit conſcientiam, & proindè ad Confeſſionem non fuiſſe ſub mortali obligatum; hoc tamen illius dictum admittendum non eſt; tùm quià ex parùm religioſâ ipſius vitâ contrarium præſumendum eſt; tùm quià, ſi ceſſat prò illo caſu obligatio de jure Divino, adhùc viget obligatio de jure Statutario, obquod ſe præſentare coràm Confeſſario tenetur, & de venialibus actualibus confiteri, & in horum defectu (quod tamen vix credibile eſt, dum, ut ait Scriptura (34) *Septiès in die cadit juſtus*) de mortalibus, aut venialibus aliàs confeſſis. Proindè, cùm in Statutum commiſerit, ſtatutariâ plectendus eſt pœnâ.

32 Sed quâ? Dico, quòd ex quò Reus iſte grave ingerit ſcandalum Religioſis, maximè ſi probetur, quòd non ſolùm in eo Conventu, ſed etiam alibì, ità inconfeſſus vixerit, gravi etiam pœnâ puniendus eſt, non ſolùm per jejunia in Statuto præſcripta, ſed etiam per repetitas flagellationes, ac etiam (ſi convinceretur manſiſſe inconfeſſum per annum) per reclusionem in domo diſciplinæ. Quià tunc probatus eſſet Reus non ſolùm ordinationis ſtatutariæ, ſed etiam præcepti Eccleſiaſtici de confitendo ſaltèm ſemel in anno.

33 Septima dubitatio eſt circà tertium Statutum, datum ſuprà *num.* 17. & eſt, quem numerum importet dictio illa *aliquotiès* circà omiſſionem *recitationis Divini Officij*, ut locus ſit privationi omnis juris ſuffragiorum, aut graviori pœnæ?

34 Reſpondeo, quòd, ſicut hæc dictio *aliquandiù* ſignificat indeterminatam temporis durationem argumento eorum, quæ habentur in jure, (35) ut proindè neceſſarium ſit, quòd à Judice, juxtà exigentiam materiæ, talis duratio determinetur, ut ex jure obſervat *Albericus*, (36) & *Barboſa*; ità pariter dictio hæc *aliquotiès* importat indeterminatum numerum; & ideò in caſu, juxtà materiæ exigentiam, arbitrio Judicis committatur determinati numeri præfixio, quæ intelligentiæ legis, ſeu Statuti adaptetur. Dicerem tamen, quòd in noſtro caſu *aliquotiès* importat etiam unicam omiſſionem; tùm quià omiſſio *Officij Divini* peccatum mortale eſt, quàmvis unicâ tantùm vice eâ delinquatur; & ideò gravi pœnâ eſt Reus percellendus: tùm quià ſi ex Statutis (37) Generalibus Ordinis non conveniens cum cæteris ad Matutinas, punitur, prò primâ vice, recitatione publicâ, diductis brachiis, quinquiès *Pater*, & *Aue Maria*; prò ſecundâ, ultrà dictam pœnam, incutitur publica flagellatio; prò tertiâ, ſupradictis mortificationibus additur jejunium in pane, & aquâ, & ſi ulteriùs quis fuerit in hoc negligens, privatur per triennium jure ſuffragiorum, quantùmvis abſentia à Choro, ob ſomnolentiam, aut deſidiam, ſit tantùm venialis, á fortiori punienda venit negligentia in recitatione *Officii Divini*, quæ gravior eſt.

35 Dicerem ſecundò, probatum concludenter Reum de *omiſſione Officij* unius dici, nullâ juſtâ interveniente excuſatione, puniri poſſe flagellatione publicâ, ac jejunio; & hæc eſſet etiam pœnitentia levis: nàm, ſi hæc eſt pœna lata, ut dictum eſt, à Statuto ob trinam abſentiam à Matutinis, quæ tamen venialis eſt, à fortiori ferri debet prò negligentiâ mortali in recitatione *Officij*. Et hoc dicendum eſt de Laico Converſo, qui preces, ſibi à Regulâ præſcriptas, vice *horarum Canonicarum*, negligentiâ culpabili, ac mortali, omitteret. Et itidem pariter concludendum eſſet de illo, qui *Miſſam*, in die feſtivo de præcepto, non audiret: nàm æquè mortaliter peccarent iſti, ſicùt non recitans *Divinum Officium*. Quòd, ſi vltrà vnam vicem probata eſt negligentia, ferenda eſſet privatio triennalis juris ſuffragiorum, & ulteriùs etiam protrahenda, & gravior etiam pœna, (puta, privationis actuum legitimorum) incuti deberet, ſi tàm diuturna eſſet negligentia, ut conuinceretur quis per menſem, & ampliùs *Officium* non recitaſſe, & ſic ſacrilegè *Miſſam* celebraſſe: nàm tali caſu locus evidenter eſſet diſpoſitioni Statutariæ.



(32) *cap. Statutum §. Inſuper de Reſcript. in 6.*
(33) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 1. num. 3.*
(34) *Proverb. cap. 24. ℣. 16.*

(35) *text. in cap. Conſtitutus. De eo qui mitt. in poſſ. cap. Cum poſt de Elect. c. vnic. in fin. de Purif. poſt par. cap. final. de Reſt. ſpol. in 6.*
(36) *text. in l. p. §. final. ff. de Iur. delibe. Alber. Dictio. Aliquandiù l. per aliquant. Barboſ. dict. 18. num. 2.*
(37) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 1. num. 8.*

36 Octava dubitatio eſt circà quartum Statutum, dictum ſuprà *num.* 18., & eſt, de quâ *Oratione* intelligendum ſit hoc Statutum?

37 Reſpondeo, quòd intelligendum eſt de *Oratione mentali*, quæ ex præſcripto Statutorum Generalium apud *Obſervantes* (38) per horam, apud Reformatos verò per duas, (39) quâlibet die naturali, dimidiatim fit. Circà hanc enim Statuta omnia antiqua ultrà textum Regulæ, (40) validè ad laborarunt, ut ejus exercitium, quod à *S. P. N. Franciſco*, & verbis, & exemplo in ſui primævâ inſtitutione, in Religione inuectum eſt, iugiter conſervaretur, eò quòd ſarta, & tecta apud Religioſos erit Regulæ obſervantia, quandiù ſtudium ſanctæ Orationis mentalis inter eos conſervabitur. Ut enim ad hoc intentum habent *Statuta Valliſoletana*. (41) *Nihil ad retinendam regularis vitæ diſciplinam, & ad conſervandum, vel inſtaurandum etiam pium Religionis noſtræ Inſtitutum, magis neceſſarium arbitramur, quàm frequens S. Orationis exercitium, quo deficiente, omnia corruant, neceſſe eſt:* & pòſt pauca ſubdunt, *Nec ſanè religioſo nomine verè dignus eſt, qui ſingulis diebus ſanctæ Orationis, & devotionis ſtudio non incumbit.*

38 Nona dubitatio eſt, quomodò intelligatur *notabiliter* negligere Superior, ut ſit locus pœnæ privationis officii; & Subditus, ut puniri poſſet privatione ſuffragiorum, aut Carcere?

39 Reſpondeo, quòd, ratione mali exempli, gravior eſt negligentia Prælati, quàm Subditi; ſi enim ille non aſſiſtit orationi, Subditi, ejus exemplo, ad ſimilem negligentiam inducuntur; & ſi Prælatus abeſt, perpauci orationem frequentant. Si igitur Superior nullâ legitimâ occupatione præpeditus, ab oratione abeſt, & tempore, quo in Eccleſiâ orandum eſt, ipſe per Clauſtrum, aut hortum otioſus vagatur, aut in confabulatione cum ſæcularibus detinetur; & quod peius eſt, ſi Religioſos ab oratione fugientes vidit, & minimè corripit; & ad hæc conſuetus ſit, ità vix bis, aut ter in hebdomadâ viſus ſit, orationi cum cæteris aſſiſtere, profectò diceretur notabiliter negligens, & locus eſſet privationi officii.

40 Nec dicendum, talem negligentiam eſſe tantùm venialem; imò fortè nec venialem eſſe, cùm obligatio ad orationem mentalem ſit ſolùm ex diſpoſitione ſtatutariâ, quæ culpam, nequè venialem non importat, ſed obligat ſolummodò ad pœnam, ut habetur ex Statutis ipſis. (42) Pœnam autem privationis Officii gravem eſſe, proindè non convenire in hoc caſu. Reſpondeo enim, quòd Religioſi, ut habet *Navarrus*, (43) majorem obligationem orandi, ratione ſui ſtatus habent, quàm ſæculares; & maximè Mendicantes, & ſpecialiſſimè Minores, qui de eleemoſynis dietim vivunt; Undè, ſi ratione ſtatus Clericalis, ad horas Canonicas tenentur ex juſtitiâ, ad alias orationes prò benefactoribus obligantur ſaltem ex charitate, & gratitudine ob victum, quem ab ipſis recipiunt; undè, ſi huic obligationi non ſatisfaciunt, venialiter ſaltem peccant. Tùm quià, ut aliàs (44) diximus, quàmvis Subditi ad obſervanciam Statutorum non obligentur ſub culpâ, ſed tantùm ſub pœnâ, tamen Superiores tenentur per media conuenientia curare, ut ſerventur Statuta, quæ faciunt ad Regulæ obſervantiam, & hoc ſub mortali culpâ, ut ibidem probauimus. Tùm quià, ubi habetur clara diſpoſitio legis, pròut eſt in caſu, non eſt quærendum de ratione illius, nec de ipſius rationabilitate diſputandum; ſed illi ſimpliciter obediendum.

41 Quò verò ad Subditos, aperta habetur declaratio *Statuti Valliſoletani*, quod ſuprà dedimus, (45) à quo deſumptus fuit recitatus Textus, quæ ſic cantat. *Si quis ità ſuæ ſalutis oblitus fuerit, ut ſanctio huic Orationis ſtudio, & exercitio incumbere, & intereſſe neglexerit; ſingulis vicibus flagella, diſciplinæ nomine coràm Fratribus, capitulariter congregatis, ſibi adhibeat: Et ſi negligens fuerit; aut admonitus, in contumaciâ perſeveraverit, ſuffragiorum jure, triennio, careat, & carceri etiam mancipetur, Provincialis arbitratu.* Ex quâ declaratione habetur gradatio pœnarum, quibus compeſcenda eſt negligentia Fratrum circà orationem mentalem; arbitrio autem Provincialis commiſſa eſt declaratio de negligentiâ notabili; ac pœna privationis ſuffragiorum triennalis; & etiam domus diſciplinæ, quæ venit nomine carceris intelligenda, cùm carcer formalis non detur regulariter, niſi prò atrocioribus delictis. Nàm clauſula hæc *Provincialis arbitratu*, cùm ponatur in fine diſpoſitionis, refertur ad omnia præcedentia; cùm clauſula in fine poſita referatur ad omnia præcendentia, etiam oneroſa, & quàmvis ſint diverſa negotia, ut habetur ex jure. (46)

(38) *Stat. Gen. Ord. cap. 5. §. 2. num. 1.*
(39) *Stat. Refor. cap. 3. num. 11.*
(40) *Reg. Minor. cap. 5. in fin.*
(41) *Stat. Valliſolet. cap. 5. tit. de Oratio ℣. Quapropter ut ſancta.*

[42] *Stat. Ref. cap. 12. num. 4.*
(43) *Navarr. de Orat. cap. 7.*
(44) *Par. p. Tit. Delictorum. num. 16.*
(45) *Stat. Valliſolet. cap 5. Tit. de Oratio ℣. Quod ſi quis.*
(46) *arg. text. in cap. Inquiſitioni. Extra de Appell. Abb. in cap. Cum dilecti. num. 7. de dona. & in cap. Extirpandæ. §. Qui verò n. 18. de Præben. & dign.*



Digitized by Google

# §. II.

## Blaſphemia.

*SVMMARIVM.*

1 *Blaſphemia diffinitio.*
2 *Blaſphemia propria, ac impropria.*
3 *Diviſio Blaſphemiæ quadruplex reiicitur.*
4 *Blaſphemia ſimplex, & hæreticalis, quæ.*
5 *Contumelia fieri poteſt verbis, & factis.*
*Blaſphemare poteſt quis verbis, & factis.*
6 *Blaſphemia poteſt eſſe etiam contrà Prælatos Eccleſiæ.*
*Epiſcopalis dignitas, major Regali.*
7 *Blaſphemia eſt etiam abutendo verbis Sacræ Scripturæ.*
*Sacræ Scripturæ encomia.*
*Statuam Imperatoris conflans ad profanos uſus, eſt Reus læſæ maieſtatis.*
*Corrumpens edicta Prætoris, delinquit crimine majeſtatis.*
8 *Blaſphemia ſimplex eſt mixti fori: hæreticalis ſpectat ad ſolos Inquiſitores.*
*Laicus Iudex nequit cognoſcere de hæreſi, nec principaliter, nec ex incidenti.*
*Et hoc, nec in quæſtione facti, neque in quæſtione juris.*
*In hæreſi non ſeparatur factum a jure.*
9 *Ratio, quare blaſphemia ſimplex ſit mixti fori.*
10 *Et hoc accipiendum ità de blaſphemiâ per facta, ſicut per verba.*
11 *Blaſphemia in Prælatos Eccleſiæ poteſt eſſe ſimplex, & hæreticalis; & quomodò.*
*Tyrannus quis dicatur.*
12 *Abuſus Sacræ Scripturæ multiplex.*
13 *Exemplum abuſus illius ad oſtentandum ingenium.*
14 *Exemplum abuſus ad irriſionem phraſis Sac. Scripturæ.*
15 *Exemplum ejuſdem ad ſuadendam hæreſim.*
16 *Exemplum abuſus ejuſdem in facto.*
17 *In duobus primis exemplis talis abuſus eſt mixti fori.*
*Quandò in omnibus prædictis exemplis debet procedere ſolus Inquiſitor.*
18 *Blaſphemia hæreticalis eſt etiam ea, quæ ſonat Apoſtaſiam à fide.*
19 *Fractio ſacrarum imaginum, an ſit crimen mixti fori.*
20 *Refelluntur argumenta, quòd tale delictum ſpectet ad Inquiſitorem.*
21 *Diſtinguitur, quandò illud crimen ſit mixti fori, & quandò non.*
22 *In crimini Blaſphemiæ leges pœnales ſunt extendendæ.*
23 *Blaſphemans ex iracundiâ, mitiùs puniendus.*
24 *Advertentiæ duæ circà blaſphemantes ex iracundiâ.*
*Solitus blaſphemare ex quâvis causâ levi, puniendus eſt.*
25 *Dubium circà blaſphemum ex iracundiâ in exercitio.*
26 *Aliquâ pœnâ eſt puniendus, ſi nullam emendationem procuravit.*
27 *De aliis ſpecialibus hujus criminis, remiſſivè.*
28 *Dubium circa accuſationem blaſphemorum.*
*Opinio affirmantium accuſationis obligationem cuique ineſſe, quàmvis crimen nequeat probari.*
29 *Auctores contrarium ſentientes, & quarè.*
30 *Conciliantur ſententiæ, diſtinguendo de Blaſphemiâ.*

1 **B***Laſphemia* generaliter in ſe ſumpta diffinitur ab *Hugone de S. Victore* (1) hoc modo. *Blaſphemia eſt cum quâdam probroſâ irreligioſitate, & diminutione honoris divini vituperium, aut convitium.* Et quià in *Sanctis*, & maximè in *Beatiſſimâ, ſemperquè immaculatâ Mariâ Virgine* maximè elucet divina bonitas, & maximè benedicendus eſt Deus, juxtà illud, *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*, & *laudate Dominum in Sanctis eius*, ideò *blaſphemia* generaliter cenſetur omnis locutio Deo, ac Sanctis iniurioſa, pròut firmant communiter Doctores. (2)

2 Sub hâc generalitate comprehenditur *blaſphemia* propria, & impropria. Propria quidèm eſt, quâ divinæ majeſtati derogatur, aut eius poteſtati, aut bonitati detrahitur. Impropria autèm blaſphemia eſt omne convitium in Deum, *B. Virginem*, aut *Sanctos* prolatum, ùt pòſt nonnullos (3) docet *Covarruvias.* (4)

3 Propriam autem dividunt communiter Theologi pòſt *D. Thomam*, in attributivam, derogativam, & uſurpativam, quarum decem modos tradit *Lucas de Pænna*, (6) tamen, ut optimè advertit *Sylveſter*, (7) talis diſtinctio non eſt in diverſas ſpecies; duæ enim primæ non differunt, niſi ſecundùm affirmationem, & negationem, quæ diverſitas habitum non diſtinguit; tertia verò, dùm tribuit creaturæ, quod eſt proprium Dei, confunditur cum primâ, & ſecundâ.

4 Meliùs ergo cum *Eymerico* (8) dividi poteſt *Blaſphemia* propriè in meram, ſivè ſimplicèm, & hæreticalem. *Blaſphemia* ſimplex eſt, quæ articulis fidei non opponitur, ſed magìs charitati, reverentiæ, & cultui ipſi debito; & iſtâ, vice honoris, & gloriæ *Deo*, ac *Beatiſſimæ Virgini*, mala imprecantur, aut contumelioſis verbis afficiuntur: quorum exempla non damus, cùm propè infinitas, & inter ſe diverſas phraſes blaſphemandi, adinvenerit humana perverſitas, à Diabolo contrà honorem Dei adiuta; imò unaquæque regio proprium blaſphemandi abuſum habeat, *Blaſphemia* autem hæreticalis eſt, quæ de directo alicui articulo fidei opponitur.

5 Cum autèm *contumelia* poſſit inferri alcui verbis, aut

(1) *Hug. de S. Vict. lib de Fruct. carn & ſpirit cap 6.*
(2) *Bart. in l. apud Labeonem §. ſi adiicitur. ff de Iniur. Alex. Conſ. 233. num. 3. lib. 6. Lazar. de Blaſph. quæſt. 7. num. 19. & ſeqq. Clar. §: Blaſphemia. init. Boſſ. Tit. Inquiſitio. n. 131. in fin. Rayn. l. 1. Syntax. cap. 1 § 1. num. 124.*
(3) *Anani. in cap. 2. de Maledic. Bart. Conſ. 274. Socin. Conſ. 102. lib 1. Afflict. in Conſt. Regn. de Blaſph. col. 3. Grammat. decíſ. 50. Bart. Socin. Conſ. 119. lib. 4.*
(4) *Covarruvi. Relect. in cap. Quamvis. de Pact. Par. 2. § 7. n. 11.*
(5) *D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 1.*
(6) *Luc de Penn. in l. Omnes. Judices. col. 2. C. de Delator. lib. 10.*
(7) *Sylveſt. ſumm. V. Blaſphemia n. 3.*
(8) *Eymeric. Direct. Inquiſit. Par. 2. Quæſt. 41. n. 1. & 2.*

Digitized by Google

aut factis, (9) dicuntur quippe *contumelia* à contemnendo, & poteſt quis alium contemnere aut verbis, aut facto; hinc eſt, quòd, ſicùt *contumelia* verbalis, Deo, ac Sanctis illata, eſt *Blaſphemia*, pròut dictum eſt; ità *contumelia*, quæ factis contrà Deum, & Sanctos factis exprimitur, ad hanc materiam reducitur, pròut eſſet, ſi quis contrà ſacras Imagines expueret; aùt lapides jaceret; conſpurcaret; peſſum daret, &c.

6 Quià verò Superiores Eccleſiaſtici vicem Dei gerunt in terris, & hoc maximè *Summus Pontifex Chriſti Vicarius; Eminentiſſimi Cardinales*, qui ſunt *Catholicæ Reipublicæ Senatores; & Epiſcopi*, quorum dignitas longè ſuperat Regiam Excellentiam, ut aurum comparatum plumbo, (10) hinc eſt, quòd contumelia ipſorum dignitati illata, iniuriâ afficit Deum, quorum locum tenent. Proindè *Blaſphemia* etiàm dici poteſt omne verbum iniurioſum, aùt contumelioſum contrà *Eccleſiæ Prælatos*, & maximè *Summum Pontificem*, ut docet *Sanctorus*. (11) Et hoc maximè dicente ſcripturâ (12); *Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices*.

7 Præter hæc, aliud genus *Blaſphemiæ*, ſaltem reductivè, eſt, quandò quis Sacræ Scripturæ verbis utitur vel in ſcurrilibus, & impudicis narrationibus; vel in facetiis, aut dicacitatibus contumelioſis, aut in ſatyricis, famoſiſquè libellis, contrà expreſſum Decretum *Concilij Tridentini*; (13) Ratio eſt, quià, cùm ſacra ſcriptura ſit verbum Dei, dux vitæ, ſemita juſtitiæ, lumen fidei, ac lucerna, quæ humanæ caliginem ignorantiæ depellit, juxtà illud Pſalmi, lucerna pedibus meis verbum tuum; ipſi debetur ea reverentia, quæ Deo debetur; proindè contumeliâ afficiens Diuinam ſcripturam, eſt in Deum contumelioſus. Si enim criminis læſæ majeſtatis redditur Reus, qui Statuam Imperatoris conſecratam conflat ad prophanos uſus, ut habetur ex quodam *Digeſto* (14), & crimine falſi tenetur, qui corrumpit Edicta Principis, aut Prætoris, (15) quomodò divinæ Majeſtatis læſæ non erit Reus, qui Sacram Scripturam, in quâ divinæ Majeſtatis imago deſcribitur, & per quam æternæ ipſius voluntatis præcepta, hominibus ſervanda proponuntur, corrumpit?

8 Crimen *Blaſphemiæ* eſſe mixti fori, Doctores (16) communiter ſcribunt. Sed Ego puto, quòd hæc concluſio, univerſaliter ſumpta, falſa ſit; quandòquidèm *Blaſphemia hæreticalis* eſt vera *Blaſphemia*, & tamen ejus cognitio privativè ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum, ut Doctores (17) paſſim. Dicendum ergò, quòd diſtinguendum eſt de *Blaſphemiâ* ſimplici, & de hæreticali; iſta ſiquidèm ſpectat ad Ordinarios locorum, ac Inquiſitores, ut ex Doctoribus, modò citatis, patet; & ratio eſt, quià in materiâ hæreſis Judex laicus nec principaliter, nec ex incidenti poteſt cognoſcere, ut multipliciter cavetur in jure, (18) & hoc neque in quæſtione facti, neque in quæſtione juris, ut probat *Fagnanus* (19), quià in quæſtione hæreſis non poteſt ſeparari quæſtio facti à quæſtione juris, ut ſcripſit *Petrus Barboſa* (20) nam quæſtio facti eſt, ân dixerit verba hæreticalia; quæſtio verò juris eſt, ân dixerit cum ſcientiâ, & pertinaciâ, in quibus conſiſtit ratio formalis hæreſis.

9 Sed *Blaſphemia* ſimplex, nempè contumelioſa in Deum locutio, abſquè errore circà fidem, re verâ, eſt mixti fori, ut patet textualiter ex quâdam Decretali *Gregorii Noni*, (21) & óptimam rationem de hoc affert *Eymericus*, (22) dicens, quòd, ex quo *Papa* voluit, quòd cognitio talis Criminis eſſet ſeparata à *Blaſphemiâ* hæreticali, dictam Decretalem non poſuit ſub titulo de *Hæreticis*, ſed de *Maledicis, ac blaſphemis lib.* 5. innuens, quòd illa privativè ad Inquiſitores ſpectaret; hæc autem ad Judicem Eccleſiaſticum, & laicum communiter pertineret; & ità firmant communiter Doctores, quos cumulat *Raynaldus*. (23)

10 Et hoc accipi debet non tantùm de *Blaſphemiâ* verbali, ſed etiam de facto contumelioſo contrà ſacras imagines. Si enim quis ex iracundiâ, aut deſperatione in rabiem actus, imaginem *Crucifixi*, aut *B.V.* percuteret, ut multotiès accidit in deſperatis Aleatoribus; hoc profectò ſpectaret ad utrumque forum; eſt enim ſimplex contumelia facto illata Deo. Si autem animo pacato, datâ operâ, raderet, rumperet, tolleret, aut deleret ſacras imagines, intraret legitima præſumptio, quòd ipſe malè ſentiret de fide, teneretque cum Hæreticis, ſacras imagines non eſſe colendas; & de hoc cognoſcere ſpectaret privativè ad Inquiſitorem.

11 Pariter dici debet de *Blaſphemiâ* reductivè, puta, prolatâ contrà Superiores Eccleſiaſticos; aut per abuſum Sacræ Scripturæ. Si enim *Blaſphemia* tendit contrà Dignitatem, hoc crimen ſpectat ad Inquiſitores; ſi verò contrà perſonam, mixti fori eſt. Si enim quis blaſphemaret *Papam*, dicendo eſſe *Tirannum Epiſcoporum*, aut ſimiles contumelias, de directo militantes contrà dignitatem *Papalem*; iſte deberet utiquè à ſolo Inquiſitore puniri. Ratio eſt, quià dicendo, *Papam eſſe Tyrannum Epiſcoporum*, negaret directam poteſtatem, datam à *Chriſto Petro*, ac ſucceſſoribus ſuis; Tyrannus enim cenſetur, qui non legitimo jure, ſed per vim, Reipublicæ dominium invadens ad privatam utilitatem, cum ſævitiâ illam adminiſtrat, ut elicitur ex doctrinâ *Bartoli*, & *Cujacij*, (24) ſicut etiam, ſi aliquod blaſphemum verbum in ipſum effutiretur, per quod in *Papâ* negaretur poteſtas ferendi cenſuras; reſervandi caſus; largiendi indulgentias &c. ſi verò eſſet *Blaſphemia* convitium, aut maledictum contrà perſonam, ut dicendo, ſimoniacum, expilatorem Eccleſiæ &c. tùnc poteſt à Judice Eccleſiaſtico, & laico indifferenter procedi.

12 Similiter abuſus ſacræ ſcripturæ poteſt eſſe multiplex, & ſecundùm aliam, & aliam formam, poteſt ad aliud, & aliud forum ſpectare. Siquidèm vel poſſunt uſurpari verba ſcripturæ ad oſtentandum acumen ingenii in re lubricâ, aut ſcurrili, aut próximo contumelioſâ. Vel abuſus eſt ad irridendam ſimplicitatem phraſis ſacræ ſcripturæ, aut myſterium aliquod fidei, aut Eccleſiæ inſtitutionem. Vel abuſus eſt ad docendum, ex verbis ſcripturæ perversè detor-

(9) *arg. l. 1. ff de Iniur. & [illegible] lib. Senec. lib. de Tranquil. vit. Paul. lib. 5. ſent. Tit. 4.*

(10) *S. Ambroſ. de Dignit. Sacerd. cap. 2. & 3. Gregor. Nazianzen. Orat. 17. cap. Solitæ. de Maior. & obed.*

(11) *Sanctor. Comment. cap. 1. Stat. 1 §. 3. fol. m. 3.*

(12) *Exod. cap. 22. arg. cap. ſi vos 23. q. 5*

(13) *Concil. Trident. ſeſſ. 4. Decr. de Edit. & uſu Sacr. libr. in fin.*

(14) *l Qui ſtatuas. ff Ad leg. Jul. Maieſt.*

(15) *l. Hodie. ff Ad leg. Cornel. de falſ.*

(16) *Clar. §. Blaſphemia. V. Hoc crimen. Boſſ. tit. Inquiſitio. n. 131. in fin. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rubr. 20. n. 1. ibi Romaguer. n. 7*

(17) *Romaguer. ad ſtat. Eugub. lib. 4. Rubr. 20. nu. 9. & ibi. Parexa de Inſtr. Edit. Tit. 6. Reſol. 8. nu. 36. Sabell. ſumm. diverſ. Tract. V. Blaſphemia. n. 6. Antonel. de Regim. Eccl. lib 6. cap. 24. n. 1. Bordo. Tom. 1. cap. 26. n. 23. Severin. Fragoſ. Paſerin. in cap. Vt inquiſitionis de Heret. in 6. n. 224.*

(18) *cap. ſtatutum c. Accuſat. cap. Vt inquiſitionis §. prohibemus. innuit. Gloſ. in V. Quoquomodo. de Heret. in 6.*

(19) *Fagnan. in cap. Tuam nu. 49. Extra de Ord. Cognit.*

(20) *Petr. Barboſ. in l. Titia. n. 37. ff. ſolut. matr. Caſtropal. To. 1. Tr. 4. Diſp. 8. P. 14. n. 2.* (21) *cap. Statuimus.*

(22) *Eymeric. Direct. Inquiſit. P. 2. quæſt. 41 num. 1.*

(23) *Raynald. Syntax. c. 1. §. 1. n. 65 & ibi Sperel. Th. Conci. Vulp. Avend. Marc. Anton. Severin. & Fragoſ. de Rep. Chr. p. 1. l. 2. diſp. 4. §. 5. n. 9.*

(24) *Bart. in l. Decernimus C. de ſacr. Eccl. & in Tract. de Tirann. Cuiac. lib. 3. Obſerv. cap. 19.*

Digitized by Google

detortis, errorem manifeſtum in fide, vel moribus. Vel tandèm eſt ad producendos malos effectus per ſortilegia, incantationes, &c.

13 Exemplum primi eſt. Audivi aliquandò Nebulonem impudicum, qui dicebat ſcripturam ſacram in illis verbis *Geneſis* (25) *Adam verò cognovit uxorem ſuam Evam* duobus verbis, uno ſcilicet Hiſpanico, alio verò Gallico, unitis in illo verbo *cognovit* (compoſito ex duabus primis ſyllabis Hiſpanicè intellectis, ſed Italicè pronunciatis; & tertiâ ſyllabâ Gallicè uſurpatâ) voluiſſe exprimere, de quâ cognitione loquebatur. Hoc autem effutivit improbus ille ad oſtentãdum acumen ingenii. Obſcurus fortè videbor iis, qui peritiam Hiſpanici, & Gallici ſermonis non habent; ſed ſatiùs duxi minùs clarè, quàm minùs purè, & honeſtè loqui.

14 Exemplum ſecundi eſt. Pedagogus quidam, nauſeans omnes alios præter *Ciceronem*, ſæpè mordebat, ut ruſticum ſtylum *Moyſis*, & *Prophetarum*, aſſerens rudem in eloquentiâ *Salomonem*, ſed divinum *Tullium*; hic Amico, à ſe diſcedenti, dixit. *Cave, ne cadat aliquid de verbis tuis in terram*, volens in hoc carpere phraſim Sacr. Scripturæ, dicentis de *Samuele* (26) *Et non cecidit de omnibus verbis eius in terram*.

15 Exemplum tertii eſt, ſi quis volens ſuadere hanc hæreſim, puta, peccata non eſſe confitenda Sacerdoti, ſed Deo, ad obtinendam illorum remiſſionem, uteretur hoc verſiculo Pſalmi (27) *Dixi confitebor adverſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatē peccati mei*.

16 Exemplum quarti, ſi quis uteretur ſacris Bibliis, aut Breviario ad ſciendum futurum effectum, (ut fuit uſus apud Antiquos in carminibus *Virgilii*, fortuitò aperti, rerum futura prænoſcere per *ſortes*, quas *Virgilianas* vocabant) quem modum ſuperſtitioſum carpit *Auguſtinus*, & *Concilium Agathenſe* (28) damnat. Sivè ſi prò remediis alicujus ægritudinis, aut malum procurandum verbis ſacræ Scripturæ, oretenùs pronunciatis, aut ſcripto mandatis, uteretur.

17 In duobus primis caſibus, cognitio criminis eſſet mixti fori; ratio eſt, quià in illis nullus proditur error, nec ipſius præſumptio militat contrà fidem. Verum eſt, quòd in ſecundo caſu, ſi adeſſet conſuetudo irridendi, & carpendi ſacram ſcripturam, intraret legitima præſumptio latitantis hæreſis in ſic irridente. *Eraſmus*, qui novarum hæreſum ova peperit, quæ *Lutherus*, ac *Calvinus* excluſit, totus in hoc fuit, ut iocis, facetiiſque ſatyricis, ac ſcurrilibus Sacr. Scripturæ ſimplicitatem, ac Eccleſiaſticas Ceremonias in deriſionem poneret. Undè ejus exemplo docemur, mutare fidem in talibus, qui ex conſuetudine, divina verba, quæ debent revereri, traducunt. Et in hoc caſu cognitio ſpectaret privativè ad Judicem fidei; ſicut etiam in duobus ultimis caſibus, in quibus animus hæreticus directè, aut indirectè, ſeù interpretativè proditur.

18 Advertendum tamen eſt, quòd *Blaſphemia* hæreticalis non eſt tantùm illa, quæ militat contrà articulum fidei, negando de Deo, quod habet, & ei attribuendo, quod non habet; ſed etiam illa, quæ ſonat Apoſtaſiam à fide, ut ſcribunt *Covarruvias*, *Ròias*, *& Pegna*, (29) ut eſt, dicendo, *renego Deum*, *non credo in Deum*, *diſcredo de Deo*, *abnego fidem*, vel *Blaptiſmum*, vel *chriſma*, vel nego *Virginem Mariam*. De his ergò inquirere ſpectat ad Inquiſitores privativè. Sicut enim ſuæ privatæ cognitionis eſt directa Apoſtaſia à fide, ità ejuſdem eſt inquiſitio *Blaſphemiæ*, quæ illam ſonat.

19 Difficultas autem eſſe poteſt circà frangentes, aut deturpantes ſacras imagines, cujus nempè fori ſit tale crimen, multi enim Doctores (30) tenent hoc eſſe mixti fori, imò *Caballus*, (31) contendit ſpectare ad ſolum Judicem laicum. E contrà *Cæſar Carena*, (32) cui conſentit *Raynaldus*, (33) vult hoc ad Judicem fidei, privativè ad laicum, ſpectare, tùm quià, ſic violans ſacras imagines, videtur fateri, eas non eſſe adorandas, tùm quià non poteſt præſumi, quòd eas deturparet, niſi crederet eas non eſſe colendas; tùm quià apud Græcos effractores imaginum vocantur hæretici; tùm quià duo Rei *Bononiæ*, prò tali crimine, fuerunt ab Inquiſitore relaxati brachio ſæculari, tùm quià ità in Hiſpaniâ invaluit conſuetudo, quòd in hoc Crimine procedat ſolus Inquiſitor, ut teſtatur *Sonſa*. (34) Et huic opinioni adſtipulatur etiam *Bordonus*, (35) ob recitata motiva.

20 Sed meo videri allata motiva non cogunt. Primum enim, & ſecundum, quæ in idem reincidunt, non concludunt. Quià non minùs eſſet Hæreticus, qui negaret, aut crederet, non eſſe obſervanda mandata Dei, quàm qui negat, colendas eſſe imagines ſacras, ſi ergò quis præſumitur hoc negare, quià illas deturpat; pariter præſumendus erit, quòd neget præcepta Dei, qui ea non obſervat, & ità omne delictum ingeret præſumptionem hæreſis, & ſic ſpectabit ejus cognitio ad Inquiſitores; quod eſt falſum. Quòd apud Græcos vocentur hæretici effractores imaginum, illi nempè, qui tenent eas non eſſe colendas, & proindè frangunt, concedo, & hoc eſt etiam apud latinos, quid tùm? ergò ex fracturâ quâvis, aut iniuriâ, factâ imagini, infertur, quòd frangens eas, cenſeat, non eſſe colendas, non ſequitur. Quòd aliquotiès hoc delictum punitum ſit ab Inquiſitoribus, concedo, ſed non valet conſequentia, ergò ad ipſos ſolos ſpectat; tùm quià factum non convincit jus; tùm quià idem delictum fuit etiam punitum plurièś à Judice ſæculari, ut ex *Boerio*, *Marco*, *& Angelo* recitat *Clarus* (36) & *Torrus*; & ſi talis argumentatio, deſumpta à facto, valeret, æquè concluderet, tale crimen ſpectare privativè ad laicum, quod itidem falſum eſt. Quòd tandem talis ſit conſuetudo in Hiſpaniâ, tranſeat. Sed hæc non concludit jus univerſaliter obſervandum.

21 Dico igitur cohærenter ad dicta ſuprà *n*. 10. quòd, ſi quis animo pacato ſacras imagines frangeret, aut deturparet: & hoc maximè, ſi plurièś, & cum pluribus imaginibus hoc feciſſet, proculdubio ſuſpicionem hæreſis illo facto induceret; & tamen hoc etiam ex bono motivo aliquandò potuit pervenire, licèt factum malum ſit, ut evenit in *S. Sereno Epiſcopo Maſſilienſi*, qui cernens populum adoratione latriæ, quaſi idola, adorare imagines, ipſas confregit, quem tamen corripuit *S. Gregorius Papa*, ut habetur in quodam Canone (37). In tali caſu, omni procul dubio, Cauſa ſpectaret ad Judicem fidei privativè;

(25) *Genſ. cap. 4. V. 1.*
(26 *P. Reg. cap 3. V. 19.*
(27) *Pſalm. 31. V. 5.*
(28) *S. Auguſt. Epiſt. 119. ad Iannar. cap. Non ſtatim. 26. q. 2. Concil. Agathen. cap. 42. cap. Áliquanti. 26. q. 5.*
(29) *Covaru Relect. in cap. Quamvis. Par. 1. § 7. V. ſecundò ut ad p. n 12. Roias Tract. de Heret. Par. 2. Aſſert. 12. Pegna in direct. Inquis. Par. 2. Commens. 66. V. Quoniam verò.*

(30) *Clar. q. 68. V. Imaginem. & apud eum Angel in l. Ex ſenatus c. ff. de Sicar. Boer. Deciſ. 301. Marc. Deciſ. 50, & Afflict. Anchar. Conſ. 15. Marſil. Boiard. Simanc. Farinac. Cabal. Menoch. Franc. Ric Porr. apud Raynald. Syntax. cap. 5 §. 1. n 69.*
(31) *Caval crim. Reſolut. 91. n. 12.*
(32) *Carena. Par. 2. Tit. 7. de Blaſphemia § 7. num. 41.*
(33) *Raynald. Syntax. cap. 1. § 1. n. 71.*
(34) *Sonſa Aphoriſm. Inquiſitor. lib. 2. cap 42. n. 14. & ſeq.*
(35) *Bordon. Tribunal. ſacr. cap. 26. num. 23.*
(36) *Clar quæſt. 68. V. Imaginem. Torr. Faſcicul. rer. criminal. §. Blaſphemia. fol. 45.*
(37) *D. Gregor. Regiſtr. lib. 9. Epiſ. 9. cap. Perlatum. de Conſecr. Diſt. 3.*

Digitized by Google

vativè; & quantùmuis Reus potuiſſet bono motivo duci, tamen, quià res in ſe mala eſt, deberet Inquiſitor procedere, & Reo incumberet probare bonum motivum, quod habuit in ſic faciendo. Si verò ſemel in unam imaginem aliquis, irâ percitus, aut rabie dementatus ſic procederet; aut ob alias cauſas frangeret, eſſet cauſa mixti fori, prout diximus.

22 Speciale autem in crimine Blaſphemiæ eſt, quòd diſpoſitio legum, ac Statutorum, licèt pœnalis ſit, & ideò ſtrictè eſſet interpretanda, tamen, quià eſt divino honori favorabilis, & concernit publicam utilitatem, (per ſeveram enim punitionem unius cæteri deterrentur à blaſphemando) ipſa debet extendi, prout ſcribit *Avendagnus*. (38)

23 Speciale itidem eſt ſecundùm nonnullos, (39) quòd à crimine *Blaſphemia* iracundia non excuſat; ità ut debeat non minùs Reus puniri, ac ſi ex iræ impetu minimè fuiſſet commotus. Sed hoc non admittendum cenſeo, reſiſtente jure communi, (40) quo cavetur, quòd delinquentibus non ex dolo malo, non poteſt irrogari ordinaria pœna; & cùm accenſus iracundiâ, mentem habeat perturbatam; ideòque malo dolo delinquens non ſit, ſequitur, quòd, cùm delinquentibus ex irâ, ſint pœnæ temperandæ, ut aliàs (41) probavimus. Hoc autem ità fundatum eſt in naturali ratione, ut credam, non poſſe per leges humanas ullo modo determinari, quòd delinquens ſinè dolo, & ſinè culpâ, punibilis ſit; aut qui delinquit ex ſolâ culpâ, ſinè dolo, puniatur æqualiter, ac ſi ex dolo deliquiſſet. Quià pœna eſt delictorum coercitio, (42) proindè ubì delictum non eſt, non poteſt intrare pœna. Porrò delictum non eſt, ſi non intervenit culpa, & dolus malus, (43) ubì autem plenus uſus rationis non eſt, nequit inveniri dolus; (44) ſequitur igitur, quòd ubì eſt mentis alienatio, ſivè perpetua, ſivè ex intervallo, non poteſt habere locum poena; & ità quòd blaſphemans ex iracundiâ, punibilis non ſit, poſt *Hoſtienſem* tenent multi Doctores. (45)

24 Sed, quià doctrina hæc poſſet eſſe periculoſa, ſiquidèm Blaſphemi poſſent ſe tueri hoc brocardico, aſſerendo ſe ex irâ blaſphemaſſe, & ſic cum damno Chriſtianæ Reipublicæ pœnas evadere, duo ſunt advertenda. Primum eſt, quòd ira fuerit talis, & tanta, quòd mentem totaliter alienaverit, & quòd juſta fuerit cauſa iraſcendi, tali caſu, vera eſt recitata concluſio, & ſic blaſphemans nullâ pœnâ debet puniri, ut aliàs probavimus, (46) abeſt enim, tali caſu & dolus, & culpa. Secundum eſt, quòd Reus non habeat conſuetudinem blaſphemandi ex cauſâ iniuſtâ; puta, ſi in ebrietate, aut ludo ſolitus eſſet blaſphemare. Conceſſo enim, quòd aut ebrietas, aut ira, & deſperatio, concepta in ludo, talis fuerit, quòd mentem prò tunc alienaverint, & proindè abſuerit dolus, non tamen abſuit culpa, quià ſciens ſe in tali anfractu in *Blaſphemias* erumpere, debuit à vino immoderato, & ludo abſtinere, & quòd, ſi volens ſe poſuit in tali ſtatu, culpa non vacat, & ità debet puniri ſaltem pœnâ extraordinariâ, ut firmant Doctores. (47)

25 Quid autem, ſi in exercitio licito ex proclivitate naturæ iracundæ dementaretur irâ, & blaſphemaret; ut in conſuendo ſartor, cui abſcinditur filus, in fingendo figulus, cui vaſa franguntur &c. eſſet nè locus pœnæ, quantùmvis conſuetudo adeſſet.

26 Reſpondeo, quòd, ſi Reus diligentiam adhibuit in ſe compeſcendo ab irâ, proponendo, & propoſita renovando ſe cohibendi ab iracundiâ, in caſu, quo in ſuo exercitio conſueto, malè ſibi res ſuccedat, & ira talis ſit, quæ ipſum dementet, non eſt locus ulli pœnæ, quandòquidèm nec dolus, nec culpa adeſſet. Si nullam diligentiam, ſe temperandi ab irâ, adhibuiſſet, aliqualis culpa adeſſet, ſi quidèm tenetur per bona propoſita, ac actus contrarios perverſam naturæ inclinationem corrigere, ut dicunt Doctores, (48) quòd, ſi hoc omittit, in culpâ eſt, & aliquâ pœnâ debet percelli.

27 Multa alia ſpecialia habet hoc delictum, de quibus ſcribunt *Fab. à Monte Leone, Avendagno*, & remiſſivè ad primum *Farinacius* (49) & qui ea vult videre, prædictos adeat.

28 Dubium autem eſt, àn in crimine *Blaſphemia* teneatur quiſquis de neceſſitate accuſare? *Bajardus* ad *Clarum*, cum quo ſentit etiam *Raynaldus*, (50) dicit, quòd ſic ob multa jura, quæ ibi adducuntur, & maximè per *Conſtitutionem* 23. §. 8. *Iulii Tertii*, in quâ omnibus iniungitur hujuſmodi denunciatio. Addit *Raynaldus*, condemnationem factam ab *Alexandro Septimo* propoſitionis, quâ aſſerebatur eum, *qui non poteſt probare, non teneri ad denunciandum, quàmvis ſibi conſtaret evidenter aliquem eſſe hæreticum, & in hoc caſu neque admittendam eſſe correctionem fraternam*, ut conſtat ex *Conſtitutione Alexandri*, (51) quod pariter intelligi debet in crimine *Blaſphemiæ*.

29 Sed *Carolus Tapia*, cum *Perez*, & *Azevedo* (52) diſtinguunt, quòd vel aliquis poteſt probare delictum, vel non. Si ſic, tenetur quiſquis denunciare, cùm agatur de crimine læſæ majeſtatis divinæ. Si enim etiam inhabiles aliàs admittuntur ad accuſandum Reū de læſâ maieſtate humanâ, ut diſponitur in quodam *Digeſto* (53), à fortiori dicendum eſt de divinâ. Si verò probare non poteſt, quià inutilis evaderet denunciatio, non tenetur denunciare.

30 Sed aliter puto diſtinguendum, puta, de *Blaſphemiâ* hæreticali, & de merâ, ſivè ſimplici; & hoc modo concordari poſſunt contrariæ ſententiæ. In *Blaſphemiâ* quidèm hæreticali, quià inducit ſuſpicionē hæreſis, quilibet denunciare tenetur, quantùmvis denunciationem probare per Teſtes non poſſit, prout diſponitur in citatâ Bullâ *Alexandri*, & hoc modo procedit prima opinio. In *Blaſphemiâ* autem ſimplici non ſic, explorati enim juris eſt, quòd nec denunciare, nec accuſare tenetur, qui non poteſt probare, (54) & hoc modo verum dicit ſecunda opinio

(38) *Avendagn. de mand. reg. Par. 2. cap. 5. n. 2. apud Raynald. Syntax cap. 1. §. 1. num, 23.*

(39) *Covarun. In cap. Quamvis. Par. 1. § 7. nu. 17. de Paſt. in 6. Simanch. Royaſ. apud Azevedo Recopil. lib. 8. Tit. 4. l. 1. n. 16.*

(40) *Text. in l. Abſentem. §. fina. l. perſpiciendum. §. Impetu l. Aut facta §. Eventus. ff. de Pæn.*

(41) *Par. 1. Tit. Patronus. num. 107. & ſeqq.*

(42) *l. Aliud eſt fraus. ff. de Verb. ſign. l. ſi poena. ff. de Pæn. l. 1. C. Ad leg. Iul. repetud.*

(43) *l. Cum aliter. §. Item illud. ff. Ad S. C. Syllan.*

(44) *arg. l. 1. §. Dolum. ff. de dolo.*

(45) *Hoſtien. Rubr. de Maledic. n. 5. Grammat. Ad Conſt. Regn. Tit. de Blaſph. n. 5. Merlin. Pignatel. Valenzol. Sanfelic. Severin. Franc. Molin. Tapia. apud Raynal. Synt. cap. 1. §. 1. n. 31.*

(46) *Par. p. Tit. Patronus. in 107.*

(47) *Ricc. Variar. Reſol. 275. n. 6. & 7. Par. 1. Petra ad Grammat. deciſ. 11. n. 9. Gratian. diſcept. 93. n. 96. Chartar. deciſ. crim. 2. n. 61. & ſeqq. Cabal. Reſol. 296. n. 34. Raynald Synt. d. c. 1 §. 1. n. 40.*

(48) *Bonac. de leg. Diſp. 3. q. 8. Pun. 3. n. 3. & ibi Suar. & alii.*

(49) *Fab. à Monteleo. Prax. arbitr. par. 4. n. 741. & ſeqq. Avendagn. de mand. reg. Par. 2. cap. 5. n. 2. & ſeqq. Farinac. Quæſt, 20. n. 8.*

(50) *Baiard. ad Clar. §. Blaſphemia. n. 5. & 6. Raynal. Synt. c. 1. §. 1. n. 50*

(51) *Conſtit. 96. Alexand. VII. Bullar. Cherub. fol. m. 137. Tom. 6.*

(52) *Carol. Tapia. de Iur. Regn. lib. 5. Tit. 18. de Blaſphem. n. 11. & apud eum Perez, & Azeved.* (53) *l. Famoſos. ff Ad leg. Iul. maieſt.*

(53) *Text. in cap. Plerunque 2. q. 7. cap. Sacerdos. de Pænit. diſt. 6. Navar. in cap. Inter verba. Concl. 6. cau. 11. q. 3. Sgroi. P. 3 c. 8. n. 30.*

(54) *Text. in cap. Plerunque 2. quæ 7. cap. Sacerdos. de Pœnit. Diſt. 6. Navar. in cap. Inter verba. Concl. 6. cau. 11. q. 3. Sgr*[illegible] *Par. 3. cap. 8. n. 30.*

Digitized by Google

## Probatio.

*SVMMARIUM.*

31 *Hoc crimen probatur per Teſtes.*
32 *Caballus opinatur ſufficere Teſtes, qui deponant de Blaſphemiâ in genere.*
33 *Confutatur opinio Caballi.*
34 *Probatur, quòd Teſtes debent deponere de Blaſphemiâ præciſâ.*
35 *Non ſufficit, quòd Teſtes deponant per æquipollentia.*
36 *Iudex non debet interrogare ſuper jure, ſed ſuper facto. Reus, deponẽdo cõtrà ſe ſuper jure, nil probat cõtrà ſe.*
37 *Hæreſis probari poteſt per Teſtes ſingulares.*
38 *Blaſphemia probatur per Teſtes ſingulares. In aliquibus locis Accuſator, & unus Teſtis idoneus probat Blaſphemiam.*

31 PRobatur autem hoc delictum per Teſtes, ſicut & alia omnia, quæ non relinquunt veſtigium poſt ſe, eodem enim tempore habetur cognitio facti, & facientis, ut ſcripſit *Follerius*. (55) Sed difficultas eſt, àn Teſtes teneantur exprimere præciſè verba *Blaſphemiæ* audita, àn verò ſufficiat, quòd deponant, Cajum blaſphemaſſe in genere; aut in ſpecie, per verba æquipollentia?

32 Circà hoc fuit opinio *Caballi* (56), quòd, ſi Teſtes ſint viri periti, & docti, optimè ſcientes quid ſit *Blaſphemiâ*, ſufficiat, quòd deponant in genere; quod probari poteſt per *Sacram Scripturam lib. Tertio Regum*, ubi habetur, quòd duo Teſtes, ſummiſſi à Senioribus *Vrbis Iezrael*, de mandato *Iezabel* Reginæ, accuſaverunt *Nabot* de *Blaſphemiâ* in Deum, & Regem, deponendo in genere, & dicentes. (57) *Benedixit Nabot Deum, & Regem*; ob quod fuit lapidatus.

33 Sed non video, quomodò ex hoc facto deduci poſſit concluſio *Caballi*; tùm quià Teſtes illi non dicuntur fuiſſe homines docti, ſed Filii Diaboli, nempè homines ex infimâ plebe, mendaces, & perverſi; tùm quià ibi agebatur de Iudicibus, corruptis à mandato iniquiſſimæ *Iezabelis*; undè non poteſt ex hoc deduci, quòd pari modo procedi poſſit à Iudicibus Chriſtianis, & maximè in ſacro fidei Tribunali, quod incorruptæ juſtitiæ, & veritati debet inniti.

34 Contrarium autem ex *Sacrâ Scripturâ* deduci poteſt, & maximè ex *Actibus Apoſtolorum*, ubi Teſtes accuſantes, & deponentes contrà *Stephanum*, accuſatum de *Blaſphemiâ*, depoſuerunt in ſpecie, dicentes; (58) *Audivimus eum dicentem, quoniàm Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes*. Et pariter Teſtes contrà *D. N. I. Chriſtum* depoſuerunt pariter in ſpecie, dicendo. (59) *Hic dixit: Poſſum deſtruere Templum Dei, & poſt triduum reædificare illud*. Proindè dicendum eſt, quòd Teſtes teneantur referre verba præciſa, prolata à Reo, ad hoc, quòd Iudex, illis conſideratis, poſſit decernere, àn conſtet de Blaſphemiâ, nec nè, pròut benè ſcribit *Guazzinus*; (60) & optimam ad hoc rationẽ adducit *Raynaldus*, (61) & eſt, quòd munus Teſtis eſt deponere ſuper ſimplici facto, non autem judicare de illo; ſi autem deponeret tantùm in genere, dicendo Cajum Blasfemaſſe, & non deponeret verba Caij præciſa, ipſe judicaret de crimine, & non deponeret ſimpliciter de facto: ex quo, àn reſultet crimen, nec nè, judicare ſpectat ad Judicem; ſicut etiam Concilium Judæorum non judicavit Blaſphemiam fuiſſe verba Chriſti. *Poſſum deſtruere Templum* Dei &c. pròut explicat *Cornelius à Lapide*, (62) licèt illi duo falſi Teſtes eam, tanquàm Blaſphemiam, reputaſſent.

35 Sequitur etiam ex hoc, quòd non ſufficit, quòd Teſtes deponant per æquipollentia; tùm quià poſſunt alterare gravitatem criminis, niſi verba eſſent ſcrupoloſiſſimè ſynonima; quod difficilimum eſt; tùm quià, in explicandâ paraphraſi, poſſunt Teſtes decipi, & ſic gravare Reum. Et præcipua ratio eſt, (ob quam debent Teſtes deponere præciſa verba) quià tolleretur Reo validus modus ſe defendendi, probando, verba illa aut non eſſe Blaſphemiam, aut non involuere ſuſpicionem hæreſis. Et hoc verum eſt, quantùmvis etiam Reus confiteretur in genere ſe blaſphemaſſe, non autem diceret præciſè verba prolata.

36 Ratio eſt, quià tùm Teſtes, tùm Reus debent ſuper nudo facto proferre depoſitionem, & confeſſionem; & ad ſolum Judicem ſpectat judicare de jure, reſultante ex illo facto. Proindè, ſicut Judex non debet interrogare Teſtes, aut Reum ſuper jure, ſed tantùm ſuper facto, ut aliàs (63) docuimus, ità non debet ab iiſdem acceptare reſponſiones, quæ concernant jus, & factum. Proindè Reus, qui confitetur delictum per verbum, quòd ſonet jus, ut dicendo *veneravi, occidi, blaſphemavi &c.* non probat contrà ſe, ut ſcribit *Chartarius*, (64) ſed debet dicere *propinavi talem potionem; percuſſi gladio in tali parte corporis; protuli talia verba*; ad Judicẽ autem ſpectat noſſe, ſi ex tali potione, percuſſione, prolatione conſtet de morte illatâ, aut *Blaſphemiâ* prolatâ, nec nè. Et ex ſolâ confeſſione Rei de delicto, non poteſt ipſe damnari, niſi ex probatione facti conſtet Judici de jure, in quo fundatur delictum, ut textualiter habetur in quodã *Digeſto*. (65)

37 Dubium autem eſt, àn ſufficiat probare hoc crimen per Teſtes ſingulares? Reſpondeo, quòd variæ circà hoc ſunt Doctorum ſententiæ, nonnulli enim (66) volunt, quòd Teſtes ſingulares, ſingularitate diverſificativâ, non probent ad pœnam ordinariam, ſed ad plùs extraordinariam. Alii (67) tenent, quòd ad probandum crimen in genere, ut potè, quòd aliquis ſit Hæreticus, Teſtes hujuſmodi probent, etiam ad pœnam ordinariam. Aliàs (68) probavimus, quòd per Teſtes ſingulares probetur tùm crimẽ in genere, tùm idẽ in ſpecie, quandò nempè agitur de facto iterabili. Et de facto magnum robur habent rationes *Simancha*, (69) qui idem tenet, & eſt, quòd diverſitas Teſtium in accidentalibus, pròut ſunt tempus, locus, & perſona, in delictis non inducit in illis ſingularitatem; ideò concludenter probant; periculoſiſſimumque eſſet, quòd Hæreticus ſua falſa dogmata ſingillatìm, & ſecretò ad perverſionẽ pluribus manifeſtaret



(55) *Foller. Pract. crim. V. Capiat. informat. num. 13.*
(56) *Cabal. Reſol. crimin. 180. n. 7.*
(57) *Lib. 3. Reg. cap. 21. ℣. 13.*
(58) *Act. cap. 5. ℣. 14.*
(59) *Matthæ. cap. 26. ℣. 61.*
(60) *Guazzin. Defen. 4. cap. 3. n. 7.*
(61) *Syntax. cap. p. §. 1 num 54.*
(62) *Cornel. a Lapid. in Matthæ. cap. 26. ℣. 61. §. Senſum pariter in fin.*
(63) *Par. p. Tit. Reuſ. num. 20.*
(64) *Chartar. de Inter. reo. lib. 2. cap. 2. num. 19.*
(65) *Text in l. p. §. Divus Severus. ff. de Quæſtion.*
(66) *Eymeric. Direct. Inquiſ. Par. 3. q. 72. ubi Pegn. Comment. 121. per tot. Carenam. Par. 2. Tit. 7. de Blaſph. §. 5. nu. 27. Dian. Par. 4. Tr. 7. Reſol. 31.*
(67) *Enrigar. in l. Ariani. Salycet. in l. Quicunque. C. de Heret. Bald. in l. Actor. C. de Probat. Ananias in cap. 1. n. 7. de Heret. Alexand. Calcan. Clar. Part. Zanchin. Cravet. & alii apud Pegn. Comment. 121. V. Ergo quantum. Part. 3.*
(68) *Par. p. Tit. Teſtes. n. 41. & ſeqq. & Tit. Tortura. n. 71. & ſeqq. & Tit. Probatio. n. 5.*
(69) *Simanch. Cathol. Inſtit. Dit. 64. n. 75. & 76.*

Digitized by Google

ſtaret, & nequiret de hæreſi convinci ex hoc, quòd omnes illi eſſent Teſtes ſingulares; & in ſententiâ contrariâ non poſſet unquàm puniri Confeſſarius ſollicitans, cùm impoſſibile ſit de tali crimine alios Teſtes dari, quàm ſingulares; & ideò, quandò delictum eſt iterabile, poſse concludenter per Teſtes ſingulares probari, ultrà *Simãcham* (qui prò ſe citat *D. Thomam*, & *Bartolum*) tenuerunt *Salycetus*, *Albertinus*, & *Brunus*, (70) cum quibus teneo.

38 Eo cohærenter ergò ad hæc, dicendum eſt, quòd etiam *Blaſphemia*, maximè hæreticalis, attentâ maximâ criminis atrocitate, concludenter probetur, quandò nempè eadem per verba præciſa replicatur. Siquidèm tempus, locus, perſona, ubi, & coràm quibus eſt prolata, ſunt merè accidentalia crimini. Et re verâ incapibile eſt, quòd Teſtes ſingulares, deponentes de diverſis indiciis, tendentibus ad unum crimen, (qui dicuntur ſingulares adminiculativè, ſeù cumulativè) probent delictũ, in ſententiâ omnium Doctorum receptâ; & non debeant probare perverſum habitum blaſphemandi Teſtes ſingulares, qui deponunt de variis actis, dependentibus, & ordinatis ad illum habitum concludendum. Et hoc firmiſſimè tenendum eſt, quandò Teſtes ſingulares ſunt plures, quàm duo, & ſunt viri graves, fidei incorruptæ, & non patiantur exceptionem; tùnc enim concludenter probari delictum docent plures, inſigneſquè Doctores. (71) Et in multis Statutis Italiæ, favore divini honoris ſancitur, quòd in hoc delicto credatur Accuſatori juranti; & uni Teſti idoneo, ut videre eſt in *Bannimentis Bononiæ*, & *Statutis Eugubii*, (72) quod magìs eſt, quàm quòd pluribus Teſtibus ſingularibus fides adhibeatur.

## Pœnæ.

### *SUMMARIUM.*

39 *Pœnæ Blaſpemi de jure Divino, & Cæſareo antiquo eſt mors.*
*Antiquæ pœnæ obſoleverunt: de jure novo, quæ.*
40 *Pœnæ de jure Canonico veteri prò Laicis, & Clericis.*
41 *Pœna lata in Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo.*
42 *Pœnæ prædictæ, moderatæ ex poſt prò Laicis.*
Prò *Clericis manent pœnæ Concilij Lateranenſis.*
43 *Dubiũ, àn aggravandæ ſint dictæ pœnæ ob conſuetudinem.*
*Quis Blaſphemus conſuetudinarius, & quis relapſus.*
*Ex conſuetudine delinquendi, pœna augenda, arbitrio Iudicis.*
44 *Plures actus, quàm tres requiruntur ad faciendum Blaſphemum conſuetudinarium.*
*Quot requirantur; variæ ſententiæ: ſed arbitrio Iudicis comiſſa eſt deciſio.*
45 *Blaſpemia apud Minores de Obſervantiâ eſt caſus reſervatus, & quæ & qualis.*
46 *Pœna Blaſphemi in Ordine Minorum de Obſervantiâ.*
47 *Prò aliis criminibus, quæ reducuntur ad Blaſphemiam. Statutum primum.*
48 *Statutum ſecundum.*
49 *Statutum tertium.*
50 *Statutum quartum.*
51 *Statuum quintum.*
52 *Statutum ſextum.*
53 *Repetitur diſtinctio, data ſuprà* nu. 11.
54 *Quis dicatur aperire os Blaſphemum contrà Papam.*
*S. P. Franciſcus primus Patriarcharũ, vovit obedientiam Romanæ Eccleſiæ.*
*Papa eſt Pater ſpecialis Fratrum Minorum.*
55 *Conſtitutiones Papales ità venerandæ, ut perſona Papæ.*
*Iudex, iudicans contrà leges Imperiales, tenetur de læsâ Maiſtate.*
*Quid Decretum, Conſtitutio, & Sanctio, remiſſivè.*
56 *Ad incurrendum crimen Blaſphemiæ contrà Papam, requiritur deliberatio.*
57 *Locutio contumelioſa contrà Papam, poteſt eſſe contrà ejus perſonam, aut dignitatem.*
*Si eſt contrà dignitatem, Reus denunciandus Inquiſitori.*
*Si contrà perſonam, procedit Prælatus Regularis.*
58 *Dignitas Cardinalium reductivè ſpectat ad fidem.*
*Diverſitas delicti in blaſphemante dignitatem, aut perſonam Cardinalium.*
59 *Epiſcoporum dignitas, quanta remiſſivè.*
*Blaſphemans dignitatem Epiſcopi puniendus ab inquiſitore.*
60 *Prælati, de quibus loquitur Statutum, qui intelligantur.*
61 *Quæ requirantur, ut obloquens de* Epiſcopis, *aut Prælatis, ſubeat pœnas Statuti.*
62 *Delictum obloquentis de* Epiſcopis, *& Prælatis, differt à crimine Prædicatoris, loquentis contrà eos.*
63 *Præſtanda à Iudice Noſtro, in punitione obloquentis de* Epiſcopis *&c.*
64 *Creſcit offenſa, ut creſcit dignitas perſonæ offenſæ.*
65 *Conciliatur Textus cum Statutis.*
*Clauſula, poſita in fine, refertur ad omnia præcedentia, ſi non ſubeſt ratio diverſitatis.*
66 Explanatur *dubium ex Valliſoletanis.*
67 *Pœnis abutentium verbis Sacræ Scripturæ, quandò locus ſit.*
68 *Vſus prophanus quis dicatur.*
69 *Abuſus prophanus verborum Sacræ Scripturæ, quandò accidat.*
70 *Obſcœna verba, quàm malè ſonent ex ore Religioſi.*
71 *Quid requiratur ad punitionem Statutariam loquentis obſcæna verba.*
72 *Carcer in hoc Statuto qualis intelligatur.*
73 *Quandò dandus ſit carcer formalis loquenti obſcenitates.*
74 *Convicium quid ſit, & quotuplex.*
75 *Advocati patrocinando non debent conviciari.*
76 *Convicium à contumeliâ quomodò differat.*
77 *Improperium, aut improperari quid ſignificet.*
78 *Ad quid tenetur improperans delictum falſum.*
79 *Quomodò intelligatur improperium, iactatum in Prælatum, & quomodò puniatur.*
80 *Pœna improperantis non* Prælato *crimen non notorium.*

(70) *Salycet. in l. Teſtium. n. 16. C. de Teſt. Albertin. de Agnoſcens. Aſſert. q. 34. num. 12. Conrad. Brun. de Hæret. cap. 9. propè fin. apud Pegn. 3. Par. comm. 121. V. Et Albertinus.*

(71) *Simanc. Cathol. Inſt. Tit. 64. n. 77. Caccialup. in l. Admonendi. col. 39. V. Patet. igitur. ff. de Jurejur. ubi Paul. de Caſt. Franciſ. Brun. Tr. de Indic. Par. 1. q. 2. n. 6. Socin. Conſ. 262. lib. 2. Hippol. Marſili ſingul. 114. & in l. 1. §. Ad quæſtionem. ff. de quæſt. Tiraq. de Pœn. temper. Cau. 51. n. 105. apud Pegn. 3. Par. comm. 121. V. Et quæ hactenùs.*

(72) *Banniment. Bonon. cap. 1. Stat. Eugub. lib. 4. Rubric. 20.*



Digitized by Google

81 *Pœna improperantis crimen, jam punitum.*
82 *An Prælatus convitians, aut improperans Subdito, aliquâ pœnâ teneatur.*
83 *Prælatus ad correctionem poteſt aliquod verbum contumelioſum dicere ſubdit*
*Hoc tamen debet eſſe ex charitate.*
84 *Si verbum contumelioſum non facit ad correctionem, redditur injurioſum.*
85 *Prælatus convitians ſubditum, puniri debet, & quâ pœnâ.*

39 POena autem blaſphemantium, de jure divino eſt lapidatio, juxtà vetus teſtamentum, (73) ubi dicitur; *Qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo.* De jure item Cęſareo, mors eſt, ut ſancitur in quâdam *Novellâ,* (74) ſed, refrigeſcente zelo Religionis, & cultus Dei, & invalente injuſtitiâ, leges iſtæ jam deſueverunt, prout poſt multos docet *Clarus,* (75) qui dicit, Judices in hoc graviter peccare connivendo ad tantam injuriam, Deo illatam; Chriſtianamquè Rempublicam circà hoc magnâ indigere reformatione. Proindè de jure municipali regionum, aliæ pęnę contrà Blaſphemos ſunt ſancitæ, & juxtà gravitatem criminis majorem, aut minorem, adhibentur quaſſationes funis, Triremes, perforatio, aut amputatio linguæ, & etiàm quandòquè ſuſpendium; ut recitat ibidem *Clarus.*

40 De jure autem Eccleſiaſtico antiquo, pęna Laici Blaſphemi erat excommunicatio, & publica pęnitentia præ foribus Eccleſiæ; jejunia, & pœna pecuniaria, prout conſtat ex duobus Capitulis. (76) Pęna verò Clerici erat depoſitio, ut ſcribit *Covarruvias* (77), ex primo Capitulo citata; quod tamen debet intelligi, ſi Clericus conſuetus ſit blaſphemare, & in hoc non ſe corrigat, ut ex *Hoſtienſi, & Alexandro* (78) ibidem ſcribit.

41 *Concilium* autem *Lateranenſe* quintum, (79) prout etiam ſanxit *Leo Decimus,* (80) ſtatuit pęnas prò foro interno, ac externo. Prò primo injunxit graves pęnas, arbitrio Confeſſarii imponendas antè abſolutionem. Prò ſecundo, blaſphemanti *Deum Chriſtum, aut B.V.* ſi laicus ſit, & convictus, & publicam juriſdictionem gerat, primâ vice, privetur portione per tres menſes; ſecundâ, per alios tres; tertiâ, privetur Officio. Si Clericus, aut Sacerdos, primâ vice, privetur fructibus unius anni; ſecundâ, privetur Beneficiis; tertiâ, fit inhabilis ad ea, & hæc conferri poſſunt. Si Laicus nobilis, primâ vice, mulctandus eſt in 25. ducatis; ſecundâ, 50; tertiâ, privandus nobilitate. Si ſit plebejus, primâ vice, carceretur; ſecundâ, cum mitrâ infami antè fores Eccleſiæ per diem integrum ponatur; tertiâ ad perpetuos Carceres, aut Triremes damnetur. Blaſphemantes autem Sanctos, ſtatuit mitiùs puniri.

42 Prędictam autem diſpoſitionem Lateranenſis Concilii moderavit *Julius Tertius* (81) per ſuam Conſtitutionem *In multis;* ſed etiam hanc modificavit *B. Pius V.* (82) & ſtatuit, quòd blaſphemans nomen Jeſu, vel *B.M.* primâ vice, condemnetur in ducatis 25. ſecundâ vice, duplicetur pęna; tertiâ, ſolvat centum ducatos, & exilietur. Si plebejus ſit, & ſolvere non poſſit, primâ vice, manibus religatis poſt terga ſtet antè fores Eccleſię; ſecundâ, flagelletur; tertiâ, ei lingua perforetur; & huic poſtremę Conſtitutioni ſtandum eſt, ſed advertendum eſt, quòd, cùm nec *Julius,* nec *B. Pius* aliquid circà Clericos in Conſtitutionibus ſuis ſtatuerint, ſed ſolùm circà Laicos; manet contrà Clericos, ac Sacerdotes in toto ſuo robore recitata diſpoſitio *Concilii Lateranenſis.*

43 Sed difficultas eſt, an pęnę ſint aggravandæ ex conſuetudine Blaſphemandi; & quot actus requirantur ad hoc, quòd aliquis poſſit dici Blaſphemus conſuetudinarius.

Reſpondeo, quòd diſtinguendum eſt de Blaſphemo recidivo, & conſuetudinario. Recidivus enim dicitur, qui denuò committit crimen, de quo aliàs punitus fuit, qui etiam vocatur *relapſus.* (83) Conſuetudinarius verò eſt, qui pluriès unum, & idem delictum commiſit, licèt de eo non fuerit inquiſitus, aut damnatus. Quantùm ad relapſum, jam ſunt pęnę ſtatutæ contrà Blaſphemos, quas recitavimus. Sed quò ad conſuetudinarium, arbitrio Judicis ſunt commiſſę. Conſuetudo quidèm delinquendi, ſicut aggravat delictum, debet etiam aggravare pęnas, ſecundùm Doctores (84.) Undè committens tria furta, dicitur conſuetus furari, & latro famoſus, qui ſuſpendio necari debet, prout ſcribit *Clarus,* (85) qui teſtatur de communi.

44 In hoc crimine autem *Blaſfemiæ,* tres actus juxtà Doctores non ſufficiunt ad faciendum aliquem Blaſphemum conſuetudinarium, ſed requiruntur plures. (86) Ratio eſſe poteſt ex facilitate, quâ hoc poteſt committi, quæ non cadit in furto. *Lazarius* determinat requiri quinque actus interpolatos loco, & tempore: *Zanardus* (prout eos refert *Carena*) (87) vult debere eſſe decem actus in uno anno, ut quis poſſit dici conſuetus blaſphemare. Sed *Menochius* (88) concludit eſſe arbitrarium Judici de hoc determinare; & iſta eſt vera, & æqua ſententia. Debent autem actus eſſe diſcreti, & diſcontinuati moraliter loco, & tempore, licèt enim quis viginti *Blaſphemias* in aliquo caſu protuliſſet, non tamen dicendus eſſet ex illis conſuetus blaſphemare; nec major ſibi pęna deberetur, quàm ſi ſemel tantùm blaſphemaſſet, ut ſcribit *Romaguera* (89) poſt *Faria.*

45 Quantùm ad pęnas Regulariũ, inſpiciendæ ſunt peculiares Ordinum Conſtitutiones. Prò Nobis autem Minoribus in ordine ad *Blaſphemiam* propriè, ſivè hæreticalem, ſivè ſimplicem, nulla eſt pęna taxata, ſed eſt tantùm caſus reſervatus, (ut patet ex Statutis *Valliſoletanis,* (90) & Generalibus Ordinis) reſpectu *Blaſphemiæ in Deum, D.N.I.C. & B.Virginem,* non verò reſpectu alio-



(73) *Levit. cap. 24. ℣. 16.*
(74) *Authent. Ut non lux cont. naturam. ∬. Final. Collat. 6.*
(75) *Clar. ∬. Blaſphemia. ℣. Sed quæro. & ibi Luc. de Penn. Bald. Aug. ad Angel. Nun. Conrad. Gramat. Zaſi. Pellon.*
(76) *cap. Si quis per capillum. 22. q. 1. cap. ſtatuimus. de Maled.*
(77) *Covarr. in cap. Quamvis. P. p. ∬. 7. ℣. Sed quia p. n. 20. de Pact. in 6.*
(78) *Hoſtien. Summ. Rubric. de Maled. ∬. Blaſphemantes. ℣. Gravior etiam. Alex. Conſil. 72. col. 4. lib. 1.*
(79) *Concil. Lateran. ſub Leo. X. Seſſ. 9. Bull. de Refor. cap. 3.*
(80) *Leo. X. Conſt. 7. Supernæ. ∬. 33. Bullar. Cherub. Tom. 1.*
(81) *Iul. III. Conſt. 28. In multis. Bullar. Cherub. Tom. 2.*
(82) *B. Pius V. Conſt. 5. Cum primum. Bull. Cherub. Tom. 2.*
(83) *cap. Accuſatus §. 1. & 2. de Hæret. lib 6.*
(84) *Bart. & Alexand. in l. Scire debes. C. de Superexact. lib. 10. Brun. Conſ. crim. diverſ. 115. n. 15. Tom. 2. in fol. Farinac. quæſt. 20. n. 43.*
(85) *Clar. ∬. Furtum. ℣. Scias tamen.*
(86) *Farinac. q. 20. n. 4. Cala. de mod. artic. in Gloſs. magn. n. 769. Coler. Deciſ. 172. n. 1. Merlin. Pignatel. Diſcep. q. 7. n. 10. & ſeqq. Severin. ad Sanfelic. Deciſ. 369. ℣. ſunt quidam apud Raynald. Syntax. cap. 1. ∬. 1. num. 18.*
(87) *Carena. Par. 2. Tit. 7. ∬. 5. n. 22. & ſeqq.*
(88) *Menoch. de Arbitr. Judic. Caſ. 275.*
(89) *Romaguer. ad Stat. Engub. lib. 4. Rubr. 20. num. 11. & ibi Faria ad Covar. lib. 2. cap. 10. n. 93.*
(90) *Stat. Valliſolet. cap. 7. Stat Gen. Ord. cap. 7. ∬. 3. num. 1.*

Digitized by Google

aliorum Sanctorum; & ad incurrendam hanc reſervationem non requiritur in Blaſphemante conſuetudo, vitium, aut facti notorietas, ut benè *Sanctorus* (91) ſcribit; quià *Fratres Minores*, quos Deus in Eccleſiam induxit, ut ejus Sanctum nomen laudarent, non debent cenſeri cum ſæcularibus in hoc crimine; quod in ipſis ex ſtatus perfectione, ad quam obligantur, gravius evadit, proindè ſi ad incurrendam reſervationem in cæteris requiritur publicitas, ſeù conſuetudo *Blaſphemia*, in *Fratre Minore* ſufficere debet ſola, & ſimplex prolatio.

46 In facti ergò contingentiâ debet inter Nos *Blaſphemia* puniri pœnis, inflictis à jure communi. Sed hoc requirit in Clerico conſuetudinem, ut dictum ſuprà *num.* 39. Quià ergò pœnâ puniendus eſt Blaſphemus inter Nos, qui tamen conſuetudinem ſic delinquendi non habet? Cenſerem puniendum eſſe ad minus pœnâ Carceris per quatuor menſes. Quià, cùm Blaſphemantes, ſivè obloquentes de *Summo Pontifice*, trimeſtri Carceri macerentur, ut infrà dicemus, æquum eſt, quòd creſcat pœna; ſicut in Blaſphemante Deum creſcit gravitas criminis præ Blaſphemante *Papam*. Si autem *Blaſphemia* eſſet hæreticalis, à ſolo Inquiſitore punienda eſſet. Vndè Judices noſtri ſolam *Blaſphemiam* ſimplicem punire poſſunt.

47 Prò cæteris verò criminibus, qui ad *Blaſphemiam* reducuntur, ſequentia habemus Statuta. Primò. *Si quis fratrum ore Blaſphemo, aut impudenter, vel minùs reverenter de Perſonâ Summi Pontificis, vel ſummâ ejus dignitate, & majeſtate, in terris ſupremâ; vel de Apoſtolicis Conſtitutionibus, Decretis, aut Sanctionibus obloqui temerè auſerit; & de eo legitimè conſtiterit: trimeſtri* (& non ſemeſtri, ut perperàm dicunt Sambucana) *Carceris pœnâ, vel aliâ graviori etiam, Superiorum arbitratu, omninò puniatur* (92) *de Summo Pontifice, Maximo Chriſti in terris Vicario, deque illius Dignitate, ac Decretis, & Conſtitutionibus, qui impudenter, vel minùs, quàm decet reverenter obloqui auſus fuerit, trimeſtris Carceris pœnâ, vel graviori etiam puniendus eſt juxtà delicti menſuram*. Ità Textus (a)

48 Secundò. *Quicunque de S. R. E. Cardinalibus, aut eorum Dignitate, vel perſonâ, in genere, vel in ſpecie, & præſertim de Eminentiſs. Protectore, impudenter, vel temerè ora laxaverit, Carceribus mancipetur; vel graviùs etiam prò gravitate delicti puniatur, Superiorum arbitratu.* (93) *Impudenter obloquentes de Eminentiſſimis Protectore, & S. R. E. Cardinalibus, deque Reverendiſſimis Eccleſiarum Prælatis, cum ſcandalo. Carceribus ſunt mancipandi, vel graviùs etiam, prò oblocutionis exceſſu, puniendi; Superiorum arbitratu.* Ità Textus noſter (b)

49 Tertiò. *Qui de Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis oblocutus fuerit, ità ut populo ſcandalum ſit; is, arbitrio* Superioris, *graviter arceatur, prò gravitate delicti.* (94)

50 Quartò. *Qui Sacræ Scripturæ ſenſum, vel verba in prophanos uſus detorſerit; eiſque in familiaribus colloquiis uſus fuerit; voce activâ, & paſſivâ triennio privandus erit, & menſtruo Carceri mancipandus.* (95)

51 Quintò. *Obſcæna verba coràm aliis cum ſcandalo proferens, ſi graviter monitus, ſe non correxerit, in eum animadvertatur prò qualitate delicti; etiam cum pœnâ Carceris; aut graviori, Superiorum arbitratu* (g) *quouſque reſipiſcat, ut cæteri timorem habeant.*

52 Sextò. *Qui in Prælatum improperii, & convicii verba protulerit, genuflexus in publico, debet pane, & aquâ jejunare, ac omni ſuffragiorum jure, biennio carere.* (n)

53 Circà primum Statutum, notanda eſt primò diſtinctio, quam dedimus ſuprà *num.* 11. puta, de Blaſphemante dignitatem Summi Pontificis; aut de Blaſphemante illius perſonam. Pariterquè diſtinguendum eſt de *Blaſphemiâ* ſimplicis irreverentiæ circà dignitatem *Papalem*, & de *Blaſphemiâ* hæreticali circà eandem; ut ſi quis diceret, *Papam non eſſe primum, & univerſale caput Eccleſiæ militantis*. Et ſecundùm datas diviſiones, exponendum eſt Statutum.

54 Notandum ergò primò, quòd *os Blaſphemum* contrà dignitatem *Summi Pontificis* dicitur *aperire*, qui de illâ malè loquitur; & hoc *impudenter*, puta, nullâ habitâ ratione proprii honoris; pròut benè explicat *Sanctorus*. (96) Proprius autem honor, & magna dignitas *Fratris Minoris*, eſt, quòd ipſius mater Religio in obedientiâ Eccleſiæ Romanæ ſit primogenita; *Seraphicus* enim *Pater Franciſcus*, ut notat *D. Bonaventura* (97), primus Patriarcharum fuit, qui in Regulâ ſuâ ſpeciale votum obedientiæ ergà *Romanam Eccleſiam* emiſerit. Proindè *Pontifex Romanus*, qui *Pater eſt omnium, eſt Fratrum Minorum nihilominùs ſpecialis*, ut textualiter habet Canon (98). Dum ergò *Frater Minor*, dignitatis ſpecialis hujus filiationis oblitus, contrà *Apoſtolicum Patrem* linguam acuit, *impudenter* dicitur procedere.

55 Notandum ſecundò; quòd in hoc Statuto, eâdem pœnâ percelluntur obloquentes de Conſtitutionibus, Sanctionibus, ac Decretis, ſicut, qui malè loquuntur de perſonâ, ac dignitate *Domini Apoſtolici*; & hoc quidèm de jure; nàm Conſtitutiones Apoſtolicæ, quandò conſtat, eas fuiſſe legitimè emanatas, debent cum reverentiâ recipi, eo modo, quo honorandus, & recipiendus eſt Pontifex ipſe. Sicùt enim Statua Principis, ex eo quòd repræſentat figuram corpoream Principis, reverenda eſt, & qui ergà Statuam illius irreverenter ſe habet, committit crimen læſæ Majeſtatis, ut dicitur in jure (99), ità dicendum eſt de Edictis, Reſcriptis, Sanctionibus, ſeù Conſtitutionibus Principis, quæ ſunt imagines, in quibus repræſentatur mens, ſeù voluntas ejuſdem Principis. Proindè de antiquo jure fuit, ut deducitur ex quâdam lege *Codicis Iuſtiniani*, (100) quòd Judex non deferens legibus imperialibus, ſed judicans contrà eas, poterat accuſari de crimine læſæ majeſtatis; quam tamen praxim, reſcripto ſuo ſuſtulit *Imperator Alexander Severus*, ut ex citatâ lege apparet. Quid autem importet *Decretum, Conſtitutio, & Sanctio*, aliàs (101) diximus.

56 Notandùm tertiò, quòd, ad incurrendam pœnam hujus legis ſtatutariæ, requiritur, quòd Reus ſcienter, advertenter, & deliberatè; & ex contemptu poteſtatis Pontificiæ, delinquat; ità ut mortaliter peccet; aliter nòn eſt locus tali pœnæ, pròut ex illius duabus notabilibus dictionibus, nempè *temerè*, & *auſerit*, pluribus doctè cumulatis, probat *Sanctorus*. (102) Itemquè oportet, quòd crimen

(91] *Sanctor. Commentar. cap 7. Stat. 5. Caſ. 1. ℣. Ad incidendum fol. m. 396.*
(92) *Stat. Valliſolet. cap. 1. Tit. de Obedientia Orb. Seraph. T. 3. fol. 413. Pract. Crim. Tit. Applicatio §. 56.*
(a) *Text. Tit. Applicatio §. 56.*
(93) *Stat. Valliſolet. loc cit ℣. Quià vero Orb. Seraph. loc. cit.*
(b) *Text. Tit. Applicatio §. 23.*
(94) *Stat. Valliſolet. loc cit. ℣. Qui de Epiſcopis.*
(95) *Pract. crim. Tit. Applicatio §. 3.*
(g) *Pract. Crimin. Tit. Applicatio §. 6.*
(n] *Pract. Crim Tit. Applicatio §. 9.*
(96) *Sanctor. Comment cap. 1. Stat. 1. §. 4. in fin.*
(97) *S. Bonavent. Expoſit. in Reg. Minor. cap. p.*
[98] *Cap. exiit. §. Ad hæc de Verb ſignif. lib. 6.*
(99) *l. Qui Statuas ff. Ad leg. Iul. majeſt.*
(100) *arg. l p. C. Ad leg. Iul. majeſt.*
(101) *Par. P. Tit. Canones nu. 1. & ſeqq.*
(102) *Sanctor. Comment. cap. 1. Stat. 1. §. 9. 10. & 11 fol. m. 3.*

Digitized by Google

men judicialiter probatum ſit concludenter per Teſtes, aut Rei legitimam confeſſionem; hoc enim importat clauſula illa, & *de eo legitimè conſtiterit*, ut ibidem probat *Sanctorus*.

57 Notandum quartò, quòd contumelioſa, ac blaſphema locutio contrà *Summi Pontificis* perſonam, ſeù Conſtitutiones poteſt concernere ejus dignitatem, & poteſtatem; aut tantùmmodò honorem, obedientiam, ſeù reverentiam. Primo modo, ut ſi quis impiè diceret. *Non aſtimo Papam, & ejus Papatum, quantùm ſoleam mei calepodij; ipſe enim non eſt me major; ſed eſt homo ordinarius, ſicut ego. Hæc Bulla, ab eo lata, nulla eſt, nec ipſe habet authoritatem majorem leges condendi, quàm Plebanus Arlottus.* In hoc caſu blaſphemia eſſet hæreticalis, & deberet Reus denunciari Inquiſitoribus; nec ullo modo poſſet Iudex Regularis ſe immiſcere; aliter incurreret Excommunicationem, Papæ reſervatam, privationem, & inhabilitationem ad Officia, juxtà Bullam (104) *Pauli V.* Ratio eſt, quià talis locutio eſt contrà articulum fidei de primatu, & poteſtate *Papæ* ſuprà omnes fideles. Secundo modo, ſi diceret, *Diabolus ferat hunc Papam, ſtirpis Hebrææ, cujus vita non eſt, niſi accumulare theſauros per fas, & nefas. Hanc Bullam non æſtimo, quià eſt lata ad proprium intereſſe; eſt iniqua; & ad ſolam oppreſſionem pauperum.* Tali caſu *blaſphemia* eſſet ſimplex, quià tangeret tantùm individualem perſonam; & malè carperet facta; non verò dignitatem, & poteſtatem. Et in hoc caſu poſſet procedere Superior Regularis.

58 Circà Statutum ſecundum, notandum eſt, quòd par diſtinctio, quæ data eſt ſuprà de *blaſphemiâ* contrà *Papam*, currit etiam de prolatâ contrà *Cardinales*; puta, ſi tangit dignitatem; aut ſi ſit contrà perſonam. Primo modo, puto, *blaſphemiam*, negantem dignitatem Cardinalitiam, eſſe de privativâ cognitione Inquiſitorum. Nàmquè, ſi non formaliter, & directè, ſaltem virtualiter, & reductivè dignitas, & poteſtas Cardinalium in totâ Eccleſiâ Chatolicâ concernit articulum fidei; *Cardinales* enim ſunt pars corporis *Papæ*, (105) & proindè eos quoquomodò offendentes, Rei ſunt læſæ Majeſtatis, pròut dicitur in jure; (106) imò, cum eorum conſilio apud *Sanctiſſimum Romanum Pontificem* univerſalis Eccleſiæ adminiſtratio vitatur, ut textualiter habet *Concilium Tridentinum*, (107) eorum dignitas manet vinculata cum ſupremâ dignitate *Papali*, & ſic ſpectare ad materiam fidei. Secundo verò modo, poſſe à Iudice Regulari procedi, perſpicuum eſt.

59 Circà tertium Statutum, notandum primò, quòd *Epiſcoporum* dignitas ſumma eſt in Eccleſiâ Dei, & infinitis propemodum titulis, à Sanctis Patribus, & ſacris Canonibus decorata; & qui eos vult collectos ad ſtuporem videre, adeat *Barboſam*. (108) Et cùm ſint de jure divino inſtituti, & ordinati in *Hjerarchiâ Eccleſiaſticâ*, tanquàm Rectores ſuprà Præsbiteros, & miniſtros; hinc eſt, quòd ipſorum auctoritas characteriſtica ſit de jure divino. Quadrat ergò etiam prò ipſis diſtinctio, ſupra data de blaſphemante contrà dignitatem, aut contrà perſonam *Papæ*, & *Cardinalium*. Si enim aliquis blaſphemaret contrà dignitatem, & poteſtatem *Epiſcopi*; ut ſi quis impiè diceret, *renego Epiſcopum, & ejus Mitram; & quis eſt ille plùs quàm Præsbiter pileo viridis*? Hic profectò blaſphemus deberet à ſolo Inquiſitore puniri. Si quidèm de fide eſt, quòd *Epiſcopi* ſunt Superiores Præsbiteris, ut cantat *Canon Tridentini*. (109) Si autem obloqueretur de perſonâ, intraret diſpoſitio huius Statuti.

60 Notandum ſecundò, quòd, dicente Statuto, *Qui de Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis &c.* difficultas eſſe poteſt, qui nam hìc veniat nomine *Prælatorum? Sanctorus* (110) opinatur eſſe omnes, qui cenſentur in Romanâ Curiâ, nomine *Prælatorum*, nempè *Referendarij*; *Prothonotarij participantes*; *Datarius*; *Secretarij Congregationum*; *Aſſeſſor S. Officij*; *Clerici Cameræ*, & *Auditores Rotæ*, ex eo quòd varii Summi Pontifices, ab eo citati in ſuis Bullis, eos appellent Prælatos. Vult proindè, omnes ſupradictos comprehendi in hoc Statuto. Sed pace illius, Ego ſum in oppoſitâ ſententiâ. Etenim cùm verſemur in lege pœnali, debent accipi verba in propriâ, ſtrictâque ſignificatione, ex notis juribus. Porrò prædicti non ſunt verè, & realiter *Prælati*, ſed nomine tenùs; & ſolummodò quò ad gradum quendam honorificum, non verò juriſdictionalem. Si quidèm *Prælatus* propriè eſt, qui habet juriſdictionem in utroque foro ſuper oves ſibi commiſſas, ut dicitur in jure, (111) & proindè Judices Ordinarii ſunt omnes *Prælati*. Supradicti autem à *Sanctoro* nominati, curam animarum non habent, nec juriſdictionem in utroque foro. Quòd ſi contendatur, ipſos juriſdictionem habere in materiis, ſibi commiſſis, & proindè de ſtricto jure eſſe *Prælatos*. Reſpondeo, juriſdictionem eorum aut eſſe merè temporalem, ut in *Clericis Cameræ*; aut ſi ſit circà ſpiritualia etiam, ut in *Secretarijs Sac. Congregationis Epiſcoporum, Rituum, Indicis &c.* eſſe purè miniſtrativam, non verò ordinariam. Præterquàm quod Statutum dicit *Eccleſiarum Prælatis*, puta, de habentibus adminiſtrationem Eccleſiarum, pròut ſunt quidam Abbates ſæculares, juriſdictionem Epiſcopalem habentes; omneſquè Superiores Regulares, tùm Provinciales, tùm Locales, qui verè, & ſtrictè ſunt Prælati Eccleſiarum, quià adminiſtrationem cum juriſdictione, & dignitate habent.

61 Notandum tertiò, quòd citatum Statutum duas habet partes, puta, de obloquente de *Epiſcopis*, & de aliis *Eccleſiarum Prælatis*, & ambæ iſtæ partes modificantur per clauſulam ſubſequentem; puta, ità *ut populo ſcandalo ſit*. Non incurrit proindè pœnam Statuti, qui in Conventu coràm Fratribus de perſonâ *Epiſcopi*, aut alterius *Prælati* obloqueretur. Quià nomine populi non veniunt Clerici, & multò minus Monachi, præſertim in odioſis, ut benè *Sanctorus* (112) ait. Sed requiritur, quòd delinquat *coràm populo*, hoc eſt coràm multis, qui ad minùs ſuperent decem; & hoc in loco publico, puta, foro, aut viâ publicâ, in quâ multi congregantur; & redditur hoc modo crimen publicum, ac notorium; & ampliùs, quod *populo ſcandalo ſit*. Hoc verò accipiendum non eſt ſolummodò actualiter, & de facto; ità ut, ſi populus audiens oblocutiones, ſcandalizatus tamen de illis non ſit, locus non ſit pœnæ Statutariæ; ſed accipiendum

(104) *Paul. V. Romanus Pontifex. Ann. 1606. Calend. Septemb.*
(105) *Eugen. IV. Conſtit. 1, non mediocri. §. 9. Bullar. Cherub. Tom. p.*
(106) *text. in. cap. Felicis de Pœn. lib. 6.*
(107) *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 1. in fin.*
(108) *Barb. de Offic. & Pot. Epiſ. Par. p. Tit. p. cap. 2. à n. 3. ad fin.*
(109) *Conc. Trid. ſeſs. 23. Can. 6 & 7.*
(110) *Sanctor. Comment. cap. 1. Stat 2 §. 2. fol. m. 12.*
(111) *cap. Decernimus. iunct. gloſ. in V. Eccleſiarum Prælati ubi Abb. n. 1. 6 de Iudic. gloſ. in Clement. Dudum §. In Eccleſiis de Sepultur. Innoc. in cap. Firmiter de Sum. Trin. & in cap. Quoniam Vt lit. non conſtet.*
(112) *Sanctor. Comment. cap. 1. Stat. 2. § 3 fol. 13.*

Digitized by Google

piendum ſit de poſſibili etiam; puta, quòd oblocutio talis fuerit, quòd de ſe potuerit populum ſcandalizare. Quòd. enim populus non ſit paſſus ſcandalum, per accidens eſt; ſufficit autem ad delictum, quòd verba, de ſe generativa ſcandali, protulerit; & ſic ſentit etiam *Sanctorus*. (113)

62 Notandum quartò, quod hoc crimen longè diverſum eſt ab eo, quod committitur à Prædicatoribus, loquentibus contrà Prælatos, de quo ſuo loco Dicemus; licèt enim obiectivè idem crimen ſit; formaliter tamen differt, ex eo, quòd hoc, de quo loquimur, committitur in familiaribus, (licèt in publico habitis) colloquiis; illud verò patratur in publico ſermone.

63 Notandum quintò, quòd, cùm ſic obloquentium pœna ſit arbitraria Superioribus, iſtiquè arbitrium ſuum teneantur regulare ſecundùm jus, & æquitatem, arbitratus enim boni viri, puta, Judicis, nil aliud eſt, niſi jus, & æquitatem reſpicere, prout oſtendit *Oldradus*, (114) debent Superiores antè omnia damnare Reum ad ſatisfationem perſonalem, *Prælato* offenſo præſtandam, ut textualiter habet quidam Canon, (115) & veniam ab eodem poſtulandam. Debet pariter damnare eum ad publicam reſtitutionem famæ, retractando verbum ſuum, vel quod ſibi impoſuit, quià aliàs non ſervat juſtitiam in reddendo proximo, quod ſuum eſt, ut docet *Subtilium Magiſter*, (116) & communiter Theologi Morales. Debet inſuper eum removere ab illo Conventu, in quo manens deliquit; nàm illo præſente ſemper refricatur in populo memoria ſcandali cum damno Religionis; imò talis publica remotio, tanquàm pœna delicti illata, ædificabit populum ſcandalizatum, videndo, quòd criminoſi in Religione puniuntur. Et tandem debet jejunia, & flagallationes, & etiam carcerem clauſtralem iniungere prò dignitate perſonæ offenſæ; & gravitate oblocutionis, ac ſcandali ſecuti.

64 Notandum ſextò, quod in *Textu* (d) ſic habetur. *Impudenter obloquentes de* Eminentiſſimis, *Protectore, &* S. R. E. *Cardinalibus, deque Reverendiſſimis* Eccleſiarum *Prælatis, cum ſcandalo, carceribus ſunt mancipandi: vel gravius etiam prò oblocutionis exceſſu, puniendi, Superiorum arbitratu*. Ex hoc videtur, quòd obloquens de *Prælatis* Eccleſiarum, Carcere plectendus ſit, quemadmodùm obloquens de *Cardinalibus*. Sed hoc verùm non eſt, aliter eſſet iniuſta hujuſmodi diſpoſitio, ut potè rationi naturali contraria. Siquidem delicta imparia in gravitate non debent æquali penâ vindicari. Cùm ad menſuram delicti eſſe debeat & plagarum modus. Cùm igitur creſcat in gravitate delictum, commiſſum contrà perſonam, juxtà quod perſona offenſa creſcit in dignitate, ut in jure (e) habetur, ſequitur, quòd major erit culpa obloquentis de *Cardinali*, quàm de inferioribus *Prælatis*, proindè non poterunt hæc delicta eâdem pœnâ percuti.

65 Dico ergò, quòd, cùm *Textus* citet ad marginem Statuta *Valliſoletana*, quæ ipſe epilogat, explicari debet juxtà diſpoſitionem, quæ in illis cum maiori diſtinctione habetur: attento maximè quòd §. 60 ejuſdem Tituli *Textus Practica criminalis* ſe remittit ad Statuta Generalia Ordinis. Clauſulæ igitur, quæ in hoc *Textu* habentur confuſæ, puta, *cum ſcandalo*; *Carceribus mancipandi*; *gravius puniendi*, non debent univeſaliter ad ſuprà enumeratos *Cardinales*, & *Prælatos* referri, ſed ſingulæ ſingulis reddi. Ratio eſt, quià communis Doctorum (f) ſententia eſt, quòd clauſulæ, poſitæ in fine, referuntur ad omnia præcedentia, quandò non ſubeſt ratio diverſitatis; quæ, ſi ſubſit, non refertur ad omnia, ſed ſingula ſingulis.

66 In propoſito verò optima ratio diverſitatis ſubeſt, puta, major, & minor dignitas in *Cardinalibus*, & *Prælatis*, ex quâ oritur major, & minor gravitas in delicto, cui major, & minor pœna debetur. Quomodò ergò ſingulæ clauſulæ ſint reddendæ, habemus ex *Valliſoletanis*; hoc eſt, quòd clauſula *Carceribus mancipandi* referatur ad *Cardinales*; clauſula *cum ſcandalo*, & *gravius puniendi*, referatur ad qualificandum delictum, & ejus pœnam reſpectu *Prælatorum*. Nec enim ly *gravius* accipi debet comparativè ad Carcerem, ad ſi gravior pœna, quàm Carcer, ut potè Trirremes, poſſet dari prò tali oblocutione; hoc enim iniquum eſſet, nec pœna eſſet culpæ proportionata, quià hæc non eſt atrociſſimum delictum, cui atrociſſima inter Regulares pœna Trirremium ſit iniungenda. Sed debet accipi abſolutè, & in ſe; puta, *gravius puniendi*, nempè dandæ illæ pœnæ, quæ gravioribus delictis juxtà Statuta incutiuntur. Et hoc modo capiendus eſt *Textus*, nè appareat correctorius juris *Statuti Generalis*, in quo fundantur.

67 Circà quartum Statutum, notandum, quòd pœna Carceris, inibi iniuncta, ſupponit delictum grave, & mortale peccatum, & proindè, ubi ipſum non intervenit, non eſt locus pœnæ prædictæ; & recolendum eſt ad hoc id, quod diximus ſuprà *nu.* 12. *& ſeqq.* Proindè, qui in familiaribus colloquiis frequenter uteretur verbis Sacræ Scripturæ ad eruditionem moralem, ſeu politicam, hic nullo modo, nequè venialiter peccaret. Si autem ad converſationem ridiculam, & jocoſam, honeſtam tamen, hic venialiter peccaret; magìs tamen peccaret, ſi factum turpe narrando, verbis Scripturæ ex incidenti narrationē colloraret. Sed peccabit mortaliter, ſi Sacræ Scripturæ verba, vel ſenſū in profanos uſus detorſerit, eiſquè in familiaribus colloquiis abuſus fuerit. Et hìc advertendū, quòd ad pœnā Statuti duo copulativè requiruntur; puta, *detorſio verborū*, aut ſenſus Scripturæ Sacræ in uſus profanos; & *abuſus*, (puta, eorundem ità detortorum) in colloquiis familiaribus. Ratio eſt, quià Statutū loquitur per dictionem copulativam, quæ utrumque membrum comprehendit; non autem per diſiunctivam, puta, *vel*, ſivè, *aut*; undè requiritur ad verificandum Statuti caſum, ut in delicto interveniat utrumque copulatum, ut dicunt communiter Doctores, (117) aliter non ligat.

68 Quid autem hìc veniat nomine uſus profani, explicandum eſt. Communiter loquendo, profanum, prout ſcribit *Agenus Urbicus in Commentario Frontini* (118), eſt; quòd, cùm Sanctum, ſivè ſacrum Deo eſſet, poſteà in uſum hominum, & extrà fanum venit. Omnis enim res eſt vel ſacra, ſi nempè cultui divino dicata eſt; vel profana, ſi uſui humano fuerit deputata. Proindè res ſacra, & res profana opponuntur, (119) & profanus locus opponitur

(113) *Sanctor. loc. cit.* ℣. *Nec eſt neceſſarium.*
(114) *Oldrad. Tr. de Iur. & æquit. l. p. ff. de Vſufr. apud Sanctor. Comm. cap. 1. Statut. 2. §. 4.*
(115) *text. in cap. Clericus Maledicus. 46. Diſt. Conc. Carthag. 4. cap. 57.*
(116) *Scot in 4. Diſt. 15. Q. 4. §. Reſpondeo.* ℣. *In primo. E. 2.*
(d) *Pract. crim. Tit. Applicatio. §. 23.*
(e) *cap. p. de Calumniat. junct. gloſs. in V. Maximè ſecretis. Inſt. de Iniur. §. Atrox. l. Pretor. ff. eo. tit. cap. Cum illorum. de ſent. Excom.*
(f) *Cravet. Conſil. 149. per. tot. Aegid. Bellamer. Conſ. 35. n. 19. & 20. Roman Conſ. 480. col. 1.* ℣. *Capio nunc. Vbi Apoſtil. in V. concurrit & ad Conſ. 112. in V. Referenda Tuſc. Concl. 291. lit. C. n. 7.*
(117) *Alexand. Conſ. 110. n. 15. & ſeqq. lib. 3. Oldrad. Conſ. 91. n. 5.* ℣. *Prætereà. l. Inter omnes. § Recte ff. de Furt. Tuſc. S. C. Concluſ. 135. n. 14 lit. D. Concl. 274. n. 7.*
(118) *Agen. Vrbic. Comment. Trentin. apud Calvin. lexic.* ℣. *Profanū.*
(119) *l. Inter ſtipulantem. §. Sacram. ff. de Verb. Obl.*

Digitized by Google

ponitur loco religioſo, (120) ſivè ſacro. Sed ſpecialiter profanum accipitur prò peccaminoſo; & in hoc ſenſu homo profanus idem eſt, ac homo peccator. De iſtâ autem ſignificatione multa exempla habemus in Scripturâ: in *Levitico* enim, (121) ubi loquitur de comedente contrà mandatum Dei Hoſtiam pacificam poſt triduum ab immolatione, dicitur, *prophanus erit, & impietatis Reus*. In Ezechiele, (122) *Tu profane impie dux Iſrael*. In ſecundo *Machabæorum*, (123) *Iudas inſtabat puniens profanos*. Et *Apoſtolus ad Hebræos*, (124) *Nè quis fornicarius, aut profanus &c.*

69 In propoſito autem, abuſus prophanus verborum Sacræ Scripturæ, ut ſit punibilis Carcere, pròut dicebam, oportet, quòd intelligatur mortaliter peccaminoſus; hoc eſt, quòd uſurpentur verba Sacræ Scripturæ in re, quæ de ſe mortaliter peccaminoſa ſit, & hoc independenter à materiâ fidei; pròut eſſet, ſi quis clauſulis quibuſdam *ſacrorum Canticorum* uteretur in cantione, ſivè Epiſtolâ impudicâ ad Amaſiam, eam ſollicitandò; ſivè verbis Scripturæ uteretur in Satyrâ, aut libello famoſo contrà determinatam perſonam. Hic enim eſſet verus abuſus peccaminoſus, cantio enim, Epiſtola, Satyra, aut libellus famoſus ex ſe ſunt peccata mortalia. Verum eſt, quòd ad complementum delicti, ut dictum eſt ſuprà, requiritur, quòd tales compoſitiones in familiaribus colloquiis publicari debent: proindè Compoſitor talium ſcripturarum, ſi in Cellâ privatim conſervaret, & nulli panderet; non committeret in ſtatutum; ex eo quòd deficeret una conditio, ab eo requiſita, puta, uſus in familiaribus colloquiis.

70 Circà quintum Statutum, datum ſuprà *num.* 51. deſumptum ex *Textu*, Noto primò, quòd jure merito ſub hoc paragrapho, in quo de *Blaſphemiâ* locuti ſumus, ponitur delictum loquendi obſcenitates; nàm, juxtà vulgatam *D. Bernardi* ſententiam, *otioſa verba in ore Religioſi, Blasfemiæ ſunt*; & multò magis *Blaſphemia* reputanda ſunt verba obſcena, & maximè in *Fratre Minore*, qui in ſuâ Regulâ (125) monitum habet à Seraphico Patriarchâ, ut *honeſtè loquatur omnibus, ſicut decet*.

71 Noto ſecundò, quòd *Textus* non debet accipi de eo, qui ſemel, aut bis ex inadvertentiâ, vel joco, obſcenum aliquod verbum protulerit, vel minùs honeſtam fabulam, ut in familiaribus colloquiis plerùnque evenit, recitaverit. Ratio eſt, quià *Textus* habet, *Si graviter monitus non ſe correxerit*, ex quo evidenter deducitur, hic puniri eum, qui ex pravâ conſuetudine obſcena loquitur. Prætereà pena carceris non datur, niſi mortaliter delinquenti, & talis non eſt, qui ex inadvertentiâ, & lubricitate linguæ, in talia verba aliquandò prorumpit. Militat ergò hujus Statuti diſpoſitio contrà quoſdam nomine tenùs Religioſos, qui ſæcularium dyſcolorum ad inſtar, nil aliud, niſi obſcænitates, & turpia in ſermonibus habent, benè oſtendentes ex ructibus impudici ſermonis, in quos ſolvitur pectus, quo cibo interiùs peſſimè ſaginentur. Scandalizantur profectò ex talium converſatione ſeculares, & eos ſolo habitu Religioſos jure merito autumant. Talis ergò ſcandaloſus Frater, ſi graviter monitus, (hoc eſt confuſibiliter à Superiore Provinciali, aut locali publicè correctus per exprobationem ſuæ obſcenæ dicacitatis) non ſe correxerit; in eum animadvertatur prò qualitate delicti, etiam cũ penâ Carceris, aut graviori, Superiorũ arbitratu.

72 Noto tertiò in hoc *Textu*, nomine Carceris non venire Carcerem formalem, ſed domum diſciplinæ, aut Carcerem clauſtralem; ſicut etiam vocabulo *pænæ gravioris* non venit in hoc caſu illa, quæ eſt gravior comparatione Carceris formalis; ratio eſt, quià pœna hæc non eſſet delicto commenſurata, & lex irrationabilis eſſet, quod tamen de lege præſumendum non eſt; Nàm quò ad Nos nulla penagravior Carcere formali datur, quàm Triremes, & Ejectio ab Ordine, quæ cùm ſint omnium penarum graviſſimæ, incongruè adhiberentur ad vindicandum turpiloquium, quod in gravitate æquale non eſt tantis penis. Debet ergò accipi hìc pena gravior comparatione penæ levis, puta, prò unâ ex illis penis, quæ, cùm compeſcendis gravioribus delictis adhibeantur, graviores noncupantur.

73 Non nego tamen, quìn etiam carcer formalis adhiberi poſſit, ſi exceſſivè qualificatum eſſet turpiloquium, puta, ſi factum fuiſſet coràm honeſtis matronis, ſeù Virginibus, quæ ex auditu talis ſermonis fuiſſent rubore ſuffuſæ, & ſtomachabundæ ex impuritate narrationis, ſcandalizatæ abſceſſiſſent à loco, in deteſtationem nefandi illius diſcurſus; & factum, vulgatum in Populo, magnum ſcandalum peperiſset. Aut etiam, ſi verba obſcena non fuiſsent per ſimplicem narrationem enunciata, ſed tendentia ad ſollicitationem ad turpia: & hoc argui poteſt ex motibus, geſtu, & conſuetudine loquentis, aliàs diffamati de vitâ parùm compoſitâ, & turpi. In ſimilibus caſibus prudenter librandis per Superiorem, non abnuo Carcerem formalem etiam adhiberi poſse; eò maximè, quòd ex *Textu*, eorum arbitratu tota res eſt commiſſa.

74 Circà Sextum Statutum, datum ſuprà *num.* 52. cujus materia affinis eſt cum *Blaſphemiâ*, ut proinde meritò ſub eodem paragrapho tractetur (*convicium* enim injurioſa locutio eſt in homines, ut *Blaſphemia* eſt eadem in Deũ) Noto primò, quòd *convicium* dupliciter capitur; uno modo ſtrictè, & ſic, ut dicit *Vlpianus*, (126) *Convicium* dicitur à concitatione, vel à Conventu, hoc eſt à collatione vocum; cum enim in unum plures voces conferuntur, *convicium*, quaſi *convocium* dicitur; & hoc modo nomine *convicii* venit ſolùm illa injuria, quæ fit, quando plures inſimul vociferantur ad aliquem injurandum, vel perſequendum, ut fecerunt Judæi, qui iniuriantes *Ieſum Chriſtum D.N.* ut ſeductorem clamabant (127). *Tolle tolle crucifige eum*, & hujus criminis Rei ſunt, non ſolùm vociferantes, verùm quoque qui concitavit ad vociferandum alios, vel qui ſummiſit, ut vociferetur, ut ibidem ait *Vlpianus* (128)

75 Alio modo ſumitur largè prò quâvis injuriâ verbali, ſivè maledicentiâ, illatâ in præſentiâ ejus, cui aliquis conviciatur; & in hoc ſenſu accipit Imperator in quâdam lege, (129) in quâ monet Advocatos, quomodò ſe debeant gerere, dùm clientulorum Cauſas dicunt; ait enim *Antè omnia, Advocati ità præbeant patrocinium iurgantibus, ut non ultrà, quàm litium poſcit utilitas, in licentiam conviciandi, & maledicendi, temeritatem prorumpant*.

76 Differt autem *convicium* à contumeliâ, quià *convicium* importat defectum naturalem perſonæ, ut ſi aliquis ad injuriam vocetur *gibbus, ſtrabo, traulus, &c.* contumelia autem importat defectum moralem; ut ſi aliquis vocetur *fur, leno, falſarius* &c. ut ex *D. Thomâ* docet *Albericus*, (130)

77 Noto ſecundò, quòd improperium eſt injuria, in
quâ

(120) *l. ſi quis. 40 ff. de Relig. & ſumpt. fun. l. 37. ff. de Contr. empt. l. 4. C. de Relig. & ſumpt. fun.*
(121) *Levit. cap. 19. V. 7.*
(122) *Ezech. cap. 21. V. 25.*
(123) *2. Machab. cap. 12. V. 23.*
(124) *Hebræ. cap. 12. V. 16.*
(125) *Regul. Min. cap. 3. poſt Med.*

(126) *text. in l. Idem apud §. Convitium. ff. de Iniur. & fam. libe.*
(127) *Io. cap. 19. V. 15.*
(128) *text. in d. l. Idem apud §. Feciſſe ff. de Iniur. & fam. libe.*
(129) *text. in l. Quiſquis. § Ante omnia. C. de Poſtul.*
(130) *Alberic. Diction. V. Conviciari. D. Thom. 22. q. 72. art 1. ad 3.*

quâ aliquid vitium ſivè verum, ſivè falſum obiicitur alteri, cui improperatur; ità ut improperare (ut *Spiegelio* (131) placuit) nihil aliud ſit, quàm crimen alicui obiicere; undè contumelia, & improperium differant inter ſe, ut actus ab habitu, ità ut improperans obiiciat vitium per modum actus, ut dicendo *Lanocinium exercuiſti*; contumeliam autem inferens, illud obiiciat per modum habitus; ut dicendo *Tu es leno*. Qui ergò in *Prælatum improperii verba protulerit*; nempè ei obiiciendo, quòd ſit latro bonorum Conventus, quòd communes eleemoſinas defraudet &c. *& convicii*, puta, dicendo *furdum, ſordidum, ignorantem* &c. genuflexus debet pane, & aquâ jejunare, & omni jejuniorum jure bienniò carere.

78 Advertendum autem, quòd, ſi improperat aliquod delictum falſum, ſi coràm Teſtibus improperium tale effutit, improperans tenetur penis infamantium, quià fama *Prælati* læſa manet apud eos, qui audierunt, & tale crimen ignorabant, à quibus, ut communiter accidit divulgabitur, & *Prælati* fama periclitabitur. Si autem improperat delictum verum, quod aut notorium ſit, aut probare poſſit, non minùs puniri debet, nàm verba Statuti æquè verificantur in improperante delictum verum, ſicut & falſum; & diſcrimen ſolùm eſt, quòd improperando falſum, debet Reus puniri penis infamantium etiam, ut dictum eſt.

79 Noto tertiò, quòd hìc nomen *Prælati* accipi debet reduplicativè, puta, quòd *improperium*, ſeù *convicium* jactetur contrà eum in loco, aut actu exercitii Prælaturæ, puta, in Refectorio, aut Capitulo culparum, aut alibi, ubi Communitas Fratrum interveniat. Moveor, quià quàmvis perſona *Prælati* ſit ubique præ cæteris honoranda, tamen ibi magis honorandus eſt, ubi *Prælati* actus exercet; undè ſequitur, quòd gravius evadit crimen, ſi ibi inhonoretur. Pena autem privationis ſuffragiorum ſatis gravis eſt, & de æquitate non convenienter adaptabilis ei, qui ex iracundiâ, impetu coràm uno, aut altero Teſte aliquod vitium *Prælato* obiiceret in Camerâ, aut Clauſtro &c. In hoc caſu autem cenſeo, ſolum jejunium in pane, & aquâ cum diſciplinâ, deberi pro penâ, non verò privationem; quandòquidem improperans non *Prælatum*, ut infrà dicam, punitur tantùm diſciplinâ publicè; improperans verò *Prælato*, ratione dignitatis, majorem penam portare debet, nempè jejunium publicum, cum genuflexione in pane, & aquâ, ac diſciplinâ, ut dicitur in Statutis *Salmanticenſibus cap.7. ℣. Quicunque Frater alteri. Orb. Seraph. Tom.3. fol.*321. Si verò *improperium* jactetur contrà *Prælatum* coràm Communitate, tunc intrat tota pena, quæ hìc ſancita eſt.

80 Quâ verò pena puniri deberet, qui improperaret fratri non *Prælato* crimen, aut ei conviciaretur? Dico, quòd de hoc habetur Statutum Ordinis, 132) ità cantans, *Si quis Fratrum non Prælato verbum improperii, aut convicii dixerit, flagella diſciplinæ ſingulis vicibus in Communitate fratrum ſibi adhibeat*. Et ſi crimen notorium eſt, aut probari poſſit, & improperans eodem contextu profiteatur, ſe illud velle ad *Prælatum* deferre, ut eum puniat, quid juris? Dico, quòd, tali caſu, nullam penam meretur. Ratio eſt, quià objectio talis criminis cenſenda tunc eſt pars accuſationis, quam contrà illum intentare vult; & quemadmodum accuſando illum de verò crimine, quod probare intendit, nullam penam incurrit, ità nullam meretur, obiiciendo Reo extrajudicialiter crimen, ſuper quo vult eum judicialiter provocare. Si verò nolens accuſare, improperat tantùm crimen, quàmvis verum, puniri debet; quià oſtendit animum injuſtum lædendi proximum in famâ; non verò, quòd juſtitiæ ordine corripiatur; undè & puniendus eſt.

81 Quid autem dicendum, ſi obiiciatur crimen, de quo aliàs quis per ſententiam, aut paternaliter punitus fuerit? Dico, quòd de hoc habetur Statutum *Salmaticenſe* (133), ſic ſonans. *Si autem improperaverit aliquem de delicto ignominioſo, prò quo jàm aliàs fuit punitus, diſciplinam faciat publicè in Refectorio, & ſemel jejunet in pane, & aquâ*. Et advertendum, Statuta Ordinis collectionis *Sambucana* eſſe corrupta, dùm ajunt (134) hujuſmodi improperantem *puniendum eſſe pænâ talionis*, proindè non ſunt attẽdenda, dùm diſcordát à *Salmanticenſibus*, à quibus deſumptũ eſſe tale ſtatutũ, illud inibi in margine adnotatur.

82 Non inutile autem eſt diſcutere, An *Prælatus* convicians, aut ſimiliter, ut dictum eſt, improperans ſubdito teneatur aliquâ penâ, & quâ?

83 Reſpondeo, quòd gratiâ correctionis poteſt Superior etiam aliquod verbum contumelioſum dicere Subdito, ut ait *D.Th.* (135) ſiquidèm *D. N. I. C.* vocavit (136) diſcipulos euntes in Emmaus *ſtultos, & tardos corde*; & *D. Paulus* (137) dixit *Galatas inſenſatos*. Hoc tamen debet fieri, ut advertit *Cajetanus* (138) cum magnâ circumſpectione, & non niſi Spiritu Sancto ſuggerente, puta, quòd ex charitate, & amore emendationis proximi illud verbũ proferatur; undè & *Tullius* ipſe *libro de Officiis* ait, *Omnis animadverſio, & caſtigatio contumeliâ vacare* debet. Proindè aliàs (139) dedimus monitum, datum à Statutis Ordinis, (140) Superioribus, ut in corrigendis ſubditis in Capitulo culparum, à contumeliis, iniuriis, improperiis, & calumniis omninò abſtineant.

84 Quandò igitur Superior aliquod verbum contumelioſum ingerit ſubdito, ad illius correctionem, advertere oportet, quòd tale verbum conferat ad correctionem ipſam; aliter, ſi verbum ad correctionem minimè facit, tale verbum injurioſum eſt, non correctorium, nec procedit à charitate, ſed à paſſione, & ut ait, loco ſupracitato, *Cajetanus*, non promovet in ſubdito emendationem, ſed iram. Ratio eſt, quià tale verbum de ſui naturâ vetitum eſt proferri contrà proximum, cum ſit de ſui naturâ læſivum famę illius; quòd ſi non ex intentione lædendi eum, ſed ex charitate, & deſiderio promovendi in illo correctionem proferatur, permiſſum quidem eſt, tamen debet eſſe tale, quòd eam promovere idoneum ſit; quòd, ſi ad illam nullo modo facit, ſignum eſt, Superiorem non moveri ab amore, ſed à paſſione, odio, animoſitate &c. & non ſtudio corrigendi, ſed injuriandi, tale verbum effutiiſſe.

85 Dico igitur, quòd ſuperior non minùs ligatur, reſpectu ſuorum ſubditorum, diſpoſitione hujus Statuti, quàm Subditi ipſi reſpectu eorundem inter ſe, ſeù reſpectu Superiorum, & proindè, ſi circà hæc delinquit, puniri debet etiam ipſe, tanquàm quivis alius de populo Clauſtrali; Imò, Me judice, graviùs adhuc cęteris, tùm ratione mali exempli, quod ſubditis ſubminiſtrat in ſæviendo linguâ contrà proximum, ſibi inviſum, eò quià eſt diverſę factionis; tùm quià in actu, per quem iſte corrigi deberet, motivum ei ſubminiſtrat perſeverandi in ſuo defectu, & contrà Superiorem iraſcendi, & quem iſte

(132) *Stat. Gen. Ord. cap.7. ʃ.5. num.*45.

(133) *Stat. Salmantic, cap.7. ℣. Quicunque Frater alteri, Orb. Seraph. Tom.3. fol.32 . col.1.*

(134) *Stat. Gen. Ord. cap.7. ʃ.6. num.*50.

(135) *D. Thom. 2.2. quæſt.72. Art.2. ad 2.*

(136) *Luc. cap.24. ℣.25.*

(137) *Ep. ad Galat. cap.3. ℣.1.*

(138) *Cajetan. 2.2. quæſt.72. Art.2.*

(139) *Part. p. Tit. Delictorum. nu.17.*

(140) *Stat. Gen. Ord. cap.5. ʃ.3. n.4.*

Digitized by Google

iſte facere deberet correctiorem, facit pejorem; tùm quià Superior ſibi datâ abutitur poteſtate: non in edificationem, ſed in deſtructionem; & publicâ authoritate vtitur ad privatæ paſſioni obſequendum. Sequitur proindè, ut aliàs (141) docuimus, quòd, ſi Superior impingit in publicâ Communitate Subdito delictum grave, & infamatorium falſum; aut ſi verum, occultum tamen, & tale, quod probari non poſſit, poteſt Subditus illum accuſare apud majorem *Prælatum*, tanquàm infamatorem, & prætendere, ultrà reſarcitionem ſuæ famæ, (ad quam etiam ſinè interventione Officii Judicis in conſcientiâ tenetur) ut puniatur pœnis infamantium, de quibus inferiùs dicemus. Si autem Superior ſolitus eſt in Subditos convicia effutire, & riſum commenſalibus ciere, ac illos ſatyrizare, & in deriſum ponere, ac exarcerbare, juxtà Statutum *Valliſoletanum*, quod loco proximè citato explicavimus, corrigendus eſt.

## §. III.

# Infamatio.

*SUMMARIUM.*

1 *Infamare, quid ſit.*
*Infamatus, quis dicatur.*
*Fama, quid ſit.*
*Fama, & honor poſt bona naturæ principalia ſunt.*
*Infamia pœna æquiparatur morti.*
2 *Infamatio quotupliciter accidat.*
*Contumelia, & detractio, quomodò differant.*
*Contumelia, convicium, & improperium, quomodò differant.*
*Infamatio, & calumnia, quomodò diſtinguantur.*
3 *Falſitas eſt in dicendo falſo, & in tacendo vero.*
*Littera Apoſtolica, quomodò dicantur ſurrepta.*
*Falſum dicere majus crimen eſt, quàm verum tacere.*
4 *Infamans alium de crimine vero, àn teneatur actione iniuriarum.*
5 *Infamatio ſolo nomine differt ab iniuriâ.*
*Iniuriæ gradus, & qui.*
6 *Iniuriæ gravitas pendet ab hominum exiſtimatione.*
7 *Exiſtimatio hominum in penſandâ iniuriâ eſt popularis, & juxtà mores Patriæ.*
8 *Iniuriæ ratio pendet ab intentione iniuriantis.*

1 INfamare, à quo dèrivat *infamatio*, eſt *famam alicujus dicto, ſcripto, factovè laceſſere, ſivè lædere*: undè infamatus propriè dicitur, *cujus opinio eſt læſa apud viros providos, cordatos, & honeſtos,* (1) *& graves*. *Fama* porrò, quæ ex *infamatione* jacturam patitur, *eſt illæſæ dignitatis ſtatus, vitâ, & moribus comprobatus; vel communis loquutio, ex veriſimilibus conjecturis conſurgens*, ut habet quædam *Gloſſa*, & Doctores. (2) Eſt autem graviſſimum crimen aliquem infamare, & eſt homicidio proximum; infamans enim privat hominem famâ, & honore, quæ, poſt vitam, primum locum inter bona naturalia obtinent, (3) & pœna infamiæ morti æquiparatur. (4)

2 Tribus porrò modis aliquis infamatur. Primò verbis, quæ, ſi publicè proferuntur, vocantur *contumelia*, ut poſt *D.Thomam*, & *Bonacinam*, ſcribit *Sanctorus*, (5) ſi verò ſecretò, dicitur *detractio*. Ego autem exiſtimo, *contumeliam* vocari, quandò verba infamatoria proferuntur in præſentiâ; *detractionem* verò, quandò dicuntur in abſentiâ infamati; quià, ut habetur ex *D.Thomâ*, loco citato, *contumelia*, *convicium*, ac *improperium* non differunt, niſi penes obiectum defectus proximi, puta, in naturalibus, aut moralibus; *convicium* autem, aut improperium non eſt, niſi proferantur in præſentiâ ejus, cui conviciatur, aut improperatur; ſequitur ergò, quòd idem dicendum eſt de *contumeliâ*. Secundò infamatur aliquis ſcriptò; nempè per famoſos libellos, de quibus infrà ſuo loco dicemus. Tertiò autem factis, ut conſpurcando fores domus; pingendo, aut appendendo cornua &c. Differt autem *infamatio*, de quâ in hoc paragrapho, à *calumniâ*, de quâ in ſequenti dicemus, in hoc, quòd *calumniâ* eſt, quæ proponitur in judicio; *infamatio* autem extraiudicialiter propalatur. A *diffamatione* verò differt, quià *infamatio* fit, dicendo de proximo aliquid falſum; *diffamatio* autem, dicendo aliquid verum, ſed occultum, quod probari non poteſt.

3 Continetur autem falſitas, tàm in tacendo verum, ſicut in exprimendo falſum, utroquè enim modo literæ Apoſtolicæ impetratæ, dicuntur ſurreptæ. (6) maior autem, & deteſtabilior culpa eſt falſum dicere; quàm verùm tacere, ut ait *Abbas*, (7) ſequitur proindè, quòd magìs delinquit, qui proximum infamat de delicto abſolutè falſo, quàm is, qui tacendo aliquam circumſtantiam, quæ factum reddit licitum, proximum Reum delicti dicit, ut eſſet, ſi quis diceret, *Cainum occidiſſe Titium*, & taceret, quòd hoc fecit ad ſui inculpatam tutelam.

4 Si autem delictum, de quo alius infamatur, verum eſt, dubium eſt, àn iniurians, ſivè infamans delinquat, & teneatur actione iniuriarum. Huic dubitationi reſpondet *Clarus* (8) diſtinguendo; nempè, aut intereſt Reipublicæ, quòd ſciatur id, de quo alium infamavit, ut nempè, quod ſit homicida, falſarius &c., aut non intereſt; ut ſi dicatur cæcus, claudus &c. In primo caſu infamans, ſivè iniurians, ſi probet delictum, de quo alium infamavit, nō delinquit,



(141) *Ram. p. Tit. Pœnarum num. 68.*
(1) *cap. Qualiter, & quandò. il 2. Extrà. de Accuſa.*
(2) *Gloſſ. in cap. Veſtra. in V. Notorium. de Cohab. Cler. & mul. l. Cognitionem. ff. de Var. & extra. cogn. Bald. in l. De minore. §. De Quæſt.*
(3) *Petr. Navar. lib. 2. cap. 4. num. 6. Filliuc. Tract. 40. cap. 4. quæſt. 1. num. 87. Rebell. de Reſtit. lib. 4. q. 1.*
(4) *arg. l. Iuſta. init. iunct. Gloſſ. ff. de Manumiſſ. vindic. Add. ad Bertaz. Conſ. crim. 198. lit A. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 80. Caſ. 16. num. 41.*
(5) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 72. art. 1. ad 3. Bonac. de Reſtit. diſp. 2. qu. 4. Punct. 1. n. 3. Sanctor. de Pœn. cap. [illegible] V. Reſpondeo ſecundò. fol 418.*
(6) *text. in cap. Cum dilecta. Extrà. de Reſcr. & in cap. 2. de Fil. præsb. in 6. & in cap. 6. de Conſang. & affin.*
(7) *Abb. in cap. Quià circà. n. 5. de Conſang. & affin.*
(8) *Cla. §. Iniuria. V. Item quæro. num. 15.*

Digitized by Google

nec tenetur ergà iniuriatum; ſi autem minimè probet, tenetur. Advertit tamen, quòd talis diſtinctio procedit tantùm de jure Civili, ſed non de Canonico: ſiquidèm juxtà hoc, nunquàm extrajudicialiter licèt crimen infamans, quàmvis verum ſit, & probari poſſit, ac etiam, ſi notorium eſſet, obiicere. Nàmque in locutione iniurioſâ, ſivè infamatoriâ, penſandus eſt animus loquentis, qui cognoſci poteſt ex circumſtantiis; & ſi ad illius iniuriam aliquid contrà proximum effutit, licèt illud verum ſit, tamen delinquit, quiâ illum iniuriat. Hoc tamen delictum intelligitur prò foro animæ tantùm; nàm pro foro externo, nullo modo puniendus eſſet, qui alteri dixiſſet, *Tu es latro*, ſi ejus latrocinium judicialiter probaſſet.

5 Convertitur *infamatio* cum iniuriâ, nec niſi ſolo nomine differt, utraque enim tendit ad famæ proximi denigrationem; & utraque verbis, ſcripto, & factis infertur, & ut notat *Cardinalis de Lugo*, (†) ordinatur contrà vitam, aut honorem, aut famam, aut bona temporalia proximi. De aliis quidèm loquemur alibì; hìc autem ſolam verbalem iniuriam examinamus, quæ, ut habet *Raynaldus* (9) eſt in triplici differentiâ, nempè atrox, enormis, & levis, & graduationem accipit, quemadmodum, & aliæ iniuriæ ſpecies, à loco, perſonâ, & verborum ſignificato. Ratione loci gravior eſt iniuria, quæ fit in publico, eâ, quæ fit in ſecreto; & gravior illa, quæ fit coràm perſonis nobilibus, quàm ea, quæ fit coràm vilibus. (10) Ratione perſonæ tantùm creſcit in gravitate iniuria, quò major eſt in iniuriato dignitas; undè gravior eſt iniuria, illata Clerico, quàm Laico; & gravior facta Epiſcopo, quàm ſimplici Clerico, & gravior facta viro nobili, quàm plebeio. Ratione ſignificati verborum, eò enim creſcit iniuria, quò gravior infamiæ nota inuritur iniuriato.

6 Jniurioſum autem verborum ſignificatum, ac illius gravitas magìs menſuratur à communi hominum æſtimatione, quàm à rei veritate. Nàm ſecundùm rei veritatem, major cenſenda eſſet iniuria, quæ gravius crimen iniuriato obiiceret, homo enim à ſolo crimine reddi debet infamis; ſicut enim bona fama eſt à virtute, ità infamia, illi contraria, oriri rationabiliter non debet, niſi à vitio; undè juxtà majorem turpitudinem vitii, creſcere deberet infamia. Non tamèn ità eſt; ſed penſatur gravitas iniuriæ ab exiſtimatione hominum: cùm enim per iniuriam verbalem infametur homo, & fama conſiſtat in exiſtimatione, ſivè opinione Populi de aliquo; ſequitur, quòd ex verbo iniurioſo, tantùm infamatus dicatur aliquis, quantùm gravis exiſtimatur *populariter* talis iniuria.

7 Dixi *populariter*, ſeù communiter, non autem ſolo judicio hominum gravium, ac prudentum. Nàm homo cordatus, & prudens æſtimaret graviorem eſſe iniuriam, ſi quis alteri diceret, *Tu es atheiſta*, quàm ſi diceret, *Tu es fur*, & adhùc majorem, dicendo, *Tu es beſtia*, quam dicendo, *Tu es cornutus*; nàm dicere beſtiam eſt negare homini rationalitatem, ac eſſe humanum ſimpliciter, quod majus eſt quâcunque virtute, cùm nobilior, & prior ſit ſubſtantia quocunque accidenti, qualitate, ut eſt virtus. Pariter dicere *atheiſtam*, eſt aſſerere graviſſimi criminis omnium, quæ ab homine committi poſſunt, illum eſſe Reum; negare enim *Deum eſſe*, quod eſt atheiſmus, ſuperat omne aliud, quàmvis graviſſimum crimen. Ex aliâ parte *eſſe furem*, damnificantem, nempè proximum in bonis fortunæ, quæ infima ſunt, omninm gravium criminum minimum cenſendum eſt; & aliquandò neque crimen eſt, ut in caſu neceſſitatis. Similiter *eſſe cornutum*, habere, nempè vxorem infidelem, nullum crimen eſt; quandòquidèm hoc poteſt eſſe ſinè illius ſcientiâ, ac patientiâ, & conſequenti abſquè omni crimine; & tamen in hominum communi opinione hæ duæ cenſentur ex majoribus iniuriis, quæ honeſto viro inuri poſſint. Sequitur hinc, quòd juxtà varietatem Regionum, variatur gravitas ejuſdem verbalis iniuriæ; undè in *Lombardiâ*, dicere aliquem uxoratum *eſſe cornutum*, prò graviſſimâ iniuriâ reputatur; non ſic autem eſt in *Regno Neapolitano*, ubi paſſim tale verbum inter familiaria colloquia uſurpatur.

8 Advertendum pariter, quòd ratio iniuriæ magìs pendet ab intentione iniuriantis, quàm à tenore verborum; proindè, ſi quis verbum, aliàs iniurioſum, in alium proferat, non quidèm animo iniuriandi, ſed joco, familiaritate, uſu loquendi, inadvertentiâ, & ſimilibus caſibus, nec iniuria, neque crimen eſt, (11) & hoc quàmvis verba, ſecundùm ſe iniuriam importent; vice verſâ, quàmvis verba in ſuo ſignificato materiali non ſonent iniuriam, ſi tamen animus iniuriandi adſit, evadunt in iniuriam, ut dicendo, *Tu es bonus homo*, ità enim reputatur, ac ſi diceretur, *Tu es cornutus*, ut ex *Azevedo* ſcribit *Raynaldus*. (12)

## Probatio.

### *SUMMARIUM.*

9 *Iniuria verbalis, quomodò probanda.*
*Opinio, quòd probandus ſit animus iniuriantis.*
10 *Reiicitur talis opinio.*
*Quandò verba ex ſe ſunt iniurioſa, præſumitur de malo animo.*
11 *Animus probatur per coniecturas.*
12 *Contrà conſanguineum non præſumitur animus iniuriandi.*
*Superioritas, reſpectu iniuriati excludi animum iniuriandi.*
13 *Coniectura probantes animum iniuriandi.*

9 JNiuriæ verbalis delictum, cùm non relinquat veſtigium poſt ſe, probari debet per Teſtes, ſicut & omnia alia delicta facti tranſeuntis, & in hoc crimine, ſi atrox iniuria fuerit, poteſt Judex ex Officio inquirere: ſi autem levis; non proceditur, niſi ad querelam partis, ut volunt Doctores. (a) Cùm

(†) *Lugo de Iuſt.iur.tom.1.diſp.1.ſect.2.n.38.& de Pæn.diſ.16.n.650.*
(9) *Raynald.Obſerv.crim.Tom.1.cap.11.§.7.num.4.*
(10) *l.Prætor edixit.§.Atrocem.ff.de Iniur.Menoch.de Arbitr.lib.2.Caſ.263.num.5.*

(11) *text in l.Illud § Sane.ff.de Iniur. & in l.Si ex plagis.§.final.iunct.gloſſ.ff.Ad l.g.Aquil.l.obligationem.in fin.ff.de Act.& oblig.§.Plane de teſtamen.V.Cæterum Inſt.de Teſtam.milit.*
(12) *Azeved.Recopil.lib.8 Tit.10.leg.2.num.79.apud Raynal.Tom.p.cap.11.§.8 num.26.*
(a) *Muſcatel.de Delict.cogn.de Iniur.num 21.& 31.Sanfelic.Deciſ.63.num.24.& ſeqq.Aſfl.H.in Conſtit.Poſtquàm citata.Not.3.apud Raynald.Tom.1.cap.11.§.7.num.11.*

Digitized by Google

Cùm autem, ut dictum eſt, injuria requirat, ad hoc, quòd talis ſit, quòd procedat ab eo, qui animum jniuriandi habet, videretur dicendum, quòd, qui probare intendit, jnjuriam ſibi fuiſſe factam, non ſufficit, quòd probet, tale verbum contrà ſe fuiſſe prolatum, ſed requiratur, quòd etiam probet fuiſſe prolatum, animo jnjuriandi, cùm, ut aliàs dictum eſt, ſemper probanda ſit illa qualitas, quæ facit ad conſtituendum delictum, & ſinè quâ delictum non eſt delictum; & ſic tenuit *Iacobus de Belviſo*. (13)

10 Contrarium tamen verius eſt, & recitata opinio poteſt habere locum, quandò dictum, aut factum de ſui naturâ jnjuriam non importat; ſed ſolùm talis evadat, quandò dicatur, aut fiat cum animo jnjuriam inferendi; vndè, qui vult probare, ſe jnjuriâ fuiſſe affectum, probare debet, hoc fuiſſe affectum ab eo, qui animum jnjuriandi habuit, cùm ejus animus malus, ex tali dicto, aut facto evidenter non appareat, & proindè Actoris erit illud probare. Quandò verò dictum, aut factum de ſui naturâ jnjuriam importat, probato illo, transfertur in Reum onus probandi, ſe dixiſſe, aut feciſſe illud tale, non animo jnjuriandi, ſed joco. Ratio eſt, quià non præſumitur, quòd joco fuerit illata jnjuria, quandò aliquid de ſui naturâ jnjurioſum fuerit factum, aut dictum; nàm omne verbum jnjurioſum præſumitur prolatum animo jnjuriandi, niſi contrarium probetur. (14) Probabit autem

11 Animus ejus verò, qui jnjuriavit, cùm aliter probari nequeat, per coniecturas probandus eſt argumento eorum, quæ in jure dicuntur. (15)

12 Quià autem ex perſonarum qualitate poteſt quid jnjurioſum, aut non, cenſeri, conſideranda eſt perſona jniuriantis. Si enim, qui dicitur jniuriaſſe, eſt conſanguineus jnjuriati, non præſumitur, quòd ſit facta iniuria animo iniuriandi, ut deducitur ex jure, (16) & in ſententiâ *Bartoli in l. Ut vim poſt. num. 4. v. Ad quod etiam facit ff. de Iuſt. & iur.* animus iniuriandi non præſumitur inter coniunctos vſquè ad ſeptimum gradum, ideò tali caſu probandum eſt ab iniuriato, quòd iniurians malo animo illud dixerit, aut fecerit. Extendendam verò puto hanc concluſionem ad illos, qui aliquam ſuperioritatem habent, reſpectu illius, qui quæritur fuiſſe iniuriatum, ſivè talis ſuperioritas ſit Magiſtratus; ſivè Prælaturæ; ſivè Magiſterii, ſivè nobilitatis, ſivè dominii; nàm tales, gratiâ correctionis, poſſunt, reſpectu ſuorum inferiorum, aliquid dicere, aut facere, quod tamen dictum, aut factum ab aliis jure meritò iniuria eſſet cenſenda. Proindè Præceptor ſivè ſcientiæ, ſivè artis, diſcipulum negligentem, aut errantem, ſimiliterque Dominus famulum cædit; & Prælatus in Subditos, & Nobilis in Plebeios, gratiâ correctionis, verba iniurioſa jacit; nec tunc tamen rationabiliter præſumi poteſt in loquente animus iniuriandi; & proindè tali caſu, oportet, quòd, qui prætendit ſe fuiſſe iniuriatum, probet in loquente fuiſſe animum iniuriandi.

13 Coniecturæ ad probandum illius animum poſſunt eſſe multæ; concludentior tamen illa eſt, quæ deducitur à conſideratione, ſi verbum iniurioſum prolatum, aptum ſit ad promovendam emendationem; àn potiùs ſit totaliter ad hoc improportionatum. Si enim hoc, patet manifeſtè non ſtudio correctionis, ſed animo iniuriandi, verba fuiſſe prolata. Exemplum poteſt eſſe in Prælato, qui, ſi in Capitulo culparum Subditum, negligentem ad ſurgendum ad horas nocturnas, reprehendat, eum vocet *pigrum, deſidioſum, ventri tantùm, ac ſomno deditum &c.* demonſtrat ſe, gratiâ illum incitandi ad excutiendam à ſe deſidiam, protuliſſe talia verba, ad eum finem ex ſe tendentia. Si verò eum vocet *baſtardum; cerdonis filium; viliſſimæ plebis germen; de genere maculato ortum &c.* apparet in eo animus iniuriandi, cum hæc improperia improportionata ſint ad promovendam in Subdito correctionem propriæ negligentiæ.

## Pœnæ.

### *SUMMARIUM.*

14 *Pœna jnjuriantium de jure communi.*

15 *Damnatus de illatâ iniuriâ, incurrit infamiam.*

16 *Quandò ex iniuriâ, prolatâ in Principem, jncurratur crimen læſæ Majeſtatis.*

17 *Quandò debeatur pœna læſæ Majeſtatis, ob jniuriam prolatam contrà Officiales Principis.*

18 *Regulares circà pœnas iniuriantium, conſulant ſuas Conſtitutiones.*

19 *Statutum primum prò Minoribus de Obſervantiâ.*

20 *Statutum ſecundum.*

21 *Statutum tertium.*

22 *Ob quæ facta Religioſus infametur.*

23 *Tranſgreſſio votorum eſſentialium infamant Religioſum.*

24 *Dubitatio ſecunda.*

25 *Quomodò dignoſcendus, qui ſcienter infamat.*

26 *Dubitatio tertia.*

27 *Scientia, à quo probanda, quandò intrat delictum, ut ejus qualitas.*
*Falſitas, quid ſit.*
*Negativa, non coarctata, eſt improbabilis.*

28 *Probatâ diffamatione, præſumitur contrà diffamantem.*
*Reus de diffamatione, quid probare debet, ut evadat reatum.*

29 *Dubitatio quarta.*

30 *Diffamatus, non probans diffamationem, reconvenitur ab accuſato: & qua cautela adhibenda.*

31 *Dubitatio quinta.*

32 *Diffamans, probans ex auditu crimen diffamatum evadit pœnas Statuti.*

33 *Dubitatio ſexta.*

34 *Quomodò procedendum, ſi diffamans probat publicam famam criminis diffamati.*
*Quid agendum, ſi auctor famæ negaret, ſe crimen diffamatum divulgaſſe.*

35 *Quid agendum, ſi contrà talem negantem, militaret præſumptio.*
*Quandò militat contrà aliquem præſumptio de delicto, ipſe debet probare ſe innocentem.*

36 *Dubitatio ſeptima.*

(13) *Iacob. de Belviſ. Prax. iudici. Tit. de Iureiur. V. Quod dictus Reus maliciosè. num. 1. & 2.*

(14) *text. in l. Si non convicii. ubi Gloſſ. in V. Probare. & Bald. n. 1. C. de Iniur. Gloſſ. in cap. Sicut nobis in V. Exprimantur in fin. de ſent. & re iudicat. Clar. §. Iniuria. V. Quæro nunc.*

(15) *arg. l. 1. ff. Ad leg. Cornel. de Sica l. Non omnes. §. A Barbaris. ff. de Re milit.*

(16) *arg. l. Veſtem ſordidam. ff. de Iniur. l. Item quæritur. §. Item Iulianus ff. locat.*



Digitized by Google

37 *Quæ coniecturæ probent in diffamatione animum doloſum.*
38 *Dubitatio octava.*
39 *Inadvertentia, inconſideratio, & levitas animi, minuunt de voluntario.*
*Quomodò cognoſcendum diffamationem fuiſſe ex levitate animi.*
40 *Dubitatio nona.*
41 *Revelans ex loquacitate, aut ſub ſigillo ſecreti, crimen alterius, fit Reus Statuti.*
42 *Dubitatio decima.*
43 *Quid, ſi, qui audivit crimen ſub ſigillo ſecreti, illud divulget.*
44 *Dubitatio vndecima.*
45 *Diffamans crimen occultum defuncti, eſt puniendus de diffamatione.*
46 *Dubitatio duodecima.*
47 *Puniendus eſt, qui diffamavit crimen, dicens ſe illud non credere.*
48 *Dubitatio tertiadecima.*
49 *Iniurians alium de criminibus in genere, eſt Reus Statuti.*
50 *Dubitatio quartadecima.*
51 *Diffamans integrum Conventum, puniendus vt diffamator.*
52 *Dubitatio quintadecima.*
53 *Alium diffamans, & non de crimine, ſed alio probro, quâ pœnâ puniendus.*
54 *Ratio data reſolutionis.*
55 *Dubitatio ſextadecima.*
56 *Clericus ſe jactans de adulterio, ſuſpenſus fuit ab Officio, & Beneficio.*
57 *Revelans de ſe ipſo crimen, ſivè verum, ſivè falſum, debet puniri, & quomodò.*

14 POenæ iniurias inferentium, de jure communi (17) ſunt extraordinariæ; prò diverſitate autem iniuriarum indicitur iniurianti ſatiſfactio ergà iniuriatum, quæ menſuranda eſt juxtà atrocitatem, aut levitatem iniuriæ. In iniuriâ verbali contumelioſâ, convicioſâ, aut detractoriâ, debetur verbalis reparatio honoris, per verba, nempè eodem modo dicta in reparationem honoris, ac famæ illius, cui injuſtè detractum, aut conviciatum fuit, & pari modo facienda eſt ſcriptò, ſi ſcriptò illata fuit iniuria. In iniuriâ reali, ac damno dato, ſivè in re, ſivè in perſonâ debetur damnorum reſarcitio, juxtà æſtimationem damnificati, ac Judicis, ut ſuo loco dicemus.

15 Cæterùm condemnatus actione iniuriarum pœnali, ſivè hęc civilis, ſivè criminalis ſit, incurrit infamiam juris de lege, tùm Canonicâ, tùm Civili, (18) debet tamen iniuria, de quâ condemnatus eſt, fuiſſe atrox, ut docet *Clarus*, (19) qui teſtatur de communi.

16 Prò diverſitate verò perſonarum iniuriatarum, à Judice moderandæ ſunt pœnæ. Cenſuerunt nonnulli Doctores, quos tradit, & ſequitur *Matthæus*, (20) verbum iniurioſum, prolatum contrà Principem, eſſe indifferenter crimen læſæ Majeſtatis; ac puniri debere pœnis, debitis Reo de Majeſtate læsâ. Sed talem concluſionem *validiſſimis* rationibus, & Doctorum auctoritate impugnat *Raynaldus*, (ac demonſtrat, quòd ex injuriâ verbali, prolatâ contrà Principem abſentem, ſeu præſentem, non incurritur crimen læſæ Majeſtatis; hoc autem ſolùm admitti poſſe, quandò verba exprimunt non tantùm contemptum in Principem, ſed etiam oſtendunt animum machinandi contrà ejus vitam, aut dominium. Proindè pœnam obloquentis de Principe, citrà animum machinandi contrà eum, non excedere debere exilium regulariter, prout habetur ex textu. (22) Verum eſt, quòd, ſi cum oblocutione concurrit alia qualitas, poteſt Judex extendere arbitrium etiam ad pœnam corporalem, ut quibuſdam citatis probat *Chartarius*, (23) & quandò qualitas eſſet graviſſima, & interveniret conſuetudo, quòd in illo loco oblocutio de Principe morte plecteretur, poſſet arbitrari etiam ultimum ſupplicium, ut cum *Prato* concludit *Raynaldus*. (24)

17 Quod verò dictum eſt de iniuriante Principem, conſequenter dicendum eſt de Officialibus Principis; ſi enim iſti offendantur, ſeu iniurientur ex odio, & in damnum Principis, vel ex causâ Officii ſui, tunc debetur pœna criminis læſæ Majeſtatis, non verò, quandò iniuriantur tanquàm perſona particularis ex odio, & causâ privatâ, ut contrà contrarium ſentientes, ſcribit *Farinacius*. (25) Præſumitur verò, quòd iniuria procedat à causâ privatâ, niſi contrarium probetur; (26) & probatio non poteſt eſſe niſi coniecturalis, nempè ſpectando originem offenſæ, & à quo facto dependeat; aut ſi offenſâ facta eſt Officiali in actu exercitii officii, ut Judici, ſedẽti prò Tribunali &c. àn verò alibì, & alio tempore, ac exercitio: ac ſimilibus aliis circumſtantiis, præſumendum eſt de mente offendentis.

18 Hæc quidèm quadrant prò ſæcularibus, tùm Clericis, tùm Laicis; prò Regularibus verò ſpectandæ ſunt ipſorum Conſtitutiones, ut conveniens pœna, in facti contingentiâ, decerni poſſit. Nos Minores de Obſervantiâ habemus Statuta ſequentia.

19 1. *Scienter aliquem infamans ſacramentaliter abſolvi non poteſt, niſi à Provinciali: & convictus in judicio ſubire debet pœnam criminis, de quo alterum infamavit; nec niſi priùs reſtitutâ famâ.* (27)

20 2. *Qui crimen Fratris, quod legitimè probare non poteſt, alteri, quàm Prælato revelaverit, pœnâ talionis mulctetur.* (28)

21 3. *Diſtrictè prohibemus, nè quis ſub ſigillo Confeſſionis, quidquam dicat, quod in alicujus famam vergat, vel quod inter Fratres diſſenſionem, vel ſcandalum generet.* (29)

22 Circà primùm Statutum prima dubitatio eſt, à quibus factis paretur *infamia* Religioſo, ex quorum aliquo, quod ipſi obiiciatur, dicatur Religioſus infamari?

23 Reſpon-

(17) *text. in l. final. ff. de Iniur.*
(18) *text. in cap. Cum te. de ſent. ab re iudic. ubi Abb. n. 1. l. 1. l. Athletas. §. final. de Iis, qui not. infans. Diaz. Prax. crim. c. 69. nu. 6.*
(19) *Clar. § Iniuria. ℣. Item condemnatus.*
(20) *Matthæ. de crimin. Tit. læſæ Maieſt. cap. 2. num. 22.*

(21) *Raynald. tom. p. cap. 2 §. 5. num. 4. & ſeqq.*
(22) *text. in l. final. ff. de Iniur.*
(23) *Juli. Chartar. Deciſ. crimin. 68. num. 25. & ibi Bald. Laderch. Imol. & Ioſeph. Ludov. Deciſ. luc. 4. num. 20.*
(24) *Prat. Reſponſ. crimin. 17. num. 31. Raynald. loc. cit. num. 27. & 53.*
(25) *Farinac. quæſt. 112. num. 150. & ibi Bran. Cravet. Berou. Boſſ. Nevizz. & Giga.*
(26) *Raynald. Tom. p. cap. 2. §. 5. & ibi Farinac. Roland. A mat. & alii.*
(27) *Text. Tit. Applicatio §. 8.*
(28) *Stat. Gen. Ord. cap. 7 § 6. num. 46.*
(28) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. num. 3.*
(29) *Sanctor. de Pœn. cap. 10. quæſt. 8. ℣. Reſpondeo negativè fol. 451.*

Digitized by Google

23 Reſpondeo, quòd, ut benè habet *Sanctorus*, tranſgreſſio votorum eſſentialium Regulæ, & crimina, quæ in noſtrâ hâc *Praxi criminali* (30) recenſentur tanquàm gravia, graviora, ac graviſſima, hæc inquam, infamant; & hæc non omnia, ſed tantùm ea, quæ faciunt Religioſum malè audire communiter, tùm apud Fratres, tùm apud ſæculares; non autem ea, quæ crimina quidèm ſunt, & puniuntur, tamen famam, aut opinionem non obſcurant, ut cùm *Bonacinâ*, ac *Solonio* idem docet. (31) Infamant etiam alia, quæ nullo modo crimina ſunt, famam tamen peſſimè lædunt, ut, ſi diceretur, quis eſſe *Referendarius*, ſivè *obſervator* (Italicè *Spione*), ſi *Mulus*, aùt *Baſtardus*, aùt de *progenie birruariorum*, vulgò *Razza di ſbirro*, *&c.* nàm ex iis tanta, imò in communi opinione, major iniuria infertur, quàm ſi aliquod crimen ſibi fuiſſet impetum.

24 Secunda Dubitatio eſt, cùm dicit *Textus*, *ſcienter aliquem infamans*, quomodò intelligendus quis, ſit aliquis *ſcienter infamans*?

25 Reſpondeo, quòd ille, qui grave crimen committit, ille ſe infamat *infamiâ facti*, quemadmodum ſententia Judicis, declarantis crimen, ab eo commiſſum, infamat eundem *infamiâ iuris*, ut notum eſt. Sequitur ex hoc, quòd, ſi quis eidem obiicat crimen illud, ob quod ſententiatus eſt, ſivè illud ſit notorium, aùt ſaltem in judicio probari poſſit, quàmvis iniuriam ei afferat, refricándo memoriam criminis, non tamen eum infamat, quià jàm ille ſe facto infamavit. Infamatur autem, ſi illi obiiciatur crimen falſum; aùt crimen, verum quidèm, ſed affectum falsâ qualite infamante; aùt crimen, verùm quidèm, ità tamen occultum, quod nullo modo probari poſſit, omnibus enim hiſce modis, ille, qui erat in poſſeſſione bonæ famæ, in eâ damnificatur. Ex his reſolvitur, quis dicatur *ſcienter infamans*; eſt enim ille, qui, ſciens ſcrimen, quod alteri impingit, eſſe omninò falſum, vel, ſi verum, ità occultum, quod non poteſt probari, tamen illud ſibi obiicit; ſivè de eo cum cæteris Fratribus illum diffamat.

26 Tertia dubitatio eſt, quomodò, & à quo probanda ſit *ſcientia* in eo, qui accuſatur, quòd *ſcienter infamaverit*?

27 Reſpondeo, quòd, quandò in aliquo actu requiritur ſcientia, ut qualitas, à Statuto requiſita, illa debet concludenter probari, ut dicunt Doctores; (32) undè, cùm in hoc Statuto ſcientia requiratur, & ſcientia vera, non autem præſumpta in delictis puniatur, ut docet *Abbas in cap. Dilectus filius. num. 9. de Simon.*, videretur dicendum, ipſam eſſe probandam ab Accuſatore, qui querelam movet contrà eum, qui ſe infamavit; probando, nempè *illum ſciviſſe eſſe omninò falſum id, de quo eum diffamavit*. Hoc autem vix probabile eſt, tùm quià ſcientia, cùm ſit habitus internus, latens animo, probatur tantùm coniecturis; tùm quià ſcientia in hoc caſu, cùm ſit de falſitate criminis diffamati, deberet eſſe de re negativâ, (falſitas enim nil aliud eſt, quàm negatio veritatis (33), ut ex jure deducitur, ) negativa autem, non coarctata tempore, & loco, improbabilis eſt, (34) tùm quià, dato, quòd in aliquo caſu ſcientia concludenter probari poſſet, (puta, ſi probaretur, *Caium*, qui me diffamavit de homicidio *Titii*, fuiſſe præſentem, & vidiſſe *Stichum*, qui *Titium* occidit, & ex conſequenti ſcivit, me non occidiſſe *Titium*, qui ab alio peremptus eſt) in aliis pleriſque hoc nullo modo poſſet, & ſic noſtra lex pænalis ad coercendas peſſimas haſce diffamantium linguas, eſſet fruſtranea, ex quo maximum damnum Religioſæ Reipublicæ proveniret. Ideò aliter eſt dicendû.

28 Dico igitur, quòd, ut docet *Baldus*, (35) diffamatus de crimine, aut aliâ iniuriâ, ex traiudicialiter, iudicialiter agens, aut civiliter ad recuperandam ſuam famam, aut criminaliter ad punitionem etiam Rei diffamatoris, debet concludenter probare diffamationem. Hâc probatâ, transfertur in diffamatorem onus probandi, aut crimen, de quo diffamavit eſſe verum; aut ilum non diffamaſſe ex ſcientiâ falſitatis, & dolo; ſed ex credulitate, quià nempè de tali crimine, aut iniurioſo dicto, eſt publica vox, & fama, ſivè ab aliis audivit. Ratio iſtius praxis eſt, quià diffamatio in proximum de delicto, ſivè vero, ſivè falſo, ſemper criminalis eſt; peculiare eſt, quòd in foro foripuniatur, quandò eſt de delicto ſcienter falſo, aut occulto ſic, quod probari non poſſit. Reus igitur probatus de diſſamatione, quæ eſt crimen, prohibitum jure naturæ, vetantis alteri facere, quod ſibi non vis fieri, præſumitur cum dolo deliquiſſe, & ſic *ſcienter*, (cùm, ut aliàs dictum eſt in delictis contrà jus naturale, dolus præſumatur, ) & ideò ad ſui defenſionem excipiendo probare debet vel veritatem criminis, vel famam de eo, vel relationem, ſibi factam; & hoc modo probabit, ſe non *ſcienter*, & ex conſequenti, non ex dolo deliquiſſe, ut proindè locus non ſit pœnæ Statutariæ.

29 Quarta dubitatio eſt, dum diffamatus tenetur, prout dictum eſt, probare diffamationem, quid juris, ſi non probet?

30 Reſpondeo, quòd accuſatus de diffamatione, debet abſolui, *Actore enim non probante, Reus eſt abſolvendus*, prout hebet noſter *Textus*. (36) Accuſatus autem poteſt reconvenire Accuſatorem, tanquàm calumniatorem, & petere à Judice, ut pœnâ talionis mulctetur juxtà *Textum*. (37) Caveant proindè, qui volunt accuſationem inſtituere de diffamatione, contrà ſe factâ, & priùs examinent, an habeant Teſtes intrepidos, ac conſtantes, qui à potentiâ Accuſati, aut ejus amicorum, ſubornationes non deterreantur, aut mutentur ad dicendum in judicio contrarium ei, quod extrajudicialiter dixerunt. Et ſi de Teſtibus timeat, antequàm libellum accuſationis Judici porrigat, procuret ab eis iuratam atteſtationem de diffamatione, contrà ſe factâ, ſcripto mandatam, & à Teſtibus ſubſignatam; hoc enim pacto Teſtes nequibunt aut metu, aut precibus flecti à veritate dicendâ; & mediante tali atteſtatione Actor ſe ponit in tuto, nè ſibi poſſit opponi de calumniâ.

31 Quinta dubitatio eſt, àn puniendus ſit pœnâ Statutariâ diffamans, qui non probat quidèm concludenter crimen, de quo alium diffamavit, probat autem ſe ab aliis audiviſſe?

32 Reſpondeo, negativè; nàm *Textus* requirit in diffamante *ſcientiam*, ac *dolum*, prout ſuprà dictum eſt. Dum ergò probat, ſe ab alio audiviſſe, probat, ſe non ex dolo, ſed ex credulitate, dolum excludente, deliquiſſe, & proindè locum non eſſe pœnæ ordinariæ Statuti. Advertendum tamen, quòd, intantùm talis exceptio illum ſalvat à pœnâ, in quantùm illi, à quibus audivit, reputantur fide digni; nàm dictum etiam unius, fide digni, facit ſemiplenam probationem, & ſicut ſemiplenè probans in judicio crimen, de quo accuſavit, non ſubit pœnas calumniatoris juxtà *Textum*, (38) ità in pari

(30) *Text. Tit. Delictorum. § 2. & 3.*
(31) *Bonacin. de Reſtitut. Diſp. 2. Quæſt. 4. Pun. 2. num. 1. Salon. in 2. 2 Quæſt. 62. art. 2. Controver. 12.*
(32) *Angel. in l. 1. C. de Nili agger. n. rump. Bart. in l. Omnes. C. de Agric. lib. 11. Felin. in cap. Cum vigeſimum. de Offi. Deleg. init. num. p. Maſcard. de Proba Concl. 201. n. 17.*
(33) *arg. l. Quid ſit. ff Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(34) *Gloſ. in cap. Bonæ. il 1. in V. Per rerum. de Elect. ubi Abb. nu. 14. text. in l. Actor. C. de Proba.*
(35) *[illegible] Conſ. 261. num. 2. l. 5.*
(36) *Tit. Accuſatio. § 4.*
(37) *Tit. Accuſatio. § 2.*
(38) *Text. Tit. Accuſatio. § 4.*

pari caſu ſubire non debet pœnas diffamatoris ille, qui diffamavit. Sequitur igitur ex hoc, quòd, ſi illi, à quibus audivit, non ſunt fide digni, quià ſunt inimici illius, qui diffamatus eſt; aùt factionis adverſæ; aùt ſunt perſonæ leves, &c. quorum teſtimonium in judicio eſſet nullum, aùt infirmum, talis exceptio non valeret ad eum eximendum à pœnâ; nàm ſcire debuit dicto talium perſonarum fidem non eſſe adhibendam, quòd, ſi adhibuit, voluntariè adhibuit; & voluntariè etiam crimen de proximo vulgavit, quod probare minimè poteſt, & proindè iuxtà diſpoſitionem Statuti puniendus.

33 Sexta dubitatio eſt, quid agendum in caſu, quòd diffamans probet, quòd de illo delicto eſt publica fama?

34 Reſpondeo, quòd probatâ per Teſtes publicâ famâ, Judex ex officio debet à Teſtibus ſcire à quibuſnam audierint, & ſic deinceps, donèc perveniatur ad unum, qui docere nequeat, aùt probare à quo audierit, & iſte habendus eſt, tanquàm primus Auctor diffamationis, ac puneindus, eò quòd contrà diſpoſitionem Statuti ſecundi dati ſup. *num.20. alteri, quàm Prælato revelavit crimen, quod probare non poteſt*. Fateor, quòd juxtà hanc praxim aliquandò innocens ſubibit pœnam, quam effugiet culpabilis; quià iſte in judicio negabit, ſe illi id dixiſſe, quod re verâ dixit, & ſic innocens non potens probare, vapulabit. Sed non ideò culpanda eſt lex, quæ juſta eſt, neque ob hoc non ſervanda, ſaluberrima enim eſt Religioni, & ſi, prout debet, practicaretur, ac punirentur huiuſmodi diffamatores, ac ſuſurrones lacerantes famam proximi, multa odia, diſſenſiones, ac factiones de medio tollerentur. Si ergò, qui vulgat crimen, aùt aliud infamans de proximo, recogitaret ſe obligari periculo pœnæ, ſi non probat, quod vulgat; & periculo etiam, quòd ille, à quo audivit, neget ſe illud dixiſſe, profectò illud, quod audivit ſileret, nec tantum damnum in Religione cauſarent huiuſmodi perverſæ linguæ diffamatrices. Ex aliâ verò parte huic inconvenienti providet lex divina. Quià primus Auctor diffamationis, qui judicialiter negat ſe dixiſſe, quod re verâ dixit, eſt periurus, & cum gravi damno proximi, qui cogitur ad pœnam, quæ de jure debetur ſibi neganti, nec abſolui poteſt, niſi à pœnâ relevet innocentem, confitendo judicialiter, quod negavit; aùt per alia media impediendo, nè innocens contrà fas puniatur.

35 Tamen in hoc caſu advertendum eſt, quòd, ſi militat aliqua præſumptio contrà negantem, ſe revelaſſe, in eum transfertur onus probandi negativam. Præſumptio autem eſſet, ſi iſte communiter cenſeretur malæ conſcientiæ, ſi aliàs in judicio peieraſſet; ſi extrajudicialiter eſſet ſolitus mentiri; ſi hoc idem, quod negat, ſe huic revelaſſe, alteri aliàs dixit, & hoc probetur juramento ejus, cui hoc dixit &c. Ratio eſt, quià nimis durum eſſet, quòd quis teneretur probare concludenter, ſibi fuiſſe revelatum, quod ſecretò revelatum fuit: hoc enim ex naturâ rei improbabile eſt. Sequitur ergò, quòd loco probationis ſuccedat præſumptio. Quià ſicut, quæ probari non poſſunt, probantur conìecturis, ut aliàs (†) diximus, ità in hoc caſu, in quo probatio eſt impoſſibilis, debet ſuccurrere præſumptio. Manifeſtum autem ex iure (a) eſt, quòd quandò militat contrà aliquem præſumptio de delicto; ipſe tenetur probare, ſe illud minimè feciſſe. Negans ergò ſe revelaſſe, ſi contrà eum militet præſumptio, (& eò fortiùs, ſi qui aſſerit ſibi fuiſſe ab illo revelatum, ſit vir integer, & gravis, & bonæ famæ) tenebitur ſe probare de hoc innocentem. Et ad hoc punctum ad favorem innocentiæ benè advertent Judices.

36 Septima dubitatio eſt, ex quo dolus in diffamatione, (quià ut dictum eſt, eſt contrà jus naturæ, & illicita (39) præſumptivè tantùm probatur, à quibus nàm circumſtantiis concludenter, (quantùm probari poſſunt, quæ latent animo) probabitur?

37 Reſpondeo, quòd coniecturæ, & præſumptiones, licèt de ſui naturâ concludenter non probent in cæteris factis, tamen in his, quæ occultè fiunt, vel animo continentur, plenè probant, ut volunt Doctores. (40) Verum eſt, quòd coniecturæ debent eſſe perſpicuæ, & tales, quòd tantummodò in malam partem poſſint interpretari. (41) Coniecturæ porrò, quæ concludere poſſent diffamationem dolosè, & ex inſtituto factam fuiſſe ad lædendam famam proximi, ſunt, ſi cum pluribus; ſi palàm, ac publicè, ſi fræquenter, ſi cum exaggeratione de tali facto loquatur; ſi aliàs imperfectiones, ſeu defectus naturales, aùt morales diffamati cumulet, ſi delicti alicujus, de quo ille fuit punitus, aùt abſolutus memoriam refricet, ſi ille eſt adverſæ factionis; ſi aliquam ſimultatem, aùt rivalitatem ad aliquod Officium cùm eo habeat, & ſimilia, quæ interpretari tantùm queunt in malam partem, & poſſe ſolùm procedere à malo animo contrà eum.

38 Octava dubitatio eſt, Quid iuris ſit, quandò ex quâdam levitate animi, imprudentiâ, inconſideratione, & ſimilibus, quis alium de re criminali, aut iniurioſâ diffamaverit?

39 Reſpondeo, quòd frequens eſt, caſus iſte in nonnullis, qui naturaliter ſunt linguæ labilis, & ad modum cribri *Belidum* nihil ſecretum tenere queunt, ac omnia, quæ vident, quæ audiunt, inconſideratè, & non ponderando damnum, quod ex tali narratione proximo ſequi poteſt, effutiunt. Tales autem non poſſunt Statutariâ pœnâ percuti, ratiò eſt, quià inadvertentia, inconſideratio, ac levitas animi minuunt de voluntario, & excludunt dolum, ac delictum, (42) undè de culpâ tantùm levi tenentur, & extraordinariè debent puniri. Caveant autem circà hoc Judices Regulares, & benè librent naturam talium. Sunt enim intrà clauſtra aliquandò nonnulli, qui volunt ſe vendere ſimplices, ac inconſideratos, & minimè advertentes, cùm tamen ſint vaferrimi. Tales dignoſci poſſunt ex hoc. Si æqualiter tùm ſua, tùm aliorum evulgant, ſi tàm de amicis, quàm de ſibi infeſtis dicunt, ſi nullus ab ipſis perſonarum delectus habeatur, nèc diſtinguunt inter puſillos, & magnos, ſed de cunctis, & malum, & bonum, quod audierunt, repetunt, concludi poteſt ex ſimplicitate, ſeu potius imprudentiâ, ſivè malis fatuitate, peccare. Si verò de ſe nihil, de aliis malè facta effutiunt; ſi de inimicis; ſi de puſillis, à quibus me tuere non poſſunt, loquuntur, non verò de Amicis, non de potentibus, à quorum irâ formident; quàmvis ſimplices cenſeri geſtiant, ſunt cenſendi aſtutiſſimi, & licèt ſe velint excuſare dicendo, *ſe illud iniurioſum de proximo dixiſſe, non ſtudio infamandi, ſed ex inadvertentia*, non eſt illis credendum, ſed puniri debent ordinariâ penâ, tanquàm quòd ex dolo diffamarunt.

40 Nona dubitatio eſt, àn qui non pluribus, non publicè, non ex aliquo bono motivo, ſed ex loquacitate naturali

(†) *Par.p.Tit.Corpus:num.33.*

(a) *arg.text.in cap 1.iun.Et.Gloſſ.in V. Actore. Vt Eccl. benef.cap. Ex inſinuatione.de Procur.cap.final.de Iureiu.l.Quintus.ff.de Dona.int.vir.& mul.*

(39) *arg.l.Si non cor uicii.C.de Iniur.Maſcard. Concl.531.n.10.& ibi. Corne.Gaill.Cæpoll.Paris.& Burſat.Barb.Axiom.76.n.2.*

(40) *Federic. de ſen.Conſil.119. Ant. de Butr. in cap. Veniens.de Teſt. Alex.Conſ.53.n.1.lib.2.Grat.Conſ.61.n.15.lib.2.*

(41) *arg.l.Dolum ex indiciis. ubi. Gloſ.in V. Convenit. & ibi Paul. de Caſtr.n.1.C.de Dolo.*

(42) *Navar.in cap.Inter.verba 11.q.3. & in Manual. Prælud.9.num.11.& cap.11.num.4.*

Digitized by Google

turali occultum crimen ſibi ſoli notum, ſed amico ſub ſigillo ſecreti naturalis revelaverit, peccet contrà Statutū?

41 Reſpondeo affirmativè, ratio eſt, quià talis revelatio, licèt facta cum illâ cautelâ, prohibetur à Statuto ſub termino *diſtrictè*, quæ eſt dictio, quæ idem importat, ac *omninò, præfractè*, aut *ſeveritèr*, ut ex jure explicat *Dionyſius Gothofredus*, (43) & juxtà *Calvinum ex Spiegelio* (44) ſignificat *valdè ſtringendo, ac minitando*, puta pœnas; nàm *diſtrictio* idem ſignificat ac pœnam; undè *diſtrictio Eccleſiaſtica* in jure (45) vocatur pœna Excommunicationis. Dùm ergò Statutum ait *diſtrictè præcipimus*, denotat diſpoſitionem ibi latam iniungi ſub præcepto ſtricto, ſevero, ac pœnali, & pœna quidèm non debet eſſe tanta, quanta eſt ejus, qui publicè, aùt nullâ cautelâ adhibitâ revelaret, ſed minor; & iſte quidèm, quàmvis cum tali cautelâ revelet, peccat mortaliter, nàm juxtà multos Doctores, relatos à *Bonacinâ*, cum quibus tenet *Sanctorus*, (46) revelans peccatum grave alicujus uni, vel duobus viris, etiam prudentibus, & taciturnis peccat mortaliter; quià apud ipſos infamatur; & eò peiùs, quò graves viri fuerint illi, quibus revelavit.

42 Decima dubitatio eſt, dato, quòd iſte, cui ſub ſigillo ſecreti, (quod nonnulli imperiti vocant ſigillum confeſſionis) crimen ſibi revelatum divulgaret, quis nàm puniri deberet, divulgans, àn revelans?

43 Reſpondeo, quòd ambo. Revelans quidèm, ſi nullum juſtum motivum revelandi habuit, ſubdi debet pœnæ arbitrariæ, quià peccavit contrà juſtitiam, & contrà diſpoſitionem Statuti, ut dictum eſt. Divulgans autem plecti debet pœnâ ordinariâ, quià vulgavit crimen, quod, ut ſuppono, probare non poteſt, & eò fortiùs, quòd peccavit etiam contrà fidelitatem, violando ſigillum naturales, quod cùm fuerit de materiâ gravi, & in grave damnum proximi, meretur ultrà pœnam ordinariam, aliam pœnam arbitrariam.

44 Undecima dubitatio eſt, àn ſtatutariâ pœnâ deberet puniri, qui revelando crimen occultum defuncti, ipſum infamaret?

45 Reſpondeo, cum *Sanctoro* (47) affirmativè, quià bona fama defunctorum honorat Religionem; & mala eam denigrat; & ſicut bona fama poſt mortem cenſetur inter bona; imò, demptâ beatitudine, ſolum bonum, quod mortui habere poſſint, juxtà illud Poetæ:

*Unica poſt cineres remanet mihi fama ſuperſtes.*

ità lædens ipſius famam ſpoliat defunctum bono ſuo. Quemadmodum autem juxtà textum, (48) ſpolians veſtibus cadavera mortuorum, ſacrilegium committit; gravius certè crimen patratur ab eo, qui ſpoliat hominem mortuum famâ bonâ, ipſum infamando, quàm ab illo, qui eum ſpoliat veſtimentis, quò fama longè magìs præſtat cuique indumento; undè & puniendus eſt, non quidèm tantâ pœnâ, quanta debetur infamanti viventem; (quià infamatio viventis plus nocet, quià viventem conturbat; parvi penſionem illius cauſat; ac eum à dignitatibus conſequendis arcet; quæ omnia non interveniunt in infamatione mortui) ſed aliâ arbitrariâ Judici.

46 Duodecima dubitatio eſt, àn puniendus ſit ut infamans, qui cum uno, aut alio crimen alicuius recitat, dicendo *ſe illud ab aliis audiviſſe, ſe tamen non credere illud eſſe verum?*

47 Reſpondet *Sanctorus* cum *Bonacinâ* (49) affirmativè, quià verè malam opinionem ingerit de Fratre, nequè per illa verba poteſt in tuto ponere famam illius, quìn illi verè detrahat, & bonam exiſtimationem lædat. Imò videtur, quòd talis additio ſit malitioſa ad effectum, ut credatur ab aliis, narrantem eſſe timoratæ conſcientiæ, & hoc dicere, ut conſulatur honori eius, cui verè detrahit; & ità plus ſibi credatur, ut faciunt nonnulli ſimulatores, quorum *ſermones*, ut ait Propheta (50) *molliti ſunt ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula*. Ad quid enim narras, ſi falſum credis? Convinceris ergò, te alium non habere finem, niſi ut te in tuto ponas, & profundiori vulnere proximum ſancies. Et ſæpè ſæpiùs tales audiuntur, contrà quos debent Superiores animadvertere, ut tale genus hominum improborum à Religioſâ Republicâ penitùs eradicetur.

48 Tertiadecima dubitatio eſt, àn pœnâ Statuti puniri debeat, qui alium infamat in genere, dicendo, eſſe hominem *perverſum, malum Religioſum, ſcandaloſum, relaxatum &c.*

49 Reſpondeo, quòd opinio *Ruini*, quem recitat, & ſequitur *Baiardus*, (51) eſt, quòd iniuria illata, ut ſit punibilis, oportet, quòd ſit de crimine in ſpecie, & non ſufficiat in genere. Undè dicit, quòd, ſi quis alium iniuriavit, dicendo, *eum eſſe malum hominem, impium, ingratum &c.*, non poteſt puniri pœnâ Statuti. Sed verior eſt contraria ſententia, quam alii Doctores (52) tradunt, nempè punibilem ſemper eſſe iniuriam latam, tùm in genere, tùm in ſpecie. Ratio eſt, quià non ſubſiſtit genus, niſi in ſpeciebus, & iſtæ niſi in individuis, *destructis enim primis ſubſtantiis*, ait Philoſophus (53) *nihil eſt amplius illarum remanere*. Cùm ergò non poſſit eſſe genus, niſi in ſpeciebus, infamans in genere, infamat etiam in ſpecie, non quidèm explicitâ, ſed implicitâ. Dicens enim malum Religioſum in genere, dicit illum in ſpecie aut furem, aut fornicarium, aut proprietarium &c. Imò graviùs infamat, ſi dicit in genere, quàm ſi diceret in ſpecie; quià infamans in ſpecie, lædit famam ejus juxtà malitiam tantùm ſpeciei, de quâ infamat: ſed infamando in genere, lædit ſecundùm omnem malitiam univerſarum ſpecierum, in quibus genus ipſum ſalvatur. Undè ſic iniurians debet ordinariâ pœnâ caſtigari.

50 Quartadecima dubitatio eſt, àn ſit puniendus tanquàm infamans, qui diceret, *in tali Conventu, Provinciâ, Religione, &c. ſunt multi perverſi, ſcandaloſi, & perditi &c.*

51 Reſpondeo cum *Sanctoro* (54) affirmativè. Ratio eſt, quià plus eſt lædere Communitatem, quàm aliquem particularem. Undè furtum pecuniæ publicæ, ex eo quòd lædit Communitatem, gravius eſt furto, quod committitur contrà particularem argumento ejus, quod dicitur in jure. (55) Porrò iniurians Communitatem occaſionem dat audienti reputandi malos quoslibet, qui ſunt de illâ, neſciens enim diſtinguere, qui nàm mali ſint, de omnibus ſiniſtram opinionem habet. & licèt, qui ſic infamat in communi, loqui intendat de aliquibus, qui rè verâ mali ſunt, tamen

(43) *Dionyſ. Gothofr. ad l. Sed hæc. lit. X ff. de Procur.*
(44) *Calvin lexic. V. Diſtrictè. hoc eſt.*
(45) *text in cap. 1 de Offic. Vicar lib. 6.*
(46) *Bonacin. de Reſtit. Diſp. 2. quæſt. 4. Pun. 3. nu. 2. & ibi Salon. Bannez Molin. ſot. Rebell. Azor. Suar. Fillinc. Turrian. Aragon. Valens. & Sayr. Sanctor. de Pœn. cap. 10. Quæſt 9. fol. 454.*
(47) *Sanctor. loc. cit. Quæſt. 8. V. Dices ſecundò. fol. 452.*
(48) *text. in l. Prætor ait. § Adverſus eos. ff. de Sepulch. viola. & in l. Pergit. C. eo. tit.*
(49) *Sanctor. de Pœn. cap. 10. Quæſt. 9. V. Reſpondeo affirmativè. fol. 456. Bonac. de Reſtit. diſp 2. Quæſt. 4. P. 5. n. 1.*
(50) *Pſalm. 54. V. 22.*
(51) *Ruin. Conſ. 162. n. 2 lib. 4. apud Baiard. ad Clar. § Iniuria. n 30.*
(52) *Bart. Bald. Jaſo. & alii ad l. Nominatim de l. b. & poſth. Felin. Conſil. 46 inter Conſil. crimen. Tom. 2. nu. 46. Angel. Aretin. apud Farinac. Quæſt. 105. n. 12.*
(53) *Ariſt. in Ante prædicam.*
(54) *Sanctor. de Pœn. cap 10. Q. 8 V. Reſpondeo affirmativè. fol. 453.*
[55] *arg. l. Peculatus. ff. Ad leg. Jul peccul.*

Digitized by Google

tamen ejus verba ab audiente indeterminatè accipiuntur, & ſic eodem modo læditur fama innocentis, ſicut Rei. Talis igitur tanquàm infamans debet puniri, & ad famæ reſtitutionem cogi. Hoc verò intelligendum eſt, quandò ipſe non probaret aliquos, ad minùs duos eſſe Reos criminum, quæ vulgavit in genere. Quià, ſi dixit, *multi ſunt ſcandaloſi*, ſi ipſe probet duos eſſe tales, evadit pœnam: nàm *duo* veniunt nomine multorum; (56) licèt *plures* non dicantur, qui tantùm *duo* ſunt, ut ex jure (57) deducit *Abbas.*

52 Quintadecima dubitatio eſt, An, & quomodò inferri debeat pœna talionis, quandò aliquis infamatur, ſed non de crimine, ſed de aliquo alio, per quod ille læditur in famâ, & impeditur ab honorum conſecutione?

53 Reſpondeo, quòd, loquendo de ſtricto jure Statuti, in eo non ſancitur pœna talionis, niſi infamans infamet de crimine; ait enim, *ſubire debet pœnam criminis, de quo alium infamavit*; undè ſequitur, quòd, ſi infamet quidèm, ſed non de crimine, ut puta, ſi diffamet *eum eſſe illegitimum*, non intrat talis pœna, nèc intrare poteſt; non enim poteſt dari pœna talionis de re, quæ, licèt infamet, tamen crimen non eſt, cui pœna debeatur. Tali ergò caſu diſtinguendum eſt; nàm quàmvis pœna talionis univerſaliter adaptari non poſſit, aliquandò tamen & poteſt, & debet inferri. Diſtinguo igitur caſum, ſi quis divulget laicum Converſum, aut Sacerdotem ſimplicem, incapacem Prælaturæ, Officii, aut Dignitatis, & qui prò ſui tenuitate ſemper in ſtatu ſubiectionis manſurus eſt, divulget, inquam, quòd *ipſe eſt illegitimus*, aut *ortus ex genere maculato*, & hoc falſum ſit; tali diffamatori debetur pœna extraordinaria, arbitrio Judicis, poſt veniam, petitam à diffamato, & factam honoris reparationem, palinodiam recantando. Si verò diffamatus de ſupradictis, eſt Clericus, aut Sacerdos, in quo eſt habilitas ad Prælaturas, & Officia, ad quæ conſequenda impeditur ob tales irregularitates, tunc debetur pœna ordinaria talionis.

54 Ratio reſolutionis eſt; quià in primo caſu infamatus damnificatur tantùm in famâ, nèc aliud damnum ex tali infamiâ experitur; in ſecundo verò caſu diffamatus, ultrà *infamiam*, damnificatur in hoc, quòd propter eam arcetur ab honoribus, quos conſequi poteſt; & ideò in primo caſu arbitraria, in ſecundo autem ordinaria pœna inferri debet. Nàm quemadmodùm infamato de crimine, ultrà *infamiam* ex crimine, deberetur pœna criminis, ſi hoc eſſet verum; ſic infamato de illâ irregularitate, ultrà *infamiam*, ex eâ ortam, advenire debet damnum impedimenti à Prælaturis, ſi talis irregularitas eſt vera. Sicut autem diffamatori criminis falſi debetur pœna eiuſdem criminis, ità diffamatori talis falſæ irregularitatis debetur impedimentum ad Prælaturas, quaſi pœna talionis ſuæ doloſæ diffamationis. Impedimentum autem tale aliud

(56) *arg. l. Cum aliter. § Hoc reſcriptum. junct. Gloſſ. ff. ad S. C. Syl lan. cap. Si teſtes §. Vbi numerus. 4. q. 3.*
(57) *cap. Chriſtianum. 24. Diſt. Abb. in cap. Ad noſtram. n. 5. de Reb. Eccl. non alie.*

non eſt, niſi privatio vocis paſſivæ; & hæc eſt pœna, quæ tali caſu debet inferri.

55 Sextadecima dubitatio eſt, àn debeat percuti pęnâ infamantium, qui ob jactantiam vulgat crimen de ſeipſo?

56 Reſpondeo, quòd in quodam Canone (57) ſuſpenſus ab Officio, & Beneficio, legitur quidam Clericus, qui publicè gloriatus fuerat, concubuiſſe cum uxore cuiuſdam vicini ſui. Et licèt *Gloſſa* (58) illius capituli notet, talem pœnam fuiſſe ſibi datam, non ratione adulterii, aut criminis, in eo evulgando, ſed tantùm ratione ſcandali, cauſati in audientibus, tamen Canoniſtarum proceres, *Innocentius*, *Hoſtienſis*, & *Abbas* (59) volunt, illum citatâ pœnâ fuiſſe percuſſum ex jactantiâ, & gloriatione de delicto; juxtà illud Pſalmi. (60) *Quid gloriaris in malitiâ*, talis quippè iactantia crimen eſt de ſe, & indicium perditiſſimæ vitæ, dicente ſpiritu Sancto (61) *Qui lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, quorum viæ perverſæ ſunt, & infames greſſus eorum*; & proindè in tantam amentiam prorumpunt, quòd ab ipſis peccata ſua, *non ſolùm non occultanda, verùm & diffamanda videantur*, ut ſcripſit D. Auguſtinus. (62)

57 Hoc ſuppoſito, dico, quòd revelans crimen ſuum, ſivè verum, ſivè falſum ſit illud, ſemper puniri debet. Quià vel verè crimen commiſit, vel non, ſi ſic, debet percuti pœnâ commiſſi criminis. Suppono enim, quòd accuſatus de tali iactantiâ, quæ eſt confeſſio extrajudicialis, & ſufficit ad torturam (63) conſtitutus ſit in judicio, & coràm Judice per ſuam confeſſionem probatum plenè fuerit delictum. Limito tamen hoc, caſu, quo delictum ipſum temporis beneficio jàm præſcripſiſſet, juxtà illa, quę de præſcriptione delictorum aliàs (64) ſcripſimus. Si autem in judicio crimen negaverit, puniri debet, non quidèm pęnis infamantium, ut reſoluit *Sanctorus* (65), etenim, ſi crimen ab eo vulgatum verè commiſit, non infamauit culpabiliter, quià verum dixit, & quod dixit, per confeſſionem probauit: pariterque, ſi cum Fratribus uulgauit, non infamata remanet ex hoc Religio, quæ tantùm patitur iacturam famæ, ſi de eâ malè dicatur cum exteris: tandèmque pœna Statuti militat contrà infamantem de directo Fratrem, non autē cōtrà infamantem Religionem de obliquo, & ex conſequenti. Vndè non eſt, ut ad illum poſſit fieri extenſio. Sed puniri debet extraordinariè, ad arbitrium Superioris, ut argumento Canonis (66) ſupracitati probari poteſt.

(57) *text. in cap. Quàm ſit. Extra. de Exceſſ. Prælat.*
(58) *Gloſſ. in d. cap. Quam ſit in V Public e confiteri. de Exceſſ. Prælat*
(59) *Abb. in d. cap. Quam ſit. n. 2. V. In gloßa. ubi Innoc. & Hoſt. de Exceſſ. Prælat.*
(60) *Pſal. 51. V. 1.*
(61) *Proverb cap. 2. V. 14.*
(62] *D. Auguſt. Enchirid. cap. 82.*
(63) *arg. l. Capite quinto. ff. Ad leg. Jul. de Adult.*
(64) *Par. 1. Tit. Patronus. n. 91. & ſeqq.*
(65) *Sanctor. de Pœn. cap. 10. Quæſt. final. fol. 460.*
(66) *cap. Quàm ſit. de Exceſſ. Prælat.*

§. IV.

Digitized by Google

# §. IV.

## Calumniatio.

*SUMMARIUM.*

*Calumnia quid ſit.*
*Tres conditiones requirit.*
2 *Calumnia propriè, & impropriè, quandò ſit.*

1 CAlumnia, pròut ex jure (1) deducitur, *eſt malitioſa, & mendax imputatio coràm Judice in accuſatione propoſita*. Hæc autem diffinitio eſt *calumniæ* verè, & propriè dictæ; quandò nempè aliquis ſciens, accuſatum eſſe innocentem, tamen *malitioſè*, puta, dolo malo, & cum advertentiâ illum accuſat apud Judicem, ut puniat. Ità ut tria debeant ad hoc crimen conſtituendum concurrere; puta, falſa accuſatio, dolus malus, & propoſitio facta criminaliter coràm Judice.

2 Alterâ autem harum trium conditionum deficiente, non eſt propriè *calumnia*, ſed impròpriè, & largè; tamen etiàm ipſa punibilis eſt, ut infrà dicemus. Proindè, ſi aliquis ſcienter falſum coràm Judice per modum denunciationis proponat; ſivè pari modo denunciet Superiori, ut Patri; ſivè in judicio proponat per modum exceptionis, ut repellat à ferendo teſtimonio, judicio, conſilio, ſeù ſententiâ; vel ut repellat tantùm à Prælaturâ, ſeù alio Officio civiliter, non dicetur propriè *calumniator*, ſed impropriè. Si verò excipiat contrà eligendum, nè promoveatur; aut contrà electum, nè confirmetur, & proponat exceptionem criminaliter, iſte erit verà *calumniator*, quià exceptio criminaliter propoſita eſt verè accuſatio, pròut aliàs diximus. (2)

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

3 *Calumnia realis, & præſumpta, quæ.*
4 *Accuſatus, & abſolutus poteſt fieri Actor contrà Accuſatorem, & eum accuſare de calumniâ.*
*Si proceditur civiliter, talis Actor non tenetur probare calumniam.*
5 *Si criminaliter, tenetur probare, quòd calumnioſè accuſavit.*
6 *Calumnia in quibus Cauſis præſumatur.*
7 *Nihil ſalvatâ calumniâ præſumptâ, quandò Actor non probat.*
8 *Calumnia non præſumitur, ſi Actor probat ſemiplenè.*
9 *Solitus calumniari non relevatur à calumniâ per ſemiplenam probationem.*
10 *Calumnia evaditur, ſi Actor deceptus ſit à Teſtibus.*
*Cautela adhibenda ab Actore in ordine ad Teſtes.*

3 PRobatio hujus criminis dupliciter contingere poteſt, pròut etiam *calumnia* ipſa: nàmque hæc propriè accepta duplex eſt, nempè realis, & præſumpta. Realis, ſeù vera eſt, quandò per legitimas probationes convincitur Accuſator; quòd ſciens innocentiam Accuſati, volens nihilominùs illi nocere, falſam accuſationem inſtituit. Præſumpta autem eſt, quandò Accuſator defecit in probatione delicti, de quo accuſavit; ex eo enim, quòd non probavit, præſumitur calumniaſſe.

17 Hìc autem advertendum eſt, quòd accuſatus, & non probatus Reus, poteſt fieri Actor, & agere contrà illius accuſatorem de *calumniâ*; & tunc aut intendit agere civiliter, aut criminaliter. Si civiliter tantùm, hoc eſt ad compenſationem ſui damni, & reparationem propriæ famæ, non eſt neceſſe, quòd probet eum, à quo fuit accuſatus, eſſe calumniatorem; ſiquidèm ex hoc ſolo, quòd in proceſſu formato ad inſtantiam Accuſatoris, non remanet probatum delictum; vel delinquens, Reuſque venit abſolvendus ab ulteriori inquiſitione, Accuſator manet Reus *calumniæ* præſumptæ, nec ulteriori probatione opus eſt, ut de hâc conſtet; præſumitur enim à lege Accuſator calumnioſus; & in ipſum transfertur onus probandi, ſe non fuiſſe calumniatorem; quod præſtare poteſt per probationes præſumptivas contrarias, ut olìm docuimus, (4) aut per alios modos, quos aliàs (5) dedimus.

5 Si verò criminaliter petens à Judice, quòd, ultrà reſarcitionem damnorum, condemnetur ad pœnam Statuti, aut conſuetudinis, debet per legitimas, ac veras probationes facere conſtare, quòd Accuſator ſciebat innocentiam ſuam de tali delicto, & quòd nihilominùs ex malo animo, contrà eum inſtituit calumnioſam accuſationem. Ratio autem dictorum eſt, quià, ut dicemus infrà, loquendo de pœnis hujus criminis, calumniator etiam præſumptus tenetur ad damna, & intereſſe partis ex hoc ſolo, quòd is nec ſemiplenè delictum probavit, nec ſuis defenſionibus potuit ſe liberare à delicto *calumniæ* præſumptæ: nàm Judex, etiam ex Officio, datâ ſententiâ abſolutoriâ accuſati, debet quærere ab Accuſatore, quarè non debeat condemnari, tanqàm præſumptus *calumniator*; & iſte debet ſuas defenſiones ſuper hoc facere. Quòd, ſi nihil ab eo probetur, quòd relevet, damnari dèbet ad damna, & intereſſe partis; quæ proindè ad ulteriores probationes non obligatur, quià Accuſator, jàm ex præſumptione juris habetur prò *calumniatore*, & ex tali præſumptione, quæ eſt prò ſe, relevatur accuſatus ab ulteriori probatione; ſiquidèm paria ſunt, quòd quis probet, & quòd habeat præſumptionem juris prò ſe; ut docet *Maſcard. de Probat. Quæſt.* 10. *num.* 40. Quandò verò prætenditur, quòd pœna ordinaria Statuti infligatur accuſatori; neceſſe eſt concludenter, & non præſumptivè tantùm probare



(1) *ff. Ad S.C. Turpil. in ict.*
(2) *Par. p. Tit. Exceptio n. 7. & ſeqq.*

(3) *cap. 2. junct. gloſ. in V. Calumniandi. de Calumniator. cap. Qui non probaverit. 2. q. 3.*
(4) *Par. p. Tit. Denunciatio. n. 30. in fin.*
(5) *Par. p. Tit. Sententia. n. 9.*

Digitized by Google

bare ſcientiam, & dolum; nàm, ut non ſemel dictum eſt, nunquàm ex præſumptionibus, quàmvis violentis pœna ordinaria ferri poteſt.

6 Advertendum autem, quòd calumniari præſumitur, qui non probat, non ſolùm in accuſando, ſed etiam in excipiendo. (6) Ratio eſt, quià Reus excipiendo fit Actor, undè ſicut Actor ſuam intentionem, ità Reus ſuam exceptionem probare debet. (c) Si ergò excipiat contrà aliquem de crimine, aut aliâ re iniurioſâ, ut nempè, ſi repellat Cajum Teſtem, quià infamis, aut periurus, aut excipiat contrà Titium accuſatorem, quòd Teſtes pecuniâ corruperit, ad falſum teſtificandum, debet illud probare ſaltem ſemiplenè, aliter præſumitur calumniaſſe, & non ad ſe defendendum, ſed ad illos iniuriandos talem articulum propoſuiſſe.

7 Ampliatur etiam data concluſio, caſu, quo accuſator eſſet claris natalibus, accuſatus autem vilibus ortus, ut voluit *Iaſon* (d), aut ſi ille eſſet vir bonus, & innocens, iſte verò malè audiret, ut multi (e) ſcribunt; vel ſi eſſet vir gravis, ac in dignitate conſtitutus, accuſatus verò homo gregarius, ac plebejus. Et ratio eſſe debet, quià dignitas natalium non eximit quenquam à vitio, cùm appareant quandòque natalibus clariſſimi, vitiis verò infamiſſimi; undè, ſi accuſant, & minimè probant, præſumendi ſunt etiam illi *calumniatores*, cùm inepta ſit nobilitas ſanguinis ad eos præſervandos à præſumptione criminis, in accuſando innocentem. Pariter vitæ alicujus integritas non facit, ut ſibi credatur in alterius præjudicium; nàm ubi agitur de præjudicio tertii, præſumptio hominis non attenditur, ut ſcribunt *Abbas*, ac *Decius*. (f) Quòd autem accuſator non probans habeatur prò *calumniatore*, præſumptio juris eſt, (g) quæ vinci non debet à præſumptione hominis, quià illa fortior eſt. Judices tandèm illi, qui calumnioſè caſtam *Suſannam* accuſaverunt, exemplo ſuo probant, nèc Dignitatem, nèc Officium, nèc ſtatus eminentiam eximere debere à præſumptione *calumniæ* accuſatorem non probantem.

8 Non præſumitur autem *calumnia* in eo, qui ſemiplenè probavit per unum Teſtem, omni exceptione majorem; ſivè probavit infamiam illius delicti, de quo accuſavit; ſivè id audiviſſe à viris, fide dignis, ut habet *Textus*, & nos alibi (h) docuimus. Tamen quantùmvis accuſator ſemiplenè probet, non tamen per hoc excuſatur à ſolutione expenſarum, & damnorum, quæ paſſus eſt accuſatus, prout docet *Abbas*; (i) nàm in his expenſis non ſufficit color querelantis, ad eum excuſandum, ſed ubi ſuccumbat etiam per Rei legitimas defenſiones, vel penuriam probationum, vel aliâ cauſâ tenebitur ad ſolutionem, ut cum *Cataldo* vult *Boſſius*, (l) & ratio, quam iſte tangit, eſt, quià condemnatio ad ſolvendas expenſas, non eſt pœna propriè; in quâvis enim cauſâ, qui ſuccumbit in lite, tenetur ad expenſas; pœna autem *calumniatoris* illa eſt, quæ ſibi, ultrà ſolutionem expenſarum, infligitur; undè, licèt per probationem ſemiplenam relevatur à pœnâ calumniæ, non tamen relevatur ab expenſis.

9 Notabile autem eſt circà hoc, quòd, ſi accuſator, qui ſemiplenè probavit, ſolitus eſt calumniari, (ut potè qui aliàs alios accuſavit, & defecit) iſte non evadit per illam probationem, præſumptionem calumniæ, ut argumento cujuſdam legis, (m) dicunt *Speculator*, *Butrius*, *Felinus*. ac *Menochius*; & ratio eſt, quià illa ſemiplena probatio, quæ tollebat præſumptionem calumniæ, tollitur à contrariâ præſumptione, nàm ſemel malus, ſemper præſumitur malus, & qui aliàs calumniatus eſt, præſumitur denuò calumniaſſe.

10 Evadit itidem præſumptionem *calumniæ* accuſator, qui deceptus fuit à Teſtibus, qui promiſerunt illi firmiter teſtificari in judicio; exindè producti nihil dixerunt, ut dicunt multi Doctores (n), & ratio eſt, quià nemo ex alienâ culpâ vapulare debet. Sed quomodò probabit iſte, ſe fuiſſe deceptum à Teſtibus? certè res plena periculi eſt, nàm regulariter tales promiſſiones non fiunt coràm aliis Teſtibus, per quos illa poſſit probari; undè qui, fultus promiſſioni Teſtium, accuſationem inſtituit, derelictus ab eis, cogetur innocenter ſubire pœnas *calumniantium*. Conſulo proindè cuilibet, accuſare volenti, nè fidat verbis, ac promiſſis Teſtium, ſed ſcriptam atteſtationem, ab illis ſubſignatam de facto, ſuper quo debent teſtificari, habere procuret; nàm ſcripta manent, & caſu, quo Teſtis, in judicio productus, nihil velit dicere, accuſator poteſt tali atteſtatione probare ſe deceptum à Teſte, & ità *calumniam* evadere: Judex verò poteſt ex eâdem procedere contrà Teſtem ex Officio, & ipſum cogere ad teſtificandum, prout diximus aliàs, loquendo de *Teſtibus cogendis*, *Parte primâ*.

## Pœnæ.

### *SUMMARIUM.*

11 *Satisfactio parti, prima pœna eſt Calumniatoris.*
*Quæ ſatisfactio debeatur inter Sæculares, & quæ inter Regulares.*
12 *Calumniator eſt infamis infamiâ juris, etiam antè ſententiam Judicis.*
13 *Alia pœna Calumniatoris.*
14 *Calumniator obligatur ad pœnam talionis.*
15 *Pœna Calumniatoris de jure Civili.*
16 *Pœna talionis in omnibus foris deſuevit.*
17 *In Religione Minorum de Obſervantia omninò ſervanda eſt.*
18 *Statutum primum.*
19 *Statutum ſecundum.*
20 *Dubitatio prima.*

21 *Pœna*

(6) *Maſcard. de Prob. concl. 254. num 6. Natta Conſil. 31. num. 8. lib. p.*
(c) *text. in l. In exceptionibus. ff. de Probat. arg. l. Quingenta ff. eod. tit.*
(d) *Iaſon. Conſil. 144. in fin. lib. 2. Maſcard. loc. cit. numero 9.*
(e) *Card. Alban in l. 1. ff. Ne quis eum. Mantu. Conſ. 220. num. 5. vol. 1. Maſcard. Concl. 36. nu. 13.*
(f) *Abb. in cap. Cum in jure. num. 2. de Off. Iud. deleg. Dec. in l. Qui accuſare. num. 6. C. de Ede.*
(g) *Gloſs. in l. Athletas. §. Calumniator ff. de His qui not. infam.*
(h) *Par. p. Tit. Accuſatio. num. 29.*
(i) *Abb. Conſil. 78. col. penult. ℣. Ad tertium.*
(l) *Catald. de Syndic. fol. 7. col. 3. ℣. Adde quod quando. Boſſ. Tract. enim Tit. de Accuſat. n. 28.*
(m) *arg. l. 2. ff. ad S.C. Turpill. Butri & Felin. in cap. 2. de Calum. Specul. Tit. de Accuſat. n. 22. Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. Caſ. 321. Cenſur. 4. n. 17.*
(n) *Jo. Andreæ. in cap. 1. in fin. de Elect. in 6. Abb. in cap. 2. nu. 5. de Calum. ubi Felin. notab. 3. Clar. Quæſt. 62. ℣. Sed pone.*

Digitized by Google

21 *Pœna talionis debetur, quandò processum per viam denunciationis dè delicto excepto.*

22 *Judex Laicus, formans inquiſitionem calumnioſam, tenetur ad damna Inquiſiti.*

*Judex Regularis, calumnioſè procedens, extraordinariè eſt puniendus.*

*Non ſervans eſſentialia judicii privandus eſt Officio.*

23 *Dubitatio ſecunda.*

24 *Judex non inferens Calumniatori pœnam talionis ſuſpenditur, aut privatur Officio.*

25 *Dubitatio tertia.*

26 *Calumniator apud Nos eſt* ipſo facto *excommunicatus.*

11 Pęna autem primò eſt ſatisfactio, quam præſtare debet *Calumniator* Accuſato; & hæc conſiſtit in reſtituendo quanti intereſt ipſi Accuſato, pròut dicunt Doctores (6) Hoc autem maximè quadrat in foris ſæcularibus, Eccleſiaſtico, & Laico, in quibus convenit Accuſatis, pecuniam impendere, ſive in carceribus, ſive ſolvendo Officialibus prætium operarum; ultrà alia damna domeſtica, quæ ſubeunt; Sed in foro Regulari, maximè *Fratrum minorum*, in quo nullum intervenit diſpendium pecuniarum, nulla poteſt quadrare reſtitutio damni temporalis. Reſtitutio autem, quæ poſſet intervenire, eſt reſtitutio famę; ex quo enim Religioſus accuſatus eſt, & proceſſatus, gravatur in famâ. Sed talis reſtitutio non eſt neceſſariò in foro fori facienda à Reo, ex eo enim, quòd Judex pronunciavit Accuſatum abſolvendum ab obſervatione Judicii, jam declaravit illum innocentem de crimine oppoſito, & proindè ſanata eſt in foro fori ejus fama.

12 Secundò. *Calumniator* redditur infamis infamiâ juris pròut habetur ex utroque jure: (7) imò, ſi *calumnia* fuerit notoria, erit Calumniator infamis infamiâ juris, juxtà Canones, quantùmvis lata non fuerit ſententia ſuper *calumniâ*. Ratio eſt, quià de jure Canonico omne crimen depoſitione dignum, ſecundùm opinionem Doctorum (8) magis communem, ſi fuerit notorium, reddit infamem infamiâ juris. Hoc autem crimen depoſitione plectitur, ut infrà dicemus, proindè infamiam parit. Accedit, quòd, cùm in accuſatione præſtetur juramentum de *calumniâ*, ut dicitur in jure, (9) & convincatur Reus de *calumniâ*, convincitur ex conſequenti perjurus, ex eo, quòd contrà proprium juramentum venerit; & proindè de jure Canonico eſt infamis, juxtà textum (10), quidquid ſit de jure Civili (11) ob periurium ſimpliciter aſſertorium.

13 Tertiò, Ex tali infamiâ efficitur irregularis, ex regulâ generali, quòd omnis infamis de jure irregularis eſt, & ideò ad Ordines promoveri nequit. (12 Et etiam privandus eſt Officio, argumento cujusdam Capituli, (13) ſivè ſaltem ſuſpendendus ab Officio, & beneficio; ut habetur ex alio Capitulo.

(13) ſivè ſaltem ſuſpendendus ab Officio, & beneficio, ut habetur ex alio Capitulo: (14) Quòd, ſi *calumnia* intervenerit in excipiendo contrà formam electionis, ſivè perſonam electi ad *dignitatem*, *Perſonatum*, ſeù *Canoniam*; incurrit *calumniator*, ipſo facto, ſuſpenſionem per triennium à propriis beneficiis & ad quæ, ſi propria temeritate ſe ingeſſerit, irremiſſibiliter iiſdem privatus remanebit, ut habetur textualiter in Decretali *Innocentii Quarti*. (15) limitat *Theſaurus* (16) iſtam diſpoſitionem non procedere de beneficiis univerſaliter; ſed tantùm de iis, quę Excipiens (qui defecit in probatione exceptionis) poſſidet in illâ Eccleſiâ, contrà cujus Prælati &c. electionem excepit, & citat prò hâc limitatione quoddam Capitulum. (17) Sed pace doctiſſimi viri, hoc verum non eſt; ſi quidèm Capitulum illud loquitur ſolùm de *Compromiſſario*, (qui non ſit Epiſcopus) qui elegerit ſcienter indignum; debet enim, juxtà diſpoſitionem *Conſilii Lateranenſis ſub Alexandro III.* (18) ſubire, ipſo jure, pęnam ſuſpenſionis à beneficiis per triennium; & cum Concilium illud loquatur de beneficiis indefinitè, clarum eſt, quòd intendebat de omnibus. Sed *Bonifacius VIII.* in citato Capitulo induxit limitationem, rèdigendo dictam ſuſpenſionem ad ea ſola beneficia, quæ obtinebit in illâ Eccleſiâ, prò quâ electionem de indigno fecerit, ut patet legenti Textum illius Capituli §. *Reſtringimus*. Inepta autem eſt extenſio talis limitationis ad caſum noſtrum.

14 Quartò. juxtà Canones antiquos (19) *Calumniator* ſubiicitur pęnæ talionis, ut nempè ille ſubeat eas pœnas, quas de jure ſubire debuiſſet accuſatus, ſi concludenter probatus fuiſſet delinquens. Verum eſt, hanc pœnam in deſuetudinem abiiſſe; ſed ejus vim innovavit *B. Pius V. ut in Primâ parte* (20) diximus. Vide ibi.

15 De jure autem Civili, controverſia eſt inter Doctores, quânam pęnâ teneatur *Calumniator*. *Bartholus* (21) voluit, illum teneri de crimine falſi, ſi tamen agatur contrâ falſum, quod propoſuit accuſando; Sed, ſi agatúr de *calumniâ*, tenetur ad ſimilitudinem pœnę, quæ eſt pęna talionis. Sed contrariam ſententiam tenuit *Baldus*, quem alii Doctores (22) communiter ſequuntur, voluitque, *Calumniatorem* abſolutè teneri ſimilitudine pœnę, ut plures leges (23) apertiſſimè cantant. Verum eſt, ut optimè advertit *Clarus*, (24) quòd,



(6) *Sylv. V. Accuſatio. q. 7. ℣. Primò calumniando. Sayr. Clau. reg. lib. 12. cap. 15. num. 13. Menoch. Boſſ. Diaz. apud Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Accuſator. cap. 1.*

(7) *cap. Si quis. il p. 2. q. 3. l. 1. l. Ath. ff. de His qui. not. infam l. Qui non. l. Noſtris. C. de Calumnia.*

(8) *Sayr. lib. 7. cap. 1. num. 12. Garc. de Benef. p. 11. cap. 3. num. 110. Sanch. Conſil. lib. 2. cap. 2. Dub. 18. in fin. apud Theſaur. loc. cit. n. 11.*

(9) *cap. In pertractandis. cap. Ceterùm. de Iuram. Calumn.*

(10) *cap. Infames. 6. q. 1.*

(11) *Gloſſ. in l. Lucius. §. Quæro. in V. Debet. ff. de His qui. not. infam. Cagnol. in l. Si quis major. p. num. 181. C. de Tranſact. apud Clar. §. Perjurium. init.*

(12) *cap. Infames. 2. q. 6. Majol. de Irregular. lib. 2. cap. 7. num. 26. Garz. de Benef. Par. 7. cap. 8. num. 11. Theſaur. loc. cit. n. 111.*

(13) *cap. Cum fortiùs. de Calumn.*

(14) *cap. Cum dilectus. de Calumn.*

(15) *cap. p. §. Qui verò. de Elect. lib. 6.*

(16) *Theſaur. de Pœn. Par 2. V. Electio. cap. 4. ℣. nota quod.*

(17) *cap. Si Compromiſſarius. de elect. lib. 6.*

(18) *Concil. Lateran. 3. cap. 3.*

(19) *cap. Calumniator. cap. Qui non probaverit. 2. qu. 3. Damaſ. P. P. Epiſt. 4. Adrian. 1. Ep. Decret. cap. 24. & 52. apud Laurę. Epit. Vitalio.*

(20) *Par. p. Tit. Pœnarum. n. 41.*

(21) *Bart. in l. Si quis obrepſerit. col. 1. ff. de Falſ.*

(22) *Bald in l. p. in princip. ff. ad S. C. Turpil. Felin. in cap. nonnulli. §. 1. col. 4. de Reſcr. Auguſt. de Arim. ad Angel. apud Boſſ. Tit. Accuſatio. n. 17.*

(23) *l. Accuſationis. C. de Accuſat. l. Si quis adſe. C. Ad leg. Iul. de Vi publ. l. final. C. de Calumnias.*

Digitized by Google

(24) quòd, ſi accuſatus, antequàm pronuncietur ſententia ſuper accuſatione, quærat ab Accuſatore, àn intendat uti querelâ, & probationibus, ſuper eâ factis, eò quia intendit eum querelare de falſo, ſi Accuſator annuat, poterit hic puniri de falſo, ſi accuſatio tanquàm falſa convincatur; & dicit *Clarus*, hunc modum interrogandi, eſſe approbatum à jure; & de conſuetudine ſervari; poſſentque hoc modo conciliari recenſitæ opiniones *Bartoli*, & *Baldi*.

16 Verùmtamen, licèt pœna talionis omni juri naturali, Divino ac Cæſareo cohæreat, ut aliàs diximus; hoc non obſtante, in foris omnibus in deſuetudinem abiit, & in ejus locum pœna arbitraria ſucceſſit, quæ ùt plurimùm eſt pecuniaria, ut ſcripſit *Boſſius*. (25)

17 In Foris autem regularibus, unaquæque Religio ſuas habet leges, quibus Iudices regere ſe debent. In noſtrâ Religione pœna talionis præſcripta eſt, & ſervari omninò debet, ut aliàs (26) oſtendimus. Quò ad alias autem pœnas *calumniantium*, habemus Statuta ſequentia.

18 Primò. *Pœnâ talionis puniri debent Accuſatores, qui crimen, objectum legitimè, & ſufficienter non probaverint: & qui ſcienter de crimine aliàs ſufficienter punito, quempiam accuſaverint; ac item, qui ex malitiâ de illis exceſſibus accuſaverint, à quibus aliàs accuſatus judicialiter, ac ritè abſolutus fuit.* (27)

19 Secundò. *Qui in judicio quidquam falsò, ſcienterque depoſuerit, vel deponi fecerit; aut verum revocavit, aut revocari procuravit; ipſofacto, eſt excommunicatus; cujus abſolutio Provinciali eſt reſervata: Semeſtri carceri mancipetur: ſatisfaciat parti: & perpetuò infamis exiſtit.* (28)

20 Ad dilucidanda verò recitata Statuta, ſit Prima dubitatio circà primum Statutum. An pœna talionis incurratur tantummodò in accuſatione, an verò etiam in denunciatione, inquiſitione, ac diffamatione?

21 Reſpondeo, quòd in Textu (30) habetur, quòd, ſi falſum denunciaverit, pœnâ extraordinariâ puniri debet Denunciator; & hoc deducitur ex Textu, & *Gloſſa* cujuſdam Capituli (31), pròut aliàs (32) adnotavimus. Verum tamen eſt, quòd, ſi denunciatio ſit de delicto ex exceptuatis, in quibus eadem pœna infligitur, ſi procedatur per inquiſitionem, ſicut per denunciationem, deficiens in probatione Denunciator punitur pœnâ talionis, ut egregiè probat *Abbas*. (33) Quod etiam verificatur, ſi Denunciator inſiſtit apud Judicem, & illum ſtimulat ad procedendum, & puniendum, quià tunc perſonam Actoris, ſub titulo Denunciatoris, abſcondit, ut habet alibi (34) Textus.

22 Quantùm ad inquiſitionem, quam Judex ex Officio facit, fuit opinio *Clari*, *Bartoli*, & *Mariani Socini*, quos refert *Sanctorus* (35), quòd non incurratur pœna talionis; & ratio eſt, quià Judex ex Officio inquirit, & ideò ad illam pœnam non obligatur; & hæc ratio optimum habet fundamentum. Tamen, ſi Judex format inquiſitionem *calumnioſam* in foris ſæcularibus, tenetur ad damna, & intereſſe, & ad pœnam extraordinariam, ut ſentiunt nonnulli Doctores. (36) Debet ergò in foris regularibus, in quibus non poteſt fieri compenſatio pecuniaria, aggravari pœna extraordinaria contrà Judicem, *calumnioſè* inquirentem. Ratio eſt, quià non poteſt ad ſpecialem Inquiſitionem devenire, juxtà alibi (37) dicta, ſinè legitimis indiciis præcedentibus; ſi ergò ità procedit, evidenter *calumnioſè* procedit, pròut dicunt Doctores. (38) Si enim, non habens ſufficientia indicia, ſpecialiter inquirit, hoc facit vel ex ignorantiâ culpabili juris, quæ dolo æquiparatur, vel ex animoſitate in Reum, quem infamare procurat, ipſum proceſſando. Ergò ſivè ſic, ſivè ſic agat, ſemper peccat, & pœnâ extraordinariâ, puta, privatione Officii puniri debet, juxtà Statuta (39), quæ ſic habent. *Prælati caveant, nè crimen aliquod grave ſuis Subditis imponant: niſi præter denunciationem, vel accuſationem, ſit unus ſaltem Teſtis, fide dignus: aut eſſet Reus infamiâ, ſeu indiciis evidenter gravatus: Secùs faciens Prælatus, arbitrio Superioris, officio privetur.*

23 Secunda dubitatio eſt, An pœna talionis, ſi à Judice apud Nos non infligatur, in caſibus à jure ſtatutis, irroget pœnam, & quem?

24 Reſpondeo, quòd Judex nullum habet arbitrium circà pœnas moderandas, quandò delictum perfectè conſummatum eſt; tenetur enim tunc integraliter, & præcisè pœnam, à Statutis latam, infligere, ut habetur ex *Textu* (40), quòd, ſi pœnam, crimini debitam, & à lege taxatam, abſquè causâ minuerit, injuriam Officii, bonorum, & famæ, incurrit, juxtà utraque jura. (41) Porrò in Statutis *Vallisoletanis*, de pœnâ talionis infligendâ, ità ſancitur, (42) *Ut* (pœna talionis) *ab omnibus Ordinis Superioribus, & Prælatis exactiùs, quàm anteà, ſervetur, magnopere quidem cupimus: Atque adeò mandamus ſub gravi ſuſpenſionis pœnâ, vel privationis etiam, contrafacientibus, aut negligentibus ſubeundâ.* Et profectò nulla tutior ſuppetit via exterminandi à Religioſâ Republicâ exitioſiſſimum genus hominum, pròut ſunt *calumniatores*, quàm illos pœnâ talionis juſtiſſimè coercendo. Sed quià Judicibus ipſis nò adhibētur punitiones; & hi quandòque ob privatas ſimultates in pretio, & protectione habent *calumniatores*; ideò cum ſummo bonorum virorum mærore,

(24) *Clar. quæſt. 62. ℣. Sed quid, ſi Accuſator.*
(25) *Boſſ. Tit. de Accuſat. num. 17. in fin.*
(26) *Par. p. Tit. Pœnarum. num. 41. & Tit. Accuſatio. num. 18.*
(27) *Stat. Vallisolet. cap. 7. Tit. de pœn. talion.*
(28) *Pract. criminal. Tit. Applicatio ∬. 11.*
(30) *Par. p. Tit. Denunciatio. ∬. 3.*
(31) *cap. final. junct. Gloſſ. in V. Calumniandi, de Calumniat.*
(32) *Par. p. Denunciat. n. 18.*
(33) *Abb. in cap. Inquiſitionis. num. 6. ℣. Sed ego puto. de Accuſat.*
(34) *Pract. crim. Tit. Denunciatio. ∬. 3.*
(35) *Sanctor. de Penit. cap. 19. Quæſt. 5. Diff. 2. ℣. Reſpondeo ſecundò fol. 444. & ibi Clar. q. 41. num. 14. Bart. in l. 2. ∬. Publico. num. 12. de Adult. Marian. in cap. Qualiter, & quando. il 2. n. 2. 12. de Accuſat.*
(36) *Bajard. à Clar. q. 62. num. 29. Farinac. q. 16. n. 35. Guazzin. Defen. 3. cap. 13. num. 9. apud Paſſerin. Trib. Regul. Q. 7. art. 5. n. 26.*
(37) *Pract. crim. Tit. Inquiſitio. ∬. 7.*
(38) *Paſſerin. Trib. Reg. Q. 7. art. 2. num. 26. in fin. & ibi Menoch. de Arbitr. Caſ. 321. & Farinac. q. 16. n. 27.*
(39) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. ∬. 6. num. 37.*
(40) *Pract. crim. Tit. Pœnarum. ∬. final. in fin.*
(41) *l. Servos. C. Ad leg. Iul. de Vi publ. l 8. C. Theodoſ. de Appel. Auth. de Iudic. ∬. Oportet. cap. De cauſis. De Off. Delegat. Clar. Q. 85. ℣. Ulteriùs.*
(42) *Stat. Vallisolet. cap. 7. Tit. de Pœn. talion. ℣. Et quia.*

Digitized by Google

rore, & damno, malignitas non rarò impunè graſſatur.

25 Tertia dubitatio eſt, An pœna excommunicationis, & carceris ſemeſtris, lata in ſecundo Statuto, citato ſuprà *num.* 14., quæ videtur loqui tantùm de teſtificantibus falſò in judicio, afficiat *calumniatores*.

26 Reſpondeo affirmativè; ratio eſt, quià Statutum loquitur in genere, & univerſaliter, puta. *Qui coràm Prælato quocumque* (puta, Provinciali, aut Generali, qui ſoli habent tribunal fori contentioſi) *in judicio quicquam falſò, ac ſcienter depoſuerit*. (43) Patet autem, quòd verus *calumniator* falſò, ac ſcienter in judicio deponit; proindè in cenſuram reſervatam incidit, pròut etiam docet *Sanctorus*, (44) & pœnam carceris ſubire debet. De Teſtibus autem, falſò deponentibus, Dicemus in *crimine falſi*.

# §. V.

## Libellus, famoſus.

*SUMMARIUM.*

1 *Verbum ore prolatum, aut ſcriptum, pandit verbum mentale.*
2 *Libellus famoſus, quid ſit.*
*Opinio, quòd ad ejus eſſentiam ſpectet reticentia nominis Auctoris.*
3 *Confutatur talis opinio.*
4 *Solvuntur rationes oppoſitæ.*
*Libellus famoſus ità infamat cum nomine, quàm ſinè nomine Auctoris.*
5 *In Libello, ut ſit famoſus, requiritur nomen infamati per eum.*
*Aut alia conjectura clara oſtendens contrà quem tendit.*
*Reus convictus de Libello, torquendus, ut aperiat, contrà quem illum compoſuit.*
6 *Dolus requiritur in Libello famoſo.*
*Componens ex joco non incurrit hoc crimen.*
*Præſumitur factus joco Libellus, cujus alia mala cauſa non probatur.*
7 *Libello famoſo retorquens injuriam, minorem pœnam meretur.*
8 *Libellus famoſus fit ſolummodò per ſcripturam, non per alia ſigna ignominioſa.*
9 *Componens, & vulgans* Paſquinatas, *non eſt Reus de Libello famoſo.*
10 *Allegationes Advocatorum non ſunt Libelli famoſi; & quomodò reprehenſibiles.*
11 *Advocati, quando ob litium utilitatem, poſſint ſcriptò aliquem mordere.*
*Dictio* ultrà, *quid importet.*
12 *Advocatus, quamvis in allegatione ultrà fas, in aliquem invehatur, non eſt Reus Libelli famoſi.*
*Tituli legum diverſi, diverſa important crimina.*
*Pœna Advocatorum, jactantium convicia in Partem.*
13 *Libellus famoſus non eſt ſcriptura cæca poſita in Camerâ Prælati.*
14 *Probatur contrà Sanctorum proxima concluſio, ſuprà data.*
15 *Confirmatur concluſio, & reſpondetur ad argumentum.*
16 *Libelli famoſi pœna in Digeſtis, & Codice.*
17 *Libellus famoſus, ut talis ſit, debet publicari.*
18 *Libellus famoſus eſt, licèt in eo publicetur crimen verum.*
19 *Non requiritur, quòd in Libello publicetur crimen; ſed ſufficit, quòd ſit quid infamatorium.*
20 *An ſit Libellus famoſus, qui vulgatur contrà communitatem.*
21 *Reſpondetur affirmativè.*
*Communitas eſt perſona ficta, cujus anima eſt communis conſenſus.*
*Gravior eſt Libellus contrà Communitatem, quàm contrà privatam perſonam.*
22 *Quid, ſi Libellus eſſet contrà mortuum.*
23 *Atrocior Libellus contrà mortuum, quàm contrà viventem.*
*Cadaver mortui offendere, eſt quaſi ſacrilegium legale.*
24 *Libelli famoſi debet ſpargi notitia in populo, ut talis ſit.*
25 *Compoſitor Libelli famoſi non tenetur de crimine, ſi ille non divulgetur.*
26 *Si per Libellum non læditur fama proximi, crimen non eſt perfectum.*
27 *Libellus, compoſitus in linguâ incognitâ, non eſt famoſus.*
28 *Publicatus, quandò dicatur Libellus famoſus.*
29 *Exemplans Libellum famoſum, quandò incurrat crimen, aut non.*
30 *Diſtinctio de prædicto reatu, aut non.*
31 *Quandò exemplando Libellum, non incurritur reatus.*
32 *Reperiens Libellum famoſum, & illum non lacerans, ſed publicans, incurrit pœnas.*
33 *Ad incurrendas pœnas requiritur, ut repertor Libelli non corrumpat; & ut eum publicet.*
34 *Sola conſervatio Libelli famoſi, reperti, eſt punibilis.*
*Ob eam poteſt deveniri ad torturam.*
35 *Quid agendum, quandò duo eodem tempore repererunt Libellum famoſum affixum.*
36 *Quid juris, ſi repertor Libelli laceravit quidèm, tamen eum vulgavit.*
37 *Si repertor, literas neſciens, alteri tradat legendum, & hic divulget, quis tenetur.*
38 *Si qui legit, & vulgavit, impubes eſt, tenetur ſolus compoſitor.*
39 *In delicto Libelli famoſi, Complices qui ſint, & quomodò puniendi.*

1 Inter

(43) *Stat. Valliſolet. cap. 7. Tit. de deponent. in judic.*
(44) *Sanctor. Comment. cap. 7. Stat. V. Caſ. 5. V. Quare in hunc caſum fol. m 399.*

Digitized by Google

1 INter delicta verbalia non abs re computamus etiam *Libellum famoſum*: parùm enim diſtat, quòd verba, in quibus delicti ratio conſiſtit, ore proferantur, vel ſcripto mandentur: verbum enim ſivè prolatû, ſivè exarratum, aliud non eſt, quàm ſignum exprimens verbum mentale, hoc eſt homini inviſibilem, ac ſoli Deo cognitum conceptum mentis; à quâ ſolâ ſivè vox, ſivè ſcriptura malitiam accipit, cùm hæc radicetur in dolo malo, quod in ſolâ mente pravâ conſiſtit, ab eâquè procedit.

2 Eſt igitur *Libellus famoſus*, prout cum *Scortiâ*, ac quibuſdam aliis, quos citat, diffinit *Sanctorus* (1), *Scriptura, vel ſignum alicujus, occultam infamiam continens, publicata, ut neſcientibus innoteſcat*. Opinatur circà hunc *Raynaldus* (2) cum multis, quos citat, ad eſſentiam *Libelli famoſi*, requiri, quòd nomen Auctoris in eo non ſit appoſitum, ſed, omninò occultum remaneat; & ſubſcribit ſententiæ *Carpzovii*, (3) dicentis, quòd nomen, & pœna *Libelli famoſi*, debet ceſſare, quandò iniuria adversùs Auctorem, qui ſeipſum publicavit, vindicari poteſt.

3 Sed doctiſſimi viri pace, talem opinionem veram non puto; tùm quià lex (4) unica, quam ipſe citat prò ſuo fundamento, nihil habet de hoc, ut legenti patet; tùm quià quidditas *Libelli famoſi* conſiſtit in infamiâ, ſcriptò in aliquem publicatâ, quæ ideò differt, & gravior eſt iniuriâ verbali, voce prolatâ, quià hæc volat cum ſono, illa verò ſcripta manet; & faciliùs publicatur id, quod ſcriptum eſt, ac poteſt à multis legi, quàm quòd ſemel prolatum eſt, & à paucis ſemel auditum. Sequitur proindè, quòd nihil facit ad eſſentiam *Libelli famoſi* nomen Auctoris, expreſſum, aut non.

4 Nec aliquid facit ad ſtabiliendam ſuprà allatam opinionem, puòd Imperator in dictâ lege unicâ, dicat, quòd, ſi Auctor Libelli *nomen ſuum profiteatur*, præmium reportabit; undè poſſit inferri, ergò ſi nomen occultet, penam conſequetur, & ſic reatus *Libelli famoſi* conſiſtat in occultatione nominis Auctoris. Quià lex concludit, quòd, quantùmvis ille nomen ſuum prodat, ſi non probat expoſita in *Libello famoſo, capitali pœnâ plectetur*. Stat autem, quòd, ſi eſſet Libellus accuſatorius, in quo fit nominis inſcriptio, & Principi, aut Judici porrigeretur, quantùmvis Accuſator non probaret crimen oppoſitum, non ideò incurreret pœnam capitalem, ſed pœnam calumniæ, aut iniuriæ illatæ. Igitur, ſi hìc nomen ſuum profitenti, & non probanti crimen, datur pena capitalis; ideò eſt, quià *Libellus*, continens alterius crimen, ſi porrigeretur Judici, eſſet accuſatorius, & minimè criminalis; ſed quià publicatur affigendo &c. evadit infamatorius, ſivè *famoſus*, & delictum; undè apoſitio, aut occultatio nominis non facit, quòd *Libellus* evadat criminalis, aut non; ſed probatio criminis tantùm evitat pœnam *Libelli famoſi*, & iſte talis ſemper eſt, ſivè apponatur Auctoris nomen, ſivè non; & ratio, quam tangit, poſt *Portellum Sanctorus*, (5) efficaciſſima eſt, quià non minùs infamat *Libellus* cum nomine, quàm ſinè; & in hoc ſpectandum eſt damnum famæ, & effectus malitiæ contrà proximum, quæ utroque modo interveniunt in caſu; & ſi tacendo nomen auctor, prodit plùs malignitatis in proximum, illud explicando, oſtentat plùs temeritatis, in non reformidando legum pœnas, & ideò par certè, ſi non majus crimen præſefert, pandendo, quam occultando nomen, cùm etiam majus cenſeatur delictum, factum publicè, in quo oſtentatur legum contemptus, quàm occultè, in quo oſtenditur earundem metus.

5 Nomen autem ejus, contrà quem fabricatus eſt *Libellus*, de neceſſitate apponendus eſt, argumento eorum, quæ in jure (6) dicuntur, nàm perſonæ incertæ iniuria non fit. Oportet igitur, quòd explicetur nomen; vel alia adſit coniectura clara, in quem tendat talis iniuria, ut dicunt Doctores, (7) aliter non habetur quidditas *famoſi Libelli*. Coniectura autem poteſt haberi in ſcripturâ ipsâ, (ut potè, ſi ipſa exprimeret luſcum, aut traulum, aut gibbum, & in eo loco unus tantùm eſſet tali diſtinctivo præditus) aut extrà; puta, ſi *Libellus* eſſet affixus januæ domus alicujus; ex talibus enim circumſtantiis appareret, *Libellum* contrà illum fuiſſe compoſitum. Advertit autem *Farinacius*, (8) quòd, ſi conſtaret de Reo, hic torquendus eſſet ad habendam confeſſionem ab eo ſuper perſonâ, quam iniurare intendit. Sed non per hoc ille eſſet Reus de *libello famoſo*, ut bene ait *Raynaldus*, (9) quià, ut talis ſit, debet ex ſe, independenter à confeſſione Rei, continere nomen, aut habere claras coniecturas, per quas indicetur nomen iniurati.

6 Prætereà neceſſarium eſt, quod dolus interveniat in fabricatione *libelli famoſi*; non ſolùm, quià, ut centiès dictum eſt, iſte exigitur in omni crimine; ſed quià textualiter requiritur ab utroque jure, (10) Sequitur proindè, quòd qui loco libellum faceret, non diceretur doloſè feciſſe, nec reatum incurreret, ut poſt *Surdum* ſcribit *Thoro*. (11) Quotiès autem non apparet de causâ inferrendi iniuriam per *libellum famoſum*, præſumendum eſt, quòd ſit factum joco, ut multi, (12) dicunt; maximè, quandò inculpatus, eſt homo facetus, & aliàs bonæ famæ. (13) Et qui vult ſcire, quæ ſint conſideranda in hâc facti ſpecie ad arguendum dolum, adeat *Gargiareum Tract. de libel. famoſ. cap. 4. num. 14. & ſeqq.*

7 Ulteriùs etiam ſequitur, quòd qui componit *libellum famoſum* prò retorſione iniuriæ, ab alio acceptæ ſimili *libello*, non incidit in crimen, *libellum famoſum* componentis; nàm prout habet Textus, (14) *ignoſcendum eſt ei, ſi voluit ſe ulciſci provocatus*. Et ſi qui, *alium ferro ſe petentem occiderit, non videtur*

(1) *Sanctor. de Pæn. cap. 12. Q. 1. ℣. Reſpondeo ſecundo. fol. 24. & ibi Scort. Theor. 326. Angel. Inſc. Plaza Clar. Graſſ. Zech.*
(2) *Raynal. Tom. 1. cap. 11. §. 1. num. 7.*
(3) *Carpzou. Pract. crim. Quæſt. 98. num. 33. 36. & ſeqq. apud Raynal. loc cit. num. 9.*
(4) *l. unic. C. de Fam. libel.*
(5) *Portell. Dub. Regul. V. libellus famoſus num. 3. in fin. Sanctor. de Pæn. cap. 12. Quæſt. 2. ℣. Reducuntur etiam. fol. 26.*
(6) *arg. l. Item apud. §. Cui non ſinè. ff. de Iniur. l. Quod Senatusconſult. ff. eo. tit. l. Certum. ff. Si cert. petat.*
(7) *Bajard. ad Clar. Quæſt. 68. num. 52. & ibi Vitalin. de Maleſ. cap. de Famoſ. Libel. & Bertaz. Conſ. 237. num. 5. Sarn. Prax. crim. Part. 2. Formul. 50. ℣. Et primum.*
(8) *Farinac. Quæſt. 105. n. 476.*
(9) *Raynal. Tom. p. cap. 11. §. 1. n. 11.*
(10) *text. in l. lex Cornelia. §. Si quis librum. ff. de Iniur. & in l. 1. ff. Ad leg. Iul. Majeſt. & in cap. Si qui inventi. 5. quæſt. 1.*
(11) *Surd. Deciſ. 89. Thor. Vot. Deciſ. 50. n. 6. & 7.*
(12) *Cavalcan. Deciſ. 35. per tot. Par. 5. Io. Bapt. Cavat. Conſ. 7. nu. 5. Curt. Iuni. Conſ. 238. lib. 3.*
(13) *Cephal. Conſ. 341. n. 33. lib. 3.*
(14) *text. in l. Qui cum major. §. Si libertus. ff. de Bon. libert.*

*detur injuriâ occidiſſe*, ut ait *Vlpianus*; (15) nec etiam cenſendum erit, talem *libellum*, ab eo compoſitum ad inferendum alicui, ſed ad repellendam à ſe, ſibi illatam injuriam: quià tamen talis defenſio non eſt undequâque inculpata; aliquam pęnam meretur, extraordinariam tamen, ut dicunt *Novarius*, *Gargiarens*, & *Muta* (16).

8 Communiter Doctores (17) volunt, quòd *Libellus famoſus* non ſolùm fiat per ſcripturam, ſed etiam per picturam, pingendo nempè figuras obſcænas, & affigendo poſtibus, aut parietibus Domus; itèmque per alia facta ad alicujus injuriam, ut affigendo, aut ſuſpendendo cornua, aut ea ſpargendo antè limen Domus; aut ſtercorando repagulum januæ; ſivè alia injurioſa patrando; Sed hoc valdè abuſivè dicitur, ut notat *Sanctorus*. (18) Siquidem ille Textus, (19) qui communiter aſſumitur prò fundamento talis ſententiæ, habet quidèm, quòd *eâdem pœnâ tenetur, qui aliud ſinè ſcripturâ, in notam aliquorum produxerit*; non tamen dicit, quòd idem crimen committat. Arguere autem ab identitate pęnę ad identitatem culpæ, non valet; nàm eadem pęna ultimi ſupplicii ſancita reperitur prò delictis, toto cęlo diverſis.

9 Opinatur *Sanctorus* (20), teneri crimine *Libelli famoſi* illum, qui cantiones, ſivè *Paſquinatas* componit, & oretenùs ſpargit in vulgus, ac ſi eſſent ab alio compoſitæ, ſi illæ ſint ad alicujus injuriam. Sed hoc puto non admittendum, ſi quidèm formalis ratio *Libelli famoſi* conſiſtit in ſcripturâ, ut ſonant leges, (21) & quantùmvis cantio vulgata ad alicujus injuriam, eundem effectum, quo ad infamandum, producat, quem producit *Libellus famoſus*; tamen non tàm atrox infertur injuria per vocem, quæ raptìm tranſit, velùt per ſcripturam, quæ quantùm eſt ex ſe, perpetuò manet. Et proindè, licèt contrà eum, qui vulgaret hujuſmodi *Paſquinatas*, agi poſſit de crimine injuriarum, non tamen poſſet prætendi Reus de *Libelli famoſi* compoſitione.

10 Dubium eſt de Allegationibus, quas ſcribunt Advocati prò defenſione ſuorum clientulorum, àn veniant nomine *Libelli famoſi*, caſu, quo aliquod mendax infamatorium, aut injurioſum in ipſis reperiatur contrà perſonas partis principalis, Teſtium, & Advocati ex adverſò. Ad quod dico, quòd, ſi Advocatus reſpondet Allegationi, ex adverſò propoſitæ, in quâ ſint ſcommata mendacia; ſeu verba contumelioſa contrà ſe, vel Clientulum ſuum, eò quià tali caſu dicitur *provocatus*, poteſt & ipſe cum iniuriis reſpondere, & iniuriis injurias repulſare, ut dicunt Doctores (22), juxta id, quod dicit *Salomon in Proverbiis*. (23) *Reſponde ſtulto ſecundùm ſtultitiam ſuam, nè ſibi ſapiens eſſe videatur*. Verùm eſt, quòd injuriæ reſponſivæ non debent excedere illas, quæ ex adverſò contrà ſe propoſitæ fuerunt, aliter culpabilem ſe redderet, ſiquidèm commune Moraliſtarum, ac Juriſtarum axioma (24) eſt, quòd provocatio excedentem in propriâ defenſione non excuſat; & inſuper debet in ſuâ allegatione reſponſivâ ſe declarare, quòd non animo alium injuriandi, ſed tantùm ſe, aut clientulum defendendi ab injuriâ, ſibi illatâ, taliter ſcribere cogitur. Ratio eſt, quià ſe tueri, ac famam ſuam, licitum eſt; nàm, juxtà quoddam capitulum (25), crudelis eſt, qui propriam famam negligit: alium verò injuriare crimen eſt; undè idem verbum prolatum, aut ſcriptum, ſi ad propriam defenſionem, licitum eſt; ſi ad alterius injuriam, criminale; undè debet ille ſuam intentionem declarare, nè culpabilem in propriâ ſcripturâ ſe oſtendat.

11 Si autèm ipſe primus eſt in ſcribendo, & cogitur prò utilitate Cauſæ aliquid probroſum parti principali, Teſti, Advocato ex adverſò, aut Judici exprimere, dummodò hoc faciat cum circumſpectione, & modeſtis verbis, & oſtendat ex neceſſitate, & utilitate Cauſæ id facere, nullo modo delinquit, quantùmvis perſona, tacta à tali propoſitione probroſâ, maximè injuriatam ſe perſentiat. Ratio eſt, quià Imperator (26) jubet, quòd *Advocati ità præbeant patrocinia jurgantibus: ut non ultrà, quàm litium poſcit utilitas in licentiam conviciandi, & maledicendi temeritatem prorumpant*. Ex quo textu elicitur, quòd ſi prohibentur convicia, *ultra quàm litium poſcit utilitas*, igitur permittuntur uſque ad litium utilitatem incluſivè: nàm dictio *ultrà*, prout multis juribus, ac Doctoribus, more ſuo citatis, probat *Barboſa* (27), incluſiva eſt, undè, ſi à lege prohibetur læſio *ultrà* dimidiam, permittitur uſquè ad dimidiam incluſivè, ut tenet Rota apud *Rubeum* (28), ibidem citatum.

12 Quòd, ſi Advocatus metam, à lege præſcriptam excedat, & nec ob neceſſitatem litis, nec ad defenſionem, in ſcripturam contumelioſam, ac infamatoriam prorumpat, tamen puniendus venit pęnâ *libelli famoſi*. Ratio eſt, quià in jure Civili habentur *Tituli* diſtincti circà delicta inferentium injurias, quià in *Codice* habetur *Titulus, Si quis Imperatori maledixerit*; diſtinctus à *Titulo de Famoſis libellis*, & à *Titulo de Poſtulando*, in quibus omnibus prohibentur injuriæ verbales, & pęnè diverſæ, juxtà diſpoſitionem aliam, & aliam legum, apponuntur. Porrò pœnæ, appoſitæ in uno *Titulo*, non poſſunt inferri prò delicto expreſſo in alio titulo, ut ex *Binſeldio* optimè argumentatur *Dominicus Ranaldus*, (20) qnantùmvis crimen ſimbolizet

bolizet

(15) *text. in l. Sed & ſi quemcunque ff. Ad leg. Aquil.*
(16) *Novar. Collect. 3. Pragmat. 2. num. 1. de Iniur. Gargiar. de libel. famoſ. cap. 7. num. 11. Muta ad Pragmat. Tit. 40. nu. 42.*
(17) *Clar. quæſt. 68. num. 25. ℣. Libelli famoſi, & ibi Paris de Pute. De Syndic. fol. 273. num. 6. Scotiia Theorem. 326. Molina. (raff. apud Bonacin. de Reſtit. Diſp. 2. Quæſt. 4. Pun. 9. nu. 5. & 5.*
(18) *Sanctor. de Pœn. cap. 12. Quæſt. 2. ℣. Quoad facta. fol. 25.*
(19) *text. in l. lex Cornelia §. Eadem pęna. ff. de Iniuri.*
(20) *Sanctor. loc. cit. §. In hanc diſpoſitionem. fol. 25.*
(21) *text. in l. lex Cornelia. §. Si quis librum. ff. de Iniur. l. Unic. C. de Famo. libel.*
(22) *Guazzin. Præfat. ad Defenſ. Reo n. 6. Specul. Tit. de Advocat. §. Iam nunc. n. 3. Perlich. Pract. Concl. 1. Par. Concl. 9. n. 25.*
(23) *Proverb. cap. 26. ℣ 5.*
(24) *Diana. Par. 6. Tr. 6. Miſcel. Reſol. 16. Azeved. Recopil. lib. 8. Tit. 10. l. 2. n. 94. Boſs. Trac. crim. Tit. de Iniur. n. 6. Vela de Pęn. delict. cap. 16. num. 10.*
(25) *cap. Nolo. 12. Quæſt. 1.*
(26) *text. in l. Quiſquis. C. de Poſtul.*
(27) *Barboſ. Diction. 428. nu. 1.*
(28) *Rot. Deciſ. 127. num. 1. Par. 1. in poſthum. Farinac. Deciſ. 62. num. 13. apud Paul. de Rube. Tom. 2. diverſ. aliàs Par. 6. recent.*
(29) *Finsfeld. Tract. de Iniur. & damn. dat. cap. 1. quæſt. 4. nu. 17. apud Raynal. Tom. 2. cap. 19. §. 1. num. 88.*

bolizet cum eo, quòd in alio *titulo* exprimitur. Et ità, cùm pro Advocatis ultrà fas conviciantibus in patrocinio litis, habeatur, ſub *Titulo de Poſtulando*, pœna infamiæ, per quam arceantur à munere Advocati, (30) non poteſt ipſis inferri pęna componentium *Libellos famoſos*.

13 Dubium pariter eſt, an nomine *Libelli famoſi* veniat epiſtola, ſeu parva ſchedula cæca, poſita in Camerâ Prælati, continens delictum occultum, ut Prælatus de illo inquirat. Et *Sanctorus* (31) opinatur quòd ſic, tùm quià talis ſcriptura verè infamat, nec per eam poterit Prælatus procedere contrà infamatum, quàmvis in ſcripturâ nominentur Teſtes, (32) tùm quià habetur Textus (33) expreſſus, qui cantat, quòd, *Si quis, Libello, dato vel Principi, vel alicui, famam alienam inſectatus fuerit, injuriarum erit agendum*; & pro hâc ſententia citat nonnullos. (34)

14 Sed, iſtorum ſalvâ reverentiâ, talis ſententia non ſubſiſtit; quià de quidditate *Libelli famoſi*, eſt, quòd ſcriptura fiat cum dolo malo, puta, ſtudio ad nocendum, & infamandum, ut ſuprà *num.6.* probatum eſt; pariter quòd publicetur, ut infrà demonſtrabimus. Qui verò talem epiſtolam ſcribit, ut Superior inquirat ad punitionem criminis occulti, quod ſibi pandit; non procedit malo dolo, nec ſtudio infamandi, ſed ut ob bonum publicum ſontes puniantur. Item, ſi non ponit in loco publico, ſed in Camerâ Superioris, non divulgat ſcripturam, proindè *Libellus famoſus* non eſt. Quòd, ſi nomen proprium non pandit, hoc poteſt eſſe, quià fortè metuit potentiam accuſati; vel fratrum dicteria, ſi ille apertè denunciaret, aut accuſaret; undè illud occultando, in nullo peccat. Prætereà verum eſt, quod ex tali ſcripturâ cęcâ non poteſt inſtitui inquiſitio; ſi tamen in eâ citantur Teſtes, poteſt Prælatus illos extrajudicialiter audire, & informari ſuper delicto; quod, ſi reperit verum quidèm, tale tamen, quòd de eo non habetur fama, ſed à duobus tantùm Teſtibus de viſu, & à ſcriptore, qui nomen cęlavit, de auditu ſcitum, debet ad ſecretam punitionem devenire; pròut habent Statuta, & *Textus Tit. Inquiſitio num. 14.* ut Part. p. explicuimus; & ſi reperit à multis, extrajudicialiter ſingillatim auditis, delictum ſcitum, quàmvis de eo publicè nemò loquatur, ob metum Rei potentis, debet procedere per Inquiſitionem generalem, exindè devenire ad ſpecialem; & ſic Reum punire.

15 Nec hìc modus procedendi improbatur in capitulo, ſupracitato de *Accuſatione*. Quià ibi loquitur *Textus* de Inquiſitione ſpeciali, ad quam deveniri nequit ad ſcriptoris occulti denunciationem, quod & ego concedo; ſicut etiam dico, non deveniendum ad Inquiſitionem generalem judicialem, neque etiam extrajudicialem, ſi ſcriptura continet ſolùm crimen, & nullum Teſtem; nàm ex hoc apparet, ſcriptorem, ſolo animo infamandi apud Prælatum, taliter ſcripſiſſe; quià, ſi punitionem veri criminis ob bonum publicum affectaret, Teſtes criminis poſuiſſet, ſine quibus delictum nec de jure, nec de facto, punibile eſt.

16 Prætereà Textus, qui citatur à *Sanctoro in l. Item apud ff. de Injur.* non concludit intentum ſuum; non enim ait, quòd taliter ſcribens ſit Reus *Libelli famoſi*, ſed quòd contrà eum *injuriarum erit agendum*; quod valde diverſum eſt; nàm pęna injuriarum arbitraria eſt (35), ac extraordinaria; ſed pęna *Libelli famoſi*, de jure *Digeſtorum* (36) eſt, quòd Reus *inteſtabilis ſit*, nempè ut explicat *Gajus* (37), *ne ejus teſtimonium recipiatur, nevè ipſi dicatur teſtimonium*; de jure verò *Codicis* (38) pęna eſt capitalis. Sed neque pœnâ injuriarum tenetur, qui Prælato, Principi, aut Iudici *Libellum* porrigit, in quo continetur aliquid infamatorium, niſi in caſu, quò ipſe non probaret contenta in Libello, pròut multis citatis probat *Caballus*, quem ſequitur *Matthæu*, (38) undè concludendum eſt, quòd talis, ponens literam cęcam in Camerâ Prælati, non veniat puniendus pœnâ *Libelli famoſi*, ſed pœnâ injuriarum; & hoc tantùm in caſu, in quo non probet, ſaltem ſemiplenè, contenta in libello; ſivè ad plùs pęnâ calumniantium, nàm litera, tali modo porrecta Prælato, æquivalet accuſationi judiciali, quò ad effectum, ſi Prælatus ab eâ motus inquirat.

17 Ultrà ſuperiùs dicta ad formalitatem *Libelli famoſi*, requiritur, quòd publicetur per eum crimen aliquod, quod notorium non ſit; nàm, ut ex *Molinâ* docet *Portellus* (39) ſi publicum ſit, ille, contrà quem eſt *Libellus*, non gravatur in famâ, quià eam jam perdidit. Notat verò *Sanctorus* (40), quòd, ſi delictum aliàs fuit publicum, & poſteà traditum oblivioni; aut ſi publicum alibi, non autem in loco, in quo publicatur Libellus, Auctor tenetur de *Famoſo libello*. Ratio eſt, quià hìc, & nunc, diffamatus per *libellum* poſſidet famam bonam; undè per *famoſum libellum* infamatur, qui eſt effectus, quem intendit Auctor libelli.

18 Volunt nonnulli apud *Farinacium* (41), quòd requiratur, quòd crimen ſit falſum; & ſi ponatur crimen verum, quod probari poſſit, *Libellus* non evadat *Famoſus*. Sed contrarium eſt verius, ut poſt multos, quos citat, probat *Farinacius* idem (42), & *Matthæu*. Ratio eſt, quià, ſi zelo juſtitiæ volebat pandere crimen illius, debuit Reus modis licitis Judicem adire, ut eum puniret; ſi ergò aliam viam publicandi delictum elegit, hoc fecit ad illum infamandum, & proindè Reus ſit *libelli famoſi*. Verum eſt, quòd tantam pœnam non meretur, ſicut ſi vulgaſſet crimen falſum.

19 Opinantur alii, quòd neceſſarium etiam ſit, quòd crimen, de quo quis diffamatur, ſit crimen grave; imò juxta Doctores, congeſtos per Philippum Mare-

ſca

(30) *arg. l. 1. §. Item Senatuſconſulto. ff. de Poſtul.*
(31) *Sanctor. de Pœn. cap. 12. quæſt. 2. V. Reducuntur etiam. fol. 26.*
(32) *cap. Inquiſitionis. §. Ad hæc de Accuſat.*
(33) *text. in l. Item apud. §. 29. ff. de Iniur. & fam. libel.*
(34) *Portel. Dub. Regul. V. libellus. num. 3. Molin. Reginal. Bonacin. de Reſt. Diſput. 2. Quæſt. 4. art. 9. num. 5. Finell. contra Filliuc. Tract. 40. cap. 3. quæſt. 8. num. 79.*

(35) *text. in l. Qui injuriarum. ff. de Iniur. l. final. ff. eod. tit.*
(36) *l. lex Cornelia. §. Si quis librum. ff. de Iniur.*
(37) *Cajus in l. Cum lege. ff. qui teſtam. fac. poſ.*
(37) *tex. in l. Unic. C. de Famoſ. libel.*
(38) *Cabal. Reſol. crim. Caſ. 271. per tot. & ibi Felin. Soccin. Bertazz. cum Adden. Matth. de Re crim. Contr. 74. num. 59.*
(39) *Molin. de Iuſt. & jur. Diſp. Tract. 4. Diſp. 35. num. 2. & 4. apud Portel. V. Libellus nu. 3.*
(40) *Sanctor. de Pęn. cap. 12. quæſt. 4. V. Reſpondeo ſecundo. fol. 29.*
(41) *Farinac. Conſil. 30. nu. 7.*
(42) *Farinac. Quæſt. 105. nu. 241. Matth. de Re crimin. Controv. 74. nu. 19. Par. 2.*

Digitized by Google

*ſca*, (43) ſit crimen, prò quo, ſi verum eſſet, imponeretur pœna mortis naturalis. Hoc autem non puto neceſſarium; Ratio eſt, quià jura, ut patet eorum Textus tùm *Digeſtorum*, tùm *Codicis* legenti, ad quidditatem *libelli famoſi* requirunt tantùm, quòd in eo publicetur aliquod occultum, infamans honeſtam perſonam, & nullam mentionem faciunt de crimine, ſequitur ergò, neceſſariam non eſſe publicationem de aliquo crimine, ſed eſſe verum *libellum famoſum*, etiamſi nullum occultum crimen pandatur, ſed aliquid aliud infamans; utpotè, ſi publicetur aliquis, qui habetur prò legitimo, eſſe baſtardum, ſivè eſſe ortum ex genere maculato; & ſic firmat poſt *Portellum Sanctorus*. (44)

20 Diximus ſuprà, ad quidditatem *famoſi libelli* requiri, quòd in eo exprimatur, aut nomen, aut aliqua circumſtantia, per quam in individuo cognoſcatur ille, contrà quem *libellus* eſt compoſitus. Dubitari nunc contingit, àn reatum *libelli famoſi* incurreret, qui *libellum* talem vulgaret contrà aliquam Communitatem, ut potè contrà integram *Nationem*, ſeù *Factionem*, ſeù *Collegium*, ſeù *Statum*, ut contrà Laicos Converſos &c.

21 Ad quod reſpondendum eſt affimativè; ſiquidèm *Communitas* eſt corpus morale, cujus membra ſunt ſinguli homines, qui de eâ ſunt; anima autem talis corporis eſt conſenſus voluntatis omnium, ſeù majoris partis, per quem *Communitas* dicitur agere, & ità per fictionem juris *Communitas* conſideratur ad modum perſonæ vnius, ut ſcribit *Abbas*, (45) quæ judicatur ſacra, vel profana, Eccleſiaſtica, ſeù Laica, juxtà conditionẽ finis, ad quem talis *Communitas* conſtituta eſt; ſiuè juxtà ſtatum eorum, qui in eâ faciunt majorem numerum, vt docuit idem *Abbas*, (46) & ſic *Communitas*, ad modum perſonæ particularis, poteſt mereri, & demereri; agere, & pati, laudari, vel vituperari, vt notum eſt. Sequitur igitur, quòd contrà hujuſmodi corpus publicum poteſt componi *libellus famoſus*, & committi gravius crimen, quàm ſi eſſet contrà perſonam particularem, tùm quià non vnus tantùm, ſed multi homines, nempè omnes de illâ *Communitate* jnjuriantur; tùm quià, ſi in eâ ſunt aliqui culpabiles, ac vituperatione digni, qui cauſam dent fabricationi *libelli*, cæteri ſunt innocentes de eo, de quo tota Communitas culpatur, vndè aggravatur delictum, quià eodem modo læditur in famâ innocens, ſicut culpabilis.

22 Quid autem juris, ſi *libellus* non eſſet contrà perſonam viventem, ſed mortuam, incurreretur nè idem reatus, ac ſi fuiſſet contrà viventem?

23 Reſpondeo affirmativè; nàm non minor eſt jnjuria, quæ infertur mortuo, quàm viventi, argumento eorum, quæ habentur in jure, (47) imò videtur potior, nàm ſævire in mortuum, major eſt feritas, quàm viventem offendere; & ſicut, ut aliàs diximus, jniuriam inferre cadaveri mortui ſepulto, ſacrilegium legale eſt, (48) quod tamen non eſt, viventem percutere, ità majus crimen eſt mortui, quàm viventis, famam lædere, & quàmvis videatur, non tantam turbationem in Republicâ oriri ex diffamatione mortui, ſicut ex jnjuriâ, illatâ viventi, quià hic ultionem de eâ quærendo Rempublicam perturbat; contrarium tamen eſt verius; nàm iniuria, facta Defuncto, tangit ejus hæredes, conſanguineos, ac amicos, qui omnes cenſentur offenſi jnjuriâ, illatâ mortuo, vndè major naſcitur perturbatio. Et ità concludendum eſt, eundem reatum incurrere vulgans *libellum* ad infamiam defuncti, ſicut viventis; & ſic firmat, poſt *Mutan*, etiam *Raynaldus*. (49)

24 Requiritur prætereà ad formalitatem *libelli famoſi* publicatio, hoc eſt, quòd de eo ſpargatur notitia in populo, undè læſa ramaneat fama ejus, contrà quem compoſitus eſt, ut tenent Doctores communiter. (50) Ratio eſt, quià oportet, quòd delictum ſit in ſuo genere conſummatum, ex notis juribus: tale autem non eſt, niſi obtineatur finis intentus à delinquente: vndè explodens ſclopum, aut parans venenum, & etiam propinans, ſi non ſequatur mors, non tenetur pœnâ ordinariâ, quià homicidium non eſt ſecutum, ut notum eſt. Finis verò *libelli famoſi* eſt, ut aliquis lædatur in famâ ex ipſius actuali, & effectivâ publicatione: quòd, ſi per accidens hæc minimè ſequatur, componens, & affigens *libellum*, erit tantùm Reus de conatu, non verò de crimine perfecto, ut optimè ſcribit *Sanctorus*. (51)

25 Sequuntur autem multa ex hoc. Primum eſt, quòd, ſi quis reperit *libellum*, affixum ſummo mane, & illum ad Judicem defert, & ille nihil cum aliis loquitur, ſed res manet in ſecretò, compoſitor non poteſt puniri ordinariâ pœnâ, quià non eſſemus, niſi in conatu ad crimen, prò quo nunquam infertur pœna ordinaria, ut non ſemel dictum eſt.

26 Infertur ſecundò, quòd, ſi *libellus* actu non læderet famam proximi, ex eo quòd notoria eſt innocentia illius de crimine, de quo diffamatur, ſivè impotentia ad crimen: ut potè, ſi diceretur in *libello*, quòd occiderit *Titium*, dùm notorium eſt, quòd hic occiſus eſt à *Caio*: ſivè culparetur tanquàm fur nocturnus, ſolitus ſcalis per feneſtras ingredi domos, & furari ille, qui eſt ſenex decrepitus, podagrâ debilitatus, cui impoſſibile eſt ſcalas conſcendere: in his caſibus, quàmvis *libellus* eſſet pervulgatus, non tamen compoſitor pœnâ ordinariâ poſſet puniri, & ratio eſt, quià læſio famæ debet eſse cum effectu, ſed nulla, ut ſuppono, hìc intervenit læſio, & omnes, qui legerunt, aut audierunt *libellum*, nullam malam opinionem conceperunt de diffamato: imò potiùs contrà Auctorem moti ſunt, eum vocando mendacem, temerarium, malignum &c.

27 Sequitur tertiò, quòd, ſi *libellus* compoſitus eſt idiomate, quod ignoratur ab omnibus, & ſingulis illius loci: ità vt ex eo, vt potè non intellecto, nullus paſſus eſt in famâ, non ſit locus pœnæ ordinariæ ex eodem principio: nàm perindè eſt, quò ad effectum, ac ſi non eſſet expoſitus, nec publicatus.

28 Publicatus verò dicitur *libellus*, quandò in majore parte populi pervulgatus eſt: non quidèm, quòd major pars populi illum vidiſſe, aut legiſſe debeat; ſed quòd vel de viſu, vel de auditu illius, notitia, ac tenor ad eum pervenerit, ut optimè probet *Sanctorus*.



(43) *Philip. Mareſca apud Sarno Prax. crimin. Part. 2. Form. 10. & ibi Salycet. Gomez. Uincent. de Franch. Foller. Bertaz. Farinac. & alii.*

(44) *Portell. Dub. Regul. V. libellus. num. 4. Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo tertiò. fol. 29.*

(45) *Abb. in cap. Novit. num. 2. de His quæ fi. à Prel.*

(46) *Abb. in cap. 1. num. 12. de locat.*

(47) *arg. l. C. de His qui. vs indign. l. Sororem. C. eo. tit. l. Noſtrorum. C. de Teſtam. Anani. in cap. 1. num. 2. de Maledic.*

(48) *arg. §. Religioſus. Inſtit. de Rediv. l. Pergit. C. de Sepul. viol.*

(49) *Muta ad Pragmat. Tit. 40. de Pœn. eden. famo. libell. Raynal. tom. p. cap. 11. §. 5. n. 60.*

(50) *Farinac. quæſt. 105. num. 459. Conciol. V. Libellus fam. Reſol. uni. num. 15. & 16. Reynal. l. cit. §. 1. nu. 13. & ibi Marcabrun. Harprect. Marta. Felic. & Borgnin. deciſ. 35. num. 7. par. 5.*

(51) *Sanctor. de Pœn. cap. 12. q. 3. V. His tàmen. fol. 27.*

bare ſcientiam, & dolum; nàm, ut non ſemel dictum eſt, nunquàm ex præſumptionibus, quàmvis violentis pœna ordinaria ferri poteſt.

6 Advertendum autem, quòd calumniari præſumitur, qui non probat, non ſolùm in accuſando, ſed etiam in excipiendo. (6) Ratio eſt, quià Reus excipiendo fit Actor, undè ſicut Actor ſuam intentionem, ità Reus ſuam exceptionem probare debet. (c) Si ergò excipiat contrà aliquem de crimine, aut aliâ re iniurioſâ, ut nempè, ſi repellat Cajum Teſtem, quià infamis, aut periurus, aut excipiat contrà Titium accuſatorem, quòd Teſtes pecuniâ corruperit, ad falſum teſtificandum, debet illud probare ſaltem ſemiplenè, aliter præſumitur calumniaſſe, & non ad ſe defendendum, ſed ad illos iniuriandos talem articulum propoſuiſſe.

7 Ampliatur etiam data concluſio, caſu, quo accuſator eſſet claris natalibus, accuſatus autem vilibus ortus, ut voluit *Jaſon* (d), aut ſi ille eſſet vir bonus, & innocens, iſte verò malè audiret, ut multi (e) ſcribunt; vel ſi eſſet vir gravis, ac in dignitate conſtitutus, accuſatus verò homo gregarius, ac plebejus. Et ratio eſſe debet, quià dignitas natalium non eximit quenquam à vitio, cùm appareant quandòque natalibus clariſſimi, vitiis verò infamiſſimi; undè, ſi accuſant, & minimè probant, præſumendi ſunt etiam illi *calumniatores*, cùm inepta ſit nobilitas ſanguinis ad eos præſervandos à præſumptione criminis, in accuſando innocentem. Pariter vitæ alicujus integritas non facit, ut ſibi credatur in alterius præjudicium; nàm ubi agitur de præjudicio tertii, præſumptio hominis non attenditur, ut ſcribunt *Abbas*, ac *Decius*. (f) Quòd autem accuſator non probans habeatur prò *calumniatore*, præſumptio juris eſt, (g) quæ vinci non debet à præſumptione hominis, quià illa fortior eſt. Judices tandèm illi, qui calumnioſè caſtam *Suſannam* accuſaverunt, exemplo ſuo probant, nèc Dignitatem, nèc Officium, nèc ſtatus eminentiam eximere debere à præſumptione *calumniæ* accuſatorem non probantem.

8 Non præſumitur autem *calumnia* in eo, qui ſemiplenè probavit per unum Teſtem, omni exceptione majorem; ſivè probavit infamiam illius delicti, de quo accuſavit; ſivè id audiviſſe à viris, fide dignis, ut habet *Textus*, & nos alibi (h) docuimus. Tamen quantùmvis accuſator ſemiplenè probet, non tamen per hoc excuſatur à ſolutione expenſarum, & damnorum, quæ paſſus eſt accuſatus, pròut docet *Abbas*; (i) nàm in his expenſis non ſufficit color querelantis, ad eum excuſandum, ſed ubi ſuccumbat etiam per Rei legitimas defenſiones, vel penuriam probationum, vel aliâ causâ tenebitur ad ſolutionem, ut cum *Cataldo* vult *Boſſius*, (l) & ratio, quam iſte tangit, eſt, quià condemnatio ad ſolvendas expenſas, non eſt pœna propriè; in quâvis enim causâ, qui ſuccumbit in lite, tenetur ad expenſas; pœna autem *calumniatoris* illa eſt, quæ ſibi, ultrà ſolutionem expenſarum, infligitur; undè, licèt per probationem ſemiplenam relevatur à pœnâ calumniæ, non tamen relevatur ab expenſis.

9 Notabile autem eſt circà hoc, quòd, ſi accuſator, qui ſemiplenè probavit, ſolitus eſt calumniari, (ut potè qui aliàs alios accuſavit, & defecit) iſte non evadit per illam probationem, præſumptionem calumniæ, ut argumento cujuſdam legis, (m) dicunt *Speculator*, *Butrius*, *Felinus*. ac *Menochius*; & ratio eſt, quià illa ſemiplena probatio, quæ eliddebat præſumptionem calumniæ, tollitur à contrariâ præſumptione, nàm ſemel malus, ſemper præſumitur malus, & qui aliàs calumniatus eſt, præſumitur denuò calumniaſſe.

10 Evadit itidem præſumptionem *calumniæ* accuſator, qui deceptus fuit à Teſtibus, qui promiſerunt illi firmiter teſtificari in judicio; exindè producti nihil dixerunt, ut dicunt multi Doctores (n), & ratio eſt, quià nemo ex elienâ culpâ vapulare debet. Sed quomodò probabit iſte, ſe fuiſſe deceptum à Teſtibus? certè res plena periculi eſt, nàm regulariter tales promiſſiones non fiunt coràm aliis Teſtibus, per quos illa poſſit probari; undè qui, fultus promiſſioni Teſtium, accuſationem inſtituit, derelictus ab eis, cogetur innocenter ſubire pœnas *calumniantium*. Conſulo proindè cuilibet, accuſare volenti, nè fidat verbis, ac promiſſis Teſtium, ſed ſcriptam atteſtationem, ab illis ſubſignatam de facto, ſuper quo debent teſtificari, habere procuret; nàm ſcripta manent, & caſu, quo Teſtis, in judicio productus, nihil velit dicere, accuſator poteſt tali atteſtatione probare ſe deceptum à Teſte, & ità *calumniam* evadere: Judex verò poteſt ex eâdem procedere contrà Teſtem ex Officio, & ipſum cogere ad teſtificandum, prout diximus aliàs, loquendo de *Teſtibus cogendis*, *Parte primâ*.

## Pœnæ.

### *SUMMARIUM.*

11 *Satisfactio parti, prima pœna eſt Calumniatoris.*

*Quæ ſatisfactio debeatur inter Sæculares, & quæ inter Regulares.*

12 *Calumniator eſt infamis infamiâ juris, etiam antè ſententiam Judicis.*

13 *Alia pœna Calumniatoris.*

14 *Calumniator obligatur ad pœnam talionis.*

15 *Pœna Calumniatoris de jure Civili.*

16 *Pœna talionis in omnibus foris deſuevit.*

17 *In Religione Minorum de Obſervantia omninò ſervanda eſt.*

18 *Statutum primum.*

19 *Statutum ſecundum.*

20 *Dubitatio prima.*

21 *Pœna*

(6) *Maſcard. de Prob. concl. 254. num 6. Natta Conſil. 31. num. 8. lib. p.*

(c) *text. in l. In exceptionibus. ff. de Probat. arg. l. Quingenta ff. eod. tit.*

(d) *Iaſon. Conſil. 144. in fin. lib. 2. Maſcard. loc. cit. numero 9.*

(e) *Card. Alban in l. 1. ff. Ne quis eum. Mantu. Conſ. 220. num. 5. vol. 1. Maſcard. Concl. 36. nu. 13.*

(f) *Abb. in cap.* Cum in jure *. num. 2. de Off. Iud. deleg. Dec. in l. Qui accuſare. num. 6. C. de Ede.*

(g) *Gloſs. in l. Athletas. §. Calumniator ff. de His qui not. infam.*

(h) *Par. p. Tit. Accuſatio. num. 29.*

(i) *Abb. Conſil. 78. col. penult. ℣. Ad tertium.*

(l) *Catald. de Syndic. fol. 7. col. 3. ℣. Adde quod quando. Boſſ. Tract. enim Tit. de Accuſat. n. 28.*

(m) *arg. l. 2. ff. ad S. C. Turpill. Butri & Felin. in cap. 2. de Calum. Specul. Tit. de Accuſat. n. 22. Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. Caſ. 321. Cenſur. 4. n. 17.*

(n) *Jo. Andræ. in cap. 1. in fin. de Elect. in 6. Abb. in cap. 2. nu. 5. de Calum. ubi Felin. notab. 3. Clar. Quæſt. 62. ℣. Sed pone.*

Digitized by Google

21 *Pœna talionis debetur, quandò proceſſum per viam denunciationis dè delicto excepta.*

22 *Judex Laicus, formans inquiſitionem calumnioſam, tenetur ad damna Inquiſiti.*

*Judex Regularis, calumnioſè procedens, extraordinariè eſt puniendus.*

*Non ſervans eſſentialia judicii privandus eſt Officio.*

23 *Dubitatio ſecunda.*

24 *Judex non inferens Calumniatori pœnam talionis ſuſpenditur, aut privatur Officio.*

25 *Dubitatio tertia.*

26 *Calumniator apud Nos eſt* ipſo facto *excommunicatus.*

11 Pęna autem primò eſt ſatisfactio, quam præſtare debet *Calumniator* Accuſato; & hæc conſiſtit in reſtituendo quanti intereſt ipſi Accuſato, pròut dicunt Doctores (6) Hoc autem maximè quadrat in foris ſæcularibus, Eccleſiaſtico, & Laico, in quibus convenit Accuſatis, pecuniam impendere, ſive in carceribus, ſive ſolvendo Officialibus prætium operarum; ultrà alia damna domeſtica, quæ ſubeunt; Sed in foro Regulari, maximè *Fratrum minorum*, in quo nullum intervenit diſpendium pecuniarum, nulla poteſt quadrare reſtitutio damni temporalis. Reſtitutio autem, quæ poſſet intervenire, eſt reſtitutio famę; ex quo enim Religioſus accuſatus eſt, & proceſſatus, gravatur in famâ. Sed talis reſtitutio non eſt neceſſariò in foro fori facienda à Reo, ex eo enim, quòd Judex pronunciavit Accuſatum abſolvendum ab obſervatione Judicii, jam declaravit illum innocentem de crimine oppoſito, & proindè ſanata eſt in foro fori ejus fama.

12 Secundò. *Calumniator* redditur infamis infamiâ juris pròut habetur ex utroque jure: (7) imò, ſi *calumnia* fuerit notoria, erit Calumniator infamis infamiâ juris, juxtà Canones, quantùmvis lata non fuerit ſententia ſuper *calumniâ*. Ratio eſt, quià de jure Canonico omne crimen depoſitione dignum, ſecundùm opinionem Doctorum (8) magis communem, ſi fuerit notorium, reddit infamem infamiâ juris. Hoc autem crimen depoſitione plectitur, ut infrà dicemus, proindè infamiam parit. Accedit, quòd, cùm in accuſatione præſtetur juramentum de *calumniâ*, ut dicitur in jure, (9) & convincatur Reus de *calumniâ*, convincitur ex conſequenti perjurus, ex eo, quòd contrà proprium juramentum venerit; & proindè de jure Canonico eſt infamis, juxtà textum (10), quidquid ſit de jure Civili (11) ob perjurium ſimpliciter aſſertorium.

13 Tertiò, Ex tali infamiâ efficitur irregularis, ex regulâ generali, quòd omnis infamis de jure irregularis eſt, & ideò ad Ordines promoveri nequit. (12 Et etiam privandus eſt Officio, argumento cujusdam Capituli, (13) ſivè ſaltem ſuſpendendus ab Officio, & beneficio; ut habetur ex alio Capitulo. (13) ſivè ſaltem ſuſpendendus ab Officio, & beneficio, ut habetur ex alio Capitulo: (14) Quòd, ſi *calumnia* intervenerit in excipiendo contrà formam electionis, ſivè perſonam electi ad *dignitatem Perſonatum*, ſeù *Canoniam*; incurrit *calumniator*, ipſo facto, ſuſpenſionem per triennium à propriis beneficiis & ad quæ, ſi propria temeritate ſe ingeſſerit, irremiſſibiliter iiſdem privatus remanebit, ut habetur textualiter in Decretali *Innocentii Quarti*. (15) limitat *Theſaurus* (16) iſtam diſpoſitionem non procedere de beneficiis univerſaliter; ſed tantùm de iis, quę Excipiens (qui defecit in probatione exceptionis) poſſidet in illâ Eccleſiâ, contrà cujus Prælati &c. electionem excepit, & citat prò hâc limitatione quoddam Capitulum (17) Sed pace doctiſſimi viri, hoc verum non eſt; ſi quidèm Capitulum illud loquitur ſolùm de *Compromiſſario*, (qui non ſit Epiſcopus) qui elegerit ſcienter indignum; debet enim, juxtà diſpoſitionem *Conſilii Lateranenſis ſub Alexandro III.* (18) ſubire, ipſo jure, pęnam ſuſpenſionis à beneficiis per triennium; & cùm Concilium illud loquatur de beneficiis indefinitè, clarum eſt, quòd intendebat de omnibus. Sed *Bonifacius VIII.* in citato Capitulo inducit limitationem, rèdigendo dictam ſuſpenſionem ad ea ſola beneficia, quæ obtinebit in illâ Eccleſiâ, prò quâ electionem de indigno fecerit, ut patet legenti Textum illius Capituli §. *Reſtringitur*. Inepta autem eſt extenſio talis limitationis ad caſum noſtrum.

14 Quartò. juxtà Canones antiquos (19) *Calumniator* ſubiicitur pęnæ talionis, ut nempè ille ſubeat eas pœnas, quas de jure ſubire debuiſſet accuſatus, ſi concludenter probatus fuiſſet delinquens. Verum eſt, hanc pœnam in deſuetudinem abiiſſe; ſed ejus vim innovavit *B. Pius V. ut in Primâ parte* (20) diximus. Vide ibi.

15 De jure autem Civili, controverſia eſt inter Doctores, quânam pęnâ teneatur *Calumniator*. *Bartholus* (21) voluit, illum teneri de crimine falſi, ſi tamen agatur contrâ falſum, quod propoſuit accuſando; Sed, ſi agatur de *calumniâ*, tenetur ad ſimilitudinem pœnę, quæ eſt pęna talionis. Sed contrariam ſententiam tenuit *Baldus*, quem alii Doctores (22) communiter ſequuntur, voluitque, *Calumniatorem* abſolutè teneri ſimilitudine pœnę, ut plures leges (23) apertiſſimè cantant. Verum eſt, ut optimè advertit *Clarus*, (24) quòd,



(6) *Sylv. V. Accuſatio. q. 7. V. Primò calumniando. Sayr. Clau. reg. lib. 12. cap. 15. num. 13. Menoch. Boſſ. Diaz. apud Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Accuſator. cap. 1.*

(7) *cap. Si quis. il p. 2. q. 3. l. 1. l. Ab. ff. de His qui. not. infam l. Qui non. l. Noſtris. C. de Calumnia.*

(8) *Sayr. lib. 7. cap. 1. num. 12. Garc. de Benef. p. 11. cap. 3. num. 110. Sanch. Conſil. lib. 2. cap. 2. Dub. 18. in fin. apud Theſaur. loc. cit. n. 11.*

(9) *cap. In pertractandis. cap. Cęterùm. de Iuram. Calumn.*

(10) *cap. Infames. 6. q. 1.*

(11) *Gloſſ. in l. Lucius. §. Quæro. in V. Debet. ff. de His qui. not. infam. Cagnol. in l. Si quis major. p. num. 181. C. de Tranſact. apud Clar. §. Perjurium. init.*

(12) *cap. Infames. 2. q. 6. Majol. de Irregular. lib. 2. cap. 7. num. 26. Garc. de Benef. Par. 7. cap. 8. num. 11. Theſaur. loc. cit. n. 111.*

(13) *cap. Cum fortiùs. de Calumn.*

(14) *cap. Cum dilectus. de Calumn.*

(15) *cap. p. §. Qui verò. de Elect. lib. 6.*

(16) *Theſaur. de Pæn. Par 2. V. Electio. cap. 4. V. nota quòd.*

(17) *cap. Si Compromiſſarius. de elect. lib. 6.*

(18) *Concil. Lateran. 3. cap. 3.*

(19) *cap. Calumniator. cap. Qui non probaverit. 2. qu. 3. Damaſ. P. P. Epiſt. 4. Adrian. 1. Ep. Decret. cap. 24. & 52. apud Laurę. Epit. Vitalio.*

(20) *Par. p. Tit. Pænarum. n. 41.*

(21) *Bart. in l. Si quis obrepſerit. col. 1. ff. de Falſ.*

(22) *Bald in l. p. in princip. ff. ad S. C. Turpil. Felin. in cap. nonnulli. §. 1. col. 4. de Reſcr. Auguſt. de Arim. ad Angel. apud Boſſ. Tit. Accuſatio. n. 17.*

(23) *l. Accuſationis. C. de Accuſat. l. Si quis adſe. C. Ad leg. Iul. de Vi publ. l. final. C. de Calumnias.*

Digitized by Google

(24) quòd, ſi accuſatus, antequàm pronuncietur ſententia ſuper accuſatione, quærat ab Accuſatore, àn intendat uti querelâ, & probationibus, ſuper eâ factis, eò quia intendit eum querelare de falſo, ſi Accuſator annuat, poterit hic puniri de falſo, ſi accuſatio tanquàm falſa convincatur; & dicit *Clarus*, hunc modum interrogandi, eſſe approbatum à jure; & de conſuetudine ſervari; poſſentque hoc modo conciliari recenſitæ opiniones *Bartoli*, & *Baldi*.

16 Verùmtamen, licèt pœna talionis omni juri naturali, Divino ac Cæſareo cohæreat, ut aliàs diximus; hoc non obſtante, in foris omnibus in deſuetudinem abiit, & in ejus locum pœna arbitraria ſucceſſit, quæ ùt plurimùm eſt pecuniaria, ut ſcripſit *Boſſius*. (25)

17 In Foris autem regularibus, unaquæque Religio ſuas habet leges, quibus Iudices regere ſe debent. In noſtrâ Religione pœna talionis præſcripta eſt, & ſervari omninò debet, ut aliàs (26) oſtendimus. Quò ad alias autem pœnas *calumniantium*, habemus Statuta ſequentia.

18 Primò. *Pœnâ talionis puniri debent Accuſatores, qui crimen, objectum legitimè, & ſufficienter non probaverint: & qui ſcienter de crimine alias ſufficienter punito, quempiam accuſaverint; ac item, qui ex malitiâ de illis exceſſibus accuſaverint, à quibus aliàs accuſatus judicialiter, ac ritè abſolutus fuit.* (27)

19 Secundò. *Qui in judicio quidquam falsò, ſcienterque depoſuerit, vel deponi fecerit; aut verum revocavit, aut revocari procuravit; ipſo facto, eſt excommunicatus; cujus abſolutio Provinciali eſt reſervata: Semeſtri carceri mancipetur: ſatisfaciat parti: & perpetuò infamis exiſtit.* (28)

20 Ad dilucidanda verò recitata Statuta, ſit Prima dubitatio circà primum Statutum: An pœna talionis incurratur tantummodò in accuſatione, an verò etiam in denunciatione, inquiſitione, ac diffamatione?

21 Reſpondeo, quòd in Textu (30) habetur, quòd, ſi falſum denunciaverit, pœnâ extraordinariâ puniri debet Denunciator; & hoc deducitur ex Textu, & *Gloſſa* cujuſdam Capituli (31), pròut aliàs (32) adnotavimus. Verum tamen eſt, quòd, ſi denunciatio ſit de delicto ex exceptuatis, in quibus eadem pœna infligitur, ſi procedatur per inquiſitionem, ſicut per denunciationem, deficiens in probatione Denunciator punitur pœnâ talionis, ut egregiè probat *Abbas*. (33) Quod etiam verificatur, ſi Denunciator inſiſtit apud Judicem, & illum ſtimulat ad procedendum, & puniendum, quià tunc perſonam Actoris, ſub titulo Denunciatoris, abſcondit, ut habet alibi (34) Textus.

22 Quantùm ad inquiſitionem, quam Judex ex Officio facit, fuit opinio *Clari*, *Bartoli*, & *Mariani Socini*, quos refert *Sanctorus* (35), quòd non incurratur pœna talionis; & ratio eſt, quià Judex ex Officio inquirit, & ideò ad illam pœnam non obligatur; & hæc ratio optimum habet fundamentum. Tamen, ſi Judex format inquiſitionem *calumnioſam* in foris ſæcularibus, tenetur ad damna, & intereſſe, & ad pœnam extraordinariam, ut ſentiunt nonnulli Doctores. (36) Debet ergò in foris regularibus, in quibus non poteſt fieri compenſatio pecuniaria, aggravari pœna extraordinaria contrà Judicem, *calumnioſè* inquirentem. Ratio eſt, quià non poteſt ad ſpecialem Inquiſitionem devenire, juxtà alibi (37) dicta, ſinè legitimis indiciis præcedentibus; ſi ergò ità procedit, evidenter *calumnioſè* procedit, pròut dicunt Doctores. (38) Si enim, non habens ſufficientia indicia, ſpecialiter inquirit, hoc facit vel ex ignorantiâ culpabili juris, quæ dolo æquiparatur, vel ex animoſitate in Reum, quem infamare procurat, ipſum proceſſando. Ergò ſivè ſic, ſivè ſic agat, ſemper peccat, & pœnâ extraordinariâ, puta, privatione Officii puniri debet, juxtà Statuta (39), quæ ſic habent. *Prælati caveant, nè crimen aliquod grave ſuis Subditis imponant: niſi præter denunciationem, vel accuſationem, ſit unus ſaltem Teſtis, fide dignus: aut eſſet Reus infamiâ, ſeù indiciis evidenter gravatus; Secus faciens Prælatus, arbitrio Superioris, officio privetur.*

23 Secunda dubitatio eſt, An pœna talionis, ſi à Judice apud Nos non infertur, in caſibus à jure ſtatutis, irroget pœnam, & quem?

24 Reſpondeo, quòd Judex nullum habet arbitrium circà pœnas moderandas, quandò delictum perfectè conſummatum eſt; tenetur enim tunc integraliter, & præcisè pœnam, à Statutis latam, infligere, ut habetur ex *Textu* (40), quòd, ſi pœnam, crimini debitam, & à lege taxatam, abſquè causâ minuerit, jacturam Officii, bonorum, & famæ, incurrit, juxtà utraque jura. (41) Porrò in Statutis *Valliſoletanis*, de pœnâ talionis infligendâ, ità ſancitur, (42) *Ut* (pœna talionis) *ab omnibus Ordinis Superioribus, & Prælatis exactiùs, quàm anteà, ſervetur, magnopere quidem cupimus. Atque adeò mandamus ſub gravi ſuſpenſionis pœnâ, vel privationis etiam, contrafacientibus, aut negligentibus ſubeundâ.* Et profectò nulla tutior ſuppetit via exterminandi à Religioſâ Republicâ exitioſiſſimum genus hominum, pròut ſunt *calumniatores*, quàm illos pœnâ talionis juſtiſſimè coercendo. Sed quià Judicibus ipſis nõ adhibētur punitiones; & hi quandòque, ob privatas ſimultates in pretio, & protectione habent *calumniatores*; ideò, cum ſummo bonorum virorum mærore,

(24) *Clar. quæſt. 62. ℣. Sed quid, ſi Accuſator.*
(25) *Boſſ. Tit. de Accuſat. num. 17. in fin.*
(26) *Par. p. Tit. Pœnarum. num. 41. & Tit. Accuſatio. num. 18.*
(27) *Stat. Valliſolet. cap. 7. Tit. de pœn. talion.*
(28) *Pract. criminal. Tit. Applicatio ʃ. 11.*
(30) *Par. p. Tit. Denunciatio. ʃ. 3.*
(31) *cap. final. junct. Gloſſ. in V. Calumniandi, de Calumniat.*
(32) *Par. p. Denunciat. n. 18.*
(33) *Abb. in cap. Inquiſitionis. num. 6. ℣. Sed ego puto, de Accuſat.*
(34) *Pract. crim. Tit. Denunciatio. ʃ. 3.*
(35) *Sanctor. de Penit. cap. 19. Quæſt. 5. Diff. 2. ℣. Reſpondeo ſecundò fol. 444. & ibi Clar. q. 41. num. 14. Bart. in l. 2. ʃ. Publico. num. 12. de Adult. Marian. in cap. Qualiter, & quando. il 2. n. 212. de Accuſat.*
(36) *Bajard. à Clar. q. 62. num. 29. Farinac. q. 16. n. 35. Guazzin. Defen. 3. cap. 13. num. 9. apud Paſſerin. Trib. Regul. Q. 7. art. 5. n. 26.*
(37) *Pract. crim. Tit. Inquiſitio. ʃ. 7.*
(38) *Paſſerin. Trib. Reg. Q. 7. art. 2. num. 26. in fin. & ibi Menoch. de Arbitr. Caſ. 321. & Farinac. q. 16. n. 27.*
(39) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. ʃ. 6. num. 37.*
(40) *Pract. crim. Tit. Pœnarum. ʃ. final. in fin.*
(41) *l. Servos. C. Ad leg. Iul. de Vi publ. l. 8. C. Theodoſ. de Appel. Auth. de Iudic. ʃ. Oportet. cap. De cauſis. De Off. Delegat. Clar. Q. 85. ℣. Ulteriùs.*
(42) *Stat. Valliſolet. cap. 7. Tit. de Pœn. talion. ℣. Et quia.*

rore,

Digitized by Google

roſe, & damno, malignitas non rarò impunè graſſatur.

25 Tertia dubitatio eſt, An pœna excommunicationis, & carceris ſemeſtris, lata in ſecundo Statuto, citato ſuprà *num.* 14., quæ videtur loqui tantùm de teſtificantibus falsò in judicio, afficiat *calumniatores*.

26 Reſpondeo affirmativè; ratio eſt, quià Statutum loquitur in genere, & univerſaliter, puta. *Qui coràm Prælato quocumque* (puta, Provinciali, aut Generali, qui ſoli habent tribunal fori contentioſi) *in judicio quicquam falsò, ac ſcienter depoſuerit*. (43) Patet autem, quòd verus *calumniator* falsò, ac ſcienter in judicio deponit; proindè in cenſuram reſervatam incidit, pròut etiam docet *Sanctorus*, (44) & pœnam carceris ſubire debet. De Teſtibus autem, falsò deponentibus, Dicemus in *crimine falſi*.

## §. V.

# Libellus, famoſus.

*SUMMARIUM.*

1 *Verbum ore prolatum, aut ſcriptum, pandit verbum mentale.*

2 *Libellus famoſus, quid ſit.*

*Opinio, quòd ad ejus eſſentiam ſpectet reticentia nominis Auctoris.*

3 *Confutatur talis opinio.*

4 *Solvuntur rationes oppoſitæ.*

*Libellus famoſus ità infamat cum nomine, quàm ſinè nomine Auctoris.*

2 *In Libello, ut ſit famoſus, requiritur nomen infamati per eum.*

*Aut alia conjectura clara oſtendens contrà quem tendit.*

*Reus convictus de Libello, torquendus, ut aperiat, contrà quem illum compoſuit.*

6 *Dolus requiritur in Libello famoſo.*

*Componens ex joco non incurrit hoc crimen.*

*Præſumitur factus joco Libellus, cujus alia mala cauſa non probatur.*

7 *Libello famoſo retorquens injuriam, minorem pœnam meretur.*

8 *Libellus famoſus fit ſolummodò per ſcripturam, non per alia ſigna ignominioſa.*

9 *Componens, & vulgans* Paſquinatas, *non eſt Reus de Libello famoſo.*

10 *Allegationes Advocatorum non ſunt Libelli famoſi; & quomodò reprehenſibiles.*

11 *Advocati, quandò obliti ſuam utilitatem, poſſint ſcriptò aliquem mordere.*

*Dictio* ultrà, *quid importet.*

12 *Advocatus, quamvis in allegatione ultrà fas, in aliquem invehatur, non eſt Reus Libelli famoſi.*

*Tituli legum diverſi, diverſa important crimina.*

*Pœna Advocatorum, jactantium convicia in Partem.*

13 *Libellus famoſus non eſt ſcriptura cæca poſita in Camerâ Prælati.*

14 *Probatur contrà Sanctorum proxima concluſio ſuprà data.*

15 *Confirmatur concluſio, & reſpondetur ad argumentum.*

16 *Libelli famoſi pœna in Digeſtis, & Codice.*

17 *Libellus famoſus, ut talis ſit, debet publicari.*

18 *Libellus famoſus eſt, licèt in eo publicetur crimen verum.*

19 *Non requiritur, quòd in Libello publicetur crimen; ſed ſufficit, quòd ſit quid infamatorium.*

20 *An ſit Libellus famoſus, qui vulgatur contrà communitatem.*

21 *Reſpondetur affirmativè.*

*Communitas eſt perſona ficta, cujus anima eſt communis conſenſus.*

*Gravior eſt Libellus contrà Communitatem, quàm contrà privatam perſonam.*

22 *Quid, ſi Libellus eſſet contrà mortuum.*

23 *Atrocior Libellus contrà mortuum, quàm contrà viventem.*

*Cadaver mortui offendere, eſt quaſi ſacrilegium legale.*

24 *Libelli famoſi debet ſpargi notitia in populo, ut talis ſit.*

25 *Compoſitor Libelli famoſi non tenetur de crimine, ſi ille non divulgetur.*

26 *Si per Libellum non læditur fama proximi, crimen non eſt perfectum.*

27 *Libellus, compoſitus in linguâ incognitâ, non eſt famoſus.*

28 *Publicatus, quandò dicatur Libellus famoſus.*

29 *Exemplans Libellum famoſum, quandò incurrat crimen, aut non.*

30 *Diſtinctio de prædicto reatu, aut non.*

31 *Quandò exemplando Libellum, non incurritur reatus.*

32 *Reperiens Libellum famoſum, & illum non lacerans, ſed publicans, incurrit pœnas.*

33 *Ad incurrendas pœnas requiritur, ut repertor Libelli non corrumpat; & ut eum publicet.*

34 *Sola conſervatio Libelli famoſi, reperti, eſt punibilis.*

*Ob eam poteſt deveniri ad torturam.*

35 *Quid agendum, quandò duo eodem tempore repererunt Libellum famoſum, affixum.*

36 *Quid juris, ſi repertor Libelli laceravit quidèm, tamen eum vulgavit.*

37 *Si repertor, literas neſciens, alteri tradat legendum, & hic divulget, quis tenetur.*

38 *Si quis legit, & vulgavit, impubes eſt, tenetur ſolus compoſitor.*

39 *In delicto Libelli famoſi, Complices qui ſint, & quomodò puniendi.*

1 Inter

(43) *Stat. Valliſolet. cap. 7. Tit. de deponent. in judic.*

(44) *Sanctor. Comment. cap. 7. Stat. V. Caſ. 5. V. Quare in hunc caſum fol. m 399.*

1 INter delicta verbalia non abs re computamus etiam *Libellum famoſum* : parùm enim diſtat, quòd verba, in quibus delicti ratio conſiſtit, ore proferantur, vel ſcripto mandentur: verbum enim ſivè prolatū, ſivè exarratum, aliud non eſt, quàm ſignum exprimens verbum mentale, hoc eſt homini inviſibilem, ac ſoli Deo cognitum conceptum mentis; à quâ ſolâ ſivè vox, ſivè ſcriptura malitiam accipit, cùm hæc radicetur in dolo malo, quod in ſolâ mente pravâ conſiſtit, ab eâquè procedit.

2 Eſt igitur *Libellus famoſus*, pròut cum *Scortiâ*, ac quibuſdam aliis, quos citat, diffinit *Sanctorus* (1), *Scriptura, vel ſignum alicujus, occultam infamiam continens, publicata, ut neſcientibus inneteſcat*. Opinatur circà hunc *Raynaldus* (2) cum multis, quos citat, ad eſſentiam *Libelli famoſi*, requiri, quòd nomen Auctoris in eo non ſit appoſitum, ſed, omninò occultum remaneat; & ſubſcribit ſententiæ *Carpzovii*, (3) dicentis, quòd nomen, & pœna *Libelli famoſi*, debet ceſſare, quandò injuria adversùs Auctorem, qui ſeipſum publicavit, vindicari poteſt.

3 Sed doctiſſimi viri pace, talem opinionem veram, non puto; tùm quià lex (4) unica, quam ipſe citat prò ſuo fundamento, nihil habet de hoc, ut legenti patet; tùm quià quidditas *Libelli famoſi* conſiſtit in infamiâ, ſcriptò in aliquem publicata, quæ ideò differt, & gravior eſt injuriâ verbali, voce prolatâ, quià hæc volat cum ſono, illa verò ſcripta manet; & faciliùs publicatur id, quod ſcriptum eſt, ac poteſt à multis legi, quàm quod ſemel prolatum eſt, & à paucis ſemel auditum. Sequitur proindè, quòd nihil facit ad eſſentiam *Libelli famoſi* nomen Auctoris, expreſſum, aut non.

4 Nec aliquid facit ad ſtabiliendam ſuprà allatam opinionem, puòd Imperator in dictâ lege unicâ, dicat, quòd, ſi Auctor Libelli *nomen ſuum profiteatur*, præmium reportabit; undè poſſit inferri, ergò ſi nomen occultet, pęnam conſequetur, & ſic reatus *Libelli famoſi* conſiſtat in occultatione nominis Auctoris. Quià lex concludit, quòd, quantùmvis ille nomen ſuum prodat, ſi non probat expoſita in *Libello famoſo, capitali pœnâ plectetur*. Stat autem, quòd, ſi eſſet Libellus accuſatorius, in quo ſit nominis inſcriptio, & Principi, aut Judici porrigeretur, quantùmvis Accuſator non probaret crimen oppoſitum, non ideò incurreret pœnam capitalem, ſed pœnam calumniæ, aut iniuriæ illatæ. Igitur, ſi hìc nomen ſuum profitenti, & non probanti crimen, datur pęna capitalis; ideò eſt, quià *Libellus*, continens alterius crimen, ſi porrigeretur Judici, eſſet accuſatorius, & minimè criminalis; ſed quià publicatur affigendo &c. evadit infamatorius, ſivè *famoſus*, & delictum; undè apoſitio, aut occultatio nominis non facit, quòd *Libellus* evadat criminalis, aut non; ſed probatio criminis tantùm evitat pœnam *Libelli famoſi*, & iſte talis ſemper eſt, ſivè apponatur Auctoris nomen, ſivè non; & ratio, quam tangit, poſt *Portellum Sanctorus*, (5) efficaciſſima eſt, quià non minùs infamat *Libellus* cùm nomine, quàm ſinè; & in hoc ſpectandum eſt damnum famæ, & effectus malitiæ contrà proximum, quæ utroque modo interveniunt in caſu; & ſi tacendo nomen auctor, prodit plùs malignitatis in proximum, illud explicando, oſtentat plùs temeritatis, in non reformidando legum pœnas, & ideò par certè, ſi non majus crimen præſefert, pandendo, quam occultando nomen, cùm etiam majus cenſeatur delictum, factum publicè, in quo oſtentatur legum contemptus, quàm occultè, in quo oſtenditur earundem metus.

5 Nomen autem ejus, contrà quem fabricatus eſt *Libellus*, de neceſſitate apponendus eſt, argumento eorum, quæ in jure (6) dicuntur, nàm perſonæ incertæ iniuria non fit. Oportet igitur, quòd explicetur nomen; vel alia adſit coniectura clara, in quem tendat talis iniuria, ut dicunt Doctores, (7) aliter non habetur quidditas *famoſi Libelli*. Coniectura autem poteſt haberi in ſcripturâ ipsâ, (ut potè, ſi ipſa exprimeret luſcum, aut traulum, aut gibbum, & in eo loco unus tantùm eſſet tali diſtinctivo præditus) aut extrà; puta, ſi *Libellus* eſſet affixus januæ domus alicujus; ex talibus enim circumſtantiis appareret, *Libellum* contrà illum fuiſſe compoſitum. Advertit autem *Farinacius*, (8) quòd, ſi conſtaret de Reo, hic torquendus eſſet ad habendam confeſſionem ab eo ſuper perſonâ, quam injurare intendit. Sed non per hoc ille eſſet Reus de *libello famoſo*, ut bene ait *Raynaldus*, (9) quià, ut talis ſit, debet ex ſe, independenter à confeſſione Rei, continere nomen, aut habere claras coniecturas, per quas indicetur nomen injurati.

6 Prætereà neceſſarium eſt, quod dolus interveniat in fabricatione *libelli famoſi*; non ſolùm, quià, ut centiès dictum eſt, iſte exigitur in omni crimine; ſed quià textualiter requiritur ab utroque jure, (10) Sequitur proindè, quòd qui loco libellum faceret, non diceretur doloſè feciſſe, nec reatum incurreret, ut poſt *Surdum* ſcribit *Thoro*. (11) Quotiès autem non apparet de causâ inferrendi iniuriam per *libellum famoſum*, præſumendum eſt, quòd ſit factum joco, ut multi, (12) dicunt; maximè, quandò inculpatus, eſt homo facetus, & aliàs bonæ famæ. (13) Et qui vult ſcire, quæ ſint conſideranda in hâc facti ſpecie ad arguendum dolum, adeat *Gargiareum Tract. de libel. famoſ. cap. 4. num. 14. & ſeqq.*

7 Ulteriùs etiam ſequitur, quòd qui componit *libellum famoſum* prò retorſione iniuriæ, ab alio acceptæ ſimili *libello*, non incidit in crimen, *libellum famoſum* componentis; nàm pròut habet Textus, (14) *ignoſcendum eſt ei, ſi voluit ſe ulciſci provocatus*. Et ſi qui, *alium ferro ſe petentem occiderit, non videtur*

(1) *Sanctor. de Pœn. cap. 12. Q. 1. ℣. Reſpondeo ſecundo. fol. 24. & ibi Scort. Theor. 326. Angel. Iuſc. Plaza Clar. Graſſ. Zech.*

(2) *Raynal. Tom. 1. cap. 11. §. 1. num. 7.*

(3) *Carpzou. Pract. crim. Quæſt. 98. num. 33. 36. & ſeqq. apud Raynal. loc cit. num. 9.*

(4) *l. unic. C. de Fam. libel.*

(5) *Portell. Dub. Regul. V. libellus famoſus num. 3. in fin. Sanctor. de Pœn. cap. 12. Quæſt. 2. ℣. Reducuntur etiam. fol. 26.*

(6) *arg. l. Item apud. §. Cui non ſinè. ff. de Iniur. l. Quod Senatuſconſult. ff. eo. tit. l. Certum. ff. Si cert. petat.*

(7) *Bajard. ad Clar. Quæſt. 68. num. 52. & ibi Vitalin. de Maleſ. cap. de Famoſ. Libel. & Bertaz. Conſ. 237. num. 5. Sarn. Prax. crim. Part. 2. Formul. 50. ℣. Et primum.*

(8) *Farinac. Quæſt. 105. n. 476.*

(9) *Raynal. Tom. p. cap. 11. §. 1. n. 11.*

(10) *text. in l. lex Cornelia. §. Si quis librum. ff. de Iniur. & in l. 1. ff. Ad leg. Iul. Majeſt. & in cap. Si qui inventi. 5. quæſt. 1.*

(11) *Surd. Deciſ. 89. Thor. Vot. Deciſ. 50. n. 6. & 7.*

(12) *Cavalcan. Deciſ. 35. per tot. Par. 5. Io. Bapt. Cavat. Conſ. 7. num. 5. Curt. Iuni. Conſ. 238. lib. 3.*

(13.) *Cephal. Conſ. 341. n. 33. lib. 3.*

(14) *text. in l. Qui cum major. §. Si libertus. ff. de Bon. libert.*

Digitized by Google

*detur injuriâ occidiſſe*, ut ait *Ulpianus*; (15) nec etiam cenſendum erit, talem *libellum*, ab eo compoſitum ad inferendum alicui, ſed ad repellendam à ſe, ſibi illatam injuriam: quià tamen talis defenſio non eſt undequâque inculpata; aliquam pęnam meretur, extraordinariam tamen, ut dicunt *Novarius*, *Gargiareus*, & *Muta* (16)

8 Communiter Doctores (17) volunt, quòd *Libellus famoſus* non ſolùm fiat per ſcripturam, ſed etiam per picturam, pingendo nempè figuras obſcænas, & affigendo poſtibus, aut parietibus Domus; itémque per alia facta ad alicujus injuriam, ut affigendo, aut ſuſpendendo cornua, aut ea ſpargendo antè limen Domus; aut ſtercorando repagulum januæ; ſivè alia injurioſa patrando; Sed hoc valdè abuſivè dicitur, ut notat *Sanctorus*. (18) Siquidem ille Textus, (19) qui communiter aſſumitur prò fundamento talis ſententiæ, habet quidèm, quòd *eâdem pœnâ tenetur, qui aliud ſinè ſcripturâ, in notam aliquorum produxerit*; non tamen dicit, quòd idem crimen committat. Arguere autem ab identitate pęnę ad identitatem culpæ, non valet; nàm eadem pęna ultimi ſupplicii ſancita reperitur prò delictis, toto cęlo diverſis.

9 Opinatur *Sanctorus* (20), teneri crimine *Libelli famoſi* illum, qui cantiones, ſivè *Paſquinatas* componit, & oretenùs ſpargit in vulgus, ac ſi eſſent ab alio compoſitæ, ſi illæ ſint ad alicujus injuriam. Sed hoc puto non admittendum, ſi quidèm formalis ratio *Libelli famoſi* conſiſtit in ſcripturâ, ut ſonant leges, (21) & quantùmvis cantio vulgata ad alicujus injuriam, eundem effectum, quo ad infamandum, producat, quem producit *Libellus famoſus*; tamen non tàm atrox infertur injuria per vocem, quæ raptìm tranſit, velùt per ſcripturam, quæ quantùm eſt ex ſe, perpetuò manet. Et proindè, licèt contrà eum, qui vulgaret hujuſmodi *Paſquinatas*, agi poſſit de crimine injuriarum, non tamen poſſet prætendi Reus de *Libelli famoſi* compoſitione.

10 Dubium eſt de Allegationibus, quas ſcribunt Advocati prò defenſione ſuorum clientulorum, àn veniant nomine *Libelli famoſi*, caſu, quo aliquod mendax infamatorium, aut injurioſum in ipſis reperiatur contrà perſonas partis principalis, Teſtium, & Advocati ex adverſò. Ad quod dico, quòd, ſi Advocatus reſpondet Allegationi, ex adverſò propoſitæ, in quâ ſint ſcommata mendacia; ſeù verba contumelioſa contrà ſe, vel Clientulum ſuum, eò quià tali caſu dicitur *provocatus*, poteſt & ipſe cum iniuriis reſpondere, & iniuriis injurias repulſare, ut dicunt Doctores (22), juxta id, quod dicit *Salomon in Proverbiis*. (23) *Reſponde ſtulto ſecundùm ſtultitiam ſuam, nè ſibi ſapiens eſſe videatur*. Verùm eſt, quòd injuriæ reſponſivæ non debent excedere illas, quæ ex adverſò contrà ſe propoſitæ fuerunt, aliter culpabilem ſe redderet, ſiquidèm commune Moraliſtarum, ac Juriſtarum axioma (24) eſt, quòd provocatio excedentem in propriâ defenſione non excuſat; & inſuper debet in ſuâ allegatione reſponſivâ ſe declarare, quòd non animo alium injuriandi, ſed tantùm ſe, aut clientulum defendendi ab injuriâ, ſibi illatâ, taliter ſcribere cogitur. Ratio eſt, quià ſe tueri, ac famam ſuam, licitum eſt; nàm, juxtà quoddam capitulum (25), crudelis eſt, qui propriam famam negligit: alium verò injuriare crimen eſt; undè idem verbum prolatum, aut ſcriptum, ſi ad propriam defenſionem, licitum eſt; ſi ad alterius injuriam, criminale; undè debet ille ſuam intentionem declarare, nè culpabilem in propriâ ſcripturâ ſe oſtendat.

11 Si autem ipſe primus eſt in ſcribendo, & cogitur prò utilitate Cauſæ aliquid probroſum parti principali, Teſti, Advocato ex adverſò, aut Judici exprimere, dummodò hoc faciat cum circumſpectione, & modeſtis verbis, & oſtendat ex neceſſitate, & utilitate Cauſæ id facere, nullo modo delinquit, quantùmvis perſona, tacta à tali propoſitione probroſâ, maximè injuriatam ſe perſentiat. Ratio eſt, quià Imperator (26) jubet, quòd *Advocati ità prǣbeant patrocinia jurgantibus: ut non ultrà, quàm litium poſcit utilitas in licentiam conviciandi, & maledicendi, temeritatem prorumpant*. Ex quo textù elicitur, quòd ſi prohibentur convicia, *ultra quàm litium poſcit utilitas*, igitur permittuntur uſque ad litium utilitatem incluſivè: nàm dictio *ultrà*, prout multis juribus, ac Doctoribus, more ſuo citatis, probat *Barboſa* (27), incluſiva eſt, undè, ſi à lege prohibetur læſio *ultrà* dimidiam, permittitur uſquè ad dimidiam incluſivè, ut tenet Rota apud *Rubeum* (28), ibidem citatum.

12 Quòd, ſi Advocatus metam, à lege præſcriptam excedat, & nec ob neceſſitatem litis, nec ad defenſionem, in ſcripturam contumelioſam, ac infamatoriam prorumpat, tamen puniendus venit pęnâ *libelli famoſi*. Ratio eſt, quià in jure Civili habentur *Tituli* diſtincti circà delicta inferentium injurias, quià in *Codice* habetur *Titulus, Si quis Imperatori maledixerit*; diſtinctus à *Titulo de Famoſis libellis*, & à *Titulo de Poſtulando*, in quibus omnibus prohibentur injuriæ verbales, & pęnę diverſæ, juxtà diſpoſitionem aliam, & aliam legum, apponuntur. Porrò pœnæ, appoſitæ in uno *Titulo*, non poſſunt inferri prò delicto expreſſo in alio titulo, ut ex *Binſeldio* optimè argumentatur *Dominicus Ranaldus*, (20) qnantùmvis crimen ſimbolizet

(15) *text. in l. Sed & ſi quemcunque ff. Ad leg. Aquil.*
(16) *Novar. Collect. 3. Pragmat. 2. num. 1. de Iniur. Gargiar. de libel. famoſ. cap. 7. num. 11. Muta ad Pragmat. Tit. 40. nu. 42.*
(17) *Clar. quæſt. 68. num. 25. V. Libelli famoſi. & ibi Paris de Pute. De Syndic. fol. 273. num. 6. Scotiia Theorem. 326. Molina. Craſſ. apud Bonacin. de Reſtit. Diſp. 2. Quæſt. 4. Pun. 9. nu. 5. & 5.*
(18) *Sanctor. de Pæn. cap. 12. Quæſt. 2. V. Quoad facta. fol. 25.*
(19) *text. in l. lex Cornelia ʃ. Eadem pęna. ff. de Iniuri.*
(20) *Sanctor. loc. cit. ʃ. In hanc diſpoſitionem. fol. 25.*
(21) *text. in l. lex Cornelia. §. Si quis librum, ff. de Iniur. l. Unic. C. de Famo. libel.*
(22) *Guazzin. Præfat. ad Defenſ. Reo n. 6. Specul. Tit. de Advocat. ʃ. Iam nunc. n. 3. Perlich. Pract. Concl. 1. Par. Concl. 9. n. 25.*
(23) *Proverb. cap. 26. V 5.*
(24) *Diana. Par. 6. Tr. 6. Miſcel. Reſol. 16. Azeved. Recopil. lib. 8. Tit. 10. l. 2. n. 94. Boſs. Trac. crim. Tit. de Iniur. n. 6. Vela de Pęn. delict. cap. 16. num. 10.*
(25) *cap. Nolo. 12. Quæſt. 1.*
(26) *text. in l. Quiſquis. C. de Poſtul.*
(27) *Barboſ. Diction. 428. nu. 1.*
(28) *Rot. Deciſ. 127. num. 1. Par. 1. in poſthum. Farinac. Deciſ. 62. num. 13. apud Paul. de Rube. Tom. 2. diverſ. aliàs Par. 6. recent.*
(29) *Binsfeld. Tract. de Iniur. & damn. dat. cap. 1. quæſt. 4. nu. 17. apud Raynal. Tom. 2. cap. 19. ʃ. 1. num. 88.*

Digitized by Google

bolizet cum eo, quòd in alio *titulo* exprimitur. Et ità, cùm prò Advocatis, ultrà fas conviciantibus in patrocinio litis, habeatur, ſub *Titulo de Poſtulando*, pœna infamiæ, per quam arcentur à munere Advocati, (30) non poteſt ipſis inferri pęna componentium *Libellos famoſos*.

13 Dubium pariter eſt, an nomine *Libelli famoſi* veniat epiſtola, ſeù parva ſchedula cæca, poſita in Camerâ Prælati, continens delictum occultum, ut Pręlatus de illo inquirat. Et *Sanctorus* (31) opinatur quòd ſic, tùm quià talis ſcriptura verè infamat, nec per eam poterit Prælatus procedere contrà infamatum, quàmvis in ſcripturâ nominentur Teſtes, (32) tùm quià habetur Textus (33) expreſſus, qui cantat, quòd, *Si quis, Libello, dato vel Principi, vel alicui, famam alienam inſectatus fuerit, iniuriarum erit agendum*; & prò hâc ſententia citat nonnullos. (34)

14 Sed, iſtorum ſalvâ reverentiâ, talis ſententia non ſubſiſtit; quià de quidditate *Libelli famoſi*, eſt, quòd ſcriptura fiat cum dolo malo, puta, ſtudio ad nocendum, & infamandum, ut ſuprà *num.6.* probatum eſt; pariter quòd publicetur, ut infrà demonſtrabimus. Qui verò talem epiſtolam ſcribit, ut Superior inquirat ad punitionem criminis occulti, quod ſibi pandit; non procedit malo dolo, nec ſtudio infamandi, ſed ut ob bonum publicum ſontes puniantur. Item, ſi non ponit in loco publico, ſed in Camerâ Superioris, non divulgat ſcripturam, proindè *Libellus famoſus* non eſt. Quòd, ſi nomen proprium non pandit, hoc poteſt eſſe, quià fortè metuit potentiam accuſati; vel fratrum dicteria, ſi ille apertè denunciaret, aut accuſaret; undè illud occultando, in nullo peccat. Prætereà verum eſt, quod ex tali ſcripturâ cęcâ non poteſt inſtitui inquiſitio; ſi tamen in eâ citantur Teſtes, poteſt Prælatus illos extrajudicialiter audire, & informari ſuper delicto; quod, ſi reperit verum quidèm, tale tamen, quòd de eo non habetur fama, ſed à duobus tantùm Teſtibus de viſu, & à ſcriptore, qui nomen cęlavit, de auditu ſcitum, debet ad ſecretam punitionem devenire; pròut habent Statuta, & *Textus Tit. Inquiſitio num. 14.* ut Part. p. explicuimus; & ſi reperit à multis, extrajudicialiter ſingillatim auditis, delictum ſcitum, quàmvìs de eo publicè nemò loquatur, ob metum Rei potentis, debet procedere per Inquiſitionem generalem, exindè devenire ad ſpecialem; & ſic Reum punire.

15 Nec hìc modus procedendi improbatur in capitulo, ſupracitato de *Accuſatione*. Quià ibi loquitur *Textus* de Inquiſitione ſpeciali, ad quam deveniri nequit ad ſcriptoris occulti denunciationem, quod & ego concedo; ſicut etiam dico, non deveniendum ad Inquiſitionem generalem judicialem, neque etiam extrajudicialem, ſi ſcriptura continet ſolùm crimen, & nullum Teſtem; nàm ex hoc apparet, ſcriptorem, ſolo animo infamandi apud Prælatum, taliter ſcripſiſſe; quià, ſi punitionem veri criminis ob bonum publicum affectaret, Teſtes criminis poſuiſſet, ſinè quibus delictum nec de jure, nec de facto, punibile eſt.

16 Prætereà Textus, qui citatur à *Sanctoro in l. Item apud ff. de Injur.* non concludit intentum ſuum; non enim ait, quòd taliter ſcribens ſit Reus *Libelli famoſi*, ſed quòd contrà eum *injuriarum erit agendum*; quod valde diverſum eſt; nàm pęna injuriarum arbitraria eſt (35), ac extraordinaria; ſed pęna *Libelli famoſi*, de jure *Digeſtorum* (36) eſt, quòd Reus *inteſtabilis ſit*, nempè ut explicat *Gajus* (37), *ne ejus teſtimonium recipiatur, nevè ipſi dicatur teſtimonium*; de jure verò *Codicis* (38) pęna eſt capitalis. Sed nequè pœnâ iniuriarúm tenetur, qui Prælato, Principi, aut Iudici *Libellum* porrigit, in quo continetur aliquid infamatorium, niſi in caſu, quò ipſe non probaret contenta in Libello, pròut multis citatis probat *Caballus*, quem ſequitur *Matthaeu*, (38) undè concludendum eſt, quòd talis, ponens literam cęcam in Camerâ Prælati, non veniat puniendus pœnâ *Libelli famoſi*, ſed pœnâ injuriarum; & hoc tantùm in caſu, in quo non probet, ſaltem ſemiplenè, contenta in libello; ſivè ad plùs pęnâ calumniantium, nàm litera, tali modo porrecta Prælato, æquivalet accuſationi judiciali, quò ad effectum, ſi Prælatus ab eâ motus inquirat.

17 Ultrà ſuperiùs dicta ad formalitatem *Libelli famoſi*, requiritur, quòd publicetur per eum crimen aliquod, quod notorium non ſit; nàm, ut ex *Molinâ* docet *Portellus* (39) ſi publicum ſit, ille, contrà quem eſt *Libellus*, non gravatur in famâ, quià eam jam perdidit. Notat verò *Sanctorus* (40), quòd, ſi delictum aliàs fuit publicum, & poſteà traditum oblivioni; aut ſi publicum alibi, non autem in loco, in quo publicatur Libellus, Auctor tenetur de *Famoſo libello*. Ratio eſt, quià hìc, & nunc, diffamatus per *libellum* poſſidet famam bonam; undè per *famoſum libellum* infamatur, qui eſt effectus, quem intendit Auctor libelli.

18 Volunt nonnulli apud *Farinacium* (41), quòd requiratur, quòd crimen ſit falſum; & ſi ponatur crimen verum, quod probari poſſit, *Libellus* non evadat *Famoſus*. Sed contrarium eſt verius, ut poſt multos, quos citat, probat *Farinacius* idem (42), & *Matthaeu*. Ratio eſt, quià, ſi zelo juſtitiæ volebat pandere crimen illius, debuit Reus modis licitis Judicem adire, ut eum puniret; ſi ergò aliam viam publicandi delictum elegit, hoc fecit ad illum infamandum, & proindè Reus ſit *libelli famoſi*. Verum eſt, quòd tantam pœnam non meretur, ſicut ſi vulgaſſet crimen falſum.

19 Opinantur alii, quòd neceſſarium etiam ſit, quòd crimen, de quo quis diffamatur, ſit crimen grave; imò juxta Doctores, congeſtos per Philippum Mare-

ſca

(30) *arg. l. 1. ∫. Item Senatuſconſulto. ff. de Poſtul.*
(31) *Sanctor. de Pœn. cap. 12. quaſt. 2. V. Reducuntur etiam. fol. 26.*
(32) *cap. Inquiſitionis. ∫. Ad hæc de Accuſat.*
(33) *text. in l. Item apud. ∫. 29. ff. de Iniur. & fam. libel.*
(34) *Portel. Dub. Regul. V. libellus. num. 3. Molin. Reginal. Bonacin. de Reſt. Diſput. 2. Quæſt. 4. art. 9. num. 5. Finell. contra Filliuc. Tract. 40. cap. 3. quæſt. 8. num. 79.*
(35) *text. in l. Qui injuriarum. ff. de Iniur. l. final. ff. eod. tit.*
(36) *l. lex Cornelia. ∫. Si quis librum. ff. de Iniur.*
(37) *Cajus in l. Cum lege. ff. qui teſtam. fac. poſ.*
(37) *tex. in l. Unic. C. de Famoſ. libel.*
(38) *Cabal. Reſol. crim. Caſ. 271. per tot. & ibi Felin. Soccin. Bertazz. cum Adden. Matth. de Re crim. Contr. 74. num. 59.*
(39) *Molin. de Iuſt. & jur. Diſp. Tract. 4. Diſp. 35. num. 2. & 4. apud Portel. V. Libellus nu. 3.*
(40) *Sanctor. de Pęn. cap. 12. quæſt. 4. V. Reſpondeo ſecundo. fol. 29.*
(41) *Farinac. Conſil. 30. nu. 7.*
(42) *Farinac. Quæſt. 105. nu. 241. Matth. de Re crimin. Controv. 74. nu. 19. Par. 2.*

*ſca*,(43) ſit crimen, prò quo, ſi verùm eſſet, imponeretur pœna mortis naturalis. Hoc autem non puto neceſſarium; Ratio eſt, quià jura, ut patet eorum Textus tùm *Digeſtorum*, tùm *Codicis* legenti, ad quidditatem *libelli famoſi* requirunt tantùm, quòd in eo publicetur aliquod occultum, infamans honeſtam perſonam, & nullam mentionem faciunt de crimine, ſequitur ergò, neceſſariam non eſſe publicationem de aliquo crimine, ſed eſſe verum *libellum famoſum*, etiamſi nullum occultum crimen pandatur, ſed aliquid aliud infamans; utpotè, ſi publicetur aliquis, qui habetur prò legitimo, eſſe baſtardum, ſivè eſſe ortum ex genere maculato; & ſic firmat poſt *Portellum Sanctorus*. (44)

20 Diximus ſuprà, ad quidditatem *famoſi libelli* requiri, quòd in eo exprimatur, aut nomen, aut aliqua circumſtantia, per quam in individuo cognoſcatur ille, contrà quem *libellus* eſt compoſitus. Dubitari nunc contingit, àn reatum *libelli famoſi* incurreret, qui *libellum* talem vulgaret contrà aliquam Communitatem, ut potè contrà integram *Nationem*, ſeù *Factionem*, ſeù *Collegium*, ſeù *Statum*, ut contrà Laicos Converſos &c.

21 Ad quod reſpondendum eſt affimativè; ſiquidèm *Communitas* eſt corpus morale, cujus membra ſunt ſinguli homines, qui de eâ ſunt; anima autem talis corporis eſt conſenſus voluntatis omnium, ſeù majoris partis, per quem *Communitas* dicitur agere, & ità per fictionem juris *Communitas* conſideratur ad modum perſonæ vnius, ut ſcribit *Abbas*, (45) quæ judicatur ſacra, vel profana, Eccleſiaſtica, ſeù Laica, juxtà conditionē finis, ad quem talis *Communitas* conſtituta eſt; ſiuè juxtà ſtatum eorum, qui in eâ faciunt majorem numerum, vt docuit idem *Abbas*, (46) & ſic *Communitas*, ad modum perſonæ particularis, poteſt mereri, & demereri; agere, & pati, laudari, vel vituperari, vt notum eſt. Sequitur igitur, quòd contrà hujuſmodi corpus publicum poteſt componi *libellus famoſus*, & committi gravius crimen, quàm ſi eſſet contrà perſonam particularem, tùm quià non vnus tantùm, ſed multi homines, nempè omnes de illâ *Communitate* injuriantur; tùm quià, ſi in eâ ſunt aliqui culpabiles, ac vituperatione digni, qui cauſam dent fabricationi *libelli*, cæteri ſunt innocentes de eo, de quo tota Communitas culpatur, vndè aggravatur delictum, quià eodem modo læditur in famâ innocens, ſicut culpabilis.

22 Quid autem juris, ſi *libellus* non eſſet contrà perſonam viventem, ſed mortuam, incurreretur nè idem reatus, ac ſi fuiſſet contrà viventem?

23 Reſpondeo affirmativè; nàm non minor eſt injuria, quæ infertur mortuo, quàm viventi, argumento eorum, quæ habentur in jure, (47) imò videtur potior, nàm ſævire in mortuum, major eſt feritas, quàm viventem offendere; & ſicut, ut aliàs diximus, injuriam inferre cadaveri mortui ſepulto, ſacrilegium legale eſt, (48) quod tamen non eſt, viventem percutere, ità majus crimen eſt mortui, quàm viventis, famam lædere, & quàmvis videatur, non tantam turbationem in Republicâ oriri ex diffamatione mortui, ſicut ex injuriâ, illatâ viventi, quià hic ultionem de eâ quærendo Rempublicam perturbat; contrarium tamen eſt verius; nàm iniuria, facta Defuncto, tangit ejus hæredes, conſanguineos, ac amicos, qui omnes cenſentur offenſi injuriâ, illatâ mortuo, vndè major naſcitur perturbatio. Et ità concludendum eſt, eundem reatum incurrere vulgans *libellum* ad infamiam defuncti, ſicut viventis; & ſic firmat, poſt *Mutan*, etiam *Raynaldus*. (49)

24 Requiritur præterea ad formalitatem *libelli famoſi* publicatio, hoc eſt, quòd de eo ſpargatur notitia in populo, undè læſa ramaneat fama ejus, contrà quem compoſitus eſt, ut tenent Doctores communiter. (50) Ratio eſt, quià oportet, quòd delictum ſit in ſuo genere conſummatum, ex notis juribus: tale autem non eſt, niſi obtineatur finis intentus à delinquente: vndè explodens ſclopum, aut parans venenum, & etiam propinans, ſi non ſequatur mors, non tenetur pœnâ ordinariâ, quià homicidium non eſt ſecutum, ut notum eſt. Finis verò *libelli famoſi* eſt, ut aliquis lædatur in famâ ex ipſius actuali, & effectivâ publicatione: quòd, ſi per accidens hæc minimè ſequatur, componens, & affigens *libellum*, erit tantùm Reus de conatu, non verò de crimine perfecto, ut optimè ſcribit *Sanctorus*. (51)

25 Sequuntur autem multa ex hoc. Primum eſt, quòd, ſi quis reperit *libellum*, affixum ſummo mane, & illum ad Judicem defert, & ille nihil cum aliis loquitur, ſed res manet in ſecretò, compoſitor non poteſt puniri ordinariâ pœnâ, quià non eſſemus, niſi in conatu ad crimen, prò quo nunquam infertur pœna ordinaria, ut non ſemel dictum eſt.

26 Infertur ſecundò, quòd, ſi *libellus* actu non læderet famam proximi, ex eo quòd notoria eſt innocentia illius de crimine, de quo diffamatur, ſivè impotentia ad crimen: ut potè, ſi diceretur in *libello*, quòd occiderit *Titium*, dùm notorium eſt, quòd hic occiſus eſt à *Caio*: ſivè culparetur tanquàm fur *nocturnus*, ſolitus ſcalis per feneſtras ingredi domos, & furari ille, qui eſt ſenex decrepitus, podagrâ debilitatus, cui impoſſibile eſt ſcalas conſcendere: in his caſibus, quàmvis *libellus* eſſet pervulgatus, non tamen compoſitor pœnâ ordinariâ poſſet puniri, & ratio eſt, quià læſio famæ debet eſse cum effectu, ſed nulla, ut ſuppono, hìc intervenit læſio, & omnes, qui legerunt, aut audierunt *libellum*, nullam malam opinionem conceperunt de diffamato: imò potiùs contrà Auctorem moti ſunt, eum vocando mendacem, temerarium, malignum &c.

27 Sequitur tertiò, quòd, ſi *libellus* compoſitus eſt idiomate, quod ignoratur ab omnibus, & ſingulis illius loci: ità vt ex eo, vt potè non intellecto, nullus paſſus eſt in famâ, non ſit locus pœnæ ordinariæ ex eodem principio: nàm perindè eſt, quò ad effectum, ac ſi non eſſet expoſitus, nec publicatus.

28 Publicatus verò dicitur *libellus*, quandò in majore parte populi pervulgatus eſt: non quidèm, quòd major pars populi illum vidiſſe, aut legiſſe debeat; ſed quòd vel de viſu, vel de auditu illius, notitia, ac tenor ad eum pervenerit, ut optimè probet *Sanctorus*.



(43) *Philip. Mareſca apud Sarno Prax. crimin. Part. 2. Form. 10. & ibi Salycet. Gomez. Uincent. de Franch. Feller. Bertaz. Farinac. & alii.*

(44) *Portell. Dub. Regul. V. libellus. num. 4. Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo tertiò. fol. 29.*

(45) *Abb. in cap. Novit. num. 2. de His quæ fi. à Prel.*

(46] *Abb. in cap. 1. num. 12. de locat.*

(47) *arg. l. C. de His qui. vs indign. l. Sororem. C. eo. tit. l. Noſtrorum. C. de Teſtam. Anani. in cap. 1. num. 2 de Maledic.*

(48] *arg. §. Religioſus. Inſtit. de Redivi. l. Pergit. C. de Sepul. viol.*

(49) *Muta ad Pragmat. Tit. 40. de Pæn. eden. famo. libell. Raynal. tom. p. cap. 11. §. 5. n. 60.*

(50) *Farinac. quæſt. 105. num. 459. Conciol. V. Libellus fam. Reſol vni. num. 15. & 16. Roynal. l. cit. §. 1. nu. 13. & ibi Marcabrun. Harpréct. Marta. Felic. & Borgnin. deciſ. 35. num. 7. par. 5.*

(51) *Sanctor. de Pæn. cap. 12. q. 3. V. His tàmen. fol. 27.*

*ctorus*. (52) Sequitur proindè, quòd, ſi vnus tantùm *libellum* viderit, & vni, aut alteri revelaverit; hi verò aliis communicaverint, donec ad majorem partem populi notitia pervenerit, publicatio erit ſecuta. Non ſic autem, ſi duo, aut tres viderunt *libellum*, ſed de hoc cum nullo alio ſunt locuti, ſed ſecretum ſervaverunt. Ratio eſt, quià duo, aut tres, vel etiam plures, non faciunt publicum, quod probatur argumento cujuſdam Capituli, (53) in quo ex *Concilio Agathenſ.* ſancitur, quòd Presbyter, diffamatus de crimine, ac *ſeorsùm* ab Epiſcopo monitus, ſi non ſe correxerit, moneatur *ſub duobus, aut tribus Teſtibus*, & ſi non ſe emendaverit, Epiſcopus eum *publicâ* increpatione admoneat; ex quo textu elicit *Abbas*, quod non dicitur factum in publico, quod fit contrà duobus, aut tribus; ſed ad hoc, quòd poſſit dici, quid *publicum*, aut publicè factum, requiritur major pars populi, ut ex *Bertazzolo* firmat *Barboſa*. (54)

29 Si quis autem *libellum*, jàm publicatum tranſcribit, & alteri copiam faciat tranſcribendi, dubium eſt, àn incurrat reatum *libelli famoſi*. *Raynaldus* (55) recitatâ opinione nonnullorum, qui volunt, taliter exemplantem non teneri delicto *libelli famoſi*; dicit, quòd ex *Carolo Antonio de Lucâ ad Vincent. de Franchis*, habetur, quòd ille impunè illud non deberet facere; mox circà hoc remiſſivè ſe habet ad *Gargiareum*. In alio autem loco, (56) eandem dubitationem tangendo, diſtinguit, docens, quòd, ſi quis exemplavit delectationis causâ, deſiderio videndi auctam compoſitionem, non autem animo publicandi eam, nullum reatum incurrit, & concordat in hoc cum *Harprecto, ac Farinacio*, (57) quos citat. Si verò exemplavit, libidine publicandi, aliis oſtendendi, ſeù vendendi, & lucrum indè faciendi, incurrit.

30 Puto tamen, admiſsâ tali diſtinctione, optimè datâ, quòd adhùc diſtinguendum ſit ejus ſecundum membrum; puta, exemplatio facta ad finem publicandi, vendendi &c. vel eſt antequàm *libellus*, ſufficienter adhùc vulgatus eſt; ità ut juxtà dictum ſuprà *num.* 28. non poſſit dici *publicatum*, & tunc verum eſt, quòd iſte Reus eſt *libelli famoſi*, nàm textus (58) apertè dicit, *Eâdem pœnâ tenetur, qui emendum, vendendumque curaverit*, & quàmvis hoc faciat ad captandum lucrum, non ſtudio infamandi; tamen, ſi non facit malo dolo ad iniuriandum, facit tamen malo dolo contrà legis prohibitionem, & ex facto ſuo ſequitur publicatio *libelli*, quod de ſe crimen eſt, vt infrà dicemus.

31 Si autem *libellus*, jàm publicatus eſt ſufficienter, exemplando, exemplatum oſtendendo, vendendo &c. nullum reatum debet incurrere. Ratio eſt, quià ex quo delictum, aut aliud iniurioſum, jàm perfectè diffamatum publicè eſt, non poteſt intrare pœna *libelli famoſi*, qui requirit, quòd crimen publicum, aut notorium non ſit, ut probavimus ſuprà *num.* 17. Et juxtà hanc diſtinctionem reſolvitur etiam dubium illud, in quo quæritur, àn hunc reatum incurrant impreſſores, ac bibliopolæ, qui imprimunt, ac vendunt tales *libellos*. Nàm, ſi jàm vulgati publicè ſint, non incurrunt crimen *libelli famoſi*, quià nec Auctores, nec propalatores ſunt occulti criminis, in alterius iniuriam, pròut ex *Salyceto*, firmat *Pignatellus*. (59) Sed tantùm incurrunt crimen contrà Regulas Judicis.

32 Incurritur reatus iſte, non ſolùm ex compoſitione, & expoſitione, hoc eſt affixione, aut diſperſione in loco publico: ſed etiam ex ſolâ publicatione *libelli famoſi*. Ideò de jure (60) tùm Canonico, tùm Civili is, qui reperit hujuſmodi *libellum* affixum, ac illum minimè lacerat, aut comburit, ſed publicat, *ſciat* (ait Imperator) *ſe*, quaſi *Auctorem hujuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugandum*; ubi notanda eſt dictio illa *quaſi*, quæ licèt aliquandò importet ſimilitudinem, improprietatem, fictionem, ac diminutionem, (61) tamen aliquandò etiam importat proprietatem, ac veritatem, pròut multis juribus, ac Doctoribus, more ſuo cumulatis, probat *Barboſa*. (62) In hâc autem lege, importare proprietatem, ac veritatem, manifeſtum eſt; ſiquidèm læſio famæ, quæ eſt effectus *libelli*, immediatiùs eſt à publicatione, quàm à compoſitione illius, poteſt enim quis ex libidine ingenii, & non ſtudio vituperandi compoſuiſſe *libellum*, & eum apud ſe retinere, ac nulli oſtendere velle; clanculum verò, ſurreptum ab alio, publicari; & tunc componens culpâ vacat, quæ tota eſt publicantis. Undè inferri poteſt, quòd, ſi non plùs, ſaltem æqualiter peccat publicans *libellum formoſum*, ſicut fabricans; & ex conſequenti talis dictio *quaſi* importet proprietatem, non autem ſimilitudinem. Quod magìs confirmatur ex Decreto *Hadriani Papæ*, (63) qui reſpiciens fortè ad diſpoſitionem legis *Cæſareæ* ſancivit, quòd *libellum famoſum, qui priùs invenerit rumpat, ſi non vult Auctoris facti cauſam incurrere*, vbi apparet verum *facti, Auctorem* dici eum, qui *libellum* inventum non rumpit, ſed ſervat ad publicationem.

33 Et circà hoc advertendum eſt, quòd ad incurrèndum hujuſmodi crimen, non ſufficit, quòd, qui invenit *libellum* affixum, illum non rumpat, quemadmodùm opinati ſunt multi, quos recitat *Farinacius*, (64) ſed requiritur etiam publicatio, & vnum ſinè alio non integrat perfectè delictum; nàm in textu ſupracitato (65) ait Imperator. *Si verò non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel ipſe conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtaverit*, ex quo apparet, quòd Imperator requirit utrumque copulatum, ſcilicet *conſervationem*, & *manifeſtationem libelli*, ut delictum perfectum ſit; nàm principale intentum legis eſt, quòd *libellus* non manifeſtetur; & ideò notantur apponitur illud pronomen *ipſe* conſumpſerit, quod, Me judice, aliud non importat, niſi quòd ipſemet inveniens *ipſe* per ſe, & non per alium, comburat, nè *libellus* ab iſto alio videatur, & manifeſtetur. Sequitur igitur, quòd non in conſervatione ſolâ, ſed in manifeſtatione delictum compleatur.

34 Non

(52) *Sanctor. de Pœn. cap.* 12. *Quæſt.* 10. *V: Reſpondeo cum res. fol.* 43.
(53) *cap. Si quis. ubi Abb. n.* 2. *de Purgat canon.*
(54) *Bertazz. de Clauſul. inſtrument. Clauſ.* 31. *gloſſ.* 2. *nu.* 17. & 18. *apud Barboſ. Diction.* 298.
(55) *Raynald. Tom. p. cap.* 11. *ſſ.* 4, *nu.* 12. & *ſeqq.*
(56) *Raynal. Tom.* 2. *cap.* 19 §. 1. *nu.* 84. & *ſeqq.*
(57) *Harprect. in* § *Iniuria autem. num.* 190. *Inſtit. Farinac. qu.* 105. *num.* 449.
(58) *text. in l. lex Cornelia.* §. *penult. ff. de Iniur.* & *famo. libell.*

(59) *Salycet. in l. vnic. in fin. C. de Famo. lib. Iacob. Pignatel. Conſ.* 118. *num* 17. *V. Pirro nota Tom.* 4.
(60) *text. in l. Vnic. C. de Famo. libell.* & *in cap. Qui in alterius.* 5. *q.* 1.
(61) *arg. l. Item. Mela.* §. *Celſus*, & § *Quamvis. ff. Ad l. Aquil. l. Item ait* § *Item*, & *ibi Gloſſ. ff. Ex qui. cau. maio. Tuſc. lit. D. Concl.* 350. *num.* 9. & 10.
(62) *Barboſ. Diction.* 411. *num.* 3. 4. & 5.
(63) *text. in cap. p.* 5. *qu.* 1.
(64) *Cyn. Archid. Præpoſ. Turecrem. Clar.* & *Plach. apud Farinac. qu.* 105. *num.* 464.
(65) *text. in l. Vnic. C. de Famo. libell.*

Digitized by Google

34 Non nego tamen, quìn ſolâ conſervatio *libelli* inventi, culpa completa non ſit, ad incurrendas pœnas Canonicas. Nàm Capitulum, ſupracitatum, (66) nullam requirit manifeſtationem, ſed ſolam conſervationem; ait enim, *qui priùs invenerit, rumpat, ſi non vult Auctoris facti cauſam incurrere*. Non nego pariter, quòd, attento etiam jure Civili, delictum initiativè non ſit conſervare juentum *libellum*, & hoc tùm ratione periculi, quod ab alio videatur; tùm quià, ſic conſervans, videtur animum habere, illum aliquandò manifeſtandi; tùm quià ex inventione talis *libelli* apud ſe, ipſe præſumitur illius Auctor; & ex hâc præſumptione poteſt deveniri ad torturam contrà retinentem, ut docet *Farinacius*, (67) tùm tandèm quià ipſe committit, ſi non totaliter, ſaltem partialiter in legem, ob quod aliquam pœnam extraordinariam meretur.

35 At quomodò poterit conſtare Judici de corpore delicti, ſi *libellus* ipſe ab inventore corrumpatur? Dico, quòd, ſi *libellus* invenitur eodem tempore à duobus, qui ambulantes per viam, ipſum viderunt affixum, non debet ipſe lacerari, ſed ad Judicem ſecretò deferri; & debent iſti ſecretum ſactum hoc tenere, & tenorem *libelli* nulli pandere: & poteſt Judex tunc inquiſitionem inſtituere; quià habet corpus delicti, ſubſtantiatum per duos Teſtes. Si verò *libellus* invenitur ab uno ſolo, debet omninò ab hoc lacerari, ac comburi; nàm ſi deferat ad Judicem, non poteſt iſte ex defectu Teſtium, qui faciant conſtare de affixione, procedere, inquirendo contrà alium, quàm contrà eum, qui detulit *libellum*, ipſe enim, eò quià non laceravit, præſumitur illius Auctor, ut dictum eſt. Ceſſaret autem præſumptio, ſi inventor eſſet notoriè homo, literarum ignarus, tantùmmodò legere, (& malè) ſciens, compoſitio autem libelli acuta, & erudita; tali enim caſu non poſſet rectè præſumi, illum fuiſſe ab eo compoſitum; & eò magìs ceſſaret præſumptio, ſi nulla inveniretur causâ inimicitię inter illum, ac eum, qui in *libello* infamatur.

36 Quid autem jùris, ſi qui invenit *libellum*, laceràt eum quidèm; ſed ex nativâ levitate, ac loquacitate, illius tenorem revelat uni, vel alteri, per quos exindè aliis manifeſtatur, donec publicatus remaneat in majore parte populi? Dico, quòd, ſi iſte ſtatuatur in judicio, & probetur publicator, puniri debet pœnâ ordinariâ, ut ſuprà *num.* 32. dictum eſt. Si tamen non pleno dolo, ſed ex levitate deliquit; mitiùs puniendus eſt, ex vulgatis.

37 Sed, ſi ille, qui reperit, legere neſciat, tollat verò de loco, cui affixus erat, & alteri legendum tradit, à quo informatus de contentis in *libello*, alteri contenta narret, & ſic publicetur *libellus*, quiſnam tenetur? Dico, quòd ille, qui legit, & libelli *reperti vim*, & *ſententiam alteri exponit*, (ut dicit *Gothofredus* (68) ex *Harmenopulo*) ſi edoctus eſt anteà ab inventore, talem chartam fuiſſe in publico expoſitam, & ex lecturâ cognoſcit, illam eſſe *libellum famoſum*, non debet manifeſtare inventori illius ſenſum; ſed chartam lacerare, & tacere: aliter tenetur ipſe tanquàm publicator, & ſic tenet *Gothofredus* loco citato. Ratio eſt, quià ex quo ille, qui primus invenit, ignoret, quid ſit, non delinquit, ſi illum ſtatim non corrumpit: & ſi alteri, ſibi explicandum, tradit, ignorantia enim facit, quòd dolo malo non peccet. Sequitur igitur, quòd culpa eſt illius, qui legit, & explicat: perindè enim eſt, quòd ſibi porrectus fuerit ab inventore *libellus* legendus, & quòd libellus ipſe, parieti in publico affixus, ſe ab eodem legendum obtulerit: ſicut ergò in ſecundo caſu debuit *libellum* corrumpere, & illum ſilentio ſepelire, idem debuit in primo, quod cùm non fecerit, Reus fit.

38 Si verò ille, cui traditus eſt ab inventore *libellus* legendus, ut præfertur, impubes eſt, & quàmvis legere ſciat, capax tamen adhùc præ ætate doli non eſt: ſivè etiam ſi eſt fœmina, ſivè ruſticus, cui leges ignorare permittitur, ac *libellus*, ut ſuprà dictum eſt, publicetur, ſolus compoſitor illius tenetur. Ratio eſt, quià in legente, & publicante dolus malus abeſt, ſicut & in inventore, & tota delicti ratio reſidet in ſolo compoſitore.

39 Pari autem cum Auctore *libelli famoſi* reatui obnoxii ſunt ejus delicti complices, puta, ut explicat *Gothofredus* loco citato, qui ſcribit, ab alio dictata, qui affigit, ſeù in publico diſpergit, qui emit, qui vendit, qui retinet ad illum oſtendendum, in ſummâ, omnis qui influit in illius compoſitionem, ſeù publicationem, hâc ſecutâ, eodem crimine tenentur. Ratio eſt, quam optimè expendit *Sanctorus* (69) contrà *Portellum*, quià Textus *Digeſti* (70) non limitat crimen ad eum, qui *ſcripſerit*, *compoſuerit*, *ediderit*. ſed addit, *dolovè malo fecerit*, *quo quid eorum fieret*. facere autem extenditur ad mandantem, conſulentem, adjuvantem, aut quocumque modo habentem influxum in effectum, ut idemmet probat multis juribus, ac exemplo: nàm facere, ſeù fabricare domum, dicitur dominus, qui domum fieri mandat; Architectus, qui ejus formam delineat; Foſſor, qui terram ad fundamenta excavat; Murarius, qui lapides componit; Cæmentarius, qui calcem arrenâ temperat; Bajulus, qui materiam comportat; lignarius, qui trabes dolat; Ferrarius, qui ferramenta miniſtrat. Ità eſt in caſu, in quo quis ex libello infamatus evadit. Nàm qui mandat, conſulit, hortatur, laudat, ut fiat; qui carmen, aut proſam iniurioſam componit, dictat; qui ſcribit, pingit, delineat, qui in publico affigit, diſpergit per vias, inventum ſervat, imprimit, ſeù imprimi curat, tranſcribit, ſeù impreſſum, aut tranſcriptum emit, vendit, donat, pluribus oſtendit, ut publicetur, tenetur eodem crimine e dummodò tamen interveniat dolus malus, qui à leg, requiritur.

(66) *cap. p. 5. q. 1.*
(67) *Farinac. quæſt. 105. num. 455.*
(68) *Dionyſ. Gothofr. ad l. 5. ff. Si quis. lit. S in fin. & ibi Harmenop. lib. 8. cap. 9.*

(69) *Sanctor. de Pœn. cap. 12. qu. 6. per tot. fol. 34.*
(70) *text. in l. lex Cornelia. §. Si quis. ff. de Iniur.*

## Probatio.

*S V M M A R I V M.*

40 *In hoc delicto Iudex poteſt procedere ex Officio.*
41 *Debet conſtare de corpore delicti, ſaltem per Teſtes.*
42 *Indicia, per qua probari poteſt Reus de libello famoſo.*
43 *Revelans Auctorem libelli famoſi, eſt pramiandus.*
Indicare, *quid importet.*

40 QUò ad proceſſum fabricandum prò ſubſtantiando delicto, ac puniendo delinquente, advertendum, quòd, quàmvis videatur Judicem moveri ad procedendũ, non poſſe, niſi inſtante parte, per *libellum* infamatâ, in cujus arbitrio eſt accuſationẽ inſtituere actione iniuriarum, aut actione *libelli famoſi*, ac *Carpzouius*, ac *Theodoricus* ſenſere, (71) eò quià *libellus famoſus* cenſeatur inter delicta privata; contrarium tamen verius eſt; nàm ex tali crimine læditur jus publicum, ut ait *Cavalcanus*, undè Judex poteſt in hoc procedere ex Officio ad condendum proceſſum, informatiuum ad capturam, & torturam, & hoc etiamſi partes offenſæ inſtarent, nè aſſumerentur informationes, ut cum citato *Cavalcano*, qui plures concordantes dat, ac *Mutâ* firmat *Raynaldus* (72), qui & addit, quòd Judex partes eaſdem compellere poſſit ad manifeſtandum Auctorem delicti, quod probat auctoritate Doctorum, (73) & quarundam *Gloſſarum*: & ex conſequenti concludendum, quòd partes ipſæ compelli poſſint ad ſubminiſtranda Judici indicia, ſi quæ habent, ut potè inimicitiæ, rivalitatis &c. quorum causâ potuerit fieri *libellus*.

41 Quià verò neceſſaria eſt in hoc caſu conſtantia corporis delicti, neceſſarium eſt, quòd *libellus* ipſe in judicio præſentetur, & de illo fiat *Viſum, & repertum* per Notarium, & Teſtes, quod à *Muſcatello* dicitur cognitio delicti in genere. (74) Quòd, ſi *libellus* fuerit laceratus, aut combuſtus, probari debet per Teſtes conteſtes, qui deponant de tenore *libelli*, ut nonnullis citatis probat *Anellus de Sarno*. (75) Sed profectò probatio hæc per Teſtes difficillima eſt; quià, cùm delictum conſiſtat in verbis ſcriptis, neceſſarium eſt, quòd conveniant in iiſdem verbis in puncto, aliter non probarent. Ratio autem eſt, quià, ſi in aliquo verbo variarent, variarent in ſubſtantiâ ipsâ delicti, & proindè non conſtaret plenè de illo.

Porrò indicia, per quæ probari poteſt delinquens, multa eſſe poſſunt, juxtà caſuum varietatem, ac circumſtantias; ſed potiora, ac magìs communia ſunt; *immicitia* quæ vertit inter infamatum, & illum, de quo habetur ſuſpicio. Item *oblocutio frequens*, facta ab aliquo de infamato, præſertim, ſi ſit de materiâ, affine contentis in *libello*. Pariter *phraſis*, ſivè elocutio compoſitionis, aut inſulſa, aut erudita, quæ non poteſt eſſe, quàm ab homine docto. Itidem *ſimilitudo characterum*, cujus recognitio quomodò facienda ſit, aliàs (76) docuimus. Et præ omnibus, eſt vrgens indicium, ſi aliquis frequentiùs loquitur, quàm cæteri de tali *libello*; ejus tenorem adamuſſim callet; & laudat ingenium compoſitoris; profectò, ſi de aliquo hæc tria cumulativè reperiuntur probata, poteſt Judex hunc conſtituere; & ſi in interrogando ſagax fuerit; & quærat, quarè tàm fræquenter de hoc loquatur; ubi *libellum* viderit; aut à quo audierit; quomodò, & cur illum tàm exactè memoriæ mandaverit; quarè laudet ingenium compoſitoris &c. profectò confeſſionem extorquebit; & hoc vidi ex voto ſucceſſiſſe Judici in caſu, in quo nullum aliud, vel leve indicium de Auctore libelli apparebat, præter ſupradicta, & ſuper his fatigatus Reus interrogationibus Judicis, captus eſt in ſermone, & delictum confeſſus eſt.

43 Habetur autem ex jure, (77) quòd revelans Auctorem *libelli famoſi*, debet, arbitrio Judicis, & attentâ qualitate indicantis Reum, remunerari de bonis ipſius Rei. Advertit verò ad hoc *Farinacius*, (78) quòd ad conſequendum hujuſmodi præmium, non ſufficit ſubminiſtrare ſecretò indicia Curiæ, ſed debet inſtitui formiter accuſatio. Et ego addo, quòd neque ſufficit Reum accuſaſſe, ſed etiam requiritur, quòd Reus convincatur. Ratio eſt, quià Textus proximè citatus habet, quòd præmium conſtituitur *Ei, qui indicaſſet, indicare* autem, ut habetur in *Digeſtis de Regulis juris*, (79) importat *deferre, arguere, accuſare, & convincere*. Et quidèm hoc eſt rationabiliſſimum. Nàm ſi de bonis Rei debet accuſator præmiari, oportet, quòd Reus damnetur, aliter nequiret juſtè aliquid de ſuis bonis minui, & alteri dari; damnari verò nequit, niſi de delicto convincatur; aut ipſe delictum confiteatur; nàm, quò ad pœnam, perindè eſt.

## Pœnæ.

*S V M M A R I V M.*

44 *Pœna libelli famoſi de jure Cæſareo antiquo; & que de novâ conſuetudine.*
45 *Quo caſu damnandus ad mortem Auctor libelli famoſi contra Principem.*
46 *Auctor libelli famoſi eſt infamis.*
*In ſtatu Eccleſiaſtico intrat etiam mors, & reſpectu quorum, & quandò.*
47 *Excommunicati ſunt facientes ſcripturas infamatorias contrà Prædicatores, & Minores.*
48 *Pœna Clericorum Sæcularium, ac Regularium, publicantium libellum famoſum, contrà Epiſcopum.*
*Opinio Raynaldi ex Frances, quòd contrà Regulares procedendum ſit crudeliter.*
49 *Impugnatur talis opinio.*
50 *Confirmatur impugnatio.*
51 *Opinio Bajardi, quod pœna libelli famoſi debeantur in vulgato crimine vero, ſicut in falſo.*
52 *Impugnatur talis opinio.*

*Quan-*

(71) *Carpzou. Pract. crim. qu. 98. n. 45. & ſeqq. par. 2: Theodoric. de Privat. delict. cap. 2. Aphoriſ. 16. n. 36.*
(72) *Cavalcan. de Brach. reg. par. 5. nu. 261. & ibi Bart. Marſil. Alex. Dec. Gram. Muſcatel. Mista. Ad pragmat. Tit. 40. de Pæn. eden. famo. lib. n. 33. apud Raynald. tom. 1. cap. 11. § 4. n. 44.*
(73) *Gomez de Delict. part. 3. cap. 12. nu. 24. Bovadil. Politic. cap. 7. num. 54. lib. 3. par. 1. Gloſſ. in cap. Si duo. de Pace tenen. & in l. Mater. C. de Calumniat.*
(74) *Muſcatell. de Cognit. delict. Tit. de Iniur. & libell. famoſ. num. 8. & 9.*
(75) *Anell. de Sarn. Prax. crim. par. 1. de Prob. in gener. num. 48. & par. 2. formul. 16. & ibi Muſcatel. Par. de Pute. Clar. & Calà de Modo articul. § 2. Gloſſ. unic. nu. 874.*
(76) *Par. 1. Tit. Indicia num. 46.*
(77) *text. in l. lex Cornelia. § final. ff. de Iniur. & famo. libell.*
(78) *Farinac. quæſt. 105 num. 480.*
(79) *text. in l. Indicaſſe. ff. de Reg. iur.*

Digitized by Google

*Quandò crimen vulgatum eſt verum, & aut notorietate, aut ex probatione ſit manifeſtum, non eſt locus pœna libelli famoſi.*
*Statutum primum.*
*Statutum ſecundum.*
*Dubitatio prima.*
*Carcer ſemeſtris non ponitur in Statuto, & mendum eſt.*
*Dubitatio ſecunda.*
*Opinio Sanctori circà arbitrium carcerationis.*
*Diverſorum diverſum eſt judicium.*
*A diverſis illatio non ſit.*
*Legum correctio in dubio eſt evitanda.*
*Arbitrium carcerationis in hoc caſu pendet à Provinciali cum Diffinitorio.*
1 *Arbitrium tale, ad qua ſe extendat.*
*Prò iniuriâ ſcriptâ datur tantùm pœna extraordinaria.*
52 *Dubitatio tertia.*
3 *Dictio* quomodòlibet, *quid importet.*
Edere *quid ſignificet.*
64 *Dubitatio quarta.*
65 *Non eſt Reus libelli famoſi, qui ſcribit ad amicum delictum alicujus cum clauſulâ, nè de hoc ulli loquatur, licèt ex poſt delictum publicetur.*
66 *Quid juris, ſi quis fingat ſcribere epiſtolam familiarem, continentem aliquod probroſum contrà alium, & epiſtolam projicit, ubi inveniatur, fingens involuntariè perdidiſſe.*
67 *Tenetur probare ſe involuntariè perdidiſſe, aliter eſt Reus libelli famoſi.*
68 *Dubitatio quinta.*
69 *Quomodò abſolvendus Reus libelli famoſi ab Excommunicatione.*
70 *Dubitatio ſexta.*
71 *Quæ præmittenda ſint antè dictam abſolutionem.*
72 *Quid præmittendum antè abſolutionem judicialem.*
*Diffamans aliquem de crimine vero, quomodò debeat famam reſtituere.*
73 *Dubitatio ſeptima.*
74 *Faciens imprimi librum ſub alieno nomine, non eget licentiâ Superioris Regularis.*

44 Libelli famoſi pœna, quæ ex diſpoſitione Imperatoriâ (80) erat mortis naturalis, ex conſuetudine redacta eſt ad pœnam fuſtigationis ictuum funis; bannis pecuniariam, & ad ſummum ad damnationem ad triremes, ut de communi teſtatur *Clarus*, (81) arbitriumque Judicis, intrà hos cancellos, limitatur, datâ unâ, vel alterâ ex citatis pœnis, juxtà circumſtantias plus, vel minùs aggravantes delictum.

45 Scribit ex *Caballo Raynaldus* (82), quòd, ſi *libellus famoſus* eſt contrà Principem, debetur abſolutè pœna ultimi ſupplicii. Temperandam tamen hanc ſententiam puto, & limitandam ad caſum, in quo *libellus* tenderet ad diminutionem Majeſtatis Principis, & obedientiæ, ac fidelitatis ſubditorum ergà ipſum. Moveor, quòd ex lege *Cæſareâ*, (83) ſi quis Imperatori maledixerit, tali pœnâ non percellitur, ſed ipſa adhibetur, quandò aliquid attentatur in vitam, aut dignitatem Principis; (84) & *Raynaldus* ipſe alibi (85) probat, propter oblocutionem, aut iniurias verbales contrà Principem, Reum non debere ultimo ſupplicio affici; ſed hoc deberi, quandò iniuria involuit crimen læſæ Majeſtatis, quòd tunc eſt, quandò verba ipſa iniurióſa arguunt in Reo animum machinandi contrà Principem; & talis animus ex contextu verborum elici poteſt, ut argumento cujuſdam legis (86) ſcribit *Gigas*. Et in facti contingentiâ, quidam cæcus, qui compoſitam à ſe cantionem per Compita *Mediolani* cantabat, per quam narrabantur miſeriæ militum, qui proficebantur ad expeditionem *luſitanicam*, & ſic animabantur ad deſertionem militiæ, & damnum Regis, fuit de mandato Gubernatoris captus, & ſecretò ſtrangulatus; nàm talis cantio crimen læſæ Majeſtatis ſapiebat.

46 Redditur autem damnatus de *libello famoſo* infamis, ut habetur ex lege Civili canonizatâ (87), & hanc eſſe duriorem infamiam, quæ habeatur in jure, ſcribit *Maiolus*, (88) & ratio eſt, quià reddit *inteſtabilem* activè, ac paſſivè, non enim ipſe poteſt eſſe Teſtis prò aliis, nequè alii prò ſe. Sequitur proindè, quòd talis ſit etiam irregularis. (89) Reperitur quædam Bulla (90) *B. Pii V.*, extenſiva hujus pœnæ ordinariæ ad varios caſus, circà ſcripturas omnes, editas ad alicujus infamiam, inter quos eſt, ut contineantur non ſolùm componentes, dictantes, ac ſcribentes, ſed etiam retinentes; extenditur quòque punitio talis criminis ad pœnas graviores, etiam ultimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum. Sed talis extenſio ad dictantes, ſcribentes, ac retinentes, requirit, quòd fiat doloſè, animo injuriandi, ac nocendi in famâ, nàm ità concludit paragraphus ſecundus dictæ Bullæ; *Ex hoc equidèm*, (puta dictatione, ſcripturâ, retentione) *animus deprehenditur pravus iniuriandi, ac nocendi, atque ideò eos eâdem pœnâ teneri convenit*, undè ſequitur, quòd, ſi dolus abſit, talis extenſio minimè ſubſiſtat. Pœna etiam mortis naturalis non poteſt extendi ultrà Status temporales *Romanæ Sedis*, nàm circà hanc loquitur *Papa*, ut Princeps temporalis talium Statuum, nàm Eccleſia nunquàm pœnam ſanguinis indicit: proindè talis ſanctio Status proprios excedere non debet. Et ad incurrendam tantam pœnam, etiam in Statibus Eccleſiaſticis, neceſſariam eſſe publicationem, nec ſufficere puram retentionem cum nonnullis, quos citat, videtur firmare *Raynaldus*. (91)

47 Ultrà ſupradictas pœnas, de jure Canonico, debent Rei de *libello famoſo* excommunicari; (92) talis verò cenſura latæ ſententiæ, appoſita eſt iis, qui ſcripturas, infamatorias contrà Clariſſimos *Ordines Prædicatorum*, vel *Minorum* publicant, ut ex Bullâ quâdam *Alexandri Quarti* ſcribunt multi; (93) & extenditur talis Cenſura ad alios Ordines Regulares, qui cum prædictis communicant in privilegiis, ut cum *Sayro*, & *Filiucio* firmat *Bonacina*. (94)

48 Supra-

(80) *text. in l. Vnic. C. de Famo. libel.*
(81) *Clar. Quæſt. 68. num. 25.*
(82) *Caball. Cent. 3. Reſolut. 235. num. 36. & 37. Raynal. Tom. p. cap. 11. §. 1. num. 41.*
(83) *text. in l. Vnic. C. ſi quis Imperat. maledi.*
(84) *l. lex duodecim ff. Ad leg. Jul. Maieſt.*
(85) *Raynal. Tom. p. cap. 2. §. 5. num. 10.*
(86) *arg. l. 1. § 1. ff. de Dolo. Giga. Tract. de Crim. læſ. Maieſt. l. 3. q. 5. n.*
(87) *text. in l. Ob carmen. ff. de Teſt. cap. Si Teſtes. §. Ob carmen. 4. q. 3.*
(88) *Maiol. de Irregular. lib. 3. cap. 1. n. 15.*
(89) *Molin. Tom. 1. Diſp. 137. §. Damnatus ob libellum.*
(90) *Conſt. B. Pii V. 147. incip. Romani Pontificis. 1572. 16. Cal. April.*
(91) *Raynald. Tom. p. cap. 11. § 1. nu. 49. & ibi. Vinc. Parent. Fælic Vermigl. apud Conciol. V. libell. Reſol. unic. n. 15 & 16.*
(92) *text. in cap. final. 5. quæſt. 1.*
(93) *Caiet. ſumm. V. Excommunicatio. cap. 81. §. 3. Sylv. eo. V. § 48 Sayr Clau Reg. lib. 12. cap. 4 num. 9.*
(94) *Bonac. de Reſtit. Diſp. 2. q. 4. P. 1. n. 9 nu 9.*

Digitized by Google

## Probatio.

### SVMMARIVM.

40 *In hoc delicto Iudex poteſt procedere ex Officio.*
41 *Debet conſtare de corpore delicti, ſaltem per Teſtes.*
42 *Indicia, per quæ probari poteſt Reus de libello famoſo.*
43 *Revelans Auctorem libelli famoſi, eſt præmiandus.* Indicare, *quid importet.*

40 QUò ad proceſſum fabricandum prò ſubſtantiando delicto, ac puniendo delinquente, advertendum, quòd, quàmvis videatur Judicem moveri ad procedendũ non poſſe, niſi inſtante parte, per *libellum* infamatã, in cujus arbitrio eſt accuſationẽ inſtituere actione iniuriarum, aut actione *libelli famoſi*, ac *Carpzouius*, ac *Theodoricus* ſenſere, (71) eò quià *libellus famoſus* cenſeatur inter delicta privata; contrarium tamen verius eſt; nàm ex tali crimine læditur jus publicum, ut ait *Cavalcanus*, undè Judex poteſt in hoc procedere ex Officio ad condendum proceſſum, informatiuum ad capturam, & torturam, & hoc etiamſi partes offenſæ inſtarent, nè aſſumerentur informationes, ut cum citato *Cavalcano*, qui plures concordantes dat, ac *Mutâ* firmat *Raynaldus* (72), qui & addit, quòd Judex partes eaſdem compellere poſſit ad manifeſtandum Auctorem delicti, quod probat auctoritate Doctorum, (73) & quarundam *Gloſſarum*: & ex conſequenti concludendum, quòd partes ipſæ compelli poſſint ad ſubminiſtranda Judici indicia, ſi quæ habent, ut potè inimicitiæ, rivalitatis &c. quorum causâ potuerit fieri *libellus.*

41 Quià verò neceſſaria eſt in hoc caſu conſtantia corporis delicti, neceſſarium eſt, quòd *libellus* ipſe in judicio præſentetur, & de illo fiat *Viſum, & repertum* per Notarium, & Teſtes, quod à *Muſcatello* dicitur cognitio delicti in genere. (74) Quòd, ſi *libellus* fuerit laceratus, aut combuſtus, probari debet per Teſtes conteſtes, qui deponant de tenore *libelli*, ut nonnullis citatis probat *Anellus de Sarno.* (75) Sed profectò probatio hæc per Teſtes difficillima eſt; quià, cùm delictum conſiſtat in verbis ſcriptis, neceſſarium eſt, quòd conveniant in iiſdem verbis in puncto, aliter non probarent. Ratio autem eſt, quià, ſi in aliquo verbo variarent, variarent in ſubſtantiâ ipsâ delicti, & proindè non conſtaret plenè de illo.

Porrò indicia, per quæ probari poteſt delinquens, multa eſſe poſſunt, juxtà caſuum varietatem, ac circumſtantias; ſed potiora, ac magis communia ſunt; *inimicitia* quæ vertit inter infamatum, & illum, de quo habetur ſuſpicio. Item *oblocutio frequens*, facta ab aliquo de infamato, præſertim, ſi ſit de materiâ, affine contentis in *libello.* Pariter *phraſis*, ſivè elocutio compoſitionis, aut inſulſa, aut erudita, quæ non poteſt eſſe, quàm ab homine docto. Itidem *ſimilitudo characterum*, cujus recognitio quomodò facienda ſit, aliàs (76) docuimus. Et præ omnibus, eſt vrgens indicium, ſi aliquis frequentiùs loquitur, quàm cæteri de tali *libello*; ejus tenorem adamuſſim callet; & laudat ingenium compoſitoris; profectò, ſi de aliquo hæc tria cumulativè reperiuntur probata, poteſt Judex hunc conſtituere; & ſi in interrogando ſagax fuerit; & quærat, quarè tàm fræquenter de hoc loquatur; ubi *libellum* viderit; aut à quo audierit; quomodò, & cur illum tàm exactè memoriæ mandaverit; quarè laudet ingenium compoſitoris &c. profectò confeſſionem extorquebit; & hoc vidi ex voto ſucceſſiſſe Judici in caſu, in quo nullum aliud, vel leve indicium de Auctore libelli apparebat, præter ſupradicta, & ſuper his fatigatus Reus interrogationibus Judicis, captus eſt in ſermone, & delictum confeſſus eſt.

43 Habetur autem ex jure, (77) quòd revelans Auctorem *libelli famoſi*, debet, arbitrio Judicis, & attentâ qualitate indicantis Reum, remunerari de bonis ipſius Rei. Advertit verò ad hoc *Farinacius*, (78) quòd ad conſequendum hujuſmodi præmium, non ſufficit ſubminiſtrare ſecretò indicia Curiæ, ſed debet inſtitui formiter accuſatio. Et ego addo, quòd neque ſufficit Reum accuſaſſe, ſed etiam requiritur, quòd Reus convincatur. Ratio eſt, quià Textus proximè citatus habet, quòd præmium conſtituitur *Ei, qui indicaſſet, indicare* autem, ut habetur in *Digeſtis de Regulis juris*, (79) importat *deferre, arguere, accuſare, & convincere.* Et quidèm hoc eſt rationabiliſſimum. Nàm ſi de bonis Rei debet accuſator præmiari, oportet, quòd Reus damnetur, aliter nequiret juſtè aliquid de ſuis bonis minui, & alteri dari; damnari verò nequit, niſi de delicto convincatur, aut ipſe delictum confiteatur; nàm, quò ad pœnam, perindè eſt.

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

44 *Pœna libelli famoſi de jure Cæſareo antiquo; & quæ de novâ conſuetudine.*
45 *Quo caſu damnandus ad mortem Auctor libelli famoſi contra Principem.*
46 *Auctor libelli famoſi eſt infamis.*
*In ſtatu Eccleſiaſtico intrat etiam mors, & reſpectu quorum, & quandò.*
47 *Excommunicati ſunt facientes ſcripturas infamatorias contrà Prædicatores, & Minores.*
48 *Pœna Clericorum Sæcularium, ac Regularium, publicantium libellum famoſum, contrà Epiſcopum.*
*Opinio Raynaldi ex Frances, quòd contrà Regulares procedendum ſit crudeliter.*
49 *Impugnatur talis opinio.*
50 *Confirmatur impugnatio.*
51 *Opinio Bajardi, quod pœnæ libelli famoſi debeantur in vulgato crimine vero, ſicut in falſo.*
52 *Impugnatur talis opinio.*

Quan-

(71) *Carpzou. Pract. crim. qu. 98. n. 45. & ſeqq. par. 2: Theodoric. de Privat. delict. cap. 2. Aphoriſ. 16. n. 36.*
(72) *Cavalcan. de Brach. reg. par. 5. nu. 261. & ibi Bart. Marſil. Alex. Dec. Gram. Muſcatel. Muta. Ad pragmat. Tit. 40. de Pæn. eden. famo. lib. n. 33. apud Raynald. tom. 1. cap. 11. § 4. n. 44.*
(73) *Gomez de Delict. part. 3. cap. 12. nu. 24. Bovadil. Politic. cap. 7. num. 54. lib. 3. par. 1. Gloſſ. in cap. Si duo. de Pace tenen. & in l. Mater. C. de Calumniat.*
(74) *Muſcatell. de Cognit. delict. Tit. de Iniur. & libell. famoſ. num. 8. & 9.*
(75) *Anell. de Sarn. Prax. crim. par. 1. de Prob. in gener. num. 48. & par. 2. formul. 16. & ibi Muſcatel. Par. de Puteo Clar. & Calà de Modo articul. §. 2. Gloſſ. 1. nic. nu. 874.*
(76) *Par. 1. Tit. Indicia num. 46.*
(77) *text. in l. lex Cornelia. §. final. ff. de Iniur. & famo. libell.*
(78) *Farinac. quæſt. 105 num. 480.*
(79) *text. in l. Indicaſſe. ff. de Reg. iur.*

Digitized by Google

*Quandò crimen vulgatum eſt verum, & aut notorietate, aut ex probatione ſit manifeſtum, non eſt locus pœna libelli famoſi.*
53 *Statutum primum.*
54 *Statutum ſecundum.*
55 *Dubitatio prima.*
56 *Carcer ſemeſtris non ponitur in Statuto, & mendum eſt.*
57 *Dubitatio ſecunda.*
58 *Opinio Sanctori circà arbitrium carcerationis.*
59 *Diverſorum diverſum eſt judicium.*
*A diverſis illatio non fit.*
60 *Legum correctio in dubio eſt evitanda.*
*Arbitrium carcerationis in hoc caſu pendet à Provinciali cum Diffinitorio.*
61 *Arbitrium tale, ad quæ ſe extendat.*
*Prò iniuriâ ſcriptâ datur tantùm pœna extraordinaria.*
62 *Dubitatio tertia.*
63 *Dictio* quomodòlibet, *quid importet.*
Edere *quid ſignificet.*
64 *Dubitatio quarta.*
65 *Non eſt Reus libelli famoſi, qui ſcribit ad amicum delictum alicujus cum clauſulâ, nè de hoc ulli loquatur, licèt ex pòſt delictum publicetur.*
66 *Quid juris, ſi quis fingat ſcribere epiſtolam familiarem, continentem aliquod probroſum contrà alium, & epiſtolam proiicit, ubi inveniatur, fingens involuntariè perdidiſſe.*
67 *Tenetur probare ſe involuntariè perdidiſſe, aliter eſt Reus libelli famoſi.*
68 *Dubitatio quinta.*
69 *Quomodò abſolvendus Reus libelli famoſi ab Excommunicatione.*
70 *Dubitatio ſexta.*
71 *Quæ præmittenda ſint antè dictam abſolutionem.*
72 *Quid præmittendum antè abſolutionem judicialem.*
*Diffamans aliquem de crimine vero, quomodò debeat famam reſtituere.*
73 *Dubitatio ſeptima.*
74 *Faciens imprimi librum ſub alieno nomine, non eget licentiâ Superioris Regularis.*

44 L*ibelli famoſi* pœna, quæ ex diſpoſitione Imperatoriâ (80) erat mortis naturalis, ex conſuetudine redacta eſt ad pœnam fuſtigationis ictuum funis; bannis pecuniariam, & ad ſummum ad damnationem ad triremes, ut de communi teſtatur *Clarus*, (81) arbitriumque Judicis, intrà hos cancellos, limitatur, datâ unâ, vel alterâ ex citatis pœnis, juxtà circumſtantias plùs, vel minùs aggravantes delictum.

45 Scribit ex *Caballo Raynaldus* (82), quòd, ſi *libellus famoſus* eſt contrà Principem, debetur abſolutè pœna ultimi ſupplicii. Temperandam tamen hanc ſententiam puto, & limitandam ad caſum, in quo *libellus* tenderet ad diminutionem Majeſtatis Principis, & obedientiæ, ac fidelitatis ſubditorum ergà ipſum. Moveor, quòd ex lege *Cæſareâ*, (83) ſi quis Imperatori maledixerit, tali pœnâ non percellitur, ſed ipſa adhibetur, quandò aliquid attentatur in vitam, aut dignitatem Principis; (84) & *Raynaldus* ipſe alibi (85) probat, propter oblocutionem, aut iniurias verbales contrà Principem, Reum non debere ultimo ſupplicio affici; ſed hoc deberi, quandò iniuria involuit crimen læſæ Majeſtatis, quòd tunc eſt, quandò verba ipſa iniurioſa arguunt in Reo animum machinandi contrà Principem; & talis animus ex contextu verborum elici poteſt, ut argumento cujuſdam legis (86) ſcribit *Gigas*. Et in facti contingentiâ, quidam cæcus, qui compoſitam à ſe cantionem per Compita *Mediolani* cantabat, per quam narrabantur miſeriæ militum, qui proficiſcebantur ad expeditionem *luſitanicam*, & ſic animabantur ad deſertionem militiæ, & damnum Regis, fuit de mandato Gubernatoris captus, & ſecretò ſtrangulatus; nàm talis cantio crimen læſæ Majeſtatis ſapiebat.

46 Redditur autem damnatus de *libello famoſo* infamis, ut habetur ex lege Civili canonizatâ (87), & hanc eſſe duriorem infamiam, quæ habeatur in jure, ſcribit *Maiolus*, (88) & ratio eſt, quià reddit *inteſtabilem* activè, ac paſſivè, non enim ipſe poteſt eſſe Teſtis prò aliis, nequè alii prò ſe. Sequitur proindè, quòd talis ſit etiam irregularis. (89) Reperitur quædam Bulla (90) *B. Pii V.*, extenſiva hujus pœnæ ordinariæ ad varios caſus, circà ſcripturas omnes, editas ad alicujus infamiam, inter quos eſt, ut contineantur non ſolùm componentes, dictantes, ac ſcribentes, ſed etiam retinentes; extenditur quòque punitio talis criminis ad pœnas graviores, etiam ultimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum. Sed talis extenſio ad dictantes, ſcribentes, ac retinentes, requirit, quòd fiat doloſè, animo iniuriandi, ac nocendi in famâ, nàm ità concludit paragraphus ſecundus dictæ Bullæ. *Ex hoc equidèm*, (puta dictatione, ſcripturâ, retentione) *animus deprehenditur pravus iniuriandi, ac nocendi, atquè ideò eos eâdem pœnâ teneri convenit*, undè ſequitur, quòd, ſi dolus abſit, talis extenſio minimè ſubſiſtat. Pœna etiam mortis naturalis non poteſt extendi ultrà Status temporales *Romanæ Sedis*, nàm circà hanc loquitur *Papa*, ut Princeps temporalis talium Statuum, nàm Eccleſia nunquàm pœnam ſanguinis indicit: proindè talis ſanctio Status proprios excedere non debet. Et ad incurrendam tantam pœnam, etiam in Statibus Eccleſiaſticis, neceſſariam eſſe publicationem, nec ſufficere puram retentionem cum nonnullis, quos citat, videtur firmare *Raynaldus*. (91)

47 Ultrà ſupradictas pœnas, de jure Canonico, debent Rei de *libello famoſo* excommunicari; (92) talis verò cenſura latæ ſententiæ, appoſita eſt iis, qui ſcripturas infamatorias contrà Clariſſimos *Ordines Prædicatorum*, vel *Minorum* publicant, ut ex Bullâ quâdam *Alexandri Quarti* ſcribunt multi; (93) & extenditur talis Cenſura ad alios Ordines Regulares, qui cum prædictis communicant in privilegiis, ut cum *Sayro*, & *Filincio* firmat *Bonacina*. (94)

48 Supra-

(80) *text. in l. Vnic. C. de Famo. libel.*
(81) *Clar. Quæſt. 68. num. 25.*
(82) *Caball. Cent. 3. Reſolut. 235. num. 36. & 27. Raynal. Tom. p. cap. 11. ſ. 1. num. 41.*
(83) *text. in l. Vnic. C. ſi quis Imperat. maledi.*
(84) *l. lex duodecim ff. Ad leg. Jul. Maieſt.*
(85) *Raynal. Tom. p. cap. 2. ſ. 5. num. 10.*
(86) *arg. l. 1. § 1. ff. de Dolo. Giga. Tract. de Crim. læſ. Maieſt. l. 3. q. 5. n.*
(87) *text. in l. Ob carmen. ff. de Teſt. cap. Si Teſtes. §. Ob carmen. 4. q. 3.*
(88) *Maiol. de Irregular. lib. 3. cap. 1. n. 15.*
(89) *Molin. Tom. 1. Diſp. 137. ſ. Damnatus ob libellum.*
(90) *Conſt. B. Pii V. 147. incip. Romani Pontificis. 1572. 16. Cal. April*
(91) *Raynald. Tom. p. cap. 11. § 1. nu. 49. & ibi. Vinc. Parent. Fælic Vermigl. apud Conciol V. libell. Reſol. unic. n. 15 & 16.*
(92) *text. in cap. final. 5. quæſt. 1.*
(93) *Caiet. ſumm. V. Excommunicatio. cap. 81. §. 3. Sylv. eo V. § 48 Sayr Clau. Reg. lib 12. cap. 4 num. 9.*
(94) *Bonac. de Reſtit. Diſp. 2. q. 4. P. un. 9 nu 9.*

Digitized by Google

48 Supradicta quidèm concernunt Laicos, & Clericos, ſed quærere libet, quâ pœnâ afficiendus eſſet Sacerdos Sæcularis, aut Regularis, qui contrà Epiſcopum publicaret libellum famoſum. Circà hoc habetur antiquus Canon (95), ſanciens, quòd hujuſmodi Reus debet *flagellari*, & imponenda pœna excommunicationis, ut ſuperiori numero dictum eſt. Quià verò pœna flagellationis, ac verberum, ſaltè in Foris ſæcularibus receſſit ab Aulâ, ut ſcribunt plures Decidentes (96) apud *Raynaldum*, opinatur ipſe (97), quòd plectendus eſſet pœnâ triremium ad tempus. Hoc verò convalidat ex doctrinâ *Didaci Antonii Frances, Epiſcopi Barbaſtrenſis*, qui (98) refert Decretum quoddam *Sac. Congr.*, confirmatum per Breve *Innocentii Decimi*, in quo habetur, quòd, *ſi Regularis intrà Clauſtra degens, extrà ea inſurgat contrà Epiſcopum, in propriâ Diœceſi maledicens eum ſcripto, vel dicto, ità notoriè deliquerit, ut populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, teneatur Superior, infrà tempus, ab Epiſcopo præfixum, ſeverè illum punire.* Ponderat autem ipſe *Frances* illud verbum *ſeverè*, quod exponitur ab eo juxtà intellectum cujuſdam *Gloſſæ* (99), & *Alberici*, qui volunt idem eſſe *ſeverè*, ac *crudeliter*; undè concludit, hujuſmodi Regularem delinquentem, eſſe *acriter*, ac crudeliter puniendum. Et *Raynaldus* ipſe ibidèm *num.* 26. ex *Farinacio* (100) probat idem, exemplo cujuſdam Sacerdotis ſæcularis, tranſmiſſi ad triremes ob quoddam memoriale, fabricatum in detractionem cujuſdam *R. P. D. Honuphrii Camaiani*.

49 Sed docti viri pace, non video, quomodò talis ſententia poſſit ſubſiſtere. Nàm, ſi pœnæ antiquorum Canonum, ut potè ſeveriores, quàm modernæ, abierunt in non uſum, nunquàm tamen ſeveriores ipſis, in eorum locum ſucceſſere; ut patet de omnibus pœnis canonicis, antiquatis, & ſignanter in pœnâ talionis, quæ in arbitrariam, & ut plurimùm pecuniariam, mutata eſt; ut non ſemel in hoc opuſculo dictum eſt. Quomodò igitur pœnæ *flagellationis* (quæ Clericis, & præſertim Regularibus, neque gratiâ correctionis exequi debet per Laicos, ſed per Clericos, & hoc ſub anathemate (101), ſubſtitui debet pœna triremium, ad quas infælices condemnati, non ſemel, ſed ſæpiùs, & quotidiè gemunt ſub verberibus immanis trierarchæ?

50 Præterea *crudelitas* vitium eſt, juxtà quod homo non ſolùm attendit culpam in eo, qui punitur, ſed excedit modum in puniendo: & differt à ſævitiâ, & feritate, ſicut malitia humana à beſtialitate, ut docet D. Thomas (102) Quis ergò admittere poterit, *Eminentiſſimos Patres* velle, quòd in punitione Regularis delinquentis, Superiores vitioſè, nempè *crudeliter* ſe gerant, puniendo ſuprà condignum? Severitas profectò eſt rigorem legis pœnalis totaliter exequi, & nec in minimo temperare. Hoc voluiſſe *Sacram Congregationem*, ut ad rigorem juris huiuſmodi ſontes punirentur, non abnuo, ſed voluiſſe, quòd *crudeliter* procedatur contrà omnem credibilitatem eſt. Vndè infertur, quòd nec triremium pœna, tali caſu poſſit locum habere; Etenim Canonicus rigor, juxtà ſuprà datum capitulum, ſolam flagellationem indicit; &, ſi flagelatio receſſit à Foris Sæcularibus, ſervatur adhùc in Regularibus, & ideò, ſi Prælatus Regularis flagellationem in hoc crimine adhibebit, (quæ, juxtà facti circumſtantias, poteſt eſſe replicata, & diuturnior) puniet ad totam legis ſeveritatem, & juſtè procedet. Concludendum igitur eſt, quòd nullo modo poteſt intrare pœna triremium, ſed alia minor, puta, pecuniaria, aut carceris. Nec facit in contrarium caſus, relatus à *Farinatio*, adductus à *Raynaldo*; nàm potuit fortè ibi habere locum potentia adverſarii, pluſquàm juſta legum diſpoſitio; *& judicandum eſt legibus, non exemplis*; nec ſpectandum eſt quod fuit factum, ſed quod debuit fieri.

51 Addit autem *Baiardus*, ad *Clarum* (103), quòd pœna mortis, quæ de rigore juris Civilis, prout ſcriptum eſt, datur prò libello famoſo, locum habeat, tàm ſi crimen, contentum in *libello*, ſit verum, ſicut, ſi eſt falſum: & proindè idèm dicendum videtur, juxtà eum, de aliis pœnis, quæ loco ultimi ſupplicii dantur.

52 Sed talem ſententiam admittendam non eſſe, patet ex diſpoſitione legis unicæ *C. de Famoſ. libell.* in quâ habetur, *quòd, ſi adſertionibus ſuis*, (puta, ejus, qui *libellum* compoſuit, ac ſe manifeſtavit) *veri fidès fuerit opitulata, laudem maximam, & præmium à noſtrâ clementiâ conſequetur*. Quandò igitur conſtat de veritate criminis diffamati, ſivè ex notorietate facti, ſivè ex probatione, factâ per Reum *libelli*, nullo modo locus eſt pœnæ ultimi ſupplicii, nec etiam pœnæ ordinariæ, quæ illius loco dari ſolet prò tali delicto. Datur autem minor, ut diximus ſuprà *num.* 18.

53 Quò ad Regulare, ſpectandæ ſunt cuiuſque Ordinis Conſtitutiones. Prò Nobis Minoribus de Obſervantiâ ad eſt Textus (104), ità cantans. *Qui libellos famoſos quomodòlibet ediderit, vel publicaverit; ipſo facto, excommunicationis ſententiam incurrit, à quâ, ſi in Generalis, vel Provincialis infamiam cedunt, niſi à Generali abſolui non poteſt; vel à Provinciali, ſi in aliorum infamiam vergant, debitâ ſatiſfactione præmiſſâ: & convictus, ſemeſtri carcere maceretur, vel ampliùs, Superiorum arbitratu.*

54 Quià verò ſequens paragraphus, Textus affinitatem cum antecedenti habet, & nullus locus, illum explicandi opportunior iſto habetur, illum ſubnectimus, qui ſic ſonat, *libros imprimi faciens, vel publicans ſinè licentiâ Ordinarii, & Generalis ſcriptâ facultate, eſt eo ipſo, privatus actibus legitimis.* (105)

55 Circà quæ Statuta prima dubitatio eſt, àn indifferenter reſpectu cujuſcumque Rei de hoc crimine, vel etiam perſonæ, per *libellum* diffamatæ, locum habeat carcer ſemeſtris?

56 Reſpondeo, verba *Textus* vel ex Compilatoris inadvertentiâ, vel ex Amanuenſis errore, eſſe corrupta. Nàm in Statutis *Valliſoletanis* anni 1593 (106), quæ citantur ad marginem *Textus*, non habetur *carcer ſemeſtris*, ſed dicitur abſolutè, *carceribus mancipetur, Superiorum arbitratu*. Porrò in *Valliſoletanis*, loco citato, habetur in margine *Statutum Salmanticenſe*, à quo illud deſumptum eſt, & hoc pariter (107) habet abſolutè, *carceri*

(95) *text. in cap. Qui in alteri ns. 5 quæſt. 1.*
(96) *Sanfelic. Deciſ. 63. nu. 11. Par. 1. Theſaur. Deciſ. 224. n. 2. & 3. in fin. Cortiad. Deciſ. 100. n. 21.*
(97) *Raynal. Tom. p. cap. 11 §. 4. num. 21.*
(98) *Frances Paſtoral. Regul. Par. 2. Quæſt. 12. n. 26.*
(99) *Gloſſ. in l. Divus Adrianus in V. Severè. ff. de Re iudic. Alberic. Diction. V. Severitate. V. Appellatione.*
(100) *Farinac. Conſil. 30. nu. 19.*
(101) *text. in cap. Vniverſitatis. Extrà de ſent. excommun.*
(102) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 159. art. 2. in corp.*
(103) *Bajard. ad Clar. Quæſt. 68. lit. G. num. 62. & ibi Roman. Govarr. Plaza & Gomez*
(104) *Text. Tit. Applicatio. §. 15.*
(105) *Text. loc. cit. § 16.*
(106) *Statut. Valliſolen. cap. 7. Tit. de libell. famoſ.*
(107) *Statut. Salmantic. 1553. cap. 7. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 322. col. 2. V. Si quis Frater.*

Digitized by Google

*ceri mancipetur.* Itidèm Statuta Generalia Ordinis (108) habent, *convictus Superiorum arbitrio carceretur*. *Sanctorus*, tandèm ipſe, qui *Textum* compilavit, commentans Statutum hoc pœnale. (109) ponit *ad Superiorum arbitrium, carcerentur*. Ex his igitur apparet reſolutio dubitationis negativa; nàm carcer pendet ab arbitrio Superioris, pròut *Sanctorus* ipſe alibi (110) habet.

57 Secunda dubitatio ad quem ſpectat, & ad quòd extendatur arbitrium Superioris circà carcerem?

58 Reſpondeo, *Sanctorum* (111) opinari, quod, ſicut excommunicationem, latam ob *libellum*, factum contrà Generalem, aut Provincialem, non poteſt relaxari per abſolutionem, niſi Generalis ipſe, ab eâ verò, quæ incurritur ob libellum, fabricatum contrà cæteros Fratres, abſoluit Provincialis; ità pariter ſpectare in primo caſu ad Generalem, arbitrari carcerem in ſecundo autem ad Provincialem. Dicit tamen paulò ſuprà citatum locum, quòd non caret probabilitate, quòd Provincialis poſſit liberare à carcere illum, qui libellavit contrà ſe, quià poteſt iuri ſuo cedere.

59 Sed ſalvâ illius reverentiâ, non puto talem opinionem poſſe ſubſiſtere. Ratio eſt, quià diverſorum diverſum eſt judicium (112), nàm illatio à diverſis non fit. (113) Quàmvis igitur abſolutio ab excommunicatione in primo caſu Generali reſervetur, & in ſecundo Provinciali permittatur, non tamen ex hoc valet inferri, quòd pari modo, ſit reſervatum arbitrium carcerationis, cùm illa ſit pœna ſpiritualis, hæc verò corporalis.

60 Quod ampliùs patet ex hoc, quòd Statuta exponenda ſunt, ut minùs quàm poſſint vulnerent jus commune, correctio enim legum in dubio eſt vitanda (114), de jure autem communi eſt, quòd Judex, coràm quo ordinariâ poteſtate actitatur lis ſeù civilis, ſeù criminalis, illam terminet per prolationem ſententiæ diffinitivæ, per quam Reus, vel abſolvatur, vel condemnetur: ſequitur igitur, quòd, ſi proceſſum inſtruere in caſu *libelli famoſi*, (ſicut etiam in quovis alio delicto) ſpectat ad Provincialem, ad ejus arbitrium etiam erit per ſententiam, delinquentibus pœnas infligere ad normam Statutorum; non enim committenda eſt uni Judici (de ordinariis loquor) fabricatio proceſſus, alteri verò ſententiæ pronunciatio, ac pœnarum arbitrium. Quòd, ſi aliquandò Statuta ab hâc communi legè, ob juſtas cauſas recedere volunt, clarè ſe explicant, tùm circà ordinatoria, tùm circà deciſoria, ut conſtat ex Statutis Ordinis, (115) & *Textu* in pluribus locis. Concludendum igitur eſt, quòd arbitrium circà carcerationem, in hoc caſu ſpectat ad Provincialem, cum conſilio tamen, & aſſenſu Diffinitorii ſui, cùm neque ex Statutis Ordinis, neque ex *Textu* clarè habeatur, quòd in ullo caſu tale arbitrium Generali reſervetur. Et omnem tandèm dubitationem circà hoc tollit Statutum Generale Ordinis, (c) ità ſonans. *Si in Statuto expreſſum non fuerit, à quo pœna imponi, aut infligi debeat, intelligatur ab eo infligi debere, ſeù declarari, coràm quo legitimè probatur exceſſus, dummodò ad eundem pertineat ejuſdem exceſſus correctio.*

(108) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.65.* (109] *Sanctor.de Pœn.c.12.init.*
(110) *Sanctor.loc.cit.quæſt.7.℣.Reſpondeo III.fol.37.*
(111) *Sanctor.loc.cit.℣.Reſpondeo ſuper.fol.37.*
(112) *l.Inter ſtipulantem §.Sacram.ff.de Verb.oblig.Grat.March. Deciſ.38.n.8.& Deciſ.42.n.10.Barboſ.Axiom.74.n.6.*
(113) *l.ultim.in fin.ff.de Calumniat.l.Papinianus exuli.ff.de Minor. l.Naturalem.§.Nihilominus.ff.de Acquir.poſſeſſ.*
(114) *arg.l.Si quando.C de Inoffic.teſta.l.1. C.de Inoffic.doti.cap. Cum expediſt.de Elect.in 6.*
[115) *Statut.Gen.Ord.cap. 7 §. 6.n.53.61. 74.& alibi.Text.Tit.Teſtes.§.13.Tit.Tortura.§.3.& §.final.& Tit.Reus.§.5.*
(c] *Stat.Gen.Ord.cap.7.§ 6.n.42.*

61 Dico ſecundò, quòd arbitrium extendi debet, tùm ad dandos carceres nec nè, tùm ad durationem carcerationis, tùm ad qualitatem carceris. Ratio eſt, quià, ſicut aggravari poteſt in tantum delictum, quòd, ut habet *Sanctorus* (116) arbitrari debeat carcer ad annum, & annos, & ultrà carcerem, adhibendæ etiam ſint aliæ pœnæ; ità etiam poteſt ex circumſtantiis, ſic minui delictum, quòd neque dandus ſit carcer formalis, ſed vel domus diſciplinæ, vel carcer clauſtralis, vel nullus omninò. Cum enim arbitrio Superioris hoc ſit commiſſum, & ipſe arbitrari debeat, non prò libito, ſed prò ratione, dabitur aliquandò caſus, quòd ratio recta dictet, neque dandum eſſe carcerem, vel quià ſcriptura non habet formalitatem *libelli famoſi*, ſed eſt tantùm iniuria ſcripta, prò quâ non datur niſi pœna extraordinaria, ut docet *Raynaldus*: (117) vel quià delictum, expreſſum in *libello*, eſt publicum, & notorium facti: vel quià libellans fuerit ab alio provocatus ſcriptò, & ipſe ad ſui defenſam compoſuerit *libellum*, in quo exceſſerit ſolummodò moderamen inculpatæ defenſionis. Et vice verſâ ex circumſtantiis ità poteſt aggravari, quòd etiam ultrà carceris diuturnitatem, aliæ corporales pœnæ ſint infligendæ.

62 Tertia dubitatio eſt, quid importetur per illa verba *quomodòlibet ediderit, vel publicaverit*?

63 Reſpondeo, quòd dictio *quomodòlibet* univerſalis eſt, & ſignificat quemcunque modum, qui poſſit excogitari. (118) *Edere* autem, ut *Spiegelius* (119) ait, ſignificat *exhibere, enunciare, expromere*, aut *proferre*; vel *copiam deſcribendi facere*, vel *exemplar complecti*, & *dare*; vel *dictare*; vel *ſcriptum proferre*, ut legatur, aut quovis alio modo *inſinuare ſententiam ſcripturæ*, cujus tenor deſideratur. Senſus igitur ſupradictæ clauſulæ eſt, quòd ille, qui quovis modo imaginabili influxum habet ad compoſitionem, ſivè publicationem *libelli famoſi*, recitatas pœnas incurrat; verum eſt, quòd, ut probavimus ſuprà *num.6.* neceſſarium eſt, quòd dolus interveniat.

64 Quarta dubitatio eſt, àn ſit Reus *libelli famoſi*, qui ad amicum ſcribens, illi pandit occultum crimen Fratris, cum clauſulâ, *quòd illud nulli communicet*, ſi caſus eveniat, quòd publicetur?

65 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià, ut ſuprà *nu.24.* dictum eſt, ad quidditatem *libelli famoſi*, requiritur publicatio, licèt ergò quis ſcripto commiſerit occultum alicujus crimen, & familiariter epiſtolari communicatione Amico aperverit, non tamen criminandus eſt, tanquàm *famoſus libellator*, eò quià infamiam alterius non affectat, apponendo nempè clauſulam ſalutarem, ſcilicet, *ut amicus ſecretum ſervet*: & ſic docent multi apud *Raynaldum*. (120) Imò, neque etiam, ſi talem clauſulam non appoſuiſſet, & crimen vulgaretur, poſſet ille de crimine famoſo, ſed tantùm de diffamatione puniri. Quià licèt talis diffamatio fuerit per ſcripturam, tamen non fuit per ſcripturam publicatam, ſcilicet in loco publico affixam, ſed per epiſtolam ſignatam, & ideò nullo modo poteſt haberi prò *libello famoſo*.

66 Sed quid juris, ſi quis, fingens epiſtolam familiarem ad alium confidenter ſcribere, cum clauſulâ, *ut ſecretum teneret*, venenum maledicentiæ in câ vomens, occultum crimen de aliquo fingeret, aut vulgaret; mox epiſtolarem illam ſcripturam in publico proiiceret, ſimulans

fuiſſe

(116) *Sanctor.de Pœn.ap.12.Quæſt.7.℣.Reſpondeo ſuper fol.37.*
(117) *Raynald.Tom.p.cap.11.§.4.num.36.*
(118) *Barboſ.Diction.330.num.final.*
(119) *Spiegel.lexic.V.Edere.*
(120) *Berlich.Maccabr.ab Anguill.Farinac.Vermigl.Marta Chartar Laderch.& Prat.apud Raynald.Tom.1.cap.11 §.1.num.25*

Digitized by Google

fuiſſe ab eo inadvertenter perditam, antequàm mittere ad amicum poſſet; aut ab alio interceptam, & vulgatam?

67 Dico, quòd ille teneretur probare involuntariam amiſſionem per coniecturas;& ſi non probaret, puniendus eſſet ut *famoſus libellator*. Ratio eſt, quià ex quo famam proximi ſcriptò inſectatur, malus illius animus contrà eum apparet; ità ut præſumi poſſit, quòd animo nocendi, & ex deſiderio, quòd talis infamia publicetur, illud ſcripſerit. Præſumi itaquè poteſt, quòd ſtudioſè projecerit,& amiſſionem finxerit, & poteſt fortificari præſumptio per alias coniecturas, puta, inimicitiæ, rivalitatis, conſuetudinis delinquendi, in murmurando, detrahendo &c., & ob talem præſumptionem transferretur in eum onus probandi involuntariam amiſſionem. Puniendus etiam pari modò eſſet, qui talem epiſtolam inventam vulgaret, teneretur enim eam lacerare, & ſecretam tenere, tùm quià ex utroque jure, ut ſuprà viſum eſt, obligatur inventam infamatoriam ſcripturam corrumpere; tùm quià ex clauſulâ, quam legit in epiſtolâ, ( *ut ſecretum teneat* amicus, ad quem illa dirigitur ) ad par ſecretum etiam ipſe tenetur; &, ſicut, qui chartam, in quâ deſcripta ſunt ab aliquo propria peccata in ordine ad Sacramentalem Confeſſionem, inventam publicat, Reus eſt de violato ſigillo Sacramentalis Confeſſionis, ut Doctores communiter apud *Dianam* (121), ſic reatum incurrit in caſu is, qui non ſervat ſecretum, impoſitum ab eo, qui epiſtolam ſcripſit, ad quod obligatus erat ille, ad quem epiſtola ſcripta erat; nàm ipſe legens ſuccedit in locum illius, & eâdem obligatione gravatur circà ſilentium.

68 Quinta dubitatio eſt, ex quo præſcribitur, quòd ab excommunicatione Reus *libelli famoſi*, non abſolvatur, niſi *debitâ ſatisfactione præmiſſâ*, de quâ abſolutione intelligatur *Textus*, nempè de Sacramentali, àn verò judiciali?

69 Reſpondeo, quòd prò foro animæ ſecreto abſolutio à tali excommunicatione dari poteſt à quolibet Pœnitentiario, deſtinato juxtà *Statuta*, (122) & hoc quandò crimen occultum eſt; & talis abſolutio Sacramentalis eſſe debet. Si verò res ad forum contentioſum deducta ſit, adhùc diſtinguendum eſt, nàm dari poteſt etiam judicialiter prò foro animæ, & prò foro fori publico. Si primum, talis abſolutio datur à Judice, qui, ſi eſt Delegatus, abſoluit cum reincidentiâ, in tantùm enim abſoluit, in quantùm Reus poſſit legitimè ſtare in judicio, ut aliàs (123) dictum eſt. Si Judex eſt Ordinarius, abſoluit prò foro animæ complerè: Prò foro autem fori publico, quandò delictum remanet plenè probatum ex confeſſione Rei, vel quià manet convictus per Teſtes, talis abſolutio judicialis dari non poteſt niſi à Generali, ſi *libellus* ſit contrà ſe, aut Provincialem, & niſi à Provinciali, ſi ſit contrà Fratres, ſe ipſo inferiores.

(121) *Dian.Par.3.Tract.4.Reſol.112.& P.5.Tract.11.Reſol.27.*
(122) *Statut.Gen.Ord.cap.7 §.2.n.3.*
(123) *Par.p.Tit, Revs.nu.69.& 70.*

70 Sexta dubitatio eſt, quænam ſatisfactio præmittenda ſit antè quamlibet ex ſupradictis abſolutionibus?

71 Reſpondeo, quòd, quò ad abſolutionem Sacramentalem, trita eſt ſententia Moraliſtarum, quam multis citatis tradit *Bonacina* (124), quòd nempè facienda ſit famæ reſtitutio ad æqualitatem offenſæ, hoc eſt, ſi publicè, aut privatè, oretenùs, aut ſcriptò infamavit, eodem penitùs modo reſtituat. Sed quot difficultatibus implexa ſit talis completa ſatisfactio, ac famæ reſtitutio, optimè expendit *Sanctorus* (125), ità ut penè impoſſibile ſit, quòd fama per hujuſmodi vituperationem ſauciata, priſtinæ ſanitati reſtituatur. Videat proindè providus Confeſſarius, quòd prò hujuſmodi reſtitutione faciendum pœnitenti imponat, ut fiat, prò reſarciendâ famâ proximi, quod à pœnitente magìs expediens fieri poſſit.

72 Quò verò ad abſolutionem judicialem, ſatisfactio, quæ præmitti debet, eſt, ut ipſe decantet palinodiam, retractet, quod divulgavit contrà proximum, & ſe mendacem fuiſſe in tali aſſertione confiteatur, ac à ſe diffamatum eſſe totàliter innocentem. Sed, ſi crimen, à ſe vulgatum in *libello* verum ſit, debet nè ipſe mentiri, dicendo illud eſſe falſum? Reſpondeo cum *Theologorum Subtilium Principe* (126), & dico, quòd non. *Sed tenetur alio modo licito reddere ſibi famam, ut potè per hujuſmodi verba. Non credatis, eum* ( nempè à me diffamatum ) *eſſe talem: malè enim dixi, & fatuè dixi, quià non ſervato juris ordine propoſui etiam in publico, quod non eſt verum publicum*. Hæc *Scotus*. Quamvis autem non ſanata ſit totaliter illius fama, ſanata tamen eſt, quantùm ſanabilis eſt, cùm enim verè ille crimen commiſerit, non competit ei totalis famæ reſtitutio per negationem veri criminis; & cum hoc nullum damnum patitur ille in foro fori, quià propter tale crimen, verùm quidèm, non tamen in judicio probatum, ulli pœnæ debet ſubiici.

73 Septima dubitatio eſt circà ſecundum *Textum*, datum ſuprà *num.* 54., & eſt, àn pœna privationis actuum legitimorum debeatur, quandò liber compoſitus traditur imprimendus ſub alio nomine, quàm Auctoris, nempè alicuius alterius extrà Ordinem?

74 Reſpondeo negativè. Nàm ratio, quæ movit *Concilium Tridentinum*, (127) à quo mutuata eſt *Textus* diſpoſitio, ad prohibendum, nè Regularis ſinè ſuorum Superiorum licentiâ libros edat, eſt conſulere honori, at dignitati Religionis, hæc autem ceſſat, dùm ſub alieno nomine liber imprimitur, ut cum *Naldo* firmat *Pellizzarius*. (128) Vndè nec pœna incurritur.

(124) *Bonac.de Reſtit.Diſp.2.Quæſt.4.Pun.9.n.7.& ibi Se Gambarupt.Petr.Navar Sayr.& Medin.*
(125) *Sanctor.de Pæn.cap.12.Quæſt.final.V. Difficilis.fol.44.& 45*
(126) *Scot.in 4.Diſt.15.Quæſt.4.§.De ſecundo dico.*
(127) *Trident.ſeſſ.4.*
(128) *Pellizzar.Manual.Regul.Tom.2.Tract.6.cap.4.Quæſt.18.nu. 36.& ibi Nald. Annotat.practic.pag.115.*

§. VI.

Digitized by Google

# §. VI.

## Revelatio Secretorum.

*SUMMARIUM.*

1 *Secreta non revelanda, quæ ſint.*
2 *Revelatio quotupliciter fiat.*
*Vultu proditur, quod tacetur.*
*Revelatio ſecretorum, quomodò varietur in gravitate.*
3 *Secretum non revelandum ex multiplici jure.*
4 *Defectus proximi ſecretus eſt tacendus.*
5 *Secretum tegendum, quandòcunque argui poteſt, quòd illud committit, committat ſub ſecreto.*
6 *Obligatio ſervandi ſecretum eſt etiam de jure Divino.*
*Præceptum de ſervando ſecreto eſt negativum.*
7 *Quænam ſint tacenda, ſeù non revelanda.*
8 *Revelans ſecretum Amici committit crimen falſi.*
9 *Notarius revelans Parti ſecretum Iudicis, aut alterius Partis, tenetur de crimine repetundarum.*
10 *Teſtis prodens ſuas atteſtationes antè publicationem proceſſus, quâ pœnâ puniendus.*
*Depoſitiones Teſtium à Iudice ad Iudicem, debent mitti ſigillata.*
11 *Iudex acta ſua ſecreta tenere debet, donec tempore debito publicentur.*
*Locus, in quo acta judicialia fiunt, vocatur Secretarium.*
12 *Senatores, ac Præſidentes alicui Univerſitati ſi produnt acta facta in Senatu, aut Conſilio Univerſitatis, privandi ſunt Officio.*
*Crimen Superioris Regularis, revelantis ſibi ſub ſecreto tradita in Viſitatione.*
13 *Perpenditur gravitas hujus criminis.*
*Fides publica ſervanda eſt.*
*Fides data habet vim juramenti.*
*Qui promittit ſub fide, videtur promittere ſub juramento.*
*Proditor eſt, qui datam fidem frangit.*
14 *Revelatio peccatorum in Confeſſione graviſſimum crimen.*
*De jure Divinò obligat ſigillum Confeſſionis Sacramentalis.*
*Sigillum in Confeſſione obligat ex juſtitiâ, & Religione.*
15 *Revelans Confeſſionem quot jura violet.*
16 *Quæ cadant ſub ſigillo Confeſſionis.*
17 *Dubium, àn alia ſecreta, quæ peccata non ſunt, obligant ad ſigillum Confeſſionis.*
18 *Opinio, quod ad ſigillum obligent ſola peccata, & ad ea reducibilia.*
19 *Confeſſarius obligatur ad tacendum, quidquid in Confeſſione audivit.*
20 *Confirmatur poſita concluſio.*
21 *Auctoritas Marchantij, circà hoc.*
22 *De fractione ſigilli Sacramentalis, remiſſivè.*

1 Inter verbalia delicta jure meritò venit *Revelatio ſecretorum*, quæ, licèt etiam ſcripto fieri poſſit, frequentiùs tamen oretenùs exequitur. *Secretum* igitur, de quo in præſenti paragrapho ſumus locuturi, accipitur prò re, *quæ ſuâpte naturâ, digna eſt, quæ non multis innoteſcat*: ſcilicèt, quæ *mala eſt, & peccatum*; aut *cujus revelatio eſt alicui pernicioſa*, ut ſcribit *Dominicus Soto*, (1) ſivè etiam, quæ, *licèt de ſui naturâ non ſit res peccaminoſa, aut pernicioſa, tamen occulta tenenda eſt*, quià cum tali obligatione eſt fidei alicujus commiſſa; ut ab amico; vel quià de eâ ſilentium imponitur ab habente auctoritatem, ut à Principe, ut argumento quorundam jurium dicunt *Geminianus*, ac *Tiberius Decianus*. (2)

2 Fit autem *revelatio* non modò voce, & verbis, ſed etiam ſcriptò, ſignis, aut nutibus, ut notat *Abbas*, (3) imò etiàm *vultu proditur, quod tacetur*, quemadmodùm ſcribit *Caſſiodorus*, (4) variaturque in gravitate crimen *revelationis ſecretorum* tripliciter: uno modo, ex parte prodentis *ſecretum*, nempè ſi ad eum ſervandum obligatur jure humano tantùm: aut humano, ac Divino, ut in auditis in Confeſſione Sacramentali Sacerdos. (5) Secundo modo, ex parte perſonæ, in cujus damnum, aut injuriam, ſeù contrà cujus voluntatem *ſecretum* panditur, graviùs enim delinquit, qui, *ſecretum* revelando, prodit Principem, ſeù Dominum, quàm amicum, & plebejum. (6) Tertio modo ex parte finis & intentione, quâ *revelatio* fit: ſi enim fiat, datâ operâ, ad nocendum dolo malo, graviùs delinquit, quàm ſi inadvertenter, aut ex nativâ loquacitate, aut levitate *ſecretum* publicaretur. (7)

3 Naſcitur verò obligatio taceri *ſecretum* ex multiplici jure, vt infrà oſtendemus, & juxtà jus, cui apponitur *revelatio*, ſpecificatur crimen, ac aggravatur. Primùm: jure naturæ tenetur homo ad tegendum *ſecretum*, vt validiſsimis rationibus probat *Scotus* (8), quià ex lege naturæ tenetur quis ſervare promiſſum licitum, ut eſt tegere *ſecretum*, ſibi commiſſum ſub promiſsione tacendi, tùm quià ex eâdem lege naturæ tenetur ſervare fidelitatem proximo ſuo, quam vellet, & debet ſibi ſervari: & notat *Soto*, (9) quòd fidelitas hæc eſt pars juſtitiæ in eo, qui obligatur ex Officio, aut ex promiſsione tacere: & ideò *Senator*, aut *Canonicus* ex juſtitiâ obligatur tacere concluſa in *Senatu*, & *Capitulo*, quæ ſecreta debent eſſe: quemadmòdum, & Sacerdos excepta in Confeſsione: ſicut & perſona privata, quæ, datâ fide, recipit arcanum amici, tenetur illud abſcondere de juſtitiâ, ſicut quis tenetur ſervare depoſitum.

4 Si autem neque ex Officio, neque ex promiſsione obligatur quis ad *ſecretum* ſervandum: & per aliquem ſenſum proprium cognoſcit de proximo ſuo aliquid, quod vergat in ipſius detrimentum in vitâ, famâ, aut bonis, ſivè

S ſ in ipſius

(1) *Soto de Tegen. ſecr. Memb. 1. q. 1. §. Sed antè.*
(2) *arg. l. 1. §. Summa. ff. de Iis qui deie. vel effu. l. Si quis in gravi. §. Aperire. ff. Ad S.C. Syllani. Gemin in cap. final. de Hæret. in 6. §. 1. Decian. lib. 7. cap. 17. n. 7. tract. crim.*
(3) *Abb. in cap. Omnis utriuſque. Notab. 9. de Pœnit. & remiſſ.*
(4) *Caſſiodor. Variar. lib. 6. Form. 16. de For. Notar. Princip.*
(5) *arg. cap. Sacerdos. cap. Clericus. 46. diſt. cap. Omnis utriuſque de Pœnit. & remiſs.*
(6) *arg. cap. de forma. 22. q. 5.*
(7) *Giga. de Crim. læſ. maieſt. Tit. de Prodit. qu. 1. n. 4.*
(8) *Scot. in 4. Diſt. 21. qu. 2. § Secunda ratio.*
(9) *Sot. de Tegen. ſecr. Membr. 1. qu. 1. Concl. 2. fol. m. 13.*

in ipſius diſplicentiam, ſi revelетur, debet nihilominùs illud tacere, & hoc ex charitate, ut vult *Scotus*, (10) ſivè ex honeſtate naturali, aut ex fidelitate, quæ eſt pars potentialis juſtitiæ, ut loco citato docet *Soto*.

5 Notabile verò quoddam ex *Richardo* (11) docet *Scotus*, nempè, quòd de lege naturæ quiſquis tenetur ad *ſecretum*, *non ſolùm quandò exprimit committens, ſe velle committere illud ſecretum; ſed quandocunque ex modo committendi apparet, quod velit committere ut ſecretum.* Ex quà doctrinâ habetur, quòd, qui ab aliis me ſeiungit, & in locum remotum me abducit, ut me alloquatur; vel mihi ſuſurret ad aures; vel voce, præter ejus morem ſubmiſsâ, loquitur, nè ab aliis audiatur; actu illo explicat intentum ſuum eſſe, ut *ſecretum* habeam, quod mihi loquitur. Et ſi ego talem modum loquendi voluntariè excipio, (cum ei dicere poſſim *loquere publicè*, ut multotiès evenit) implicitè explico me acceptare illud dictum eo animo, quo mihi dicitur, & ſtipulari ei ſilentium. Ex eodem pariter principio deducitur; quòd, ſi ego fortè fortunâ video aliquem aliquid mali operari in loco latenti, quem ex ſtudio elegit ad illud patrandum; teneor ad illud tacendum. Ratio eſt, quià ſi ipſe ſic operatus eſt, ideò fecit, quià putavit illud committere ſinè aliquo arbitrio; & ſi ſciviſſet, ſe ab aliquo videri, illud minimè commiſiſſet. Sequitur, quòd quærendo latebras, & operando in abſcondito, ipſe pandit intentum ſuum, quòd nempè factum illud *ſecretum* teneatur; undè, ſi ego illud detegero, delinquam.

6 Naſcitur pariter ex jure Divino poſitivo obligatio tacendi *ſecretum*, vt probat *Soto*. (12) Nàm, ideò dando nobis præceptum de correctione fraternâ, ait Chriſtus. (13) *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* voluit enim, ut primò fieret correctio ſecreta, ut *ſecretum* conſervaretur proximi delictum. Et tandèm etiam jure humano tacendum eſt occultum, ac *ſecretum* delictum proximi, ut expreſsè cavetur in lege Cæſareâ, & Pontificiâ. (14) Quàmvis verò præceptum ſervandi *ſecretum*, videatur affirmatiuum, tamen negatiuum eſſe probatur ex hoc, quòd ſervare *ſecretum* eſt illud non revelare, niſi juxtà juris ordinem, & ideò obligat ſemper, & prò quocumque tempore, donec nempè illud *ſecretum* eſt. Itaquè perindè eſt ſervare *ſecretum*, & non diffamare proximum de ſecretâ re, infamiam irrogante; aut inferre illi damnum ſi *ſecretum* eſt de re, cujus revelatio cauſa damni eſt, ut ait *Soto*. (15)

7 Porrò *ſecreta* tacenda ſunt, non tantùm peccata proximi, per quæ infamatur; ſed etiam alia, quæ infamiam importent, quàmvis non ex ipſius culpâ; ut potè quòd aliquis ſit illegitimus, aut ortus de genere maculato. Et non ſolùm hæc, ſed etiam omnia ea, quorum revelatio eſſet proximo damnoſa; ut ſi quis latentem proximi pecuniam latronibus aperiret; aut hominem, abſconditum in loco occulto, proderet hoſtibus, ut poſt *Sotum* ſcribunt alii. (16) Addo ego, quòd tacenda ſunt etiam alia, quæ ſunt *ſecretò* commiſſa, quàmvis nec infamiam, nec damnum revelatione inferant, dummodò tamen voluntariè acceptata ſint ſub promiſſione *ſecreti*. Ratio quidèm eſt, quià ex fidelitate tenetur homo ad ſervandum promiſſum honeſtum; ſiquidem, quæ promittuntur verbis, debent opere compleri. (17) Dixi autem, *dummodò voluntariè acceptata ſint ſub promiſſione ſecreti*, nàm poſſet aliquis committere tanquàm ſecretum aliquid alteri, qui nollet illud audire; aut nollet ſub *ſecreto* recipere; iſte, ſi revelat, non peccat, quià ad *ſecretum*, ratione materiæ, non tenetur, cùm non ſit de re, alteri infamatoriâ, aut damnoſâ: nec ratione formæ, quià ab eo ſub promiſſione *ſecreti*, non acceptatur; poſſet ſolùm eſſe peccatum in cauſâ, ſi nempè is, qui communicavit, moveretur ad iram, aut odium contrà *revelantem*, aut impenſiùs turbaretur, & in blaſphemias, aut imprecationes prorumperet, nàm horum cauſa eſſet ipſe *revelans*.

8 Conſideranda etiam venit conditio ipſiuſmet perſonæ *revelantis*, nàm ipſa eſt vel privata, vel publica: & etiam ſpectanda eſt perſona, cujus *ſecretum revelatur*. Perſona privata, *revelans ſecretum* amici privati, committit crimen falſi, (18) & vocatur à Spiritu Sancto (19) fraudulentus, dùm ait *Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum*; Et etiam infidelis, juxtà illud *Eccleſiaſtici*, (20) *Qui denudat arcana amici, fidem perdit: & non inveniet amicum ad animum ſuum.* Si autem *revelat ſecreta* Principis, dicitur proditor, (21) & incurrit crimen Majeſtatis læſæ. (22)

9 Gravius autem crimen committunt perſonæ publicæ, quià, ut ſcribit (23) *Soto*, magìs quàm privatæ, obligantur ad tegendum *ſecretum*; undè Notarius, qui ſecreta Judicis Partibus, vel ſecreta unius Partis alteri adverſariæ indicaverit, ut ſecreta Actoris Reo, & vice verſâ, ultrà crimen falſi, (24) tenetur de crimine repetundarum, vt poſt *Paridem de Puteo*, tenet *Decianus*. (25) Et crimine ibidem falſi tenetur Notarius aperiédo, vel recitando, vel reſignando teſtamentum vivi; ac Cauſidicus, ſi inſtrumentum ſibi ſecretò conſignatum adverſæ Parti oſtendit.

10 Teſtis, quià in ſecreto examinari debet, (26) ſua dicta celare tenetur poſt examen in quàvis cauſâ Civili, aut Criminali: quòd, ſi antè publicationem proceſſus, proprias atteſtationes propalaverit, à Judice puniri debet, (27) aut exilio, aut relegatione in inſulam, aut ſummotione à Curiâ, ut ex *Paulo Iureconſulto* ſupplet *Gothofredus*. (28) Et ad obviandum periculo, quòd intempeſtivè atteſtationes Teſtium publicentur, ſtatuunt utraque jura (29) quòd, quandò tranſmittuntur ab uno ad alium Judicem, debeant mitti ſigillatæ, ut ſecretæ maneant.

11 Iudex pariter ſuam ſententiam, maximè in Cauſâ Criminali, *ſecretam* tenere debet, ut ordinat Imperator

(30) &

(10) *Scot. loc. cit. §. Teneo igitur.*
(11) *Richard. in 4. diſt. 21. qu. ultima apud Scot. loc. citat. §. De quinta concluſione.*
(12) *Sot. de Tegen ſecr. Memb. 1. qu. 2. §. Tertia ratio. fol. 22.*
(13) *Matthæ. cap. 18. ℣. 15.*
(14] *l. Vnic. C. de Famo-libell. cap. ſi qui. 5. q. 1. l. final. C. de Probat. cap. Sciant. 2. quæſt. 8.*
(15] *Sot. loc. cit. §. Secunda concluſio. fol. m. 25.*
(16) *Sot. loc cit. Concl. 1. ℣. Secunda ratio. fol. 21. Diana par. 5. Tr. 11. Reſol 29. & ibi Granad. de Sacram. contr. 7. Tr. 11. diſp. 3. n. 2 Onuphr. Opuſc. de ſigill ſect. 4. q. 7. n. 2.*
(17) *text. in cap. Qualiter de P. ict. cap. Pſalmiſta. 23. Diſp.*
(18) *l. 1. §. Is qui depoſita. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(19) *Proverb. cap. 11. ℣. 13.*
(20) *Eccleſ. cap. 27. ℣. 17.*
(21) *arg. l. Omne delictum. §. Exploratores. ff. de Re milit.*
(22) *text. in l. 1. ff. ad leg. Jul. maieſt.*
(23) *Sot. de Tegen. ſecr. Memb. 1. quæſt. 2. §. Tertia ratio. fol. m. 22.*
(24) *l. Pæna legis. §. 6. ff. Ad leg. Corn. de Falſ.*
(25) *Pari. de Pute. Tract. de Syndic. ℣. Corruptio. n. 11. apud Decian. Tract. crim. lib 8. cap. 34. n. 41.*
(26) *text. in l. Nullum. C. de Teſt.*
(27) *text. in l. Qui falsò. ff. de Teſt.*
(28) *Dionyſ. Gothofr. ad l. 16. tit. Q. de Teſt. & ibi. Paul. I. C. lib. 5. ſent. cap. 15.*
(29) *cap. Præſentium. de Teſt. lib. 6. §. Quoniam. Authen. de Teſt.*

Digitized by Google

(30) & quià omnia acta judicialia *ſecretò* tractanda ſunt, donec publicentur Teſtium dicta, & ſententia proferatur, advertit *Decianus*, (31) quòd locus, in quo Cauſæ à Judicibus tractantur, ab Imperatoribus (32) vocatur *Secretarium Iudicum*. Undè, ſi tacenda propalat Judex, Reus de malà Officii proprii redditur adminiſtratione.

12 Senatores etiam, ſi quæ in Senatu diſcuſsa ſunt revelent, grave delictum committunt, pròut probat *Aegidius Boſſius*, (33) qui refert, Senatorem quendam *Caſalenſem* fuiſse capite truncatum, eò quòd revelaverat quandam ſententiam, concluſam quidèm in Senatu, non tamen adhùc publicatam. Et ex *Baldo*, & aliis probat *Decianus*, (34) quòd Præſidentes alicui Univerſitati, ſi produnt aliquid, quod prò bono Univerſitatis debet *ſecretum* teneri, privandi ſtatìm ſunt Officio. Ex quo deduci poteſt, quòd vtiquè deſtitui ipſorum Officiis deberent Provinciales, ac Commiſsarii Viſitatores, qui depoſitiones, ſibi factas à Religioſis in Viſitationibus paternalibus, manifeſtant, cum gravi Religionis damno. Nàm ex tali manifeſtatione retrahuntur Religioſi à dicendis iis, quæ remedio egent; per experientiam ſcientes, quòd Prælatus totum effutiet in familiaribus colloquiis cum ſuis adhærentibus. Undè putant nonnulli, quòd, quàmvis Prælatus ſub formali præcepto obedientiæ jubeat, vt ſibi revelentur in Viſitatione omnia, quæ remedio indigent, deobligati ab obediendo remaneant ex hoc, quòd Prælatus revelabit à quo, & quæ ſibi dicta ſunt, (& ut in pluribus ſinè remedio ea relinquet) & ideò revelans nihil prò vtilitate Religionis ex revelatione tali naſci videns; ſed tantùm ſibi ex eà parari malevolentias, ac inimicitias, & ſic nolunt in Viſitatione Prælato dicere, quæ dicenda eſsent, & dicerentur, ſi Prælatus ſecretum teneret. An tales legitimè excuſentur à peccato inobedientiæ, judicent docti.

13 Grauiſſimum eſt talium Prælatorum delictum, tùm quià privant Religionem fructu, qui naſcitur ex Viſitationibus, debitè factis, maximumque damnum Religio incurrit, quià, dùm latentia mala non tolluntur; nec puniuntur delicta, nec emendantur imperfectiones, quæ creſcendo evadunt in tranſgreſſiones, ipſa relaxatur, ac ſinè remedio ruit in præceps. Tùm etiam, quià Prælatus promittendo ſilentium de iis, quæ ſibi manifeſtabuntur in Viſitatione, obligat fidem publicam, fides autem data, maximè ſi publica eſt, ſervari debet, vt dicunt Doctores, (35) eſt enim hoc de jure gentium, & ſi fides data non ſervaretur deſtrueretur vita Civilis, & conſortium hominum; & quià fides data habet vim juramenti, argumento eorum, quæ habentur in duabus *Decretalibus*, (36) & qui promittit ſub fide, videtur illud ſub juramento firmare, ut teſtantur *Speculator*, & *Surdus*, (37) ideò, ſi Prælatus, qui promittit ſervare ſecretum in Viſitationibus, fidem violat, & fit quaſi periurus; & abſolutè incurrit crimen proditionis; ſi quidèm communis concluſio eſt, quam ex jure tradunt *Iuriſperiti*, (37) quòd, qui fidem, alicui datam, prodit, & frangit, proditor eſt.

14 Superat tandèm omnem malitiam, ac gravitatem delictorum, quæ committuntur in *revelatione ſecretorum*, revelatio peccatorum facta à Sacerdote, ab eo in Confeſſione Sacramentali auditorum. Quià enim, ut cum communi Theologorum ſententiâ probat *Scotus*, (38) de jure Divino poſitivo tenetur Sacerdos ſervare *ſecretum* circà ea, quæ in Confeſſione excepit; & vt docet *Soto*, (39) iſta obligatio naſcitur non ſolùm à virtute juſtitiæ, ſed etiam Religionis; hinc eſt, quòd, ſi ipſe peccata audita pandit, peccat contrà jus Divinum in materià ſacrâ, & ſic committit ſacrilegium.

15 Peccat etiam contrà juſtitiam, quià, ut optimè ait *Sanctorus*, (40) inter Eccleſiam, ac Pœnitentem intervenit contractus, ut nempè Pœnitens propria peccata integraliter confiteatur, Confeſsarius verò, vt Dei, ac Eccleſiæ miniſter, illa teneat *ſecreta*. Hinc ſequitur, quòd, ſi pacta, & conventa inter partes, ex juſtitiâ ſervanda ſunt (41), ex juſtitiâ pariter *ſecretum* in Confeſſione ſervandum eſt. Et per hoc concludendum, quòd Sacerdos, revelans peccata, audita in Confeſſione, violat jus naturale, Divinum, ac humanum, quandòquidèm de hoc habetur famoſiſſima ſanctio Conciliaris, (42) & peccat delicto injuſtitiæ, ac ſacrilegii, pròut cum communi omnium ſcribentium, docet *Marchantius*. (43)

16 Cadunt autem tacenda ſub ſigillo Confeſſionis, commiſsa non ſolùm peccata omnia, tùm mortalia etiam in genere, tùm venialia in ſpecie; tùm ipſiuſmet Pœnitentis: tùm Complicum; tùm defectus naturales occulti manifeſtati in Confeſſione; tùm circumſtantiæ peccatorum, quæ ad ea reducuntur; & ut vnico verbo dicam, omnia, per quæ redditur Sacramentum pœnitentiæ odioſum, & per quæ fideles ab eo poſſunt retrahi, ut cum communi docet *Sanctorus*. (44)

17 Dubium autem non leve eſt, àn Confeſſarius ſub ſigillo teneatur celare etiam alia, quæ nullo modo faciunt ad manifeſtationé peccati circumſtantiarum ejus, tùm pœnitentis, tùm complicum, nec defectuum naturalium &c. ſed ſunt totaliter aliena à culpâ, ſecreta tamen ſunt, & ſibi nota fiunt ex ſolâ narratione pœnitentis; ut nempè, quòd Titius ſit ducturus Bertam in vxorem.

18 Circà hoc eſt opinio *Merceri*, ac *Suarez*, quos dat *Diana*, (45) qui volunt, non teneri Confeſſarium tacere ſub

 ſigillo

(30) *text.in l.Vbi falſi.C.Ad leg.Cornel.de Fal.*
(31) *Decian.lib.7.cap.17.num.25.Tract.crim.*
(32) *text.in l.ult.C.Vbi Senat.vel Clariſ.& in l.Sciant.C.de off.diver. Iud.& in l.In ſacris.C.de Prox.Sacr.ſcrin.lib.12.*
(33) *Boſſ.Tract.crim. tit.de Carcer: fideiuſſ. commiſſ. num.30.31. & 32.*
(34) *Decian.lib.7.cap.17.n 6.Tract.crim.*
(35) *Menoch.Conſil.100.n.196.& ſeqq. Muta ad Pragm.Sicil.tit.12. de ſent.Bann.& forindic.Raynald.tom.p.Proem.§.6 n.109.*
(36) *arg.text.in cap.Ad aures. Extrà. Quod met.cau. & in cap.Pervenit. il 2.de Iureiur.*
(37) *arg.l. final.C.de Delat.lib.10: l.Proditores ff.de Re milit.Angel. in l.1.§.Non fuit. ff.de Dolo. Alex.conſ.13.num.9.lib.6.Decian. lib.7.cap.29.num.23.*
(38) *Scot.in 4.diſt.21.q.2.§ Secunda concluſio.*
(39) *Sot.de Tegen.ſecret.Memb.1.q.1.concl.2.fol.m.13.*
(40) *Sanctor. de Pœn. cap. 23. Quæſt. 2. V. Reſpondeo primò fol.307.*
(41) *cap. p. Extrà. de Pact.*
(42) *Text.in cap.Omnis utriuſq.Extrà. de Pœnit. & remiſſ.*
(43) *Marchan. Trib.Sacrament. Tom. p. Tract.4. quæſt.6. Append.2. Concluſ.2.*
(44) *Sanctor.de Pœn.loc.cit.§ Reſpondeo ſecundò.fol.308.& ibi Ægid. Sot.Bauni.Granad.Onuph.& Diana.*
(45) *Mercer.in 3.Par.qu.11.art.2.& Suar.in ea.Par. diſp.33.ſect.3. apud Dian.par.5.Tract.11.Reſol.5.num.1.*

Digitized by Google

in ipſius diſplicentiam, ſi reveletur, debet nihilominùs illud tacere, & hoc ex charitate, ut vult *Scotus*, (10) ſivè ex honeſtate naturali, aut ex fidelitate, quæ eſt pars potentialis juſtitiæ, ut loco citato docet *Soto*.

5 Notabile verò quoddam ex *Richardo* (11) docet *Scotus*, nempè, quòd de lege naturæ quiſquis tenetur ad *ſecretum*, *non ſolùm quandò exprimit committens, ſe velle committere illud ſecretum; ſed quandocunque ex modo committendi apparet, quod velit committere ut ſecretum*. Ex quà doctrinâ habetur, quòd, qui ab aliis me ſeiungit, & in locum remotum me abducit, ut me alloquatur; vel mihi ſuſurret ad aures; vel voce, præter ejus morem ſubmiſsâ, loquitur, nè ab aliis audiatur; actu illo explicat intentum ſuum eſſe, ut *ſecretum* habeam, quod mihi loquitur. Et ſi ego talem modum loquendi voluntariè excipio, (cum ei dicere poſſim *loquere publicè*, ut multotiès evenit) implicitè explico me acceptare illud dictum eo animo, quo mihi dicitur, & ſtipulari ei ſilentium. Ex eodem pariter principio deducitur; quòd, ſi ego fortè fortunâ video aliquem aliquid mali operari in loco latenti, quem ex ſtudio elegit ad illud patrandum; teneor ad illud tacendum. Ratio eſt, quià ſi ipſe ſic operatus eſt, ideò fecit, quià putavit illud committere ſinè aliquo arbitrio; & ſi ſciviſſet, ſe ab aliquo videri, illud minimè commiſiſſet. Sequitur, quòd quærendo latebras, & operando in abſcondito, ipſe pandit intentum ſuum, quòd nempè factum illud *ſecretum* teneatur; undè, ſi ego illud detegero, delinquam.

6 Naſcitur pariter ex jure Divino poſitivo obligatio tacendi *ſecretum*, vt probat *Soto*. (12) Nàm, ideò dando nobis præceptum de correctione fraternâ, ait Chriſtus. (13) *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum*. voluit enim, ut primò fieret correctio ſecreta, ut *ſecretum* conſervaretur proximi delictum. Et tandèm etiam jure humano tacendum eſt occultum, ac *ſecretum* delictum proximi, ut expreſsè cavetur in lege Cæſareâ, & Pontificiâ. (14) Quàmvis verò præceptum ſervandi *ſecretum*, videatur affirmatiuum, tamen negatiuum eſſe probatur ex hoc, quòd ſervare *ſecretum* eſt illud non revelare, niſi juxtà juris ordinem, & ideò obligat ſemper, & prò quocumque tempore, donec nempè illud *ſecretum* eſt. Itaquè perindè eſt ſervare *ſecretum*, & non diffamare proximum de ſecretâ re, infamiam irrogante; aut inferre illi damnum ſi *ſecretum* eſt de re, cujus revelatio cauſa damni eſt, ut ait *Soto*. (15)

7 Porrò *ſecreta* tacenda ſunt, non tantùm peccata proximi, per quæ infamatur; ſed etiam alia, quæ infamiam important, quàmvis non ex ipſius culpâ; ut potè quòd aliquis ſit illegitimus, aut ortus de genere maculato. Et non ſolùm hæc, ſed etiam omnia ea, quorum revelatio eſſet proximo damnoſa; ut ſi quis latentem proximi pecuniam latronibus aperiret; aut hominem, abſconditum in loco occulto, proderet hoſtibus, ut poſt *Sotum* ſcribunt alii. (16) Addo ego, quòd tacenda ſunt etiam alia, quæ ſunt *ſecretò* commiſſa, quàmvis nec infamiam, nec damnum revelatione inferant, dummodò tamen voluntariè acceptata ſint ſub promiſſione *ſecreti*. Ratio quidèm eſt, quià ex fidelitate tenetur homo ad ſervandum promiſſum honeſtum; ſiquidem, quæ promittuntur verbis, debent opere compleri. (17) Dixi autem, *dummodò voluntariè acceptata ſint ſub promiſſione ſecreti*, nàm poſſet aliquis committere tanquàm ſecretum aliquid alteri, qui nollet illud audire; aut nollet ſub *ſecreto* recipere; iſte, ſi revelat, non peccat, quià ad *ſecretum*, ratione materiæ, non tenetur, cùm non ſit de re, alteri infamatoriâ, aut damnoſâ: nec ratione formæ, quià ab eo ſub promiſſione *ſecreti*, non acceptatur; poſſet ſolùm eſſe peccatum in cauſâ, ſi nempè is, qui communicavit, moveretur ad iram, aut odium contrà *revelantem*, aut impenſiùs turbaretur, & in blaſphemias, aut imprecationes prorumperet, nàm horum cauſa eſſet ipſe *revelans*.

8 Conſideranda etiam venit conditio ipſiuſmet perſonæ *revelantis*, nàm ipſa eſt vel privata, vel publica: & etiam ſpectanda eſt perſona, cujus *ſecretum* *revelatur*. Perſona privata, *revelans ſecretum* amici privati, committit crimen falſi, (18) & vocatur à Spiritu Sancto (19) fraudulentus, dùm ait *Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum*; Et etiam infidelis, juxtà illud *Eccleſiaſtici*, (20) *Qui denudat arcana amici, fidem perdit: & non inveniet amicum ad animum ſuum*. Si autem *revelat ſecreta* Principis, dicitur proditor, (21) & incurit crimen Majeſtatis læſæ. (22)

9 Gravius autem crimen committunt perſonæ publicæ, quià, ut ſcribit (23) *Soto*, magìs quàm privatæ, obligantur ad tegendum *ſecretum*; undè Notarius, qui ſecreta Judicis Partibus, vel ſecreta unius Partis alteri adverſariæ indicaverit, ut ſecreta Actoris Reo, & vice verſâ, ultrà crimen falſi, (24) tenetur de crimine repetundarum, vt poſt *Paridem de Puteo*, tenet *Decianus*. (25) Et crimine ibidem falſi tenetur Notarius aperiēdo, vel recitando, vel reſignando teſtamentum vivi; ac Cauſidicus, ſi inſtrumentum ſibi ſecretò conſignatum adverſæ Parti oſtendit.

10 Teſtis, quià in ſecreto examinari debet, (26) ſua dicta celare tenetur poſt examen in quàvis cauſâ Civili, aut Criminali: quòd, ſi antè publicationem proceſſus, proprias atteſtationes propalaverit, à Judice puniri debet, (27) aut exilio, aut relegatione in inſulam, aut ſummotione à Curiâ, ut ex *Paulo Iureconſulto* ſupplet *Gothofredus*. (28) Et ad obviandum periculo, quòd intempeſtivè atteſtationes Teſtium publicentur, ſtatuunt utraque jura (29) quòd, quandò tranſmittuntur ab uno ad alium Judicem, debeant mitti ſigillatæ, ut ſecretæ maneant.

11 Iudex pariter ſuam ſententiam, maximè in Cauſâ Criminali, *ſecretam* tenere debet, ut ordinat Imperator

(30) &

(10) *Scot. loc. cit. §. Teneo igitur.*
(11) *Richard. in 4. diſt. 21. qu. ultima apud Scot. loc. citat. §. De quinta concluſione.*
(12) *Sot. de Tegen ſecr. Memb. 1. qu. 2. §. Tertia ratio. fol. 22.*
(13) *Matthæ. cap. 18. ℣. 15.*
(14) *l. Vnic. C. de Famo. libell. cap. ſi qui. 5. q. 1. l. final. C. de Probat. cap. Sciant. 2. quæſt. 8.*
(15) *Sot. loc. cit. §. Secunda concluſio. fol. m. 25.*
(16) *Sot. loc cit. Concl. 1. ℣. Secunda ratio. fol. 21. Diana par. 5. Tr. 11. Reſol. 29. & ibi Granad. de Sacram. contr. 7. Tr. 11. diſp. 3. n. 2 Onuphr. Opuſc. de ſigill ſect. 4. q. 7. n. 2.*
(17) *text. in cap. Qualiter de Pact. cap. Pſalmiſta. 23. Diſp.*
(18) *l. 1. §. Is qui depoſita. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(19) *Proverb. cap. 11. ℣. 13.*
(20) *Eccleſ. cap. 27. ℣. 17.*
(21) *arg. l. Omne delictum. §. Exploratores. ff. de Re milit.*
(22) *text. in l. 1. ff. ad leg. Jul. maieſt.*
(23) *Sot. de Tegen. ſecr. Memb. 1. quæſt. 2. §. Tertia ratio. fol. m. 22.*
(24) *l. Pœna legis. §. 6. ff. Ad leg. Corn. de Falſ.*
(25) *Pari. de Pute. Tract. de Syndic. ℣. Corruptio. n. 11. apud Decian. Tract. crim. lib 8. cap. 34. n. 41.*
(26) *text. in l. Nullum. C. de Teſt.*
(27) *text. in l. Qui falsò. ff. de Teſt.*
(28) *Dionyſ. Gothofr. ad l. 16. lit. Q. de Teſt. & ibi. Paul. I. C. lib. 5. ſent. cap. 15.*
(29) *cap. Præſentium. de Teſt. lib. 6. §. Quoniam. Authen. de Teſt.*

Digitized by Google

(30) & quià omnia acta judicialia *ſecretè* tractanda ſunt, donec publicentur Teſtium dicta, & ſententia proferatur, advertit *Decianus*, (31) quòd locus, in quo Cauſæ à Judicibus tractantur, ab Imperatoribus (32) vocatur *Secretarium Iudicum*. Undè, ſi tacenda propalat Judex, Reus de malâ Officii proprii redditur adminiſtratione.

12 Senatores etiam, ſi quæ in Senatu diſcuſſa ſunt revelent, grave delictum committunt, prout probat *Aegidius Boſſius*, (33) qui refert, Senatorem quendam *Caſalenſem* fuiſse capite truncatum, eò quòd revelaverat quandam ſententiam, concluſam quidèm in Senatu, non tamen adhùc publicatam. Et ex *Baldo*, & aliis probat *Decianus*, (34) quòd Præſidentes alicui Univerſitati, ſi produnt aliquid, quod prò bono Univerſitatis debet *ſecretum* teneri, privandi ſtatìm ſunt Officio. Ex quo deduci poteſt, quòd vtiquè deſtitui ipſorum Officiis deberent Provinciales, ac Commiſsarii Viſitatores, qui depoſitiones, ſibi factas à Religioſis in Viſitationibus paternalibus, manifeſtant, cum gravi Religionis damno. Nàm ex tali manifeſtatione retrahuntur Religioſi à dicendis iis, quæ remedio egent; per experientiam ſcientes, quòd Prælatus totum effutiet in familiaribus colloquiis cum ſuis adhærentibus. Undè putant nonnulli, quòd, quàmvis Prælatus ſub formali præcepto obedientiæ jubeat, vt ſibi revelentur in Viſitatione omnia, quæ remedio indigent, deobligati ab obediendo remanerant ex hoc, quòd Prælatus revelabit à quo, & quæ ſibi dicta ſunt, (& ut in pluribus ſinè remedio ea relinquet) & ideò revelans nihil prò vtilitate Religionis ex revelatione tali naſci videns; ſed tantùm ſibi ex eâ parari malevolentias, ac inimicitias, & ſic nolunt in Viſitatione Prælato dicere, quæ dicenda eſsent, & dicerentur, ſi Prælatus ſecretum teneret. An tales legitimè excuſentur à peccato inobedientiæ, judicent docti.

13 Grauiſſimum eſt talium Prælatorum delictum, tùm quià privant Religionem fructu, qui naſcitur ex Viſitationibus, debitè factis, maximumque damnum Religio incurrit, quià, dùm latentia mala non tolluntur; nec puniuntur delicta, nec emendantur imperfectiones, quæ creſcendo evadunt in tranſgreſſiones, ipſa relaxatur, ac ſinè remedio ruit in præceps. Tùm etiam, quià Prælatus promittendo ſilentium de iis, quæ ſibi manifeſtabuntur in Viſitatione, obligat fidem publicam, fides autem data, maximè ſi publica eſt, ſervari debet, vt dicunt Doctores, (35) eſt enim hoc de jure gentium, & ſi fides data non ſervaretur deſtrueretur vita Civilis, & conſortium hominum; & quià fides data habet vim juramenti, argumento eorum, quæ habentur in duabus *Decretalibus*, (36) & qui promittit ſub fide, videtur illud ſub juramento firmare, ut teſtantur *Speculator*, & *Surdus*, (37) ideò, ſi Prælatus, qui promittit ſervare ſecretum in Viſitationibus, fidem violat, & fit quaſi periurus; & abſolutè incurrit crimen proditionis; ſi quidèm communis concluſio eſt, quam ex jure tradunt *Iuriſperiti*, (37) quòd, qui fidem, alicui datam, prodit, & frangit, proditor eſt.

14 Superat tandèm omnem malitiam, ac gravitatem delictorum, quæ committuntur in *revelatione ſecretorum*, revelatio peccatorum facta à Sacerdote, ab eo in Confeſſione Sacramentali auditorum. Quià enim, ut cum communi Theologorum ſententiâ probat *Scotus*, (38) de jure Divino poſitivo tenetur Sacerdos ſervare *ſecretum* circà ea, quæ in Confeſſione excepit; & vt docet *Soto*, (39) iſta obligatio naſcitur non ſolùm à virtute juſtitiæ, ſed etiam Religionis; hinc eſt, quòd, ſi ipſe peccata audita pandit, peccat contrà jus Divinum in materiâ ſacrâ, & ſic committit ſacrilegium.

15 Peccat etiam contrà juſtitiam, quià, ut optimè ait *Sanctorus*, (40) inter Eccleſiam, ac Pœnitentem intervenit contractus, ut nempè Pœnitens propria peccata integraliter confiteatur, Confeſsarius verò, vt Dei, ac Eccleſiæ miniſter, illa teneat *ſecreta*. Hinc ſequitur, quòd, ſi pacta, & conventa inter partes, ex juſtitiâ ſervanda ſunt (41), ex juſtitiâ pariter *ſecretum* in Confeſſione ſervandum eſt. Et per hoc concludendum, quòd Sacerdos, revelans peccata, audita in Confeſſione, violat jus naturale, Divinum, ac humanum, quandòquidèm de hoc habetur famoſiſſima ſanctio Conciliaris, (42) & peccat delicto injuſtitiæ, ac ſacrilegii, prout cum communi omnium ſcribentium, docet *Marchantius*. (43)

16 Cadunt autem tacenda ſub ſigillo Confeſſionis, commiſsa non ſolùm peccata omnia, tùm mortalia etiam in genere, tùm venialia in ſpecie; tùm ipſiuſmet Pœnitentis: tùm Complicum; tùm defectus naturales occulti manifeſtati in Confeſſione; tùm circumſtantiæ peccatorum, quæ ad ea reducuntur; & ut vnico verbo dicam, omnia, per quæ redditur Sacramentum pœnitentiæ odioſum, & per quæ fideles ab eo poſſunt retrahi, ut cum communi docet *Sanctorus*. (44)

17 Dubium autem non leve eſt, àn Confeſſarius ſub ſigillo teneatur celare etiam alia, quæ nullo modo faciunt ad manifeſtationé peccati circumſtantiarum ejus, tùm pœnitentis, tùm complicum, nec defectuum naturalium &c. ſed ſunt totaliter aliena à culpâ, ſecreta tamen ſunt, & ſibi nota fiunt ex ſolâ narratione pœnitentis; ut nempè, quòd Titius ſit ducturus Bertam in vxorem.

18 Circà hoc eſt opinio *Merceri*, ac *Suarez*, quos dat *Diana*, (45) qui volunt, non teneri Confeſſarium tacere ſub

Sſ 2 ſigillo

(30) *text. in l. Vbi falſi. C. Ad leg. Cornel. de Fal.*
[31) *Decian. lib. 7. cap. 17. num. 25. Tract. crim.*
(32) *text. in l. ult. C. Vbi Senat. vel Clariſ. & in l. Sciant. C. de off. div. Ier. Iud. & in l. In ſacris. C. de Prox. Sacr. ſcrin. lib. 12.*
(33) *Boſſ. Tract. crim. tit. de Carcer: fideiuſſ. commiſſ. num. 30. 31. & 32.*
(34) *Decian. lib. 7. cap. 17. n 6. Tract. crim.*
(35) *Menoch. Conſil. 100. n. 196. & ſeqq. Muta ad Pragm. Sicil. tit. 12. de ſent. Bann. & foriudic. Raynald. tom. p. Proem. §. 6. n. 109.*
(36) *arg. text. in cap. Ad aures. Extrà. Quod met. cau. & in cap. Pervenit. il 2. de Iureiur.*
(37) *arg. l. final. C. de Delat. lib. 10: l. Proditores ff. de Re milit. Angel. in l. 1. §. Non fuit. ff. de Dolo. Alex. conſ. 13. num. 9. lib. 6. Decian. lib. 7. cap. 29. num. 23.*
(38) *Scot. in 4. diſt. 21. q. 2. § Secunda concluſio.*
(39) *Sot. de Tegen. ſecret. Memb. 1. q. 1. concl. 2. fol. m. 13.*
(40) *Sanctor. de Pœn. cap. 23. Quæſt. 2. ℣. Reſpondeo primò fol. 307.*
(41) *cap. p. Extrà. de Pact.*
(42) *Text. in cap. Omnis utriuſq. Extrà. de Pœnit. & remiſſ.*
(43) *Marchan. Trib. Sacrament. Tom. p. Tract. 4. quæſt. 6. Append. 2. Concluſ. 2.*
(44) *Sanctor. de Pœn. loc. cit. § Reſpondeo ſecundò. fol. 308. & ibi Ægid. Sot. Bauni. Granad. Onup. & Diana.*
(45) *Mercer. in 3. Par. qu. 11. art. 2. & Suar. in ea. Par. diſp. 33. ſect. 3. apud Dian. par. 5. Tract. 11. Reſol. 5. num. 1.*

Digitized by Google

ſigillo ea, quæ dicuntur in Confeſſione, niſi aliquo modo inſerviant manifeſtationi peccatorum. Addit verò ibidèm *Diana* cum *Tannero*, (46) talem opinionem eſſe veram, niſi pœnitens talia narret, tanquàm à ſe reputata neceſſaria ad explicationem peccatorum; nàm ſi ex imaginatione pœnitentis (quàmvis erroneâ) ipſe ea narrat, tanquàm conducentia ad manifeſtationem peccati, debent teneri ſub ſigillo, quod confirmat auctoritate *Reginaldi*, & *Fabri*. 47.

19 Ego autem dico, Confeſſarium abſolutè teneri ad tacendum omnia, ac quæcunque audivit in Confeſſione, ſivè pertineant ad peccata, ſivè non; & de iis minimè loqui poſſe, niſi de eiſdem habeat notitiam extrà Confeſſionem. Ratio eſt, quià communis ſenſus omnium pœnitentium, & maximè ſimplicium eſt, quòd omnia, quæ in Confeſſione dicuntur, quàmvis peccata non ſint, nec ad manifeſtationem peccati faciant, tamen ſub ſigillo teneantur. Proindè commune dictum etiam hominum, alioquin Doctorum, in communicando alicui ſecretum aliquod, eſt, *hoc tibi dico in Confeſſione*. Sequitur ergò, quòd pœnitens, talia revelans in Confeſſione, intendit, quòd ſub ejuſdem ſigillo tectum teneatur; quod ſi manifeſtetur, conqueri poteſt, quòd ſecretum ſuum ſit revelatum ſub fide Confeſſionis, & ſic averti à Sacramento. Ergo tacenda ſunt ſupradicta ſub ſigillo, cum ſub eodem celanda ſint omnia, quæ avertere poſſunt à Confeſſione.

20 Et confirmatur hoc exemplo: dato, quòd *Cajus* in Confeſſione mihi dixerit, quòd *Titius mercator decoxerit*, & hoc à duobus, vel tribus tantùm ſciatur, ſi venit ad me vnus ex his, & dicat *ſcis nè, Titium decoxiſſe*? & ego reſpondeam, *jàm novi à Caio*; & ſi is ſubiungat, *quandò nam*? & ego dicam, *hoc manè, dùm mihi confeſſus eſt*, profectò ego ſum proditor ſigilli, & hoc, non quòd dixerim, *Cajum* mihi eſſe confeſſum, quià nulla violatio ſigilli eſt, (niſi caſu, quo *Cajus* nollet, quòd ſciretur ſe proprio, ac ordinario ſuo Confeſſario relicto, mihi eſſe confeſſum, ut *Diana* (48) docet), ſequitur ergò, quòd ſit ex hoc, quòd revelaverim illud, à *Cajo* mihi dictum, cujus revelatio aliquam moleſtiam, aut turbationem poteſt illi cauſare, ob quam à Sacramento Confeſſionis avertatur. Et quàmvis nullam moleſtiam, aut turbationem actu cauſet, tamen periculum eſt, quòd cauſet; & Confeſſarius ſcire nequit, quandònam cauſabit, nec nè; undè ſaltem, ratione periculi, ſervare tenetur ſub ſigillo.

21 Facit autem ad corroborationem dictæ concluſionis argumentum *Marchantii*, (49) cujus ſententiam ſequor; ait ergò, *Quià latitudo ſigilli totum Sacramentum, ità munire cenſetur, ut ex eo nulli gravamen contingere poſſit. Ad hunc enim finem conſtitutum eſt ſigillum, ut omnia muniat, quæ ſub ſigilli munimento, etiam ex opinione erroneâ, bonâ fide committuntur in Sacramenti ſuſceptione. Contingere ſanè poſſet, ut impertinentia quædam, in Sacramento dicta, plus gravaminis, ſi revelentur, inferrent Pœnitenti, quàm propria peccata. Quià verò, occaſione Confeſſionis, illa ſigillo committit pœnitens, ſecundariò, & per accidens ſigillo muniri cenſentur*. Hæc *Marcantius*. Et quàmvis contraria opinio non careat probabilitate, tamen, quià hæc eſt in praxi tutior, & magìs favet Sacramento, ac juri Pœnitentis, magìs hæc, quàm alia eſt ſequenda.

22 Multis autem modis frangitur ſigillum, de quibus adamuſſim loquuntur omnes *Theologi Morales*, & ſpecialiter *Diana* ſparſim in ſuis *Reſolutionibus*, & ex inſtituto per totum *Tract.* 11. *Par.* 5. & in ejus Operibus, coordinatis per *Martinum de Alcolea Tom.* p. *Tract.* 8. & circà hoc non immoror, cùm à Moraliſtis peti poſſit ſolutio occurrentium difficultatum.

(46) *Tanner. Tom. 4. diſp. 6. q. 9. dub. 6. n. 136.*

(47) *Reginald. Prax. Tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 39. Faber. de Pœnit. in 4. Sent. diſt. 19. q. unic. diſp. 34. cap. 2. num. 31.*

(48) *Dian. part. 5. Tract. 11. Reſolut. 47.*

(49) *March. Trib. ſacr. Tom. 1. Tract. 4. tit. 6. Quæſt. 6. Append. 2. Petit. 8.*

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

23 *Probatio revelationis Confeſſionis difficilis, & quarè.*
24 *Probatio hæc regulanda eſt, ſicut probatio ſollicitationis in Confeſſione.*
25 *Per Teſtes ſingulares poteſt probari revelatio.*
26 *Confeſſarius tenetur probare, quod de iis, quæ revelavit, notitiam habuit extrà Confeſſionem.*
27 *Non potens, nec ſemiplenè probare, à quo audierit extrà Confeſſionem, eſt Reus de revelatione.*
28 *Ratio proximè concluſionis.*
29 *Confirmatur ratio.*
30 *Iterùm ſtabilitur prædicta concluſio.*
31 *Confirmatur ratione.*

23 Difficillima probatio hujus criminis evadit ex hoc, quòd Auctori duo copulativè probanda ſunt; nempè, quòd Confeſſarius detexerit crimen, de quo aliquis apud illum confeſſus eſt; & ultrà hoc, quòd ille de tali crimine non habuit, niſi medio Confeſſionis, notitiam aliquam. Ratio eſt, quià ex his duobus conſtat delictum *revelationis* Confeſſionis: nàm ſi Confeſſarius audivit Cajum in Confeſſione, qui ſe accuſavit de furto, & jàm antè Confeſſionem ſivè poſt, notitiam de eodem furto habuerit, & de eo loquatur cum Seio, dicendo, quòd Caius furatus eſt, quantùmvis Caius probet plenè, quòd Confeſſarius illud de ſe dixerit, non tamen probatum remanet concludenter, Confeſſionem eſſe revelatam; quià Confeſſarius, taliter loquendo, uſus eſt notitiâ, habitâ extrà Confeſſionem. Neceſſarium igitur eſt, quòd probetur, quòd Confeſſarius aliam notitiam habere non potuit, niſi in Confeſſione.

24 Quò ad probationem, quòd Actor confeſſus ſit tale, aut tale crimen, impoſſibilis eſt probatio, cùm Confeſſio fiat ſinè Teſtibus. Sed circà hoc regulanda eſſet res, eo modo, quo proceditur in ſollicitatione in Confeſſione. Et ſicut, ſi Confeſſarius tres fœminas probatæ vitæ ſollicitaſſet, & omnes denunciarent ad Sacrum Tribunal ſollicitationem, ſibi factam, prima eſſet ſicuti denuncians, ac aliæ duæ velut Teſtes ſufficientes ad conſtituendum Confeſſarium in examine rigoroſo; ità ſi tres cordati viri, de quorum integritate non ambigitur, apud Judicem accuſarent Confeſſarium, quòd de ſuis peccatis, in Confeſſione auditis, ille locutus eſſet extrà Confeſſionem, primus eſſet velut denunciator, & alii duo velut Teſtes; non quidèm ſufficienter ad probandum delictum, ſed ad probandam tantummodò hanc circumſtantiam neceſſariam, puta, quòd ipſi in Confeſſione illa peccata revelaverint, de quibus extrà Confeſſionem Confeſſarius eſt locutus. Et hoc fortè voluit

voluit

Digitized by Google

luit dicere *Diana* (50), quandò ait, quòd plures Teſtes, quàmvis non conteſtes, ſufficiant ad probandum hoc delictum.

25 Quòd verò Confeſſarius loquutus ſit de illis peccatis, ſibi confeſſis, debet probari concludenter, & hoc vel per duos conteſtes, vel per quatuor Teſtes ſingulares. Cùm enim hoc ſit delictum iterabile, probari poſſe per Teſtes ſingulares aliàs (51) probavimus; & aliàs talis concludens probatio in hoc caſu difficilis non eſt, eò quià ſolent hujuſmodi homines lubricæ linguæ in converſationibus, ubi multi ſunt Teſtes, quidquid noverint effutire: proindè circà hoc debet eſſe concludens probatio, prùut benè dicit *Sanctorus.* (52)

26 Sed adhùc, his probatis, non tamen probatum remanet concludenter crimen; ſed, ut diximus ſuprà, & ex *Lapo* probat *Diaz* (53), oportet, quòd Actor probet, quòd Confeſſarius notitiam eorum, de quibus locutus eſt, aliundè non habuit, niſi in Confeſſione, ſibi factâ. Hoc verò quomodò probabit? Dico, quòd non tenetur Actor probare hoc, ſed tenetur Confeſſarius probare, quòd de tali facto notitiam habuerit extrà Confeſſionem. Si enim aſſerit Actor, quòd Confeſſarius, notitiam de aliquâ re habuerit tantùm in Confeſſione, & Confeſſarius hoc neget, non creditur Confeſſario, ut probatur argumento cujuſdam Canonis *Concilii Aphricani* (54), in quo habetur, quòd, ſi Epiſcopus aſſerat, aliquem ſibi confeſſum eſſe aliquod crimen, & ille hoc neget, non ſit credendum Epiſcopo: à ſimili igitur infertur, quòd, ſi Actor aſſerat ſe confeſſum crimen Sacerdoti, qui illud revelavit, & Sacerdos hoc neget, & aſſerat ſe revelaſſe id, quod aliundè ſciebat; aut quod ipſe ſcivit quidèm ab Actore, non tamen in Confeſſione; aut quòd, ſi revelavit, hoc fecit de licentiâ ipſius pœnitentis, non credi debet Sacerdoti, ſed pœnitenti, prùut etiam firmat *Abbas* (55), & proindè debet Sacerdos probare, quòd ab aliis, quàm in Confeſſione illud ſciverit.

27 Quamùis autem teneat *Sanctorus* (56), quòd, ſi Sacerdos non poteſt probare, quòd extrà Confeſſionem habuit notitiam de eo, quod revelavit, probetur quidèm delictum *revelationis*, non tamen plenè, ſed præſumptivè tantùm; undè non intret tali caſu pœna ordinaria, ſed arbitraria; contrarium puto dicendum, maximè, quandò alia adſunt adminicula, & Sacerdos neſcit non tantùm probare, à quo audierit, ſed nec aſſignare, ſeù nominare unum, à quo illud ſciverit; ſivè quandò Sacerdos neque ſemiplenè probet notitiam, ab eo habitam extrà Confeſſionem.

28 Ratio eſt, quià in tantùm transfunditur in Sacerdotem onus probandi ſe didiciſſe extrà Confeſſionem id, quod manifeſtavit, in quantùm Actor non poteſt probare contrarium: igitur ſub eâdem obligatione tenetur Sacerdos probare ſcientiam, habitam extrà Confeſſionem, ſub quâ teneretur Actor ad probandam illam, habitam in ſolâ Confeſſione, ſi hoc de ſui naturâ probari poſſet. Sed Actor tenetur ad probandum concludenter delictum, & illius qualitatem, quæ probari per eum poteſt, ergò Sacerdos tenebitur concludenter probare ſcientiam, habitam extrà Confeſſionem, tanquàm id, quod totaliter excludit qualitatem eſſentialem delicti, de quo accuſatur: igitur, ſicut Actore non probante concludenter delictum, Reus abſolvendus eſt, ità non probante concludenter Reo id, quod ad evadendam pœnam probare debet, ipſe erit condemnandus.

29 Et re verâ futilis eſſet diſpoſitio legis pœnalis circà hoc delictum *revelationis*, nec unquàm poſſet dari caſus, quòd pœna ordinaria dari poſſet, ſi, non probante Sacerdote, quòd audierit extrà Confeſſionem id, quod illum revelaſſe probatur ab Actore, delictum remaneret præſumptivè tantùm, & non plenè probatum: ſiquidèm oporteret dicere, quòd, ad probandum concludenter delictum *revelationis*, *Caius* Actor obligatus eſſet ad probandum, quòd Sacerdos dixerit *Titio*, quòd *Caius ſibi ſacramentaliter confeſſus fuerit ſe fornicatum cum Bertâ*, aut alio modo tali, per quem Sacerdos ipſe demonſtret ſe per Confeſſionem didiciſſe, quod alteri revelat. At quis nam Sacerdos ità effrono erit, qui tali modo Confeſſionem revelabit? Nullus certè ità loquetur, nec ſimile unquàm auditum eſt, quàmvis non pauci, ob *revelationem* Confeſſionis, ordinariâ pœnâ puniti ſunt, & hoc non aliter, niſi quià ipſi accuſati, probare non potuerunt, quòd extrà Confeſſionem didicerunt, quod revelarunt.

30 Sequitur ergò, quòd firma debet manere concluſio, quòd, ſi Sacerdos non probat concludenter notitiam, à ſe habitam extrà Confeſſionem, ipſe debet puniri pœnâ ordinariâ.

31 Et nè fortè hoc durum videatur, advertendum; quòd, ut in hoc opuſculo non ſemel dictum eſt, negativa, non coarctata tempore, & loco per rerum naturam, probabilis non eſt; Actor autem accuſans Sacerdotem, quòd iſte revelaverit peccatum, ſibi detectum in Confeſſione, probando, quòd ipſe confeſſus ſit illi peccatum, & probando pariter, quòd ille peccatum revelavit, probat aliquid poſitiuum, quod probabile eſt. Sed quòd notitia de tali peccato non potuerit haberi à Sacerdote, niſi in Confeſſione, eſt negativum purum, vagum, & quod probari non poteſt, ergò tenetur Sacerdos probare poſitivum contrarium (puta, ſcientiam, habitam de facto extrà Confeſſionem), & hoc concludenter, ſicut teneretur oppoſitum concludenter probare Actor, ſi illud eſſet de ſui naturâ probabile.

## Pœnæ.

### *SUMMARIUM.*

32 *Pœna revelantis ſecretum, ab Amico commiſſum.*
33 *Homines Rei de falſo debent puniri.*
34 *Pœna revelantis ſecreta Principis.*
35 *Pœna perſonæ publicæ, revelantis ſecreta tacenda.*
36 *Pœna de jure Canonico contrà revelantes ſecreta.*
37 *Auditores, revelantes ſecreta Rota Romana, ſunt excommunicati.*
38 *Officiales S. Officii eandem Cenſuram incurrunt.*
39 *Cardinales revelantes ſecreta Conſiſtorii, quas pœnas incurrant.*
40 *Pœna Sacerdotis revelantis Sacramentalem Confeſſionem.*
41 *Perpenditur gravitas hujus criminis, & mala, quæ indè ſequuntur.*
42 *Quandò hoc crimen ſpectet ad Inquiſitores, & quandò ad Epiſcopos.*
43 *Statutum primum Ordinis Minorum de Obſervantia.*

44 Sta-

(50) *Diana Par. 5. Tract. 11. Reſol. 52.*
(51) *Par. p. Tit. Probatio num. 3.*
(52) *Sanctor. de Pœn. cap. 23. Q. 2. V. Reſpondeo quartò fol. 310.*
(53) *Lap. apud Diaz Pract. crimin. cap. 112. num. 4.*
(54) *Concil. Aphrican. cap. 99. & 100. relat. in cap. Placuit. 6. q. 2.*
(55) *Abb. in cap. Omnis utriuſque nu. 26. in fin. de Pœnis. & remiſ.*
(56) *Sanctor. de Pœn. loc. citat. ant. fin.*

Digitized by Google

44 *Statutum ſecundum.*
45 *Statutum tertium.*
46 *Statutum quartum.*
47 *Statutum quintum.*
48 *Circà Statutum primum, remiſſivè.*
49 *Dubitatio prima.*
50 *Diſtinctio revelationis ſecretorum Ordinis.*
51 *Pœna Statutaria quandò incurrantur in directâ revelatione ſecretorum Ordinis.*
52 *Ex revelatione criminis privati Religioſi puniri non maculatur Ordo.*
53 *Ex revelatione tranſgreſſionum impunitarum dehoneſtatur Religio.*
54 *Dubitatio ſecunda.*
55 *In Textu non ſunt taxatæ pœnæ prò omnibus delictis.*
56 *Diſquiſitores, revelantes ſuffragia Electorum, quas pœnas incurrant.*
57 *Dubitatio tertia.*
58 *Quomodò regulandum eſt arbitrium Provincialis in caſu revelationis Confeſſionis.*
59 *Arbitrium Provincialis circà carcerem in caſu prædicto eſt reſpectu durationis ipſius.*

32 POena privati alicujus, qui ſecretum amici, ſibi communicatum, revelavit malo dolo ad perniciem amici, juxtà Doctores argumento legis (57) eſt pœna falſi, hujuſmodi enim proditores amicitiæ, falſarii ſunt, & juxtà *Scotum* (58) ſunt infames, & non quidèm ſolà infamiâ juris, quâ percelluntur omnes, qui damnati ſunt de crimine famoſo, ſed ſunt infames infamiâ facti, quià ſunt proditores amicitiæ, & quantùm in ipſis eſt, perdunt ſocietatem humanam, ac vitam civilem; Nàmque natura rationalis docuit homines, ut cecinit *Satyricus*: (59)

*Diſperſos trahere in populum, migrare vetuſto*
*De nemore, & proavis habitatas linquere ſylvas,*
*Aedificare domos, laribus coniungere noſtris*
*Tectum aliud, tutos vicino limine ſomnos.*
*Vt collata daret fiducia.....*

commune enim commodum nanciſci ex vitâ ſociali crediderunt ex eo, quòd, vigente inter eos fidelitate, unus alteri auxiliaretur, iſte viribus, ille conſilio; alius arte; alius ſcientiâ; hic ſtudiis pacis; ille bellicâ fortitudine, &c. Quòd, ſi homo non charitatem, non fidem, non amicitiam, non auxilium ab aliis experitur, ſed odia occulta, perfidiam, ſimulationem, damna in bonis naturæ, ac fortunæ, infeliciſſimam ducet vitam civilem, & ſatiùs ducet vivere in nemoribus cum foris ſolitarius, quàm in Vrbibus, in quibus paſſim inveniuntur hujuſmodi falſi, ac ſimulati amici, ſed veri, ac perfidi proditores.

33 Deberent ſanè Principes, ac Judices, tàm Eccleſiaſtici, quàm laici, ſimiles falſos homines pœnis legum punire de falſo, nempè, ut ordinatur in jure (60), pœnâ deportationis, ac publicatione bonorum percutere, ipſoſque extrà Rempublicam ablegare, nè ipſorum perverſitate contagioſâ cæteri inficerentur, numquàm tamen Vidi aliquem de hoc punitum, quàmvis horum plurimos Viderim, & proprio damno illorum malitiam ſim expertus. Sed pœnas, quas effugiunt ab hominibus in hoc Mundo, ſubibunt ab irâ Omnipotentis in alio; Undè dicebat *D. Bernardus*. (61) *Nemo magis iram Dei meretur, quàm amicum ſimulans inimicus. Non eſt huic pars in oratione, quâ Chriſtus oravit ad Patrem, Pater ignoſce illis, quià neſciunt, quid faciunt.*

34 Privatus autem, revelans ſecreta Principis, ſibi commiſſa, ut eſt ipſius Conſiliarius, pœnas periurii ſubire debet, ut ſcribit *Paris de Puteo* (62), poſt *Gloſſam*. Quòd, ſi illa panderet hoſtibus Principis, de jure Canonico (63) anathema eſſet; & ſi eſſet Clericus, deberet degradari. De jure verò Civili, tanquàm committens crimen læſæ Majeſtatis, debet ultimo ſupplicio affici (64), & ut habet Textus, (65) hujuſmodi Rei *vivi exuruntur, aut furcâ ſuſpenduntur.*

35 Perſonæ publicæ, revelantes, quæ taceri debent, aliis pœnis puniuntur. Nàm Teſtes, propalantes propria teſtimonia in judicio, ſub juramento depoſita, antequàm auctoritate Judicis publicentur, puniendi ſunt pœnâ, Judici arbitrariâ, juxtà damnum, quod ſuâ propalatione cauſaverint parti, vel Fiſco. (66) Notarius, qui ſecreta Judicis partibus, vel ſecreta unius partis, alteri adverſariæ indicat, incurrit pœnam falſi. (67) eandem pœnam incurrit Cauſidicus, qui ſecretum inſtrumentum unius partis, alteri oſtendit, ut ex jure (68) probat *Boſſius*. Senatores verò, & Præſidentes alicui Univerſitati, ſi pandunt, quod prò bono Univerſitatis in *Senatu*, aut *Concilio* tractatum eſt, ac ſecretum tenendum eſt, privari debent Officio. (69)

36 Cohærenter ad recitatam diſpoſitionem juris Civilis, procedunt etiam ſanctiones Canonicæ per proprias pœnas; nàm in *Bullâ Cœnæ* (70) fertur Excommunicatio, *Summo Pontifici* reſervata, contrà eos, qui per ſe, vel per alios, de rebus Chriſtianæ Reipublicæ Turcas, ac Hæreticos certiores faciunt, ac ſecreta revelant; & hoc jure meritò, nàm tales revelantes ſunt veri proditores, ac criminis læſæ Majeſtatis Rei, dùm hoſtibus fidei, (quæ debet præ Patriâ diligi) in damnum illius *ſecreta* manifeſtant.

37 Pœnam periurii, ac excommunicationem, *Summo Pontifici* reſervatam, juxtà Bullam *Vrbani Octavi*, (71) incurrunt *Auditores Rotæ*, ac ſtudii eorundem *Coadiutores*, ſi revelant vota, ſeù ſuffragia in Cauſis, quæ in eorum Auditorio diſcutiuntur; aut Suffragantium, aut non Suffragantium nomina.

38 Eandem pœnam periurii, ac Excommunicationis

(57) *arg. l. p. §. Is qui aperuerit. & §. Is qui depoſita. ff. Ad leg. Corn. de Falſ. Hippol. Conſ. 1. n. 8. Iſernia in cap. 1. n. 4. Qui. ma. feud. am Cæpol. Conſ. 39. n. 16. apud Decian. lib. 7. cap. 17. n. 8.*
(58) *Sect. in 4. Diſt. 21. Quæſt. 2. Art. 1.*
(59) *Juvenal. Satyr. 15. V. 151. & ſeqq.*
(60) *trat. in l. 1. §. final. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ. & in l. final. ff. eo. tit.*
(61) *D. Bernard. Serm. de Converſ. ad Cler. cap. 27.*
(62) *Pari. de Pute. Tract. de Syndic. Tit. de Exceſ. Conſiliar. Gloſ. in cap. Ego N. in V. Nulli pandam. de Iurein.*
(63) *text. in cap. Si quis laicus. 22. quæſt. 5.*
(64) *text. in l. Omne delictum §. Exploratores. ff. de Re militar.*
(65) *text. in l. Si aliquid. la 2. §. 1. ff. de Bon. damna.*
[66] *l. Qui falſo. ff. de Teſt.*
(67) *l. 1. §. Is qui depoſita. ff. Ad leg. Corn. de Falſ. Bart. in l. 1. ff. de Prævaric. Decian. lib. 7. cap. 17. n. 40.*
(68) *d. l. 1. §. Is qui depoſita. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ. Aegid. Boſſ. Tit. de Carcer. fideius. com.*
(69) *Bald. in Tit. de Pace Conſtan. in V. Credentia. Gondiſ. Tract. de lega. Par. 3. quæſt. 1. num. 36. apud Decian. l. cit num. 6.*
(70) *Bull. Cœn. Excom. 7.*
(71) *Vrban. V. Conſtit. Ann. 1643. Novemb. 19.*

Digitized by Google

nis ſubeunt *Officiales S. Officii*, (72) ſi ullo modo revelant nomina Accuſatoris, Teſtium, Rei, ſive quodvis aliud, ſpectans ad Cauſas fidei. Et ſi revelet aliquod, ut præfertur, & ex eo ſequatur Accuſatori, Teſti &c. aliquid damni, tenetur revelans reſtituere, quanti illius intereſt; etiamſi præter ipſius revelantis intentionem, damnum ſequatur: quià dedit operam rei illicitæ, & ratione talis periculi, prohibitæ, ut cum multis (73) docet *Theſaurus*.

39 Ex *Concilii Lateranenſis* (74) ſub *Leone Decimo* ſanctione (74) cavetur, nè quis *Cardinalium* vota, in *Conſiſtorio* data, & quæcunque ibi geſta, aùt dicta, quæ in odium, aut præjudicium, aut ſcandalum alicujus redundare poſſint, ſcripto, aut verbo, aut quovis alio modo revelet, ſub pœnâ periurii, & inobedientiæ. Et quotieſcunque à *Papâ* ſpecialiter, & expreſsè ultrà præmiſſa, indictum fuerit ſuper aliquâ re ſilentium; ſi quis contrà fecerit, ultrà pœnas prædictas, excommunicationem latæ ſententiæ incurrat, à quâ non poſſit abſolui, niſi à Romano Pontifice, & cum expreſſione cauſæ, præterquàm in mortis articulo. De quâ Excommunicatione *Doctores* (75) paſsim.

40 Porrò pœna Sacerdotis, revelantis Confeſſionem, juxtà diſpoſitionem *Concilii Lateranenſis ſub Innocentio Tertio*, (76) eſt depoſitio ab Ordine Sacerdotali, & detruſio in Monaſterium ad faciendam pœnitentiam; & per hanc ſanctionem, ut notat *Gloſſa*, (77), corrigitur diſpoſitio antiqui Canonis (78), juxtà quem Reus huius delicti debebat deponi, & omnibus diebus vitæ ſuæ, ignominioſus peregrinari. Et advertendum, quòd citatum Concilium habet, quòd debet cavere Sacerdos *omninò, nè verbo, aut ſigno, aut alio quovis modo aliquatenùs prodat peccatorem*, per quæ verba comprehenduntur omnes modi, quibus Sacerdos, ſeù datâ operâ, ſeù ex negligentiâ, imprudentiâ, aut aliter facit aliquem devenire in cognitionem peccati, in Confeſſione excepti, de quibus modis multiplicibus videndi ſunt Doctores, qui ex profeſsò loquuntur de ſigillo Confeſſionis, & præcipuè *Diana*, de quo dixi ſuprà *num.* 22.

41 Advertit autem cum *Abbate*, *Claro*, & *Diaz Theſaurus* (79), quòd pœna detruſionis in Monaſterium jàm obſolevit, & commutata eſt in pœnam recluſionis in Ergaſtulo, ſeù Carcere, vel damnationis ad Triremes ad tempus limitatum, vel in perpetuum, juxtà delicti gravitatem, levis quidèm hæc pœna eſt, ſi ſpectetur hujus flagitii gravitas, & multarum animarum perditio, quæ ex ipſo oritur, non quidèm inter Laicos, qui libertatem habent confitendi ſua peccata cujuis Confeſſario, de cuius fidelitate in tacendo non ambigunt, ſed inter Religioſas perſonas, & maximè fœminas, adſtrictas uni Confeſſario. Ex hoc enim, quòd ſecuras ſe non exiſtimant de ſecreto Confeſſarii, quià experientialiter noverunt non ſemel, quòd ipſe ſcientiâ, habitâ in Confeſſione, ututur ad informandos Superiores circà regimen exterius Monaſterii, Dæmone ſuſpicionem augente, inducuntur ad committenda multa ſacrilegia in Confeſſionibus, non integris, ac Communionibus in peccato; & Superiores ipſi, qui à talibus informantur, & norunt talium Confeſſariorum conſilia non poſſe provenire niſi à ſcientiâ, habitâ per Confeſſionem, eos non puniunt de tanto ſcelere, imò fovent, & tanquàm zelantes viros, & ſibi neceſſarios ad gubernationem animarum, in tali munere perpetuant cum perditione animarum ſubditarum, propriâ, ac Confeſſarii, quem impunitum, ac incorrectum in tanto ſcelere relinquunt.

42 Punitio hujus Criminis non ſpectat ad Inquiſitores fidei, niſi quandò revelatio eſt coniuncta cum ſuſpicione hæreſis, ut dicunt *Doctores* (80), communiter autem opinatur hunc eſſe caſum *S. Officii*, qui re verâ ſpectat ad Ordinarios. Sed profectò ipſius cognitio extendenda eſſet ab Epiſcopis ad Inquiſitores, qui accuratiores ſunt ad indagandos Reos. Si enim ſuſpectus de fide habetur Confeſſarius, qui ſollicitando ad turpia pœnitentem, tali impio facto reddit Confeſſionem odioſam; iniuriam facit Sacramento; & ipſo utitur ad animarum perniciem; non minùs ſuſpectus pariter de eâdem fide debet eſſe ille, qui omnia prædicta mala, & majora in animarum ruinam committit, frangendo ſigillum Sacramentale.

43 Quò ad pœnas Regularium de revelatione ſecretorum, ſpectandæ ſunt ſingulorum Ordinum Conſtitutiones. Prò nobis *Minoribus de Obſervantiâ*, ſequentia habemus Statuta. Primum. *Qui Fratris crimen, quod legitimé probare non poteſt, alteri, quàm Prælato revelaverit, pœnâ talionis mulctetur.* (81)

44 2. *Revelans extrà Ordinem Religionis ſecreta, quibus fama, & candor ipſius Ordinis maculatur, incidit in excommunicationem maiorem, Generali, vel Provinciali reſervatam, & perpetuò eſt privatus actibus legitimis.* (82)

45 3. *Diſquiſitores coràm Præſide, ac Capitulo genuflexos, ad ſervandum ſecretum electionis Præſes adſtringat, ſub excommunicationis pœnâ, ipſo facto, incurrendâ: ità ut nec verbo, nec ſcripto, nec nutu, nec quolibet alio modo, eligentium nomina ullo quovis tempore, publicentur, aut publicari poſſint.* (83)

46 4. *Qui extrà Diffinitorium manifeſtaverit, quæ in eo tractantur, undè diſſenſiones, & odia in Diffinitorium, vel Diffinitorum quempiam oriantur, aut oriri poſſit; ſi eâ de re legitimè conſtiterit, biennio in Diffinitorium ipſum admitti non poſſit.* (84)

47 5. *Confeſſionis Sacramentalis revelatio puniri debet privatione perpetuâ actuum legitimorum, & facultatis audiendi Confeſſiones, ac Carceratione, vel arctatione, Provincialis arbitrio.* (85)

48 Circà primum ex ſupradictis Statutis, nihil dicendum ſupereſt, cùm illud expoſuerimus §. *Infamàtio*. Videatur ibi.

49 Prima

(72) *cap. Statuta §. Et ut eorundem. ubi Geminian. num. 4. de Hæret. lib. 6.*
(73) *Anchar. in d. cap. Statuta. §. Et ut num. 2. de Hæret. in 6. arg. cap. Sicut nobis. de Teſt. Sylu. V. Secretum num. 1. Petr. Navar. Molina. Azor. cum qui. Theſaur. V. Inquiſitio. cap. 6. in fin. de Pæn.*
(74) *Concil. Lateran. V. ſeſſ. 9. Tit. de Cardinal. in fin.*
(75) *Navar. Manual. cap. 27. nu. 110. Bonaci. de Cenſur. in partic. diſp. 2. Quæſt. 7. punct. 2. nu. 3. Filliuc. Tr. 15. n. 200. Barboſ. de Offic. & pot. Epi. Alleg. 50. n. 128.*
(76) *Concil. Lateran. IV. relat. in cap. Omnis utriuſq. de Pænit. & remiſ*
(77) *Gloſſ. final. in V. Deponendum. ad d. cap. Omnis. de Pænit.*
(78) *cap. Sacerdos de Pænit. Diſt. 6.*
(79) *Theſaur. de Pæn. V. Confeſſio. cap. 4. V. Dicitur & ibi Clar. Quæſt. 70. V. ſunt etiam Abb. in cap. Tuæ de Pænit. Diaz Prax. cap. 139*

(80] *Sanctor. de Pæn. cap. 23. q. 1. V. Reſpondeo niſi fol. 307. & ibi Molfeſ. Lugo Theſaur. Alphonſ de Leo & Diana Par. 4. Tra. 8. Reſol. 95.*
(81] *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 46.*
(82) *Text. Tit. Applicatio §. 14.*
(83) *Stat. Gen. Ord. cap. 8 §. 3. nu. 4.*
(84) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 48.*
(85] *Tex. Tit. Applicatio. §. 50.*

Digitized by Google

49 Prima dubitatio circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *num.*44. eſt, àn incurrantur pœnæ, latæ in hoc Statuto, quandò extrà Religionem manifeſtantur tranſgreſſiones, aut vitia, quæ ſunt in Religione, tacito nomine Religioſorum delinquentium?

50 Reſpondeo, quòd *manifeſtatio ſecretorum*, per quæ Religio maculari poteſt, & quæ optimè à *Sanctoro* (86). recenſentur, poteſt tendere ad maculandam Religionem primariò, & directè; vel ſecundariò, & indirectè. Primo modo, quandò manifeſtantur, aut generaliter, aut indefinitè delicta, quæ tangunt totum corpus Religionis; ut ſi diceretur, *Regulam in eâ non ſervari; peccantibus nullas pœnas adhiberi; ſolam ambitionem; avaritiam; libidinem; odia, extinctâ charitate, in eâ vigere &c.* Secundo modo, quandò manifeſtantur delicta particularium Religioſorum. Sicut enim per virtutes, ac ſanctitatem Fratrum particularium Religiò decoratur, ſic per vitia eorundem dehoneſtatur.

51 Prædictam diſtinctionem applicando, Dico, quòd, ſi manifeſtatio, primo modo fiat, quantùmvis nullius, aut nullorum delicta nominatim pandantur, pœnæ Statutariæ incurruntur; tùm quià, ut optimè dicit *Sanctorus* (87), bonum eò eſt divinius, quò univerſalius; ergò à contrario, malum, quò eſt univerſalius, eò erit pernicioſius; undè ſequitur, quòd graviùs delinquitur, dehoneſtando univerſalem Religionem, quàm particulares Religioſos. Tùm quià ſic manifeſtando defectus, modo univerſali, ſivè indefinito, qui æquivalet univerſali, (88) comprehenditur univerſa Religio, & maculantur innocentes cum noxiis, ac innuitur, nihil in Religione eſſe, quod corruptum non ſit.

52 Quòd, ſi manifeſtetur delictum alicuius, qui per ſententiam damnatus ſit in Religione, & eò fortiùs, ſi delicti extrà Clauſtra notitia pervenit; nulla macula infertur Religioni; ratio eſt, quià jàm delictum notum erat, & manifeſtatur ſola punitio, per quam magìs honoratur, quàm dehoneſtetur Religio, cùm per hoc ſciatur, eam benè per Superiores gubernari, dùm delinquentibus pœnæ adhibentur; & hoc etiam eſt, ſi manifeſtetur delictum, ac ejus punitio, dùm delinquens minimè nominatur; apparet enim in Religione bonum juſtitiæ vindicativæ vigere; nec ex unius, aut alterius delicto deturpatur, dummodò delinquentes puniantur.

53 Si verò delictum ſolum ſinè punitione vulgatur, & maximè, ſi eſt delictum, quod multos tangat, ut factiones, ſimultates, perſecutiones, illegitimæ electiones, & cætera hujuſmodi, quantùmvis nullus in particulari nominetur; non deſinunt tamen Religionem deturpare, & maximè, ſi illa, quæ vulgantur, tangant Superiores; manifeſtatur enim ſolùm id, quod infamat, & non quod medetur infamiæ, puta, ſontium punitio. Graviſſimum quidèm, & pernicioſiſimum Religioni hoc crimen eſt, nunquàm tamen hoc vidi punitum, & fortè hoc eſt à difficultate legitimæ probationis, ad quam concludendam, eſſent de neceſſitate examinandi ſæculares, & maximè viri nobiles, quibus frequentiùs tales revelationes fiunt; & tali caſu plùs noceret medicina, quàm morbus; ſuccenſerent enim iſti Religioni; probro ſibi ducerent, quòd aliquis gratiâ ſui puniretur; agerent cum Superioribus Generalibus, ut proceſſus ſileret, & facilè obtinerent; & Provincialis zelator, nullo remedio efficaciter adhibito, & ſolâ malevolentiâ, ſibi comparatâ à Reo irrideretur. Sed non irridebitur Deus, qui pœnas, quas ab hominibus effugiunt, dare non in tempore, ſed in æternitate ſciet huic viperarum genimini, quod matris ſuæ Religionis viſcera corrodit.

54 Secunda dubitatio eſt, àn *Diſquiſitores*, revelantes aliquo modo nomen alicujus ex eligentibus Capitularibus, aliam pœnam debeant incurrere, præter excommunicationem?

55 Reſpondeo, quòd nec in omnibus Statutis, nec in *Textu* reperiuntur pœnæ omnibus delictis, ſingillatìm taxatæ, ſed, ut habet *Textus*, (89) quandò nec in eo, nec in Statutis Ordinis ſancitæ reperiuntur, recurrendum eſt ad Sacros Canones; aut probatas leges Civiles, aut ad conſuetudinem; *prout ratio ſuaſerit*. Adverto autem, quòd ſuadet ratio, quòd, ſi delictum habeat qualitatem ad nexam, quæ in eodem actu multiplicat reatus, adhibenda ſit non ſimplex pena legis, quæ fertur ratione unius reatus, ſed alia pœna adiungenda eſt, quæ alteri reatui convenit, dummodò pœnæ ipſæ ſint compatibiles, vel, ſi non ſe compatiuntur, augetur pœna, taxata intenſivè, aut extenſivè, ut non ſemel in hoc Opuſculo dictum fuit.

56 Adverto inſuper, quòd in citato Statuto ſancitur, quòd Præſes adſtringat *Diſquiſitores*, ad ſervandum ſecretum ſub pœnâ excommunicationis; hoc autem poteſt fieri, vel per formale præceptum obedientiæ *Diſquiſitoribus* factum; vel per juramentum, à Præſide exactum ab eiſdem *Diſquiſitoribus*; & hoc eſt, quod magìs practicatur à zelantibus Præſidibus. Reſpondeo igitur ad dubitationem, diſtinguendo. Si nempè Præſes adſtrinxit *Diſquiſitores*, ſolo præcepto obedientiæ, revelans non debet puniri aliâ pœnâ, quàm excommunicationis; ſi autem intervenit juramentum, ultrà excommunicationem debet revelans ſubire pœnam periurii. Ratio eſt, quià juramentum præſtitum, novum reatum addit, ultrà inobedientiam in revelando; excommunicatio autem eſt pœna ſolius inobedientiæ; debetur igitur etiam pœna periurii, quæ nullo modo evadi debet; attentâ maximè gravitate hujus criminis, per quod cum gravi Religionis damno, & propriæ conſcientiæ læſione coguntur Electores dare vota indignis, qui proponuntur à Capite factionis, aliter de ipſorum religioſis fortunis actum eſt; & quibus ſuffragia non darent, ſi *Diſquiſitores* juratum ſilentium tenerent. Et tamen, (ò bone Deus) licèt talis revelatio paſsìm fiat, & ſciatur, quis in Capitulis votum favorabile dederit, & quis non, punitos nunquàm tamen vidi, aut audivi *Diſquiſitores*, qui nomina eligentium ſolent amicis ſuis revelare.

57 Tertia dubitatio eſt circà quintum Statutum (nàm ſuper quarto, dato ſuprà *num.* 46. dubitationes proponere ſuperfluum eſt, tùm quià Statutum de ſe clarum eſt, tùm quià communiter hoc minimè ſervatur cum graviſsimo Religionis damno,) & eſt circà quod, & quomodò Provincialis regulare debeat ſuum arbitrium in ordine ad carcerationem in caſu revelationis Confeſsionis Sacramentalis.

58 Reſpon-

[86) *Sanctor. Commentar. cap. 7. Stat. 5. Caſ. 3. & 4. fol. m. 397. V. Not. 3.*

(87) *Sanctor. de Pœn. cap. 24. Quæſt. 1. fol. 317. V. Reſpondeo de hac.*

(88) *arg. l. Si ſervitus. 24. ff. de Serv. urb. præd. l. ſi ità l. Pluribus. ff. de leg. 2.*

(89] *Text. Tit. Applicatio. §. 60.*

58 Reſpondeo, quòd tùm in *Textu*, tùm in Statutis paſſim committuntur pœnæ arbitrio Superioris, non tamen ſemper ſub eâdem clauſulâ; ſed aliquandò ſub dictione *vel*, quæ eſt dictio, regulariter loquendo, alternativa (90), aliquandò autem abſolutè, aut cum particulâ *&*, ſivè *ac*, quæ ſunt dictiones copulativæ (91), & promiſcuè una prò aliâ uſurpatur. Ut videre eſt in Textu *Tit. Applicatio*. *§§. 6. 34. 35. 36.* & alibi: in Statutis verò Generalibus Ordinis *cap. 7. §. 6. n. 21. 22.* & alibi, quibus in locis ponitur particula alternativa *vel*, ut dicendo Reus illam, *vel* illam pœnam, *arbitrio Superioris*, ſubeat. In aliis autem locis Statuta aut loquuntur abſolutè, dicendo *privetur Reus voce activâ, & paſſivâ, arbitrio Superioris*: aut utuntur particulâ *&*, ut dicendo, privetur Reus actibus legitimis, *&* carceretur, arbitrio Superioris. Aliud verò, atque aliud importat in his caſibus *arbitrium Superioris*; nàm, quandò in Statuto duæ aſſignantur penæ, importatæ per alternativam particulam *vel*, additâ Clauſulâ *arbitrio Superioris* (ut in Textu *Tit. Applicatio* §. 15. ubi dicitur, *Subditus actibus legitimis trienniò careat, vel gravioribus pœnis mulctetur, arbitrio Superioris*) hic eſt ſenſus, ut in *arbitrio Superioris* ſit electio unius, aut alterius pęnę; ac etiam duratio, ſivè intenſio ejuſdem pœnę. Sed, quandò duę aſſignantur pęnę prò eodem delicto, importatæ per copulam *&*: ſivè quandò aſſignatur una pœna præciſè, additâ tamen utrobiquè clauſulâ *arbitrio Superioris*, ſenſus eſt, quòd pœnæ illæ abſolutè ambæ adhibeantur, intenſio autem, ſivè extenſio illarum *arbitrio Superioris* ſit commiſſa; ità ut in primo caſu Superioris arbitrium cadat ſuper quidditate, ac duratione pœnæ, in ſecundo autem cadat præciſè ſuper intenſione, aut duratione ſolâ pœnæ ejuſdem, quam infligere, vel non, minimè dependet ab *arbitrio Superioris*.

59 Ad propoſitum igitur iſta applicando, dico, quòd arbitrium Superioris circà carcerationem, in caſu *revelatę Confeſſionis*, cadit præciſè ſuper duratione, non autem ſuper quidditate ipſius: ità ut liberum quidèm ſit Superiori, prò tempore ſibi beneviſo, carceratum Reum detinere, non verò liberum eidem ſit carcerare illum, aut non. Ratio eſt, quià *Textus*, compulſatus à Statutis Valliſoletanis, quæ citat in margine, confusè, ac decurtatè ipſorum diſpoſitionem recitat; neceſsè proindè eſt, Statutum ipſum *Valliſoletanum* audire (92), quòd ſic habet. *Qui legitimè convictus fuerit Sacramentalis Confeſſionis ſecretum revelaſſe, ſit ipſo facto actibus legitimis perpetuò privatus, & ab audiendis Confeſſionibus ſuſpenſus; ac præterea Carceri etiam mancipetur, Provincialis arbitratu. Si verò non fuerit legitimè convictus, ſed tamen adverſus eum habeantur indicia ſufficientia, graviter arctetur*. Ex quo Statuto liquidò apparet, quòd ultrà privationem Confeſſionis, & actuum legitimorum, Reo legitimè convicto dandus eſt etiam Carcer; ſed ipſius duratio arbitrio Provincialis commiſſa eſt. Sed Reo, ſufficienter indiciato *gravis arctatio*, nempè ad torturam, adhibenda eſt.

## §. VII.

## Periurium.

### *SUMMARIUM.*

1 *Periurium, quid ſit.*
*Alia diffinitio periurij.*
2 *Data diffinitio improbatur.*
*Tranſgredi legem, aut iuramentum quid importet.*
*Alia diffinitio periurij.*
3 *Hac pariter refellitur.*
*Diffinitio omnis pericuIoſa eſt in iure.*
*Vera diffinitio periurij.*
4 *Iniuria dicitur omne, quod iure non fit.*
*In periurio quomodò iniurietur Deus.*
5 *Periurium dicitur perfecta iniuria.*
6 *Ut periurium puniatur in foro fori, quid requiratur.*
*Iuramentum, ut ſit ſolemne, quomodò dandum.*
*Contrà bonos mores non eſt obligatorium.*
*Pariter, ſi ſit contrà leges, non obligat.*
*Contraria legi, aut bonis moribus habetur prò impoſſibilibus.*
*Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
7 *Periurium ſinè dolo nunquàm punitur pœnâ ordinariâ.*
8 *Periurij triplex acceptio.*
*Omnis mala iuratio eſt periurium.*
*Iuratio mala eſt, quæ fit cum negligentiâ.*
*Et quæ fit præcipitanter, aut ex malâ conſuetudine, aut erroneè, vel doloſè.*
9 *Periurium largè ſumptum quandò ſit.*
*Obligatio nulla inducitur, niſi per conſenſum voluntatis.*
*Iuramentum quandò peccet in ſubſtantiâ, aut materiâ, aut formâ.*
10 *Periurium propriè ſumptum dividitur dupliciter.*
11 *Periurij gravitas undè deducatur.*
*Iuramentum vocatur* Religio; *&* Timor.
*Opinio Deciani, quòd periurium promiſſorium ſit gravius aſſertorio.*
12 *Refellitur talis opinio.*
*Periurium promiſſorium, ac aſſertorium æqualia ſunt in gravitate.*

1 QUià iuramentum, quod eſt fundamentum criminis *periurij*, verbis datur, aut ſignis, præmiſſis tamen verbis, iure meritò de *periurio* tractamus in claſſe delictorum verbalium. Diffinitur ergò comuniter cum *D. Thomâ* (1) periurium, quòd ſit *mendacium, juramento firmatum*. Sed talem diffinitionem non approbat *Decianus* (2), quem ſequuntur

Tt *Azeve-*

(90) *arg. cap. Inter cęteras. de Reſcr. l. Hæc verba. ff. Ille, aut ille ff. de Verb. ſign. Barboſ. Dict. 415. n. 2.*
(19) *arg. l. Si quis ita ſtipulatus ff. de Verb. obl. l. Si hæredi plur. ff. de Cond. inſtit. Barb. Dict. 110. n. 3. & Dict. 3. nn. 1.*
(92) *Stat. Valliſolet. 1593. cap. 7. Tit. de Revel. ſecret.*
(1) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 18.*
(2) *Decian. Tract. crim. lib. 6. cap. 7. num. 1.*

Digitized by Google

*Azevedo*, & *Raynaldus*, (3) & ratio eſt, quià convenit tantùm *periurio*, per quod violatur iuramentum *aſſertorium*, non competit autem in violatione iuramenti *promiſſorij*. Proindè aliam aſſignat, dicendo; quòd *periurium eſt trangreſſio juſti iuramenti*.

2 Sed nequè iſta ſatisfacit, nàm hæc convenit tantùm in caſu juramenti promiſſorii, *tranſgreſſio* enim conſiſtit in facto, contrario ei, quod faciendum eſt, *tranſgredi* enim legem, ut argumento juris (4) docet *Albericus*, eſt facere contrà legem; & *tranſgreſſio iuramenti* eſt factum, contrarium iuramento, quod non poteſt contingere niſi in iuramento *promiſſorio*, in quo iuratur aliquid faciendum de futuro; non autem in *aſſertorio*, in quo nullum factum de futuro, ſed purum dictum de præſenti, aut præteritâ re intervenit. Undè videntes huius rationis difficultatem prædicti *Azeveda*, ac *Raynaldus*, loco citato, ambas datas diffinitiones, ſub diſiunctione amplexati ſunt, dicendo, *periurium eſſe mendacium, iuramento firmatum, vel eſſe tranſgreſſionem iuramenti*.

3 At nec hoc rectè dici convincitur, ex eo, quòd per tales diffinitiones explicatur tantùm una, vel altera ſpecies *periurij*, non datur autem diffinitio *periurij* univerſaliter, & in genere, cuivis ſpeciei *periurij* conveniens. Licèt porrò omnis diffinitio in iure periculoſa ſit, ut ait *Ulpianus* (5), audebimus tamen magìs propriam diffinitionem aſſignare, dicendo, quod *periurium eſt iniuria facta Deo, per iuſtum iuramentum invocato*. Rectam verò eſse hanc diffinitionem, probatur ex hoc, quòd convenit omni, ac ſoli *periurio*; nec communis eſt alteri delicto; & converſim prædicatur de eo, & indicat *eſſe* illius; quæ ſunt à Philoſopho requiſita circà bonam diffinitionem.

4 Dico autem *iniuria facta Deo*; & hoc habet rationem generis, nàm quodvis delictum rectè dicitur *iniuria*, nàm, prout habet Textus (6), *omne quod non iure fit, iniuriâ fieri dicitur*, & eſt *iniuria Deo facta*, dùm eius præcepta non ſervantur; & hoc eſt omni crimini commune *per iuſtum iuramentum invocato*; ſe habet prò differentiâ, diſtinguente *periurium* à quovis alio delicto, nàm in nullo alio delicto, *invocatur* Deus *per iuramentum*, aut in Teſtem veritatis, aut in fideiuſsorem promiſſionis, ſicut in *periurio*. Additur autem dictio *iuſtum*, nàm ut infrà dicemus, ſi iuramentum non eſt iuſtum, non ſervans illud non redditur *periurus*.

5 Quàmvis verò in *periurio* interveniat etiam iniuria in proximum, cui peierans mentitur, aut promiſſum non ſervat, principalior tamen eſt *iniuria*, quæ Deo fit; undè in diffinitione ponitur id, quod principalius eſt ſub intellecto minùs principali, quòd, ſi quis velit aliquid exprimere, datæ diffinitioni poſset addere, *& homini*, dicendo, *periurium eſt iniuria facta Deo (& homini), per iuſtum iuramentum invocato*. Et talis diffinitio optimè congrueret cum doctrinâ traditâ per *Ariſtotelem ad Theodectem*, (7) dùm ait, quòd *periurium* dicitur quaſi *perfecta iniuria*, quòd ſcilicet facta Deo ſit, & homini *iniuria*, nàm duo maximi ſunt termini rerum omnium: Deus ſcilicet ſuperiorum, & homo inferiorum.

6 Ad *periurii* eſſentiam, ità ut hoc delictum in foro fori punibile ſit, duo requiruntur, nempè, quòd *iuramentum* ſit *iuſtum* tùm ex parte formæ, tùm ex parte materiæ, ſivè obiecti. Ex parte formæ, quòd ſit ſolemniter datum à Judice per tactum Evangeliorum, Scripturarum, aut alio modo, iuxtà conſuetudinem locorum, ut tradunt *Afflictus*, & *Muta* (8), aliter non ſervans promiſſa, minimè puniri poteſt ut periurus, quàmvis in foro animæ talis ſit. Ex parte verò materiæ, quòd nempè ſit de re, aut facto licito, honeſto, iuxtà leges, ac bonos mores ac, poſſibili ipſo juranti. Nàm juramentum contrà bonos mores præſtitum, non eſt obligatorium (9) pariter, ſi ſit contrà leges, (10) nàm quæ contra legem, aut bonos mores ſunt, habentur prò impoſſibilibus (11); impoſſibilium autem nulla eſt obligatio. (12)

7 Aliud eſt, quòd dolo malo falſum iuret, aut iuratam promiſſionem non adimpleat; nàm regula generalis eſt, quòd *periurium* ſine dolo, nunquàm punitur pœnâ ordinariâ, (13) Undè, ſi in iuramento *aſſertorio* interveniat error ex credulitate; & ſi in *promiſſorio* adveniat impotentia adimplendi, *periurium* punibile non eſt, quià in utroque caſu abeſt dolus.

8 Accipitur autem *periurium* tripliciter, nempè largiſſimè, largè, & propriè. Largiſſimè vocatur *periurium* omnis mala iuratio, ut docet *Archidiaconus*. (41) Mala autem iuratio eſt, quæ fit negligenter, ut fecit *Ioſue*, (15) qui iuravit non occidere *Gabaonitas*, quos tamen, juxtà mandatum Dei, perdere debebat; & hoc fuit ex negligentiâ, quià, ut dicit Scriptura (16). *Os Domini non interrogaverunt*. Itèm juratio, quæ fit indiſcretè, & præcipitanter, ut *David*, (17) qui ex impetu iracundiæ juravit delere Domum *Nabal*, quod tamen non fecit. Pariter ea, quæ fit ex malâ conſuetudine, ut dicitur in *Eccleſiaſtico* (18). *Jurationi non aſſueſcat os tuum*. Itidèm illa, quæ fit vanè, ac otioſè, juxtà illud *Exodi* (19). *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*. Inſuper ea, quæ fit erroneè, iuxtà illud Evangelii. (20) *Quicumque iuraverit per templum, nihil eſt*. Ampliùs illa, quæ doloſè fit, iuxtà quod habet *Pſalmus*. (21) *Qui iurat proximo ſuo, & non decipit*. Omnes ergò recitatæ iurationes malæ vocantur periuria ab *Archidiacono*; faciunt tamen talia crimina ad forum animæ, non verò ad forum exterius.

9 Largè accipitur *periurium*, quandò juramento peccat,

(3) *Azeved. Recopil. lib.8. Tit.17. in Rubr. nu.10. Raynal. Obſerv. crim. Tom.2. cap.20. num. 3. & 4.*

(4) *arg. l. final. §. Divi. ff. de Public. Alberic. Dictionar. V. Transgrediens.*

(5) *text. in l. Omnis diffinitio. ff. de Reg. jur.*

(5) *text. in l. prima, init. ff. de Iniur. & famo. lib.*

(7) *Ariſt. lib.1. in fin. Rhetoric. ad Theodect. apud Decian. loc. cit. n.2.*

(8) *Afflict. Conſtit. Regn. Rubr. 50. n.4. Muta. ad Conſuetud. Panorm. poſt cap.29. in nova declarat. fol. m.273.*

(9) *cap. Non eſt. de Reg. jur. in 6.*

(10) *cap. Sæpe contingit. cap. Non alii de Re Eccle. non alie.*

(11) *l. Filius. l. Quidam. ff. de Condit. inſtitut.*

(12) *l. Impoſſibilium. ff. de Reg. jur.*

(13) *text. in l. Qui juraſſe. ff. de Jurejur. Jaſon. Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Afflict. Gramat. apud Decian. lib.6. cap.11. nu.14.*

(14) *Archidiac. in cap. Animadvertendum. 22. q.2.*

(15) *Joſue cap.9. ℣.13.*

(16) *Joſue. cap.9. ℣.54.*

(17) *P. Reg. cap.25. ℣.22.*

(18) *Eccliſ. cap.23. ℣.9.*

(19) *Exod. cap.20. ℣.7.*

(20) *Matt. cap.23. ℣.16.*

(21) *Pſal. 14. ℣.4.*

Digitized by Google

peccat ; vel in ſubſtantiâ , vel in materiâ , vel in formâ . In ſubſtantiâ quidèm , quandò voluntas jurantis diſcordat à verbis juramenti ; nàm voluntas eſt ſubſtantia juramenti , quià juramentum obligat ; nulla autem obligatio inducitur , niſi per conſenſum voluntatis , ut de contractibus dicitur in jure (22) , ſi ergò quis jurat , dare alteri centum , eâ tamen mente, ut non obſervet ; ex quo defficit ſubſtantia juramenti , hoc eſt mens conſona verbis , eò ipſo *periurium* eſt. Peccat verò juramentum in formâ , quandò juratur per Deos alienos , aut per capillos , aut membra Chriſti , aut creaturas , quæ juramenta ſunt à jure (23) improbata. Peccat tandèm in materiâ , cùm iuratur aliquid , quod illicitum eſt adimplere.

10 Propriè autem accipitur *periurium* , ut ſuprà diffinitum eſt ; & ſicut juramentum dividitur in duas ſpecies , puta , in *aſſertorium* , ac *promiſſorium* , ità pariter *periurium*.

11 Gravitas hujus criminis patet ex eo, quòd per hoc violatur juramentum , quod eſt res ſacra , & in iure (24) vocatur *Religio* ; & ideò ab Imperatore dicitur *timor* (25) , *quo contentioſa litigantium compeſcitur audacia* , debent ſiquidèm homines maximo timore affici, dùm iuramento Deum advocant in Teſtem , & terribiliſſimum iudicare crimen eſſe *periurium*, per quod res ità ſacra violatur. Gravius porrò eſſe *periurium promiſſorium* , quàm *aſſertorium* , opinatur *Decianus* (26), ex eo , quòd præterita , & præſentia , de quibus eſt iuramentum aſſertorium , non ſunt in poteſtate noſtrâ ; futura verò , circà quæ eſt *promiſſorium* , ſunt in poteſtate noſtrâ , & illa præſtare poſſumus , ſi volumus; undè , ſi non præſtamus , graviùs pejeremus.

12 Sed profectò hæc ratio parùm ſtringit , nàm ità in poteſtate noſtrâ eſt verum dicere de præteritis , & præſentibus , ſicut promiſſum ſervare circà futurum ; undè ſequitur , quòd ratione hujus conſiderationis, æquale *promiſſorio* eſt *periurium aſſertorium* , æqualis etiam utrobique fit iniuria Deo, invocato in Teſtem, ac in fideiuſſorem ; ac æquale damnum poteſt proximo inferre , fraudando illum circà veritatem non dictam, ſicut circà factum promiſſum non præſtitum Undè concludendum eſt , quòd in genere *periurium aſſertorium* , & *promiſſorium* in gravitate ſunt æqualia ; in ſpecie autem aggravari poteſt unum præ alio ratione materiæ , formæ , perſonarum , occaſionis , ac aliarum circumſtantiarum , quibus omnia delicta creſcunt, aut decreſcunt in gravitate , ut frequenter dictum eſt.

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

13 *Periurium quomodò ſit crimen mixti fori.*
*Iuramentum remittendum à ſolo Judice Eccleſiaſtico.*
*Juramentum, àn fuerit licitum , ſolus Eccleſiaſticus judicat.*
14 *In crimine periurij proceditur etiam ex officio.*
*Opinio , quòd periurium non puniatur , niſi ſit cum damno tertij.*
15 *Impugnatur talis opinio.*
*Quodvis crimen , quod etiam ſit contrà honorem Dei tantùm , punitur ex officio.*
*Jurans per genium Principis ſolvere pecuniam , ſi non ſolvit , punitur.*
*Periurium in juramento litis deciſorio puniendum à Judice Laico.*
16 *Si conſtat de periurio per viam exceptionis in proceſſu criminali , illud punitur in eodem proceſſu : ſecùs ſi proceſſus fuerit civilis.*
17 *Periurium in causâ Civili, aut in Criminali civiliter tractatâ , punitur tantùm civiliter.*
*Secùs ſi periurium ſit in causâ criminali.*
18 *Quid probandum ab Accuſatore , agente de periurio promiſſorio.*
19 *Probatus præſumptivè , aut plenè calumniator , pariter remanet probatus periurus.*
20 *Periurium Teſtium quomodò probetur.*
21 *Dubium de Teſte , extrajudicialiter dicente contrarium ejus , quod depoſuit in judicio.*
22 *Reſoluitur , quòd per hoc non ſit periurus.*
23 *Si extrajudicialiter cum juramento depoſuit contrà dicta in judicio.*
24 *Quàmvis verè periurus ſit, non tamen de periurio punitur: & quarè.*
25 *Quid operetur dictum extrajudicialiter cum juramento.*

13 CRimen *periurij* mixti fori eſſe , quò ad pœnam periuro imponendam, communis ſententia eſt fundata in jure (27). Sed ſi agatur de imponendâ pœnitentiâ ſalutari prò foro animæ, aut ſi agatur de remiſſione vinculi juramenti , hoc pertinet ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum. (28) Pariter, ſi controvertatur inter Reum excipientem , & Actorem agentem , àn juramentum fuerit licitum , necnè , ſolus Eccleſiaſticus judicabit. (29)

14 Proceditur autem in hoc delicto non ſolùm ad iſtantiam partis , & per querelam , aut accuſationem , ſed etiam ex officio per inquiſitionem; ſed advertit *Capella Tholoſanus*, (30) quòd, ut valeat inquiſitio, neceſſarium eſt, quòd *periurium* fuerit cum damno alicujus ; cæterùm, ſi tantùm fuerit iniuria , illata Deo , inquiſitio non valeat.

15 Sed contrarium eſt verius , nàm de jure Canonico *periurium* quodvis , etiamſi cedat in ſolam iniuriam divinam , punitur etiam per inquiſitionem , ut notat *Abbas* , (31) & docent multi apud *Raynaldum*. (32) Et profectò , ſi puniri debet fuſtium ictibus , qui juravit per genium Principis, & promiſſam ſub juramento

Tt 2 pecu-

(22) *text. in l. Conſenſus ff. de Actio. & obligat.*
(23) *cap. Monet. cap. Clericum. cap. Si quis per capillum 22. q. 1.*
(24) *l. 1. ff. de Iurejur. l. Quantò. l. ſequent. ff. de Iurejur.*
(25) *text. in l. 1. C. de Iureiur. pro. calumn.*
(26) *Decian. Tr. crim. lib. 6. cap. 8. n. 1.*
(27) *text. in cap. Cum. C. Laicus. de For. compet. in 6.*
(28) *Avendan. de Mandat. Reg. Par. 2. cap. 27. init.*
(29) *text. in cap. Venerabilis. de Elect. Io. Andra. in cap. Cum; C. Laicus ſup. gloſs. final. in 6. Decian. lib. 6. cap. 12. num. 8. & 9.*
(30) *Capell. Tholoſ. Deciſ. 17.*
(31) *Abb. in cap. Dilectus. num. 4. de Temp. ordin.*
(32) *Raynald. Tom. 2. cap. 20. num. 15. & ibi Gomeſ. in §. Si quis poſtulante. num. 29. Inſtit. de Actio. Cagno. in l. Si quis maior. num. 127. C. de tranſact. Portules ad Molin. Repert. §. Periurus nu. 12.*

Digitized by Google

pecuniam non ſoluit, ut habet Textus, (33) & talis pœna non datur, niſi in vindictam offenſæ Majeſtatis terreni Principis, quantò magis puniri debet, qui delinquit *periurio*, quo dehonoratur Majeſtas divina? Profectò in crimine Blaſphemiæ ſolus Deus injuriatur, & non læditur homo; & tamen in tali crimine, quod eſt mixti fori, procedit ex Officio, etiam per inquiſitionem quivis Judex; & juxtà leges Civiles (34), ut obſervat *Covarruvias*, (35) puniuntur multa delicta, quæ tendunt ad puram Dei offenſam, ut *Apoſtaſia à fide, Hereſis &c.* Vndè concludendum eſt, quòd etiam *periurium* poteſt, imò debet etiam à Judice Laico puniri, quantùmvis interveniat ſola Dei offenſa, & nullus ſit accuſator. Quod etiam dicendum venit de *periurio*, quod committitur in juramento, litis deciſorio; de quo licèt innumeri penè Doctores, citati à *Farinacio*, (36) dicant, quòd ſolum Deum ultorem habeat; contrarium tamen quinque validiſſimis argumentis, & auctoritate undecim Doctorum probat *Julius Chartarius*, (37) qui & contraria fundamenta ſubvertit,

16 Dubium eſt, àn, ſi conſtet de *periurio* per viam exceptionis in proceſſu, puniri debeat Reus ex eodem proceſſu, àn verò alius fabricandus; & diviſæ ſunt Doctorum ſententiæ, nàm *Bartolus*, & *Angelus* (38) volunt, quòd puniatur ex eodem proceſſu. Contrarium ſentiunt *Baldus*, *Abbas*, & alii, quos omnes citat *Raynaldus*, (39) qui tamen nihil decidit. Ad concordiam verò reduci poſſunt, diſtinguendo de proceſſu Civili, aut Criminali. Nàm, ſi proceſſus eſt Civilis, vera eſt ſecunda ſententia, quòd novus proceſſus debet fabricari, nàm probationes in judicio Civili, non ſufficiunt in causâ Criminali, ut aliàs (40) probavimus, undè alius proceſſus eſt fabricandus. Si verò proceſſus eſt Criminalis, eâdem ſententiâ abſolvi poteſt accuſatus de crimine principali, & condamnari de *periurio* Teſtis, aut Accuſator in exceptione probatus falſus, aut calumnioſus, reſpectivè, ut habetur in *Textu*, & nos aliàs (41) diximus, & ſic procedit prima opinio.

17 Notandum verò, quòd perjurus in causâ Civili, aut in causâ Criminali, civiliter tractatâ, nunquàm convenitur, aut punitur criminaliter, ſed tantùm civiliter, præſertìm ſi ejus teſtimonium non nocuerit, ut declarat *Bartholus*, & *Baldus* (42); Si verò cauſa fuerit Criminalis, conveniri, & puniri debet criminaliter, & pœnas ſpecificabimus infrà.

18 Probandum eſt autem ab Accuſatore in *periurio* promiſſorio, quòd Reus juramento firmavit ſibi factam promiſſionem; non tenetur autem probare negativam, puta, quòd non adimpleverit eam, & hoc eſt, quandò accuſatoris intereſt, quòd promiſſio non fuerit adimpleta, & ideò agit, & proſequitur ſibi illatum damnum, ac injuriam. Sed, ſi accuſator extraneus eſt, & ſua non intereſt de promiſſione adimpletâ, aut non; debet probare utrumque, nempè, quòd promiſſio fuit jurata, & quòd dolosè non fuit adimpleta; & hanc diſtinctionem faciunt *Cynus Innocentius, & Afflictus*, (43) relati à *Deciano*. Ratio autem eſſe poteſt, quià, ex quo accuſator movetur à proprio damno ad accuſandum de *periurio*, ſufficienter probat intentum ſuum, probando promiſſionem, ſibi factam ſub juramento; nec adſtringitur ad probandam negativam, nempè promiſſionem non impletam, quià, dùm ipſe oſtendit fundamentum ſuæ petitionis, nempè promiſſionem, transfundit in adverſarium onus probandi contrarium, puta, promiſſionem adimpletam. Non ſic eſt in accuſatore extraneo, qui non poteſt petere à Judice, ut ſibi de promiſſione ſatisfiat, cùm non habeat intereſſe in Causâ; ſed purè accuſat de delicto *periurii*, quæ duo requirit ſibi eſſentialia; ſcilicèt promiſſionem, firmatam juramento; & eandem minimè adimpletam; undè ſibi aſſerenti competit utrumque probare.

19 In causâ Criminali accuſator deficiens in probationibus, ex ipſo proceſſu remanet probatus præſumptivè calumniator; & ſi accuſatus ab eo, & abſolutus à Judice, probet, illum dolosè accuſaſſe, quià ei nota erat ſua innocentia, prout diximus ſuprà §. *Calumniatio*, remanet probatus plenè calumniator; & in his caſibus remanet etiam probatum *periurium*, dùm accuſator, qui in principio litis juravit, quòd non calumniosè accuſat, remanet præſumptivè, aut concludenter probatus Reus de juramento falſo, quià probatur, quòd contrà datum juramentum calumniosè accuſavit.

20 Teſtes pariter de *periurio* convincuntur, quandò in proceſsu defenſivo, ſivè exceptionibus, plenè ab accuſato, ſivè inquiſito, probatur propria innocentia. Probatur pariter *periurium*. Teſtis, qui depoſuit de viſu homicidium *Titii*, patrati à *Caio*, ſi probetur, Teſtem, die, quâ occiſus eſt *Titius*, fuiſse per longam diſtantiam abſentem à loco delicti; & univerſaliter probatur Teſtis plenè periurus, quandò probatur factum diametraliter oppoſitum ſuæ depoſitioni, & quòd Teſtis ipſe ſciebat illud factum oppoſitum, & tamen ex dolo contrà ſcientiam propriam depoſuit, & mentitus eſt.

21 Sed quid dicemus de eo, quod frequenter accidit, nempè de Teſte, qui mentitus eſt in judicio, & extrajudicialiter veritatem dicit? Dicetur nè iſte probatus periurus ex hoc ſolo, quòd nempè concludenter probetur, quòd ipſe extrajudicialiter contrarium dixerit propriæ depoſitioni, judicialiter factæ?

22 Dico, quòd non. Ratio eſt, quià, licèt probetur mendax, quià contraria aſſeruit, quæ ſimul eſſe vera non poſsunt; tamen non probatur periurus, quià poteſt eſse, quòd in judicio dixerit verum; & extrajudicialiter aſſeruerit falſum; & præſumptio ſtat prò veritate, & prò eo, quod juramento firmatum eſt.

23 Quid autem, ſi etiam extrajudicialiter juraverit

(&

(33) *text. in l. Si duo. §. final. ff. de Jureiur.*

(34) *text. in l. 1. in fin. C. de Sum. Trinit. & in l. 1. C. de Apoſt. & in l. Ariani, & in Auth. Gazaros C. de Haret.*

(35) *Covaruv. Relect. in cap. Quamvis. Par. 1. §. 7. p. num. 12.*

(36) *Farinac. Quæſt. 160. n. 55.*

(37) *Juli. Chartar. Deciſ. 57. à n. 9.*

(38) *Bart. in l. Si quis obrepſerit. C. de Falſ. Angel. in l. 2. §. Si publico ff. de Adult.*

(39) *Raynal. loc. cit. n. 15.*

(40) *Par. p. Tit. exceptio. n. 3.*

(41) *Text. Tit. Sententia. §. 2. n. 10.*

(42) *Bart. in l. ultim. ff. de Crim. Stellion. Bald. in l. 2. C. de Jurejur.*

(43) *Cyn. in l. 2. quæſt. 5. C. de Jur. emphit. Innocen. in cap. Super his, de Accuſat. Afflict. in cap. 1. §. final. num. 21. & ſeqq. de Conſuet. apud Decian. Tract. crim. lib. 6. cap. 12. num. 13.*

Digitized by Google

(& non præcipitanter ; ac incoſideratè , ſedato ) contrarium ei , quod depoſuit in judicio , & hoc concludenter probetur , erit nè probatus periurus?

24 Dico iterùm , quòd in ordine ad pœnam ordinariam *periurij* , non eſt probatum *periurium* , quàmvis ille re verâ & mendax , & periurus de neceſſitate ſit , cum ſit inter duo contraria juramenta . Ratio eſt ; quià , ut ſuprà *num. 6.* dictum eſt , ad eſſentiam *periurii* , punibilis in foro fori , requiritur , quòd juramentum , violatum *periurio* , ſit ſolemniter datum à Judice in formâ ſolemni, non autem ſpontè factum . Per juramentum autem extrajudiciale , nec expugnatur contrarium , præſtatum in judicio , nec redditur peierans punibilis in foro fori . Sequitur igitur , quòd illud , quod dictum eſt judicialiter , manet in ſuo vigore , nec deſtruitur à contrario dicto , licèt iurato extraiudicialiter.

25 Quid ergò operabitur tale dictum, iuratùm extraiudicialiter ? Dicò , quòd facit ſemiplenam probationem *periurii* , punibilis in foro fori ; nàm iſta eſt confeſſio extraiudicialis , quæ facit ad conſtituendum , & interrogandum Reum in examine rigoroſo . Ratio eſt , quià , ut aliàs , (44) diximus , confeſſio extraiudicialis , facit indicium ad torturam . Cùm igitur quis dicit , & iuramento firmat extraiudicialiter contrarium ei , quod judicialiter juravit , confitetur extraiudicialiter , ſe pejeraſſe ; undè ſuper hoc torqueri debet . Hoc autem eſt etiam , quandò ſimpliciter aſſereret contraria dictis in judicio , licèt minimè juraſſet , quià pari modo ſe confitetur *periurii* Reum . Sed additio juramenti extrajudicialis , quià facit indicium urgentius , debet operari torturam acriorem.

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

[26 *Quænam ſint perſonæ , & Cauſæ in quibus periurium non punitur .*
27 *Periurium non punitur , quando non conſtat plenè de dolo pejerantis .*
28 *Reus qui peieravit in cauſâ Criminali non punitur de periurio .*
Paſſerinus *defenſus contrà* Raynaldum .
*Judex non dat Reo juramentum ad terrorem , ſed ad habendam veritatem .*
*Reus ex obedientiâ debitâ Judici, tenetur ei aperire veritatem .*
29 *Reus quando punibilis ſit de periurio in Cauſâ Criminali .*
30 *Periurij pœna antiqua .*
31 *Aliæ pœna ex poſt data .*
*Pœna periurij nunc eſt arbitraria .*
*Quæ libranda à Judice , in arbitrandâ pœnâ periurij .*
32 *Ratio dictorum .*
33 *Ad quæ teneatur periurus ergà eum , quem periurio damnificavit .*
34 *Pœna periurij de iure Canonico .*
35 *Juramentum , quod datur de veritate dicendâ , eſt promiſſorium .*
36 *Periurus repellitur à ferendo teſtimonio .*
37 *Periurus quandò fiat irregularis .*
38 *Statutum prò Minoribus de Obſervantiâ .*
39 *Prima dubitatio .*
40 *Teſtes , & Periti tantùm de periurio puniuntur pœnis Statutarijs .*
41 *Dubitatio ſecunda .*
42 *Teſtis , aut Peritus quatuplicitèr dicatur deponere falſum .*
43 *Dubitatio tertia .*
44 *Teſtes , & Periti ſubeunt pœnis Statuti , quando deponunt falſum contrà aliquem .*
45 *Dubitatio quarta .*
46 *Qui falſum in judicio depoſuit , quomodò debeat ſatisfacere parti .*

26 Quò ad pœnas *periurij* , diſtinguitur communiter de cauſâ , & de perſonâ , nempè , ſi Cauſa , in quâ juratur, ſit Civilis , aut Criminalis ; & àn perſona ſit principalis in Cauſâ , puta , Actor , ſive Reus , àn verò non principalis ut Teſtis , Peritus &c. Si agitur de Cauſâ Civili , & perſonâ principali , ſivè *periurium* committatur in jurando de calumniâ ; ſivè in reſpondendo petitionibus , ſibi ex adversò propoſitis ; ſivè in juramento, litis deciſorio , ſententia penè communis eſt , quòd tale *periurium* non puniatur in foro fori;& fundamentum talis opinionis eſt Textus,(45) in quo habetur , quòd *Iuſjurandi contempta Religio ſatis Deum ultorē habet*,undè inferunt,quòd non ſit ab hominibus caſtigandum. Sed Textus iſte multas patitur interpretationes, quarumſex affert , & improbat *Decianus* , (46) qui tamen concludit , illum intelligendum eſſe de ſolo *periurio*, commiſſo in juramento , litis deciſorio .

27 Sed talem ſententiam exploſimus ſuprà *num. 15. in fin.* , & optima illius Textus expoſitio eſt , quòd , tunc periurus ſolum Deum habeat ultorem , quandò deficit plena probatio doli ipſius pejerantis , liquidèm ubi de dolo apparet , & concludenter probatur periurium , ultrà Dei ultionem , etiam in foro humano , condignam pœnam debet reportare periurus , & ſic firmant multi. Pœna porrò tali caſu conveniens eſt arbitraria , & periurus non eſt puniendus criminaliter , ſed civiliter , pròut diximus ſuprà.

28 Si verò loquamur de proceſſu criminali , Reus principalis , qui in multis Conſtitutis negavit delictum , quod tandem confeſſus eſt , quàmvis ſit manifeſtè periurus , ex eo quòd contrà juramentum præſtitum de veritate dicendâ , falſum à principio depoſuit , dè *periurio* tamen ex conſuetudine minimè punitur , ut teſtatur *Clarus* , (48) præſertìm , quandò agitur de pœnâ ſanguinis , ut cum *Baldo* , & *Girlando* ibidem addit *Baiardus*. (49) Hujus conſuetudinis rationem reddit in ſuâ Praxi criminali *Paſſerinus* (50) ( pròut à *Raynaldo* (51) refer-

(44) *Par. 1. tit. Teſtes . n. 141.*

(45) *text. in l. 2. C. de Reb. credit ; & jurejur.*
(46) *Decian. lib. 6. cap. 13. num. 2.*
(47) *Covar. in cap. Quamvis Par. 1. §. 7. num. 7. Burg. de Paz Conſ. 7. num. 18. lib. 1. Avendam. cap. Prætor. 27. num. 16. & ſeqq. Azeved. Recopil. lib. 4. Tit. 7. l. 2. num. 100. & ſeqq. Raynal. Tom. 2. Obſervat. crimin. cap. 20. n. 23.*
(48) *Clar. Quæſt. 45. V. Quid ergo. nu. 10. & ibi Alex. Bero. Boſs. & Nuni.*
(49) *Baiard. ad Clar. loc. cit. n. 5. & ibi Bald. & Gloſ. in l. Tranſigere. C. de Tranſact. Girlan. de Relax. carcer. V. Quæro. num. 9 Rubr. de Fug. incarcer.*
(50) *Paſſerin. Tribunal. Regular. Quæſt. 11. Art. 2. num. 32.*
(51) *Raynal. Tom. 2. cap. 20. num. 4. V. Sed non eſt.*

Digitized by Google

refertur) dicens, quòd hoc ideò eſt, quià juramentum Reis defertur ad terrendum, non verò ad obligandum in conſcientiâ. Sed immeritò *Raynaldus* attribuit *Paſſerino* talem concluſionem; nàm ipſam purè recitat ex *Eliſeo de Bellegrandis Capucino*, (52) & concluſio falſa eſt tùm in facto; tùm in jure. In facto quidèm, quià Judex intendit juramento, quod exigit à Reo, magìs illum obligare ad dicendam veritatem ultrà obligationem, quam habet juxtà D. Thomam (53) ex obedientiâ, ex quâ Judici, legitimè interroganti tenetur reſpondere, ac veritatem deponere: ergò verum non eſt, quòd Judex tale juramentum exquirat ad ſolum terrorem. In jure pariter falſum eſt, quòd tale juramentum non obliget in conſcientiâ; nàm Reus ſub mortali culpâ tenetur Judici, interroganti legitimè, veritatem dicere, ut dicit *Textus* noſter (54), ergò ex juramento major naſcitur obligatio, & redditur delictum alterius ſpeciei; negatio enim veritatis ſimpliciter eſt purum mendacium contrà octavum præceptum; ſed addito juramento, talis negatio evadit in *periurium*, & eſt contrà ſecundum præceptum primæ tabulæ.

29 Extenditur autem ſupradata concluſio (puta, quòd Reus ob *periurium* non punitur in foro humano) ad caſum, in quo ipſe interrogetur non tanquàm principalis, ſed tanquàm Teſtis, quò ad alios nàm non punitur de *periurio*, ut docet *Baiardus* (55), & rationem aſſignat *Bertazzolus* (56), ibidem citatus, dicendo, hoc eſſe, quià Reus habet intereſſe in tali facto, & ſicut non punitur de *periurio*, negando factum quò ad ſe, ità nec puniri debet de eodem, concernente alios complices. Sequitur igitur, quòd, ſi factum, ſuper quo Reus interrogatur, quò ad alios, tale ſit, quòd in eo ipſe nullum habeat intereſſe, & ſit ſeparatum à facto, ſuper quo ipſe tanquàm principalis interrogatur, ſequitur, inquam, quòd convictus de mendacio, debet de *periurio* puniri: ratio eſt, quià tùnc ceſſat motivum ipſum, excuſans à pœnâ periurii; ſiquidem dicendo veritatem, in nullâ re ſibi præjudicat; & tunc interrogatur ut purus Teſtis, & ut talis debet puniri de *periurio*, ut mox dicemus.

30 Teſtes verò, & omnes alii, qui in judicio interveniunt, abſolutè puniendi ſunt, ſi *periurio* delinquunt; ſed quæ nam pœna debeatur, determinare difficile eſt; & variè punitum eſse *periurium*, ex legibus habemus. Nàm olìm periuri ultimo ſupplicio afficiebantur, ut argumento cujuſdam capituli (57) ſcribunt *Avendano*, & *Petra*, ſivè puniebantur eàdem pœnâ, quâ puniendus erat ille, contrà quem pejeraverant, & ſic fieri adhùc debere, ſcribunt nonnuli (58) Puniebantur etiam crimine leſę Majeſtatis, ſi ſpontè, & deliberatione precedente, non autem furore iracundiæ perciti pejeraſſent, ut probatur in *l.2. C. Ad leg. Jul. Maieſt.* & deducunt communiter ſcribentes; quòd, ſi hoc incurrebant Ethnici, jurantes *per venerationem Principis*; à fortiori debebant incurrere Chriſtiani, jurantes per nomen Dei, aut Evangelia Chriſti.

31 Aliquandò puniti ſunt linguæ præciſione, ut teſtatur *Harmenopolus* (59), & hoc in Statutis multarum Civitatum ſancitum reperiri, teſtatur *Decianus* (60), qui ſcribit, *Carolum Quintum Imperatorem* ſanxiſſe per ſuam Conſtitutionem, commentatam à *Globero*, quòd periuris duo digiti amputentur. Aliquandò puniuntur exilio (61), aliquandò ictibus fuſtium (cum ſcripturâ, collo appenſâ, exaratâ hâc epigraphe. *Nè temerè juraveris*) tundebantur, maximè ſi per *Genium Principis* juraſsent. (62) Hodiè tamen penè ſupradictæ ſunt antiquatæ, & redactæ ad pœnam, Judici arbitrariam, ut ſcribit *Farinacius*. (63), & regulariter imponitur pena exilii, ut ſcribit *Portules* ad *Molin.* (64) Sed ego vidi multos ob falſum teſtimonium mitti ad triremes. Debent proindè Judices eodem arbitrio non omnes periuros cenſere, ſed librare damnum, quod ſuo *periurio* intulerunt. Si enim quis per illud damnum in bonis tantùm; vel etiam in corpore, citrà mortem, paſsus, aut paſsurus erat, iuſtum eſt arbitrium exilii, ſivè triremium ad tempus. Si verò ob falſum teſtimonium debebat quis extremo affici ſupplicio, quod ſubiiſset, niſi ipſe plenè probaſset propriam innocentiam, & dolum eorum, qui contrà eum dixerunt falſum, profectò nimìs levis eſset pœna exilii, & iuſto titulo debentur triremes ad decennium ad minus: & ſi eſset ſecuta mors innocentis, deberent irremiſſibiliter furcis ſuſpendi.

32 Ratio iſtorum eſt, quià, quàmvis, quò ad Deum, idem reatus ſit in quovis *periurio*, variatur tamen, quò ad proximum, illius gravitas, prò varietate maioris, aut minoris damni, quod illi infertur ex *periurio*. Si ergò damnum proximi conſiſtit in ſolis bonis externis, aut etiam in corpore citrà mortem, poteſt pariter in bonis mulctari periurus; & etiam puniri in corpore citrà mortem, ut potè exilio, aut triremibus ad tempus, nempè citrà decennium. Si autem damnum fuit in periculo inevitabili mortis, aut in morte ipsâ innocentis, debetur omninò aut damnatio ad triremes ad decennium (nàm hoc ſpatium, quàmvis temporale ſit, tamen equiparatur perpetuo, ut aliàs demonſtravimus), aut ultimum ſupplicium. Quià, ſi ultimum ſupplicium datur propter homicidium appenſatum, ſecuto effectu; & triremes ad decennium dari debent propter idem, effectu non ſecuto, quandò tamen ſit deventum ad actum proximum; eadem pœna dari debet illis, qui falſo teſtimonio ſuo ſcienter, ac dolosè mortem, aut inevitabile periculum mortis cauſarunt innocenti. Et in hoc puncto Judices, Deum timentes, debent ſtrenuè ſe agere, ac infame hoc, ac peſtiferum hominum genus in ſuâ malignitate talibus pœnis coercere.

33 Vltrà corporales pœnas prædictas, obligatur periurus ad reſarcienda omnia damna illius, quem *periurio* ſuo

(52) *Bellegrand. Tract.7. quæſt.3. n.9.*
(53) *D. Thom. 2.2. quæſt.69. art.1. & 2.*
(54) *Text. Tit. Reus. §.6.*
(55) *Baiard. ad Clar. quæſt.45. V. Quid ergo. num.8. & ibi Bertazz. cum Addon. Conſ.124. num. 1. & 2. Vol.1. Chartar. de Interrog. Reor. lib.3. cap.3. n.16.*
(56) *Bertazz. Conſ.323. n.2. Vol.2.*
(57) *cap. Rex debet. 23. q.5. Avenda. de Mand. reg. Par.2. cap. 27. init. Petr. Magn. Cur. rit. 171. n.4.*
(58) *Guid. Pap. Deciſ. Delphin. qu.44. Jaſon in §. Si quis il 2. nu. 64. & ſeqq. Inſt. de Act. Barbat. Socin. & Ripa apud Decian. lib.6. cap.53. n.21.*
(59) *Harmenopol. Epitom. Tit. de Iureiur. in fin.*
(60) *Decian. loc. cit. num.22.*
(61) *text. in. l. final. ff. de Crim. ſtellio.*
(62) *text. in l. Si duo §. final. ff. de Iureiur. Gloſs. in l. Nam ſufficit ff. de Dolo. & in cap. Rex debet. in V. Periurus. 23. q.5.*
(63) *Farinac. quæſt. 160. num.33.*
64 *Por tulеſ. ad Molin. Repert. §. Periurus. num.7.*

ſuo læſit, prout ex jure (65) deducit *Iaſon*. Incurrit pariter infamiam, & privatur actione, & proprietate rei, de quâ contendebatur, & omni emolumento contractus, & tenetur ad pœnam conventionalem, ut habet Textus. (66) Inſuper, quià periurus in unâ Cauſâ, præſumitur periurus in omnibus, ideò repellitur in omnibus à ferendo teſtimonio, ut cavetur utroque jure (67), ità ut nec faciat indicium ad torturam, nec ſufficiat ad formandam inquiſitionem, ut argumento cujuſdam capituli (68) tradunt Doctores; ac talis concluſio vera eſt in cauſis tàm Criminalibus, quàm Civilibus, ut *Felinus* (69) notat; & licèt cauſa ex Statuto ſit privilegiata, ità ut etiam inhabiles admittantur ad teſtificandum in eâ, tamen *periuri* repelluntur, niſi de iiſdem admittendis ſit ſpecialiter cautum, ut ſcripſit *Abbas* (70), aut aliquis ſuper hoc fuerit à *Papâ* diſpenſatus, argumento cujuſdam Decretalis (71).

34 Hùcuſque dicta procedunt de jure Civili, quò ad Laicos, delinquentes crimine *periurii*; de jure autem Canonico, periuri ſæpè infamiam juris, & ex conſequenti irregularitatem incurrunt, non tamen *ipſo jure* tales ſunt, prout dicit *Clarus*, (72) qui teſtatur de communi. Tres porrò caſus dantur, ut probat *Theſaurus*, (73) in quibus periuri *ipſo jure* efficiuntur infames. Primus eſt, quandò quis per ſententiam declaratur periurus ex eo, quòd non ſervavit pacta, vel tranſactiones, ſolemni juramento firmatas, dummodò iſte maior ſit annis viginti quinque juxtà Textum (74), & in pactis initis non interveniat enormiſſima læſio, ut ſcribit *Oſaſchus*. (75) Secundus eſt, quandò quis condemnatur de calumniâ; cùm enim calumniator ſit accuſator, qui contrà proprium juramentum datum calumnioſè accuſavit, & ex conſequenti periurus eſt, ſi damnatur de calumniâ, efficitur ipſo jure infamis, in foro tùm *Pontificio*, tùm *Caſareo* (76). Tertius eſt, ſi condemnetur de teſtimonio falſo, vel producto, vel à ſe facto, nàm pœna falſi, ut ſuo loco dicemus, ſecùm importat infamiam (77).

35 Quià verò *Clarus* (78) ait, quòd infamia non incurritur, niſi in *periurio* promiſſorio, non autem in aſſertorio, & tamen, ut dictum eſt, condemnatus de teſtimonio falſo in judicio, infamis eſt; dubium eſt, àn iuramentum, quod datur Reo, ac Teſtibus de veritate dicendâ, ſit *aſſertorium*, àn verò *promiſſorium*; & communiter exiſtimatur, quòd ſit *aſſertorium*, eò quòd verſatur circà facta præterita. Sed verius eſt, quòd ſit *promiſſorium*; quià promiſſio de vendendo differt à venditione ipsâ; nàm illa reſpicit futurum, hæc autem præſens, & ex illâ non adimpletâ datur *actio ex ſtipulatu*; ex iſtâ verò *actio empti, & venditi*, ut ait *Vulteius* (79), igitur etiam promiſſio de dicendâ veritate, differt à dictione veritatis; iurans autem in iudicio promittit quidèm, & iurat tempore futuro, poſt iuramentum datum, dicere veritatem, non autem tunc iuramento firmat veritatem dicti, ſiquidèm, cùm iurat, nondùm à Judice interrogatus eſt, nec ipſe aliquid dicit circà factum. Sequitur igitur, quòd iuramentum ipſius non reſpicit præteritum, nec præſens, & proindè *aſſertorium* non eſt; ſed reſpicit futurum, & proindè *promiſſorium* eſt: undè ſequitur, quòd peierans contrà tale iuramentum *promiſſorium*, & de hoc damnatus infamiam incurrit.

36 Periurus pariter de iure Canonico repellitur à teſtimonio perhibendo, quæ pœna incurritur in omni *periurio*, etiam extrà illos caſus, in quibus ille non eſt infamis ipſo iure. (80) Verum eſt, prout advertit *Suarez* (81), quòd iſta pœna non ligat in utroque foro, niſi Teſtis repellatur per exceptionem: undè, ſi admittatur, eius teſtimonium eſt validum. Non admittitur itidem periurus ad iurandum in litem: & amittit ius, & actionem ex eâ conventione, ſeù inſtrumento, circà quæ fuit periurus, ut reiiciatur à limine judicii, & amittit omne emolumentum ex dicto pacto, ſivè tranſactione iuratâ; ità ut, etiam illius vigore recepta reſtituere cogi queat ab adverſario; at ipſe teneatur obſervare Adverſario illa, quæ promiſit, ut ex *Seraphino* docet *Theſaurus* (82).

37 Tandèm in illis caſibus, in quibus periurus eſt ipſo iure infamis, eſt etiam irregularis, & ex conſequenti etiam inhabilis ad beneficia, ut docet *Clarus* (83).

38 Quò verò ad pœnam periurii inter Regulares, obſervandæ ſunt municipales ipſorum leges, prò Nobis Minoribus adeſt ſequens diſpoſitio. *Qui in judicio quidquam falsò, ſcienterque depoſuerit, vel deponi fecerit, aut verum revocavit, vel revocari procuravit, ipſo facto eſt excommunicatus, cuius abſolutio Provinciali eſt reſervata. Semeſtri Carceri mancipandus, ſatisfaciat Parti, & perpetuò infamis exiſtit.* (84)

39 Prima dubitatio circà citatum Textum, eſt, àn pœnis, in hoc contentis, ligentur omnes indifferenter, qui deponunt in iudicio falſum, ut Accuſator, Teſtes, Periti?

40 Reſpondeo, quòd hìc comprehenduntur tantùm Teſtes, ac Periti, non verò Accuſator, qui de crimine, falſo alium accuſat. Ratio eſt, quià de Accuſatore habetur ſpecialis diſpoſitio, de quâ ſuprà (85) locuti ſumus; nàm falsò deponens in iudicio accuſando dicitur calumniator, de quo habetur in Statutis Ordinis (86), quòd pœnâ talionis puniatur. Periti autem comprehenduntur in hâc ſanctione, tùm quià ipſi etiam deponunt, in iudicio ſub iuramento non tantùm credulitatis, ſed etiam veritatis, reſpectu nempè eorum, quæ cadunt ſub ſenſu; nàm reſpectu iſtorum Periti ſunt veri Teſtes, & habent dicti ſui rationem reddere, ut aliàs (87) probavimus.

41 Se-

(65) *arg. l. final. C. de Reb. credit. Iaſon in §. Si quis il 2. Inſtit. de Actio. nu. 59.*
(66) *text. in l. Si quis maior. C. de Tranſact.*
(67) *cap. Parvuli 20. q. 5. cap. Teſtimonium de Teſt. cap. Ex parte eo. tit. l. Lucius. ff. de His qui not. infam.*
(68) *arg. cap. Sicut nobis de Teſt. Alciat. Dec. Fulgoſ. Rol. à Vall. Plot. Ruin. Cephal. apud Maſcard. Concl. 1168. nu. 5. & 6.*
(69) *Felin. in cap. Teſtimonium num. 19. V. Tertia concluſio de Teſt.*
(70) *Abb. in cap. Per tuas num. 12. de Simon.*
(71) *arg. cap. Cum I. & A. Extrà de Iudic.*
(72) *Clar. §. Periurium num. 2.*
(73) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Periurium.*
(74) *text. in l. Si quis maior. C. de Tranſact.*
(75) *Oſaſch. Deciſ. Pedemon. 40. num. 2. apud Theſaur. loc. cit.*
(76) *cap. Si quis circa. 2. q. 3. l. 1. l. Athletas §. Calumniator ff. de His qui not. inf. l. 3. C. de Calumniat.*
(77) *l. 1. ff. de His qui not. inf. l. Infamem ff. de Pub. judic.*
(78) *Clar. §. Periurium num. 3.*
(79) *Vulte. Comment. ad Inſtit. Tit. de Conſenſ. & obligat. n. 12.*
(80) *Gloſſ. in l. Lucius in V. Vebeant. in fin. ff. de His qui not. inf.*
(81) *Suar. Tom. 2. de Relig. lib. 3. de Iuram. cap. 10. nu. 16.*
(82) *Seraphin. deciſ. 1243. in fin. apud Theſaur. de Pœn. V. Periurium V. Quarta pœna.*
(83) *Clar. §. Periurium. V. Item Clericus.*
(84) *Text Tit. Applicatio §. 11.*
(85) *Tit. eo. §. Calumniatio.*
(86) *Stat. Gen. Ord cap. 7. §. 6. nu. 25.*
(87) *Par. P. Tit. Corpus nu. 55. & ſeqq.*

Digitized by Google

41 Secunda dubitatio eſt, quotupliciter contingat falſum deponi in judicio, ut locus eſſe poſſit pœnis, in hoc *Textu* ſancitis.

42 Reſpondeo, quòd Teſtis, ſivè Peritus poteſt eſſe falſus, negando, ſivè occultando veritatem; vel tacendo eſſentialia; vel detorquendo dicta ad alium ſenſum; vel truncando depoſitionem; vel dubia affirmando prò certis, ut habet Textus, quem aliàs (88) explicuimus; & de horum intelligentiâ plenè Scribit *Sanctorus* (89), ad quem Lectorem ablegamus.

43 Tertia dubitatio eſt, ân Teſtes, falſum deponentes in quovis judicio, debeant prædictis pœnis coerceri?

44 Reſpondeo, negativè, ſed ſolùm, quandò deponunt contrà aliquem. Quandò verò deponunt favore alicujus, non puniuntur niſi pœnâ extraordinariâ, ſi falſum dicunt, ut habet *Textus*, (90) limitandum tamen eſt hoc dictum, nempè ad caſum, in quo Teſtis deponit ad favorem Rei contrà Fiſcum tantùm; nàm, ſi eſſet contrà Accuſatorem, pœnâ ordinariâ puniri deberet, ut alibi (91) diximus.

45 Quarta dubitatio eſt, quomodò ſatisfacere debeat Parti, qui falſum contrà aliquem depoſuit in judicio?

46 Reſpondeo, quòd, quantumvis ille, contrà quem quis falsò depoſuit, per Judicis ſententiam abſolutoriam ſanetur in famâ, læsâ per accuſationem; tamen ad majorem falſorum Teſtium confuſionem, debet ab iſtis, juxtà hunc Textum, exigere reparationem honoris: hoc autem fieri debet vel voce, vel ſcripto, in quo Teſtes falſitatem innocenti impictam confiteantur; ipſum innocentem de appoſito crimine, & ſe Reos de *periurio* profiteantur. Talis autem reparatio fieri debet ad mandatum Iudicis, hoc exprimentis in ſententiâ, eſt enim pars pœnæ, ſancitæ in Statuto, quam immutare nequit Iudex juxtà diſpoſitionem *Textus* (92), & debet eſſe, ut dixi oretenùs, aut ſcriptò, ad arbitrium falsò accuſati, nàm, cùm ſit *ſatisfactio* debita Parti, talis eſſe debet, ut Pars ſe contentam ex eâ teneat.

## §. VIII.

## Subornatio.

### *SUMMARIUM.*

1 *Subornationis in genere diffinitio ex Cardinali.*
*Subornare quid importet.*
2 *Subornationis in ſpecie diffinitio.*
*Eius nomen ſumitur in malam partem.*
3 *Subornationis fines multiplices.*
*Ejus magis propria diffinitio.*
4 *De ſpeciebus ſubornationis, remiſſivè.*
5 *Inducens Teſtes ad deponendum falſum, tenetur pœnâ falſi.*
*Et graviùs delinquit, quàm ipſimet Teſtes.*
6 *Et tenetur de falſo, licèt falſis depoſitionibus Teſtium non utatur.*
7 *Modus, quo fit ſubornatio, non ſpectatur, ſed factum ipſum.*
8 *Falſitas Teſtis quotuplex ſit.*
*Opinio, quod teneatur de falſo dans pecuniam Teſti, nè ſe ſinat examinari.*
*Impugnatur talis concluſio.*
*Teſtis, renuens examinari, offendit ſolùm Judicem inobedientiâ ſuâ.*
9 *Opinio, quòd idem crimen ſit ſubornatio attentata, & perfecta.*
*Rejicitur, & quarè.*
*Subornationem attentans extraordinariè puniendus.*
10 *Opinio Raynaldi de inducente Teſtem, qui non fuit præſens facto, ad deponendum, quòd fuit præſens.*
*Impugnatur talis opinio, & quarè.*
11 *Dans pecuniam ei, qui non vult examinari, ut ſe examinari ſinat, non delinquit.*
*Teſtis deponens veritatem, acceptâ pecuniâ, punitur pœnâ falſi.*
*Teſtis deponens veritatem per pecuniam, quo caſu dicatur falſus.*
12 *Teſtis, aliquandò accipiens pecuniam prò teſtificandâ veritate, non delinquit.*
*Teſtis quandò non teneatur deponere in iudicio.*
*Et quandò poſſit pecuniam recipere prò ferendo teſtimonio.*
13 *Subornationis, quæ fit Electoribus, varij modi.*
14 *Dubium, ân ſubornatio, facta ad bonum finem in Electione Canonicâ, ſit punibilis.*
15 *Opinio, quòd ſubornatio ad malum finem tantùm ſit vetita.*
16 *Impugnatur talis opinio.*
*Subornatio vetita quoquomodò; & hoc ad tollendum ambitum.*
17 *Electio ſimoniaca ità eſt, ſi per eam promoveatur dignus, ſicut indignus.*
18 *Rationes, ob quas prohibetur ſubornatio in electionibus.*
*Libertas eſt de ſubſtantiâ electionis Canonicæ.*
19 *Subornatio crimen perfectum eſt, quàmvis non ſortiatur intentum.*
20 *Finis diverſus eſt legis prohibentis ſubornationem Teſtis, à ſubornatione Electorum.*
21 *Dubium, ân ſubornatio in Electione ſit vetita tantùm*
22 *Officium quid importet in Religionibus.*
*in ordine ad Prælaturas.*
23 *Alia diviſio Officiorum.*
24 *Subornatio vetita in quibusvis electionibus ad Prælaturas, ac Officia.*
25 *Quotupliciter fiat ſubornatio in electionibus.*
26 *De ſubornatione, quæ fit à Præſidibus ad electiones.*
27 *Oſtenditur, quòd graviùs cæteris delinquunt.*

1 Fecun-

(88) *Text. Tit. Teſtes. §. 2. n. 23. & ſeqq.*
(89) *Sanctor. de Pæn cap. 11. Quæſt. 1. per tot.*
(90) *Text. Tit. Teſtes. §. 2. in fin.*
(91) *Par. p. Tit. Teſtes. n. 27. in fin.*
(92) *Text. Tit. Applicatio. §. 61.*

Digitized by Google

1 FÆcunda delictis lingua *ſubornatione* proditur, cuius perverſitatem in hoc paragrapho detegendam aggredimur. Nomen *ſubornationis*, in ſuâ generalitate acceptum, ut ex *Cardinali* ſuper quâdam *Clementinâ* obſervat *Navarrus*, (1) diffinitur, quòd ſit *ſuaſio boni, vel mali, ad malum, ſeù bonum finem ordinata*, ſiquidèm *ſubornare*, ut fert ipſius etymologia, aliud non importat, quàm *clàm ornare, & inſtruere*, & cum hâc ſententiâ tranſeunt *Sanctorus, & Bictus*. (2)

2 Sed accepta ſpecialiter, pròut delictum eſt, poteſt argumento cujuſdam legis (3) diffiniri, quòd ſit *falſa alicuius inſtructio remotis arbitris*, ità ut ad eam concurrant duo, puta, dolus malus, & falſitas, quod autem additur *remotis arbitris*, eſt ad denotandum id, quod frequentiùs fit; poteſt enim eſſe *ſubornatio*, etiamſi inſtructio ad falſum dicendum fiat in aliorum præſentiâ. Et ut ex *Catanao* obſervat *Calvinus*, (4) nomen *ſubornationis* in malam partem accipitur, ac delictum ſonat.

3 *Subornatio* porrò poteſt eſſe reſpectu diverſorum finium; nàm aliquotiès fit, ut quis falſum in judicio dicat; aliquotiès, ut examinari renuat; aliquotiès ut votum in electione Canonicâ indigno conferat, aliquotiès ut idem digno non det; aliquotiès, ut cum aliis contrà Superiorem, aut particularem Religioſum conſpiret; aliquotiès, ut ſuffragium ad munera Ordinis, receptionem ad habitum, aut admiſſionem ad profeſſionem indigno det, aut digno deneget, & aliis hujuſmodi. Undè videtur, quòd diffinitio ſuprà data, dùm dicitur *falſa alicuius inſtructio*, conveniat tantùm *ſubornationi*, quæ Teſtibus fit, ut falſum deponant. Meliùs autem diceretur *mala, ſeù perverſa alicuius ad malum perſuaſio*; taliſque diffinitio conveniret cuivis *ſubornationi*, quæ delictum eſt; nàm *inſtructio* convenit quidèm, quandò quis ignorat, quid faciendum ſit, & ſubornans inſtruit illum, & inſtruendo perſuadet ad malum, ſed non convenit, quandò quis ſciens malum, quod operatur, illud vult, & operatur ex malâ perſuaſione, ſibi factâ. Meliùs ergò dicitur *mala* alicuius *perſuaſio*, quàm *inſtructio*, cùm illa in omni caſu verificetur, hæc autem in uno tantùm caſu vera ſit, in quo etiam *perſuaſio* reperitur.

4 Quià verò de *ſubornatione* contrà Superiores iàm egimus (5) ſuprà, & de illâ, quæ fit contrà Novitios, admittendos ad habitum, aut profeſſionem, ſuo loco (6) agemus, in hoc paragrapho tractabimus ſolummodò de *ſubornatione*, quæ fit perſonis, teſtificantibus in judicio; & Vocalibus in Capitulis, aut Congregationibus, ordinatis ad electiones *Canonicas*.

5 Eſt igitur firma regula, quæ, nonnullorum iurium argumento, (7) ponitur communiter à Doctoribus, quòd ſubornans Teſtem ad deponendum falſum, quem cum effectu induxit in judicium; & ſic falſitas fuit ad effectum deducta, & conſummata, tenetur de crimine, & pœnâ falſi. Imò juxtà quoſdam Doctores, congeſtos per *Carenam* (8) magìs delinquit, & ad majorem pœnam tenetur, quàm ipſimet Teſtes deponentes, quià majorem malitiam habere videtur. Nomine autem Teſtium intelligendi ſunt etiàm Periti; nàm, ſicuti probavimus aliàs, (9) iſti reſpectu eorum, quæ ſenſu percipiuntur, ſunt veri Teſtes.

6 Ampliatur autem regula iſta ad caſum, quo aliquis, formatis falſis articulis, & ſuper illis inductis Teſtibus pariter falſis, non uteretur illis, & ſic, ultrà Textum (10) firmant decem Doctores, quos citat, & ſequitur *Caballus*, (11) ex eo enim, quòd ſcienter produxerit articulum falſum, & ſuper eo induxit Teſtes ad deponendum falſum, dicitur ejus delictum perfectum, ac conſummatum: & quàmvis ex tali falſitate nullum damnum alcui ſit ſecutum, ſufficit tamen, quòd potuerit ſequi, ut tenet *Baldus*. (12)

7 Porrò, quòd Teſtis *ſubornetur* pecuniâ, aut muneribus, auctoritate, potentiâ, minis, aut precibus, perindè eſt, (13) quià ſpectatur effectus, & non modus, quo intentatur, ſiquidèm eadem eſt falſitas, quæ diverſis his modis paratur; quàmvis aggravari poſſit crimen à varietate modi ſubornandi, ut ſi ſubornans uteretur minis, aut vi; aut *Frater Minor*, datâ pecuniâ, aut donis magnis, ſubornaret; crimini enim *ſubornationis* novum crimen adderetur, per quod illud gravaretur.

8 Falſitas autem Teſtis tàm conſiſtit in tacendâ veritate, quàm in dicendâ falſitate; & ità, ſi non examinetur in judicio, quià fugit, aut ſe abſcondit, ſicut, ſi in judicio interrogatus, falſum dicit, aut verum tacet; Et ideò qui Teſtem examinandum inducit ad fugam, aut occultationem, nè à Judice examinari cogatur, *ſubornationis* crimen incurrit, ſicut etiam, ſi det pecuniam Teſti prò non ferendo teſtimonio, ut ſcribit *Sgroi* (14), qui adducit ad hoc *Clarum*, quem tamen non invenio in libro meo, hoc dicentem. Sed de veritate hujus concluſionis valdè dubito, & eam falſam exiſtimo. Nàm intantùm ſubornans incurrit crimen falſi, in quantùm eſt cauſa periurii Teſtium, ſi autem Teſtis, pecuniâ corruptus, renuit examinari, non peierat, ſed ad plùs committit in Judicem, cujus obedientiæ ſe ſubtrahit, undè juxtà Textum (15) debet arbitrio Judicis, cui parere recuſat, mulctari, & ex hoc infero, quòd pari mulctâ teneri deberet ſubornator, non autem crimine falſi.

9 Opinantur porrò nonnulli apud *Caballum*, & *Baiardum*, (16) quòd idem crimen committet, qui *ſubornationem* attentat, ſicut, qui eam perficit; undè dicunt, quòd ſubornator tenetur de *ſubornatione*, quàmvis Teſtis recuſet falſum dicere; aut ſi Teſtis, qui fortè promiſerat falſum dicere, in judicio deponit verum; & hoc dictum firmant auctoritate *Baldi* (17), magiſtraliter determinantis, quòd hujuſmodi delictum dicitur eſſe perfectum, ac conſummatum, quàmvis aliud delictum in Teſte non ſequatur. Sed iſtorum opinionem veram non puto, ob rationem ſuprà tactam, quià nempè in adductis



(1] *Cardin. in Clement. 2. de Teſt. not. 2. Navarr. lib. 5. Conſ. 21.*
[2) *Sanctor. de Pœn. cap. 15. Quaſt. 3. fol. 129. Bict. Prax. crimin. Quæ. 127 nu. 18.*
(3) *arg. in l. Alii propter. ff. de Accuſ.*
(4) *Calvin. lexic. V. Subornare falſum.*
(5) *Tit. 2. §. Conſpiratio.*
(6) *Tit. eo. §. 9 Suaſio mala.*
(7) *arg. l. Jubemus. C. de Probat. l. final. C. de Fid. inſtr. Burſat. Azeved. Triviſan. Decian. quos ſequit. Raynald. Tom. 2. cap. 18. §. 19. n. 6.*
(8) *Bart Bald. Simanc. & Farinac. apud Caren. de S. Offc. Par. 2. Tit. 17. §. 15. nu. 55. V. Quintò notandum.*
(9) *Par. p. Tit. Corpus. num. 55.*
(10) *text. in l. Si falſos codicillos. C. Ad leg. Corn. de Falſ.*
(11) *Bart. Bald. Salycet. Gaſpar Cabal. Felyn. Foller. Capyc. Afflict. Boſſ. & Cravet. apud Babal. Caſ. 144. n. 1.*
(12) *Bald. in l. Si falſos. in fin. C. Ad leg. Corn. de Falſ.*
(13) *Farinac. Quæſt. 67. n. 236. Souſa lib. 2. ca. 8. n. 22. apud Sgroi Lux Prælat. Par. 4. cap. 13. n. 1.*
(14) *Sgroi loc. cit. num. 2.*
(15) *text. in l. Ex quacunque. §. 1. ff. Si quis in jus voca. non ier.*
(16) *Cabal. Centur. 2. Caſ. 141. n. 4. & 5. & ibi Boer. Foller. & Afflict. Baiard. ad Clàr. §. Falſum n. 13. & ibi Bertaz. & alii.*
(17) *Bald. in l. Non ideò minùs. n. 5. in fin. V. ſed aliquando. C. de Accuſ. & inſer.*

Digitized by Google

ductis caſibus nulla in Teſte cadit falſitas , aut periuriũ, per quæ ſolum modò delictum *ſubornationis* perfectum redditur, porrò crimina, ſolummodò attentata, nunquàm purificantur perfectis, nec in culpâ legali, nec in pœnâ ordinariâ. Ideò concludendum cenſeo cum *Afflicto* (18), quòd in prædictis caſibus ſubornator teneretur tantùm ad pœnam extraordinariam, arbitrio Judicis, ratione criminis attentati.

10 Sed quid dicendum de illo, qui ſubornat Teſtem, ( qui non fuit præſens facto ) ad deponendum verum de tali facto? Opinatur *Raynaldus* (19) cum aliis, quos citat, quòd ille non tenetur niſi de pœnâ extraordinariâ, quià, licèt inducat Teſtem ad peccandum, & ad falsò deponendum, tamen debet in aliquo excuſari ex exiſtentiâ veritatis depoſitæ. At, me Judice, talis concluſio valdè dubitabilis eſt, & potiùs falſam dicerem. Ratio eſt, quià ratione periurii idem crimen committit Teſtis, aſſerens ſe interfuiſſe facto, cui non interfuit, ſicut, ſi falſum circà aliud factum, cui interfuit, depoſuiſſet. Ratione falſitatis perindè falſus eſt, dùm dicit, ſe fuiſſe præſentem; dum non fuit, ac ſi falſum dixiſſet de eo, cui præſens fuit, nec ideò deſinit eſſe falſus Teſtis, ex hoc, quòd aliquid verum dixerit, ſi ſimul cum vero aliquid falſum depoſuerit; ad falſitatem enim non requiritur, quòd omnia dicta Teſtis falſa ſint, ſed ſufficit unum dictum falſum circà ſubſtantiam facti. Quòd autem dicat Teſtis, ſe præſentem fuiſſe facto, quod vidit, ſpectat ad ſubſtantiam facti teſtificati; nàm eſt cauſa, ob quam dicto Teſtis creditur, quià ipſe præſens vidit factum. Undè, ſi ipſe non interfuit facto, & interfuiſſe jurat, falſus eſt circà ſubſtantiam facti teſtificati. Quò autem ad damnum, quod infert ei, contrà quem teſtificatur, idem poteſt eſſe, dicendo verum de tali facto, cui non interfuit, ſicut, ſi falſum de alio, cui interfuit, deponeret. Quià, ſi factum fuit ſinè Teſtibus præſentibus, judicialiter punibile non eſt, quàmvis illud verum ſit, igitur Teſtis aſſerens, ſe fuiſſe præſentem, dùm non fuit, damnificat Reum, dùm reddit eum dicto ſuo falſo punibilem in judicio, pari modo, ac ſi de Reo teſtificaretur factum falſum, ob quod deberet judicialiter puniri. Ideò concludendum cenſeo, quòd ille ſit Reus de verâ *ſubornatione*.

11 Si autem aliquis dat pecuniam Teſti, qui non vult examinari contrà aliquem, ut ſe examinari patiatur, & veritatem puram confiteatur, non poteſt dici ſubornator, nec in ullo delinquit, ut dicunt Doctores (20), non enim alicujus periurii cauſa eſt. Verum eſt, quòd Teſtis tali caſu puniri deberet pœnâ extraordinariâ, tanquàm corruptus, ut argumento eorum, que in jure (21) dicuntur, dicunt multi, & habet apertè Textus (22), quòd teſtificans, acceptâ pecuniâ, pœnâ falſi puniendus eſt. Non tamen ſequitur ex hoc, quòd ipſe falſus ſit; nàm ex identitate pœnæ, malè infertur identitas culpæ, quià eadem pœna convenit culpis, ſpecie diverſis; & ut benè argumentatur *Decius*, (23) non tenet hæc conſequentia, *per pecuniam eſt corruptus Teſtis*, *ergò falſum depoſuit*, niſi in caſu, quòd juraverit, quòd dicet veritatem purè, & *non prece*, *nec pretio &c.* & cum tale juramentum regulariter Teſtibus non detur, ſed tantùm de purâ veritate dicendâ, abſolutè concludo, quòd talis Teſtis falſus dici non poteſt.

12 Fortè etiam in aliquo caſu puniri non debet, ſi pecuniam accipiat prò teſtificandâ veritate. Reperio, quòd *Raynaldus* (24) ſcribit, Teſtem ob acceptam pecuniam puniri debere, *ex quo gratìs id facere tenetur*, & citat *cap. Statutum. §. Proferendo de Teſt. in 6.* quod tamen Capitulum nec in Sexto, nec in Decretalibus reperire minimè potui. Quòd Teſtis teneatur Judici obedire, & ſe ſubiicere examini ad ejus mandatum, verum eſt, niſi ex tali teſtimonio grave damnum ipſe Teſtis incurreret. Quòd, ſi damnum ipſe pateretur, non tenetur ille obedire cum tanto incommodo, ex vulgatis. Quòd verò teneatur gratìs teſtificari; hoc etiam univerſaliter falſum eſt; verificatur tantùm in caſu, quo nec ſibi, nec ſuis damnum ex teſtificatione proveniat, ſicut enim cogi Teſtes non poſſunt ad teſtificandum contrà ſuos (25), nec cogi pariter poſſunt *ſenes*, *valetudinarii*, *&c.* (26) ob incommodum; ità nec cogi poſſunt, quòd gratìs teſtificentur, ſi damnum, aut incommodum ex eo ſubeant, undè, ſi ad compenſandum tale damnum, & incommodum, quæ pretio ſunt æſtimabilia, Teſtis pretium accipit, in nullo delinquit, nec puniendus eſt ullo modo.

13 Quatùm verò ad *ſubornationem*, quæ fit Electoribus, cenſetur eſſe illa mala perſuaſio, quæ prece; pretio; laudibus; vituperationibus, obſequio: vi; metu, imperio; commendationibus aliorum, aut quâvis aliâ malâ arte fit Electori, per quam læditur illius libertas, & inducitur ad dandum ſuffragium alteri ab eo, quem præ cæteris in propriâ conſcientiâ digniorem reputat; & cui illud daret, niſi tali doloſâ perſuaſione ſeduceretur. Hujus deſcriptionis particulæ quædam ſpectant ad materiam de *Simoniâ*, undè de illis ibi, tanquàm in proprio loco tractabimus: de aliis autem dicemus infrà in explicatione Statutorum.

14 Dubium non leve hìc eſt, àn *ſubornatio*, in Electionibus vetita per Extravagantes *B. Pii V. Gregorii XIII.* ac *Clementis VIII.* Decretum (27), intelligenda ſit tàm ea, quæ ad bonum ſit, puta ad finem eligendi optimum, ac digniſſimum inter bonos, ac dignos ad profectum Religionis, quàm *ſubornatio* mala, quæ tendit ad electionem indigni?

15 Communis opinio multorum, quod dat *Sanctorus* (28), quibus addo *Pellizzarium* (29), eſt, quòd prohibeatur

(18) *Afflict. lib. 3. Conſt. Regn. Rubr. 40. Conſt. Qui falſitatem. p. num. 1.*

(19) *Raynal. Tom. 2. cap. 18. §. 19. num. 8. & ibi Boer. Caball. Guazz. & Giurb.*

(20) *Giurb. Paul. de Caſtr. Boſſ. Surd. Dec. Zuccar. Bald. Rip. & Rota apud Raynald. loc. cit. num. 11.*

(21) *arg. text. in l. Divus ff. de Re indicat. Vanti. de Nullit. def. proc. n. 138. Cavalc. Farin. Menoch. apud Sgroi. Par. 4. cap. 13. n. 2.*

(22) *text. in l. 1. §. 1. ff. Ad leg. Corn. de Falſ.*

[23) *Dec. Conſ. 89. col. 6. ℣. Item dicit.*

(24) *Baynal. Tom. 2. cap. 18. §. 16. num. 9.*

(25) *text. in l. lege Julia. ff. de Text.*

(26) *text. in l. Inuiti. ff. de Teſt.*

(27] *B. Pius. V. Conſtit. Paſtoralis. 28. Maii 1551. Gregor. XIII. Conſt. Conſuevit. 8. Septemb. 1573. Clemen. VIII. Decret. de Refor. Regul. nu. 35.*

(28) *Sanctor. de Pæn. cap. 15. Quæſt. 4. ℣. Reſpondeo ſecundò. fol. 138. & ibi Roderic. To. 2. Quæſt. 56. art. 1. Cordub. lib. p. Quæſt. 35. & 36. Soto de Juſt. lib. p. Quæſt. 6. art. 6. Mavar. Manual. cap. 27. nu. 12. Portel. V. Subornatio nu. 1. 2. 3. Suar. de leg. lib. 5. cap. 9. à nu. 2. Roder. iuni. Reſol. 58. n. 45. Paſqualig. Nald. V. Religio. n. 42.*

(29) *Pellizz. Manual. Regul. Tom. 2. Tract. 7. cap. 6. Sect. 2. n. 33.*

Digitized by Google

beatur ſolùm *ſubornatio* mala ; quià finis Summorum Pontificum tantùm eſt, ut per *ſubornationem* , non eligatur indignus, aut minùs dignus, omiſſo digniore; nec legiſlator intendit per ſuam legem aliquem ligari , ultrà id, quod ipſe intendit; undè, cùm tales Legiſlatores intenderint ſolam utilitatem Religionis , vetando *ſubornationes* , non intenderunt vetare bonas, quæ tendunt ad utilitatem, ſed tantùm malas, quæ ſunt ad perniciem Religionis, attento maximè; quòd illæ prohibentur ſub gravibus pœnis, quæ debent reſtringi, juxtà vulgata, & ideò limitari ad *ſubornationes* malas.

16 Sed contrarium validiſſimis argumentis probat *Sanctorus*, (30) demonſtrando, quòd intentum Summorum Pontificum fuit, exterminare in Religionibus *ambitum Officiorum*, quod apertè habet Decretum *Clementis Octavi*, in quo dicitur. *Vt omnis Officiorum ambitus Occaſio præcludatur, caveant omnes à directâ, vel indirectâ vocum procuratione*: Porrò ambitus ità poteſt intervenire in perſonâ , quæ vel prò ſe , vel prò alio digno vota indebitis modis procuret, ſicut in perſonâ indignâ. Undè Summi Pontifices in citatis legibus non ſpectarunt finem, ſivè exitum electionis, ac ſi prohibuiſent *ſubornationem* in caſibus tantùm , in quibus fieret prò indigno , qui electus remaneret , ſed prohibuerunt , quantùmvis prò digno fiant, & hic remaneat electus.

17 Et re verâ hoc negari minimè poteſt , ſiquidèm ità ſimoniaca evadit electio digniſſimi , ſicut indigni, ſi fiat per media ſimoniaca , puta, à manu, à linguâ, & ab obſequio; hæc autem media ſunt veræ ſpecies , quibus comittitur *ſubornatio* ; eodem ergò modo iſta perficitur , ſicut committitur ſimonia ; igitur, ſi ſtat crimen ſimoniæ cum electione digniſſimi , ſequitur , quòd idem erit de *ſubornatione*.

18 Ratio autem , quæ movere potuit Summos Pontifices ad prohibendas hujuſmodi *ſubornationes* in Religionibus, duplex eſſe potuit. Prima eſt, ut electiones evaderent Canonicæ; tales autem minimè eſſe poſſunt , niſi ſint liberæ , libertas enim eſt de eſſentiâ electionis Canonicæ, (31) per *ſubornationes* verò, quoquomodò fiant, ligator libertas eligentium. Secunda eſt, nè perturbetur Religioſa quies, quæ per hujuſmodi *ſubornationes*, inſtante tempore Capitulari, maximè agitatur , ac etiam *Ad frangendam peſſimam corruptelam , quâ de adminiſtrationibus , & Officiis per gratiam , & ſordes conſequendis perperàm inolevit* , quæ ſunt verba *B. Pii V.* in Bullà prò *Minoribus Conventualibus* : (†) Sed iſtæ rationes ità quadrant, quandò *ſubornationes* fiunt prò eligendo digniſſimo , ſicut non digno ; concludendum igitur erit, quod Apoſtolicæ prohibitiones, & pœnæ in quâvis *ſubornatione* locum habeant.

19 Ex his reſolvitur dubium , quod proponitur , nùm ſcilicèt delictum *ſubornationis*, compleatur, ità ut ſit locus pœnis , contrà illud latis , ſi illa effectum non ſit ſortita, quià, nempè electus non remanſit is , prò quo fuit facta *ſubornatio Rodericus* (32), pròut eum refert *Portellus* (33), fuit in ſententiâ , quòd ad complementum hujus criminis , & pœnas incurrendas, requiratur, quòd effectus electionis intentus ſit ſecutus; ſed poſteà ab eâ receſſit in alio Opere , (34) & cum eo ſentit *Portellus*, & benè . Cum hâc ergò ſententiâ coheret, quod ſuprà dictum eſt, quòd nempè prohibitio Papalis eſt , tàm prò *ſubornatione* , quæ bonum ſortitur effectum, quàm prò eâ quæ non ſortitur bonum; nàm ea ex ſe , & independente ab ulteriori effectu , crimen eſt . Sequitur proindè, quòd, quàmvis ipſa ſortiatur effectum, contrarium intentioni ſubornantis , nil minùs delictum ſit , quò ad ſe ipſam conſummatum , & pœnâ dignum.

20 Nec iſta reſolutio repugnat dictis ſuprà *num.* 9. ubi oſtendimus, *ſubornationem* Teſtis non puniri pœnâ ordinariâ, ſi Teſtis falſum non deponat. Nàm alia eſt intentio legis circà *ſubornationem* in Teſte falſo, & in Electione . Siquidèm circà primam intentio eſt , nè ex falſi depoſitione pervertatur judicium ; proindè qui perſuadet Teſti veritatem deponere, & ſic *ſubornatione* utitur ad bonum , in nullo peccat, ut probatum eſt ſuprà *num.* 12. In aliâ autem intentio eſt , pròut diximus *num.* 18. , quòd non violetur libertas eligentium ; non perturbetur Religioſa quies ; & ambitus inter Clauſtrales non nutriatur : quæ omnia eveniunt in quâvis , & per quamvis ſubornationem ; quæ proindè, ut diximus, crimen ex ſe perfectum eſt.

21 Dubitatio itidem eſſe poteſt , àn *ſubornatio* , vètita per Summos Pontifices, reſtringatur tantùm ad Prælaturas Regulares , Officia, nempè quæ habent curam animarum adnexam, àn verò ſit reſpectu eorum omnium, quæ veniunt nomine Officii.

22 Ad hoc reſpondeo , quòd appellatione *Officii*, ut ex multis juribus, tùm *Cæſareis* , tùm *Pontificus* colligit *Barboſa*, (35) veniunt omnia munera, quæ certa ſub ſe continent miniſteria , ad quæ *Officium* obtinens deputatur, ac obligatur ; & juxtà hanc ſignificationem, in Religionibus nomine *Officiorum* veniunt non tantùm Prælaturæ, quarum miniſterium eſt cura aut Generalis, aut Provincialis, aut Localis animarum, ſed etiam alia quæcunque, quibus prædicta *Officii* deſcriptio convenire poteſt. Differentia autem *Officiorum* , ut notat *Pellizzarius*, (36) eſt, quòd illa, quæ habent adminiſtrationem cum juriſdictione, vocantur *Prælaturæ*, ſivè *Dignitates*, ut *Generalatus*, *Provincialatus*, *Abbatia*, *Præpoſitura*, *Prioratus*, *Guardiania* , *Correctoratus*, *&c.* alia verò, quæ dicunt adminiſtrationem tantùm abſquè præeminentiâ, vocantur propriè *Officia*, ut Officium *Sacriſtæ*, *Procuratoris*, *Subprioris*, *Vicarii*, *&c.* alia autem , quæ important præeminentiam abſquè juriſdictione appellantur *perſonatus* , & veniunt nomine *honorum*, ut *Diffinitoriatus*, *Cuſtodiatus*. *&c.*

23 Alia autem *Officiorum* Regularium diviſio eſt , quòd nonnulla per ſolam Canonicam electionem conferuntur, quæ, ut aliàs (37) diximus, ad ſui eſſentiam importat, quòd fiat à Collegio , capitulariter congregato; nonnulla verò per ſolam proviſionem Prælati Generalis, Provincialis, aut Localis , juxtà varia Ordinum inſtituta, ac leges conferuntur.

24 His præmiſſis, apparet ſolutio propoſitæ dubitationis quòd, nempè prohibita ſub pęnis, aſſignatis in Bullis, ſit *ſubornatio* prò conſecutione non ſolùm *Officiorum*, quæ Præ-



(30) *Sanctor. loc. cit. ℣. Verùm ex hoc. fol. 138. & ſeqq.*
(31) *text. in cap. Cum terra. de Elect. cap. Vbi periculum. §. Cæterum. eo. tit. in 6.*
(†) *B. Pii V. Conſt. Ad extirpandos. apud Sanctor loc. cit.*
(32) *Roderic. Q. Q. Regul. Tom. 2. Quæſt. 56. Art. 1. ℣. fin.*
(33) *Portel ℣. Subornatio. nu. 5.*

(34) *Roderic: Addit. ad Summ. Tom. 4 cap. 14.*
(35) *Barb. ſ. Appellat. 176. nu. 1.*
(36) *Pellizzar. Manual. Regular. Tom. 2. Tract. 8. cap. 6. n. 197.*
(37) *Par p. Tit. Quales. num. 32.*

laturæ ſunt, ſed etiam aliorum omnium, quæ per Canonicam electionem, ſivè per plurium ſuffragia conferuntur. Ratio evidens eſt, quià, cùm in Bullis *B. Pii*, ac *Gregorii*, & in Decreto *Clementis Octavi* prohibeatur ambitus *Officiorum*, profectò intelligendum eſt de omnibus *Officiis* univerſaliter, juxtà tritum axioma, quòd *lex univerſaliter, ſivè indefinitè loquens, generaliter eſt accipienda*: quià verò ad impediendum ambitum ipſum prohibetur *ſubornatio* per directam, ſivè indirectam votorum procurationem, liquet ambitum, & *ſubornationem* prohibitam verſare circà illa *Officia*, ad quæ obtinenda poſſunt concurrere plura vota; reſpectu enim eorum, quæ pendent à merâ proviſione Prælati, locum habere nequit votorum procuratio.

25 Quòd, ſi quæratur, quotuplex poſſit eſſe malitia in *ſubornatione*. Reſpondeo, quòd aliquandò poteſt in eâ intervenire perverſitas ſimoniaca, & de hâc ſuo loco dicemus: aliquandò autem intervenit ſola inobedientia mandatis *Summorum Pontificum*, in materiâ gravi, quæ culpam mortalem importat; & multipliciter poteſt contingere, nempè, quandò ambitioſus per ſe obſequio, muneribus, (non tamen interveniente pacto, nàm tunc eſſet ſimonia) laudibus, procuraret ſibi devincere animum Vocalium, & maximè Capitis factionis, à cujus nutu cætera vota regulantur, & obſequium eſſet fædum, & ſervile; munera excedentia ſtatum Religioſum, & Conſtitutiones Apoſtolicas de largitione eorundem; laudes eſſent aut totaliter falſæ, aut ultrà fas, & veritatem exaggeratæ. Quandò ambitioſus utitur emiſſariis ſuis, ad venanda ſuffragia; iſti autem laudant in immenſum illum, prò quo procurant; vituperationibus proſcindunt alios, concurrentes ad illud *Officium*; laudes verò, & vituperationes, aliquandò ex integrò falſæ, aliquandò indebitè magnificatæ ſunt. Utuntur pariter machinâ validiori ad animos movendos, puta, intereſſe privato; deprædicant gratitudinem illius, prò quo procurrant; vice versâ exaggerant ingratitudinem concurrentis; oſtendunt certiſſimam ſpem conſequendi ab illo omnia deſiderata, ſi fiet Provincialis; quòd nullus illo melior prò manutenendâ factione &c. Terrent minis, quòd actum erit de fortunâ ſuâ, ſi in illum non concurret, quòd ignominioſo ſtigmate proditoris ſigillabitur, ſi non conveniet in eum cum amicis, à quibus promotus eſt ad illud officium, quod habet; quòd ille nil minùs evadet Provincialis abſque ſuo ſuffragio, & quandò erit in officio, inquiret contrà eum de delicto, quod modò diſſimulatur. Adhibent repetitas, ac importunas preces, obſecrationeſque; in his impendunt aliorum amicorum ſuaſiones, recommendationes ſæcularium potentium, *Prælatorum*, etiam *Eccleſiaſticorum*, & quod horribilius eſt, etiam fæminabus utuntur, medio (quod apud quoſdam validiſſimum eſt) ad expugnandam Vocalis conſtantiam; & ſexcentis hujuſmodi modis, de quorum aliquibus ſcribit *Sanctorus*, (38) ſed plures ſciet, qui congreſſibus Capitularibus, maximequè generalibus interveniet.

26 Sed hucuſque dicta videntur quadrare prò ſubditis, qui agitantur malo ſpiritu ambitionis, & per ſe, ac amicos ſuos *ſubornationes* inſtituunt, pròut dictum eſt. At quid dicendum de Superioribus, ac directoribus, ac Præſidibus electionum, qui ut plurimum efficaciùs talibus *ſubornationibus* incumbunt, ut electio ad ipſorum genium, ac ingenium ſequatur?

(38) *Sanctor. de Pæn. cap. 15. Quæſt. 4. 5. & 6. fol. 126. & ſeqq.*

27 Dico, quòd iſti idem crimen, ſed gravius, quàm ſubditi committunt. Ratio eſt, quià atrocius eſt delictum, commiſſum ab illo, à quo debuit delictum ipſum punitione vindicari, & delinquentes compeſci, tum quià ipſum impunitum relinquit in ſubditis; tùm quià Subditos malo exemplo ſuo ad ſimilia ſollicitat. Deberent ideò tales gravioribus pœnis, quàm cæteri, puniri; ſed hoc nunquàm factum vidi; nec de *ſubornatione* aliquem Præſidem Capituli, aut Vocalem caſtigari; & hoc non aliundè eſt, niſi quià crimen hoc potiùs eſt in Superioribus, ac Magnatibus, qui volunt hâc viâ, ſibi dominium protendere, quàm in ſubditis ambitioſis; & ideò crimen hoc Religioſæ Reipublicæ perniicioſiſſimum, ceu malignus cancer vitales partes illius depaſcitur ſinè remedio.

## Probatio.

### *SUMMARIUM.*

28 *Subornatiò eſt difficilis probationis.*
*Indicium ſubornationis Teſtium.*
29 *Indicium ſubornationis in uno Teſte.*
30 *De indiciis Teſtium ſubornatorum, remiſſivè.*

28 Subornatio, quià, ut diximus ſuprà, clàm fieri ſolet, ideò eſt difficilis probationis, & ideò indiciis, ac præſumptionibus probatur, ut volunt Doctores (39). Multa quidèm poſſunt circà hoc indicia haberi, & loquendo de *ſubornatione*, quæ fit Teſtibus, una eſt, quòd, ſi Teſtes adamuſsìm per eadem verba formalia penitùs deponant, præſumuntur ſubornati, & hoc maximè, ſi Teſtes ſint idiotæ, ac ignari, & deponant in formâ, in quâ dent indicium, ex ſe taliter non loqui, ſed ex inſtructione, ſibi ſuggeſtâ; (40) & multò magìs, ſi aliundè habeatur fumus *ſubornationis*.

29 Hoc verò quadrat, quandò multi ſunt Teſtes, qui ſuſpecti habentur de *ſubornatione*: ſed quandò ſuſpicatur tantùm de uno, indicium corruptionis illius eſt, ſi deponens ſuper capitulis, nolit poſteà ſuper interrogatoriis reſpondere in Cauſâ Civili, ut dicunt Doctores, (41) & in Criminali, ſi poſtquam depoſuit citatus ex officio, aut præſentatus ab Accuſatore, non vult reſpondere ſuper articulis, propoſitis à Patrono Rei, niſi priùs ſibi legatur ſua depoſitio, quæ ut aliàs (42) diximus, non debet ſibi legi, quandò timetur de ejus *ſubornatione*.

30 Alia indicia prò detegendâ Teſtium corruptione aliàs dedimus in Primâ parte (43), ad quam lectorem remittimus, & indicia, quæ inſerviunt ad probandam *ſubornationem* Teſtium, militant etiam ad probandam eam, quæ fit cum Electoribus.

(39) *Maſcard. de Probat. Concl. 1341. n. 1. & ibi Guid. Papæ. Conſil. 75 per tot. Sgroi. Par. 4 cap. 13. n. 14 & ibi Marta. Deciſ. 117.*
(40) *arg. text. in l. 3. & ibi Bart. in §. Ideoque. V. Nota quod §. ff. de teſt. Bero. Conſ. 95. nu. 1. Vol. 3. & Conſ. 97. n. 1 Vol. eo.*
(41) *Bald. in l. 2. in 1. Colum. V. Sed ſi occurrit. C. de Eden. Alex. Conſil. 45. lib. 2. & Conſ 98. lib. 4. Abb. in cap. In preſentia de Probat.*
(42) *Par. p. Tit. Patronus. nu. 152.*
(43) *Par. p. Tit. Teſtes. nu. 112.*



Digitized by Google

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

31 *Pœna ſubornantis Teſtem ad deponendum falſum in variis caſibus.*
32 *Teſtis falſus, & eum ſubornans, quandò puniendus pœnâ talionis.*
33 *Pœna ſubornantium in Electionibus.*
34 *Pœna lata contrà tales ſubornantes, quadrant prò omnibus Regularibus.*
35 *Antiqua pœna contrà prædictos aucta à Clemente VIII.*
36 *Pœna Simoniacorum, quo caſu aptentur ſubornatoribus prædictis.*
37 *Spectandæ ſunt peculiares Conſtitutiones Ordinum.*
38 *Statutum primum prò Minoribus de Obſervantiâ.*
39 *Statutum ſecundum.*
40 *Dubitatio prima.*
41 *Faciens deponi falſum in judicio, quandò contrahat pœnas ſtatutarias.*
42 *Dubitatio ſecunda.*
43 *Textus ſuppletus ex Valliſoletanis.*
*Textus Statutorum comprehendit pœnas Pontificias, latas contrà ſubornantes.*
44 *Dubium, quomodò privatio actuum legitimorum inferat privationem ſuffragiorum.*
45 *Privatio ſuffragiorum duplex.*
46 *Strictè accepta privat tantùm voce activâ, & paſſivâ ad Prælaturas.*
47 *Conciliantur contrarietates.*
48 *Dubitatio tertia, quomodò intelligatur diffinitio ſubornatoris, data in Statutis.*
49 *Declaratur, qui veniant nomine ſubornatorum in Statutis.*
50 *Obſecrationes quid importent.*
51 *Obſecrationes importunæ, quæ ſint.*
52 *Subornatio, quomodò fiat laudibus, aut vituperationibus, juxtà Sanctorum.*
53 *Impugnatur ejus opinio.*
54 *Sequitur impugnatio Sanctori.*
55 *Iterùm arguitur contrà Sanctorum.*
56 *Laudes, quæ prohibentur in ordine ad ſubornationem, quæ ſint.*
57 *Vera ſubornatio, quæ fit laudibus, quandò accidet.*
58 *Falſitas in talibus laudibus, quarè apponatur.*
59 *Pœna ſubornantium in electionibus, debentur etiam effectu non ſecuto.*
*Pœna ordinaria criminis non incurritur, niſi effectu ſecuto.*
60 *Colligationes vetitæ, & conceſſæ, quæ ſint.*
61 *Dubitatio quarta, quid agendum, ſi congregato Capitulo, quis accuſetur de ſubornatione.*
62 *Poteſt ille ſummariè condemnari.*
63 *Dubium, ſi Præſes Capituli ſit notorius ſubornator.*
64 *Debet Præſes excludi ab electione, & alius à Vocalibus eligi.*
65 *Vocales in Capitulo congregati, quomodò, & quandò ſibi poſſunt eligere Præſidem.*
66 *Corruptela impunita circà ſubornationes in electionibus.*

31 QUò ad pœnas inducentium *ſubornatione* Teſtes ad deponendum falſum, diſtinguendum eſt. Vel enim fuit Teſtis ad offenſam, & ejus depoſitio falſa ſortita eſt effectum ſuum, & tunc, ſicut pœna Teſtis falſi eſt pœna talionis, pròut dicitur in jure, (44) ità pœna inducentis ad teſtificandum falſum, eſt ad ſimilitudinem ejus, quæ ipſi Teſti falſo debetur. (45) Quòd, ſi effectus non fuerit ſecutus, quià ille, contrà quem falſum depoſuit, ſe defendit, & probavit falſitatem teſtimonii, tùm Teſtis, tùm ſubornans puniuntur pœnâ extraordinariâ, Judicis arbitrio, ut docet *Farinacius*, & *Guazzinus*. (46) Si verò eſt ad defenſam, Teſtis ſubornatus punitur pariter pœnâ extraordinariâ; & ex conſequenti eâdem pœnâ percellitur ſubornator. (47)

32 Limitatur autem hoc, quandò falſum teſtimonium eſt ad puram defenſam Rei contrà fiſcum, ſed non ſic eſt, quandò eſt ad defenſam Rei contrà Accuſatorem; nàm probando Reum innocentem, probat Accuſatorem ex conſequenti calumnioſum; & perindè eſt, ac ſi Teſtis examinaretur ad offenſam Accuſatoris. Undè tali caſu puniendus eſſet Teſtis pœnâ talionis, quâ puniendus eſſet Accuſator deficiens in probatione: & *ſubornator* ultrà pœnam, quæ ſibi deberetur ob crimen, de quo accuſatus eſt, deberet ſubdi pœnæ eidem, cui ſubiici Teſtis, ab eo ſubornatus, debet.

33 Quantùm verò ad pœnas ſubornantium Electores prò conſequendis *Officiis Regularibus*, habetur primo loco excommunicatio latæ ſententiæ, ſummo Pontifici reſervata ex *Bullâ B. Pii V.*, quam dat *Rodericus*, (48) & ultrà dictam Cenſuram privatio perpetua vocis activæ, ac paſſivæ. Dictis autem pœnis ex eâdem Bullâ ligati manebant ultrà ſubornantem, ſubornatus, & ille, prò quo fit ſubornatio, niſi ſubornantem Judici detuliſſent, ut ab eo puniretur. Sed diſpoſitionem ſupradictam moderavit *Gregorius XIII.* (per aliam Bullam, (49) quam citato loco refert idem *Rodericus*) circà duo; voluit enim, quòd ab excommunicatione ſupradictâ abſolvere poſſit *Superior Generalis*, niſi ſubornatio facta ſit prò eâ, ſecundò abſtulit dictas pœnas à non revelantibus *ſubornationem*, pròut ordinaverat *Beatus Pius*.

34 Quàmvis autem dictæ Conſtitutiones latæ ſint prò Religione *Minorum de Obſervantiâ*, afficiunt tamen omnes Regulares, pròut docet *Pellizzarius*. (50) Nàm, quàmvis illæ afficiunt pœnis particulares Religioſos, tamen favorabiles ſunt Religionibus in communi; undè per viam communicationis ad omnes Religiones ſunt extenſæ, cùm communicatio privilegiorum inter pleroſque Ordines ſit vniverſalis.

35 Prædictas pœnas innovavit, auxit, & ad omnes Regulares in univerſum extendit *Clemens Octavus*, (51) ſanciens, quòd ſubornantes *in Capitulis, vel Congre-*

(44) *l. 1 §. Prætereà. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.*
(45) *Sgroi Par. 4. cap. 14. num. 21. & ibi Clar. Bertazz. Menoch. Farinac. & Caball.*
(46) *Farinac. Quæſt. 67. num. 9. 10. 14. 17. & 21. Guazz. Defenſ. 28. cap. 18. nu. 3.*
(47) *Sgroi loc. cit. cap. 10. nu. 11. in fin. & ibi Clar. Farinac. Bertazz. & Ricc.*
(48) *Roderic tom. 2. quæſt. 56. art. 1. init. B. Pii V. Bull. Paſtoralis. 28. Maii 1551.*
(49) *Gregor. XIII. Bull. Conſuevit. Dat. 8. Septemb. 1573.*
(50) *Pellizzar. Manual Regul. tom. 2. Tract. 9. cap. 2. nu. 181. V. Cum autem. & num. 182.*
(51) *Clement. VIII. Decr. de Regular. num 35.*

Digitized by Google

*gregationibus*, *ſeu alibi*, ultrà cenſuram, & pœnas ſupradictas, afficiantur privatione *Officiorum*, quæ obtinent, & inhabilitate ad alia obtinenda in perpetuum, ſuper quâ à nemine valeant diſpenſari, niſi à *Romano Pontifice*.

36 Putat autem *Naldus*, (52) prout eum refert *Pellizzarius* loco citato, (53) quòd verba illa, poſita in ſupradicto Decreto *Clementis Octavi*, ubi ait *præter alias pœnas*, *& cenſuras hactenùs, contrà hujuſmodi ambientes, & practicantes inflictas &c.* importent eas, quæ in jure (54) communi latæ ſunt contrà Simoniacos. Hoc tamen limitandum cenſeo ad caſum, in quo *ſubornatio* fiat per media ſimoniaca, nempè dato, promiſſo, ſivè pacto pretio, aut aliâ re pretio eſtimabili, in quo caſu vera intervenit Simonia. In aliis autem caſibus, in quibus *ſubornatio* fit abſquè Simoniâ, debent intelligi pœnæ, latæ contrà ſubornatores non Simoniacos, puta latæ in citatâ Conſtitutione *B. Pii*, per *Gregorium* moderatâ.

37 Circà hoc delictum *ſubornationis* Teſtium in judicio, ac Vocalium in Electionibus, ſpectandæ ſunt etiam peculiares cujuſvis Ordinis Conſtitutiones. Nos *Minores de Obſervantiâ* habemus ſequentia Statuta.

38 1. *Qui in judicio quidquam falsò, ſcienterque depoſuerit, vel deponi fecerit: aut verum revocavit, aut revocari procuravit, ipſo facto, eſt excommunicatus; cujus abſolutio Provinciali eſt reſervata, ſemeſtri carceri mancipandus, ſatisfaciat parti, & perpetuò infamis exiſtat.* (55)

39 2. *Subornatores ſunt excommunicatione Papali, ipſo facto, ligati, actibuſquè legitimis privati.* (56)

40 Circà quæ, & primò contrà primum dubitatio prima eſt, àn in quocunque caſu indifferenter ille, qui deponi fecerit aliquid falſum in judicio; aut procuraverit verum revocari, dictas pœnas incurrat?

41 Reſpondeo, negativè; ſed incurrit pœnas ſupradictas ſubornator Teſtium, faciens deponi falſum, aut revocari verum, ſolummodò, quandò illa tendunt ad offenſam alicujus, non verò quandò prædicta fiunt ad defenſam contrà fiſcum, prout dictum eſt ſuprà *num.* 32. Et hoc (ultrà rationes alibì (57) dictas) apparet ex clauſulâ Textus citati, ubi ait, *ſatisfaciat parti*, ex quâ eruitur verus ſenſus hujus diſpoſitionis, ut nempè locum habeat, quando ex *ſubornatione* læditur *Pars*, cui debeat de juſtitiâ ſatisfieri, undè, cùm ſimus in pœnalibus, diſpoſitio extendenda non eſt ad caſum, in quo nulla Partis læſio interveniat. Tunc enim non pœna ordinaria hìc ſancita, ſed alia arbitraria, ferenda eſt, prout aliàs dictum fuit.

42 Secunda dubitatio eſt circà ſecundum Statutum, àn ſcilicet cæteræ pœnæ, latæ à Summis Pontificibus contrà ſubornantes in electionibus, de quibus dictum eſt ſuprà *nu.* 33. & ſeqq. cenſeantur reſtrictæ ad pœnas, enunciatas in hoc *Textu*, puta, ad excommunicationem, & privationem actuum legitimorum?

43 Reſpondeo, negativè; nàm *Textus* iſte decurtatus eſt, & excerptus à *Statutis Valliſoletanis*, (58) quæ ad illius marginem adnotantur, & in iſtis clarior habetur, & diſtinctior diſpoſitio inſerta pariter in Statutis Generalibus Ordinis, (59) quæ ſic cantant. *Subornatores declaramus, qui donis, & promiſſis; comminationibus, & obſecrationibus importunis; laudibus, & vituperationibus falſis aliquem inducere conantur, ut ſibi, vel alteri ſuffragium in electionibus ferat: quivè colligationes, aut inductiones fecerint: Non autem illi, qui conferendo, vel conſulendo, talem dignum, vel indignum ad officia dixerint, ut ad illud eligatur, vel non eligatur.*

*Qui in electionibus, vel antè eas per ſex menſes prò ſe, vel prò alio, per ſe, vel alios ſubornaverit, excommunicationis ſententiam, ipſo facto, incurrat, Miniſtro, aut Commiſſario Generali reſervatam: Si verò Generales ipſi in eâdem damnatione fuerint, à ſolo Summo Pontifice abſolvi poterunt juxtà Conſtitutionem Gregorii XIII; & inſuper eoſdem ſubornatores actibus legitimis, ipſo facto privamus.* Ex iſtis igitur apparet, non modificatas fuiſſe per diſpoſitionem *Textus* pœnas, latas à Summis Pontificibus; imò auctas fuiſſe privatione actuum legitimorum; quæ non habetur ex *Bullâ Gregorii*, nec ex *Decreto Clementis*. Et meliùs dicetur reſolvendo, quòd per pœnam privationis actuum legitimorum ſatisfit pœnæ privationis perpetuæ vocis activæ, ac paſſivæ, latæ per *B. Pium*, & privationis officii, ac inhabilitatis ad illa, latæ in *Decreto Clementis*. Siquidèm privatio actuum legitimorum, ut habetur ex Statutis Ordinis, (60) eſt inhabilitatio ad omnia *Officia* Ordinis, quæ important dignitatem, & ſuperioritatem; & hoc tùm quò ad exercitium, tùm quò ad inſtitutionem, ut aliàs (61) explicuimus. Importat igitur in recto privationem *Officii Prælaturæ*, & etiam inhabilitatem ad illud, quæ ſunt pœnæ latæ in *Decreto Clementis*. Pariter infert privationem vocis activæ, ac paſſivæ, quæ eſt pœna, lata per *B. Pium*; nàm iſta verſatur circà ferenda, vel conſequenda ſuffragia ad quodcunque *Officium* Ordinis, vt habent ejus Statuta, (62) quod perindè eſt ac inſtitui, vel exercere *Officia* Ordinis, quæ ſunt conjuncta cum dignitate, & juriſdictione; ſiquidèm apud Nos ad electionē eorundem vocem habent ſoli Officiales habentes dignitatem, ac juriſdictionem; & ſic dicendum eſt, quòd nullam novam pœnam, ultrà Pontificias, addat Statutum prædictum, ſed illas complectatur in ſolâ privatione actuum legitimorum.

44 Sed ex iſtâ ſolutione emergit difficultas; nàm alibì (63) cum *Sanctoro* diximus, quòd privatio actuum legitimorum non infert privationem vocis activæ, ac paſſivæ, quià privatus actibus legitimis, adhùc poteſt ſuffragari prò Novitiis, ad profeſſionem admittendis, &c. hìc autem docemus, quod privatio actuum legitimorum includat privationem vocis activæ, ac paſſivæ.

45 Ad hoc dico, quòd privatio vocis activæ, ac paſſivæ, ſeù juris ſuffragiorum, dupliciter ſumitur, nempè largè, ac ſtrictè. In acceptione comprehendit actus omnes, ad quos Religioſus habet jus tanquàm membrum Capituli, tùm Localis, tùm Provincialis; & hoc modo comprehendit ſuffragari in admiſſione Novitii ad profeſſionem; ſivè in electione Diſcreti Vocalis, ut antiquitùs fiebat; ſivè in quovis alio actu ſpectante ad Capitulum locale, ſivè Conventuale; pariter ſuffragari in Capitulo Provinciali prò electione Miniſtri, ac Diffinitorum,

(52) *Nald. Sum. V. Religioſus. num. 42.*
(53) *Pellizzar. loc. cit. num. 183.*
(54) *cap. Principatus. 1. q. 1. cap. Si quis deinceps. cap. Si quis Epiſcopus 16. q. 7. & alibi.*
(55) *Text. Tit. Applicatio. § 11.*
(56) *Text. loc. cit. §. 53.*
(57) *Tit. 5. § Periurium.*
(58) *Statut. Valliſolet. cap. 7. Tit. de Subornator.*

(59) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 43. & 44.*
(60) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. num. 3.*
(61) *Par. 1. Tit. Pænarum. num. 9.*
(62) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. num. 1.*
(63) *Par. p. Tit. Pænarum. num. 12 Sanctor. de Pæn. cap. 3. qu. 2. V. Reſpondeo primò. Ratio fol. 110.*

Digitized by Google

torum, & prò aliis actibus, in quibus requiruntur vota Capituli Provincialis; itidem ſuffragari in Diffinitorio tùm prò electione Prælatorum Localium; tùm prò inſtitutione, aut Electione Magiſtri Novitiorum, Lectorum, Concionatorum &c. in illis locis, in quibus mos eſt tales inſtituere per vota ſecreta; tùm prò receptione Novitiorum ad habitum, aut alio quovis actu, in quo Diffinitorii vota ſivè publica, ſivè ſecreta requiruntur:

46 Strictè verò, privatio juris ſuffragiorum, ſivè vocis activæ, ac paſſiuæ, eſt ad ferenda, & conſequenda ſuffragia; ità vt privatus nec eligere, nec eligi ad quodcunque *Officium* Ordinis poſſit, ut Statuta Ordinis (64) habent; Undè ut aliàs (65) diximus, ſic privatus non poteſt quidèm dare, nec conſequi vota ad Prælaturas; benè tamen poteſt dare votum, in quibuſvis aliis actibus, in quibus non agitur de Electione Prælatorum.

47 Quandò igitur diximus, quòd privatio actuum legitimorum non comprehendit privationem vocis activæ, ac paſſivæ, intelleximus de hâc, ſumptâ in latâ ſui ſignificatione; privatus enim actibus legitimis non impeditur ferre votum in omnibus actibus Capituli Conventualis, non concernentibus Electionem Superioris. Undè Statuta, quandò volunt in pœnam alicujus delicti privare Reum jure ſuffragandi etiam in his, addunt particulam *omni*, dicendo *omni ſuffragiorum jure* privetur; ut paſſim in Statutis reperitur. Cùm autem dicimus, quod privatio vocis activæ, ac paſſivæ comprehenditur in privatiône actuum legitimorum, intelligimus de illâ, ſtrictè ſumptâ; cùm evidens ſit, quòd privatus actibus legitimis non poteſt eligi in Prælatum: (& ſic privatus eſt voce paſſivâ) nec actus Prælati exercere, inter quos eſt ferre votum in Electionibus Superiorum, & hoc modo privatus eſt etiam voce activâ.

48 Tertia dubitatio eſt, quomodò intelligenda ſit deſcriptio Subornatoris, quæ ex Statutis data eſt ſuprà *num.* 43.

49 Reſpondeo, quòd talis deſcriptio comprehendit ſubornatores, tùm Simoniacos, tùm non; proindè dicit eos eſſe qui *donis, ac promiſſis* ſuffragia electiva venantur, quod quadrat ſolummodò prò Simoniacis, de quibus ſuo loco dicemus. Sequitur, loquendo de ſubornatoribus ſimpliciter, dicendo, eſſe eos, qui procurant ſuffragia *Comminationibus*. *Comminationes* ſunt minæ, quibus aliquis terretur ad præſtandum quid, quod præſtare nollet argumento ejus, quod dicitur in jure. (66) Evadit igitur ſubornator, qui Vocalem nolentem, dare ſuffragium Caio, ad illud præſtandum, terret minis, dicendo, quòd, ſi in eum non conferat, accuſabitur de crimine, ob quod privabitur Officio: ſivè perdet ſuam Religioſam fortunam, nec unquàm ad dignitates promovebitur: ſivè incurret inimiciam Generalis, ſivè Capitis factionis, ſeù tyranni Provinciæ, qui omnimodè vult Cajum Provincialem; ſivè ſibi contrarios reddet omnes amicos ſuos, qui prò Cajo coniurati ſunt: ſivè à totâ Provinciâ indigitabitur tanquàm proditor, ſivè ingratus, dum votum non vult dare ad nutum ejus, à quo factus eſt Superior.

50 Alio modo ſubornator fit, qui Vocales aggreditur *obſecrationibus importunis*. Obſecrare, ut ex *Feſto* ſcribit *Calvinus*, (67) non eſt ſimpliciter rogare, ſed *per ſacra rogare*, hoc eſt uti eo, quod *ſacrum*, & ſanctum eſt, tanquàm medium ad impetrandum id, quod petimus ab illo, quem rogamus; ut quandò dicimus, *per viſcera Ieſu Chriſti rogo te, da mihi hoc*; undè *obſecrationes* ſignificant enixiſſimas preces, quibus utimur, quandò aliquid maximè à nobis deſideratum, ab aliquo petimus. Optimè etiam explicat *Sanctorus*, (68) quòd hoc loco *obſecrationes* ſignificant preces efficaciſſimas, quæ ſolent Deo fieri; ſubornatores verò eas adhibent tali modo, *ut ſint ferè ſpecies cultus, & Latriæ* reſpectu eorum, quos ſubornant. Infeliciſſimi enim ambitioſi etiam ſe inferioribus ſubmittunt, ut aſcendant. In iſtis renovatur, quod de *Othone*, Imperium affectante ſcripſit *Tacitus*, (69) *Otho protendens manus, adorare vulgū, jacere oſcula, omnia ſerviliter prò dominatione*. Non aliter iſti nullam artem, quàmvis proprio ſtatui indecentem, omittunt, ut Vocalium animos demulceant ad ſibi ſuffragandum; & impenſiori ſtudio, & ſervilibus affatim obſequiis gratiam geſtiunt aucupari præpotentis Capitis factionis, quem adulatione colunt, & tanquàm Numen venerantur, ut ad ambitas dignitates provehantur.

51 Non ſufficit autem ſemel, aut bis ſic *obſecrare* Vocalem, ut poſſit dici *obſecrationibus* ſubornatus, ſed oportet, quòd hoc fiat *obſecrationibus importunis*. *Importunum* varias recipit ſignificationes, aliquandò enim idem eſt ac *importunum*, ſivè *intempeſtiuum*, ut *importunè*, hoc eſt *intempeſtivè repetere*, pròut habet quoddam Digeſtum, (70) aliquandò autem ſignificat *frequens continuatum*, ſivè *infeſtans*, undè in quâdam *Novellâ* (71) dicuntur *quidam importuni*, hoc eſt, *valdè infeſtantes*, vt explicat *Albericus*, (72) & in quodam Capitulo dicitur, *exaudita importuna mulier* (73), nempè *Chananea*, quæ, quàmvis repulſam paſſa, *continuatis*, ac *repetitis* precibus exaudita fuit à Chriſto Domino: ac in quodam *Decretali* (74) dicitur *importunitas potentium ambitioſa*, nempè *continuata* precum inſtantia, quæ tendit ad noxam, ut explicat ibi *Gloſſa* (75) *obſecrationes* igitur *importunæ* dicuntur enixæ preces *frequentes*; *continuatæ*; *repetitæ*; ſeù *perſeverantes*, quibus ambitioſi ſubornant Vocales ad ſibi ſuffragandum. Cùm ſimus igitur in lege pœnali, ac graviſſimâ, ejus diſpoſitio accipienda eſt in ſtricto ſignificato, & ideò concludendum, quòd ad incurrendas pœnas ſubornantium *obſecratonibus*, iſtæ debent eſſe fræquentes, repetitæ, ſivè continuatæ &c.

52 Sequitur, *laudibus, aut vituperationibus falſis*. Putat *Sanctorus*, (76) *laudes*, ac *vituperationes* haſce de quibus loquitur Statutum, eſſe munus à linguâ, & proindè, tanquàm media Simoniaca, prohiberi; aſſerit inſuper, (77) quòd, ſi *laudes* veræ ſint, & prò digno adhibentur, ſimonia non ſit talibus laudibus ſubornare; ſimonia autem ſit, & *ſubornatio*, ſi veris etiam vituperationibus ſuffragium electiuum extorqueatur. Dicit inſuper *laudes, & vituperationes*, hic expreſſas, eſſe illas, quæ dicuntur, adulando eum, qui ſubornatur; ſivè illum terrendo, puta, quòd, ſi ſuffragium non conferet ſubornanti,

(64) *Stat. Gen. Ord. cap. 7 §. 6. n. 1.*
(65) *Par. p. Tit. Pænarum. num. 7.*
(66) *l. 1. C. Comminat. epiſt. progr.*
(67) *Calvin. lexic. V. Obſecrare.*
(68) *Sanctor. de Pæn. cap. 15. Quæſt. 4. ℣. Reſpondeo. Obſecrationes. fol. 126.*
(69) *Cornel. Tacit. Hiſtor. lib. p.*
(70) *text. in l. 17 §. Sicut. ff. Commod. vel contr.*
(71) *Novell. de Hæred. & Falcid. in Proem. ſſ. 1.*
(72) *Alberic. Dictio V. Importuna valdè.*
(73) *cap. Importuna mulier. de Pænit. diſt. 1.*
(74) *cap. final. de Reſcr. in 6.*
(75) *Gloſſ. in cap. final. in V. Importunitas de Reſer. in 6.*
(76) *Sanctor. de Pæn. cap. 15. qu: 5. init. fol. 134.*
(77) *Sanctor. loc. cit. & ℣. Reſpondeo tertio. fol. 137:*

Digitized by Google

nanti, ille vituperationibus famam ſuam proſcindet.

53 Sed, ſalvâ illius reverentiâ, iſtas concluſiones non puto admittendas; nàm ad hoc, quòd *laudes, & vituperationes* iſtæ eſſent munus à linguâ, & media ſimoniaca, deberent in pactum deduci; aliter ſimonia non ſunt, ex communi ſententiâ ſcribentium, qui volunt munus à linguâ tunc eſſe ſimoniacum, quandò exhibetur *cum obligatione, vel quaſi obligatione, ut laudanti ſpirituale aliquid, velùt ex pacto implicito, vel explicito, directè, vel indirectè rependatur*. (78) Quomodò ergò ſimonia eſſe poſſunt *laudes*, à ſubornatore exhibitæ ſubornato, quæ ſecretò exhibentur (ut fert quidditas *ſubornationis*,) & nullum circà eas pactum intervenit, aut conventio? Poſito, quòd ſubornator intenderet laudibus illis mercari à ſubornato ſuffragium, hæc ſimonia tantùm mentalis eſſet ex parte ſubornantis, quæ tamen non cadit (eò quòd eſſet actus purè mentalis, de quibus Eccleſia non judicat) ſub pœnis Eccleſiaſticis: Simonia quidèm realis eſſet, ſi conventio inter ſubornantem, ac ſubornatum iniretur, ut illa in publico, aut cum aliis ſubornatum laudibus extolleret, iſte verò alteri ſuffragium conferret; ac ſimiliter ſimonia eſſet, ſi promitteretur ſuffragium ſubornatori, qui ſe obligaſſet ad vituperandum alium, qui concurreret ad dignitatem, ad quam aſpiraret ſubornatus.

54 Prætereà, ſi *vituperationes*, de quibus loquitur Statutum, concernerent perſonam ſubornati, ut explicat *Sanctorus*, ac ſi à ſubornante comminarentur ſubornato, in Statuto eſſet ſuperfluitas, nàm ſuprà disertè expreſſerat *comminationes*: ſuperfluitas autem in lege, aut Statuto non admittenda eſt. (79) Et quomodò poteſt intervenire ſimonia in vituperationibus, comminatis ad extorquendum ſuffragium?

55 Ulteriùs, ſi *Sanctorus* ipſe, ut adnotavimus ſuprà *num.*16. vult, & benè, quòd crimen *ſubornationis* committatur, quantùmvis ipſa tendat ad bonum finem, eligendi nempè digniſſimum inter dignos; quomodò non ſibi contradicit nunc aſſerendo, quòd, *ſi laudes veræ ſint, & prò digno adhibentur, nulla eſt ſimonia*, & conſequenter, juxtà illum, *ſubornatio*? Et ſi nulla eſt ſubornatio in *laude verâ*, & quomodò *ſubornatio* erit in *vituperatione verâ*, cùm laus, ac vituperatio contraria ſint, de quibus idem eſt judicium? (80)

56 Dico igitur, quòd *laudes*, quibus prohibetur hìc fieri *ſubornatio*, concernere poſſunt perſonam ſubornati, vel ſubornantis, vel ejus, contemplatione cujus *ſubornatio* fit. Nàm poteſt ſubornari aliquis adulatione, in quâ, laudibus, plerique falſis ſubornans utitur ad aucupandam illius benevolentiam, ſub ſpe conſequendi ab eo ſuffragium: ſed re verâ iſta eſt *ſubornatio* remota, quià ſtudium acquirendi gratiam, ſeù benevolentiam illius, eſt quid generale ad conſequenda ab eo omnia, quæ bona ſunt, & is dare poteſt; nec per laudes, illi tributas ſpecificatur petitio ſuffragii, in quâ conſiſtit *ſubornatio*.

57 Propria ergò *ſubornatio* fit, cùm laudes comitantur petitionem ſuffragii, & ſunt tanquàm medium ad illud conſequendum; tales ergò laudes concernunt aliquandò perſonam ſubornantis; ſicut enim dicebat Abſalom. (81) *Quis me conſtituat judicem ſuper terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & justè judicem?* ità nonnulli ambientes dignitates, ſe ipſos deprædicant zelo plenos, charitate fervidos, providos, juſtos &c. & ſi provehantur ad Provincialatum, jactant ſe extirpaturos abuſus, reformaturos Provinciam; neceſſaria proviſuros &c. & hoc modo ſollicitant corda Vocalium, ad illos promovendos: ſi autem *ſubornatio* ſit ad favorem alterius, ſimiles virtutes de illo exagerant, ac *laudibus* extollunt; & aperto marte, ſuffragium à Vocalibus ad illius favorem expoſtulant. *Vituperationes* verò ſunt contrà concurrentem ad dignitatem; & iſtæ ut plurimùm ſunt inſtrumenta, quibus apud Vocales utuntur ambientes ipſi, aut ipſorum emiſſarii, ad expungendos rivales ab animis Vocalium, quos tali pacto ſubornant.

58 Addit porrò Statutum *falſitatem* hujuſmodi *laudibus*, ac *vituperationibus*, ſubdens, *falſis*; hoc autem additur ad denotandum tantùm id, quod regulariter eſt; non quòd *falſitas* laudum, aut vituperationum neceſſaria ſit ad committendum contrà Statutum. Ratio eſt, quià *laudes* tales, aut adulatione, aut jactantiâ, aut perverſâ affectione, reſpectivè fœdantur, & *laudes falſæ* ſunt: *vituperationes pariter*, ut plurimùm ex invidiâ, & rivalitate prodeuntes *falſæ* exiſtunt, juxtà paroemiam, *Figulus figulo* nempè *invidet*; & ſicut invidia armavit manum *Cain* in vitam fratris; ſic acuit linguam invidi contrà famam innocentis, ac virtuoſi. Et dato, quòd *laudes*, & *vituperationes* veræ eſſent, nil minùs illis utens ad venanda ſuffragia, eſſet ſubornator, nàm illis læditur Vocalium libertas, quâ labefactatâ electio Canonica non ſubſiſtit, prout dictum eſt ſuprà *num.* 18.

59 Sequitur in Statuto, *aliquem inducere conantur, ut ſibi, vel alteri ſuffragium in electionibus ferat*; His verbis, prò Nobis fertur deciſio, contraria reſolutioni communi cujuſdam dubii, quod ſolet à ſcribentibus agitari, & eſt, àn ſubornatores in electionibus incurrant pœnas Pontificias, contrà eos latas, ſi electio ſequuta non fuerit in perſonâ illius, prò quo facta fuit *ſubornatio*, & concludunt, quòd non, ex fundamento hujus regulæ Generalis, *Pœnam, quæ ipſo jure delinquenti infligitur, non incurrit is, qui cogitavit, & aliquid egit, ſed non perfectè, etiamſi per ipſum non ſteterit*; quam regulam ex jure (82) deductam, paſsìm amplectuntur Doctores. Sed apud Nos talis regula in hoc caſu fallit, quandòquidem dicente Statuto, aliquem inducere conantur, manifeſtè apparet, mentem ipſius eſſe comprehendere ſubornantes, tàm non ſecutâ, quàm ſecutâ electione in perſonâ intentâ: & ratio eſſe poteſt ea, quam dedimus ſuprà *num.* 18. puta, quòd cauſa prohibitionis *ſubornationis* nò eſt tantùm, nè ſequatur mala electio: ſed eſt, nè perturbetur Religioſa quies, nè lædatur eligentium libertas: nè fiant electiones per ſordes: conturbatur autem Religio, ac læditur libertas per hujuſmodi *ſubornationes*, etiam carentes ſperato effectu: igitur etiam iſtæ ſunt prohibitæ ſub pœnis punientibus alias, quæ ſortiuntur intentum.

60 Proſequitur textus, determinando, eſſe ſubornatores non tantum ſupradictos, ſed etiam *qui colligationes, aut inductiones fecerint*. Hìc autem cum *Sanctoro* (83) oportet advertere, quòd *colligationes*, & *inductiones*, quæ fiunt

(78) *Marchant. Tom. 3. Par. p. Tit. 6. Quæſt. 6. Tribun. Sacram.*

(79) *Barboſ. Axiom. 216. num. 6.*

(80) *arg. l. 1. ff. de His, qui ſunt ſui, vel alie. l. final. ff. de leg. 3. l. In fundo ff. de Rei vindic.*

(81) *Reg. lib. 2. cap. 15. ℣. 4.*

(82) *cap. Perpetuò. juncta Gloſſ. p. ubi Io: Andr. nu. 2. de elect. in 6. Navarr. lib 5. conſil. 20. num. 3. de ſent. Excommun. Peyrin. de Subd. quæſt. 2. cap. 2. §. 11. ℣. Dico primò. Bict. Prax. crim. Quæſt. 127. num. 23.*

(83) *Sanct. loc. cit. qu. 10. ℣. Dixi independenter fol. 156.*

Digitized by Google

fiunt bono zelo, ut ad profectum Religionis perficiatur electio, non ſunt prohibitæ, imò neceſſariæ; ſi enim multi, nempè major pars Capituli non uniatur ad eligendum unum, electio non ſequetur. *Colligationes* vetitæ ſunt illæ, quæ ſuaſu unius, aut alterius, qui majòri pollent auctoritate, fiunt à multis, qui cuneum (*ſquadrone* Italicè) componunt, & ab uno dirigitur, vel ad faciendas ad eorum libitum univerſas electiones Capitulares, vel ad obtinendas, (ut ajunt) proprias ſatisfactiones. Iſtę ſunt *Colligationes, ac inductiones* prohibitæ, cujus damna latè, & optimè proſequitur, & perſequitur loco citato *Sanctorus*, ad quem Lectorem remittimus.

61 Quarta dubitatio eſt; quid juris, ſi congregatis Vocalibus, & deſtinatâ die prò celebrando Capitulo, accuſetur aliquis ex Vocalibus de *ſubornatione*? Poſſet nè Præſes Capituli cognoſcere de *ſubornatione*, & cum pęnâ ſtatutariâ punire?

62 Reſpondeo cum *Sanctorò* affirmativè (84), poterit enim, ob temporis brevitatem, ſummariè procedere, examinando Teſtes, ac Reum; concedere ſibi terminum competentem, reſpectu anguſtiæ temporis; ad ſe defendendum, ac ferre ſententiam declaratoriam commiſſi criminis, ac ipſum à Capitulo excludere. Rationes hujus reſolutionis videri poſſunt apud eumdem *Sanctorum*, qui copiosè de hoc ſcribit.

63 Sed quid dicendum, ſi Commiſſarius Viſitator ipſe, nocte precedente Capitulum, Vocales ſubornaret, & hoc notorium eſset? Dico, quòd non deberet admitti in Capitulo, ſed excludi tanquàm excommunicatus declaratus; deberentque Vocales per vota ſecreta ſibi eligere de gremio ipſius Capituli Præſidem, qui actiones Capitulares dirigeret, & ad celebrationem Capituli devenire.

64 Rationes hujus reſolutionis ſunt; quòd, ex quo Commiſſarius notoriè ſubornator eſt, ipſe eſt excommunicatus vitandus, notorietas enim facti ſupplet declarationem Judicis; non debet igitur ipſe nullo modo admitti, nè per ejus admiſſionem electio vitiaretur. (85) Nequè deberet differri electio; nàm, ſi intrà diem, à Capitulò deſtinatam prò celebrandâ electione, ipſa non celebretur, devolvitur ad Generalem, (86) & ex culpâ alienâ non debent vapulare Vocales, dùm privati remanerent prò tunc jure eligendi. Nequit autem Capitulum celebrari, niſi aliquis ſit Præſes, qui actiones Capitulares dirigat, & electione factâ, Electum confirmet: nequit pariter Provincialis, qui, antè electionem, debet Officio renunciare, Pręſidem agere; tùm quià antè electionem ipſe renuncians Officio, ſyndicari debet à Præſide ſuper ſuâ adminiſtratione; ergò oportet, quòd alius Præſes ſit inſtitutus: tùm quià poſt renunciationem Officii factam, ipſi nullum majus jus remanet, quàm cuilibet alteri Vocali inſit; igitur nequit illis jure præſidere. Habet autem Capitulum jus ſibi tunc eligendi Præſidem; nàm, ſi habet jus ſibi eligendi Prælatum, à fortiori debet habere jus eligendi Præſidem, (qui non eſt Prælatus, ſed tali caſu purus Officialis) aut ſaltem à pari, debet habere jus eligendi Præſidem, ſinè quo non poteſt fieri electio Prælati; cui enim commiſſa eſt jurisdictio ad aliquod, conceſſa etiam ſunt ea, ſinè quibus nequit illud commodè expediri. (87)

65 Et talis electio Præſidis fieri deberet, & Capitulum celebrari in omni alio caſu, in quo Comiſſarius aut non poſſet, aut iniuſtè nollet Capitulo intereſſe; nempè, ſi congregatis Vocalibus in Conventu capitulari, Commiſſarius moreretur; aut ex Cenſurâ notoriâ non poſſet in Capitulum admitti; aut, ſi ipſe recederet à loco Capituli, aut nollet ingredi (quàmvis rogatus nomine omnium Vocalium) in Capitulum ad electionem. Et ratio eſt, quia ex quo Vocales omnes ſunt congregati, Capitulum unitum eſt prò electione faciendâ; & cum determinata ſit dies electionis, ut ſuppono; nequit non celebrari illâ die ut ſuprà dictum eſt; nec pariter prorogari ultrà dies conſuetos Capitulum; aut illud diſſolvi per Commiſſarium poteſt, ratione ſcandali, quod eveniret inter Sæculares, quibus innoteſcerent plagæ Religionis ex diſcordantiâ Vocalium à Comiſſario: & etiam, quià non poteſt juxtà Statuta (88) Commiſſarius inceptâ electionem ſuſpendere; dicitur autem incepta electio, quandò jàm omnes Vocales congregati in Conventu ſunt, & inter ſe tractare cęperunt, nàm tractatus pręvius ad electionem pars electionis eſt, quæ proindè ex eo dicitur incæpta.

66 Sed quorsùm hæc ſcribimus? Profectò multa vidi, & plura audivi tùm Generalia, tùm Provincialia Capitula in omnibus fermè Religionibus, in quibus Vocalium *ſubornationes*; diſcordiæ; pacta; conventiones; pariter Commiſſariorum, ſeù Præſidentium electionibus artes indebitæ; occulta monopolia cum aliquibus Vocalibus, cum cęteris apertæ violentiæ exercitę ſunt; nec tamen unquam vidi, aut audivi Vocalem ambientem, alios (à quibus palàm procuravit prò ſe ſuffragium) ſubornantem, de *ſubornatione* accuſari, aut puniri; aut Commiſſarium, quàmvis peſſimè, & dolosè in negotio electionis ſe geſſerit, & Superioribus Generalibus denunciatus fuerit, unquàm caſtigatum, ad cæterorum exemplum. Quapropter de his ſcribere ampliùs ſuperfluum eſt. Dicant *Canones*; clament *Decretales*; vetent *Extravagantes*; prohibeant *Decreta Summorum Pontificum*; ordinent *Statuta Religionum*, quidquid libuerit; ambiens dignitates omnia peſſundat, & prò nihilo ducit Cenſuras, ut optata conſequatur. Ex communi autem corruptelâ *Subornationes* palliantur nomine Tractatus; conventiones, & pacta ſimoniaca intitulantur *convenientia*, ſeù *ſatisfactiones*: munera, ſeù pecuniæ, quibus aut ſuffragium, aut Officium comparatur, *antidorali* pallio veſtiuntur; ſicque homines irridentur, aut ſe irrideri permittunt. Sed non irridebitur Deus. Prò nunc ſatìs.

(84) *Sanctor. loc. cit. ℣. Reſpondeo ſi evidenter. fol. 158.*
(85) *text. in cap. Ad probandum. de Sent. & re judic. arg. cap. ult. de Procurat.*
(86) *text. in Clement. Exivi §. Caterum. de Verb. ſign.*
(87) *text. in l. 2. ff. de Juriſd. omn. Judic.*
(88) *Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 2. n. 2.*



Digitized by Google

# §. IX.

## Suaſio mala Novitiis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Textus Tridentini de cogentibus fœminas ad Religionem.*
*Diſpoſitio Eugenii Quarti contrà impedientes alicujus ingreſſum in Ordinem S. Benedicti.*
2 *Coactio ad Religionem prohibetur, perſuaſio permittitur.*
3 *Conceſſum eſt cuicunque perſuadere Novitio, ut aliquid de bonis ſuis ſibi relinquat.*
*Novitius, intrà bimeſtre, antè profeſſionem tantùm, poteſt diſponere de bonis ſuis.*
4 *Minores non poſſunt ſuadere ſuis Novitiis, ut aliquid ſibi relinquant.*
5 *Statutum primum prò Minoribus de Obſervantiâ.*
6 *Statutum ſecundum.*
7 *Statutum tertium.*
8 *Dubium, àn Excommunicatio, afficiens cogentes ad Religionem fœminas, tangat cogentes mares.*
*Opinio negans.*
*Alia affirmans.*
*Lex, extendi debet ex ratione finali.*
*Lex ſi gratiâ uſus frequentioris aliquid decernit, non excludit caſum, minùs frequentem.*
9 *Dictæ opiniones ſunt æquè probabiles.*
10 *Varietas in Statutis in ordine ad cenſuram, latam in Tridentino.*
11 *Statuta ſupplentur ex Valliſoletanis, & Reformatis.*
12 *Notabilia octo deducta ex Tridentino circá cogentes fœminas ad Religionem.*
*Metus levis non conſideratur à lege.*
*Modus coactionis ad Religionem eſt mala tractatio puellæ.*
*Cooperantes quomodòlibet cogenti puellam ad Religionem, ligantur cenſurâ.*
*Coactio non dicitur facta, ſi eius effectus non eſt ſecutus.*
*Caſus expreſſi in jure, in quibus fœmina cogi poteſt ad Religionem, Remiſſivè.*
*Quæ fecit votum Religionis, poteſt cogi ad illud explendum.*
*Opinio Sanchez exploſa.*
*Volens antecedens, vult neceſſariò conſequens.*
*Omnes influentes in coactionem fœminæ ad Religionem, ſunt excommunicati.*
13 *Statutum Minorum extenditur ultrá diſpoſitionem Concilij.*
14 *Quomodò ſuffragantium in profeſſione Novitij, libertas poteſt impediri.*
15 *Novitium impediens, nè poſſit ſæcularizari, ità delinquit, ſicut nè poſſit profiteri.*
*Novitio negans ſuffragium ſine causâ, peccat mortaliter.*
16 *Superior Regularis ſinè legitimâ causâ non poteſt à ſuâ Religione repellere ingredi volentem.*
*Superior Regularis non eſt dominus, ſed diſpenſator bonorum Religionis.*
17 *Deductio concluſionis.*
18 Inducere *quid importet*;
*Differentia inter monitionem, inductionem, ac compulſionem.*
19 *Statutum circà libertatem Novitiorum ſuperat diſpoſitionem Tridentini.*
20 *Minores non poſſunt recipere de bonis Novitiorum.*
*Nec inducere eos ad aliquid ſibi relinquendum.*
*Ut cenſura Tridentini incurratur à recipiente de bonis Novitij, requiritur quantitas notabilis.*
21 *Statutum excludit etiam quantitatem minimam.*
22 *Suaſio quid importet.*
23 *Hæc ut ſit punibilis, requirit effectum ſecutum.*
*Conſilium ad malum ordinariâ pœnâ non punitur, niſi effectu ſecuto.*
24 *Minima quantitas, quæ dicatur, varia ſententia.*
25 *Minima quantitas eſt, quæ non infert peccatum mortale.*
26 *Ratio deciſionis.*

1 S*Uaſionis malæ, Novitijs* factæ, crimen peculiare eſt *Minorum de Obſervantiâ*, quibus per eorum Statuta ex prohibitione, delictum naſcitur. Reſpectu quidèm ſuadendi, ſeù diſſuadendi aliquem ingreſſum Religionis, ſeù profeſſionis emiſſionem, habemus ex *Tridentino* (1) excommunicationem, ipſo facto, incurrendam contrà *omnes, & ſingulares perſonas, cujuſcunquè qualitatis, vel conditionis fuerint, tàm Clericos, quàm Laicos, Sæculares, vel Regulares, atque etiam quâlibet dignitate fulgentes, ſi quomodocunquè coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, aut aliam quamcunque mulierem invitam, præterquàm in caſibus, à jure expreſſis, ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cujuſcunque Religionis, vel admittendam profeſſionem; & in hoc complices, fautores, præſentes, ac conſentientes.* Et par cenſura ibidèm eſt, qui fœminis, ut præfertur, quoquomodò ſinè juſtâ causâ impedierit, velum ſumere, aut profeſſioné emittere. Habemus pariter excommunicationem, *Papæ* reſervatam, latam ab *Eugenio IV.* (2) contrà impedientes verberibus, minis, violentiis, iniuriis, moleſtiis aliquem, qui ad *Religionem S. Benedicti* tranſire voluerit; de quo, ut potè privilegio, ad favorem Religionis conceſſo, communicantes cum *Monachis Benedictinis* participant, pròut participamus *Nos Minores*, ut notat *Sanctorus*.

2 Tamen ſupradictæ diſpoſitiones comprehendunt tantùm *cogentes*, ut dicunt Doctores (4); Undè prohibitum non cenſetur puellæ perſuadere ingreſſum Religionis, aut emiſſionem profeſſionis (5), & idem dicendum eſt de prohibentibus ingredi *Religionem S. Benedicti*; Conciliũ enim apertè loquitur de cogentibus; & *Bulla Eugenij* diſponit de impedientibus *per verbera, minas* &c. quæ ſunt media coactiva.

3 Pariter quibuſvis aliis tùm ſæcularibus, Clericis, ac Lai-

(1) *Concil. Trident. Seſs. 25. de Regul. cap. 18.*
(2) *Eugen. IV. Calen. Mart. 1434. apud Roderic. Bullar. fol. 83. n. 14.*
(3) *Sanctor. Comment. cap. 2. Stat. 35. fol. m. 146.*
(4) *Armendar. Addit. ad Recopil. leg. Navar. lib. 1. Tit. 18. leg. 7. de Relig. n. 62. Azor. Par. 1 lib. 13. cap. 9. q. 2. ℣. Quæres. Barboſ. de Pot. Epi. Alleg. 104. n. 3.*
(5) *Barboſ. in Trident. Seſs. 25. de Regul. cap. 18. n. 5. in fin. & ibi Tamburin.*

Digitized by Google

ac Laicis, tùm Regularibus licitum eſt Novitiis ſuadere, ut aliquid de ſuâ ipſorum hæreditate favore ſuadentium diſponant; ac ipſis Novitiis vetita tantùm eſt (6), niſi intrà bimeſtre antè profeſſionem ſuorum bonorum diſpoſitio; nec Monaſteria, in quibus profitentur, poſſunt poſſeſſionem adipiſci eorum, quæ ſibi à Novitiis relinquuntur, niſi eorumdem ſecutâ profeſſione.

4 Sed *Fratribus Minoribus de Obſervantiâ* prohibetur, non tantùm coactio alicuius ad ſuſceptionem habitus, ſivè ad impediendam profeſſionem; ſed etiam ſimplex *ſuaſio*: pariterque iiſdem vetita eſt *ſuaſio, Novitiis facta*, ut de ſuis bonis aliquid ſivè particulari Religioſo, ſivè Conventui relinquant. Undè *ſuaſio* talis *mala* eſt, & evadit delictum, quod ſequentibus Statutis, ac pœnis vindicatur.

5 *Primò*. *Superiores, & Subditi Novitium ullum quovis prætextu impedire non præſumant, quominùs ad Religionem, quam maluerit, tranſeat, vel etiam ad ſæculum revertatur. Neque prætereà quempiam quovis modo ut profiteri velit, inducant; ut liberè, & non coactè profeſſio emittatur. Qui contrafacerit, Superior officio privetur; & alii quicunque ſuffragiorum jure careant, Superiorum arbitratu.* (7)

6 *Secundò*. *Qui verò quoquomodo Novitii voluntatem impedierit, quominùs profeſſionē emittat, anathema ſit, ut ex Sacrâ Tridentinâ Synodo cautum eſt: & eiſdem cenſuris ſubiaceat, nec non Officiorum privationi, & à jure ſuffragiorum per ſeptennium deſtitutioni, qui ſinè juſtâ causâ eos impedierit, qui Novitiorum receptioni, vel profeſſioni ſuffragari volunt* (8)

7 *Tertiò*. *A Novitiis aliquid, vel minimum recipientes, vel eis ad ſibi, vel Conventui aliquid relinquendum ſuadentes, præter pœnas, in Sac. Tridentino Concilio decretas; Superiores privari debent Officio; alii, ut proprietarii publicari*. (9)

8 Circà quæ Statuta noto primò, quòd controverſia inter Doctores eſt, àn Excommunicatio, lata à *Tridentino* contrà cogentes fœminas ad habitum, aut profeſſionem Religioſam, aut impedientes eaſdem, quominùs velum ſacrum aſſumant, ſeù Regulam profiteantur, de quâ dictum eſt ſuprà *num*. 1., extendatur ad eos, qui parem coactionem in viros exercent. *Sanchez* (10) poſt *Suarez*, & *Bannes*, ſuſtinet, quòd non; & hæc opinio ſequaces habet pleroſque, ſcribentes de hâc materiâ. Affirmativam contrariam ſententiam ſuſtinet *Palacios* (11), relatus ab eodem *Sanchez*; & ratio huius opinionis eſt, quià ratio finalis legis Conciliaris eſt conſulere libertati ingredientium, ſeù profitentium Religionem; quæ libertas requiritur tàm in viris, quàm in mulieribus. Lex autem, ſeù Decretum ex ratione finali, quæ eius anima eſt, extendi debet, ut latè probat *Tiraquellus*. (12) Et quàmvis Concilium loquatur de ſolis fœminis, tanquàm de eo, quod frequentiùs accidit, non tamen excludere intendit ab hâc diſpoſitione maſculos; quià lex, ſi gratiâ frequentioris uſus aliquid decernit, non excludit caſum minùs frequentem, ut *Sanchez* ipſe alibi (13) demonſtrat.

9 Quidquid verò ſit de his opinionibus, quæ ſunt æquè probabiles, cùm earum fundamenta poſſint æquè ſuſtineri, & ſolui; diſpoſitio noſtrorum Statutorum lata eſt juxtà opinionem ſecundæ ſententiæ. Volunt enim, quòd eodem anathemate, lato à *Tridentino* contrà cogentes fœminas, ut præfertur, percutiantur, qui ſimilem coactionem circà Novitios exercebunt.

10 Videtur autem iſta concluſio non rectè deduci à citatis Statutis; nàm incurſio cenſuræ *Tridentini* ponitur in Statuto ſecundo tantùm, quod dedimus ſuprà *num*. 6., in quo ſub tali anathemate prohibetur, Novitios impedire, quominùs profiteantur Religionem; in Statuto verò primo, dato ſuprà *num*. 5. in quo prohibetur, nè Novitiis impediantur, quominùs reverti poſſint ad ſæculum, talis cenſura non adeſt, ſed pœna privationis Officii, ac ſuffragiorum reſpectivè. Undè ſequitur, quòd excommunicatio, lata contrà impedientem profeſſionem Religioſam, non debeat extendi ad impedientem ſæcularizationem Novitiis; attento maximè, quòd Statuta ipſa efferuntur ſub numeris diſtinctis; undè diſpoſitio pœnalis, quæ ponitur in uno numero, non debet extendi ultrà illum.

11 Tamen ratio iſta nihil relevat, ut potè fundata in errore *Compilatoris Statutorum Ordinis* compilationis *Sambucanæ*. Citata porrò Statuta deſumpta ſunt ex *Valliſoletanis*, quæ citantur ad marginem, & dùm *Valliſoletana* ipſa ſub uno contextu eandem diſpoſitionem comprehendunt, neſcio quo ſpiritu ductus Compilator eam diviſit, & de uno duo Statuta fecit. Eccè Textus *Valliſoletanorum* (14). *Et quià etiam anathema ex Sacrâ Tridentinâ Synodo adverſùs eos, qui mulieres ad Religionis ingreſſum coegerint, aut ab eodem, ſinè juſtâ causâ, quoquomodò impedierint illatum, & ii, qui viros quoſcunque aut coegerint, aut impedierint, ut ſuprà, meritò timere poſſunt; idcircò illud vel in primis cavendum eſt, & Superioribus quibuſvis, & Novitiorum Magiſtris, & aliis Fratribus omninò omnibus, nè quoquomodo ſuffragantes impediant, vel importunè moveant, quominùs liberè de Novitiorum receptione ſuffragia ferant. Neque item Novitiorum quemquam, aut quovis modo inducant, aut ſinè juſtâ causâ impediant, quominùs liberè profeſſionem emittat. Contrafacientibus pœna ſit illud ipſum anathema: ac prætereà & Superiores Officio priventur, & alii quicunque omni ſuffragiorum jure ſeptenniò careant*. Et hoc idem confirmatur à Statutis *Reformatis*, quæ ſunt deſumpta ab iiſdem *Valliſoletanis*, quæ citantur ad marginem illorum, quæ (15) ſic habent. *Non ardiſca niſſuno con preghiere, e promeſſe indurre Novitii à profeſſare, ò impedirli con ſubornationi, ò modi illeciti, che non profeſſino; come ſarebbe mutarli dà un luogo ad un'altro, violentare li voti &c. Li Superiori, che contraverranno, ſiano, ipſo facto, privi dell' Offitii; & i Sudditi di voto per ſei anni; & anco più gravemente puniti, e gl'uni, e gl'altri ſcommunicati, conforme il Sacro Concilio di Trento determina delle Donne*.

12 Noto ſecundò, quòd ex quo Statutum *Valliſoletanum*, proximè datum, innititur diſpoſitioni *Tridentini*, examinanda priùs venit talis diſpoſitio, quæ tangit non ſolummodò *Fratres Minores*; ſed etiam quoſcunque, loquendo tamen de fœminis. Dico igitur, quòd ex Textu *Tridentini* octo notabilia ex duo-



(6) *Trident. Seſſ. 25. de Regul. cap. 16.*
(7) *Stat. Gen. Ord. cap. 2. §. 3. num. 12.*
(8) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu. 13.*
(9) *Text. Tit. Applicatio §. 25.*
(10) *Sanch. in Decal. lib. 4. cap. 4. num. 3. Suar. Tom. 4. in 3. Par. Diſp. 43. Sect. 5. num. 8. Bann. 2. 2. Quæſt. 61. art. 2. Dub. 3. ad fin.*
(11) *Palacios in 4. Diſt. 38. Diſp. 1. fol. 847. V. Rurſus anathemat.*
(12) *Tiraquel. Tract. Ceſſante cauſa initiò nu. 138.*
(13) *Sanch. de Matrimon. lib. 3. Diſp. 20. nu. 3.*
(14) *Statut. Valliſolet. cap. 2. Tit. de Novit. ad profeſ. admitt. Et quià etiam.*
(15) *Stat. Gen. Reform. cap. 2. nu. 22.*

Digitized by Google

duodecim eruuntur; quæ *Bordonus* (19) diligenter expendit. Primum eſt, quòd tali ſanctione comprehenduntur perſonæ omnes, tàm mares, quàm fœminæ, Laici, ac Eccleſiaſtici, conſanguinei, ac extranei, & pollentes quâvis dignitate Laicâ, ſeù Eccleſiaſticâ, exceptis *Regibus*, ac *Imperatore*,(20) ac *S.R.E. Cardinalibus*, tanquàm ſpeciali notâ dignis, ut loco citato probat *Bordonus* (21) Secundò; quòd requiritur coactio gravis, ac metus, cadens in virum conſtantem, cùm de metu levi leges non diſponant (22), inter modos coactionis autem recenſetur mala tractatio puellæ in victu, ac veſtitu, ut talem vitam pertæſa, Religionem ingrediatur. (23) Tertiò, quod coactivæ actiones concernunt ingreſſum in Monaſterium; ſivè ſuſceptionem habitus; ſivè emiſſionem profeſſionis;& ligantur cenſurâ eâdem dantes auxilium, vel favorem, vel conſilium ad talem coactionem;& interponêtes præſentiam, vel conſenſum, aut auctoritatem reſpectu actuum, ad quos dirigitur talis coactio.(24) Quartò, quòd talis coactionis effectus ſequatur, aliter non dicitur facta coactio, nec eſt locus pœnæ (25). Quintò; quod omnes fœminæ tali ſanctione comprehenduntur, ſivè ſint virgines, ſivè viduæ, cùm in Textu ponatur dictio *quamcunque*, quæ importat perſonas cujuſcunque ſtatus, ac conditionis.(26) Sextò, quòd plures ſunt caſus expreſſi in jure(27), juxtà quos poteſt cogi fœmina ad ingrediendum Monaſterium, ultrà alios, quos ibi recenſet *Bordonus*. (28) Septimò, quòd, ſi aliqua mulier votum fecit Religionis, poteſt cogi ad illud reddendum, & aſſumere habitum Religionis, quem vovit, ut obſervat *Sanchez* (29), qui & addit, quòd, qui cogeret ad votum ingrediendi Religionem, non incurreret cenſuram Concilii, quià loquitur de cogentibus ad ingreſſum, ſed non ad emittendum votum Religionis. Sed talis opinio falſa eſt, quià Concilium excommunicat cogentes *quomodocumque*,& hæc eſt dictio comprehendens omnem modum, (30) ſic tàm indirectum, quàm directum; cogens autem ad votum Religionis *indirectè*, imò ex neceſſariâ conſequentiâ cogit ad Religionem, quià vovens Religionem, ad illam tenetur; & qui cogit ad antecedens, cogit ad conſequens neceſſariò ad illud, ſicut, qui vult antecedens, vult neceſſarium conſequens ad illud (31). Octavò, quòd in eandem cenſuram incidunt interponentes præſentiam, conſenſum, ſeù auctoritatem ad illum actum, ad quem fœmina cogitur, dùm tamen tales interponentes ſciant coactionem, ad quam influunt *præſentiâ*, (ut Notarius, & Teſtes vocati ad ſtipulationem inſtrumenti ingreſſus, ſeù profeſſionis) *conſenſu* (ut Epiſcopus, vel ejus Vicarius, exploratores voluntatis fœminæ) *ſeù auctoritate*, ut prædicti, ſeù Superior Regularis, ſivè Abbatiſſa, & omnes Moniales, qui ſuis votis concurrunt ad auctorizandum ingreſſum, ſeù profeſſionem coactæ. (32)

13 Noto tertiò, quòd diſpoſitio Statuti ampliat cenſuram Concilii ad omnes, qui *quoquomodò impediant, vel importunè moveant ſuffragantes, quominùs liberè de Novitiorum receptione ſuffragia ferant*. Iſte autem Textus comprehendit tùm recipientes ad habitum, pròut ſunt Diffinitores; tùm recipientes ad profeſſionem, pròut ſunt omnes Fratres, qui degunt de familiâ in Conventu Novitiatus, ad quos ſpectat ſuffragiis ſuis approbare, ſeù reprobare Novitios, ad profeſſionem admittendos; & ratio eſt, quià Statutum loquitur indefinitè, dicendo *de Novitiorum receptione*, quæ quadrat tùm in receptione ad habitum, quæ fit per Diffinitores; tùm in receptione ad profeſſionem, quæ non fit, niſi per ſuffragia totius Capituli conventualis.

14 Noto quartò, quòd multipliciter poſſunt ſuffragantes impediri, quominùs liberè ſuffragium ferant, puta, promiſſionibus, muneribus, pecuniâ, minis &c. & modi iſti ſpectant tùm ad Superiores, tùm ad ſubditos, pariter mittendo eos extrà Conventum die, quâ recipi debent ſuffragia prò Novitiis; ſivè captando ſuffragantium abſentiam occaſionalem ad illa recipienda; ſivè *importunè movendo ſuffragantes*, hoc eſt amovendo à familiâ illius Conventus, & in alio collocando eos, quos norunt daturos, vel non daturos ſuffragium; & hæc tangunt Superiores tantùm. Quovis autem modo hoc fiat, committitur in Statutum.

15 Noto quintò, quòd Fratres eodem modo delinquunt, impediendo Novitios, nè liberè poſſint ad ſæculum reverti, ſivè ad aliam Religionem tranſire, ſicut impediendo, nè poſſint profeſſionem emittere; ratio eſt, quià utrobique læditur Novitii libertas, quæ ſi vinculetur in profeſſione, profeſſio redditur nulla, & ſi impediatur ad profeſſionem, (ſuppono autem nullam legitimam cauſam exiſtere, legitimè impediendi) injuſtitia eſt; ſiquidèm negando ſuffragium Novitio abſquè legitimâ causâ, committitur peccatum mortale, ut dicunt Doctores (33).

16 Noto ſextò, quòd controverſia inter Doctores eſt, ân Superior Regularis, nullâ extante causâ legitimâ, ſed ex mero beneplacito poſſit repellere eos, qui volunt ſuam Religionem ingredi; & *Bordonus* (34) affirmat, tùm quià nulla lex imponit obligationem recipiendi; tùm quià, juxtà *Navarrum*(35), nullum eſt peccatum impedire bonum alicujus, qui ad illud nullum jus habet; Sed talis opinio falſo nititur fundamento; quià arbitrium Superioris in acceptando ad Religionem, ſivè ab eâ repellendo ſecularem, eſt arbitrium boni viri, qui non puro beneplacito, ſed ratione regulari debet, ut aliàs oſtendi;(36) undè, ſi nulla intervenit juxta ratio repulſionis, debet admittere; ad hoc enim obligatur lege juſtitiæ, non quidèm commutativæ, ſed diſtributivæ; ſi quidèm Religiones ad hoc inſtitutæ ſunt, & ab Eccleſiâ approbatæ, ut ſint asyla fugientibus à ſæculo, & portus ſalutis jactari nolentibus à tempeſtatibus Mundi, & ad talia asyla, & portus quilibet Chriſtianus habet jus, niſi aliquâ lege, aut motivo rationabili impediatur: Superior autem Regularis eſt tanquàm diſpenſator, ſivè œconomus (pròut benè

*Paſſe-*

(19) *Bordon. Variar. Reſol.54. Quæſt.46. nu.144. & ſeqq.*
(20) *Sanch. Moral. lib.4. cap.4. nu.*
(21) *Bordon. loc. cit. V. Primo excommunicantur. in fin.*
(22) *Ledeſm. de Stat. Relig. in commun. cap.5. Concluſ.8.*
(23) *Peyrin. de Subd. quæſt.1. cap.29. V. Noto ſecundo.*
(24) *Navar. Conſ.6. de Regular. Dian. Par.1. Tract.15. Reſol.56.*
(25) *Barboſ. in Trident ſeſſ.25. de Regular. cap.18. n.8. & de Pot. Epi. Alleg.104. n.7.*
(26) *Gloſſ. in Clem.1. in V. Quibuſcunquè. de Judic.*
(27) *cap. p.20. qu.2. cap. licet. de Vot. & vot. redempt. cap. Quidam cap. Places. de Conſang.*
(28) *Bord. Variar. Reſol.54. nu.145. V. Sexto plures.*
(29) *Sanch. Moralium, lib.4. cap.4. nu.*
(30) *Barboſ. Dict.329. n.1. & 2.*
(31) *Barboſ. Axiom.30. num.2. & ibi Alex. Conſ.157. num.14. lib.2.*
(32) *Sanch. Moral. lib.4. cap.4. n.18.*

(33) *Vecch. Portel. à S. Fauſt. Mirand. Suar. apud Dian. Par 2. Tr 2. Reſol.19. Bordon. de Profeſ. regul. cap.3. q.22. & Variar. Reſol.54. n.135.*
(34) *Bordon. Variar. Reſol.54. quæſt.44. n.138.*
(35) *Navar. Manual. cap 27. n.97.*
(36) *Allegat. Canon.20. n.19.*

Digitized by Google

*Paſſerinus* (37) conſiderat) qui debet bona Ordinis, cui præeſt (nempè locum, & conſortium in Religioſâ familiâ) diſtribuere abſquè acceptione perſonarum, eos nempè recipiendo, quibus nullâ obſtat ratio: & ſicut Rector Eccleſiæ nequit repellere (quin ad eam confugiat) aliquem, qui velit in eâ ſalvari, quilibet enim habet jus refugii ad Eccleſiam; ſic nec Superior nequit repellere à Religione ſæcularem, qui vult in eâ ſalvare animam ſuam.

17 Deducitur igitur ex hâc concluſione, quòd Superiores, qui aſquè legitimâ causâ recipere nolunt aliquos ad habitum ex hoc ſolo motivo, quòd nolunt factionem adverſam augeri numero nationalium, aut dependentium; pariterque tùm Superiores, tùm Subditos de familiâ Novitiatus, qui denegant ex eodem motivo vota Novitiis, profiteri volentibus; pariter omnes, qui ſubornant vocales hujuſmodi, ut ſuffragentur prò, vel contrà recipi ad Ordinem, aut profiteri volentem, omnes inquam iſtos incurrere hujuſmodi anathema.

18 Noto ſeptimò, quòd diſpoſitio Statuti prædicti extenditur ultrà *Tridentinum* ad hoc, quòd in *Tridentino* inhibetur *coactio* ad habitum, & profeſſionem, in Statuto autem prohibetur *inductio*, *quovis modo* facta. Porrò *inducere*, in jure varias recipit interpretationes, inter quas, ea, quæ facit ad caſum noſtrum, eſt, quòd ſignificat *illicere*, ſivè *impellere*, ut obſervat *Calvinus* (38), qui citat *l. 64. ff. de jur. dot.* quam tamen reperire non potui; & hoc aſtruitur argumento Textus cujuſdam Decretalis, (39) in quâ Papa *Papienſi Electo* iniungit, ut prò quâdam Causâ matrimoniali Teſtes *moneat*, & *inducat* ad examen; & ſi noluerint, ad idem Eccleſiaſticâ diſtrictione compellat; ubi notat *Abbas*, quòd ſic *inducere* non ſit præciſè compellere, ſed aliquid minus; undè probat *Felinus*, (40) quòd delegatus ad *monendum*, ac *inducendum*, non poteſt compellere, quià *compulſio* addit ſuprà *inductionem*. Poſſumus ergò dicere, quòd *monitio* ſit quid ſpectans ad intellectum, ità ut, qui *monet* aliquem ad quid præſtandum, oſtendat rationibus id eſſe ab eo præſtandum, ut per rationes convicto intellectu moveatur voluntas ad illud præſtandum. *Inductio* augeat ſuprà monitionem preces, promiſſiones, premia, minas leves, quibus voluntas expugnatur ad faciẽdum id, quod inducens ab eo vult. *Compulſio* verò ſit, quandò minis, cadentibus in virum conſtantem, tormentis, penis, aut apertâ vi aliquis cogitur ad præſtandum aliquid contrà voluntatem. Et concludendo, in *monitione* conſervatur integraliter libertas; in *inductione* minuitur aliqualiter de plenè voluntario; tamen, prout optimè habet *Marchantius*, (41) voluntarium abſorbet involuntarium; & opus, quod ex tali *inductione* fit, eſt quidèm voluntarium, mixtum tamen cum involuntario: in *compulſione* verò, ſivè coactione pereat libertas voluntatis.

19 Ex iſtâ declaratione apparet mens Statuti, quæ conformatur cum mente *Tridentini*, & tota eſt ad propugnandam libertatem Ordinem ingredientium, ac profitentiũ. *Tridentinum* circà fœminas vetuit ſolam *coactionem* ad habitum, ac profeſſionem; non tamen prohibuit *inductionem* per metum levem; promiſſionem; denegationem beneficii; preces; ac etiam dolum, ut latè probat *Sanchez*. (42) Sed Statutum, intendens plenam, ac integram Novitiorum libertatem, interdicit etiam *inductionem*; ità ut nec precibus, nec promiſſis, nec muneribus induci non poſſunt Novitii ad habitum, ſeù profeſſionem, niſi ſub penis, in eo contentis. Non tollitur tamen *monitio*, quæ licita eſt; ità ut volente Novitio reverti ad ſæculum, poteſt quivis ipſi oſtendere periculum ſuæ ſalutis, cui ſe exponit revertendo: tentationem Diaboli, cui, relinquendo Religionem, indulget: dedecus, quod ſibi obveniet inter ſæculares, apud quos dicetur *excucullatus*: diſplicentiam coniunctorum ex ſuâ inconſtantiâ &c. Non tamen precibus, aut promiſſis illum flectere, quià hæc eſſet non *monitio*, ſed *inductio* vetita.

20 Quantùm ad tertium Statutum, datum ſuprà *nu.* 7. Notò primò, ipſum eſſe fundatum in Regulâ, quæ habet (43). *Caveant Fratres, & eorum Miniſtri, nè ſoliciti ſint de bonis ſuis tẽporalibus; ut liberè faciant de bonis ſuis, quidquid Dominus inſpiraverit eis*; hoc autem eſſe præcepto eminenti æquipollens, addnotat *Gundiſalvus* (44), & obligare ad mortale, patet ex declaratione *Clementis V.* (45) Duas autem partes habet Statutum; una eſt, nè Fratres à Novitiis recipiant, vel quid minimum; alia eſt, nè ſuadeant eisdem, ad aliquid relinquendum ſibi, vel Conventui. Quò ad primam partem, aliquid eſt fundatum in Regulâ, aliquid eſt fundatum in *Tridentino*, & aliquid eſt ex merâ diſpoſitione Statuti. Ex Regulâ quidèm vetatur aliquid accipere à Novitiis in denariis, aut pecuniâ, ut obſervat *Sanctorus* (46), ſiquidèm ex eâ non impediuntur Fratres prò ſuis veris neceſſitatibus, ut ait *Clementina* (47), aliquid accipere à Novitiis, tanquàm cæteri pauperes, juxtà modum, ſibi à Regulâ conceſſum, qui eſt, nè *denarios, vel pecuniam recipiant*. Ex *Concilio Tridentino* (48), autẽ prohibetur ſub anathemate, nè de bonis Novitii aliquid ab ipſo, ſivè ab ejus parentibus traditum antè profeſſionem recipiatur; quantitas autem ejus, quod vetatur recipi, ut benè obſervat *Sanctorus* (49), debet eſſe notabilis, nè ſcilicet ex ipſius largitione Novitius depauperatus lædatur in libertate revertendi ad ſtatum primarium ſuum; & cogatur profiteri.

21 Sed Statutum progreditur ultrà diſpoſitionem Regulæ, & Concilii, vetando ſcilicèt, *nè aliquid* non ſolùm in pecuniâ numeratâ, ſed etiam, quovis alio modo; non ſolùm in quantitate, lædente libertatem Novitii, ut dictum eſt; ſed nè *vel minimum* recipiatur. & talis diſpoſitio ſaluberima eſt ad tuendam libertatem Fratrum, in ſuffragando ad receptionem ad profeſſionem. Si enim etiam munuſculis obligentur Fratres aut à Novitio, aut ab ejus coniunctis, non ſunt in libertate, ità abſolutâ ipſi denegandi ſuffragium, ſi Religioni parùm idoneus eſt, ſicut ſi non fuiſſent muneribus ligati.

22 Alia pars Statuti, ut dicebamus, vetans *ſuaſionem*, ut aliquid Fratri particulari, aut Conventui relinquatur, cohæret quidèm adamuſſim Regulæ, ſuperat verò diſpoſitionem *Tridentini*; quià ab hoc vetatur quidèm *receptio*, ſed non prohibetur *ſuaſio*. Porrò *ſuccedere*, ut benè

(37) *Paſſerin. de Stat. hom. Tom. 3. Quæſt. 189. Inſp. 5. nu. 137.*
(38) *Calvin. lexic. V. Inducere etiam.*
(39) *text. in cap. 1. ubi Abb. n. 1. de Teſt. cogen.*
(40) *Felin. in cap. 2. Col. 3. n. 8. de Sponſal.*
(41) *Marchan. Trib. Sacram. Tom. 3. Par. 2. Tract. 1. Tit. 3. quæſt. 4. Dub. 1. n. 3.*
(42) *Sanch. Moral. lib. 4. cap. 4. n. 4. 6. 7. 8. & 9.*
(43) *Reg. Minor. cap. 2.*
(44) *Gundiſal. Tract. de Content. in Regul. cap. 4. init. & cap. 6.*
(45) *text. in Clement. Exivi. §. Item quia. de Verb. ſign.*
(46) *Sanctor. Comment. cap. 2. Statut. 43. fol. m. 127.*
(47) *Clement. Exivi. §. Cæterum. il 1. de Verb. ſign.*
(48) *Trident. Seſs. 25. de Regular. cap. 16.*
(49) *Sanctor. Comment. cap. 2. Stat. 22. V. Tertia quæſtio. fol. m. 125.*

Digitized by Google

ut benè argumento juris (50) obſervat *Calvinus*, eſt ſuavibus verbis aliquem inducere ad aliquid præſtandum, vel non; & hoc intelligitur cum effectu, ità ut *perſuaſus* ille dicatur, qui facit id, ad quod perſuadens eum inducere intendit.

23 Sequitur hinc, quòd hoc delictum, ad hoc, quòd punibile ſit, oportet, quòd ſortiatur effectum ſuum, puta, quòd Novitius, qui fortè ad hoc diſpoſitus non erat, motus *ſuaſionibus* alicujus, aliquid relinquat aut Conventui, aut Fratri particulari. Sicut enim conſilium ad malum, ut pote homicidium, furtum &c. non debet ordinariâ pœnâ puniri, niſi effectu conſilii ſecuto, (51) ità neque *ſuaſio*, quià *conſilium*, & *ſuaſio* idem ſonant. (52)

24 Noto ſecundò, quòd, quàmvis Statutum comprehendat omnem quantitatem rei, recipi vetitæ à Novitio, dicendo, *vel quid minimum recipientes*, tamen talis minima quantitas non eſt accipienda abſolutè, ſed comparativè. *Miranda* (53) quidèm, de quantitate valoris rei, prohibitæ recipi à Novitio, loquens, vult eam eſſe determinandam judicio prudentis viri, attentâ Novitii donantis conditione; & *Sanctorus* (54), inquirens, quæ quantitas ſufficiat, ut per ejus receptionem pœnâ ſubeatur, dicit, quòd debeat eſſe pars notabilis bonorum Novitii.

25 Sed iſti loquuntur, attentâ diſpoſitione *Tridentini*; & *Sanctorus*, commentans Statutum hoc, non advertit particulam *vel quid minimum*, poſitam tùm in hoc *Textu*, quem commentamur, tùm in Statutis *Vallisoletanis*. (55) Dicendum igitur, quòd *quid minimum* intelligendum eſt comparativè ad quantitatem, quæ ſufficit ad peccatum mortale; ità ut prohibeatur recipi illud, etiam *minimum*, quod tamen tale ſit in ſerie quantitatis, ſufficientis ad peccatum mortale. Ratio eſt, quià tùm excommunicatio, tùm pœna proprietariorum, ſancita contrà tranſgreſſores, ſupponit peccatum mortale, aliter inepta eſſet earundem applicatio, & Statutum eſſet irrationabile, & proindè inſubſiſtens; ut igitur cohæreat, intelligendus eſt *Textus* de quantitate *minimâ*, ſufficiente ad peccatum mortale, & non ſimpliciter tale, & prò foro animæ, ſed in quantùm eſt punibile in foro externo.

26 Ratio iſtorum eſt, quià, ut diximus *Tit. 2. §. Furtum*, non eadem quantitas, quæ conſtituit peccatum mortale, ſufficit, ut quis in foro fori puniatur aut de furto, aut de proprietate; ſed major; & determinavimus, quòd prò furto requiratur ad minus valor duorum aureorum; & hæc eſt minima quantitas, citrà quam furtum judicialiter punibile non eſt. Cùm igitur pœna Statutaria ſit prò foro externo, dicendum eſt, quòd, ut ſit illi locus, debet res, à Novitio accepta, eſſe ad minus valoris duorum aureorum; & talis valor dici poteſt *quid minimum*, nempè eorum, quæ conſtituunt materiam, aptam delicto punibili in foro externo.

(50) *arg. l. 1. §. Perſuadere. ff. de Serv. corrupt. Calvin. Lexic. V. Suadere.*
(51) *Dec. in Reg. Conſilii.* Col. 2. *V. Tertia regula. Boſs. Tit. de Mand. ad hom. n. 60.*
(52) *arg. l. In furti. §. Conſilium. ff. de Furt. Alex. Conſ. 128. Col. 1. Vol. 4. & ibi Bart. & Angel. Boſs. loc. cit. nu. 61.*
(53) *Mirand. Manual. Præl. Tom. 2. Quæſt. 23. art. 2.*
(54) *Sanctor. Comment. Stat. 22. cap. 2. V. Tertia quæſtio. fol. m. 125.*
(55) *Stat. Valliſolet. cap. 2. init. V. Nemini autem.*

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

27 *Mala ſuaſio Novitiis facta, quomodò probetur.*
*Probatur per Teſtes ſingulares.*
*De Teſtibus ſingularibus, remiſſivè.*
28 *Circà receptionem de bonis Novitii, & ejus probationem, remiſſivè.*

27 QUò ad crimen *malæ ſuaſionis*, *factæ* aut *Novitio*, aut aliis tùm in ordine ad receptionem ad habitum, tùm circà profeſſionem emittendam, probationes regulandæ ſunt eo modo, quo diximus de *ſubornatione*, & *conſpiratione*; ſiquidèm ut plurimùm his duobus mediis utuntur hujuſmodi Rei. Quià verò clanculùm fieri ſolent tales ſubornationes, ad eam probandam ſufficere debent Teſtes ſingulares, maximè, ſi *ſubornatio* fiat de uno, & eodem Novitio; & ratio eſt, quià delictum hoc iterabile eſt, & talia delicta probari poſſe per Teſtes ſingulares, non ſemel probavimus: & fortiùs urgent rationes, ſi *ſubornatio* ſit reſpectu ejuſdem Novitii; nàm ſicut plures Teſtes, deponentes ſuper diverſis circumſtantiis, tendentibus ad idem delictum, quàmvis ſingulares coniunguntur, & probant, ut aliàs (56) dictum eſt, ad torturam: & Teſtes ſingulares, ſi ſucceſſivè eundem actum vident, non dicuntur ſingulares, ſed plenè probant, ut habet *Textus* (57), ità in caſu, Teſtes non ſunt dicendi ſingulares, ſi de eodem Novitio audierunt ſubornationem factam cum diverſis ſucceſſivè; & in hâc probatione Teſtes poſſunt eſſe illi, quibus facta eſt *ſubornatio*, maximè, ſi *ſubornationi* minimè conſenſerunt; tali enim caſu, ipſi ſocii criminis non ſunt, ut proindè eorum teſtimonium non probet; undè integri ſunt cenſendi.

28 Quantùm verò ad receptionem de rebus Novitii, ſivè ad malam ejuſdem ſuaſionem, ad relinquendum aliquid ſibi, aut alteri privato, aut Conventui, nihil peculiare occurrit circà talium probationem.

## Pęnæ.

*SUMMARIUM.*

29. *De pœnis impedientium libertatem Novitiis, remiſſivè.*
30. *Excommunicatio Tridentini contrà recipientes de bonis Novitii, eſt ſententiæ ferendæ.*
31 *Statutum Minorum contrà recipientes ad habitum Novitios ſinè debitâ inquiſitione.*
32 *Textus videtur pœnas cominatas eſſe ſententiæ ferendæ.*
33 *Pœnę contrà Superiores, malè recipientes Novitios ad habitum, ſunt latæ ſententiæ.*
*Clemens VIII., in quibus moderaverit Bullam Sixti V. circà Novitios recipiendos.*

29 IAm de pęnâ impedientium Novitios ad ſuſceptionem habitus, ſecularizationem, aut profeſſionem, ſuprà dictum eſt, quòd ultrà privationem Officii, ſi Reus Superior ſit, ſeu ſuffragiorum, ſi Subditus ſit, eſt excommunicatio Conciliaris; undè nil peculiare hìc dicendum

(56) *Par. p. Tit. Tortura. nu. 62.*
(57) *Text. Tit. Teſtes. §. 6.*

Digitized by Google

dum venit; niſi quòd talis excommunicatio eſt quidèm latæ ſententiæ, non tamen eſt alicui reſervata, ut patet ex Textu Concilii, & advertunt communiter Auctores.

30 Alia auté xcōmunicatio, ſancita ab eodem Concilio contrà dantes, & recipientes de bonis Novitii, eſt ſententiæ ferendæ, quam tamen nunquàm vidi, aut audivi fulminatam. Undè circà hæc non ampliùs cenſeo eſſe immorandum, maximè cùm de hoc ampliùs dicemus, quandò tractabimus de Simoniâ.

31 Occaſione loquendi de iis, quæ fieri prohibentur circà Novitios, lubet apponere Textum, cui commodior locus non habetur, cùm & ipſe de Novitiis loquatur. Sic auté cantat: *Recipientes, vel ad profeſſionem admittentes Novitios, Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinis Statutis non ſervatis, Officio ſtatim privandi, & omnium ſuffragiorum jure perpetuò deſtituendi ſunt*. (58)

32 Ad hunc Textum illuſtrandum nulla ſuppetit difficultas, cùm enim de conditionibus requiſitis, ad recipiendos eos, qui volunt Religioſum habitum aſſumere, de eorumdem probatione per annum Novitiatus, ac de ſuffragiis ſibi dandis, iuxtà Apoſtolicas ſanctiones plenè loquantur omnes Regularium rerum Scriptores, & quæque Religio peculiares circà hoc habeat Conſtitutiones, non eſt, cur in hâc materiâ diutiùs immoremur. Noto tantùm, quàmvis Textus noſter videatur loqui de pœnis, inferrendis contrà eos, qui in recipiendis Novitiis non ſervant præſcripta Apoſtolica, ità ut videantur ſententiæ ferendæ, & non jàm latæ, tamen intelligendus eſt de pœnis jàm latis, & non ferendis, ità ut, ad inferendas illas ſola ſententia declaratoria delicti deſideretur.

33 Ratio eſt, quià, ut notat *Theſaurus* (59), quàmvis *Clemens Octavus* in ſuâ Conſtitutione, (60) moderaverit pęnas, latas à *Sixto Quinto* in duabus Bullis (61), contrà Superiores recipientes Novitios ad habitum, abſquè inquiſitionę ibi præſcriptâ, tamen moderatio fuit tantùm circà invaliditatem profeſſionis, & circà pœnas participantium de indebitâ receptione, firmis tamen remanentibus cæteris, ut notavit etiam *Sanchez*. Porrò pœnæ privationis Officii, vocis activæ, ac paſſivæ &c. latæ contrà Superiores recipientes abſquè prærequiſitâ informatione, ſunt latæ ſententiæ, undè in hoc ſenſu accipiendus eſt Textus.

(58) *Tom. 5. Applicatio. n. 24.*

(59) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Criminoſi. cap. 1.*

(60) *Clem. VIII. Conſt. 83. In ſuprema Bullar. Cherub. Tom. 2.*

(61) *Sixt. V. Conſt. 71. Cum de omnibus, & Conſt. Ad Romani. Cherub. Tom. 2.*

TITU-

# TITVLVS SEXTVS
# DE
# Crimine falſi.

*SVMMARIVM.*

1 *Deſcriptio criminis falſi, traditi in iure.*
*Ejuſdem diffinitio juxtà Hoſtienſem.*
*Mendacium eſt deſtructio veritatis.*
2 *Diffinitio criminis falſi.*
*Crimen falſi requirit dolum.*
*Fallens in cōputo, aut menſurâ, nō comittit crimen falſi.*
*Contrà falſum in computo, aut menſurâ, non datur actio, niſi de dolo.*
*Menſor, aut computatur non eſt obligatus civiliter ergà utentem operâ ſuâ.*
3 *Falſitas, ut ſit punibilis, tria requirit.*
*Parvitas materiæ in omni delicto datur.*
*Falſitas debet eſſe in ſcripturâ.*
*Uſus ſcripturæ falſæ requiritur.*
4 *Falsi ſpecies, quot ſint.*
5 *Quæ ſpecies falſi tractandæ in hoc Titulo.*
6 *Crimen falſi graviſſimum, & quarè.*
*Eſt atrocius homicidio.*
7 *Criminis falſi ſpecialia.*
*Decurio, inquiſitus de falſo, non gaudet privilegiis Decurionum.*
*Confirmatio, facta à Principe* ex certâ ſcientiâ, *non validat falſum.*
*Sententia, lata ex falſis probationibus, non tranſit in judicatum.*
*Atteſtationibus publicatis, poteſt contrà eas procedi de falſo.*
*Cardinales, obviantes damnato ad ſupplicium ob crimen falſi, eum non ſalvant.*
8 *In crimine falſi procedi poteſt civiliter, & criminaliter, & quomodò.*
*Priùs intentanda actio criminalis, quàm civilis.*
9 *Civiliter agenti ſufficit probare ſuſpicionem falſitatis.*
10 *Quomodò procedendum, quandò agitur de falſo criminaliter.*
11 *Indicia probantia falſitatem in ſcripturâ.*
*Bullæ, quæ, & quarè dicantur, & quomodò indicientur ut falſæ.*
12 *Indicia falſitatis Bullarum quadrant in aliis ſcripturis.*
13 *Indicia extrinſeca, probantia ſcripturam falſam.*
14 *Probatio falſitatis, quæ poteſt fieri per Teſtes neceſſarios, aut extraneos.*
*Teſtamentum eſt ſuſpectum de falſo, ſi Teſtis non vidit Teſtatorem jacentem in lecto.*
*Dictum Teſtis neceſſarij, reddit teſtamentum ſuſpectum de falſo.*
*Teſtis, negans ſuam eſſe ſubſcriptionem in ſcripturâ privatâ, eam invalidat.*
15 *Teſtes extranei quid, & quomodò probent circá ſcripturam publicam.*
*Teſtis infamis de jure vitiat teſtamentum.*
*Teſtes tùm neceſſarii, tùm extranei debent eſſe integri, ut probent falſitatem ſcripturæ.*
16 *Teſtis unus; ſivè neceſſarius, ſivè extraneus non reddit ſcripturam, quamvìs ſuſpectam de falſo, niſi oſtendat Judici indicium falſitatis in ſcripturâ ipſâ.*
17 *Indicium falſitatis intriſecum, ſcripturam facit à Judice annulari, & Reum puniri.*
*Extriſecum verò movet Judicem ad declarandum; fidem non eſſe adhibendam ſcripturæ, & ad indagandam ulteriorem veritatem.*
18 *Teſtes teſtamentarij, quo caſu redant teſtamentum nullum.*
19 *Quomodò probandus Reus de falsâ ſcripturâ.*
20 *Pœna criminis falſi variantur juxtà ſpecies falſitatis, ac Statuta locorum.*

1 DIffinitio *falſi criminis* deſcriptivè potiùs, & per exempla traditur à *Paulo Jure Conſulto*, (1) quàm per genus, & differentiam, ut ferunt leges diffinitionis; ad quæſitum enim ſibi factum, *quid ſit falſum*? reſpondet, *videtur eſſe, ſi quis alienum chirographum imitetur; aut libellum; vel rationes intercidat; vel deſcribat, non qui alios in computatione, vel ratione mentiuntur*. *Imperator* pariter in quâdam *Novellâ*, decurtatè, & juxtà unam ſpeciem falsitatis, eam diffinivit, dicendo, quòd sit *imitatio veritatis*; nempè in illis, qui, imitantes characteres alienos, inſtrumenta, chirographa, apochas &c. falsificant. Propiùs ad veram diffinitionem acceſſit *Hoſtienſis in Summâ*, (3) dùm ait, quòd sit *immutatio veritatis, ex certâ ſcientiâ facta*. Sed nec ſufficiens eſt talis diffinitio, si detur de *crimine falſi*, quod judicialiter punitur: deſunt enim nonnulla, quæ infrà dabimus, & talis diffinitio competit cuivis mendacio, quod judicialiter minimè punibile sit; siquidèm ut ſcripsit *Tertullianus*, relatus à *Gothofredo*, (4) *mendacium non poteſt ædificari ſinè demolitione veritatis*.

2 Dico igitur, quòd *falſitas*, quæ judicialiter vindicatur, eſt *doloſa immutatio veritatis, in grave præjudicium alterius facta*. Dicitur notanter *doloſa*, quià *falſitas*, ut evadat criminalis, debet de neceſſitate procedere ex dolo (5), proindè de mente Jure Conſulti (6) eſt, quòd *qui in computatione, aut ratione mentiuntur*, falſum non committant, & ratio eſt, ut optimè notat (7), *Gothofredus* quià falſitas in menſurâ, & calculo poteſt eſſe ex errore involuntario, qui dolum excludat. Quòd, in menſore, ſivè calculatore dolus interveniat, non intentari tamen poteſt contrà eum actio de *crimine falſi*, ſed alia civilis de dolo, & ratio eſt, quam dat Vlpianus (9), quià menſor *civiliter obligatus non eſt* ergà eum, qui ejus operâ utitur, proindè contrà eum ſola actio de dolo conceditur.

3 Addi-

(1) *Paul. I.C. in l. Quid ſit. ff. Ad leg. Cornel. de falſ.*
(2) *Authent. de Inſtrum. caut. & fid. §. 1. Collat. 6.*
(3) *Hoſt. Summ. Rubr. de Crim. falſ. §. Quid ſit.*
(4) *Tertull. lib. 2. contr. Marcion. Dionyſ. Gothofr. ad l. 23. lit. M. ff. Ad leg. Cornel. de falſ.*
(5) *arg. cap. Homines. cap. Is autem 12. q. 2. l. Nec exemplum. C. Ad leg. Corn. de Falſ. l. Quid ſit l. Divus. ff. eod. tit.*
(6) *text. in l. Quid ſit. ff. Ad leg. Cornel. de falſ.*
(7) *Gothofr. ad l. Quid ſit. lit. M. ff. de falſ.*



Digitized by Google

3 Additur in *præiudicium alterius*, quià, ſi falſitas nulli noceat, aut nocere non poſſit, punibilis non eſt, & præjudicium non debet eſſe quomodòlibet, proindè adiungitur *grave*, quià de modico præjudicio ratio non habetur, & parvitas materiæ in quolibet delicto datur. (10) Undè ex datâ diffinitione elicitur concluſio, quam tradunt *Doctores* (11) communiter, quòd ad falſitatem, ut punibilis ſit, tria requiruntur, puta mutatio veritatis, dolus, & grave præiudicium. Addit autem *Maſcardus* (*d*) alia duo; unum eſt, quòd falſitas ſit facta in ſcripturâ, quæ probat, & fidem facit, quià, ſi non probaret, non diceretur commiſſum falſum juxtà *Gloſſam*, & Doctores, quos ibi citat. (*e*) Aliud eſt, quòd oportet, quòd Reus hujuſmodi falſitate uſus ſit, aliter punibilis non eſt, & citat ad hoc multos Doctores, (*f*) dicens eſſe concluſionem communem.

4 Species falſi ſunt penè infinitæ, ut ait *Matheù* (12), tamen poſſunt cum *Hoſtienſi* (13) commodè reduci ad quatuor; nempè ad *ſcripturam*; *dictum*; *factum*; *& uſum*. In *ſcripturâ* falſum committit, qui inſtrumenta, teſtamenta, codicillos, ſingraphas, chirographos, apachas falſas confingit; qui album Prætoris, libros publicos, ſeù libros privatos rationum, corrumpit, exarando aliquid falſum in ipſis; Advocatus, ſeù Doctor, qui falſas leges ſcribendo allegat; & Notarius, qui ſibi aliquid ſcribit in Teſtamento &c. *Dicto* falſitatem committit *Teſtis*, immutando, truncando, tacendo, pervertendo veritatem. *Corrumpens*, inſtruens Teſtem, ut falſum dicat; *Iudex* ſententiando de directò contrà leges, aut Statuta; *Advocatus*, qui revelat adverſæ parti ſecreta ſui clientuli; & qui coràm Judice ſomniata jura citat; qui mentitur Præſidi, vel Principi, ut per obreptionem aliquid obtineat &c. *Facto* committitur falſitas, delendo, interlineando, cancellando, radendo, immutando ſcripturam, ſivè publicam, ſivè privatam; ſigilla alicujus, maximè Principis Eccleſiaſtici, aut Laici, ſivè alterius publici Officialis fabricando, mutando, adaptando, &c. monetam falſam cudendo; aurum alchimicum componendo; partum adulterinum ſupponendo; teſtamentum legitimum occultando; Teſtem ad longinqua mittendo, celando, pecuniâ corrumpendo, nè examinetur, ſeù pecuniam accipiendo, ut in judicio atteſtationem de facti veritate faciat. Edicta publica corrumpendo, eandem rem mobilem, aut immobilem duobus vendendo; eundem fundum duobus hipothecando, literas publicas, ſivè privatas aperiendo &c. *Uſu* tandèm falſitatem committit, qui falſis inſtrumentis, ab alio factis, aut privatis ſcripturis, ſivè Teſtibus, aut atteſtationibus pariter falſis in judicio Civili, aùt Criminali ſcienter ad damnum alterius utitur; qui falſis litteris, ſivè Principis Eccleſiaſtici, aùt laici, ſivè alterius publici Officialis ad proprium commodum utitur; qui mutato ſibi nomine, alium ſe gerit ab eo, quod eſt; qui cùm vilium natalium ſit, ſe jactat prognatum de familiâ nobili, cum quâ in cognomine convenit, & ejus gentilitium ſtemma, ac inſignia uſurpat; qui exercet officium, quod verè non habet, ſed illud habere probat, uſurpatis legitimis patentibus, prò aliis tamen factis, &c.

5 Si de omnibus hujuſmodi falſitatibus in individuo tractandum eſset, in immenſum creſceret Tractatus, qui ſe ſolo integrum volumen occuparet; quià ergò pleraque, quæ circà hoc crimen quadrant in uno caſu, conveniunt etiam in cæteris tùm in probationibus, tùm in pœnis; & de aliquibus jàm alibi locuti ſumus, ut in §. *Calumniatio*, §. *Subornatio*, §. *Periurium*, & incidenter aliis in locis; in hoc Titulo loquemur de nonnullis uſu frequentioribus, præſertim intrà Clauſtra, & ſunt *Falſificatio literarum*, ſeù ſigilli Superiorum, *Aperitio literarum* Prælatorum ad Subditos, & vice verſâ. *Falſæ moneta* fabricatio. *Alchimma* compoſitio. *Aſtrologia indiciaria* falſa profeſſio.

6 *Crimen falſi* graviſſimum, ac atrociſſimum eſt; nec aliud crimen datur, quod ità vituperet famam, ac ſtatum hominis, ſicut ipſum, pròut ex *Paulo de Caſtro*, & *Marſilio* ſcribit *Baiardus*; (14) & juxtà quoſdam Auctores, relatos per *Franciſcum Romaguera ad Statuta Eugubii*, (15) eſt atrocius homicidio, & ratio eſſe poteſt, quià, cùm commoda ſocietatis humanæ habeant prò ſuo fundamento fidelitatem unius ad alterum, quæ ſinè veritate conſiſtere non poteſt, hinc eſt, quòd falſitas, deſtruendo veritatem, labefactat ex conſequenti fidelitatem, & ſubvertit commoda ſocietatis humanæ; ut proindè falſum committens, cenſeatur indignus vitâ civili, & notatus igbominiâ, non in conſortio hominum, ſed inter feras, quibus imponere falſitatem nequeat, ſibi eſſe vivendum.

7 Plura ſunt ſpecialia hujus criminis, quorum duodecim recenſet *Monticellus*, (16) in ſuâ *Practicâ*; inſigniora autem ſunt, quòd *crimen falſi* in generali indulto minimè comprehendatur, ut textualiter habetur in quodam Digeſto. (17) Item *Decurio*, inquiſitus de falſo, non obſtante Decurionatu, carceratur, & torturæ ſubiicitur, & ſi *Notarius* falſum commiſerit, mox fiat *Decurio*. non tamen hæc nova dignitas, quæ in quibuſdam aliis delictis illum ſalvat, in hoc tamen eum eximit à quæſtione, ſic ſanciente Imperatore. (18) Pariter, quàmvis confirmatio facta à Principe *ex certâ ſcientiâ*, ſuppleat omnem defectum rei confirmatæ; non ſupplet tamen, nequè validat id, qoud falſum eſt in eâ, pròut teſtatur *Boſſius* (19) cùm aliis. Inſuper ſententia lata ex falſis probationibus, etiam abſque ullâ appellatione retractanda venit, quantùmvis tranſierit in judicatum, ut habet Textus, (20) intelligendum autem eſt, ut benè notat loco citato *Boſſius*, (21) quòd falſitas debet eſſe concludenter probata, aut notoria, nec ſufficit, quòd ſit præſumpta. Præterea, licèt per utraque jura (22) caveatur, quòd publicatis atteſtationibus non liceat probare directè contraria capitulis ad eorundem deſtructionem; tamen agendo de falſo poteſt ità deduci, & probari, quemadmodùm etiam, non obſtante re judicatâ, poteſt agi, ut habet Textus, (23) Ulteriùs privilegium, quod habent *Cardinales* præ-



(9) *text. in l. 1. §. Hac actio. ff. Si menſ. fal. mod. di.*
(10) *arg. l. Si oleum. §. final. in fin. ff. de Dol. mal.*
(11) *Farinac. Capic. Latr. Ball. Barboſ. Felic. apud Conciol. Reſol. crim. V. Falſum. Reſol. 2. init. & ad Stat. Eugub. lib. 4. Rubr. 46. n. 1.*
(d) *Maſcard. de Probat. Concl. 739. n. 13. & 15.*
(e) *Gloſſ. in l. Domus in V. Privatas. C. de Falſ. Bart. Paul. de Caſtr. Bald. Corne. Socin. & Alex. apud Maſcard. loc. cit. n. 13.*
(f) *Abb. Bald. Salycet. Bart. Socin. Turz. Alex. & Boſſ. apud Maſcard. loc. cit. nu. 15.*
(12) *Matthe. de Crimin. Tit. de Falſo. cap. 1. num. 1.*
(13) *Hoſtien. Summ. Rubr. de Crim. falſ. §. Qualiter committatur. n. 2.*

(14) *Baiard. ad Clar. §. Falſum. num. 1. & ibi Paul. de Caſtr. Conſ. 151. Marſil. Rubr de Falſ n. 16.*
(15) *Capon. Matthæu. Fontanel. Carpzou. Cortiad. Modern. Manfrell. apud Romaguer. add. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rubr. 46. n. 11.*
(16) *Monticell. Pract. crim. Reg. 15. num. 10. & ſeqq.*
(17) *text in l. Lucius. ff. ad S. C. Turpillian.*
(18) *text. in l Si quis Decurio. C. Al leg. Cornel. de Falſ.*
(19) *Boſſ. Tract. crim. Tit. de Falſ. n. 73. & ibi Abb. & Felin. apud Marſil. Pepertor. Rubr. de Falſ. col. 3.*
(20) *text. in l. final. C. ſi ex falſ. inſtrum.*
(21) *Boſſ. loc. cit. nu. 75.*
(22) *text. in cap. Faternitatis. de Teſt. Authent. Qui ſemel. C. de Probat.*
(23) *text. in l. 1. C. Si ex falſ. inſtr.*

Digitized by Google

ſtandi immunitatem Reis, qui ducuntur ad patibulum, (ſi tamen non datâ operâ eis occurrerint) ut pluribus citatis docet *Cortiada* (24), ceſſat in hoc caſu; nàm, ſi Reus damnatus eſt ob crimen falſi non poteſt *Cardinalis* ei gratiam facere, ut cum eodem *Cortiadâ*, & alijs advertit *Raynaldus*. (25) Multa alia ſpecialia minoris momenti ſunt de hoc crimine, de quibus juxtà exigentiam dicetur.

8 Circà probationem *falſi* advertendum eſt, quòd judicium de eo poteſt intentari tùm civiliter, tùm criminaliter; civiliter quidèm per viam exceptionis, vel replicationis, & quandóque per actionem in factum; nàm, ut ait *Hoſtienſis*, (26) qui nomine Prætoris literas falſas ediderit, vel falſum edictum propoſuerit, actione in factum pœnali tenetur, quæ fortè contingit intereſſe accuſatoris. Criminaliter autem, ſi agatur ad pœnam delicti infligendam: & ſi agatur ad utrumque, juxtà quoſdam, intentandum priùs eſt judicium criminale, quàm civile (27), quià compendioſior eſt via; cùm probationes criminales quadrent etiam prò causâ Civili, non vice versâ: undè, ſi probaretur primò factum civiliter, faciendæ eſſent de novo probationes criminales; cum jacturâ temporis, ac expenſarum, hâc tamen ratione non obſtante, videtur, quòd priùs intentanda ſit actio civilis, quàm criminalis ex apertâ diſpoſitione Textus in *l. Damus. C. Ad leg. Cornel. de falſ.*

9 Procedendo autem civiliter, productio inſtrumenti, de quo ſuſpicio habetur de falſo, facit, quòd prò falſo habeatur, & illud in judicio eſt nullius valoris, niſi à parte producente veritas illius concludenter probetur, & producens ipſe, deficiens in probatione veritatis, tanquàm falſarius punitur ex diſpoſitione Textus. (28) Undè civiliter agenti ſufficit concludenter probare ſuſpicionem falſitatis, ut producens inſtrumentum, teneatur ad probandam ejuſdem veritatem; quâ non probatâ, iſte tenetur de falſo.

10 Sed procedendo criminaliter juxtà mandatum Imperatoris (29), *acerrima* debet fieri *indago*, & probationes debent eſſe claræ, & concludentes. (30) Porrò *nec accuſatori tantùm quæſtio incumbit, nec probationis ei tota neceſſitas indicitur, ſed inter utramque perſonam ſtat Iudex medius*, prout in ſupracitatâ lege ſanxit Imperator. Accuſanti igitur de crimine falſi debet eſſe diſceptatio cum Reo, convento circà probationem delicti; quià, ſi *Caius* Actor impugnat, ut falſum inſtrumentum, productum à *Seio*, ſufficit *Caio* probare ſuſpicionem falſitatis, & *Seio* incumbit onus probandi è contrà veritatem inſtrumenti; & hoc eſt, quod ait Imperator in lege citatâ dum dicit, *nec probationis ei* (nempè Actori) *tota neceſſitas indicitur*, quià ei ſufficit probare ſuſpicionem falſitatis, ut regerat in accuſato obligationem probandæ veritatis. Si autem Actor intendit probare Reum, conventum tanquàm auctorem falſitatis, tunc ipſi incumbit probare intentum concludenter, & ſic intelligendi ſunt Doctores, quos allegat *Maſcardus*, (31) qui teſtatur de communi, qui volunt, quòd in judicio criminali probatio Auctoris debeat de neceſſitate concludere. Si enim intelligunt tùm de probatione corporis delicti, tùm de delinquente, refragatur ſibi lex citata, quæ apertè loquitur de judicio criminali in examine falſi; quæ, ut cohæreat iuri communi, quod ſtatuit obligationem probandi concludenter accuſationem, ipſi Actori incumbere, exponenda eſt de probando corpore delicti, cujus obligatio diviſa eſt inter Actorem, & Reum, prout dictum eſt; manente integraliter in Actore obligatione probandi plenè reatum in alio.

11 Sciendum porrò, quòd ad probandam falſitatem, ſivè ſuſpicionem falſitatis in ſcripturâ, duplicia ſunt indicia, alia quidèm intrinſeca; alia verò extrinſeca. Intrinſeca vocantur ea, quæ continentur in ſcripturâ ipsâ; extrinſeca autem, quæ extrà eam ſunt. Quantùm ad intrinſeca, ea ſunt in duplici differentia, nempè indicia, quæ percipiuntur mente tantùm; & ea, quæ etiam ad ſenſum patent & de utriſque habetur in quâdam Decretali (32) exemplum in literis Apoſtolicis, (quæ vocantur *Bullæ*, ex eo quòd ſigillum plumbeum Papale, quod dicitur *bulla*, adnexum habent) dè quibus dicit ibi *Innocentius III*, quòd cognoſci poſſunt fuiſſe falſificatas, ſi falſis literis ſigillum pariter falſum appenſum ſit; ſi verum ſigillum, ab aliis literis abſtractum, falſis litteris accomodatur; ſi in veris litteris aliquid ſit raſum, deletum, additum diverſis characteribus à primâ ſcripturâ; ſi dealbatâ totaliter membranâ antiquarum literarum, aut ſuper extenſâ antiquæ novâ membranâ, nova ſcriptura ex integro exeretur; ſi characteres non ſint conformes ſolitis formari in Cancellariâ Papali &c., & hæc ſunt indicia, quæ etiam oculis ſubijciuntur: quæ verò mente tantùm percipiuntur, ſunt ea, quæ conſiſtunt in ſenſu verborum nempè contrà ſtilum Curiæ; ut ſi in literis nominaretur Epiſcopus *filius*, aut Clericus *frater*: ſivè per tales literas concederentur diſpenſationes, quæ concedi non ſolent, aut non poſſunt, ut quòd privignus novercam, aut frater ſororem in matrimonium ducere poſſet, & ſimilia; & quæ dicuntur de literis ſupradictis *Bullatis*, dici poſſunt de aliis, quæ vocantur *Brevia*, & adnexum habent ſigillum *Annuli Piſcatoris* in cerâ rubeâ.

12 Hæc autem omnia intervenire etiam poſſunt in inſtrumentis, aut libris publicis: in ſcripturis, ſivè libris privatis: in tranſumptis ex actibus publicis; in chirographis promſſoriis (vulgo *polizze*) in apochis (Italicè quietanze) in patentibus, ſeu literis Principis, in quibus conferuntur Officia, aut indulta, aut gratiæ; in teſſeris, quæ ab Officio publico dantur, ut tempore peſtis illæ, quæ dicuntur *bollette di ſanità*; ſivè aliæ, quæ in ſignum ſolutæ gabellæ dantur à publicanis, & aliis ſimilibus. Pariter ſupradicta intervenire poſſunt in literis Epiſcoporum circà collationes Ordinum, approbationes ad Confeſſionem; deputationes ad pulpita; Dimiſſorias, diſpenſationes; atteſtationes &c. Item intrà Regulares in patentibus Prælaturæ, ſivè Officii alterius; inſtitutionis in gradu Concionatoris, lectoris, aut Confeſſarii; in literis dimiſſoriis ad Ordines; in literis obedientialibus, & alijs hujuſmodi. In omnibus igitur iſtis poſſunt eſſe indicia falſitatis inverſio, perverſio, adulterina appoſitio ſigilli; inconſueta qualitas chartæ, ſeu papyri; diverſitas characterum Principis, Epiſcopi, Superioris, Officialis, Notarii, aut Cancellarii ſubſignantis; lituræ, interlineationes, cancellaturæ, appoſitiones alienâ manu factæ; & tandèm forma verborum inconſueta; clauſulæ impertinentes, ſuperfluæ, defectivæ; diſpenſationes inſolitæ, & alia huiuſmodi, quæ in ſenſu verborum conſiſtunt.

13 Ex-

(24) *Cortiada Deciſ. 88. nu. 16. & ibi Plach. Farinac Dian. Delben. Tiraquell. Marſil. Menoch. Citel & Peguer.*

(25) *Raynal. Obſer crim. T. 2. cap. 18. §. 1. n. 4. & ibi Cortiad. Lxit. n 17 Maxill. ad Conſuet. Baren. Proem. n. 213. Capon. Diſcept. 37. n. 31*

(26) *Hoſtien. Sum. Rubr. de Crimin. falſ. §. Qualis probatio.*

(27) *arg. l. 2. C. de Fid. inſtrument.*

(28) *text. in l. Iubemus. C. de Probat.*

(29) *text. in l. Vbi falſi. C. Ad leg. Cornel. de falſ.*

(30) *text. in l. final. C. de Probat.*

(31) *Maſcard. de Probat. Concl. 739. nu. 2. & 3. & ibi Socin. iuni. Alexand. Iaſo. Dec. & Grammat.*

(32) *cap. licet. Extra. de Crim. falſ.*

Digitized by Google

13 Extrinſeca verò falſitatis indicia, & quæ non continentur in ipsâ ſcripturâ, ex multis Doctoribus collegit magno labore *Maſcardus* (33), & ſunt, ſi tranſumptum inſtrumenti contineat plura, quàm protocollum: ſi producitur inſtrumentum ferè extrà tempus, cùm potuiſſet primò produci tempore commodo: ſi continet negotium, de quo reperiuntur facta alia inſtrumenta, continentia tenorem, vel effectum diverſum: ſi deficit clauſula, quæ de jure, aut conſuetudine debet apponi: aut appoſitæ ſint clauſulæ inconſuetæ, aut modus inſolitus Notarii in regiſtratione, aut diſſimilitudo dictaminis, ſi ſcriptura fuerit recenter facta, & in eâ dicantur rogati prò Teſtibus omnes, qui mortui ſunt: ſi inſtrumentum ſit diverſis characteribus exaratum, & Notarius in authenticatione mentionem non faciat, illud manu alienâ fuiſſe exaratum: ſi producens inſtrumentum, interrogatus à parte, àn velit eo uti, reſpondet, negativè: ſi ſcriptura facta ſit à Notario, ſolito falſa ſcribere; aut producta ab eo, qui aliàs falſa inſtrumenta produxit: ſi confrontatum inſtrumentum cum protocollo, quod ſit de re antiquâ, hoc reperiatur ſcriptum characteribus recentibus: ſi inſtrumentum non continet veriſimilia, & hoc eſt etiam de libro rationum, in quo notentur partitæ inveriſimiles: ſi tandem ſcriptura inventa non ſit inter ſolitas ſcripturas Notarii. Probatis autem duobus ex ſuprà recenſitis indiciis, dicitur probata ſuſpicio falſitatis; & ex hujuſmodi probatione falſitatis, per conjecturas deveniri poſſe ad torturam, concludit loco citato *Maſcardus*. (34)

14 Ultrà recitata indicia, ex quibus falſitatis ſuſpicio probata remanet, adſunt etiam dicta Teſtium, qui poſſunt eſſe in duplici differentiâ, nempè *neceſſarii*, illi ſcilicèt, qui dicuntur rogati in inſtrumento, ſeù ſubſignati in ſcripturâ, & *extranei*. Quantùm ad *neceſſarios*, firma concluſio eſt, quam tradit *Boſſius* (35) fundatam in jure, & auctoritate Doctorum, quòd unus Teſtis contradicens Teſtamento, dicendo non fuiſſe præſentem; aut diſpoſitionem aliam fuiſſe ab eo, quod dicitur in Teſtamento; aut Teſtatorem non fuiſſe à ſe viſum, quià faciem habebat linteaminibus opertam; reddit Teſtamentum ſuſpectum de falſo; & ut probat idem Auctor (36) ex diſpoſitione Textus in *l. Iubemus. C. de Probat.* tale dictum Teſtis ſufficit ad capiendum ſuſpectum de falſitate; non ſufficit tamen ad annullandum Teſtamentum; ſed benè ſufficit ad movendum Judicem ad inquirendum, & ad declarandam fidem, non eſſe adhibendam tali ſcripturæ, ut multis adductis probat *Raynaldus*. (37) Si verò eſſet ſcriptura privata, quæ ſumit vires à recognitione Teſtium, dictum unius Teſtis, qui dicitur in eâ ſubſcriptus, negans ſubſcriptionem eſſe ſuam, non tantùm inducit ſuſpicionem falſi, ſed facit, quòd talis ſcriptura minimè probet, ut loco ſupracitato ſcribit *Boſſius*, (38) & ratio diſparitatis eſt, quià in hâc non intervenit auctoritas Notarii, ut intervenit in inſtrumento publico.

15 Quantùm ad Teſtes *extraneos*, vult *Boſſius* (39) quòd iſti debent eſſe omni exceptione majores, ut poſſint reddere inſtrumentum ſuſpectum de falſo, quæ qualitas non requiritur in Teſtibus *neceſſariis*, quià ex hoc, quòd ſunt rogati in inſtrumento, videntur à partibus approbati. Sed hæc ratio, Me judice, nihil valet; nam quàmvis approbati ſint à partibus extraiudicialiter, ac in contractu civili, non ſequitur per hoc, quòd cenſeantur approbati à Judice prò teſtificando, maximè in causâ Criminali; nec partium approbatio reddit legalem, ſeù legitimum illum Teſtem, qui à jure prohibetur teſtificari: proindè Teſtis infamis infamiâ juris, adhibitus in Teſtamento, illud vitiat, pròut cum *Plautio*, & *Burſato* docet *Goveanus* (40), quàmvis Teſtis ille communiter prò legitimo habeatur. Teneo igitur, quòd tùm Teſtes *neceſſarii*, tùm *extranei*, debeant eſſe integri, ut ex illorum Teſtimonio poſſit ſcriptura quævis reddi ſuſpecta de falſitate.

16 Sed Teſtis unus *extraneus*, quàmvis omni exceptione maior, reddit nè ſcripturam quàmvis publicam, ſeù privatam ſuſpectam de falſo? Dico, quòd non, niſi in ſcripturâ ipsâ oſtendat Judici aliquod indicium falſitatis, quæ Judici incognita eſt; ut potè ſi in ſcripturâ ſubſignati eſſent *Caius*, & *Seius*, quorum nota manus eſſet Teſtis, qui deponeret ſubſignationes in ſcripturâ non eſſe de manu illorum ex diverſitate characterum, proindè ſcripturam eſſe falſam. Ratio hujus concluſionis eſt, quià falſum in ſcripturâ relinquit veſtigium ex ſe, ut patet, &, ut dicemus infrà, indicium, ad hoc, quòd reddat ſcripturam ſuſpectam, oportet, quòd contineatur in ipsâ ſcripturâ, puta aut characteribus, raſurâ &c., aut in formâ, ſeù ſenſu verborum, ut dictum eſt ſuprà, dictum igitur Teſtis non ſufficit, niſi conſtet de veſtigio illo quod conſtituit corpus delicti, de quo in quovis crimine antè omne aliud conſtare debet. Undè concludendum, quòd talis depoſitio Teſtis extranei inſervit tantùm ad movendum Judicem, ad inquirendum de veritate.

17 De indiciis igitur intrinſecis falſitatis, ſivè pateant ſolùm ad mentem, ſivè etiam ad ſenſum, pròut dictum eſt ſuprà *num.* 11. Regula firma eſt, quòd ubi ſuſpicio falſitatis in ſcripturâ publicâ, ſeu privatâ oritur ex vitio viſibili ad oculum, ſivè ad intellectum, tunc per ſententiam annullatur ſcriptura, & prò non ſcriptâ pronunciatur; & inſuper imputatus de hujuſmodi falſitate punitur pœnâ extraordinariâ, pecuniariâ, relegationis, ſeù triremium ad tempus, juxtà gravitatem facti, qualitatem perſonarum, & urgentiam ſuſpicionis, ut pluribus probat *Raynaldus*. (41) De extrinſecis autem regula eſt, quòd non ſufficiunt ad annullandam ſcripturam, nec ad condemnandum Reum criminaliter, ſed ſolùm ad movendum Judicem ad declarandum, fidem non adhibendam eſſe ſcripturæ, & ad inquiſitionem ulterioris veritatis, ut dictum eſt ſuprà *num.* 14.

18 Quid autem, ſi duo Teſtes inſtrumentarii contradicerent directè inſtrumento, ſeù Teſtamento, aſſerendo eos minimè inteſuiſſe tali ſtipulationi; ſivè dicendo diſpoſitionem teſtamenti, ſivè contractus fuiſſe diverſam? Reſpondet *Boſſius*, (42) cùm aliis, quòd inſtrumentum, ſivè Teſtamentum remanet falſum, niſi coadiuvetur ab aliis, qui vincant numerum illorum, ac deponant, diſpoſitionem talem fuiſſe; qualis habetur in ſcripturâ; aùt ultrà illos duos, qui dicunt, non interfuiſſe in teſtamento, seù inſtrumento, annotatus ſit aliorum Teſtium numerus, ſufficiens ad illius validitatem, ut ibi latè proſequitur *Boſſius*.

 19 Hucu-

(33) *Maſcard. de Probat. Concl. 740. nu. 2. & ſeqq.*
(34) *Maſcard. loc. cit. nu. 46. & 47.*
(35) *Boſſ. Tract. crim. Tit. de Falſ. num. 2. & ſeqq. l. 1. §. Si quis neget. ff. Quemadm. teſtam. aperi. ubi. Bart. col. 1. & 3. & Imol. col. 1.*
(36) *Boſſ. loc. cit. nu. 29.*
(37) *Raynal. Tom. 2. cap. 18. Rubr. nu. 67. & ibi Card. Alba, Innocen. & Paul. de Caſtr.*
(38) *Boſſ. loc. cit. num. 26.*
(39) *Boſſ. loc. cit. num. 43.*
(40) *Manfred. Govean ad Clar. §. Teſtamentum. Quæſt. 55. n. 35. in fin. & ibi Plaut. in l. Barbarias. n. 303. de Off. Prætor. Burſat. Conſ. 56.*
(41) *Raynal. Tom. 2. cap. 18. Rubr. n. 58. & ſeqq.*
(42) *Boſſ. loc. ſup. cit. n. 52. & ibi Bart. Imol. Tebin.*

19 Hucuſque dictum eſt de probandâ falſitate ſcripturæ, ſupereſt, ut dicamus de probatione ſcriptoris falſi. Dico igitur, ad hoc, quòd duo Teſtes integri, probatâ conſtantiâ corporis delicti, ſufficiunt ad convincendum ad pœnam ordinariam, ſicut in quovis alio delicto. Probatur autem corpus delicti, prout ſuprà dictum eſt; & etiam concludenter probari poteſt per eoſdemmet Teſtes, ſi viderunt Reum prætenſum, eam ſcribentem; ſcripturam legerunt, ac eius tenorem intellexerunt. Ratio eſt, quià hoc modo deponunt Teſtes ſuper re de viſu, quâ probatio nulla poteſt dari concludentior; redduntque cauſam dicti ſui, à quâ pendet robur teſtimonii; & eodemmet contextu probatum remanet delictum, & ipſius Auctor.

20 Pœnæ verò criminis falſi variantur, ſicut variari poteſt ſpecies ipſa falſi; & dicit Clarus, §. *Falſum.* ✠. *Sed quæro. num.* 40. quòd in iis inferendis attendenda ſunt Statuta locorum; quibus deficientibus, recurritur ad conſuetudinem, quaſi hoc arbitrio Judicis relinquatur.

## §. I.

## Literarum falſificatio.

### SVMMARIVM.

1 *Literarum nomine, quæ veniant in hoc paragrapho.*

2 *Literæ falſæ dupliciter dicuntur.*

*Falſæ ob ſubreptionem, aut obreptionem non debent exequi.*

3 *Obtinens per ſubreptionem, aut obreptionem literas Papæ, non delinquit crimine falſi.*

4 *Crimen falſi, quandò propriè committatur in literas Papæ.*

*Literæ Papales quomodò, & quandò dicuntur falſificatæ.*

5 *An ſit falſus, qui immutat aliquid in literis (aliis ab Apoſtolicis) cum veritate.*

6 *Variæ circà hoc dubium ſententiæ.*

*Falſum dici nequit, quod invatur primordio veritatis.*

*Scripturâ deperditâ, non poteſt alia nova fieri, continens factum deperditæ.*

7 *Diſtinguitur dubium.*

*Mutatio ſcripturæ ad damnum alterius, licèt cum veritate, inducit crimen.*

*Si non eſt ad damnum alicuius, non committitur crimen.*

8 *Circumſtantiæ, aggravantes ſcripturam falſam, triplices ſunt.*

9 *Gravitas falſæ ſcripturæ augetur ex damno, quod per eam alteri infertur.*

*Item ex dignitate perſonæ, cuius ſcriptura vitiatur.*

*Falſificans literas publicas incidit in crimen læſæ Maieſtatis.*

10 *Graviſſimè delinquit vitians literas Papæ, aut ſupremi Principis.*

*Falſis literis, ſi Magiſtratum arrogans, fit Reus læſæ Maieſtatis.*

1 NOmine *literarum*, de quibus in hoc paragrapho ſumus locuturi, veniunt ſcripturæ omnes tùm publicæ, tùm privatæ; tùm expeditæ à Romano Pontifice Principibus, Epiſcopis, Regularibus Prælatis, ſivè aliis publicis Officialibus; tùm roboratæ authoritate Notariorum, tùm confectæ inter privatas perſonas; in quibus omnibus *crimen falſi* comitti contingit.

2 Aduerto autem, quòd de omnibus *literis* poteſt dari diſtinctio, quam ex *Goffredo* tradit *Hoſtienſis*, (1) tractando de literis Apoſtolicis: nempè, quòd *literæ*, aliæ dicuntur *falſæ*, aliæ *falſatæ*, ſivè *falſificatæ*. *Falſæ* ſunt duobus modis; primò, quià per falſi ſuggeſtionem, aut veri taciturnitatem, ſunt impetratæ, quæ in iure largo modo dicuntur *falſæ*, ut habetur ex Digeſtis, (2) & iſtæ non debent à Delegatis mãdari executioni, ſed ſuper illis reſcribi ad Pontificem, (3) aut ad Superiorem, cujus ſunt *literæ*, ipſum conſulendo, quid agendum ſit. Secundo modo *falſæ* dicuntur, quandò aliquam ſimilitudinem verarum prætendunt; nihil tamen veritatis habent, quià tùm ſcripturam, tùm ſigillum, tùm ſubſignationes adulterinas habent. *Falſatæ* verò, ſeù *falſificatæ* dicuntur, quandò illæ quidèm quò ad ſcripturam, ſigillum, ac ſubſcriptionem ſunt veræ, tamen in illis habetur aliquod additum, diminutum, ſeù mutatum, ut habet Textus cuiuſdam Decretalis (4), & nos diximus ſuprà hoc *Tit. num.* 11.

3 In primâ quidèm ſpecie falſitatis impetrans per ſubreptionem, aut obreptionem tales literas, falſi crimen minimè committit, ob quod pœnis huius criminis debeat coerceri: quià tamen mentiendo Superiori, aliquo modo delinquit, eius pœna eſt, ut *literæ* impetratæ nullæ ſint, & ipſe careat beneficio, quod reportare ſperavit.

4 In ſecundâ verò propriè committitur *crimen falſi*, & Reus de hoc, ordinariâ legum pœnâ eſt percellendus. In tertiâ autem diſtinguendum eſt. Nàm illud, quod additum, ſivè deletum eſt, variat ſubſtantialiter diſpoſitionem, & ſenſum *literarum*, aut non. Si ſic, verum crimen falſi incurritur, nàm perindè eſt, quòd *falſæ literæ* integraliter confingantur, & quòd per appoſitionem, ſivè detractionem alicuius dictionis verbi, aut clauſulæ, veræ *literæ* ſonent diverſum ſenſum ab eo, qui fuit intentus à concedente, aut formante *literas*. Si autem appoſita eſſet aliqua dictio, quæ ex errore ſcribentis defuit in ſcripturâ; aut aliqua, quæ ſuperflueret, deleta eſſet, & per talem appoſitionem, aut deletionem nullo modo immutaretur ſenſus *literarum*, nulla falſitas committeretur, aut in hoc eſſet reatus. Fallit autem hoc in literis Apoſtolicis, in quibus nec minimum quid addi, deleri, aut corrigi poteſt, (5) ſed, ſi quis error ex inadvertentiâ amanuenſis irrepſerit, remitti debent ad Cancellariam Papalem, ut per Officiales corrigantur; ſivè ut novæ *literæ* concedantur, aut condantur.

5 Du-

(1) *Hoſtien. Summ. Rubr. de Crim. falſ. §. Qualis probatio. num. 6. circà med. Goff. Rubr. eo. tit.*

(2) *arg. l. Si quis obrepſerit. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ.*

(3) *cap. Si quando. Extrà. de Reſcr.*

(4) *cap. Licet ad regimen. Extrà. de Crim. falſ.*

(5) *Felin. in cap. Ex parte il 1. n. 18. de Reſcr. Sayr. Tolet. Suar. apud Theſaur. de Pœn. V. Falſum. cap. 4. ✠. An autem.*

Digitized by Google

5 Dubium porrò non leve eſt; àn cenſeatur falſarius ille, qui immutat literas, ſed mutatio innititur veritati, & hoc loquendo non de literis Apoſtolicis, quià, ut dictum eſt, reſolutio eſt negativa, ſed de aliis?

6 Circà hoc dubium variæ fuerunt ſententiæ. Nonnulli enim Doctores (6) fulti fundamento axiomatis, quòd *non poteſt dici falſum illud, quod juvatur primordio veritatis* (7) docuerunt falſarium non eſſe illum, qui immutat ſcripturam, illam corrigendo, & veritatem dicti, aut facti apponendo. Ut ſi Notarius ex errore in Teſtamento legatum ſcripſit, relictum *Lucio Nigro*, (dùm *Lucius* talis cognominis non reperitur) alius, deleto nomine *Lucii*, apponeret *Titium*, cui re verâ Teſtator legatum reliquit. Alii aliter opinantur, & re verâ ex allato ſuprà axiomate ſequeretur, quòd, ſi deperdita eſſet aliqua ſcriptura, continens verum contractum factum, licitum eſſet novam ſcripturam facere ſimilem deperditæ, quod tamen verum non eſt, ut poſt *Naldum*, & alios multos firmat *Diana*. (8)

7 Puto tamen caſum eſſe diſtinguendum: nempè vel talis mutatio ſtudioſè fit ad nocendum alteri, cui fortè ſcriptura immutata fauebat, vel fit ad juvandum aliquem, cui eadem ſcriptura abſquè tali immutatione favere non poterat. In primo caſu, incurritur verè crimen falſi: in ſecundo, non. Ratio reſolutionis eſt, quià, ut dictum fuit hoc eodem Titulo *num.3.* ad crimen falſi tria requiruntur, nempè mutatio veritatis, dolus, & grave damnum alicujus. In primo autem caſu ex hipotheſi hæc tria concurrunt: ergo &c. Nec dicendum, quòd immutatio veritatis non interveniat ex hoc, quòd, ut ſupponimus, talis mutatio veritati innititur: nàm ſcriptura, maximè authentica, duplicem veritatem importat, nempè veritatem facti, quod per eam enunciatur, & veritatem Auctoris ſcripturæ ipſius, nempè, quòd manu, & characteribus illius, cujus dicitur eſſe ſcriptura, ſit exarata. Quàmvis igitur immutans ſcripturam non vitiet veritatem facti enunciati, vitiat tamen veritatem Auctoris, quià falſum eſt, quòd Auctor ſcripturæ, ità exaraverit, ſicut habet ſcriptura immutata: hæc autem falſitas, juncta dolo, & gravi damno proximi, integrat perfectè crimen falſi. Verum tamen eſt, quòd tale crimen non ità grave eſt, ſicut ſi etiam veritas facti enunciati immutaretur. In ſecundo autem caſu deficit dolus, & grave damnum; proindè crimen falſi non incurreretur.

8 Aggravatur autem *literarum falſificatio* à pluribus circumſtantiis, quarum tamen tres peculiares ſunt, nempè materia, circà quam falſificatio committitur, gravitas damni, per eam proximo cauſati, & qualitas perſonæ, cujus *literæ* falſificantur, ſivè cui damnum infertur. Proindè, qui ſibi patentes literas confingeret approbationis audiendi Confeſſiones Sacramentales: aut veras patentes, jàm expiratas, falſificaret, mutato tempore Datæ ab Ordinario, graviùs delinqueret, quàm ſi ad ſuſcipiendos ſacros Ordines, atteſtationem Baptiſmi ſuſcepti vitiaret, adſcribendo ſibi majorem ætatem eâ, quam de facto habet; aut ſibi literas Dimiſſoriales falſas confingeret. Ratio eſt, quià in primo caſu, redderet Sacramentum pœnitentiæ nullum ex defectu juriſdictionis; in ſecundo autem, non deſineret ſacros Ordines ſuſcipere, licèt mortaliter peccaret.

9 Similiter, qui falſam ſcripturam cuderet, aut veram adulteraret, ob quod grave damnum in vitâ, aut ſubſtantiâ proximo cauſaretur, gravius delictum committeret, quàm ſi leve tantùm præjudicium ex falſitate reſultaret. Pariter ex majoritate, ac dignitate perſonæ, cui ex falſitate evenit damnum, aggravatur falſitas ipſa; & ideò qui in libris publicis malo dolo, & in damnum publici (quæ eſt perſona ficta quidèm, ſed quouis privato dignior) falſum conſcribit, ſimul cum falſo incidit in crimen læſæ Majeſtatis, ut argumento cujuſdam legis ſcribunt Doctores. (9)

10 Itidem, qui ſummi Principis, ut *Papæ, Imperatoris, Regis &c.* literas, ſubſignationem, ſigillum &c. adulterat, falſificando veras, aut confingendo adulterinas ſcripturas, graviſſimum omnium falſi crimen committit. Undè, ſi per *falſas*, aut *falſatas* hujuſmodi *literas* Magiſtratum ſibi arrogaret, ultrà delictum falſi, violatæ Majeſtatis delictum ſubiret. (10)

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

11 *De probatione falſarum literarum, remiſſivè.*
*Indicia, probantia ſcripturam falſam, recapitulantur.*
*Inſtrumentum, ut valeat, debet carere omni ſuſpicione falſitatis.*
*Hoc pariter eſt de teſtamento.*
*Raſura in literis Apoſtolicis eſt indicium falſitatis.*
12 *Interlineatura in ſcripturâ, quam ſuſpicionem falſitatis inducat.*
13 *Cancellatio quid, & quotuplex, & quam ſuſpicionem falſitatis inferat.*
14 *Scriptura obducta atramento, eſt ſicut cancelata.*
15 *Charta maculata, quandò inducat ſuſpicionem falſitatis.*
16 *Diverſitas characterum, quandò inferat ſuſpicionem falſi.*
17 *Atramentum recens in ſcripturâ antiquâ parit ſuſpicionem falſitatis.*
18 *Ligatura, diverſa ab aliis in prothocollo, reddit ſcripturam ſuſpectam.*
19 *Impreſſio ſigilli, quando vitiatam ſcripturam arguat.*
20 *Diverſitas ſigni tabellionatus facit ſcripturam ſuſpectam.*
21 *Diverſitas chartæ, aut papyri, quandò reddat ſuſpicionem in ſcripturâ.*
22 *Sigilli variatio, quandò importet falſitatem in ſcripturâ.*
*Hiſtoria de hoc.*
23 *Inveriſimilitudo conceſſionis inducit ſuſpicionem falſi.*
*Item diverſitas ſtyli Cancellariæ.*
24 *De indiciis extrinſecis ſcripturæ falſæ, remiſſivè.*

11 Quan-

(6) *Clar. §. Falſum. num. 44. Grama. Vot. 26. num. 12. Cravet. conſ. 46. num. 8. Corne. Alciat. & Menoch. apud Dian. par. 5. tract. 14. Reſolut. 40. inis.*
(7) *arg. l. Cum filius §. Hæres meus. ff. de leg. 2.*
(8) *Nald. Summ. V. Scriptura. num. 7. Dian. par. 3. Tract. 6. Reſol. 53.*

(9) *arg. l. 2. ff. Ad leg. Iul. maieſt. Afflict. Baiard. Carer. Conrad. Foller. & Farinac. q. 113. n. 61. apud Dict. q. 110. n. 20.*
(10) *arg. l. 3. in fin. ff. Ad leg. Iul. maieſt. ubi Angel. arg. l. Eos ff. de Falſ. Iaſon. in l. Imperium. num. 30. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Dian. Tract. crim. lib. 7. cap. 9. nu. 5.*

Digitized by Google

11 QUantùm ad modum probandæ *falſitatis literarum*, nihil ſuppetit ſpeciale ultrà ea, quæ diximus hoc eodem Titulo à *num.*8. & ſeqq. Videatur ibi, libet tamen compendioſè recenſere indicia, quæ ex *Farinacio*, & aliis collegit eruditus *Raynaldus*, (11) ex quibus falſitas ſcripturarum probari poteſt, & corpus delicti conſtitui.

Suppoſita igitur diviſione, quam dedimus hoc eodem Titulo *num.*11. circà indicia falſitatis in ſcripturâ, puta, quod alia ſunt, quæ continentur in ſcripturâ ipſâ, & ſenſui, aut intelligentiæ ſubduntur, alia verò, quæ ſunt extrà ſcripturam. Quantùm ad primam ſpeciem, vrgentiora ſunt ea, quæ ſenſui patent. Primum iſtorum eſt, ſi ſcriptura reperiatur raſa in aliquâ parte ſui, ut deducitur ex multis *Decretalibus*. (12) Et licèt Doctores diſtinguant inter notatum in loco raſuræ, exaratum eâdem, aut diverſâ manu, quâ exarata eſt reliqua ſcriptura; tamen, ut optimè advertit *Raynaldus* loco citato *num.*129., talis diſtinctio non eſt paſſim admittenda, ſicut nec etiam alia, quæ traditur de raſurâ, factâ in loco ſubſtantiali, aut non; puta, in præfatione, vel circà legata. Ratio eſt, quià raſura etiam in unâ literâ poteſt eſſe talis, etiam in re non ſubſtantiali, etiam eâdem manu ſcripta, ut poſſit inducere animum Judicis ſapientis in ſuſpicionem falſitatis, ut ait *Socin.* (13) Et ad hoc, quòd credatur inſtrumento neceſſe eſt, quòd illud ſit abſquè ullâ ſuſpicione. (14) Hæc autem, quæ conſiderantur à Doctoribus, præſertim de raſurâ in litteris Apoſtolicis, quæ ſpeciali notâ ſunt dignæ, quadrare etiam debent in aliis ſcripturis, in quibus agitur de gravi partium intereſſe pròut in teſtamentis; nàm pròut dicit ibidèm *num.* 136. *Raynaldus*, qui citat multa jura (15) lex, quæ ſemper dubitavit de fraudibus circà bona defunctorum, nullum admittit teſtamentum, niſi ab omni ſuſpicione falſitatis ſit immune. Et pari modo ratiocinandum eſt de aliis ſcripturis magnæ importantiæ tùm publicis, tùm privatis, in quibus eadem ratio militat.

12 Secundum indicium eſt *interlineatura*, nempè ſcriptura, quæ interponitur inter unam, & alteram lineam; & hoc habetur ex Textu, (16) ubi ait Papa, *instrumento prædicto nullam fidem eſſe adhibendam propter ſuperlinearem ſcripturam*. Circà hoc autem conſiderant Doctores, àn interlineatio ſit in loco ſuſpecto, aut non, puta, circà ſubſtantialia, aut non; & dicunt in primo caſu oriri ſuſpicionem falſitatis, & hoc quantùmvis interlineatio videatur facta eâdem manu (quià, ut dicunt Doctores, (17) manus poteſt imitari; & Auctor ſcripturæ potuit ex poſt illam falſificaſſe); in ſecundo autem non ità. Cenſeo autem interlineationem habendam eſſe inter ſubſtantialia, ſi pars litigans ſe fundat in illa; & ſuſpicio falſitatis creſceret, ſi talis ſcriptura interlineata produceretur à parte ipſâ, quæ penès ſe illam ſervaſſet. Et ſicut in dubio raſura ſcripturæ præſumitur facta ab ipſâ parte, ut multis citatis habet *Farinacius*; (18) hoc idem dicendum eſſet de interlineaturâ, quæ poteſt eſſe à parte intereſſatâ.

13 Tertium eſt *cancellatio*, nempè quandò calamus decuſſatim, hoc eſt in modum crucis ducitur ſuper quàvis literâ, ut habet textualiter *Decretalis*, (19) ſivè quandò calamus ductus quaquàverſùm ſuper ſcripturâ, ità literas occultat, ſeù confundit, ut diſcerni nequeat, quid anteà ſcriptum fuerit. Et ait *Raynaldus*, loco citato *num.*141., quòd hìc non cadit diſtinctio, nempè àn *cancellatio* ſit in loco ſubſtantiali, aut non, niſi poſſit intelligi id, quod cancellatum eſt. Quòd, ſi hoc eſt penitùs inintelligibile, cancellatio eſt ſemper indicium falſitatis, ubicumque reperiatur in ſcripturâ.

14 Sed quid juris, ſi ſcriptura in aliquâ ſui parte eſſet non cancellata, ſed obducta atramento? Dico, quòd perindè eſt, ac ſi fuiſſet cancellata. Ratio eſt, quià utrobique militat idem argumentum, quòd nempè intelligi ullo modo non poſſit id, quod anteà fuerat ſcriptum.

15 Quartum eſt, quandò charta in aliquâ ſui parte eſt conſpurcata, aut maculata, maximè ſi ſcriptura ſit in membranâ, ſeù pergameno, nàm per artes, quaſi norunt falſarii, tollitur antiqua ſcriptura per liquores, qui diſpàrere faciunt, & novas apponunt literas; hoc tamen ità ſubtiliter fieri non poteſt, quin ab oculato Judice, ac peritis ſcriptoribus cognoſci nequeat; & hoc ab *Innocentio Tertio* (20) ſtatuitur unum ex indiciis falſificationis *Bullarum*. Talis autem chartæ maculatio inducit ſuſpicionem tantùm falſitatis, non autem falſitatem, ut notat *Farinacius*, (21) nàm potuit ex accidenti maculari charta, & non datâ operâ ad aliquid de novo ſcribendum; & hoc facilè dignoſci poteſt, ſi macula occupat diverſas partes ſcripturæ, & per eam non tantùm maculata remanet charta, ſed etiam immutatus color atramenti, quod ex madefactione regulariter immutatur; & ſi characteres maculati adamuſsìm concordant cum non maculatis.

16 Quintum eſt, quandò ſcriptura ſcripta apparet à diverſis manibus, nempè in principio, ac fine ab unâ, in medio autem ab aliâ manu, quod indicium, pluribus limitationibus appoſitis, examinat *Farinacius*. (22) Ceſſat autem falſitatis ſuſpicio ſi Notarius in margine ſcripturæ atteſtationem faciat, approbando partem ſcripturæ alienâ manu exaratæ; poteſt enim dari caſus, quòd Notarius (maximè ſi ſcriptura longa ſit) incæptam ſcripturam continuare nequiverit, undè per alium ſcribi fecerit, ac tandem Notarius ipſe eam abſolverit.

17 Sextum eſt, ſi authentica, aut legalitas ſcripturæ, ſit de re antiquâ, ſit recenti atramento ſcripta; ut maniſeſtè conuincitur ex diſpoſitione Textus, (23) ubi ait *litera quoque recentior videbatur*.

18 Septimum eſt ligatura prothocolli, nàm, ſi in uno volumine reperiuntur plura inſtrumenta, ligata in diverſis quinternis, quorum unus non eſt ligatus ad inſtar aliorum, ſed cum diverſâ formâ, & filo, maximè ſi hic ſit recens, exurgit legitima ſuſpicio falſitatis, ut

ex jure

(11) *Raynal.tom.2.cap.18.in Rubr.à num.126.ad fin.*

(12) *text.in cap.licèt ad regimen.V.Quinta.de crimen.falſ. cap. Cum olim.de Privil.cap.Cum venerabilis.de Relig.dom. cap. Inter dilectos.§.Inſtrumentum.de Fid.inſtr.*

(13) *Socin.in cap.Ex conſcientia.n.16.& 17.arg.cap.licet.de crim.falſ cap.Venerabilis de Relig.dom.*

(14) *arg.l.final.C.de Edic.D.Adria.toll.cap.Cum adeò.de Reſcrip.& in cap. Ad audientiam. eo. tit.*

(15) *text.in l.Iubemus. & in l.Hac conſultiſſima.C. de Teſtam.§.Sed enim. Inſt.eo.tit.*

(16) *text.in cap.Cum Venerabilis.de Relig.dom.*

(17) *Socin. in cap. Ex conſcientia.num.23.de crim.falſ.Perſonal.de Adipiſc.poſ.num.138.& ſeqq.Farinac.qu.153.num.12.57.& ſeqq.Raynald.loc.cit.num.138.*

(18) *Bald.Felin.Caputaquen.apud Farinac.qu.153.nu.97.*

(19) *text.in cap.Inter dilectos §.Inſtrumentum.de Fid.inſtrum.*

(20) *text. in cap. licet ad regimen.V.Sexta cum ſcriptura de crimen.falſ.*

(21) *Farinac.qu.153.num.186.& ſeqq.*

(22) *Farinac.qu.153.num.112.& ſeqq.*

(23) *text.in cap.Inter dilectos.§.Sed contrà.de Fid.inſtrum.*

Digitized by Google

ex jure elicitur Doctores. (24) Et augetur ſuſpicio ſi cartulatura non convenit numero aliorũ foliorum.(25)

19 Octavum eſt, ſi appareat ex alterâ parte chartæ, ſeù papyri, quòd ſigillum non fuit impreſſum cum percuſſione, ut fieri ſolet cum ſimilibus ſcripturis, ut argumento Textus (26) ait *Hopingk*.

20 Nonum ex diverſitate ſigni, aut ſtigmatis tabellionatus Notarii, ut pluribus citatis, (27) ſcribit *Raynaldus*.

21 Decimum, addo ego, ex diverſitate chartæ, ſeù papyri in inſtrumento, quod continet plura folia; nàm ſi alia folia habent vnum ſtigma artificis, ſeù officinæ, in quâ fabricata eſt charta, quod Italicè dicitur, (*marca*) ſivè ſi alia folia minimè ſint circumciſa; unum autem folium eſt diverſæ officinæ, ut colligitur ex diverſo ſtigmate, aut, ſi hoc circumciſum eſt, argumentum falſitatis parit in ſcripturâ. Et augebitur ſuſpicio, ſi in illo folio continetur principale fundamentum partis, producentis ſcripturam. Ratio eſt, quià de univerſali conſuetudine, Notarii utuntur papyro ejuſdèm menſuræ, & ejuſdem artificis, & contrà rationem eſt, quòd folium papyri diverſæ interſerverit aliis.

22 Undecimum eſt variatio ſigilli, non concordans cum tempore, in quo dicitur confecta ſcriptura. Hoc explico per factum, quod præ manibus habui. Jn quâdam Religione controvertebatur ſuper quibuſdam literis patentibus, quæ prætendebantur legitimæ, ac emanatæ à *Cardinali Protectore*. Res in judicium deducta fuit, & variæ Peritorum ſententiæ circà confrontationem characterum, tùm *Cardinali*, tùm ejus Secretarii cum aliis eorundem ſcripturis indubitatis. Obſervavi accuratè ſigillum, & circà ſtemma *Cardinalitium* nulla penitùs erat variatio, ſed verba, (quæ in limbo ſigillorum Cardinalium ſolent apponi) talia erant *Sigill. A Card. N. Epiſ. Portuen.* ille autem *Cardinalis*, qui tranſierat per optationem ab Epiſcopatu *Portuen.* ad *Oſtienſem*, aliâ vtebatur inſcriptione in ſigillis ſuis, nempè *Epiſc. Oſtien.* Obſervavi tempus ſcripturæ datæ, quòd confrontavi cum tempore, quo *Cardinalis* optaverat Epiſcopatum, & inveni, quòd quindecim menſes antè Datam ſcripturæ ille optaverat; undè pronunciavi patentes illas eſſe falſas: quià ſtatim ac *Cardinales* taliter optant, mutant ſigilla, ac eorum inſcriptiones; undè ſigillum, appoſitum illis patentibus, fuit adulterinum, quod falſam reddebat ex ſe ſcripturam. (28) Et meum judicium confirmatum fuit à Reo conſtituto, qui faſſus eſt, tum ſigillum, tùm ſcripturam omnem fuiſſe falſam.

23 Duodecimum indicium, quod ex ſcriptura deducitur, & non ſenſui, ſed menti patet, eſt, quod deducitur ex inveriſimilitudine conceſſionis gratiæ, aut alterius contractus, quod in ſcripturâ continetur. (29) Pariter illud, quod habetur ex non ſervatâ formâ, ac ſtilo Curiæ, aut alterius Cancellariæ. (30) Et tandem illud, quod deducitur ex non ſervatâ ſolemnitate, quæ in ſimilibus ſcripturis ſolet adhiberi.

24 Indicia porrò, quæ habentur extrà ſcripturam ſunt ea, quæ habentur per dicta Teſtium, & alia, quæ tetigimus hoc eodem Titulo à *num.* 13, undè ea non repetimus.

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

25. *Pœna criminis falſi ſunt Iudici arbitraria.*
26 *Literarum Apoſtolicarum nomine, antiquitùs quæ veniebant.*
27 *De jure novo, nomine literarum Apoſtolicarum veniunt Bullæ, & Brevia.*
28 *Pœnæ falſantium literas Apoſtolicas, ad quæ ſint extenſa de jure noviſſimo.*
29 *Excommunicatio contrà falſantes literas Apoſtolicas de jure antiquo extenditur ad complices.*
30 *De jure novo talis cenſura eſt reſervata, ſed eſt tantùm contrà Reos principales.*
31 *Augumentum pœnarum in Bullâ Cœnæ contrà falſantes literas Apoſtolicas.*
32 *Pœna Clericorum falſantium ſupradictas.*
33 *Iudex falſariorum literarum Apoſtolicarum olim erat ſolus Papa.*
*Nunc Iudex eorum eſt Epiſcopus, niſi Reus ſit carceratus ex mandato Papæ.*
*Si Laicus falſat literas Apoſtolicas, crimen eſt mixti fori.*
34 *Pœna exercentis juriſdictionem ex falſis literis Principis eſt mors.*
*Idem eſt, ſi literæ contineant gratias &c.*
*Clericus falſificans ſigillum Principis, debet degradari.*
35 *Idem debetur, ſi falſificat ſigillum Officii Miniſtri Principis.*
36 *Abutens verò ſigillo Principis, quomodò puniendus.*
*Mediolani pœna ignis datur quoquomodò falſificanti ſigillum Principis.*
37 *Pœna falſificantium literas Ordinariorum.*
38. *Continuatur eadem materia.*
*Epiſcopus eſt Princeps Eccleſiaſticus.*
*Majorem dignitatem Regiâ, ac Imperiali habet Epiſcopus.*
39 *Graviſſimè delinquit, qui falſis literis Ordinarii, munus Confeſſarii, aut Curati occupat.*
40 *Notarii falſarii pœnæ diverſificantur juxtà loca delictorum.*
41 *Notarii, falſantes acta judicialia, quomodò puniendi.*
42 *Teſtis falſus puniendus à Iudice Cauſæ.*
*Notarius, condens falſum inſtrumentum, punitur à Iudice, coràm quo iſtud producitur.*
*Remiſſio Rei ad alium Iudicem, quandò fiat.*
*A quo puniendus Notarius falſificans inſtrumentum, alibì producendum.*
43 *Alius à Notario falſificans inſtrumentum, quomodò puniendus. Minùs punitur, quàm Notarius.*
*Album Prætoris corrumpens, quam pœnam mereatur.*
44 *Producens in judicio inſtrumentum falſum ex triplici capite poteſt puniri.*
45 *Producens inſtrumentum falſum, antequàm puniatur, interrogandus, an eo uti velit.*

Curia-

---

(24) *cap. licet. V. Tertia, ut filium, & V. Quarta cum à Superiori. de crimen. falſ. Oddi Ludovic. Lucenſ. Seſſe. apud Raynal. to. 2. cap. 18. Rubr. n. 155.*

(25) *Menoch. Oddo. Seſſe. apud Raynald. loc. cit. nu. 156.*

(26) *arg. text. in cap. Inter dilectos. de Fid. inſtr. HopingK de ſigill. cap. 12. n. 84. & 86.*

(27) *Monticell. Decian. Menoch. Maſcard. & Seſſe. apud Raynald. loc. cit. num. 159.*

(28) *cap. licet. de crim. falſ.*

(29) *arg. cap. Porrecta. de Confir. util. vel inutil.*

(30) *arg. cap. Quàm grave. de crim. falſ.*

*Curiarum uſus circà hoc.*

45 *Quid agendum, quandò æquales præſumptiones falſificationis militant contrà Notarium, & contrà producentem inſtrumentum falſum.*

47 *Pœna falſificantis ſcripturam privatam.*

*Scriptura privata debet alicui eſſe nociva, ut fiat locus pœnæ falſi.*

*Scriptura privata, falſificata, ſemper alicui nocibilis eſſe poteſt.*

48 *Lacerans ſcripturam publicam, aut privatam, quandò puniendus de falſo.*

49 *Quod crimen committit lacerans ſcripturam.*

*Lacerans ſcripturam ob lucrum, eſt fur: ſi, ad celandam veritatem, eſt falſarius.*

*Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*

*Pœna, debita laceranti ſcripturam, eſt arbitraria.*

*Pœna Clerici falſificantis literas Dimiſſorias &c. Ordinarii.*

50 *De pœnis Regularium circà crimen falſi, remiſſivè.*

51 *Statutum primum prò Minoribus de Obſervantiâ.*

52 *Statutum ſecundum.*

53 *Statutum tertium.*

54 *Dubitatio prima, àn mandans falſificationem comprehendatur in Statuto.*

55 *Opinio Sanctori.*

56 *Mandans falſificationem comprehenditur in Statuto.*

*Mandans magìs delinquit, quàm mandatarius.*

*Dicitur principalis cauſa delicti, quandò delictum eſt ſecutum.*

57 *Dubitatio ſecunda, quotupliciter falſentur literæ Prælatorum Ordinis.*

58 *Quot modis falſificantur literæ Apoſtolicæ, falſari queunt literæ Prælatorum.*

59 *Dubitatio tertia, àn ex non regiſtratione literarum probetur earum falſitas.*

60 *Si concurrant indicia alia falſitatis, poſſunt literæ tales haberi falſæ.*

*Indicia, quæ ſint.*

61 *Dubitatio quarta, àn ſigillum Generalis, repertum apud aliquem inducat ſuſpicionem falſarii.*

62 *Falſare ſigillum gravius eſt, quàm falſare literas.*

63 *Solus cuneus non convincit monetarium falſum.*

*Fabricatio ſigilli Principis crimen eſt independens ab ejus uſu.*

64 *Retinens falſum ſigillum Generalis torquendus eſt.*

65 *Sigillum Generalis retentum facit indicium ad torturam.*

66 *Refutantur excuſationes retinentis ſigillum Generalis.*

*Conſervans venenum punitur extraordinariè.*

*Illud vendens punitur pœnâ legis Corneliæ de Sicariis.*

67 *Dubitatio quinta, quænam ſint perſonæ, quarum ſigilla nequeunt violari.*

68 *Sunt omnes habentes publicum Officium Eccleſiaſticum, aut Laicum.*

*Officium Notarii eſt publicum.*

69 *Dubitatio ſexta, de ſervandis à Superioribus Provincialibus circà dimittendos ad Ordines.*

70 *Non poteſt licentiare, niſi ad Epiſcopum domicilii Ordinandi.*

*Domicilium contrahitur animo, ibi habitandi.*

*Provincialis dimittens Clericum àd alium, quàm ad Epiſcopum domicilii, quam pœnam ſubeat.*

71 *Requiſita in Statutis, ut Clericus dimitti poſſit ad Ordines.*

25 CRiminis falſi ſicuti multæ ſunt ſpecies, & ſicuti una præ aliâ variat in gravitate, ſic etiam graviorem, aut leviorem pœnam inferre poteſt Judex: proindè pœnæ criminis falſi ſunt arbitrariæ Judici vſquè ad mortem incluſivè, ut multis ſecum vectis, ſcribit *Antonius Conciolus*. (31)

26 Quò ad falſificantes *literas Apoſtolicas*, variæ emerſerunt ſanctiones Apoſtolicæ circà *literas* ipſas. Nàm juxtà antiquam Decretalem (32) nomine illarum veniebant tantùm literæ *bullatæ*, quod patet ex hoc, quòd in aliâ Decretali (33) *Innocentius Tertius* adnotans indicia falſitatis, quæ in talibus literis committi poſſunt, ea exprimit, quæ *literis bullatis* tantùm cum plumbo poſſunt convenire.

27 Sed de jure novo in *Bulla Cœnæ* (34), nomine *literarum Apoſtolicarum* veniunt non tantùm bullatæ cum plumbo, ſed etiam ſigillatæ *Annulo Piſcatoris*, quæ dicuntur *Brevia*. Item ſupplicationes gratiæ, ſeù juſtitiæ ſignatæ manu *Papæ*, aut Vicecancellarii, aut Regentis, aut alterius de mandato *Papæ*; nàm eâdem pœnâ puniuntur omnes, qui aliquam ex prædictis *literis* falſificant.

28 De jure autem noviſſimo per Extravagantem *Innocentii X.* (35) extenditur tale nomen, ultrà ſupradicta, ad ſupplicationes, ac Cedulas motus proprii, & Mandata *de expediendo*, manu *Papæ*, vel *per conceſſum* ab ejus Officialibus ſignata; & hoc quantùmvis de prædictis nullæ *literæ Apoſtolicæ* in formâ *Brevis*, aut *Bullæ* expediantur, aut ſoleant expediri. Extenditur pariter ad conceſſiones, ſignatas manu *Papæ*, aut Officialium, ſuper quibus expediuntur *Bullæ*, aut *Brevia*; itidem ad Datas prædictarum, appoſitas ab Officialibus; ac etiam ad regiſtra, & libros originalia, in quibus prædicta omnia regiſtrantur; ſi quidèm iis pœnis afficiuntur ii, qui falſant prædicta, & veniunt nomine *falſariorum literarum Apoſtolicarum*.

29 Pœnæ porrò committentis falſitatem in ſupradictis multæ ſunt: & primò eſt excommunicatio, lata de jure antiquo (36) non ſolùm contrà *falſantes* per ſe, vel alios *literas Apoſtolicas*; ſed etiam extenditur ad fautores, & defenſores eorum; & ad Laicos, qui talibus literis utuntur; talis autem cenſura ex illâ Decretali reſervata non eſt, vt patet Textum illius legenti.

30 De jure autem novo, lato in *Bullâ Cœnæ*, ſupradicta Excommunicatio eſt reſervata *Papæ*: tamen non comprehendit mandantes, cooperantes, nec illis utentes, ut benè poſt *Barboſam* obſervat *Theſaurus*. (37) Tandèm de jure noviſſimo ex ſupracitatâ *Bullâ Innocentii Decimi* extenditur talis excommunicatio

(31) *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rubr. de Falſ. num. 13. & 14.*
(32) *cap. Ad falſariorum. de crim. falſ.*
(33) *cap. licet ad regimen. de crimen. falſ.*
(34) *Bull. Cæn. Excom. 6.*
(35) *Innoc. X. Conſt. In ſupremo inſt. 8. April. 1653. Cherub. Bullar. Tom. 4.*
(36) *text. in cap. Ad falſariorum. de crim. falſ.*
(37) *Barboſ. in cap. Ad falſariorum. num. 4. de crim. falſ. Theſaur. par. 2. V. Falſum. cap. 4. num. 3.*

catio ad mandantes, complices, auxiliatores, mediatores, fautores &c.

31 Secundò, ex eâdem Bullâ augentur *falſarijs literarum Apoſtolicarum* pœnæ; & ſunt, quòd in hoc crimine procedatur, tanquàm in atrociſſimis. Secundò, quòd Rei hujus criminis incurrant, ipſo facto, pœnam confiſcationis omnium bonorum, etiam devolutionis juriſdictionalium, feudalium, emphiteuticorum, & privationis omnium Officiorum, etiam titulo oneroſo collatorum. Tertiò, ut comprehendantur omnes perſonæ cujuſcumque gradus, etiam ſpeciali notâ dignæ, nemine excluſo. Porrò pœnæ ſupradictæ temporales àn afficiant etiam non ſubditos *Papæ* in temporalibus, dubium eſt. Ego quidèm inclinarem ad affirmativam, nolo tamen ſuper hoc articulo immorari.

32 Clerici autem *falſarij* dictarum *litterarum* omnibus Officiis, ac Beneficiis Eccleſiaſticis ſunt ipſo jure privati, & ſic evadunt ipſo jure depoſiti, ut ex ſupracitatâ Decretali dicunt Doctores. (38) Inſuper debent realiter degradari, ac tradi Poteſtati ſæculari puniendi juxtà Civilia, nempè ultimo ſuplicio. Hæc verò pœna ex tenore citatæ Decretalis limitatur ad eos, qui per ſe vitium falſitatis exercuerint, non extenditur tamen ad cooperantes: nihilominus extendi etiam ad mandantes, ſcribunt *Farinacius*, *ac Barboſa*. (39)

33 Judex porrò falſitatis commiſſæ in dictis *literis Apoſtolicis* de jure antiquo, (ut ex duobus capitulis (40) obſervat *Theſaurus*) erat ſolus *Papa*. Tamen hodie falſarius talis judicatur ab Ordinario ſuo, nec eſt mittendus ad Curiam Romanam, niſi fuiſſet carceratus de mandato *Papæ*, ut ex *Felino*, (41) & *Ananiâ* concludit citato loco *Theſaurus*. Sed quò ad Laicos Reos hujus delicti, quis erit Judex? Dico, quòd, cùm falſificatio in *literis Apoſtolicis* ſit Cauſa mixti fori, ut ſcribunt Doctores, (42) procedit in eâ Judex tùm Laicus, tùm Eccleſiaſticus: undè datur locus præventioni.

34 Pœna verò falſificantis *literas* Principis, faciendo literas falſas commiſſionis, ſivè Officii, concernentis juriſdictionem; merum ac mixtum imperium, & cum dictis literis falſis exercentis juriſdictionem, eſt pœna mortis naturalis, ut argumento cujuſdam legis. (43) ait *Afflictus* apud *Raynaldum*. Quid autem, ſi literæ falſificatæ Principis continerent aliud, ut conceſſiones gratioſas titulorum, nobilitatis &c. non verò concernerent juriſdictionem? Dico, quòd non minùs debet falſarius ultimo ſuplicio affici, Quià *litteræ* hujuſmodi ſigillo Principis muniuntur, nec poteſt falſarius tales literas condere, niſi etiam ſigillum Principis falſificet. Falſificare autem ſigillum Principis majus delictum cenſetur, quàm fabricare falſam monetam, ut loco citato ſcribit *Afflictus*; Undè, ſi falſus monetarius pœnâ mortis punitur: pari pœnâ mulctandus eſt adulterans ſigillum Principis. Clericus autem, qui ſigillum Principis falſificat, debet degradari, & aliquis character imprimi ipſi debet in ſignum maleficij, ut ait Textus in *cap. Ad audientiam, de Crim. falſ.*

35 Quod autem dicitur de ſigillo Principis, extendi debet ad ejus Officiales; ità ut, qui vitiat ſigillum Officialis Principis, (ſigillum nempè Officii, quo Officialis prò actis publicis utitur, non verò ſigillum domeſticum, ſeu familiæ, quo ſcripturas munit) adulterat, eâdem pœnâ puniendus eſt. Ratio eſt, quià ſigillum Officii eſt ſigillum Principis, Officialis enim miniſter eſt Principis; ejus perſonam repræſentat, & quidquid ex Officio agit, agit nomine, & auctoritate Principis.

36 Sed quid dicendum de eo, qui verum ſigillum Principis abſtrait ab unâ ſcripturâ verâ, & illud apponit ſcripturæ falſæ? Reſpondeo, quòd iſte videtur minùs delinquere in falſitate, quàm ille, qui ſigillum falſum cudit; ſicut etiam ille, qui furtivè utitur verò ſigillo Principis ad ſigillandam ſcripturam falſam. Tamen circà hos caſus, ſicut etiam in cæteris ſpectandæ ſunt municipales Conſtitutiones, & juxtà eas pœnæ ſunt infligendæ. In dominio quidèn *Ducatus Mediolani*, ut patet ex *Novis Conſtitutionibus*, (44) pœna ignis apponitur ei, qui falſificat, vel falsò mutat ſigillum, literas, inſtrumentum, vel ſcripturas Principis, ejus Locum tenentis, vel Senatus, vel falſum circà præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum committit.

37 Quò ad falſantes literas Ordinariorum, diſtinguendum eſt de literis; nàm, ſi ſint literæ commendatitiæ, ſivè Dimiſſoriales prò ſuſcipiendis Ordinibus, ſivè Minoribus, ſivè Sacris, & falſarius tales Ordines ſuſceperit à non ſuo Epiſcopo, eſt poſita pœna ſuſpenſionis ab executione Ordinum, in quibus miniſtrans redditur irregularis; & hoc non tantùm de jure (45) antiquo, ſed etiam per Extravagantem *Pij II* (46), confirmatam à *Leone X*, *Paulo III*, & *B. Pio V*, ut ſcribit Diaz, & ad eum *Salzedo*, quæ pœna etiam habetur ſancita in *Tridentino*. Verum eſt, quòd in dictâ Extravaganti, ſicut etiam in ipſius confirmatoriis non habetur talis cenſura, niſi contrà ſuſcipientes Ordines Sacros; tamen ex diſpoſitione *Tridenti*, pœnâ tali afficiuntur etiam ii, qui per *falſas literas* ſuſcipiunt à non ſuo Epiſcopo etiam Ordines Minores, ac etiam primam tonſuram, ut pluribus citatis docet *Theſaurus*, (48) qui teſtatur de communi.

38 De cæteris verò literis Ordinariorum, nullam haberi cenſuram latæ ſententiæ contrà illarum falſarios, ſcribit *Navarrus*. (49) Tamen debent hujuſmodi falſarii, etiam corporalibus



(38) *text. in cap. Ad Falſariorum; de Crim. falſ. Azor. 2. Part. lib. 7. cap. 17. §. Quintum. Garzi. de Benef. Par. 11. cap. 10. num. 170. Gonzel. ad Regul. Cancell. Gloſſ. 15. nu. 73.*

(39) *Farinac. Quæſt. 151. num. 12. Barb. in cap. Ad falſarior. n. 15. de Crim. falſ.*

(41) *cap. In memoriam. 19. Diſt. cap. 2. de Reſcr. Theſaur. V. Falſum. cap. 4. num. 2. V. Ex ſup. relata.*

(41) *Felin. & Anani. in cap. 2. de Reſcrip.*

(42) *Abb. & DD. in cap. Cum ſit generale. de For. comp. Anani. in cap. Ad falſariorum. de Crim. falſ. Boſſ. Tit. de Falſ. num. 108.*

(43) *arg. l. Maiorum. C. de Falſ. Afflict. in Conſt. Regni lib. 1. Rubr. 46. de Prohib. Offic. noſtr. nu. 4. Raynal. Tom. 2. cap. 18. §. 3. nu. 19.*

(44) *Nov. Conſtit. Mediolan. lib. 4. de Pœn. init. fol. m. 100.*

(45) *cap. Si quis auſus. 17. Diſt.*

(46) *Pius II. Conſt. 7. Cum ex Sacrorum. Bernard. Diaz. Pract. crim. cap. 26. & ibi. Salzed. §. Extravagans Pii.*

(47) *Concil. Trident. Seſſ. 6. cap. 5. & Seſſ. 23. capit. 10. de Refor.*

(48) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Ordo. cap. 15. num. III. V. Advertendum ſecundo, & ibi Majol. Quarant. Suar. Tolet. Filliuc. & Salzed.*

(49) *Navar Conſ. 39. n. 3. de Temp. ordinat.*

Digitized by Google

pœnis affici; ſicut etiam illi, qui, vitiatis proprii Ordinariis literis, à non proprio Epiſcopo Ordines ſuſcipiūt, debent, ultrà ſupradictam cenſuram, corporaliter mulctari. Ratio eſt, quià tales *literæ* non poſſunt falſificari, niſi falſificetur, aut furtivè apponatur ſigillum Ordinarii, ſinè quo talibus *literis* fides non ahibetur. Sicut ergò falſificanti literas, aut ſigillum Principis Laici, pœnæ corporales, etiam ultimi ſuplicii ahibentur, ut dictum eſt ſuprà *num.34. & 35.*, rationabile eſt, quod ſimiliter fiat in falſificatione literarum Principis Eccleſiaſtici, ut eſt Epiſcopus, qui eſt ſpiritualis Princeps (50), qui majorem Regiâ dignitatem obtinet, (51) imò etiam Imperiali Majeſtati præfulget. (52)

39 Et fortiùs urget ratio, ſi per *literas* Epiſcopales *falſificatas*, aliquis munus Curati, aut Confeſſarii exerceret. Quià, ſi ex diſpoſitione Apoſtolicarum Conſtitutionum, Curiæ ſæculari morti tradendus, relaxatur Clericus, qui, cùm Sacerdos non ſit, officium Sacerdotis aſſumit, Miſſam Celebrando, aut Confeſſiones audiendo, æquum eſt, quòd, ſi non tali, ſaltem paulo minori pœnâ afficeretur ſimplex Sacerdos, qui falſatis literis Curam animarum invaderet, aut Confeſſiones Sacramentales exciperet. Ratio eſt, quià, ſicut nullum eſt Sacramentum ejus, qui Miſſam celebrat, (cùm non ſit Sacerdos) ex defectu *poteſtatis Ordinis*, ſic nulla eſt Confeſſio, quæ fieret ei, qui per *falſas literas* ſibi munus Curati, aut Confeſſarii uſurparet, ex defectu *poteſtatis juriſdictionis*. Undè talis falſarius deberet ad triremes per quinquennium damnari; ſivè aliâ gravi, ad arbitrium Epiſcopi, & ſcandalum populi, affici.

40 Pœna *Notarij*, condentis publica inſtrumenta falſa, varia eſt, prò varietate Statutorum; nàm in aliquibus locis mittuntur Rei ad triremes; in aliis, poſita eſt pœna amputationis dexteræ manus; in aliis, eſt ultimum ſupplicium; & hoc ſignanter practicari in *Sabaudiâ, Cathaloniâ, Regnis Arragoniæ, Valentiæ, Neapolitano*, & in *Urbe*, & multis aliis regionibus, ſcribit *Raynaldus* (53) ex pluribus, per eum citatis, & ut docet *Garonus* ad *Novas Conſtitutiones Mediolani* (54), ubiquè locorum adaucta eſt pœna contrà hujuſmodi *Notarios*, ad deterrendum alios, nè ſimile facinus audeant; nàm hujuſmodi genus hominum, uno ductu calami poſſunt depauperare familias, ac ipſi ſoli plùs damni alicui privato inferre, quàm multi fures, imò etiam hoſtium exercitus: ſiquidèm hoſtilis vaſtitas non poteſt fundos agrorum præripere, & aliò transferre; *Notarius* verò poteſt eos legitimo teſtamento, aut ab inteſtato uni debitos in alium transferre, fabricato teſtamento adulterino.

41 Fieri autem extenſionem pœnæ contrà *Notarios*, condentes inſtrumenta falſa, ad eoſdem vitiantes acta judicialia, ſivè civilia, ſivè criminalia, perſpicuum eſt, quià, ut, multis citatis, docet *Farinacius* (55), appellatione publici inſtrumenti veniunt acta judicialia. Album porrò Prætoris inter acta judicialia connumerandum eſt, quià continet nomina eorum, qui ob delicta commiſſa judicialiter banniti ſunt: undè corrumpens hujuſmodi album, delendo jàm ſcriptum alicujus nomen, vel falſo apponendo aliud, eâdem pœnâ teneri debet. Gravior porrò eſſet falſitas actorum in Causâ Criminali, quàm in Civili; & præſertim, ſi ex falſitate reſultaret gravamen contrà Reum, nàm majus reputatur, & damnabilius damnum, illatum Reo, quàm fiſco. Undè, ſi ex falſificatis actis Reus fuiſſet ultimo ſuplicio affectus, non deberet *Notarius* criminalis ullo pacto mortem evadere.

42 Sed quid dicendum, ſi *Notarius* falſificat inſtrumenta in uno loco, quæ alibi ſunt producenda, à quo nàm debet iſte puniri? Reſpondeo, quòd, ſicut Teſtis examinatus in uno loco ad iſtantiam Judicis alterius loci, ſi falſum deponit, puniri debet à Judice, ad cujus inſtantiam examinatus eſt, quià effectus hujus delicti trahitur ad forum cauſæ, ut argumento quorundam jurium (56) docet *Barbatia*; pari modo *Notarius*, condens falſum inſtrumentum, debet puniri à Judice, coràm quo illud producitur. Hoc autem debet accipi, quandò ambo Judices eſſent ſub eodem Principe, aut Præſide, aliàs non obtineretur remiſſio Rei ab uno ad alium Judicem, ut docet *Decianus* (56), niſi Princeps, dominus Rei, ordinaret Judici ſuo, ut Reum remitteret ad alium Judicem, ut paſsìm fit.

43 Si verò alius à *Notario*, falſificet inſtrumentum publicum, aut album Prætoris corrumpat, pœnâ, Judici arbitrariâ, percutiendus eſt, quæ debet aggravari proportionabiliter ad gravitatem quod damni, falſitate commiſsâ, alteri intulit, vel illaturus erat. Minor tamen eſſe debet, quàm ſi falſificans eſſet *Notarius*; ratio eſt, quià hic juramentum præſtat fidelitatis, dùm creatur *Tabellio*; undè falſando ſcripturam, peccat non tantùm contrà fidelitatem, ſed etiam contrà juramentum, & per hoc graviorem pœnam meretur.

44 Sciendum porrò, quòd, ſi inſtrumentum falſum, aut falſificatum in judicio, producitur, ex triplici capite poteſt quis puniri; nempè, ſi illud fecerit; ſecundò, ſi fieri fecerit; tertiò, ſi ſcienter illo uti voluerit, & actus ſit conſumatus. In primis duobus caſibus Reus punitur ordinariâ pœnâ *legis Corneliæ de falſis*, ut textualiter habetur ex Digeſtis. (58) In tertiò autem caſu non punitur ordinariâ pœnâ, ſed tantùm relegatione ad tempus, ut ex *Salyceto* ſcribit *Boſſius*. (59)

45 Differentia autem eſt in prædictis caſibus, quià, qui corrumpere fecit, & qui corrupit, ſeù falſum inſtrumentum condidit, pœnam falſi ſubire debent, quàmvis nullus tali inſtrumento uſus fuerit; nàm delictum eorum in mandato committendæ falſitatis, ſeù in actu ejuſdem comiſsæ, jàm conſumatum eſt. Non ſic in tertiò caſu, quià non punitur produ-

(50) *Conſtit. Apoſtol. lib. 2. cap. 26.*
(51) *Greg VII. lib. 4. Epiſt. 2. & lib. 11. Ep. 2.*
(52) *cap. ſollicitæ. de Major. & obed.*
(53) *Raynald. Obſeru. crim. Tom. 2. cap. 18. §. 1. n° 14.*
(54) *Garon. ad Nou. Conſt. Mediol. lib. 4. Tit. 6. de Pæn. art. 1. num. 13.*
(55) *Farinac. Quæſt. 155. n. 16. & ibi Bart. Gram. Campeg. Monticel. Crot. & Baiard.*

(56) *argom. text in l. Contraxiſſe. ff. de Act. & obl. l. Poſt legatum. ff. de His qui ut indig. Barbat. in cap. licet.* Colon. 15. de For. *comp*
(57) *Decian. Tr. crim. lib. 4. cap. 19. n. 10.*
(58) *text. in l. 1. §. fin. ff. Ad. l. Cornel. de Falſ.*
(59) *Salycet. in l. Si uteris. Col. 3. init. C. de Fid. inſtr. Boſſ. Tit. de Falſ. n. 115.*

Digitized by Google

producens, niſi ſciat inſtrumentum eſſe falſum, & cum hoc eo uti intendat, aut ait Textus; (60) poteſt enim ab ejus uſu abſtinere, uſque ad ſententiam, ut dicitur in citato Textu. Ideò uſus Curiarum eſt, ut factâ publicatione Teſtium, aut productione inſtrumenti, fiat interrogatio, àn producens illo uti intendat: hoc enim pacto conſtat de ipſius voluntate; & ceſſat in adverſario onus probandi ſcientiam; nàm juxtà Doctores (61), ſcientia falſitatis ſcripturæ præſumitur in producente, quandò ſcriptura eſt ſuper facto proprio.

46 Quid autem juris, ſi factâ productione inſtrumenti falſi, æquales præſumptiones militent contrà producentem, & contrà *Notarium*, quòd illud falſificaverint? Ponatur caſus, quòd, producto inſtrumento falſo, Judex procedere velit criminaliter contrà producentem, & iſte accuſet *Notarium*, anquàm Auctorem falſitatis, & contrà eos æqualia militent indicia; quid agendum à Judice? Dico, quòd juxtà Textum (62), debent ambo ſubdi torturæ, & ità etiam firmat citatus *Boſſius*, (63)

47 Pœna autem falſificantis ſcripturam privatam (ſi quidèm iuxtà iura, (64) falſificans etiam ſcripturam privatam puniendus eſt de falſo), eſt pœna pecuniaria, ut poſt *Socinum*, *Gandinum*, & *Auguſtinum de Arimino*, docet *Boſſius*. (65) Advertendum tamen, quòd, ut pœna incurratur, neceſſarium eſt, quòd ſcriptura aut actu nocuerit, aut ad nocendum apta ſit, ut habet *Gloſſa* quædam; (66) nàm cùm falſi crimen, ut ſit punibile, oporteat, quòd alicui noceat, ut dictum eſt ſuprà, ſi talis ſcriptura nullo modo nociva ſit actu, aut potentiâ, deſinit continere crimen falſi; ut proindè punibilis minimè ſit. Sed difficile eſt condere ſcripturam privatã, tangentem perſonam, aut factum alterius, quæ prò aliquo ſaltem caſu nociva eſſe nequeat, & inſervire ſaltem prò indicio contrà illum, quòd, juxtà *Bartolum*, (67) ad reddendam nocivam ſcripturam privatam, ſufficit.

48 Quià tandèm ità falſum committit, qui ſupprimit, impedit, aut tacet veritatem, ſicut ille, qui eam immutat, ideò lacerans, ſeù comburens ſcripturam publicam, ſivè privatam, committit *crimen falſi*, ut dicunt Doctores; (68) & ratio eſt, quià ſupprimit veritatem, quæ per ſcripturam combuſtam apparere poteſt. Ex hâc ratione ſequitur, quòd ad hoc, quòd lacerans ſcripturam, ut profertur, punibilis ſit tàmquam falſarius, oportet, quòd ſit ſcriptura originalis, cujus nullum authenticum habeatur tranſumptum; ſi enim originalis non ſit, aut per legitima tranſumpta poteſt veritas facti comprobari, crimen falſi non patratur. Ratio eſt, quià tali caſu non ſupprimitur veritas, quæ poteſt haberi per alias ſcripturas, undè ceſsat ratio delicti, & ſic etiam delictum.

49 Sic, *Theſaurum* (69) tenere, talem lacerantem ſcripturam publicam, aut privatam, non eſſe falſarium; ſed validis argumentis *Theſaurum* impugnant *Farinacius*, & *Genua* de *Scipturâ privatâ*. (70) Poſſent tamen iſti Doctores reduci ad concordiam, dicendo, quòd lacerans ſcripturam, intendit ex tali facto reportare lucrum, (ut ſi Actuarius laceraret in libro maleficiorum querelas ſcriptas, ut à querelatis acciperet pecunias, nè contrà eos poſſet procedi; ſivè ſi privatam ſyngrapham obligatoriam combureret debitor, nè creditor poſſet eum iudicialiter convenire) vel intendit tantùm ſupprimere veritatem, quæ per ſcripturam poterat probari, velut, ſi quis proceſſum, ab Archivio criminali ſurreptum, laceraret, nè per eum appareat, quòd aliquis damnatus fuerit de delicto, maculante ejus poſteritatem. In primo caſu poſſet locum habere opinio *Theſauri*; in ſecundo verò verificari contraria ſententia. Ratio iſtorum eſt, quià, juxtà axioma Philoſophi, *à fine ſpecificatur motus*; & voluntas, ac propoſitum diſtinguunt maleficia. (71) Qui ergò ex laceratione intendit lucrum, eſt fur; fur enim in furto ſolùm lucrum intendit; at qui ſolam ſuppreſſionem veritatis intendit, eſt falſarius. Sed verius puto, pròut etiam ſenſerunt alii, (72) quòd utrumque crimen committatur. Ratio eſt, quià poteſt quis intendere aliquod crimen, & ad illud patrandum uti crimine ſpecificè diverſo, ut adulter, qui ad hoc, quòd liberiùs poſſit frui amaſiâ, illius maritum occidit. Qui ergò lacerat ſcripturam ob lucrum iniuſtum, hoc quidèm intendit, & ſic furto delinquit: tamen delicto falſi utitur prò medio ad illud, & ſic utroque delicto peccat. Pœna autem lacerantium ſcripturam publicam, aut privatam, Judici arbitraria eſt, ut docuit *Farinacius*. (73) Debet autem aggravari ex gravitate negotii, & cauſæ, importatæ ex ſcripturâ. Quò ad pœnas Clericorum, falſificantium literas dimiſsorias, dico, quòd convictus, aut confeſſus de hoc crimine, ſi de eo condemnatus, ſubit pœnam infamiæ, & ex conſequenti eſt irregularis, quià crimen falſi eſt crimen publicum, (g) imò ſecundùm magis communem, ſufficit ad hanc pœnam, ſi hoc crimen ſit notorium jure, vel facto abſque ſententiâ, quià eſt crimem depoſitione dignum, ut ſcribunt *Sayrus*, & *Garzia*. (h) Verum eſt, quòd adverſùs talem infamiam poteſt à proprio Epiſcopo reſtitui, & ſic indirectè diſpenſari ſuper tali irregularitate, ut argumento cujuſdam capituli, (i) dicunt Doctores, addit *Theſaurus* loco citato, quòd, ratione talis criminis, poteſt Clericus damnari ad triremes, ſi proceſſum ſit per viam accuſationis, & hoc probat



(60) *text. in l. Si falſoſ. C. de Falſ.*
(61) *Abb. Felin. & Aretin. in cap. Præſentium, de Teſt. Boſſ. loc. ſup. cit. n. 117.*
(62) *text. in l. Ubi. C. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(63) *Boſſ. Tit. de Falſ. n. 91.*
(64) *arg. l. 1. §. Qui in rationibus. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ. l. Si quis Decurio. l. Qui veluti. l. Damus, C. eo. tit.*
(65) *Boſs. loc. ſup. cit. n. 86.*
(66) *Gloſs. in l. Damus. C. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(67) *Bart. in d. l. Damus. C. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(68) *Bart. in l. Eum qui. C. Ad leg. Cornel. de Falſ. Farinac. Quæſt. 150. num. 171. Grat. Conſ. 59. num. 8. & ſeqq. Vol. 1. apud Raynal. Tom. 2. cap. 18. §. 2. n. 3. & 4.*
(69) *Theſaur. Deciſ. 171. per tot.*
(70) *Farinac. Quæſt. 150. nu. 165. in fin. Genua de ſump. priva. lib. 1. Quæſt. 5. n. 6. & ſeqq.*
(71) *arg. l. Qui iniuriæ cauſa init. ff. de Furt. Cæpoll. Conſ. crim. 26. nu. 19.*
(72) *Matthæ. de Re crim. Controv. 38. nu. 2. Sabell. Sum. diver. tract. §. Furtum. n. 8. Raynal. l. ſup. cit. nu. 9.*
(73) *Farinac. Quæſt. 150. n. 171.*
(g) *l. 1. ff. de Publ. iudic. §. Item lex Cornelia. Inſt. eo. tit. Clar. §. Falſum. init.*
(h) *Sayr. de Cenſ. lib. 7. cap. 12. n. 3. & 12. Garzi. de Benef. Par. 11. cap. 3. n. 110.*
(i) *argumen. cap. At ſi Clerici §. de adulteriis. de Judic. Tolet. lib. 1. cap. 62. §. final. Sayr. Abb. Sylv. apud Theſaurum V. Ordo cap. 16. n. X.*

Digitized by Google

probat ex diſpoſitione cujuſdam legis (l) ſancientis, quòd pœna falſi, viâ accuſationis, eſt *deportatio*, in cujus locum ſucceſit condemnatio ad triremes, ut teſtatur *Clarus*. (m)

50 Quò ad pœnas Regularium circà crimen falſi, ſpectandæ ſunt velùt etiam in cæteris delictis ipſorum Conſtitutiones Nos. Minores de Obſervantiâ ſequentes leges habemus.

51 Primò. *Falſificantes per ſe, vel per alium literas, aut ſigilla Prælatorum, Principum, Generalium, Provincialium, aut Notabilium Perſonarum, ſunt, ipſo facto, excommunicati; Carceri mancipandi, Generalis arbitrio; atquè ad omnia Officia, ac dignitates Ordinis perpetuò inhabilitandi*. (74)

52 Secundò. *Qui per ſe, vel per alium literas, aut ſigilla Prælatorum noſtri Ordinis, aut alterius Perſonæ notabilis falſificaverit*, ipſo facto, *ſententiam excommunicationis incurrat, & carceretur ad Superioris arbitrium. Si verò ſigilla, & literæ falſificatæ fuerint Generalium, ſinè eorum aſſenſu, falſarij à Carcere liberari non poſſint. Ac prætereà ad omnia Ordinis Officia perpetuò ſint inhabiles*. (75)

53 Tertiò. *Provincialis, concedens dimiſſoriales literas ordinandis Fratribus, non ſervatis ſacris Canonibus, & Ordinis ſanctionibus, ſuſpendendus, vel etiam privandus venit Officio, Superiorum arbitrio*. (76)

54 Circà quæ Statuta, & ſignanter contrà primum, prima dubitatio eſt, An mandans falſificationem, comprehendatur in Statuto?

55 Reſpondeo, quòd *Sanctorus*, (77) examinando diſpoſitionem præſentis Conſtitutionis, ait, quòd ipſa comprehendit auxiliantes, & complices falſificationis, eos nempè, qui efficienter, ac inſtrumentaliter phyſicè ad falſificationem concurrunt: undè deducit, quòd conſulentes non comprehenduntur; nec ſunt puniendi pænâ ordinariâ; ſed ad arbitrium Judicis: de mandante autem nihil dicit.

56 Dico igitur, quòd mandans comprehenditur in Statuto, ipſe enim *per alium* verè falſitatem committit. Regulariter enim in omni delicto plùs delinquit mandans, quàm mandatarius, quià mandando ipſe delinquit, & mandatarium corrumpit, (78) & mandans dicitur principalis cauſa, & ideò plùs punitur. (79) Hoc verò intelligendum eſt, quandò conſideratur ſimul mandatum, & delictum, ut optimè diſtinguit, & probat *Decianus*. (80) Cæterùm, ſi conſideretur mandatum, ſeparatum à delicto; hoc cenſetur majus illo, ut optimè idem ibidem probat. Concluditur ergò, quòd, ſi aliquis neſciens ſcripturam falſificare, mandat ſcienti, ut eam falſificet, æquali pœnâ tenetur cum actualiter falſificante.

57 Secunda dubitatio eſt, quòt modis poſſint falſificari literæ Prælatorum Ordinis.

58 Reſpondeo, quòd tòt modis poteſt circà illas committi falſum, quòt committi contingit circà *literas Apoſtolicas*, de quibus diximus ſuprà hoc *Titulo num.* 11. & hoc eodem paragrafo, loquendo de indiciis commiſſæ facultatis *num.* 11., *& ſeqq.* Ex indiciis enim arguuntur modi, quibus contingit committi falſitas.

59 Tertia dubitatio eſt, An ex hoc ſolo, quòd *literæ* Generalis obedientiales, aut aliæ patentes, quæ regiſtrari ſolent, regiſtratæ non reperiuntur, probetur, quòd illæ ſint falſificatæ?

60 Reſpondeo, quòd ex hoc ſolo, quòd non reperiuntur *literæ* regiſtratæ, non remanet probata illarum falſitas; tùm quià hoc eſt argumentum negativum, quòd per locum ab auctoritate non tenet; tùm quià poteſt eſſe, quòd *literæ* veræ ſint, & quòd ex negligentiâ Secretariorum non fuerint regiſtratæ. Quòd, ſi cum hoc adminiculo concurrant aliæ circumſtantiæ, quæ ſuboleant falſitatem, poteſt pronunciari de falſitate *literarum*; & tùnc incumbit *literas* producenti onus demoſtrandi eas eſſe legitimas. Circumſtantiæ indicativæ eſſent, ſi in Regiſtro ſub die Datæ *literarum* ſuſpectarum, reperirentur adnotatæ omnes aliæ ſimiles: ſi Generalis tales, ſeù ſimiles *literas* concedere, etiam ad preces Magnatum, conſtanter renuerit: ſi ſtilus illarum, totaliter diverſus ſit à ſtilo conſueto, ſivè à formulario, quo utitur Secretaria Generalis, & ſimilia. Quòd, ſi producens *literas*, non probet eas eſſe legitimas; & ſi non doceat, à quo illas habuerit, ipſe præſumendus eſt illarum falſarius, & in rigoroſo examine conſtitui poteſt ad habendam veritatem. Ratio eſt, quià falſitas talis non potuit committi, niſi ab eo, qui reportaturus erat ex illâ commodum, ſivè lucrum; nemo enim peccat ob amorem delicti, ſed ob commodum, quod ex delicto reportat; & cùm producens eas *literas*, ſupponatur ex illis commodum reportare; (aliter enim non produceret) ſequitur, quòd ille aut falſaverit, aut falſificari fecerit.

61 Quarta dubitatio eſt, An puniendus eſſet tanquàm falſarius ille, apud quem eſſet repertum ſigillum Generalis, ſeù Provincialis falſificatum; ſivè folium album, ſigillatum verò ſigillo eorundem?

62 Reſpondeo, quòd, ſicut falſificare ſigillum Principis, majus delictum eſt, quàm falſare ejus literas, ut ex *Afflicto* diximus ſuprà *num.* 34., ſic etiam majus crimen erit falſificare ſigillum Generalis (qui in Religione eſt Princeps), ſivè Provincialis, quàm eorum literas, pròut etiam probat *Sanctorus*. (81)

63 Quàmvis autem videatur, quòd fabricans ſigillum Principis puniri non debeat, niſi conſtet, quòd illo uſus ſit ad ſigillandum patentes falſas; ſicut etiam non puniri poteſt ut monetarius falſus, ille, apud quem ſolus cuneus imprimendæ monetæ reperitur, ut ait *Boſſius*, (82) ſed torqueri tantùm debeat: tamen contrarium eſt verius; nàm in ſolâ fabricatione ſigilli delictum in ſuo genere conſumatum eſt independenter ab uſu illius. Et de facto artifices ſigillorum, ſi ad inſtantiam alicujus privati, (& non ad mandatum Principis, aut ejus Officialium, qui ſigillo utuntur) ſigillum Principis cudunt, ultimo ſuplicio afficiuntur, quàmvis artifices ipſi tali ſigillo uſi non ſint.

64 Caſu igitur, quòd apud aliquem reperiatur ſigillum Generalis, aut Provincialis, adulteratum, & eò maximè, ſi ille illud tenebat occultatum cum cæteris recuſis ſuis, ſibi charioribus, debet iſte in examine rigoroſo conſtitui, ad habendam ab eo veritatem de artifice, qui

(l) *l. 1. §. fin. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(m) *Clar. Quæſt. 67. §. Deportatio. n. 8.*
(74) *Text. Tit. Applicatio. §. 45.*
(75) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. § 6. n. 61.*
(76) *Text. Tit. Applicatio. §. 34.*
(77) *Sanctor. de Pæn. cap. 11. Quæſt. 5 init. fol 12.*
(78) *Gloſ. fin. in cap. Gaudemus. de Divortio. Dec. in l. Is damnum n. 2. ff. de Reg. iur. arg. l. 1 §. Perſuadere. ff. de Serv. corru.*
(79) *arg. l. Quoniam multa. C. Ad l. Jul. de vi. Cæpol. Conſ. 34. n. 48.*
(80) *Decian. Tr. crim. lib. 9. cap. 32. n. 4. ant. fin.*
(81) *Sanctor. de Pæn. cap. 11. Q. 5. V. literas, aut ſigilla. fol. 12.*
(82) *Boſſ. Tit. de Falſ. monet. num. 7.*

Digitized by Google

qui ſigillum cudit, & etiam ſi illo uſus ſit ad ſigillandas literas adulterinas. Ratio eſt, quià hìc non ſumus, ut in caſu furti, in quo res furata, reperta apud aliquem, facit indicium ad torturam, ſi tamen intervenit aliud adminiculum, puta, quòd ille ſit malæ famæ, ut docet *Clarus* (83), qui teſtatur de communi; ſed ſumus in caſu ſimili cum inventore libelli famoſi, qui, ut habetur ex diſpoſitione Imperatoris (84), præſumitur Auctor illius, niſi eum laceret, & comburat. Quià res furata, inventa apud aliquem, ex ſe indicium delicti non facit reſpectu ejus, apud quem invenitur, potuit enim juſto titulo emptionis cum bonâ fide eam habuiſſe; ut ergò poſſit juſtè præſumi iſte Reus principalis, aut complex in furto, requiritur aliquod adminiculum, puta, quòd aliàs convictus fuerit de furto, aut ſit homo malæ vitæ &c.

65 Sed in caſu ſigilli inventi, diſpar eſt ratio, nàm ſigillum ex ſe facit indicium criminis contrà eum, qui illud ſervat; nempè, quòd vel ipſe illud cuderit; vel cudi ab alio fecerit; vel cuſum ab alio habuerit; vel ipſe eo ad falſitatem uſus ſit; vel aliis commodaverit ad eundem uſum, quæ omnia delicta falſi ſunt; & proindè torqueri debet ad habendam veritatem tùm de Auctore, tùm dè uſu ſigilli.

66 Nec ille ſe tueri poteſt, dicendo, ſigillum fuiſſe à ſe fortuitò inventum in loco publico, proindè non poſſe docere de artifice; nàm adhuc torquendus eſt. Ratio eſt, quià ſicut repertor libelli famoſi, quià eſt res criminoſa ex ſe, debet illum corrumpere, aliàs preſumitur Auctor illius, & torquetur ex lege ſupracitatâ, pari modo res criminoſa ex ſe eſt ſigillum illud inventum, & ſervatum. Aut enim inventor illius cognovit, aut reputavit illud eſſe adulterinum; aut putavit eſſe ſigillum verum, deperditum fortè ab illo, qui tali ſigillo legitimè uti poteſt. Si primum, debebat illud corrumpere, nè poſſet alicui eſſe inſtrumentum novæ falſitatis. Si ſecundum, tenebatur reſtituere illi, qui ſigillum perdidit. Ad quid ergò ſervavit, & occultatum inter chariora cuſtodivit? Evidens ex tali cuſtodiâ emergit præſumptio, quòd eodem ob falſitatem uſus ſit, aut uti vellet; & ſic ſemper intervenit legitimum indicium ad torturam. Et quandò nihil emergeret circà uſum ſecutum, locus eſſet pene arbitrariæ ex ſolâ conſervatione ſigilli, quæ prodit animum, paratum ad uſum illicitum illius, ut proindè criminoſa res evadat illius conſervatio. Ratio eſt, quià, ſicut pœnâ *Legis Corneliæ de Sicariis* tenetur, qui habet venenum, quod non valet ad aliud, quàm ad necandum hominem, (85) ſic etiam, qui tale ſigillum tenet, quod non valet, quàm ad committendam falſitatem. Verum eſt, quòd, ut optimè obſervat *Caballus*, (86) tenens tale venenum, non punitur ordinariâ pœnâ illius legis, niſi illud donaverit, aut vendiderit ad necem hominis; ſecùs punitur mitiori, & extraordinariâ. Sic etiam dicendum de habente ſigillum, quòd non puniatur ordinariâ pœnâ falſi, niſi eo uſus ſit, vel ad uſum alteri commodaverit; ob ſolam autem retentionem, arbitrio Judicis, veniat puniendus.

67 Quinta dubitatio eſt circà idem Statutum, & eſt, quænam intelligantur *Perſonæ notabiles*, quarum ſigilla violantes pœnę ſtatutariæ ſint obnoxii?

68 Reſpondeo, eſſe eas omnes, quæ publicum officium habent ſivè Eccleſiaſticum, ſivè laicale, propriumque ſigillum, ſivè ſignum uſurpant, quo munita ſcriptura quævis redditur legalis, & authentica; & hoc modo veniunt non ſolùm Prælati Ordinis noſtri, ſed etiam aliarum quarumcunque Religionum, & Epiſcopi, prout etiam ſenſit *Sanctorus*; (87) & veniunt etiam perſonæ laicæ, quæ, ut præfertur, proprium ſigillum habent, quo validitas, ac robur additur ſcripturę; undè, ſi *Notarius* utitur ſigno ſui *tabellionatus*, non quidèm delineatus calamo, ut regulariter fit, ſed impreſſus ſigillo (ut multotiès vidi), vitians ſigillum talis *Notarij* committit in Statutum. Ratio eſt, quià *Notarij* Officium publicum eſt, (88) & poſſunt ratione talis Officii, (cujus ope interveniente, firma manent acta hominum, ſcriptò mandata, quæ aliàs mutarent cum maximâ perturbatione Reipublicæ) *Notarij* dici *Perſonæ notabiles*, ut proindè eorum ſigilla adulterantes æquali pœnâ puniantur cum iis, qui falſificant ſigilla Prælatorum. Quandòquidem non minora damna poſſunt cauſare hujuſmodi falſarii, roborando ſcripturas adulterino ſigillo Notarii, quàm falſificando ſigilla Prælati alicujus.

69 Sexta dubitatio eſt circà tertium Statutum, datum ſuprà *num.*53, & eſt, quæ nam obſervanda ſint à Miniſtris Provincialibus circà Clericos, mittendos ad ordinationem, ſancita per Sacros Canones, ac Conſtitutiones Ordinis.

70 Reſpondeo, quòd vigore Canonum (89) non poteſt Provincialis licentiare ſuum Subditum ad Ordines quoſvis, niſi mittendo illum ad Epiſcopum Diœceſis, in quâ eſt Conventus, ubi ordinandus habet domicilium. Diſputant quidèm Doctores, quænam requiruntur, ut aliquis ſortiatur domicilium in aliquo loco, & licèt inter eos ſit diſcrepantia circà diuturnitatem temporis, omnes tamen conveniunt in hoc, quòd ad contrahendum domicilium, requiritur animus ibi habitandi, argumento eorum, quæ dicuntur in jure. (90) Sed Regularis, qui vivit ſub obedientiâ ſui Prælati, non poteſt habere animum habitandi in ullo Conventu determinato, undè neque poteſt ſortiri domicilium animo habitandi. Domicilium ergò Regularis erit Conventus, in quo ejus Prælatus Provincialis eum collocat de familiâ. (91) Si ergò Provincialis Clericum, degentem in uno Conventu de Diæceſi unius Epiſcopi, licentiaret ad alium Epiſcopum prò ſuſceptione ordinum, & in Dimiſſorialibus ſuis diceret, talem Clericum eſſe de familiâ alterius Conventus, qui eſſet in Diæceſi Epiſcopi, ad quem illum licentiat, incideret in penam privationis Officii, vocis activæ, ac paſſivæ, ac alias arbitrarias Summo Pontifici, juxtà Decretum *Sac. Congr. Concilij*, quod per extenſum dat *Quaranta* (92)

71 Ex

(83) *Clar. lib.*5. *ſ. Furtum.* ℣. *Sed nunquid. n.*5.
(84) *text. in l. Vnic. C. de Famo. lib.*
(85) *text. in l.*3. *ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.*
(86) *Cabal. Tract. de Omn. gener. homicid. n.*565.

(87) *Sanctor. de Pœn. cap.*11. *Quæſt.*5. ℣. *Prælatorum Ordinis fol.*13.
(88) *arg. l.*1. *C. de Mand. Princi.*
(89) *text. in cap. Cum nullus. de Temp. ordin. lib.*6. *Tridentin. Seſſ.*7. *cap.*11. *de Refor. & Seſſ.*23. *cap.*8. *de Refor.*
(90) *l. Domicilium. ff. Ad municip. l. Cives. junct. Gloſſ. C. de Incol. lib.*10. *Decian. Tract. crim. lib.*4. *cap.*16. *n.*8.
(91) *Capuccin. Piaſec. Vgolin. Campanil. Mirand. Roderic. apud Barboſ. ad Trident. ſeſſ.*7. *cap.*11. *n.*4. *de Reform. & de Pot. Epiſ. Alleg.*4. *n.*69. *& Alleg.* 7. *n.*18.
(92) *Quarant. Sum. Bullar. V. Ordo.* ℣. *De mandata fol. n.* 392.

Digitized by Google

71 Ex diſpoſitione verò Conſtitutionum Ordinis, non poteſt Provincialis dimittere Clericum ad Ordines quoſvis, niſi iſte bonum teſtimonium probatæ vitæ in ſcriptis habeat, ſubſignatum à Guardiano, ac Diſcretis ſui Conventus; (93) pariter, niſi ſit approbatus ab Examinatoribus Provincialibus circà doctrinam, ætatem, ac cætera, ad Ordines requiſita; (94) itidem, niſi commoretur de familiâ in aliquo Conventu, ſibi ſubjecto; (95) tandèm (ſi ordinandus ſit Subdiaconus) niſi compleverit biennium à profeſſione emiſsâ, & ſi ad Sacerdotium ſit dimittendus, niſi expleverit quinquennium, ſimiliter pòſt emiſsa vota ſolemnia. (96) Pœna autem Provincialis, non ſervantis conditiones priores ſupradictas, eſt Superiori arbitraria. (97) Si autem diſpoſitionem ultimi Statuti non obſervat, Provincialis eſt ab Officio ſuſpendendus, ut ſonat Statutum ipſum. Et de hoc ſatis.

## §. II.

## Literarum Aperitio.

*SUMMARIUM.*

1 *Literarum aperitio, quomodò, & quandò ſit crimen.*
*Pater, & Maritus habent auctoritatem aperiendi literas filiorum, & uxoris.*
*Hoc idem poteſt Superior Regularis reſpectu Subditi.*
*Limitatur in caſu, quòd litera ſcripta ſint à majori ejus Prælato ad Subditum.*
2 *Literarum aperitio communiter exiſtimatur crimen falſi.*
*Impugnatur hæc opinio.*
*Dictio* tanquàm *de ſui naturâ importat regulariter improprietatem, & fictionem.*
*Poteſt aliquandò importare ſimilitudinem, & veritatem.*
*Literarum aperitio non importat crimen falſi.*
3 *Aliquandò eſt crimen læſæ Majeſtatis.*
*Aliquandò eſt crimen furti, & quarè.*
*Utens re alienâ contrà voluntatem domini, delinquit furto.*
*Delinquit contrà fidelitatem, qui literas, ſibi commiſſas, dat alteri ab eo, ad quem deferendas accepit.*
*Quo ſenſu dicant Doctores, aperitionem literarum eſſe crimen falſi.*
4 *Diverſificatur hoc crimen à diverſitate finis intenti.*
*Propriè eſt Stellionatus.*
*Aperiens literas delinquit, non tantùm, ſi habet animum nocendi, ſed etiam ſi ex hoc emergit periculum alterius nocumenti.*
5 *Aperiens literas ex curioſitate venialiter tantùm peccat.*
*Arbitrariè tantùm punitur de Stellionatu.*
6 *Aliquandò aperiens literas tenetur actione injuriarum.*
7 *Ad incurrendum hoc crimen cum aperitione, requiritur lectura literarum.*
8 *Requiritur pariter, quòd interveniat ob eam damnum tertii.*
9 *Licèt malum tertio non accidat, doloſè aperiens literas debet puniri.*
10 *Retardans doloſè literas cum damno alterius, puniendus eſt de Stellionatu.*
11 *Doloſè occultans, aut deſtruens literas, delinquit de falſo.*
12 *Avellens à literis ſigillum publicum, committit falſum, & quarè.*
13 *Dubium de aperiente literas, ſibi ſuſpectas de damno proprio.*
14 *Opinio Peyrini improbatur.*
15 *Quæ requirantur, ut quis licitè aperire poſſit alienas literas, ſibi ſuſpectas.*
16 *Damnum, quod timetur, debet eſſe certum, ut quis ſuſpectas ſibi literas aperiat.*
17 *Itèm requiritur, ut metus damni ſit rationabilis.*
18 *A quo deducatur gravitas criminis hujus.*
*Populi fœlicitas fundatur in publicâ, ac mutuâ fidelitate.*
19 *Hoc crimen gravius eſt in Magiſtris poſtarum.*
*Graviùs puniendus Tutor, quàm alius, qui ſtupravit pupillam.*
*Fides publica ſemper eſt ſervanda.*
20 *Offendens confæderatos cum Principe, incurrit crimen læſæ Majeſtatis.*

1 Literarum aperitio, ſi fiat abſquè ſufficienti auctoritate, aut abſquè conſenſu tacito, expreſſo, aut interpretativo ejus, ad quem *litera* diriguntur (1), & interveniat dolus, juxtà omnes ſcribentes, crimen eſt tùm in foro fori, tùm in foro animæ. (2) Dixi, *ſi fiat abſquè ſufficienti auctoritate*, quià tùm Pater reſpectu filiorum; tùm Maritus reſpectu Uxoris; tùm Superior reſpectu Subditorum poteſt, etiam ipſis invitis, eorum *literas*, ad ſe datas, ſivè à ſe ad alios miſſas, aperire: (3) & hoc ex ſubjectione, & obedientiâ, quam prædicti debent Superioribus, Patri, & Marito. Tamen limitandum eſt hoc ad caſum, in quo *Litera* ſcribantur ad eum, ſivè ab eo, qui non eſt Superior, reſpectu eas aperientis: quòd, ſi is Superior ſit, nequit eas aperire. Proindè, ſi Provincialis ſcribat ad Subditum, nequit Superior localis eo invito *literas* Provincialis aperire; neque hic *literas* Generalis; & ratio eſt, quià Superior ſubalternus reſpectu talium *literarum* non eſt Superior, ſed ſubditus, qui nequit, abſquè piaculo, ſecreta ſui Prælati rimari; nec Subditus tenetur ſecreta Provincialis, ad ſe ſcripta, pandere; undè Prælatus ſubalternus non poteſt cogere Subditum, ut *literas*, ad ſe datas à Superiore majori, etiam poſtquàm eas Subditus aperuerit, ei legendas tradat.

2 Quòd autem crimen ſit, difficile eſt ſtatuere generaliter. Communiter Doctores, poſt quandam *Gloſſam*(4), ſcribunt

(93) *Stat. Gen. Ord. cap.2. §.7.n.1.*
(94) *Stat. Gen. Ord. l.cit. n.2.*
(95) *Stat. Gen. Ord. l.cit. n.3.*

(96) *Stat. Gen. Ord. l.cit. nu.9.*
(97) *Stat. Gen. Ord. l.cit. n.7.*
(1) *Navar. Manual. cap.18. n.53.*
(2) *Roderic. Graff. Azor. Navar. Sylv. Vega, & Reginald. apud Peyrin. de Subd. Quæſt.2. cap.2. §.13. init.*
(3) *Navar. de Pœnit. Diſt.6. cap. penult. §. Sac. n.15.17.19. Graff. Reginal. & Azor. apud Peyrin. loc. cit. V. Dico quarto.*
(4) *Gloſſ. in cap. Cum olim. il 2. in V. Sigilla. de Off. Judic. de leg.*

Digitized by Google

ſcribunt, hoc eſſe crimen falſi: At qui hoc ſuſtineri non poteſt; ſiquidèm falſitas, ut dictum fuit ſuprà hoc *Titulo n.2.* eſt *immutatio veritatis*; undè in quovis crimine falſi, tanquàm quid ſubſtantiale requiritur mutatio veritatis, quæ tamen non requiritur in aperitione alienarum *literarum*. Et profectò *Gloſſa* illa non dicit, quòd aperiens ſit ſimpliciter, & abſolutè falſarius, ſed dicit, quòd *puniri debuit tanquàm falſarius*, (ille nempè, qui *literas* Delegatorum, ipſi traditas ad *Papam* deferendas, aperuerat) hoc eſt pœnâ ſimili, quâ puniuntur falſarii; dictio enim *tanquàm*, licèt aliquandò juxtà ſubjectum materiam poſſit importare ſimilitudinem, & veritatem (5), tamen de ſui naturâ, & regulariter denotat improprietatem, ac fictionem (6). Similitudo verò pœnæ non arguit ſimilitudinem delicti, cùm delicta, toto cœlo differentia, ſimili pœnâ aliquandò puniantur, ut patet in Sodomitâ, ac monetario falſo, qui ambo ſuſpendio, & igne caſtigantur, cùm tamen eorum delicta in nullo conveniant. Ex his concluditur, quòd *aperitio* alienarum literarum crimen falſi non eſt, quod notavit etiam *Sanctorus* (7)

3 Dico igitur, quòd hoc eſt crimen, quod ſpecificatur diverſimodè, puta, vel ratione perſonarum, quarum *literæ* aperiuntur; vel ratione intentionis, ſeù finis, quo violantur. Ratione quidèm perſonarum diverſificatur; nam aperiens *literas Papæ*, datas ad Imperatorem, ac vice verſâ; ſivè ad eorum Legatos, ac vice verſâ, incidit in crimen læſæ *Majeſtatis*, ut dicunt Doctores; (8) & hoc etiam eſt, ſi aperiantur *literæ* Principis, ſivè Reipublicæ, non agnoſcentis ſuperiorem, ut ſcribunt, locis citatis, *Romanus*, & *Gigas*; quos dat *Decianus* (9). Si autem *literæ* ſint alicujus privati, aperiens committit crimen furti, ut ſcribit *Navarrus*; (10) Ratio eſt, quià furtum committit, qui utitur re alienâ contrà voluntatem domini, (11) *literæ* autem, dùm adhuc ſunt apud eum, qui eas ſcripſit, ſunt illius: ſi verò eas miſit, ſunt ejus, ad quem ſunt directæ, & alius uſus *literarum* non eſt (prout *literæ* ſunt, non ut papyrus characterizata) quàm ad earum lecturam. Pariter, ſi is, qui *literas* aperit, accepit eas, fideliter deferendas ad illum, ad quem ſunt directæ, delinquit contrà fidelitatem, & proditor eſt, quià alium ſub fide datâ notabiliter lædit; quod etiam eſt dicendum, ſi iſte non aperit quidèm *literas* acceptas, ſed eas non reddit illi, ad quem ſunt directæ, ſed potiùs dolosè dat adverſario illius legendas; quàmvis *Bartolus*, *Baldus*, & *Alexander* (12) ſcribant, hunc incidere in crimen falſi; & ideò, ut veritati cohæreat horum ſententia, explicandi ſunt de crimine falſi, quò ad pœnam, non verò quò ad quidditatem delicti.

4 Sed reſpectu intentionis, ſeù finis diverſificatur quantùm ad hoc, quòd, ſi quis aperit *literas Papæ*, Imperatoris, Principis, aut Reipublicæ, ut illis noceat, revelando nempè hoſtibus illorum ſecreta, perficitur in hoc crimen læſæ Majeſtatis, quod eſſe non poteſt ſinè dolo malo, & ſinè damno certo, aut probabili habentis majeſtatem. Si autem aperit *literas* publicas, aut privatas, & eas oſtendit adverſario ſcribentis, aut ejus, ad quem ſcribitur; ſivè etiam eas oſtendat alteri non inimico, animo tamen illum lædendi, juxtà *Bartolum*, locis ſupracitatis, incidit in crimen falſi, nempè quò ad pœnam: ſed quò ad ſubſtantiam criminis, hoc eſt *ſtellionatus*, (quià proprium nomen non habet) ei tamen pœna, aſſignata à lege, eſt pœna falſi. Et advertendum, quòd juxtà *Navarrum* (13) tale crimen incurritur, non tantùm, quandò aperiens *literas* habet animum explicitum nocendi; ſed etiam ſi advertit, aut advertere debet, quòd damnum notabile poſſit ex tali aperitione proximo provenire.

5 Si verò aperit ob curioſitatem ſciendi novitates, quas putat in talibus *literis* contineri, vel captandi riſum ex barbarâ, aut voluptatem ex eleganti compoſitione, juxtà *Navarrum*, & alios (14) non peccat, niſi venialiter, & juxtà *Bartolum*, locis ſupracitatis, delinquit crimine *ſtellionatus*, quod eſt mulctandum pœnâ, Judici arbitrariâ, quod aſtruitur argumento cujuſdam capituli. (15)

6 Si autem aperit *literas* quidèm ob curioſitatem; ſed ad injuriam ſivè ſcribentis, ſeù illius, ad quem diriguntur, divulgat ea, quæ in *literis* continentur, tenetur actione injuriarum, ut argumento cujuſdam legis (16) dicunt Doctores.

7 Supradicta verò intelligenda ſunt cum duplici limitatione. Prima eſt, quòd ad incurrenda ſupradicta crimina, oportet, quòd Reus non tantùm aperiat *literas*, ſed eas legat, aut aliis legendas tradat; ſecùs eſt, ſi non à ſe, neque ab alio lectæ ſunt, quià argumento eorum, quæ in jure (17) dicuntur, non poteſt dici, quòd aliquis *literas* aperuerit, ſi eas aut per ſe, aut per alium minimè legerit.

8 Secunda limitatio eſt, quòd tale crimen non incurritur, quandò nil erat in *literis* ſcriptum, quod poſſet ſcribenti præjudicare, juxtà *Baldum*, & *Bertachinum* (18). Et ratio eſſe poteſt, quià crimen falſi, (quod juxtà prædictos committitur, alienas *literas* aperiendo) ut punibile ſit, oportet, quòd alicui actu, vel potentiâ noceat, ut aliàs (19) diximus.

9 Dico tamen, quòd, quàmvis *aperiens literas* nihil repererit, quod poſſet alterum lædere, ſi tamen aperuit malo animo, & ſub ſpe inveniendi in *literis* aliquid, quo poſſet nocere, aliquam pœnam extraordinariam meretur. Ratio eſt, quià animum nocendi habuit, & quantum fuit in ſe, fecit quod potuit, ut noceret, & per accidens eſt, quòd non nocuerit. Undè, cùm devenerit ad actum proximum delicto atroci, puniendus eſt, ſi non pœnâ ordinariâ, ſaltem extraordinariâ.

10 Quid autem juris, ſi quis malo dolo retardat *literas* alicujus, ex quo aliquod damnum emergit mittenti, ſivè

(5) *arg. l.1. C. de Hæred. inſtitue. l. Sepè ff. de Verb. ſign.*
(6) *arg. l.Si pecunia. ff. Si cert. petat. l. Jubemus. §. Sanè. 2. C. de Sacr. Eccl. cap.Solitæ, & ibi Gloſs. in V.Tanquam, & Felin. n.3. de Majo. & obed.*
(7) *Sanctor. de Pœn. cap 11. Quæſt.6. init.fol.16.*
(8) *arg. l.1.ff. Ad leg.Jul.majeſt. Roman.Conſ.365. Giga. Tract. de Crim. læſ. majeſt. Tit. Qualiter & quando. Quæſt.12. Boſs. de Crim. læſ. n.37. Decian.Tract.crim. lib.7. cap.5. n.18.*
(9) *Decian. d. lib.7. cap.17. n.46.*
(10) *Navar. Manual. cap.18. num.53.*
(11) *l.1. ff. de Furt. §. Placuit. Inſtit. de Oblig. quæ ex delict.*
(12) *Bart. in l.Qui teſtamentum. ff. de Falſ. & in l. Titio. in princip. ff. Ad municip. Bald. & Alex. in cap. Cum olim. 33. de Off. Delegat.*
(13) *Navar. Manual. cap.18. n.53.*
(14) *Navar. loc.cit. & de Pœnit. Diſt.6. cap. penult. nu.20. Reginal. Prax. lib.24. n.119. Graff. Azor. apud Peyrin. de ſubd. quæſt. 2. cap.2. §.13 V. Dico tertio.*
(15) *arg. cap. Cum olim Magiſter il 2. de Off. Jud. deleg.*
(16) *arg. l.1. §. Si quis tabulas. ff. Depoſit. Decian. lib.7. cap.17 n. 46. & ibi Gonedis Tract. de leg. Par.3. q.1. n.4.*
(17) *arg. l. Si quis in gravi. §. Qui tabulas. ff. Ad S.C. Syllan. l.2. §. Si binum. ff. de Bon. poſs. ſec. tab. Gloſs. in cap. Nobiliſſimus. 97. Diſt.*
(18) *Bald. in l. Si binæ. ff. de Iniu. rup. & irri. teſt. Bertachin. Trac. de Epi. Tit. Qualiter eligatur Par. prima. num.38.*
(19) *Tit. eo. nu.2. & 3.*

Digitized by Google

ſivè ille, cui *literæ* mittuntur? Dico, quòd hic incurrit crimen *ſtellionatus*, quià, ex quo alteri nocumentum malo dolo infert, committit crimen, quod, cùm proprium nomen non habeat, venit vocabulo *ſtellionatus*; (20) Debet autem puniri arbitrariè; ſed arbitrium Judicis regulandum eſt à damno, quod ex retardatione emerſit: Retardans enim *literas* doloſè cum damno alterius, tenetur ad intereſſe illius, ut argumento cujuſdam legis, quam ipſe dicit ſingularem, (21) probat *Decianus*.

11 Si verò quis non aperit quidèm *literas*, Sed eas malo dolo occultat, aut deſtruit, nè ad alium perveniant; quodnam delictum committit? Dico, quòd committit crimen falſi, pròut dicunt Doctores, (22) & hoc non tantùm ratione pœnę, ſed etiam quidditatis ipſius delicti. Ratio eſt; quià, ut dictum fuit ſuprà hoc Titulo ſub *num*.4., facto falſum committit non ſolùm is, qui immutat veritatem, ſed etiàm, qui malo dolo, & ad alterius damnum impedit, quominùs veritas pateſiat; falſitas enim evadit quælibet læſio veritatis. Si quis verò occultat, ſeù deſtruit *literas*, ut præfertur, impedit veritatem, nè per tales *literas* poſſit probari; undè ſequitur, quòd falſum committit. Poteſt etiam dici, quòd furtum committit, ob rationem, quam dedimus ſuprà *numer*.3.

12 Et circà hoc advertendum eſt, quòd *literarum* occultatio, aut deſtructio doloſa, ut præfertur, concernit *literas* tùm publicas, tùm privatas. tùm epiſtolas familiares, ſigillatas, & etiam apertas, tùm ſingraphas promiſſionum contractuum &c. Teſtamenta, Codicillos, & omnem aliam ſcripturam, ob cujus carentiam aliquis notabiliter lædatur, aut lædi valeat. Extendi etiam debet dictum crimen falſi ad illum, qui ſigillum tantùm à ſcripturâ amoveret, aut laceraret, ut Doctores (23) affirmant; ſi tamen ſigillum eſſet alicujus publici Magiſtratus, ut benè obſervat Decianus (24), referens prædictos. Ratio dictorum eſt, quià amotio ſigilli inutiles reddit *literas* publicas, quæ ampliùs in judicio non probant; cùm tali pacto deſinant eſſe authenticæ: & hoc pacto impedita remanet probatio veritatis in judcio, & læſus manet is, cuius favore *literæ* emanarunt; quod etiam ſequi poteſt occultando, ſeù deſtruendo quamlibet aliam ex ſcripturis recenſitis. Et ideò optimè concluditur, quòd in his duobus caſibus verum crimen falſi committitur.

13 Sed dubium eſt, utrùm in reatum falſi incidat, qui dubitans, aut timens, nè in *literis* contineatur aliquid, quod ſibi noceat, eas aperit, legit, occultat, aut deſtruit?

14 Reſpondeo, quòd *Peyrinus* (25), qui tres alios Doctores citat, reſolvit, quòd non peccat mortaliter, qui aperit *literas*, ex quibus ſibi, vel alteri timet periculum alicuius damni notabilis in vitâ temporali, vel ſpirituali. Sed iſta opinio abſolutè, ſivè (univerſaliter intellecta, eſt tùm falſa, tùm in praxi periculoſa. Falſa quidèm, quià ità comprchendit damnum iuſtum, ſicut iniuſtum; & ità timorem irrationabilem, & minimè fundatum; ſicut illum, qui ex ratione habet fundamentum. Periculoſa autem, quià quilibet ex motivo quovis debili, & fortè præſtituto, poſſet *literas* alienas paſſim aperire, ſub prætextu timoris, quòd in illis contineretur aliquod damnum ſibi, vel alteri; & hoc modo fidelitas, ſervanda circà *literas* miſſivas, periret cum maximâ publicæ quietis, & commodi jacturâ.

15 Dico igitur, quòd prædicta opinio, ut vera ſit, debet accipi cum triplici limitatione. Prima eſt, quòd damnum, quod timetur futurum, ſit injuſtum, ſi enim juſtum eſt, non poteſt ullo modo repelli, & maximè cum peccato; undè, ſi quis epiſtolam, ſibi commiſſam, ut deferat ad Judicem, aperiat, ſub timore, nè carceretur à Judice ob maleficium, à ſe commiſſum, quod dubitat enunciari in tali epiſtolâ, profectò mortaliter peccat, quià damnum carcerationis juſtum eſt, & debet illud ex juſtitiâ vindicativâ ob malefactum ſubire; undè nequit ad effugiendum illud periculum violare fidelitatem, ſinè reatu mortali. Quod evidentius patet ex hoc, quòd, prò tuendâ propriâ vitâ cum juſto moderamine poteſt quis occidere injuſtum aggreſſorem; non poteſt autem damnatus ad mortem juſtè, evadere damnum ſuæ vitæ interficiendo carnificem, quià mors hujus injuſta eſt; illius autem juſta. Concluditur ergò, quòd, ut quis poſſit, ob timorem damni, ſibi, aut alteri imminentis, aperire *literas*; damnum debet eſſe injuſtum; & in hoc ſenſu loquitur *Navarrus*, qui citat *D. Antoninum* (26)

16 Secunda limitatio eſt, quòd damnum, quod timetur, tale ſit, quòd nequeat evadi, niſi epiſtolæ aperiantur: Ratio deducitur à ſimili. Nàm, licet quidèm ad tutelam propriæ vitæ occidere injuſtum aggreſſorem, ſi aliundè quis non poteſt propriam vitam ſervare, quàm per mortem aggreſſoris; ſed hunc nequeo occidere, ſi per fugam, aut alio modo, me ſalvare poſſum. Ità pariter, ſi ad fugiendum damnum, quod alio modo vitari nequit, *literas* aperio, non pecco; eſt enim talis mea defenſio inculpata: ſed, ſi aliundè poſſum evadere damnum, nequeo ſinè gravi culpâ *literas aperire*; & talis tutela inculpata non eſt. Quod comprobatur ex quodam Canone, (27) in quo *Innocentius III.* punivit quendam Magiſtrum, qui literas *Delegatorum Papalium*, ipſi traditas, ut ad *Apoſtolicum* deferret, aperuit, ob metum, nè illæ eſſent *literæ Vriæ*, hoc eſt aliquid ſibi contrarium continerent. Punivit autem, ei denegando ulteriorem audientiam in illâ Causâ, & cauſa punitionis explicatur in verbis Canonis, ità ſonantis. *Si quod expediret meliùs notaviſſet, vel non recepiſſet ſcripta ſuſpecta; vel recepta Nobis fideliter præſentaſſet, & oſtendiſſet cauſam ſuſpicionis propoſitæ coràm Nobis*. Quibus verbis innuitur, culpabilem fuiſſe aperitionem, quià damno, quod ex talibus *literis* timebat, poterat obviare, reddendo literas integras *Papæ*, & coràm eo deducendo rationes, ob quas Delegati, qui eas ſcripſerant, ſibi jure meritò eſſent ſuſpecti.

17 Ter-

(20) *text. in l.3. §. Vbicunque. l.2. ff. Stelliona.*
(21) *l. ult. §. final. C. de Fabrican. lib.11. Decian. lib.7. cap.17. num.46. circ. med.*
(22) *Abb. in cap. Cum olim. & ibi Adden. nu.4. lit. B. ℣. Circà hoc de Offic. Jud. deleg. Bald. in cap. olim. de Reſer.*
(23) *Bart. in l. Paulus. in fin. ff. de Falſ. Beriach. Tract. de Epiſt. Tit. Qualiter eligatur. Par.1. num.36.*
(24) *Decian. d. lib.7. cap.17. n.46. poſt init.*
(25) *Peyrin. de Subd. Quæſt.2. cap.2. §.13. ℣. Dico tertiò, & ibi Navar. Roderic. & Reginal.*
(26) *Navar. Manual. cap.18. num.53. & ibi D. Antonin.2. Par. tit.1. cap.22. §.5.*
(27) *text. in capit. Cum olim Magiſter. de Offic. Jud. delegat.*

17 Tertia limitatio eſt, quòd metus ſit fundatus, ac rationabilis; & ratio eſt, quià, ſi ex quâvis levi ſuſpicione imaginariâ naſceretur metus ſufficiens, ut poſſet quilibet alienas *literas aperire*, actum eſſet de eis; poſſet enim quilibet hunc reatum evadere, allegando talem metum, qui, cùm ſit quid latens animo, non poſſet, quàm per ipſius juramentum probari. Oportet igitur, quòd cauſa metus ſit legitima, & quòd in facti contingentiâ Reus probet cauſas, ob quas potuit rationabiliter timere ex *literis* damnum notabile. Quòd, ſi non probet, crimen non evadit.

18 Crimen hoc doloſæ *aperitionis literarum*, licèt reputetur ab *Innocentio* (28) minùs grave, quàm falſificatio ſigilli, aut ſcripturarum per cancellationem, raſuram &c. quæ ſunt vera crimina falſi: tamen graviſſimum cenſetur ex hoc, quòd ex frequentiâ talis criminis violatur fidelitas civilis, quæ eſt fundamentum humanæ ſocietatis. Niſi enim homo homini mutuam fidem, & auxilium ſponderet, melius eſſet more ferarum vivere in nemoribus, à proditionibus aliorum ſecurum, quàm ſociari aliis, quorum conſortium ipſi eſſet pernicioſum. Hinc eſt, quòd ſola reciproca fides inter homines ea eſt, per quam conſtat Civitatum, ac populorum felicitas, quæ, ſi non ſervetur, ruit utilitas civilis vitæ. Patet verò, quòd in aperitione literarum maximè violatur fidelitas, quæ etiam de jure gentium ſervanda eſt; undè fit, quòd atrox tale crimen, maximè ſi frequentetur, evadat.

19 Gravius porrò evadit in illis, qui circà hoc publicam ſpondent fidem, quàm ſervare ex Officio tenentur; cùm atrocius ſemper cenſendum ſit crimen ejus, qui in Officio ſuo delinquit; ut proindè graviùs puniendus ſit tutor, qui ſtupravit pupillam, quam ex Officio tueri ab injuriâ tenetur. (29) Sunt autem *Magiſtri, ac Officiales poſtarum*, qui ex Officio publicam fidem violant doloſè, & oblatâ pecuniâ dando *literas*, ſivè epiſtolas familiares aliis, quàm illis, ad quos diriguntur. Officium enim *poſtarum* erectum eſt auctoritate Principis, qui publicam per Officialem, à ſe deputatum, ſpondet fidem deferendi, & reddendi *literas* ſinè fraude; publica autem fides ſemper ſervanda eſt, & ſub eâ nemo debet decipi, (30) ſequitur proindè, quòd, ſi hæc à tali Officiali minimè ſervetur, hic graviſſimè delinquit. Puto autem, quòd crimen iſtius, ſi non formaliter eſt delictum læſæ majeſtatis, ad illud quàm proximè accedat.

20 Ducor, quià in crimen læſæ Majeſtatis incidit, qui offendit confœderatos cum proprio Principe, (31) & ratio eſt, quià Princeps iniens fœdus cum alio Principe, fidem ſuam illi oppignorat; ſi ergò quis offendit confœderatum, proprium Principem offendit, qui fidem ſpopondit; & proindè offendens redditur Reus Majeſtatis læſæ. In propoſito autem, Princeps erigendo *Officium poſtarum*, (non tantum ad commodum publicum populi, quàm ad utilitatem propriam, cùm ex tali Officio non leve lucrum recipiat) publicam fidem ſpopondit de reddendis ſinè fraude *literis*: ſi enim hæc non interveniret, & quis nàm eſſet ità fatuus, ut ſcripturas ſuas de negotiis familiaribus, ac gravibus &c. per viros ſibi incognitos, aliò deferendos, committeret, niſi fides, data à Principe, ſecurritatem de fideli redditione ſpopondiſſet? Sequitur ergò, quòd *Officialis poſtarum*, violans talem fidem, datam à proprio Principe, redditur Reus de Majeſtate læſâ.

[20] *Innocent. in cap. Cum olim magiſter. ubi Abb. num. 4. De Off. Iud. deleg.*

(29) *Gloß. in §. Item lex Iulia. de adulter. Inſtit. de Publ. judic. Boſſ. Tit. de Coit. damna.*

(30) *Raynal. Tom. 1. cap. 2. §. 4. nu. 22. & ibi Farinac. Delrio. Scannarol. Rovit. Merlin. Pignatell. & Cancer.*

(31) *Bart. in Extravag. Qui ſint. rebell: in V. Rebellando. nu. 4. arg. l. 1. ff. Ad leg. Iul. Maieſt. Decian. lib. 7. cap. 5. nu. 19.*

## Probatio.

### SVMMARIVM.

21 *In hoc crimine requiritur probatio corporis delicti per* Viſum, & repertum &c.
*Verus modus probandi hoc crimen, eſt per Teſtes, qui viderunt literas aperiri.*

22 *Quomodò probetur dolus in aperiente literas.*

23 *In Criminalibus non datur juramentum ſuppletorium.*

24 *Quid juris, ſi probem epiſtolam, ad me directam, nec à me, nec à ſcribente fuiſſe apertam.*

25 *Si Epiſtola tranſivit per manus multorum, non poteſt probari, quis eam aperuit.*

26 *Quid agendum tali caſu.*

27 *An præſumatur Reus, qui vulgavit ſecreta, contenta in Epiſtolâ, nec poſſit docere, undè ea didicerit.*

28 *Concurrentibus aliis indiciis ille poteſt conſtitui in examine rigoroſo.*

29 *Quid juris, ſi ille dixerit Epiſtolam fuiſſe repertam apertam.*

30 *Diverſitas circumſtantiarum in hoc caſu.*

31 *Si Epiſtola continet grave damnum alicujus, eam apertam inveniens, & publicans debet puniri, & quarè.*
*Legens in epiſtolâ familiari aliquod, alicui nocivum, & illud publicans, peccat.*

32 *Secuto damno ex publicatione Epiſtolæ, quandò torquendus ſit publicans illam.*

33 *Secutâ publicatione Epiſtolæ, quandò puniendus ſit publicator.*

34 *Quid juris, ſi quis Iudici defert crimen, quod ex ſolâ aperitione Epiſtolæ didicit.*

35 *Iudex debet ex Officio punire eum, qui aperuit Epiſtolam.*
*Crimen exaratum in Epiſtola habet vim confeſſionis extraiudicialis.*

21 HOc delictum, cùm ſit facti permanentis, & ideò relinquat veſtigium poſt ſe, requirit, quòd prò ejus probatione conſtet antè omnia de corpore delicti per *Viſum, & repertum*, ut diximus in *Par. p. Tit. Corpus delicti*. Si ergò mihi reddatur Epiſtola, cujus ſigillum appareat evidenter fuiſſe fractum, & denuò, quantùm fieri potuit, reaptatum, & ego velim agere contrà eum, qui Epiſtolam aperuit, neceſſe eſt, ut eam minimè aperiam, ſed eam coràm Judice Statuam talem, qualem recepi. Nec tamen ex ſolâ præſentatione, ac recognitione, factâ per peritos (qui debent à Judice adhiberi, & judicium ſuum proferre circà aperitionem Epiſtolæ) probatum remanet corpus delicti. Ratio eſt, quià potuit à me aperiri, ſivè ab eo, qui eam ſcripſit, ut aliquid oblitum à ſe, in eâ ſcriberet, exindè



Digitized by Google

denuò ſigillari ( ità tamen remaneat veſtigium fracturæ papyri, ) & tali caſu nullum interveniret delictum, Oportet ergo, quòd probem, quòd nec à me, nec ab eo, qui ſcripſit Epiſtolam, illa aperta fuerit. Hoc verò, cùm ſit quid negativum vagum, & proindè improbabile, ut aliàs (32) diximus, probari debet poſitivum contrarium, nempè, quòd, qui ſcripſit Epiſtolam, totaliter inviolatam, deferendam tradiderit; & quòd ego talem exhibuerim in judicio, qualem recepi; quæ ſanè ſunt difficilia ad probandum copulativè. Proindè crimen hoc difficilis eſſe probationis, eſt concludendum. Via brevior eſt, ſi per Teſtes probem, Epiſtolam malo dolo fuiſſe à Titio reſeratam.

22 At quomodò probabo in Titio dolum malum? Dico, quòd probabo, ſi probaverim, Titium aut oſtendiſſe, aut naraſſe Seio notorio, adverſario meo, ſecreta, quæ in Epiſtolâ continebantur; ſi de iis in publico locutus eſt; ſi ex iis famam meam pupugit, ſi negotia ad mei utilitatem (quæ didicit ex Epiſtolâ, nec ſcire aliundè potuit) intervertit, ſi tàdem aliquid aliud fecerit, ex quo colligi poſſit malus animus Titii contrà me. Ratio eſt, quià dolus quid latens in animo eſt, & nequit aliundè ſciri, quàm per conjecturas.

23 Quid autem juris, ſi ego per Teſtes probem Epiſtolam, mihi redditam, fuiſſe apertam; ſed non poſſum probare, eam non fuiſſe apertam à ſcribente, ut aliquid in eâ adderet, niſi per illius dictum juratum? Dico, quòd tale dictum non ſufficit ad probationem. Ratio eſt, quià in criminalibus non datur juramentum ſuppletorium, ut docet *Clarus*, (33) qui teſtatur de communi, in caſu autem ageretur de probando corpore delicti, quòd eſt fundamentum Cauſæ criminalis.

24 Sed quid agendum, ſi ego probaverim, nec à me, nec à ſcribente Epiſtolam fuiſſe apertam? Dico, quòd, ſi is, qui mihi eam reddidit, illam habuit de manu ſcribentis, præſumitur eam aperuiſſe; aut ſaltem in culpâ eſt, quòd ab alio fuerit aperta, ſi latâ culpâ peccavit in eâ cuſtodiendâ. Ratio primi dicti eſt, quòd, ſi Epiſtola, ſibi credita, fuit jugiter apud ſe cuſtodita, nec ad manus aliorum pervenit, ſi violata deprehenditur, conſequentia naturalis eſt, quòd ab ipſo vitiata fuerit. Ratio ſecundi dicti eſt, quià ex debitâ fidelitate, Epiſtolam, ſibi bonâ fide concreditam, debuit diligenter cuſtodire, maximè ſi hæc continebat ſecreta gravia, ratione quorum à ſcribente fuit ſibi enixè commendata, & eò adhuc maximè, ſi ſciebat in eo loco eſſe venatores alienarum Epiſtolarum: ſi ergo non cuſtodivit, ut debuit, ſed latâ culpâ peccavit, de hâc puniri debet.

25 Si autem is, qui reddidit, non recepit Epiſtolam de manu ſcribentis, ſed hæc per manus multorum tranſivit, non ità poteſt præſumi contrà reddentem, ſicut in priori caſu, & dura nimìs eſſet hominum conditio, & quæ arceret omnes à reciprocis ſubſidiis deferendi Epiſtolas cum læſione commodi civilis vitæ, ſi is ſubiret periculum reatus, præſumpti de Epiſtolâ apertâ, ex hoc, quòd eam reddit, ab alio vitiatam, & ad antevertendum tale periculum teneretur adhibere Teſtes, quandò Epiſtolam reddendam recipit, quibus oſtenderet indicia aperitionis jàm factæ, ut de iis in judicio teſtificarentur.

26 Dico igitur, quòd tali caſu venanda ſunt urgentiora indicia, quæ aut roborent præſumptionem contrà eum, qui reddidit Epiſtolam, aut ex ſe faciant ſufficientem præſumptionem. Urgentiora porrò indicia ſunt, ſi quis loquitur de ſecretis, in eâ Epiſtolâ contentis, & aſſignare, aut probare nequit, à quo illa intellexerit; & hoc roboratur alio indicio, ſi intervenit inimicitia, animoſitas, rivalitas inter illum, & ſcribentem, aut eum, cui reddita eſt Epiſtola. Ratio eſt, quià, ſi loquitur de ſecretis, quæ aliundè ſcire nequivit, Evidens conſequentia eſt, quòd Epiſtolam aperuit, & ſi intervenit inimicitia &c., augetur vis præſumptioni, quòd ad alium lædendum, & ſic malo dolo, aperuerit.

27 Dubium autem non leve eſt de eo, quod non raro evenit; puta, quòd Epiſtola intercipiatur, & cum damno ſcribentis, aut ejus, cui illa reddenda erat, vulgantur ſecreta, contenta in Epiſtolâ. Dubium igitur eſt, ſi caſu, quo non poſſit ille, qui de hujuſmodi ſecretis locutus eſt, probare, à quibus illa didicerit, poſſit haberi tanquàm interceptor literarum, & ſuper hoc torqueri?

28 Dico, quòd, ſi concurrant alia adminicula, poteſt conſtitui in examine rigoroſo, caſu, quo hic aſſignet quidèm alium, à quo didicit ſecreta, de quibus locutus eſt, hoc autem minimè probat, quià alius negat, ſi verò nullum omninò aſſignare poteſt, à quo ſecreta audierit, poteſt abſolutè torqueri. Ratio dictorum eſt, quià poteſt dari caſus, quòd re verâ alius ſibi revelaverit illa ſecreta, & tamen in judicio neget, ſe illi revelaſſe; & poſſet iſte negans eſſe verus Reus de aperitione *literarum*; contrà juſtitiam autem eſt, quòd ex ſimplici, licèt juratâ, negatione hujus, talis præſumptio reatus in alium refundatur, ut ad torturam ſufficiat. Requiritur ergò aliud adminiculum, quod roboret præſumptionem, quæ oritur ex locutione de ſecretis, contentis in Epiſtolâ, quam iſte debilitaverat aſſignando alium, à quo illa audivit. Si verò Reus præſumptus ex locutione de ſecretis &c. nullum omninò, à quo audierit, aſſignare valet, poteſt ſubjici torturæ, quià concludentiſſima probatio eſt, quòd illa ſecreta, quæ aliundè ſcire nequivit, didicerit ex Epiſtolâ, quæ fuerit ab eò intercepta.

29 At ſi iſte dicat, Epiſtolam fuiſſe à ſe repertam apertam in loco publico, ut in viâ, Clauſtro &c. Quid juris? Reſpondeo, quòd res multùm eſt anceps, & in quâ Judex magnam debet circumſpectionem habere. Potuit enim inimicus meus intercepiſſe Epiſtolam, & eam apertam in publicum locum projicere, ut cum damno meo ſecreta publicentur, & alius innocens, qui eam invenit, & publicavit, præſumi Reus.

30 Dico igitur, quòd Epiſtola vel continet aliqua, quorum vulgatio evidenter cauſabit grave alterius damnum in famâ, aut bonis &c. vel continet alia, quæ non evidenter eſſe damnificatura apparent, ut potè indifferentia, quàmvis re verâ ſcribens, ſeu alius, ad quem ſcribitur, damnum ex illorum publicatione reportaverit. Pariter ille, qui aſſerit Epiſtolam, à ſe repertam apertam, vel eſt vir alioquin prudens, & cordatus, & in quo non cadat ignorantia damni, quod cauſabitur à vulgatione contentorum in Epiſtolâ, aut eſt homo ſimplex, levis linguoſus, quæ omnia, quæ novit, imprudenter effutit. Itidem vel in eo militant indicia ex inimicitiâ, animoſitate, rivalitate, factione contrariâ &c., ut ex his moveri potuerit ad publicandum, ut damnum alteri inferret, aut non.

31 His præmiſſis, Dico, quòd, ſi grave damnum evidenter conſtat ex publicatione Epiſtolæ eſſe ori-

(32) *Par. p. Tit. Accuſatio. num. 27.*
(33) *Clar. Quæſt. 63. nu. 1.*

Digitized by Google

oriturum; & qui aſſerit eam inveniſſe apertam, & publicavit, ſit vir alioquin prudens &c. quàmvis in eo minimè cadant indicia inimicitiæ &c. nihilominùs non debet evadere reatum aut Epiſtolæ interceptæ, aut ejuſdem divulgatæ. Ratio eſt, quià vel ipſam intercepit; vel clauſam invenit, & aperuit; vel inventam apertam divulgavit. Si primum, eſt evidenter Reus de interceptione. Si ſecundum, nequit evadere reatum de aperitione; tenebatur enim de juſtitiâ eam reddere, cui directa erat tanquàm res ſua, quæ inventa debet reddi domino. Si tertium, debuit ex juſtitiâ illam lacerare, & nemini pandere contenta in eâ. Ratio deducitur à ſimili: nàm ex diſpoſitione juris (34) inventor libelli famoſi, ex eo, quòd continet evidenter grave damnum in famâ alterius, debet ipſum deſtruere, & nulli manifeſtare, alitèr puniendus eſt tanquàm illius Auctor. Si ergò inventor Epiſtolæ apertæ publicat contenta in illâ, quæ evidenter ſunt cauſatura grave alterius damnum, ſit Reus publicationis, & niſi probet contrarium, puniendus eſt tanquàm interceptor Epiſtolæ; aut ſaltem tanquàm is, qui inventam clauſam aperuerit. Et univerſaliter eum, qui legit in Epiſtolâ familiari aliquod, quod ad perniciem alicujus tendat, ſi publicatur, teneri ſub mortali ad ſervandum ſecretum, docet cum alis *Diana*. (35)

32 Si verò non evidenter apparet, grave damnum ex publicatione ſecuturum, de facto tamen ex publicatione ſecutum eſt; & publicans vir alioquin cordatus ſit, in eo tamen cadat animoſitatis, ſeù rivalitatis indicium, non evadit publicans præſumptionem, quòd intercepit, aut aperuerit, & ideò torquendus eſt ad habendam veritatem. Ratio eſt, quià, quàmvis deſit evidentia damni, ſecuturi ex publicatione, adeſt tamen indicium inimicitiæ &c., per quod ſuppletur defectus evidentiæ; & ideò talis, & tanta eſt præſumptio in hoc ſecundo, ſicut in primo caſu; & quemadmòdum in illo indicia ſufficiunt ad torturam, ità ſufficiunt in hoc.

33 Si autem evidentia damni, ſecuturi ex publicatione, intervenit, & revelans habeat diffidium cum eo, qui ex publicatione damnum patitur, quàmvis publicans linguoſus, ac levis ſit, non evadit reatum: quià, quàmvis naturalis, loquacitas poſſit ſuadere publicationem non fuiſſe doloſam, nec eum intercepiſſe, aut aperuiſſe Epiſtolam, tamen evidentia damni ſecuturi ex publicatione, & interventus inimicitiæ, ſuperant contrarium indiciens, quod emergit ex nativâ loquacitate; undè præſumi poteſt in caſu dolus in interceptione, vel aperitione, aut publicatione Epiſtolæ. Quòd, ſi deſit prædicta evidentia, & indicium inimicitiæ; ac publicans ſit alioquin bonus homo, licèt levis, ac loquax, præſumptio doli non intervenit, & ideò non erit locus torturæ.

34 Quid verò juris, ſi inimicus meus, interceptâ meâ Epiſtolâ, reperit in eâ crimen meum occultum, quod nullo modo aliundè probare poteſt, quàm per oſtenſionem Epiſtolæ, illam judicialiter præſentet Prælato?

35 Reſpondeo, quòd Prælatus in conſcientiâ tenetur punire illum, qui Epiſtolam præſentat; fatetur enim inexcuſabiliter crimen interceptionis; & ſi hunc minimè punit, fovet in Religioſâ Republicâ hoc infame vitium litterarum intercipiendarum, ex quo tot turbationes inter Clauſtrales emergunt, & fraterna charitas totaliter perit. Epiſtola autem illa, ſi continet crimen, jàm conſumatum ab ipſo ſcriptore Epiſtolæ, & concludenter, probetur, illam fuiſſe ab eo ſcriptam, habet vim confeſſionis extrajudicialis, quæ ſufficit, ut aliàs (36) dictum eſt, ad eum conſtituendum in examine rigoroſo: nàm talis Epiſtola, recognita ab ipſo prò ſuâ, habet eandem vim, quam haberent duo Teſtes, qui probarent ſe extrajudicialiter jactaſſe de illo crimine, nàm Epiſtola probat ſcripturâ ſuâ crimen; & confeſſio Rei, quòd illam ſcripſerit, probet Epiſtolam. Si autem ſcriptura eſt de crimine, non conſumato, ſed conſumando, ſufficit ad eum interrogandum; ſed nòn ad torquendum, niſi probaretur, eum deveniſſe ad actum proximum, & eſſemus in caſu criminis, in quo ſolus conatus punitur extraordinariè; quod tamen eſt contrà ſuppoſitum factum: nempè, quòd de crimine illo nulla notitia habeatur, quàm per Epiſtolam.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

36 *Pœna aperitionis literarum varianda juxtà caſuum exigentiam.*
37 *Circà pœnas Clericorum de hoc crimine opinio reiicitur.*
38 *Clericus, aperiens alienas literas, tenetur pœnâ falſi.*
*Impugnatur Gloſſa, dicens, deberi privationem Beneficii.*
39 *Pœna Clerici, Rei de hoc crimine, eſt Iudici arbitraria.*
40 *De Regularibus, remiſſivè.*
*Statutum primum prò Minoribus de Obſervantiâ.*
41 *Statutum ſecundum.*
42 *Dubitatio prima, quid ſancitum in Statutis circà aperitionem Epiſtolæ familiaris.*
43 *Differentia inter dicta Statuta.*
*Dictio* per alios *importat cauſam inſtrumentalem, quæ reducitur ad efficientem.*
*Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, tùm in iis, quæ ſunt juris, tùm in iis, quæ ſunt facti tantùm.*
44 *Varij modi delinquendi circà literas Prælatorum.*
45 *Dubitatio ſecunda; quæ ſit malitioſa dilatio aperiendi literas Superiorum.*
46 *Eſt, quandò ob dilationem, tempus irreparabiliter expirat ad damnum tertii.*
*In dilatione aperitionis, quandò interveniat ſimplex inobedientia.*
47 *Dubitatio tertia, quæ ſint pœnæ intercipientium, aut aperientium Epiſtolas Fratrum.*
48 *Statutis deficientibus, recurrendum ad jus commune.*
49 *Pœnâ falſi punitur doloſè aperiens alienas literas ad nocendum.*
50 *Tali pœnâ mulctandus aperiens Epiſtolas familiares Fratrum.*
51 *Difficultas contrà dictam reſolutionem.*
52 *Satisfit difficultati.*
*Major perturbatio in Religioſâ Republicâ eſt ex aperitione Epiſtolarum Fratrum, quàm ex aperitione &c. literarum Superiorum.*

Aaa 2 36 Iàm

(34) *text in l. Unic. C. de Famo. libell.*
(35) *Diana Sum. V. Secretum num. 3. & Par. 3. Tract. 6. Reſol. 55. §. Sed difficultas.*
(36) *Par. p. Tit. Inquiſitio. num. 38. in fin.*

36 JAm in ſuperioribus dictum eſt, quæ crimina contingit committi ab *aperientibus*; *ſurripientibus*; aut *lacerantibus literas*; variantur ſiquidèm delicta, ut diximus, juxtà varietatem perſonarum, quarum *literæ* aperiuntur; pariter ſecundùm diverſitatem finis, quem intendit aperiens. Undè aliquandò evadit crimen *læſæ Maieſtatis*; aliquandò *crimen falſi*; aliquandò *ſtellionatus*; aliquandò parit *actionem iniuriarum*, ut demonſtravimus ſuprà à *num.* 3. *& ſeqq.* Quò ad pœnas igitur nihil determinatum univerſaliter circà hoc crimen aſſignari poteſt, ſed juxtà caſuum exigentiam Reus laicus puniendus eſt pœnis læſæ Maieſtatis, aut falſi, aut ſtellionatus, aut iniuriarum; & cùm de talibus pœnis ſimus locuti, quandò de hujuſmodi delictis ex profeſsò tractavimus, non eſt, undè inutiliter repetamus.

37 Quò ad pœnas Clericorum, qui de hoc crimine ſunt convicti, *Decianus*, allegatâ quâdam Decretali (37) & *Romano*, ac *Gigante*, ait, quòd Clericus, alienas *literas aperiens*, deponitur. Sed tanti Doctoris pace, ex illâ Decretali non poteſt firmari talis concluſio; nàm illa loquitur de falſificantibus *literas*, expeditas à *Papâ*, & in eâ ſancitur, quòd Clericus Curiæ ſæculari tradatur pòſt degradationem; quæ duo non quadrant in caſu, de quo loquimur, nec quò ad culpam, nec quò ad pœnam, quam ſtatuit *Decianus*.

38 Dicendum igitur, quòd, cùm in ſententiâ omnium Canoniſtarum, poſt decantatam *Gloſſam*, (38) *literas aperiens* Clericus falſi teneatur, puniri debeat pœnâ falſi. Verum eſt, quòd citata *Gloſſa* ait, quòd prò tali crimine Clericus privandus eſt Beneficio, & allegat *cap. Olim de Reſcr.* & *cap. Ad audientiam de Crim. falſ.*, ſed ex dictis capitulis non poteſt deduci illa concluſio; ſiquidèm primum capitulum loquitur de eo, qui raſerat literas *Papæ*; quod eſt crimen longè diverſum ab aperiente *literas*; ſecundum verò loquitur de falſificantibus ſigillum Principis, quod pariter diverſum eſt à crimine *aperitionis literarum*.

39 Ex his ergò infertur, quòd pœna Clerici in hoc caſu debet eſſe pœna falſi, arbitraria Judici, qui perpendere debet circumſtantias aggravantes, puta, perſonarum, quarum ſunt *literæ*; damni per aperitionem, aut interceptionem earundem alteri illati; frequentiam delinquendi in hoc Crimine, tùm reſpectu delinquentis ipſius, tùm aliorum, inter quos tale crimen frequens eſt, & tandèm omnia, quæ faciunt ad aggravandum delictum, de quibus aliàs dictum eſt; & hoc modo pœnas prudenter temperando. Unum verò notandum eſt, quòd in omni caſu damnationis de hoc delicto Clericus evadere non debet pœnam infamiæ, quæ conſequitur damnatum de falſo, ut ſuprà dictum fuit.

40 Quò ad Regulares puniendos, ſpectandæ ſunt illorum Conſtitutiones, & juxtà eas moderandæ ſunt pœnæ. Nos *Minores de Obſervantiâ* ſequentia habemus Statuta.

*Primum, Generalium, Provincialium, Principum, & notabilium Perſonarum literas ſive ab ipſis, ſive ad ipſos miſſas intercipientes, impedientes, aut malitiosè retardantes, ipſo facto, actibus legitimis deſtituti ſunt: & hujus pœnæ incapaces, probationis caputium deferant, Generalium, vel Provincialium arbitratu; quibus reſpectivè pœnarum condonatio reſervatur.* (39)

41. 2. *Qui Prælatorum noſtri Ordinis, aut alterius Perſonæ notabilis literas per ſe, vel per alium malitiosè deſtruxerit, impedierit, retinuerit, aperuerit, vel quomodolibet interceperit, ipſo facto, actibus legitimis privatus ſit: & ſi talis pœna ei non competeret, probationis caputium deferat, Superioris arbitrio. Hoc autem intelligatur de literis, tàm ab eis, quàm ad eos ſcriptis; ac etiam de literis, quæ ad eorum Secretarios pertinent: Quibus pœnis ſubiaceant, qui prædictorum literas, ad ipſos miſſas, legere, aut aperire malitiosè diſtulerint: Nec à prædictis pœnis relevari poſſint, niſi per Generalem, vel Provincialem; prout ad eos reſpectivè pertinuerit.* (40)

42 Circà quæ Statuta contingit prima dubitatio, & eſt, quænam circà *literas*, ſivè Epiſtolas familiares in iis ſint ſancita?

43 Reſpondeo, quòd ambo Statuta continent ſubſtantialiter eadem; tamen ſecundum primo eſt clarius, & aliquid plus, quàm habeatur in primo. Nàm primum tangit tantùm *intercipientes*, *aperientes*, *impedientes*, *&c.* nempè auctores principales, qui delinquunt circà literas *Generalium*, *aut Provincialium*; ſecundum verò extenditur ad quoſvis Prælatos Ordinis locales, & etiam ad Secretarios Generalium, aut Provincialium; & ultrà *principales* comprehendit *complices*, eos nempè, qui mandato, ſuaſione, conſilio, aut auxilio prædicta circà *literas* operantur. Dictio enim *per alios* importat cauſam inſtrumentalem, cujus actio reducitur ad efficientem; proindè axioma juris vulgatum *Qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur*, ſic debet accipi, ut propriè, verè, & non per fictionem per ſe facere dicitur, qui per alium facit in iis, quæ ſunt juris, & facti ſimul, vel facti tantùm, ut ex *Vincentio Caroccio* in ſingularibus ſuis docet *Barboſa* (41). Sequitur proindè, quòd qui mandat, ſuadet, conſulit, precatur alterum, ut *literas* prædictorum intercipiat, aperiat &c. tenetur pœnis Statuti iiſdem, quibus obnoxius eſt, qui mandatum, conſilium &c. exequitur.

44 Reſpondeo ſecundò, quòd punitur qui ſupradictas literas *deſtruxerit*, lacerando, comburendo eas, ſeù ità transformando, ut non ampliùs legi queant. Item qui *impedierit* eaſdem, ut tempore debito non poſſint pervenire, & ità ſuo effectu fruſtentur. Pariter qui prædicta *retinuerit* penès ſe conſervando, aut alicubi abſcondendo. Inſuper, qui *aperuerit* quoquomodò, puta, ex malitiâ, aut etiam ex curioſitate doloſâ, ad alteri nocendum. Tandèm, qui *quomodòlibet interceperit*, puta, ut benè explicat *Sanctorus* (42), quocunque modo ſibi arrogaverit jus diſponendi de *literis* Prælatorum.

45 Secunda dubitatio eſt, quomodò intelligenda ſit *malitioſa dilatio* aperendi literas Superioris ad ſe datas, de quâ loquitur ſecundùm Statutum?

46 Re-

(37) *Decian. lib. 7. cap. 17. num. 46. cap. Ad falſariorum. de Crim. falſ. Roman. Conſil. 365 Giga. Tract. de Crim. læſ. maie. Tit. Qualiter, & à qui Quæſt. 10. nu. 13.*

(38) *Gloß. in cap. Cum olim. magiſter. in V. Sigilla. de Offic. Iud. deleg.*

(39] *Text. Tit. Applicatio. §. 20.*

(40) *Stat. Gen. Ord. cap. 7 §. 6. n. 62.*

(41) *Barboſ. Tract. Var. Axioma. 92. n. 1. ſub. fin. & ibi Vincent. Caroc. Singular. 402.*

(42) *Sanctor. de Pæn. cap. 11. Quæſt. 6. V. Quomodolibet. fol. 29.*

Digitized by Google

46 Reſpondeo, quòd intelligenda eſt de illâ, per quam in damnum alterius tempus irreparabiliter expirat. Explico exemplo. Provincialis mittit Guardiano *literas* cum dimiſſoriis prò Clerico, ut ad Sacerdotium, inſtante Ordinationum tempore, vadat. Guardianus, animoſus in Clericum, malitiosè retardat *literas* aperire, donec expiret tempus, idoneum ad Ordinationes; iſte Guardianus committit in Statutum. Moveor, quià, ſi nullum damnum, intentum à taliter retardante in præjudicium alterius, emergit, crimen non eſt, niſi inobedientiæ ſimplicis, aut qualificatæ, aut contumacis juxtà caſuum diverſitatem, cùm delicto appoſitæ ſunt propriæ pœnæ, ut diximus ſuo loco. (43) Incongruum autem eſſet, quòd eidem crimini pœnæ diverſæ non alternativæ eſſent ſancitæ. Exemplum do, Provincialis mittit Seio *literas* obedientiales, in quibus ordinat, ut ipſe de familiâ vadat ad alium Conventum; hic verò, qui egrè ab illo Conventu diſcedit, quià ſcit illas eſſe *literas* obedientiales, non ad alium finem, niſi ut in illo Conventu diutiùs maneat. Profectò in tali retardatione reperitur ſola inobedientia; & inobedientium pœnis debet Seius mulctari. At ſi Seius malum habens animum contrà Superiorem illius Conventus, ad quem deſtinatur, & ſciens eum ratione alicujus ſolemnitatis, aut conſpicui funeralis indigere auxilio Fratrum, dolosè retardat *literas* aperire, ad finem damnificandi illum Superiorem, non ferendo illi auxilium in tempore opportuno, profectò committit contrà hoc Statutum, & pœnis hic ſancitis debet puniri.

47 Tertia dubitatio eſt, quæ nam ſint pœnæ dandæ intercipientibus, aperientibus, aut deſtruentibus *literas* Fratrum privatorum, cùm de illis nihil Statuta noſtra diſponant?

48 Reſpondeo, quòd, deficientibus Statutis, recurrendum eſt ad jus commune; diſponit enim *Textus*, (44) quòd, ubi ipſe deficit in aſſignandis pœnis alicujus criminis, poſſit Judex *ex ſacris Canonibus, & probatis legibus, ac conſuetudinibus, prout ratio ſuaſerit, eligere pœnas.*

49 Jam ſuprà oſtenſum eſt, quòd pœnâ falſi puniendus eſt, qui malo dolo, & ad nocendum, alienas *literas* aperit, & legit; dummodò in *literis* contineatur aliquid, quod poſſit aliis, quorum ſunt *literæ*, præjudicare. Et quàmvis in illis nihil præjudiciale reperiatur, ſi tamen animo nocendi aperiantur, pœnam extraordinariam deberi, diximus ſuprà *num.* 7. 8. & 9.

50 In facti igitur contingentiâ, debent falſariorum pœnis percuti hujus criminis Rei; & quàmvis pœna falſi ſit arbitraria Judici, ità ut gravior, aut levior juxtà facti circumſtantias imponenda ſit; pœna, tamen infamiæ conſequi debet omnes, ac quoſvis, qui de hoc crimine ſententiantur, quàmvis pœna alia afflictiva corporis, aut incorporalis, levis ſit. Ratio eſt, quià omnes falſarii, prout dictum eſt, ſunt infames à jure; ſufficit ergò, quòd aliquis damnetur de falſo, ut infamia incurratur. Undè aperientes *literas*, qui puniri debent pœnis falſariorum, infames de jure ſunt cenſendi.

51 Nec dicendum, hanc eſſe diſpoſitionem incongruam apud Nos, dum ex Statutis ſuprà citatis Rei de apertione *literarum* Prælatorum puniuntur tantùm privatione actuum legitimorum, & ideò pœna aperientis *literas* privatorum (cum iſte minùs grave crimen committat) non debeat eſſe pœna falſi, nec infamiæ, quæ longè gravior eſt deſtitutione actuum legitimorum.

52 Siquidèm, quàmvis ratione dignitatis perſonæ offenſæ graviùs delinquit, qui aperit *literas* Prælati, quàm alterius privati, major tamen evadit, & ſeveriùs vindicanda eſt culpa aperientium *literas* privatorum, & hoc eſt tùm ratione frequentiæ hujus delicti præ illo, tùm ratione perturbationis Religioſæ Reipublicæ, quæ maximè perturbatur ob furta *literarum*. Dæmone malorum omnium ſatore procurante, invectæ ſunt intrà Clauſtra factionum peſtes, & maxima factioſorum induſtria vigilat circà hoc, aut adverſariorum *literæ* intercipiantur ad venanda eorum ſecreta, ut ipſis noceant; quod, quantam perniciem afferat religioſæ charitati, quieti, & paci, nemo non videt; undè irrationabile non eſt, quòd majori pœnâ plectatur, quàm *apertio literarum Prælatorum*, quæ rariùs evenit, nec tantum mali in Religione cauſat.

---

(43) *Tit.* 2. §. *Inobedientia.*
(44) *Tit. Applicatio*: §. 60.



Digitized by Google

## § III.

## Falſificatio monetæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſificatio monetæ, quid ſit.*
*Princeps ſolus poteſt monetam cudere.*
*Aut qui habet facultatem à Principe.*
2 *Quomodò vitietur moneta in materiâ, & quomodò in formâ.*
3 *Hoc crimen continet delictum læſæ Majeſtatis.*
*Juxtà aliquos continet crimen furti, ſi falſa moneta expendatur.*
*Impugnatur talis opinio.*
*Furtum eſt contrectatio rei alienæ, invito domino.*
4 *Falſificatio monetæ, quot modis accidat.*
5 *Modi falſificationis juxtà materiam.*
6 *Falſificatio, quæ fit per occultationem, quomodò intelligenda.*
7 *Falſificatio monetæ per tincturam.*
8 *Opinio, quòd deaurans monetam ad decipiendam meretricem, non delinquit.*
9 *Impugnatur talis opinio.*
*Dolus ſemper præſumitur in facto prohibito per leges.*
10 *Res accepta ob turpem cauſam, poteſt condici.*
*Meretrix non tenetur reſtituere pretium ſuæ proſtitutionis.*
*In foro animæ meretrix, juxtà aliquos peccat recipiendo pretium concubitus.*
*Qui promiſit meretrici pretium concubitus, tenetur illud tradere.*
11 *Tinctura monetarum per tirimpelum.*
*Juxtà quoſdam talis tinctura non eſt punibilis.*
12 *Impugnatur talis ſententia.*
*Princeps, cudi faciens monetam ligæ inferioris, debitè tenetur de falſo.*
13 *Quomodò moneta falſificetur minuendo materiam.*
*Hiſtoria cujuſdam minuentis aurum in monetis.*
14 *Dubium, àn delinquat tollens monetæ id, quod ſuperat ejus juſtum pondus.*
*Opinio affirmans impugnatur.*
15 *Falſificatio monetæ circà formam, quandò accidat.*
16 *Princeps ſolus dat vires, & valorem monetæ.*
*Fabricans monetam in ligâ, & pondere probatam cuneo exteri Principis, extraordinariè tantùm eſt puniendus juxtà aliquos.*
17 *Contrarium probat praxis Curiarum, & hoc rationabiliter.*
18 *Crimen falſæ monetæ, quò ad uſum, quomodò accidat.*
19 *Expendens ſcienter monetam falſam, quandò puniatur extraordinariè, vel ordinariè.*
20 *Retinens monetam, ſcienter falſam, extraordinariè punitur.*
21 *Introducendo monetam falſam in aliquem locum, quomodò, & quandò delinquat.*
22 *Falſificans monetam lædit Principis Majeſtatem, jus Civile, & gentium.*
*Accuſans monetarium falſum, & non probans, quandò teneatur de calumniâ.*
23 *Socius criminis falſæ monetæ probat contrà ſocium.*
*Accuſanti, & ſimpliciter indicanti Reum de hoc crimine, datur premium.*
*Servus etiam libertate donatur.*
*Monetarius poteſt capi à quolibet ſinè mandato Judicis.*
*Condemnatus de hoc crimine non poteſt appellare.*
*Eximens à carcere monetarium, morte damnatur, licèt ſit miles.*
24 *Minores, doli capaces, puniuntur de hoc crimine.*
*Item mulieres, ſi ſint majores 14. & minores 60. annis.*
*Adactæ à maritis ad hoc crimen, quandò, & quomodò puniantur.*

1 F*Alſificatio monetæ crimen eſt, in quo metallum, quod publicâ auctoritate ſignatum, eſt inſtrumentum commercii civilis, vitiatur in materiâ, aut formâ, aut uſu.* Dicitur *metallum publicâ auctoritate ſignatum*, quià ſola publica auctoritas (ſivè reſideat in uno ſolo, ut eſt in regimine *Monarchico*; ſivè in pluribus, ut in *Republicâ Ariſtocraticâ*, aut *Democraticâ*) poteſt monetam cudere, aptam civili commercio; ſiquidèm, (ut ex jure (1) communiter ſentiunt Doctores) Princeps ſolus poteſt monetam cudere; ſivè illi, qui habentes privilegium à Principe fabricandi *monetam*, eam cudunt ejuſdem auctoritate. (2)

2 Dicitur *vitiari in materiâ*, quandò metallum ipſum alteratur aut commixtione alterius metalli ultrà debitam proportionem; aut tincturâ; aut occultatione, ut dicetur inferiùs: aut diminutione debiti ponderis. Dicitur aut *in formâ*, nàm, quàmvis *moneta* cuſa, optima ſit, quò ad materiam, tamen ſi privatus imprimit in eâ formam cuneo adulterino Principis, hoc delictum committit. Dicitur tandem, *aut uſu*, quià ſcienter *monetam falſam*, quàmvis ab alio fabricatam, expendens, hujus criminis fit Reus, ut infrà dicemus.

3 Continet hoc crimen in ſe delictum læſæ Majeſtatis, ut textualiter ait Imperator. (3) Continet etiam crimen falſi, ut dicunt Doctores. (4) Volunt autem *Farinacius*, & *Bonifacius* (5), hoc delictum comprehendere crimen furti, quod tamen limitat *Paſqualigus*, (6) prout eum refert *Raynaldus* (7) ad caſum effectivæ erogationis falſæ monetæ: quod, ſalvâ dictorum Doctorum pace, verum puto; nàm furtum eſt injuſta contrectatio rei alienæ, invito

(1) *text. in cap. unic. Tit. Quæ ſint regalia de Vſib. feud. l. 1. & tot. Tit. C. de Falſ. monet.*
(2) *Roſſental. Peguer. Maſtrill. Farinac. apud Cortiad. Deciſ. 87. nu. 9. Carpzou. Pract. crim. par. p. qu. 43. num. 7.*
(3) *text. l. Si quis nummos. de Falſ. monet.*
(4) *Marſil in l. Qui falſa. num. 19. ff. Ad leg. Corn. de Falſ. Carpzou. Pract. crim. par. p. qu. 32. nu. 12. Conrad. Zahnni. de Mendac. lib. 2. cap. 61. num. 1. ℣. Committitur crim.*
(5) *Farinac. quæſt. 115. num. 79. in fin. Boniſac. de Furt. § 4. num. 53.*
(6) *Paſqualig. Addit. ad Lauret. de Franch. Controv. int. Epi. & Regul. Tit. de Monetar. num. 1387.*
(7) *Raynald. Obſeru. crim. tom. 1. cap. 5. § 1. n. 3. ℣. Quod autem.*

Digitized by Google

vito domino, ut ait Iure Conſultus (8), cudens autem, aut expendens monetam falſam, non contrectat rem alienam, ſed ſuam; undè, cùm non poſſit huic crimini aptari diffinitio furti, nequit ex conſequenti ipſi competere diffinitum.

4 Ampliùs clarificatur ſuprà data diffinitio enarrando modos, quibus committi poteſt hoc crimen. *Laurentus de Franchis* (9) vult, quatuor modis poſſe *monetam* adulterari, nempè *tondendo*, *radendo*, *aquâ forti minuendo*, *& falſo metallo cudendo*. *Raynaldus* (10) extendit vſquè ad ſeptem, nempè *cudendo*, *adulterando*, *reſecando*, *expendendo*, *retinendo*, *introducendo*, *& tingendo*; Sed compendioſiùs procedetur, dicendo, quòd tribus modis genericè delinquitur circà falſam monetam, nempè circà *materiam*, *formam*, & *uſum*, & ſi quis velit aſſignare modos ſpecificos taliter delinquendi, commodè dicere poterit, eos eſſe octo, nempè quatuor circà *materiam*; unum circà *formam*; & tres circà *uſum*.

5 Circà *materiam*, primus modus eſt, ſi auro, argento, vel æri miſceatur ultrà juſtam proportionem aliud metallum; ſivè alia materia inepta. Sciendum enim, quòd nulla prorsùs *moneta* datur, quæ ſit auri, aut argenti puri; ſed aurum, aut argentum miſcetur cum ære, aut aurichalco, juxtà conſuetudinem Principum, ac regionum, & à tali mixturâ deſumitur valor intrinſecus *monetæ*. Si igitur ultrà debitam proportionem commiſceatur auro, aut argento æs: aut ſi minutiſſimis monetis, ut ſunt oboli, qui fiunt ex puro ære, miſceatur vitrum; quantùmvis artifex eſſet ex miniſtris, deputatis à Principe ad cudendam monetam, eſſet *monetarius falſus*, & plectendus à Principe ultimo ſupplicio. (11) Et hoc verum eſt etiam, quandò quis adulteraret tali modo *monetam* Principis exteri; quià, ſi talis *moneta*, quò ad ſpeciem eſt expendibilis in loco, in quo cuditur, artifex non debet evadere mortem, ut optimâ ratione, & pluribus Doctoribus citatis probat *Raynaldus*. (12)

6 Secundus modus eſt, ſi metallum aliud non miſceatur quidèm auro, aut argento, ſed intrà aurum, aut argentum ſubtili artificio occultetur. Solent enim nonnulli monetarii falſi tenui bracteâ aureâ, aut argenteâ plumbum veſtire, & cuneo imprimere formam monetæ, correſpondentem exteriori apparentiæ; & ex *Dionyſio* recitat *Decianus* (13), hujuſmodi monetas cudi feciſſe *Caracallam*; & ſe habuiſſe hujuſmodi numiſmata; & *Padua*, vidiſſe monetam falſam Germanicam, appellatam *Thalerum*, ſimili falſitate fabricatam; & talem modum adulterãdi monetas, à *Cicerone* (14) *Lacunam* vocari affirmat. Modus autem iſte ſicut ſubtilius artificium exquirit, quàm quod per mixtionem fit, ità & difficiliùs dignoſci poteſt monetæ falſitas, non enim juvat eam bilance, aut lydio lapide examinare, ſed ſolâ puncturâ, aut inciſione cognoſci poteſt: hæc autem falſitas pœnâ pari cum præcedente punitur.

7 Tertius modus eſt per *tincturam*, nàm moneta argentea, aut aenea obducto auro, aut argento coloratur, & ait loco citato *Decianus*, (15) quòd hoc adulterium *monetæ* differt à præcedenti in hoc, quòd præcedens vtitur laminâ aureâ, aut argenteâ ad tegendum metallum abſconditum; hoc verò vtitur auro; aut argento amalgamato, & poſt liquato, ut moneta deauretur, aut deargentetur. Falſarii autem *monetarum* per hujuſmodi tincturam capitali pœnâ ultimi ſupplicii afficiuntur; ut cavetur utroque jure, & ſcribunt Doctores. (16)

8 Advertit autem *Raynaldus* (17) cum *Bertazzolo*, *Sarno*, & *Petro Theodorico*, quòd ad hoc, quòd quis puniatur de hoc crimine, requiritur dolus; undè inferunt, quòd inaurans monetas ad decipiendam meretricem non debet puniri: & dicunt etiam, quòd requiratur, quòd *moneta* tincta ſit effectivè expenſa; aliter non ſit locus pœnæ ordinariæ.

9 Has tamen limitationes non eſſe admittendas patet ex hoc, quòd, cùm ſimus in facto, per leges prohibito, dolus ſemper præſumitur in eo, qui contrà legem facit. Et quàmvis *moneta* tincta non ſit actu expenſa, ſi tamen expendibilis apparet, delictum eam falſificandi, jàm conſummatum eſt, & eſt independens ab uſu. Et re verâ ità falſificatur *moneta* duobus primis modis recenſitis, ſicut eâ tingendo, & vice verſâ: Undè ſequitur, quòd, ſi ordinaria pœna non convenit tingenti, niſi *moneta* actu expendatur, idem fieri debeat aliter falſificanti; quod tamen falſum eſt, ut patet ex praxi; ſi enim deprehenditur monetarius cum monetis, ab eo fabricatis, morte punitur, quàmvis illæ actualiter expenſæ non ſint, ſed ſufficit, quòd expendibiles ſint.

10 Neq; admittendum eſt, quod aiunt de *monetâ* tinctâ ad decipiendam meretricem. Siquidèm, quàmvis leges diſponant, quòd res accepta ob turpem cauſam ex parte recipientis poſſit condici, fallit tamen in meretrice, ut ex jure (†) patet; undè & meretricis quæſtum, quàmvis operâ turpi acquiſitum, reſtituere non tenetur, ut communiter cum *Navarro* (18) ſentiunt Theologi; & quàmvis ipſa in foro animæ peccet recipiendo mercedem ſuæ proſtitutionis, ut cum *Medinâ* tenet ibidem *Navarrus*, (19) tamen in foro fori poteſt eam petere, & qui promiſit illi pecuniam prò mercede concubitus, tenetur ſervare promiſſum, ut contrà *Antonium de Butrio*, poſt *Cynum*, & *Petrum* tenet *Abbas*. (20) Sequitur igitur ex his; quòd non licet deauratâ *monetâ* meretricem deludere; undè ità delinquit, qui tali pecuniâ adulterâ inmeretricem decipit, ſicuti ſi alii cuivis prò mercede operis liciti eam dediſſet.

11 Ultrà hæc, adverto circà *tincturam* monetarum, quòd alius modus tingendi monetas vltrà aſſignatum ſuprà *num*. 7. eſt, qui fit quibuſdam aquis, quarum vis eſt ad ſuperficiem monetæ trahere colorem auri, aut argenti in eâ ligati cum alio metallo, quæ aquæ ab *Alchimiſtis* vocantur Italicè *Tirimpelo*. Opinatur autem *Ray-*

*naldus*

(8) *text. in l. 1. §. Furtum. ff. de Furt. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. Furtum init.*

(9) *Lauret. de Franch. controv. int. Epi. & Regul. qu.* 10.

(10) *Raynal. d. cap. 1. §. 1. num. 8.*

(11) *Rayner. de Forliv. in l. Cornelia. num. 1. ff. de Falſ. Marſil. in l. Qui falſam. num. 51. ff. eo. Bald. in l. 1. C. de Falſ. monet. Menoch. Add. ad Vinc. de Franc. deciſ. 401. n. 1. & Farinac. apud Raynal. loc. cit. n. 10.*

(12) *Raynal. loc. cit. n. 12. V. Non tamen & ibi. Afflict. Iodoch. Farinac Capyc. Latr. Azeved. Maſtril. Menoch. Cabedo.*

(13) *Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 23. num. 18.*

(14) *Cicer. ad Attic. lib. 12. Epi. 4.*

(15) *Decian. loc. cit. num. 14.*

(16) *text. in l. Quicumque. ff. de Falſ. Gloſſ. in cap. Quanto in V. Defraudata ubi Hoſtien. num. 9. Abb. n. 5. Butr. nu. 15. de Jureiur. Cuman. Afflict. Hippolit. apud Decian. loc. c.*

(17) *Raynal. Tom. 1. cap. 5. §. 1. num. 30. & ibi Bertazzol. conſ. crim. 56 Sarno Pract. crim. tit. de diverſ. delict. nu. 26. Theodoric. de crim. falſ. cap. 59. num. 28.*

(†) *text. in l. 4. §. Sed & quid meretri. i. ff. de Condict. ob turp. cauſ.*

(18) *Navar. Manual. cap. 17. num. 34. V. Dico quarto*

(19) *Medin. Codic. de Reſtitut. qu. 20. Navar. loc. cit. num. 38. Raynal. tom. 2. cap. 29. §. 1. num. 10.*

(20) *Abb. in cap. Quia plerique num. 14. de Immuni. Eccl. & ibi Cyn. in l. Cum te. C. de Condi. ob turp. cau.*

Digitized by Google

*naldus* poſt *Ioannem Baptiſtam Gargiaream*, (21) hoc modo tingentem *monetam* non eſſe punibilem, quià non imponit monetæ colorem fucatum, & falſum, ſed ſecundùm ligam trahit.

12 Talem autem opinionem non eſſe tenendam patet ex hoc, quòd, ſi moneta juſtam proportionem auri, aut argenti habet ex ſe in ſuâ ſuperficie oſtendit illorum colorem, nec opus eſt *Tirimpelo*, niſi quandò in ligâ deeſt proportionata valori monetæ quantitas talium metallorum. Sequitur igitur, quòd vſus *Tirimpeli* neceſſarius eſt, quandò moneta deficit in bonitate ligæ, & tunc adulterina eſt. Si quis igitur vtitur *Tirimpelo* hoc facit ad oſtendendum, quòd in monetâ plus auri, aut argenti ineſt illo, quod in ligâ eſt; & hoc modo decipit monetam recipientes, & in crimen falſi circà illam incidit. Profectò vtens *Tirimpelo* novit, monetam in bonitate deficere, & ſic falſam eſſe, (ad quid enim eo uteretur, ſi eam legitimam agnoſceret?) igitur, ſi taliter colorando facit, ut, quæ eſt adulterina, appareat legitima, illius falſitati cooperatur, & ſic puniendus eſt. Nec relevatur ex hoc, quod moneta illa ſit fabricata à Principe extero; quià, ſi eſt ligæ inferioris debito, Princeps ille delinquit crimine falſi, vt ſcribit *Paſqual.* (22) qui à populum decipit, & decipere facit exteros, ad quos talis moneta traditur, & non minùs delinquit, quàm monetarius falſus, circà materiam; & hoc modo tingens *Tirimpelo* talem monetam, (quæ fortè abſquè illo artificio non expenderetur) vt eam expendat communicat in crimine falſi, & puniendus eſt, non quidèm tantâ pœnâ, ſicut, qui tingit monetam modo dato ſuprà *num.* 7., ſed minori; quià in eâ non inducit colorem, omninò ab eo extraneum, nec tantùm lædit Rempublicam, ùt fit tingendo dicto modo.

13 Quartus modus falſificandi monetam, quò ad materiam, eſt minuendo ipſius debitam quantitatem, quod quidèm pluribus viis fit, nempè tondendo forficibus; abradendo limâ; & eam tornando, qui modi ſunt tonſatoribus monetarum communes. Sed eſt & alius modus ſecretior, in quo quibuſdam aquis (fortè regiâ, quæ ſolvit aurum, aut forti, quæ argentum) integrâ manente monetarum formâ, aurum, aut argentum ab ipſis emungunt falſarii; ità ut moneta, quò ad exteriorem apparentiam, apparet integra; ſed, ſi bilance examinetur, deprehenditur defectiva in pondere. Hujus artificioſæ fraudis meminit *Decianus*, (23) qui citat multos, & refert *Budæum* ſcribentem, ſuo tempore extitiſſe Pariis quendam, qui tali arte magnum queſtum fecit. Ego quoque novi Papiæ quendam, qui ſimili falſitate aurum à monetis ſurripiebat; expòſt miro quodam arcano reſtituebat, abſquè alicujus metalli additamento monetis priſtinum pondus, quod tamen durabat in ſuo eſſe per unum, aut alterum diem; exindè ſenſim decreſcebat, & intrà menſem totaliter expirabat, manente monetâ cum defectu ponderis auri ſurrepti. Iſte, dato pignore, à mercatoribus mutuò accipiebat nummos aureos, & poſt quindecim dies reſtituebat juſtos ad fucatum pondus. Sed deprenſo à Mercatoribus, qui nummos reſtitutos repoſuerant, poſt aliquod tempus damno, accuſatus fuit Reus, ſed iſte fugit Venetias, & juſtiam eluſit; qui tamen pœnis tondentium monetas debebat ſubdi; nàm ſubſtantiale hujus delicti eſt, quòd ponderi juſto monetæ detrahitur; quòd verò hoc fiat forfice, limâ, torno, aut aquis, merè accidentale eſt.

14 Dubium porrò eſt, àn delinquat hoc crimine, qui monetas ponderis excedentis, (Italicè *trabuccanti*) tondet, minuendo earum exceſſum, ac reducendo ad juſtum pondus? Nonnulli Doctores, dati à *Paſqualigo* (24) tenent affirmativè, & fundant ſe in quâdam lege *Codicis Theodoſiani* (25) in quâ vetatur ſub pœnâ mortis in monetis *menſuram circuli exterioris incidere, ſeu abradere*. Verùm plauſibilior eſt contraria ſententia, quam cum aliis (26) ſuſtinet loco citato *Paſqualigus*; tùm quià multæ monetæ (ut ſunt aurei, ac argentei Hiſpanici) circulum non habent: tùm quià in dictâ lege vetatur corrumpere circulum exteriorem, qui poteſt ſervari, quandò monetæ abraditur tantùm id, quod circulum excedit, tùm quià tali caſu non damnificatur moneta nec in materiâ, nec in formâ, nec in eâ committitur crimen falſi: tùm quià mens Principum tantùm eſt, quòd eorum monetæ non alterentur vel ſecundùm qualitatem, vel ſecundùm juſtum pondus, à ſe præſcriptum; in caſu autem, nullum iſtorum intervenit: proindè nec crimen intercidit.

15 Circà formam autem monetarum delinquitur hoc crimine, quandò quis non habens legitimam facultatem à Principe, cudit monetam, quàmvis ſit bonæ ligæ, & juſti ponderis, & hic non debet evadere pœnam ultimi ſupplicii iuxtà quandam *Gloſſam*, (27) quam ſequuntur communiter Doctores. Et quàmvis moneta cuſſa non ſit Imperatoris, aut *Papæ*, ſi tamen ſit alicuius Civitatis, aut alterius Domini, qui in ſuo Territorio habeat jura Imperialia, idem crimen committitur, ut ſcribũt Doctores. (28)

16 Ratio dictorum eſt, quià cudens abſquè legitimâ facultate monetas, ſibi uſurpat jus Principis, cujus eſt dare vires, & valorem nummis, ut habetur ex Textu. (29) Undè taliter uſurpans jura ſpecialia ſui Principis, committit crimen læſæ Majeſtatis. Ex hoc fundamento poſſet ſequi, quòd, qui cuderet monetas bonas in ligâ, & pondere cum imagine Principis exteri, non delinqueret, quià nec committeret in Majeſtatem; nec Rempublicam damnificaret, & in hanc ſententiam iuerunt multi, (30) qui tenent, quòd tali caſu pœna mortis non habeat locum, ſed alia extraordinaria.

17 Verùm talem ſententiam non eſſe ſuſtentabilem demonſtrat praxis omnium Curiarum, qui morti tradunt quoſvis monetarios, quàmvis cudant pecuniam cum imagine Principis, exteri à loco, in quo delinquunt. Quàmvis enim non committant in Majeſtatem, nec Rempublicam lædant ſi fabricent monetam, in materiâ probatam, & in pondere juſtam, tamen delinquunt circà illam crimine falſi quià realiter utuntur cuneo, ſivè ſigillo falſo, undè moneta taliter impreſſa evadit falſa; Imperator autem imponens pœnam mortis, Monetariis, loquitur in genere de fabricantibus *monetam aduletrinam*, ut habet Textus, (31) talis autem evadit, ſi peccat in forma

(21] *Raynal. Tom. p. cap. 5. §. 1. num. 32. & ibi Gargiarea: Milis. deciſ. p. num. 53.*

(22) *Paſqualig. Add. ad Lauret. de Franch. Controv. int. Epi. & Regul. Tit. de Monetar. num. 1301.*

(23] *Decian. lib. 7. cap 23. num. 15. & ibi Budæ. lib. 3. de Aſſe. Bart. in l. lege Cornelia. init. ff. de Falſ. Io. de Platea. in l. ult. C. de Vet. num. pot. num. 3. & Afflict.*

(24) *Menoch. Tuſc. Budæ. Farinac. Boter. Schoner. Kithzel. Navarr. Llamas Lezana. apud Paſqualig. loc. ſup. cit. nu. 1335.*

(25) *Codex Theodoſian. lib. 9. tit. 22.*

(26) *Marſil. in l. Qui falſam. nu. 100. ff. de Falſ. Alciat. Reſp. 461. Decian. lib 7. cap. 27. nu. 11 Angel. Summ. V. Falſarius. num. 9. apud Paſqual. loc. cit. num. 1336. & ſeqq.*

(27) *Gloſſ. in l. 2. C. de Falſ. monet.*

(28) *Cabal. crim. reſolut. 27. num. 3. Menoch. de Arbitr. Caſ. 316. num. 27. & ſeqq. Farinac. qu. 115. num. 69. Raynal. tom. p. cap. 5. § 1. num. 9.*

(29) *text. in l. 1. ff. de Contra: empt.*

(30) *Decian. Tract. crim. l. 7. cap. 27. num. 3. & ibi Cuman. Alex. Hipolit. & Afflict.*

(31) *text. in l. 1. in princip. C. de Falſ. monet.*

mâ per falſum ſigillum, ſicut ſi peccat in materiâ per falſam ligam, aut pondus: concluditur proindè, quòd pœna mortis taliter debeatur.

18 Circà uſum falſæ pecuniæ, tribus etiam modis delinquitur. Primus modus eſt, eam expendendo. Poteſt autem contingere hoc cum ignorantiâ, aut cum ſcientiâ falſitatis. Si primum; nullum eſt delictum, ſiquidèm abeſt dolus, ſinè quo delictum non eſt. Si ſecundum, poteſt adhuc dupliciter contingere, nempè quandò ſcientia falſitatis eſt abſquè participatione in eâ, ut quandò quis, non advertens, ab alio recipit numum falſum, exindè cognitâ ejus falſitate, in alium erogat. Et quandò ſcientia unitur complicitati, ſcilicet quandò monetarii habent miniſtrum conſcium fabricationis *falſæ monetæ*, qui eam expendit.

19 In primo caſu, expendens incurrit tantùm pœnâ extraordinariam, ut concordes volunt quindecim Doctores, cumulati per *Raynaldum* (31) Tenetur enim quidèm nõ expendere, nè proximum damnificet; ſed totaliter deſtruere, ſi materia monetæ eſſet omninò falſa, ut ſi eſſet plumbea, aut ſtamnea; vel deberet deferre ad fabricatores publicæ monetæ, ſi eſſet ligæ inferioris: non tamen participat in delicto falſæ fabricationis. In ſecundo, particeps eſt ejuſdem criminis; ſi quidèm monetarii talem inutiliter non cuderent, niſi haberent, per quem illam poſſent expendere. Et tali caſu eâdẽ preciſè pœnâ punitur, qui expendit, ſicut, qui cudit *monetam falſam*, ut docet *Farinacius*. (32)

20 Secũdus modus eſt, retinendo monetam, quam quis ſcit eſſe falſam; & hoc quidèm delictum eſt, quod tamen non importat pœnam, niſi extraordinariam. (33) Retinẽdo enim, preſumitur, quòd eam voluerit expendere, & ſic puniendus venit, ſicut expẽdens. Quòd, ſi retineat abſquè ſciẽtiâ falſitatis, ſicut non delinquit, ità nec pœnam meretur.

21 Tertius modus eſt, introducendo. Hic etiam modus eandem requirit diſtinctionem, ſicut de expendente dictũ eſt, Nàm, ſi aliquis introducit monetam, quam ignorat eſſe falſam, non meretur pẹnam, ſiquidèm ignorãtia facit, quod neque etiam committat culpam. Si autem ſcit eam eſſe falſam, & ab alio inadvertenter illam accepit, & poſtmodùm, detectâ falſitate, introducit in locum, in quo expẽdere eam intẽdit, quià fortè in loco, ubi eam recepit, expendibilis nõ eſt, tenetur pœnâ extraordinariâ, ut dictum eſt ſuprà de expendente. Si autem introducit acceptam à monetariis, quorum eſt miniſter, & particeps criminis eâdem pœnâ cum ipſis eſt puniendus, ut de complicibus hujus criminis ſanxit Imperator. (34)

22 Atrociſſimum hoc crimen falſæ monetæ eſt, non ſolùm, quià, ut ait Imperator *Conſtantinus* (35), eſt delictũ Majeſtatis læſæ, ſed etiam, quià qui hoc admittit, lædit nõ tantùm jus Civile, ſed etiam jus gentium, quo jure fuit inventa pecunia, ut declarant *Bartolus, Albericus, Angelus, & Jaſon.* (36) Proindè multa habet ſpecialia; nàm in hoc crimine accuſator, ſi nõ probat, non punitur de calumniâ, ut ex Textu probat quædam *Gloſſa* (37), quod tamen intelligendum eſt, niſi accuſatus probaret in accuſatore concludenter calumniam, aliter ſterneretur perverſis hominibus via contrà quemlibet, impunè malignandi.

23 Pariter ſocius criminis poteſt ſocium accuſare, & eſſe cõtrà eum Teſtis, & immunitatem ex accuſatione reportare ut pluribus probat *Decianus* (38) Itidèm non ſolùm accuſati, ſed etiam ſimpliciter indicanti Reum hujus criminis præmiũ datur: nàm ſi indicans fuerit Servus, libertate donatur, & Civitate; & illius pretium ſolvẽdum eſt Domino ex pecuniâ fiſcali (39) Si autem indicans eſt liber, conſequitur præmium, dandum arbitrio Judicis (40). Pariter monetarii capi poſſunt à quolibet ſinè juſſu Judicis, (41) & ſi cõvincuntur, & condemnãtur de tali crimine, appellare non poſſunt, (42) ſed tantùm habere recurſum ad Principem; & tandèm eximens carceratum prò *falſâ monetâ*, vel curans, ut fugiat, capite punitur, etiam ſi ſit miles, quod tamen in eximentibus carceratos prò aliis criminibus nõ eſſet; (43) & hæc in abhominationem hujus delicti.

24 In hoc crimine puniuntur etiam minores, ſi tamẽ ſint doli capaces, & puberes, mitiùs tamẽ, quàm majores, ut pluribus citatis, ſcribit *Raynaldus*. (44) Mulieres autem, ſi ſint majores quatuordecim, & minores ſexagintâ annis, & principales in Delicto afficiuntur ultimo ſupplicio, ut firmant *Giurba*, & *Navarrus*. (45) Si ſint auxiliatrices ſpontaneæ, eâdem pœnâ puniuntur: ſi autem coactè cooperatæ ſunt, puta, metu reverentiali, aut mandato, expreſſo viri, tunc nullatenùs puniuntur, juxtà predictos (46); Sed juxtà alios, cumulatos per *Raynaldum* (47), puniendæ ſunt extrà ordinem.

## Probatio.

### SUMMARIUM.

25 *In hoc crimine debet conſtare in judicio de corpore delicti.*
26 *Opinio, quòd non conſtet de corpore delicti, niſi moneta falſa ſtatuatur in judicio.*
*Nec etiam, ſi Reus confiteatur delictum.*
27 *Impugnatur dicta opinio.*
*Corpus delicti probatur Teſtibus, ſi aliundè probari nequit.*
28 *Judicium peritorum quandò ſit neceſſarium in hoc crimine.*
29 *Confirmatur impugnatio dictæ opinionis.*
30 *Cõcludenter corpus delicti falſæ monetæ poteſt probari per Teſtes.*
31 *Hoc crimen eſt difficilis probationis.*
*Cautela adhibenda à Judice circà recognitionem falſæ monetæ.*
32 *Moneta falſa, inventa apud aliquem, quandò faciat præſumptionem contrà eum.*
33 *Quandò ex falſa moneta inventa non oriatur præſumptio contrà eam habentem.*
34 *Crimen in expendente falſam monetam quomodò probetur.*
*Ignorantia invincibilis excludit dolum.*
*Ignorantia affectata non excuſat.*
*Juramentum de ignorantia non relevat, quandò militant contrariæ conjecturæ.*
35 *Quòd judicium faciant inſtrumenta ad cudendam monetam.*

25 CIrcà probationem hujus criminis, volunt communiter Doctores, quòd antè omnia, conſtare debeat de corpore delicti, cùm ſigna *monetæ falſæ* ſint permanentia, undè deducunt concluſionem, quòd confitens, ſe *falſam monetam* fabricaſſe, minimè poſſit condemnari, niſi de eâ appareat evidenter; ut cum multis, firmat *Lauretus de Franchis*. (48)

26 Volunt ſecundò Doctores, quòd non conſtabit de corpore delicti, niſi moneta, preſentata in judicio, cognoſca-



(31) *Raynal. Tom. p. cap. 5. ſſ. 1. n. 17.*
(32) *Farinac. Quæſt. 115. n. 117. 127. & 128.*
(33) *Iacob. de Belvis. Pract. crim. lib. p. cap. 8. V. Falſarium num. 16. Farinac. d. Quæſt. 115. n. 118.*
(34) *text. in l. p. C. de Falſ. monet.*
(35) *text. in l. Si quis nummos. C. de Falſ. monet.*
(36) *Bart. in l. p. ff. de Contr. empt. Alberic. Angel. & Jaſon in l. Ex hoc jure n. 22. ff. de Juſt. & jur.*
(37) *Gloſ. in l. 1. in V. Immunitatem. C. de Falſ. monet.*
(38) *Decian. lib. 7. cap. 24. n. 7. & n. 9.*
(39) *l. 2. C. qui ex cau. Serv. pro præm. lib. acci.*
(40) *text. in l. Si quis nummoſ. C. de Falſ. monet.*
(41) *arg. text. in l. 1. C. de Falſ. monet. ubi Salycet. Specul. Tit. de Accu. ſſ. 1. V. Hoc tamen Hippol. in l. Qui falſam. n. 69. & 109. ff. de Falſ.*
(42) *Carrer. Pract. crim. init. n. 94. Angel. Auguſt. de Arim. Afflict. apud. Decian. lib. 7. cap. 24. n. 13.*
(43) *l. 1. ubi Bald. & Salycet. C. de Falſ. monet.*
(44) *Raynal. To. p. c. 5. ſſ. 1. n. 66. & ibi Menoc. Vitalin. Cortiad. Cabal. Guazz. Thor.*
(45) *Giurb. Conſ. crim. 85. n. 20. Novar. Pragmat. de Moneta. Collect. 3. n. 2. 10. 11.*
(46) *Giurb. loc. cit. n. 20. Novar. ib. n. 24. & 25.*
(47) *Gomez. Faber. Farin. Laganar. Maſtril. Revit. Maſſin. Merlin Pignatel. apud Raynal. loc. cit. n. 69.*
(48) *Lauret. de Franc. Controv. int. Epi. & Regul. Tit. de Monetar. nu. 1259. & ibi Cæphal. Brun. à Sol. Modern. Roman. Burſ. Honded. Marſil. & Decian.*

Digitized by Google

ſcatur,& judicetur à Peritis in arte quò ad ligam, pondus, & cuneum, quo fuit impreſſa;& dant rationem, quià Reus, nec Teſtes non debêt judicare, nec poſſunt affirmare, àn pecunia ſit adulterina;ſed hoc remittitur ad Peritos. (49) Ex iſtâ porrò poſitione deducitur, quòd, ſi quis accuſetur de monetâ falsâ,& per unũ Teſtem de viſu (juxtà Deciani(50) doctrinam)contrà eum deponatur, ſufficienter ad torturam Rei, quàmvis iſte confiteatur delictum, non tamen poſſit ordinariè puniri, niſi ſtatuatur, & examinetur à Peritis judicialiter moneta fabricata.

27 Hæc doctrina dura mihi viſa ſemper fuit ob multa. Nàm firma Criminaliſtarum concluſio eſt, quòd ubi datur impoſſibilitas probandi corpus delicti, facti permanẽtis per ocularem inſpectionem, tunc ex Teſtibus de viſu ſuppletur, aut indiciis, ac conjecturis probatur, (51) dari autem caſus poteſt, quòd monetarius pecuniam fabricaverit,& longè extrà locum delicti expendendam miſerit; ſivè occultaverit, ſuo tempore proferendam. Tali caſu impoſſibile eſt, pecuniam examinari poſſe per Peritos: juxtà igitur datam ſuprà concluſionem nõ poſſet Reus, aut per Teſtes convictus, aut crimen confeſſus, condemnari; quod eſt abſurdum.

28 Siquidèm judicium Peritorum tunc eſt in judicio adhibendum, quandò corpus delicti dubium eſt,& evidenter non apparet ſcelerè commiſſum; ſed ſuperfluum eſt judicium Periti, ſi ſcelus ex oculari inſpectione appareret, ridendus proindè eſset Judex, qui adhiberet judicium Periti ad ſciendum, àn ex vulnere obiiſſet ille, cujus cadaver appareret truncato capite. Et in ſpecie de falsâ monetâ adhibendos eſſe Peritos tunc, quãdò dubiũ eſt de illius falſitate, docet *Decianus*. (52) Si igitur per Teſtes legitimos, aut per Rei confeſſionem conſtet, quòd ipſe miſcuerit æs auro, aut argẽto, pecuniam cuderit, aut tinxerit, aut totonderit, nullum dubium eſt de falſitate, aut de crimine, dolosè commiſſo; igitur ſuperflua tali caſu eſt viſitatio, & judicium Peritorum.

29 Pariter diximus ſuprà *n.* 15. cum communi opinione Doctorũ, hoc crimine delinquere illum etiam, qui adulterino ſigillo Principis monetam cuderet, quàmvis probatã in ligâ,& juſtam in pondere; quid ergò poterũt tali caſu Periti judicare, niſi monetam eſſe legitimam, ſi etiam falſus cuneus(ut faciliter fit) non ſit in formâ diſſimilis à cuneo Principis? Tali ergò caſu, cùm Periti judicent, nullum eſſe corpus delicti, nullus erit delinquens;& hoc modo verus monetarius falſus erit pronunciandus non delinquens, quià corpus delicti Peritis non liquet. Et quis concedet hæc?

30 Dico igitur, quòd, ſi per Teſtes conteſtes integros, aut per Rei confeſſionem ratificatam, ut debetur, conſtet monetam fuiſſe ab eo fabricatam, tonſam, tinctam &c. Quãtùmvis, poſt adhibitam diligentiam, ipſa non poſſit haberi, ut in judicio ſiſtatur, Reus non debet ordinariam pœnam effugere. Nàm Doctores, qui volunt, neceſſariam eſſe viſitationem, ac judicium Peritorum, intelligendi ſunt, caſu, quo res dubia circà falſitatẽ ſit,& pecunia cuſa poſſit haberi.

31 Deficientibus autem Teſtibus de fabricatione de viſu, cùm hoc crimen ſit difficilis probationis,(53) probatur indiciis, ac præſumptionibus, quarum prima deſumitur à monetâ ipsâ. Si ergò hæc apud aliquem deprehendatur, debet Judex antè omnia adhibere judicium Peritorum, ac faciendum conſtare de ipſius falſitate:& optima eſt cautela, quàm tradit *Raynaldus*(54) nempè, quòd Notarius, quandò *moneta* ſuſpicatur *falſa*, ac invenitur penès aliquem, illam deſcribat per ſigna,& contraſigna, cum tali, aut tali imagine Principis, ſivè alterius, & inſcriptione impreſsâ;& hoc in præſentiâ Teſtium, qui debent ſtatim examinari, ut deponere poſſint de monetâ repertâ,& ejus ſignis, quorum recordatio poſſet excidere mente, ſi ad aliud tempus examen differretur. Mox moneta illa in chartâ, aut thecâ, ſivè ſacculo ſigilletur ſigillo Judicis coràm iiſdem Teſtibus, ut quãdò opus fuerit, coràm iiſdem diſſigilletur,& formiter ab illis recognoſcatur:& hoc ad effectum, nè Reus valeat dicere, monetam, de quâ in proceſſu, non eſſe illammet, quæ fuit apud eum reperta, quòd grave præjudicium poſſet afferre Fiſco, ut ipſe firmat ex *Burſatto, Matthæo*,& *Valẽzuelâ*(55)

32 Conſtito per Peritos, *monetam* eſse *falſam*, attendenda eſt qualitas perſonæ, apud quam illa reperta eſt; ſi enim ſit honeſtæ conditionis, & famæ, monetæ ſint in parvo numero;& deſint alia indicia, puta, quòd non videntur novæ, ſed ex uſu attritæ; & læves &c. illæ non faciunt indicium, ſufficiens ad torturam, in ordine ad dandum illi reatum, præſumptum de fabricatione. Quòd, ſi monetæ ſint in magnâ quantitate; novæ;& ille non aſſignet, à quo habuerit, cùm non ſit probabile, quòd tot monetæ falſæ ad ejus manus pervenerint, oritur legitima præſumptio, quòd ille earum fuerit artifex; ut ſcribit Paſqualigus (56), undè poteſt torqueri; ſicut etiam, ſi monetæ ſint in parvo numero, vigeant tamen contrà illum urgentià indicia, ut dicit idem ibidèm. Quòd, ſi eas reconditas in arcâ, & eò maximè, ſi ſeparatas ab aliis, conſervet, quàmvis deſint indicia, ob quæ poſſit præſumi eas fabricaſſe, præſumptio tamen eſt, quòd, cognoverit eas eſse falſas, & animum habuiſse, illas expendendi; proindè non poterit evadere Reatum præſumptum de erogatione. Ad quid enim, eas ſeparatas ab aliis tenebat? Quarè non detulit ad publicam officinam monetariam? Convincitur ergò in eo tùm ſcientia falſitatis, tùm animus illas expendendi.

33 Quòd, ſi reperiantur apud virum bonæ famæ multæ *monetæ falſæ*, & eò maximè, ſi ſint diverſarum ſpecierum, factæ ab eo, inhabiles ad uſum per inciſionem, tunſionem mallei, aut alio modo, non eſt contrà eum præſumptio fabricationis, aut uſus, ut cum *Afflicto* firmat *Decianus*. (57) Nàm talis inciſio, per quam inhabilitatur moneta ad uſum, declarat abfuiſſe animum, eam expendendi, & proindè, quòd eam non fabricavit, liquet; ſiquidèm finis fabricationis eſt uſus monetæ.

34 Ad probandum autem crimen *falſæ monetæ*, in eam expendente, neceſſarium eſt, quòd probatur in expendente malus dolus, ut habet Textus, (85) nempè, quòd ſciens ejus falſitatem, ipſam nihilominùs expendere voluerit. Ignorantia quidèm invincibilis excludit dolum (59); ignorantia autem affectata, aut craſſa non excuſat. (60) Probatur quidèm ignorantia falſitatis per juramentum expendentis; ſed ſi contrà eum ſtant conjecturæ, quæ arguant ſcientiam, tale juramentum non relevat, ut ait *Hippolytus* (61), Putat autem *Decianus* (62), excuſari eum, qui falſam

mone-

(49) *Raynal. Tom. 1. cap. 5. §. 1. n. 36.*

(50) *Decian. lib. 7. cap. 26. n. 4.*

(51) *Boſſ. Tit. de Delict. num. 20. Clar. Quæſt. 66. init. Pelyn. in cap. Venien. il 1. num. 15. de Teſt. Gram. Conſ. crim. 3. n. 6. Cæpol. Farinac. Conſ. 189. n. 6. lib. 2.*

(52) *Decian. loc. cit. n. 7.*

(53) *Lauret. de Franch. Tit. de Monetar. Quæſt. 3. n. 1255.*

(54) *Raynal. Tom. 1. cap. 5. §. 1. nu. 37.*

(55) *Burſat. Conſ. 166. num. 11. Matth. Controv. 47. nu. 35. & 42. Valenzuel. Conſ. 77. n. 45.*

(56) *Paſqualig. ad Lauret. de Franc. Tit. de Monetar. nu. 1262.*

(57) *Afflict. in Conſt. Adulterinam §. Si quis campſor. n. 4. Decian. lib. 7. cap. 27. n. 14.*

(58) *text. in l. lege Corneliæ. §. Eadem. ff. Ad leg. Corn. de Falſ. arg. l. 1. §. Domus. C. de Falſ. monet.*

(59) *arg l. Si ignorans. ff. locat.*

(60) *Decian. lib. 7. cap. 25. nu. 7.*

(61) *Hippolyt. in l. Qui falſam. n. 96. & 100. ff. de Falſ.*

(62) *Decian. loc. cit. n. 15.*

Digitized by Google

monetam expendendo, dicit accipienti, *ſi non poteris expendere, reſtituas, quià bonam tradam*, & dat rationem, quià non dicitur perfectè expendiſſe, cùm pendeat à futuro eventu. Puto tamen contrarium verius eſſe; nàm ideò talia verba dixit, quià dubium habebat de falſitate monetæ, undè tenebatur eam peritis oſtendere; & deprehensâ falſitate, non debebat expendere; & ipſe, quantùm eſt ex ſe, eam expendit, alteri tradendo; & in traditione complectur expenſio; reſtitutio autem monetæ expenſæ, non tollit, quin expenſio ſequuta non fuerit.

35 Aliud indicium de fabricatione, aut tonſione monetarum faciunt inſtrumenta, apta ad illa delicta. Communis autem concluſio Doctorum eſt, quam tradit *Laurentus de Franchis* cum *Paſqualigo* (63), quòd talia reperta apud virum bonæ famæ (notabilis tamen, & non vulgaris; ut optimè *Decianus* (64) advertit) non faciunt indicium ad torturam; & eò maximè, ſi illa inſtrumenta apparent antiqua, rubiginoſa &c. & cunei non ſunt imaginis monetæ, quæ in uſu ſit. Sed ſi homo malâ famâ laboret, & alia adminicula interveniant, nempè quòd inſtrumenta appareant de recenti in uſu poſita; cunei ſint monetæ currentis; caminus fuſorius, cum folle, crucibulis &c. adornatus ſit; & eò maximè ſi reperiantur etiam monetæ cuneis correſpondentes, viget violentiſſima præſumptio contrà talia habentem, ob quam poteſt acerrimè torqueri. Evadit autem urgentior præſumptio, ſi unus tantùm habitat in illâ domo, ità ut alius non ſit, qui potuerit illis eſſe uſus, arguitur enim ex hâc circumſtantiâ ſaltèm participatio illius in fabricatione monetæ; & participatio, aut ſaltem ſcientia, & tolerantia præſumitur in domino domus, plures habentis habitatores, in quâ talia inſtrumēta, & caminus reperiuntur in loco tali domus, ut non potuerit ea ignoraſſe. Quòd, ſi illa omnia reperta ſunt in Camerâ, quam dominus domus locaverat alteri, & ad eam ille accedere non poterat, quià ejus habitator illam clauſam tenebat; & dominus domus eſt vir bonæ famæ, contrà eum non exurgit præſumptio ex inſtrumentis, in ejus domo repertis. Et quod dicitur de inſtrumentis ad fabricandum, idem dicendum eſt de aptis ad tondendum, tingendum &c.

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

36 *Pœnæ fabricantis monetam falſam.*
*Complices in hoc crimine æquè puniuntur, ac principales.*
*Iuxtà quoſdam pœnæ extenduntur ad conſcios non revelantes.*
*Et etiam ad eos, qui poſſunt illud crimen impedire, & non impediunt.*
*Domus, in qua cuditur falſa moneta, quandò auferatur à fiſco.*
*Oportet tamē, quòd fiſcus probet ſcientiā illius criminis in domino domus.*
37 *Conſcius talis criminis quomodò, & quandò denunciare teneatur.*
38 *Cudens monetam Principis, agnoſcentis Superiorem, non comburitur.*
39 *Fabricās monetā argenteam falsā, minùs punitur, quàm falſificās aureā.*
40 *Pœna tondentis monetas.*
41 *Pœnæ expendentis monetam falſam, quæ, & quandò debeantur.*
42 *Circà tales pœnas ſervanda ſunt Statuta locorum.*
*Pœnæ in Statu Mediolanenſi contrà cudentes, aut tondentes monetas.*
43 *Conſtitutio Vrbani Octavi contrà Monetarios.*
*B. Pius V. extēdit pęnas fabricātiū monetas aureas, ad fabricātes argēteas.*
*Pœnæ contrà monetarios falſos Laicos, extenſę ab Vrbano contrà Eccleſiaſticos.*
*Eccleſiaſtici monetarii degradandi, & tradendi brachio ſæculari.*
*Pœnæ contrà cooperantes ad crimen falſæ monetæ.*
*Iudices Eccleſiaſticorum, qui ſunt Rei de hoc crimine, ſunt legati, aut Epiſcopi privativè.*
*Pœna contrà impedientes Legatos, aut Ordinarios procedētes contrà Eccleſiaſticos monetarios.*
*Religioſi monetarii, cū ſcripturis conſignādi ſunt Legatis, aut Ordinariis.*
44 *An prædicta Bulla cōprehēdat cudētes monetas, mixtas ex ære, ac argēto.*
45 *Non comprehendit eos, & quarè.*
*Moneta, in qua minor portio eſt argenti, quàm æris, nō poteſt dici argētea.*
*Denominatio fit à digniore, & potentiore.*
46 *An dicta Bulla extendatur ad cudentes &c. monetas argenteas minimi valoris.*
47 *Opinio Paſqualigi negativa impugnatur.*
48 *Eadem pœna debetur cudenti &c. monetas argenteas minimi valoris, ac de cudente alias maioris valoris.*
49 *Quomodò procedendum à Iudice Regulari in hoc delicto.*
50 *Sicilia, Corſica, & Sardinia veniunt nomine Italiæ, etiam in odioſis.*
51 *Praxis procedendi Superioris Regularis contrà Subditum accuſatum de falſa moneta.*
52 *Continuatur materia.*
*Iudex Regularis non tenetur, niſi requiſitus conſignare, Ordinariis proceſſum, à ſe factum da crimine falſę monetæ.*
53 *Quid agendū ab eo, ſi nō conſtet de corpore delicti, niſi per Teſtes.*
54 *Iudicium periti adhibendum etiam in tranſportatione, erogatione, aut expoſitione falſæ monetæ.*
55 *An Superior Regularis, procedens in cognitione hujus criminis, aliquam pœnam incurrat.*
56 *Nullam pœnam incurrit præter actuum nullitatem.*
*Incurrit privationem, ſi audet perturbare Ordinarium procedentem.*
*Nullitas actuum incurritur, etiam cum ignorantia Bullæ.*
57 *Sup. Regularis extrà Italiā quomodò procedet in crimine falſæ monetę.*
*Frater Minor committens delictum, ob quod in ſæculo deberet morte puniri, debet aut perpetuo carceri, aut triremibus mancipari.*

36 DE jure Imperiali, pęnæ falſificantiū monetas in materiâ, ſivè in formâ, ſunt ultimū ſupplicium, & combuſtio, omniumque bonorū confiſcatio, ut textualiter habetur in *Codice* (65). Inſuper pari pęnâ puniūtur cōplices hujus delicti, ſivè ſint mandantes, ſivè auxilium præbentes, ut habetur ex aliâ lege, (66) & ſecundùm nonnullos Doctores talis pęna extēditur ad conſcios non revelantes, (67) & etiā ad eos, qui potentes tantū crimen prohibere, nō prohibuerunt, ut ex jure deducit *Decianus*. (68) Prætereà dominus domus, in quâ pecunia fabricatur, eā privatur, etiamſi locata ſit, niſi crimen ignoraverit; & niſi, cùm primò ſcivit, Magiſtratui revelet; undè publicatur, niſi ſit pupilli, nàm tūc Tutor conſcius pretiū domus tenetur ſolvere (69) Ut autem fiſcus ſibi domum, ut præfertur, acquirat, oportet, quòd probet in illius domino ſcientiam delicti, aliter præſumitur ignorantia. (70)

37 Dubium autē eſt, àn conſcius de hoc crimine teneatur Magiſtratui indicare, quàmvis illud probare nō poſſit; & diviſę ſunt in hoc Doctorū opiniones; & nonnulli volūt, quòd non teneatur revelare, quià non debet, detegendo, ſe in periculum coniicere, cùm probare nō poſſit: alii è cōtrà dicunt, illū teneri ratione publici boni, prò quo debet quis ſe periculo exponere. Sed optimè diſſidentes concordat *Alciatus* cui cū *Cagnolo*, ſubſcribit *Paſqualigus* (71), dicēdo, quòd, ſi conſcius probare poteſt, revelet accuſando Reos; ſi probare nequit crimen, revelet per modū monitionis denunciando; ità enim fiet; ut non ſubeat periculum calumnię, ſi nō probet; & damno Reipublicę obviet ſufficienter; & ſe eximat à periculo, cui ſubeſt, ſi non revelet.

38 Quò ad pęnam combuſtionis, limitatur diſpoſitio juris cōmunis in hoc; quòd, ſi moneta adulterata ſit Principis, recognoſcentis Superiorē, combuſtio minimè debeatur; nàm minùs delinquit, qui offendit talem Principem, quàm offendendo Principem ſupremum, ac independentem; undè & minor pœna debetur, ut probant *Menochius*, ac *Farinacius*. (72)



(63) *Laurent. de Franch. Tit. de Monetar. Quæſt. 5. n. 1267. & ibi Paſqualig. n. 1268.*
(64) *Decian. lib. 7. cap. 26. n. 6.*
(65) *text. in l. Si quis numoſ. C. de Falſ. monet.*
(66) *text. in l. 1. §. Sin. verò. d. C. de Falſ. monet.*
(67) *Bart. in l. Utrum. ff. Ad leg. Pomp. de Parricid. Afflict. in Conſt. Adulterinam. nu. 10. Decian. lib. 7. cap. 25. num. 2. Jo. Aquil. de Pot. monet. cap. 8. in fin.*
(68) *arg. l. lege Cornelia ff. de Falſ. Decian. lib. 7. cap. 25. nu. 2.*
(69) *text. in l. 1. ubi Gloſſ. & DD. §. Domus verò C. de Falſ. monet. Farin. Quæſt. 115. n. 14.*
(70) *Paſqualig. ad Laur. de Franch. Tit. de Monet. n. 1353. in fin.*
(71) *Alciat. in l. 4. §. Cato. ff. de Verbo. obligat. Cagnol. in l. Culpa caret. n. 12. ff. de Reg. jur. Paſqualig. loc. cit. n. 1355.*
(72) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 316. nu. 26. Farinac. Quæſt. 115. Inſp. 1. nu. 69. 75. 81. & ſeqq.*

Digitized by Google

39 Limitatur pariter dicta pœna combuſtionis in fabricante monetas argenteas; nàm, quàmvis multi Doctores velint, quòd illa debeatur indifferenter, ſi falſificetur moneta, ſivè argentea, ſivè aurea, alii (73) è contrà volunt, quòd talis pęna debeatur ſolummodò in adulterio monetæ aureæ, non autem alteriùs: undè ſcribit *Boſſius* (74), ſe exemiſſe à morte duos, qui Mediolani in Viridario Caſtri Portæ Jovis cudebant ***quadrantes***, nempè monetam æream. Et prò hâc ſecundâ opinione, quæ verior eſt, ſtat non ſolùm praxis Curiarum, ſed etiam declaratio *Urbani Octavi* in ſuâ Bullâ (75), de quâ infrà dicemus; dùm ait, quòd de jure minor pęna, quàm ultimi ſupplicii, appoſita erat tondentibus monetas argenteas, quàm aureas. Undè deduci poteſt argumentum à tonſatione ad fabricationem.

40 Pęna porrò tondentis monetam quoquomodò hoc fiat, eſt ultimi ſupplicii (76), & quàmvis de jure quidèm communi mitiùs puniendi ſint tondentes monetas argenteas, quàm aureas, ut ſuprà dictum eſt, tamen ex diſpoſitione Statutorum municipalium, quaſi ubique locorum eadem pœna datur tondenti etiam argenteas; & ratio eſſe poteſt, quià per eas ità damnificari poteſt Reſpublica, ſicut per aureas.

41 Pęna tandèm expendentis, retinentis, ſivè introducentis monetam falſam, diverſificatur juxtà caſus; nàm, ſi expenſio &c. ſit abſque ſcientiâ falſitatis monetæ expenſæ, nulla pęna debetur, prout ſcribit *Decianus* (77), ſi quidèm crimen ex defectu ſcientię, & proindè etiam doli, non incurritur, ut ſuprà dictum fuit. Si expenſio eſt cum ſcientiâ falſitatis, debetur pęna quidèm, ſed alia, & alia, juxtà delicti varietatem; nàm, ſi expendens ſcit quidèm ***monetam*** eſſe *falſam*, ipſe tamen non eſt complex in falſitate, debetur quidèm illi pœna, ſed extraordinaria, & longè minor, quàm ſit pœna fabricantium monetam falſam, ut docent *Abbas*, *Anania*, & *Hippolitus* (87) Si verò eſt cum complicitate, ut potè, ſi eſt miniſter monetariorum, in diſpenſandâ monetâ falsâ, major illi pęna debetur, arbitrio Judicis, quòd in hoc caſu poteſt etiam ad mortem extendi. Ratio eſt, quià tantùm damnificatur Reſpublica per expendentem, ſicut per fabricantem; nàm, ſi quis falſam pecuniam fabricaret, non autem expenderet, non læderetur Reſpublica.

42 Supradicta verò ſunt de jure communi, & attendenda, quandò non adſunt particularia locorum Statuta. Sed in pleriſque regionibus reperiuntur municipales Conſtitutiones, ad quarum placita regulandæ ſunt pęnæ. In ditione Mediolanenſi, ut habetur, & Novis Conſtitutioninibus (79) infertur pęna ignis, & confiſcationis bonorum cuicunque, qui *fabricaverit, vel fabricare inchoaverit, aut fabricare fecerit monetam falſam, & qui auxilium, vel favorem dictæ fabricationi dederit*. Ac eâdem pęnâ tenetur, qui monetam auream, & argenteam audebit, *quocunque artificio, aut operâ diminuere*. Iridemque eâdem pœnâ tenetur ſciens, & non revelans fabricatores monetarum per ſe, vel alios. Arbitrio autem Principis ibidem punitur expendens per ſe, aut alium, monetam falſam; & aliæ multæ diſpoſitiones ibidem reperiuntur, per quas deciſæ remanent plures quæſtiones, quæ de jure communi multas patiuntur difficultates, ut patet intuenti.

43 Quò ad perſonas Eccleſiaſticas tàm Sæculares, quàm Regulares, intrà Italiæ fines, habetur Conſtitutio *Urbani Octavi* (80), per quam circà monetas adulterinas multa ſancivit. Primo, ac ſecundo ejuſdem Bullæ paragrapho confirmat Conſtitutionem B. *Pii V.* quâ Beatus iſte Pontifex ſanxit, quòd pęnæ latæ in jure contrà tondentes monetas aureas, extendantur ad argenteas, cùm anteà minores pœnæ darentur tondentibus iſtas, quàm aureas. Paragrapho tertio eaſdem pœnas extendit ad omnes perſonas Eccleſiaſticas, quomodòlibet exemptas, habitantes in quibuſvis locis intrà fines Italiæ, quæ preſumpſerint ***aureas, aut argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare; ſeù etiam quomodòlibet adulteratas ſcienter erogare, aut exponere***. Quarto paragrapho ſancit, quòd reperti culpabiles in præmiſſis præviâ degradatione Curiæ ſæculari puniendi tradantur. Quinto vult, quòd pecunias, ut præfertur adulteratas detinentes ſcienter; ſeù transferentes de loco ad locum; & preſtantes opem, materiam, aut inſtrumenta ad patrandum predictas falſitates, mittantur ad triremes per decennium. Sexto, quòd cognitio de crimine falſæ monetæ reſpectu perſonarum prædictarum, privativè etiam quò ad Superiores Regulares, ſpectet ad *Legatos*, ſeù *Prolegatos Apoſtolicos* in locis ſuę juriſdictionis: in aliis autem ad *Ordinarios* locorum. Septimo inhibet omnibus Eccleſiaſticis ſub pęnis privationis Officii, ac beneficii; vociſque activæ, & paſſivæ; & inhabilitatis ad illa in poſterùm obtinenda, ac Excommunicationis latæ ſententiæ, ne audeant, aut præſumant impedire, perturbare, aut moleſtare *Legatos*, *Prolegatos*, aut *Ordinarios* procedentes in hoc crimine. Et tandem mandat, ut quoties ad id fuerint requiſiti, Religioſos ipſos, (etiamſi Superiores alicujus loci Regularis actu fuerint) conſignent cum ſcripturis, & actis, (ſi quæ factæ fuerint reperiantur) ipſis *Legatis*, aut *Ordinariis*, aut aliis, de eorum mandato.

44 Circà quam Conſtitutionem contingit dubitari primò, àn ipſa comprehendat perſonas Eccleſiaſticas, fabricantes, erogantes &c. monetas mixtas ex argento, & ęre, ut ſunt plures monetæ minutæ, maximè in *Longobardiâ*?

45 Reſpondeo, quòd, cùm præſens Conſtitutio ſit penalis, & correctoria juris communis, ut obſervat *Paſqualigo* (81), ex notis juribus non admittit ampliationem. Cùm igitur ipſa expresſè loquatur de monetis aureis, & argenteis, non poteſt extendi ad alias, quæ tali nomine non veniunt, ut ſunt monetæ illæ, in quibus minor eſt portio argenti, quàm ſit æris; undè denominari non poſſunt argenteæ, cùm denominatio in hoc caſu deſumenda ſit à metallo, prædominante in quantitate, cùm denominatio ſemper fiat à digniore, & potentiore (82)

46 Secunda dubitatio eſt, àn pęna ordinaria dictę Conſtitutionis locum habeat in fabricante, aut tondente monetas argenteas minimi valoris.

47 Reſpondet negativè *Paſqualigo* (83), ſi cudantur in parvâ quantitate, quià habet locum parvitas materiæ; & negativè pariter dicit de tondente monetas argenteas modici valoris, quod firmat auctoritate *Caballi*, *Farinacii*, & aliorum (84). Sed, ſalvâ ejus reverentiâ, ille ſibi contradi-

(73) *Covarruv. De veter. numiſ. coll. cap. 8. n. 3. V. Quod ſi quis. Decian. lib. 7. cap. 28 n. 2. Farinac. D. Quæſt. 115. nu. 84. & ſeqq.*
(74) *Boſſ. Tract. crim. Tit. de Falſ. monet. nu. 4.*
(75) *Urban. VIII.* Conſtit. *In ſuprema. Idib. Novemb. 1627.*
(76) *text. in l. Quicumque. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ. Vini. Clar. Peguer. Farinac. Decian. Baiard. Bonifac. Conciol. Carpzou. Cortiad. Theodoric. apud Raynal. Tom. 1. cap. 5. §. 1. nu. 13.*
(77) *Decian. lib. 7. cap. 25. n. 6.*
(78) *Abb. & Anani in cap. Ad falſariorum de* Crim. *falſ.* Hippol. *Conſ. 47. n. 2.*
(79) *Nov. Conſtit. Mediolanen. lib. p. Tit. de Monet. & Judi. monet. §. 1. & 2. & ſeqq.*

(80) *Urb. 8. Conſt. In ſuprema. Idib. Novemb. 1627.*
(81) *Paſqual. ad Lauret. de Franch. Tit. de Monet. num. 1367.*
(82) *Barboſ. Axiom. 69. n. 1.*
(83) *Paſqualig. loc. cit. nu. 1279.*
(84) *Cabal. Caſ. 199. n. 1. Farinac. Quæſt. 115. n. 11 Menoch. de Arbitr. Caſ. 316. n. 41. Burg. de Mod. proced. ex abrupt. Cent. 1. Quæſt. 23. n. 150. apud Paſqualig. loc. cit. n. 1333.*

Digitized by Google

tradicit, ſiquidèm alibi (85) docet, quòd tunc parvitas materiæ habet locum, quandò crimen contingit ſecundùm materiam, ità ut ipſa materia ſit objectum delicti, ut contingit in furto, quod prò objecto habet rem alienam. Non autem, quandò contingit ſecundùm aliquam habitudinem, ſeù formam, nàm tunc habitudo, ſeù forma reperitur ſecundùm ſe tota in quâlibet exiguâ materiâ. Undè, cùm crimen falſæ monetæ non conſiſtat in materiâ, ſed in formâ materiæ, nempè in eo, quod fiat cum legitimâ auctoritate, & formâ debitâ, præſcriptâ à Principe, ſequitur, quòd in *falſâ monetâ* non habeat locum parvitas materiæ.

48 Applicando igitur ejus doctrinam, quam veram exiſtimo, ad quæſitum, evidenter apparet, quòd reſolvendum ſit affirmativè, quò ad utramque partem; nàm qui cudit monetam argenteam, quàmvis minimam, ità uſurpet ſibi auctoritatem, ac vitiat ſigillum Principis, ſicut qui cudit monetam majorem, cùm eadem ſit forma in ambabus, & delictum conſiſtat in vitio formæ. Idem pariter dicendum eſt de tondente monetas minimas, ſiquidèm per tonſionem injuria eadem fit Principi, ac ſi tondeatur moneta major, nàm in utriſque vitiatur tonſione illa forma, quam Princeps ſtatuit in monetâ; undè idem utrobique evadet crimen, prò quo eadem pœna debetur. Verum eſt, quòd ſi attendatur damnum, quod infertur Reipublicæ, minùs eſt delictum cudentis, aut tondentis minimam, quàm monetam majorem; ſed in hoc, ut ſuprà dicit *Paſqualigo*, conſideratur vitium formæ, & non materiæ, quod cùm par ſit in minimâ, ſicut in majori, idem, aut æquale delictum importabit. Nullus ſanè negabit, quin pœna ordinaria debeatur monetario, qui convictus eſt cudiſſe, aut totondiſſe unum ſcutum argenteum, ſicut ſi cudiſſet multos, nec parvitas materiæ, aut numeri illum ſalvaret; idem ergò erit dicendum de cudente, aut tondente *medios groſſos*, (monetam, ſcilicet argenteam minimam Papalem) nàm horum quadraginta æquant in valore ſcutum argenteum; nec parvitas monetæ cuſæ, aut tonſæ ſalvare poteſt; quià cudendo, vel tondendo multas ex iſtis, æquatur valor, & damnum, quod infertur Reipublicæ, vitiando majorem monetam, prò quo pœna ordinaria debetur, ut dictum eſt. Concludo proindè, quòd pœna ordinaria debetur conflanti, ſivè tondenti monetas, etiam minimas argenteas, quandòquidem per minimam earum quantitatem non tollitur, quin dicantur monetæ argenteæ, & de fabricantibus, aut tondentibus monetas argenteas univerſaliter loquatur Conſtitutio, nullâ factâ diſtinctione parvæ, aut majoris monetæ, & in hoc non ſit attendendum parvum lucrum monetarii, aut damnum Reipublicæ, ſed injuria facta Principi, quæ eadem eſt in minimâ, & in majori monetâ argenteâ.

49 Tertia dubitatio eſt, quomodò ſe gerere debet Superior Regularis, ſi ſibi defertur per denunciationem, aut accuſationem, quòd aliquis ex ſuis Subditis commiſerit aliquo modo contrà prædictam Conſtitutionem?

50 Reſpondeo, quòd vel ſumus intrà fines Italiæ, puta, intrà continentem Italiæ, & ejus Inſulas adjacentes, nempè *Siciliam, Corſicam, ac Sardiniam*, quæ ex decreto *Sac. Congregationis Epiſcoporum, ac Regularium*, ſub die 14. Auguſti 1582. relato à *Paſqualigo*, (86) etiam in odioſis veniunt nomine Italię: vel ſumus extrà Italiã. Cùm enim Conſtitutio loquatur de *locis in Italiâ, dumtaxat exiſtentibus*, (87) non debet ultrà eam extendi, cùm ſit pœnalis, & juris communis correctoria.

51 Dico igitur, quòd, ſi Superiori deferatur, denunciatione, aut accuſatione aliquis, ſuppoſitus Reus de aliquo ex delictis, recenſitis in Bullâ, debet antè omnia inquirere de corpore delicti, puta, viſitando Cameram, aut alium locum, in quo dicatur Reus delinquere, ut deprehendere poſſit aut monetam cuſam, tonſam, tinctam &c. aut conſervatam, ſivè tranſportatam pecuniam ſcienter falſam &c. Incipiat ergò proceſſum ſuum, creando Notarium, regiſtrando denunciationem, ſivè accuſationem, interponendo decretum de viſitando Corpore delicti; ipſum deſcribendo per *Viſum, ac repertum*, ut diximus abùndanter de his omnibus in *Secundâ Parte hujus Praxis*. Ratio iſtorum eſt, quià, quàmvis Bulla tollat Superiori Regulari *cognitionē Cauſæ* hujus delicti, nō tamen adimit facultatem procedendi circà præparatoria judicii, quæ faciunt prò informatione Curiæ. Superior enim eſt Ordinarius Judex ſuorum Subditorum; & ut ſuprà dictum eſt, privatur cognitione hujus cauſæ, ſi adulteretur moneta aurea, aut argentea tantùm, non verò aliâ. Undè neceſſarium eſt, ut procedat ad viſitationem corporis delicti, ut ſcire poſſit, àn debeat abſtinere ab illâ Causâ, ratione monetæ aureæ & àn autem poſſit plenè cognoſcere de tali delicto, quià moneta alia adulterata ſit. Nec ſtatim ac accuſatus apud ſe eſt Religioſus, ut monetarius, debet accuſatorem rejicere, & mittere ad Epiſcopum, ſed debet per *Viſum, ac repertum* certiorari, àn delictum tale ſit, ut de eo minimè poſſit cognoſcere, àn non.

52 Factâ viſitatione corporis delicti; vel ipſe reperit inſtrumenta, materiam, Cuneos, ac etiam monetam cuſam, quæ aurea, aut argentea non ſit, ſivè Cunei non ſunt apti, niſi ad formandam hujuſmodi monetam, & tali caſu ipſe procedit ad cognitionem cauſæ, conſtituendo, torquendo, & ſententiando Reum, ut fit in cæteris delicti. Vel ipſe reperit ſuprà dicta in ordine ad monetam auream, ſivè argenteam, cudendã cuſam tondendum, aut tonſam; & tali caſu tenetur levare manum à proſecutione cauſæ; & inceptum proceſſum terminare, pronunciando ſe eſſe Judicem incõpetentē. Et ſi accuſator inſtituat ex poſt accuſationē apud Legatum, Prolegatum, aut Ordinarium, & Superior requiratur ab iſtis, ut Religioſum accuſatum ſibi conſignet, ſimul cum proceſſu à ſe facto, debet illum conſignare; non tamen tenetur ad hoc, niſi ſit requiſitus; ut ſonat *Bulla paragrapho ſeptimo* in fine.

53 Quæ autem dicta ſunt de monetâ aureâ, argenteâ, aut aliâ, debent pari paſſu accipi, quandò nullum reperitur corpus delicti, nec illius indicia permanentia, ut inſtrumenta &c., ſed adſunt Teſtes congrui, & ſufficientes ad probandum tùm corpus delicti, tùm delinquentem, ut diximus ſuprà *num*. 30. Si enim inſtitutâ accuſatione examinentur Teſtes, ſufficientes ad probandum corpus delicti, & Reum conſtituendum, ſi & ex eorum depoſitione conſtet delictum fuiſſe circà monetam auream, aut argenteam, debet, ut dictum eſt, Superior Regularis abſtinere à proſecutione. Si verò moneta talis non fuerit, tenetur ad ulteriora procedere.

54 Si autem reperiantur monetæ recenter cuſæ, & in conſiderabili quantitate; ſivè pari modo tonſæ, & nulla reperiantur inſtrumenta fabricationis, aut tonſionis, ſint autem aureæ, aut argenteæ, aut tales appareant, debet Superior, ut præfertur levare manum à proceſſu. Si aliæ ab aureis, procedat ipſe. Debet tamen ipſe prius adhibere judicium Peritorum, quià ſinè hoc, juxtà communem opinionem, quam retulimus ſuprà *num*. 26. non poteſt plenè conſtare de corpore delicti. Et tale judicium ſimpliciter neceſſarium eſt, quandò accuſatur aliquis de tranſportatione, erogatione, aut expoſitione falſæ monetæ cum ſcien-

(85) *Paſqualig. loc. cit. n.* 1297.
(86) *Paſqualig. loc. cit. n.* 1373.
(87) *Conſtit. Urb.* 8. *In Suprema. §.* 3.

Digitized by Google

ſcientiâ falſitatis; nàm repertâ pecuniâ qualis ea ſit, debet à Peritis examinari, ân adulterina ſit, & hoc modo probari corpus delicti, ut queat procedi in uno, aut alio foro, nempè Sæculari, aut Regulari juxtà qualitatem monetæ adulterinæ.

55 Difficultas eſſe poteſt, ân Superior Regularis ſcienter, aut ignoranter procedens in hâc Causâ, in caſu, in quo nequit procedere, aliquam pœnam incurrat?

56 Reſpondeo negativè; ratio eſt, quià Bulla nullam ipſi pœnam apponit, niſi actuum nullitatem. Pœnæ autem privationis Officii, & vocis activæ, ac paſſivæ ſunt illi inflictæ, ſi ille perturbare audeat, impedire, aut moleſtare Legatū, aut Ordinariū, procedentē in hâc Causâ, ut patet ex Textu *Bullæ* §. 7. Pœnæ autem iſtæ non incurruntur, niſi cum ſcientiâ ipſarū; ait enim Bulla, *audeant*, vel *præſumant*, quæ verba important ſcientiam legis prohibentis, & auſum, & temeritatem voluntatis, & proindè dolum, ex notis juribus. Sed nullitas actuum incurritur etiam cum ignorantiâ talis *Bullæ*, & ratio eſt, quià per hanc ſublata eſt facultas procedendi in hâc Causâ Superioribus Regularibus; & ſic procedendo abſquè juriſdictione, actus ſunt ipſo facto, abſqè ulteriori declaratione nulli.

57 Si autem accidat caſus extrà Italiam, poſſunt Superiores Regulares procedere, velut in aliis delictis ſuorum Subditorum. Sed quam pœnam dabunt hujuſmodi monetariis? Dico, quòd, ſi nullam habent ſuper hoc delicto diſpoſitionem ſtatutariam, debent recurrere ad jus commune, & prò modulo conditionis Rei, & circūſtantias delicti, pœnas aptare. In *Religione Minorum* nunquàm fuit conditum Statutum contrà monetarios: non enim potuit in mente Statuentium unquàm venire, quòd *Frater Minor*, cui ex præcepto, totiès in Regulâ repetito, vetatur pecuniam non ſolùm poſſidere, ſed etiam civiliter contrectare, in tantam iniquitatem prorumperet, ut *monetam falſam* poſſet cudere, aut alio modo legitimam vitiare. Tamen, ſi ex Dœmonis tentatione, in tantum delictum quis laberetur, ut in fabricatione, aut tonſione monetarum eſset Reus principalis, iſte vel damnandus eſset ad triremes in perpetuum in locis, in quibus talis pœna apud Laicos, ex commoditate triremium, in uſu eſt. Si autem non ſit principalis, ſed complex, prò modo complicitatis minori pœnâ, arbitrio Judicis, puniri poteſt. Si verò ſimus in loco, in quo pœna triremium, ex harum defectu, in uſu non eſt, principali Reo dandus eſt Carcer perpetuus; complici autem, ad tempus, aut alia pęna, Judici arbitraria. Ratio eſt, quià ex diſpoſitione Statutorum *Segovien*, ſivè *Barchinonien*, (88) quibus utitur familia *Ultramontana*; & etiam Statutorum Generalium Ordinis (89), quibus utitur *Citramontana*, qui delictum committit, ob quod, ſi eſset in ſæculo, mortem mereretur, debet ad triremes, aut ad Carcerem perpetuum condemnari.

## §. IV.

## Alchimiæ exercitium.

*SUMMARIUM.*

1 Alchimiæ *varia acceptio*.
2 *Artis alchimiæ falſæ deſcriptio ex* Lemery, & Pegnâ.
*Vera diffinitio*.
*Tranſmutatio metallorum, juxtà quoſdam impoſſibilis.*
*Contrarium à pluribus ſtatuitur*.
Arnaldus de Villanova *virgulas auri fabricavit, omni probationi expoſitas*.
3 *Ratio aſſerentium, poſſibilem metallorum tranſmutationem*.
4 *Fabricans aurum verum non eſt punibilis*.
*Clericus fabricans aurum verum, non incurrit ullam pęnam*.
5 *Ars falſa Alchimia damnatur à jure Cæſareo, in quantùm ſervit prò cudendo falſam monetam*.
*Ampliori modo damnatur à jure Canonico*.
6 *Alchimiſtæ ab Eymerico damnantur ut ſuſpecti de hæreſi*.
7 *Defenduntur à tali cenſurâ*.
*Recenſentur inter Alchimiſtas nonnulli pietate florentes*.
8 *Alchimiſta damnatur, ſi fabricat aurum, aut argentum adulterinum, aliàs non*.
*Aurum, aut argentum ſophiſticum prohibetur fieri prò cudendâ monetâ, aut prò dando in ſolutum, non prò fabricandis vaſis*.

Alchimia nomen æquivocum eſt; aliquandò enim ſumitur materialiter prò metallo adulterato, habente ſpeciem auri, aut argenti; aliquandò ſumitur prò vero auro, argento, aut alio metallo, per artem facto; aliquandò ſignificat artem, per quam talia metalla fiunt; & cùm horum alia ſint ſophiſtica, & falſa, ut dictum eſt; alia autem realia, & vera; hìnc eſt, quòd hoc nomen, pròut ſignificat artem, dupliciter etiam ſumitur, puta, prò arte deceptoriâ, & falsâ, quæ adulterina metalla, & ad ſpeciem tantùm parat; & prò arte verâ, legitima metalla fabricante.

2 In primo ſenſu, ab aliquibus apud *Nicolaum Lemerij* (1) diffinitur, ſeù potiùs deſcribitur ſic. *Alchimia eſt Ars ſinè arte; cujus principium mentiri; medium laborare; finis mendicare*. Proindè de *Alchimiſtis*, & ipſorū arte, pròut refert *Franciſcus Pegna* (y), cecinit quidā.

*Ars ſuſpecta probis, ars ipſa inviſaque multis.*
*Inviſos etiam cultores efficit artis.*
*Mendaces, addo, multi manifeſtè videntur.*
*Qui ſe ipſos, alioſque ſimul fruſtrantur inertes.*
*Vertere dum rerum ſpecies tentant.*

Ut autem importat Artem veram, & legitimam, diffinitur hoc modo; *Alchimia eſt Ars, quâ perficitur id, quod natura, defectu caloris, reliquit imperfectum in metallis*. (2) Tranſmutationem metalli in metallum multi impoſſibilem dicunt, inter quos fuit *Avicenna*, relatus à *Scoto* (3), qui videtur in eandem ſententiam abire. Sed longè plures affir-

(88) *Stat. Gener. Barchinonen. cap. 7. Tit. de Incorrigibil.* ℣. *Qui crimen. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 661. col. 1.*
(89) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6.*
(1) *Nicola. Lemery. Cour. de Chym. cap. 1. de Aur. fol. n. 61.*
(y) *Pegn. in 3. Par. Direct. Inquiſit. Comm. 26. in fin.*
(2) *Raynald. Syntax. crim. cap. 5. §. 4. n. 6.*
(3) *Avicen. apud. Scot. in 4. Diſt. 3. Q. 3. In ſecund. argum. in oppoſ. num. 1.*

Digitized by Google

affirmant oppoſitum, inter quos eſt D. *Thomas* (4), & inter Canoniſtas *Oldradus*, & *Io: Andrea*, (5) qui dicit, quòd *Arnaldus de Villanovâ* in Curiâ Romanâ faciebat virgulas auri, quas conſentiebat ſubmitti omni probationi ignis, & aquæ fortis, quæ alia metalla diſolvit præter aurum. Et nì velimus totaliter abiicere fidem humanam, hoc patet per experientiam multorum, qui hanc artem coluerunt, & veriſſimum, & probatiſſimum aurum effecerunt, prout paſsìm recitatur de multis.

3 Fundamentum affirmantium poſſibilitatem tranſmutandi metalla imperfecta in verum aurum, eſt, quià metalla omnia in radice conveniunt, & non niſi gradu, & perfectione differunt: non ergò repugnat, quòd metalla imperfectiora, ignobiliora, & minùs matura per artem, ad majorem gradum perfectionis, nobilitatis, & maturationis perducantur, ut ſcribit *Michael Etmullerus*. (6)

4 Ex differentiâ ergò artis veræ faciendi aurum, probatum ab arte deceptoriâ fabricandi aurum, aut argentum adulterinum, naſcitur, quòd, licèt proſcripta per leges, ac damnata ſit ſecunda, non tamen damnata, aut damnabilis ullo modo eſt prima. Proindè multi Doctores, cumulati per *Raynaldum* (7) dicunt, quòd vera *Alchimia* eſt impunibilis; & Clericus per veram artem verum aurum fabricans, non punitur, nec privatur beneficiis ad præſcriptum *Extravagantis*, de quâ infrà, prout ſcribit *Riccius*. (8)

5 Ars autem *Alchimia* præſtigiatris, & falſa de jure communi *Cæſareo* (9), prohibètur inquantùm adulterinæ monetæ cudendæ inſeruit; ſed de jure *Canonico*, ampliori modo damnatur. Si quidèm in quâdam *Extravaganti*, (10) prohibetur aurum, vel argentum *Alchimicum* facere, mandare, quòd fiat; cooperari ad ejus fabricationem; ſcienter uti eo vendendo, aut illud dando in ſolutum; & fortiùs ex eo monetam cudendo; & hoc ſub pœnis, de quibus infrà dicemus.

6 Peſſimo ſtigmate configit *Alchimiam Eymericus* in ſuo *Directorio Inquiſitorum*, (11) dùm ipſius profeſſionem recenſet inter ſigna externa, per quæ cognoſcuntur *Necromantici*; ſubindicans *Alchimiſtas* à fide deficere, & Dæmoni cultum adhibere, ut portingat ad optatum finem faciendi aurum. Et hoc diſertè habet illius Commentator *Pegna*, (12) qui tenens prò conſtanti, quòd per artem verum aurum fieri non poſſit, concludit, *Alchimiſtas* arte deceptos, ac paupertate preſſos, aut adulterinam monetam cudere, aut ad Dæmonis auxilium confugere, ut ejus ope aurum fabricent; & hoc probat exẽplo *Arnaldi de Villanovâ*, (13) qui à multis (14) in Catalogo Hæreticorum recenſetur, qui, cùm laminas aureas ad omnem probationem venderet, creduntur fuiſſe conflatæ arte Dæmonum, cum quibus familiaritatem habuiſſe dicitur.

7 Sed quidquid ſit de *Arnaldo*, cujus tutelam ſuſcipere, aut damnatam doctrinam defendere nón intendo. Dura nimis eſt cenſura, per quam omnes Artiſtæ, tanquàm cultui Dæmonis addicti præſcribuntur: hoc enim de omnibus univerſaliter cenſere, temeritatem ſapit; præſertìm cùm omnes hujus artis proceres ſcribant, inventionem lapidis philoſophici, (quo mediante, perficiunt metalla, uſquè ad veri auri coctionem) eſſe donum Dei, & petendam à Deo, qui tale donum non confert niſi ipſum timenti, & non habenti aviditatem divitiarum, ſed purum deſiderium invadi proximum. Hinc eſt, quòd inter hujus artis Magiſtros habetur B. *Albertus Magnus Ordinis Prædicatorum*, qui non minori ſanctitate, quàm doctrinâ floruit; *Raymundus Lullus Tertij Ordinis S. Franciſci*, qui in *Aphricâ* prò fide occiſus fuit. *Baſilius Valentinus* devotiſſimus *Monachus Benedictinus*, *Nicolaus Flamellus Gallus*, qui omne aurum, quod hâc arte paravit, conſumpſit in fundandis Hoſpitalibus, ac Locis piis, ut multos alios taceam. Hos igitur inſimulare de pactis, aut diſciplinâ Diaboli mordacem, iniquamque Satyram ſapit.

8 Conceſſo autem, quòd *Alchimia* ad fabricandum aurum, vel argentum adulterinum, damnata ſit utroque jure, ut vidimus; tamen nón eſt damnata univerſaliter, ſed tantùm in ordine ad cudendam monetam, ſivè ad ſerviendum prò inſtrumento contractuum civilium. Si quidèm excitatis legibus, & *Extravaganti* hoc ſolùm habetur, ut legenti patet. Sed per hoc non ſequitur, quòd ars ipſa non poſſit exercèri ad faciendum aurum, & argentum ſophiſticum ad alios uſus; puta, ad facienda vaſa, quæ ad ſpeciem videantur aurea, aut argentea. Et hoc paſsìm fit videntibus, ſcientibus, & tollerantibus Principibus, quorum eſſet, ſi ars hæc eſſet univerſaliter prohibita, artifices punire; quod tamen non fit. Sequitur proindè, quòd ad hoc, quòd quis ſit Reus circà hoc, oportèat, quòd aurum, ſeù argentum cuderit in monetam; aut illum in maſſam, ſeù virgas productum dederit, aut dare voluerit in ſolutum. Proindè cenſeri non poteſt in pœnas, contrà *Alchimiſtas* falſos ſancitas, incurriſſe, qui laboratorium habeat inſtructum, omni apparatu, neceſſario ad artem. Siquidèm iſte poteſt ſemper ſe tueri, dicendo, ſe non ſophiſtici, ſed veri auri fabricam indagare, circà quam, ut potè realem, nulla eſt prohibitio de jure communi; & proindè nec pœna. Sed circà hoc conſuli debent locorum Statuta.

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

9 *Quomodò probetur crimen fabricationis auri, aut argenti ſophiſtici.*

9 PRobatio autem hujus criminis, ut materiæ totaliter affinis, currit pari paſſu cũ crimine *falſæ monetæ*, de quo §. ſuperiori diximus. Non poteſt autem in crimine falſæ monetæ contrà aliquem procedi in ſpecie, niſi conſtet in judicio evidenter de corpore delicti, prout Docto-

(4) *D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. & Comment. in tert. libr. Meteor. apud Bechen. Oedip. Chym. Tit. 1. Coroll. §. Quæ ſit mater. metall.*

(5) *Oldrad. Conſ. 74. n. 1. Io. Andræ, Add. ad Specul. Tit. de Crimin. falſ.*

(6) *Micael Etmuller. in Schroder dilucid. Mineralog. cap. 9. fol. m. 230. & Pirotec. ration. lib. 2. Sect. 1. cap. 1. fol. m 603.*

(7) *Raynald. loc. cit. n. 3. & ibi Arſuncin. de Jur. Alchim. Io. Chrip. Fanian. Tract. de Art. Alch. Petr. Arlen. de Sympat. Sept. metal. cap. 3. fol. 291. Fabian. de Monte. de Empt. & vendit. q. 5. n. 8. Farinac. q. 115. n. 98. Muta ad Cap. Regn. Sicil. Tom. 1. cap. 10. n. 9. Monſerent. ad Stat. Crim. Bonon. l. b. 5. Rubr. 33. Novar. Pragm. 2. de monet. collec. 3. n. 30.*

(8) *Ricc. Par. p. Deciſ. 197. apud Raynal. loc. cit. n. 4.*

(9) *l. lege Cornelia. ff. Ad leg. Corn. de Falſ. l. 1. in fin. ff. Ad l. Juli. Peculat.*

(10) *Extravag. Spondent. de Crim. falſ. inter commun.*

(11) *Eymeric. Direct. Inquiſit. Par. 3. Tit. Sign. exter. per quæ necromant. hæret. cogn. n. 115.*

(12) *Pegn. in 3. Par. Direct. Comm. 25. §. Et Alchimiſta.*

(13) *Pegn. in 2. Par. Direct. Inquiſ. quæſt. 11. Comm. 36. inic.*

(14) *Bernard. Luzemburg. Catal. Heret. lib. 2. V. Arnald. de Villanova. Prateol. de Vit. & ſect. Hæreti. lib. p. cap. 69. Eymeric. Direct. Inquiſ. Par. 2. q. 11. n. 1.*

Digitized by Google

Doctores (15), communiter ſcribunt; & ità dicendum eſt in hoc. Proindè non ſufficit reperire in Domo, aut Camerâ alicujus alembicos, & cætera vaſa diſtillatoria; pulveres, ſalia, ampullas, aquas, & cætera hujuſmodi, niſi reperiantur maſſæ, ſivè virgulæ auri, ſivè argenti ad ſpeciem. Neque hoc ſufficit, ſed probari à fiſco debet, tale aurum ſophiſticum eſſe; hoc autem eſſe non poteſt, niſi per peritos aurifices probetur, non tantùm ad lapidem lydicum (*pietra di paragone*), ſed etiam ad ignem in cineratio; Et quià hoc etiam aliquandò fallit, ultima probatio fieri debet per aquam fortem, quæ cætera metalla diſſolvit, preter aurum, quod per ſolam aquam regiam ſolvitur. (16) Neque ex prædictis adhuc concludenter remaneret probatum delictum. Si quidèm, ut numero ſuperiori concluſum eſt, prohibitum non eſt aurum, aut argentum, ad ſpeciem fabricare ad conſtruenda vaſa, ſed tantùm ad cudendam ex eo monetam, aut ad dandum in ſolutum. Quantùmvis ergò reperirentur maſſæ talium metallorum, non eſset completè probatum crimen, niſi adeſſent probationes, aut alia indicia, ex quibus conſtaret, Alchimiſtam illud metallum fabricaſſe in ordine ad monetam falſam, aut permutationem cum aliâ re, loco prætii.

## Pœnæ.

### *SUMMARIUM.*

10 *Pœna Alchimiſtarum de jure Cæſareo.*
11 *Pœna eorundem de jure Canonico.*
12 *An vendens vas auri ſophiſtici, in quo habetur pars auri veri, incurrat dictas pœnas.*
13 *Reſolutio negativa.*
*Damnum venit nomine fraudis.*
*Aurum ſophiſticum vendens tantum prò tanto, aut tale prò tali, nullam pœnam incurrit.*
*Reſciſſio contractus non habet locum, niſi interveniat læſio enormis, & mala fides.*
14 *Statutum Minorum de Obſervantiâ.*
15 *Dubium primum, quæ ſint doctrinæ, & artes ſuſpectæ.*
16 *Artes divinatoriæ, ac ſuperſtitioſæ damnatæ ſunt utroque jure.*
*Pœna Judicum ſe immiſcentium in cauſis Sacræ Inquiſitionis.*
17 *Artes prohibitæ, quæ ſunt occaſionativè tantùm malæ.*
18 *Dubium ſecundum, àn ſimpliciter diſcendo artes prohibitas, pœnæ incurrantur.*
19 *Diſcere, & docere prohibita, pariſicantur.*
20 *Diſcere, ac docere prohibitas artes, ſi abeſt periculum perverſionis, culpa non eſt.*
21 *Dubium tertium, quis poteſt dici, quòd Alchimiam exerceat, ut pœnas ſubeat.*
22 Exercere *importat pluralitatem actuum.*
*Pœnas Alchimiſtarum non incurruntur, niſi per actuum frequentiam.*
Vacare *quid importet.*
*Magiſtri requiſitionum, qui dicantur.*
23 *Dubium quartum, à quo deſumatur ſuſpicio probabilis, & à quo violenta in hoc crimine.*
24 *Reſolvitur dubium.*
*Suſpicio probabilis naſcitur ab indicio probabili.*
*Indicia probabilia, aut violenta in fabricatione Alchimiæ.*
25 *Arctatio quomodò regulanda in hoc crimine.*

10 Pœna autem hujus delicti de *jure Cæſareo* eſt, quòd, ſi Reus ſit ingenuus, deportetur, & omnia ipſius bona publicentur; ſi autem ſervus, ultimo ſupplicio afficiatur, ut habetur ex Textu cujuſdam *Digeſti*, (17) quòd, ſi aurum adulteratum, ſignatum in monetam ſit, delinquens declaratur Reus læſæ Majeſtatis, & igne comburendus decernitur in *Codice*. (18) Sed circà hoc crimen diverſificantur pœnæ juxtà Statuta municipalia, ſeu conſuetudines regionum.

11 De jure autem Canonico, pœnæ ſunt, quòd univerſaliter omnes *Alchimiſtæ* declarantur infames. Si Clerici ſunt, debent privari omnibus beneficiis, quæ habent, & inhabilitari ad alia: Tenentur tantundem auri, aut argenti puri erogare in pauperes, quantum aurum, aut argentum adulteratum vendiderunt, aut dederunt in ſolutum prò vero; & ſi hoc præ paupertate Reus non poſſit, corporali pœnâ à Judice competenter puniatur: & tandèm iiſdem pœnis ſubiiciuntur mandantes, & miniſtrantes in opere *Alchimiæ*; ut habetur in quâdam *Extravaganti*. (19)

12 Dubium autem eſt, ſi quis cuprum tingeret ad rubedinem, ſivè albedinem, ipſique commixto auro, vel argento vero, vaſa ex hoc fabricaret, vel ejus maſſam informem venderet prò auro, aut argento, non quidèm vero, ſed ſophiſtico, àn talis *Alchimiſta* pœnas hujuſmodi deberet incurrere.

13 Reſpondeo, quòd non; ratio eſt, quià fundamentum prohibitionis mixturæ alterius metalli cum auro, & argento, eſt fraus, quæ fit in contractu emptionis, aut venditionis, in quo vendens, ſivè emens, putans recipere, ſeù dare aurum, quod juxtà communem æſtimationem habeat intrinſecum valorem, proportionatum rei emptæ, ſeù venditæ, recipit, aut dat aurum, quod requiſitum valorem non habet; & ità damnificatur, cùm damnum nomine fraudis veniat. (20) Sed in noſtro caſu ità non eſt, nàm emens, ſivè vendens ſcit, aurum illum purum non eſſe; undè in contractu nulla poteſt conſiderari deceptio, expenditur enim tale aurum tantum prò tanto; & tale prò tali; & per hoc neque eſt locus crimini, aut pœnæ. (21) Nec dicendum, quòd poteſt reſultare damnum in alio tertio, qui putans eſſe verum argentum illud, quod ſophiſticum eſt, ipſum pluris emit eo, quod re verâ valet. Nàm hoc per accidens eſt reſpectu artificis, qui fabricavit; proindè ſibi imputet emptor, ſi in illo emendo non adhibet diligentiâ, ut ab aurifice, ut moris eſt, fiat circà illud peritia: & ſi vendens bonâ fide vendidit, & non ſit in emptore læſio pluſquàm enormis, nec erit locus reſciſſioni contractus. (22)

14 Quò

(15) *Guazzin. defen. 4. cap. 9. n. 4. Vermigliol. Conſ. 218. n. 1. & Conſ. 201. n. 1. & ſeqq. Capyt. latr. Dec. 179. n. 29. lib. 2. Conciol. V. Moneta falſa. Reſol. 1. n. 1. & ad Stat. Eugub. lib. 4. cap. 45. n. 1. ubi Romaguer. Add. n. 14.*

(16) *Etmuller. Schreder. dilucid. Minerolog. Tit. de Sal. nitr. fol. m. 282. A.*

(17) *Text. in l. p. § fin. ff. Ad leg. Cornel. de falſ.*

(18) *l. Si quis nummoſ C. de falſ. monet.*

(19) *Extravag. Spondent. de Crimin. falſ. inter. commun.*

(20) *arg. l. Inter. eos. § fin ff. Ex qui: cau. major. l. p. ff. de Alien. jud. muta. cau. l. Si longius. § 3. ff. de Judic.*

(21) *Fabian. de Monte. de empt. & vendit. q. 5. n. 8. Farinac. q. 115. n. 98. Muta. ad Capit. Regn. Sicil. Tom. 1. cap. 10. n. 9. apud Raynald. Syntax. crim. cap. 5. § 4. n. 2. in fin.*

(22 *l. Cum ab eo. § final. ff. de Contr. empt.*

Digitized by Google

14 Quò autem ad pœnas particulares, quæ in aliquibus regionibus, aut Ordinibus contrà *Alchimiſtas* ſancitæ ſunt, conſulenda ſunt ipſorum Statuta municipalia. Prò Religione noſtrâ adeſt *Statutum generale Ordinis*, quod, quià in *Sambucanis* traditur decurtatum, integrum damus ex *Valliſoletanis*, (23) Sic ergò habet. *Artem Alchimiæ, & alias quaſcunque doctrinarum, & artium ſuſpectarum operationes, quæ publicè non docentur, aut doceri non licet, deteſtantes ſancimus, ut quicunque ſimilia, aut addiſcere, exercere, vel docere auſerit, aut libros, vel ſcripturas, talia continentes, ſcienter retinuerit, aut retinere præſumpſerit, ipſo facto, Excommunicationis ſententiam incurrat. Et ſi horum reus repertus, aut legitimè judicatus fuerit, omni ſuffragiorum jure perpetuò careat, & carceribus etiam mancipetur, Provincialis arbitratu: Si verò de aliquo circà prædicta probabilis ſuſpicio habeatur, is quidèm graviter, ſi autem violenta, graviſſimè arctetur, arbitrio Diffinitorii prò ſuſpicionis, & judiciorum modo.* Quod etiam habetur in *Textu*. (†)

15 Circà quam Conſtitutionem, prima dubitatio eſt, quænam ſint doctrinarum, & artium ſuſpectarum operationes, quæ publicè non docentur, aut doceri non licet, aut ab Eccleſiâ reprobatæ ſunt?

16 Reſpondeo, quòd ſunt in duplici differentiâ; aliæ enim ſunt, quarum cognitio, & vindicta privativè quò ad cæteros ſpectat ad Tribunal fidei: hujuſmodi autem ſunt omnes artes divinatoriæ, & hoc ſivè ſint juxtà principia artis naturalis, ut eſt *Aſtrologia*, quæ ex diverſo poſitu ſyderum tentat futura, aut præterita occulta cognoſcere; ſivè ſint per pacta cum Dæmone, ut ſunt *Necromantia, Geomantia, Hydromantia, &c.* Pariter artes ſuperſtitioſæ, in quibus Dæmonis invocatione explicitâ, ſeù implicitâ procuratur, *ſivè malum*, ut grandines, peſtes, mors inimici &c. *ſivè bonum*, ut curatio ægritudinis, arte humanâ incurabilis. Omnes artes divinatoriæ ſunt proſcriptæ non tantùm per ſacros Canones, (24) per quos damnantur *Aſtrologi, Arioli, Aruſpices, Auguris, Magi, Sortilegi*, & cætera hujuſmodi, ſed etiam per plures ſanctiones Imperiales. (25) Punitio autem iſtarum reſervata eſt Inquiſitoribus; nec poſſunt Judices Regulares in hoc ſe vel minimùm immiſcere, ſed tenentur Reos ad Tribunal fidei deferre, ſub pœnâ privationis Officiorum, & perpetuæ inhabilitatis in poſterum, & Excommunicationis latæ ſententiæ, Romano Pontifici reſervatæ; prout ſanxit *Paulus V.* (26). De iſtis ergò non intendit loqui dicta Conſtitutio, cùm de talibus judicium altiori foro ſit reſervatum.

17 Aliæ ſunt artes, quæ publicè non docentur, & eas docere, aut diſcere non licet, non quià malæ ſint intrinſecè, & in ſe, ſed quià malum ex occaſione cauſare poſſunt. Tales ſunt *artes coſmeticæ*, illæ nempè, quæ ad purgandam cutem à ſordibus, aut maculis; ad eam dealbandam, aut colorandam, & fucandam deſerviunt; ſivè ſecreta medica, per quæ fœtus mortuus in utero abigi poteſt; compoſitio veneni ad necanda animalia nociva, ut mures &c. iſtæ ſiquidèm non ſunt intrinſecè malæ, cùm poſſint aliquandò exerceri ſinè peccato; ſed, quià ex hominum malitiâ, ut plurimùm pravo uſui ſunt, prohibentur.

18 Secunda dubitatio eſt, ex quo hìc prohibetur prædictas artes diſcere, exercere, vel docere; quæritur, ân ſimpliciter diſcendo, aut obiter docendo, prædictæ pœnæ incurrantur?

19 Reſpondeo, quòd ad incurrendas pœnas prædictas requiritur culpa mortalis: cùm enim inter eas recenſeatur excommunicatio, quæ non fertur, niſi prò culpâ gravi, conſequens eſt, quòd iſta requiratur etiam ad incurrendas eas, quæ cum excommunicatione feruntur, licèt autè culpa ſimilis ſit tàm prohibita diſcere, quàm docere, ut habet Textus cujuſdam legis, (27) & prout dicebat *Tertullianus.* (28) *Eadem pœnâ exitij ſit diſcipulis, & Magiſtris*, tamen hoc non debet indifferenter accipi de omni doctrinâ, ſed de eâ tantùm, cujus diſcitur theoria, ad malam praxim ordinata. Certum eſt, quod doctrina hæretica, ſcientia, ſivè ars componendi venena, & aliæ hujuſmodi, ſi addiſcuntur tantùm, ut ſciatur, quibus fundamentis innitatur damnatum illius dogma, ſivè ex quibus cauſis talium ſimplicium mixtio mortem cauſet (dummodò abſit periculum perverſionis, aut, quòd ex tali theoriâ quis inducatur ad praxim) non eſt per ſe malum; imò *Theologi polemici* omnes hæreticas poſitiones addiſcunt, ſpeculantur, & librant; non ut profiteantur, ſed ut eas evertant. Medici pariter venenorum compoſitiones addiſcunt, non ut ea parent; ſed vel ut ſciant ſimpliciter, & theoricè, cùm ſint partes phyſicæ diſciplinæ, quam profitentur: vel ut iis in facti contingentiâ per congrua Alexipharmaca poſſint obviare.

20 Pari ergò modo dicendum eſt in caſu noſtro, ubi prohibetur diſcere, & docere Alchimiæ, Aſtrologiæ, & alias artes ſupradictas. Si enim abſit totaliter ſtudium, voluntas, aut periculum eas deducendi in praxim, tàm in diſcipulo, quàm in Magiſtro; & ſolùm ſciri deſiderantur ad eruditionem, non puto, quòd locus ſit culpæ. Verum eſt, quòd, cùm nemo poſſit eſſe certus de periculo, cùm voluntas hominis inſtabilis ſit, & poteſt aliquandò ars, quæ voluit addiſci ex curioſitate ſolâ ſciendi, eſſe cauſa eam deducendi ad praxim; longè melius eſt non addiſcere, & ex eodem principio eam non docere, etiamſi, qui vellet eam ſcire, profiteretur, ſe eam deſiderare ad puram eruditionem.

21 Tertia dubitatio eſt, ex hoc, quòd Religioſus prohibetur exercere artem *Alchimiæ* &c. quæritur, ſi aliquis unum, aut alterum experimentum faceret circà metalla, ut tingendo, ſivè dealbando cuprum, aut faciendo de ferro cuprum &c., ân ad effectum incurrendi in pœnas, poſſet dici, quòd *Alchimiam exerceat*?

22 Reſpondeo, quòd non: Ratio eſt, quià, cùm ſimus in lege pœnali, debent accipi verba in propriiſſimâ ipſorum ſignificatione. Porrò *exercere* importat non unum, aut alterum actum, ſed plures, & frequentatos, ut multi (29) ſcribunt; non ergò erit locus pœnæ ſtatutariæ, niſi per actuum frequentiam interveniat verum exercitium *Alchimiæ*. Et quàmvis alibi doceamus, quòd *exercere* dicatur is, qui aliquod vetitum, etiam ſemel committit; undè videatur contrarium dici ad dubitationem deberi. Tamen dico, quòd in hoc Statuto *exercere* importet frequentationem actus vetiti.



(23) *Stat. Valliſolet. 1593. Cap. 5. Tit. de laborit. & negoc. ad honeſt. ℣. In primis & ſeqq. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 453.*

(†) *Text. § Applicatio. §. 14.*

(24) *cap. p. 26. q. 3. cap. Illos Planetarios. 26. q. 2. Sixt. V. Conſt. 17. Cœli & terræ. Vrban. VIII. Conſtit. Inſcrutabilis. cap. Si quis Clericuſ. 26. q. 1. cap. Nec mirum. 26. q. 5. cap. Auguriis. 26. q. 5. cap. Pervenit. cap. Contra. cap. Epiſcopi. 26. q. 5. cap. Ex tuarum. Extrà de Sortil.*

(25) *l. Artem. l. Nullum. l. Eorum. l. nemo. l. final. C. de Maleſi. & Mathemat.*

(26) *Paul. V. Conſt. Romanus Pontifex ea interdum. Kalend. Septembr. 1606.*

(27) *l. culpa. C. de Malef. & Mathemat.*

(28) *Tertull. lib. de Idolatr.*

(29) *Navar. Manual. c. 27. n. 250. Proſp. Auguſt. Add. ad Quarant. Sum. Bull. ℣. Sodomia. apud Lezam. to. 1. c. 5. n. 12. Scort. Theorem. 264. apud Sanctor. de Pæn. c. 8. q. 11. ℣. Nec ſecundam. fol. 375.*

Digitized by Google

Ratio eſt, quià in *Textu Tit. Aplicatio* §. 54. ponitur *Alchimiæ vacantes*. *Vacare* autem importat, non unum, aut aliud actum, ſed plures ex conſuetudine. Undè *Vacantes ſupplicationibus* dixit *Budæus* apud *Calvinum*, vocari *Magiſtros requiſitionum* eos nempè, qui ex Officio ſupplicationes, datas Regi, ſolent expedire. Et ſic *Alchimiæ vacantes* debent accipi illi, qui conſueti ſunt in tali arte exercendâ.

23 Quarta dubitatio eſt, ex quo in dicto Statuto pœnæ Excommunicationis, privationis ſuffragiorum, carceris &c. apponuntur delicto, concludenter probato; ſi autem adverſus aliquem militet ſuſpicio probabilis, iſte debet arctari graviter; & ſi ſuſpicio erit violenta, arctetur graviſſimè, quæritur, à quonam indicio deſumatur ſuſpicio probabilis, & à quo violenta, itemque quomodò debeat intelligi arctatio gravis, & graviſſima?

24 Reſpondeo, quòd ſuſpicio probabilis eſt, quæ naſcitur ab indicio probabili; hoc autem, prout aliàs diximus, (30) commentando *Textum*, eſt medium inter grave, & leve; & hoc ſufficere ad torturam, habetur ex *Textu*. (31) Porrò in caſu eſſet indicium probabile, ſi in Cellâ Rei prætenſi reperirentur vaſa, ac inſtrumenta, quibus *Alchimiſtæ* utuntur ad diſtillandum, ſublimandum, circulandum &c. pariterque ſalia, aquæ ſpiritus, tincturæ &c. quæ, licèt poſſint ſpectare ad metallicam transformationem, poſſunt etiam ad alia remedia ægritudinum conferre. Hinc naſcitur probabilitas indicii, à quâ cauſatur in mente Judicis ſuſpicio probabilis. Sed, ſi reperirentur crucibula, canale ferreum ad virgas metallicas formandas, itemq; variorum metallorum laminæ, cinerarium &c. quæ prò ſolis metallis auri, & argenti ſophiſticandis inſerviunt, tunc ſuſpicio eſſet violenta, & ad probandum plenè delictum, aliud non deſideraretur, quàm maſſa auri adulterati, & Rei confeſſio.

25 Diximus autem aliàs, (32) quòd Arctatio non importat ex ſe niſi jejunium, & flagellationem ter in hebdomadâ, & ibi hoc probavimus ex Statutis, proindè in caſu ſuſpicionis, probabilis de reatu Alchimiæ, gravis arctatio eſſet, ſi per menſem ter in quâlibet hebdomadâ Reus diſciplinâ, & jejunio in publico Refectorio exerceretur. Si verò eſſet præſumptio violenta, quæ graviſſimam arctationem expoſceret, iſta ad tres menſes poſſet perduci, Judicis arbitrio.

## §. V.

## Aſtrologiæ judiciariæ profeſſio.

*SUMMARIUM.*

1 *Aſtrologia judiciaria diffinitio.*
*Inter Aſtronomiam, & Aſtrologiam differentia.*
*Aſtrologia eſt ars coniecturalis, ut Medicina.*
2 *Aſtronomia non eſt vetita, imò neceſſaria in Eccleſiâ.*
*Aſtrologia in parte eſt utroque jure prohibita, in parte conceſſa; & in quâ.*
*Hippocratis dictum circà Aſtrologiam in ordine ad Medicinam.*
*Auctores, qui ſcripſerunt de Aſtrologiâ prò uſu Medicinæ.*
3 *Aſtrologia judiciaria ab utroque jure proſcripta.*
*Vocabula, quæ ſortita eſt Aſtrologia judiciaria.*
4 *Aſtrologia ars fallax, & quarè.*
5 *Aſtrologia circà genituras hominum, juxtà D. Auguſtinum, fuit conceſſa uſquè ad Chriſti nativitatem.*
*Modo conceſſa eſt tantùm in ordine ad Medicinam.*
6 *Effectus naturales futuri in corpore humano poſſunt prævideri.*
7 *Reſpectu futurorum contingentium liberorum Aſtrologia eſt mendax.*
*Aſtrologus, aſſerens certò futuros eventus liberos, damnatur ut Hæreticus.*
8 *Aſtrologus poteſt præcognoſcere inclinationes, quas homo eſt aliquandò paſſurus.*
*Quarè Aſtrologi aliquandò vera pronuncient de moribus hominum.*
*Sententia Doctoris ſubtilis circà hoc.*
9 *In quo conſiſtat delictum profitentium Aſtrologiam judiciariam.*
10 *Aſtrologus, affirmans aliquod contingens fortuitum, aut merè voluntarium eſſe ſecuturum, ſivè certò, ſivè incertò, incidit in pœnas.*
11 *Aſtrologiam judiciariam docentes, diſcentes, juxtà eam divinantes, ejus libros retinentes damnantur.*
12 *Inclinationes hominum ex Aſtrologiâ prædicere non eſt vetitum.*
13 *Ampliatio Conſtitutionis Sixti Quinti facta ab Urbano Octavo.*
*Conſulentes Aſtrologos ſuper vitâ Papæ, ac ejus Conſanguineorum &c. damnantur.*
*Contra eos poſſunt procedere tùm Epiſcopi, tùm Inquiſitores.*
14 *De prohibitionibus contrà Aſtrologos non curatur communiter.*
*Dictum Cornelii Taciti contrà Aſtrologos.*

1 NOn abſurdè ſub claſſe Criminis de falſo computanda venit *Aſtrologiæ iudiciariæ profeſſio*, cùm hujus artis profeſſores plerique falſa prò veris vendant, quandòque falſis principiis innixi, quandòque ex doloſo inſtituto fallentes ſimplices, qui eorum arti fidem accommodant. Sciendum igitur, quòd Aſtrologia. Aſtrologia judiciaria aliud non eſt, quàm *ars quædam, quæ ex poſitione aſtrorum conicit, quid ex cauſis cæleſtibus in hæc inferiora poſſit cauſari*. In quantùm conſiderat, menſuratque motus corporum cæleſtium, eſt pars *Mathematicæ*; vocaturque *Aſtronomia*, quæ cùm procedat per principia demonſtrativa; nempè per reſolutiones triangulorum ſphæricorum, eſt vera ſcientia, ac nobiliſſima. In quantùm verò ex illis motibus coniectatur, quinam effectus poſſint evenire, eſt mera *ars coniecturalis*, ſicut etiam *Medicina*, quæ in eâ parte, quæ conſiderat paſſiones corporis naturalis in univerſali, eſt pars Phyſicæ, & vera ſcientia, ut verò illud conſiderat in individuo, & prognoſcit effectus, qui poſſunt evenire à tali morbo in tali corpore, eſt etiam ipſa ars coniecturalis, in quâ ſæpe ſæpius *Medici*, non minùs quàm Aſtrologi, & falluntur, & fallunt.

2 *Aſtro-*

(30) *Par. p. Tit. Tortura. num. 67.*
(31) *Practarim. Tit. Tortura. §. 5.*
(32) *Par. p. Tit. Tortura. n. 13 & 15.*

Digitized by Google

2 *Aſtronomia* non tantùm vetita non eſt, prout adnotat *Gloſſa* quædam (1), ſed maximè commendatur, & neceſſaria eſt in *Eccleſiâ Catholicâ* ad regulandum Calendarium prò Officio Divino, & Solemnitatibus mobilibus celebrandis. *Aſtrologia* autem in parte, tanquàm utilis, eſt conceſſa; in parte autem, tanquàm falſa, & periculoſa, eſt prohibita non tantùm per leges Eccleſiaſticas, ſed etiam Cæſareas. Conceditur *Aſtrologia judiciaria* in ordine ad *Medicinam*, *Agriculturam*, & *Navigatoriam*, ut habetur ex Bullâ *Sixti V.* (2) In *Medicinâ* enim neceſſaria ſimpliciter eſt; unde dicebat *Hippocrates*, quòd *Medicus ſine Aſtrologiâ eſt ſicut cæcus abſquè ductore*. Si quidèm natura quandòque eſt fallax in indicationibus; ut docti experimentis *Medici* ipſi fatentur, proindè veros auctores morbi venari oportet in figurâ decubitus, ſicut etiam prævidere ſymptomata, & tempus Criſis, pendentis à motu lunari, nè per inoportuna pharmaca, aut phlebotomias, in ſuo conflictu contrà morbum impediatur natura, & de hoc ſcripſerunt præſtantiſſimi viri *Cardanus Argolus*, *Gauricus*, *Iunctinus*, *Haſphurtus*, *Titus*, & *Maginus ſuper lib. 3. Galeni de Dieb. decretor. & lib. de legitimo Aſtrologiæ in Medicinâ uſu*. In *Agriculturâ* pariter neceſſaria eſt ad ferenda ſemina; ſecanda ligna, plantandas, putandas, ac inſerendas arbores &c. de quibus cantat *Virgilius in Georgicis*. In *Navigatoriâ* pariter utilis eſt ad prægnoſcendas aeris mutationes, per ventos, & tempeſtates juxtà ea, quæ recenter ſcripſit *Andreas Argolus*. (3)

3 Reſpectu autem aliorum accidentium futurorum coniicendorum *Aſtrologia judiciaria* tùm per ſacros Canones, tùm per Civilia jura (4) interdicta eſt, & noviſſimè per Pontificias Conſtitutiones proſcripta. (5) Quià verò talium eventuum diverſa eſt conſideratio, hinc etiam eſt, quòd ſub diverſis vocabulis hæc ars intitulatur. Generaliter dicta fuit *Matheſis*, ac ejus profeſſores *Mathematici*, & ſub hoc titulo damnantur in *Codice* (6) *Iuſtiniani*. Hunc autem titulum ſibi uſurparunt damnati hujuſmodi artiſtæ, ut ſub ſpecioſo nomine ſcientiæ realis, ut eſt *Matheſis*, ſeu *Mathematica*, nugas ſuas venditarent, prout notat *Gothofredus* (7). Sed in quantùm docet horam, ſeu tempus, idoneum ad aliquod faciendum, ut ad initiandam conſtructionem domus, ædificationem caſtræ urbis, navis, ineundas artes, ſtudia, militiam, ludum, pugnam, lites, matrimonia &c. de quibus loquitur *Guido Bonatus*, *Alii Ben Ragel*, & alii, ſecundùm *D. Auguſtinum* (8) vocatur *Haruſpicina*, & artiſtæ *Haruſpices*, Quaſi horarum inſpectores. Ut autem ex momento nativitatis hominis coniicit accidentia, nato futura, tùm circà corporis ſanitatem, ſivè ægritudinem; tùm circà actus merè liberos, vocatur *ars Geneſis*, ſeu genituræ, & ejus profeſſores dicuntur *Genethliaci* propter natalitiorum conſiderationes dierum, ut loco, proximè citato, ait *D. Auguſtinus*, ſivè *Horoſcopi*, eò quòd horas nativitatis hominis ſpeculantur diſſimili, & diverſo fato, ut ibidèm docet idem *Auguſtinus*. In quantùm verò divinare tentat de præteritis, & præſentibus occultis; aut de futuris, non habet proprium nomen, ſed negotium abſoluit per quæſita ad horam datam, & reſponſa, quæ elicit ex ſyſtemate cæleſti, ad eandem horam erecto.

4 Quidquid autem ſit de veritate hujus artis in ſe, quam nonnulli abſolutè negant eſſe dabilem, alii eam in ſe dari propugnant; certum eſt, quòd ipſa fallaciſſima convincitur quotidianis experimentis ob imperitiam profeſſorum, qui nec in principiis, puta, in ſyſtemate Mundi, numero, & ordine cœlorum, planetarum, & ſyderum conveniunt, ut manifeſtum ſit ex diverſitate ſyſtematis Mundi *Ptolemaici*, *Tychonici*, *Copernicai*, & *Argolici*.

5 Communior tamen uſus hujus artis eſt circà genituras, & accidentia mundi, puta, bellorum, ac pacis, abundantiæ, aut ſterilitatis, morborum popularium &c. de quibus quotannis prodeunt tot, & tàm diverſi inter ſe *Almanacchi*. Quantùm ad genituras attinet, ait *D. Auguſtinus*, (9) quòd hujus artis ſcientia uſquè ad Evangelium fuit conceſſa, ut, Chriſto edito, nemo exindè nativitatem alicujus de cœlo interpretaretur. Tamen, quià ut ſuprà diximus, hæc in quantùm inſeruit uſui Medicinæ, conceſſa eſt, ex conſequenti dicendum eſt, quòd conceſſa etiam ſit prò genituris, in quantùm ſcilicèt ex poſitione ſtellarum in ortu alicujus coniicitur conſtitutio temperamenti; & prævidentur etiam morbi, qui proveniunt ex cauſis procatarticis, inſpectis arcubus directionum promiſſoris ad ſignificatorem. Et quamvis etiam in hâc parte fallax ſit; vel ob imperitiam profeſſorum; vel ex eo quòd non ſatìs perſpectæ adhùc ſint cauſæ omnes cæleſtes, ut docet *Scotus* (10), tamen aliquandò verum prædicit, & ejus prænotio juvat.

6 Dicendum ergò, quòd futurorum contingentium duo ſunt genera, alia quidèm, quæ nullitèr pendent ab hominis voluntate; ut corporea complexio; diſcraſia humorum, ægritudines &c. alia verò, quorum poſitio in eſſe pendet ab arbitrio hominis; & licèt in homine ſit cauſa aliqua, inclinans ad productionem talis effectus, tamen in plenâ poteſtate humanæ voluntatis eſt, ipſos ponere in eſſe, vel non, & hujuſmodi ſunt omnes actus humani. De primis verò aliquid prædicere, & conceſſum eſt, & habet aliquale fundamentum naturale. Si quidèm cælorum, ac ſyderum influxus cauſæ partiales ſunt generationis humanæ; proindè non eſt incongruum, quòd prò diverſitate cauſarùm cæleſtium in genito appareant diverſitates effectuum; & à diverſâ configuratione illarum, quæ prævidetur futura, ſecundum ſcientiam aſtronomicam; coniiciantur effectus futuri ex tali configuratione.

7 Sed reſpectu futurorum contingentium liberorum mendaciſſima eſt ars *Aſtrologia judiciaria*, & meritò per leges proſcripta. Stellæ enim, & planetæ nullo modo poſſunt cogere voluntatem humanam; undè *Aſtrologus*, qui dicit tali tempore natum eſſe ducturum uxorem, aut intraturum Religionem, hocque neceſſariò eventurum mentitur; quandòquidèm hoc nequiret ipſe ſcire, niſi per motus ſyderum; hæc autem, cùm non poſſint cogere voluntatem, non poſſunt neceſſariò producere effectum, & proindè neque per ſydera poteſt ſciri, effectum voluntarium neceſſariò eſſe ſecuturum. Quòd, ſi *Aſtrologus*



(1) *Gloſſ. in cap. Non liceat. in V. Propter ſegetes. 26. q. 5.*
(2) *Sixt. V. Conſt. Cæli, & terræ. Non. Ianuar. 1585. Bull. Cherub. To. 2. fol. m. 388.*
(3) *Andr. Argol. Aſtronom. lib. 2. cap. 16.*
(4) *cap. Illud. 26 q. 2. cap. Igitur. 26. q. 3. cap. Non liceat. 26. q. 5. l. Mathematicos. C. de Epi. audie. l. 2. l. Nemo. C. de Maleſ. & Mathe.*
(5) *Sixt. V. Conſt. Cæli, & terræ. Vrban. VIII. Conſt. Inſcrutabilis Kalen. Apr. 1631. Bullar. Cherub. Tom. 4. fol. m. 118.*
(6) *C. de maleſ. & Mathemat. lib. 9. Tit. 18.*
(7) *Gothofr. ad l. 10. lit. K. C. de Epiſc. audient.*
(8) *D. Auguſt. lib. de Nat. Dæm. c. p. & habetur. cap. Igitur. 26. q. 3.*
(9) *D. Auguſt. lib. de Natur. Dæmon. & habetur. cap. Igitur 26. q. 3.*
(10) *Scot. in 2. Diſt. 14. Quæſt. 3. §. Secundò dico. V. Sed dices. & V. Dico, quod cauſa. F. 5.*

Digitized by Google

*jus* credat, ſtellas poſſe cogere humanam libertatem, eſt hæreticus; & tanquàm hæretica proſcribenda, & punienda veniret ars *Aſtrologia judiciaria*, quæ in hoc ſenſu vetita eſt, ut falſa, & hæretica. (11)

8 Verum eſt, quòd cùm motus ſyderum poſſint alterare humores corporeos, & ab his oriri in homine aliæ inclinationes, per quas illecta voluntas perducitur ad ponendos in eſſe effectus, correſpondentes talibus inclinationibus, poſſunt *Aſtrologi* per ſydera coniectari, tali tempore hominem tales inclinationes eſſe paſſurum: & quià, ut plurimùm homines obſequuntur, & non reprimunt malas inclinationes, hinc eſt, quòd *Aſtrologi* quandòque divinant etiam de effectu voluntario, prout dicit *Doctor Subtilis* (12) *Aſtrologos* (ait) *frequenter contingit vera pronoſticare de moribus hominum: puta, quòd erunt luxurioſi propter pronitatem voluntatis rationalis ad ſequendum appetitum ſenſitiuum, quam cauſant corpora cæleſtia, vel per hujuſmodi conſtellationes; non quòd ità eveniet neceſſariò, quod non poſſet eſſe aliter de his, quæ dependent à voluntate rationali, ſi homo vellet magis ſequi per voluntatem legem rationis, quàm ſenſus: ſed cogitationes hominum pronæ ſunt ad malum*; hæc Scotus.

9 Formalitas ergò delicti profitentium *Aſtrologiam judiciariam* conſiſtit in hoc, quòd ex inſpectione ſyderum prænunciant de futuris contingentibus, pendentibus ab humanâ libertate, licèt verò ex Regulâ nonâ, de mandato *Concilii Tridentini*, editâ circà librorum prohibitionem, haberetur damnatos eſſe libros, & à fortiori etiam artem *Aſtrologorum*, qui de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſve caſibus, aut iis actionibus, quæ ab humanâ voluntate pendent, certò aliquid affirmare audent, & ex conſequenti prohibita videretur *Aſtrologia* judiciaria ſolummodò, quandò certò affirmare audet aliquid, pendens à voluntate: tamen *Sixtus V.* ultrà proceſſit, & prohibitionem extendit etiam ad eos, qui de futuris contingentibus, aut actionibus ex humanâ voluntate pendentibus, aliquid eventurum affirmare audent, etiamſi id ſe non certò affirmare aſſerant, aut proteſtentur. (13)

10 Quivis ergò ex inſpectione ſyderum quoquomodò, qui ſivè certò, ſivè non, affirmat aliquod futurum contingens, cujus ſucceſſus, ſivè caſus ſit fortuitus; (hoc eſt, non habeat cauſam naturalem determinatam) ſivè ejus poſitio in eſſe pendeat ab humano arbitrio; contrafacit prohibitioni Eccleſiæ, & incidit in pœnas Bullæ.

11 Adverto autem, quòd Conſtitutio *Sixti* comprehendit non ſolùm, qui artem *Aſtrologiæ judiciariæ* exercent, & profitentur; ſed etiam, qui docent; aut diſcunt; & qui divinationes ſecundùm hanc artem faciunt, & qui libros de hâc tractantes legunt, aut retinent.

12 Adverto ſecundò, quòd, cùm ex variâ ſyderum circonvolutione, configuratione que alterentur in corpore humano humores, ex quibus naturales augentur, ac etiam minuuntur in homine inclinationes; non committeret in Bullam, qui ſyſtema cæleſte in genitura alicuius deſcriberet, & aſſereret natum tali tempore, talibus, & talibus inclinationibus obnoxium eſſe futurum. Ratio eſt, quià genituram alicujus facere, in ordine ad dignoſcendam ejus craſim corpoream, ac ægritudines in determinato tempore, de poſſibili ſuperventuras, conceſſum eſt; quià hoc pertinet ad medicinam, inclinatio autem ſenſitiva fundatur, & procedit ab alteratione humorum, qui, cùm ſint cauſæ naturales, & determinatæ, benè poſſunt portendere ſuos effectus. Alteratio autem humorum variatur à motu, & influxu ſyderum, à quibus reguntur, & ideò ex ſyderibus licet conîicere inclinationes, quæ non ſubſunt arbitrio voluntatis, quæ tamen poteſt illis repugnare.

13 Innovavit, confirmavit, & ampliavit Conſtitutionem *Sixti Vrbanus VIII.* per aliam Bullam, (14) in quâ damnat conſulentes *Aſtrologos judiciarios* de Statu Reip. Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſivè de vitâ Romani Pontificis prò tempore exiſtentis, eiuſque uſquè ad tertium gradum incluſivè conſanguineorum; ſivè deſuper præmiſſis prædictiones, ſibi oblatas recipientes; iis utentes, retinentes, ſivè oſtendentes: pariterque *Aſtrologos iudiciarios* de prædictis prognoſtica facientes; ſivè jam facta retinentes; dantes; oſtendentes, aut tractantes, etiam improbando. Et de prædictis, per Bullas tùm *Sixti*, tùm *Vrbani* poſſunt procedere tùm *Epiſcopi*, tùm *Inquiſitores*.

14 Nihilominùs non obſtantibus tot prohibitionibus quotannis, cum Superiorum permiſſu, novi, & multiplices prodeunt *Almanacchi*, in quibus de mutationibus Regnorum, bellis, pace, matrimoniis Principum &c. prædictiones vulgantur; pariterque paſſim videntur multi, qui, ut ait *Satyricus*. (10)

> . . . . . . . . . . . . . . . . *quidquid*
> *Dixerit Aſtrologus, credunt à fonte relatum*
> *Ammonis* . . . . . . . . . .

proindèque aut conſulunt *Aſtrologos*, aut ipſi *Aſtrologiam judiciariam* profitentur, nullo pœnarum metu, & conniventibus ad hoc iis, quorum intereſt eos punire. Undè probatur verum eſſe effatum *Taciti*, (16) dicentis. *Mathematici genus hominum potentibus infidum; ſperantibus fallax; quod in noſtrâ Civitate, & vetabitur ſemper, & ſemper retinebitur*.

## Probatio

### SUMMARIUM.

15 *Hoc delictum poteſt, & non, relinquere veſtigium poſt ſe.*

16 *Vt ſit locus pœnæ huius criminis in facto, relinquente veſtigium poſt ſe, quid requiratur.*

17 *Quibus caſibus non conſtet de corpore delicti, quamvis ſyſtema cæleſte ſit erectum.*

*Affines non veniunt nomine Conſanguineorum.*

15 PRobatio hujus criminis poteſt fieri tùm per Teſtes, tùm per conſtantiam corporis delicti. Ratio eſt, quià hoc delictum poteſt, & relinquere, & non relinquere veſtigium poſt ſe. Primo modo, quandò *Aſtrologus* ſyſtema cæleſte erigit, & ſcriptò ejus explicationem, & præ-

(11) *Graff. Deciſ. lib. 2. cap. de Superſtit. n. 10. Torrebla. Pract. jur. ſpirit. lib. 12. cap. 14 n. 19. Delan. Tr. crim. lib. 5. cap. 17. Vgolin. de Cenſ. Pontif. reſerv. par. 2 § 2. n. 10. Villalob. Sum. p. 2. Tr. 58. Diffic. 4. n. 4. & ſeqq. Inſ. Aphor. Inquis. lib. 1. cap. 48. n. 10. & ſeq. Trullench lib. 1. cap. 10. Dub. 4. n. 4. apud Barboſ. de Offi. & Pop. Epi Par. 3. Alleg. 51 num 134.*

(12) *Scot. loc. cit. V. Quartò dico. lit. L. num. 6.*

(13) *Sixt. V. Conſt. Cœli, & terræ §. 3 Non Iannar. 1581.*

(14) *Vrban. VII. Bull. Inſcrutabilis. Kal. April. 1631. Bullar. Cherub. Tom. 4.*

(15) *Iuvenal. Satyr 6. V 554.*

(16) *Cornel. Tacit. lib. p. Hiſtor.*

prædictiones de futuris, vetitam tradit, aut ſervat. Secundo modo, quandò oretenùs conſulitur *Aſtrologus*, & ipſe etiam oretenùs dat reſponſum ad interrogata, pronoſticando &c. ſicuti enim in delictis non relinquentibus poſt ſe veſtigium, ut in *Blaſphemiâ, Contumeliâ, verbali iniuriâ, Hæreſi &c.* probatio criminis fit per Teſtes; ut aliàs diximus, (17) ità etiam in hoc caſu.

16 Verum eſt, quòd, ad hoc, ut plenè conſtet de corpore delicti per viſum, & repertum, ultrà ea, de quibus aliàs (18) diximus de delictis, quæ in ſcripturâ continentur, requiritur, quòd ſint ſcriptæ prædictiones expreſſæ contrà prohibitionem; puta, dicendo; *natus apoſtatabit à fide; tali anno ingredietur Religionem; tali tempore adulterabit; cudet falſam monetam*, & diſcurrendo per ſimiles actus, qui pendent à voluntate liberâ; vel *Papa, aut ejus Nepos, vel Pronepos; tali tempore morietur*; vel *dividetur Eccleſia per ſchiſma, aut hæreſes*; vel *tali die creabit Cardinales &c.* neceſſarium enim eſt, quòd evidenter appareat delicti quid, & quale, ut alibi diximus.

17 Quòd, ſi themati cœleſti erecto præſcribatur talis epigraphe *Prò uſu Medicinæ*, ſivè *Decubitus ægroti*, notatis tantummodò in figurâ gradibus ſignorum manſionibus planetarum, ipſorum aſcenſionibus rectis, aut obliquis, latitudine, declinatione, Antiſciis, circuliſque poſitionis; & nullâ factâ explicatione; non conſtaret de corpore delicti; quià non eſt prohibitum erigere figuram cœleſtem prò uſu Medicinæ; & quantùmvis talis figura erecta fuerit ad alium uſum; tamen quià de tali uſu non conſtat ex ſcripturâ ipſâ, non diceretur conſtare de delicto per viſum, & repertum. Pariter, ſi declaratio talis figuræ contineret prædictiones futurorum hoc modo, puta, tali tempore inclinabitur natus ad amorem, iram, odium, ſtudium malitiam; matrimonium, Religionem &c. non conſtaret de delicto. Ratio eſt, quià inclinatio non eſt futurum contingens, quod cadat ſub arbitrio, & ideò de ipſâ prædicere vetitum non eſt, ut diximus ſuprà *num.* 8. & 12. Pariter non conſtaret de delicto, ſi conſultatio Aſtrologica, petita, aut data ſcriptò, retenta, oſtenſa, ſeù communicata, aut oblata, juxtà prohibitionem *Vrbani*, eſſet circà affines Papæ; quià Conſtitutio loquitur tantùm de Conſanguineis uſquè ad tertium gradum incluſivè, quorum nomine non veniunt affines, ut pòſt *Speculatorem*, & *Io: Andrea* ſcribit *Theſaurus*. (19)

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

18 *Pœna Laicorum exercentium divinationem de jure antiquo.*
*Pœna Clericorum conſulentium divinatores, aut exercentium artem divinatoriam.*
19 *Pœnæ ſupradictorum de jure novo.*
20 *Pœna Regularium utriuſque ſexus, qui ſunt Rei de tali crimine.*
21 *Quinam ſint Iudices hujus delicti in Vrbe, & extrà.*
22 *Pœna lata contrà Aſtrologos Iudiciarios, àn obligent in utroque foro.*
23 *Excommunicatio contrà Aſtrologos non eſt reſervata quò ad alios, qui non inquirunt de vitâ Papæ, ejus Conſanguineorum &c.*
*Theſaurus malè relatus à Sgroi.*
24 *Abſolutè excommunicatio lata contrà Aſtrologos non eſt reſervata.*
25 *Quilibet obligatur ad denunciandum Inquiſitoribus Aſtrologos judiciarios.*

18 Pœnæ autem contrà conſulentes, aut exercentes *Aſtrologiam judiciariam*, in ſpecie de jure antiquo non habentur; ſed benè contrà conſulentes, aut exercentes in genere, puta, *divinationem*. Laici enim conſulentes, aut in domum ſuam introducentes Divinatores, mulctabantur pœnitentiâ publicâ per quinquennium, ut habetur ex *Concilio Martini Bracharenſis*, (20) & *Ancyrano*, & ex *Concilio Aurelianenſi primo*, (21) & *Narbonenſi*, erant fuſtigandi, venundandi, & eorum prædia pauperibus eroganda. Clerici autem juxtà alios Canones (22) erant excommunicatione percellendi.

19 Sed de jure novo, inducto per Bullam *Sixti* ſupradictam contrà delinquentes juxtà prædicta, remittitur arbitrio *Ordinarii* loci, ſivè *Inquiſitoris* infligere pœnas Canonicas. Per Bullam autem *Vrbani* ſuprà citatam contrà *Aſtrologos judiciarios*, non tamen quoſvis, ſed contrà conſulentes, & prædicentes &c. de Statu Reipub. Chriſtianæ, vitâ, & morte *Papæ*, ac ejus Conſanguineorum, juxtà dicta ſuprà *num.* 13., lata eſt excommunicatio major, pœna confiſcationis bonorum, Officiorum Curiæ Romanæ, & privationis feudorum, tanquàm Reos criminis læſæ Majeſtatis, & hoc reſpectu Laicorum.

20 Contrà Eccleſiaſticos autem Sæculares, ac Regulares utriuſque ſexus, etiam quovis modo privilegiatos, & etiam Ordinum militarium, ultrà prædictas, lata eſt pœna privationis Beneficiorum, Dignitatum, ac Officiorum Eccleſiaſticorum; & inhabilitatis perpetuæ ad illa; & traditionis Curiæ ſæculari prævià degradatione. Reſpectu autem Epiſcoporum, & majorum dignitatum, ultrà excommunicationem prædictam, lata eſt privatio regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiarum, & quorumcunque beneficiorum, & dignitatum, & inhabilitationis perpetuæ ad illa.

21 Cognitio autem talis delicti reſpectu quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum, ac laicarum in Vrbe, commiſſa eſt *Cardinali Vicario*, aut *Gubernatori Vrbis*, & *Auditori Cameræ* ſingulis in ſolidum. In ſtatu Eccleſiaſtico extrà Urbem committitur *Legatis*, *Vicelegatis*, & *Præſidibus* in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis. In aliis partibus, tùm ex officio, tùm ad inſtantiam partis procedere debent *Ordinarii* locorum, ac *Inquiſitores* privativè, quò ad quoslibet omnes,

22 Notandum primò, quòd fuit opinio nonnullorum, (23) qui ſentiunt, quòd Bulla *Sixti V.* non obliget, niſi in foro externo. Verùm in utroque foro militare, non ſolùm dùm futura prænunciantur, verùm etiam

(17) *Par. p. Tit. Corpus num.* 2. *& ſeqq.*
(18) *Par. p. Tit. Corpus num.* 36. *&* 37.

(19) *Specul. Tit. de Reſcript. præſentat. §. Ratione autem impetrantis. V. Quid de collater. Io. Andr. in cap. Sciant cuncti de Elect. in 6. Theſaur. de Pæn. V. Superſtitio. V. Nota quod dictæ.*
(20) *Concil. Martin. Brachar. cap.* 72. *& habetur cap. Non liceat* 26. *qu.* 5. *Concil. Ancyran. cap.* 23.
(21) *Concil. Aurelian.* 1. *cap.* 32. *Concil. Narbonen. cap.* 14.
(22) *cap. Si quis Clericus. cap. Si quis Ariolos.* 26. *q.* 5. *Concil. Venetic. cap. ult. Leo* 4. *Epiſt.* 12. *Lauræ. V. Divinatio.*
(23) *Suar. tom.* 2. *de Relig. Tract. de Irreligioſit. cap.* 11 *n.* 34. *Molfeſ. Theol. moral. tract.* 11 *c.* 7. *n.* 120. *Nald. Summ. V. Aſtrologus. n.* 4

VTIT

Digitized by Google

etiam, dùm *Aſtrologus* declarat, ſe id non aſſeveranter affirmare, tenent quamplures, quos recitat, & ſequitur *Barboſa*. (24)

23 Notandum ſecundò, quòd circà excommunicanem, latam in Conſtitutione *Vrbani VIII.*, ſcribit *Sgroi* (25) citans *Theſaurum*, quòd ejus abſolutio ità eſt reſervata *Summo Pontifici*, ut nequè ſacra *Pœnitentiaria*, poſſit abſolvere. Sed non refert fideliter *Theſaurum*, quià iſte (26) dicit, quòd abſolutio illius excommunicationis ità fuit in Brevi reformationis Sacræ *Pœnitentiariæ* ab eodem Papâ *Vrbano Octavo* reſervata, ut Sacra *Pœnitentiaria* non poſſit abſoluere prædictos inquirentes per media præfata; quò ad alios autem in eâdem Bullâ comprehenſos, non fuit reſervata abſolutio in illo Brevi. hæc *Theſaurus*. Ità ut videatur dicere, talem cenſuram eſſe reſervatam, quò ad inquirentes per media præfata, puta, medio *Aſtrologiæ judiciariæ*, aut alterius artis divinatoriæ damnatæ, de vitâ *Romani Pontificis &c.* inrogando ſuper his Artiſtas hujuſmodi: ſed quò ad alios in Bullâ comprehenſos, puta, exercentes ipſas artes, non fuit reſervata abſolutio.

24 Sed quidquid ſit de *Pœnitentiariis*, & de Brevi illo reformativo, quod nec vidi, nec apud alios Auctores publicatum, aut citatum reperi; certum eſt, quòd in Conſtitutione prædictâ, nec verbum habetur de reſervatione talis cenſuræ, nec Auctores moderni, qui de eâ mentionem faciunt, referunt, ac punctualiter examinant, Cenſuram eſſe reſervatam aſſerunt. Et ideò dicendum eſt, quòd ipſa ſit, ſicut multæ aliæ Excommunicationes, contentæ in jure communi, & *Extravagantibus Pontificiis*, quæ non ſunt reſervatæ, poſſunt ab omnibus Confeſſariis tolli.

25 Notandum tertiò, quòd, cùm hujuſmodi delictum ſpectet ad *Inquiſitores*, ut ſuprà dictum eſt, quilibet obligatur ad denunciandum Tranſgreſſores, quantùmvis unus tantùm ſciat delictum, pròut ſcribit *Lezana*. (27)

(24) *Barboſ. de Offic. & poſt. Epi. part. 3. Alleg. 51. num. 134. & ibi Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 38 num. 34 Salas. in 1. 2. Tr. 5. diſp. 2. ſect. 3. n. 36. Homobon. Exam. Eccl. Tr. 6. q. 22. V. 4. Filiuc. Tr. 24 cap. 4. Bonac. de Cenſur. extra Bull. diſp. 2. q. 2. part. 38. n. 3.*

(25) *Sgroi Part. 7. cap. 4. num. 6.*

(26) *Theſaur. de Pœn. V. Superſtitio. V. Nota ſecundò.*

(27) *Lezan. Tom. p. cap. 10. num. 27.*

TITV

# TITVLVS SEPTIMVS

## DE

## Injuriis facti.

*SVMMARIVM.*

1 *Injuria nomen comprehendit omnia delicta.*
*Injuria infertur facto, aut verbis.*
*Injuria diverſificatur juxtà perſonas, & objecta immediata.*
2 *Diffinitio omnis in jure periculoſa.*
*Quæ tractanda in hoc titulo.*

1 INjuria nomen in latiſſimâ ſuâ ſignificatione omnia continet delicta. Siquidèm, ut ajt Jureconſultus (1) *omne, quod non jure fit, injuriâ fieri dicitur*, & cùm omne crimen fiat contrà jus, ſequitur, quòd omne crimen venire poſſit nomine *injuriæ*. Magìs autem preſſo nomine *injuria* ſignificat contumeliam, ſeù damnum, quod alteri infertur. Sed & hoc amplam habet extenſionem; nàm non ſolùm diverſificatur, ſi fiat *re, aut verbis*, ut ait *Labeo*, (2) qui ſunt modi, quibus infertur; ſed etiam alia, ac alia eſt reſpectu perſonarum, quibus infertur, ut puta, in Principem, in Parentes, in perſonam Eccleſiaſticam &c., & reſpectu objecti, juxtà quod fit; nempè ſi fiat contrà bona, vitam, famam &c. proximi. Hinc eſt, quòd *injuria* fit contrà bona proximi per furtum; contrà famam per famoſos libellos; contrà honorem per adulteria, ſtupra, rebellionem &c.

2 Difficiliùs ſanè poteſt in moralibus actuum humanorum cathegoriam inſtitui, quàm in naturalibus; ex quo naſcitur, quòd neque perfectè poteſt de illis aſſignari diffinitio, ut proindè emanarit illud axioma, *omnis diffinitio in jure eſt periculoſa*, (3) cùm certum, & proprium genus illi non habeant, undè & facilè eſt illos ad diverſa genera trahere. *Injurias*, quæ verbis inferuntur, reduximus ſub *Titulo dilectorum verbalium*; quæ autem factis fiunt, eas tractavimus ſub diverſis Titulis, ut de *furto* diximus *Titulo de Delictis contrà votum paupertatis, de Rebellione, Schiſmate, læſâ Majeſtate* ſub *Titulo de Delictis contrà obedientiam &c.* In hoc Titulo agimus de *injurijs* facti, non quidèm generis univerſalis, quià etiam prædicta delicta ad factum ſpectant; ſed cujuſdam generis ſubalterni, ſub quo conſiderantur facta illa, quæ tendunt contrà alterius perſonam, immediatè illam lædendo, ſivè noxam inferendo; & ſub tali genere conſideramus *Armorum deletationem*, (tanquàm præparatoria ad offendendum) *Minas, Percuſſiones, Duellum, Homicidium, Aſſaſſinium, Homicidium proditorium, Parricidium, Veneficium, & Abortum*, & his decem paragraphis hanc Tractationem abſolvemus.

(1) *Vlpian. in l. 1. ff. de Iniur. & famoſ. libell.*
(2) *text. in d. l. 1. §. Iniuriam. ff. de Iniur. & famoſ. libel.*
(3) *Monet. de Diſtribut. quot id. par. p. quæſt. 4. nu. 5. Barboſ. Axio 67. num. 2.*

§. I.

## §. I.

# Armorum delatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Opinio Bartoli circà prohibitionem delationis armorum, confutatur.*
*Arma movere eſt armis uti.*
2 *De jure communi non eſt vetitum arma portare.*
*Vſus armorum tantùm prohibetur in Novellâ.*
3 *Arma plura in domo congregare vetitum eſt, & quarè.*
*Prodiens in publicum cum armis ad invadendum committit in legem.*
*Armorum delatio ad puram defenſam non eſt prohibita.*
4 *Armorum delatio, abſquè animo etiam nocendi prohibita tantùm eſt de jure municipali.*
5 *Armis creſcit audacia ad nocendum.*
*Armorum delationis prohibitio àn Reipublicæ expediat, dubium eſt.*
*Munus Principis eſt delationem armorum prohibere.*
6 *Armorum differentia.*
*Sclopi dicuntur inventum diabolicum, & quarè.*
*Sclopo commiſſum quodvis delictum dicitur* atrox.
7 *Piſtoletti prohibiti ſunt pœnâ furcarum in Statu Eccleſiaſtico.*
*Vulnerantes piſtolettis poſſunt dici* proditores.
*Cultellos, ſeù ſtylos deferre in Statu Papali crimen atrociſſimum eſt.*
*Mulieres comprehenduntur in pœnis latis contrà deferentes arma.*
8 *Arma prohibita faciens deferre per famulum, àn teneatur de delatione.*
*Tenetur aliquâ pœnâ, ſed non ordinariâ.*
~~*Furti tantùm ille tenetur, qui*~~ *ſcienter de alterius mandato rem furtivam tenet.*
9 *Arma deferre, ac ea tractare à Canonibus viris Eccleſiaſticis vetitum.*
*Arma Eccleſiaſticorum debent eſſe orationes, & lacryma.*
*Eccleſiaſtici poſſunt de Superiorum licentiâ ferre arma ad ſui defenſionem.*
*Clericus poteſt armis uti ad tutelam propria vita, etiam occidendo aggreſſorem.*
*Clericus poteſt arma movere. Prò defenſione rerum ſuarum terrefaciendo armis furem.*
*Prò defenſione vita proximi poteſt Clericus armis occidere invadentem.*
*Quàmvis tali caſu non peccet, incurrit tamen irregularitatem.*
10 *Armorum nomine, qua veniant.*
*Cultellus conſueto longior venit nomine armorum.*
*Inſtrumenta fabrilia delata a Clerico, qui ijs non utitur ad artem, ſunt arma.*
11 *Regulares in odioſis non veniunt nomine Clericorum.*
*Diſpoſitio legis odioſa extenditur, ſi per eam providetur ſaluti animarum.*
*Clauſtralibus de jure communi, arma deferre eſt vetitum.*
12 *Monachis Nigris prohibitum ſub excommunicatione eſt intrà Monaſterium arma te nere.*
*Monachi Albi tali pœnâ non tenentur, juxtà quoſdam.*
*Alij tenent, quòd comprehendantur in dicta prohibitione.*
13 *Talis Cenſura ampliùs non ligat.*
*Plures excommunicationes lata in jure antiquo, ampliùs non ligant.*
*Si talis Cenſura vigeret, eſſet inſerta in Statutis Minorum de Obſervantiâ.*

1 CVm in præſenti Titulo, ut dictum eſt ſuprà, agere intendamus de delictis, quibus aliquis offenditur in vitâ, ſivè corpore vivente, & ut in pluribus offenſiones tales fiant armis, congruenter tractandum eſt de *Armorum delatione*, tanquàm præparatoriâ ad injuriam facti, puta, ad alterius læſionem. *Armorum delatio*, non habitâ Principis licentiâ, vetita eſt ex ſententiâ *Bartoli*, (1) qui quandam legem hâc epigraphe ſummavit, *Nulli licet arma portare ſinè Principis licentiâ.* Sed re verà illius legis Textus habet, *Nulli prorſùs, Nobis inſciis, armorum movendorum copia tribuatur*, undè in rigore ſermonis, maximè cùm ſimus in lege prohibitivâ, non poteſt ex illâ deduci, quòd prohibeatur delatio, ſed uſus armorum; ſiquidèm *movere arma*, ut optimè ad eam legem, ait *Dionyſius Gothofredus*, (2) *eſt armis uti*, ſicut & movere Equum eſt uti Equo, argumento eorum, quæ dicuntur in jure. (3)

2 Autumant alii, (4) hoc prohiberi de jure *Authenticorum Digeſtorum*, & etiam ab aliâ lege *Codicis*: Sed neque hoc clarè convincitur; ſiquidèm *Novella de Armis* (5) diſponit tantùm, quòd arma non fiant, niſi à fabricenſibus, qui ea privatis vendere prohibebantur, ſed tenebantur in publicâ armamentariâ comportare. Non habetur autem ibi, quòd privati arma deferre non poſſent, ſed dicitur tantùm, *Nulli penitùs licentia dabitur, neque Civitates habitantibus privatis, neque Villas incolentibus ruſticis, armis uti adverſus alterutros, neceſque præſumere*; ex quibus verbis liquidò apparet vetitum eſſe uſum, non verò ſimplicem delationem armorum.

3 Pariter in *l. 1. ff. de Vi publ. & l. In eadem §. 1. ff. eo. tit.* in quibus prætenditur interdictam armorum portationem, hoc nullo modo habetur. Nàm illa prima lex ſic habet (6) *lege Julia de Vi publicâ tenetur, qui arma, tela domui ſua, agrove, in Villâ prater uſum venationis, vel itineris, vel navigationis coegerit.* Ex quo Textu apparet, prohibitum eſſe plura arma in domo congregare, nè his inſtructo populo vis publica inferatur contrà Magiſtratum, aut Principem.

(1) *Bart. in l. Vnic. C. Vt armo. uſ. lib.* 11.
(2) *Gothofred. ad l. Vnic. lit. P. C. Vt armo. uſ. lib.* 1c.
(3) *l. Parhippum. C. de Curſ. publ. lib.* 12. *& l. final. C. eo. tit.*
(4) *Bart. Angel. Decian. Menoch. Farinac. Iaſon. apud Bill. qu.* 114. *num.* 2.
(5) *Novell.* 85. *Coll.* 6. *cap.* 3 *paul p. med.*
(6) *l. 1. ff. Ad leg. Jul. de Vi publ.*
(7) *l. in eadem. §. 1. ff. Ad l. Jul. de Vi publ.*

pem. Secunda verò lex (7) ſic habet. *Eadem lege* (de *Vi publicâ*) *tenetur*, *qui pubes cum telo in publico fuerit*; talis autem Textus loquitur de eo, qui in tumultu Populi cum armis prodit publicè ad inuadendum, ut habet contextus paragraphi præcedentis. Alia verò lex *Codicis* (8) loquitur de eo, qui *cum telo ambulaverit, hominis necandi causâ*, ità ut puniatur in eâ animus appenſatus occidendi hominem, ob quod telum deferre convincitur, non autem ſimplex armorum delatio, ſeparata à tali animo, & facta ad meram defenſam, quod licitum eſſe aſtruitur ex iis, quæ tradit *Paulus I. C. lib. 5. Sententiarum*. (9)

4 Pace igitur, & ſalvâ reverentiâ præclariſſimorum Jure Conſultorum, quos plenâ manu congerit *Decianus*, (10) aſſeri non poteſt, quòd de jure communi vetitum ſit *arma deferre* abſquè animo nocendi, & ad propriam defenſam. Vndè, ſi hoc prohibitum eſt, eſt ſolummodò per municipales locorum leges.

5 Ratio autem prohibendi *delationem armorum*, tùm quæ ad ſolam defenſam, tùm etiam quæ ad offenſam faciunt, eſt, quià homo armatus audacior fit ad delinquendum, quàm cum eſt inermis. An verò prò quiete Reipublicæ expediat delationem armorum prohibere, àn concedere, quæſtio brocardica eſt, ait *Raynaldus* (11) qui ait in Civitate *Firmi in Piceno*, indultâ à quodam Gubernatore ejus Vrbis generali facultate arma deferendi, rariſſima fuiſſe delicta, armis patrata; quæ tamen frequentiſſima fuere ſub illius ſucceſſore, qui arma prohibuerat. Concludit tamen, veritatem eſſe, quòd ex commoditate armorum crebriora evadunt homicidia, ac vulnerationes in rixâ, proindè ex *Cutello* (12) firmat munus Principis eſſe arma in pacatis locis portanda vetare.

6 Spectanda ſunt igitur locorum Statuta, quæ ut plurimùm delationem armorum interdicunt, & prò varietate iſtorum gravia, aut levia evadunt in iis deferendis delicta. Siquidèm alia arma miſſilia ſunt, quæ cominùs, & eminùs nocere poſſunt, ut ſclopi &c, alia verò non ſic ut enſes, lanceæ &c. quæ cominùs tantùm valent. Illa autem deteſtabilia ſunt, ac diabolicum inventum reputantur, prout ſcribit *Decianus*, (13) tùm quòd uno ictu poſſunt proſterni plures homines; tùm quià homo vilis, puer, aut mulier imbellis valet egregium quemvis, generoſumque militem illis occidere. Proindè delictum quodvis, patratum cum ſclopo quovis, à *Riminaldo juniore* (14) vocatur *atrox*, & juxtà *Muſcatellum*, quem ſequitur *Muta* (15), æquiparatur *aſſaſſinio*. Inter hæc autem pernicioſiſſima ſunt ea, quæ brevioris menſuræ ſunt, vocanturque *piſtoletti*; cùm enim ſub veſtibus abſcondita gerantur, nèc poſſit adverſarius ab iis ſibi ſatis cavere, ſequitur, quòd mors, per talia arma illata, jure meritò vocari poteſt proditoriè procurata; & hoc idem evenit cum armis, quæ punctim cædunt ut gladii, ſtyli &c. quæ, cùm brevia ſint, poſſunt facilè ſub veſtibus ità tegi, ut homo inermis appareat, ut proindè ejus adverſarius in cavendo ſibi incurioſiùs, incautiùſque ſe gerat, & hoc pacto commodiùs, ſecuriùſque ab alio ſaucietur. Sunt pariter alia arma, quæ non ratione facilitatis ea abſcondita gerendi ſpecialiùs prohibentur, ſed ratione mucronis ita figurati, ut eius vulnus, aut nunquàm perfectè, aut difficilimè curari queat, quemadmodùm ſunt enſes triangulati, aut rotundi, qui vocantur Italicè *verdughi*, qui ad feriendum cæſim inepti ſunt, cum aciem non habeant; ſed punctim lethaliter ſauciant.

7 Hæc quidèm arma ubiquè fermè locorum ſub ſpeciali diſtrictione prohibentur; & quibuſdam in locis etiam ſub pœnâ furcarum; ut eſt in Statu Eccleſiaſtico, in quo à *Pio Quarto* (16) deferentes *piſtolettos*, aut etiam domi retinentes, furcis ſuſpendendi ſanciuntur, vocanturque Rei criminis læſæ Majeſtatis, & rebellionis: & addit *Raynaldus* (17), poſſe etiam dici *proditores* eos, qui tales gerunt, & iis feriunt adverſarium, qui, ut dictum eſt, non ſatis ſibi poteſt ab iis cavere; & Conſtitutionem *Pii Quarti* confirmavit, & ampliavit ad cultellos, & ſtylos *B. Pius Quintus* in ſuâ Conſtitutione 145 in ordine talium ergò armorum delatio crimen atrociſſimum eſt, ratione pœnæ ultimi ſupplicii: ſed reſpectu aliorum, quorum delatio, ut plurimùm pecuniariâ mulctâ vindicatur, delictum leve cenſetur; argumento eorum, quæ dicuntur in jure, (18) & ſcribit *Decianus* (19), qui ex *Baldo*, *Curtio*, *juniore*, *Hippolito*, *Alexandro*, & *Afflicto* ſubiungit (20), etiam mulieres ligari Statutis, quæ prohibent armorum delationem.

8 Dubium autem eſt, àn qui facit arma, prohibita deferri per famulum, iiſdem pœnis teneatur, quibus tenetur deferens; & videretur reſpondendum affirmativè, argumento cujuſdam legis, (21) quæ ſancit puniri eum debere, qui armatum famulum ſecùm ducit; & hoc idem probari videtur per aliam legem (22), in quâ dicitur deieciſſe videri eum, qui per ſervum deiecit, ſicut, ſi ipſe manu ſuâ dejeciſſet. Contrarium autem, & benè firmat *Ioannes de Plateâ* (23), per ea, quæ tradunt communiter Doctores in *l. Si quis perferendum. ff. de Furt.* ubi furti tenetur ille tantùm, qui de alterius mandato rem furtivam ſcienter defert. Vndè ad contrarias leges reſponderi poteſt, cum, qui arma prohibita per famulum deferre facit, teneri quidèm aliquâ pœnâ, (& hoc probant citatæ leges) non autem eâ, quæ deferentibus arma prohibita ſancita eſt.

9 *Armorum delatio* crimen eſt quibuſvis Eccleſiaſticis viris ex multorũ Canonum prohibitione, (24) ſicut enim

Ddd ipſis

(7) *l. in eadem. §. 1. ff. Ad l. Iul. de Vi publ.*
(8) *l. Is qui cum telo. C. Ad leg. Corn. de Sicar.*
(9) *l. Penult. ff. final. ff. Ad l. Iul. de Vi publ.*
(10) *Bart. Bald. Afflict. Panorm. Angel. Hippol. Paris. Boſſ. Corn. apud Decian. Tract. crim. lib. 8. cap. 3. nu. 7.*
(11) *Raynal. Tom. 3. cap. 24. §. 1. n. 16. & ſeqq. obſerv. crimin.*
(12) *Cutel. Ad leg. Sicul. Tit. Ad leg. Iacob. Reg. cap. 53. not. 56. n. 2.*
(13) *Diecan. Tract. crimin. lib. 8. cap. 2. num. 15.*
(14) *Rimin. iun. Conſ. 327. nu. 18.*
(15) *Muſcatel. de Cogn. de lict. Tit. de Ictu ſclopi. n. 30. muta. ad Pragmat. Tit. 41. de Arm. prohibit. nu. 92.*
(16) *Pius IV. Conſt. 49. §. 1.*
(17) *Raynal. obſerv. crim. Tom. 3. cap. 24. §. 2. nu. 2.*
(18) *text. in cap. 1. §. Si quis ruſticus. de Pace. tenen.*
(19) *Decian. lib. 8. cap. 4. nu. 2.*
(20) *Decian. loc. cit. cap. 3. nu. 27.*
(21) *arg. l. Servos. C. Ad leg. Iul. de Vi publ.*
(22) *arg. l. 1. §. Deieciſſe ff. de vi. & vi arma.*
(23) *Io. de Plate. in §. Item lex Iulia. il 2 n. 16. Inſt. de pub. judi.*
(24) *cap. Clericis. cap. Quicunque ex Clero. 23. qu. 8. cap. Clerici. de Vit. & honeſt. Cler. Concil. Mogunt. 4. cap. 74. Concil. Mediolanen. 1. Par. 2. Tit. de arm. Ind. &c.*

Digitized by Google

ipſis vetitum eſt arma tractare, (25) ità etiam ipſa deferre. Et hoc congruenter, nam arma Eccleſiæ Miniſtrorum, & maximè Sacerdotum debent eſſe orationes, & lacrymæ, ut dicit *D. Ambroſius*. (26) Verum eſt, quòd ex cauſâ legitimâ, & accedente licentiâ ſuorum Superiorum, poſſunt ea deferre ad puram defenſionem, ut poſt quandam *Gloſſam* ſcribit *Abbas* (27), qui ait, quòd prò inculpatâ defenſione ſuæ vitæ poteſt Clericus armis etiam uti, occidendo aggreſſorem, & hoc abſquè peccato, & Cenſurâ, ut habetur in quâdam *Clementinâ*. (28) Prò defenſione rerum, & jurium ſuorum poteſt uti armis, repugnando, perterreſaciendo, & etiam verberando, non verò occidendo, aut mutilando. (29) Prò defenſione autem proximi, ſi aliter iniuria propulſari non poteſt, poteſt Clericus arma movere, verberando, & etiam occidendo iniuſtum aggreſſorem, (30) Verumtamen eſt, quòd, licèt ità occidendo, vel mutilando, non peccet, nihilominùs incurrit irregularitatem. (31)

10 Nomine autem *armorum* veniunt ea ſola, quæ ad uſum pugnæ fabricata ſunt. Undè, licèt mors alteri inferri poſſit brevi cultello, aut graphio &c. tamen illa propriè arma non ſunt, cùm fabricata ſint ad uſum menſæ, ſivè calami acuendi. Proindè deferre hujuſmodi cultellos Clericis prohibitum non eſt, ut deducitur ex quodam capitulo (32). Verum eſt, quòd, ſi cultellus in longitudine notabiliter excederet, optimè venit nomine armorum, ut advertit *Sanctorus*; (33) undè, licèt Clericus ipſo uteretur in mensâ ad incidendum panem &c. tamen ipſum ſic deferendo, committeret in legem, cui fraus fieret, portando arma illicita nomine inſtrumenti liciti. Sicùt etiam, quàmvis inſtrumenta artis arma non ſint, & ea deferre Artificibus utenti, licitum ſit, venire tamen debent nomine armorum, ſi deferantur à Clerico, qui iis ad artificium non utitur; ut ſi paruam ſecurim, quâ utuntur fabri lignarii, aut falcem vinitorum, aut dolabram carpentarii, aut malleum fabri ferrarii portaret, nec legitimam cauſam delationis afferret, profectò eſſet puniendus.

11 Regulares autem, quià in odioſis non veniunt nomine *Clericorum*, (34) non videntur, ſecundùm aliquos, eſſe de jure communi prohibiti arma deferre. Sed contrarium eſt verius, quià diſpoſitio odioſa, & pœnalis extenditur, quandò per eam providetur ſaluti animarum, & obviatur peccatis, (35) ut in caſu, ex delatione enim armorum ſcandalum inter ſæculares generatur, & multa mala Religioſæ Reipublicæ proveniunt. Undè dicendum eſt, quòd Clauſtralibus etiam interdictum ſit de jure communi arma deferre. Sed ultrà jus commune unaquæque Religio habet circà hoc municipales Conſtitutiones, ut ſcribit *Lezana*. (36)

12 Peculiaris tamen prohibitio *Monachis Nigris* interdicta eſt in quâdam *Clementinâ* (37), in quâ ſub pœnâ excommunicationis, ipſo facto, incurrendâ, prohibentur infrà ſepta Monaſterii ſinè licentiâ Abbatis arma tenere. Diſputant verò Doctores, àn talis prohibitio, & pœna extendatur ad alios *Monachos non nigros*, & *Gloſſa* (38) illius *Decretalis* dicit, quòd ipſa univerſaliter non extenditur ad *Monachos Camaldulenſes*, *Ciſtertienſes &c.* quià iſti habent corpus, & caput majus, quo quià carent *Nigri Monachi*, minùs ibi viget correctio, tamen quò ad diſpoſita in quibuſdam paragraphis, (inter quos continetur etiam ille, in quo exprimitur prædicta prohibitio de tenendis armis) etiam alii *Monachi* comprehendantur, & opinionem hujus *Gloſſæ* ſequuntur *Sylveſter*, *Toletus*, & *Lezana* (39), & alii, imò volunt nonnulli, ut *Graffius*, & *Sgroi* (40), quòd comprehendantur univerſi Clauſtrales in dictâ Conſtitutione. Alii autem (41), conſiderantes, quòd verba in pœnalibus non admittunt extenſionem, negant in prædictâ *Clementinâ*, comprehendi alios *Monachos*, quàm *Nigros*; & à fortiori negant de aliis Regularibus, qui in odioſis non veniunt nomine *Monachorum*.

13 Quidquid autem ſit de hâc Excommunicatione de jure antiquo; videtur, quòd in noſtris temporibus de eâ communiter non curatur. Siquidèm in Monaſteriis tùm *Monachorum*, tùm *Mendicantium* videntur arma teneri ad venandum, & hoc videntibus, ſcientibus, & permittentibus Superioribus. Undè per contrarium uſum, ſeù potiùs abuſum, puto illam ampliùs non ligare; ſicùt plures aliæ excommunicationes in jure antiquo reperiuntur, quæ ampliùs non ligant, quià ampliùs non ſunt in uſu; & per contrariam conſuetudinem introductam, pœnæ non incurruntur, ut dicunt Doctores, (42) quàmvis conſuetudines malæ ſint. Quod etiam deduco (ſaltem prò noſtrâ Religione) ex hoc, quòd, ſi talis excommunicatio *Mendicantes* afficeret, & eſſet in uſu, in noſtris Conſtitutionibus, in quibus vetabatur tenere arma in Cellâ, prout in prædictâ *Clementinâ* prohibetur, poſita eſſet pœna prædicta Excommunicationis, ultrà pœnas Statutarias, de quibus infrà dicemus. Vndè, cùm ipſa appoſita non ſit, jure optimo deduci poteſt, quòd ampliùs non afficiat; proindèque Capitulum generale ipſam non appoſuit.

(25) *cap. 1. can. 3. q. 4.*
(26) *Ambroſ. lib. 5. epiſt. in Orat. contr. Auxent. cap. Non pila. 23. q. 8.*
(27) *Gloſ. in cap. 2. in V. Clerici arma. ubi Abb. num. 2. de vit. & honeſt. Cleric.*
(28) *Clement Si furioſus de Homicid.*
(29) *arg cap. Olim il p. in fin. de Reſtit. ſpol. Innoc. in cap. Si verò. il 1. de ſent. Exco.*
(30) *arg. cap. Maximianus. cap qui poteſt 23. q. 3. cap. Dilecto. de Sent. Excom.*
(31) *Abb. in cap. 2. nu. 4. de Vit. & honeſt. Cleric.*
(32) *cap. latori, ubi Abb. num. 3. & Zachari. Add. lit. B. Extra de Homicid.*
(33) *Sanctor. de Pœn. cap. q. 4 V. Reſpondeo primò fol. 85. par. 2.*
(34] *Sylveſt. Summ. V. Clericus. nu. 1.*
(35) *Io. Andræ. in cap. Ex tenore. de Clandeſtin. Deſpons. Gemin. Conſ. 66. n. 6. Ancharan. Conſ. 304. nu. 3. Io de Imol. Conſ. 123. n. 3. Felin. in cap. Auditis. n. 32. de Præſcr. cap. Iuvenis. de ſponſ. & in cap. Ad audientiam. de Homic. apud Tuſc. l. O. Conc. 67. num. 46. & 47.*
(36) *Lezan. Summ. V. Arma. nu. 2.*
(37) *Clement. Ne in agro §. Quia verò. in fin. de Stat. Monach.*
(38) *Gloſſ. in Clement. 1. in Verbo Nigros. de Stat. Monach.*
(39) *Sylveſt. V. Excommunicatio. 9. num. 73. Tolet. ſumm. lib. 1. cap. 39. Lezan. V. Arma. n. 1.*
(40) *Graff. Deciſ. lib. 4. cap. 21. n. 19. Sgroi. Par. 7. cap. 4. nu. 5.*
(41) *Suar. de cenſur. Tom. 5. Diſp. 23. Sect. 5. Filiuc. Pelizar. manual. Regul. Tr. 7. cap. 1. n 207. apud Sgroi. loc. cit.*
(42) *Felin. in cap. Ex tenore. col. 6. n. 9. V. Declara. de Reſcr. Zabarel. Conſ. 132. Cepol. Conſ. 40 per tot. Marſil. in l. 1. nu. 92. ff. de ſicar. Bald. Conſ. 349. lib. 5. Iaſon. in l. De quibus. poſt med. col. 2. ff. de leg. & in l. 1. §. Hoc iudicium. n. 25. ff. Si quis Iudic. non obtemp. apud Tuſc. lit. C. Concl. 406. num. 18. & 19.*

Pœ-

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

14 *Vt ſit locus pœnis, debet Reus deprehendi cum armis.*
*Arma debent coràm Iudice ſiſti, & quarè.*
*Res non dicitur inventa, niſi apprehendatur.*

15 *Quomodò probandum plenè corpus delicti in delatione armorum.*
*Birruariis, ut potè vilibus, ac infamibus non credendum.*

16 *Contrà Eccleſiaſticos poteſt procedi per inquiſitionem in delatione armorum.*
*Prò recognitione armorum prohibitorum adhibendus Peritus.*

14 PRobatio autem hujus delicti anceps eſt ex diverſitate opinionum, nonnulli enim Doctores (43) volunt, quòd, ſi Statutum dicat, eſſe tali modo puniendum *inventum cum armis*, probatio delicti dependeat ab actuali deprehenſione Rei, deferentis *arma*; ità ut non ſit locus procedendi per inquiſitionem, nec probandi per Teſtes, quòd ille aliquandò portavit *arma*. Alii autem Doctores (44) volunt, quòd, juxta proprietatem ſermonis, quis dicatur *inventus cum armis*, qui aliquandò viſus ſit ea deferre; proindè tenent, quòd, ſi per Teſtes concludenter probetur, aliquem arma portaſſe, ſit locus pœnæ Statutariæ. Prima autem opinio mihi videtur æquior, tùm quià leges pœnales in propriâ, & ſtrictâ acceptione verborum, accipiendæ ſunt; tùm quià Teſtes poſſunt decipi circà qualitatem *armorum*, nùm ſcilicèt ſint prohibita, nec nè, & hìnc Rei ultrà fas gravari; proindè neceſſarium eſt, quòd illa in judicio ſiſtantur, quòd eſſe non poteſt, niſi Reus cum illis apprehendatur: tùm quià hoc deducitur ex quâdam lege *Codicis* (45), ex quâ *Dionyſius Gothofredus* deducit, quòd inventa res non dicitur, niſi apprehendatur.

15 Hinc eſt, quòd, ut optimè advertit *Raynaldus*, (46) ad hoc, quòd inferri poſſit pœna ordinaria, neceſſe eſt, quòd plenè conſtet de delicto, nempè probando, quòd arma erant perfecta ad uſum, & erant brevioris menſuræ, aut mucronata in formâ prohibitâ; undè debet Judex adhibere in eorum viſitatione Peritos, qui coràm Reo, & Teſtibus ab ipſis extrahat pilas, ac pulverem pyrium, ut notat *Ambroſinus* (47). Nec ſufficit, quòd Birruarii arma ad Judicem portent, referantque ſe abſtuliſſe à *Caio*, qui ea deferebat, & è manibus capientium elapſus eſt, nàm, ut optimè ait *Decianus*, (48) tales homines, cùm ſint viles, infames, ac ſceleſtiſſimi, ut lucrum ab iis, quos aggravant, reportare poſſint, multa falſa Judicibus repræſentant, undè incongruum eſt, quòd ex eorum dictis alii condemnentur.

16 Sed quidquid ſit de Laicis, certè circà Eccleſiaſticos ceſſat ratio diſputandi, Canones (49) enim dicunt, *qui arma volentes ſumpſerint, aut ſumpſerunt*: & alius *Quicumque ex Clero arma militaria non ſumant; nec armati incedant*: & Decretalis, *Clerici arma portantes excommunicantur*. Ex quibus evidenter apparet, quòd contrà illos poſſit procedi per inquiſitionem, & probari delictum per Teſtes, nec militat prò eis ratio, quam numero ſuperiori tetigimus, quòd nempè poſſint ipſi gravari à Teſtibus, qui poſſunt decipi circà qualitatem armorum prohibitorum: quandòquidèm omnia arma ſunt Clericis indifferenter prohibita, & circà delationem armorum in genere non poſſunt hallucinari Teſtes. Quòd, ſi ageretur de probandâ qualitate armorum, nùm eſſent ex prohibitis, nec nè; tunc concedo, quòd etiam reſpectu Clericorum non ſufficeret probatio qualitatis armorum per Teſtes, ſed requiratur actualis deprehenſio cum armis, quæ per Peritos, tanquàm prohibita in judicio probentur.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

17 *Pœna prima eſt amiſſio armorum licèt de hâc non diſponant Statuta.*
*Si arma ſint commodata, quandò amittantur in damnum commodantis.*

18 *Pœna Clericorum, arma deferentium dè jure antiquo.*
*Tales pœnæ deſueverunt, & ſuccedunt pœnæ pecuniariæ.*
*Clerici non puniuntur eâdem pœnâ, quâ puniuntur Laici in pari crimine.*
*Clerici non degradantur, niſi hoc apertè ſit expreſſum in jure.*

19 *An leges Principis Laici circà delationem armorum afficiant Clericos.*

20 *Leges clauſæ in corpore juris Civilis, deficiente jure Canonico, obligant Clericos.*
*Clerici computantur inter membra Reipublicæ, ac Cives.*
*Cives tenentur de jure naturali obedire Principi.*
*Leges Principis Laici reſpectu Clericorum habent tantùm vim directivam.*
*Clerici puniendi ſunt a Judice Eccleſiaſtico, ſi committunt in legem Principis Laici.*

21 *Familia Iudicis Laici poteſt capere, & ducere ad Iudicem Eccleſiaſticum Clericos repertos cum armis prohibitis:*
*Talia arma non poteſt ſibi uſurpare familia laica.*

22 *Licentia interpretativa Iudicis Eccleſiaſtici præſumitur, ut familia laica poſſit capere Clericum cum armis.*

23 *Ordinarii, àn poſſint dare licentiam Clericis deferendi arma brevioris menſuræ.*

24 *Talia arma ſunt incpta ad defenſionem.*

25 *Diſpenſatio requirit legitimam cauſam, aliter eſt legis diſſipatio.*
*Diſpenſationis causâ verâ ceſſante, ceſſat diſpenſatio.*
*Vetitum eſt Ordinariis dare Clericis licentiam armorum brevioris menſuræ.*

26 *Statutum Minorum de Obſervantia.*

27 *Tali Statuto vetantur arma offenſiva tantùm, & quæ*

28 *Portare, & tenere arma quid ſignificet.*
*Portare de rigore juris quid ſignificet, & quid importet ſecundùm communem uſum.*



(43) *Clar.q.82.init.Decian.Tract.crim.lib.8.cap.4.n.5.Farinac.qu.108.n.132.Felic.Alleg.50.n.2.Maſſin.de Confiſc.bonorum.q.8.n.13 Vrſell.Examapum.Concl.143.num.65.apud Conciol.ad Stat.Eugub.lib.4.Rubr.37.n.1.*

(44) *Bald.Angel.Imol.Aretin.Roman.Marſil.Ripa.Cumia.Socin.iun.apud Menoch.de Arbitr.Caſ.394.n.49.& in Addit.ibi.n.6.Conciol.V.Arma.Reſol.11 n.5.Cortiad.Deciſ.71.n.26.Romaguer.ad Stat.Eugub.lib.4.Rubr.37.n.7.*

(45) *l.Si Barſatoram C.de Fideiuſſ.& ibi Gothofr.lit.R.Ricc.Collect.563.arg.l.Poſſideri.§.Neratius.in fin.ubi Gothofr.lit.N.*

(46) *Raynal.Tom.3.cap.24.§.2.n.59.& ſeqq.*

(47) *Ambroſin.de modo form.Proc.inform.lib.1.cap.5.nu.11.*

(48) *Decian.Tract.crim.lib.8.cap.4.n.6.7.& 8.*

(49) *cap.Clerici.cap.Quicunque.23.q.8.cap.2.de Vit.& honeſt.Cleric.*

Digitized by Google

*Senſus Statuti aperitur.*

29 Tenere *importat nudum factum, poſſidere autem ſignificat jus.*

*Habere, poſſidere, ac tenere idem important.*

*Poſſeſſio eſt uſus.*

*Tenere arma quid ſignificet in dicto Statuto.*

30 *Quibus caſibus delinquit, aut non, Religioſus tenens arma.*

*Opinio Sanctori exploſa.*

31 *Ratio reſolutionis.*

*Paria ſunt habere filium incapacem ad ſuccedendum & non habere filium.*

*Habere Syndicum inhabilem, & non habere perindè eſt.*

*Non eſſe, & inutiliter eſſe paria ſunt.*

32 *Vt pœna Statutaria contrà portantem, aut tenentem arma, requiritur dolus, nempè animus offendendi.*

33 *Animus offendendi quomodò proditur.*

*Venatio tantùm clamoſa Eccleſiaſticis interdicta.*

34 *Religioſus abſquè licentiâ Superioris tenens ſclopum ad venationem, ân teneatur Statuto.*

35 *Si non habet animum nocendi, extraordinariè tantùm eſt puniendus.*

36 *Retinens arma etiam extrà cellam, quo caſu puniendus*

37 *Si arma retenta à Religioſo ſint ex probibitis à Principe, augenda eſt pœna Statuti.*

17 POenæ deferentium arma prohibita dependent à diſpoſitione Statutorum, quæ aliquandò mulctas pecuniarias, aliquandò pœnas corporales, etiam ultimi ſupplicii cum bonorum confiſcatione, prò diverſitate armorum, indicunt. Univerſaliter autem prima pœna eſt eorundem armorum amiſſio, & hoc, quantùmvis de hâc pœnâ nihil loquantur Statuta, ut pòſt nonnullos Doctores tenet *Ripa*, (50) qui & ajt, quòd, quandò arma ſunt commodata, ſunt reſtituenda commodanti, ſi iſte ignorabat commodatarium ea eſſe delaturum contrà mandatum Principis; & tali caſu commodatarium teneri ſolvere familiæ Prætoriæ valorem eorundem armorum. Si verò commodans non ignorabat commodatarium fore iis uſurum contrà prohibitionem, ea amittit abſquè vllâ ſpe repetendi prætium; & ſic cum *Bobadillâ, Conciolo, ac Mutâ* firmat *Raynaldus*. (51.

18 Pœnæ autem reſpectu Clericorum de jure communi, ut habetur ex citatis Canonibus, ſunt depoſitio à proprio gradu: detruſio in Monaſterio ad faciendam pœnitentiam: & Excommunicatio ferendæ ſententiæ, & ſi poſt trinam monitionem non deſiſtit Clericus arma portare, amittit privilegium Canonis, ut habet Textus in *cap. In Audientiâ. in fin. de Sent. excom. & in cap. Contingit. il 2. in fin. eo. tit.* Sed antiquæ hæ pœnæ antiquatæ ſunt; & ex conſuetudine omnium Diœceſium commutatæ ſunt in pœnas pecuniarias, arbitrio Ordinariorum; & etiam adhibentur Carceres, quandò pecunia deeſt, & ratione delationis armorum prohibitorum vidi quoſdam Clericos ad Triremes damnatos. Sed circà hoc unaquæque Diœceſis habet ſuas *Conſtitutiones Synodales*, quibus regitur in judicando. Uult autem *Poſthius*, (52) quòd Clerici ob delationem *piſtolettorum*, & delicti illis patrati, debeant degradari, & Curiæ ſæculari tradi, vltimo ſupplicio puniendi, juxtà Conſtitutiones *Pii IV. & Pii V.* de quibus diximus ſuprà *num. 7.* Tamen hoc admittendum non puto, tùm quià Clerici, tranſgredientes legem, quâ iis, æquè ac Laicis pœna imponitur, non ſunt puniendi eâdem pœnâ, quâ puniuntur Laici, ſed minori ad conſervationem, ac dignitatem gradus Eccleſiaſtici, ut ex *Vaſquez*, & *Salas* docet *Diana*, (53) tùm quià, quandò Pontifices voluerunt Eccleſiaſticos morte naturali eſſe puniendos, expreſsè ſtatuerunt, eos eſſe degradandos, ut habetur in pluribus Capitulis, (54) quod tamen non eſt in caſu delationis *piſtolettorum*.

19 Dubium autem eſt, ân leges Principis Laici, vetantes ſub determinatâ pœnâ delationem alicujus generis armorum, (ut potè gladios, acuminatos ad folium olivæ, ut vulgò dicitur, ſtylos triangulatos; *piſtoletta* breviora, (vulgò *mazzagatti*) afficiant etiam Clericos Sæculares, ac Regulares?

20 Reſpondeo, quòd juxtà ea, quæ tradit doctiſſimus *Rodericus*, (55) leges ſæculares, clauſæ in corpore Juris Cæſarei, deficientibus legibus Canonicis, inſervire debent etiam prò Clericis. Ratio eſt, quià tales leges cenſentur approbatæ à Summis Pontificibus ad adiuvandos Canones, ut in pluribus capitulis (56) expreſsè habetur. Et quià Clerici etiam ipſi computantur inter membra Reipublicæ, & in numero Civium, ut dicunt Doctores, (57) hinc eſt, quòd etiam ipſi legibus Civilibus obſtringuntur. Hinc etiam eſt, quòd, ſi Princeps prò ſecuritate Civium, ac felicitate Reipublicæ, aliquas leges condit, debent eas Clerici etiam ſervare, non quidèm in quantùm Clerici, (ſic enim non ſubduntur Principi Laico, qui eorum Superior, aut Judex non eſt), ſed in quantùm Cives, qui de jure naturali tenentur ſuperiori poteſtati Civili, hoc eſt, Principi obtemperare, ut docet *D. Thomas*, (58) & *Scotus*. Verum eſt, quòd talibus legibus non ſubduntur Clerici, niſi ſecundùm poteſtatem directivam; non verò ſecundùm poteſtatem coercitivam, & pœnalem; undè, ſi eas tranſgrediantur, peccant quidèm graviter, ſi tranſgreſſio eſt in materiâ gravi; ſed non poteſt Princeps (quià ipſorum Judex non eſt) eos coercere pœnis, latis in talibus legibus; ſed taliter punire ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum, qui tamen non tenetur regulare ſententiam ad rigorem, & dictamen legum Laicarum; ſed arbitrio ſuo, regulato à Canonicis Sanctionibus; & huic doctrinæ adſtipulantur communiter *Theologi, Canoniſtæ, & Iuriſperiti*. (59)

21 Dubium porrò eſt, ân Clericus, repertus cum piſtolettis, poſſit iis ſpoliari à familiâ Laicâ; aut capi, & duci ad Judicem Eccleſiaſticum? Quò ad primum, opinio nonnullorum, cum quibus ſentit *Diana* (60) eſt, quòd familia Laica nequeat Clericum, vt præfertur, armis ſpoliare. Contrarium ſentit *Farinacius, Scaccia, Ambrioſinus,*

(50) *Ripa de Noctur. tempo. cap. 8. num. 63. & 69. & ibi. Alex. Afflict. & Marſil.*

(51) *Raynald. tom. 3. Obſerv. crim. cap. 24. § 1. num. 77.*

(52) *Poſth. Reſol. 151. num. 14.*

(53) *Dian. Par. 1. Tract. 2. Reſol. 8. in fin.*

(54) *cap. Ad Falſariorum. de Crim. falſ. cap. Novimus. de Verb. ſign. cap. Ad Abolendum. de Hæret cap. 1. de Hæret. in 6.*

(55) *Roderic Q. Q. Regul. Tom. 1. Quæſt. 66. Art. 2. per tot.*

(56) *cap. De Capitulis. cap. Quis autem. cap. Certum. cap. Veſtrum. 10. Diſt. cap. Intelleximus. §. Quià verò. iunct. gloſ. in V. Adiuvantur. de nov. oper.*

(57) *Felin. in Cap. Eccleſia. S. M. N. 69. de Conſt. Bart. in l. 1. ff. Ad mancip. Plate. in l. Cives. C. de Incom. Soto de Inſt. lib. 1. q. 6. Art. 6. Adrian. Quol. 6. Medin. de Reſti. q. 46. Caſtr. de leg. pœna. cap. final. apud Roderic. Tom. 1. q. 66 art. 2. in fin.*

(58) *D. Thom. 2. 2 q. 114. art. 1. Scot. in 3. Diſt. 40. q. unic. §. onera impoſita. V. Quantum autem. E. 6.*

(59) *Medin. 1. 2. q. 96. art. 5. Sylv. V. lex. q 15. Sayr. Clau. Reg. lib. 3. cap. 4 n. 11. Abb. Dec. Felin. in cap Eccleſia S. M. de Conſt. Bart. in l. Cunctos populos. C. de Sum. Trin. apud Bict. q. 114. n. 8. Lez. V. Arma. n. 5.*

(60) *Dian. Par. 1. Tract. 2. Reſol. 10. & ibi Sala. Barboſ. Medi. Bonac. Duar. Bellet. Mart. Megal. Genuen. Ricc. & Anguian.*

Digitized by Google

*ſinus*, & *Cutellus* (61); qui ſecum vehit 14 auctores, & cum his ſentio & Ego; ratio eſt, quià quivis, etiam privatus, poteſt exarmare eum, qui paratus eſt delictum committere, ad hoc antevertendum; ergò à fortiori poterit hoc familia Prætoria, cui impedire damna, quæ ſequi poſſunt in Republicâ, ex Officio incumbit. Verum eſt, quòd talia arma nequit familia Laica ſibi vendicare, quià nec in Clericum, nec in ejus rebus ullum jus habet, & in hoc ſenſu fortè locuti ſunt Doctores prioris ſententiæ negativæ. Sed debent arma Judici Eccleſiaſtico præſentari, qui de iis diſponat, prout de jure.

22 Quò ad ſecundum, vult *Diana* (62) cum quibuſdam aliis, non poſſe Laicam familiam capere Clericum, ut præfertur, ad effectum illum ducendi ad ſuum Judicem; quià non eſt Textus in jure Canonico, qui declaret, poſſe Laicum Judicem in hoc caſu Clericum comprehendere, etiam ut ad Judicem Eccleſiaſticum ducat, niſi, præcedat Prælati Eccleſiaſtici licentia, ut dicitur in quodam capitulo. (63) Sed ratio hæc parùm valet, ſiquidèm intervenit ſemper licentia interpretativa. De Judice enim Eccleſiaſtico benè præſumendum eſt, & quòd velit Clericos delinquentes prò debito ad normam legum punire; & conſequenter præſumi poteſt, quòd facultatem capiendi tali caſu indulgeat, nè Clericus impunitus evadat. Vndè quindecim Doctores, apud *Dianam*, quibus addo *Cutellum* (64), volunt, poſſe familiam Laicam capere Clericum armatum, ut præfertur, & ad ſuum Judicem ducere ſinè incurſu ullius Ceſuræ, & cum his ſentio etiam Ego, qui hoc vidi multotiès practicatum ſinè ullâ Prælati Eccleſiaſtici querimoniâ.

23 Dubium aliud eſt, àn Epiſcopi, aliique Prælati Eccleſiaſtici, quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentes, poſſint ſubditis ſuis dare licentiam deferrendi arma prohibita, ut *piſtolettos*, ſtylos, ſeu cultros brevioris menſuræ?

24 Prò reſponſione adverto, quòd hujuſmodi arma ſunt propriè offenſiva, & proditoria, ut ſuprà dictum fuit, & ad defenſionem per ſe idonea non ſunt, ſed nec etiam per accidens; cùm enim brevia ſint, & occultata, ſub veſtibus gerantur, non poteſt per ea adverſarius deterreri ab invaſione, quod eſſet defenſio per accidens. Quòd, ſi dicatur, poſſe repelli inimicum ea exerendo; vel etiam eum, paratum jàm ad me percutiendum, præventivè vulnerando, quod eſſet genus licitum defenſionis, dico, quòd hoc poteſt æquè fieri per arma juſtæ menſuræ; undè neceſſarium non eſt, quòd prò defenſione talia arma brevia ſint. Hoc adnotato, reſpondeo ad dubium propoſitum, negativè.

25 Ratio eſt, talis licentia eſt diſpenſatio legis prohibitivæ, diſpenſatio autem, ut ſit valida requirit legitimam cauſam, ut textualiter habet *Tridentinum*, (65) & ſinè hâc illa eſt ſubreptitia, & vocanda eſt potiùs legis *diſſipatio*, quàm *diſpenſatio*, ut poſt *D. Bernardum* dicunt Doctores, (66) & verè, ac legitimâ causâ diſpenſationis ceſſante, ceſſat diſpenſatio ipſa, ut ex pluribus juribus colligit quædam *Gloſſa* (67), legitima autem, & ſola cauſa, ob quam poſſunt Epiſcopi dare licentiam Clericis deferendi arma, eſt, ut per ea ſe poſſint defendere ab invaſoribus. Porrò talia arma brevia, aut inepta ſunt, aut non neceſſaria ad defenſionem, ut dictum eſt, & in illis ceſſat legitima cauſa diſpenſationis, proindè hæc erit irrita, & nulla. Et cohærenter ad hæc habetur citata Conſtitutio *Pii IV.* (69) in quâ prohibentur quibuſvis perſonis Status Eccleſiaſtici deferre *archibuſettos minores duobus palmis*, & prohibentur *Cardinales Legati*, ac inferiores *Gubernatores* ſub pœnâ excommunicationis latæ ſententiæ, dare licentiam hujuſmodi arma brevia deferendi; & hoc fortè, quià illa nullo modo neceſſaria ſunt ad defenſionem, aliter talis prohibitio eſſet irrationabilis, cùm tolleret modum defenſionis, quod eſt de jure naturæ, & *B. Pius V.* in aliâ *Conſtitutione* (69) vetuit deferre arma, breviora tribus palmis, ſub incurſu criminis læſæ Maieſtatis, ut dictum fuit.

26 Reſpectu verò Regularium quiſque conſulere debet ſuas Conſtitutiones, in pœnis inferendis. Apud Nos *Minoritas* extat ſequens Statutum (70). *Qui arma offenſiva portaverit; vel in Cellâ, aut alibi retinuerit, ſemeſtris* Carceris pœnâ maceretur, quod etiam diſponitur in Textu *Tit. Applicatio.* §. 10. *in fin.*

27 Circà quod Statutum adverto, quòd, licèt nomine *armorum* veniant *arma*, etiam defenſiva, ut ſcuta, galeæ, thoraces ferrei &c. tamen, quià mens Statuti eſt tollere inſtrumenta nocendi à Clauſtris, ideò hoc accipi debet de *armis* offenſivis tantùm. Verum eſt, quòd, ut dicebamus ſup. *num.* 10. etiam inſtrumenta artium nonnulla, ut aſcia, dolabra, ſcalpellum, falx, tridens &c. poſſunt nocere, proindè extrà manus Artificis ſunt vera arma. Proindè Religioſus, qui deferret aſciam &c. aut in Cellâ retineret, nec legitimam cauſam delationis, aut retentionis adduceret, utiquè committeret in Statutum, prout etiam docet *Sanctorus* (71) Pariter, ſi cultellum ad incidendum panem, juſtò longiorem, aut ſubulam, majorem conſuetis, ſub excuſatione reſarciendi ſandalia, aut calepodia, aut baculum cavum, (in quo abſconditur ſtylus, qui poteſt de facili exeri, ſummitaſque baculi inſeruit prò capulo ſtyli) ſub colore itinerandi, aut ſe ſuſtentâdi deferret, aut in Cellâ teneret; abſquè dubio eſſet Reus hujus Statuti, & deberet plecti, hæc enim ſunt vera *arma*, imò major deberet eſſe punitio, quò major fraus legi fieret ex inſtituto, & ſub colore rei licitæ.

28 Adverto ſecundò, quòd portare, & tenere *arma* non ſignificat quoquomodò; ità ut, ſi momentaneè, aut per modicum temporis quis *arma* portaret, aut teneret, in legem committeret, ſed ſignificat moraliter, & humano modo, puta, portare, & tenere ad uſum per plures vices conſuetò, & ad longum tempus. In rigore juris *portari* dicitur id, quod quis jumento ſecum defert, id verò, quod quis ſuo corpore bajulat, dicitur *ferri*, ut ait *Caius*. (72) Licèt hæc nimia ſubtilitas Juriſconſultorum diſpliceat *Alciato*, ut ex *Spiegelio* *Calvi-*

(61) *Farinac. Q. 8. nu. 96. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 78. nu. 5. Ambroſ. de Immunit. cap. 18. nu. 30. Cutell. Tit. ad leg. Federic. cap. 16. not. 18. num. 3.*

(62) *Dian. Par. 1. Tract. 2. Reſol. 11. & ibi Megal. Souſa, & Marta.*

(63) *text. in cap. Vt famæ. ℣. Laici. de Sent. Excom.*

(64) *Diana d. Par. 1. Tr. 2. Reſol. 11. ℣ Sed non deſunt. Cutell. Ad leg. Federic. cap. 16. not. 18. nu. 3. fol. 136.*

[65) *Trid. Seſſ. 25. de Refor. cap. 18.*

(66) *Bernard. de Conſiderat. Curt. ſeni. Conſ. 19. nu. 6. Socin. Iun. Conſ. 120. n. 28. vol. 2. Gutier. lib. 1. cap. 19. n. 5. Sanch. de Matr. lib. 3. Diſp. 8. n. 3. & lib. 8. Diſp. 17. n. 10. Fernandez. in Exam. Theol. Moral. Par. 1. cap 6. §. 10. num. 1. apud Barboſ. in Concil. ſeſſ. 25. de Refor. cap. 18. num. 3.*

(67) *Gloſſ. in cap. Poſt translationem in V. Ceſſante de Renuntiat. cap. Quod pro remedio. 1. q. 7. cap. Priſcis. 55. Diſt. cap. Statuimus. 61. Diſt.*

(68) *Pius IV. Conſt. 49. Bullar. Tom. 2.*

(69) *B. Pius V. Conſt. 145. Bullar. Cherub. Tom. 2.*

(70) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. § 6. num. 51. in fin.*

(71) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. q. 4. ℣. Reſpondeo primò. fol. 85. par. 2.*

(72) *Caius. in l. 135. ff. de Verb. ſignif.*

Digitized by Google

*Calvinus*, (73) ut proindè velit, quòd *portari* etiam dicatur id, quod quis proprio corpore fert. Tamen ſecundùm communem uſum loquendi, *portari* dicitur, quod ex uſu defertur. Si quidem aliter dicitur, *portari Miſſale de cornu ad cornu Altaris*: *portari epiſtolas à tabellario &c.* & aliter *portari* togam à Senatore; *portari* enſem à milite; ſi quidèm in primo ſenſu importat puram delationem de loco ad locum, quàmvis aliquod tempus inſumatur in deferendo: in ſecundo verò importatur uſus, & conſuetudo vtendi, & ad uſum deferendi. Et in hoc ſenſu accipiendum eſt Statutum. Proindè, qui portaret *arma* de loco ad locum, ut reſtitueret; occultaret; ſervaret &c. quantùmvis impendat aliquod tempus in trasferendo, non poſſet dici culpabiliter *arma portare*.

29 Pariter *tenere*, licèt merum factum, quod ad poſſeſſionem corporalem refertur, importet; undè *tenere* facti ſit, & *poſſidere* iuris, ut notat *Gothofredus*, (74) quin etiam, illi, in quos poſſidendi jus non cadit, quales ſunt ſervi, rectè dicantur *tenere*, ut ex pluribus legibus (75) apparet; tamen etiam *poſſidere* importat, & *habere*, & *poſſidere* idem ſignificant ac *tenere*, ut ex quâdam lege obſervat *Cujacius*. (76) Porrò *poſſidere* importat certum, & continuum uſum, (77) non enim aliud eſt poſſeſſio, quam uſus. (78) Juxtà ergò recitatas ſignificationes accipitur in Statuto *arma tenere*, puta, vel facto in Cellâ, ſivè alibi *tenere* ad uſum, licèt *arma* aliena ſint: vel ea tanquàm propria *poſſidere*, ac iis uti. Hinc eſt, quòd, ſi quis ſclopum ad venandum ſibi accommodare fecerit ab amico, & in Cellâ, ſivè alibi ſub privatâ cuſtodiâ per plures dies ſervet, ut eo vtatur, optimè incurreret pœnam Statuti. Si verò illum, ſivè alia *arma*, tanquàm propria *teneant*; Superiori Cellas viſitanti abſcondat, & ſæpè ſæpiùs, ſivè per Conventum, ſivè extrà deferat; vltrà pœnas contrà portantes, & tenentes *arma*, debet etiam plecti pœnis proprietariorum, ut optimè dicit *Sanctorus*. (79)

30 Indiſcriminatìm autem non putarem, quòd tenens *arma* in Cellâ, quæ nec ſua ſint, nec iis utatur, aut vti intendat Religioſus, ob id eſſet puniendus, ſed puto, diſtinguendum de *armis*; puta de *armis*, quæ non ſunt idonea ad offendendum, & de illis, quæ de ſe apta ſunt; primi generis ſunt ſclopi omnes longi, & breves, ſi focile non habent; aut fractum eſt; aut focarium lapidem non habent, aut pulvere pyrio, & globulis plumbeis non ſunt inſtructi; nec in Camerâ, nec alibi in Conventu habetur pulvis &c. ſecundi generis ſunt omnia *arma*, quæ aut cæsìm, aut punctìm nocere poſſunt. In primo caſu cenſeo, non eſſe locum pœnæ, ſi talia *arma* depoſita teneantur ad conſervationem, aut ad reſtitutionem &c. in ſecundo ſic. *Sanctorus* (80) cenſet, quòd, ſi ad multum tempus, conſervarentur *arma*, in Cellâ relicta, ſivè depoſita ab amico, retinens ſit ſub rigore Statuti abſolutè. Sed Ego non admitto, niſi cum datâ limitatione.

31 Ratio eſt, quià mens Statuti in *armis* prohibendis, tùm quò ad delationem, tùm quò ad detentionem in Cellâ eſt, nè iis utantur, aut uti poſſint Fratres ad vulnerandum, aut occidendum; proindè tale Statutum in *Valliſoletanis* (81) habetur ſub *Titulo de Manibus violentis*; porro talia *arma*, ut præfertur, inepta ſunt ad nocendum, ut patet; igitur ea tenere, & non tenere, perinde eſt. Quià habere filium incapacem ad ſuccedendum, & non habere filium paria ſunt; (82) habere ſydicum inhabilem, & non habere perindè eſt; (83) tandèmque paria ſunt *non eſſe*, & *inutiliter eſſe*, ut ex jure deducit *Gothofredus*. (84) Sequitur igitur, quòd habere *arma* inutilia, & non habere paria ſunt; & hoc, ſi quadrat in ordine ad uſum, currit etiam in ordine ad pœnam, quæ purè lata eſt ad antevertendum uſum *armorum*.

32 Adverto tertiò, quòd, licèt nomine *armorum* offenſivorum veniant omnia, quæ poſſint vulnerare, & occidere, & ea portare ad ſic nocendum, piaculum ſit; mens tamen Statuti non eſt tantâ pœnâ percutere talium delatorem, niſi adſit dolus, qui oritur ex animo nocendi, quem habet deferens. Admitto quidèm, quòd prò actibus internis purè non feratur lex; cùm enim, quæ latent in animo, non ſint ſub cenſurâ Judicis, nequè poterit circà ea ferri prohibitio pœnalis. Tamen, quandò animus per actus externos proditur, utique ille etiam punitur; imò univerſaliter in delictis ordinaria pœna non fertur, niſi propter dolum, ut aliàs dictum eſt. Mens ergò Statuti eſt, punire ſemeſtri carcere delatorem, ſivè retentorem *armorum*, qui ea habet animo nocendi; quià tanta pœna, ut eſt Carcer ſemeſtris, magnam culpam ſupponit; quæ tamen non interveniret, ſi quis ad vanitatem puram, ac ſecluſo ſcandalo *arma* portaret.

33 Proditur porrò animus offendendi ex circumſtantiis; nàm, ſi deferens eſt homo rixoſus, aut percutere ſolitus; aut minis terret; aut violentus eſt in moribus; litigioſus; aut inimicitiam activam habet intrà, vel extrà Clauſtra &c. locus eſt legitimæ præſumptioni, quòd arma deferat ad finem offendendi, & tunc intrat ordinaria pœna Statuti. Sed, ſi haberet in Cellâ ſclopum ad occidendos aves, ſeù lepores per ſylvam Conventus; & abſquè ſcandalo ſæcularium, & cum licentiâ Superioris illo uteretur, non putarem eſſe locum pœnæ. Quià, quàmvis venatio per Sacros Canones (81) ſit Clericis, & ſervis Dei interdicta, tamen hoc non eſt univerſaliter verum de omni venatione, ſed tantùm de *clamoſâ*; & hæc etiam debet accipi non quæcunque, ſed quæ fit ex conſuetudine, exercitio, & voluptate, non autem ea, quæ fit aliquandò ex recreatione, prout habet quædam *Gloſſa*, (86) & ut textualiter habet quod dam Capitulum; (87) *Servis Dei venationes, & ſylvatica vagationes cum canibus interdicuntur*, qui autem, quandòque ad recreationem necandis auibus vacat intrà ambitum Monaſterji, non poteſt dici, quòd vagetur per ſylvas. Conſulo tamen Superioribus, nè ſimiles licentias tribuant, maximè retinendi ſclopos in Conventu ad hujuſmodi recreationem, ex

luctuo-

(74) *Gothofr. ad Inſt. tit. Quib. mod. toll. obl. & ad l. 3. C. Ne Rei domin. vel templ. arg. l. 38. in princip. ff. de Verbo. Oblig.*

(75) *l. 38. §. Hæc quoque ſtipulatio. ff. de Verb. obl. l. 49. §. 1. ff. de Acquir. poſſ. l. 4. §. Item ſi eam rem. ff. de Vſucap.*

(76) *l. Iuſto. § final. ff. de Vſur. & uſucap. Cuiac. ad l. 38. §. Si quis ita. ff. de Verb. obl.*

(77) *arg. l. Servitutes. la 3. ff. de Servit.*

(78) *l. 111. §. Poſſeſſio ff. de Verb. ſignif.*

[79] *Sanctor. de Pœn. cap. 14. quæſt. 4. ℣. Reſpondeo VI. fol.* 88. *part. 2.*

(80) *Sanctor. loc. cit. ℣. Reſpondeo quartò. fol. 87 par. 2.*

(81) *Valliſoletan. 1593. cap. 7. Tit. De minis. & man. violent.*

(82) *Federic. de Sen. Conſil. 26. num. 3. ℣. Primò quià.*

(83) *text. in l. p. §. Quod ſi. ff. Quod cuiut. univer.*

(84) *l. Quotiens. ff. Qui ſatiſd. co. l. p §. Verbis ff. Quod falſ. tuto. Gothofred. ad l. p §. Quod ſi lit N. ff. Quod cuius univerſ.*

(85) *cap. Eſau. cap. Quid prodeſt. cap. An putatis. 86. Diſt. cap. 1. & 2. de Cleric. Venator.*

(86) *Gloſſ. in cap. Epiſcopum. in V. Voluptate de Cler. venat.*

(87) *cap. final. de Cler. venad.*

Digitized by Google

luctuoſis enim eventibus didicimus, quòd hujuſmodi *arma*, contrà feras permiſſa; per humanam malitiam, & Dæmonis tentationem, in homines ſunt aliquandò converſa.

34 Quid autem juris, ſi abſquè licentiâ Superioris Religioſus, aliàs quietus, de quo nulla præſumptio eſt, quòd malum animum contrà aliquem habeat, ad prædictam recreationem ſclopum teneret, & eo vteretur, eſſet nè locus pœnæ ordinariæ?

35 Reſpondeo, quòd non; ſed ad plùs, extraordinariæ. Ratio eſt, quià in illo ceſſaret præſumptio doli nocendi proximo, quæ eſt fundamentum legis pœnalis, ut probavimus. Proindè, cùm ſic detinendo non peccaret graviter; nequè debet eſſe locus gravi pœnæ Carceris ſemeſtris.

36 Adverto quartò, quòd in citato Statuto dicitur *in Cellâ, vel alibi arma retinuerit*; & ideò puniendus ſit ille, qui, licèt *arma* non retineat in Cellâ, retinet tamen in loco, ſuæ cuſtodiæ commiſſo, ut Sacriſta in Sacriſtiâ, ut banco Eccleſiæ: Coquinarius in coquinâ, & Sartor in ſuâ officinâ ſutoriâ &c. ſivè in loco recondito, & nulli alteri noto: ſivè extrà Clauſtra depoſita in domo amici retinet; hæc omnia enim importantur per ly *alibi retinuerit*. par enim culpa eſt tenere in loco, à quo ſibi liberum eſt ea deſumere, & tenere in propriâ Cellâ.

37 Et tandem adverto, quòd, ſi *arma* delata, & retenta, eſſent ex prohibitis per Principem Laicum, deberet pœna Statutaria augeri juxtà ea, quæ diximus ſuprà.

## §. II.

# Minæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Minæ ſunt indicia delicti patrandi.*
*Qui minatus eſt, poteſt torqueri, ſi ſecuta eſt offenſa in eum, cui minatus eſt.*
*Minæ de ſe ſunt cimen conſummatum.*
*Violentia crimen appellatur.*
2 *Minæ quo caſu ſint crimen conſummatum.*
3 *De jure communi non ſunt ſancita pœna contrà minantes, ſed de jure ſtatutario.*
*Minæ aliæ explicitæ, aliæ ænigmaticæ.*
4 *Dubium, àn juxtà rectam rationem minæ omnes habendæ ſint prò delicto conſummato.*
5 *Reſpondetur, negativè.*
*Minæ ſolæ, ex quibus rationabilis timor oritur, ſunt crimen.*
6 *Minæ, quæ ſunt ſufficientia indicia reatus, ſecuto effectu, ſunt crimen.*
7 *Minæ ambiguæ ſunt interpretandæ in bonam partem.*
*Minæ, jactatæ ex impetu iracundiæ, non ſunt crimen.*
*Neque illæ, quæ leve damnum inferre jactant.*

1 QUàmvis *minæ* videantur eſſe pura indicia delicti patrandi, ut proindè, ſi ſecuta ſit alicujus mors, mutilatio, vulnus, aut aliud damnum, procedi poſſit ad torturam illius, qui antecedenter *minas* jactavit, ut cum multis firmat *Clarus*, (1) qui teſtatur de communi; re verâ tamen ipſæ de ſe crimen conſummatum ſunt, ut argumento juris probat *Iulius Chartarius*. (2) Si quidèm metus *minis* incutitur, ut notum eſt, & hoc non aliâ de causâ, niſi quià violentia per *minas* fit ei, cui per eaſdem metus infertur. Ubi autem injuſta violentia intervenit, cadit delictum, nàm, juxtà Doctores, (3) violentia crimen appellatur.

2 Verum eſt, quòd *minæ*, de quibus loquuntur citati Doctores, intelligendæ ſunt, quandò alicui violentia infertur ad faciendum aliquod, quod ipſe facere non vult, ut quandò *minis* cogitur puer, aut puella invita ad Religionem &c. & re verà talis violentia illata ex ſe crimen cõſummatum eſt, quià contrà legem agit, qui ſic minatur. *Minæ* autem, quæ verbo, aut facto fiunt ab aliquo, qui illis manifeſtat, ſe aliquod malum, aut damnum eſſe præſtaturum per ſe, ſivè alium, contrà vitam, aut alia bona proximi, non ſunt ex ſe delicta conſummata, ſed ſunt indicia criminis conſummandi, & proindè non ſunt ex ſe punibiles, niſi lege ſtatutariâ, ſub pœnali diſtrictione prohibeantur, tanquàm crimina, independenter ab earum executione, & hoc ut publica quies ſarta, tectaque ſit.

3 De jure igitur communi, contrà jacientes minas ad offendendum aliquem, non reperiuntur pœnæ ſancitæ, quià prò crimine non reputantur: ſed, ſi apud aliquos delicta ſunt, (ut eſt apud Nos *Minores*, ut infrà dicemus) hoc eſt de jure ſtatutario. Sciendum porrò eſt, quòd *minarum* aliæ ſunt explicitæ: aliæ verò ænigmaticæ, (4) & iſtæ fiunt verbis, ut dicendo, *faciam tibi dolere caput*; ſivè *aliquem de hoc pœnitebit*, & etiam factis, ut ſi duo rixati ſunt, unus eorum proprium digitum momorderit in ſignum mali, quod alteri minatur.

4 Dubitari modò poteſt, àn quælibet ex dictis *minis* juxtà rectam rationem, (ſecundùm quam Statuta condentes, qui ſanxerunt, *minas* habendas eſſe prò delicto conſummato, debuerunt procedere) judicanda ſit prò delicto?

5 Ad hoc dubium reſpondeo negativè. Et ratio eſt, quià, vt dicam infrà, mens ſtatuentium eſt publicam quietem in Republicâ fovere, prohibendo ſub reatu, & pœnis delicti eas *minas*, quæ *rationabiliter* poſſunt perturbare animum, eumque anxium reddere timore, per *minas* incuſſo. Dixi *rationabiliter*, nàm, ſi quis nimìs pavidæ naturæ, ac tenuis ſpiritus, metu concuteretur ex *minis*, aut joco prolatis, aut ex jactantiâ, aut ex iracundiâ inconſideratâ; aut eſſent de levi offensâ inferendâ; aut eſſent *minæ* æquivocæ &c. iſtæ, & ſimiles non debent importare crimen, quià *irrationabiliter* apprehenderentur ab eo, tanquàm *minæ*, & ex iis abſquè fundamento perturbaretur. Undè non deberet defectus pruden-

(1) *Clar. quæſt. 21. n. 37.*
(2) *arg. tot. Tit. Ad leg. Iul. de Vi publ. vel priua. in ff. & C. Iul. Chartar. Deciſ. 52. n. 11.*
(3) *Innocen. in cap Cauſam matrimonii. de Offic. Delegat. Aloiat. de Præſumpt. Reg. 3. Præſumpt. 7. nu. 1. apud Menoch. lib. 3. Præſumpt. 126. nu. 2. Maſchard. de Probat. Concl. 105 nu. 2.*
(4) *Maſcard. de Probat. Concluſ. 1057. nu. 16. Farinac. Quæſt. 50. n. 8. Bici. Prax. crim. Quæſt. 69. nu. 5.*

Digitized by Google

dentiæ, aut fortitudinis, in iſto importare in minante crimen, quòd re verâ tale non eſt.

6 Dico igitur, crimen de ſe cenſeri poſſe eas *minas*, quæ, ſecuto effectu, ſufficientia indicia ſunt reatus in eo, qui minatus eſt. Quià ſi Judex ex talibus *minis* rationabiliter præſumit factum ſecutum operâ illius, qui antecedenter minatus eſt; ut proindè ad eum torquendum deveniat; rationabiliter etiam præſumit ille, contrà quem *minæ* ſunt incuſſæ, quòd minans efficaciter velit eas exequi, & ex tali rationabili metu perturbetur; ob quem alteri injuſtè incuſſum, *minæ* evadunt in minante delictum.

7 Sequitur igitur ex his, quòd crimen non ſunt *minæ* ambiguæ, dubiæ, ac æquivocæ, quià juxtà Doctores (5) debent in bonam partem interpretari; ut ſi quis alteri minatur, dicendo, *vlciſcar me de hoc*; ſiuè *faciam, ut ſe pœniteat*; ſivè *faciam facta, & non verba &c.* accipi debet tanquàm ſe facturum id, (quod minatur) licitè implorato nempè Judicis, aut Superioris officio. Pariter crimen non ſunt minæ, jactatæ ex impetu iracundiæ, & inconſideratè (6), tùm quià crimen non datur ſinè advertentiâ, & dolo; tùm quià irrationabiliter alius timeret ob eas auditas. Itidem ſi minæ ſint à thraſone jactabundo, & qui verbis ſe jactat Achillem, cum factis Margites ſit, nec unquàm ad effectum minas jactatas perducere ſolitus eſt; nàm, ſi minæ non ſint ab eo, qui ſolitus eſt eas exequi, ineptum indicium ſunt ad Rei conſtitutionem in examine rigoroſo. (7) Tandemque tales non ſunt *minæ* de levi damno inferendo; nàm ex iis non haberetur juſti metus rationabilis cauſa. Debent igitur minæ, (ut delictum ſint) eſſe claræ, cum conſideratione prolatæ à viro, ſolito verbis facta copulare, & de re, & damno gravi, ut, puta, morte, mutilatione, gravi percuſſione &c. Quòd autem fiant in præſentiâ, aut abſentiâ ejus, cui incutiantur, perindè eſt; quià æquali timore is concuti poteſt, & perturbari, ſivè ſic, ſivè ſic illæ fiant.

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

8 *Minæ quomodò per Teſtes probandæ.*

9 *Quomodò probandum, quòd minans ſit minas executurus, ſi nullum præceſſit exemplum, quod ſit ſolitus minas exequi.*

10 *Committitur prudentiæ Iudicis cognoſcere animum minantis.*

11 *An Teſtes in probandis minis debeant eſſe conteſtes.*

*Sufficiunt Teſtes ſingulares.*

*Minæ non ſemper iiſdem verbis incutiuntur.*

12 *Quid agendum, quandò qualitas minarum non eſt probata.*

13 *Differentia accidentalis minarum non tollit probationem qualitatis minarum.*

8 MInarum probatio fieri debet per Teſtes, ſicut & alia delicta Teſtibus probantur; ſed non ſufficit, quòd Teſtes deponant, quòd *Cajus* tales, & tales *minas* jecerit in *Sejum*, ſed requiritur, quòd tali, & tali modo illas protulerit, & quòd *Cajus* ſolitus ſit *minas* exequi. Ratio eſt, quià, ut numero ſuperiori dictum eſt, *minæ* crimen non ſunt niſi cum conſideratione, & advertentiâ proferantur. De iſtis porrò, (cum ſint res in animo latentes) ſpectat ad Judicem judicare; Teſtes autem non poſſunt teſtificari, niſi de facto, quòd ſenſu perceperunt. Requiritur ergò, quòd Teſtes deponant ſuper modo, quo *minæ* prolatæ ſunt, ut ex illo poſſit Judex judicare, àn ex inconſideratione iracundiæ prodierint; àn potiùs ex animo doloſo, & ità crimen ſint. Pariter ibidem dictum eſt, crimen non eſſe *minas* jactatas ab eo, qui eas exequi ſolitus non ſit. Ut ergò ab Actore probetur delictum, neceſſe eſt, quòd probet in *minis* illam qualitatem, ſinè quâ illæ delictum non ſunt, quæ qualitas eſt, ut prodierint à viro ſolito exequi, quod minatur; & hoc probetur vel per Teſtes, qui *minis* interfuerunt, vel per alios, qui ſuper hoc articulo debent examinari.

9 Sed, quomodò articulus iſte probatur, caſu, quo non habeantur præcedentia exempla, ex quibus rationabiliter deducatur hominem ſolitum eſſe *minas* exequi?

10 Dico, quòd tali caſu, arbitrio, & religioni Judicis committitur iudicare, àn ille talis ſit, qui *minas* jactatas exequi vellet. Rationabile porrò de hoc judicium debet ferre Judex, conſiderando, àn Reus de *minis* ſit homo verboſus, & levis; àn potiùs cordatus, ac gravis; ſi multa promittere inconſideratè ſoleat, exindè à promiſſione deficere; àn potiùs promiſſis ſtare, ſi gravis, eſt offenſa, quam recepit ab eo, cui minatus eſt, ſivè ob eam plus juſto doleat; àn potiùs levis, aut leviter acceptas, ſi impensè de ſuâ exiſtimatione curet, àn potiùs perfunctoriè circà eam ſe gerat: àn ſit homo ad quæcumque paratus, àn verò conſcientiæ timoratæ &c. & ex his ferre poteſt rectum judicium, & pronunciare de delicto in *minis* factis, aut non.

11 Dubium autem eſt, àn Teſtes debeant eſſe conteſtes in tempore, loco, & *minis*? Reſpondent Doctores (8) communiter, quod non eſt neceſſe illos eſſe conteſtes, ſed quòd *minæ* concludenter probari poſſunt per duos integros Teſtes ſingulares. Quàmvis verò *Follerius* (9) velit, quòd prædicta concluſio procedit tantùm, quandò Teſtes eſſent ſingulares ratione loci, aut temporis, ſecùs autem ſi non concordant in qualitate *minarum*; tamen optimâ ratione impugnatur à *Baiardo*, (10) quià quandò quis minatur, *minæ* non ſemper ſunt uno modo, ac eiſdem verbis; undè poteſt eſſe, quòd in præſentiâ unius Teſtis uno modo minatus ſit, & ad præſentiam alteris alio modo. Et hoc concordat cum eo, quod aliàs (11) diximus de Teſtibus ſingularibus, per quos concludenter probatur crimen, quod per actus reiterabiles fit.

12 Procedit autem prædicta doctrina, quandò minans pluriès, & coràm pluribus, & in locis diverſis minatur: ſed quid dicendum, ſi duo Teſtes eſſent conteſtes, quidèm in loco, & tempore, & concordarent

quidèm

(5) *Alex. Dec. Cravet. Natta. Roland. Gomez. Menoch. Decian. apud Sgroi lux Prælat. Par. 5. cap. 3. num. 51 §. Limitatur quintò.*

(6) *Menoch. Præſump. 89. lib. 1. num. 64. Roet. Deciſ. 166. num. 3. Carrer. de Indic. cap. 12. num. 3. Mirand. Ord. iudic. quæſt. 20. art. 9. concl. 2. num. 133.*

(7) *Cephal. Hundel. Felic. apud Farinac. quæſt. 50. num. 9. Menoch. Ball. apud Sgroi loc. cit. num. 48.*

(8) *Farinac. quæſt. 50. num. 41. Ball. Tit. de Indic. quæſt. 12. num. 12. Sgroi lux Prælat. Par. 5 cap. 3. nu. 52. Gramat. deciſ. 5. num. 15. Petr. Tract. de Fideicom. qu. 12 nu. 542.*

(9) *Foller. Pract. crim. §. Item quod ſororem. num. 25.*

(10) *Baiard. ad Clar. qu. 21. num. 143.*

(11) *Par. 3. Tit. Probationes. num. 3 & ſeqq.*

quidèm in hoc, quòd *Cajus* eſt minatus *Seio*; ſed in-interrogati de qualitate minarum, unus reſpondeat, *Cajum* dixiſſe, *te reperiam ſolum, & cornua tibi frangam*; alius verò deponat, eum dixiſſe, *in alio loco mihi exolves, quod debes*, aut ſimilia, per quæ probatum remanet quidèm *Caium* minatum eſſe, non autem probata remanet *minarum* qualitas?

13 Prò ſolutione recolendum eſt, quod ſuprà diximus de diverſitate *minarum*, & quæ nam debent cenſeri delictum. Dico igitur, quòd, ſi unus Teſtis deponat de unâ qualitate *minæ*, quæ delictum excludat, ut puta, ſi ſit levis, inconſideratè prolata, aut æquivoca, quæ debet interprætari prò non delicto; alius verò teſtificetur de *minâ*, delictum importante, crimen minimè probatum remanet, quià diſcordant ſuper qualitate eſſentiali, & unus Teſtis ſolus ſtat prò crimine, & ideò minimè probat juxtà vulgatum Criminaliſtarum, *Teſtis unus Teſtis nullus*. Si verò ambo deponant de variis quidèm *minis*, quarum tamen varietas accidentalis eſt, ſed in ſubſtantiâ ambæ delictum ſunt; ut ſi unus deponeret, *Caium* ità minatum eſſe, *tibi evellam de pectore cor*; alius autem teſtificaretur, illum dixiſſe, *faciam, ut ampliùs panem non comedas*, teli caſu delictum remanet concludenter probatum. Ratio eſt, quia non ſumus in caſu injuriæ verbalis, aut Blaſphemiæ, in quo gravitas delicti conſiſtit in verbis præciſis, ità ut delicti qualitas aggravans probata non remaneat, quià non eſt probata prolatio verborum præciſè; ſed ſumus in caſu, in quo ſubſtantia delicti conſiſtit in malo animo minantis, qui manifeſtatur, aut verbis, aut factis, aut ſignis. Quàmvis ergò Teſtes deponant de aliis, & aliis verbis; ſivè, quàmvis unus deponeret de verbis, alius verò de ſignis, aut factis minatoriis, remaneret probatum delictum *minarum*, quià omnia illa verba, ſigna, aut facta æqualiter probant malum animum minantis, ut præfertur, expreſſum, & ſic verum delictum *minarum*, & illa varietas eſt purè accidentalis, quæ attendi non debet.

## Pœnæ.

### *SVMMARIVM.*

14 *Iudicis munus eſt curare, nè potentiores injuriis afficiant humiliores.*
*Pars, cui facta ſunt minæ, poteſt petere à minante cautionem de non offendendo.*
*Iudex ex officio poteſt exigere talem cautionem.*
15 *Cautio de non offendendo eſt pœna.*
*Petens talem cautionem debet probare ſe habere juſtam cauſam timendi.*
*De tali cautione dandâ, & quomodò cenſeatur violata, remiſſivè.*
16 *Quò ad pœnas Clericorum Sæcularium, aut Regularium, ſpectanda ſunt eorum Statuta.*
17 *Statutum Minorum de Obſervantiâ.*
18 *Quænam ſint minæ, tendentes in perſonam.*
19 *Quid importent verba Statuti* in Ordine, vel extrà.
20 *Talia verba important perſonas, non locum.*
21 *An ſolæ minæ, in præſentiâ jactatæ, ſint prohibitæ.*
22 *Minæ, quæ fiunt in abſentiâ, etiam prohibentur.*
23 *Impugnatur Sanctorus, qui aliter ſentit.*
24 *Minæ, jactatæ etiam in abſentes, conturbant.*
*Probatur facto Heliæ.*
25 *Carcer perperàm à Sanctoro additus pœnis minantium.*
*Error Statuti Sambucani.*
26 *Quæ pœna debeantur minis, quæ facto exprimuntur, ut mordendo digitum, &c.*
27 *Tales minæ puniendæ ut verbales, & quarè.*
28 *Quomodò accipienda verba Statuti*, ſi manum levaverit &c.
29 *Sanctorus impugnatur.*
*Elevatio manus importat ſolùm motum manus minantis, non vibrationem.*
*Armorum admenatio, quid importet.*
30 *Arreptio inſtrumenti ad percutiendum, quid ſignificet.*

14 QUantùmvis, ut ſuprà dictum eſt, *minæ* de jure communi delictum non ſint, neque poſſit Judex etiam ad inſtantiam partis aliquem punire de *minis*, in alium jactatis; non eſt tamen, quòd injuſtè minans aliquem offendere, omnem pœnam evadat. Siquidèm de jure communi eſt, ut habetur ex quodam *Digeſto*, (12) quod ad Præſidem imploratum pertinet curare, *nè Potentiores viri humiliores injurijs afficiant*. Ex quâ lege communem concluſionem deducunt Doctores, (13) quòd pars poteſt petere ab eo, à quo timet offendi, ſibi præſtari cautionem de non offendendo, & tenetur Judex illum cogere ad eam præſtandam. Jmò addit *Clarus*, (14) quòd, quàmvis communis opinio ſit, quòd Judex talem cautionem non exigat, niſi rogatus à parte, quæ metuit offendi; tamen ipſe vidit contrarium obſervari; nàm plerùmque Judices cogunt partes ad fidejubendum invicèm de non offendendo; & addit, hoc debere Judices ex officio ad tuendam pacem, ac tranquillitatem in Civitate, quòd tali pacto ſcandala, quæ poſſent oriri, impediantur.

15 Talis autem cautio pœna eſt, quià non raro difficulter reperiuntur, qui velint fidejubere, maximè, quandò mulcta gravis imponitur, ſi contraveniatur. Verum eſt, quòd, qui petit cautionem de non offendendo, oportet, quòd anteà probet, ſe habere juſtam cauſam timoris, ut docet *Maſcardus*, (15) & proindè, qui timet ob *minas* ſibi factas, oportet, quòd probet *minas* ſibi factas ab eo, à quo cautionem prætendit, & àn timor, quem à *minis* ipſe concepit, habeat juſtam cauſam (nempè, quià *minæ* ex ſe tales fuerint, quòd ipſe rationabiliter timeat), & hoc judicare officio, & arbitrio Judicis ſtat, ut ſcribit *Menochius*. (16) Multa eſſent dicenda de conditionibus talis cautionis, & quibus in caſibus intelligatur violata. Sed de his paſſim loquuntur Doctores, maximè *Clarus* integrâ Quæſtione 47., & ad eos Lectorem remittimus, dum Nos ad alia magis utilia prò intento noſtro properamus.

16 Quò ad pœnas minantium latas per diſpoſitionem ſtatutariam reſpectu Laicorum, ac Eccleſiaſticarum perſonarum Sæcularium, ac Regularium ſpectanda ſunt



(12) *text. in l. Illicitas §. Ne potentiores ff. de offic. Præſid.*
(13) *Clar. quæſt. 47. num. 2. & ibi Placa. lib. 1. Delict. cap. 7. num. 1. Baiard. ibi lit. D. num. 2. Bald. in cap. 20. num. 1. de Offic. Deleg. Io. Arno. ſingul. 30. Ploc. in l. Si quandò. §. 4. ſub num. 37. C. Vnde vi.*
(14) *Clar. loc. cit. num. 3. V. Sed nunquid.*
(15) *Maſcard. Concl. 1370. de Probatio. apud Baiard. ad Clar. quæſt. 47. num. 14.*
(16) *Menoch. de Arbitr. Iudic. Caſ. 140. num. 40.*

eorum Statuta. Prò Nobis *Minoribus de Obſervantiâ*, ſequens habetur ſanctio.

17 *Qui Frater alteri vel in Ordine, vel extrà minabitur in perſonam, per menſem caputium probationis deferat. Si manum levaverit, vel aliquid acceperit, ut percutiat, per tres menſes.* (17) Circà quem *Textum* contingit dubitari, primò, quid importent illa verba *minari in perſonam?*

18 Reſpondeo, quòd, ſicut multipliciter poteſt quis alium offendere, ut potè in vitâ, bonis, famâ, honore, Magiſtratu &c. ità multiplices poſſunt eſſe *minæ*, quibus offenſio ſecutura prænunciatur; ut, puta, ſi quis minatur alterum verberare, mutilare, aut occidere; ſivè rem ſuam dolo, aſtu, vi, aut armis ab eo extorquere; ſivè illius famam, occulta ejus delicta publicando lædere; ſivè Officio, aut Magiſtratu privare; aut in ejuſdem conſecutione impedire &c. In hoc autem Textu, circumſcriptis omnibus aliis, prohibentur *minæ in perſonam*, nempè illæ, quæ tendunt immediatè contrà vitam alterius, quibus læſio corporis per percuſſionem, mutilationem, aut necem prænunciatur. Quæ expoſitio deducitur ex ſequentibus gradationibus pœnarum, quæ debentur alicujus perſonam facto, ut præfertur, offendentibus. Undè deducitur, quòd mens Textus eſt de *minis* ſupradictis, & non de aliis, nàm de cæteris offenſionibus, quæ poſſunt in alium committi, alibì dictum eſt, & nihil diſponunt Statuta de illis, niſi effectu ſecuto, quod non eſt de iſtis.

19 Secunda dubitatio eſt, quid importetur per illa verba *in Ordine, vel extrà*, àn ſcilicèt ſignificentur perſonæ, contrà quas *minæ* jactantur; àn verò locus, ità ut dicere *in Ordine, vel extrà*, idem dictu ſit ac *intra Clauſtra, vel extrà*.

20 Reſpondeo, quòd verba illa intelligenda ſunt de perſonis, & non de loco; ità ut *in Ordine* dicantur eſſe perſonæ illæ, quæ ſpectant ad Ordinem formaliter, ut Fratres omnes profeſſi; initiativè, ut Novitii; & participativè, ut Tertiarii, ſervientes, ac commenſales; *extrà*, omnes alii ab his. Ratio eſt, quià hujuſmodi delictum tangit perſonam, & non locum. Non nego tamen, quòd, ex quò univerſaliter, quò ad perſonas prohibentur *minæ*; univerſaliter pari modo ſint vetitæ, quò ad loca.

21 Tertia dubitatio eſt, An *minæ* hìc prohibitæ ſint ſolummodò eæ, quæ in præſentiâ ejus, cui fiunt, àn etiam comprehendantur factæ in abſentiâ?

22 Reſpondeo, quòd *Sanctorus* (†) tenet, quòd prohibeantur, ſub pœnâ aſſignatâ, *minæ* tantùm illæ, quæ fiunt *in perſonâ*; ideſt coràm, & non in abſentiâ ejus, cui minatur; quià Statutum in eodem contextu diſponit de factis, tendentibus ad alterius injuriam, quæ exerceri non poſſunt, niſi in præſentiâ injuriati; & etiam, quià ex maledictis, quæ in abſentem jaciuntur, non ſolent ſcandala oriri, ſed maximè, ſi præſentes injuriis, & *minis* inceſſentur. Uult ideò, quòd minans in abſentiâ non ſit puniendus pœnâ ordinariâ hujus Statuti, ſed pœnâ arbitrariâ.

23 Sed, ſaluâ pace, & reverentiâ illius, rationes non ſtringunt. Nàm hic Textus comprehendit injurias, quæ alteri fiunt, offendendo *dictis*, & *factis* illius perſonam, *dictis* quidèm per *minas* verbales, quæ cùm poſſint jactari ità in abſentem, ſicut in præſentem, Textus eas concludit ſub uno, & eodem puncto. Mox deſcendit ad *minas* facti, quæ nequeunt eſſe, niſi corâm injuriato fiant, dicendo, *Si manum levaverit* &c., & aliam pœnam appponit diverſam à pœna *minarum* verbalium. Non igitur ex eo, quod Textus in ſequentibus loquatur de iis, quæ commicti poſſunt tantùm in præſentiâ, convincitur, quòd in antecedentibus loquatur ſolùm de *minis*, quæ proferri poſſunt in præſentiâ.

24 Pariter æquè conturbare poſſunt *minæ*, jactatæ in abſentes, ſicut in præſentes, ſi illæ fuerint delatæ ad aures ejus, cui fiunt; & multotiès poſſunt amplius conturbare, quià, qui eas referunt, ut in pluribus gravius aliquod addunt, per quod conturbatio creſcit. Sanè *Iezabel*, quandò minata eſt mortem *Heliæ*, (18) (licèt hoc fuerit in abſentiâ Prophetæ) talem, ac tantum timorem illi incuſſit, ut in Deſertum fugerit, & ſubtus juniperum præ laſſitudine projectus, ac ſemianimis petierit *animæ ſuæ, ut moreretur*. Ità evenire poteſt in Religione; ut, ſi aliquis ſolitus *minas* exequi, minaretur, ſe velle vlciſci de aliquo, qui apud Prælatum eum accuſavit, & fuſtibus velle illum percutere; iſte tantum timorem conciperet ob *minas*, jactatas in abſentiâ, ſicut ſi in præſentiâ fuiſſent; undè æqualiter conturbabitur. Intentum autem Statuti non eſt, ut autumat *Sanctorus*, ſummovere ſcandala, quæ oriuntur ex *minis* jactatis in præſentiâ; ſcandala enim ex puris *minis* verbalibus non oriuntur; ſed ejus mens eſt Religioſorum quietem tutari, quæ, cùm poſſit æquè turbari per *minas* in abſentiâ, ſicut in præſentiâ, ut dictum eſt, facit, quòd Textus accipi debeat indifferenter de omnibus.

25 Miror autem, quòd *Sanctorus* eodem loco graviùs lapſus ſit, prò pœnâ *minarum* addendo Carcerem vltrà caputium probationis, cum neque in Textu, neque in Statutis *Valliſoletanis*, ex quibus deſumptus adnotatur Textus, ullo modo Carcer habeatur; neque pariter in *Salmaticentibus*, ex quibus *Valliſoletana* adnotantur compacta, quæ omnia videre eſt in *Orbe Seraphico*. (19) Verum eſt, quòd in Statutis Generalibus *Sambucanis* (20) contrà minantes additur hujuſmodi pœna Carceris; ſed hoc Statutum evidenter vitiatum apparet à Compilatore; nàm inibi ad marginem citantur *Salmanticentia*, & *Valliſoletana*, innuendo tale Statutum fuiſſe deſumptum ab illis: & tamen in illis nec verbum de Carcere habetur; undè tale Statutum de Carcere attendendum non eſt; nec in hoc attendendus pariter eſt *Sanctorus* deceptus. Præterquàm quod futilis eſſet diſpoſitio talis Statuti copulando Carcerem cum pœnâ caputii probationis, imò incompoſſibilis. Etenim Carcer intelligendus eſſet formalis, cùm daretur in pœnam. Carcer autem formalis importat privationem caputii abſolutè; quomodò igitur poteſt ſtare cum Carcere caputium probationis? Niſi fortè velimus explicare, quòd minanti daretur abſolutè Carcer, & pòſt Carceres caputium probationis per menſem; quod tamen nullomodo eſt.

26 Quarta dubitatio eſt, ex quo Textus proſequitur pœnas, qui facto minantur manum elevando, vel aliquid accipiendo ad percutiendum, quæritur, quæ pœna debeatur cæteris *minis*, qui facto exprimuntur, ut potè mordendo digitum, aut labia &c.?

27 Reſpon-

(17) *Text. Tit. Applicatio. §. 10.*
(†) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. quæſt. 1. fol. 76.*

(18) *lib. 4. Reg. cap. 19. V. 4.*
(19) *Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 473. & fol. 321.*
(20) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. num. 51.*

Digitized by Google

27 Reſpondeo, quòd tales *minæ* facti puniri debent æquali pœnâ cum *minis* verbalibus. Ratio eſt, quià illæ æquali modo ſignificant malam intentionem, & voluntatem offendendi, quam habet minans, & nihil addunt ſuprà purum ſignum expreſſiuum talis voluntatis. Sed, ut benè obſervat *Sanctorus*, (21) elevatio manuum ad percutiendum, aut arreptio inſtrumenti ad idem, continet amplius quid, quàm puram conditionem ſigni, & eſt propius ad executionem ejus, quod malo animo concepit. De jure quidèm communi, ut ſuprà dictum eſt, *minæ* verbales delicta non ſunt; elevatio autem manus ad terrendum aliquem, quaſi, qui elevat, pulſare velit, delictum eſt pariens actionem injuriarum in territo, ut patet in *Digeſtis*. (22) Cum igitur iſtæ ſecundæ *minæ* facti graviores ſint *minis* verbalibus, graviorem pœnam merentur, quàm illæ, quæ in gravitate ſunt ſimpliciter pares *minis* purè verbalibus, quàmvis facto exprimantur.

28 Quinta dubitatio eſt, quomodò accipienda ſint illa verba, *ſi manuum levaverit, vel aliquid acceperit, ut percutiat*?

29 Reſpondeo, quòd ſignificat elevationem manus paratæ ad percutiendum, ut, puta, facto pugno ad impetendum, aut diducto brachio, & palmâ extenſâ ad impingendam alapam; & quod dicitur de manu, debet accipi de pede, elevato ad pulſandas alterius nates, aut ventrem. Putat autem *Sanctorus*, (23) quòd elevatio manus ſit, *ſi quis manum, aut pugnum extendat, veluti alium percuſſurus, & etiamſi non percutiat, vel quià alter ſe ſubtrahit, vel quià ab altero detinetur*. Hoc verò mihi durum videtur, & maximè, ſi pugnum vibret, ſed pugnus incaſsùm abiit, quià alius ſe à percuſſione ſubtraxit, vel quià vibrans impeditus fuit, quominùs pugnus extenderetur, uſquè dùm alium pulſaret. Etenim talis vibratio proximè eſt percuſſio; & vibrans ex ſe fecit quantũ potuit, & per ſe non ſtetit, quin formalis percuſſio ſecuta ſit. Putarē proindè, quòd talis manus elevatio puniēda eſſet paulò minùs, quàm percuſſio formalis, quià ab eo parùm diſtat. Accipienda igitur eſt manus elevatio, ut ſit ſimplex motus minantis, qui manum, aut pedem alteri oſtentet, paratus ad vibrandum, & ſic percutiendum, non autem vibravit; talis enim oſtentatio ſiſtitur intrà fines *minarum* facti. Et hoc ſimile eſt ei, qui enſe, educto de vaginâ alium terret, qui non incurrit pœnam abuſus armorum, niſi enſem vibret, licèt minimè feriat; quæ vibratio vulgari Criminaliſtarum vocabulo vocatur *armorum admenatio*.

30 Pari modo intelligi debet acceptio inſtrumenti, apti ad percutiendum, ut Calepodium, ſaxum, lignum &c. nempè, quòd illud arreptum quidèm ſit à taliter minante, & alteri oſtentatum, tanquàm promptum ad percutiendum; non tamen, quod illud ullo modo vibret, aut jaciat, ob rationem ſuprà tactam. Et oportet circà hoc advertere, quod inſtrumentum de quo loquitur Textus, debet accipi de idoneo quidèm ad percutiendum, non tamen graviter de ſui naturâ; ut eſſet baculus mediocris, aut virga, ſaxum non magnum; ferrum nec acuminatum ad pungendum, nec acutum ad ſecandum, ut virgula ferea, & ſimilia. Ratio eſt, quià de arreptione ad graviter percutiendum, Textus loquitur in eodem paragrapho, cujus explicationem dabimus §. 3., quem aggredimur. Advertimus tandèm, quòd *Sanctorus* loco ſuprà citato ultrà caputium probationis per tres menſes, apponit pœnam Carceris trimeſtris, in pœnam ejus, qui manum levavit, aut aliquid ad percutiendum accepit, ſed etiam iſte etiam error eſt tùm *Sanctori*, tùm *Statuti Generalis Sambucani*, quem damnavimus ſuprà *num.* 25. in legitimis Statutis *Valliſoletanis*, ac *Salmanticenſibus*, Carcer nullo modo habetur prò tali crimine.

(21] *Sanctor. de Pæn.cap.* 14. *Quaſt.2.fol.77.*
(22] *text. in l. Item apud Labeonem. §. Si quis perterritus. ff. de Iniur. & famo. libel.*
(23) *Sanctor. de Pæn. loc. cit. §. Reſpondeo primò.*

## §. III.

# Provocatio, & Percuſſio.

*SUMMARIUM.*

1 *Provocationis diffinitio.*
*Injuria non fit, niſi quandò animus injuriandi intervenit.*
*Injuriatus in abſentiâ, ſi offendit injuriantem, non dicitur provocatus.*
*Provocatio, quæ fit factis, vocatur* inſultus.
2 *Provocatus, quandò quis dicatur, & quandò ſolummodò injuriatus.*
3 *Provocatio activa conſiſtit in dictis, aut factis injurioſis.*
*Provocatio paſſiva excludit dolum.*
*Provocatus delinquens tenetur tantùm de exceſſu.*
4 *Inſultus, quid ſit.*
*Inſultatus poteſt prævenire inſultantem.*
*Inſultatus, inſultantem fugientem occidens non tenetur pœnâ ordinariâ homicidii.*
*Gravitas delicti in vulnerando abſorbet delictum in inſultando.*
*Inſultus non confunditur cum delicto delationis armorum.*
*Inſultus factus cum armis, & factus ab homine armato paria ſunt.*
*Inſultans, qui armatus acceſſit, quamvis arma depoſuerit, ſi ea poteſt de facili reaſſumere, dicitur cum armis inſultaſſe.*
*Inſultaſſe cum armis dicitur, qui inſultat tenens manum ad capulum enſis, licèt non evaginet.*
5 *Percuſſionis modi.*
*Percuſſio quot modis aggravetur.*

1 PRovocatio, de quâ in præſenti paragrapho agere intendimus, eſt *dictum, aut factum doloſum in alterius injuriam, & præſentiam, ex quo iſte ad iram movetur.* Dicitur autem notanter *dictum*, aut *factum*, quià, cùm injuria poſſit verbis, & factis inferri, & ex injuriâ, illatâ ſibi, ille, qui commovetur ad iram, dicatur *provocatus*, ut habent duæ *Gloſſæ*, (1) ſequitur, quòd *provocatio* fiat tùm dictis, tùm factis. Dicitur *doloſum*, cùm enim *provocatio* crimen ſit, & nullum crimen datur, niſi malo dolo commiſſum ſit, ex vulgatis juribus; conſequens eſt, vt in *provocatione* dolus includatur. Hinc fit, quòd, ſi aliquis ex dicto, aut facto alterius, qui non animo injuriandi, aliquid dixit, aut fecit, ad iram commoveatur, non poteſt dici *provocatus*, & conſequenter nequè crimen in alio eſt. Quià injuria non fit, ſi animus injuriandi abſit, (2) ſequitur proindè, quòd, ſi alius movetur ad iram ob factum alterius, qui eum injuriare non intendit, non poterit ille vocari *provocatus*, nec iſte provocans. Tàdèm dicitur ad *præſentiam*, ſivè in præſentiâ, quià ſi injuria fiat in abſentiâ, & taliter injuriatus contrà injuriantem moveatur, & in eum delinquat, non dicitur ex *provocatione* alterius deliquiſſe, nec evadit pœnam ordinariam ſui delicti, ut effugit ille, qui verè *provocatus* delinquit, ut ſuo loco dicemus. Ratio eſt, quià iſte non delinquit ex irâ, ad quam commotus fuit ab injuriâ, factâ ſibi coràm ſe, propter quam pœnæ temperamentum debetur; ſed delinquit ex pleno dolo, & ideò non dicitur *provocatum* deliquiſſe, nec ordinariam pœnam evadit. Quæ autem factis fit *provocatio* aliquandò vocatur *inſultus*, & tunc eſt, cùm aliquis ſe movet de loco ad locum, ut aliquem offendat, ut cum *Angelo*, & *Mariano Socino* docet *Boſſius Tract. criminal. Tit. de Inquiſit. num.* 120.

2 Porrò *provocatio* communiter non vocatur, niſi, quandò ex commotione ad iram in *provocato* oritur aliquod aliud delictum, nempè gravius provocantem injuriando, percutiendo, occidendo &c. dicitur, quòd aliquis *provocatus* vulneravit, occidit &c. aliter, ſi offenſus non reoffendat verbis, aut factis, non dicitur ille *provocatus*, ſed injuriatus, & huic competit actio de injuriâ.

3 Cùm igitur *provocatio* activa conſiſtat in dictis, & factis injurioſis, & de iſtis paſsìm in hoc opuſculo ſub diverſis Titulis, ac paragraphis locuti fuerimus, non eſt, cui inutiliter repetamus. De paſſivâ autem, & effectibus illius, qui ex *provocatione* delinquit, dicemus ſub paragrapho de *Homicidio*; & prò nunc de hâc firmâ ſit concluſio, argumento legum (3) deducta, quòd *provocatio* paſſiva excludit dolum, ex quò ex provocatione delinquit, non tenetur, niſi de exceſſu.

4 Ultrà *provocationem* verò antè percuſſionem intervenit *inſultus*, qui, ut ex *Bartolo* (m) deducitur, eſt motio impetuoſa contrà alium ad effectum offendendi. Sicut verò *provocatio* paſſiva, ut dictum eſt, excuſat à dolo, à fortiori hoc quadrat de inſultu. Undè inſultatus poteſt prævenire inſultantem, ac ipſum impunè percutere, (n) & ſi ille etiam vulneratus eſt, & eum, à quo inſultatus eſt, fugientem inſequitur, & occidit, non tenetur pœnâ ordinariâ homicidii, ut docet **Caballus**, (o) quod etiam dicendum eſt, ſi inſultatus, ac vulneratus inſequens fugientem, & alium tranſeuntem (putans eſſe unum ex aggreſſoribus) occidit: nàm non pœnâ mortis, ſed aliâ mitiori puniendus eſt, ut cum **Caballo** tenet *Raynaldus*. (p) Quòd, ſi quis inſultat, & eodem impetu alium vulnerat, vulnus, & inſultus confunduntur, & gravitas delicti in vulnerando abſorbet delictum inſultus, ut ait *Farinacius*. (q) Sed non ità eſt, ſi inſultus fiat cum armis; ſiquidèm inſultus non confunditur cum delatione armorum; undè ſubiri debet pœna Statuti prohibentis armorum delationem, ac ejuſdem prohibentis inſultum, ut volunt Doctores. (r) Et tàdèm circà inſultũ ad verten-

(1) *Gloſſ. in cap. Suſpicionis in V. Forſan. de off. Deleg. & in cap. D.lectu filio. in V. Provocatus de Sent. Excomm. in 6.*

(2) *Text. in l. Illud §. Sane. & §. Quarè. ff. de Iniur.*

(3) *text. in l. Quiam natu. §. libertus. ff. de Bon. libert. arg. l. Gracchus. l. Si adulterrinm. §. Imperatoret. ff. Ad leg. Iul. de Adulter. Cabal. Tract. de Omn. gen. homicid. num.* 110. 111. 127. & 136.

(m) *Bartol. in l.* 1. *§. Cum arietes. ff. Si quadr paup. feci.*

(n) *arg. text. in l. liberam. C. Quando liceat unicui. l. Is qui percuſſerom ff. de Sicar.*

(o) *Caball. de Omn. gen. homic. n.* 112. & 181.

(p) *Rayna. Tom.* 1 *cap* 10. §. 3. *n.* 12. *Caball. Caſ.* 31. *n.* 1.

(q) *Farinac. Quæſt.* 108. *n.* 166. & *ſeqq.*

(r) *Baiard. ad Clar. Quæſt.* 84. *n.* 25. *Claud. ad Bertazz. Conſ. crim.* 205. *nu.* 4 *Cabal. Caſ.* 158. *nu.* 13. & *ſeqq. Guazz. Reor. defenſ.* 16. *cap.* 2. *num.* 18.

Digitized by Google

vertedū eſt, quòd æqualiter conſiderari debet inſultus, factus cum armis, & factus ab homine armato, & proindè æquali pœnâ puniendus eſt, ut pluribus ſecum vectis probat *Caballus*, (*ſ*) qui ampliat hanc concluſionem, ut procedat, etiamſi inſultans arma depoſuerit, dummodò armatus acceſſerit, & de facili ſica poſſit reaſſumere. Et ait *Muta* (*t*), hoc idem eſſe cenſendum de eo, qui inſultat tenens manus ad capulum enſis, quem tamen non extrahit.

5 Sequitur tandèm *percuſſio*, quæ poteſt fieri tùm manu inermi, aut armatâ; & illa quidèm, quæ manu inermi fit, regulariter loquendo, levior cæteris cenſetur, dummodò ex eâ gravis effectus non emergat, puta, mors, oſſis fractura, aut membri alicuius irremedicabilis debilitatio, aut luxatio. Quæ autem eſt manu armatâ, aggravatur tum à qualitate armorum, quæ propriè apta ſunt ad occidendum, ut enſis, ſclopus, ronca &c. tùm ſi arma ſunt ſpecialiter prohibita, ut piſtoletti, ſtyli &c. tùm etiam à magnitudine vulneris illati, ſi nempè per illa ſequatur membri mutilatio, aut amiſſio. Et circà hoc advertendum, quòd delatio, aut abuſus armorum non confunditur cum vulnere illato, ut volunt Doctores, (*u*) ſed inferuntur pœnæ diſtinctæ, prout in Statutis ſancitæ reperiuntur.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

6 *Probatio provocationis quomodò fiat.*
*Varia ſententia circà præſumptionem quis fuerit provocator, quandò deſunt Teſtes.*
7 *Coniectura à quibus ſumitur indicium provocationis.*
*Mortuus in rixâ, quandò præſumatur fuiſſe provocatorem.*
*A' præparatione armorum ſumitur indicium provocationis.*
*Vbi eſt maior cauſa delinquendi, ibi præſumitur delictum.*

6 QUià, ut ſuprà dictum eſt, *provocatio* fit per verba, aut facta injurioſa, illius probatio fit iiſdem prorsùs mediis, quibus dicta, aut facta probantur. Difficultas in hàc materiâ eſt, quandò Teſtes deſunt, & ſecuta eſt alicujus mors, ſivè quandò ambo, qui rixati ſunt, & ſe invicèm percuſſerunt, ſunt ſuperſtites, & quilibet eorum dicit ſuiſſe ab adverſario provocatum; anceps enim, & res dubia eſt, & penè impoſſibile diffinire, quis nam fuerit provocator, undè per præſumptiones procedendum eſt. Conflictantur verò inter ſe Doctores ad decernendum, quænam inter præſumptiones ſit validior. Nonnulli dicunt, quòd præſumitur aggreſſor, qui adverſario ſuo erat validior, quià non eſt veriſimile, imbecilliorem de hominis potentioris cæde cogitaſſe. Alii dicunt, reputandum eſſe aggreſſorem illum, qui obiit, ſi viſus fuit in ſuperſtitem omni conatu, & impetu irruere. Volunt alii, provocatum, & ab alio aggreſſum, cenſeri debere eum, qui auditus eſt exclamare, ut ſibi ſuccurreretur; & viſus eſt fugere, & poſt mortuus repertus eſt ejus inimicus; & talium concluſionum tutores plenâ manu congerit *Maſcardus*. (4)

7 Sed meo judicio, tales conjecturæ multas patiuntur rationes in contrarium, & magìs urgent illæ, quæ deducuntur à qualitate perſonarum, & occaſione rixæ. Ratio eſt, quià iſtæ ſunt veræ cauſæ, & per ſe, à quibus rixa provenit, undè ille, in quo potior fuit cauſa rixandi, pronunciari verè poterit auctor rixæ, ſivè provocator. Dico igitur, quòd, ſi qui mortuus eſt in rixâ, erat ex ſui naturâ litigioſus, proclivis ad rixandum, & qui aliàs cum aliis rixatus eſt, urget præſumptio, quòd ſuperſtitem provocaverit, ut auctoritate multorum Doctorum firmat *Maſcardus*, (5) & magìs validatur concluſio, quandò probaretur, ex verbis, ab eo prolatis, aut à præparatione armorum, aut alio indicio, illum habuiſſe animum lædendi adverſarium; (6) & adhùc validior redditur præſumptio, quandò conſtaret de vitâ integrâ, honeſtis moribus, & tranquillo ſtatu ſuperſtitis, qui ſemper pacificè vixit, nec cum aliquo unquàm jurgatus eſt; (7) & tandèm ille, qui maximè offenſum ſe tenuit ob acceptam injuriam, & auditus eſt dicere, *Je velle quaquaverſum vindicare*, præſumitur fuiſſe provocatorem; quià non datur delictum ſinè cauſâ, ubi ergò magìs urget cauſa, ibi præſumendum eſt delictum ortum habuiſſe; & cùm origo rixæ regulariter ſit injuria accepta, ſequitur, quòd, qui magìs injuriatum ſe ſentit, præſumitur initium rixæ dediſſe. Quæ autem dicta ſunt in caſu, in quo rixantium vnus mortuus ſit, quadrant etiam caſu, quo jurgantes ambo ſint ſuperſtites, & aliâ viâ, quàm præſumptivâ, *provocatio* probari nequit, à quo fuerit.

## Pœnæ.

*SVMMARIVM.*

8 *Pœna puræ provocationis de jure communi.*
*Provocatus mitiùs eſt puniendus.*
*Delinquens provocatus probare debet provocationem.*
9 *Pœna percutientis, vulnerantis &c. quæ.*
10 *Statutum primum prò Minoribus de Obſervantiâ.*
11 *Statutum ſecundum.*
12 *Statutum tertium.*
13 *Statutum quartum.*
14 *Statutum quintum.*
15 *Explicatur, quid ſit, & quandò provocatio facta verbis, aut factis.*
16 *Provocatio factis, quandò extenditur ad perſonam, magìs punienda.*
17 *Quæ percuſſio gravis, aut levis, abſtrahendo à perſonâ percuſsâ.*

*Levitas*

(ſ) *Caball. Reſol. crim. Caſ. 90. per tot.*
(t) *Muta Pragmat. Sicil. Tit. 44. nu. 9. & 10.*
(u) *Baiard. ad Clar. Quæſt. 84. num. 26. Clar. ad Bertazzol. Caball. Ravit. Farinac. Guazz. apud Raynal. Tom. 3. cap. 24. §. 1. nu. 42.*

(4) *Maſcard. de Probat. Concl. 72. n. 3. 4. 5. 9.*
(5) *Zabarel. Io. de Amic. Acuarot. Alciat. Capoll. Carer. Socin. iun. Grammat. & Felin. apud Maſcard. n. 6.*
(6) *Grammat. Vot. 22. n. 14. Capoll. Conſ. 29. Carer. Pract. crim. §. Circa il 3. nu. 149. Io. de Amic. & Blanc. apud Maſcard. ibid. nu. 7.*
(7) *Alexand. Conſ. 14. col. 3. V. Ad defenſionem. Vol. 3. Alciat. de Præſumpt. Regul. 3. Præſumpt. 39. num. 9 Felin. in cap. dilecti. col. penult. de Except.*

Digitized by Google

*Levitas, aut gravitas percuſſionis judicanda à Iudice.*
*Percuſſio levis, mediocris, aut gravis, quæ ſit.*
18 *Levitas percuſſionis, ut ſit punibilis pœnâ Statutariâ, requirit peccatum mortale.*
19 *Lapſus Sanctori circà pœnam percuſſionis levis.*
20 *In atrociſſimis punitur conatus prò crimine.*
*Percuſſio gravis, & arreptio inſtrumenti ad graviter percutiendum, pari pœnâ puniuntur.*
21 *Declaratur mens Statuti, ut rationi cohæreat.*
*Percuſſio gravis hìc intelligitur de eâ, quæ fit nudâ manu.*
22 *Gradatio pœnarum in Statuto contrà percutientes.*
23 *Arreptio inſtrumenti ad graviter percutiendum, debet eſſe cum vibratione.*
24 *Percuſſio gravis, intenta à rixante, conijcitur à qualitate inſtrumenti, arrepti ad percutiendum.*
25 *Confirmatur allata concluſio.*
26 *Si non interveniat vibratio, non eſt locus pœnæ Statuti, juxtà Sanctorum.*
27 *Impugnatur Sanctorus.*
28 *Animus graviter percutiendi conijcitur etiam à motu, ac impetu vibrationis.*
29 *Inſtrumentum mediocre arreptum cum validâ vibratione prodit animum graviter percutiendi.*
30 *Convalidatur data concluſio.*
*Sanctorus carpitur.*
31 *Inſtrumentum arreptum ex ſe aptum ad graviter percutiendum, non requirit vibrationem ad prodendum animum graviter percutiendi.*
32 *Quo caſu arreptio inſtrumenti ad percutiendum, ſit impunibilis.*
33 *Textus circà Carcerem ſemeſtrem eſt vitiatus.*
34 *Oppoſitio, quod Textus, & non Statutum, attendendus ſit in pœnis dandis.*
35 *Reſolvitur oppoſitio.*
*Attendendum eſt Statutum, & non Textus, & quarè.*
36 *Falſitas juris, aut facti vitiat Reſcriptum.*
*Confirmatio novum jus non addit, ſed antiquum, ſi quod eſt, corroborat.*
37 *Circà taxationes pœnarum attendenda ſunt Statuta Ordinis, non Textus.*
38 *Conciliatio diverſitatis Statutorum.*
*Sanctorus deceptus.*
39 *Quandònam percuſſiones, factæ nudâ manu, diverſas pœnas ſortiuntur.*
40 *Confirmatur data doctrina ex collatione Statutorum.*
41 *Alia duo Statuta non indigent expoſitione.*
42 *An Statutum accipi debet de omni re, quæ poteſt eſſe inſtrumentum percuſſionis, quoquomodò facta.*
43 *Inſtrumentum ad percutiendum debet eſſe ſolidum, & durum, ut arripienti pœnam inferat.*
*Fœdans Clericum atramento, lotio, ſtercore &c. incidit in cenſuram.*
*Conſpurcans, ut præfertur Religioſum, gravius puniendus, quàm ſi ſimpliciter arripuiſſet inſtrumentum ad percutiendum.*
44 *An arripiens inſtrumentum ad ſe defendendum ſit Reus Statuti.*
45 *Duæ leges allatæ à Sanctoro.*
46 *Pudititia attentatur, quandò id agitur, ut quis ex pudico fiat impudicus.*
*Territus ob elevationem manus contrà ſe factam habet actionem iniuriarum.*
*Oſtenditur, quod allatæ leges non faciunt ad intentum.*
47 *Confirmatur concluſio.*
48 *Pœna arripientis inſtrumentum ad percutiendum, non extenditur ad arripiendum idem ad fugandum.*
49 *Quomodò cognoſcendum, àn inſtrumentum arreptum fuerit ad fugandum, non ad percutiendum.*
50 *Quomodò (quandò duo invicem ſe percuſſerint, & ambo dicunt ſe feciſſe ad ſui tutelam) agendum.*
51 *De hoc, remiſſivè.*
52 *Qui vulneravit alio inſtrumento, quàm gladio, àn teneatur pœnâ vulnerantis gladio.*
53 *Reſpondetur affirmativè, & quarè.*
54 *An feriens leviter teneatur carceri annali.*
55 *Reſpondetur negativè, & quarè.*
56 *A quo judicandum ſit vulnus leve, aut grave.*
57 *Iudex debet judicare qualitatem vulneris.*
*Iudicium Chirurgi requirendum à Iudice.*
*Chirurgus debet reddere rationem dicti ſui.*
58 *An omnes percuſſiones graves æquali pœnâ ſint puniendæ.*
59 *Ex qualitate circumſtantiarum aggravatur, aut minuitur delictum.*
*In delictis ſpectandus magis animus, quàm exitus.*
60 *An percutiens ex ſubitaneo motu iræ, ordinariâ pœnâ ſit puniendus.*
61 *Cauſæ excuſantes ab Excommunicatione percutientes Clericum, excuſant percutientem à pœnis Statuti.*
62 *Percuſſio, facta cum moderamine inculpato, non infert excommunicationem.*
*Tutela inculpata, quæ ſit, & quandò.*
63 *Vis eſt repellenda, antequàm inferatur.*
64 *Vt quis poſſit, percutiendo, ſe defendere, ſufficit, quod ſibi immineat certum periculum ab invaſore.*
*Percutiens ad ſui defenſam excuſatur, ſi aliqualiter excedit modum in percutiendo.*
65 *Ad præcavendum iniuriam verborum, aut verberum quis poteſt percuſſione ſe defendere.*
66 *Inſtantia contrà prædicta.*
*Clericus, qui nolit fugere, & occidit ſe invadentem, non evadit pœnas homicidii.*
67 *Fugiens ab invaſore iniuſto, non ſe ſervat totaliter indemnem.*
68 *Religioſus non tenetur fugere ab invaſore, ſed poteſt ſe tueri, cum percutiendo.*
69 *Solvitur inſtantia facta.*
70 *Volens percutere laicum, caſualiter percutiendo Clericum, non incurrit Cenſuram.*
*Percutiens Clericum ad propriam defenſam, ſi excedat modum, non incidit in cenſuram.*
71 *Percutiens ex motu iræ primò primo non peccat mortaliter.*
*Percutiens Clericum ex ſubitaneâ irâ, non eſt excommunicatus.*
72 *Quandò Religioſus pœnas percutientium incurrat, aut non.*
*Laicus, qui provocatus a Clerico iniuriâ ſibi, aut ſuis factâ eum percutit non incurrit cenſuram.*
73 *Idem dicendum de Religioſo percutiente ex primo motu iracundiæ.*
74 *Prudentia requiritur in Iudice, ut diſcernat, àn percuſſio fuerit ad defenſam, àn ad offenſam.*
75 *Indicia, ex quibus conijci poſſit percuſſio ad defenſam.*

76 Pro-

Digitized by Google

76 *Provocatus percutiens, non probato, quòd fecerit ad defenſam, extraordinariè puniendus.*
77 *Indicia ad judicandum, an percuſſio fuerit ex motu primò primo.*
78 *Quandò injuriæ ſunt reciprocæ, quis dicatur provocator.*
79 *Ambo ſunt provocatores, quandò provocatus acriorem injuriam jactat in provocantem.*
80 *An percutiens Prælatum Localem, mereatur pœnam, majorem ordinariâ percutientium.*
81 *Pœna percutientis Prælatum localem.*
*Guardiani, Præſides, ſeù Vicarii in capite ſunt Prælati Locales.*
*Percutiens Vicarium, qui habet ſuprà ſe Guardianum, non ità puniendus, ut percutiens Guardianum.*
*Statuta Sambucana emendata.*
82 *An pœna percutientis Guardianum, debeatur percutienti Patrem Ordinis, aut Provinciæ &c.*
83 *Qui manus intulit Præpoſito, capite puniendus eſt.*
*Prælati Magiſtratum gerunt.*
*Magiſtratum offendens morte mulctandus.*
*Occidens Prælatum, parricidium committit.*
*Percutiens Patrem Ordinis, aut Provinciæ &c. non punitur pœnâ percutientis Prælatum Localem, ſed maiori aliquâ, quàm ſit percutientis Ordinarium Religioſum.*
*Laicus Converſus percutiens Sacerdotem, aut Clericum, meretur augmentum pœnæ.*
84 *Quomodò regulanda pœna percutientis perſonas extrà Ordinem.*
85 *Percutiens perſonas extrà Ordinem, quæ notâ ſpeciali digna non ſunt, punitur, ut percutiens ordinarias perſonas intrà Ordinem.*
86 *Analogia pœnarum ſervanda eſt, ut proportionatur perſona conſpicua extrà Ordinem perſonæ intrà Ordinem.*
*Expenditur talis proportio.*
87 *A quo abſolvendus ab excommunicatione Religioſus, qui percuſſit Clericum ſæcularem.*
88 *Percutiens Monachus Monachum alieni Monaſterii, abſolvendus eſt ab Abbate proprio, & Abbate Monachi percuſſi, & quomodò.*
89 *Religioſus percutiens Clericum ſæcularem, de jure antiquo abſolvendus eſt a ſolo Papâ.*
*De jure novo abſolvendus ab Epiſcopo.*
*De jure privilegiato abſolvitur à ſuo Prælato*
90 *Quivis Religioſus percutiens Religioſum alterius Ordinis, abſolvi debet a Prælato proprio, & Prælato percuſſi, & quomodò, & quarè.*
*Subditus eſt ut filius, Prælatus ut Pater familias.*
*Injuria facta filio contingit Patrem.*
91 *Satisfactâ parte, Religioſus percutiens Clericum ſæcularem, abſolvitur a ſuo Prælato.*
*Epiſcopus non poteſt prætendere dare percuſſori Religioſo abſolutionem.*
*Epiſcopus non poteſt denunciare excommunicatum vitandum Religioſum, qui intra, aut extra Clauſtra percuſſit Clericum ſæcularem.*
92 *Probatur ampliùs, quod Epiſcopus non poteſt prætendere dare talem abſolutionem.*
93 *Inſtantia contrà datam reſolutionem.*
94 *Reſolvitur inſtantia.*
*Non currit paritas inter Clericum ſæcularem, & Clauſtralem reſpectu ſuorum Prælatorum.*
*Religioſus ſinè conſenſu Superioris non poteſt ſuam injuriam extra Ordinem proſequi.*
*Ad Prælatum Regularem ſpectat proſequi judicialiter injuriam, ſuo ſubdito factam.*
95 *Actionem competentem Clerico injuriato Eccleſia nequit remittere, & neque Epiſcopus.*

8 Pœna provocantis, quandò ex eâ nulla rixa ſecuta eſt, nulla alia in jure datur, quàm ea, quæ propter injuriam irrogatur. Cùm enim, ut dictum eſt, *provocatio* aliud non ſit, quàm dictum, aut factum injurioſum, ſequitur, quòd ubi illa ſola intervenit, nec alius effectus ab eâ ſequitur, locus præcisè ſit pœnæ, quæ ob irrogatam injuriam infertur, & hoc de jure communi. Si autem à provocatione aliud ſequatur, ut puta, verbera, vulnera, aut mors, provocator punitur ordinariâ pœnâ delicti, quod ſecutum eſt; provocatus autem mitiùs, ut ſuprà diximus, puniendus eſt, aut nulliter, ſi cum moderamine inculpatæ tutelæ percuſſit, aut occidit ad propriam defenſam, quam tamen allegans concludenter probare debet, ut ſcribunt Doctores; (8) ut totaliter poſſit pœnam evadere.

9 Pœna verò percutientis, vulnerantis, mutilantis, ſivè alio modo offendentis, ut plurimùm, per Statuta locorum determinata eſt; proindè conſulendæ ſunt ſtatutariæ diſpoſitiones tùm prò Laicis, tùm prò Clericis Sæcularibus, ac Regularibus, & hoc dico de pœnis temporalibus; nàm loquendo de ſpiritualibus, ſi perſonæ Eccleſiaſticæ ſe invicèm percutiant, aut à laico percutiantur, pœna ſpiritualis taliter percutientis eſt Excommunicatio Canonis, *Si quis ſuadente &c.* Apud Nos *Minores de Obſervantiâ*, ſequentia vigent Statuta.

10 *Primum. Provocans graviter aliquem factis, vel verbis, pro primâ vice, probationis caputium deferre; pro ſecundâ, bimeſtri Carceri mancipari, ac activâ, & paſſivâ voce decennio privari debet.* (9)

11 2. *Si Frater alterum in Ordine, vel extra, leviter percuſſerit, per annum caputium probationis deferat. Si graviter percuſſerit, vel quodlibet inſtrumentum ad graviter percutiendum arripuerit, ſemeſtri Carceri mancipandus venit.* (10)

12 3. *Qui gladio, baculo, vel pugillo Fratrem, aut ſæcularem percuſſerit, in Carceris unius anni pœnam incidit, omni ſuffragiorum jure; & actibus legitimis perpetuo privari, ac per menſem ter in quâlibet hebdomadâ, coràm Fratribus, capitulariter congregatis genuflexus comedere, ipſis met inſtrumentis, quibus ferire, vel percutere auſus eſt, ei de collo pendentibus, debet.* (11)

13 4. *Provincialem vel leviter percutiens, ad triremes, Generalis arbitrio, mitti, ſi id gladio molitus fuerit, ſivè ſecutâ, ſivè non ſecutâ morte, ad triremes perpetuò damnari debet.* (12)

14 5. *Generalem quoquomodò, vel leviſſimè percutere auſus, ad triremes perpetuò, & omninò damnandus eſt.* (13)

15 Statuta prædicta difficultatibus ſanè multis implexa ſunt, optimum proindè eſt, antequàm circà ea dubitationes more ſolito proponamus, eorum Textus explanare. Primum igitur Statutum, datum ſuprà *num.* 8.

---

(8) *Bart. in l. Aurelius. §. Item quæſivit. ff. de lib. lega. Alciat. Reg. 3. Præſumpt. 39. nu. 6. Cæpol. Conſ. 28. p. nu. 4.*
(9) *Text. Tit. Applicatio. §. 9.*
(10) *Text. Tit. Applicatio. §. 10.*
(11) *Text. Tit. Applicatio. §. 39.*
[12] *Text. Tit. Applicatio. §. 43.*
(13) *Text. Tit. Applicatio. §. 44.*

Digitized by Google

*num.*8. ſic debet accipi. *Provocans aliquem graviter facti*, hoc eſt, ſi per modum exempli, indice, & auriculari digito oxtenſis, contractoque pollice medio, & annulari, aliquis in alium quaſi cornua formaret, indicans, aliquam mulierem, ſibi ſanguine coniunctam, impudicam eſſe; aut alio geſtu extremum contemptum provocati exprimeret; *aut verbis*, puta, mordacibus, ac irritativis, *prò primâ vice*, *probationis capucium deferat &c.* Ubi advertendum, quòd Textus loquitur de *provocatione gravi*, undè non debet extendi ad levem, quæ non in foro judiciali, ſed paterno puniri debet. Porrò gravitas, aut levitas *provocationis* petenda eſt ab inſolentiâ factorum, aut dictorum, & à publicitate loci; maximè tamen ſpectanda eſt qualitas perſonæ provocatæ; nam, ſi ex hâc creſcit iniuriæ gravitas, gravior etiam evadere debet *provocatio*, quæ per iniurias paratur.

16 Si autem *provocatio* per facta extenderetur ad perſonam provocati, ut, ſi provocans, manu apprehenſum trahere, vel impulſu tradere in alium locum tentaret violenter, non tantùm pœnam ſupradictam, ſed etiam Excommunicationem Canonis incurreret; quià manus violentas in Religioſum inijceret.

17 Quò ad ſecundum Statutum, datum ſuprà *num. 9.* ciendum, quòd in eo conſideranda venit levitas, aut gravitas *percuſſionis* in ſe, prout abſtrahit à perſonâ percuſſâ. Quià de gravitate, reſultante à qualitate perſonæ offenſæ, diſponitur in ſequentibus. Levitas autem, aut gravitas *percuſſionis* iudicanda eſt quidem à Superiore, (14) tamen communiter dicitur *levis percuſſio* illa, quæ nullam maculam, vel ſigillationem carnis, vel magnam effuſionem ſanguinis cauſat. Mediocris autem ea, quæ carnis livorem, aut ſanguinis effuſionem, aut dentes caſum; ſeù capillorum in mangnâ quantitate avulſionem cauſaret. Gravis tandèm, quæ eſt cum magnâ ſanguinis amiſſione; ſeù mutilatione membri; vel oſſis fracturâ, ſivè vulnere profundo.

18 Ex diſpoſitione igitur hujus Textus, probationis caputium portare per annum debet, qui *leviter* percutit; tamen advertendum cum *Sanctoro*, loco citato, quòd non tanta debet eſſe levitas, ut ad ſufficientem materiam peccati mortalis non pertingat. Ratio eſt, quià, ſi debent *percuſſiones* judicialiter puniri, oportet, quòd ad mortale pertingant; ſi enim veniales ſunt, paternaliter tantùm per ſalutares pœnitentias emendantur, ut habet Textus. (15)

19 Ad hunc porrò Textum advertendum eſt, quòd *Sanctorus* (16) auget pœnam leviter percutientium addendo carcerationem ad libitum Superioris delationi caputii probationis, & *Sanctorum* ſecutus eſt Compilator Statutorum Ordinis *Sambucan*; ut videre eſt in illis. (17) Sed nec in Textu, nec in *Valliſoletanis*, nec in *Salmanticenſibus*, à quibus deſumpta in margine leguntur tùm Textus, tùm dicta Statuta Ordinis, carcer reperitur. Lapſus proindè inadvertenter eſt *Sanctorus*, & cum eo *Compilator*, prout etiam fecit, addendo contrà *Minantes* Carcerem, qui nullo pacto reperitur in Statutis germanis *Salmanticæ*, nec *Valliſoleti*, ut vidimus ſuprà. (18)

20 Sequitur, *ſi graviter percuſſerit*, *vel quodlibet inſtrumentum, ad graviter percutiendum, arripuerit, ſemeſtri carceri mancipandus venit*. Adnotandum hìc, prout optimè *Sanctorus*, (19) quòd eâdem pœnâ punitur percuſſio gravis, & actio ordinata ad graviter percutiendum. Sed, quià non videtur juri, nec rationi conſonum, ut eâdem pœnâ puniatur crimen, & conatus ad illud, cùm non ſimus in atrociſſimis, in quibus conatus punitur, etiam effectu minimè ſecuto, (20) ideò declarandum eſt, quomodò accipiendus ſit Textus, ut cohæreat rationi.

21 Dico igitur, quòd *percuſſio* gravis hìc accipitur ea, quæ facta eſt ſimplici, ac nudâ manu: poteſt enim homo fortis ſolo pugno ità validè percutere, ut os frangat; ut experientialiter vidi *Papiæ* in *Portâ*, quæ dicitur *Salaria*, ubi mediaſtinus, unus ex his, qui ſal à navibus tranſuehunt ad Regium promptuarium, cum compare ſuo rixatus, tantâ vi, & impetu, pugno adverſarii faciem petiit, ut inferioris mandibulæ illi os confregerit, ac tres dentes ab eâ excuſſerit, & in *Repert. Abb.V.Præſumptio V.Præſumitur animus* refert *Corſetus*, quòd tempore Regis Alphonſi, quidam nobilis vir nomine *N.* de Regno *Siciliæ*, cum pugno interfecit quendam *Saracenum* potentiſſimum. Non ergò hic æquali pœnâ punitur conatus, & crimen exquiſitè in eodem ordine, dum diſponit Textus, *percuſſionem gravem*, & arreptionem inſtrumenti *ad graviter percutiendum*, eâdem pœnâ puniri, quià *percuſſio gravis* hìc intelligitur facta abſquè ullo inſtrumento, & ideò arreptio inſtrumenti *ad graviter percutiendum*, non poteſt dici neque conatus, neque diſpoſitio ad illam, ut patet; & ſic evaneſcit inconveniens, quod apparet ex Textu.

22 Nè autem allata expoſitio videatur extorta, obſervetur diſpoſitio Textus in gradatione pœnarum, proportionata augmento gravitatis in delictis. Primò, imponit caputium probationis per menſem prò *minis*. Secundò, idem caputium per tres menſes prò *elevatione manus*, vel *arreptione inſtrumenti ad percutiendum* non graviter, ut explicuimus ſuprà. (21) Tertiò, eadem pœna per annum in percuſſione levi. Quartò, incipit agere de *percuſſione gravi* per nudam manum, & de arreptione inſtrumenti *ad graviter percutiendum*, quæ duo ſemeſtri caſtigat carceratione. Quæ autem dicta ſunt, magìs patebunt infrà, exponendo Textum tertii Statuti.

23 Dubium verò non leve exurgit, quòd arreptio armorum, dummodò non vibrentur, inſeruit potiùs ad terrendum, & minandum, quàm ad offendendum; undè videtur irrationabilis, & proindè inſubſiſtens diſpoſitio Statuti, quæ tantam pœnam irrogat. Sed difficultatem tollit Statutum *Valliſoletanum*, à quo excerptus eſt Textus; ait enim (22). *Si ad graviter percutiendum, lapidem, vel baculum acceperit*, *& projecerit*; *vel gladium*, *aut cujuſcis alterius generis inſtrumentum eduxerit*, quibus verbis declaratur, quòd Textus non debet accipi de purâ, & ſimplici arreptione, quæ non facit, niſi ad terrendum, & minandum; ſed de projectione, & eductione, quæ proximiores ſunt ad offendendum, quàm ſola arreptio.

24 Prò praxi judicandi, alia difficultas eſt, quomodò decerni debeat, quòd Reus aliquod inſtrumentum, ad gravi-

(14) *Bonac. de Excom. in particulat. Diſp. 2. Quæſt. 3. Pun. 6. Sect. 5. à nu. 8. Sanctor. de Pæn. cap. 14. Quæſt. 3. fol. 79.*
(15) *Text. Tit. Delictorum. §. 1. V. Delicta vel ſunt.*
(16) *Sanctor. de Pæn. cap 14. Quæſt. 3. fol. 79.*
(17) *Stat. Gen. Ord. cap. 7 §. C. n. 51.*
(18) *Tit. eo § Minæ. nn. 25.*
(19) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. Quæſt. 3. V. Reſpondeo Statutum. fol. 81.*
(20) *Clar. Quæſt. 92. V. Scias tamen. nn. 2.*
[21] *Tit. eo. §. Minæ. nn. ultim.*
(22) *Stat. Valliſol. 1593. cap. 7. Tit. De min. & man. viol §. 8.*

Digitized by Google

graviter percutiendum, arripuerit, ut ſit locus pœnæ Statutariæ? *Sanctorus* (23) putat, hoc colligi debere ex actu, motu, geſtu, iracundiâ, & ex inſtrumento, quod accipitur ad graviter percutiendum. Optimè quidèm dictum: ſed Ego cenſerem, quòd gravis percuſſio, intenta à rixante, potiùs coniiciatur à ſolâ qualitate inſtrumenti arrepti, quàm à recenſitis qualitatibus. Ratio eſt, quià illa ſunt ſigna æquivoca: nàm poſſet quis habere animum, non tantùm percutiendi, ſed etiam occidendi, & tamen non tantam iram in vultu oſtendere, ut faciunt nonnulli, qui ex gravi irâ palleſcunt; undè potiùs timorem, quàm iracundiam oſtendunt. Vice verſâ nonnulli accenduntur ex levi irâ in facie, ut videantur in corde, maximè accenſi ad etiam occidendum, quod tamen re verâ non eſt. Undè ex ſignis ambiguis certum crimen, gravemque pœnam decernere, æquum non cenſeo.

25 Dico igitur, quòd gravis percuſſio intenta, maximè coniicitur ex qualitate inſtrumenti arrepti, ut puta, magni lapidis, ſecuris, aut vectis, vel phalangæ, vel (ut vult *Nonius*) palangæ. Italicæ *ſtanga*) ſiquidèm hæc ſunt inſtrumenta graviter percutiendi: & aggravatur indicium, ſi qui rixatur, jàm erat tali inſtrumento inſtructus, quod anteà paraverat; vel, ſi illud arripuit, jàm inceptâ rixâ, non illud accepit, eò quòd commodiùs ipſi venit ad manum; ſed omiſſis aliis inſtrumentis, quæ ſibi erant viciniora, & non ad graviter lædendum idonea, ex induſtriâ arripuit illud, quod ad graviùs percutiendum erat aptius.

26 Notandum prætereà ad hunc Textum, quòd, licèt in eo dicatur *Quodlibet inſtrumentum ad graviter percutiendum arripuerit*, tamen in *Statuto Valliſoletano*, (n) à quo Textus fuit deſumptus, habetur, *ad graviter percutiendum, lapidem, vel baculum acceperit, & projecerit*, ex quo docet *Sanctorus* (o), acceptionem, & projectionem inſtrumenti ad graviter percutiendum debere copulari. Undè infertur, quòd, qui accepit inſtrumentum ad graviter percutiendum, & niſus eſt ipſum torquere, vel vibrare, non tamen vibravit, vel quià pœnitentiâ ductus, non vibravit, vel quià fuit impeditus, & vibrare nequivit, pœnam Textus non incurrat.

27 Ego autem aliter dico. In hoc Textu punitur arreptio inſtrumenti ad graviter percutiendum, animum autem graviter percutiendi, diximus ſuprà, colligi ex qualitate inſtrumenti arrepti. Si ergò de hoc loquamur, ſufficit illud tale arripuiſſe, licèt non vibretur, quià ſola arreptio ſufficienter prodit animum arripientis; qui, cùm intenderet graviter percutere, inſtrumentum aptum ad ſic percutiendum, (aliis ſibi commodioribus neglectis) arripuit.

28 Addimus modò, quòd animus graviter percutiendi habetur etiam à motu, ac impetu vibrationis, independenter ab inſtrumento. Videmus enim, mediocrem lapidem, ſed magno impetu projectum æquare effectum magni lapidis, mediocri impetu jacti, ut patet in lapide ceraunio, quem fulgur eiaculatur, qui, licèt parvus ſit, ob maximam tamen violentiam, quâ vibratur à fulgure, ſeù potiùs à fulmine, maximos effectus producit.

29 Si ergò inſtrumentum, arreptum ad percutiendum, fuerit mediocre, ex ſolâ ipſius arreptione non habetur animus graviter percutiendi, & ſic non incurritur pœna, ſed requiritur in tali caſu eiaculatio violenta, & impetuoſa, & ex his duobus integratur indicium animi, volentis graviter percutere; & in hoc caſu debet copulari arreptio, & projectio, ut ex *Valliſoletanis* vult *Sanctorus*.

30 Et hæc expoſitio roboratur ex verbis ſequentibus ejuſdem *Valliſoletani*, quod ſic habet, *vel gladium, aut cuiuſvis generis inſtrumentum eduxerit*. Quià enim gladius, & aliud quodvis armorum genus ad vulnerandum, & proindè graviter percutiendum, ex ſe idoneum eſt; ideò ipſius ſimplex eductio, abſquè ullâ copulatâ vibratione, ſufficienter explicat animum graviter percutiendi, & pœnâ Statutariâ punitur. Frigida porrò eſt reſponſio *Sanctori*, ibidèm dicentis, puniri ſimplicem eductionem gladii, non autem ſimplicem arreptionem baculi, vel lapidis, quià iſti in manibus ſæpè accipiuntur, & hoc non animo offendendi, quod non eſt de eductione gladii. Quià ſupponimus, baculum, vel lapidem arripi ab eo, qui cum alio rixatur, & proindè talis arreptio non poteſt colorari, tanquàm non facta animo percutiendi: & pariter etiam familiare, & conſuetum eſt multotiès educere cultellum de manicâ, ac vaginâ ad ſecandum lignum, ungues &c. non tamen hic uſus legitimaret eductionem cultelli, factam in rixâ, quin puniri deberet etiam abſquè vibratione.

31 Concludo ergò, quòd, ſi inſtrumentum arreptum, ex ſe poteſt gravem percuſſionem inſtrumentaliter cauſare, ſufficit illius arreptio: ſìn minùs requiritur ejaculatio; quæ, ſi gravis, & violenta fuerit, prodit animum graviter percutiendi; ſi verò remiſſa, aliter eſt dicendum, quià remiſsè jaciens lapidem mediocrem, demonſtrat non habere animum graviter lædendi.

32 Advertendum tamen cenſeo; quòd, ſi duo rixantur inter ſe, & qui majoribus pollet viribus, iis confiſus, nullum arripit inſtrumentum, alius verò inſtrumentum quodvis, ſivè magnum, ſivè parvum arripiat, non tamen ipſum ullo modo vibret, ſed elevatum teneat, nec alium inſectetur, ſed in ſuo ſitu permaneat, expectans alium, ſi ad eum agrediendum moveatur; in tali caſu dico, quòd iſte nullo modo poteſt puniri pœnâ arripientium inſtrumenta ad percutiendum. Ratio eſt, quià inſtrumenta illa fuerunt ab eo ſumpta non ad offenſam, ſed ad defenſam: ex eo enim, quòd non vibravit, nec ipſe loco motus eſt, nec in alium inſurrexit, patet, quòd non habuit animum offendendi, ſed ſolummodò terrendi hoſtem, & hoc modo ſe tuendi; & ſic in legem non commiſit.

33 Tandèm circà hunc Textum adverto, quòd in ipſo ponitur Carcer ſex menſium graviter percutienti, ſed tùm in Statutis *Valliſoletanis*, à quibus deſumptus eſt Textus, ut notatur ad ejus marginem, tùm in *Salmaticenſibus*, ex quibus compacta fuerunt *Valliſoletana*, ponitur *Carcer bimeſter*, (p) ut patet ex *Orbe Seraphico*, in quo prædicta Statuta fideliter, & accuratè ſunt reimpreſſa. Scrupuloſa advertentia non eſt hæc, agitur enim de re gravi, puta, de pœnâ quatuor men-



(23) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. Quæſt. 3. V. Reſpondeo, II. fol. 81.*

(n) *Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 473. col. 2.*

(o) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. Quæſt. 3. V. Inſtabilis, an in pœnas. fol. 83.*

(p) *Orb. Seraph. Tom. 3 fol. 321. col. 1. & fol. 473. col. 2.*

ſium Carceris formalis ſuper addendâ. Sequenda nè ſit diſpoſitio hujus Textus, qui *ſemeſtrem*, àn Statutorum, qui *bimeſtrem* Carcerem infligunt, non eſt facile determinare. Quid ergò firmandum?

34 Poſset aliquis dicere, ſequendum eſse Textum, quià fuit approbatus auctoritate Capituli Generalis, & factum fuit præceptum *Superioribus omnibus*, *& Subditis reſpectivè, ipſi ſtandum eſſe*, pròut habetur in *Orbe Seraphico*. (q) Undè poteſt dici, quòd Textus corrigat præcedentia Statuta, & ejus correctio reddatur authenticha auctoritate Capituli Generalis.

35 In contrarium poteſt adduci, quòd in condendâ hâc *Practicâ Criminali*, mens Capituli Generalis fuit, non leges novas pœnales, nequè antiquarum correctiones inſtituere, ſed purum ordinem iudiciarium præſcribere: & proindè Statuta pęnalia, inſerta in Textu, eſse debere fideliter ea, quæ in præcedentibus Capitulis fuere ſancita, & Capitulum Generale Romanum fuiſſe deceptum in hoc Textu circà augmentum Carceris. Quià hìc adnotatur *Carcer ſemeſter*, tanquàm ſancitus à *Valliſoletanis*, quod nullo modò eſt. Et iſte fuit error *Sanctori*, qui Textum *Practicæ Criminalis* digeſſit. Cenſetur ergò Capitulum prædictum fuiſse deceptum in hoc puncto: & Reviſores in hoc remorati non ſunt, putantes Compilatorem bonâ fide pœnas Statutarias recitaſse.

36 Sicut ergò error in contractu vitiat contractum, ut volunt communiter Theologi Morales; & falſitas juris, vel facti repræſentati, vitiat *Reſcriptum*, (r) ac confirmatio nullum novum ius addit, ſed antiquum, ſi quod eſt, confirmat, (s) ſequitur, quòd confirmatio, facta à prędicto Capitulo Generali circà hoc, nulla ſit, quià fuit ſibi repræſentata expræſsa falſitas, & ejus mens non fuit, ut confirmaretur expreſsus error.

37 Additur, quòd in Textu (t) habetur, pęnas delictorum in hâc Praxi enumeratas fuiſſe, impoſitas per Statuta Generalia (illa nempè, quæ præceſserant hujus publicationem), & ab iiſdem Statutis petendas eſse eas, quæ in hâc non exprimuntur. Sequitur ergò, mentem Capituli Generalis approbantis, fuiſse, ut circà taxationes pęnarum Judices ſtent ad ea, quæ in Statutis diſpoſita ſunt. Undè concluditur, quòd Carcer non *ſemeſter*, ſed *bimeſter* graviter percutienti debeatur. Et circà hoc nihil curandũ eſt de Statutis Ordinis compilationis *Sambucanæ*; quæ tùm in hoc, tùm in aliis multis, (ut paſsìm adnotavimus) currupta ſunt ex ſequælâ erroris *Sanctori*.

38 Tertium Statutum, datum ſuprà *num.* 10., clarum eſt, & nulla in ejus Textu eſt difficultas, decernit enim pęnas, debitas ei, *qui gladio, baculo, vel pugillo* aliquem percutit. Difficultas oritur ex comparatione ejus cum Statuto ſuperiori, in cujus explicatiòne diximus, ſuprà *num.* 19., quòd percuſſio, facta nudâ manu, punitur Carcere bimeſtri; in hoc autem dicitur, quòd qui percuſserit *pugillo*, (quod fit manu, ſimpliciter ſtrictâ, contractis digitis) Carcere annuo debet coerceri. *Sanctorus* (24) difficultatem evadit, ſic enim hoc Statutum refert. Quicunque *gladio, baculo, vel pugione &c.* Sed talis lectura eſt falſa, quià in omnibus Statutis legitur *pugillo*, & non pugione, quæ multùm diſtant inter ſe.

39 Dico ergò, quòd *percuſſio* gravis, facta nudâ manu, non debet accipi uniformiter in hoc, & in ſuperiori Statuto. In illo enim *percuſſio* gravis, nudâ manu facta, cenſenda eſt, quandò uno, aut altero pugno, impacto in faciem alicujus, appareret livor, & tumor in oculis, aut copia ſanguinis ab ore, aut naſo percuſſi effluxiſset, & tunc percuſsori in pœnam debetur Carcer duorum menſium. Si verò dentes ex pugnis impactis eſsent excuſſi, & non unus, aut duo pugni eſsent dati, ſed multi, (ut contingit, quandò unus ex rixantibus alium proſternit) ex quo factum eſset, quòd percuſſi facies remanſiſset notabiliter deturpata, ità ut neceſsum fuiſset, per plures dies manere in Camerâ, nè ſic deformatus cum ſcandalo appareret; & ampliùs dentes fuiſsent moti, aut aliquis ipſorum ex ore excuſsus; inſuper livores in aliis membris, & tumores in capite, quæ omnia eveniſsent ex impetu, & magnâ pugnorum petitione; in tali caſu debet accipi diſpoſitio ſecundi Statuti, & Reus puniri Carcere annuo, ac aliis pœnis, hìc expreſſis; & hoc tenet etiam *Sanctorus*. (25)

40 Et quòd hæc ſit vera mens citati Statuti, apparet ex hoc, quòd, licèt in *Statuto Valliſoletano*, à quo deſumptus eſt iſte Textus, ità dicatur (26). *Quicunque gladio, baculo, vel pugillo percuſſerit &c.* tamen Statutum illud inibì ad marginem notatur deſumptum fuiſse à *Statuto Romano* 1575.; hoc verò reperitur declaratum in alio Romano, anno 1587., in hæc verba *Renovamus Statutum Congregationis Generalis, in hoc Cœnobio anno 1575. celebratæ in percuſsores. Et illud, quod dicitur de vulneribus, gladio inflictis, declaramus, & volumus, intelligi debere de percuſſionibus, etiam baculis, & pugillis, ſeù aliis hujuſmodi factis*. (27) Ex quo Statuto evidenter habetur, quòd diſpoſitio *Valliſoletani*, licèt loquatur de percutiente *pugillo* in ſingulari, non debet intelligi de uno, vel altero, ſed de *pugillis* pluribus, in copiâ impactis, ut expoſuimus; & etiam, quòd intelligatur de vulneribus, illatis per pugillos, ut ſunt livores, tumores in carne; luxationes oſſium; dimotiones, ſivè excuſſiones dentium; quæ omnia appellatione vulnerum poſsunt commodè venire. Et ab iſtâ explicatione non diſſentit *Sanctorus*, qui loco ſupracitato docet, quòd, ſi aliquis pugno ferīret, vel occideret, deberet puniri non minùs, ac ſi gladio delictum perpetraſſet, ex gravitate effectus ſecuti, menſurando crimen, & pęnam.

41 Quantùm verò ad quartum, & quintum Statutum data ſuprà *num.* 11., & 12., nulla eſt obſcuritas in Textu; deſcendimus proindè ad enodandas quaſdam dubitationes, circà ſupradicta omnia Statuta.

42 Prima dubitatio circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *num.* 11. eſt, àn accipi debeat univerſaliter de omni re, quæ poteſt eſſe inſtrumentum percuſſionis, quoquomodò factæ; àn verò de ſolis inſtrumentis, aptis ad percutiendum, ut lignum, ſaxum, calepodium &c.?

43 Reſpondeo cum *Sanctoro*, (28) intelligi de omni inſtrumen-

(q) *Orb. Seraph. Tom. 4. fol. 51. col. p.*

(r) *Hoſt. Summ. de Reſcr. §. Quæ poſsunt obiti. nu. 22. cap. Cauſam. Qui fil. ſint. legit.*

(s) *text. in cap. Præceptis. 12. Diſt. cap. final. de Privil. Hoſtien. de Confirm. util. vel inutil. §. Quis ſit effectus. n. 7.*

(t) *Text. Tit. Applicatio. §. 60. & 61.*

(24) *Sanctor. loc. cit. Quæſt. 5. fol. 89.*

(25) *Sanctor. loc. cit. Quæſt. 3. ℣. Reſpondeo inter graves, fol. 82.*

(26) *Statut. Valliſolet. Tit. de Min. & man. viol. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 473. ℣. Quicunque.*

(27) *Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 367. col. 2. ℣. Renovamus.*

(28) *Sanctor. de Pœn. cap. 14. Quæſt. 2. ℣. Reſpondeo ſecundò 78.*

Digitized by Google

ſtrumento, apto ad percutiendum, ſivè pulſandum: ad hoc verò requiritur in inſtrumento ſoliditas, ac duri-ties; nàm, ſi molle eſt, non poteſt in carnem inſerre læſionem, ut patet de pulvinari laneo, aut plumeo &c. Et ideò, ſi duo Fratres rixantur in menſâ, & unus iracundiâ percitus arripiat panem, caſeum, pomum, aut quid ſimile, ex cujus impetu poteſt imprimi ſigillatio, vel dolor, aut vulnus, certè pœnam Statuti incurret. Quòd, ſi quid molle, aut liquidum ad fœdandum, aut conſpurcandum adverſarium levaret, ut atramentum, lotium, ſtercus &c. hæc autem non proiiceret, nullâ pęnâ teneretur, quià illa non ſunt inſtrumenta apta ad percutiendum. Quòd, ſi ea proiiceret, & adverſarium fœdaret, tùnc incurreret in Excommunicationes Canonis, (29) ut communiter Doctores ſcribunt poſt Hoſtienſem (30) in puncto. Et ultrà Cenſuram, deberet Reus, arbitrio Judicis, graviùs puniri, quàm ſimpliciter arripiens, non tamen vibrans inſtrumentum ad percutiendum, quià cùm gravior eſſet iniuria, proximo illata, graviori etiam pœnâ eſſet coercenda.

44 Secunda dubitatio eſt, An qui inſtrumentum arripuit ad terrendum, aut fugandum adverſarium, incurrat in pœnam Statuti?

45 Reſpondet ad hoc *Sanctorus*, (31) affirmativè, & citat duas leges, (32) quarum ſecundam dicit canonizatam in quodam capitulo. (33)

46 Sed pace ſuâ, illæ duæ leges non faciunt ad intentum. Nàm prima determinat ſolummodò, quòd *Attentari dicitur pudicitia, cùm id agitur, ut ex pudico quis impudicus fiat*. Secunda verò habet, quòd *territus ex eo, quòd manus adversùs eum fuerunt levata, quaſi vapulandus, non tamen percuſſus, utili iniuriarum actione tenetur*. Supponunt ergò duæ citatæ leges, quòd licèt quis impudicitiam non commiſerit; aut minimè percuſſerit, tamen actum, tendentem ad impudicitiam, attentaverit; ſeu manum ad percutiendum levaverit. Et inſuper notandum, quòd ex earundem legum ſanctione, is, cujus pudicitia attentata eſt, non poteſt agere contrà attentantem ad pœnam legis *Iulia de Adulterijs*; neque qui territus eſt, ex manus levatione, habet contrà alium actionem legis *Cornelia de iniurijs*, quæ punit eum, à quo Actor, *ſe pulſatum, verberatumvè, domumvè ſuam vi introitam eſſe dicat*; (34) ſed agere tantùm poſſunt prædicti actione *Pratoria*, quâ *Prator* edixit ſe adversùs iniuriantes, quoquomodò actionem eſſe daturum, & ſic habet *Gloſſa* (35) illius legis.

47 Sequitur igitur, quòd recitatæ leges puniunt quidèm attentantem pudicitiam, aut verberationem, non tamen eâdem actione, aut pęnâ actualiter maculantis pudicitiam, aut verberantis. Sed in noſtro caſu non ſic eſt, quià Textus diſponit, pœnâ percutientium puniri debere, *qui inſtrumentum, ad graviter percutiendum, arripuerit*; proindè leges illæ, quæ pęnam minorem (nempè iniuriantium) ſtatuunt contrà attentantem pudicitiam, aut verberationem, eâ, quæ ſancita eſt contrà actualiter committentem impudiciam, aut verberationem, non poſſunt aptari ad caſum noſtrum, in quo Textus pœnâ æquali, ac eâdem punit graviter percutientes, & inſtrumentum ad percutiendum arripientes.

48 Dico igitur ad dubitationem, quòd lex pęnalis minimè extendi debet, juxtà tritam regulam, (36) cùm ergò Textus puniat arripientes inſtrumenta, *ad graviter percutiendum*, non poteſt extendi ad arripientes eadem *ad fugandum*, aut *terrendum adverſarium*; ſivè ad ſe *defendendum*, qui ſunt fines minimè criminales.

49 Difficultas prò praxi eſſe poteſt, quomodò cognoſci valeat inſtrumenta arrepta fuiſſe ad ſupradictos fines, & non potiùs ad percutiendum? Ad hoc dico, quòd Reo incumbit onus probandi, ſe arripuiſſe inſtrumenta, ſolummodò ad *terrendum* &c., nàm præſumptio contraria ſtat contrà eum. Poteſt autem probare ex hoc; quòd, licèt potuiſſet percutere, non tamen percuſſit; quià inſtrumentum non vibravit; ſaxum non projecit; adverſarium non eſt inſecutus: ſed manſit immobilis in actu defenſionis. Quod magìs roborabitur, probando ſe fuiſſe ab alio provocatum, inſultatum, aut aggreſſum: quo caſu evidentiſſimum eſſet, quòd inſtrumentum arripuiſſet ad terrendum, & prò ſuâ defenſione.

50 Tertia dubitatio eſt: Poſito, quòd duo Religioſi rixati ſint inter ſe, atquè reciprocè ſe percuſſerint, & non poſſit liquidari, quis fuerit aggreſſor, & ambo dicant, ad propriam defenſionem fecíſſe; quomodò ſe gerere debeat Judex.

51 Reſpondeo, quòd de hoc dictum eſt ſuprà, cùm de Probatione *provocationis* locuti ſumus. Videatur ibi *num. 6. & 7.*

52 Quarta dubitatio circà tertium Statutum, datum ſuprà *num. 12.*, eſt, An qui vulneraſſet alio inſtrumento, quàm *gladio, baculo, vel pugillo*, quæ ibi exprimuntur, teneretur eâdem pœnâ, ac ſi vulneraſſet gladio &c.?

53 Reſpondeo cum *Sanctoro*, (37) affirmativè. Ratio eſt, quià verba illa, *gladio, baculo, pugillo*, poſita ſunt in Textu, non quidèm taxativè, ſed exemplariter, proindè nil refert, à quonam inſtrumento vulnus fiat, dummodò idem ſequatur effectus.

44 Quinta dubitatio circà idem Statutum eſt, àn eâdem pęnâ annui Carceris puniendus eſſet, qui *gladio, baculo, enſe* &c. aliquem feriret leviter, puta, cum ſolâ inciſione cutis, ac vulnere minimè profundo.

55 Reſpondeo negativè, ratio eſt, quià non tantùm menſuratur culpa ex uſu armorum, ſed etiam ex effectu gravi, aut levi ſecuto. Proindè gravis percuſſio, facta etiam nudâ manu, prout diximus ſuprà *num. 19.*, punitur eâdem pœnâ, quâ punitur arreptio inſtrumenti, ad graviter percutiendum. Quià ergò arreptio talis inſtrumenti cum vibratione, ut expoſuimus ſuprà *num. 21.*, & non ſecuto aliquo vulnere, punitur Carcere bimeſtri; cùm in caſu propoſito interveniat abuſus talis inſtrumenti, debet infligi pœna arripientis inſtrumentum, ad graviter percutiendnm; puta, Carcer bimeſter.

Fff 2

(29) *cap. Si quis ſuadente. 17. q. 4.*
(30) *Hoſtienſ. Sum. de Sent. Excom. §. Quid ſi aliquis. n. 10.*
(31) *Sanctor. de Pœn. cap. 14. Quæſt. 3. V. Reſpondeo puniendum fol. 81.*
(32) *l. Attentari. 1 o. ff. de Iniur. l. Item. apud §. Si quis pulſatus. eo. ff.*
(33) *cap. Si quis. de Pœn. Diſt. 1.*
(34) *l. lex Cornelia. init. ff. de iniur.*
(35) *Gloſſ. in l. Item apud §. Si quis pulſatus. in V. Actione. ff. de Iniur.*
(36) *cap. Odia. de Reg. jur. in 6.*
(37) *Sanctor. de Pœn. cap. 14. Quæſt. 5 fol. 89.*

Digitized by Google

## §. III.

## Provocatio, & Percuſſio.

*SVMMARIVM.*

1 *Provocationis diffinitio.*
*Injuria non fit, niſi quandò animus injuriandi intervenit.*
*Injuriatus in abſentiâ, ſi offendit injuriantem, non dicitur provocatus.*
*Provocatio, quæ fit factis, vocatur* inſultus.
2 *Provocatus, quandò quis dicatur, & quandò ſolummodò injuriatus.*
3 *Provocatio activa conſiſtit in dictis, aut factis injurioſis.*
*Provocatio paſſiva excludit dolum.*
*Provocatus delinquens tenetur tantùm de exceſſu.*
4 *Inſultus, quid ſit.*
*Inſultatus poteſt prævenire inſultantem.*
*Inſultatus, inſultantem fugientem occidens non tenetur pœnâ ordinariâ homicidii.*
*Gravitas delicti in vulnerando abſorbet delictum in inſultando.*
*Inſultus non confunditur cum delicto delationis armorum.*
*Inſultus factus cum armis, & factus ab homine armato paria ſunt.*
*Inſultans, qui armatus acceſſit, quamvis arma depoſuerit, ſi ea poteſt de facili reaſſumere, dicitur cum armis inſultaſſe.*
*Inſultaſſe cum armis dicitur, qui inſultat tenens manum ad capulum enſis, licèt non evaginet.*
5 *Percuſſionis modi.*
*Percuſſio quot modis aggravetur.*

1 PRovocatio, de quâ in præſenti paragrapho agere intendimus, eſt *dictum, aut factum doloſum in alterius injuriam, & præſentiam, ex quo iſte ad iram movetur.* Dicitur autem notanter *dictum*, aut *factum*, quià, cùm injuria poſſit verbis, & factis inferri, & ex injuriâ, illatâ ſibi, ille, qui commovetur àd iram, dicatur *provocatus*, ut habent duæ *Gloſſæ*,(1) ſequitur, quòd *provocatio* fiat tùm dictis, tùm factis. Dicitur *doloſum*, cùm enim *provocatio* crimen ſit, & nullum crimen datur, niſi malo dolo commiſſum ſit, ex vulgatis juribus; conſequens eſt, vt in *provocatione* dolus includatur. Hinc fit, quòd, ſi aliquis ex dicto, aut facto alterius, qui non animo injuriandi, aliquid dixit, aut fecit, ad iram commoveatur, non poteſt dici *provocatus*, & conſequenter nequè crimen in alio eſt. Quià injuria non fit, ſi animus injuriandi abſit,(2) ſequitur proindè, quòd, ſi alius movetur ad iram ob factum alterius, qui eum injuriare non intendit, non poterit ille vocari *provocatus*, nec iſte provocans. Tàdèm dicitur ad *præſentiam*, ſivè in præſentiâ, quià ſi injuria fiat in abſentiâ, & taliter injuriatus contrà injuriantem moveatur, & in eum delinquat, non dicitur ex *provocatione* alterius deliquiſſe, nec evadit pœnam ordinariam ſui delicti, ut effugit ille, qui verè *provocatus* delinquit, ut ſuo loco dicemus. Ratio eſt, quià iſte non delinquit ex irâ, ad quam commotus fuit ab injuriâ factâ ſibi coràm ſe, propter quam pœnæ temperamentum debetur; ſed delinquit ex pleno dolo, & ideò non dicitur *provocatum* deliquiſſe, nec ordinariam pœnam evadit. Quæ autem factis fit *provocatio* aliquandò vocatur *inſultus*, & tunc eſt, cùm aliquis ſe movet de loco ad locum, ut aliquem offendat, ut cum *Angelo*, & *Mariano Socino* docet *Boſſius Tract. criminal. Tit. de Inquiſit. num.* 120.

2 Porrò *provocatio* communiter non vocatur, niſi, quandò ex commotione ad iram in *provocato* oritur aliquod aliud delictum, nempè gravius provocantem injuriando, percutiendo, occidendo &c. dicitur, quòd aliquis *provocatus* vulneravit, occidit &c. aliter, ſi offenſus non reoffendat verbis, aut factis, non dicitur ille *provocatus*, ſed injuriatus, & huic competit actio de injuriâ.

3 Cùm igitur *provocatio* activa conſiſtat in dictis, & factis injurioſis, & de iſtis paſsìm in hoc opuſculo ſub diverſis Titulis, ac paragraphis locuti fuerimus, non eſt, cui inutiliter repetamus. De paſſivâ autem, & effectibus illius, qui ex *provocatione* delinquit, dicemus ſub paragrapho de *Homicidio*; & prò nunc de hâc firmâ ſit concluſio, argumento legum (*l*) deducta, quòd *provocatio* paſſiva excludit dolum, ex quò ex provocatione delinquit, non tenetur, niſi de exceſſu.

4 Ultrà *provocationem* verò antè percuſſionem intervenit *inſultus*, qui, ut ex *Bartolo* (*m*) deducitur, eſt motio impetuoſa contrà alium ad effectum offendendi. Sicut verò *provocatio* paſſiva, ut dictum eſt, excuſat à dolo, à fortiori hoc quadrat de inſultu. Undè inſultatus poteſt prævenire inſultantem, ac ipſum impunè percutere, (*n*) & ſi ille etiam vulneratus eſt, & eum, à quo inſultatus eſt, fugientem inſequitur, & occidit, non tenetur pœnâ ordinariâ homicidii, ut docet *Caballus*, (*o*) quod etiam dicendum eſt, ſi inſultatus, ac vulneratus inſequens fugientem, & alium tranſeuntem (putans eſſe unum ex aggreſſoribus) occidit: nàm non pœnâ mortis, ſed aliâ mitiori puniendus eſt, ut cum *Caballo* tenet *Raynaldus*. (*p*) Quòd, ſi quis inſultat, & eodem impetu alium vulnerat, vulnus, & inſultus confunduntur, & gravitas delicti in vulnerando abſorbet delictum inſultus, ut ait *Farinacius*. (*q*) Sed non ità eſt, ſi inſultus fiat cum armis; ſiquidèm inſultus non confunditur cum delatione armorum; undè ſubiri debet pœna Statuti prohibentis armorum delationem, ac ejuſdem prohibentis inſultum, ut volunt Doctores. (*r*) Et tàdèm circà inſultũ ad verten-

(1) *Gloſſ. in cap. Suſpicionis in V. Forſan. de off. Deleg. & in cap. D. lectm filio. in V. Provocatus de Sent. Excomm. in 6.*
(2) *Text. in l. Illud. §. Sanè. & §. Quarè. ff. de Iniur.*

(*l*) *text. in l. Quiam natu. §. libertus. ff. de Bon. libert. arg. l. Gracchus. l. Si adulterrinm. §. Imperatoret. ff. Ad leg. Iul. de Adulter. Cabal. Tract. de Omn. gen. homicid. num.* 110. 111. 127. & 136.
(*m*) *Bartol. in l. 1. §. Cum arietes. ff. Si quadr paup. feci.*
(*n*) *arg. text. in l. liberam. C. Quando liceat unicui. l. Is qui percuſſorem ff. de Sicar.*
(*o*) *Caball. de Omn. gen. homic. n.* 112. & 181.
(*p*) *Rayna. Tom.* 1 *cap* 10. §. 3. *n.* 12. *Caball. Caſ.* 31. *n.* 1.
(*q*) *Farinac. Quæſt.* 108. *n.* 166. & *ſeqq.*
(*r*) *Baiard. ad Clar. Quæſt.* 84. *n.* 25. *Claud. ad Bertazz. Conſ. crim.* 205. *nu.* 4. *Cabal. Caſ.* 158. *nu.* 13. & *ſeqq. Guazz. Reor. defenſ.* 16. *cap.* 2. *num.* 18.

Digitized by Google

vertẽdũ eſt, quòd æqualiter conſiderari debet inſultus, factus cum armis, & factus ab homine armato, & proindè æquali pœnâ puniendus eſt, ut pluribus ſecum vectis probat *Caballus*, (ſ) qui ampliat hanc concluſionem, ut procedat, etiamſi inſultans arma depoſuerit, dummodò armatus acceſſerit, & de facili ſea poſſit reaſſumere. Et ait *Muta* (t), hoc idem eſſe cenſendum de eo, qui inſultat tenens manus ad capulum enſis, quem tamen non extrahit.

5 Sequitur tandèm *percuſſio*, quæ poteſt fieri tùm manu inermi, aut armatâ; & illa quidèm, quæ manu inermi fit, regulariter loquendo, levior cæteris cenſetur, dummodò ex eâ gravis effectus non emergat, puta, mors, oſſis fractura, aut membri alicuius irremedicabilis debilitatio, aut luxatio. Quæ autem eſt manu armatâ, aggravatur tum à qualitate armorum, quæ propriè apta ſunt ad occidendum, ut enſis, ſclopus, ronca &c. tùm ſi arma ſunt ſpecialiter prohibita, ut piſtoletti, ſtyli &c. tùm etiam à magnitudine vulneris illati, ſi nempè per illa ſequatur membri mutilatio, aut amiſſio. Et circà hoc advertendum, quòd delatio, aut abuſus armorum non confunditur cum vulnere illato, ut volunt Doctores, (u) ſed inferuntur pœnæ diſtinctæ, pròut in Statutis ſancitæ reperiuntur.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

6 *Probatio provocationis quomodò fiat.*
*Varia ſententia circá præſumptionem quis fuerit provocator, quandò deſunt Teſtes.*
7 *Coniectura à quibus ſumitur indicium provocationis.*
*Mortuus in rixâ, quandò præſumatur fuiſſe provocatorem.*
*A' præparatione armorum ſumitur indicium provocationis.*
*Vbi eſt maior cauſa delinquendi, ibi præſumitur delictum.*

6 QUià, ut ſuprà dictum eſt, *provocatio* fit per verba, aut facta injurioſa, illius probatio fit iiſdem prorsùs mediis, quibus dicta, aut facta probantur. Difficultas in hàc materiâ eſt, quandò Teſtes deſunt, & ſecuta eſt alicujus mors, ſivè quandò ambo, qui rixati ſunt, & ſe invicèm percuſſerunt, ſunt ſuperſtites, & quilibet eorum dicit fuiſſe ab adverſario provocatum; anceps enim, & res dubia eſt, & penè impoſſibile diffinire, quis nam fuerit provocator, undè per præſumptiones procedendum eſt. Conflictantur verò inter ſe Doctores ad decernendum, quænam inter præſumptiones ſit validior. Nonnulli dicunt, quòd præſumitur aggreſſor, qui adverſario ſuo erat validior, quià non eſt veriſimile, imbecilliorem de hominis potentioris cæde cogitaſſe. Alii dicunt, reputandum eſſe aggreſſorem illum, qui obiit, ſi viſus fuit in ſuperſtitem omni conatu, & impetu irruere. Volunt alii, provocatum, & ab alio aggreſſum, cenſeri debere eum, qui auditus eſt exclamare, ut ſibi ſuccurreretur; & viſus eſt fugere, & poſt mortuus repertus eſt ejus inimicus; & talium concluſionum tutores plenâ manu congerit *Maſcardus*. (4)

7 Sed meo judicio, tales coniecturæ multas patiuntur rationes in contrarium, & magìs urgent illæ, quæ deducuntur à qualitate perſonarum, & occaſione rixæ. Ratio eſt, quià iſtæ ſunt veræ cauſæ, & per ſe, à quibus rixa provenit, undè ille, in quo potior fuit cauſa rixandi, pronunciari verè poterit auctor rixæ, ſivè provocator. Dico igitur, quòd, ſi qui mortuus eſt in rixâ, erat ex ſui naturâ litigioſus, proclivis ad rixandum, & qui aliàs cum aliis rixatus eſt, urget præſumptio, quòd ſuperſtitem provocaverit, ut auctoritate multorum Doctorum firmat *Maſcardus*, (5) & magìs validatur concluſio, quandò probaretur, ex verbis, ab eo prolatis, aut à præparatione armorum, aut alio indicio, illum habuiſſe animum lædendi adverſarium; (6) & adhùc validior redditur præſumptio, quandò conſtaret de vitâ integrâ, honeſtis moribus, & tranquillo ſtatu ſuperſtitis, qui ſemper pacificè vixit, nec cum aliquo unquàm jurgatus eſt; (7) & tandèm ille, qui maximè offenſum ſe tenuit ob acceptam injuriam, & auditus eſt dicere, *ſe velle quaqua verſum vindicare*, præſumitur fuiſſe provocatorem; quià non datur delictum ſinè cauſâ, ubi ergò magìs urget cauſa, ibi præſumendum eſt delictum ortum habuiſſe; & cùm origo rixæ regulariter ſit injuria accepta, ſequitur, quòd, qui magìs injuriatum ſe ſentit, præſumitur initium rixæ dediſſe. Quæ autem dicta ſunt in caſu, in quo rixantium vnus mortuus ſit, quadrant etiam caſu, quo jurgantes ambo ſint ſuſperſtites, & aliâ viâ, quàm præſumptivâ, *provocatio* probari nequit, à quo fuerit.

## Pœnæ.

*SVMMARIVM.*

8 *Pœna pura provocationis de jure communi.*
*Provocatus mitiùs eſt puniendus.*
*Delinquens provocatus probare debet provocationem.*
9 *Pœna percutientis, vulnerantis &c. quæ.*
10 *Statutum primum prò Minoribus de Obſervantiâ.*
11 *Statutum ſecundum.*
12 *Statutum tertium.*
13 *Statutum quartum.*
14 *Statutum quintum.*
15 *Explicatur, quid ſit, & quandò provocatio facta verbis, aut factis.*
16 *Provocatio factis, quandò extenditur ad perſonam, magis punienda.*
17 *Quæ percuſſio gravis, aut levis, abſtrahendo à perſonâ percuſſâ.*

*Levitas*

(ſ) *Caball. Reſol. crim. Caſ. 90. per tot.*
(t) *Muta Pragmat. Sicil. Tit. 44. nu. 9. & 10.*
(u) *Baiard. ad Clar. Quæſt. 84. num. 26. Clar. ad Bertazzol. Caball. Ravit. Farinac. Guazz. apud Rajnal. Tom. 3. cap. 24. §. 1. nu. 42.*

(4] *Maſcard. de Probat. Concl. 72. n. 3. 4. 5. 9.*
(5) *Zabarel. Io. de Amic. Aenarot. Alciat. Capoll. Carer. Socin. iun. Gramat. & Felin. apud Maſcard. n. 6.*
(6) *Grammat. Vot. 22. n. 14. Capoll. Conſ. 29. Carer. Pract. crim. §. Circa il 3. nu. 149. Io. de Amic. & Blanc. apud Maſcard. ibid. nu. 7.*
(7) *Alexand. Conſ. 14. col. 3. V. Ad defenſionem. Vol. 3. Alciat. de Præſumpt. Regul. 3. Præſumpt. 39. num. 9 Felin. in cap. dilecti, col. penult. de Except.*

Digitized by Google

*Levitas, aut gravitas percuſſionis judicanda à Iudice.*
*Percuſſio levis, mediocris, aut gravis, quæ ſit.*
18 *Levitas percuſſionis, ut ſit punibilis pœnâ Statutariâ, requirit peccatum mortale.*
19 *Lapſus Sanctori circà pœnam percuſſionis levis.*
20 *In atrociſſimis punitur conatus prò crimine.*
*Percuſſio gravis, & arreptio instrumenti ad graviter percutiendum, pari pœnâ puniuntur.*
21 *Declaratur mens Statuti, ut rationi cohereat.*
*Percuſſio gravis hìc intelligitur de eâ, quæ fit nudâ manu.*
22 *Gradatio pœnarum in Statuto contrà percutientes.*
23 *Arreptio instrumenti ad graviter percutiendum, debet eſſe cum vibratione.*
24 *Percuſſio gravis, intenta à rixante, coniicitur à qualitate instrumenti, arrepti ad percutiendum.*
25 *Confirmatur allata concluſio.*
26 *Si non interveniat vibratio, non eſt locus pœnæ Statuti, juxtà Sanctorum.*
27 *Impugnatur Sanctorus.*
28 *Animus graviter percutiendi coniicitur etiam à motu, ac impetu vibrationis.*
29 *Instrumentum mediocre arreptum cum validâ vibratione prodit animum graviter percutiendi.*
30 *Convalidatur data concluſio.*
*Sanctorus carpitur.*
31 *Instrumentum arreptum ex ſe aptum ad graviter percutiendum, non requirit vibrationem ad prodandum animum graviter percutiendi.*
32 *Quo caſu arreptio instrumenti ad percutiendum, ſit impunibilis.*
33 *Textus circà Carcerem ſemeſtrem eſt vitiatus.*
34 *Oppoſitio, quod Textus, & non Statutum, attendendus ſit in pœnis dandis.*
35 *Reſolvitur oppoſitio.*
*Attendendum eſt Statutum, & non Textus, & quarè.*
36 *Falſitas juris, aut facti vitiat Reſcriptum.*
*Confirmatio novum jus non addit, ſed antiquum, ſi quod eſt, corroborat.*
37 *Circà taxationes pœnarum attendenda ſunt Statuta Ordinis, non Textus.*
38 *Conciliatio diverſitatis Statutorum.*
*Sanctorus deceptus.*
39 *Quandònam percuſſiones, factæ nudâ manu, diverſas pœnas ſortiuntur.*
40 *Confirmatur data doctrina ex collatione Statutorum.*
41 *Alia duo Statuta non indigent expoſitione.*
42 *An Statutum accipi debet de omni re, quæ poteſt eſſe instrumentum percuſſionis, quoquomodò facta.*
43 *Instrumentum ad percutiendum debet eſſe ſolidum, & durum, ut arripienti pœnam inferat.*
*Fœdans Clericum atramento, lotio, ſtercore &c. incidit in cenſuram.*
*Conſpurcans, ut præfertur Religioſum, gravius puniendus, quàm ſi ſimpliciter arripuiſſet instrumentum ad percutiendum.*
44 *An arripiens instrumentum ad ſe defendendum ſit Reus Statuti.*
45 *Duæ leges allatæ à Sanctoro.*
46 *Pudititia attentatur, quandò id agitur, ut quis ex pudico fiat impudicus.*
*Territus ob elevationem manus contrà ſe factam habet actionem iniuriarum.*
*Oſtenditur, quod allatæ leges non faciunt ad intentum.*
47 *Confirmatur concluſio.*
48 *Pœna arripientis instrumentum ad percutiendum, non extenditur ad arripiendum idem ad fugandum.*
49 *Quomodò cognoſcendum, àn instrumentum arreptum fuerit ad fugandum, non ad percutiendum.*
50 *Quomodò (quandò duo invicem ſe percuſſerint, & ambo dicunt ſe feciſſe ad ſui tutelam) agendum.*
51 *De hoc, remiſſivè.*
52 *Qui vulneravit alio instrumento, quàm gladio, àn teneatur pœnâ vulnerantis gladio.*
53 *Reſpondetur affirmativè, & quarè.*
54 *An feriens leviter teneatur carceri annali.*
55 *Reſpondetur negativè, & quarè.*
56 *A quo judicandum ſit vulnus leve, aut grave.*
57 *Iudex debet judicare qualitatem vulneris.*
*Iudicium Chirurgi requirendum à Iudice.*
*Chirurgus debet reddere rationem dicti ſui.*
58 *An omnes percuſſiones graves æquali pœnâ ſint puniendæ.*
59 *Ex qualitate circumſtantiarum aggravatur, aut minuitur delictum.*
*In delictis ſpectandus magìs animus, quàm exitus.*
60 *An percutiens ex ſubitaneo motu iræ, ordinariâ pœnâ ſit puniendus.*
61 *Cauſæ excuſantes ab Excommunicatione percutientes Clericum, excuſant percutientem à pœnis Statuti.*
62 *Percuſſio, facta cum moderamine inculpato, non infert excommunicationem.*
*Tutela inculpata, quæ ſit, & quandò.*
63 *Vis eſt repellenda, antequàm inferatur.*
64 *Vt quis poſſit, percutiendo, ſe defendere, ſufficit, quod ſibi immineat certum periculum ab invaſore.*
*Percutiens ad ſui defenſam excuſatur, ſi aliqualiter excedit modum in percutiendo.*
65 *Ad præcavendum iniuriam verborum, aut verberum quis poteſt percuſſione ſe defendere.*
66 *Instantia contrà prædicta.*
*Clericus, qui nolit fugere, & occidit ſe invadentem, non evadit pœnas homicidii.*
67 *Fugiens ab invaſore iniuſto, non ſe ſervat totaliter indemnem.*
68 *Religioſus non tenetur fugere ab invaſore, ſed poteſt ſe tueri, eum percutiendo.*
69 *Solvitur instantia facta.*
70 *Volens percutere laicum, caſualiter percutiendo Clericum, non incurrit Cenſuram.*
*Percutiens Clericum ad propriam defenſam, ſi excedat modum, non incidit in cenſuram.*
71 *Percutiens ex motu iræ primò primo non peccat mortaliter.*
*Percutiens Clericum ex ſubitaneâ irâ, non eſt excommunicatus.*
72 *Quandò Religioſus pœnas percutientium incurrat, aut non.*
*Laicus, qui provocatus a Clerico iniuriâ ſibi, aut ſuis factâ eum percutit non incurrit cenſuram.*
73 *Idem dicendum de Religioſo percutiente ex primo motu iracundiæ.*
74 *Prudentia requiritur in Iudice, ut diſcernat, àn percuſſio fuerit ad defenſam, àn ad offenſam.*
75 *Indicia, ex quibus coniici poſſit percuſſio ad defenſam.*

76 Pro-

76 Provocatus percutiens, non probato, quòd fecerit ad defenſam, extraordinariè puniendus.

77 Indicia ad judicandum, àn percuſſio fuerit ex motu primò primo.

78 Quandò iniuriæ ſunt reciprocæ, quis dicatur provocator.

79 Ambo ſunt provocatores, quandò provocatus acriorem iniuriam jactat in provocantem.

80 An percutiens Prælatum Localem, mereatur pœnam, majorem ordinariâ percutientium.

81 Pœna percutientis Prælatum localem.

Guardiani, Præſides, ſeù Vicarii in capite ſunt Prælati Locales.

Percutiens Vicarium, qui habet ſuprà ſe Guardianum, non ità puniendus, ut percutiens Guardianum.

Statuta Sambucana emendata.

82 An pœna percutientis Guardianum, debeatur percutienti Patrem Ordinis, aut Provinciæ &c.

83 Qui manus intulit Præpoſito, capite puniendus eſt.

Prælati Magiſtratum gerunt.

Magiſtratum offendens morte mulctandus.

Occidens Prælatum, parricidium committit.

Percutiens Patrem Ordinis, aut Provinciæ &c. non punitur pœnâ percutientis Prælatum Localem, ſed maiori aliquâ, quàm ſit percutientis Ordinarium Religioſum.

Laicus Converſus, percutiens Sacerdotem, aut Clericum, meretur augmentum pœnæ.

84 Quomodò regulanda pœna percutientis perſonas extrà Ordinem.

85 Percutiens perſonas extrà Ordinem, quæ notâ ſpeciali digna non ſunt, punitur, ut percutiens ordinarias perſonas intrà Ordinem.

86 Analogia pœnarum ſervanda eſt, ut proportionatur perſona conſpicua extrà Ordinem perſonæ intrà Ordinem.

Expenditur talis proportio.

87 A quo abſolvendus ab excommunicatione Religioſus, qui percuſſit Clericum ſæcularem.

88 Percutiens Monachus Monachum alieni Monaſterii, abſolvendus eſt ab Abbate proprio, & Abbate Monachi percuſſi, & quomodo.

89 Religioſus percutiens Clericum ſæcularem, de jure antiquo abſolvendus eſt a ſolo Papâ.

De jure novo abſolvendus ab Epiſcopo.

De jure privilegiato abſolvitur à ſuo Prælato.

90 Quivis Religioſus percutiens Religioſum alterius Ordinis, abſolui debet a Prælato proprio, & Prælato percuſſi, & quomodò, & quare.

Subditus eſt ut filius, Prælatus ut Pater familias.

Iniuria facta filio contingit Patrem.

91 Satisfactâ parte, Religioſus percutiens Clericum ſæcularem, abſolvitur a ſuo Prælato.

Epiſcopus non poteſt prætendere dare percuſſori Religioſo abſolutionem.

Epiſcopus non poteſt denunciare excommunicatum vitandum Religioſum, qui intra, aut extra Clauſtra percuſſit Clericum ſæcularem.

92 Probatur ampliùs, quod Epiſcopus non poteſt prætendere dare talem abſolutionem.

93 Inſtantia contrà datam reſolutionem.

94 Reſolvitur inſtantia.

Non currit paritas inter Clericum ſæcularem, & Clauſtralem reſpectu ſuorum Prælatorum.

Religioſus ſinè conſenſu Superioris non poteſt ſuam iniuriam extra Ordinem proſequi.

Ad Prælatum Regularem ſpectat proſequi judicialiter iniuriam, ſuo ſubdito factam.

95 Actionem competentem Clerico iniuriato Eccleſia nequit remittere, & neque Epiſcopus.

8 Poena provocantis, quandò ex eâ nulla rixa ſecuta eſt, nulla alia in jure datur, quàm ea, quæ propter injuriam irrogatur. Cùm enim, ut dictum eſt, *provocatio* aliud non ſit, quàm dictum, aut factum injurioſum, ſequitur, quòd ubi illa ſola intervenit, nec alius effectus ab eâ ſequitur, locus præcisè ſit pœnæ, quæ ob irrogatam injuriam infertur, & hoc de jure communi. Si autem à provocatione aliud ſequatur, ut puta, verbera, vulnera, aut mors, provocator punitur ordinariâ pœnâ delicti, quod ſecutum eſt; provocatus autem mitiùs, ut ſuprà diximus, puniendus eſt, aut nulliter, ſi cum moderamine inculpatæ tutelæ percuſſit, aut occidit ad propriam defenſam, quam tamen allegans concludenter probare debet, ut ſcribunt Doctores; (8) ut totaliter poſſit pœnam evadere.

9 Pœna verò percutientis, vulnerantis, mutilantis; ſivè alio modo offendentis, ut plurimùm, per Statuta locorum determinata eſt; proindè conſulendæ ſunt ſtatutariæ diſpoſitiones tùm prò Laicis, tùm prò Clericis Sæcularibus, ac Regularibus, & hoc dico de pœnis temporalibus; nàm loquendo de ſpiritualibus, ſi perſonæ Eccleſiaſticæ ſe invicèm percutiant, aut à laico percutiantur, pœna ſpiritualis taliter percutientis eſt Excommunicatio Canonis, *Si quis ſuadente &c.* Apud Nos *Minores de Obſervantiâ*, ſequentia vigent Statuta.

10 *Primum. Provocans graviter aliquem factis, vel verbis, pro primâ vice, probationis caputium deferre; pro ſecundâ, bimeſtri Carceri mancipari, ac activâ, & paſſivâ voce decennio privari debet.* (9)

11 2. *Si Frater alterum in Ordine, vel extra, leviter percuſſerit, per annum caputium probationis deferat. Si graviter percuſſerit, vel quodlibet inſtrumentum ad graviter percutiendum arripuerit, ſemeſtri Carceri mancipandus venit.* (10)

12 3. *Qui gladio, baculo, vel pugillo Fratrem, aut ſæcularem percuſſerit, in Carceris unius anni pœnam incidit, omni ſuffragiorum jure; & actibus legitimis perpetuo privari, ac per menſem ter in quâlibet hebdomadâ, coràm Fratribus, capitulariter congregatis genuflexus comedere, ipſis met inſtrumentis, quibus ferire, vel percutere auſus* eſt, ei *de collo pendentibus, debet.* (11)

13 4. *Provincialem vel leviter percutiens, ad triremes, Generalis arbitrio, mitti, ſi id gladio molitus fuerit, ſivè ſecutâ, ſivè non ſecutâ morte, ad triremes perpetuò damnari debet.* (12)

14 5. *Generalem quoquomodò, vel leviſſimè percutere auſus, ad triremes perpetuò, & omninò damnandus eſt.* (13)

15 Statuta prædicta difficultatibus ſanè multis implexa ſunt, optimum proindè eſt, antequàm circà ea dubitationes more ſolito proponamus, eorum Textus explanare. Primum igitur Statutum, datum ſuprà *num.* 8.

(8) *Bart. in l. Aurelius. §. Item quæſivit. ff. de lib. lega. Alciat. Reg. 3. Præſumpt. 39. nu. 6. Cæpol. Conſ. 28. p. nu. 4.*

(9) *Text. Tit. Applicatio. §. 9.*

(10) *Text. Tit. Applicatio. §. 10.*

(11) *Text. Tit. Applicatio. §. 39.*

[12] *Text. Tit. Applicatio. §. 43.*

(13) *Text. Tit. Applicatio. §. 44.*

Digitized by Google

*num.*8. ſic debet accipi. *Provocans aliquem graviter factis*; hoc eſt, ſi per modum exempli, indice, & auriculari digito oxtenſis, contractoque pollice medio, & annulari, aliquis in alium quaſi cornua formaret, indicans, aliquam mulierem, ſibi ſanguine coniunctam, impudicam eſſe; aut alio geſtu extremum contemptum provocati exprimeret; *aut verbis*, puta, mordacibus, ac irritativis, *prò primâ vice*, *probationis capucium deferat &c.* Ubi advertendum, quòd Textus loquitur de *provocatione gravi*, undè non debet extendi ad levem, quæ non in foro judiciali, ſed paterno puniri debet. Porrò gravitas, aut levitas *provocationis* petenda eſt ab inſolentiâ factorum, aut dictorum, & à publicitate loci; maximè tamen ſpectanda eſt qualitas perſonæ provocatæ; nam, ſi ex hâc creſcit iniuriæ gravitas, gravior etiam evadere debet *provocatio*, quæ per iniurias paratur.

16 Si autem *provocatio* per facta extenderetur ad perſonam provocati, ut, ſi provocans, manu apprehenſum trahere, vel impulſu tradere in alium locum tentaret violenter, non tantùm pœnam ſupradictam, ſed etiam Excommunicationem Canonis incurreret; quià manus violentas in Religioſum inijceret.

17 Quòad ſecundum Statutum, datum ſuprà *num.* 9. ſciendum, quòd in eo conſideranda venit levitas, aut gravitas *percuſſionis* in ſe, prout abſtrahit à perſonâ percuſſâ. Quià de gravitate, reſultante à qualitate perſonæ offenſæ, diſponitur in ſequentibus. Levitas autem, aut gravitas *percuſſionis* iudicanda eſt quidem à Superiore, (14) tamen communiter dicitur *levis percuſſio* illa, quæ nullam maculam, vel ſigillationem carnis, vel magnam effuſionem ſanguinis cauſat. Mediocris autem ea, quæ carnis livorem, aut ſanguinis effuſionem, aut dentes caſum; ſeù capillorum in mangnâ quantitate avulſionem cauſaret. Gravis tandèm, quæ eſt cum magnâ ſanguinis amiſſione; ſeù mutilatione membri; vel oſſis fracturâ, ſivè vulnere profundo.

18 Ex diſpoſitione igitur hujus Textus, probationis caputium portare per annum debet, qui *leviter* percutit; tamen advertendum cum *Sanctoro*, loco citato, quòd non tanta debet eſſe levitas, ut ad ſufficientem materiam peccati mortalis non pertingat. Ratio eſt, quià, ſi debent *percuſſiones* judicialiter puniri, oportet, quòd ad mortale pertingant; ſi enim veniales ſunt, paternaliter tantùm per ſalutares pœnitentias emendantur, ut habet Textus. (15)

19 Ad hunc porrò Textum advertendum eſt, quòd *Sanctorus* (16) auget pœnam leviter percutientium, addendo carcerationem ad libitum Superioris delationi caputii probationis, & *Sanctorum* ſecutus eſt Compilator Statutorum Ordinis *Sambucan*; ut videre eſt in illis. (17) Sed nec in Textu, nec in *Valliſoletanis*, nec in *Salmanticenſibus*, à quibus deſumpta in margine leguntur tùm Textus, tùm dicta Statuta Ordinis, carcer reperitur. Lapſus proindè inadvertenter eſt *Sanctorus*, & cum eo *Compilator*, prout etiam fecit, addendo contrà *Minantes* Carcerem, qui nullo pacto reperitur in Statutis germanis *Salmanticæ*, nec *Valliſoleti*, ut vidimus ſuprà. (18)

20 Sequitur, *ſi graviter percuſſerit*, *vel quodlibet inſtrumentum, ad graviter percutiendum, arripuerit, ſemeſtri carceri mancipandus venit*. Adnotandum hìc, prout optimè *Sanctorus*, (19) quòd eâdem pœnâ punitur percuſſio gravis, & actio ordinata ad graviter percutiendum. Sed, quià non videtur juri, nec rationi conſonum, ut eâdem pœnâ puniatur crimen, & conatus ad illud, cùm non ſimus in atrociſſimis, in quibus conatus punitur, etiam effectu minimè ſecuto, (20) ideò declarandum eſt, quomodò accipiendus ſit Textus, ut cohæreat rationi.

21 Dico igitur, quòd *percuſſio* gravis hìc accipitur ea, quæ facta eſt ſimplici, ac nudâ manu: poteſt enim homo fortis ſolo pugno ità validè percutere, ut os frangat; ut experientialiter vidi *Papiæ* in *Portâ*, quæ dicitur *Salaria*, ubi mediaſtinus, unus ex his, qui ſal à navibus tranſuehunt ad Regium promptuarium, cum compare ſuo rixatus, tantâ vi, & impetu, pugno adverſarii faciem petiit, ut inferioris mandibulæ illi os confregerit, ac tres dentes ab eâ excuſſerit, & in *Repert. Abb.V.Præſumptio* V.*Præſumitur animus*. refert *Corſetus*, quòd tempore Regis Alphonſi, quidam nobilis vir nomine N. de Regno *Siciliæ*, cum pugno interfecit quendam *Saracenum* potentiſſimum. Non ergò hìc æquali pœnâ punitur conatus, & crimen exquiſitè in eodem ordine, dum diſponit Textus, *percuſſionem gravem*, & arreptionem inſtrumenti *ad graviter percutiendum*, eâdem pœnâ puniri, quià *percuſſio gravis* hìc intelligitur facta abſquè ullo inſtrumento, & ideò arreptio inſtrumenti *ad graviter percutiendum*, non poteſt dici neque conatus, neque diſpoſitio ad illam, ut patet; & ſic evaneſcit inconveniens, quod apparet ex Textu.

22 Nè autem allata expoſitio videatur extorta, obſervetur diſpoſitio Textus in gradatione pœnarum, proportionata augmento gravitatis in delictis. Primò, imponit caputium probationis per menſem prò *minis*. Secundò, idem caputium per tres menſes prò *elevatione manus*, vel *arreptione inſtrumenti ad percutiendum* non graviter, ut explicuimus ſuprà. (21) Tertiò, eadem pœna per annum in percuſſione levi. Quartò, incipit agere de *percuſſione gravi* per nudam manum, & de arreptione inſtrumenti *ad graviter percutiendum*, quæ duo ſemeſtri caſtigat carceratione. Quæ autem dicta ſunt, magìs patebunt infrà, exponendo Textum tertii Statuti.

23 Dubium verò non leve exurgit, quòd arreptio armorum, dummodò non vibrentur, inſervit potiùs ad terrendum, & minandum, quàm ad offendendum; undè videtur irrationabilis, & proindè inſubſiſtens diſpoſitio Statuti, quæ tantam pœnam irrogat. Sed difficultatem tollit Statutum *Valliſoletanum*, à quo excerptus eſt Textus; ait enim (22). *Si ad graviter percutiendum, lapidem, vel baculum acceperit*, *& proiecerit*; *vel gladium*, *aut cujuſcumque alterius generis inſtrumentum eduxerit*, quibus verbis declaratur, quòd Textus non debet accipi de purâ, & ſimplici arreptione, quæ non facit, niſi ad terrendum, & minandum; ſed de proiectione, & eductione, quæ proximiores ſunt ad offendendum, quàm ſola arreptio.

24 Prò praxi judicandi, alia difficultas eſt, quomodò decerni debeat, quòd Reus aliquod inſtrumentum, ad gravi-

(14) *Bonac. de Excom. in particulat. Diſp.* 2. *Quæſt.* 3. *Pun.* 6. *Sect.* 5. *à nu.* 8. *Sanctor. de Pœn. cap.* 14. *Quæſt.* 3. *fol.* 79.
(15) *Text. Tit. Delictorum.* §. 1. V. *Delicta vel ſunt.*
(16) *Sanctor. de Pœn. cap* 14. *Quæſt.* 3. *fol.* 79.
(17) *Stat. Gen. Ord. cap.* 7 §. 6. *n.* 51.
(18) *Tit. eo* § *Minæ. nu.* 25.

(19) *Sanctor. de Pœn. cap.* 14. *Quæſt.* 3. V. *Reſpondeo Statutum. fol.* 81.
(20) *Clar. Quæſt.* 92. V. *Scias tamen. nu.* 2.
[21) *Tit. eo.* §. *Minæ. nu. ultim.*
(22) *Stat. Valliſol.* 1593. *cap.* 7. *Tit. De min. & man. viol.* §. 8.

Digitized by Google

graviter percutiendum, arripuerit, ut ſit locus pœnæ Statutariæ? *Sanctorus* (23) putat, hoc colligi debere ex actu, motu, geſtu, iracundiâ, & ex inſtrumento, quod accipitur ad graviter percutiendum. Optimè quidèm dictum: ſed Ego cenſerem, quòd gravis percuſſio, intenta à rixante, potiùs coniiciatur à ſolâ qualitate inſtrumenti arrepti, quàm à recenſitis qualitatibus. Ratio eſt, quià illa ſunt ſigna æquivoca: nàm poſſet quis habere animum, non tantùm percutiendi, ſed etiam occidendi, & tamen non tantam iram in vultu oſtendere, ut faciunt nonnulli, qui ex gravi irâ palleſcunt; undè potiùs timorem, quàm iracundiam oſtendunt. Vice verſâ nonnulli accenduntur ex levi irâ in facie, ut videantur in corde, maximè accenſi ad etiam occidendum, quod tamen re verâ non eſt. Undè ex ſignis ambiguis certum crimen, gravemque pœnam decernere, æquum non cenſeo.

25 Dico igitur, quòd gravis percuſſio intenta, maximè coniicitur ex qualitate inſtrumenti arrepti, ut puta, magni lapidis, ſecuris, aut vectis, vel phalangæ, vel (ut vult *Nonius*) palangæ. Italicæ *ſtanga*) ſiquidèm hæc ſunt inſtrumenta graviter percutiendi: & aggravatur indicium, ſi qui rixatur, jàm erat tali inſtrumento inſtructus, quod anteà paraverat; vel, ſi illud arripuit, jàm inceptâ rixâ, non illud accepit, eò quòd commodiùs ipſi venit ad manum; ſed omiſſis aliis inſtrumentis, quæ ſibi erant viciniora, & non ad graviter lædendum idonea, ex induſtriâ arripuit illud, quod ad graviùs percutiendum erat aptius.

26 Notandum præterea ad hunc Textum, quòd, licèt in eo dicatur *Quodlibet inſtrumentum ad graviter percutiendum arripuerit*, tamen in *Statuto Valliſoletano*, (n) à quo Textus fuit deſumptus, habetur, *ad graviter percutiendum, lapidem, vel baculum acceperit, & projecerit*, ex quo docet *Sanctorus* (o), acceptionem, & projectionem inſtrumenti ad graviter percutiendum debere copulari. Undè infertur, quòd, qui accepit inſtrumentum ad graviter percutiendum, & niſus eſt ipſum torquere, vel vibrare, non tamen vibravit, vel quià pœnitentiâ ductus, non vibravit, vel quià fuit impeditus, & vibrare nequivit, pœnam Textus non incurrat.

27 Ego autem aliter dico. In hoc Textu punitur arreptio inſtrumenti ad graviter percutiendum, animum autem graviter percutiendi, diximus ſuprà, colligi ex qualitate inſtrumenti arrepti. Si ergò de hoc loquamur, ſufficit illud tale arripuiſſe, licèt non vibretur, quià ſola arreptio ſufficienter prodit animum arripientis; qui, cùm intenderet graviter percutere, inſtrumentum, aptum ad ſic percutiendum, (aliis ſibi commodioribus neglectis) arripuit.

28 Addimus modò, quòd animus graviter percutiendi habetur etiam à motu, ac impetu vibrationis, independenter ab inſtrumento. Videmus enim, mediocrem lapidem, ſed magno impetu projectum æquare effectum magni lapidis, mediocri impetu jacti, ut patet in lapide ceraunio, quem fulgur eiaculatur, qui, licèt parvus ſit, ob maximam tamen violentiam, quâ vibratur à fulgure, ſeu potiùs à fulmine, maximos effectus producit.

29 Si ergò inſtrumentum, arreptum ad percutiendum, fuerit mediocre, ex ſolâ ipſius arreptione non habetur animus graviter percutiendi, & ſic non incurritur pœna, ſed requiritur in tali caſu eiaculatio violenta, & impetuoſa, & ex his duobus integratur indicium animi, volentis graviter percutere; & in hoc caſu debet copulari arreptio, & projectio, ut ex *Valliſoletanis* vult *Sanctorus*.

30 Et hæc expoſitio roboratur ex verbis ſequentibus ejuſdem *Valliſoletani*, quod ſic habet, *vel gladium, aut cuiuſvis generis inſtrumentum eduxerit*. Quià enim gladius, & aliud quodvis armorum genus ad vulnerandum, & proindè graviter percutiendum, ex ſe idoneum eſt; ideò ipſius ſimplex eductio, abſquè ullâ copulatâ vibratione, ſufficienter explicat animum graviter percutiendi, & pœnâ Statutariâ punitur. Frigida porrò eſt reſponſio *Sanctori*, ibidèm dicentis, puniri ſimplicem eductionem gladii, non autem ſimplicem arreptionem baculi, vel lapidis, quià iſti in manibus ſæpè accipiuntur, & hoc non animo offendendi, quod non eſt de eductione gladii. Quià ſupponimus, baculum, vel lapidem arripi ab eo, qui cum alio rixatur, & proindè talis arreptio non poteſt colorari, tanquàm non facta animo percutiendi: & pariter etiam familiare, & conſuetum eſt multotiès educere cultellum de manicâ, ac vaginâ ad ſecandum lignum, ungues &c. non tamen hic uſus legitimaret eductionem cultelli, factam in rixâ, quin puniri deberet etiam abſquè vibratione.

31 Concludo ergò, quòd, ſi inſtrumentum arreptum, ex ſe poteſt gravem percuſſionem inſtrumentaliter cauſare, ſufficit illius arreptio: ſin minùs requiritur ejaculatio; quæ, ſi gravis, & violenta fuerit, prodit animum graviter percutiendi; ſi verò remiſſa, aliter eſt dicendum, quià remiſſè jaciens lapidem mediocrem, demonſtrat non habere animum graviter lædendi.

32 Advertendum tamen cenſeo; quòd, ſi duo rixantur inter ſe, & qui majoribus pollet viribus, iis confiſus, nullum arripit inſtrumentum, alius verò inſtrumentum quodvis, ſivè magnum, ſivè parvum arripiat, non tamen ipſum ullo modo vibret, ſed elevatum teneat, nec alium inſectetur, ſed in ſuo ſitu permaneat, expectans alium, ſi ad eum agrediendum moveatur; in tali caſu dico, quòd iſte nullo modo poteſt puniri pœnâ arripientium inſtrumenta ad percutiendum. Ratio eſt, quià inſtrumenta illa fuerunt ab eo ſumpta non ad offenſam, ſed ad defenſam: ex eo enim, quòd non vibravit, nec ipſe loco motus eſt, nec in alium inſurrexit, patet, quòd non habuit animum offendendi, ſed ſolummodò terrendi hoſtem, & hoc modo ſe tuendi, & ſic in legem non commiſit.

33 Tandèm circà hunc Textum adverto, quòd in ipſo ponitur Carcer ſex menſium graviter percutienti, ſed tùm in Statutis *Valliſoletanis*, à quibus deſumptus eſt Textus, ut notatur ad ejus marginem, tùm in *Salmaticenſibus*, ex quibus compacta fuerunt *Valliſoletana*, ponitur *Carcer bimeſter*, (p) ut patet ex *Orbe Seraphico*, in quo prædicta Statuta fideliter, & accuratè ſunt reimpreſſa. Scrupuloſa advertentia non eſt hæc, agitur enim de re gravi, puta, de pœnâ quatuor menſium

Fff

(23) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. Quæſt. 3. V. Reſpondeo, II. fol. 81.*

(n) *Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 473. col. 2.*

(o) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. Quæſt. 3. V. Inſtabilis, an in pœnas. fol. 83.*

(p) *Orb. Seraph. Tom. 3 fol. 321. col. 1. & fol. 473. col. 2.*

Digitized by Google

ſium Carceris formalis ſuper addendâ. Sequenda nè ſit diſpoſitio hujus Textus, qui *ſemeſtrem*, àn Statutorum, qui *bimeſtrem* Carcerem infligunt, non eſt facile determinare. Quid ergò firmandum?

34 Poſſet aliquis dicere, ſequendum eſſe Textum, quià fuit approbatus auctoritate Capituli Generalis, & factum fuit præceptum *Superioribus omnibus*, *& Subditis reſpectivè, ipſi ſtandum eſſe*, prout habetur in *Orbe Seraphico*. (q) Undè poteſt dici, quòd Textus corrigat præcedentia Statuta, & ejus correctio reddatur authenticha auctoritate Capituli Generalis.

35 In contrarium poteſt adduci, quòd in condendâ hâc *Practicâ Criminali*, mens Capituli Generalis fuit, non leges novas pœnales, neque antiquarum correctiones inſtituere, ſed purum ordinem iudiciarium præſcribere: & proindè Statuta pęnalia, inſerta in Textu, eſſe debere fideliter ea, quæ in præcedentibus Capitulis fuere ſancita, & Capitulum Generale Romanum fuiſſe deceptum in hoc Textu circà augmentum Carceris. Quià hìc adnotatur *Carcer ſemeſter*, tanquàm ſancitus à *Valliſoletanis*, quod nullo modò eſt. Et iſte fuit error *Sanctori*, qui Textum *Practicæ Criminalis* digeſſit. Cenſetur ergò Capitulum prædictum fuiſse deceptum in hoc puncto: & Reviſores in hoc remorati non ſunt, putantes Compilatorem bonâ fide pœnas Statutarias recitaſſe.

36 Sicut ergò error in contractu vitiat contractum, ut volunt communiter Theologi Morales; & falſitas juris, vel facti repræſentati, vitiat *Reſcriptum*, (r) ac confirmatio nullum novum ius addit, ſed antiquum, ſi quod eſt, confirmat, (s) ſequitur, quòd confirmatio, facta à prędicto Capitulo Generali circà hoc, nulla ſit, quià fuit ſibi repræſentata expræſsa falſitas, & ejus mens non fuit, ut confirmaretur expreſſus error.

37 Additur, quòd in Textu (t) habetur, pęnas delictorum in hàc Praxi enumeratas fuiſſe, impoſitas per Statuta Generalia (illa nempè, quæ præceſſerant hujus publicationem), & ab iiſdem Statutis petendas eſſe eas, quæ in hâc non exprimuntur. Sequitur ergò, mentem Capituli Generalis approbantis, fuiſſe, ut circà taxationes pęnarum Judices ſtent ad ea, quæ in Statutis diſpoſita ſunt. Undè concluditur, quòd Carcer non *ſemeſter*, ſed *bimeſter* graviter percutienti debeatur. Et circà hoc nihil curandū eſt de Statutis Ordinis compilationis *Sambucana*; quæ tùm in hoc, tùm in aliis multis, (ut paſſim adnotavimus) currupta ſunt ex ſequælâ erroris *Sanctori*.

38 Tertium Statutum, datum ſuprà *num.* 10., clarum eſt, & nulla in ejus Textu eſt difficultas, decernit enim pęnas, debitas ei, *qui gladio, baculo, vel pugillo* aliquem percutit. Difficultas oritur ex comparatione ejus cum Statuto ſuperiori, in cujus explicatione diximus, ſuprà *num.* 19., quòd percuſſio, facta nudâ manu, punitur Carcere bimeſtri; in hoc autem dicitur, quòd qui percuſſerit *pugillo*, (quod fit manu, ſimpliciter ſtrictâ, contractis digitis) Carcere annuo debet coerceri. *Sanctorus* (24) difficultatem evadit, ſic enim hoc Statutum refert. Quicunque *gladio, baculo, vel pugione &c.* Sed talis lectura eſt falſa, quià in omnibus Statutis legitur *pugillo*, & non pugione, quæ multùm diſtant inter ſe.

39 Dico ergò, quòd *percuſſio* gravis, facta nudâ manu, non debet accipi uniformiter in hoc, & in ſuperiori Statuto. In illo enim *percuſſio* gravis, nudâ manu facta, cenſenda eſt, quandò uno, aut altero pugno, impacto in faciem alicujus, appareret livor, & tumor in oculis, aut copia ſanguinis ab ore, aut naſo percuſſi effluxiſſet, & tunc percuſſori in pœnam debetur Carcer duorum menſium. Si verò dentes ex pugnis impactis eſſent excuſſi, & non unus, aut duo pugni eſſent dati, ſed multi, (ut contingit, quandò unus ex rixantibus alium proſternit) ex quo factum eſſet, quòd percuſſi facies remanſiſſet notabiliter deturpata, ità ut neceſſum fuiſſet, per plures dies manere in Camerâ, nè ſic deformatus cum ſcandalo appareret; & ampliùs dentes fuiſſent moti, aut aliqui ipſorum ex ore excuſſus; inſuper livores in aliis membris, & tumores in capite, quæ omnia eveniſſent ex impetu, & magnâ pugnorum petitione; in tali caſu debet accipi diſpoſitio ſecundi Statuti, & Reus puniri Carcere annuo, ac aliis pœnis, hìc expreſſis; & hoc tenet etiam *Sanctorus*. (25)

40 Et quòd hæc ſit vera mens citati Statuti, apparet ex hoc, quòd, licèt in *Statuto Valliſoletano*, à quo deſumptus eſt iſte Textus, ità dicatur (26). *Quicunque gladio, baculo, vel pugillo percuſſerit &c.* tamen Statutum illud inibì ad marginem notatur deſumptum fuiſſe à *Statuto Romano* 1575.; hoc verò reperitur declaratum in alio Romano, anno 1587., in hæc verba *Renovamus Statutum Congregationis Generalis, in hoc Cœnobio anno 1575. celebratæ in percuſſores, Et illud, quod dicitur de vulneribus, gladio inflictis, declaramus, & volumus, intelligi debere de percuſſionibus, etiam baculis, & pugillis, ſeù aliis hujuſmodi factis*. (27) Ex quo Statuto evidenter habetur, quòd diſpoſitio *Valliſoletani*, licèt loquatur de percutiente *pugillo* in ſingulari, non debet intelligi de uno, vel altero, ſed dę *pugillis* pluribus, in copiâ impactis, ut expoſuimus; & etiam, quòd intelligatur dę vulneribus, illatis per pugillos, ut ſunt livores, tumores in carne; luxationes oſſium; dimotiones, ſivè excuſſiones dentium; quæ omnia appellatione vulnerum poſſunt commodè venire. Et ab iſtâ explicatione non diſſentit *Sanctorus*, qui loco ſupracitato docet, quòd, ſi aliquis pugno ferlret, vel occideret, deberet puniri non minùs, ac ſi gladio delictum perpetraſſet, ex gravitate effectus ſecuti, menſurando crimen, & pęnam.

41 Quantùm verò ad quartum, & quintum Statutum data ſuprà *num.* 11., & 12., nulla eſt obſcuritas in Textu; deſcendimus proindè ad enodandas quaſdam dubitationes, circà ſupradicta omnia Statuta.

42 Prima dubitatio circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *num.* 11. eſt, àn accipi debeat univerſaliter de omni re, quæ poteſt eſſe inſtrumentum percuſſionis, quoquomodò factæ; àn verò de ſolis inſtrumentis, aptis ad percutiendum, ut lignum, ſaxum, calcepodium &c.?

43 Reſpondeo cum *Sanctoro*, (28) intelligi de omni inſtrumen-

(q) *Orb. Seraph. Tom. 4. fol. 51. col. p.*
(r) *Hoſt. Summ. de Reſcr. §. Quæ poſſunt obitii nu. 22. cap. Cauſam. Qui fil. ſint. legit.*
(s) *text. in cap. Præceptis. 12. Diſt. cap. final. de Privil. Hoſtien. de Confirm. util. vel inutil. §. Quis ſit effectus. n. 7.*
(t) *Text. Tit. Applicatio. §. 60. & 61.*
(24) *Sanctor. loc. cit. Quæſt. 5. fol. 89.*
(25) *Sanctor. loc. cit. Quæſt. 3. V. Reſpondeo inter graves. fol. 82.*
(26) *Statut. Valliſolet. Tit. de Min. & man. viol. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 473. V. Quicunque.*
(27) *Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 367. col. 2. V. Renovamus.*
(28) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. Quæſt. 2. V. Reſpondeo ſecundo* 78.

Digitized by Google

ſtrumento, apto ad percutiendum, ſivè pulſandum: ad hoc verò requiritur in inſtrumento ſoliditas, ac durities; nàm, ſi molle eſt, non poteſt in carnem inferre læſionem, ut patet de pulvinari laneo, aut plumeo &c. Et ideò, ſi duo Fratres rixantur in menſâ, & unus iracundiâ percitus arripiat panem, caſeum, pomum, aut quid ſimile, ex cujus impetu poteſt imprimi ſigillatio, vel dolor, aut vulnus, certè pœnam Statuti incurret. Quòd, ſi quid molle, aut liquidum ad fædandum, aut conſpurcandum adverſarium levaret, ut atramentum, lotium, ſtercus &c. hæc autem non proiiceret, nullâ penâ teneretur, quià illa non ſunt inſtrumenta apta ad percutiendum. Quòd, ſi ea proiiceret, & adverſarium fædaret, tùnc incurreret in Excommunicationes Canonis, (29) ut communiter Doctores ſcribunt poſt Hoſtienſem (30) in puncto. Et ultrà Cenſuram, deberet Reus, arbitrio Judicis, graviùs puniri, quàm ſimpliciter arripiens, non tamen vibrans inſtrumentum ad percutiendum, quià cùm gravior eſſet iniuria, proximo illata, graviori etiam pœnâ eſset coercenda.

44 Secunda dubitatio eſt, An qui inſtrumentum arripuit ad terrendum, aut fugandum adverſarium, incurrat in pœnam Statuti?

45 Reſpondet ad hoc *Sanctorus*, (31) affirmativè, & citat duas leges, (32) quarum ſecundam dicit canonizatam in quodam capitulo. (33)

46 Sed pace ſuâ, illæ duæ leges non faciunt ad intentum. Nàm prima determinat ſolummodò, quòd *Attentari dicitur pudicitia, cùm id agitur, ut ex pudico quis impudicus fiat*. Secunda verò babet, quòd *territus ex eo, quòd manus adversùs eum fuerunt levata, quaſi vapulandus, non tamen percuſſus, utili iniuriarum actione tenetur*. Supponunt ergò duæ citatæ leges, quòd licèt quis impudicitiam non commiſerit; aut minimè percuſserit, tamen actum, tendentem ad impudicitiam, attentaverit; ſeù manum ad percutiendum levaverit. Et inſuper notandum, quòd ex earundem legum ſanctione, is, cujus pudicitia attentata eſt, non poteſt agere contrà attentantem ad pœnam legis *Iulia de Adulterijs*; nequè qui territus eſt, ex manus levatione, habet contrà alium actionem legis *Cornelia de iniurijs*, quæ punit eum, à quo Actor, *ſe pulſatum, verberatumvè, domumvè ſuam vi introitam eſse dicat*; (34) ſed agere tantùm poſsunt prædicti actione *Pratoriâ*, quâ *Prator* edixit ſe adversùs iniuriantes, quoquomodò actionem eſse daturum, & ſic habet *Gloſſa* (35) illius legis.

47 Sequitur igitur, quòd recitatæ leges puniunt quidèm attentantem pudicitiam, aut verberationem, non tamen eâdem actione, aut penâ actualiter maculantis pudicitiam, aut verberantis. Sed in noſtro caſu non ſic eſt, quià Textus diſponit, pœnâ percutientium puniri debere, *qui inſtrumentum, ad graviter percutiendum, arripuerit*; proindè leges illæ, quæ penam minorem (nempè iniuriantium) ſtatuunt contrà attentantem pudicitiam, aut verberationem, eâ, quæ ſancita eſt contrà actualiter committentem impudiciam, aut verberationem, non poſsunt aptari ad caſum noſtrum, in quo Textus pœnâ æquali, ac eâdem punit graviter percutientes, & inſtrumentum ad percutiendum arrripientes.

48 Dico igitur ad dubitationem, quòd lex penalis minimè extendi debet, juxtà tritam regulam, (36) cùm ergò Textus puniat arripientes inſtrumenta, *ad graviter percutiendum*, non poteſt extendi ad arripientes eadem *ad fugandum*, aut *terrendum adverſarium*; ſivè ad ſe *defendendum*, qui ſunt fines minimè criminales.

49 Difficultas prò praxi eſse poteſt, quomodò cognoſci valeat inſtrumenta arrepta fuiſse ad ſupradictos fines, & non potiùs ad percutiendum? Ad hoc dico, quòd Reo incumbit onus probandi, ſe arripuiſse inſtrumenta, ſolummodò ad *terrendum* &c., nàm præſumptio contraria ſtat contrà eum. Poteſt autem probare ex hoc; quòd, licèt potuiſset percutere, non tamen percuſſit; quià inſtrumentum non vibravit; ſaxum non projecit; adverſarium non eſt inſecutus: ſed manſit immobilis in actu defenſionis. Quod magìs roborabitur, probando ſe fuiſse ab alio provocatum, inſultatum, aut aggreſsum: quo caſu evidentiſſimum eſſet, quòd inſtrumentum arripuiſset ad terrendum, & prò ſuâ defenſione.

50 Tertia dubitatio eſt: Poſito, quòd duo Religioſi rixati ſint inter ſe, atquè reciprocè ſe percuſserint, & non poſſit liquidari, quis fuerit aggreſsor, & ambo dicant, ad propriam defenſionem feciſse; quomodò ſe gerere debeat Judex.

51 Reſpondeo, quòd de hoc dictum eſt ſuprà, cùm de Probatione *provocationis* locuti ſumus. Videatur ibi *num.* 6. & 7.

52 Quarta dubitatio circà tertium Statutum, datum ſuprà *num.* 12., eſt, An qui vulneraſset alio inſtrumento, quàm *gladio, baculo, vel pugillo*, quæ ibi exprimuntur, teneretur eâdem pœnâ, ac ſi vulneraſset gladio &c.?

53 Reſpondeo cum *Sanctoro*, (37) affirmativè. Ratio eſt, quià verba illa, *gladio, baculo, pugillo*, poſita ſunt in Textu, non quidèm taxativè, ſed exemplariter, proindè nil refert, à quonam inſtrumento vulnus fiat, dummodò idem ſequatur effectus.

44 Quinta dubitatio circà idem Statutum eſt, àn eâdem penâ annui Carceris puniendus eſset, qui *gladio, baculo, enſe* &c. aliquem feriret leviter, puta, cum ſolâ inciſione cutis, ac vulnere minimè profundo.

55 Reſpondeo negativè, ratio eſt, quià non tantùm menſuratur culpa ex uſu armorum, ſed etiam ex effectu gravi, aut levi ſecuto. Proindè gravis percuſſio, facta etiam nudâ manu, pròut diximus ſuprà *num.* 19., punitur eâdem pœnâ, quâ punitur arreptio inſtrumenti, ad graviter percutiendum. Quià ergò arreptio talis inſtrumenti cum vibratione, ut expoſsuimus ſuprà *num.* 21., & non ſecuto aliquo vulnere, punitur Carcere bimeſtri; cùm in caſu propoſito interveniat abuſus talis inſtrumenti, debet infligi pœna arripientis inſtrumentum, ad graviter percutiendnm; puta, Carcer bimeſter.



(29) *cap. Si quis ſuadente.* 17. *q.* 4.
(30) *Hoſtienſ. Sum. de Sent. Excom.* §. *Quid. ſi aliquis. n.* 10.
(31) *Sanctor. de Pæn. cap.* 14. *Quæſt.* 3. *V. Reſpondeo puniendum fol.* 81.
(32) *l. Attentari.* 10. *ff. de Iniur. l. Item. apud* §. *Si quis pulſatus. eo. ff.*
(33) *cap. Si quis. de Pæn. Diſt.* 1.
(34) *l. lex Cornelia. init. ff. de iniur.*
(35) *Gloſſ. in l. Item apud* §. *Si quis pulſatus. in V. Actione. ff. de Iniur.*
(36) *cap. Odia. de Reg. jur. in* 6.
(37) *Sanctor. de Pæn. cap.* 14. *Quæſt.* 5. *fol.* 89.

ſter. Sed quià ſequutus eſt etiam effectus levis, addi debet pœna percutientis leviter, nempè caputium probationis per annum; & ſic, qui gladio &c. leve vulnus infligit, bimeſtri Carcere, & geſtatione caputii probationis per annum, puniri debet. Univerſaliter autem loquendo quælibet læſio, ſivè vulnus leve, leviter puniendum eſt quoquomodò fiat. Undè eruditiſſimè, more ſuo, probat *Rodericus Tom.2.Quæſt.34.art.3.* quòd, ſi in aliquâ Religione habeatur Statutum, quòd tali, aut tantâ pœnâ puniatur, qui alium vulneraverit, non tenetur eâ pœnâ, qui alium vulnere levi ſauciaverit.

56 Sexta dubitatio eſt, à quonam judicandum ſit vulnus, aut *percuſſio* gravis?

57 Reſpondeo, quòd hoc dependet ab arbitrio Judicis, ad quem, juxtà Doctores (38), ſpectat etiam determinare, ân vulnus fuerit mortale, necnè. Tamen, ut ejus arbitrium benè ſit regulatum, debet adhibere peritos Chirurgos, ut de jure tenetur, prout teſtantur communiter Scribentes, (39) apud *Farinacium*. Et advertant Judices, quòd Chirurgi ad hoc, ut probent, debent reddere ſufficientem rationem ſui dicti, juxtà principia artis ſuæ, ut aliàs (40) probavimus. Quapropter cautè ambulet Judex Regularis, & videat, ſi Peritus (qui, ut in pluribus eſt Infirmarius) ſit reverâ peritus in chirurgiâ; nè ex ipſius imperitiâ Reus gravetur. Et circà materiam hanc, puta de qualitate vulnerum judicandâ, conſulatur *Farinacius*. (41)

58 Septima dubitatio eſt; An omnes *percuſſiones* graves æquali modo, ac eâdem pœnâ ſint puniendæ?

59 Reſpondeo negativè, quandò nempè ex varietate circumſtantiarum aggravatur, aut minuitur delictum. Ratio eſt, quià in delictis animus potiùs, quàm exitus, debet inſpici. Quantùmvis igitur idem ſit effectus, ut potè grave vulnus, ſi diverſus ſit animus Rei, qui illud impreſſit, diverſam debet ſortiri pœnam: nempè leviorem, ſi vulneravit provocatus; ſi ex irâ improviſâ; ſi inebrietate; ſi ad defenſionem &c. aut graviorem, puta, ſi vulneravit appenſatè, aut proditoriè; aut in inſidiis, aut animo occidendi, ſivè accedente aliquâ aliâ qualitate, quæ diſcutienda relinquitur arbitrio Judicis, qui & debet tali caſu pœnas Statuti aut augere, aut moderare.

60 Octava dubitatio eſt. An, quandò aliquis Religioſus alium percutit ex provocatione, aut ſubitaneo motu iræ, ordinariâ pœnâ puniri debeat?

61 Reſpondeo, quòd cauſa excuſans illum, qui Clericum percutit, ab excommunicatione Canonis, (43) debet etiam excuſare percutientem à pœnis Statutariis. Ratio eſt, quià tùm Excommunicatio, tùm pœnæ Statuti habent prò fundamento culpam mortalem in delinquente. Quòd, ſi ex defectu culpæ mortalis non incurritur excommunicatio, ex conſequenti neque debet incurri pœna Statuti, Attento etiam, quòd habemus ex Textu (44), quòd delicta, quibus gravis pœna irrogatur, ſunt, *quæ culpam mortalem continent*.

62 Porrò certum eſt, quòd dicta Excommunicatio non incurritur, quandò percuſſio eſt facta ad defenſam cum moderamine inculpatæ tutelæ. (45) Inculpata verò tutela dicitur, quandò violentia innocenter repellitur, & ad hoc, juxtà *Hoſtienſem* (46), tria requiruntur. Primum eſt, ut fiat *incontinenti*, hoc eſt, antequàm provocatus divertat ad aliena negotia. Secundum eſt, quòd repulſio fiat *flagrante adhuc maleficio* adverſarii, Tertium eſt, quòd fiat cum *moderamine inculpatæ*, puta, quòd ſit ad defenſam, & non ad vindictam; & quòd fiat æquali modo cum offenſâ, puta, quòd, ſi vis infertur ſinè armis, ſinè armis pariter repulſetur; excepto caſu, quo validior vi naturali debilem invaderet, poſſet enim iſte armis uti, quibus prò ſui defenſâ excedentes adverſarii vires compeſcere poſſet.

63 Ex ſententiâ autem *Alani* ſubiungit loco citato *Hoſtienſis*, quòd vis, antequàm inferatur, eſt repellenda; & tunc dicitur in hoc ſervari moderamen inculpatæ tutelæ, ſi id tantùm fiat, quo ommiſſo violentia non repellitur. Undè ſi periculum evitare non poſſis, niſi violentum interfeceris, cùm ſinè omni culpâ interficis, *nam adverſùs periculum naturalis ratio permittit ſe defendere*. (74)

64 Ridet porrò ibidem *Hoſtienſis* ſimplicitatem eorum, qui dicunt, quòd, ſi aliquis cum moderamine debet ſe defendere, debet pati ſe priùs percuti, antequàm repercutiendo ſe defendat. Hoc verum non eſt, quià poteſt eſſe, quòd, ſi expectaret primum ictum, non poſſet percuſſus repercutere ad ſe tuendum ab ulterioribus percuſſionibus. Sufficit ergò ſibi certum periculum imminere ab invadente, aut provocante, ad hoc, quòd poſſit percutiendo ſe defendere. In arreptione autem armorum, aut in librandis percuſſionibus non ità ſtrictè tenetur ad æqualitatem arithmeticam, aut geometricam ſervandam, ut, ſi aliqualiter excedat, culpabilem ſe reddat defendens, quià alteratio animi, motus, ira, tempus, locus non dant facultatem plenè conſiliandi, & deliberandi; & ex defectu plenæ deliberationis culpa evaditur. Et hanc *Hoſtienſis* doctrinam confirmant *Cajetanus*, *Graſſius*, & *Riccius*. (48)

65 Ex recitatâ igitur doctrinâ concluditur, quòd, ſi quis provocatus verbis à Clerico, à quo videt etiam ſibi imminere periculum verberum, ad hæc præcavenda poteſt præventivè, & licitè Clericum percutere, & dicetur percuſſiſſe ad defenſam; quod etiam eſt dicendum, ſi verbere provocatus à Clerico, parato alia verbera addere, repercutiendo ab his ſe tuetur. Pariter, ſi Clericus alium provocat iniuriis verbalibus, à quibus compeſci non potuit per verba ſibi replicata, ſed paratus eſt novas iniurias ad alterius ignominiam effutire, poteſt iſte ulteriores iniurias contrà ſe impedire, Clericum percutiendo. Ex quo enim invalida expertus eſt verba ad compeſcendam iniuriantis linguam, poteſt verberibus ſe tueri; nec erit in hoc exceſſus tutelæ incul-

(38) *Abb.Ancharan.Butr.in cap.2.de Cler.percuſs.Marſil.Conſ.7.n.27.Clar.§.Homicid.V.Scias autem.*
(39) *Bart.Tract.de Percuſs.n.1.Bald.Conſ.328.lib.2.Boſſ.Tit.de Homicid.n.115.Farinac Q.127.n.50.*
(40) *Par.5.Tit.Corpus.Q.4.n.56.& ſeqq.*
(41) *Farinac.Quæſt.127.à n 101.ad 170.*
(42) *text.in l.Divus Pius.ff.Ad l.Cornel.de Falſ.& in l.Feudis.ff.de Reg.iur.*
(43) *cap.Si quis ſuadente 17.q.4.*
(44) *Text.Tit.Delictorum.§.2.*
(45) *cap.Si verò.§.Si verò junct.Gloſs.in V.Inferentem.cap.Ex tenore.de Sent.Excom.*
(46) *Hoſtien.Sum.Rubr.de Reſtit.ſpoliat.§.intelligendum.V.In repellenda.*
(47) *text.in l.Itaque.4.ff.Ad l.Aquil.l.Si qui aggreſſorem.l.Si quis percuſſorem C.Ad l.Cornel.de Sicar.*
(48) *Ricc.Deciſ.Cur.Archiep.Par.2.Deciſ.16.n.16.& ibi Cajet.V.Excommunicatio.cap.10.V.Tertius eſt.& Graſſ.Deciſ.Par.2.lib.3.cap.5.n.27.*

Digitized by Google

inculpatæ. Si autem, qui provocavit unâ injuriâ, aut verbere, iniurias, aut verbera continuare ſe nolle, oſtendit tacendo, ſe retrahendo, aut fugiendo &c. non poteſt provocatus reiniuriare, aut repercutere, quià hoc eſſet ad vindictam, non ad defenſam, ut firmat *Abbas*. (49)

66 Dicetur fortè contrà prædicta, quòd Religioſus, provocatus vel verbis, vel verberibus, debet ſe defendere fugiendo, aliter non ſervat modum inculpatæ tutelæ. Ratio eſt, quià, ſi Clericus fugiendo poſſet ſe ſalvare, ſi nolit fugere, & occidat aggreſſorem, non excuſatur ab exceſſu homicidii, & fit irregularis, juxtà quandam *Gloſſam*, (50) & Doctores communiter.

67 Sed negatur aſſumptum; quià non ità indemnem ſe ſervat fugiens ab eo, qui provocat injuriâ verbali, aut verbere, ſicut, qui repercutit ad defenſam. Si enim iniuriatus aliquo verbo infamatorio, fugit ad evadendas alias iniurias, quas provocans paratus eſt effutire; audientes injuriam, & videntes fugam, putant injuriantem vera dicere; & ideò exiſtimant injuriatum fugere, quià injuriatus negare nec poteſt, nec audet; & tali pacto ipſe remanet cum læſione famæ inſanabili. Pariter, ſi fugit à percutiente, & percuſſuro, timorem demonſtrat, & ex hoc læditur; nam ex eo adverſarius fit audacior; & alii ſimiles contrà eum ſimilia attentabunt cum ſuæ religioſæ quietis jacturâ, quam rationem, loquens de viro nobili, qui aggreſſus ab hoſte, non tenetur fugere, ponderavit *Diana*(51). Nec poteſt æquè benè ſe tueri recurrendo ad Superiorem; quià punitio, data provocanti, non ità deterret alios à provocatione ſimili, ſicut animat ad injuriandū illius timiditas, oſtenſa in fugâ. Quòd, ſi iniurias verborum, aut verberum prævenit percutiendo ad defenſam, cæteri cavent ab eo, ſicut à bove, qui habet fenum in cornu. Itidèm, ſi fugit, & dat terga percutienti, non ſe tuetur; imò dat percuſſori contrà ſe majorem commoditatem percutiendi, & hoc maximè, ſi hic ſit pedibus illo velocior; tunc enim nil prorsùs juvabitur à fugâ;

68 Si ergò lex naturæ concedit contrà injuſtum aggreſſorem ſe defendere, & ſervare indemnem, & nullus modus eſt explicatior, quàm moderatè, & prò ſolâ defenſâ percutere; concluditur, Religioſum non teneri fugâ ſibi conſulere ab aggreſſore, inſultante, aut provocante, parato ad ulteriores injurias verborum, aut facti procedendum.

69 Nec eſt par ratio de Clerico, qui potiùs debet fugere, quàm occidere; tùm quia homicidium eſt prohibitum de jure divino, quod non eſt percutere perſonam Religioſam, quà talem, quod ſub eâ cenſurâ prohibetur tantùm jure humano; tùm quià vita hominis eſt altioris ordinis, quàm ſit quodvis aliud bonum temporale; ideò nequit illa tolli prò conſervatione boni inferioris ordinis; tùm quià Clericus tenetur fugere tantùm, quandò fugâ ſe conſervat totaliter indemnem, quod non eſt in caſu noſtro; & quòd Clericus non teneatur fugere ab injuſto aggreſſore, docent multi: (52) tùm tandèm, quià non tenet conſequentia, prohibeor occidere, ergò prohibeor percutere me invadentem, quià argumentum à majori ad minus deſtructivè non tenet, ut patet ex Topicis.

70 Pariter ad incurrendam excommunicationem Canonis *Si quis &c.* requiritur, quòd percuſſio, ſivè alia violentia inferatur Clerico, *ſuadente Diabolo*; hoc eſt malo dolo, & cum plenâ advertentiâ; undè infertur, quòd, cùm cenſuram non incurrit, qui volens percutere Laicum, caſualiter percutit Clericum, ut de communi ſententiâ teſtatur *Clarus*, (53) ſicut etiam qui percutiens Clericum ad propriam defenſam, modum defenſionis excedit, dummodò hoc non faciat ex propoſito, ut firmat quædam *Gloſſa* (54) communiter recepta.

71 Communis porrò ſententia Theologorum eſt, quòd motus primò primi, qui præveniunt deliberationem, non ſunt plenè voluntarii, & proindè poſſunt eſſe non peccaminoſi, eò quià peccatum non eſt, niſi voluntarium (55) Sequitur ergò, quòd, ſi aliquis ob injuriam, ſibi verbis, aut factis à Clerico illatam, maximâ irâ accendatur, & incontinenti eum percutit, non peccat mortaliter, quià motus ille ex ſubitaneâ iracundiâ ortus, eſt primò primus. Et ſicut phreneſis, per quam incaleſcit cerebrum, impedit uſum rationis, ob cujus defectum phreneticus, percutiendo aliquem, non peccat; ità etiam evenit ex irâ; nam, ut ait Poeta, *Ira impedit animum, ne poſſit cernere verum*, & ſic nec diſcurrere, nec conſiliari, nec deliberare, nec peccare. Quòd, ſi ex ſubitâ irâ percutiens Clericum, non peccat mortaliter, ſequitur, quòd nec incurrit excommunicationem, quæ peccatum mortale ſupponit.

72 Ex hucuſque dictis patet reſolutio ad propoſitam dubitationem, nam, ſi Religioſus, provocatus ab alio, qui jàm injuriam inferre deſierat, ipſum percutit, pœnas percutientium incurrit, ſicut etiam cenſuram; quià percutit ad vindictam, & non ad defenſam. Si verò percutit provocantem, qui continuat, aut continuare, paratum ſe oſtendit, injuriam verbis, aut factis, nec cenſuram, nec pœnam incurrit, quià facit ad defenſionem, & ſic, multis citatis, docet *Peyrinus* (56) qui ex *Bariolâ* docet non fuiſſe excommunicatum Monachum, qui alterum ſe iniuriantem percuſſit; & ex *Riccio* (57) refert deciſum, quòd ſæcularis, qui provocatus percuſſit Clericum, non eſt declaratus Excommunicatus, non ſolùm quandò prò ſuâ, ſed etiam quandò prò iniuriis, illatis Patri, Matri, Uxori, Filiis, aut aliis de ſui familiâ provocatus percuſſit.

73 Et cohærenter idem concludendum de Religioſo percutiente ex motu primo iracundiæ ſubitaneæ, prævenientis deliberationem, ac in hoc ſenſu accipiendus eſt *Peyrinus*, qui loco proximè citato ait, ſe cenſuiſſe, *Excommunicationem non incurriſſe Prælatum, qui percuſſit Monachum in plenâ Communitate, qui eum ebrium vocaverat*. Quià, ſi percuſſiſſet extrà motum primò primum, patet, quòd hoc feciſſet ex plenâ deliberatione;

& hoc

(49) *Abb. in cap. Si verò. num. 3. ℣. Quartò not. de Sent. Excom. Gloß. in cap. Significaſti. il 2. in V. Tutelæ. de Homicid.*

(50) *Gloſſ. in cap. Suſcepimus. in V. Interimeretur. ubi Hoſt. Marian. Socin. Felyn. Anani. de Homicid. Abb. in cap. Significaſti. in 2. eod. tit. & ibi Ancharan. Bellamer. & Zabarel. Farinac. Quæſt. 125. n. 129.*

(51) *Diana Par. 8. Tract. 7. Reſol. 45.*

(52) *Abb. in cap. Significaſti. 18. nu. 9. de Homicid. Georg. Obrecht. Tract. de defenſ. neceſſ. cap. 10. n. 16. Themud. Archiep. Olyſipon. Deciſ. 83. n. 16. Dian. Par. 8. Tract. 7. Reſol. 46. in fin.*

(53) *Clar. Quæſt. 77. nu. 8.*

(54) *Gloſſ. in cap. Significaſti. il 2. in V. Tutelæ. Extra. de Homicid.*

(55) *Vaſq. 1. 2. Diſp. 127. cap. 3. Navar. Reginal. Sayr. apud Bonacin. de leg. Diſp. 2. Q. 3. Pun. 3 n. 9.*

(56) *Peyrin. de Prælat. Quæſt. 3. cap. 2. ſ. p. nu. 60. Genuen Prax. cap. 23. nu. 9. Felyn. in cap. Significaſti. il 2. de Homicid. Bariol. Conſ. 22.*

(57) *Ricc. Prax. Par. p. Deciſ. 466.*

Digitized by Google

& hoc non ad defenſam, quià Monachus jàm injuriare deſierat; undè cenſuram non evaſiſſet.

74 Maxima tamẽ Judicibus Regularibus opus eſt prudentia, nè omnes percuſſores titulo defenſionis, aut motus primò primi abſolvant à pœnis Statutariis; nevè omnes indifferenter condemnent minimè ponderatis rationibus ſupradictis; omnes enim aut abſolvendo, aut condemnando, æqualiter juſtitia læderetur. Ideò habenda eſt accurata ratio circumſtantiarum omnium perſonæ, loci, modi, temporis, occaſionis, quæ in facto interveniunt, ut diſcernant, num quis ad defenſam, aut motu primo percuſſerit, aut non.

75 Dico proindè, quòd, ſi injurians alium impetu, inſultat versùs eum, pergendo manu aut inermi, aut armatâ, iſte verò ſe non movet de loco, ubi eſt, ſed alium expectat, & ſtatim percutit; ſivè etiam ſi injurians loco ſuo non movetur, verbis tamen injuriare non deſinit, non obſtante verbali defenſione, per alium factâ, injuriatus autem ad eum vadit, & percutit, ut injuriare ceſſet, & hæc per Teſtes concludenter probentur, debet percutiens abſolvi, quià probata remanet juſta cauſa defenſionis. Si probat ſolùm per unum Teſtem, & militant favore ſui adminicula, puta quià iſte eſt homo quietus, alius verò rixoſus &c. debet pariter abſolvi, quià præſumptiones de jure pro ſe induunt rationem probationis, & transferunt in adverſarium onus probandi contrarium.

76 Si autem præſumptio pro percutiente debilis eſt, quià probata quidèm præſumptivè manet provocatio, non tamen quòd *percuſſio* fuerit ad defenſam, debet provocatus percutiens extraordinariè puniri. Ratio eſt, quià delinquens ex provocatione non delinquit ex pleno dolo; undè aliquid de pœnâ ordinariâ ſibi eſt minuendum. Provocans autem, & inſimul percutiens debet puniri ad rigorem Statuti, & fortè etiam acriùs, quàm ſit pœna ſimpliciter percutientis; ſiquidèm duo delicta ſunt diſtincta, *provocatio*, & *percuſſio*, proindè etiam pœnæ debent cumulari.

77 Quod autem dictum eſt de diſcernendo, àn quis percuſſerit ex provocatione ad defenſam, obſervandum eſt ad judicandum, àn percuſſerit ex primo motu, & hoc colligi poteſt à naturâ percutientis, ſi eſt ad bilem proclivis: à qualitate injuriæ, nempè, ſi eſt in ſe gravis, aut in exiſtimatione illius valdè infamatoria. à tempore, à loco, à modo, nempè, ſi ſtatim audivit injuriam, excanduit; in injuriantem inſurrexit, percuſſit &c. Et in hoc agnoſcendo deſideratur Judicis ſagacitas, prudentia, & integritas, ſpoliata ab omni paſſione.

78 Nona dubitatio eſt, Quiſnam dicatur provocator, quandò injuriæ ſunt reciprocæ, puta, quandò unus injuriat, alius autem graviùs reinjuriat?

79 Reſpondeo, quòd frequens eſt caſus hic, nec tamen reperire mihi licuit Doctorem de hoc ſcribentem. Dico tamen, quòd, ſi unus alium provocat, ut dicendo, *tu es filius birruarii*, & alius replicat, *tu es baſtardus*, *& filius meretricis*, ambo dicendi ſunt provocatores. Ratio eſt, quià primus, qui injuriavit, liquet, quòd provocavit; alius autem, quià non parem injuriam inuſſit, ſed majorem acceptâ, pariter alium provocavit; quià poſito, quòd dicendo, *tu es baſtardus*, æqualem injuriam acceptæ reddiderit, & ſic ad ſui defenſam fecerit; dùm addit, *es filius meretricis*, cùm ad ulteriores injurias verborùm, aut verberum accendit; & ſic provocatio aliâ provocatione compenſatur. Undè, ſi ſequantur reciprocæ percuſſiones, ex æquo ſunt puniendi.

80 Decima dubitatio eſt circà quartum, & quintum Statutum, datum ſuprà *num.* 13. & 14., & eſt, ex quo ibi ſancitæ ſunt aliæ, ac aliæ pœnæ contrà percutientes *Provinciales*, aut *Generalem* majores, quàm ſint pœnæ percutientium alios Religioſos, àn percutiens Superiorem localem, majorem ordinariâ percutientium pœnam mereatur?

81 Reſpondeo, quòd Textus circà hoc decurtatus eſt, nàm ponit tantùm pœnas percutientium Generalem, aut Provincialem. Supplendus proindè eſt Textus ex *Vallisoletanis*, quæ ità habent (58) *Quicunque Prælatum Localem gladio percuſſerit, & mors ſecuta fuerit, ad triremes perpetuò condemnetur. Si autem mors ſecuta non fuerit, ad triremes mittatur, Superiorum arbitratu.* Textus quidèm hujus Statuti clarus eſt; advertere ſolùm oportet, quòd hìc loquitur de *Prælato Locali*, proindè accipiendus eſt tùm de *Guardiano*, tùm de *Præſide*, aut *Vicario* in capite, illo nempè qui Superiorem Localem non habet ſuprà ſe, nàm omnes iſti ſunt *Prælati Locales*. Vicarii autem Conventuum, qui ſuprà ſe habent Guardianum, non cenſentur hoc nomine; proindè qui *Vicarium* percutit, non tantam pœnam meretur, ſicut qui verberat *Guardianum*, aut alium Superiorem Localem, prout benè probat *Rodericus*. (59) Advertendum autem, quòd *Statuta Generalia Ordinis Sambucana* (60) habent. *Si quis Prælatum Localem gladio, aut baculo, aut quovis inſtrumento percuſſerit, & mors ſecuta fuerit, ad triremes mittatur, Superioris arbitrio*, & citant ad marginem *Statuta Salmanticen. cap.* 7. Sed hoc Statutum à Compilatore more ſuo corruptum eſt; & in *Salmanticenſibus* nec verbum de illo habetur. Convincitur ideò fuiſſe deſumptum à citatis *Vallisoletanis*, ſed mendoſè, nàm illa loquuntur de percutiente *Prælatum Localem gladio*, puta, gravi vulnere inflicto, gladio, aut altero inſtrumento apto ad occidendum; hoc verò ait *baculo, aut quovis inſtrumento*, quòd interpretari poteſt etiam de eo, quòd de ſe aptum ad graviter lædendum non eſt. Pariter vitiatum eſt in eo, quòd Vallisoletana volunt, quòd ſecutâ morte, Reus *perpetuò ad triremes condemnetur*, & *Sambucanum* habet, *ad triremes mittatur*, *Superiorum arbitratu*. Ideò hoc attendi non debet.

82 Undecima dubitatio eſt, an pœnâ percutientium Prælatum Localem puniri debeat, qui percutit *Diſcretum*, *ſeu Patrem Ordinis*, *aut Provinciæ*, *Cuſtodem*, *Diffinitorem*, *Lectorem Jubilatum*, aut *Emeritum*, aut actualem Sac. Theologiæ, qui cenſentur digniores *Prælato* Locali, cum ipſum præcedant.

83 Reſpondeo, quòd in jure (u) habetur, quòd *qui manus intulit Præpoſito, capite puniendus eſt*; *& augetur petulantia crimen dignitate Præpoſiti*. Videmus proindè, quòd rationabiliter pœnæ in recitatis Statutis augentur contrà percuſſores pro majori, ac majori dignitate *Prælati* percuſſi. *Prælati* enim *Magiſtratũ* gerunt, & in ſententiâ *Ariſtotelis*(x), qui *Magiſtratum* offendunt, ultimo ſupplicio affici debent. Non ſic autem eſt de aliis, qui

(58) *Stat. Vallisolet.* 1593. *cap.* 7. *Tit. de Min. & man. viol.* §. *final.*
(59) *Roderic. Quæſt. Regul.* 34. *art.* 2. ℣. *Ex his Tom.* 2.
(60) *Stat. Gen. Ord. cap.* 7. §. 6. *n.* 53.
(u) *text. in l. Omne delictum.* §. *Qui manus.* ff. *de Re milit.*
(x) *Ariſt. Ethic. lib.* 5. *cap.* 5.

Digitized by Google

qui ſuncti *Magiſtratu* ſunt; quantùmvis enim ratione muneris adminiſtrati, aut Officii, quod gerunt, ſint cæteris ſpectabiliores in Religioſâ Republicâ, & ſpetiali honore ſedendi, præ cæteris decorentur, non tamen ſunt habendi in eâ conſideratione, in quâ habentur *Prælati*, qui ſunt veluti Patres in Religioſâ familiâ, ut proindè qui eos occidunt, ſimilitudinarium parricidium committant, ut ſcribit *Rodericus*. (z) Reſolvitur ergò ex his, quòd, quàmvis *Patres Ordinis*, & *Provinciæ* &c. ſint digniores *Prælato* Locali, non tamen actualem *Magiſtratum* gerunt, ratione cujus tanta pœna debeatur eum offendenti. Et ſic ſentit etiam *Rodericus* (a) qui vult non deberi tantam pœnam percutienti *Diffinitorem* (& eadem eſt ratio de aliis, habentibus dignitatem, præeminentiam, aut officium ſinè juriſdictione) ut percutienti *Prælatum*. Verum eſt, quòd, cùm ex dignitate perſonæ offenſæ creſcat crimen, creſcere debet etiam pœna; proindè arbitrio Judicis, majori pœnâ puniendus eſt, qui aliquem ex *Patribus Ordinis*, aut *Provinciæ* percutit, quàm ſi aliquem ex gregariis Religioſis percuteret; non tamen eâ, quæ in Textu aſſignatur prò percutiente Prælatos. Et par conſideratio habenda eſt, ſi Laicus Converſus percuteret Sacerdotem aut Clericum.

84 Duodecima dubitatio eſt, quomodò regulandæ ſint pœnæ Religioſi noſtri, percutientis perſonas extrà Ordinem?

85 Reſpondeo, quòd circà perſonas extrà Ordinem, quæ ſpeciali notâ dignæ non ſunt, tàm ſi fuerint Eccleſiaſticæ, quàm ſi fuerint Laicæ, ut, puta, Clericus, ſeù Sacerdos ordinarius Secularis, aut Regularis; ſivè unus ex Laicis carens ſpetiali diſtinctivo, ut *Prætoris*, *Judicis*, *Gubernatoris* &c. aperta eſt diſpoſitio Textus loquentis ſuprà *num.9.* qui loquitur de perſonis *in Ordine*, *& extrà*; undè circà *percuſſiones* leves, aut graves, factas perſonæ extrà Ordinem, ut præfertur, res regulanda eſt iiſdem pœnis, ut percutiendo Religioſum ordinarium. Et quàmvis incongruum videatur, quòd par pena impendatur, quandò percutitur Laicus, ſicut cùm læditur Religioſus, qui diſpares in ſtatu ſuo ſunt, ut liquet; tamen Statutum conſiderat ſcandalum, quod oritur ex *percuſſione* perſonæ extrà Ordinem; & hoc auget crimen in tantùm, ut reputetur à Statuto æquale delicto percutientis intrà Clauſtra perſonam Religioſam, quàmvis hæc dignioris ſit ſtatus, quàm Laicus.

86 Sed reſpectu perſonarum extrà ordinem, quæ notâ ſpetiali dignificantur, optimè ait *Sanflorus*. (61), ſervandam eſſe analogiam penæ ad penam, ut perſonæ intrà Ordinem ad perſonam extrà eum. Currit porrò analogia inter *Guardianum*, ſeù alium *Prælatum* in Ordine, & *Parochum*, quò ad Eccleſiaſticos ſæculares, & *Prætorem*, *Poteſtatem*, *aut Judicem*, quò ad Laicos, & ratio eſt, quià omnes iſti ſuis reſpectivè Subditis localiter præſunt. *Prælatus Provincialis* in Ordine correſpondentes ſibi, extrà Ordinem, habet *Epiſcopum*, ſeù *Ordinarium*, & *Rectorem*, ſeù *Gubernatorem* Urbis; quià omnium iſtorum juriſdictio extenditur *per Provinciam*, *Diœceſim*, & *Comitatum*, *Ducatum*, aut *Principatum Vrbis*. *Generali* tandem in Ordine correſpondet *Archiepiſcopus*, ſeù *Primas* inter Eccleſiaſticos, & *Præſes*; ſeù *Gubernator* totius Status, qui ſub ſe plures Urbes habet. Pœnæ igitur, quæ in Textu aſſignantur percutienti intrà Ordinem *Prælatum* Localem, *Provincialem*, aut *Generalem*, applicandæ ſunt perſonis extrà Ordinem ſibi reſpectivè correſpondentibus. Ratio eſt, quià ſimilitudo Officii importat analogiam dignitatis, & prò dignitate perſonæ offenſæ, creſcit injuria, & crimen, (62) creſcere proindè, & aptari debet pena ad inſtar offenſæ dignitatis.

87 Tertia decima dubitatio eſt, à quonam abſolvendus prò foro fori à vinculo Excommunicationis ſit Religioſus, qui percuſſit Clericum Sæcularem, aut Religioſum alterius Ordinis?

88 Reſpondeo, quòd de jure communi, ſi Monachus percutit Monachum alterius Monaſterii, debet abſolvi ab Abbate tùm ſuo, tùm Monachi percuſſi, ut habetur in quâdam Decretali (63), ubi ex *Hoſtienſi* notat *Abbas*, quòd Abbas Monachi percuſſi debet virgâ percutere nudos humeros ejus, qui abſolvitur, dum hic genuflexus recitat totum Pſalmum *Miſerere mei Deus* &c. Abbas autem percutientis debet proferre verba abſolutionis. Et quàmvis citata Decretalis loquatur de Abbatibus, tamen hoc debere extendi ad alios Superiores Regulares, docet ibidem citatus *Abbas Panormitanus*.

89 Si verò percutiat Clericum Sæcularem, de jure antiquo non poterat abſolvi niſi à *Papâ*, ut habetur in citatâ proximè *Decretali*, ſed hæc correcta eſt per aliam, (64) in quâ hujuſmodi abſolutio conceſſa eſt Epiſcopis. De jure autem privilegiato, prout probat *Rodericus* (65), communiter receptus, ut teſtatur *Sanctorus* (66), poſſunt Prælati Regulares abſolvere etiam nominatìm excommunicatum Subditum ſuum ob iniectionem manus violentæ in Clericum quemvis. Advertendum autem, quòd abſolutio iſta eſt tantùm prò foro animæ; & in foro fori tantùm prò percuſſoribus fratrum ſuorum, reſpectu quorum non requiritur partis ſatisfactio, cùm ſint ambo ejuſdem Religionis, nempè percutiens, ac percuſſus, ut infrà dicam.

90 Caſu igitur, quòd *Frater Minor* percutiat Regularem alterius Ordinis, debet Reus abſolvi per Superiores nempè percuſſi, & percuſſoris unitìm; ità ut Superior percuſſi cædat Reum virgâ ut ſuprà dictum eſt; alius verò à Cenſurâ abſolvat, Fundamentum hujus diſpoſitionis eſt, prout explicant *Gloſſa*, & *Hoſtienſis*, & ex illis *Abbas* (67) Quià Religioſus eſt ſicut filius, Superior autem ejus eſt ut paterfamilias. Sicut ergò injuria, facta filio, patrem contingit, qui argumento cujuſdam legis (68) videtur injuriam paſſus, ità Superior de ſuo Subdito percuſſo ſatisfactionem recipit, verberando percuſſorem. Addit autem loco citato *Hoſtienſis*, quòd, ideò Abbas Monachi percuſſi vocatur ad abſolutionem, quià prò injuriâ illatâ debet fieri, ſeu dari ſatis-

(z) *Roderic. Tom.2. Quæſt.34. art.1. V. Ex his.*
(a) *Roderic. loc.cit. art.2. V. Neque ego.*
(61) *Sanctor. de Pœn. cap.14. Quæſt.5. V. Reſpondeo tertiò fol. 97.*

(62) *l. Prætor. edixit. §. Atrocem. ff. de Iniur. Gloſſ. in cap. Cum illorum in V. In Epiſcopum de Sent. Excommun.*
(63) *text. in cap. Cum illorum §. Si verò ubi Abb. nu.13. de Sent. Excommun.*
(64) *text. in cap. Religioſo. junct. Gloſſ. in V. Eo caſu. de Sent. Excom. in 6.*
(65) *Roderic. Tom.1. Quæſt.20. Art.12.*
(66) *Sanctor. Comment. cap.2. Stat.14.*
(67) *Gloſſ. in cap. Cum illorum in V. Paſſus eſt, ubi Hoſtien. & Abb. n.13. de Sent. Excommun.*
(68) *§.2. Inſtit. de Iniur.*

Digitized by Google

ſatisfactio Monaſterio percuſſi, etiam in pecuniâ; ſed cum percutiens non habeat proprium, undè ſatisfaciat, nec debet teneri Monaſterium ex delicto ſuo, ſtatutum fuit in compenſationem injuriæ, quòd Abbas Monachi percuſſi vocetur.

91 Si verò Regularis percutit Clericum Sæcularem, dico cum *Sanctoro*, (69) quòd ſatisfactâ parte, percuſſor debet à proprio Superiore abſolvi, etiam prò foro fori, nec poteſt *Epiſcopus* prætendere, quòd ab eo abſolvatur. Ratio eſt, quià *Epiſcopus* non poteſt ferre ſententiam declaratoriam, quòd Regularis, qui Clericum Sæcularem percuſſit intrà Clauſtra, ſit excommunicatus vitandus, ut probat *Bordonus* (70), quià Epiſcopus ſuprà Regulares, delinquentes in ſuo Clauſtro, nullum jus habet. Nec pariter, ſi percutiat Clericum extrà Clauſtra, ut cum *Portello* probat idem *Bordonus* (71), igitur nec poteſt prætendere ipſum abſolvere, cùm iſte ſit actus majoris juriſdictionis.

92 Pariter capitulum illud (72) non dicit, quòd *debeat* abſolvi ab *Epiſcopo* Regularis percuſſor Clerici, ſed, quòd *poſſit ab Epiſcopo abſolutionis beneficium exhiberi*, undè deducitur, quòd talis abſolutio non eſt obligatoria, ſed facultativa, undè concluditur; quòd *Epiſcopus* non poteſt prætendere, quòd Regularis percuſſor Clerici ſe præſentet coràm eo, ad obtinendum beneficium abſolutionis, ut ultrà *Bordonum* locis ſuprà citatis probant *Ceſpedes*, & iurium Regularium acerrimus propugnator *Paſqualigus* (73), attento maximè, quòd ex privilegio *Bonifacii IX.* quod ibidem per extenſum recitat idem *Paſqualigus*, Superiores Regulares habent facultatem abſolvendi in utroque foro Subditos ſuos, *manus violentas in Confratres, vel alios quoſcunque Clericos, etiam uſquè ad ſanguinis effuſionem, & enormem læſionem*, iniicientes.

93 Nec contrà datam reſolutionem facit, quòd, ſicut Regularis alium diverſi Clauſtri percutit, non abſolvitur ſinè interventu Superioris eius, qui percuſſus eſt, ità nec poterit abſolvi percuſſor Clerici Sæcularis ſinè interventu *Epiſcopi*, qui eſt *Prælatus* illius.

94 Quià negatur paritas, & ratio eſt, quià non ità eſt Clericus reſpectu *Epiſcopi*, ut Regularis ſub ſuo Prælato. Quià Regularis non habet independenter à ſuo Prælato velle, aut nolle, nec poteſt ſuam injuriam proſequi, aut in iudicio ſuper eâ agere, ut ſcribunt communiter Doctores. (74) Undè in hâc materiâ Religioſus æquiparatur ſervo, aut filiofamilias iuxtà regulam, quam tradunt Juriſperiti, (75) & Canoniſtæ. Sequitur proindè, quòd ad Superiorem ſpectat agere contrà iniuriantem eius Subditum; iniuriam remittere; ſatisfactionem ſuper eâ prætendere, & recipere, ut Dominus prò ſervo, & Pater prò filio; ut doctè proſequitur loco citato *Paſqualigus*.

95 Non ſic autem eſt de Clerico Sæculari, quià ipſe eſt ſui iuris, & in iudicio tùm civiliter, tùm criminaliter, & independenter à ſuo *Epiſcopo*, poteſt ſuam iniuriam proſequi, & ſuper eâ ſatisfactionem debitam prætendere, & recipere. Et ex hoc ſequitur, quòd actionem, competentem Clerico, ratione iniuriæ, ſibi illatæ, non poteſt Eccleſia remittere (76), ut docet *Abbas*, & proindè nec *Epiſcopus*. Non currit igitur paritas inter Clericum, & Monachum, nec inter *Epiſcopum*, & *Abbatem*; & ità non poterit *Epiſcopus* prætendere abſolvere Regularem, qui illius Clericum percuſſit, ſicut *Abbas* intervenire debet prò abſolutione eius, qui Monachum verberavit.

(69) *Sanctor. de Pœn. cap. 14. Quæſt. 13. V. Reſpondeo inter graves, fol. 82.*

(70) *Bordon. Controv. 44. Queſt. 4. nu. 5.*

(71) *Bordon. Var. Reſol. 7. q. 7. num. 11. V. Oppoſitum & Reſol. 28. quæſt. 26. n. 60. Portel. V. Epiſcopus nu. 9.*

(72) *cap. Religioſo de Sent. Excommun. in 6.*

(73) *Ceſped. de Exemp. Regular. cap. 19. Dub. 305. num. 2. Paſqualig. Addit. ad Laurei. de Franch. Par. 2. Quæſt. 21. nu. 2.*

(74) *Abb. in cap. Parochianos num. 3. de Sent. Excom. Dec. in cap. In præſent. n. 223. de Probat. Franc. in cap. 2. nu. 6. Ne Cler. vel Monach. Angelic. Roſell. Armill. Sylv. Antonin. Decian. Cævall. Farinac. apud Paſqual. l. cit. Quæſt. 107. nu. 2.*

(75) *DD. in Authen. Cauſa. C. de Epi. & Cler. & in cap. Cum dilectus. de Reſcr.*

(76) *Abb. in cap. Parochianos nu. 4. de Sent. Excom.*

§. IV. Duel-

# §. IV.

## Duellum.

*SUMMARIUM.*

1 *Provocatio varias habet ſignificationes.*
*Provocatio importat appellationem; & majorem emphaſim habet, quàm appellatio.*
2 *Tranſumptivè ſignificat invitationem.*
3 *Frequentiùs uſurpatur prò invitatione ad pugnam.*
Diffidare *quid importet.*
4 *Duellum propriè ſumptum, quid ſit.*
*Finis duelli propriè dicti, eſt probatio occultorum.*
*Duellum hoc prohibetur de jure Divino.*
*Indagare veritatem per duellum, eſt Deum tentare.*
*Opinio, quòd tale duellum ſit prohibitum de jure Civili.*
*Impugnatur talis opinio.*
*Gladiatores à jure prohibiti, qui ſint.*
*Probatio per duellum à legibus Longobardorum permiſſa.*
5 *Duelli communiter ſumpti diffinitio.*
*Duellum non eſt, niſi armatâ manu committatur.*
6 *Duellum requirit tempus, locum, & genus armorum aſſignatum.*
Condicere, *quid importet.*
*Condictio eſt actio in perſonam.*
*Pugnam condicere, quid ſignificet.*
7 *Pugna, quæ fit, tempore non condicto, duellum non eſt.*
8 *Duellum requirit animum utrinque deliberatum poſt præmeditationem.*
*Diffidatus, & incontinentì pergens ad locum aſſignatum, & pugnans, non committit duellum & quarè.*
9 *Duellum debet eſſe ordinatum ad finem privatum.*
*Si ordinetur ad finem publicum, & ſit auctoritate Principis, crimen non eſt.*
*Pugna, commiſſa inter milites, utrinque numero pares, de mandato Imperatorum duorum exercituum, licita eſt.*
*Dummodò non ſit ad vanum finem.*
10 *Probatur Hiſtoriâ Sac. Scripturæ.*
11 *Duellum poteſt à Principibus ordinari ad bellum terminandum.*
*Tale duellum poteſt tùm acceptari, tùm ad illud provocare.*
12 *Duellum formatum, ſivè ſolemne, & ſimplex, quid ſit.*
*Requiſita ad duellum ſimplex, ut ſit verum duellum.*
*In duello ſimplici requiritur deſignatio loci determinati, & genus armorum, & tempus.*
13 *Dubium, an ſit duellum, ſi ſtatim poſt diffidationem pergatur ad locum certaminis, & pugnetur.*
*Reſolvitur dubium, negativè.*
*Duellum requirit præmeditationem.*
14 *Diffidatus, incedens armatus animo pugnandi cum eo, qui diffidavit, non condicto loco, ſi pugna ſequatur, duellum committit.*
15 *Si duo conveniunt ad pugnam, & divertant à loco condicto, & pergunt ad alium locum, & ibi pugnent, duellum committunt.*
16 *Quo caſu ob cauſam privatam poſſit Princeps permittere duellum.*
17 *Mala, quæ proveniunt ex privatâ inimicitiâ Nobilium potentium.*
18 *Dubium, an ſit criminale duellum factum pacto ſecreto inter partes, nè ſe vulnerarent.*
*Reſolvitur, quòd non peccarent, nec Cenſurã incurrerent in foro animæ, ſecùs in foro eſterno.*
19 *Duellum quo jure Eccleſiaſtico ſit prohibitum.*
20 *Habentes influxum in duellum quoquomodò incidunt in Cenſuras contrà duellantes.*
21 *Conſulentes duellum quotupliciter dicantur.*
22 *Facientes ſcripta, ad quæ ſequitur duellum, quo caſu ſubeunt Cenſuras duellantium.*
23 *Manifeſtantes ſcriptum injurioſum, ut ſequatur duellum, incidunt in Cenſuras.*
24 *Dictantes, ſcribentes, portantes &c. libellum provocatorium ad duellum, ſunt pariter excommunicati.*
25 *Conſilium, auxilium, operam, favorem &c. dantes ad libellum provocatorium, ſubeunt Cenſuram.*
26 *Patrini duellantium incidunt in eaſdem Cenſuras.*
27 *Spectatores duelli ex compoſitò incurrunt in pœnas duellantium.*
*Sanchez opinio impugnatur.*
*Spectantes ex compoſitò, qui ſint.*
*Dictio* ex compoſitò, *quid ſignificet.*
*Spectantes duellum ob curioſitatem, non incurrunt.*
28 *Princeps, concedens campum francum duellantibus, eſt excommunicatus.*
*Item Magiſtratus, potens impedire duellum, & non impediens.*
*Pariter Princeps concedens poſt duellum impunitatem duellantibus.*
*Quomodò accipienda hæc poſtrema concluſio.*
29 *Princeps excommunicationem ſubit, ſi duellaturis impunitatem promittit.*
30 *Extenſio pœnarum Conciliarum ad duellum, etiam non ſolemne, etiam effectu non ſecuto.*
31 *Conſtitutiones Gregorij, ac Clementis circà talem extenſionem, ſunt confuſæ.*
32 *Principales, duello non ſecuto, non incurrunt Cenſuram; benè tamen complices.*
33 *Ratio, quarè complices incurrant, & non principales.*
34 *Diffidans ad duellum eum, quem ſcit non eſſe acceptaturum, non incurrit Cenſuram.*
*Impugnatur* Raynaldus.
*Provocans, & acceptans duellum, quod ſciunt eſſe impediendum, non incurrunt Cenſuram.*
35 *Acceptans duellum, nè ſubeat jacturam honoris, an peccet, & pugnando ſit excommunicatus.*
*Opinio Sanchez.*
*Propoſitio damnata ab Innocentio XI.*
36 *Quandò jacturã honoris ſequitur amiſſio bonorum, & grave damnum, poteſt acceptari duellum.*
37 *Prò tutelâ vitæ, famæ, ac bonorum in notabili quantitate poteſt acceptari duellum.*
38 *Ad evadendam notam timiditatis ſolam, non poteſt acceptari duellum, & quarè.*



Digitized by Google

1 PRovocationis vocabulum alium etiam ſortitur ſenſum ab eo, quem ſuperiori paragrapho expoſuimus. Diximus ibi, provocationem eſſe iniuriam, verbo, aut facto illatam alteri in ejus præſentiâ, ob quam iniuriatus movetur ad iram. Nunc dicimus, provocationem in jure vocari appellationem à Judice inferiori ad ſuperiorem; undè habetur in *Codice Titulus* (1) *Quandò provocare non eſt neceſſe*; & juxtà *Calvinum* in *Lexico*, qui citat *Bartolum*, (2) provocatio magis eſt, quàm appellatio, ac majorem energiam exprimit, quâ ille, qui in ſententiâ ſuccubuit, adverſarium victorem vocat coràm majori Magiſtratu, cujus opem provocans implorat, ut illi ſuppetias ferat contrà iniuriam à minori Magiſtratu, ſibi factam in ſententiâ iniuſtâ, contrà eum latâ.

2 Tranſumptivè, ut opinor, hoc vocabulum uſurpatur prò invitatione ad periculum, de ſe faciendum diſputatione, armis, ludo, aleâ, ſivè alio modo; ſicut enim in judicio provocanti res eſt cum adverſario, quem ad ſecum concertandum ſuper jure ſuo invitat; ſic etiam eſt in quâvis aliâ provocatione. Differt autem hæc à provocatione (quam primò diximus) toto celo; nàm illa fit dictis, aut factis iniurioſis ab eo, qui provocare dicitur, ad finem lædendi provocatum. Hæc verò fit ab eo, qui damnum paſſus eſt, aut ſe paſſum reputat; & non fit per iniuriam illatam; aut ad finem inferendæ, ſed commitatu civili, & ad finem obtinendi aut reparationem acceptæ iniuriæ, aut gloriam, aut famam, aut lucrum ex concertatione, ad quam fit provocatio.

3 Frequentiori autem uſurpatione provocatio accipitur prò invitatione ad eſperiendum armis, quæ dicitur communiter *diffidatio* à verbo *diffidare*, quod, ut *Prateio* (3) placet, eſt pugnam indicere, ſivè hoſtem ſe declarare. Certamen autem, ſeù pugna, quæ ex hujuſmodi provocatione, ſivè diffidatione ſequitur, vocatur *Monomachia*, ſivè *Duellum*. Quià verò tùm provocatio, etiam effectu non ſecuto, tùm *duellum* ipſum delicta ſunt, & unum ordinatur ad aliud; de utriſque in hoc paragrapho diſſeremus.

4 *Duellum* poteſt accipi in proprio, & ſtricto ſignificato, vel latè, & communiter. Propriè *duellum* eſt ſingulare certamen duorum hominum, ad purgationem illati criminis initum, quo victor purgatus, victus verò prò convicto habetur, (4) finis enim *duelli* eſt probatio occultorum, & purgatio indiciorum, ut benè ait *Tholoſanus* (5), & ideò reponi debet inter ſpecies divinationis prohibitæ, pròut ſcribit *Sanchez* (6). Prohibetur quidèm de jure Divino pluribus in locis Sacræ Scripturæ (7). *Non tentabis Dominum Deum tuum*, volens autem indagare veritatem facti mediante *duello*, eſt Deum tentare, pròut docet *D. Thomas* (8), & eſt ſpecies ſuperſtitionis, quià tentat inquirere veritatem per medium, ad hoc ineptum. Prohibetur etiam de jure Canonico, (9) ut textualiter habetur in pluribus capitulis. Voluntautè multi Doctores (10), quòd ſit etiam prohibitum de jure Civili per Textum in *l. Unic. C. de Gladiat. penit. tull. lib.* 12. Sed immeritò, nàm Textus ille loquitur de gladiatoribus, qui ſpectaculo erant populo Romano in ludis, quos *gladiatorios* vocabant, & erant ſoliti edi Romæ à Triumphantibus; de quibus paſſim loquitur *Svetonius*, *Tacitus*, & alii rerum Romanarum Scriptores. Imò per legem *Longobardorum*, ex conſuetudine introductam, talis probatio per duellum permittebatur, ut habetur in *l. 1. Longobard. Tit. de Monomach.*

5 Largè autem, ſivè in communi acceptione, quâ, apud omnes noſtris temporibus intelligitur, *duellum* diffinitur, quòd ſit *pugna armata duorum, ſivè plurium ex condicto, ad finem privatum ordinata*. In quâ diffinitione dicitur *pugna armata*, ad differentiam aliorum certaminum, quæ fiunt aut ad experiendas vires ingenii, ut ſunt diſputationes, ac certamina litteraria; aut etiam corporis, ut luctæ; & proindè, ſi duo, aut plures etiam ex condicto ſinè armis inter ſe concertarent pugnis, aut colluctatione, non dicerentur duellum commiſiſſe, nec duellantium pœnas incurrerent, ut ſcribunt Doctores. (11)

6 Dicitur *ex condicto*, quod importat tria, nempè *tempus*, *locum*, & *genus armorum*, ſivè qualitatem certaminis; *condicere* enim, ut ex *Briſſonio* docet *Calvinus* (12), *eſt diem, locumque communi conſenſu conſtituere*; itidèm, quià, ut ait *Ulpianus*, (13) *condictio eſt actio in perſonam*, & civiliter agendo, *condicebatur* adverſario non tantùm tempus, & locus, ſed etiam actio, puta, ad ſolvendum; in judicio ſiſtendum &c., ideò *condici* etiam dicitur qualitas pugnæ, ut àn pugna equeſtris, àn pedeſtris eſſe debeat, & etiam genus armorum, puta, àn enſe, haſtâ, aut armis miſſilibus dimicandum ſit.

7 Sequitur ex his, quòd, ſi aliquis diffidatur ab alio ad ſingulare certamen, deſignato loco, tempore, ac genere armorum, & ille diffidationem non acceptet, ſed dicat, *ſe paratum eſſe à quocunque invaſore ſe tueri, oblatum autem duellum minimè acceptare, ut lege divinâ, ac humanâ damnatum*; tamen ex poſt ex accidenti repertum inimicum in loco deſignato armis excipiat, & cum eo pugnet, *duellum* non poteſt dici ſecutum; nec qui fuit taliter diffidatus, ullam pœnam incurrit, ut cum *Banne*, & *Vallentiâ* docet *Sanchez*, (14) & ratio eſt, quià talis pugna non eſt ex *condicto* tempore, & loco, ſed ex accidenti.

8 Sequitur ſecundò, quòd *duellum* ſequi debet ex actu animi, ex utrâque pugnantium parte deliberati. Undè, ſi duo verbis inter ſe contendant, & rixentur, & unus dicat

(1) *C. lib. 7. Tit. 64.*
(2) *Calvin. Lexic. V. Provoare. & ibi Bart. in l. Minores. ff. de Adminiſtr. tuto.*
(3) *Pratei. lex. iur. V. Diffidare.*
(4) *arg. cap. 2. de Purg. vulg. cap. Monomachia. 2. q. 5.*
(5) *Tholoſan. Syntagm. iur. Par. 3. lib. 48. cap. 15. n. 2.*
(6) *Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. num. 1.*
(7) *Deuteronom. cap. 6. V. 16. Luc. cap. 4. V. 12. Matt. cap. 4. V. 7.*
(8) *D. Thom. 2. 2. Quaſt. 95. art. 8. ad. 3.*
(9) *text. in cap. Si non licet. 23. q. 5. & in cap. Monomachia. 2. q. 3. & in cap. 1. & 2. Extrà de Purgat. vulgar.*
(10) *Jaſon. Reginald. Floron. Saccar. Berlich. Carpzov. apud Raynal. Tom. 1. cap. 9. §. 1. nu. 4. V. Et licet duella.*
(11) *Filiuc. Tr. 15. n. 107. Bonac. de Cenſur. Diſt. 2. Queſt. 6. Pun. 2. n. 9. Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Duellum cap. 4. in fin.*
(12) *Calu. Lexic. V. Condicere.*
(13) *tex. in l. Actionum. 25. ff. de. Obligat. & actio.*
(14) *Bann. 1. 2. Quæſt. 64. art. 7. dub. 3. Valent. 2. 2. Diſp. 3. Quaſt. 17. Pun. 1. apud Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 10.*

Digitized by Google

dicat alteri, vade, ſume enſem, & in tali loco te expecto, alius autem *incontinenti* (nempè intrà totum tempus, quo in eo durare iracundiam prudenter poteſt præſumi) ſumat arma, & ad locum ſibi aſſignatum conveniat, & pugnat, non cenſeri poteſt talis pugna *duellum*, ut poſt multos, quos citat, docet *Diana*, (15) & ratio eſt, quià talis pugna non ſequitur ex animo utrinquè deliberato, ſed ortum habet ab irâ, quæ plenam deliberationem impedit, & turbat: & quamtumvis ille, qui provocatus eſt, acceſſerit ad locum, ab alio ſibi aſſignatum, non tamen poteſt dici, quòd animo deliberato acceſſerit, ſed potiùs fuiſſe ab iracundiâ ſtimulatum, & ex iracundiâ digladiaſſe, ob quod pœnas duellantium non incurrit, juxtà Doctores. (16)

9 Dicitur tandèm *ad finem privatum ordinata*, qui finis multiplex eſſe poteſt, puta, ad terminandam armis litem civilem, aut criminalem; ad procurandam ſatisfactionem, ſivè ad vindictam acceptæ iniuriæ; ad tuendum honorem proprium; aut tandèm ad oſtentandam bellicam virtutem &c. Finis autem privatus, ob quem certamen initur, integrat rationem *duelli* criminalis; nàm ob cauſam juſtam publicam, interveniente Principis auctoritate, *monomachia* delictum non eſt. Et hoc modo licita eſt *monomachia* inter duos, aut plures milites contrariorum exercituum, inita ex condicto Imperatorum utrinquè, (non quidèm ad oſtentandum militum robur, aut causâ cruenti ſpectaculi, aut voluptatis, quià, ut dicunt Doctores (17), nefas eſt medium tàm periculoſum, & atrox, ob tàm vanum finem ſuſcipere) ſed ad debilitandas hoſtium vires, & conſervandam bonam exiſtimationem exercitus apud hoſtes, quod non parvi momenti eſt ad victoriam conſequendam, pròut cenſent apud *Sanchez* (18) Doctores nuper citati.

10 Simile *duellum* legitur in Sacrâ Scripturâ, (19) ubi *Abner* Imperator exercitus ex parte *Isboſeth* condixit, cum *Joab* Imperatore exercitus *David*, ut duodecim utrinquè milites in pugnam deſcenderent *ad videndum probitatem* (hoc eſt fortitudinem) *virorum utriuſquè partis*, ut *Liranus* (20) ſcribit, ſeù ad probandum, *quis eorum robuſtiorem haberet exercitum*, ut ait *Gloſſa Rabani*, (21) ex quo factum eſt, quòd cæſis illis, qui erant ex parte *Abner*, illius exercitus animo concidit, & actus in fugam, illuſtrem victoriam conceſſit exercitui *David*.

11 Alia etiam eſſe poteſt publica cauſa nempè, quandò inter duos Principes viget bellum, quod utrinquè cenſetur juſtum ex eo, quòd jura utriuſque partis apparent confuſa, nec liquet favore cujuſnam Principis militet juſtitia: tùnc enim, ſi Principes condicunt, quòd ſelecti ex utroque exercitu milites, numero pares, pugnent in campo, & hoc pacto imponatur finis bello, victoribus, conceſſo eo, cujus causâ bellum inceptum eſt; talis pugna non ſolùm licita eſt; ſed etiam commendabilis: Ratio eſt, quià illud *duellum* loco juſti belli ſuccedit; & quemadmodùm juſtum eſt bellum, juſtum pariter reputandum eſt *duellum*, quod, ut advertit *Cajetanus*, (22) non ſolùm poteſt acceptari oblatum ab Adverſario, ſed etiam licet illud ipſi offerre; nàm majus bonum obvenit ex eo Chriſtianæ Reipublicæ, nàm evitatur tanta effuſio ſanguinis, tot hominum interneciones; tot incendia, ſtupra, direptiones, devaſtationes, & extrema mala, quæ ex diuturnis bellis contingunt, & utinam Chriſtiani Principes civiles ipſorum diſcordias, ob quas tot bellis contrà ſeipſos ſæviunt, tali certamine terminarent; ſic enim fieret, ut Chriſtianorum vires inter ſe non frangerentur, & robuſtiores evaderent, non ſolùm ad reſiſtendùm, ſed etiam ad delendam potentiam hoſtium fidei orthodoxæ.

12 Dividitur porrò *duellum* in formatum, ſivè ſolemne, & ſimplex. Solemne dicitur *duellum*, quod publicâ auctoritate committitur, nempè Principe, dante campum ſecurum (Italicè *campo franco*) interveniente condictione de loco loci, qualitate pugnæ, genere armorum, Patrinis, Spectatoribus, & tempore. (23) Simplex verò eſt certamen ſingulare, condictis tantùm tempore, loco, & armis. Adverti tamèm debet, quòd etiàm loquendo de *duello* ſimplici ad formalitatem delicti, & pœnam ordinariam incurrendam, requiritur tractatus, & deliberatio, præcedens facta, animo minimè iracundiâ actuali alterato, ut dicunt Doctores (24) communiter; & condictio armorum, temporis, & loci debet eſſe determinata, & non vaga; & ideò non ſufficit electio alicujus Civitatis prò loco pugnæ, niſi individuetur locus loci. (25) Imò dico, quòd hæc tria, puta, tempus, locus, & arma deſignata cumulativè requiruntur ad eſſentiam veri *duelli*; & altero horum deficiente, *duellum* verum non eſt. Ratio eſt, quià, ſi *Caius* diffidat *Seium*, ut tali tempore, & loco, armis minimè deſignatis, conveniat ad ſibi reddendam rationem ſuper facto tali &c. & *Sejus* conveniat abſquè armis (ad nihil enim ampliùs tenetur, etiam de ſtilo equeſtri (*legge Cavallareſca*) quàm ad conveniendum loco, & tempore, cùm *Caius* de armis mentionem non fecerit), & concertent inter ſe aut verbalibus altercationibus, aut etiam inermes pugnis dimicent, *duellum* minimè dicetur commiſſum; quià ad ejus eſſentiam requiruntur arma, ut dictum eſt ſuprà *num.* 5. Pariter ſi diffidet, ſignificando per nuncium oretenùs, aut in ſcriptis *Cajo*, ut ſuum enſem gerat, ſecum pugnaturus non diſſignato, aut tempore, aut loco, ſi ex accidenti ſibi invicem obvientur, & dimicent, *duellum* nō erit; nàm talis diffidatio præcedens eſt potiùs dicenda manifeſtatio animi hoſtilis, quàm invitatio ad pugnam, deficiente diffinitione loci, & temporis, quæ in ſententiâ om-



(15) *Farinac. Tuſc. Ricc. Graff. Suar. Ludovic. Lucen. apud Dianæ Par. 3. Tr. 6. Reſolut. 1. ℣. Dico undecimo.*

(16) *Barboſ. in Tridentin. Seſſ. 25. cap. 19. de Refor. num. 14. & ibi Joſeph. Ludovic. Deciſ. 55. Cened. & Ricc. Panimoll. Deciſ. 144. num. 4.*

(17) *Cajet. Armill. Navar. Delrio Valent. Roderic. apud Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. n. 12.*

(18) *Sanch. loc. cit. n. 14.*

(19) *lib. 2. Reg. cap. 2. ℣. 14.*

(20) *Lyran. ad lib. 2. Reg. cap. 2. ℣. 14.*

(21) *Raban. in Gloſs. Ordinar. lib. 2. Reg. loc. cit.*

(22) *Caiet. 2. 2. q. 99. art. 8. ad 3. in 5. cauſa.*

(23) *Theſaur. de Pæn. V. Duellum. cap. 1. ℣. Dicitur autem & ibi Salzed. ad Diaz Prax. cap. 103. §. Circa. Filiuc. & Sanch.*

(24) *Farinac. Conſ. 9. num. 35. Vermigil. Conſ. 194. num. 3. & 6. Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. num. 24. & 28. Nald. ſumm. V. Duellum. un. 2.*

(25) *Raynald. Tom. 1. cap. 9. §. 1. num. 11. & ibi Maſsin. Vermigliol. & Io. de Caſtill. Diana Mancin. & Carafa. de Duell. Tr. 1. Sect. 3. Quaeſt. 2. nu. 3.*

Digitized by Google

pium Scribentium ſunt de eſſentia *duelli*, ut delictum ſit.

13 Sed quid juris, ſi, dùm ſibi obviant, unus ad alium dicat, *divertamus ab hoc loco publico, & eamus ad talem locum remotum*, & alius acceptet, & ibi dimicent. Videretur dicendum cum nonnullis, (b) quòd verum *duellum* committant, quià hìc intervenit condictio armorum, loci, & temporis; ſicut etiam dicunt alii (c), verum *duellum* eſſe, quandò duo ſibi obviant, & unus alteri ait. *Veni ad talem locum, te ibi expecto*. vel ſic, *Eas ad capiendum enſem, hìc te expecto*; *vel in tali loco*; ſiquidèm etiam in hoc caſu videntur *ex condicto* depugnare. Sed puto, aliter eſſe dicendum cum *Graffio*. (d) Ratio eſt, quià, ut paulò ſuprà dictum eſt, condictio pugnæ debet fieri ex præmeditatione; & animo, minimè alterato ab irâ; & in tempore ſufficienti ad deliberandum. In caſibus autem ſupradictis non videtur, quòd invitatus acceptet pugnam ex præmeditatione; nàm ſtatim, ac provocatum ſe audit, ad locum certaminis pergit; nec tempus habuit præmeditandi, ac deliberandi animo minimè occupato: ſiquidèm provocatio ad pugnam, animum provocati accendit ad iram, quæ impedit intellectum, nè advertat malum, quod committitur ſic depugnando, aut pœnas, quas incurrit ex Divinâ, ac humanâ lege, qui ſic digladiatur. Quamvis autem in primò caſu dici poſſit, quòd provocatus ex præmeditatione gerat enſem, pròut ſibi antè fuerat intimatum; non tamen dici poteſt, quòd ex præmeditatione depugnet. Quià provocans intimando alteri, quòd gerat enſem, manifeſtat tantùm animum hoſtilem ergà alium, ut ſuprà dictum eſt; undè, ſi hic ex præmeditatione, armatus enſe, incedit, ad ſui defenſionem facere cenſetur; & in hoc formalitas *duelli* non reperitur; ſi exindè pugnant *ex condicto*, prout dictum eſt, minimè *duellum* dici poteſt, quià condictio non fuit præmeditata.

14 In his autem caſibus advertendum eſt, quòd, ſi provocans intimat tantùm alteri, ut enſe accinctus incedat, locumque, ac tempus confligendi minimè deſignet, ad ſolùm finem evadendi pœnas duelli; provocatus etiam enſe armatus incedat non ad ſolam defenſam, ſed adcongrediendum cum alio, ac unus alium quærit, & ſibi obviàm facti depugnent; alia danda eſt reſolutio. Ratio eſt, quià tunc intervenit condictio loci, temporis, ac armorum; quià utrorumque mens eſt ſimul enſe committere, in quocunque tempore, & in quocunque loco ſibi obviabunt. Nec facit in contrarium, quòd tempus, & locus debeant eſſe determinata ex condicto, ut ſuprà dictum eſt, & in hoc caſu determinata non ſint. Quià dicitur illa ſatìs determinata eſſe, cùm utrorumque animus conveniat in eo tempore, & loco, quo ſibi obviabunt, licèt hæc minimè ſint illis nota. Verum *duellum* abſque dubio eſſet, ſi unus alium diffidaret ad ſecum enſe pugnandum, die, quâ Princeps exibit de Civitate, & extrà portam Civitatis, per quam Princeps egredietur; & ſic ex condicto pugnarent: quià tempus, & locus jam determinata ſunt, ſicut & arma; quàmvis illa fuerint incognita duellantibus, & tantùm in genere condicta. Ità eſt in caſu; nàm, quàmvis duellantes ignorent, quo loco, & tempore ſibi obviabunt; condixerunt tamen animo ibi, & tunc congredi; undè & verum *duellum* eſt, & pœnis ſpiritualibus ſaltèm in foro animæ ligantur.

15 Verum pariter *duellum* eſt, ſi duo ex condicto conveniunt ad pugnam in loco deſignato, & invenientes illum cæno, aut lapidibus obſitum, ad alium locum, ab impedimentis liberum, pergerent. Quià, licèt hìc novus locus non fuerit præmeditatus; tamen, quià animus congrediendi jàm in ipſis fuit, nec mutatus eſt ob deprehenſionem prioris loci incommodi, fit ut hìc novus locus, ab ambobus electus prò campo pugnæ, dicatur ex condicto electus, & præcedente præmeditatione maturatâ; & ipſe ſuccedit in locum primò deſignatum; undè nihil tollitur de verâ ratione *duelli*.

16 Controvertunt porrò Doctores, àn aliquandò ob privatam cauſam (nàm ex publicâ aliquandò licere, dictum eſt ſuprà *num*. 9.) licitum ſit *duellum* Principi inter Subditos in caſu particulari permittere, & concludunt, quòd, ſtando in jure Civili, poſſint ex cauſâ gravi Principes permittere *duellum*, (26) ſecùs autem eſt de jure Canonico, in quo omnis humani ſanguinis effuſio, aut ipſius periculum diſtrictè prohibetur. Optimè quidèm factum eſt, pernicioſiſſimam conſuetudinem, à Diabolo, qui *fuit homicida ab initio* inventam, & Orbi invectam, ſeveriſſimis pœnis coercere, nè levi quâvis ex cauſâ, ut communiter contingebat, homo in hominem ſæviret. At, ut verum fatear, ſi licèt ad majus malum evadendum minùs permittere, (27) undè ad evitanda adulteria, & graviora luxuriæ ſcelera, lupanaria permittuntur, videre neſcio, quomodò in aliquo caſu particulari cum cognitione cauſæ, & ſi aliundè remedium non ſuppetit, non poſſit Princeps *duellum* permittere.

17 Sanè, quandò duo ſunt inimici potentes, ac Nobiles, qui nec auctoritate Principis, nec amicorum operâ poſſunt pacificari, ſatius eſſet illis concedere facultatem, ut inter ſe digladiarentur, quàm eos in vigente inimicitiâ relinquere. Nàm, bone Deus, quot mala, quot peccata, quot animarum, ac corporum perditiones, quot innocentium mortes ex duratione inimicitiæ proveniunt? Namquè tales principales inimici in conſequentiam trahunt ſecum agnatos, cognatos, & amicos, & ità ex privatâ duorum ſimultate plures familiæ ad actus hoſtiles deflectunt, ex quibus animæ eorum in malo ſtatu perſeverant; componuntur factiones, quibus Reſpublica ſubvertitur, & quod pejus eſt, etiàm mortuis principalibus, in familiis perdurat inimicitia. Intereà quot mortes innocentium ſequuntur. Quilibet ſibi ſicarios, quibus aſſocietur, aſciſcit, quorum ſtudium eſt alienæ factionis viros interficere, & crudelitatis, ferinæque fortitudinis ſpecimina de ſe dare. In illis alendis ſubſtantiæ familiares pereunt; aggravantur ultrà fas Coloni, à quibus extorquetur, quo illi manuteneantur, contrahuntur debita, quibus ſolvendis impares ſe reddunt debitores; non ſatisfit Legatis defunctorum ſub excuſatione impotentiæ; & tandèm familiæ ipſæ, quàmvis antiquæ nobilitatis, & divitiarum affluentia ſpectabiles ad extremam inopiam rediguntur, ex quo fit,

(b) *Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 28. Filiuc. Tract. 29. cap. 8. nu. 112. Bonac. de Cenſ. in commun. Diſp. 2. Quæſt. 6. Pun. 2. num. 6.*

(c) *Peregrin. de Duell. Quæſt. 15. num. 3. Bonacin. de Cenſur. extr. Bull. Diſp. 2. quæſt. 3. Pun. 48. num. 7. Barboſ. ad Trident. Seſſ. 25. cap. 19. nu. 10.*

(d) *Graff. Aur. deciſ. lib. p. cap. 7. nu. 22.*

(26) *Bald in l. Ex hoc jure. in 7. quæſt. in fin. ubi etiam Iaſ. col. 4. & ibi. Claud. de Seyſel. ff. de Juſt. & jur. Dec. Conſ. 487. & Conſ. 686. Decian. Tr. crim. lib. 2. cap. 19. n. 4.*

(27) *arg. tex. in l. ult. in fin. C. de F. d. juſſ. legis virtus. ff. de legi. cap. Omnis. 3. Diſt. D. Thom. 1 2 q. 93. art. 3. ad. 3. & 2. 2. q. 10. Art. 11. aſir Covaru. Tiraquel. Azor. Sanch. Suar. apud Barboſ. Axiomat. 141. nu. 7.*

ſit, ut Reſpublica ipſa ex ipſarum deficientiâ non modicùm detrimentum patiatur. Omnia itàque mala hæc intercideren, ſi Princeps principalibus *duellum* permitteret. Undè non condemnarem Principem, qui in caſu raro, ac particulari tale *duellum* permitteret; nec puto, Summos Pontifices, qui interdicunt quibuſvis Principibus (ut dicemus inferiùs), nè *duella* permittant, voluiſſe talem caſum comprehendere, in quo permiſſio *duelli* eſſet ordinata ad præcavenda majora mala; ſed tantùm voluiſſe, nè paſſim; aut ex levi cauſâ; aut quandò per alia media, magis congruentia poteſt tolli inimicitia; *duella* à Principibus permitterentur.

18 Dubium autem eſt, utrùm *duellum* criminale committerent duo, qui ad captandam famam fortitudinis, aut ad reſarciendum honorem in opinione hominum, ex condicto depugnarent, inito inter ſe, ac ſecreto pacto, nè ſe invicèm vulnerarent. Reſolvunt autèm Doctores (28), quòd non incurrerent peccatum mortale, & ex conſequenti, neque Cenſuram prò foro animæ, ſed benè prò foro fori; & ratio eſt, quià in tantùm *duellum* prohibetur, in quantùm in eo homo ſe exponit periculo aut mortis, aut homicidii; in caſu autem propoſito ceſſaret utrumque, & ideò nec peccatum, nec Cenſura incurritur. Sed, quià pactum inter duellantes initum de non vulnerando, occultum eſt, fori externi Judex judicat criminale eſſe certamen, ex eo, quòd apparenter ad ſenſum tale apparet; undè in foro fori congredientes tùm Cenſuram, tùm alias pœnas incurrerent.

19 *Duellum*, ut præfertur, ità acceptum prohibuerunt Summi Pontificis Julius II., Leo X., Clemens VII., & Pius IV. antè *Concilium Tridentinum*; mox Concilium ipſum graviſſimo Canone idem interdixit; ex pòſt *B. Pius V.*, *Gregorius XIII.*, & tandèm *Clemens VIII.* omnium prædeceſſorum Bullas, & *Tridentini* diſpoſitionem confirmavit, ac pœnas ampliavit, de quibus ſuo loco infrà dicetur.

20 Quià verò tùm à citatis Pontificibus, tùm à *Tridentino* eiſdem pœnis percelluntur cum principalibus duellantibus ii, qui auxilio, conſilio, favore &c. ad *duellum* concurrunt, operæ prætium eſt eos tùm generaliter præſtringere, tùm ſpecialiter explicare. Dico igitur, quòd omnes illi, qui influxum aliquem habent in *duellum*, ſinè quibus aut non fieret, aut ægrè, & difficulter, comprehenduntur in tali diſpoſitione. Si enim non habent influxum in *duellum*, non dicuntur de tali crimine participare.

21 Participant porrò in ſpecie primò conſulentes *ſivè in jure*, *ſivè in facto*, *ſive quàcunque aliâ ratione* (29), ut ait *Tridentinum*, ii porrò ſunt, qui conſulunt in jure equeſtri (*Legge di Cavalieri*) & decidunt, àn prò tali verbo, dicto, facto, geſtu &c. provocandus ſit aliquis ad *duellum*; ſivè conſulunt ſuper facto, de quo anceps eſt res, àn intervenerit injuria, nec nè, & reſolvunt eſſe duellandum; *ſivè quâcunque aliâ ratione*, ut ratione inimicitiæ privatæ ipſius conſulentis contrà eum, quem eſſe provocandum conſulit &c.

22 Secundò, participant illi; *qui ſcripta*, *Manifeſta*, *ſeù fides vulgò appellata* (30) componunt, quæ ſunt quaſi præparatoria *duelli*, nàm talibus ſcriptis, quàſi quibuſdam libellis famoſis mordetur adverſarii fama, qui taliter laceſſitus, ac provocatus ad *duellum*, diffidare quodammodò cogitur prò reparatione proprii honoris. Hoc autem ſic accipiendum eſt, ſi compoſitor talium ſcriptorum haberet prò objecto talis compoſitionis *duellum* ipſum; hoc eſt ſciens, & volens, componeret, ut ex manifeſtatione talis ſcripti *duellum* naſceretur; aliter non incurreret pœnas *duellantium*, ſed compoſitoris *libelli famoſi*. Ratio eſt, quià, ſicùt motus ſpecificatur à termino, ſic delictum ſpecificatur à fine. Undè, ſi in intentione componentis non fuit *duellum*, hoc crimine minimè deliquit.

23 Tertiò, participant illi qui earùndem rerum *narrationes*, *denunciationes*, *declarationes*, *ſeù teſtificationes* oretenùs, publicè, aut privato loco, ubi multi conveniunt, faciunt (31) ad hunc tamen effectum, ut ex talibus dictis occaſio *duelli* naſcatur.

24 Quartò, participant illi, qui ſcripta, provocatoria ad duellum (*cartelli di ſfida*), quæcunque illa ſint, *dictaverint*, *compoſuerint*, *ſcripſerint*, *miſerint*, *detulerint*, *divulgaverint*, *affixerint*, *exemplaverint*, *impreſſerint*, *ſubſcripſerint*, *intimaverint*, *verbo annunciaverint*, *aut atteſtati fuerint* (32)

25 Quintò, participant illi, qui circà prædicta ſcripta provocatoria, ut præfertur, *auxilium*, *conſilium*, *operam*, *favorem præſtiterint*, *ſuaſerint*, *mandaverint*, *aut quomodòlibet ſe immiſcuerint*, etiamſi nulla actualis provocatio, aut actus, ad pugnam proximus, aut remotus ſecutus ſit (33)

26 Sextò, participant *Patrini*, aſſumpti à pugnantibus in *duello*, ac alii, *inter quos pactiones initæ ſunt* de dirimendo *certamine*, *cùm primum alteruter pugnantium fuerit* vulneratus, aut certus *ictuum numerus utrinquè illatus fuerit*. (34) Hoc tamen intelligendum eſt, quandò talis diremptio certaminis (poſt vulnus, aut, ut vocant primum ſanguinem, ſivè tot ictus) eſt condicta inter duellantes; ſiquidem paciſcentes, ut præfertur, influxum haberent in *duellum*. At ſi duo amici duellare volentium non potentes totaliter impedire *duellum*, paciſcerentur inter ſe, ut, inſciis duellantibus, pugnam poſt primum ſanguinem dirimerent, non inciderent in pœnam; ſiquidèm nullo modo influerent ad *duellum* committendum, ſed ad eum potiùs in ſui proſecutione impediendum.

27 Septimò, participant duelli *ſpectatores ex compoſito* (35) ut ait *Gregorius XIII.* Putat *Sanchez*, (36) eos etiam *ſpectatores duelli* Cenſuram incurrere, qui datâ operâ ob curioſitatem duellantes aſpicerent, ſecùs autem, ſi obitèr tranſeundo per locum *duelli* pugnam reſpiciant, & ratio ejus eſt, quià palàm intervenientes multam augent animos ad pugnam. Sed me Judice, *ſpectatores ex compoſito* non poſſunt dici qui data opera, ex ſua ipſorum ſola curioſitate aſpiciunt. Ratio eſt, quià dictio *ex compoſitò*, ut ex *Briſſonio*, & *Prateio* ſcribit *Calvinus*, (37) idem ſignificat, ac *ex pacto*.

Spe-

(28) *Filiuc. Bonacin. & Diana apud Caraf. Tr. de Duell. Tract. p. Sect. 3.*
(29) *Trident. Seſſ. 25. de Refor. cap. 19.*
(30) *Clemen. VIII. Conſt. Illius vices. Dat. 16. Cal. Septemb. 1592. §. 6.*
(31) *Clemen. VIII. loc. cit. ℣. Nec non quaſcunque.*
(32) *Clemen. VIII, loc. cit. ℣. Volentes eos omnes.*
(33) *Clemen. VIII. loc. cit. ℣. Quive aliis.*
(34) *Clemen. VIII. loc. cit. §. 5. ℣. Nec non.*
(35) *Gregor. XIII. Conſtit. ad tollendum. 24. Decemb. 1582.*
(36) *Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 31.*
(37) *Calvin. lex. ℣. Componere eſt multas.*

Digitized by Google

& hoc non ad defenſam, quià Monachus jàm injuriare deſierat; undè cenſuram non evaſiſſet.

74 Maxima tamẽ Judicibus Regularibus opus eſt prudentia, nè omnes percuſſores titulo defenſionis, aut motus primò primi abſolvant à pœnis Statutariis; nevè omnes indifferenter condemnent minimè ponderatis rationibus ſupradictis: omnes enim aut abſolvendo, aut condemnando, æqualiter juſtitia læderetur. Ideò habenda eſt accurata ratio circumſtantiarum omnium perſonæ, loci, modi, temporis, occaſionis, quæ in facto interveniunt, ut diſcernant, num quis ad defenſam, aut motu primo percuſſerit, aut non.

75 Dico proindè, quòd, ſi injurians alium impetu, inſultat versùs eum, pergendo manu aut inermi, aut armatâ, iſte verò ſe non movet de loco, ubi eſt, ſed alium expectat, & ſtatim percutit; ſivè etiam ſi injurians loco ſuo non movetur, verbis tamen injuriare non deſinit, non obſtante verbali defenſione, per alium factâ, injuriatus autem ad eum vadit, & percutit, ut injuriare ceſſet, & hæc per Teſtes concludenter probentur, debet percutiens abſolvi, quià probata remanet juſta cauſa defenſionis. Si probat ſolùm per unum Teſtem, & militant favore ſui adminicula, puta quià iſte eſt homo quietus, alius verò rixoſus &c. debet pariter abſolvi, quià præſumptiones de jure prò ſe induunt rationem probationis, & transferunt in adverſarium onus probandi contrarium.

76 Si autem præſumptio pro percutiente debilis eſt, quia probata quidèm præſumptivè manet provocatio, non tamen quòd *percuſſio* fuerit ad defenſam, debet provocatus percutiens extraordinariè puniri. Ratio eſt, quià delinquens ex provocatione non delinquit ex pleno dolo; undè aliquid de pœnâ ordinariâ ſibi eſt minuendum. Provocans autem, & inſimul percutiens debet puniri ad rigorem Statuti, & fortè etiam acriùs, quàm ſit pœna ſimpliciter percutientis; ſiquidèm duo delicta ſunt diſtincta, *provocatio*, & *percuſſio*, proindè etiam pœnæ debent cumulari.

77 Quod autem dictum eſt de diſcernendo, àn quis percuſſerit ex provocatione ad defenſam, obſervandum eſt ad judicandum, àn percuſſerit ex primo motu, & hoc colligi poteſt à naturâ percutientis, ſi eſt ad bilem proclivis: à qualitate injuriæ, nempè, ſi eſt in ſe gravis, aut in exiſtimatione illius valdè infamatoria. à tempore, à loco, à modo, nempè, ſi ſtatim audivit injuriam, excanduit; in injuriantem inſurrexit, percuſſit &c. Et in hoc agnoſcendo deſideratur Judicis ſagacitas, prudentia, & integritas, ſpoliata ab omni paſſione.

78 Nona dubitatio eſt, Quiſnam dicatur provocator, quandò injuriæ ſunt reciprocæ, puta, quandò unus injuriat, alius autem graviùs reinjuriat?

79 Reſpondeo, quòd frequens eſt caſus hic, nec tamen reperire mihi licuit Doctorem de hoc ſcribentem. Dico tamen, quòd, ſi unus alium provocat, ut dicendo, *tu es filius birruarii*, & alius replicat, *tu es baſtardus, & filius meretricis*, ambo dicendi ſunt provocatores. Ratio eſt, quià primus, qui injuriavit, liquet, quòd provocavit; alius autem, quià non parem injuriam inuſſit, ſed majorem acceptâ, pariter alium provocavit; quià poſito, quòd dicendo, *tu es baſtardus*, æqualem injuriam acceptæ reddiderit, & ſic ad ſui defenſam fecerit; dùm addit, *es filius meretricis*, cùm ad ulteriores injurias verborum, aut verberum accendit; & ſic provocatio aliâ provocatione compenſatur. Undè, ſi ſequantur reciprocæ percuſſiones, ex æquo ſunt puniendi,

80 Decima dubitatio eſt circà quartum, & quintum Statutum, datum ſuprà *num.*13. & 14., & eſt, ex quo ibi ſancitæ ſunt aliæ, ac aliæ pœnæ contrà percutientes *Provinciales*, aut *Generalem* majores, quàm ſint pœnæ percutientium alios Religioſos, àn percutiens Superiorem localem, majorem ordinariâ percutientium pœnam mereatur?

81 Reſpondeo, quòd Textus circà hoc decurtatus eſt, nàm ponit tantùm pœnas percutientium Generalem, aut Provincialem. Supplendus proindè eſt Textus ex *Valliſoletanis*, quæ ità habent (58) *Quicunque Prælatum Localem gladio percuſſerit, & mors ſecuta fuerit, ad triremes perpetuò condemnetur. Si autem mors ſecuta non fuerit, ad triremes mittatur, Superiorum arbitratu.* Textus quidèm hujus Statuti clarus eſt; advertere ſolùm oportet, quòd hìc loquitur de *Prælato Locali*, proindè accipiendus eſt tùm de *Guardiano*, tùm de *Præſide*, aut *Vicario* in capite, illo nempè qui Superiorem Localem non habet ſuprà ſe, nàm omnes iſti ſunt *Prælati Locales*. Vicarii autem Conventuum, qui ſuprà ſe habent Guardianum, non cenſentur hoc nomine: proindè qui *Vicarium* percutit, non tantam pœnam meretur, ſicut qui verberat *Guardianum*, aut alium Superiorem Localem, prout benè probat *Rodericus*. (59) Advertendum autem, quòd *Statuta Generalia Ordinis Sambucanæ* (60) habent. *Si quis Prælatum Localem gladio, aut baculo, aut quovis inſtrumento percuſſerit, & mors ſecuta fuerit, ad triremes mittatur, Superioris arbitrio*, & citant ad marginem *Statuta Salmanticen. cap.7.* Sed hoc Statutum à Compilatore more ſuo corruptum eſt; & in *Salmanticenſibus* nec verbum de illo habetur. Convincitur ideò fuiſſe deſumptum à citatis *Valliſoletanis*, ſed mendoſè, nàm illa loquuntur de percutiente *Prælatum Localem gladio*, puta, gravi vulnere inflicto, gladio, aut altero inſtrumento apto ad occidendum; hoc verò ait *baculo, aut quovis inſtrumento*, quòd interpretari poteſt etiam de eo, quòd de ſe aptum ad graviter lædendum non eſt. Pariter vitiatum eſt in eo, quòd Valliſoletana volunt, quòd ſecutâ morte, Reus *perpetuò ad triremes condemnetur*, & *Sambucanum* habet, *ad triremes mittatur, Superiorum arbitratu*. Ideò hoc attendi non debet.

82 Undecima dubitatio eſt, an pœnâ percutientium Prælatum Localem puniri debeat, qui percutit *Diſcretum, ſeu Patrem Ordinis, aut Provinciæ, Cuſtodem, Diffinitorem, Lectorem Jubilatum*, aut *Emeritum*, aut actualem Sac. Theologiæ, qui cenſentur digniores *Prælato* Locali, cum ipſum præcedant.

83 Reſpondeo, quòd in jure (u) habetur, quòd *qui manus intulit Præpoſito, capite puniendus eſt: & augetur petulantiæ crimen dignitate Præpoſiti*. Videmus proindè, quòd rationabiliter pœnæ in recitatis Statutis augentur contrà percuſſores pro majori, ac majori dignitate *Prælati* percuſſi. *Prælati* enim *Magiſtratũ* gerunt, & in ſententiâ *Ariſtotelis* (x), qui *Magiſtratum* offendunt, ultimo ſupplicio affici debent. Non ſic autem eſt de aliis, qui

(58) *Stat. Valliſolet. 1593. cap.7. Tit. de Min. & man. viol. §. final.*
(59) *Roderic. Quæſt. Regul. 34. art.2. V. Ex his Tom.2.*
(60) *Stat. Gen. Ord. cap.7. §.6. n.53.*
(u) *text. in l. Omne delictum. §. Qui manus. ff. de Re milit.*
(x) *Ariſt. Ethic. lib.5. cap.5.*

Digitized by Google

qui functi *Magiſtratu* ſunt; quantumvis enim ratione muneris adminiſtrati, aut Officii, quod gerunt, ſint cæteris ſpectabiliores in Religiosâ Republicâ, & ſpetiali honore ſedendi, præ cæteris decorentur, non tamen ſunt habendi in eâ conſideratione, in quâ habentur *Prælati*, qui ſunt veluti Patres in Religiosâ familiâ, ut proindè qui eos occidunt, ſimilitudinarium parricidium committant, ut ſcribit *Rodericus*. (z) Reſolvitur ergò ex his, quòd, quàmvis *Patres Ordinis*, & *Provinciæ* &c. ſint digniores *Prælato* Locali, non tamen actualem *Magiſtratum* gerunt, ratione cujus tanta pœna debeatur eum offendenti. Et ſic ſentit etiam *Rodericus* (a) qui vult non deberi tantam pœnam percutienti *Diffinitorem* (& eadem eſt ratio de aliis, habentibus dignitatem, præeminentiam, aut officium ſinè juriſdictione) ut percutienti *Prælatum*. Verum eſt, quòd, cùm ex dignitate perſonæ offenſæ creſcat crimen, creſcere debet etiam pœna; proindè arbitrio Judicis, majori pœnâ puniendus eſt, qui aliquem ex *Patribus Ordinis*, aut *Provinciæ* percutit, quàm ſi aliquem ex gregariis Religioſis percuteret; non tamen eâ, quæ in Textu aſſignatur prò percutiente Prælatos. Et par conſideratio habenda eſt, ſi Laicus Converſus percuteret Sacerdotem aut Clericum.

84 Duodecima dubitatio eſt, quomodò regulandæ ſint pœnæ Religioſi noſtri, percutientis perſonas extrà Ordinem?

85 Reſpondeo, quòd circà perſonas extrà Ordinem, quæ ſpeciali notâ dignæ non ſunt, tàm ſi fuerint Eccleſiaſticæ, quàm ſi fuerint Laicæ, ut, puta, Clericus, seù Sacerdos ordinarius Secularis, aut Regularis; ſivè unus ex Laicis carens ſpetiali diſtinctivo, ut *Prætoris, Judicis, Gubernatoris* &c. aperta eſt diſpoſitio Textus loquentis ſuprà *num. 9.* qui loquitur de perſonis *in Ordine, & extrà*; undè circà *percuſſiones* leves, aut graves, factas perſonæ extrà Ordinem, ut præfertur, res regulanda eſt iiſdem pœnis, ut percutiendo Religioſum ordinarium. Et quàmvis incongruum videatur, quòd par pœna impendatur, quandò percutitur Laicus, ſicut cùm læditur Religioſus, qui diſpares in ſtatu ſuo ſunt, ut liquet; tamen Statutum conſiderat ſcandalum, quod oritur ex *percuſſione* perſonæ extrà Ordinem; & hoc auget crimen in tantùm, ut reputetur à Statuto æquale delicto percutientis intrà Clauſtra perſonam Religioſam, quàmvis hæc dignioris ſit ſtatus, quàm Laicus.

86 Sed reſpectu perſonarum extrà ordinem, quæ notâ ſpetiali dignificantur, optimè ait *Sanflorus*. (61), ſervandam eſſe analogiam pœnæ ad pœnam, ut perſonæ intrà Ordinem ad perſonam extrà eum. Currit porrò analogia inter *Guardianum*, ſeù alium *Prælatum* in Ordine, & *Parochum*, quò ad Eccleſiaſticos ſæculares, & *Prætorem*, *Poteſtatem*, *aut Judicem*, quò ad Laicos, & ratio eſt, quià omnes iſti ſuis reſpectivè Subditis localiter præſunt. *Prælatus Provincialis* in Ordine correſpondentes ſibi, extrà Ordinem, habet *Epiſcopum*, ſeù *Ordinarium*, & *Rectorem*, ſeù *Gubernatorem* Urbis; quià omnium iſtorum juriſdictio extenditur *per Provinciam, Diœceſim*, & *Comitatum*, *Ducatum*, aut *Principatum Urbis*. *Generali* tandem in Ordine correſpondet *Archiepiſcopus*, ſeù *Primas* intèr Eccleſiaſticos, & *Præſes*; ſeù *Gubernator* totius Status, qui ſub ſe plures Urbes habet. Pœnæ igitur, quæ in Textu aſſignantur percutienti intrà Ordinem *Prælatum* Localem, *Provincialem*, aut *Generalem*, applicandæ ſunt perſonis extrà Ordinem ſibi reſpectivè correſpondentibus. Ratio eſt, quià ſimilitudo Officii importat analogiam dignitatis, & prò dignitate perſonæ offenſæ, creſcit injuria, & crimen, (62) creſcere proindè, & aptari debet pœna ad inſtar offenſæ dignitatis.

87 Tertia decima dubitatio eſt, à quonam abſolvendus prò foro fori à vinculo Excommunicationis ſit Religioſus, qui percuſſit Clericum Sæcularem, aut Religioſum alterius Ordinis?

88 Reſpondeo, quòd de jure communi, ſi Monachus percutit Monachum alterius Monaſterii, debet abſolvi ab Abbate tùm ſuo, tùm Monachi percuſſi, ut habetur in quâdam Decretali (63), ubi ex *Hoſtienſi* notat *Abbas*, quòd Abbas Monachi percuſſi debet virgâ percutere nudos humeros ejus, qui abſolvitur, dum hic genuflexus recitat totum Pſalmum *Miſerere mei Deus* &c. Abbas autem percutientis debet proferre verba abſolutionis. Et quàmvis citata Decretalis loquatur de Abbatibus, tamen hoc debere extendi ad alios Superiores Regulares, docet ibidem citatus *Abbas Panormitanus*.

89 Si verò percutiat Clericum Sæcularem, de jure antiquo non poterat abſolvi niſi à *Papâ*, ut habetur in citatâ proximè *Decretali*, ſed hæc correcta eſt per aliam, (64) in quâ hujuſmodi abſolutio conceſſa eſt Epiſcopis. De jure autem privilegiato, pròut probat *Rodericus* (65), communiter receptus, ut teſtatur *Sanctorus* (66), poſſunt Prælati Regulares abſolvere etiam nominatìm excommunicatum Subditum ſuum ob iniectionem manus violentæ in Clericum quemvis. Advertendum autem, quòd abſolutio iſta eſt tantùm prò foro animæ; & in foro fori tantùm prò percuſſoribus fratrum ſuorum, reſpectu quorum non requiritur partis ſatisfactio, cùm ſint ambo ejuſdem Religionis, nempè percutiens, ac percuſſus, ut infrà dicam.

90 Caſu igitur, quòd *Frater Minor* percutiat Regularem alterius Ordinis, debet Reus abſolvi per Superiores nempè percuſſi, & percuſſoris unitìm; ità ut Superior percuſſi cædat Reum virgâ ut ſuprà dictum eſt; alius verò à Cenſurâ abſolvat, Fundamentum hujus diſpoſitionis eſt, pròut explicant *Gloſſa*, & *Hoſtienſis*, & ex illis *Abbas* (67) Quià Religioſus eſt ſicut filius, Superior autem ejus eſt ut paterfamilias. Sicut ergò injuria, facta filio, patrem contingit, qui argumento cujuſdam legis (68) videtur injuriam paſſus, ità Superior de ſuo Subdito percuſſo ſatisfactionem recipit, verberando percuſſorem. Addit autem loco citato *Hoſtienſis*, quòd, ideò Abbas Monachi percuſſi vocatur ad abſolutionem, quià prò injuriâ illatâ debet fieri, ſeu dari ſatis-

(z) *Roderic. Tom. 2. Quæſt. 34. art. 1. V. Ex his.*
(a) *Roderic. loc. cit. art. 2. V. Neque ego.*
(61) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. Quæſt. 5. V. Reſpondeo tertiò fol. 97.*

(62) *l. Prætor. edixit. §. Atrocem. ff. de Iniur. Gloſſ. in cap. Cum illorum in V. In Epiſcopum de Sent. Excommun.*
(63) *text. in cap. Cum illorum §. Si verò ubi Abb. nu. 13. de Sent. Excommun.*
(64) *text. in cap. Religioſo. junct. Gloſſ. in V. Eo caſu. de Sent. Excom. in 6.*
(65) *Roderic. Tom. 1. Quæſt. 20. Art. 12.*
(66) *Sanctor. Comment. cap. 2. Stat. 14.*
(67) *Gloſſ. in cap. Cum illorum in V. Paſſus eſt, ubi Hoſtien. & Abb. n. 13. de Sent. Excommun.*
(68) *§. 2. Inſtit. de Iniur.*

Digitized by Google

ſatisfactio Monaſterio percuſſi, etiam in pecuniâ; ſed cum percutiens non habeat proprium, undè ſatisfaciat, nec debet teneri Monaſterium ex delicto ſuo, ſtatutum fuit in compenſationem injuriæ, quòd Abbas Monachi percuſſi vocetur.

91 Si verò Regularis percutit Clericum Sæcularem, dico cum *Sanctoro*, (69) quòd ſatisfactâ parte, percuſſor debet à proprio Superiore abſolvi, etiam prò foro fori, nec poteſt *Epiſcopus* prætendere, quòd ab eo abſolvatur. Ratio eſt, quià *Epiſcopus* non poteſt ferre ſententiam declaratoriam, quòd Regularis, qui Clericum Sæcularem percuſſit intrà Clauſtra, ſit excommunicatus vitandus, ut probat *Bordonus* (70), quià Epiſcopus ſuprà Regulares, delinquentes in ſuo Clauſtro, nullum jus habet. Nec pariter, ſi percutiat Clericum extrà Clauſtra, ut cum *Portello* probat idem *Bordonus* (71), igitur nec poteſt prætendere ipſum abſolvere, cùm iſte ſit actus majoris juriſdictionis.

92 Pariter capitulum illud (72) non dicit, quòd *debeat* abſolvi ab *Epiſcopo* Regularis percuſſor Clerici, ſed, quòd *poſſit ab Epiſcopo abſolutionis beneficium exhiberi*, undè deducitur, quòd talis abſolutio non eſt obligatoria, ſed facultativa, undè concluditur; quòd *Epiſcopus* non poteſt prætendere, quòd Regularis percuſſor Clerici ſe præſentet coràm eo, ad obtinendum beneficium abſolutionis, ut ultrà *Bordonum* locis ſuprà citatis probant *Ceſpedes*, & iurium Regularium acerrimus propugnator *Paſqualigus* (73), attento maximè, quòd ex privilegio *Bonifacii IX.*, quod ibidem per extenſum recitat idem *Paſqualigus*, Superiores Regulares habent facultatem abſolvendi in utroque foro Subditos ſuos, *manus violentas in Confratres, vel alios quoſcunque Clericos, etiam uſquè ad ſanguinis effuſionem, & enormem læſionem*, iniicientes.

93 Nec contrà datam reſolutionem facit, quòd, ſicut Regularis alium diverſi Clauſtri percutit, non abſolvitur ſinè interventu Superioris eius, qui percuſſus eſt, ità nec poterit abſolvi percuſſor Clerici Sæcularis ſinè interventu *Epiſcopi*, qui eſt *Prælatus* illius.

94 Quià negatur paritas, & ratio eſt, quià non ità eſt Clericus reſpectu *Epiſcopi*, ut Regularis ſub ſuo Prælato. Quià Regularis non habet independenter à ſuo Prælato velle, aut nolle, nec poteſt ſuam injuriam proſequi, aut in iudicio ſuper eâ agere, ut ſcribunt communiter Doctores. (74) Undè in hâc materiâ Religioſus æquiparatur ſervo, aut filiofamilias iuxtà regulam, quam tradunt Juriſperiti, (75) & Canoniſtæ. Sequitur proindè, quòd ad Superiorem ſpectat agere contrà iniuriantem eius Subditum; iniuriam remittere; ſatisfactionem ſuper eâ prætendere, & recipere, ut Dominus prò ſervo, & Pater prò filio; ut doctè proſequitur loco citato *Paſqualigus*.

95 Non ſic autem eſt de Clerico Sæculari, quià ipſe eſt ſui iuris, & in iudicio tùm civiliter, tùm criminaliter, & independenter à ſuo *Epiſcopo*, poteſt ſuam iniuriam proſequi, & ſuper eâ ſatisfactionem debitam prætendere, & recipere. Et ex hoc ſequitur, quòd actionem competentem Clerico, ratione iniuriæ, ſibi illatæ, non poteſt Eccleſia remittere (76), ut docet *Abbas*, & proindè nec *Epiſcopus*. Non currit igitur paritas inter Clericum, & Monachum, nec inter *Epiſcopum*, & *Abbatem*; & ità non poterit *Epiſcopus* prætendere abſolvere Regularem, qui illius Clericum percuſſit, ſicut *Abbas* intervenire debet prò abſolutione eius, qui Monachum verberavit.

(69) *Sanctor. de Pæn. cap.14. Quæſt.13. V̇. Reſpondeo inter graves, fol.82.*
(70) *Bordon. Controv.44. Quæſt.4. nu.5.*
(71) *Bordon. Var. Reſol.7. q.7. num.11. V̇. Oppoſitum & Reſol.28. quæſt.26. n.60. Portel. V. Epiſcopus nu.9.*
(72) *cap. Religioſo de Sent. Excommun. in 6.*
(73) *Ceſped. de Exemp. Regular. cap.19. Dub.305. num.2. Paſqualig. Addit. ad Laurer. de Franch. Par.2. Quæſt.21. nu.2.*
(74) *Abb. in cap. Parochianos num.3. de Sent. Excom. Dec. in cap. In præſent. n.223. de Probat. Franc. in cap.2. nu.6. Ne Cler. vel Monach. Angelic. Roſell. Armilt. Sylv. Antonin. Decian. Cævall. Farinac. apud Paſqual. l.cit. Quæſt.107. nu.2.*
(75) *DD. in Authen. Cauſa. C. de Epi. & Cler. & in cap. Cum dilectus. de Reſcr.*
(76) *Abb. in cap. Parochianos nu.4. de Sent. Excom.*



Digitized by Google

# §. IV.

## Duellum.

SUMMARIUM.

1 *Provocatio varias habet ſignificationes.*
*Provocatio importat appellationem; & majorem emphaſim habet, quàm appellatio.*
2 *Tranſumptivè ſignificat invitationem.*
3 *Frequentiùs uſurpatur prò invitatione ad pugnam.*
Diffidare *quid importet.*
4 *Duellum propriè ſumptum, quid ſit.*
*Finis duelli propriè dicti, eſt probatio occultorum.*
*Duellum hoc probibetur de jure Divino.*
*Indagare veritatem per duellum, eſt Deum tentare.*
*Opinio, quòd tale duellum ſit probibitum de jure Civili.*
*Impugnatur talis opinio.*
*Gladiatores à jure prohibiti, qui ſint.*
*Probatio per duellum à legibus Longobardorum permiſſa.*
5 *Duelli communiter ſumpti diffinitio.*
*Duellum non eſt, niſi armatâ manu committatur.*
6 *Duellum requirit tempus, locum, & genus armorum aſſignatum.*
Condicere, *quid importet.*
*Condictio eſt actio in perſonam.*
*Pugnam condicere, quid ſignificet.*
7 *Pugna, quæ fit, tempore non condicto, duellum non eſt.*
8 *Duellum requirit animum utrinque deliberatum poſt præmeditationem.*
*Diffidatus, & incontinentì pergens ad locum aſſignatum, & pugnans, non committit duellum & quarè*
9 *Duellum debet eſſe ordinatum ad finem privatum.*
*Si ordinetur ad finem publicum, & fit auctoritate Principis, crimen non eſt.*
*Pugna, commiſſa inter milites, utrinque numero pares, de mandato Imperatorum duorum exercituum, licita eſt.*
*Dummodò non ſit ad vanum finem.*
10 *Probatur Hiſtoriâ Sac. Scripturæ.*
11 *Duellum poteſt à Principibus ordinari ad bellum terminandum.*
*Tale duellum poteſt tùm acceptari, tùm ad illud provocare.*
12 *Duellum formatum, ſivè ſolemne, & ſimplex, quid ſit.*
*Requiſita ad duellum ſimplex, ut ſit verum duellum.*
*In duello ſimplici requiritur deſignatio loci determinati, & genus armorum, & tempus.*
13 *Dubium, an ſit duellum, ſi ſtatim poſt diffidationem pergatur ad locum certaminis, & pugnetur.*
*Reſolvitur dubium, negativè.*
*Duellum requirit præmeditationem.*
14 *Diffidatus, incedens armatus animo pugnandi cum eo, qui diffidavit, non condicto loco, ſi pugna ſequatur, duellum committit.*
15 *Si duo conveniunt ad pugnam, & divertant à loco condicto, & pergunt ad alium locum, & ibi pugnent, duellum committunt.*
16 *Quo caſu ob cauſam privatam poſſit Princeps permittere duellum.*
17 *Mala, quæ proveniunt ex privatâ inimicitiâ Nobilium potentium.*
18 *Dubium, an ſit criminale duellum factum pacto ſecreto inter partes, nè ſe vulnerarent.*
*Reſolvitur, quòd non peccarent, nec Cenſurã incurrerent in foro animæ, ſecùs in foro eſterno.*
19 *Duellum quo jure Eccleſiaſtico ſit prohibitum.*
20 *Habentes influxum in duellum quoquomodò incidunt in Cenſuras contrà duellantes.*
21 *Conſulentes duellum quotupliciter dicantur.*
22 *Facientes ſcripta, ad quæ ſequitur duellum, quo caſu ſubeunt Cenſuras duellantium.*
23 *Manifeſtantes ſcriptum injurioſum, ut ſequatur duellum, incidunt in Cenſuras.*
24 *Dictantes, ſcribentes, portantes &c. libellum provocatorium ad duellum, ſunt pariter excommunicati.*
25 *Conſilium, auxilium, operam, favorem &c. dantes ad libellum provocatorium, ſubeunt Cenſuram.*
26 *Patrini duellantium incidunt in eaſdem Cenſuras.*
27 *Spectatores duelli ex compoſitò incurrunt in pœnas duellantium.*
*Sanchez oppinio impugnatur.*
*Spectantes ex compoſitò, qui ſint.*
*Dictio* ex compoſitò, *quid ſignificet.*
*Spectantes duellum ob curioſitatem, non incurrunt.*
28 *Princeps, concedens campum francum duellantibus, eſt excommunicatus.*
*Item Magiſtratus, potens impedire duellum, & non impediens.*
*Pariter Princeps concedens poſt duellum impunitatem duellantibus.*
*Quomodò accipienda hæc poſtrema concluſio.*
29 *Princeps excommunicationem ſubit, ſi duellaturis impunitatem promittit.*
30 *Extenſio pœnarum Conciliarum ad duellum, etiam non ſolemne, etiam effectu non ſecuto.*
31 *Conſtitutiones Gregorij, ac Clementis circà talem extenſionem, ſunt confuſæ.*
32 *Principales, duello non ſecuto, non incurrunt Cenſuram; benè tamen complices.*
33 *Ratio, quarè complices incurrant, & non principales.*
34 *Diffidans ad duellum eum, quem ſcit, non eſſe acceptaturum, non incurrit Cenſuram.*
*Impugnatur* Raynaldus.
*Provocans, & acceptans duellum, quod ſciunt eſſe impediendum, non incurrunt Cenſuram.*
35 *Acceptans duellum, nè ſubeat jacturam honoris, an peccet, & pugnando, ſit excommunicatus.*
*Opinio Sanchez.*
*Propoſitio damnata ab Innocentio XI.*
36 *Quandò jacturã honoris ſequitur amiſſio bonorum, & grave damnum, poteſt acceptari duellum.*
37 *Prò tutelâ vitæ, famæ, ac bonorum in notabili quantitate poteſt acceptari duellum.*
38 *Ad evadendam notam timiditatis ſolam, non poteſt acceptari duellum, & quarè.*



Digitized by Google

1 PRovocationis vocabulum alium etiam ſortitur ſenſum ab eo, quem ſuperiori paragrapho expoſuimus. Diximus ibi, provocationem eſſe iniuriam, verbo, aut facto illatam alteri in ejus præſentiâ, ob quam iniuriatus movetur ad iram. Nunc dicimus, provocationem in jure vocari appellationem à Judice inferiori ad ſuperiorem; undè habetur in *Codice Titulus*, (1) *Quandò provocare non eſt neceſſe*; & juxtà *Calvinum* in *Lexico*, qui citat *Bartolum*, (2) provocatio magis eſt, quàm appellatio, ac majorem energiam exprimit, quâ ille, qui in ſententiâ ſuccubuit, adverſarium victorem vocat coràm majori Magiſtratu, cujus opem provocans implorat, ut illi ſuppetias ferat contrà iniuriam à minori Magiſtratu, ſibi factam in ſententiâ iniuſtâ, contrà eum latâ.

2 Tranſumptivè, ut opinor, hoc vocabulum uſurpatur prò invitatione ad periculum, de ſe faciendum diſputatione, armis, ludo, aleâ, ſivè alio modo; ſicut enim in judicio provocanti res eſt cum adverſario, quem ad ſecum concertandum ſuper jure ſuo invitat; ſic etiam eſt in quàvis aliâ provocatione. Differt autem hæc à provocatione (quam primò diximus) toto celo; nàm illa fit dictis, aut factis iniurioſis ab eo, qui provocare dicitur, ad finem lædendi provocatum. Hæc verò fit ab eo, qui damnum paſſus eſt, aut ſe paſſum reputat; & non fit per iniuriam illatam; aut ad finem inferendæ, ſed commitatu civili, & ad finem obtinendi aut reparationem acceptæ iniuriæ, aut gloriam, aut famam, aut lucrum ex concertatione, ad quam fit provocatio.

3 Frequentiori autem uſurpatione provocatio accipitur prò invitatione ad eſperiendum armis, quæ dicitur communiter *diffidatio* à verbo *diffidare*, quod, ut *Prateio* (3) placet, eſt pugnam indicere, ſivè hoſtem ſe declarare. Certamen autem, ſeù pugna, quæ ex hujuſmodi provocatione, ſivè diffidatione ſequitur, vocatur *Monomachia*, ſivè *Duellum*. Quià verò tùm provocatio, etiam effectu non ſecuto, tùm *duellum* ipſum delicta ſunt, & unum ordinatur ad aliud; de utriſque in hoc paragrapho diſſeremus.

4 *Duellum* poteſt accipi in proprio, & ſtricto ſignificato, vel latè, & communiter. Propriè *duellum* eſt ſingulare certamen duorum hominum, ad purgationem illati criminis initum, quo victor purgatus, victus verò prò convicto habetur, (4) finis enim *duelli* eſt probatio occultorum, & purgatio indiciorum, ut benè ait *Tholoſanus* (5), & ideò reponi debet inter ſpecies divinationis prohibitæ, pròut ſcribit *Sanchez* (6). Prohibetur quidèm de jure Divino pluribus in locis Sacræ Scripturæ (7). *Non tentabis Dominum Deum tuum*, volens autem indagare veritatem facti mediante *duello*, eſt Deum tentare, pròut docet *D. Thomas* (8), & eſt ſpecies ſuperſtitionis, quià tentat inquirere veritatem per medium, ad hoc ineptum. Prohibetur etiam de jure Canonico, (9) ut textualiter habetur in pluribus capitulis. Voluntauté multi Doctores (10), quòd ſit etiam prohibitum de jure Civili per Textum in *l. Unic. C. de Gladiat. penit. tull. lib.* 12. Sed immeritò, nàm Textus ille loquitur de gladiatoribus, qui ſpectaculo erant populo Romano in ludis, quos *gladiatorios* vocabant, & erant ſoliti edi Romæ à Triumphantibus; de quibus paſsìm loquitur *Svetonius*, *Tacitus*, & alii rerum Romanarum Scriptores. Imò per legem *Longobardorum*, ex conſuetudine introductam, talis probatio per duellum permittebatur, ut habetur in *l.* 1. *Longobard. Tit. de Monomachi.*

5 Largè autem, ſivè in communi acceptione, quâ, apud omnes noſtris temporibus intelligitur, *duellum* diffinitur, quòd ſit *pugna armata duorum, ſivè plurium ex condicto, ad finem privatum ordinata*. In quâ diffinitione dicitur *pugna armata*, ad differentiam aliorum certaminum, quæ fiunt aut ad experiendas vires ingenii, ut ſunt diſputationes, ac certamina litteraria; aut etiam corporis, ut luctæ; & proindè, ſi duo, aut plures etiam ex condicto ſinè armis inter ſe concertarent pugnis, aut colluctatione, non dicerentur duellum commiſiſſe, nec duellantium pœnas incurrerent, ut ſcribunt Doctores. (11)

6 Dicitur *ex condicto*, quod importat tria, nempè *tempus*, *locum*, & *genus armorum*, ſivè qualitatem certaminis; *condicere* enim, ut ex *Briſſionio* docet *Calvinus* (12), *eſt diem, locumque communi conſenſu conſtituere*; itidèm, quià, ut ait *Ulpianus*, (13) *condictio eſt actio in perſonam*, & civiliter agendo, *condicebatur* adverſario non tantùm tempus, & locus, ſed etiam actio, puta, ad ſolvendum; in judicio ſiſtendum &c., ideò *condici* etiam dicitur qualitas pugnæ, ut àn pugna equeſtris, àn pedeſtris eſſe debeat, & etiam genus armorum, puta, àn enſe, haſtâ, aut armis miſſilibus dimicandum ſit.

7 Sequitur ex his, quòd, ſi aliquis diffidatur ab alio ad ſingulare certamen, deſignato loco, tempore, ac genere armorum, & ille diffidationem non acceptet, ſed dicat, *ſe paratum eſſe à quocunque invaſore ſe tueri, oblatum autem duellum minimè acceptare, ut lege divinâ, ac humanâ damnatum*; tamen ex poſt ex accidenti repertum inimicum in loco deſignato armis excipiat, & cum eo pugnet, *duellum* non poteſt dici ſecutum; nec qui fuit taliter diffidatus, ullam pœnam incurrit, ut cum *Banne*, & *Vallentiâ* docet *Sanchez*, (14) & ratio eſt, quià talis pugna non eſt ex *condicto* tempore, & loco, ſed ex accidenti.

8 Sequitur ſecundò, quòd *duellum* ſequi debet ex actu animi, ex utràque pugnantium parte deliberati. Undè, ſi duo verbis inter ſe contendant, & rixentur, & unus dicat

(1) *C. lib. 7. Tit. 64.*
(2) *Calvin. Lexic. V. Provoare. & ibi Bart. in l. Minores. ff. de Adminiſtr. tuto.*
(3) *Pratei. lex. iur. V. Diffidare.*
(4) *arg. cap. 2. de Purg. vulg. cap. Monomachia. 2. q. 5.*
(5) *Tholoſan. Syntagm. iur. Par. 3. lib. 48. cap. 15. n. 2.*
(6) *Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. num. 1.*
(7) *Deuteronom. cap. 6. V. 16. Luc. cap. 4. V. 12. Matt. cap. 4. V. 7.*
(8) *D. Thom. 2. 2. Quæſt. 95. art. 8. ad. 3.*
(9) *text. in cap. Si non licet. 23. q. 5. & in cap. Monomachia. 2. q. 3. & in cap. 1. & 2. Extrà de Purgat. vulgar.*
(10) *Jaſon. Reginald. Floren. Saccar. Berlich. Carpzov. apud Raynal. Tom. 1. cap. 9. §. 1. nu. 4. V. Et licet duella.*
(11) *Filiuc. Tr. 15. n. 107. Bonac. de Cenſur. Diſt. 2. Queſt. 6. Pun. 2. n. 9. Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Duellum cap. 4. in fin.*
(12) *Calu. Lexic. V. Condicere.*
(13) *tex. in l. Actionum. 25. ff. de. Obligat. & actio.*
(14) *Bann. 2. 2. Quæſt. 64. art. 7. dub. 3. Valent. 2. 2. Diſp. 3. Quæſt. 17. Pun. 1. apud Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 10.*

Digitized by Google

dicat alteri, vade, ſume enſem, & in tali loco te expecto, alius autem *incontinenti* ( nempè intrà totum tempus, quo in eo durare iracundiam prudenter poteſt præſumi ) ſumat arma, & ad locum ſibi aſſignatum conveniat, & pugnat, non cenſeri poteſt talis pugna *duellum*, ut poſt multos, quos citat, docet *Diana*, (15) & ratio eſt, quià talis pugna non ſequitur ex animo utrinquè deliberato, ſed ortum habet ab irâ, quæ plenam deliberationem impedit, & turbat: & quamtùmvis ille, qui provocatus eſt, acceſſerit ad locum, ab alio ſibi aſſignatum, non tamen poteſt dici, quòd animo deliberato acceſſerit, ſed potiùs fuiſſe ab iracundiâ ſtimulatum, & ex iracundiâ digladiaſſe, ob quod pœnas duellantium non incurrit, juxtà Doctores. (16)

9 Dicitur tandèm *ad finem privatum ordinata*, qui finis multiplex eſſe poteſt, puta, ad terminandam armis litem civilem, aut criminalem; ad procurandam ſatisfactionem, ſivè ad vindictam acceptæ iniuriæ; ad tuendum honorem proprium; aut tandèm ad oſtentandam bellicam virtutem &c. Finis autem privatus, ob quem certamen initur, integrat rationem *duelli* criminalis; nàm ob cauſam juſtam publicam, interveniente Principis auctoritate, *monomachia* delictum non eſt. Et hoc modo licita eſt *monomachia* inter duos, aut plures milites contrariorum exercituum, inita ex condicto Imperatorum utrinquè, ( non quidèm ad oſtentandum militum robur, aut causâ cruenti ſpectaculi, aut voluptatis, quià, ut dicunt Doctores (17), nefas eſt medium tàm periculoſum, & atrox, ob tàm vanum finem ſuſcipere ) ſed ad debilitandas hoſtium vires, & conſervandam bonam exiſtimationem exercitus apud hoſtes, quod non parvi momenti eſt ad victoriam conſequendam, pròut cenſent apud *Sanchez* (18) Doctores nuper citati.

10 Simile *duellum* legitur in Sacrâ Scripturâ, (19) ubi *Abner* Imperator exercitus ex parte *Isboſeth* condixit, cum *Joab* Imperatore exercitus *David*, ut duodecim utrinquè milites in pugnam deſcenderent *ad videndum probitatem* ( hoc eſt fortitudinem ) *virorum utriuſquè partis*, ut *Liranus* (20) ſcribit, ſeù ad probandum, *quis eorum robuſtiorem haberet exercitum*, ut ait *Gloſſa Rabani*, (21) ex quo factum eſt, quòd cæſis illis, qui erant ex parte *Abner*, illius exercitus animo concidit, & actus in fugam, illuſtrem victoriam conceſſit exercitui *David*.

11 Alia etiam eſſe poteſt publica cauſa nempè, quandò inter duos Principes viget bellum, quod utrinquè cenſetur juſtum ex eo, quòd jura utriuſque partis apparent confuſa, nec liquet favore cujuſnam Principis militet juſtitia: tùnc enim, ſi Principes condicunt, quòd ſelecti ex utroque exercitu milites, numero pares, pugnent in campo, & hoc pacto imponatur finis bello, victoribus, conceſſo eo, cujus causâ bellum inceptum eſt; talis pugna non ſolùm licita eſt; ſed etiam commendabilis; Ratio eſt, quià illud *duellum* loco juſti belli ſuccedit; & quemadmodùm juſtum eſt bellum, juſtum pariter reputandum eſt *duellum*, quod, ut advertit *Cajetanus*, (22) non ſolùm poteſt acceptari oblatum ab Adverſario, ſed etiam licet illud ipſi offerre; nàm majus bonum obvenit ex eo Chriſtianæ Reipublicæ, nàm evitatur tanta effuſio ſanguinis, tot hominum interneciones; tot incendia, ſtupra, direptiones, devaſtationes, & extrema mala, quæ ex diuturnis bellis contingunt, & utinam Chriſtiani Principes civiles ipſorum diſcordias, ob quas tot bellis contrà ſeipſos ſæviunt, tali certamine terminarent; ſic enim fieret, ut Chriſtianorum vires inter ſe non frangerentur, & robuſtiores evaderent, non ſolùm ad reſiſtendùm, ſed etiam ad delendam potentiam hoſtium fidei orthodoxæ.

12 Dividitur porrò *duellum* in formatum, ſivè ſolemne, & ſimplex. Solemne dicitur *duellum*, quod publicâ auctoritate committitur, nempè Principe, dante campum ſecurum ( Italicè *campo franco* ) interveniente condictione de loco loci, qualitate pugnæ, genere armorum, Patrinis, Spectatoribus, & tempore. (23) Simplex verò eſt certamen ſingulare, condictis tantùm tempore, loco, & armis. Adverti tamèm debet, quòd etiàm loquendo de *duello* ſimplici ad formalitatem delicti, & pœnam ordinariam incurrendam, requiritur tractatus, & deliberatio, præcedens facta, animo minimè iracundiâ actuali alterato, ut dicunt Doctores (24) communiter; & condictio armorum, temporis, & loci debet eſſe determinata, & non vaga; & ideò non ſufficit electio alicujus Civitatis prò loco pugnæ, niſi individuetur locus loci. (25) Imò dico, quòd hæc tria, puta, tempus, locus, & arma deſignata cumulativè requiruntur ad eſſentiam veri *duelli*; & altero horum deficiente, *duellum* verum non eſt. Ratio eſt, quià, ſi *Caius* diffidat *Seium*, ut tali tempore, & loco, armis minimè deſignatis, conveniat ad ſibi reddendam rationem ſuper facto tali &c. & *Sejus* conveniat abſquè armis (ad nihil enim ampliùs tenetur, etiam de ſtilo equeſtri ( *legge Cavallareſca* ) quàm ad conveniendum loco, & tempore, cùm *Caius* de armis mentionem non fecerit ), & concertent inter ſe aut verbalibus altercationibus, aut etiam inermes pugnis dimicent, *duellum* minimè dicetur commiſſum; quià ad ejus eſſentiam requiruntur arma, ut dictum eſt ſuprà *num.* 5. Pariter ſi diffidet, ſignificando per nuncium oretenùs, aut in ſcriptis *Cajo*, ut ſuum enſem gerat, ſecum pugnaturus non diſſignato, aut tempore, aut loco, ſi ex accidenti ſibi invicem obvientur, & dimicent, *duellum* nō erit; nàm talis diffidatio præcedens eſt potiùs dicenda manifeſtatio animi hoſtilis, quàm invitatio ad pugnam, deficiente diffinitione loci, & temporis, quæ in ſententiâ omnium



(15) *Farinac. Tuſc. Ricc. Graff. Suar. Ludovic. Lucen. apud Diana Par. 3. Tr. 6. Reſolut. 1. ℣. Dico undecimo.*

(16) *Barboſ. in Tridentin. Seſſ. 25. cap. 19. de Refor. num. 14. & ibi Joſeph. Ludovic. Deciſ. 55. Cened. & Ricc. Panimoll. Deciſ. 144. num. 4.*

(17) *Cajet. Armill. Navar. Delrio Valent. Roderic. apud Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. n. 12.*

(18) *Sanch. loc. cit. n. 14.*

(19) *lib. 2. Reg. cap. 2. ℣. 14.*

(20) *Lyran. ad lib. 2. Reg. cap. 2. ℣. 14.*

(21) *Raban. in Gloſs. Ordinar. lib. 2. Reg. loc. cit.*

(22) *Caiet. 2. 2. q. 99. art. 8. ad 3. in 5. cauſa.*

(23) *Theſaur. de Pœn. V. Duellum. cap. 1. ℣. Dicitur autem & ibi Salzed. ad Diaz Prax. cap. 103. §. Circa. Filiuc. & Sanch.*

(24) *Farinac. Conſ. 9. num. 35. Vermigil. Conſ. 194. num. 3. & 6. Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. num. 24. & 28. Nald. ſumm. V. Duellum. un. 2.*

(25) *Raynald. Tom. 1. cap. 9. §. 1. num. 11. & ibi Maſsin. Vermigliol. & Io. de Caſtill. Diana Mancin. & Carafa. de Duell. Tr. 1. Sect. 3. Quæſt. 2. nu. 3.*

Digitized by Google

pium Scribentium ſunt de eſſentia *duelli*, ut delictum ſit.

13 Sed quid juris, ſi, dùm ſibi obviant, unus ad alium dicat, *divertamus ab hoc loco publico, & eamus ad talem locum remotum*, & alius acceptet, & ibi dimicent, Videretur dicendum cum nonnullis, (b) quòd verum *duellum* committant, quià hìc intervenit condictio armorum, loci, & temporis; ſicut etiam dicunt alii (c), verum *duellum* eſſe, quandò duo ſibi obviant, & unus alteri ait. *Veni ad talem locum, te ibi expecto*. vel ſic, *Eas ad capiendum enſem, hìc te expecto; vel in tali loco*; ſiquidèm etiam in hoc caſu videntur *ex condicto* depugnare. Sed puto, aliter eſſe dicendum cum *Graffio*. (d) Ratio eſt, quià, ut paulò ſuprà dictum eſt, condictio pugnæ debet fieri ex præmeditatione; & animo, minimè alterato ab irâ; & in tempore ſufficienti ad deliberandum. In caſibus autem ſupradictis non videtur, quòd invitatus acceptet pugnam ex præmeditatione; nàm ſtatim, ac provocatum ſe audit, ad locum certaminis pergit; nec tempus habuit præmeditandi, ac deliberandi animo minimè occupato: ſiquidèm provocatio ad pugnam, animum provocati accendit ad iram, quæ impedit intellectum, nè advertat malum, quod committitur ſic depugnando, aut pœnas, quas incurrit ex Divinâ, ac humanâ lege, qui ſic digladiatur. Quamvis autem in primò caſu dici poſſit, quòd provocatus ex præmeditatione gerat enſem, prout ſibi antè fuerat intimatum; non tamen dici poteſt, quòd ex præmeditatione depugnet. Quià provocans intimando alteri, quòd gerat enſem, manifeſtat tantùm animum hoſtilem ergà alium, ut ſuprà dictum eſt; undè, ſi hic ex præmeditatione, armatus enſe, incedit, ad ſui defenſionem facere cenſetur; & in hoc formalitas *duelli* non reperitur; ſi exindè pugnant *ex condicto*, prout dictum eſt, minimè *duellum* dici poteſt. quià condictio non fuit præmeditata.

14 In his autem caſibus advertendum eſt, quòd, ſi provocans intimat tantùm alteri, ut enſe accinctus incedat, locumque, ac tempus confligendi minimè deſignet, ad ſolùm finem evadendi pœnas duelli; provocatus etiam enſe armatus incedat non ad ſolam defenſam, ſed adcongrediendum cum alio, ac unus alium quærit, & ſibi obviàm facti depugnent; alia danda eſt reſolutio. Ratio eſt, quià tunc intervenit condictio loci, temporis, ac armorum; quià utrorumque mens eſt ſimul enſe committere, in quocunque tempore, & in quocunque loco ſibi obviabunt. Nec facit in contrarium, quòd tempus, & locus debeant eſſe determinata ex condicto, ut ſuprà dictum eſt, & in hoc caſu determinata non ſint. Quià dicitur illa ſatis determinata eſſe, cùm utrorumque animus conveniat in eo tempore, & loco, quo ſibi obviabunt, licèt hæc minimè ſint illis nota. Verum *duellum* abſque dubio eſſet, ſi unus alium diffidaret ad ſecum enſe pugnandum, die, quâ Princeps exibit de Civitate, & extrà portam Civitatis, per quam Princeps egredietur; & ſic ex condicto pugnarent: quià tempus, & locus jam determinata ſunt, ſicut & arma; quàmvis illa fuerint incognita duellantibus, & tantùm in genere condicta. Ità eſt in caſu; nàm, quàmvis duellantes ignorent, quo loco, & tempore ſibi obviabunt; condixerunt tamen animo ibi, & tunc congredi; undè & verum *duellum* eſt, & pœnis ſpiritualibus ſaltèm in foro animæ ligantur.

15 Verum pariter *duellum* eſt, ſi duo ex condicto conveniunt ad pugnam in loco deſignato, & invenientes illum cæno, aut lapidibus obſitum, ad alium locum, ab impedimentis liberum, pergerent. Quià, licèt hìc novus locus non fuerit præmeditatus; tamen, quià animus congrediendi jàm in ipſis fuit, nec mutatus eſt ob deprehenſionem prioris loci incommodi, fit ut hìc novus locus, ab ambobus electus prò campo pugnæ, dicatur ex condicto electus, & præcedente præmeditatione maturatâ; & ipſe ſuccedit in locum primò deſignatum; undè nihil tollitur de verâ ratione *duelli*.

16 Controvertunt porrò Doctores, àn aliquandò ob privatam cauſam (nàm ex publicâ aliquandò licere, dictum eſt ſuprà *num. 9.*) licitum ſit *duellum* Principi inter Subditos in caſu particulari permittere, & concludunt, quòd, ſtando in jure Civili, poſſint ex cauſâ gravi Principes permittere *duellum*, (26) ſecùs autem eſt de jure Canonico, in quo omnis humani ſanguinis effuſio, aut ipſius periculum diſtrictè prohibetur. Optimè quidèm factum eſt, pernicioſiſſimam conſuetudinem, à Diabolo, qui *fuit homicida ab initio* inventam, & Orbi invectam, ſeveriſſimis pœnis coercere, nè levi quâvis ex cauſâ, ut communiter contingebat, homo in hominem ſæviret. At, ut verum fatear, ſi licèt ad majus malum evadendum minùs permittere, (27) undè ad evitanda adulteria, & graviora luxuriæ ſcelera, lupanaria permittuntur, videre neſcio, quomodò in aliquo caſu particulari cum cognitione cauſæ, & ſi aliundè remedium non ſuppetit, non poſſit Princeps *duellum* permittere.

17 Sanè, quandò duo ſunt inimici potentes, ac Nobiles, qui nec auctoritate Principis, nec amicorum operâ poſſunt pacificari, ſatius eſſet illis concedere facultatem, ut inter ſe digladiarentur, quàm eos in vigente inimicitià relinquere. Nàm, bone Deus, quot mala, quot peccata, quot animarum, ac corporum perditiones, quot innocentium mortes ex duratione inimicitiæ proveniunt? Namquè tales principales inimici in conſequentiam trahunt ſecum agnatos, cognatos, & amicos, & ità ex privatâ duorum ſimultate plures familiæ ad actus hoſtiles deflectunt, ex quibus enimæ eorum in malo ſtatu perſeverant; componuntur factiones, quibus Reſpublica ſubvertitur, & quod pejus eſt, etiàm mortuis principalibus, in familiis perdurat inimicitia. Intereà quot mortes innocentium ſequuntur. Quilibet ſibi ſicarios, quibus aſſocietur, aſciſcit, quorum ſtudium eſt alienæ factionis viros interficere, & crudelitatis, ferinæque fortitudinis ſpecimina de ſe dare. In illis alendis ſubſtantiæ familiares pereunt; aggravantur ultrà fas Coloni, à quibus extorquetur, quo illi manuteneantur, contrahuntur debita, quibus ſolvendis impares ſe reddunt debitores; non ſatisfit Legatis defunctorum ſub excuſatione impotentiæ; & tandèm familiæ ipſæ, quàmvis antiquæ nobilitatis, & divitiarum affluentia ſpectabiles ad extremam inopiam rediguntur, ex quo fit,

(b) *Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 28. Filiuc. Tract. 29. cap. 8. nu. 112. Bonac. de Cenſ. in commun. Diſp. 2. Quæſt. 6. Pun. 2. num. 6.*

(c) *Peregrin. de Duell. Quæſt. 15. num. 3. Bonacin. de Cenſur. extr. Bull. Diſp. 2. quæſt. 3. Pun. 48. num. 7. Barboſ. ad Tridens. Seſſ. 25. cap. 19. nu. 10.*

(d) *Graff. Aur. deciſ. lib. p. cap. 7. nu. 22.*

(26) *Bald in l. Ex hoc jure. in 7. quæſt. in fin. ubi etiam Iaſo. col. 4. & ibi. Claud. de Seyſel. ff. de Juſt. & jur. Dec. Conſ. 487. & Conſ. 686. Decian. Tr. crim. lib. 2. cap. 19. n. 4.*

(27) *arg. tex. in l. ult. in fin. C. de F. d. iuſ. legis virtus. ff. de legi. cap. Omnis. 3. Diſt. D. Thom. 12 q. 93. art. 3. ad. 3. & 2. 2. q. 10. Art. 11. aſſr Covaru. Tiraquel. Azor. Sanch. Suar. apud Barboſ. Axiomat. 141. nu. 7.*

Digitized by Google

ſit, ut Reſpublica ipſa ex ipſarum deficientiâ non modicùm detrimentum patiatur. Omnia itàque mala hæc intercidèrent, ſi Princeps principalibus *duellum* permitteret. Undè non condemnarem Principem, qui in caſu raro, ac particulari tale *duellum* permitteret; nec puto, Summos Pontifices, qui interdicunt quibuſvis Principibus (ut dicemus inferiùs), nè *duella* permittant, voluiſſe talem caſum comprehendere, in quo permiſſio *duelli* eſſet ordinata ad præcavenda majora mala; ſed tantùm voluiſſe, nè paſſim; aut ex levi cauſâ; aut quandò per alia media, magis congruentia poteſt tolli inimicitia; *duella* à Principibus permitterentur.

18 Dubium autem eſt, utrùm *duellum* criminale committerent duo, qui ad captandam famam fortitudinis, aut ad reſarciendum honorem in opinione hominum, ex condicto depugnarent, inito inter ſe, ac ſecreto pacto, nè ſe invicèm vulnerarent. Reſolvunt autèm Doctores (28), quòd non incurrerent peccatum mortale, & ex conſequenti, neque Cenſuram prò foro animæ, ſed benè prò foro fori; & ratio eſt, quià in tantùm *duellum* prohibetur, in quantùm in eo homo ſe exponit periculo aut mortis, aut homicidii; in caſu autem propoſito ceſſaret utrumque, & ideò nec peccatum, nec Cenſura incurritur. Sed, quià pactum inter duellantes initum de non vulnerando, occultum eſt, fori externi Judex judicat criminale eſſe certamen, ex eo, quòd apparenter ad ſenſum tale apparet; undè in foro fori congredientes tùm Cenſuram, tùm alias pœnas incurrerent.

19 *Duellum*, ut præfertur, ità acceptum prohibuerunt Summi Pontificis Julius II., Leo X., Clemens VII., & Pius IV. antè *Concilium Tridentinum*; mox Concilium ipſum graviſſimo Canone idem interdixit; ex pòſt *B. Pius V.*, *Gregorius XIII.*, & tandèm *Clemens VIII.* omnium prædeceſſorum Bullas, & *Tridentini* diſpoſitionem confirmavit, ac pœnas ampliavit, de quibus ſuo loco infrà dicetur.

20 Quià verò tùm à citatis Pontificibus, tùm à *Tridentino* eiſdem pœnis percelluntur cum principalibus duellantibus ii, qui auxilio, conſilio, fàvore &c. ad *duellum* concurrunt, operæ prætium eſt eos tùm generaliter præſtringere, tùm ſpecialiter explicare. Dico igitur, quòd omnes illi, qui influxum aliquem habent in *duellum*, ſinè quibus aut non fieret, aut ægrè, & difficulter, comprehenduntur in tali diſpoſitione. Si enim non habent influxum in *duellum*, non dicuntur de tali crimine participare.

21 Participant porrò in ſpecie primò conſulentes *ſivè in iure, ſivè in facto, ſivè quâcunque aliâ ratione.* (29), ut ait *Tridentinum*, ii porrò ſunt, qui conſulunt in jure equeſtri (*Legge di Cavallieri*) & decidunt, àn prò tali verbo, dicto, facto, geſtu &c. provocandus ſit aliquis ad *duellum*; ſivè conſulunt ſuper facto, de quo anceps eſt res, àn interveniat injuria, nec nè, & reſolvunt eſſe duellandum; *ſivè quâcunque aliâ ratione*, ut ratione inimicitiæ privatæ ipſius conſulentis contrà eum, quem eſſe provocandum conſulit &c.

22 Secundò, participant illi; *qui ſcripta, Manifeſta, ſeù fides vulgò appellata* (30) componunt, quæ ſunt quaſi præparatoria *duelli*, nàm talibus ſcriptis, quàſi quibuſdam libellis famoſis mordetur adverſarii fama, qui taliter laceſſitus, ac provocatus ad *duellum*, diffidare quodammodò cogitur prò reparatione proprii honoris. Hoc autem ſic accipiendum eſt, ſi compoſitor talium ſcriptorum haberet prò objecto talis compoſitionis *duellum* ipſum; hoc eſt ſciens, & volens, componeret, ut ex manifeſtatione talis ſcripti *duellum* naſceretur; aliter non incurreret pœnas *duellantium*, ſed compoſitoris *libelli famoſi*. Ratio eſt, quià, ſicùt motus ſpecificatur à termino, ſic delictum ſpecificatur à fine. Undè, ſi in intentione componentis non fuit *duellum*, hoc crimine minimè deliquit.

23 Tertiò, participant illi qui earùndem rerum *narrationes, denunciationes, declarationes, ſeù teſtificationes* oretenùs, publicè, aut privato loco, ubi multi conveniunt, faciunt (31) ad hunc tamen effectum, ut ex talibus dictis occaſio *duelli* naſcatur.

24 Quartò, participant illi, qui ſcripta, provocatoria ad duellum (*cartelli di ſfida*), quæcunque illa ſint, *dictaverint, compoſuerint, ſcripſerint, miſerint, detulerint, divulgaverint, affixerint, exemplaverint, impreſſerint, ſubſcripſerint, intimaverint, verbo annunciaverint, aut atteſtati fuerint* (32)

25 Quintò, participant illi, qui circà prædicta ſcripta provocatoria, ut præfertur, *auxilium, conſilium, operam, favorem præſtiterint, ſuaſerint, mandaverint, aut quomodòlibet ſe immiſcuerint*, etiamſi nulla actualis provocatio, aut actus, ad pugnam proximus, aut remotus ſecutus ſit (33)

26 Sextò, participant *Patrini*, aſſumpti à pugnantibus in *duello*, ac alii, *inter quos pactiones initæ ſunt* de dirimendo *certamine*, *cùm primum alteruter pugnantium fuerit* vulneratus, aut certus *ictuum numerus utrinque illatus fuerit*. (34) Hoc tamen intelligendum eſt, quandò talis diremptio certaminis (poſt vulnus, aut, ut vocant primum ſanguinem, ſivè tot ictus) eſt condicta inter duellantes; ſiquidem paciſcentes, ut præfertur, influxum haberent in *duellum*. At ſi duo amici duellare volentium non potentes totaliter impedire *duellum*, paciſcerentur inter ſe, ut, inſciis duellantibus, pugnam poſt primum ſanguinem dirimerent, non inciderent in pœnam; ſiquidèm nullo modo influerent ad *duellum* committendum, ſed ad eum potiùs in ſui proſecutione impediendum.

27 Septimò, participant duelli *ſpectatores ex compoſito* (35) ut ait *Gregorius XIII.* Putat *Sanchez*, (36) eos etiam *ſpectatores duelli* Cenſuram incurrere, qui datâ operâ ob curioſitatem duellantes aſpicerent, ſecùs autem, ſi obitèr tranſeundo per locum *duelli* pugnam reſpiciant, & ratio ejus eſt, quià palàm intervenientes multam augent animos ad pugnam. Sed me Judice, *ſpectatores ex compoſito* non poſſunt dici qui data opera, ex ſua ipſorum ſola curioſitate aſpiciunt. Ratio eſt, quià dictio *ex compoſitò*, ut ex *Briſſonio*, & *Prateio* ſcribit *Calvinus*, (37) idem ſignificat, ac *ex pacto*. Spe-

(28) *Filiuc. Bonacin. & Diana apud Caraf. Tr. de Duell. Tract. p. Sect. 3.*
(29) *Trident. Seſſ. 25. de Refor. cap. 19.*
(30) *Clemen. VIII. Conſt. Illius vicef. Dat. 16. Cal. Septemb. 1592. §. 6.*
(31) *Clemen. VIII. loc. cit. ℣. Nec non quaſcunque.*
(32) *Clemen. VIII, loc. cit. ℣. Volentes eos omnes.*
(33) *Clemen. VIII. loc. cit. ℣. Quive alii.*
(34) *Clemen. VIII. loc. cit. §. 5. ℣. Nec non.*
(35) *Gregor. XIII. Conſtit. ad tollendum. 24. Decemb. 1582.*
(36) *Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 31.*
(37) *Calvin. lex. ℣. Componere eſt multas, &c.*

Digitized by Google

Spectator igitur *ex compoſito* dicendus eſt ille, qui *ex pacto* cum duellantibus intervenit ut Judex, aut approbator loci pugnæ, ictuum, armorum &c. ſivè etiam qui invitatur, & condicit cum duellante, ut præſens ſit pugnæ, & ſua præſentia animum duellanti addat. Sequitur ergò, quòd, qui ex ſuâ ſolâ curioſitate ad ſpectandum vadit, non poteſt dici *ſpectator ex compoſito*; præterquam quòd, ità poteſt addere animum duellanti, qui obiter tranſeundò ſiſtitur ad ſpectandum *duellum*, ſicut qui datâ operâ ob ſolam curioſitatem pergit ad ſpectandum; ſed in primo caſu, ut ait *Sanchez*, Cenſura non incurritur; ergò neque in ſecundo, cùm ſola curioſitas ſpectantis ità ſit extranea, nec influxum habeat in *duellum*, ſicut tranſitus fortuitus per locum pugnæ. Concluditur ergò, quòd *ſpectatores ex compoſito* dicendi ſunt illi, qui ex condicto, ſeù pacto cum ambobus, aut altero duellantium interſunt pugnæ, & in illam aliquo modo influant. Quòd, ſi nullum influxum in eam habent, nullam cenſuram incurrunt, prout ſunt Confeſſarius, Chirurgus, bajuli, præparati ad portandos, curandos, aut abſolvendos vulneratos &c. iſti enim nullo modo incurrunt, quià nullo modo in crimen influunt.

28 Octavò, participant *Principes*, aut locorum Domini, qui campum pugnantibus concedunt, (38) *Magiſtratus*, aut *Duces* belli, qui *duellum* permittunt, aut potentes impedire, non impediunt; *aut poſt admiſſum crimen, veniam, aut impunitatem concedunt*. (39) Sed circâ hoc ultimum advertendum eſt, quòd mens *Clementis Octavi* non fuit ligare manus Principi, ut ex poſt factum non poſſit cum Reo ſubdito ſuo clementiam exercere, & pœnas temporales prò *duello* remittere; tùm quià clementiam exercere, ex rationabili motivo actus virtutis eſt, & hunc prohibere *Papa* nec intendit, nec poteſt: tùm quià remiſſio pœnæ nullum influxum habet in culpam; niſi quandò certitudo indulti pœnæ movet Reum ad culpam, quam non committeret ſinè tali certitudine, aut ſaltem ſpe; undè non poteſt univerſaliter remiſſio pœnæ, facta Reo, eſſe peccatum mortale, & objectum Cenſuræ Eccleſiaſticæ.

29 Dico igitur, quòd Princeps Excommunicationem incurreret, quandò, antecedenter ad *duellum*, veniam prçſtaturum ſe eſſe duellantibus promiſiſſet, aut aliquo modo ſignificaſſet; ex quà promiſſione, aut mentis ſuæ declaratione factum eſſet, ut duellantes, qui ſinè ſecuritate veniæ non pugnaſſent, *duellum* commiſiſſent. Pariter, ſi Princeps univerſaliter, & ſinè difficultate remittere ſolitus eſſet pœnas poſt *duellum* ſecutum; ex quo fit, quòd duellantes à ſpe tali veniæ ſollicitentur ad duellandum, quod abſque tali ſpe minimè committerent. Ratio eſt, quià in utroque caſu indulgentia Principis influit in *duellum*, ut patet.

30 Quià verò diſpoſitio Conciliaris, vetans *duellum*, ut prefertur, tùm quò ad principales, tùm quò ad complices, videbatur limitanda ad *duellum* ſolemne, puta, cum Patrinis, chirographo diffidationis, aſſecuratione campi &c. & ultrà hoc, *ſecuto effectu, Gregorius XIII.* in ſuâ Conſtitutione ſupracitatâ pœnas Conciliares extendit ad *duellum*, etiam non ſolemne tùm quò ad principales, tùm quò ad complices, *etiamſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerint, impediti pugnam non commiſerint, ſi per ipſos non ſteterint, quominùs pugna committatur*, & hanc *Gregorii* diſpoſitionem confirmavit *Clemens* in totiès ſuprà citatâ Bullâ.

31 Duas haſce Conſtitutiones *Gregorii*, ac *Clementis* dubias, & obſcuras eſſe; & nimìs confuſas ſcribit *Raynaldus* (40), prout re verâ apparet cuilibet eas accuratè legenti; proindè dubium exoritur, àn clauſula illa, *etiamſi pugnam ob aliquod impedimentum non commiſiſſent, ſi ad locum acceſſiſſent pugnaturi, & per eos non ſtetiſſet, quominùs pugnarent* (41), referenda ſit ad ſolos complices, quibus immediatè illa connectitur, aut etiam ad principales.

32 Circà hoc controverſia eſt, ut ſolet, inter Doctores; ſed mihi magìs arridet opinio eorum, quos refert, & ſequitur loco citato *Raynaldus* (42), qui volunt non incurrere eos, qui oblato, & acceptato *duello*, accedunt animo duellandi ad locum deputatum, ſi impediti ad pugnam non devenerint; & certè ineluctabilis eſt ratio, quam ex *Scortiâ* (43) recitat *Raynaldus*, nempè quià ipſemet *Clemens Octavus* in Decreto Caſuum reſervatorum, edito poſt ſuprà citatam Bullam, declaravit, eſſe neceſſariam pugnam actualem, undè, cùm de mente legiſlatoris conſtet, non eſt ampliùs controvertendum de intelligentiâ legis, maximè ſi pœnalis eſt, quæ debet ſtrictè, & ad favorem Rei interpretari, juxtà Textum (44).

33 Nec incongruum debet cenſeri, quòd pœnam non incurrant principales, niſi ſecuto effectu, & complices eandem ſubeant, illo minimè ſecuto. Ratio eſt, quià plus peccant conſulentes, inſtigantes, ſuadentes, laudantes &c. quàm *duellum* ipſum committentes; nàm principales, ex eo, quòd commoti ſunt ex acceptâ iniuriâ, aut ex provocatione ad *duellum*, aliquam veniam merentur; ſed tales Conſiliarii peſſimi, qui perversè conſulunt, ex merâ malitiâ delinquunt; & inſuper malitia, & crimen eorum conſummatum eſt in malo conſilio, quod dant, & hoc independenter ab effectu *duelli*; ſivè enim fiat, ſivè non fiat, malum conſilium æquo modo datum eſt. Non ſic eſt de principalibus, quià, quàmvis præmiſerint omnia, ad *duellum* neceſſaria, & per eos non ſteterit, quin ſequeretur *duellum*, tamen eorum delictum conſummatum non eſt, niſi ſequatur actualiter pugna; proindè non incongruum eſt, quòd principales minimè teneantur pœnis, quibus ligantur complices, cùm illi Rei ſint de delicto, tantùm attentato, & non conſummato, in quo ligatæ non ſunt manus Judici, quòminùs pœnas emolliat, etiam in caſu, quo lex expreſsè puniat conatum, æquè ac delictum perfectum, ut poſt multos docet *Farinacius* (45), quod tamen non eſt in caſu noſtro, dùm Bullæ ſupradictæ non expreſsè loquantur de principalibus, ſed tantùm de Complicibus.

34 Ex

(38) *Trident. Seſſ. 25. de Refor. cap. 19. init.*
(39) *Clem. VIII. loc. ſup. cit. §. 5. in fin.*

(40) *Raynal. Tom. 1. cap. 9. §. 1. nu. 8. ℣. Ex iſtis. & ℣. Nemo enim.*
(41) *Clem. VIII. loc. ſup. cit. §. 3. in fin.*
(42) *Raynal. loc. cit. ℣. Nemo enim. & ibi Sanch. Molfeſ. Bonac. Hurtad. Graff. Floren. Ricc. Navar. & Caraffa de Duel. Tract. 2. Sect. 3. quæſ. 21. num. 4. & ſeqq. & Quæſ. 53. num. 4. & ſeqq.*
(43) *Scort. Epitom. Bullar. Theorem. 392. §. Ex dictis. circ. fin. Raynal. loc. cit. ℣. Nihilominus.*
(44) *text. in l. Non puto. ff. de Jur. Fiſc.*
(45) *Farinac. Quæſt. 123. nu. 13. & Quæſt. 124. num. 74.*

Digitized by Google

34 Ex his reſolvitur; quòd diffidens alium ad *duellum*, de quo certitudinem habet, quòd ipſum non acceptabit, nullam Cenſuram incurrit, ſed ſolùm peccatum mortale, ut docent *Laurea*, & *Caraſa* (46), cùm enim pugna ſequutura minimè credatur; & re verâ non ſequatur, locus Cenſuræ non eſt. Quàmvis verò *Raynaldus* (47) exiſtimet hoc verum eſſe tantùm prò foro animæ, non autem prò foro fori, in quo cenſeri deberet excommunicatus; tamen contrarium eſt tenendum; ſi enim principales Cenſuram non incurrunt, etiamſi in foro fori actu non pugnent, quàmvis, ad pugnam convenerint, & impediantur ab extrà, multò fortiùs incurrere non debet, qui ſimpliciter diffidat ad *duellum*, effectu non ſecuto, & cum ſecuritate, quòd minimè ſequeretur. Et ex dato fundamento ſequitur, nullam Cenſuram incurrere tùm provocantem, tùm acceptantem *duellum*, ſi ambo certi ſunt, ipſum eſſe impediendum.

35 Controvertitur pariter, àn pari modo delinquat provocatus, ſicut provocans ad duellum, quandò ex refutatione diffidationis ille incurreret gravem jacturam honoris? *Sanchez* (48) opinatur, quòd acceptans duellum, ob motivum tuendi honoris, peccat mortaliter, (& ex conſequenti incurrit Cenſuram, ſi pugna ſequatur) *quià*, ait ille, *& ſi apud vulgares, & improbos id ignominiæ tribuatur, tamen apud ſapientes, & probos id honori adſcribetur; quandò gratiâ divinæ legis ſervandæ, duellum oblatum reſpuitur, quod falſæ vulgi opinioni præponderat*. Et huic ſententiæ videtur conſentire auctoritas *Alexandri Septimi*, qui inter damnatas à ſe propoſitiones ſub die 23. *Martii* 1666. ſecundam in ordine proſcripſit, ità ſonantem, *Vir equeſtris ad duellum provocatus poteſt illud acceptare, nè timiditatis notam apud alios incurrat*.

36 Sed ſalvâ dicti Auctoris reverentiâ, puto, contrarium eſſe dicendum, quandò jactura honoris gravis eſt, ratione non quidèm honoris ſolius, ſed aliorum incommodorum, quæ ex hoc conſequuntur. Solent virorum Nobilium filii, qui primogeniti non ſunt, in Aulâ Principum converſari, & ab iis cum cæteris viris Nobilibus ali, & ad Munera militaria deſtinari, quorum ſtipendiis juxtà ſtatum, propriæ Nobilitati convenientem, manutenentur, cùm tenuis ſit cenſus redituum, quos ab hæreditate paternâ conſequuntur, abſorbente primogeniturâ majorem rei familiaris partem: nec ſinè talibus muneribus, ſibi à Principe indultis, poſſent convenienter vivere. Si igitur aliquis iſtorum ad *duellum* diffidatur, & ipſe refutet quoquomodò id fiat, non tantùm in opinione vulgi, ac infimæ plebis, ſed etiam gravium virorum notam vilis, ac puſilanimis ſubit; cæteri viri Nobiles ejus conſortium averſantur; quilibet ipſum parvipendet; & Princeps ipſe eum reputat ineptum ad munera militaria, undè ipſis privatus Aulâ interdicitur, & ſic ad pauperiem, egeſtatem, ac miſeriam reducitur.

37 Si ergò aliquis ex ſupradictis provocatur ad duellum, dico, quòd poteſt abſquè peccato duellum acceptare, nè tanta incommoda ſubire cogatur. Ratio eſt, quià, ut cùm *Banne*, *Manuel*, ſeù *Roderico*, ac *Navarro* probat *Sanchez* loco citato (49), licet *duellum* ad vitam, honorem, & res familiares in notabili quantitate tuendâ acceptare, quià tale *duellum* induit rationem inculpatæ tutelæ; ſi tamen conſtet, provocantem omninò injuſtè agere; & certum eſt omninò fore ut innocens hæc amittat; nec aliud ſibi evadendi remedium ſuppetit. In caſu autem propoſito militat eadem ra tio; ſuppono enim, quòd provocatus nullam rationabilem cauſam provocanti dederit; ſed iſte nodum in ſcripto quærat, ut alterius honorem labefactet, ac fortunas perdat, & certitudo moralis adſit, quòd talia, & tanta damna inevitabiliter incurrat, nec illa evitandi alius modus ſuperſit. Sequitur igitur, quòd poterit abſque culpâ duellum acceptare, dummodò in eo ſola ſit mens ſe, & ſua tuendi cum moderamine inculpatæ defenſionis.

39 Nec facit in contrarium damnatio *Alexandri* circà ſupradatam propoſitionem. Si quidèm, ut patet, illa loquitur de acceptante duellum ad evadendam puram *notam timiditatis*. Porrò talis nota honorem non inficit, cùm timiditas ſit qualitas naturalis, ob quam nemo poteſt demereri; nec inhonoratus jure cenſeri poteſt vir Nobilis ob notam timiditatis; nec ob talem opinionem apud populum ille ulterius damnum ſubit. Sed in noſtro caſu, ultrà diminutionem honoris, interveniunt graviora damna fortunarum, ac rei familiaris, quæ recenſuimus; undè, ſicut licet defendere res ſuas in notabili quantitate contrà violentiam raptoris, etiam cum morte iſtius, ſi alio modo defendi non poſſet; ità acceptari poterit in caſu *duellum*, ad illarum inculpatam defenſionem.

## Probatio.

### SUMMARIUM.

39 *Probari debet inter duellantes conditio armorum, loci, & temporis, ut probetur duellum.*

40 *Qualitas, requiſita in Conſtitutione pœnali, omninò eſt probanda.*

39 Circà probationem *duelli*, advertendum eſt, quòd minimè ſufficit probare per Teſtes, quòd *Cajus*, & *Seius* dimicaverint, ſed requiritur, quòd per accuſatorem, ſivè Fiſcum probetur concludenter, quòd ex conditione loci, temporis, & armorum, ex deliberatione, & præmeditatione, pugnam commiſerint.

40 Ratio hujus concluſionis eſt, quià qualitas, requiſita in Conſtitutione pœnali, omninò probanda eſt ab Actore, ut argumento Textus (50) dicunt Doctores. Ut autem probatum eſt ſuprà *num. 5. & ſeqq.* qualitas, ſivè ratio *duelli* eſt, ut pugna fiat ex condicto, & præmeditatione loci, temporis, ac armorum; aliter *duelli* rationem non habet, ſed rixæ, ſivè conflictus in rixâ, prò quo tantæ pœnæ non ſunt. Sequi-

(46) *Laurea Fiſcal. Allegat. 116. nu. 17. & 18. Allegat. 117. nu. 61. & ſeqq. Caraſa de Duell. Tract. p. Sect. 3. quæſit. 5. numer. 5.*

(47) *Raynal. Tom. p. cap. 9. §. 3. n. 5. in fin.*

(48) *Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 9.*

(49) *Bann. 2. 2. q. 64. art. 7. Dubi. 4. Manuel. Summ. Tom. p. in 2. edit. cap. 73. nu. 1. Navar. lib. 2. de Reſtit. cap. 3. in 2. Part. dub. 13. in nov. edit. n. 289. apud Sanch. l. c. n. 7. circ. med.*

(50) *text. in l. Prætor. ait. la 2. §. Decere ff. de Vi bono rap. l. p. §. Ait. & ibi Bart. ff. Ne quid in flum. publ. Farinac. Conſ. 150. n. 56. Hercul. de Cantel. cap. 52. n. 24. Raynal. Tom. 1. cap. 8. §. 4. nu. 11.*

Digitized by Google

Sequitur igitur, quòd, ut ſit locus pœnis contrà duellantes, probandum eſt concludenter, quòd tales qualitates in facto intervenerint.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

41 *Pœna contrà duellantes alia ſpirituales ſunt, alia temporales.*

*Prima pœna eſt Excommunicatio, Papa reſervata.*

*Privilegiati, quo caſu poſſint abſolvere à tali Cenſurâ in Italiâ, & extrà.*

42 *Secunda pœna eſt infamia, & incurritur ipſo facto.*

43 *Tertia eſt, quòd occidens antagoniſtam in duello, tenetur pœnâ homicidarum.*

*Vulneratus, aut mutilatus in duello, non poteſt prætendere reſtitutionem damni, ſi voluntariè acceptavit, ſecùs ſi coactus.*

44 *Quarta eſt confiſcatio bonorum.*

45 *Quinta pœna eſt privatio Eccleſiaſtica ſepulturæ.*

*Vulneratus in duello, ſi alterâ die moritur, non privandus Eccleſiaſticâ ſepulturâ.*

*Quàmvis antè mortem fuerit abſolutus duellans, debet carere ſepulturâ Eccleſiaſticâ.*

*Hæc pœna à conſuetudine contrariâ eſt abrogata, nàm abſolutus ſepelitur in ſacro.*

46 *Sexta eſt, quòd Principes amittunt loca, in quibus duellum permiſerunt.*

47 *Septima pœna eſt, quòd loca, in quibus ſunt commiſſa duella, non impedientibus Magiſtratibus, qui potuerunt impedire, ſunt ſuppoſita interdicto.*

48 *Pœna Clericorum pugnantium in duello de jure veteri.*

49 *Pœna eorundem de jure novo.*

50 *De Regularibus, remiſſivè.*

51 *An Regularis, diffidans Regularem ad pugnandum baculis, aut ſaxis, contraheret pœnas contrà duellantes.*

52 *Si pugna illorum ſequatur, condicto tempore, & loco, incurrant pœnas.*

*Saxa, & baculi ueniunt nomine armorum.*

*Arma ſunt qualibet inſtrumenta, uſurpata, & apta ad vim inferendam.*

53 *In caſu propoſito ſaxa, & baculi ſunt vera arma.*

41 MUltiplices, graviſſimæquè pœnæ ſancitæ ſunt contrà duellantes, non tantùm, ſi principales ſint, ſed etiam, ſi ſolummodò habuerint complicitatem per influxum in pugnâ proximum aut remotum; & talium pœnarum aliæ ſunt ſpirituales, aliæ verò temporales. Prima illarum eſt *excommunicatio lata ſententia*, Summo Pontifici reſervata, à quâ habentes privilegia abſolvendi à caſibus, *Papæ* reſervatis, non poſſunt intrà fines Italiæ abſolvere principales, quidèm ſi actu pugnaverint, complices autem, ſi per eos non ſteterit, quominùs pugna ſecuta ſit; & ratio eſt, quià in iſtis ſolis terminis incurruntur pœnæ ex *Tridentino*, & *Conſtitutione Gregorii XIII.* fulminatas; in aliis autem caſibus, licèt omnes, nempè tum principales, tùm cooperantes incurrant abſolutè excommunicationem ex *Bullâ Clementis VIII.*, quàmvis pugna ſecuta non ſit (quod tamen etiam in terminis dictæ Bullæ negavimus ſuprà *num.29.* quò ad principales), tamen per talem Bullam non ſunt impedita eorum privilegia, quominùs abſolvere poſſint, ut poſt multos firmat *Carolus Antonius Theſaurus*. (51) Extrà Italiam verò habentes privilegia abſolvendi à caſibus Papalibus, poſſunt à tali Cenſurâ abſolvere.

42 Secunda pœna eſt *infamia*, & quàmvis in *Tridentino* talis pœna inferatur per verba imperativi modi, dicendo, *perpetuæ infamiæ pœnam incurrant*, ut proindè ſignificare videatur non ſententiam latam, ſed ferendam, tamen contrarium eſt verius: ratio eſt, quià illa verba non diriguntur ad Judicem, ut cenſeatur proindè ejus actionem requiri, ſed ad Reum, quem per imperium efficax Concilium ligavit, ut dicunt Doctores. (52) Verum eſt, quòd requiritur ſententia Judicis, non quidèm condemnatoria ad talem pœnam, ſed declaratoria facti, ad quod talis pœna ipſo jure lata eſt. (53)

43 Tertia pœna eſt, quòd *pugnantes in duello*, ſecuto effectu, *tenentur pœnis homicidarum*, *ſi adverſarium perimunt*; ſi verò ſuccùmbunt, & ex pugnâ ſequatur mutilatio, ſeù debilitatio membri; vel ſi ſequatur mors, non poſſunt ipſi, aut eorum hæredes reſpectivè aliquam reſtitutionem prætendere; ſi tamen ſpontè, & liberè, & ex præmeditatione ad *duellum* acceſſerunt tùm provocando, tùm acceptando oblatam pugnam. Et ratio eſt, quià taliter ſuccumbentes cenſentur prævidiſſe periculum, & condonaſſe damnum, quod ſibi ex pugnâ poterat evenire. Si autem, qui in *duello* obiit, aut debilis, vel mutilatus membro remanſit, fuit provocatus, ſed *duellum* acceptavit, coactus metu infamiæ, aut alterius gravis nocumenti, occidens primo loco tenetur ad reſtitutionem, ſibi, aut hæredibus ſuis faciendam: quòd, ſi occidens non reſtituat, tenentur ad reſtituendum, qui ad *duellum* ſunt cooperati, ut argumento juris (54) firmant Doctores.

44 Quarta pœna eſt, quòd principales, ac eorum *Patrini* ſubeunt proſcriptionem omnium ſuorum bonorum, quæ Fiſco acquiſita remanent, ut diſponit *Tridentinum*; (55) hæc autem pœna non incurritur niſi in *duello* ſolemni, & effectu ſecuto; tùm quià diſpoſitio loquitur etiam de *Patrinis*, qui non interveniunt, niſi in *duello* formato; tùm quià extus *Concilii* loquitur de actu conſummato; undè extendi non poteſt talis pœna ad *duellum* ſimplex, nec ad ſolemne quidèm, ſed tantùm attentatum.

45 Sexta pœna eſt, quòd pugnantes, ſi decedunt in actu duelli, *carere debent Eccleſiaſticâ ſepulturâ*; & hanc pœnam extendunt nonnulli Doctores apud *Barboſam* (56) ad caſum, in quo pugnam ob vulnus in

(51) *Graff. de Caſ. reſervat. lib.1. cap.7. nu.20. & 26. Reginal. lib.21. nu.83. Filiuc. Tr.29. num.187. Comitol. lib.6. q.17. n. 2. Ponac. de Cenſ. diſp.2. q.6. Pun.1. nu. ult. & de Cenſ. in particul. Diſ.3. q.3. Pun.48. nu.40. apud Theſaur. V. Duellum cap.5. ℣. Itaquè.*

(52) *Reginal. lib.21. nu.76. Trullench. in Decal. lib.5. cap.2. Dub. 13. nu 21. apud Barboſ. in Trident. ſeſſ.25. cap.19. nu.19.*

(53) *Theſaur. de Pœn. Par. 1. cap.5. ℣. limita primò.*

(54) *arg. l.1. ſ. Cum arietas. ff. Si quadr. paup. feci. dica. Azor. Tom. 3. lib.5. cap.3. q.7. Layman. Tanner. Turrian. apud Theſaur. V. Duellum cap.5. in fin.*

(55) *Tridens. Seſſ.25. cap.19. de Refor.*

(56) *Sanc. Diana. Bonacin. apud Barboſ. in Trid. ſeſſ.25. de Refor. cap.19. n. final. Peregrin. de Duell. Quæſt.7. n.4.*

Digitized by Google

in *duello* acceptum, non ſtatim, ſed alterâ die moriatur. Hoc tamen minimè admittendum cenſeo, nàm Textus *Concilii* apertè habet, *ſi in ipſo conflictu deceſſerint*, qui autem accepto vulnere in conflictu alterâ die decedunt, non decedunt *in ipſo conflictu*; proindè, cùm carentia ſepulturæ Eccleſiaſticæ reſtringatur ad caſum mortis *in conflictu ipſo*, quæ eſt conditio, à lege requiſita, non poteſt extendi ad caſum mortis poſt conflictum, in quo minimè purificatur conditio, requiſita ex notis iuribus. Privatio autem ſepulturæ, ut præfertur, debetur non tantùm ob *duellum* ſolemne, ſed etiam ob ſimplex, ſeù privatum, & hoc ob extenſionem, factam à *Gregorio*, & *Clemente* diſpoſitionis Concilii, loquentis de *duello* ſolemni ad privatum. (57) Notandum tamen, quòd Textus *Concilii* habet ſic, *perpetuò careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ*, (58) ex quo deducit *Theſaurus*, (59) quòd, quantùmvis moriens in *duello*, fuerit antè mortem abſolutus à Cenſurâ, & viaticum acceperit, adhùc manet privatus ſepulturâ Eccleſiaſticâ, tùm quià ſimile habetur de eo, qui decedit in torneamentis, ut habetur ex Textu, & *Gloſsâ*, (60) tùm quià Cenſura ipſa, lata contrà duellantes, privat decedentem in eâ, ſepulturâ Eccleſiaſticâ; undè ſequeretur, quòd fruſtrà à Concilio eſſet poſita talis pœna, ſi locum non haberet, niſi in caſu, quo pugnans decederet abſquè obtentâ abſolutione. Quòcircà concludendum eſt, quòd mortuus in *duello*, etiam obtentâ antè mortem abſolutione à Cenſurâ, adhùc ſepeliendus non ſit in ſacro ſine diſpenſatione *Papæ*. Sed ex contrariâ conſuetudine hæc pœna abrogata eſt, ſaltèm in quibuſdam Provinciis, ut ſcribit *Sancius*, (61) & in Longobardiâ decedentes in conflictu, & antè mortem abſoluti à Cenſurâ, ſepeliuntur in loco ſacro.

46 Septima pœna eſt contrà omnes Principes, quocumque nomine cenſeantur, qui, ſi ad *duellum* formatum inter Chriſtianos ineundum in terris locum, ſivè *campum*, ut vocant, francum, conceſſerint, ultrà excommunicationem Papalem, quam eo ipſo incurrunt, ſubeunt pari modo privationem, & dominium Civitatis, Caſtri, aut loci, in quo, vel apud quem *duellum* fieri permiſerint, ſi illa ab Eccleſiâ obtineant; & ſi loca feudalia ſint, directis Dominis ſtatim acquiruntur, ut ex *Tridentino* (62) habetur.

47 Octava pœna eſt, quòd loca in quibus, ſeù in quorum Territoriis *duellum* commiſſum eſt, ſcientibus, permittentibus, ac minimè impedientibus Dominis, *Senatu*, *Populo*, aut *Magiſtratu*, eo ipſo remanent ſuppoſita Interdicto, reſervato *Papæ*, ut ſancitur in Bullis *Pii Quarti*, *Clementis Octavi*. (63)

48 Circà Clericos, pugnantes in duello, extat antiqua juris (64) diſpoſitio, quòd, ſi Clericus *duellum* ſpontè obtulerit, ſeù ſuſceperit oblatum, ſivè victus, ſivè victor fuerit, licèt de rigore juris ſit deponendus, evadere poterit ſententiam depoſitionis, ſi Epiſcopus duxerit cum eo miſericorditer diſpenſandum; dummodò ex ipſo *duello* mors, aut mutilatio ſecuta non fuerit. Ex hoc multi Doctores antiqui voluerunt, Clericum pugnantem in *duello* incurrere ſuſpenſionem latæ ſententiæ; ſed plures aliis moderni (65) docent, non eſſe ſuſpenſum ipſo jure, ſeù perpetuò ſuſpendendum, ſivè deponendum.

49 Sed quidquid ſit de jure antiquo, hodie ex diſpoſitione Bullæ *Pii Quarti* (66) fertur excommunicatio latæ ſententiæ, *Papæ* reſervata, & privatio Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & Dignitatum, & inhabilitas ad illa, vel alia, ipſo factò contrà Clericos, pugnantes in *duello*; aut provocantes; vel id tentantes, vel locum dantes; aut comitivam præſtantes; vel chartas *duelli* ſubſcribentes; affigentes, publicantes, faventes, conſulentes, vel adſtantes, & abſolutio, ac diſpenſatio ſuper his eſt *Papæ* reſervata. Ultrà hæc autem, ſi ſequeretur mors, aut mutilatio, dubium non eſt, quin puniendus eſſet pœnis homicidarum, & incurreret irregularitatem, à ſolo *Papâ* diſpenſandam. Quàmvis verò citata Bulla *Pii Quarti* loquatur de *duello* formato, aut ſolemni tantùm, tamen per Bullam *Clementis Octavi illius vices &c.* (de quâ ſuprà totiès dictum eſt) extenſa eſt cum ſuis pœnis ad *duellum* etiam minùs ſolemne, prout ſcribunt communiter Doctores. (67)

50 Quantùm autem ad Regulares ſpectandæ ſunt eorum Statuta; ſi autem hæc deficiant, (ſicut apud Nos *Minores de Obſervantiâ* nullum tale Statutum, loquens de *duello*, aut pugnâ ex condicto, reperitur, quià nunquàm potuit in mentem ſtatuentium venire, quòd duo Fratres ad duellum ſe diffidarent) recurrendum eſt ad jus commune, & infligendæ pœnæ, ſancitæ contrà Clericos duellantes.

51 Sed quid juris, ſi duo Religioſi, (ut factum aliquandò audivi in quodam Ordine) ſe diffidarent ad congrediendum baculis, aut ſaxis ex condicto?

52 Reſpondeo, quòd ſi cætera conſtant, (nempè, quòd non ex irâ, aut perturbatione mentis, ſed ex præmeditatione ad locum præfixum, & tempus determinatum ex condicto, convenerint, ac actu dimicaverint) iſti verum *duellum* commiſerunt. Ratio eſt, quià *duellum* non reſtringitur ad conflictum, qui fit ſolo enſe, quàmvis regulariter, & ut in pluribus, (ſaltèm in Italiâ) fiat ſolo enſe; ſed tale eſt quævis pugna, quæ ex condictione loci, temporis, ac armorum, ut ſuprà explicuimus. Saxa autem, ac baculi in jure (68) veniunt appellatione armorum: & quàmvis nonnulli cenſeant (69), hoc eſſe intelligendum, ſi percuſſio ſaxo, aut ligno, jam facta ſit; vel ſi in eo loco verſemur, quo ſit conſuetum haberi lapides prò armis, ut ſcribit *Felinus*, *Taſcus*, (70) & alii; tamen dicendum eſt, quòd arma verè, & propriè ſint ligna, & ſaxa, quandò aſſumuntur ex profeſſo ad nocendum, aut etiam ad defenſionem.

(57) *Sanch. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 22. Suar. de Fid. Diſp. 13. Sect. ult. nu. 2. Sanc. Select. Diſp. 36. nu. 5.*
(58) *Trident. loc. ſup. cit.*
(59) *Theſaur. V. Duellum. cap. 3. V. Tertio dum dicit.*
(60) *cap. Felic. 1. & ibi Gloſſ. final. Extrà de Torneamen.*
(61) *In Sanci. Select. Diſp. 36. nu. 5.*
(62) *Trident. Seſſ. 25. de Ref. cap. 19.*
(63) *Pius IV. Conſt. 21. incip. Ea quæ. Clem. VIII. Conſt. 21. Illius vices. §. 7. poſt med.*
(64) *text. in cap. 1. de Cler. pugn. in duell.*
(65) *Navar. Suar. Henriq. Filiuc. Salzedo Roderic. Sanch. Barboſ. apud Theſaur. V. Duellum. cap. 1. V. Contraria.*
(66) *Pius IV. Conſt. 21. incip. Ea quæ à Prædeceſſoribus.*
(67) *Navar. Conſil. de Purg. vulg. Sanchez. Moral. lib. 2. cap. 39. nu. 27. Barboſ. ad cap. 1. de Cler. pugn. nu. 3. Theſaur. loc. cit. V. Nota quod licet.*
(68) *text. in l. Armorum. 42. ff. de Verb. ſign. l. Quod eſt. §. Arma. ff. de Vi & vi arma.*
(69) *Marſil. Pract. crimin. §. Pro complemento. num. 14. Baiard. quæſt. 6. num. 63. Azeved. Recopil. lib. 6. in Rubr. Tit. 6. num. 4.*



Digitized by Google

Ratio eſt, quià proprium ſignificatum armorum eſt quidquid aſſumitur, ſeparatum à nobis ad inferendam, aut propulſandam vim. Proindè, licèt quis pugno alium cædat, aut excipiat, non tamen armatâ manu percuſſiſſe dicitur; ſi verò gladio, ſaxo, ligno &c. vulnus imprimit, armatâ manu vim feciſſe dicitur, quià aliud à ſe ſeparatum aſſumpſit ad vim inferendam. Verum eſt, quòd in propriiſſimâ ſignificatione arma ſunt ea omnia, quorum uſus, & inſtitutio principalis eſt ad vim inferendam hoſti, cominùs, aut eminùs pugnando, & ea, quæ ad hoc ſuo tempore in uſu erant, enumerat Juſtinianus in ſuâ Novellâ (71), in quâ prohibet, arma non niſi à publicis fabricenſibus fieri; tamen ſi aliquo inſtrumento, quod ad alium uſum principaliter inſtitutum eſt, quis à propoſito vtatur ad inferendam vim, illud in numero armorum ſtrictè intellectorum computabitur. Nomine armorum non veniunt arma ruralia, quæ potiùs vocanda ſunt inſtrumenta, ut dicunt Doctores, (72) tamen ſi apud aliquam nationem mos introduceretur pugnandi regulariter falce fœnariâ, aut roncâ, quæ ſunt inſtrumenta ruſtica, & æquè hoſti nocere poſſunt, ut lancea, aut framea, illa eſſent propriſſimè arma; nàm talia evaderent ex utentium inſtitutione.

53 Ad propoſitum igitur; quàmvis vſus communis lapidum ſit ad fabricandum; ac uſus baculi ſit ad ſe ſuſtentandum, ſivè fulciendum; ſi tamen aſſumuntur ex inſtituto ad vim inferendam, liquet, quòd propriè arma erunt. Cùm igitur, ut ſuppono, duo Religioſi ex condicto pugnent ſaxis, aut baculis, verè, & propriè armati pugnant, & ſic verè, & propriè duellum committunt, & pœnis duellantium erunt obnoxii.

## §. V.

## Homicidium.

*S V M M A R I V M.*

1 *Homicidij etymologia.*
*Diviſio homicidij ab aliquibus aſſignata.*
2 *Impugnatur data diviſio, & reducitur ad duo genera homicidij.*
3 *Homicidium à lege permiſſum multiplex.*
*Quando licitum ſit homicidium factum ab Officialibus Curia.*
*Executor juſtitia licitè occidit hominem.*
*Cum homo juſtè occiditur, lex eum occidit.*
4 *Quomodo, & quandò occidatur homo, lege nulliter homicidam puniente.*
*Transfuga ad hoſtes poteſt impunè occidi, & quare.*
*Bannitus occidi poteſt de jure Statutario, non de communi.*
*Statuta facta prò communi quiete valent.*
*Bannitus habetur prò hoſte Patria.*
*Bannitus poteſt occidi, quoquomodo.*
5 *Homicidium ſecutum in publicâ colluctatione non punitur.*
*Pugna, à quo dicta.*
*Colluctatio, ut ſalvet à pœnâ homicidii, qualis eſſe debet.*
*In colluctatione occidens hominem, ſaxo clauſo intrà pugnum tenetur de homicidio proditorio.*
*Occidens hominem in publicâ pugnâ ſaxorum ſaxo jactâ fundâ punitur de homicidio.*
6 *Occidens ad ſui defenſam cum juſto moderamine non punitur à lege.*
*Clericus occidens ad ſui juſtam tutelam non incurrit irregularitatem.*
*Irregularis, nec excommunicatus non eſt, qui occidit Clericum ad ſui juſtam defenſionem.*
*Homicidium non polluit Eccleſiam, ſi illud eſt ad juſtam defenſam commiſſum.*
*Inculpata tutela, ut talis dicatur, quæ requirat.*
7 *Defenſio inculpata requirit, ut fiat* incontinenti.
*Quid ſit defenſio facta* incontinenti.
8 *Auctor rixæ occidens alium non gaudet privilegio tutela inculpata.*
9 *Limitatur data concluſio.*
*Auctor rixæ per pura verba, ſi ad ſui defenſam occidit injuriatum, qui contrà eum armis inſiluit, gaudet & privilegio inculpata tutela.*
10 *Quomodò dignoſcendum, àn auctor rixæ habeat à principio animum occidendi.*
*Auctor rixæ, quis dicendus.*
11 *Defenſio facta prò tuendâ pudicitiâ eſt inculpabilis.*
*Pudicitia, quæ poteſt defendi morte illi inſidiantis, eſt pudicitia propria, aut uxoris, filiorum &c.*
12 *Quo caſu tuenda ſit, aut tueri poſſit pudicitia per mortem inſidiantis, aut attentantis.*
13 *An præventivè poſſit occidi, qui certò, & infallibiliter eſt violaturus pudicitiam.*
14 *Speculativè, quomodò licitè præventio fieri poſſit.*
*De proximo accingendus habetur prò accincto.*
15 *Occidens ad tuendam pudicitiam, quo caſu eſſet abſolvendus à pœnâ homicidii.*
16 *Reſolvitur, quòd practicè, prò tuendâ pudicitiâ non poteſt præveniri morte invaſor.*
*Voluntas hominis eſt deambulatoria.*
*Propoſitio damnata ab Alexandro Septimo.*
17 *Defenſio inculpata eſt etiam reſpectu tuendi honoris, aut rei familiaris.*
*Fur nocturnus poteſt occidi.*
*Circumſtantia requiſita à Doctoribus, ut fur nocturnus poſſit occidi.*
*Nocturnus fur poteſt occidi ab eo, cujus vita, aut res periclitantur.*

18 *Fur*

(70) *Felin. in Proem. C. Decretal. num. 6. Tuſc. lit. A. Concl. 514. Card. in Clem. Ne in agro §. Quia vero de Stat. Monach. Aceved. loc. cit. num. 6.*

(71) *Novell. 85. cap. 4. Coll. 6.*

(72) *Farinac. Quæſt. 108. num. 13. Poen. Barboſ. Intrig. Giurb. apud Auguſt. Barboſ. Appellat. 23. nu. penult.*

18 *Fur diurnus, quandò poſſit occidi.*

*Fur quivis poteſt occidi, quandò res furata non poteſt recuperari, aut cum difficultate.*

*Quarè fur armatus poſſit occidi.*

19 *Depopulatores agrorum nocturni poſſunt occidi.*

*Nomine* agri *quænam veniunt.*

*Si quis indemnem à depopulatore ſervare ſe poteſt verbis, aut verberibus, non poteſt eum occidere.*

*Gothofredus rejectus.*

*Diſpenſatio eſt ſtricti juris, & debet lædere jus comminùs, quàm poſſit.*

20 *Quantitas rei furatæ, quæ requiritur, ut quis, ob eam poſſit fur occidi.*

*Æquitas præferenda rigori juris.*

*Clericus, occidens furem, incurrit irregularitatem.*

21 *Homicidium, factum à non ſanæ mentis, eſt impunibile.*

*Ebrius, quandò excuſetur ab homicidio patrato, aut non.*

*Noctambulus, quis dicatur.*

*Actiones noctambuli, dùm dormit, à quo ſint.*

*Ebrius, & noctambulus, ſi cautelam non adhibuerunt, & occidunt, puniendi de culpâ.*

22 *Phrenetici, & furioſi quandò puniendi, aut non de homicidio commiſſo.*

23 *Pater, & maritus poteſt filiam, aut uxorem deprehenſam in adulterio occidere.*

2 *Quæ conditiones requirantur à jure, ut Pater poſſit filiam adulteram occidere, & adulterum.*

*Magiſtratus deprehenſus in concubitu cum filiâ, poteſt occidi à Patre.*

*Pater ſinè incurſu Cenſuræ poteſt percutere Clericum, cubantem cum filiâ.*

*Non requiritur, quod filia reperiatur in actu ſuccumbendi, ſed ſufficit amplexus &c.*

25 *Pater poteſt occidere pederaſtam, & filium deprehenſos in actu innominabili.*

26 *Opinio, quòd Pater non poſſit occidere filiam viduam in actu fornicationis.*

*Pater non habet privilegium, ut præferatur ad accuſandam filiam de ſtupro.*

27 *Impugnatur dicta opinio.*

*Pater poteſt occidere filiam in actu ſtupri, ob iram conceptam ex atroci injuriâ.*

*Pater non poteſt occidere filiam in actu ſtupri extrà domum ſuam, aut Generi.*

*De adulterio, etiam extranei accuſare poſſunt.*

*Si filia non eſt in Patris poteſtate, non poteſt à Patre occidi.*

28 *Maritus poteſt, actu adulterantem uxorem in domo propriâ, non verò Soceri, occidere.*

*Maritus occidens adulterum non vilem, citrà mortem puniendus.*

29 *Leges concedentes marito homicidium uxoris adulteræ extenduntur ad adulterium.*

30 *Maritus, quo caſu poſſit occidere ſibi ſuſpectum de adulterio cum propriâ uxore.*

*Sivè vilis, ſivè nobilis ſit adulter, poteſt à Marito occidi.*

31 *An Pater, & Maritus poſſint per alios occidere filiam, ac uxorem adulteram.*

*Reſolvitur dubium negativè, & quarè.*

32 *Argumentum Baldi contrarium reſolvitur.*

*Permiſſio legis, facta perſonæ non egreditur perſonam.*

33 *Filius de mandato Patris, & Servus de mandato Domini occidens adulteram puniendi citrà pœnam legis Corneliæ, & quaré.*

34 *Opinio, quòd Pater, & Dominus poſſint demandare filio, aut ſervo homicidium adulteræ.*

*Impugnatur talis opinio, & quarè non ſit vera.*

35 *An Pater, & Maritus ſe ponentes in inſidijs, ut adulteram in actu deprehendant, poſſint eam impunè occidere.*

36 *Reſolvitur dubium negativè, & quarè.*

37 *Continuatur ratio.*

38 *Pater, & Maritus, ſi per ocularem inſpectionem certi non fuerunt de adulterio, ſed, ut certificentur de eo, ſe ponunt in inſidiis armati, cum aliorum aſſiſtentiâ, & adulteros occidunt, non ſunt Rei de homicidio appenſato, & quarè.*

39 *Aſſiſtentes tali homicidio nullam pœnam incurrunt.*

*Aſſiſtentes dicto homicidio non poſſunt offendere adulteros, aliter tenentur de homicidio.*

40 *Homicidium caſuale diffinitur.*

*Quibus in caſibus homicidium caſuale detur.*

*Amicus occidens amicùm, caſualiter occidiſſe præſumitur.*

*Amicitia facit benè præſumere, etiam in factis prohibitis.*

*Penſanda benè eſt amicitia, ſi fuerit vera, àn ficta.*

41 *De homicidii caſuali nemo tenetur.*

*Caſus quandò dicatur intervenire.*

*Quomodò diſcernatur, àn in homicidio, quod reputatur caſuale intervenerit culpa.*

*Exercitium operis illiciti culpa eſt.*

42 *Homicidium culpoſum, minori, quàm ordinariâ pœnâ punitur.*

*Homicidium culpoſum à quo agravetur.*

43 *Homicidii culpoſi prima ſpecies eſt, quæ comprehendit quemvis gradum ſimplicis culpæ in homicidii caſuali.*

*Secunda ſpecies eſt, quandò intervenit dolus ob opus illicitum, cui vacabatur.*

*Tres caſus hujus ſecundæ ſpeciei.*

44 *Opinio, quòd volens occidere unum, & alium præter intentum necans, ordinarias pœnas evadat, dura eſt.*

45 *In rixa occidens unum, volens occidere alium, extraordinariè puniendus.*

46 *Appenſatè volens occidere unum, & occidens alium præter intentum, debet ordinariè puniri.*

47 *Confirmatur proximè data concluſio.*

48 *Homicidii doloſi diffinitio.*

*Ejus ſpecies.*

49 *Prima ſpecies homicidii doloſi, & ejus diffinitio.*

*Homicidium rixoſum, doloſum, & pure voluntarium habentur prò ſynonimis.*

50 *Homicidium rixoſum, ſeù ſimplex voluntarium eſt, quod ſequitur in actu rixæ.*

*Doloſum eſt, quod ſequitur poſt rixam perdurante iracundiâ.*

*Dolus eſt actus voluntatis indifferens ad bonum, & malum.*

51 *Iracundia per quantum temporis durare cenſeatur.*

*Cenſetur durare, donec iratus non divertat ad actus extraneos; aut per 12. horas.*

52 *Certa regula de tali duratione dari non poteſt, ſed arbitranda eſt à Judice.*



Digitized by Google

53 *Secunda ſpecies homicidii doloſi diffinitur, & dicitur homicidium deliberatum.*

54 *Duo inimici ſibi obviantes, ſi unus alium necat animo deliberato, Reus eſt de homicidio deliberato.*

55 *Levis provocatio in occurſu inimicorum, quando excludat indicium animi deliberati.*

*Provocatio debet eſſe data, & non accepta.*

*Cautela in hoc ſervanda à Judice.*

56 *Provocatio, in occurſu tali accepta, non ſalvat ab homicidio deliberato.*

*A primordio tituli omnis eventus poſterior formatur.*

*Culpa, proveniens à dolo malo, punitur ut dolus.*

57 *Opinio, quod atrox injuria, accepta ab inimico, excludat reatum animi deliberati.*

58 *Impugnatur dicta opinio.*

*Calor iracundiæ tantùm perdurans excuſat animum deliberatum.*

59 *Quibus in caſibus impugnata opinio poſſit habere locum.*

*Homicida adulteri ex animo deliberato, evadit pœnam ordinariam.*

60 *Princeps ſolus poteſt moderare pœnam homicidii deliberati, ob gravem circumſtantiam.*

61 *Tertia ſpecies homicidii doloſi eſt facti in inſidiis.*

*Inſidiari importat quamlibet injuſtam offenſam.*

*Inſidiari propriè, quid ſignificet.*

62 *Occidere ex inſidiis pluribus modis accidit.*

1 Homicidium, ut fert nominis etymologia, aliud non eſt, quàm *hominis cædes*, ſiuè *mors, violenter homini illata*, in hoc autem generali ſenſu abſtractivè acceptum *homicidium* delictum non eſt, quandòquidèm poteſt dari, & de facto datur *cædes hominis*, quæ, ut infrà dicam, crimen non eſt. Communiter ſcribentes dividunt *homicidium* in ſimplex, & qualificatum, ſivè deliberatum; dicuntque, ſimplex quinque modis committi, puta, lege permittente; neceſſitate; caſu; culpâ; & dolo: Deliberatum pariter quinque modis patrari; nempè ex propoſito, ex inſidiis; proditione, aſſaſſinio, & per venenum. Sic pluribus ſecum vectis ſcribit *Caballus*. (1)

2 Mihi autem magis propria videtur diviſio *homicidij* in *homicidium* lege permiſſum, & *homicidium* lege vetitum; ità ut illud crimen non ſit, hoc verò delictum ſit. Aſſignata enim diviſio *homicidij* ſimplicis in quinque modos, tum ſuperflua, tum impertinens eſt. Superflua quidèm, nàm quatuor primi modi reducuntur ad unum, quià, qui occidit hominem neceſſitate, caſu, & culpâ, occidit lege permittente, aut ſaltem non puniente; & ſic cæteri tres modi reducuntur ad unum. Impertinens autem, quià in cæteris modis non intervenit dolus, qui tamen intervenit in quinto, & in hoc eſt vera ratio delicti, quæ tamen non reperitur in prioribus; undè nec debuit in illorum ſerie collocari, ſed computari cum modis *homicidii* deliberati.

3 Dico igitur, *homicidium* plurifariàm lege permitti, aut à lege non puniri tanquàm delictum. Primo modo, quandò committitur ex mandato, & auctoritate Principis, aut Magiſtratus; & hoc modo licitum eſt *homicidium* factum ab Officialibus Curiæ, juſſis capere Reum vivum, aut mortuum, ſi iſte aufugit, nec eum capiendi ſpes eſt; aut ſi armis ſe tuetur contrà familiam, (2) neque pariter delinquit Executor juſtitiæ, dùm Reos ultimo ſupplicio afficit. (3) Ut enim ajebat *D. Auguſtinus* (4) *Cum homo juſtè occiditur, lex eum occidit, non tu.*

4 Secundo modo, quandò lex, aut Statutum, aut conſuetudo, quæ obtinet vim legis, occiſionem alicujus permittit, & occiſorem de *homicidio* nullo modo punit; & ità impunè poteſt occidi transfuga, qui ad hoſtes patriæ tranſiens, propter periculum revelationis ſecretorum, poteſt patriæ everſionem cauſare. (5) Hoc pariter dici poteſt de bannitis, qui quàmvis de jure communi occidi impunè non poſſint, ut notat *Bartolus*, (6) tamè de jure Statutario hoc licet; nàm, ut ajt loco ſupracitato *Clarus* in omnibus fermè Statutis, ſaltem Italiæ, habetur, ut banniti capitaliter poſſint impunè occidi; & non rarò etiam præmia occiſoribus illorum ſunt decreta per Statuta locorum, quæ, cùm hoc ſanciant prò quiete communi, valida ſunt, ut ſcripſit *Alexander*. (7) Inſuper, cùm banniti habeantur tanquàm hoſtes patriæ in ſententiâ communi Doctorum, (8) poſſunt occidi etiam proditoriè ex inſidiis, ac etiam per aſſaſſinium, pecuniâ datâ, vel acceptâ.

5 In pari cum ſupradictis conſideratione habetur *homicidium*, commiſſum in publicâ colluctatione, quæ ex conſuetudine invaluit, ſivè in concertatione, quæ pugnis fit, & vera pugna dicenda eſt, cùm nomen *pugna* à pugnis, quibus ab initio dimicatum fuit, ortum ſit, ut ſcribit *Matthias Dogen*. (9) Hujuſmodi pugnæ fiunt *Venetiis*, *Eugubii*, *Piſis*, *Florentiæ*, & alibi; & in hoc conflictu, ſi quis pugno alium occidit, aut ſi in colluctando, antegoniſtam interimit, ille non incurrit pœnam *homicidii*. (10) Hoc autem accipiendum eſt, ſi occiſio ſequatur in actuali exercitio, & occaſione eorum, quæ in tali exercitio licita ſunt; nempè pugnis, tantùm manu inermi formatis, hoſtem petendo; aut in colluctatione, antagoniſtam trudendo, impellendo, attrahendo, ſtringendo, ſeù proſternendo: ſi enim aliter fieret, ut potè breve ferrum, aut ſaxum in clauſâ manu quis teneret, & ſic armato pugno hoſtem exciperet, & necaret, teneretur ille de *homicidio* proditorio, ut dicunt Doctores. (11) Et hoc itidem dicendum eſt, ſi quis in ludo, ſivè pugnâ ſaxorum, quæ in quibuſdam Civitatibus practicatur, alium occidit; nam conſuetudine ità concedente ceſſat dolus, & ſic ratio *homicidii* criminalis; conſuetudo enim tolerata, quàm-

(1) *Caball. Tract. de Omni gen homicid. num. 7. & ibi Carer. Gribald. Clar. Boſſ. & Farinac.*

(2) *arg. text. in l. Si ſervus. C. de His qui ad Eccl. confu. Clar. §. Homicidium. V. Sunt etiam. & quæſt. 29. in princip.*

(3) *text. in cap. Si homicidium. 23. q. 5. & in c. Cum homo. ea. cau. & q.*

(4) *D. Auguſt. lib. quæſt. ſup. levit. 19. quæſt. 68.*

(5) *text. in l. Ejuſdem. §. final ff. Ad leg Cornel. de Sicar. Clar. §. Homicidium. V. Plerunq etiam.*

(6) *Bart in l. Ut vim. num. 1. ff. de Iuſt. & iur.*

(7) *Alex. in l Si plagii. num. 2. ff. de Verb. oblig. apud Dec. Conſil. 327. num 3. in fin.*

(8) *Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 14. in fin. de Conſt. Boſſ. Tit. Banni. quid amit. num. 1. Clar. §. Homicid. num. 61. Farinac. q. 103. n. 107. & ſeqq Caball. de Omn. gen. homicid. n. 60.*

(9) *Matt. Dogen-Architect. militar. lib. 1. ſub init.*

(10) *text. in l. Qua actione. §. Si in colluctatione. ff. Ad leg. Aquil. Marſil. Anchar. Alex. Dec. Menoch. Gribald. Carer. apud Caball loc. cit. num. 85.*

(11) *Menoch. de Arbitrar. lib. 2. Cent. 4. Caſ. 400. num. 4. & 5. Gribal. de Homic. legit. num. 27.*

Digitized by Google

quàmvis iniqua, & iniuſta excuſat à pœnâ temporali, argumento eorum, quæ dicuntur in jure. (12) Hoc verò accipiendum, ſi occiſio ſequatur ex jactu lapidis, nudâ manu facto: quòd, ſi occiſio ſequeretur ex jactu ſaxi, facti fundâ (dùm conſuetudo eſt, quòd dimicetur tantùm ſaxis, nudâ manu proiectis ominùs), ſivè ex percuſſione, ſaxo retento in manu, factâ in capite adverſarii, qui fortè cecidit, tali caſu *homicidium* evaderet verum crimen, ex hoc, quòd non excuſaretur à conſuetudine, quæ tales percuſſiones non admitteret.

6 Tertio modo, quandò ſequitur *homicidium* ob neceſſariam defenſionem propriæ vitæ, tali enim caſu poteſt quivis aggreſſorem occidere, ſi tamen interveniat moderamen inculpatæ defenſionis, ut dicunt jura. (13) Et ampliatur iſta concluſio tùm quò ad perſonam, tùm quò ad locum. Ad perſonam quidèm non tantùm occidentis, ſed etiam occiſi; ut puta, quòd licitum ſit *homicidium* ad defenſam, quantùmvis occidens ſit Clericus, ita ut ex tali *homicidio* nullam contrahat irregularitatem: (*e*) pariter, ſi invaſor ſit *Clericus*, qui remaneat occiſus, occidens nullam per hoc incurrit excommunicationem. Itidèm, ſi invaditur iniuſtè extraneus, poteſt alius quivis, etiam Clericus interficere invaſorem ad ſalvandum innocentem, ſi tamen aliter ſalvari nequit, quàm per alterius mortem. *Farinac. Quæſt.* 125. *num.* 278. Verùmtamen, ſi in hoc caſu *homicida* eſſet Clericus, non evaderet irregularitatem, ut habet *Gloſſa* in citatâ Clementinâ *ſi furioſus. in V. Summ. de Homicid.* (*f*) Ad Laicum etiam ampliatur, nàm etiam in Eccleſiâ ad propriam defenſam licet occidere, abſquè eò, quòd illa polluta remaneat; & ratio eſt, quià tale *homicidium* juſtum eſt, & Eccleſiæ iniurioſum non eſt, & ſic firmant Doctores. (*g*) Inculpata porrò defenſio, ut firmant Doctores, (14) conſiſtit in tribus: primum eſt *modus*; ſcilicet, ut eodem genere armorum, quo quis eſt percuſſus, ſe defendat. Sed hoc non probatur univerſaliter: ſiquidèm, ſi poſitus in periculo vitæ ſe tuetur ſclopo, eumque explodit contrà adverſarium, qui enſe eum aggreſſus eſt, (dùm alia arma non habuit ad ſe defendendum, niſi ſclopum; aut ſi enſem habuit, non tamen erat ſic peritus in arte digladiandi, ſicut adverſarius) profectò non erit Reus defenſionis culpatæ, aut culpabilis; debuit enim ſe tueri modo illo, quo potuit, & ſibi magìs prodeſse valuit. Ideò alii Doctores (15) meliùs certè firmant concluſionem, quod cæteris paribus, *moderata* dicetur *defenſio*, quàmvis fiat cum inſtrumento majori, aut fortiori armis, quibus impetitur, qui ſe defendit. Me autem judice, *modus* debet potiùs attendi circà factum, quàm circà arma; puta, ſi potuit ſe tueri exarmando inimicum; aut clamando auxilium, quod præſtò potuit eſse; aut uno ictu debilitando aggreſſorem, voluit potiùs ferire, & non contentus uno ictu, quo adverſarius jàm ceciderat, & factus erat inhabilis ad ampliùs nocendum, ipſum pluribus ictibus confodit; tali caſu non poteſt dici *homicidium* fuiſſe licitum ratione defenſionis. Ratio eſt, quià hoc licitum communi ſententiâ reputatur, quandò nullus ſuppetit modus ſalvandi propriam vitam, niſi per mortem aggreſsoris. In caſu autem ità non eſt; quià poterat uti exarmatione inimici; imploratione auxilii; ſivè contentus eſse uno ictu tantùm, quo ille jàm erat factus inhabilis ad nocendum: undè ſequentia vulnera fuerunt illata potiùs ad vindictam, quàm ad defenſam; & in hoc verus eſt exceſsus in *modo*, propter quem defenſio amittit jus inculpatæ.

7 Secundum eſt, ut defenſio fiat *incontinenti*, puta, antequàm, qui ſe defendit, divertat ad alios actus, ut firmant Doctores. (16) Ratio autem hujus dicti eſt, quià, qui ſe divertit ad alios actus, jàm ſe exemit à periculo mortis; undè, ſi occidit, patet, quod eſt ad vindictam. Tertium eſt *cauſa*, puta, quòd offenſio fiat ad puram defenſionem, non autem ad ultionem; & hoc verificatur, quandò ſe defendens eſt conſtitutus in diſcrimine vitæ, honoris, aut alterius iniuriæ perſonalis, & aliter evadere non poteſt mortem, aut iniuriam, niſi offendat, aut occidat adverſarium. (17)

8 Secundùm autem opinionem quorundam, *homicidium* ad neceſſariam defenſionem non debet eſſe commiſſum ab eo, qui fuit auctor rixæ; ità ut, ſi iſte ponatur, ob rixam, à ſe incæptam, in periculo vitæ, ità ut aliter evadere nequeat, niſi occidendo, & occidat, non gaudeat privilegio defenſionis inculpatæ. (18) Quià, ut ait *Farinacius* (19), ipſe cogitavit, aut cogitare potuit de eo; quod ex rixâ, quam incipere voluit, evenire poterat: undè excuſandus à pœnâ non eſt, ſi dans operam rei illicitæ, occaſionem delicto paravit.

9 Sed limitatur ſuprà data doctrina ad caſum, in quo auctor rixæ non acceſſit ad rixandum animo occidendi; ſi enim tali animo acceſſit, non evadit reatum homicidii, quàmvis occidat in ſtatu, in quo ipſe ſalvare non poterat vitam, niſi per mortem alterius. At ſi talis animus defuit, diſpar eſt ratiò; pròut enim multis ſecum vectis, ait *Raynaldus*, (20) iniquum quodammodò eſſet, quòd incipiens rixam puris verbis, teneatur pœnâ ordinariâ, ſi calore rixæ incenſus, & magìs, ſi conſtitutus in periculo vitæ, occidit; & maximè ſi adverſarius aliquo modo exceſſit.

10 Quòd, ſi quæratur, quomodò cognoſci poſſit, àn auctor rixæ (puta, ille, qui dixit, aut fecit, vel facere tentavit illicitum, ex quo veriſimiliter poterat ſequi delictum, quod indè evenit, is enim, ut ſcribit *Baiardus*, (21) apud *Grivellum* vocatur auctor, ſivè caput rixæ) habuerit à principio animum occidendi, & directum ad id, quod pòſteà ſequutum eſt, reſpon-

(12) *text. in cap. Cum Venerabilis. junct. gloſ. in V. Migraſſe. de Conſuet. cap. Sane. iunct. gloſ. in V. Antiqua. de Temp. Ordin. cap. Obiiciantur. 22. q. 4.*

(13) *l. Vt vim, & ibi Gloſſ. & D.D. communiter. ff. de Iuſt. & iur. l. Si ita. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. l. 2. C. eo tit.*

(*e*) *text. in Clement. Si furioſus. de Homicid.*

(*f*) *text. in cap. Si verò. il 1. de Sent. Excommu.*

(*g*) *Ayrer. Boulec. Lignan. Mantua. Dec. Farinac. Quæſt. 125. nu. 22. apud Bict. quæſt. 111. n 22.*

[14) *Cabal. Reſol. 248. nu. 31. Guazzin. Defenſ. 29 cap. 5. nu. 2. Farinac Quæſt. 125. n. 356.*

(15) *Giurb. Conſ. crim. 17. nu. 24. & ſeqq. Berlich. Par. 4. Concl. 12. nu. 56. Matthæ. de Reg. Regn. Valent. cap. 8. §. 8. num. 112. Conciol. Crim. Reſol. 3. num. 9. V. Defenſio. Raynal. Tom. 1. cap. 7. Rubr. nu. 18.*

(16) *Cabal. Calvin. Farinac. Guazzin. Conciol. Raynal. loc. cit. n. 19.*

(17) *Guazzin. Defen. 29. cap. 5. n. 2 Mazzol. Conſ. 11. n. 65. Grammat. Conſ. 56. num. 16. arg. l. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. Ad l. g. Aquil.*

(18) *Andræ. Gail. de Pace publi. lib. 1. cap. 16. nu. 17. Baiard. ad Clar. §. Homicidium. n. 78 & 125. Cabal. de Omn. gen. homic. n. 112.*

(19) *Farinac. Quæſt. 126. n. 47. & 49.*

(20) *Raynal. Tom. p. cap. 7. Rubr. nu. 25. & ibi Sabel. Cabal. Peguer. Guazzin. Oril. Matthæ Conciol.*

(21) *Baiard. ad Clar. § Homicidium. num. 78. apud Grivell. Deciſ. Dolan. 26. nu. 11.*

Digitized by Google

reſpondet *Raynaldus*, (22) quòd hoc cognoſci poteſt ex capitali inimicitiâ, quæ præceſſit inter homicidam, & occiſum, ſi nempè ille occaſionem quærebat obviandi inimico ſuo; quo reperto, rixam verbalem, aut etiam actualem affectavit; nempè occupando manum dextram in itinere, quæ alteri debebatur; ſivè datâ operâ tranſeundo proximè illi, eumque impellendo; aut alium actum faciendo, ex quo rixa oriri ſolet, maximè inter eos, qui ſibi invicem non ſatìs æquo ſunt animo. Pariter, ſi occiſor habuit mandatum de occidendo, & armatus incedebat, & ex induſtriâ obviavit occiſo, tali caſu, ſi cæptâ rixâ, ab occidente iſte poſitus in diſcrimine vitæ occidit, non evadit pœnam ordinariam, quià ipſe jàm *homicidium* ex propoſito intendit. Addo Ego, quòd coniici poteſt animus occcidendi in auctore rixæ ex qualitate armorum, quibus præter morem ſuum erat inſtructus. Pariter ab inſolito loco, per quem ille tranſire non ſolebat, nec congruentem cauſam aſſignare poteſt, quarè illàc præter morem ſuum tranſierit, cùm tamen locus ille frequentari ſolitus erat ab occiſo. Inſuper à mendicato prætextu arrepto rixam incipiendi, & multis aliis circumſtantiis, à quibus venari poterit ſagax Judex animum præcedentem auctoris rixæ, qui occiſit.

11 Ampliatur autem ſuprà data doctrina, quòd nempè ſit inculpabile *homicidium*, factum ob defenſionem propriæ vitæ, ad defenſionem pudicitiæ, nàm argumento quorundam iurium (23), dicunt multi Doctores (24), quòd licet occidere impunè illum, qui inſidiatur pudicitiæ occidentis; & poteſt etiam extendi ad inſidiantem pudicitiæ uxoris, filiorum, ſivè fratris, aut ſororis, argumento, ducto à citatâ *l. Iſti quidem. §. penult. & ultimo ff. Quod met. cau.* ubi dicit *Paulus* I. C. majorem in bonis viris eſſe metum amittendæ pudicitiæ, quàm vitæ: & hoc non tantùm reſpectu propriæ perſonæ, ſed etiam filiorum, *cùm prò affectu Parentes magis in liberis terreantur*. Et confirmatur, quià ex læſâ pudicitiâ propriâ, filiorum, aut fratrum, incurritur jactura honoris, de quo viri boni tanquàm de propriâ vitâ debent eſſe ſoliciti.

12 Cum ſobrietate autem accipi debet data concluſio; quòd nempè licitum ſit *homicidium* prò tuendâ pudicitiâ propriâ, uxoris, filiorum, & fratrum, quandò aliter ſalvari nequeat pudicitia, niſi per mortem inſidiantis. Ratio eſt, quià aliter non eſſet inculpata tutela: & ſicut non evadit reatum homicidii, qui occidit ad defenſam vitæ ſinè juſto moderaminæ, ut ſuprà dictum eſt, pari modo concludendum eſt de defenſione pudicitiæ.

13 Libet autem hìc quærere, àn prævenire liceat illum, à quo certè imminet mihi mors, aut infamia ex pudicitiâ attentatâ uxoris, filiæ &c. ità ut, ſi concludenter probabo, me fuiſſe in ſtatu, in quo debebam certò, & inevitabiliter amittere vitam, aut honorem, niſi occidiſſem illum, debeam pronunciari inculpabilis in *homicidium* commiſſo.

14 Reſpondeo, quòd ſpeculativè loquendo, talis præventio eſſet licita; puta, ſi attentans vitam, aut pudicitiam, certò, ac infallibiliter ad effectum perducet præmeditatum ſcelus, quod nullo alio modo excogitabili poteſt à me anteverti. Ratio eſt, quià talis certitudo effectus ſecuturi ponit me in ſtatu, ac ſi eſſem in actu, in quo pati debeam amiſſionem vitæ, aut honoris; ſiquidèm ut ex jure (25) deducunt Doctores, dè proximo accingendus habetur prò accincto, & ſicut licita eſt defenſio in actu aggreſſionis, ità licita videtur in caſu certò, & infallibiliter ſecuturæ violentiæ, cui aliter nequit obviari.

15 Secuto igitur effectu, ſi homicida concludenter probaret, ſe certò, ac infallibiliter (certitudine ſaltèm morali) amiſſurum vitam, aut honorem, niſi occidiſſet; pariterque probaret, ſibi nullum fuiſſe modum evitandi damnum ſecutum, niſi per mortem illius, utiquè eſſet abſolvendus.

16 Sed quomodò probabit talem effectum fuiſſe infallibiliter ſecuturum, cùm voluntas hominis ſit mutabilis, ac deambulatoria, (26) & poſſit illum pœnituiſſe de meditatâ violentiâ? Quomodò probabit, non potuiſſe illum impediri ab aliquo, nè meditatam vim effectui demandaret? Quomodò probabit, Principem, aut Magiſtratum non potuiſſe, aut noluiſſe occiſorem ſervare indemnem, ſi ad eum habuiſſet recurſum, prout tenebatur, antequàm privatâ auctoritate ſe defendiſſet? Ex his ergò concluditur, quòd, cùm impoſſibile moraliter ſit probare dictas circumſtantias, (quarum unâ deficiente tale homidium eſſet illicitum) practicè loquendo, talis præventio eſt dicenda illicita, ac damnabilis. Undè jure merito *Alexander VII.* damnavit hanc propoſitionem, *licet interficere falſum Accuſatorem, falſos Teſtes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi aliâ viâ non poteſt innocens damnum evitare*, quæ propoſito caſui, ut patet, affinis eſt.

17 Extenditur inſuper licita defenſio vitæ, ac honoris, ad defenſionem etiam rei familiaris; proindè textualiter habetur in quâdam lege (27), quòd fur nocturnus poteſt impunè occidi; limitat hanc concluſionem *Clarus* (28), qui ex *Bolenço*, & *Ideco* docet, *homicidium* furis nocturni licitum eſſe, quandò quatuor circumſtantiæ interveniant; prima eſt, quòd hoc fiat ad defenſionem rerum ſuarum, ſecunda eſt, quòd volens occidere, clamet; tertia eſt, quòd neque furem cognoſcat, neque adſint Teſtes illum agnoſcentes, qui poſſint deponere contrà eum de furto; quarta eſt, quòd non poſſit eum capere. Sed tales circumſtantiæ non requiruntur à Textu; & profectò inutilis eſt clamor, ſi furtum eſt in loco, ad quem nullus accurrere poteſt, ut eſt in caſis campeſtribus, ac ſolitariis, inutilis pariter eſt cognitio furis per ſe, aut per Teſtes, ſi fur (ut accidit in ſtatibus limitrophis, ſivè confinantibus) facto furto, fugit

(23) *Auth. Multò magis. C. de Sacr. Eccleſ. l. Si quis non dicam. C. de Epi. & Cler. l. Iſti quidem. §. Quod ſi dederit. ff. Quod met. cau.*

(24) *Gribald. Bart. Angel. Clar. Bolen. Farinac. apud Caball. Tract. de omn. gen. homicid. n. 89.*

(25) *arg. l. Ex eo tempore. ff. de Teſta. milit. Felin. in cap. Eam te. nu. 16. ℣. Erat iſte. de Reſcr. Iaſ. Theſ. Thomaſſ. Alex. Anchar. apud Barboſ. Axiom. 6. init.*

(26) *arg. l. 4. ff. de Adimen. legat. l. Cum hic. §. Ait oratio. ff. de Donat. int. vir. & uxo: cap. Cum Marthæ. ℣. Cæterùm. de Celebr. Miſſa.*

(27) *text. in l. Furem nocturnum. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.*

(28) *Clar. §. Homicidium. ℣. Vltima eſt. nu. 47.*

Digitized by Google

fugit ad Statum, ſeù ditionem alterius Principis, ubi ſe tuetur ab inquiſitione Curiæ. Dicendum igitur, necem talis furis eſſe licitam, quandò unica intervenit circumſtantia, requiſita à Textu citatæ legis, puta, *ſi parcere ei ſinè periculo ſuo non potuit*; nempè prout adnotavit *Gothofredus*, (29) ſinè periculo *ſuarum rerum, vel ſui corporis*. Vndè ad licitam necem talis furis ſufficit, quòd occidens paſſurus ſit inevitabile damnum in corpore, aut ſubſtantiâ ſuâ, ſi fur non occidatur. Proindè, ſi ad tuendum ſe, aut ſua, contrà talem furem, ſufficit hujus debilitatio per vulnus, aut percuſſiones; aut, ſi poteſt abſque damno res furatas recuperare, implorato Iudicis officio, aut aliâ viâ, vel ſi res ſurripienda à fure eſt parui momenti, undè leve tantùm damnum emergit, non poteſt furem occidere. Ratio eſt, quià tunc parcere furi abſquè ſui periculo poteſt, & deficit conditio, requiſita à lege, & non purificatâ conditione, ceſſat diſpoſitio legis, ut proindè delictum evadat illud, quod cum illâ conditione crimen non fuiſſet.

18 Quod autem dictum eſt de fure nocturno, dicendum pariter eſt de diurno. Nàm, ut habet Textus cujuſdam legis, (30) ex legibus duodecim Tabularum habetur, quòd fur diurnus impunè poſſit interfici, *ſi telo ſe defendat*. Talis autem defenſiò *telo*, (armis nempè quibuſvis) facta à fure, ità debet accipi, ut nempè fur armis furtum factum defendere velit. Quòd, ſi fur, etiam armatus, res furatas dimittat, non poteſt dominus rerum furatarum furem ullo modo percutere, & multò minùs occidere. Ratio eſt, quià communis ſententia Doctorum eſt, de quâ teſtatur *Iaſon*, (31) quòd tùm licèt furem ſivè nocturnum, ſivè diurnum interficere, quandò res furatæ non poſſunt aut ſimpliciter, aut ſinè gravi damno recuperari; undè, ſi fur furtum dimiſit, jàm res recuperatæ ſunt, & ceſſat motivum legis, quæ furis necem impunem permittit. Et huic ſententiæ adſtipulatur Imperator (32), dùm ait *latrocinantem, qui inferendæ cædis voluntate præceſſerat, iure caſum videri*, ex eo enim, quòd armatus ad furandum acceſſit, videtur acceſſiſſe animo defendendi armis furtum factum, & ſe paratum potiùs ad necem domini, volentis rem ſuam recuperare, quàm ad furtum dimittendum. Quòd, ſi quàmvis armatus, furtum dimittit, ſignum eſt, arma non ſumpſiſſe ad defendendum furtum, & conſequenter non habuiſſe animum *cædis inferendæ*, undè nec licet domino rei furatæ furem necare.

19 Ampliatur inſuper ſupradata diſpoſitio ad *nocturnos depopulatores agrorum*. Nomine autem *agri*, quod genericum eſt, juxtà *Calvinum* ex *Spiegelio* (33) venit *ager conſitus*, ut ſunt vineæ, & fructeta, ſeu pomaria; *ager aratro proſciſſus*, ut campi, in quibus ſeruntur blada, ac legumina; *ager compaſcuus*, ut prata, ad fœnum colligendum deſtinata; *ager floridus*, ut viridaria, ad florum culturam deſtinata. Addi poteſt *ager ligniferus*, ut ſunt ſylvæ, ſivè nemores cædui; & *ager herbarius*, quemadmodùm ſunt horti prò parandis oleribus culti. Sancitur igitur ab Imperatore, (34) ut nocturni depopulatores agrorum, juxtà multiplicem ſenſum ſuprà datum, poſſint impunè occidi. Non recipio tamen opinionem *Gothofredi*, (35) qui ex Cuiacio autumat *homicidium* nocturni depopulatoris agrorum *permiſſum eſſe quoquomodò, ſivè ei parcere non potueris ſine vitæ periculo, ſivè potueris*. Ratio eſt, quià Textus illius legis in tantùm permittit homicidium *depopulatoris agrorum*, in quantùm, pròut ſonant verba illius legis, *liberam reſiſtendi cunctis tribuit facultatem*. Reſiſtentia autem fieri poteſt verbis, aut verberibus citrà mortem. Vndè, ſi dominus agri reſiſtere poteſt depopulatori, nè damnum det, terrendo verbis, aut verberibus fugando non poteſt ad ejuſdem cædem devenire. Ratio eſt, quià talis lex eſt diſpenſativa aliarum legum, quæ prohibent *homicidium*; diſpenſatio autem ſtricti juris eſt, (36) & minùs quàm poſſit, debet lædere jus commune, undè limitari debet talis lex ad caſum, in quo non poteſt reſiſti depopulatori nocturno agrorum, niſi per mortem illius.

20 Libet autem hìc advertere, quòd ad hoc, quòd licitum ſit *homicidium* furis diurni, aut nocturni, ſivè depopulatoris agrorum, oportet, quòd ſit tale furtum, aut rapina rei, quòd per ejus ablationem aliquis graviter damnificetur, & res ablata non ſit vilis, nec minoris pretii, quàm ſint duo aurei, ut ex Farinacio multos congerente, ſcribit ejus Compilator *Philippus de Bictis Prax. crimin. Quæſt.* 111 *n.* 27. Incongruum enim eſt, quòd vita hominis liberi, quæ æſtimationem non recipit (37) prò re parui momenti, adimi poſſit, & hoc ab homine privato; attento maximè, quòd etiam publica poteſtas non dat neci furem, niſi habeat conſuetudinem furandi, aut niſi graviſſimum furtum commiſerit. Vndè, ad hoc, quòd leges Civiles, furis *homicidium* permittentes, nitantur æquitati, quæ rigori juris eſt præferenda (38); explicari debent, ut ipſi æquitati cohæreant; & ità non permittant liberum *homicidium* furis, niſi prò furto valdè gravi, & hujus gravitas libranda eſſet à Judice benè penſatis locorum, ac perſonarum circumſtantiis, & circà hoc punctum cautè ambulent Judices. Advertendum etiam, quod quàmvis laico liceat pro defenſione rerum ſuarum, pròut dictum eſt, furem occidere, non tamen hoc licet Clerico, qui ſi occidit, ut præfertur, incurit irregularitatem, ut habetur *in cap. Suſceptimus de Homici.*

21 Quartò modo, redditur *homicidium* à lege impunitum, quandò committitur ab homine, cujus mens eſt alienata, aut vehementi paſſione perturbata. Vndè in jure (39) habetur, *homicidium* factum ab infante, aut furioſo, non eſſe punibile, & ratio redditur à Jureconſulto (40), quià tùm furioſus, tùm infans *ſuæ mentis non ſint*; hic quidèm, quià mentis uſum nondùm habet, ille verò, quià furore alienatam mentem patitur. Delictum autem ſinè dolo, quod à libero mentis, hoc eſt rationis uſu procedit, dari non poteſt. Sequitur ex hoc eodem principio, quòd nequè punibile eſt *homicidium*, commiſſum ab ebrio, phrenetico, & dormiente, in iſtis enim

(29) *Dionyſ. Gotgofred. ad l. Furem nocturnum lit. . Ad leg. Corn. de Sicar.*
(30) *l. Si pignore. §. Furem interdiu. ff. de Furt.*
(31) *Iaſon in l. Vt vim. nu. 25. ff. de Iuſt. & iur. Villalob. Coll. com. opin. lit. O. num. 19.*
(32) *l. Si ut allegas. C. Ad leg. Cornel. de Sicar.*
(33) *Calvin. lexic. V. Ager. ait Varro. in fin.*
(34) *l. 1. C. Quando lice. uni. ſi. Iudi. ſe vindi.*
(35) *Dionyſ. Gothofr. ad l. 1. lit. V. C. Quando lice. uni. ſi. Iudic. Cuiac. Obſerv. lib. 14. cap. 15.*
(36) *Barboſ. de Offi. & Pot. Epi. Par. 2. Alleg. 33 n. 7. & ſeqq.*
(37) *arg. cap. 2. de Pignor. l. Qui filios. C. Quæ res pign. obli. poſſ.*
(38) *arg. l. 1. §. Si ego. ff. Si pars hæred. peta. l. final. de Offic. Præſ. l. Maiorem. ff. de Pact. cap. final. de Tranſact.*
(39) *l. Infans. ff. Ad leg. Corne. de Sicar. cap. Aliquot. 15. q. 1.*
(40) *l. Sed & ſi la p. §. Et ideo. ff. Ad leg. Aquil.*

Digitized by Google

enim liber uſus mentis non eſt, & proinde, nequè dolus intervenire poteſt. Verum eſt, hanc concluſionem debere accipi, quandò abeſt etiam culpa à facto; puta, quòd ebrius fuit ex accidenti; nempè, quià fuit ſibi datum vinum, alteratum aliquo pharmaco, inducente ebrietatem, ſivè ex nimiâ ſiti bibit magnam copiam vini, aliàs ſolitus non inebriari. Quòd, ſi ipſe conſuevit ebrietatem pati, & in ebrietate furere, & non temperavit aquâ vinum, aut moderatè non bibit, & factus ebrius, *homicidium* commiſit, pariter, ſi, qui dormiendo occidit, quià noctambulus eſt, (ex iis nempè, qui, licèt dormiant, tamen de lecto ſurgunt, & multa opera faciunt, ac ſi minimè dormirent, & hoc ex forti phantaſiâ, & ſpiritibus animalibus paulò fixioribus, ut doctiſſimus *Etmullerus* (41) ſcribit), & ipſe ſcit, aliàs de nocte dormiendo, alia mala patraſſe, non tamen removit arma à Camerâ, & iis confodit ſocium, ibidèm dormientem; aut ſe claudi non fecit in Camerâ, extrà quam exeundo, *homicidium* commiſit, aut debitam aliter diligentiam non adhibuit ad antevertenda damna, quæ dormiendo cauſat; tali caſu *homicidium* non eſt undequàque impunibile, ſed debet puniri, non quidèm de *dolo*, quià hic abfuit; ſed de *culpâ*, quià debitam diligentiam non adhibuit, ut damnum probabiliter ſecuturum anteverteret, & ſic firmat *Clarus*. (42)

22 Quod etiam accipiendum eſt de phrenetico, & furioſo; ſi enim habent lucida intervalla, & in his maleficia committunt, non debent evadere pœnam debitam, ut textualiter habetur in quodam Digeſto. (43). Undè tali caſu diligenter debet inquirere Judex, àn Reus *homicidium* commiſerit in actuali furore, quo caſu impunibilis eſt; àn potiùs tempore, quo lucidum intervallum habebat, ut proindè pœnam evadere non debeat.

23 Quià verò perturbatur mens ex paſſione vehementi in tantùm, quòd non plenè voluntarii ſint actus, ab illâ prodeuntes, proinde indulgent leges, ut liceat Patri occidere filiam, & adulterum, in adulterio deprehenſos, & hoc item poſſit maritus: vehementia enim doloris, ex atrocitate iniuriæ orta, poteſt in tantùm Patris, ac Mariti mentem perturbare, ut ſibi, ſi occidant, iniuriam inferentes, lex cenſuerit, eſſe indulgendum.

24 Quò ad Patrem clara eſt diſpoſitio Textus (44), in quo datur talis indulgentia Patri, dummodò uno impetu occidat adulterum, & filiam, & quòd hæc ſit in Patris poteſtate; ac ſit in domo ipſius, aut Generi, non autem alibì; & quòd filia ſit nupta; & tandèm, quòd in fragranti crimine deprehendatur, & unâ talium circumſtantiarum deficiente, docet *Clarus*, (45) non licere Patri impunè occidere adulterum, ac Filiam. Ampliatur porrò talis concluſio, ut locum habeat in adultero quovis etiam ſpectatæ dignitatis, aut ſtatus, ità ut occidi poſſit, quàmvis *Magiſtratum* gerat, (46) & ſi Clericus ſit occiſor, tamen etiam de jure Canonico, cenſuram contrà percutientem Clericos, non incurrat, ut loco citato habet *Clarus*, juxtà Textum.

(47) Et quàmvis non reperta ſit filia in actu ſuccumbendi adultero, ſufficit, quòd inventa ſit in actibus venereis, puta, oſculis, tactibus, amplexibus, &c. ut pluribus citatis, probat *Caballus*, (48) quià ex his ſatìs dicitur probatum adulterium. Addit autem *Afflictus* (49), ſupradicta verificari etiam caſu, quo deprenſus eſſet adulter cum filiâ in actu innominabili, ut pluribus ipſe probat.

25 Ex quâ doctrinâ poſſet reſolui dubium, de quo Auctorem ullum, de eo tractantem, mihi reperire non licuit; puta, utrùm diſpoſitio legis permittentis Patri occidere filiam, deprehenſam in adulterio, extendi debeat ad caſum, in quo reperiretur filius ſuccumbere in actu nefando. Et opinor, eſſe reſpondendum affirmativè; Ratio eſt, quià, ſi benè examinetur Textus (50), clarè apparebit, diſpoſitionem illius fundari in juſtâ irâ Patris contrà filiam, & adulterum, ortam ex magnitudine iniuriæ, quâ afficitur per tales impudicitias, cenſuit proindè lex indulgendum eſſe Patri, ſi ex tali irâ adulteros occidat. Sed longè major ira rationabiliter eſt in eo, ſi reperit pederaſtam, abutentem filio, quià longè maiori afficitur iniuriâ ex majori, ac turpiori ſcelere: ſequitur igitur à fortiori, quòd eâdem legis indulgentiâ gaudere debet; attento maximè, hanc legem latam eſſe in favorem Patris principaliter, & proindè ex vulgatis juribus, eſſe extendendam.

26 Limitant porrò dictam ſuperiùs concluſionem *Angelus*, *Auguſtinus*, & *Marſilius*, quos refert, & ſequitur *Caballus* (51), ad filiam nuptam; ità ut non liceat Patri occidere filiam viduam, repertam in actu venereo. Fundamentum eorum eſt, quià Pater non habet privilegium, ut aliis præferatur in accuſando de ſtupro filiam viduam, ut habetur in jure, (52) ſequitur proindè, quòd non habeat jus præcipuum in occidendo; ſiquidèm ſi denegatur, quod eſt minus; nempè accuſare, non conceditur; quod eſt maius, puta, occidere.

27 Sed, ſalvâ talium Doctorum reverentiâ, eorum opinionem non veram puto, & teneo jus ineſſe Patri occidendi filiam in ſtupro, ſi ſit vidua, ſicut in adulterio, ſi ſit nupta. Ratio eſt, quià, ut dicebam, fundamentum legis, indulgentis Patri homicidium filiæ, ut præfertur, eſt juſta ira, concepta ex atrocitate injuriæ, quæ ſibi fit in talibus impudicitiis. Porrò eadem, imò major fit injuria Patri in filiâ viduâ, quàm in nuptâ; nàm nupta eſt ſub cuſtodiâ viri, vidua autem ſub cuſtodiâ Patris, & ratione hujus cuſtodiæ, quæ violatur, major exurgit injuria: & ideò, ſi Pater filiam nuptam, adulterantem extrà domum ſuam, aut Generi, reperit, eam occidere non poteſt, ut textualiter dicit lex, (53) quià ratione loci magis violatur cuſtodia in domo ſuâ, aut Generi, quàm alibì. Sequitur igitur, quòd à fortiori idem jus erit Patri in filiâ viduâ, ſicut in nuptâ. Nec ſtringit ratio oppoſita; nàm, quàmvis Pater non habeat prælationem in accuſando filiam viduam, adulteram in concurſu aliorum accuſatorum extraneorum

(quan-

(41) *Michael. Etmuller. lib. de Morb. human. corp. cap. 7. fol. m. 425. col. p.*
(42) *Clar. §. final. Quæſt. 60. V. Præterea quæro. nn. 12. & 13.*
(43) *l. Divus Marcus ff. de Offic. Præſid.*
(44) *text. in l. Patri. ff. Ad leg. Iul. de Adult. l. Si tt eveniet. l. Nec in ea. l. Quod ait. ff. eo. tit.*
(45) *Clar. §. Homicidium. V. Dixi etiam.*
(46) *text. in l. Marito quoque §. final. ff. Ad leg. de Adult.*
(47) *cap. Si verò. il 1. de Sent. Excom.*
(48) *Bartol. Salycet. Paris. Roland. Maſcard. Soc. iuni. Angel. Marſil. apud Caball. Reſol. crim. Caſ. 300. nu. 29.*
(49) *Afflic. lib. 3. Conſt. Regn. Rubr. 42. de Adulter. in Conſt. legum aſperitatem. n. 10. V. Sed quæro ab extrà.*
(50) *text. in l. Quod ait. §. 2. & 4. ff. Ad leg. Jul. de Adult.*
(51) *Angel. de Maleſ. in V. Che hai adulterato. n. 15. & ibi Auguſt. addit. nu. 22. Marſil. in l. Patri vel Marito. nu. 4. V. Sed an liceat. apud Caball. Caſ. 300. n. 90.*
(52) *text. in l. Nec in ea. §. 1. ff. Ad leg. Iul. de Adult.*
(53) *text. in d. l. Nec in ea. §. Ius occidendi. ff. de Adult.*

Digitized by Google

(quandòquidem etiam extranei, ut ex jure (54) deducitur, poſſunt accuſare de adulterio) non ſequitur, ergò non poteſt occidere; nàm aliud eſt accuſare, aliud occidere; à diverſis autem illatio non fit; & argumentum à minori ad majus negativè ſi tenere debet, opportet, quòd ſit inter ea, quæ ſunt ejuſdem ordinis. Non negarem tamen, quòd Pater non habet facultatem occidendi filiâ viduam, deprehenſam etiam in Domo ſuâ, aut viri defuncti, quandò filia non ſit in Patris poteſtate, nàm lex, (55) indulgens Patri facultatem occidendi, expreſsè loquitur de filiâ, quam Pater habet in poteſtate; & in hoc ſenſu poſſet ſubſiſtere opinio impugnata. Undè hæc ſententia vera eſſet, ſi filia facta ſit ſui iuris per emancipationem, aut alio modo, juxtà diſpoſitionem Statutorum municipalium.

28 Quò verò ad Maritum lex non tantùm illi indulget, quantùm Patri; ſiquidèm, ſi adulter eſt perſona vilis, permittitur Marito impunè illum occidere; ſi talis non ſit, non evadit totaliter pœnam; itèmque permittitur occidere ſolùm adulterum, non autem uxorem; & tandèm hoc poteſt Maritus, quandò deprehendit adulterum in propriâ Domo, non autē in Domo Soceri, aut alibi, ut textualiter habetur in jure. (56) Pœnam autē Mariti, occidentis Adulterum non vilem, nō reperitur à jure ſtatutam, ſed pròut teſtatur *Clarus*, (57) communis opinio eſt Juriſtarum, quòd propter juſtum dolorem ſibi illatæ iniuriæ, non incurrit pœnam mortis, ſed mitiorem; nempè, ſi Maritus occidens eſt humilis fortunæ, damnatur in metallum; ſi verò ſit honeſtior, relegatur in inſulam; & adducuntur ad hoc duæ leges. (58)

29 Sed re verâ leges illæ non loquuntur de Marito, occidente Adulterum, ſed uxorem; ità ut occidendo in actuali adulterio, non incurrat pœnam legis *Pompeiæ de Paricidijs*, neque legis *Corneliæ de Sicarijs*, ut advertit *Caballus*, (59) ſed tales leges extendendæ veniunt ad caſum occiſionis Adulteri, ex identitate rationis, quæ in dictis legibus tangitur, nempè *impetus iuſti doloris* ex ſibi illatâ iniuriâ.

30 Mirandum ſanè eſt, quòd, (ut ex jure (60) habetur) ſi vir ſuſpectum aliquem habet de adulterio, & ter in ſcriptis, ac præſentiâ trium Teſtium ipſum præmonuerit, *ut à convenienda uxore ſuâ deſiſtat; poſt hoc autem invenerit eum, convenientem uxori ſuæ in Domo ſuâ, uxoris, vel Adulteri, vel in popinis, aut in ſuburbanis*, poteſt *ſinè periculo eum perimere*; & hoc nullâ factâ diſtinctione conditionis Adulteri, puta, ſivè hic fuerit Nobilis, ſivè vilis ſtatus, ità ut in hâc lege comprehendi etiam viros Nobiles, cenſeant plures Doctores. (61) Undè ex hâc diſpoſitione deducatur, quòd ex ſolâ, quàmvis violentâ præſumptione adulterii vir Nobilis poſſit impunè à marito occidi; hoc verò minimè poſſit, dùm deprehenditur in actuali delicto, & fragranti crimine, quod videtur omninò rationi adverſari. Undè ad tollendam hanc legum antinomiam, cenſerem opinionem, datam ſuprà *num.* 28. circà pœnam occidentis Adulterum Nobilem, poſſe procedere de jure *Digeſtorum*; non verò de jure *Codicis*, & de hoc nullam pœnam incurrere eum, qui actualem Adulterum, quàmvis Nobilem interficit. Ratio eſt, quià ſi indulget facultatem occidendi ex violentâ ſuſpicione adulterii præſumpti, à fortiori idem concludendum eſt de adulterio actuali, de quo ex oculari inſpectione conſtat. Præterquàmquod *Mater I.C.* in illâ lege (62) *Digeſtorum* locutus eſt juxtà reſcripta antiquorum *Cæſarum*, hanc autem correctam fuiſſe per legem poſteriorem, latam à *Juſtiniano*, cenſendum eſt.

31 Hìc quærendum eſt, àn liceat Patri, vel Marito Adulterum cum filiâ, aut uxore occidere per alium; & in hâc ſpinoſâ quæſtione diviſæ ſunt ſententiæ Doctorum, quorum fundamenta ſatìs copioſè recenſet *Caballus*. (63) Mihi veritati magìs conſona videtur ſententia negativa, quā tuentur *Covarruvias, Caſſaneus, Jaſon, Felinus, Pariſius, Paris de Puteo, Gomez, Petrus à Plazâ, &* *Rolandus à Valle*, quos recitat, & ſequitur loco citato *Caballus num.* 52. Et ratio fundamentalis eſt, quià indultum occidendi Adulterum, ac filiam, ſeù uxorem, quod à lege conceditur Patri, & Marito, fundatur, pròut ſuprà dictum eſt, in alteratione mentis ex vehementiâ juſti doloris, concepti ex atrocitate iniuriæ; undè ſequitur, illud *homicidium* à lege excuſari, tanquàm procedens ab homine leſæ mentis, nec ſui plenè compotis ex vehementiâ paſſionis, illam conturbantis. Licèt igitur ipſe, deprehendens Adulteros, & mandans alteri *homicidium* Adulteri &c. ſit excuſabilis in mandato; non tamen excuſari poteſt is, qui mandatum exequitur contrà prohibitionem legis, vetantis *homicidium*.

32 Nec valet argumentum *Baldi*, (64) lex, vetans fieri delictum, comprehendit mandantem, ergò à contrario lex permittens factum mandanti, comprehendit mandatarium; ſiquidèm conſequentia non tenet; nàm permiſſio legis in caſu perſonalis eſt; proindè non egreditur perſonam; non enim perturbatio mentis, quæ facit *homicidium* illud licitum, reperitur ità in mandatario, ſicut in mandante; undè ſequitur, quòd quantùmvis hic poſſit impunè mandare, non tamen poſſit ille impunè exequi; attento maximè, quòd non omne id, quod poteſt aliquis per ſe facere, poteſt nomine ſuo faciendum alteri demandare; nàm poteſt *Caius* licitè demandare *Seio*, ut procuratorio nomine contrahat per verba de præſenti matrimonium cum *Bertâ*; non tamen ſequitur, quòd poſſit eidem committere, ut nomine ſuo matrimonium conſummet. Et ratio eſt, quià hoc eſt quid perſonale, quod non egreditur perſonam, nec proindè poteſt alteri delegari. Sic in propoſito, Indultum legis circà *homicidium* adulteri &c. factum Patri, & Marito, fundatur in paſſione perſonali, & proindè non extenditur ad perſonam, in quâ tale fundamentum non habetur.

33 Verū eſt, quòd, ſi filius de mandato Patris, (ut præfertur) occideret, aut ſervus, ſivè famulus de mādato Domini, nō deberet iſti puniri ordinariâ pœnâ legis *Corneliæ*; ratio eſt, quià iniuria, illata Patri, tāgit etiā filiū, cū quo cen-



(54) *arg. l. Si maritus. §. 1. ff. de Adult. & l. Si maritus, la 2. §. Si negaverint. eo. tit.*
(55) *l. Patri datur. ff. de Adult.*
(56) *text. in l. Marito ff. Ad leg. Jul. de Adult.*
(57) *Clar. §. Homicidium. V. Sed quid dicendum.*
(58) *text. in l. Si adulterium cum inceſto. §. Imperatores. ff. de Adult. & in l. Grachus. C. eo. tit.*
(59) *Caball. Reſol. crimin. Caſ. 300 n. 6.*
(60) *Auth. Si quis ei C. Ad leg. Jul. de Adult. Novell. 117. cap. 15. §. His quoque. Coll. 8.*
(61) *Salycet. in Auth. Si quis ei. & in l. Gracchus. in 2. oppoſit. nu. 5. C. de Adult. Angel. de Maleſ. Auguſt. Afflict. apud Caball. Caſ. 300. nu. 36.*

(62) *l. Marito quoque. ff. de Adult.*
(63) *Caball. Reſol. crim. Cent. 3. Caſ. 300. à nu. 45. ad 58.*
(64) *Bald. in Uſib. feud. Tit. de Pace Conſtant. V. Aliquam.*

Digitized by Google

ſetur una caro; (65) undè & participat de illius juſto dolore, ob quem Patri indulgetur occiſio. Servus etiam excuſatur in parte, ratione mandati, ſibi facti à Domino; ob quod minuenda ſibi pœna eſt, cùm ex dolo malo non delinquat. Hoc autem magis verificaretur in ſervo, cui eſſet dictum à Domino, quòd, ſi non exequeretur mandatum, illum interficeret, ut tradit *Florianus*, relatus à *Caballo*, (66) quià non delinqueret ex dolo malo, ſed ex metu, ut dictum eſt.

34 Circà prædictas concluſiones, nempè, quòd non liceat Patri demandare filio, vel domino committere ſervo homicidium adulteri &c. Claſſicos quoſdam Doctores diſſentire ſcio, & maximè *Clarum Criminaliſtarum Anteſignanum*, (67) qui ex *Didaco* refert, contrariam ſententiam eſſe frequentiſsimam; & ex *Antonio Gomez*, (68) eſſe communem; ac ex *Afflicto*, (69) tandem eſſe in praxi poſitam. Tamen quidquid ſit de ipſorum auctoritate, & Judicum aliquorum praxi, puto non eſſe recedendum à ſuprapoſitâ ſententiâ. Ratio eſt, quià ex legibus ſupracitatis non habetur, quòd Pater, aut Maritus adulterum &c. occidere poſſit, ad vindicandam iniuriam, puta, ipsâ poſitâ in eſſe; nàm vindicta de maleficiis commiſſis reſervatur publicæ poteſtati; permittitur tantùm occidere ratione doloris vehementis, concepti ex atrocitate iniuriæ, ob quam non planè liberè tunc operari poſſe cenſetur. Si leges permitterent vindicare illam iniuriam, permitterent pariter, quòd, verificato adulterio, poſſet Pater occidere adulterum &c. non ſolùm in fragranti; & in domo ſuâ, aut Generi; & incontinenti; ſed etiam abſquè eo, quòd deprehenderentur in actuali crimine; ſed & ubique locorum; & ex intervallo; ratio eſt, quià iniuria ſibi facta illum ſemper, & ubique comitatur; & ſi eam vindicare lex concederet, concederet pariter, quòd abſolutè, ac minimè, attentis illis circumſtantiis, poſſet occidere. Sed ſi illas lex requirit, quæ verè faciunt ad augmentum iniuriæ, & conſequenter ad incrementum doloris, patet, quòd legitimat *homicidium* ratione doloris vehementis, à quo mens alteratur, non verò ratione depellendæ, aut vindicandæ iniuriæ. Sequitur igitur, quòd ceſſat fundamentum oppoſitæ ſententiæ, quod ſtatuitur eſſe vindictam atrocis iniuriæ Patri, ac Marito conceſsam; nàm, prout dictum eſt, *homicidium* tale indulgetur ex vehementiâ doloris in homicidâ, & ſicut hic alios non tangit, ſicut illum, ità ad alios (ſi de illius mandato occidant) non extenditur indulgentia.

35 Ex eodem principio deducitur ſolutio intercidentis dubii, num ſcilicet Pater, aut Maritus, qui ſciens adulterium filiæ, aut uxoris, ſe ponit in inſidiis, ut adulterantes in fragranti delicto deprehendat, deprehenſos occidit, impunis de jure evadere debeat?

36 Reſpondendum cenſeo negativè; ratio eſt, quià tale homicidium eſt verè præmeditatum, & appenſatum; & procedit cum pleno dolo, ac advertentiâ; nec excuſari poteſt, tanquàm quod proceſſerit à mente perturbatâ à vehementiâ doloris, ac iracundiæ, propter quam ſolam (ut totiès dictum eſt) lex impunitatem permittit. Quantùmvis enim iſte potuerit furere ex iracundiâ, & ex dolore quodamodò dementari, cùm ſibi primò compertum eſt adulterium filiæ &c., tamen ex poſt deferbuit iracundiâ; & ſicut non licet occidere adulteros, niſi *incontinenti*, dùm nempè in actuali adulterio deprehenſi ſunt, argumento eorum, quæ dicuntur in jure (70), ità nec occidere licet, poſtquàm habita eſt notitia adulterii, & tempore, quo prudentia debuit iram compeſcere, & furorè conceptum mitigare.

37 Hoc autem accipi debet, ſi Pater, aut Maritus notitiam indubitatam habuit de adulterio per proprium ſenſum, aut alio indubitabili argumento; ratio eſt, quià tunc plenè, & cum advertentiâ determinat *homicidium* patrare; undè, ſi ex poſt illud conſummat, hoc facit appenſatè. Sed ſi tantùm habuit indicium de adulterio, & ut certificetur, de hoc ſe ponit in inſidiis, & deprehenſos in fragranti occidit, non committit in legem, quià illud *homicidium* non poteſt dici appenſatum. Ratio eſt, quià, ex quo non habuit notitiam certam de adulterio, non potuit determinatè, ac abſolutè decernere *homicidium* adulterorum, ſed tantùm conditionatè. Undè, ſi ex poſt occidit, quandò deprehendit eos in fragranti, tale *homicidium* dicendum eſt, quòd ſecutum ſit ex improviſâ perturbatione mentis ex *juſtâ* irâ, ſubitaneè conceptâ, ex aſpectu actualis atrocis iniuriæ. Quantùmvis enim ex notitiâ prehabitâ conceperit dolorem, & etiam conditionatè decreverit. Mortem inferre adulteris; dolor tamen ille tantus non fuit, ut abſolutè decreverit illos occidere; nàm, ſi hoc fuiſſet, occidiſſet eos, etiam antequàm adulterantes deprehenderet. Si igitur ex poſt occidit, hoc eſt ex ſupervenienti mentis perturbatione, natâ ex oculari inſpectione propriæ iniuriæ, ob quod legis indulgentiam meretur.

38 Sequitur hinc, quòd, ſi armis ſe munit, ac ſocios cognatos, aut amicos adhibet, tùm quandò ſe ponit in inſidiis, ut obſervet adulterantes, tùm quandò eos deprehendit in actuali crimine, & ſic occidit Reos, ex præparatione armorum, & ex comitatu cognatorum ad *homicidium*, non poteſt concludi, quòd *appenſatè* ſtatuerit occidere; & ſic pœnam legis incurrere. Quià præventio armorum, & comitatus cognatorum ità potuit eſſe ad propriam defenſionem, nè ab adultero deprehenſo offenderetur, ſicut ad iſtius necem; & interpretatio facienda eſt ad illius favorem, tùm ut delictum excludatur; tùm ut pœna vitetur, ex vulgatis.

39 Nec conſanguinei, affines, aut amici, qui comitati ſunt Patrem, aut Maritum occidentem, illiquè auxilium præſentiâ ſuâ præſtiterunt, aliquam pœnam merentur; nàm permiſſo uno, permittitur omne id, ſinè quo illud commodè exequi non poteſt. (71) Et hoc magis verificatur, ubi Pater, aut Maritus convocans eſſet debilis, infirmus, ſenex, aut aliàs, ſe ſolo, inhabilis ex timiditate ad tale homicidium, ut dicunt Doctores. (72) Debent tamen aſsociantes convocati (filiis exceptis) omninò abſtinere ab offenſione adul-

(65) *Caball. loc. cit. num. 55.*
(66) *Florian. in l. liber. homo la 2. n. 2. ℣. Et ſi poteſt. & in l. Si quis fumo. ℥. Quod dicitur. nu. 1. ℣. Et hoc modo. ff. Ad leg. Aquil. Caball. loc. cit. nu. 57.*
(67) *Clar. ℥. Homicidium, ℣. Dubium eſt. circ. fin.*
(68) *Anton. Gomez ad l. 80. Taur. nu. 61.*
(69) *Afflict. Par. 3. Conſt. Regni. Rubr. 46. nu. 4.*
(70) *text. in l. Quod ait. ℥. final ff. ad leg. Iul. de adult.*
(71) *text. in l. 2. ubi Bald. ante nu [illegible] Tu dic plenius. ff. de Juris. omn. Judic.*
(72) *Gomez ad l. 80. Tauri nu. 6 [illegible] d. Conſ. 34. n. 17. & 18. ℣. Quinto facit. lib. 2. Angel. [illegible] adulterato. n. 24. ℣. Quid ſi Pater.*

Digitized by Google

adulterorum, ſed poſſunt tantùm præbere aſſiſtentiam, ac ſecuritatem ei, qui juſtè occidit: aliter, ſi manus ingererent, & occiderent, tenerentur de occiſo, (73) excederent enim limites auxilii liciti. Et univerſaliter circà hunc caſum, qui aſſiſtentiam præſtant Patri, aut Marito, adulteros occidenti, aut nullam pœnam merentur, (quandò nempè ille occidit, ſervatis debitis circumſtantiis, à lege permiſſis) aut illam ſolam, quam meretur principalis ipſe, qui occidit; nàm in communi ſententiâ Doctorum, (74) majori pœnâ nequeunt aſfici, (ob ſolum auxilium datum, non verò, ſi manu propriâ ex adulteris aliquem interfecerint) quàm mereatur principalis.

40 Quinto modo, *homicidium* committitur abſquè punitione à lege, quandò hoc evenit caſualiter. Eſt autem *homicidium caſuale cades hominis caſu, non voluntate, & nullâ hominis culpâ interveniente perpatrata*. (75) Caſu autem aliquid dicitur evenisſe, quandò aliquis operatur aliquod, diverſum ab eo, quod agere intendebat. Exemplificant communiter Doctores circà hoc *homicidium*, in ludo jactus pali ferrei, in quo intendens palum longiùs proiicere, præter intentum, hominem percutit palo, & necat (76), pariter, quandò contingit amicum occidere amicum; præſumitur enim, quòd caſualiter occiderit (77), nàm amicitia facit, quòd in dubiis præſumatur benè de amico, etiam in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, ut habet quædam *Gloſſa* notabilis, (78) deberet autem Judex in hoc caſu accuratè perpendere, àn inter homicidam, & occiſum vigeret vera, & non potiùs ſimulata amicitia, ut plerùnque evenit; ut proditorium realiter illud *homicidium ſit*, quòd apparenter putatur caſuale. Inſuper *homicidium caſuale* dicitur ejus, qui torquet ſagittam, ſeù ſclopum explodit contrà feram, & hominem intrà vepres latitantem, ab eo minimè viſum, interimit; ejus pariter, qui ramum de arbore in nemore proiicit; ſivè tegulam à tecto, (præmiſſo clamore, ut ſibi caveant prætereuntes) deiicit; ſivè à ſummitate montis ſaxum demittit per declive, recreationis gratiâ, & ex his ac ſimilibus, ſequitur contrà voluntatem agentis mors hominis.

41 In omni igitur *homicidio caſuali* regula generalis eſt, quòd de caſu nemo tenetur. (79) *Caſus* autem tunc purè eſt, cùm à facto abeſt non ſolummodò dolus, ſed etiam omnis culpa, cùm enim intervenit culpa, quàmvis levis, ac etiam leviſſima, redditur homicidium culpoſum, de quo mox dicemus, & tunc prò modo culpæ debetur pena. Prò diſcernendo autem, àn in *homicidio*, quòd reputatur *caſuale*, intervenerit culpa, obſervandum eſt, àn quandò quis commiſit *homicidium*, ille operam daret rei licitæ, àn illicitæ; ſi enim operi licito vacabat, abeſt culpa omnis, & *homicidium* eſt purè caſuale: ſi autem opus illicitum exercebat, quàmvis diligentiam adhibuerit, tamen culpa intervenit; nàm illiciti operi exercitium culpa eſt, quæ videtur caſum præcedere, (80) & ſic firmant Doctores. (81)

42 Sexto modo, committi poteſt *homicidium*, abſquè dolo quidèm, ſed interveniente *culpâ*, à quâ illud redditur *culpoſum*, & punibile, non quidèm ordinariâ pœnâ homicidarum, ſed longe minori, commenſuratâ tamen culpæ. (82) Et tale culpoſum homicidium diverſificatur in gravitate, quæ attendenda eſt, non tantùm à *culpa* majori, aut minori, ſed etiam ab opere licito, aut illicito, cui vacabat ille, qui occidit. Nàm, ſi operam dando rei licitæ, homicidium præter intentum ſequitur, ſola *culpa* intervenit: ſed in opere illicito intervenit etiam dolus, qui, licèt non interveniat directè in *homicidio*, intervenit tamen indirectè, nempè in eo opere, quod cauſam dedit *homicidio*, undè & propter talem dolum, cumulatum cum *culpâ*, augenda eſt pœna.

43 *Culpoſi homicidij* prima ſpecies, in quâ ſola *culpa* reperitur, comprehendit omnes caſus *homicidij* caſualis, in quibus culpa intervenit, & hoc ſivè lata, ſivè levis, ſivè leviſſima ſit. (83) Secunda autem, in quâ dolus intervenit reſpectu operis illiciti, cui vacatur, multos caſus complectitur. Primus eſt, quandò inſultatus verbis, aut verberibus, inſequitur inimicum jàm fugientem, & eum occidit; tunc enim vacat rei illicitæ, eum inſequendo, quià eſt tantùm ad vindictam; Secundus eſt, quandò quis alium percutit non animo occidendi, ſed tantùm verberandi; & tamen ſequitur mors verberati. Tertius eſt, quandò quis, volens occidere unum, occidit alterum præter intentum; & in omnibus his caſibus homicida pœnam ordinariam legis *Corneliæ* evadit. (84)

44 Sed reſpectu hujus tertii caſus, res mihi profectò dura videtur, quòd nempè ordinariam pœnam evadat, qui animo determinato, & appenſatè ivit ad occidendum *Seium*; ſi ex errore, aut aliâ causâ occidit *Titium*. Undè etiam *Clarus*, ſequens opinionem *Bartoli*, (85) ait, quòd, ſi ſibi talis contigiſſet, Reo amputari caput feciſſet. Quià verò magna eſt caterva Doctorum contrarium ſentientium, quos, ultrà *Clarum*, loco citato, cumulat copioſiſſimè *Caballus*, (86) & nefas eſt exiſtimare, quòd tot, tantique Doctores à veritate deviaverint, dicendum eſt, in quo caſu ambæ pugnantes inter ſe ſententiæ poſſint verificari.

45 Dico igitur, quòd dupliciter contingit, quòd volens necare unum, occidat alium. Primò, quandò quis in rixâ, aut provocatione alium aggreditur; ſivè fortuitò obvianti ſibi inimico antiquo occurrit, & ſtricto gladio, aut aliis armis miſſilibus exertis, voluntariè illi mortem intentat; ſed præter illius intentum alium interimit. Secundò, quandò is inimico ſtruit inſidias, & ſe abdens in loco, per quem ille tranſire debet, illum paratis armis, excipit, & involuntariè occidit alium, qui tunc fortuitò illàc tranſibat, aut inimicum inſidiatum



(73) *Roland. d. Conſ. 34. num. 29. 31. & ſeqq. Caſtr. Conſil. 277. lib. 2. Caball. Caſ. 300. nu 73.*

(74) *Caſtren. in l. Refectionis. nu. 4. ff. Commun. prædio. Socin. juni. Pariſ. Cæpoll. Bald. Nevizz. Roland. Par. de Put. Gomez. Caſſan. apud Caball. Caſ. 300. nu. 60. & 61.*

(75) *Caball. Tract. de Omni gener. homicid. n. 144.*

(76) *Clar. §. Homicidium. ℣. Caſu autem. nu. 2.*

(77) *Carer. Pract. crim. §. Circa verò ſecundam. nu. 13. fol. m. 122.*

(78) *Gloß. notab. in l. 1. C. Ad leg. Cornel. de Sicar.*

(79) *text. in l. Si putator. in fin. ff. Ad leg. Aquil. arg. l. Quæ fortuitiſ. C. de Pignor. actio. text. in l. 1. C. de Sicar.*

(80) *arg. cap. Clerico. junct. gloſ. in fig. caſ. 50. Diſt. cap. Non eſt de Reg. jur. in 6. l. Culpa. 39. ff. de Reg. jur.*

(81) *Gribal. Tit. de Homicid. caſu. nu. 18. Farinac. Quæſt. 126. in 2. Par. num. 61. ℣. Regula ſit. apud Caball. de Omn. gen. homic. nu. 196.*

(82) *Clar. §. Homicidium. ℣. Culpa dicitur. Boſſ. Tit. de Defenſ. reor. nu. 68. Carer. Pract. crim. §. Circa verò ſecundam. nu. 20. & ſeqq.*

(83) *Farinac. Quæſt. 126. Par. 2. nu. 67. & n. 84.*

(84) *Caball. de Omn. gener. homicid. num. 231. 23 . & 238.*

(85) *Bart. in l. Reſpiciendum. §. Delinquunt. in fin. ff. de Pæn. Clar. §. Homicidium. ℣. Dicunt etiam.*

(86) *Caball. loc. cit. n. 238.*

Digitized by Google

comitabatur. In primo caſu, vera eſt ſententia Doctorum, arbitrantium prò homicidâ pœnam extraordinariam tantùm. Ratio eſt, quià occiſi mors involuntaria fuit; proindè *homicidium* redditur ſolummodò culpoſum. Mors autem alteri intentata non fuit ex plenâ, ac maturâ præmeditatione, ſed orta ex calore improviſæ iracundiæ. Proindè dolus in caſu modicus eſt, ut proindè non ſufficiat ad inferendam pœnam ordinariam ob *homicidium* ſecutum.

46 In ſecundo autem caſu, dolus plenus eſt, nutritus, & maturatus animo quieto, præmeditante, & volente unius mortem. Augetur pariter dolus à qualitate aggravante, quià ſcilicèt occidens, ſe poſuit in inſidiis. Quamvìs autem effectus doli non terminaverit ad eum, qui intentus eſt; terminavit tamen ad alium, qui paris eſt conditionis cum illo. Voluit autem occidens, mortem hominis, & accidit, quòd iſte vocetur *Seius*, aut *Caius*; ſed quò ad damnum Reipublicæ; ad incommodum privatum; ad exemplum malum &c. perindè eſt, quòd fuerit occiſus *Caius*, aut *Seius*; undè concludendum eſt, quòd ordinariâ pœnâ teneatur; & in hoc ſenſu tenenda eſt opinio *Bartoli*, ac *Clari*. quam ſequuntur *Baldus*, *Gomez*, *Boſſius*, *Antonius Matthens*, *Ferdinand. Vaſquius*, & *Calvin. de Æquit. cap. 102. num. 52.*, *quos refert Raynaldus. Tom. p. cap. 7. Rubric. nu. 43. & 49.*

47 Accedit ad prædicta, quòd in *homicidio*, ex inſidiis attentato, quod atrociſſimum eſt, conatus ſolus, & nullo ſecuto effectu, puniendus eſt paulò minus, quàm ſit pœna ordinaria. In caſu ergò prædicto, cùm aliquis effectus ſecutus ſit, puta, mors hominis (quàmvis non illius, qui intentus erat) ratione hujus effectus mali, aliquid plus pœnæ debetur eâ, quæ deberetur nullo penitus ſecuto effectu. Sicut ergò effectu nullo ſecuto, pœna proxima ordinariæ debetur; ità ſecuto aliquo effectu, licèt non illo, qui fuit intentus, majoratio pœnæ debetur; & ità ordinaria mortis, quàmvis non taliter qualificata, qualiter deberetur, ſi *homicidium* effectivè fuiſſet in perſonâ ejus, qui fuit principaliter intentus.

48 Examinatis ſpeciebus *homicidij*, in quibus lex aut nullam, aut diminutam pœnam infert, dicendum eſt de *homicidio*, in quo dolus intervenit, & ordinaria legis inuritur pœna. *Doloſum* igitur *homicidium* diffinitur, quòd ſit *cædes hominis, ab homine perpatrata cum intentione, ac propoſito occidendi*. (87) Quià verò intentio, ac propoſitum poſſunt multimodìs intervenire, hinc eſt, quòd multiplices ſunt ſpecies *homicidij doloſi*. Prima eſt, quandò dolus non ex intervallo *homicidium* præceſſit. Secunda, quandò ex deliberatione doloſâ ſinè aliâ qualitate aggravante committitur. Tertia, quandò patratur ex inſidijs. Quarta, quandò ſequitur proditoriè. Quinta, committitur per aſſaſſinium. (88) Addi poteſt etiam ſexta, quandò nempè patratur per venenum. In præſentiarum non agemus, niſi de tribus prioribus; de ſubſequentibus per diſtinctos paragraphos agemus.

49. Quantùm ad primã ſpeciem, videntur variè ſentire Doctores, nàm *Caballus* (89) vult, illam eſſe *cædem hominis, ab homine provocato, voluntariè quidèm, ſed ſinè dolo, & ſinè cogitatione patratam*. *Clarus* autem vult in eâ dari quidèm dolum, non tamen præcedentem ex intervallo factum; & reverâ, ut dicunt nonnulli, (90) animus occidendi poteſt ſupervenire in actu ipſo rixandi, ſeù verberandi; & dùm ſupervenit talis animus, dicitur dolus ſupervenire; undè ſequitur, quòd in homicidio illo dolus interveniat. Undè videntur confundi à Doctoribus, & prò ſynonimis haberi hæc tria, puta, *homicidium rixoſum*, *homicidium doloſum*, & *homicidium voluntarium* purum.

50 Mihi valdè probatur diſtinctio, quam dat *Raynaldus*, (91) dicens, quòd *homicidium rixoſum*, ſeu ſimplex voluntarium ſit illud, quod in ipſâ rixâ committitur, puta, in eodem tempore, & loco, in quibus rixa actualiter viget. *Doloſum* autem illud, quod patratur extrà locum, aut tempus rixæ, durante tamen adhùc calore iracundiæ, natæ ex actu rixandi. Negari enim minimè poteſt, quìn hæc duo diſtinguantur, non quidèm ſpecie, nàm magìs, & minùs non faciunt differre ſpecie, ſed gravitate. Si quidèm *homicidium*, commiſſum poſt actualem rixam, gravius cenſendum eſt eo, quod patratur in rixâ ipſâ; nàm in hâc intervenit furens iracundia, quæ mixta dolo, puta, actui voluntatis, (nàm dolus ex ſe indifferenter ſe habet ad bonum, & malum (92), undè non poteſt importare niſi actum voluntatis, qui bonitate, aut malitiâ veſtitur) reddit ipſum non plenè, ac purè liberum, & proindè dolus ille non poteſt dici malus. Sed pòſt actualem rixam deſervere ſolet, ſi non totaliter, ſaltèm in parte, exceſſus iracundiæ; undè actus voluntatis procedit cum minori perturbatione, & majori libertate, & proindè, ſi vult alicujus necem, non involuit quidèm plenè dolum malum, nempè meram nequitiam, ac malitiam, tamen magìs ad illum appropinquat, & de eo participat, ut proindè major pœna, quàm in primo caſu, debeatur, licèt in ambobus caſibus pœna citrà mortem ſit inferenda.

51 Quòd, ſi quæratur per quantum temporis duret iracundia poſt initam rixam, ità ut, ſi quis poſt eam alium interficit, cenſeri poſſit, quòd non ex præmeditatione, ſed ex perdurante calore iracundiæ acciderit; reſpondent communiter Doctores, (93) cenſeri, durare uſquequo ille non divertit ad extraneos actus; & regulariter ceſſare poſt duodecim horas, juxtà illud *D. Pauli ad Epheſios cap. 4. V. 26. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.*

52 Sed prædicta D. Pauli ſententia non concludit intentum, imò arguit contrarium; nàm ibi *D. Paulus* conſulit, ut iracundiam temperent *Epheſii*; quòd, ſi hæc per duodecim horas tantùm perdurare ſoleret, fruſtraneum evaderet ejus conſilium; eſſet enim de re, quæ etiam abſquè tali conſilio eveniret. Nequè etiam quadrat prima regula, quòd nempè duret ira, donec iratus ad actus externos divertat. Siquidèm multi ſunt actus extranei, ad quos divertere ex eorum neceſſitate cogatur iratus, abſquè eo, quòd in ejus animo ceſſaverit iracundia. Concludendum proindè cenſeo, quòd de omnibus, ac ſingulis hominibus una, ac certa

regula

(87) *Caball. loc. cit. num. 275.*
(88) *Clar. §. Homicidium. V. Deliberatum autem.*
(89) *Caball. de Omn. gen. homi. nu. 104. V. Et ad prædicta.*

(90) *Boſs. Tit de Homicid. nu. 44. Vulpel. Crimin. reſpons. 126. nu. 19. Farinac. Quæſt. 126. nu. 5. & 47.*
(91) *Raynald. Obſerv. Crim. Tom. p. cap. 7. Rubr. num. 53.*
(92) *Ulpian in l. 1. §. Non fuit. ff. de Dolo.*
(93) *Farinac Q. 126. n. 214. in fin. Giurb. Crimin. conſil. 135. n. 18. & 19. Theſaur. Deciſ. 178. n. 6. Cortia. Deciſ. 97 n. 76. apud Raynald. Tom. 1. cap. 7. Rubr. n. 56.*

Digitized by Google

regula dari minimè poteſt, quâ cognoſcatur, ân quis deliquerit ex iracundia perdurante, an potiùs animo pacato, & appenſatè; cùm ex variis hominum temperamentis eveniat, quòd in uno plùs, in alio minùs duret iracundia. Undè arbitrio Judicis commiſſum eſt judicare ex indiciis, ac circumſtantiis in facto ân pleno malo dolo, ân ex continuatâ iracundiâ quis deliquerit.

53 Secunda ſpecies *homicidii doloſi* eſt *cades hominis, ab homine perpatrata cum intentione, & propoſito occidendi*, argumento eorum, quæ dicuntur in jure, (94) & talis ſpecies vocatur *homicidium deliberatum* ſimpliciter ſinè aliâ qualitate. Difficultas circà praxim eſt in caſu, quòd duo inimici ſibi mutuò obvient, & unus alium interficit, ân tale *homicidium* dicatur deliberatum, aut præmeditatum.

54 Circà hoc Doctores communiter poſt *Clarum* (95) firmant, quòd, ſi occidens habuit animum determinatum interficiendi alium, antecedenter ad occurſum ſibi factum, *homicidium* dicitur animo deliberato factum, cui pœna ordinaria *Legis Cornelia* debetur, quomodò autem probetur, animum deliberatum præceſſiſſe homicidium, dicemus infrà, cùm agemus de probatione.

55 Sed circà praxim judicandi in facto, obſervandum eſt, ân aliqua, quàmvis levis provocatio in occurſu *homicidium* præceſſerit; nam iſta excuſat à dolo malo, & homicidam provocatum in ſolâ culpâ conſtituit. (96) Debet tamen benè ex circumſtantiis librare Judex, ân talis provocatio dicenda ſit potiùs accepta, quàm data; & ſit potiùs à provocato procurata, quàm à provocante emanata; non rarò enim perditi hujuſmodi homines (ut regulariter ſunt mandatarii) fingere ſolent, ſe fuiſſe provocatos ab occiſo, ut pœnam præmeditati *homicidii* evitent; ſimulant enim ex quàvis levi provocatione excanduiſſe, & in irâ occidiſſe, cùm re verâ *homicidium* antecedenter deliberaverint; imò occaſionem nanciſcuntur, ut alius aliquid provocatiuum dicat, aut faciat, ex quo ipſi poſſint dicere, ſe ex provocatione in delictum prorupiſſe.

56 Tali caſu non debent pœnam *homicidii deliberati* evadere, quàmvis provocatio, etiam non levis, præceſſerit. Ratio eſt, quià omnis culpa, & effectus ſubſecutus tali caſu à dolo capit originem, & prò dolo reputatur, nàm à primordio tituli omnis euentus poſterior formatur, (97) & ideò, quandò culpa dependet à dolo malo, punitur ut dolus, ut dicunt jura. (98)

57 Excuſant nonnulli homicidam, qui atroci fuit iniuriâ affectus, & dicunt, quòd, quàmvis animo deliberato occiderit, tamen ratione iniuriæ adhuc perdurantis in animo, mitiùs puniendus eſt, tùm quià ratio naturalis ſuadet, ut aliquo modo iniuria cum pœna æſtimetur; tum quòd juſta cauſa juſtum producit dolorem, qui ſemper cor premit, & meritò omni tempore habenda eſt in conſideratione, & ſic poſt multos firmat *Caſar Panimollis*. (99)

58 Sed contrarium veriùs eſt, & ſi illa ſententia probaretur, laxarentur hominibus habenæ ad delinquendum, & propriâ auctoritate ſibi jus dicendum, nam omnia *homicidia* deliberata pœnam ordinariam evaderent, cùm nullum ferè *homicidium* ſit, quòd aliquam cauſam præcedentis injuriæ non præſeferat, ut poſt multos pluribus in locis ponderat *Farinacius*. (100) Dicendum igitur, quòd intantùm quis eximendus eſt à pœnâ ordinariâ, in quantùm in actu occiſionis ob iram, aut iracundiam impeditus eſt in pleno, ac libero uſu propriæ mentis; ut enim benè ait *Raynaldus* (101), calor iracundiæ impedit, nè quis poſſit cogitare, ac diſcernere id, quod ſibi juxtà Divinas humanaſque leges expedit. Sequitur ex hoc, quòd, quàmvis dolor de acceptâ injuriâ cor premat, & vindictam appetat, tamen, ſi ex intervallo occidit iniuriantem, tempus habuit cognoſcendi, quòd vindicare illatas alteri injurias ſpectat ad Principem, cui jus præripitur, ſi propriâ auctoritate quis ſe vult vindicare; undè, ſi neglectâ hâc cognitione, ipſe non recurrit ad *Magiſtratum* ad procurandam juſtam vindictam, ſed privatâ auctoritate ſe ulciſcitur, convincitur, quòd malo dolo delinquit, & ſic ordinariè ſit mulctandus.

59 Concedi quidèm poteſt, quòd, ſi maxima eſt injuria, & judicio prudentis viri, parvum ſit intervallum inter eam acceptam & *homicidium* patratum, ità ut cenſeri poſſit injuriatum adhuc manere in iracundiâ, quamvis tempus aliquale habuerit ad recogitandum de malo, quod facere intendebat, concedi inquam poteſt, quòd Judex poſſit tali caſu minuere aliquid de pœnâ ordinariâ. Ratio eſt, quià durante adhuc aliquali iracundiâ durat aliquale impedimentum, ob quod mens non plenè liberè poteſt diſcernere, quid expediat; ideò nec dolus redditur perfectus in malitiâ. Paritèr concedi poteſt illa ſententia, ſi injuria talis ſit, quòd de eâ acceptâ, *Magiſtratus* debitam juſtitiam facere non ſoleat; aut, ſi hæc à *Magiſtratu* fiat, in opinione tamen communi honor injuriati adhuc remanet læſus; ut eſt in eo, qui adulteram uxorem, aut adulterum occidit extrà locum, ac actum adulterii ex animo præmeditato; nàm, ut ait *Caballus*, (102) Judices non ſolent de tali facto jus reddere, ſed truffari, ridere, & cachinnari; & ſic etiam Judex pœnam legis inferret Adulteris, tamen in opinione hominum ipſe inhonoratus remaneret, nàm ſibi probroſè diceretur *eſſe cornutum, ac vilem*; & ideò tali caſu homicida ex animo deliberato, qui adulteros interfecit, pœnam ordinariam non incurrit, ut dicunt Doctores (103).

60 Dari poteſt etiam (attentâ qualitate facti, circumſtantia loci, perſonæ, modi, aut communi exiſtimatione) injuria alia tam atrox, ut ſimile indultum mereatur; tali caſu minorari quidèm poſſet pœna ordinaria; ſed hoc fieri debet à Principe, qui in judicando procederet de æquitate; non verò à Judice inferiori, qui ligatur à lege, quâ nec ſeverior, nec clementior eſſe debet; & ſic firmat optimè *Raynaldus* (104)

61 Tertia ſpecies *homicidii doloſi* eſt cædes homini facta

(94) *arg. l.1. ſ. Divus. l. Qui cædem. ff. Ad leg.* Corn. de Sicar.
(95) *Clar. ſ. Homicidium. V. Ex propoſito.*
(69) *arg. l. Gracchus. C. Ad leg. Jul. de Adult. l. Si adulterium. ſ. Imperatores. ff. eod. tit.*
(97) *text. in l. Unic. in fin. C. de Impon. lucr. deſcrip.*
(98) *l. Si quis. V. Abortionis. ff. de Pœn. l. Quoniam multa. C. de Vi publ. l. Ad Commentarien. C. de Cuſto. Reo.*
(99) *Cæſar Panimol. Deciſ. 86. nu. 32. & ſeqq. & ibi Giurba Conſ. crim. 86. num. 59. Gizzarell. Grammat. Bertazz. Sanfelic. Prat. & Roſa.*

(100) *Farinac. Quæſt. 121. num. 118. & Quæſt. 125. num. 403. & Conſ. 141. per tot. lib 2.*
(101) *Raynal. Obſerv. crimin. Tom. 1. cap. 7. Rubr. num. 70.*
(102) *Caball. de Omn. gen. homi. nu. 107. & Caſ. 300. nu.*
(130) *Caſtren. Conſ. 277. ſub. num. 3. V. Nunc ad propoſitum. Nevizzan. Sylv. lib. 1. nu. 94. V. Et facit. Cravet. Gramat. Socin. juni. apud Caball. Caſ. 300. nu. 19.*
(104) *Raynal. Tom. p. caſ. 7. Rubr. nu. 119.*

Digitized by Google

facta ab homine, poſito in inſidiis. (105) *Inſidiari* quidèm in genericâ ſignificatione importat quamlibet iniuſtam offenſam argumento cujuſdam legis (106). Sed in propriâ, ac preſsâ acceptione ſignificat offenſionem, factam cum aſtutiâ, machinatione, aut induſtriâ; undè plus malitiæ involvit *homicidium ex inſidiis*, quàm *homicidium ſimplex* deliberatum, ut poſt *Bartolum*, & *M. A. de Bianchis* docet *Caballus*. (107) nàm ultrà malam deliberationem involvit malam artem.

62 Tribus modis parari poſſe *inſidias* in mortem alicujus ſcribit *Menochius* (108), primò, falſum dicendo, aut promiſſa non ſervando, ut, quandò quis promittit, ſe durante tanto tempore, non eſſe offenſurum, cum quo habet ſimultatem, & durante tempore, occidit. Secundò, in aliquo loco abſcondito ſe occultando, ut in nemore, ſylvâ, poſt maceriam &c. & hominem ex improviſo aggreditur, aut à tergo vulnerat, & occidit. Tertiò, quandò, mutato habitu proprio, ac conſueto, alienum aſſumit, & ſic incognitus interficit. Sed multò plures profectò ſunt inſidiæ, & artes occidendi, quàm recenſitæ, & eos omnes enumerare tùm difficile, tùm inutile foret. Sufficit hoc, quòd ſemper dicetur *homicidium ex inſidiis* commiſſum, quandò patratum eſt tali arte, quòd occiſus non potuit, aut abſolutè, aut niſi maximâ cum prudentiâ, ac ſagacitate cavere ſibi à tali inimico, tali pacto nocente; ut quandò quis à tergo vulneratur; aut in tenebris nocturnis occiditur, ſic enim nullo modo potuit inimicum videre, & ab eo ſe defendere; & in hoc conſiſtit formalitas inſidiarum.

## Probatio.

### SUMMARIUM.

63 *Manuum iniectio in hominem quotupliciter contingat.*
*Mors eſt ſeparatio animæ à corpore.*
*Mors civilis ſequitur maximam, & mediam capitis diminutionem.*

64 *Homicida eſt etiam mandans, conſulens, exhortans, auxilium præſtans ad homicidium.*
*Item parans, aut porrigens venenum.*
*Item qui paravit, aut porrexit philtrum amatorium, ex quo mors eſt ſecuta.*
*Item qui ſtudioſè direxit hominem per viam, in quâ erant hoſtes, & occiſus eſt.*
*Item dicens, mandans, conſulens, hortans dicere falſum teſtimonium, ad quod ſecuta eſt alicujus mors.*
*Item fabricans machinam doloſam ad necem alicujus.*
*Hiſtoria de tali machinâ.*

65 *Homicida eſt, qui datâ operâ incurabilem infirmitatem cauſavit, ob quam aliquis mortuus eſt,*
*De formali ratione homicidii non eſt, quòd ſanguis fundatur, aut mors ſit cita.*

66 *Ut conſtet de homicidio, probari debet, quòd aliquis obierit ex facto hominis.*

67 *In homicidio ſecuto ad conſtituendum Reum leviora ſufficiunt indicia: ad condemnandum plena requiruntur probationes.*
*De indiciis, & probationibus, remiſſivè.*
*Præſumptio doli mali ſemper ſtat contrà homicidam.*
*Omne maleficium præſumitur doloſè factum.*

68 *Quid probandum ab homicidâ, ut probet, ſe occidiſſe ad ſui defenſam.*
*Ad probandum homicidium fuiſſe involuntarium, utendum eſt coniecturis.*

69 *Conjecturæ, excludentes voluntarium ab homicidio, quæ.*
*Maleficium non committitur ſinè causâ impellente.*
*Inimicitiam inter occidentem, & occiſum viguiſſe, probandum eſt à Fiſco.*
*Amicitia præſumitur inter omnes homines.*
*Factum non præſumitur, niſi probetur.*

70 *Semel bonus præſumitur durare bonus, niſi contrarium probetur.*
*Iura allata à Caballo parùm probant ejus intentum.*

71 *Percuſſio, facta manu inermi; & uſus armorum, non in formâ propriâ ad occidendum, excludunt voluntarium ab homicidio.*

72 *Aliæ conjecturæ excludentes voluntarium ab homicidio.*

73 *Præmeditatio in homicidio quomodò probanda.*
*Vulnera profunda, in quâ parte corporis ſint lethalia.*

74 *Præmeditatio, reddens homicidium appenſatum, conjecturis probanda.*
*Conjecturæ quales eſſe debeant.*

75 *Prima conjectura eſt inimicitia capitalis, orta à cauſâ gravi.*
*Inimicitia abſquè adminiculis non facit indicium ad torturam.*
*Secuto homicidio facit præſumptionem animi deliberati.*

76 *Minæ factæ de occidendo, quomodò probent animun deliberatum.*
*Nemo dicit, quòd mente non agitaverit.*
*Minæ etiam ambiguæ probant deliberationem in homicidio.*
*Multitudo vulnerum idem arguit.*

77 *Genus armorum, quo caſu probent in homicidâ animum deliberatum.*

78 *Homicida, aſſociatus à ſicariis, præſumitur neceſſe animo deliberato.*

79 *Hoc idem probat præparatio ad fugam, patrato homicidio.*

80 Con-

---

(105) *Clar. §. Homicidium. V. Ex inſidiis. n. 9.*
(106) *text. in l. 3. in fin. ff. de Juſt. & jur.*
(107) *Bart. in l. Reſpiciendum. §. Delinquunt. in princip. ff. de Pæn. Blanc. Tract. de Indic. num. 18. V. Modus percutiendi. & num. 234. V. Aggreſſio apud Caball. de Omn. gen. homicid. nu. 391.*
(108) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 361. nu. 28. & 29.*

Digitized by Google

80 *Conſuetudo taliter delinquendi præſumere facit deliberationem in homicidio.*

81 *Probatio homicidii ex inſidiis fit per Teſtes.*

63 CIrcà probationem *homicidii* advertendum eſt, quòd, preſsè loquendo, hoc importat cædem hominis, nempè mortem hominis, ſecutam ex violentâ manuum injectione alterius hominis in ipſum. Pluribus quidèm modis poteſt ſequi injectio manus violentę, puta, armis propriè ſumptis, ut gladio, pugione &c. cominùs cæſtim, ſivè punctim feriendo; aut eminùs miſſilibus, ut ſagittâ, ſclopo &c. vulnerando; aut armis, impropriè ſumptis, tundendo, ut fuſte, ſaxo &c. ſeù ſecando, ut roncâ, falce fenariâ &c. aut manu inermi impellendo ad præcipitium; aut trudendo in aquam, vel ignem; aut ſtrangulando; aut ſuffocando &c. ità ut violenta manus occidentis phyſicè vim ſuam exerat, & ea impreſſionem faciat in corpus occiſi, ex quâ aut incontinenti, aut parvo intervallo, ſequatur ſeparatio ejus animę à corpore, quę dicitur mors (109) naturalis, ad differentiam mortis civilis, quæ ex maximâ, & mediâ capitis diminutione ſequitur. (110)

64 Sequitur etiam *homicidium* ex violentâ manus injectione morali in hominem, ex quâ mors ſequatur, ut puta, alteri mandando, conſulendo, exhortando, aut auxilium dando ad *homicidium*; mandans enim, conſulens, exhortans, aut auxilium præſtans ad *homicidium*, homicida cenſetur. (111) Parans etiam venenum, & alteri porrigens per ſe, vel per alium, idem crimen committit (112), quemadmodum etiam, qui dat poculum amatorium, ſivè philtrum, ex quo mors ſequatur. (113) Itidèm qui ſtudioſè dirigit hominem per viam, ut occideretur ab ejus inimicis, quos ſciebat ibi eſſe in inſidiis ad eum occidendum (114) Inſuper, qui falſum teſtimonium dicit, vel dicere mandat, conſulit, hortatur &c. ex quo aliquis morte afficitur. (✠) Ejuſdem criminis Reus etiam eſt dicendus, qui machinam fabricatur doloſam, & eam quaſi donum, ab alio amico illi miſſum, inimico mittit ad ejus necem; ut accidit in quâdam civitate Italiæ, in quâ quidam per poſtam publicam miſit inimico ſuo capſulam quandam, quæ videbatur plena bellariis, illius operculo affixâ epiſtolâ, quæ divelli niſi cum difficultate nequibat, & dùm vis in eâdem divellendâ fiebat, in machinâ organâ, intùs abſcondita ad necem circumſtantium ſolvebantur. Præſentata fuit capſula; ſed is, ad quem fuit miſſa, & ad quem data legebatur ſuprapoſita epiſtola, prudenter ſibi cavens ab inſidiis, aperiendam curavit per famulum eminùs à ſe; & machinâ quidèm ſolutâ, & circumquaquè ignem, & plumbeos globulos eiaculante, apparuit dolus, ſed Deo protegente, nullius mors ex aſtantibus evenit. Profectò, ſi mors ſecuta fuiſſet, auctor talis machinæ mittendæ fuiſſet verè homicida ex propoſito; perindè enim fuiſſet, ſi manu alienâ homicidium illud perpetraſſet; aut ſi venenum ab eo potandum exhibuiſſet.

65 Sed quid dicendum de eo, qui, datâ operâ, infirmitatem incurabilem in aliquo cauſat, ex quâ, abſquè ſanguinis effuſione, & lentâ morte, aliquis obit; cenſeretur nè ille verè homicida? Reſpondeo affirmativè. Ratio eſt, quià de ratione formali *homicidii* non eſt, quòd occiſus fundat ſanguinem, quandòquidem ſubmerſus in mari, aut flumine per violentiam alterius, ſanguinem non fundit; & hoc idem evenit, cùm quis ab alio ſuffocatur, ut accidit *Tiberio Cæſari*, qui, *Tacito* (115) referente, ſuffocatus fuit de *Macronis* mandato *injectu multæ veſtis*, & *Friderico Imperatori*, qui à Filio ſuo *Manfredo* pulvinari ad os, & nares compreſſo, ac impeditâ reſpiratione necatus fuit. Nec pariter de ratione *homicidii* eſt mors cita; ut enim dicemus infrà, dantur venena lenta, & ad tempus, quæ paulatim vires, & tandem irreparabiliter vitam adimunt; & tale venenum parans, & præbens eſt verè homicida. Sequitur igitur, quòd homicida verè cenſendus eſt, qui ægritudinem incurabilem, ex quâ aliquis obit, datâ operâ, in aliquo cauſat.

66 Cùm igitur *homicidium* conſiſtat eſſentialiter in hoc, quòd opere hominis anima alicujus ab ejus corpore ſeparetur, quod abſquè tali opere in tali tempore minimè eveniſſet; ad probandum *homicidium*, requiritur, quòd ex inſpectione cadaveris probetur, illum hominem obiiſſe ex facto hominis, ut præfertur, ſivè fuerit is, qui ſibi manus conſciverit; ſivè fuerit alius, qui manus violentas in eum injecerit. Cùm autem de ſpectantibus ad viſitationem cadaveris, ſi adhuc extat, ſeù de probando corpore delicti, quandò cadaver occiſi non requiritur, quià fuit combuſtum, ſubmerſum &c. locuti ſufficienter aliàs (116) ſimus, hìc non repetimus.

67 Probato corpore delicti, probandus eſt Reus. Hìc autem diſtinguendum eſt; vel enim loquimur de tranſmittendâ contrà eum inquiſitione, vel loquimur de ejuſdem condemnatione. Si de primâ, ſufficiunt leviora indicia, ſi de ſecundâ, requiruntur plenæ probationes; ſed quià tùm de *Indiciis* in genere, tùm de *Probationibus* aliàs (117) ſufficienter locuti ſimus, & circà hæc nihil peculiare occurrit, ad ibi dicta, Lectorem remittimus. Hoc ſolùm advertendum eſt, quòd caſu, quo factum probatum remanet, quòd nempè *Caius Seium* occiderit, ſemper præſumptio ſtat contrà occiſorem, quòd nempè malo dolo occiderit; nam in his, quæ lege naturali prohibentur, dolus ſemper præſumitur, quoniam effectus cauſam demonſtrat (118), ac omne maleficium pravè præſumitur factum, niſi contrarium probetur. (119) Tali ergò caſu, ſi Reus aſſerat, ſe ad defenſam, aut caſu, aut involuntariè, aut inadvertenter, aut ex quâlibet aliâ causâ (ob quam lex aut nullam, aut diminutam pœnam prò *homicidio* infert) *homicidium* patraſſe, ad eum ſpectat aut per plenas probationes, aut per legitimas præſumptiones, contrariam fiſci præſumptionem deſtruere; & circà hoc concors eſt, ac communis Doctorum ſententia.

68 Quòd, ſi probare debeat, quòd fuerit ad defenſam, ſufficit probare, quòd occiſus dedit manifeſta ſigna, ac indicia offenſionis injuſtæ, contrà ſe intentandæ, ut potè quòd evaginato enſe contrà ſe eucurrit; ſeù ſclopum aptavit ad humerum; ſeù piſtolettum exeruit in actu contrà ſe explodendi. (h) Et hoc quidèm ſufficit ad probandam, defenſionem in ordine ad evadendam pœnam ordinariam *homicidii*; ſicut etiam ſi probaret, occiſum minatum fuiſſe, aut ſe jactaſſe, quòd volebat eum interficere, & quòd ille ſolitus erat minas exequi. (i) Sed minimè ſufficeret

(109) *Aul. Gell. lib. 2. cap. 8. Cicer. 1. Tuſculan.*
(110) *arg. l. Verum. §. final. ✠. Intereunt. ff. Pro ſoci.*
(111) *Clar. §. Homicidium. ✠. Pluribus autem, & Quæſt. 88. per tot. & Quæſt. 90. init.*
(112) *text. in l. Ejuſdem. init. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.*
(113) *text. in l. Si quis aliquid. la 2. §. Qui abortionis. ff. de Pæn.*
(114) *Clar. §. Homicidium. ✠. Pluribus autem. in fin.*
(✠) *tex. in l. Ejuſdem. §. Item is cujus. ff. de Sicar.*
(115) *Cornel. Tacit. Annal. lib. 6. ſub fin.*
(116) *Part. p. Tit. Corpus. Quæſt. 1. nu. 29. & ſeqq.*
(117) *Par. p. Tit. Indicia. & Tit. Probationes. per tot.*
(118) *arg. l. Non codicillum. C. de Teſtam.*
(119) *arg. text. in l. 1. C. de Sicar. & l. Si non convicii. C. de Injur.*
(h) *Farinac. Quæſt. 125. n. 54. & ſeqq. Bict. Quæſt. 111. n. 23.*
(i) *Gloſſ. in l. 1. ubi Bald. Odofr. & Salycet. C. Unde vi. Farinac. Quæſt. 125. nu. 67. Bict. Quæſt. 111. n. 24.*

Digitized by Google

ceret ad evadendam totaliter pœnam *homicidii* culpoſi; nàm oportet, quòd probet ultrà prædicta, quòd ipſe non poterat alio modo ſe defendere, niſi per mortem, aut vulnus, illi illatum nàm in angiportu fuit invaſus, undè fugere nequibat; ſivè ineptus erat ad fugam, quià pedum ægritudine laborat; ſivè licèt fugam maturaſſet, tamen aggreſſor, ſe velocior in curſu, illum eſſet inſecutus, aut explodendo ſclopum, eum certiùs à tergo vulneraſſet, ſivè nó potuit ſinè probro ſuo fugam inire, cùm ſit vir Nobilis, aut miles, qui non tenetur aufugere ab aggreſſore, ſed poteſt illum occidere. (l) Et tandem, quantùmvis clamaſſet implorando auxilium vicinorum, hoc fuiſset inutiliter, nàm, antequàm potuiſſet aliquis in ſubſidium accurrere, invaſor eum intervenisſet, aut mutilaſset; & tandèm probare, quòd in facto intervenerint conditiones inculpatæ tutelæ, de quibus diximus ſuprà *num. 6. & ſeqq.* Ad probandum verò, quòd in ſecuto *homicidio* intervenit tantùm inadvertentia; quod fuit involuntarium, & abſuerit malus dolus, utendum eſt præſumptionibus, ac conjecturis.

69 Coniecturæ porrò, quæ poſſunt afferri, multæ ſunt. Prima autem, & potentiſſima eſt, quòd inter homicidam, & occiſum nulla erat inimicitia, nec alia cauſa imaginabilis, ob quam potuerit ille velle mortem iſtius; maleficium enim non committitur contrà perſonam non malevolitam, ac ſinè aliquâ causâ impellente (120), cùm nemo delinquat ex ſolo ſtudio, ac amore de[illegible]linquendi. Undè deduci poteſt, quòd præter intentionem occiderit. Quòd, ſi ex adverſò, prò parte Fiſci allegetur, inimicitiam antecedenter viguiſſe, hoc probandum eſt à Fiſco; nàm univerſaliter inter omnes homines præſumitur amicitia (121), cùm ſit fundamentum humanæ ſocietatis, ad quam homo naturaliter inclinatur; & hoc idem dicendum eſt de probandâ causâ delicti; nàm cùm conſiſtat in facto, quod juxtà utraque jura (122) non præſumitur, niſi probetur, probanda venit à Fiſco.

70 Secunda eſt, ſi occidens aliàs eſt homo quietus, bonæ vocis, ac famæ, & qui nunquàm ſimile delictum perpetravit; nàm ſemel bonus præſumitur ſemper durare bonus, niſi oppoſitum probetur, ut argumento quorundam jurium (123) quæ tamen parùm faciunt ad ejus intentum, probat *Caballus*, qui citat ad hoc *l. omnimodò. C. de Inoff. teſta. & l. Cum pater. & l. Cum quidam. ff. de leg. 2. & cap. Dudum de Præſumpt.* Sed concludentiùs citaſſet *cap. Miramur. 61. Diſt. & cap. Mandata. in fin. de Præſumpt. & Gloſ. notab. in cap. 8. de Reg. jur. in 6.*

71 Tertia eſt, ſi percuſſit inermis, puta, pugno, aut calce; ſivè manu, quidèm armatâ, non tamen armis propriè ſumptis, ut puta, baculo, perticâ &c. ſeù ſi habuit præ manibus arma, propriè ſumpta, non tamen uſus eſt illis in formâ propriâ ad occidendum; ut puta, percuſſit haſtâ lanceæ; aut extremitate capuli enſis; aut ſclopum, quem explodere potuiſset, non exploſit, ſed eo, tanquàm baculo uſus eſt &c. ab uſu enim armorum, non ad inferendam mortem regulariter deſtinato, ac uſitato, arguitur, occiſorem non habuiſse animum occidendi. (124)

72 Quarta eſt, ſi percuſſit in parte corporis, ex quâ regulariter mors ſequi minimè poteſt, maximè, ſi percuſſio, aut vulnus leve fuerit; ex hoc enim argui poteſt, quòd percuſsor non habuit animum interficiendi, ut decidit *Alexander Tertius*. (125)

Aliæ multæ ſunt coniecturæ, quæ poſſunt aſſignari ad evadendam aut totaliter, aut partialiter pœnam; ut potè, quòd occiſor erat in domo ſuâ inermis, & audito vociferantium tumultu, exiit, & volens dirimere rixantes, aggreſſus eſt ab inimico armato, & arrepto gladio è manibus alicujus, qui ad tumultum accurrit, inimicum interfecit. Sivè quòd, quandò alium interfecit, erat ebrius, furioſus, dementatus ex vehementi iracundiâ, ex improvisò natâ ex atroci iniuriâ, verbis aut factis ſibi incuſſâ; & centum aliis, quæ ſagax Advocatus poterit ex accidentibus facti deducere.

73 Ad probandam autem in occiſore præmeditationem, ſivè animum occidendi, notandum eſt, quòd vel loquimur de *homicidio voluntario ſimplici*; aut loquimur de *appenſato, & præmeditato*. Quantùm ad primum, animus occidendi deſumitur à qualitate armorum, quibus occiſor alium impetiit; pariter à membro corporis, cui inflicta ſunt vulnera, puta, in capite, in thorace, aut infimo ventre, in quibus vulnera, ſi profunda ſint, lethalia evadunt. (126) Itidèm à numero vulnerum, dùm non contentus unum inflixiſſe, illa multiplicavit homicida. Pariter ab impetu, ac furore, quo alium aggreſſus eſt, à quo noluit deſiſtere, neque per interpoſitionem aſtantium, neque ad preces occiſi, qui dono vitam petebat; ac pluribus aliis circumſtantiis, in facto intervenientibus, ex quibus ſagax Judex poterit cognoſcere animum illius, obfirmatum in mortem alterius.

74 Si autem loquimur de præmeditatione, quę reddit *homicidium appenſatum*, (& vernaculo Italico dicitur *à ſangue freddo*) difficilior eſt probatio, quià eſt rei, quæ latet animo, & per ſolas coniecturas probari poteſt, ut communiter ſcribunt Doctores; & coniecturæ debent eſſe tales, ut ex his veriſimiliter colligatur ex intervallo præmeditatio *homicidii* committendi. (127) Multæ quidèm aſſignantur à Doctoribus, ſpecialiter à *Farinacio*, & *M. Mantuâ* (128), ac *Conciolo*; principaliores hìc recenſebimus.

75 Prima eſt præcedens inimicitia, non quidèm quævis, ſed capitalis, quæ orta ſit à gravi causâ; nàm ex capitali inimicitiâ homo ſemper malum inimico procurat, & ſi poteſt, ad effectum reducit; & quandò magna eſt cauſa inimicitiæ, maximum etiam malorum inimico deſiderat, prout eſt mors. Et quàmvis inimicitia ex ſe, absquè aliis adminiculis non faciat indicium, neque ad torturam, ut aliàs ſcripſimus, (129) hoc debet accipi, quandò ignoratur auctor *homicidii*; ſed probato *homicidii* auctore, inimicitia capitalis præcedens ex intervallo inter occiſorem, ac occiſum, inducit vehementem præſumptionem animi deliberati. (138)

76 Secun-

(l) *Farinac. Quæſt. 125. nu. 126. Bict. loc. cit. num. 56.*

(120) *Cravet. Conſ. 6. nu. 22. V. Ex alio. & Conſ. 8. nu. 13. & nu. 19. & Conſ. 9. n. 29. & Conſ. 75. n. 13. Cabal. Caſ. 282. n. 51.*

(121) *arg. l. Si quis Teſtibus. & ibi Bald. col. fin. V. Nota quod ille. C. de Teſti. Maſcard. Concl. 85. nu. 4.*

(122) *l. In bello. §. factæ. ff. de Capt. & poſtl. rev. cap. Cum Joannes. §. Verum reſponſionem. de Fid. inſtru.*

(123) *Caball. de Omn. gen. homic. nu. 295.*

(124) *arg. text. in l. 1. §. Divus Ardianus. ff. de Sicar.*

(125) *text. in cap. Significaſti. il 2. de Homicid.*

(126) *Caball. de Omn. gen. homicid. nu. 292. & 293. & ibi Felin. in cap. Significaſti. il 2. n. 11. V. limita hæc. de Homicid. & Marſil. in l. 1. §. Divus. nu. 26. ff. de Sicar.*

(127) *Clar. §. Homicidium. V. Ex propoſito circ. fin.*

(128) *Farinac. Quæſt. 126. num. 39. & ſeqq. Mantua: Conſ. 236. Conſ. 294. n. 5. Conſ. 314. nu. 7. & Conſ. 325. n. 5. lib. 1. Conciol. V. Homicidium. Reſol. 1. n. 11.*

(129) *Par. p. Tit. Indicia. nu. 6.*

(130) *Marſil. Conſ. 12. n. 10. & ſeqq. Conſ. 29. num. 21. & ſeqq. Conſ. 52. num. 10. & ſeqq. apud Caball. de Omn. gen. homic. nu. 290.*

Digitized by Google

76 Secunda eſt minæ factæ de occidendo; ſpecialiter ſi factæ ſint ab homine, ſolito minas exequi; & animo quieto, & ſæpiùs replicatæ non quidèm publicè, (nàm tales publicæ minæ fiunt, ut plurimùm à thraſonibus, qui eas exequendi animum non habent,) ſed corâm amicis, ac confidentibus tantùm. Undè probari animum præmeditatum in homicidâ per Teſtes, qui deponant, ſe audiviſſe illum dicentem ſe velle talem occidere, ex *Marſilio*, ac *Grammatico* probat *Ludovicus Carerius*. (131) Et optimam rationem ex *Baldo* (132) affert ad hoc *Maſcardus*, nempè, quòd animus ex verbis declaratur, & nulla major eſt probatio, quàm qualitas, verborum expreſſa; nàm, ut ait *Celſus* (133), *nemò exiſtimandus eſt dixiſſe, quòd mente non agitaverit*. Quod pariter dicendum eſt non tantùm de minis explicitis, ſed etiam de ambiguis; ut potè dicendo, quòd occiſus non debuiſſet multùm vivere &c. Et multò magìs, ſi inimicum, uno vulnere jàm debilitatum, qui jàm ceciderat in terram, pluribus vulneribus affecit, aut fugientem perſecutus eſt, & cum capere poſſet, occidit, probatur, pleno dolo feciſſe. & tenetur lege Corneliâ, *ad text. in l. Sed & ſi. ℣. Sin autem. ff. Ad leg. Aquil.*

77 Tertia eſt genus armorum aſſumptorum, ac præparatorum, quæ potiùs faciant ad offenſam, quàm ad defenſam, & ſpecialiter, ſi arma aptata tali pacto fuerint, ut quàmvis levi vulnere impreſſo cauſent mortem, aut impoſſibilem, aut ſaltèm difficilem curationem; quemadmodùm ſi ſtilum, pugionem, aut enſem, triangulariter mucronatum, ſeù veneno illitum geſtaret; ſeù ſclopum, aut piſtolettum globis ſtamno, aut alia mixtura venenoſa inſtrueret, ut mortem vulnerato afferret, ſi non magnitudine vulneris, ſaltèm ex venenoſa qualitate.

78 Quarta eſt congregatio ſociorum, quibus ſtipatus præter morem ambulavit homicida; maximè, ſi ſocii ſint armati, & ſint ex iis, qui cædibus inferendis ex profeſſo incumbunt, vt ſicarii, ſeù Nobilium virorum, qui in inimicitiis viuunt ſtipatores. Si enim à talibus aſſociatus *homicidium* commiſit, animo ad mortem inferendam præmeditato, occidiſſe præſummitur. (134)

79 Quinta coniectura eſt ex præparatoriis antè factum, puta, ſi famulum, aut amicum miſit ad obſervandum, ubi locorum eſſet inimicus, & habitâ relatione, ſtatìm de domo egreſſus rectâ viâ ad illud invadendum perrexit; ſivè conſtitit ad locum, per quem tranſire debuit adverſarius, contrà quem repentè inſiliit, & necavit. Itèm, ſi equos ſtatis in locis paravit, quibus (peracto homicidio) poſſet egredi ditionem Principis, & ſe ſalvare à perſecutione Curiæ. Itèm, ſi res ſuas mobiles extrà domum aſportare fecit; immobilia autem venditione, aut donatione ſimulatâ in conſanguineum tranſtulit, nè poſt factum aliquid remaneret, quod Fiſcus capere poſſet. Omnia enim hæc, & ſimilia animum paratum ad maleficium, poſteà ſecutum, produnt.

80 Sexta eſt coniectura, quæ exurgit ex improbitate vitæ occiſoris, qui aliàs ſimilia delicta patravit, ut argumento quorundam jurium probat *Caballus*. (135) Pariter, ſi ex morte occiſi homicida magnum commodum erat reportaturus, ut notat *Sanctor. de Pœn. cap. 14. quæſt. 6. ℣. Quomodo autem fol. 98.* Aliàs porrò coniecturas poterit Judex elicere à circumſtantiis facti, ac perſonarum, & ſi plures ex ſupradictis militant in facto, probatus, quantum poſſibile eſt, remanebit animus determinatus, ità ut nihil ad plenam probationem ulteriùs deſiderari poteſt, quàm ipſius Rei confeſſio, per quam ſolam poteſt certò illius animus innoteſcere, cùm *profundum ſit cor hominis, & inſcrutabile*.

81 Probatio tandèm *homicidii*, facti *ex inſidiis*, pendet à concludenti probatione per Teſtes, qui deponant, homicidam necaſſe aliquo ex illis modis, quos recenſuimus ſuprà *num. 62.*, in quibus conſiſtit qualitas homicidii, ex inſidiis commiſſi.

(131) *Carer. Pract. crim. §. Homicidii ſpecies. num. 39. ℣. Probatur etiam. & ibi Marſil. & Grammat.*
(132) *Bald. in cap. 1. de Teſt. apud Maſcard. Concl. 864. n. 18.*
(133) *Celſ. I.C. in l. habeo. §. Id Iubero. ff. de Supell. lega.*
(134) *Clar. §. Homicidium. ℣. Ex propoſito in fin.*
(135) *cap. Semel de Reg. iur. in 6. l. Si cui. ff. de Accuſ. l. Non omnes. ff. de Re milit. Caball. de Omn. gen. homic. num. 291.*

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

82 *Pœna homicidii culpoſi, regulanda arbitrio Iudicis*
*Opiniones variæ de tali pœnâ, à Iudice infligendâ.*
83 *Homicida culpoſus, qui occidit, dando operam rei licitæ, pœnâ pecuniariâ mulctandus.*
*Majorem pœnam, ut Carceris, aut Triremium meretur, ſi vacabat operi illicito.*
84 *Pœna homicidii voluntarii ſimplicis eſt arbitraria Iudici citrà mortem.*
*Provocatus, ſi ulciſcitur, temperamentum pœnæ meretur.*
85 *Homicidium appenſatum delictum atrociſſimum eſt.*
*Occidens bannitum, impunè occidit, ſed remanet infamis.*
*In cauſâ gravi, aut arduâ talis homicida non admittendus ſinè torturâ.*
86 *Homicida animo deliberato, morte plectendus.*
*Talis pœna eſt de jure naturæ.*
*De jure naturæ eſt neminem lædere.*
*Dicta pœna eſt etiam de jure Divino.*
*Homicida appenſatè, ſivè Nobilis, ſivè ignobilis morte afficiendus.*
87 *Bona homicidæ talis plerùmque confiſcantur.*
*Ubi non eſt in uſu confiſcatio, tenetur homicida ad damna familiæ occiſi.*
*Vulnerans tenetur reſarcire damna vulnerati.*
88 *Homicidium purè caſuale nullâ pœnâ ſpirituali punitur.*
*Culpoſum, dùm dabatur opera Rei illicitæ, importantis peccatum mortale, punitur irregularitate.*
*Si opera illicita importat ſolùm peccatum veniale, diverſæ ſunt ſententiæ ſuper irregularitate.*
*Si intervenit in opere ſola culpa legalis, in caſibus, in jure expreſſis, incurritur irregularitas.*
*In aliis caſibus dans operam rei illicitæ ſubit irregularitatem, ſi cauſat alicujus mortem.*
*Homicida voluntarius quivis contrahit irregularitatem.*
*Olim erat excommunicatus, ſed hæc Cenſura per nonuſum deſiit.*
89 *Pœna Clerici homicidæ voluntarii.*
90 *Primum Statutum Minorum de Obſervantiâ.*
91 *Secundum Statutum.*
92 *Tertium Statutum.*
93 *Quartum Statutum.*
94 *Religioſus malo dolo, appenſatè, & mortem intentando vulnerans damnatur ad Triremes.*



Digitized by Google

*Statuta recipiunt interpretationem à jure communi.*

95 *Si mors certò ſequatur ex malo regimine vulnerati, aut Medici non debentur Triremes.*

*Percutiens non tenetur de occiſo, ſi hic moritur ex malo regimine certò.*

*Si dubia eſt mors ex malo regimine, præſumitur ſecuta ex vulnere*

96 *Opinio Sanctori,*

67 *Impugnatur.*

*Superfluitas in lege vitanda*

98 *Vulnus atrox, de quo loquitur Statutum, eſt vulnus in facie ad iniuriam impreſſum.*

99 *Confirmatur ratio impugnationis.*

109 *Quarè vulnus impreſſum in facie ad ignominiam, aut iniuriam, ſit atrox delictum.*

*Facies hominis figurata eſt ad ſimilitudinem pulchritudinis cæleſtis.*

*Facies hominis non eſt maculanda.*

*Statutum ordinans ſtigmatizationem in facie, non valet,*

101 *Quarè ſtigmatizatio in facie, ſit graviſſima iniuria.*

*Stigmatizationis in facie, pœna.*

*Neapoli damnatus ad mortem, qui ſtigmatizavit puerum in facie.*

102 *Vt intret pœna Statuti prò tali ſtigmatizatione, requiritur animus, ad hoc deliberatus,*

103 *Quæ dicatur atrox mutilatio.*

104 *Præciſio aut totalis membri, aut ejus partis, ob quam illud reditur inutile, eſt atrox mutilatio,*

*Enormis defectus dicitur in eo, cui manus fuerat amputata,*

105 *Membrum corporis dicitur, quod habet officium, diſtinctum ab aliis partibus corporis,*

*Digitus eſt pars membri.*

*Amputatio pollicis in Sacerdote dici debet mutilatio atrox, ſeu enormis.*

106 *Quid importent in Statuto verba*, hæc, vel ſimilia delicta machinans &c.

107 *Machinari plures habet ſenſus,*

*Machinarum plures ſpecies.*

Machinari *uſurpatur etiam prò* fabricari.

108 Machinari delicta, *in dicto Statuto intelligitur prò* committere delicta.

109 *Pœna Triremium, expreſſa in dictis Statutis, an ſit perpetua.*

110 *Triremes perpetuæ debentur tantùm in percuſſionibus, aut nece Prælatorum.*

*Exceptio firmat regulam in contrarium.*

*In aliis caſibus duratio pœnæ Triremium eſt Iudici arbitraria,*

82 QVantum ad pœnas homicidarum attinet, ſciendum eſt, quòd prò *homicidio culpoſo*, quod infimum eſt inter *homicidia* punibilia, pœna regulanda eſt, arbitrio Iudicis, juxtà majorem, vel minorem culpam, ut jura (146) volunt. Difficultas ſola eſt, quòd nonnulli Doctores (137) volunt, quòd imponi à Iudice debeat ſola pœna pecuniaria, aut relegationis, ut textualiter habetur in *l. lege Cornelia. §. Cùm quidam ff. de Sicar.* Alii (138.) opinantur, quòd intret damnatio ad Carceres temporales, aut perpetuos; ſivè ad exercendam militiam contrà hoſtes fidei. Alii (139) verò volunt, quòd debeatur pœna Triremium ad tempus; dicendum porrò eſt, quomodò conciliari poſſint varietates dictarum opinionum,

83 Dico igitur cum erudito *Raynaldo* (140) eſſe diſtinguendum; puta, àn qui culpâ occidit, dabat operam rei licitæ, àn verò illicitæ, ac damnatæ. Si primum, (ut accidit in putatore arboris, aut barbitonſore, de quibus loquitur Textus (141), ſivè in eo, qui ſe defendendo excedit modum inculpatæ tutelæ &c.) procedit prima opinio de pœnâ pecuniariâ, ſeù ſolâ relegatione; & ratio eſt, quià in hoc facto, nullo modo intrat dolus; nàm non intrat in opere intento, quià licitum eſt; nec in caſu, qui evenit præter intentum: undè prò ſolâ culpâ intrare debet minima pœna. Si autem dabat operam facto illicito, majores pœnæ debentur, puta, Carcer, aut Triremes, conſideratâ malitiâ operis, & gravitate culpæ majori, aut minori; & ratio eſt, quià in facto principali intrat dolus, qui eſt per ſe punibilis, qui cumulatus cum culpâ majorem pœnam meretur; & eo majorem ſi copuletur gravitas operis illiciti cum gravitate latæ culpæ,

84 Pœna pariter *homicidii voluntarii* ſimplicis, regulanda eſt arbitrio Iudicis citrà mortem, (142) nam pœna legis *Corneliâ*, quæ eſt mors naturalis, ut infræ dicemus, non adhibetur, niſi in facto interveniat plenus dolus, puta, mors occiſi, animo præmeditato volita. In *homicidio* autem *voluntario* ſimplici ſemper intervenit provocatio, quæ excuſat à dolo; nàm facilè ignoſcendum eſt ei, (nempè pœnam temperando) qui provocatus ulciſcitur, (143) Et hoc militat etiam in eo, qui cauſam dedit provocationi, leviter irritando inimicum, ſi hic majore iniuriâ irritantem provocavit; aut ſi quis alium vult fuſte tantùm verberare, aut etiam enſe percutere, non quidèm cæsìm, aut punctìm, ſed, (ut Italicè dicitur) *di piatto*, nempè obverſâ percuſſo latitudine enſis, ſi percuſſus piſtolettum exerit, ut contrà percutientem explodat; & hic alium interficit, quià cenſetur ex provocatione occidiſſe, pœnâ ordinariâ non tenetur (144), dummodò non militet præſumptio, quòd primò provocans verbis, aut verberibus, animum præmeditatum occidendi habuerit.

85 Nunc de pœnis *homicidii appenſati*, ſeù deliberati, dicendum eſt, & quidèm delictum hoc attrociſſimum cùm ſit, ut multis argumentis eruditiſſimè more ſuo probat *Decianus* (145), graviſſimas etiam merentur pœnas. Hinc eſt, quòd, quàmvis in aliquibus caſibus lex *homicidium* impunitum permittat; imò etiam aliquandò ipſum præmietur à Principe, ut evenit, cùm occiditur bannitus famoſus, occidens tamen efficitur infamis (146), ità ut in cauſâ gravi, aut arduâ, talis ho-

(136) *cap. Sicut dignum de Homicid. l. Perſpiciendum. l. Aut facta. ff. de Pæn. l. Sancimus. C. eo. tit.*

(137) *Farinac. Quæſt. 125. nu. 17. Conciol. V. Homicidium. Reſol. 3. nu. 1. & ſeqq.*

(138) *Tyrer. Tract. de Homicid. Par. p. nu. 103.*

(139) *Clar. §. Homicidium. V Culpa dicitur. Vulpell. Crim. Reponſ. 150. nu. 8. & ſeqq.*

(140) *Raynal. Tom. p. cap. 7. Rubr. nu. 37. & ſeqq.*

(141) *text. in l. Si putator. & in l. Item Mela. ff. Ad leg. Aquil.*

(142) *Alex Conſ. 140. nu. 9. & 10. lib. 2. & Conſ. 119. nu. 12. lib. 7. & ibi Angel. in l. Si adulter. §. Imperatores. ff. de Adult. Caball. de Omn. gen. homicid. nu. 107*

(143] *text. in l. Qui cum natu §. Si libertus. ff. de Bon. liberto.*

(144) *Alex. Felin. Marſil. cum Caball. loc. cit. nu. 134.*

(145) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 17. Per tot.*

(146) *Marſil. in l. 1. nu. 74. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. & ibi Bald. in l. Decuriones. C. Ex qui cau. infam. irro.*

Digitized by Google

homicida abſquè torturâ non eſſet in Teſtem admittendus. (47)

86 De jure igitur Cæſareo, homicida ex animo deliberato, ultimo ſupplicio afficiendus eſt (148), & hoc quidèm cohæret juri naturali, & Divino, utì ponderat *Decianus*, (149) nàm de jure naturæ eſt, (150) neminem lædere, ut ait *Florentinus I. C.*, & lædentem pari pœnâ recompenſare, de Divino autem habemus expreſſum in *Levitico* (151). *Qui percuſſerit, & occiderit hominem, morte moriatur.* Quàmvis autem de jure *Digeſtorum* ſit, ut Nobiles, commitentes homicidium, deportentur, (152) tamen de jure *Codicis* eſt, quòd pœnâ ultimi ſupplicii afficiantur homicidæ appenſati tàm Nobiles, quàm plebei, tàm fœminæ, quàm mares, ut pluribus congeſtis probat *Farinacius*, & ex eo *Philippus de Bictis*. (153)

87 In pleriſque porrò locorum Statutis ultrà pœnam ultimi ſupplicii apponitur confiſcatio bonorum, & ubi hæc pœna non habetur, tenetur homicida reſarcire hæredibus occiſi omnia damna, quæ, judicio prudentis viri, eveniunt ob ejus mortem ſuæ familiæ; (154) quemadmodùm etiam tenetur ad omnia damna, & intereſſe illius, quem vulneravit ſolummodò, ut Divino, humanoque jure (155) cavetur. Et advertit *Clarus.* §. *Homicidium.* ℣. *Tenetur*, quòd de jure Fiſcus tenetur ex bonis confiſcatis ſolvere filiis occiſi æſtimationem opperarum, & damnorum, quæ incurrit ejus familia ob mortem Patris; licèt dicat, quòd in practicâ malè ſervetur.

88 De iure autem Canonico, *homicidio* purè caſuali abſquè omni prorſùs culpâ illud cauſantis nulla pœna irrogatur, cùm illud non ſit actus humanus, ſed omninò involuntarius. (156) Homicidium autem culpabile, commiſſum ab eo, qui dabat operam rei illicitæ, important peccatum mortale, punitur irregularitate ex communi ſenſu ſcribentium (157), ſi verò importet ſolum modò peccatum veniale, diviſæ ſunt Doctorum ſententiæ, aliis negantibus, aliis affirmantibus, irregularitatem induci; ſententia tamen communior, juxtà *Theſaurum* (158), eſt negativa. Quòd, ſi interveniat in opere ſola culpa legalis, in caſibus à jure expreſſis incurritur irregularitas; in aliis autem caſibus, à jure non expreſſis, dans operam rei illicitæ, ſi cauſet alicujus mortem, etiam adhibitâ quâvis diligentiâ, dictam pœnam incurrit juxtà *D. Thomam*, & alios apud *Toletum* (159), ſed minimè juxtà alios, relatos per *Theſaurum* (160). In *homicidio* autem *voluntario* quovis, ſemper incurritur irregularitas, quæ provenit ex facto ipſo, etiam abſquè ſententiâ Judicis, & abſquè infamiâ facti; undè, quàmvis tale *homicidium* ſit occultum, nil minùs talis irregularitas habet locum. (161) Ultrà prædictam pœnam de jure antiquo homicida voluntarius percutiebatur anathemate uſquè ad mortem. (162) Sed talis Cenſura per non uſum deſiit.

89 Quò verò ad Clericos, qui voluntarium homicidium committunt, *Tridentinum* (163) ordinat, quòd, quàmvis crimen non ſit ordine judiciario probatum, nec aliâ ratione publicum, ſed occultum, nullo tempore poſſint ad ſacros Ordines promoveri, nec illis conferri aliqua beneficia, ſivè curata, ſivè non: & omni Ordine, Officio, ac Beneficio Eccleſiaſtico *perpetuò* careant. Super hoc autem diſpenſationes emanaſſe, non ſemel vidi: undè *perpetuitatem* prædictam idem importare ac *difficultatem præmaximam* poſt *Campanil* tenet *Barboſa*. (164) Quò verò ad *homicidium culpoſum*, diſpenſatio irregularitatis, ac aliarum pœnarum committitur Epiſcopo, ut ibidèm habet *Concilium*.

90 Regularium porrò pœnæ petendæ ſunt à ſuis ipſorum reſpectivè Statutis. Nos Minores de Obſervantiâ ſequentia Statuta habemus. Primum. *Si mors (alicujus Fratris percuſſi) ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio, ad triremes omninò (Reus) condemnandus eſt.*

91 Secundum. *Qui aliquem enormiter vulneraverit vel ei venenum dederit per ſe, vel per alium; hæc, vel ſimilia delicta machinans, eiſdem pœnis ſubiacere tenetur.* (166)

92 Tertium. *Prælatum Localem gladiò occidens ad triremes perpetuò condemnari; vulnerans, non ſecutâ morte, ad eoſdem mitti, Superiorum arbitrio, debet.* (167)

93 Quartum. *Provincialem quovis modo vel leviter percutiens ad triremes, Generalis arbitratu, mitti; ſi id gladio molitus fuerit, ſivè ſecutâ, ſivè non ſecutâ morte, ad eoſdem triremes perpetuò damnari debet* (168). Et ità ſonant etiam Statuta Ordinis. (169) Circà quæ Statuta, prima dubitatio eſt emergens à primo Statuto, & eſt, An abſolutè, & in omni caſu pœna triremium debeatur vulneranti aliquem Fratrem, ſi mors ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio?

94 Reſpondeo negativè; nàm tunc ſolùm debetur pœna hæc, quandò Reus malo dolo, & appenſatè, mortemque intentando, vulneravit. Ratio eſt, quià Statutum loquitur in genere de vulnerante ad mortem, & non diſtinguit de vulnerante ad defenſam, aut culposè, aut dolosè. Cùm autem recta ratio dictet non deberi eandem pœnam, ubi delicta in gravitate differunt, conſequens eſt, quòd Statutum, (ut rationabile cenſeatur, & ſit) debet recipere interpretationem à jure communi, juxtà quod omnia Statuta dubia interpretari debent, ut concordes docent *Iuriſperiti*, ac *Canoniſtæ*. (170) Et in puncto ex doctrinâ *Baldi*, ac plurium legum,

(147) *Bald.in Auth.Si dicatur.col.final.C.de Teſt.Marſil.apud Gribal. Tit.de Homic.legit.num.*10.*Caball.de omni gen.homici.n.66.*

(148) *text.in l.Qui cædem.ff.Ad leg. Cornel.de Sicar.& in l.Nemo. C de Epi.audien.*

(149) *Decian.Tract.crim.lib.9.cap.20.n.1.& 2.*

(150) *text.in l.Vt vim.in fin.ff.de Iuſt.& iur.*

(151) *Levit.cap.24.℣.17.*

(152) *text.in l.Qui cadem.ff.Ad leg.Cornel de Sicar.*

(153) *Bict.Quæſt.*111.*nu.3.& 4.& ibi Farinac.Quæſt.98.n.* 103.& 106.& *Quæſt.*119.*num.*17.& 18.

(154) *Farinac.Quæſt.*119.*nu.*93.

(155) *text.in cap.p.de Iniur.& damn.l.Ex hac.ff.ſi quadr.pau.fec. dica.l.ult.ff. de His qui deie. vel effu. l. Qua actione.ff. Ad leg. Aquil.*

(156) *Tanner.Tom.4.Quæſt.10.Diſp.6.n.*110.& 211.

(157) *Farinac.Quæſt.126.nu.74.Suar.de Cenſ. Diſp.45.ſect.6. Layman.lib.3.Tract.de Homicid.cap.10.n.3.*

(158) *Theſaur.de Pœn.Par.2.Verò.Homicidium.cap.1.℣.I.Homicidim.*

(159) *D.Thom.2.2.quæſt.64.art.8.Corrad.Cajet.Palud.Gabr.Navar Maiol.Tolet.Inſtr.Sacerd lib.1.cap.81.§.Prima qui operam.*

(160) *Caſtr.Medin.Valent. Covaru. Tanner. Layman.Aragon. Sayr. Gutier.apud Theſaur.loc.cit.℣.In aliis.*

[161) *cap.final iunct.Gloſſ.in V. Homicidii. de Temp. ordin. Gloſſ. in cap.Inquiſitionis, in V.Homicidium.de Accuſat.*

(162] *Concil.Ancyran.cap.22.cap.Si quis voluntariè.*50. *Diſt.Concil. Lucen.cap.76.*

(163) *Concil.Trident.Seſſ.14.cap.7.de Refor.*

(164) *Campanil.Diverſ.iur.canon.Rubr.*11.*cap.23.nu.* 128. *Barboſ. de Offi.& pot.Epi.Alleg.39.nu.63.*

(165) *Text.Tit.Applicatio.§.40.*

(166) *Text.loc.cit.§.41.*

(167) *Text.loc.cit.§.42.*

(168) *Text.loc.cit.§.43.*

(169) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.nu.52.in fin.& 53.*

(170) *Bart.in l.Omnes populi ff.de Iuſt.& iur.D.D.in l. Si ſervi veſtri.C.de Noxa. Innoc.in cap. Cauſam.de Præſcript. Abb. in Ex literis.n.5.de Conſtit.*



Digitized by Google

legum, & Canonum ſcribit *Sebaſtianus Sapias* (171), quòd ordinante Statuto, quòd homicida decapitetur, *licèt Statutum non diſtinguat, tamen ipſum diſtinguendum eſt per jus commune, ut diſtinguatur, an dolo, an culpâ, vel caſu.*

95 Dico ſecundò, quòd, ſi mors ſecuta fuerit ex malo regimine egroti, aut Chirurgi, & hoc certum ſit, non intrat pœna triremium. Ratio eſt, quià, quandò vulneratus moritur ex malo regimine, non debetur vulneranti pœna *homicidii*, ut ex jure, & multis Doctoribus cumulatis probat *Caballus* (172), ubi firmat concluſionem, quòd ubi admixta eſt culpa infirmi, aut *Medici*, etiam quòd vulnus eſſet lethale, non tenetur percutiens de occiſo. Si autem vulnus quidèm lethale eſt, dubium tamen eſt, an mors ſecuta ſit culpâ vulnerati, aut *Medici*, præſumendum eſt, quòd ille occubuerit ex vulnere, ut docet *Clarus* (173), & debetur pœna ordinaria.

96 Contrà ſupra datam reſolutionem ſtat opinio *Sanctori* (174), qui vult deberi pœnam triremium, etiamſi probetur, vulnus non fuiſſe lethale, & infirmum ex ſuâ culpâ deceſſiſſe. Et ratio ſecundùm eum eſt, quià negari non poteſt, vulnus fuiſſe enorme; & ex vulnere enormi illato infligi pœnam triremium, ut habetur ex ſecundo Statuto, dato ſuprà *num.* 91.

97 Sed salvâ reverentiâ talis viri, cenſeo, ejus opinionem eſſe falſam, & ſecundum Statutum loqui de vulnere, non quidèm illato ad mortem, ſed ad ignominiam. Ratio eſt, quià, ſi utraque Statuta loquerentur de vulnere illato ad mortem, & pœnâ triremium percuterent vulnerantem, tàm non ſecutâ, quàm ſecutâ morte, utrumque caſum comprehendiſſent ſub uno paragrapho, dicendo, Reus vulnerans, *ſivè ſecutâ, ſivè non ſecutâ morte*, quemadmodùm habetur in Statuto quarto, dato ſupra *num.* 93. aliter inepta eſſe Statuti ordinatio, quod non admittitur. Dum ergò in primo Statuto ponitur conditio, *ſi mors ſecuta fuerit, vel mutilatio*, ſequitur ex vulgatis, quòd non extante conditione mortis, non intrat pœna triremium, ſequitur itidèm, quòd *enorme vulnus*, cui debentur triremes, etiam abſque ſecutâ morte alterius generis ſit à vulnere, quod infligitur ab eo, qui occidere intendit vulnerando. Nàm, ſi Statuta hæc loquerentur de iiſdem ſpecie vulneribus, expeditiùs omnem diſpoſitionem comprehendiſſent, dicendo, *qui aliquem enormiter vulneraverit, aut mutilaverit, ſivè ſecutâ, ſivè non ſecutâ morte, ad triremes damnetur*, & ſuperflueret ſecundum Statutum, quod in lege non admittitur, à quâ omnis ſuperfluitas in ejus interpretatione eſt evitanda. (175)

98 Dico igitur, quòd vulnus *atrox*, ſivè *enorme*, de quo loquitur ſecundum Statutum, eſt illud, quod fit ad iniuriam, & non ad mortem; nempè, quandò quis cultello, novaculâ, aut etiam monetâ argenteâ, acutâ ad ſecandum; ſivè ampullâ vitreâ, atramento plenâ, & in faciem alicuius jactatâ, facies ipſa enormi, ac deformi cicatrice remanet ſtigmatizata, quod Italicè dicitur *fare uno ſfregio.* Ratio eſt, quià, ut ſuprà dicebamus de mutilatione, ac vulnere, illato ad mortem, jàm ſuperiori Statuto determinatum eſt, undè, ut vitetur ſuperfluitas, de alio vulnere non illato ad mortem Statutum eſt accipiendum.

99 Additur, quòd in nullo tribunali pœna ultimi ſupplicii Reo datur, niſi mors vulnerati ſequatur; undè Statutum illud, quòd eandem pœnam tribueret vulneranti ad mortem, tàm hâc ſecutâ, quàm non ſecutâ, eſſet prorsùs irrationabile; & ad hoc, quòd tale non reddatur, admitti debet data expoſitio. Ex aliâ parte juſtiſſima eſt cenſenda diſpoſitio, quòd eâdem pœnâ triremium puniatur vulnerans enormiter, ut præfertur, ad iniuriam, ut vulnerans ſecutâ morte.

100 Ratio hujus dicti petenda eſt à gravitate delicti, & ab exiſtimatione iniuriæ. Delictum ſiquidèm atrociſſimum eſt, nàm, pròut dicitur in jure, (176) hominis *facies ad ſimilitudinem pulchritudinis eſt cæleſtis figurata*; proindè ſtatuit ibidem Imperator, quòd illa *minimè maculetur*, nempè eam ſtigmatizando, pròut antè eam legem cum Servis, ac damnatis ad metalla fiebat, & allatæ legi concordat alia lex *Digeſtorum*. (177) Undè non valere Statutum ſanciens, quòd prò aliquo delicto Reus ſtigmatizetur in facie, firmant multi Doctores (178) Sequitur proindè, quòd graviſſimum evadat hoc delictum, cum privatâ auctoritate quis audeat, quòd neque publica poteſtas de jure poſſit.

101 Exiſtimatio autem talis iniuriæ maximè apud viros, aut fœminas honoratas ſuperat quamvis aliam; ratio eſt, tùm quià tales notæ ignominioſæ non ſolent fieri niſi perſonis deſperati pudoris, & infamibus, ut meretricibus, lenis, lenonibuſque; tùm quià cæteræ iniuriæ aut verbales, aut ſcripto mandatæ, ut libellus famoſus, affixio cornuum ad poſtes domus &c. ſunt facti tranſeuntis, nec regulariter fiunt coràm iniuriato; non ſic verò hæc, quæ ſe habet permanenter, & eam iniuriatus perpetuò, ac indelebiliter ſecùm affert; tùm quià vir, aut mulier honeſta, qui honorem vitæ præferunt, eligerunt potiùs vitam amittere, quàm tantam jacturam honoris ſubire; undè graviſſimam ſuper omnes iniurias eſſe tali modo ſtigmatizari, firmant communiter Doctores. (179) Et ideò Rei de tanto facinore, patrato contrà perſonam honeſtam, & maximè fœminam, quæ non ſit de infimâ plebe, aut perpetuis triremibus, aut ultimo ſupplicio afficiuntur, ut bis in praxi vidi; & ex *de Ponte* refert *Raynaldus*, (180) quòd *Neapoli* fuit damnatus ad mortem quidam, qui de mandato alterius, vulnus impreſſit in faciem pueri, ad ignominiam.

102 Optimo igitur jure Statutum noſtrum ſancit triremes prò tali vulnere enormi. Et noto, talem diſpoſitionem intrare, quandò tale facinus committitur animo præmeditato, & ad effectum notandi perpetuâ ignominiâ vulneratum, non verò, ſi in rixâ, unguibus, aut alio inſtrumento quis ſcalperet faciem alterius. Ratio eſt, quià ſicut *homicidium* in rixâ, pœnâ ordinariâ non punitur, ut ſuprà dictum eſt, ità pœna triremium, quæ prò hoc caſu ordinaria eſt, intrare non debet, niſi plenus dolus, ac animus appenſatus interveniat.

103 Se-

(171) *Sebaſt. Sapia ad Abbat. in cap. 11. n. 5. litt. A. de Conſt.*
(172) *l. Qui occidit. §. Si vulneratus. ff. Ad leg. Aquil. l. ſi plagis. init. ff. eo. tit. Marſil. Socin. Gribal. Carer. apud Caball. de Omn. gen. homic. num. 344.*
(173) *Clar. §. Homicidium. ℣. Quandoque etiam.*
(174) *Sanctor. de Pœn. cap. 14. Quæſt. 6. ℣. Reſpondeo pœna. cir. fin. fol. 94.*
(175) *Barboſ. Axiom. 216. init. & Axiom. 222. n. 11.*

(176) *text. in l. Si quis in metallum. C. de Pœn.*
(177) *text. in l. locum. §. 1. in fin. ff. de Vſufru. & quemadm.*
(178) *Borell. Angel. Hoſtien. Solorzan. Muſcoſ. apud Fermoſin. de Conſtit. cap. 10. Quæſt. 36 nu. 24 Muta. Alex. Bertachin. apud Raynal. Tom. 2. cap. 14. Rubr. num. 154.*
(179) *Ameſcu. de Poteſt. in ſeipſ. lib. p. cap. 13. nu. 8. Guazzin. Defun. 33. cap. 4. num. 14. Clar. quæſt. 90. init. Tuſch. Royz. Franc. Baron. de Corp. Tit. 5, de Facie num. 11. apud Raynal. loc. cit. 153.*
(180) *Raynal. Tom. p. cap. 1. §. 10. nu. 11. & ibi de Ponte de Poteſt. Proreg. Tit. 1. de Proviſ. pe. ſolit. §. 2. n. 13.*

Digitized by Google

103 Secunda dubitatio circà idem Statutum eſt, qualis dicenda ſit *atrox mutilatio*, ad effectum, ut poſſit habere locum pœna ordinaria?

104 Reſpondeo, quòd *atrox mutilatio* poteſt dici illa, per quam alicui præciditur totaliter aliquod membrum, aut pars notabilis membri, ob cujus amiſſionem membrum reddatur inutile ad aliquod miniſterium; ut ſi abſcinderetur crus, pes, auris, manus, aut pollex in manu Sacerdotis. Ratio eſt, quià in quodam capitulo (181) dicitur *enormis defectus* in eo, cui manus fuerat mutilata, ut proindè ad Ordines promoveri non debebat. Sequitur igitur, quod *enormis* etiam, ſivè *atrox* debuit dici mutilatio, ob quam enormis ille defectus ſecutus in illo fuit.

105 Adverto autem, *enormem* dici *defectum* illum ob carentiam manus, quæ membrum corporis eſt; undè inferre licet, *enormem*, *ac atrocem* jure meritò dici poſſe *mutilationem*, per quam quovis alio membro corporis homo privatur, cùm non ſit major ratio de uno, quàm de alio membro. Porrò juxtà Doctores (182) illud dicitur membrum, quod habet officium diſtinctum, & ſeparatum ab officiis aliorum membrorum; ut oculus, auris, naſus, pes &c. & ideò digitus non dicitur membrum, ſed pars membri (183), nempè manus, quià non habet officium diſtinctum à manu. Tamen, ſi per amiſſionem unius digiti privaretur manus executione principalioris muneris, quod conveniat homini juxtà exigentiam proprii ſtatus, poſſet utique dici *atrox*, ſivè *enormis* mutilatio illius digiti. Exemplum ſit, ſi manui Sacerdotis amputaretur pollex; nàm, cùm privatus pollice nequeat frangere ſacram Hoſtiam, & reddatur totaliter irregularis, argumento Textus cujuſdam capituli, (184) perindè eſt, ſi mutiletur pollex, ſicut ſi tota manus amputaretur. Ratio eſt, quià principale officium Sacerdotis eſt Miſſam celebrare, & cum ità privaretur munere celebrandi ob amiſſionem pollicis, ſicut, ſi eſſet privatus totaliter manu; ſequitur, quòd par delictum emergit ab amputatione pollicis, ſicut integræ manus. Cæterarum, ſi mutilatio eſſet partis alicujus membri, quod, eâ non obſtante, proprio munere fungeretur, non poſſet dici mutilatio *atrox*, nec prò eâ ordinaria pœna infligi.

106 Tertia dubitatio eſt circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *num.* 91. & eſt, quomodò accipienda ſint illa verba, *hæc vel ſimilia delicta machinans &c.*?

107 Reſpondeo, quòd argumento ejus, quod dicitur in quodam *Digeſto* (185), *machinari* eſt imaginari, ſeù argutè, ac perſpicaciter cogitare ad aliquod ſivè bonum, ſivè malum, ingenioſè præſtandum; ductâ quidèm ſimilitudine à *machinâ*, quæ eſt organum, ſivè inſtrumentum mechanicum, quo, paucâ virtute motiva magni effectus præſtantur, ſivè in movendis immenſis ponderibus; ſivè in admirandis effectibus præſtandis; ut ſunt *machinæ* frumentariæ (186), *machinæ* militares; *machinæ* hydraulicæ &c. Ita ut machinari videatur intrà fines internæ cogitationis ſiſti. Tamen *machinari*, importat etiam externam operationem, & confunditur cum *fabricare*, ut apparet ex *Tullio* (187), dicente *perpetuitatis causâ natura machinata eſt*.

108 Hoc adnotato, dico, quod in citato Statuto *machinans* accipitur in ſecundo ſenſu; ità ut *ſimilia delicta machinans*, idem ſit, ac ſimilia delicta patrans, committens, perficiens &c. Ratio eſt, quià leges humanæ nunquàm ſtatuunt aliquid de actibus humanis internis, niſi quatenùs cum actu externo copulantur. Cùm autem *machinari* in primo ſenſu ſuprà expoſito importet actum internum ſolummodò, hinc eſt, quòd pœna, per illud Statutum taxata, non eſt prò cogitatione, imaginationevè internâ talium delictorum, ſed pròut talis *machinatio* ad effectum deducitur, & opere completur.

109 Quarta dubitatio eſt, àn pœna triremium, appoſita in primo, & ſecundò Statuto ſupradictis, ſit perpetua, aut Superiorum arbitrio temporalis?

110 Reſpondeo, quòd, cùm in duobus ſequentibus Statutis, datis *num.* 92. ac 93. ſanciatur pœna triremium perpetua; in prioribus autem ponatur abſolutè pœna triremium, convincitur, Statutum non voluiſſe perpetuitatem pœnæ talis in omnibus caſibus, ſed tantùm in percuſſionibus, aut homicidiis Prælatorum; nàm exceptio firmat regulam in contrarium. (188) Undè tempus durationis triremium commiſſum remanet arbitrio Superiorum, qui benè penſatis circumſtantiis facti, & ſpecialiter malitiâ, ac dolo, quo commiſſum eſt *homicidium*, aut vulneratio, poſſunt arbitrari tempus, pœnæ delicto conveniens, pròut optimè ſcripſit *Sanctorus*, (189) qui & addit, poſſe arbitrium Superiorum extendi etiam ad pœnam perpetuam, quandò facti circumſtantiæ id exigant.

(181) *text. in cap. Expoſuiſti. ubi Anton. num. 2. de Corp. vitiat.*
(182) *Bartol. & D.D. in l. 2. ff. de Publ. iudic. Abb. in cap. Cum illorum ſup. Gloſſ. in V. Membri de ſent. excom. & in c. Ego N. de Iureiur.*
(183) *arg. l. Non ſunt liberi. ff. de Statu homi. Iacob. de Belviſ. Bald. Io. de Mont. Domin. Io. de Imol. apud Corſet in Repert. Abb. V. Membrum.*
(184) *text. in cap. final. junct. Gloſſ. de Corpo. vitia. non ordi.*
(185) *arg. l. 1. § Dolum. ff. de Dolo malo.*
(186) *l. Quæſitum. §. Et molas ff. de Fundi inſtruct.*
(187) *Cicer. de Divinat. lib. 2.*
(188) *arg. l. Quæſitum. § 43. V. Denique. ff. de Fundo inſtrum. Barboſ. Axiom. 85. num. 4.*
(189) *Sanctor. de Pæn. cap. 14. qu. 6. Difficult. 3 fol. 98.*



Digitized by Google

## §. VI.

# Aſſaſſinium.

*SVMMARIVM.*

1 *Aſſaſſinii diffinitio.*
2 *Aſſaſſinus non eſt, qui mandatum de occidendo tantùm ſuſcipit.*
3 *Si occiditur Infidelis, aſſaſſinium non committitur.*
*Duæ ſpecialitates, ex eodem principio derivantes, in jure non admittuntur.*
*Qualitas Chriſtianitatis probanda in occiſo, ut conſtet de Aſſaſſinio.*
4 *Opponitur contrà proximam concluſionem.*
*Inter Chriſtianos degens reputatur Chriſtianus, niſi contrarium probetur.*
5 *Incautus quis dicatur.*
*Ut aſſaſſinium ſit, oportet, quòd occiſus non habuerit occaſionem cavendi ab homicidâ.*
*Aſſaſſinus non eſt, qui ſuam injuriam ulciſcitur, ſocijs pecuniâ conductis.*
*Nec qui, acceptâ pecuniâ, occidit proprium inimicum.*
*Opinio, quòd aſſaſſinium debeat fieri in abſentiâ mandantis.*
*Limitatur talis opinio.*
*Aſſaſſinium non eſt, ſi quis exorit arma contrà inimicum, & hic occidatur ab alterius ſocio, etiam pecuniâ conducto.*
6 *Aſſaſſinium committitur etiam in præſentiâ mandantis.*
7 *Abſurdum, quod ſequeretur ex dictâ opinione.*
*Aſſaſſinium ſemper eſt, ſi mandatarius ob pecuniam necat, ſivè occiſus ſe voluit defendere, ſive non.*
8 *Si quis pretio occidit bannitum, non committitur aſſaſſinium.*
*Opinio, quòd aſſaſſinium includat proditionem, reijcitur.*
9 *Quàmvis mors non ſequatur, aſſaſſinium completur.*
*Chriſtianus, mandans Infideli, ut Chriſtianum occidat, delinquit aſſaſſinio, quàmvis mandatarius cædem nec perficiat, nec attentat.*
*Mandans Chriſtiano, ut Chriſtianum occidat, non poteſt dici Reus de aſſaſſinio, niſi deventum ſit ad actum proximum homicidii.*
*Arbitrio Judicis ſtat determinare, àn in caſu deventum ſit ad actum proximum.*
10 *Aſſaſſinium debet ſequi ex mandato.*
11 *Ut dicatur ſecutum aſſaſſinium, debet intervenire reciproca ſtipulatio inter mandantem, & mandatarium.*
*Mandatum ſimplex de occidendo, quale ſit.*
12 *Non requiritur, quod conventio inter mandantem, & mandatarium ſcripto fiat.*
*Ad aſſaſſinium requiritur, quod tractatus ſit utrinque concluſus.*
*Tractatus purus non attenditur, ſed, quod concluditur ex tractatu ſpectatur.*
*Promiſſio pecuniæ debet à mandatario acceptari, ut ſit aſſaſſinium.*
*Et quod inter mandantem, ac mandatarium oriatur obligatio.*
13 *Sufficit ad aſſaſſinium promiſſio quavis pecuniæ.*
14 *Sufficit etiam, quod promittatur quavis res, pretio æſtimabilis.*
15 *Aſſaſſinium eſt, ſi quis dicat, occide* Cajum, & mihi gratum facies, *& alius dicat, hoc faciam in gratiam tui.*
16 *Homicidium, factum ſub ſpe pretii conſequenti, eſt aſſaſſinium.*
17 *Mandans, ac mandatarius eodem crimine tenentur.*
18 *Differentia inter mandatum ſimplex, & aſſaſſinium.*
*Mandare quid ſit.*
19 *Mandantis, & mandatarii idem crimen.*
*Maius eſt delictum mandatarii, ſi excedit, necendo, mandatum.*
*Si non conſtet de mandatario, nequit inquiri de mandante.*
*Si homicida ex mandato non declaratur aſſaſſinus, talis nec poteſt declarari mandans.*
20 *Mandans, & mandatarius extraordinariè puniendi, ſi mandatum revocetur, & nihil attentetur.*
*Mandans ſimiliter punitur, ſi non obſtante revocatione, mandatarius mandatum exequitur.*
*Mandati revocatio, quandò nihil operetur.*

1 ADdit malitiam ſuper homicidio appenſato *Aſſaſsinium*, ut proindè illo gravius à totâ ſpecie reddatur. Eſt autem *aſſaſsinium cædes hominis Chriſtiani incauti facta, aut attentata ex conventione mandantis, ac mandatarii ſub promiſſione implicitâ, aut explicitâ, ſivè ſpe, & contemplatione pretii*; cujus diffinitionis particulas expendere opus eſt, ut hujus criminis quidditas clarè explicetur.

2 Dicitur primò *cædes*, hoc eſt occiſio, ſiquidèm *aſſaſſinium* non eſt, niſi cùm mandatarius ſuſcepit mandatum de occidendo; nàm in *cap.* 1. *de Homicid. in 6.* in quo de hoc crimine ſpecialiter habetur ſanctio, Pontifex loquitur de occiſione. Undè Doctores (1) eliciunt concluſionem, quòd aſſaſſinius non eſſet, qui mandatum de tantummodò vulnerandò ſuſciperet.

3 Dicitur ſecundò *hominis Chriſtiani*, nàm, ſi occideretur Infidelis, locum non haberet diſpoſitio capitis ſupradicti *de Homicidio in 6.* ut poſt *Clarum Cyriacus*, (2) qui teſtatur de communi; & optimam ad hoc rationem affert *Raynaldus*, (3) quià aliàs Textus prædicti *cap. de Homic. in 6*, reciperet duas violentias, primam, dùm extenditur ad Chriſtianum occidentem, quandò Textus abſolutè loquitur de infideli, occidente Chriſtianum: ſecundam verò, dùm extenderetur ad necem infidelis, quandò abſolutè loquitur de nece Chriſtiani; non debent autem in jure admitti duæ ſpecialitates, ex eodem principio derivantes. (4) Undè qualitas, quòd nempè Chriſtianus

(1) *Gabriel. Tit. de Maleſid. Concl. 29. & 30. V. Nono amplia. Decian. Tract. crim. lib. 9. c. 30. n. 41. Alciat. conſ. 11. n. 17. lib. 1. Vulpel. Conſ. 143. n. 1. apud Caba. de Omn. gen. homic. n. 499.*
(2) *Clar. §. Aſſaſſinium. init. Cyriac. controu. 299. num. 1.*
(3) *Raynal Obſeru. crim. Tom. 1. cap. 7. §. 1. num. 18.*
(4) *Pſart. in l Si is qui pro empt. qu. final. ff. de Uſucapio. Azeved. Recopil. lib. 8. tit. 6. l. 3. num. 5.*

Digitized by Google

nus fuerit is, qui occiſus eſt, debet deduci, & probari in proceſſu; aliter occidens evadet pœnam *aſſaſſinii*, ut communiter (5) dicitur.

4 Sed hoc mihi durum videtur; nàm poteſt dari caſus, quòd occiſus ſit exterus, qui aut mercaturæ vacet, aut inluſtrandis Europæ Regionibus peregrinetur, ut faciunt plerique Nobiles Ultramontani, & ab inimico potente mittatur mandatarius, qui eum perſequatur, & extrà patriam occidat; & tali caſu, cùm non poſſit probari à Fiſco, aut accuſatore qualitas Chriſtianitatis, mandatarius evaderet pœnam tàm enormis criminis, quod inconveniens eſſet. Undè meliorem duco ſententiam *Clari*, quam ſequitur *Brunorus à Sole* apud *Lauret. de Franchis* (6), nempè, quòd, cùm à communiter contingentibus infideles non ſint ſoliti inter Chriſtianos converſari, ille, qui in Territorio Chriſtianorum reperitur, habendus eſt prò Chriſtiano, præſertim in hoc tàm gravi delicto, in quo non eſt ſuper hujuſmodi ſubtilitatibus inſiſtendum. Proindè, cùm præſumptio, & quidèm rationabilis, quià fundata ſuper communiter accidentibus ſit, quòd occiſus fuerit Chriſtianus, transfertur in Reum onus probandi, quòd fuerit infidelis.

5 Dicitur, tertiò, *incauti*, hoc eſt, qui ſibi cavere nequit, aut occaſionem cavendi non habet ab eo, à quo necatur; *incautus* enim dicitur, qui ſibi non cavet, nec cavendi motivum habet juxtà illud Poetæ. (7)

*Dira per* incautum *ſerpant contagia vulgus*.

Ad formalitatem ergò *aſſaſsinii* requiritur, quòd occiſus non habuerit ullam occaſionem ſibi cavendi ab homicidâ, ut poſt multos firmat *Raynaldus*. (8) Hinc fit, quòd *aſſaſsinus* non eſt, qui propriam iniuriam ulciſcitur ſociis pecuniâ conductis (9), quià occiſus motivum habuit ſibi cavendi ab eo; & ex eâdem ratione non debet cenſeri *aſſaſsinus*, qui acceptâ pecuniâ occidit eum, cum quo inimicitiam habebat, quàmvis hic minimè eum occidiſſet, niſi pecunia non intervenisset. Ex eodem etiam principio firmàt alii, neceſsè eſſe ad *aſſaſsinium* abſentiam mandantis, ità ut, ſi de eâ non conſtet, nequè conſtat de *aſſaſsinio*, ut docet *Lauretus de Franchis*, & ejus *Additionator Paſqualigus*. (10) Hoc autem limitandum cenſeo ad caſum, in quo occiſus, mandantem videat mandatario ſtipatum; tunc enim benè poteſt ſibi cavere, quià proprium inimicum intuetur, à quo, ſicut & ab ejus ſocio poteſt ſibi cavere. Et tali caſu, ſi mandans exerit arma, ut alium offendat, & ſocius, quàmvis inductus pecuniâ, illum interficiat, non tamen erit hic *aſſaſsinus*, quià potiùs dicendus eſt complex, ſivè auxiliator in ejus nece.

6 At, ſi mandans vir puſillanimis ſit, qui gaudere velit nece inimici, & præſens quidèm ſpectaculo homicidii ſit, occultatus autem occulis inimici, aut in latebrâ, aut in veſte inſolitâ, aut larvatus &c., & mandatarius intereà ſcelus perficit, videre neſcio, quomodò illius præſentia tollat, quin tale homicidium verum *aſſaſsinium* non ſit. & ſic poſt *Calvacanum* firmat *Raynaldus*. (11)

7 Ex ſupradicto etiam principio deducitur, quòd, ſi occidendus, videns mandatarium contrà ſe venientem, & ab eo metuens ſibi, exerit arma ad ſe defendendum, & ſequitur nihilominùs ejus mors, non poterit dici commiſſum *aſſaſsinium* juxtè quoſdam Doctores. (12) Salvo tamen meliori judicio cenſerem, hoc non admittendum; aliter oporteret dicere, tunc ſolummodò committi *Aſſaſſinium*, quandò occiſus nullo modo ſe defendit, nec præventivè antè inſultum, factum à mandatario, nec poſt eum, quod tamen à nemine dictum fuit. Concludo ergò, quòd, ſi occidendus, antè inſultum, ſivè poſt eum, arma exerit, ut ſe tueatur, ſi mandatarius occidit ob ſolam mercedem ſceleris ſuper quâ convenit, ſemper erit verum *aſſaſſinium*.

8 Benè ſequitur ex prænarrato principio, quòd, ſi quis pretio occidit bannitum, *aſſaſſinium* non committitur, ut dicunt plures apud *Decianum* (13), nàm, cùm iſte ſit diffidatus à Principe, debet ſibi cavere ab omnibus Subditis Principis, ut proindè, ſi occidatur, non occiditur incautus. Ex hoc tandèm principio volunt nonnulli, (14) quòd, cùm de eſſentiâ *aſſaſsinii* ſit incautio in aſſaſſinato, *aſſaſſinium* includat proditionem, Sed hoc minimè verum eſt; (nàm uti dicemus paragrapho ſequenti) proditio, & proditorium homicidium ultrà incautionem in occiſo, importat ſimulationem amicitiæ in occiſore, ex quâ oritur gravitas homicidii proditorii præ *aſſaſſinio*.

9 Dicitur, quartò, *facta, aut attentata*. Siquidè micèt mors aſſaſſinati non ſequatur, delictum tamen *aſſaſſinii*, completum, ac perfectum dicitur, ſic enim habetur textualiter in ſupracitato capitulo (x) *quanquàm mors ex hoc forſitan non ſequatur*. Et hìc cum *Deciano* (z) oportet advertere, quòd, ſi Chriſtianus mandans utitur mandatario infideli ad tollendum de medio Chriſtianum, dato mandato, cum ſtipulatione reciprocâ pretii, & operæ, mandans conſummavit delictum, & pœnas illius capituli incurrit, licèt mandatarius, ex parte ſui, opus nullo modo perficiat, aut attentet. Si autem utatur mandatario Chriſtiano, ad hoc, quòd *aſſaſſinium* dicatur intervenire, & ut tùm mandans, tùm mandatarius factæ Arbitris committere; Si appellationi interlocutoriæ, habenti vim diffinitivæ non vult deferre. Si tandèm mihi vult inferre gravamen irreparabile per diffinitivam, & alia hujuſmodi, quæ patenter ſunt contrà jus aut commune, aut Satu arium.

10 Dicitur, quintò, *ex conventione mandantis*, nàm de formali ratione *aſſaſſinii* eſt, quòd homicidium ſequatur ex *mandato*, ſivè ex *conventione mandantis*, hoc enim apertè deducitur ex Textu ſupracitati capituli (15), & firmant Doctores communiter. (16)

11 Dici-

(5) *Corn. Io. M. Novar. Aret. Bajard. Io. Andr. Decian. Alex. Ambroſin. & Paciam apud Raynal. loc. cit. n. 20.*

(6) *Clar. §. Aſſaſſinium. V. Aſſaſſinus eſt. in fin. Bruner. à Sole Quæſt. 34. nu. 23. & 24. apud Lauret. de Franch. Controv. init. Epi. & Regul. Par. 1. n. 144. in fin.*

(7) *Virgil. Georg. lib. 3.*

(8) *Raynal. Tom. 3. cap. 7. §. 1. n. 128. & ibi Cavaru. Conter. Decian. Farinac. Cyriac. Cabal. Gratian. Conciol. & Ambroſin. de Immunit. Eccl. cap. 7. n. 2.*

(9) *Gabriel. Conſ. 170. nu. 13. lib. 1 Vulpel. Reſp. crim. 143. nu. 19. Novar. Sing. nov. Iur. Pontif. Concl. 43. n. 20. Tit. de Aſſaſſin.*

(10) *Lauret. de Franch. Contr. init. Epi. & Regul. Par. 1. nu. 155. & ibi Paſqualig. nu. 156.*

(11) *Cavalcan. de Brach. Reg. P. 1. n. 81. Raynal. T. 3. cap. 7. § 1. n. 137*

(12) *Cæphal. Conſ. 424. num. 34. & ſeqq. vol. 3. Orilia ad Campan. Reſol. 24. num. 58. & ibi Chartar Decian. Carol. de Graſſ. Menoch. & Mazzol.*

(13) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 30. nu. 19. & ibi Dec. Conſ. 327. nu. 5. V. Non obſtat. Alberic. in 4. Par. Statut. Quæſt. 20. Nell. de Bannit. 2. Par. Quæſt. 12. Bald. Carrer. & Jo. Bapt. de S. Severino.*

(14) *Raynal. Tom. 3. cap. 7. §. 1. n. 131. V. Tertium demum.*

(x) *Brat. in cap. Pro humani de Homi vid. in 6.*

(z) *Decian. Tract. animal lib. 9. cap. 30. nu. 13.*

(15) *text. in cap. Pro humani. de Homicid. lib. 6.*

(16) *Carpzov. Par. 1. cap 19. n. 27. Alex. Conſ. 116. n. 5. lib. 2. Bart. Bald. Ant. Gabriel. Bero. Paſqualig. apud Raynal. loc. cit. nu. 7.*

Digitized by Google

11 Dicitur ſextò, *& mandatarii*, nàm debet eſſe pactio, & conventio mandantis, & mandatarii ſuper nece hominis, ità ut mandans dictet homicidium, mandatarius autem ipſum promittat, & ſtipuletur, (17) & in tali reciprocâ conventione conſiſtit differentia inter ſimplex mandatum, & *aſſaſſinium*; nàm, quandò Dominus mandat famulo, ut *Caium* occidat, famulus verò ſimpliciter exequitur mandatum, nullâ factâ utrinque promiſſione, dicitur mandatum ſimplex, & non habet malitiam *aſſaſſinii*. (18)

12 Non requiritur autem, quòd conventio ſit ſcriptis mandata, ſed ſufficit oretenùs concluſa (19). Non ſufficit autem, quòd inter mandantem, ac mandatarium intervenerit tantùm tractatus, ſed requiritur, quòd tractatus ſit reſolutus, & utrinquè concluſus, nàm non attenditur quid tractetur, ſed quid ex tractatu concludatur. (20) Proindè non ſufficit, quòd mandans promiſerit dare pecuniam, ſed requiritur, quòd promiſſio à mandatario acceptetur, (21) ità ut reciproca inter eos concludatur, oriaturque obligatio. (22)

13 Dicitur ſeptimò ſub promiſſione *explicitâ, aut implicitâ*; prò quo advertendum eſt, quòd modus explicitus, aut implicitus poteſt cadere vel ſuper promiſſione ipſâ, vel ſuper re, quæ promittitur. Quò ad promiſſionem ipſam, vult *Paſqualigus*, (23) poſt *Lauretum*, & quoſdam alios, quòd non ſufficiat. Sed melior eſt ſententia plurium aliorum, quos citat, & ſequitur *Cortiada* (24), qui firmat ſufficere promiſſionem implicitam, & generalem. Ratio eſt, quià quidditas *aſſaſſinii* conſiſtit in hoc, quòd mandatarius moveatur ad homicidium ex promiſſione mercedis, ſibi factâ. Quantùmvis igitur promiſſio ſit generalis, vaga, & implicita, ſi ab eâ movetur mandatarius ad cædem, ſemper erit verum *aſſaſſinium*.

18 Quò ad rem promiſſam, non requiritur explicita res, ſed ſufficit, quòd implicitè promittatur aliquid, pretio æſtimabile, à quo moveatur mandatarius ad patrandum ſcelus, pròut optimè multorum, graviumque Doctorum auctoritate probat *Raynaldus*, (25) & re verâ optima eſt ratio, quam ex *Fajardo* (26) adducit, dicente, quòd *Textus in cap. Prò humani de Homicid. in 6 non denotat ſpecificam debere eſſe pecuniæ ſolutionem, vel rei promiſſionem in quantitate, vel re certâ, & proinde Aſsaſſini propriè dicantur, cùm mandans mandatarii animum concitat contrà innocentem, vel certam ſolvendo pecuniam, vel rem promittendo, vel in ſpe alicujus intereſſe reducendo*.

15 Ex hâc doctrinâ ſequitur, quòd ſubſiſtere debet doctrina *Io. Andræ. Grammat. Graſs. Giurba* (27), & aliorum relat. à *Farinacio*, qui ajunt, *aſsaſsinium* eſſe, quandò quis, ad hoc ut alteri complaceat, aliquem occidat. Quàmvis enim huic ſententiæ adverſentur plures alii, relati à *Raynaldo* (28), tamèn horum opinio vera eſt, quandò quis ſinè mandato alterius, ſciens ſe facturum rem, illi gratam, ex tali complacentiâ movetur ad occidendum. Sed, ſi alius dicat, *occide Caium, & rem mihi gratam facies*, mandatarius autem reſpondeat, ac ſpondeat, *hoc faciam in gratiam tui*, & hoc exequatur, verum eſt *aſsaſsinium*, ſiquidèm hìc intervenit pactum, & ſtipulatio, & merces, nempè gratia mandantis, quæ eſt res pretio æſtimabilis, quæ aliquandò (nempè, cùm mandans eſt perſona potens) pluris æſtimatur, quàm numerata pecunia, & intuitu, ac contemplatione hujus, mandatarius homicidium conſummat.

16 Dicitur tandèm, *ſivè ſpe, & contemplatione pretii*. Et hoc tandèm ſequitur ex dictis, ſiquidèm, ſi, pròut probatum eſt, *aſsaſsinium* committitur ex motivo merendi gratiam mandantis, patet, quòd hæc virtualiter includit aut collationem numeratæ pecuniæ; aut largitionem munerum; aut procurationem alicujus officii lucroſi, ſivè honorifici, aut patrocinium perſonæ, familiæ, amicorum &c., quæ omnia ſperari poſſunt ab eo, cujus gratiâ, mediante tali homicidio, procuratur. Et cùm omnia ſupradicta ſint res pretio æſtimab iles, & ſint in ſpe radicata in benevolentiâ, ſeù gratiâ mandantis, optimè dicitur ſub ſpe, ac contemplatione pretii.

17 Quàmvis verò *cap. primum de Homicid. in 6.* loquatur tantùm de mandante; ut pròindè *Albertinus*, & *Aretinus* (29) cenſuerint, ſolùm mandantem teneri pœnis, ibi ſancitis; tamèn communis ſententia Doctorum, quos citant *Lauretus de Franchis*, & illius *Additionator Paſqualigus*, (30) eſt, quòd iiſdem pœnis ligentur mandans, & mandatarius; quàmvis re verâ major ſit culpa mandatarii, qui ob modicam pecuniam occidit hominem, cum quo nulla ſibi interveniebat hoſtilitas, quàm mandantis, qui movetur odio ergà inimicum, cui cùm occidendo impar ſit, utitur pecuniâ, & alterius miniſterio.

18 Ex hucuſque dictis apparet, in quo conſiſtat ratio formalis *aſsaſsinii*, & in quo differat à *mandato ſimplici*. Siquidèm pròut ſuprà probatum eſt in *aſsaſsinio*, intervenit pretium, & reciproca promiſſio pretii, & operis; in *mandato* autem minimè, nàm pròut argumento cujuſdam legis ſcribit *Decianus* (31), mandare eſt negocium alicui ſinè mercede exequendum committere gratiâ mandantis; & in quo mandans differat à conſultore, ordinatore, tractatore, perſuaſore, ſuggeſtore, inſtigatore, & ſollicitatore, latè proſequitur ibidèm *Decianus*, quæ brevitatis causâ omittimus, & qui ea vult, ipſum conſulat.

19 Li-

(17) *Guazzin. Defenſ. 4. cap. 13. nu. 6. & ibi Farinac. Conſ. 10. n. 4. qui dat Bald. Grammat. Alber. Capyc. & Cavet.*

(18) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 30. num. 1.*

(19) *Grammat. Vot. 9. num. 2. Iodoc. Pract. cap. 83. Rub. Maſcard. Ant. Gabriel. Modern. Roman. apud Lauret. de Franch. Contr. int. Epi. & Reg. Par. 1. nu. 157.*

(20) *arg. l. Si voluntate. ubi Bald. & Salyc. num. 1. C. de Reſcin. vendit. Rota Deciſ. 76. nu. 1. Par. 3. recent.*

(21) *Lauret. de Franch. Contr. int. Epi. & Reg. Par. 1. nu. 163. & ibi Moder. Roman. Conſ. 10. n. 4. Rimin. iuni. Conſ. 685. num. 14. Volum 6. & Paſqualig. nu. 164.*

(22) *Lauret. de Franch. loc. cit. num. 161. & ibi Grammat. Riminal. & Modern.*

(23) *Paſqual. ad Lauret. de Franchis Par. p. num. 166. Rimin. iun. Hended. Moder. Rom. apud Lauret. loc. cit. n. 165.*

(24) *Cortiad. Deciſ. 95. nu. 17. & 18. & ibi Olden. Decian. Maſcard. Farinac. de Marin. Novar. Thor. Muſtri l. Ricc. Baiard. del Bene.*

(25) *Raynal. Tom. 3. Obſer. crim. cap. 7. §. 1. à nu. 101. ad 109.*

(26) *Faiard. Fiſcal. Allegat. 5. num. 25.*

(27) *Io. Andræ. in cap. penult. de Cler. non reſid. Grammat. Vot. 9. num. 3. Graſſ. Cleric. effect. 1. nu. 701. Farin. Quæſt. 123. nu. 38. Giurb Conſ. 70. num. 27.*

(28) *Raynal. Tom. 3. cap. 7. §. 1. num. 111. & ibi Alciat. Gabr. Garon. del Bene. Faiard. Farin. Giurb. Cortiad.*

(29) *Albertin. in cap. Quoniam. ℣. Octavo & ultimo. de Hæret. in 6. Aretin. Concil. 165. ℣. Tertiò. allegant.*

(30) *Ant. Gomez. Ant. Gabr. Decian. & Modern. Roman. apud Lauret. de Franc. Contr. int. Epi. & Regul. Par. p. nu. 153. Angel. Paris de Pute. Gramm. Capyc. Covar. Plaza Caſſan. Clar. Menoch. Cabedo ad Diaz apud Paſqual. ad Lauret. loc. cit. nu. 154.*

(31) *arg. l. 1. ff. Mandat. Decian. lib. 9. cap. 31. init.*

Digitized by Google

19 Libet hìc advertere, quòd ſequuto homicidio, delictum mandantis, ac mandatarii unum, & idem eſt, ut poſt *Cynum* ſcripſit *Bartolus*. (32) proindè eâdem pœnâ puniendi ſunt. Hoc autem falleret, ſi mandatarius qualificaret homicidium ultrà expreſſa in mandato; ut, puta, ſi occideret ex inſidiis, proditoriè, per venenum &c. aut occiſum ſpoliaret, & ejus ſpolia ſibi vindicaret; cùm enim talis qualitas non fuiſſet ſibi demandata, & ſuo marte ipſe eam induxiſſet, ipſi ſoli deberetur augmentum penæ homicidii ob illam qualitatem, non autem mandanti ſimpliciter homicidium, qui eſſet à tali qualitate immunis. Mandans porrò, ac mandatarius correlativa ſunt, quorum uno poſito, neceſſariò ponitur aliud, & deſtructo uno, deſtruitur aliud. (33) Sequitur proindè, quòd non poterit inquiri contrà mandantem, niſi conſtet de mandatario, & vice verſâ (34) Sequitur etiam, quòd, ſi per illud homicidium mandatarius non poteſt declarari *Aſſaſinus*, non poterit etiam mandans dici *aſſaſinium* commiſiſſe, ut ſcripſit *Baldus* (35)

20 Aliud etiam recolendum eſt, nempè ſi mandans homicidium aut ſimpliciter, aut pactâ pecuniâ prò mercede facti, pœnitens revocet mandatum, & revocationem mandatario notificet, & is nihil mali operetur, tùm mandans, tùm mandatarius extraordinariè tantùm puniuntur ob turpè factum, ut ſcribit *Caballus* (36) Si autem, non obſtante revocatione, & ipſius inſinuatione, mandatarius nil minùs conſummat homicidium, hic quidèm tenetur pœnâ ordinariâ, mandans verò extraordinariâ tantùm, ut volunt plures Doctores. (37) Si autem mandans revocat quidèm mandatum, ſed revocationem non inſinuat mandatario, re adhuc integrâ; aut eam inſinuat quidèm, ſed poſtquàm mandatarius devenit ad aliquem actum proximum, tunc nihil operatur revocatio mandati, ſed pœnâ ordinariâ tenetur mandans, ut latè probat *Carrer.* (38)

## Probatio.

### *SUMMARIUM.*

21 *Mandatum debet concludenter probari.*
*Probatur per ſcripturam.*
*Probatur etiam per Teſtes, qui audientur mandantis verba explicita, aut implicita.*
*Probatur etiam præſumptionibus, ſi mandans immediatè, antè homicidium locutus eſt ad aures mandatarii.*
*Ad talem præſumptionem fundandam, quæ requirantur.*
*Verba mandantis aliquandò intelligenda per antiphraſim.*

22 *Minæ quandò probent mandatum.*
*Minæ ſunt concludenter probandæ.*

24 *Ut aſſaſinium probetur, probanda omnia, quæ ſunt ad aſſaſinium requiſita.*

25 *Aſſaſinii crimen multa ſpecialia habet.*
*Leviora indicia ſufficiunt ad carcerandum ſuſpectum de aſſaſinio.*
*Ex depoſitione Teſtis de auditu poteſt torqueri ſuſpectus de aſſaſinio.*
*Ad condemnandum ad pœnam aſſaſinii ſufficiunt argumenta probabilia.*

26 *Quænam ſint probationes plenæ ad condemnandum de aſſaſinio.*
*Argumentis probandum, quod liquidò probari nequit.*

27 *Teſtes aliàs inhabiles, non tamen inimici, admittuntur ad probanda indicia aſſaſinii.*
*Puer undecim annorum cum adminiculis admiſſus ad probandum grave crimen.*
*Ex depoſitione duorum puerorum condemnatus quidam, qui uxorem interfecerat.*
*Teſtes inhabiles admittuntur ad probationem criminis difficilis probationis.*

28 *Dictum mandatarii adminiculatum ſufficit ad torturam mandantis.*
*Sufficiunt pariter duo ſocii criminis.*
*Item publica fama orta à causâ veriſimili*
*In ordine ad condemnationem ſufficit, quòd conſtet de capitali inimicitiâ inter mandantem, & occiſum.*
*Aut de allocutione mandantis ad mandatarios antè homicidium.*

29 *Opinio, quòd qualitas aſſaſinii conſtare debeat per probationes plenas.*

30 *Alia opinio, quòd executio aſſaſinii probanda ſit per clara argumenta*

31 *Confutantur ambæ opinionis.*
*Criminis commiſſio, in quo conſiſtat.*
*Committere quid ſignificet.*
*Privilegium probationis aſſaſinii reſpicit tùm tractatum de pretio cadis, tùm ejus executionem.*

32 *Confirmatur proximè data concluſio.*

33 *Epiſcopus, àn debeat contentus eſſe probabilibus argumentis, ut privet aſſaſinum Immunitate, & Reum extrahat ab Eccleſiâ, ad quam confugit.*

34 *Acres hinc indè, & contrariæ circà dictum dubium ſententiæ.*
*Epiſcopus debet habere probationes plenas, ut aſſaſinum extrahat ab Eccleſiâ.*

35 *Proponuntur multæ conſiderationes contrà proximam datam concluſionem.*

36 *Lex nutritiva peccati, & Reipublicæ exitioſa, tollenda.*
*Conſuetudo, quæ nutrit peccatum eſt abuſus, nec ſuſtinetur.*
*Dicta concluſio, ſi eſſet vera, nutriret peccata.*

37 *In concurſu contrariorum præceptorum, ſuſtinendum, quod magis rationi congruit.*
*Attendendum magis præceptum Innocentii quarti, quàm Gregorii XIV.*

38 *Evaſio proximè dati argumenti.*
*Magis honoratur Deus, puniendo aſsaſsinos, quàm quòd Eccleſia ſua ſit aſylum ſceleſtorum hominum.*
*Ioab, qui duos proditoriè occiderat, avulſus ab Altari, de mandato Salomonis occiſus.*
*Mandatum Dei de avellendo à ſuo Altari eum, qui per induſtriam hominem occidit.*

39 *Opinio, nutriens confidentiam peccandi, tollenda.*

---

(32) *Cyn.in l.2.C.Si Reus vel accu.mort.fue. & in l. Non ideo C. de Accuſ.Bart.in l.Sed ſi unius.§.Servus meus n.5.ff.de Iniur.*
(33) *arg.l.ult.C.Individ.toll.l.final.ff.de Acceptil.*
(34) *Anchar.Marſil.Ruin.Carer.& Bald.apud Decian.l.9.c.33.n.2.*
(35) *Bald.Conſ.256.lib.2.*
(36) *Caball.de Omn.gen.homicid.nu.511.*
(37) *Grammat.Deciſ.38.nu.7.℣. Et tamen. Marſil. in l. Is qui cum telo.nu.82.℣.Item pro hac.C.de Sicar.Covaru.in cap.Si furioſus de Homic.in 2.Par.init ſub nu.9.℣.Quintò.*
(38) *Carrer.Pract.crim.§.Circa igitur tertium.nu.8.9.& 10. Caball.loc.cit.in fin.*

*Mutilans, & occidens ſub ſpe, quòd ſalvabitur ab Eccleſiâ, non gaudet Immunitate Eccleſiæ.*

*Delinquens in Eccleſiâ, non ſub ſpe Immunitatis, ſalvatur ab Eccleſiâ.*

40 *Abſurdum eſt, quòd ad privandum aſſaſſinum vitâ, ſufficere debeant argumenta probabilia, & ad privandum eundem Immunitate Eccleſiæ, requirantur probationes plenæ.*

41 *Duplex ſpecialitas juris correctiva induceretur in eâdem lege, ſi vera eſſet impugnata Concluſio, ideò non ſubſiſtit.*

42 *Clericus aſſaſſinus tradendus eſt brachio ſæculari, ex probabilibus argumentis.*

*Abſurdum eſt, quòd ad privandum laicum Immunitate locali, quæ eſt minor, non ſufficiant argumenta probabilia, quæ ſufficiunt ad privandum Clericum Immunitate perſonali.*

*Aſſaſſinium eſt crimen difficilis probationis.*

*Quod de ſui naturâ eſt tale, non poteſt per legem mutare naturam.*

*Concluditur, quòd mens Gregorii non fuit, ut plenè Epiſcopis conſtaret de aſſaſſinio, ſed ſufficiant probabilia argumenta ad extrahendum ab Eccleſia Reum.*

21 QUòd ad probationem *mandati ſimplicis* de homicidio regula generalis eſt, quòd mandatum, cùm ſit quid facti, minimè præſumitur, ſed debet concludenter probari. (39) Probatur igitur primò per ſcripturam, nempè epiſtolam, quam *mandans* ſcripſit ad *mandatarium*, modò convincatur in debitâ formâ, talem epiſtolam fuiſſe manu, & characteribus Rei prætenſi de mandato dato exaratam; ſcriptura enim ità exprimit conceptum mentis, ſicut verba; & ſicut per verba expreſſa, ut infrà dicam, quæ apertè ſonent *mandatum*, *mandatum* ipſum probatur, hoc idem probatum remanet per ſcripturam. *Gloſſ. & ibi Bald. in l. Etiam. C. Quod cum eo.*

22 Probatur itidèm per Teſtes, qui audierunt verba, ſi ſint verba clara, enunciata per verba imperativi modi; ut *occidas*, *facias tale quid*, & ſimilia, ut declarat *Bartolus* (40), ſivè etiam per verba enunciativa, importantia ſenſum mandati; (41) aut etiam per verba, quæ prolata à perſonâ, pollente auctoritate, important implicitè mandatum, ut, ſi Pater, aut Dominus affectus injuriâ ab aliquo, dicat Filio, vel famulo, *non revertaris domum, niſi priùs ſentiam aliquid novi de illo negotio*, & reperiatur occiſus ille, qui injuriam ei intulit, (42) aut Pater, ſeù Dominus locutus fuerit ad aures filii, aut famuli, qui incontinentì ab eo diſceſſit armatus, & mox auditur ab eo occiſus is, à quo fuerat Dominus injuratus, præſumitur *mandatum* interveniſſe, ut multorum auctoritate firmat *Decianus* (43), qui numero ſequenti ſubjungit, quòd ad legitimè fundandam talem præſumptionem, tria requiruntur; nempè, quòd intervenerit capitalis inimicitia inter alloquentem, & occiſum: quòd allocutio fuerit in aure: & quòd incontinentì famulus diſceſſerit, & occiderit. Et regulariter in talibus caſibus, quandò verba audiuntur prolata, potiùs mens loquentis, quàm verba, debet attendi (44) Undè, quandò conſtare poteſt de mente, verba debent etiam impropriari, & intelligi per antiphraſim, nempè à contrario ſenſu, (45) ut ſi quis loquens de inimico dicat, *Cujus nimis fatigatur in vexando alios, facias, ut quieſcat, & dormiat*. Profectò nomine quietis, & dormitionis intelligenda eſt mors, quam ille præcipit.

23 Probant pariter *mandatum* minæ, quandò claræ ſunt, & procedunt ab homine, ſolito illas exequi, (46) ut ſi diceret *non paſſarà dimani, che li farò far tal ſervitio, che non mi darà più impaccio*. Hoc autem limitandum eſt ad caſum, quòd homicidium ſecutum ſit, & hoc in eo tempore, intrà quod ſuppoſitus *mandans* minatus eſt, ſe curaturum, ut homicidium ſequeretur; & tandèm, quòd ſciatur quis fuerit homicida, puta, filius, famulus, conſanguineus, aut cliens ejus, qui minatus eſt, quem conſtat nullam habuiſſe ſimultatem cum occiſo, aut aliam cauſam privatam homicidium committendi. Ratio eſt; quià oportet, quòd minæ præceſſerint, & hoc concludenter probandum eſt (47). Secundò, quià, ſi homicidium ſequatur in alio tempore, & maximè, ſi valdè diſtat ab eo, quod præfixit minans, ineptè ex talibus minis deducitur homicidium commiſſum ex *mandato* ejus; ſupponitur enim, quòd in tanto tempore deferbuerit iracundiâ, ob quam in minas erupit. Tertiò, quià, ſi non apparet clarè homicidium commiſſum ab eo, qui dependentiam aliquam habet a minante; potuit homicidium committi ab alio, ſub ſpe, quòd de eo culparetur ille, qui minas jactavit; ut non raro accidit; & hoc maximè, ſi occiſus cum multis aliis habuit inimicitias. Oportet proindè de neceſſitate, ad dandam vim præſumptioni *de mandato*, quòd conſtet, quòd homicidium commiſſum ſit à tali, qui inculpatus de mandato, illud mandare veriſimiliter potuerit.

24 Quantùm verò ad mandatum homicidii, interveniente pecuniâ, quod eſt *aſſaſſinium*, ut plenè conſtet de eo, oportet, quòd concludenter probentur ea omnia, quæ ad ejus eſſentiam ſpectant, de quibus ſufficienter locuti fuimus ſuprà in explicatione ejus diffinitionis à *num.* 2.

25 Plura ſpecialia habet crimen *aſſaſſinii*, de quibus loquitur *Decianus* (48), præcipua autem ſunt circà probationes ad illud neceſſarias. Et in hoc optima eſt doctrina *Ameſcua*, & *Monticelli*, quos recitat, & ſequitur *Raynaldus* (49), & eſt, quòd ad hoc, quòd ſpecialia *aſſaſſinii* locum habeant, debet conſtare de qualitate *aſſaſſinii* ſecundùm illam probationis ſpeciem, quæ requiritur ad illum actum, qui explicandus eſt. Nempè ad inquirendum, & carcerandum Reum, etiam in Carcere ſtrictiori, ſufficiunt leviora indicia, quàm

(39) *Bald. in l. 2 C. Si ex falſ. inſtr & in l. 1 C. de Re. alie. non alien. Alex. in l. Sciendum. ff. de Verb. oblig. Socin. Dec. Curt. Cravet. apud Decian. lib. 9. cap. 34. n. 1.*

(40) *Bart. in l. Non ſolum §. Si mandato. ff. de Iniur.*

(41) *Jaſon in l. Si quis mihi. §. penult. ff. de Acquir. hæred. Carrer. Pract. crim. §. 5. nu. 36. in fin.*

(42) *arg. l. Si quis mihi bona. §. Sed ſi mandavit ff. de Acquir. hæred. cap. Ex litteris. de Exceſſ. Prælat.*

(43) *Decian. lib. 9. cap. 34. nu. 10. & ibi Bart. Bald. Angel. Hippol. Carrer. Gomez Boſſ. Clar. Grat. & Alex.*

[44] *arg. l. ultim. in fin. ff. Mandat. cap. Eam te. de Reſcr. cap. Ad hæc. de Poſtu. Prælat.*

(45) *arg. l. Si ex teſtamento. in fin. l. Si cum argentum. ff. de Except. rei iudic. l. Qualem. ff. de Arbitr. Innoc. in cap. Cum eccleſiaſticæ. de Except.*

(46) *Carrer. Pract. crim. §. 5. nu. 56. V. Non enim.*

(47) *Gloſſ. in l. Si vero non §. Si poſt creditam. ff. Mandat. Bald. in l. Hæc verba ff. De his qui not. inf.*

(48) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 30. à nu. 20. ad 36.*

(49) *Ameſcua de Pot. in ſeipſ. lib. 1. cap. 10. nu. 9. Monticel. Pract. cr. Regul. 8. n. 23. & 24. apud Raynal. Tom. 1. cap. 7. §. 1. n. 49. & 50.*

Digitized by Google

quàm ſi ageretur de alio crimine, minùs atroci. Pariter indicia urgentiora, quàm ad carcerandum, in *aſſaſſinio* quidèm ſunt neceſſaria, non tamen talia, ut in aliis delictis, quià etiàm ex depoſitione Teſtium de auditu torqueri poteſt *Aſſaſſinus*, ut dicunt Doctores (50) Ad condemnandum pariter ſufficiunt argumenta probabilia circà qualitatem *aſſaſſinii*, cùm ſufficiat, quòd de qualitate conſtet cum privilegiis *aſſaſſinii*, hoc eſt tali probatione, etiàm privilegiatâ, quâ lex contentatur. Et omnia ſupradicta fundantur in diſpoſitione illius Textus, (51) qui ad probationem hujus delicti requirit argumenta, tantùm probabilia.

26 Quià verò conſtans omnium Doctorum ſententia eſt, quòd ad condemnandum Reum in pœnam ordinariam, neceſſarium eſt, quòd plenè conſtet de delicto, ac delinquente, dicendum ideò eſt, quæ nam dicantur probationes plenæ in hoc crimine. Et ad hoc dico, cum *Cortiadâ* (52), qui multos citat, qualitatem *aſſaſſinii* plenè remanere probatam per illa indicia, quæ prò alio crimine ſufficerent ad torturam; & ratio eſt, tùm quià Canones in deteſtationem tanti criminis, contenti fuerunt argumentis, tantùm probabilibus prò plenis; tùm quià qualitas *aſſaſſinii*, quæ conſiſtit in occultâ conventione, & pretio, tanquàm ſimpliciter, & abſolutè arcanum, non eſt de per ſe probabilis verâ probatione per Teſtes, ſed ſolùm præſumptivè per probata indicia, ac conjecturas, ut textualiter habetur in quâdam lege (53), dicente, ***quòd liquidò probari non poteſt, argumentis probatur***.

27 Hìnc ſequitur, quòd talia probabilia indicia non requirunt probationem per Teſtes omni exceptione majores, ſed ſufficiunt Teſtes, aliquam exceptionem patientes, quæ tamen non ſit ex illis, quæ ex rei naturâ totaliter Teſtem inhabilitant, ut inimicitia capitalis &c., & ratio eſt, quià delictorum exceptorum natura plerùnque amat latibula, ac tenebras; undè quodammodò impoſſibile eſt Teſtes totaliter integros ſuper his habere; & ideò Iudex debet eſſe contentus Teſtibus, aliqualem exceptionem patientibus, ut benè arguit *Graſſetus* (54), legimus proindè apud *Ciarlinum* (55), fidem adhibitam fuiſſe puero undecim annorum, roborato pluribus adminiculis, in probatione cujuſdam delicti difficilis indaginis; & *Marſilium* (56) ex teſtimonio duorum puerorum condemnaſſe quendam, qui propriam uxorem, haurientem aquam, in puteum præcipitavit. Et tandèm in criminibus probationis difficilis univerſaliter admitti Teſtes inhabiles, conſtans eſt plurium ſententiâ, quos congerit *Raynaldus* (57)

28 Et advertendum, quòd in hoc crimine *aſſaſſinii* in ordine ad torturam ſufficit juxtà quoſdam (58) dictum mandatarii, adminiculatum inimicitiâ, aut causâ odii inter occiſum, & ſuppoſitum mandantem: aut duo ſocii criminis, qui plures patiantur exceptiones, ut vult *Ciarlinus* (59): aut publica vox, & fama, quandò ortum habuit ab aliquâ causâ veriſimili, ut firmant alii. (60) In ordine verò ad condemnationem ſufficit, quòd conſtet de capitali inimicitiâ inter mandantem, & occiſum: quòd ſuper mandato, & ſolutione pecuniæ adſint dicta duorum mandatariorum cum torturâ: & tandèm, quòd conſtet de allocutione mandantis cum mandatariis, ut poſt *Farinacium* firmat *Cutellus* (61)

29 Non modica verò viget inter Doctores controverſia circà ſubjectum, ſuper quo cadit hujuſmodi ſpecialitas privilegiata in ordine ad probationem; putà, àn cadat præcisè ad probandam qualitatem *aſſaſſinii*, quæ conſiſtit in ſtipulatione operæ, & pretii inter mandantem, & mandatarium: àn verò in probandâ executione, puta, patratione homicidii ipſius: àn potiùs ſit ad privilegiandum utrumque? Et quidèm nonnulli (62) autumant, hoc privilegium ſpectare ad executionem criminis, non verò ad ejus qualitatem; ità ut velint, quòd qualitas *aſſaſſinii* ſit concludenter probanda per probationes plenas; executio autem illius ſufficienter probata remaneat ex indiciis præſumptivis, argumentiſquè tantùm probabilibus.

30 Alii (63) non pauci advertentes, quòd tractatus de occidendo eſt de ſui naturâ difficilis probationis, quià ſolet ſecretiſſimè fieri; determinant, privilegium illud reſpicere probationem talis tractatus, qui de naturâ ſuâ talem ſpecialitatem exigit: executionem verò illius requirere probationem plenam per clara argumenta, cùm hæc ſecùm non vehat eàm difficultatem probationis, quam involuit tractatus.

31 At meo iudicio nulla dictarum opinionum ſubſiſtit; nàm Textus illius capituli (64) ſic habet, ***poſtquàm probabilibus conſtiterit argumentis, aliquem ſcelus tàm execrabile commiſiſſe***, porrò commiſſio criminis conſiſtit in hoc, quòd crimen in ſuo genere perfectum patretur; ***committere*** enim, ut ait Textus (65), eſt ***ſimul mittere***, puta, omnes partes, ad aliquem effectum requiſitas, ***in eſſe mittere***; ad *aſſaſſinii* autem perfectionem duæ partes requiruntur, puta, tractatus de pretio, & cæde hominis, & cædes ipſa ad effectum perducta, ſequitur ergò, quòd privilegium ſpecialitatis prædictæ reſpicit ambas partes; & ſic interpretanda eſt illa lex, quæ, cùm loquatur generaliter, & ſinè diſtinctione, diſtingui minimè debet, ut jura (66) volunt.

32 Additur, quòd, ſi vera eſſet prima opinio, privilegiaretur id, quod minùs requirit privilegiari, puta, executio, quæ de ſui naturâ plenè probari poteſt; & quòd maximè privilegiari requirit, (nempè tractatus, qui de ſui naturâ probari concludenter difficillimè poteſt) ſinè privilegio maneret, quod longè abeſſe debet à rectâ ratione Legislatoris, qui in lege ferendâ naturalem rationem ſequi debet. Si autem ſecunda opinio vera eſſet, nihil novi ſtatuiſſet capitulum illud; nàm tractatus, nempè qualitas aſſaſſinii, (quæ, ut totiès dictum



eſt,

(50) *Monticell. Pract. crim. Reg. 8. nu. 24. & 28. Merenda Conſ. 50. n. 6. Muta ad Capit. Regn. Sicil. Tom. 5. cap. 359. nu. 65.*

(51) *Tex. in cap. Pro humani. de Homicid. in 6.*

(52) *Cortiad. Deciſ. 21. nu. 95. & ibi Grammat. Guazin. Giurb. Tapia Caſtrill. Maſtrill. & Merlin.*

(53) *text. in l. Omnes. §. A' barbaris. ff. de Re milit.*

(54) *Graſſet. Anath. necis prodit. §. 29. nu. 264.*

(55) *Ciarlin. Contr. 12. nu. 25.*

(56) *Marſil. in l. Infans. ff. Ad l. Cornel. de Sicar.*

(57) *Chartar. Giurb. Criſpolt. Magon. Brunor. à Sol. Farinac. Merlin. Pignatell. apud Raynal. Tom. 1. cap. 7. §. 1. nu. 39. & 40.*

(58) *Niger. Provenzal. Marſil. Muta Ball. apud Raynal. loc. citat. nu. 47.*

[59] *Ciarlin. Controv. 10. nu. 126.*

(60) *Horat. Perſ. Giurb. Graſſet. Farinac. Carrer. Placha. Ball. apud Raynal. loc. cit. nu. 45.*

(61) *Farinac. Quæſt. 44. nu. 7. & 8. Cutell. Ad leg. Martin. Controv. 3. nu. p. fol. 423.*

(62) *Vargas Deciſ. 49. nu. 9. Del Bene de Immun. Eccl. Tom. 2. cap. 16. Dub. 21. Sect. 1. nu. 15. Garon. ad Nov. Conſt. Mediol. de Pæn. art. 2. nu. 21.*

(63) *Farinac. Conſ. 10. nu. 57. Capoll. Cravet. Clar. Guazzin. Felic. Cavalcan. & Eugen apud Giurba Conſ. Crim. 2. nu. 60. & 61.*

(64) *text. in cap. Pro humani. de Homic. in 6.*

(65) *Feſt. lib. 3. apud Calvin. lexic. V. Committere ait.*

(66) *l. Non diſtinguemus. ff. de Recept. arbit. l. Præſes. ff. de off. Præſid. cap. Quià circa. 22. de Privil.*

Digitized by Google

eſt, præ difficultate plenæ probationis illud privilegium expoſcit) abſquè tali ſanctione, eam ſpecialitatem conſequeretur; undè ſuperflua redderetur diſpoſitio talis capituli, quod admitti minimè debet ex vulgatis juribus. Undè concludendum, quòd citatum privilegium utramque partem perfecti *aſſaſſinii* complectitur, nempè tractatum, & executionem.

33 Quæ hucuſquè dicta ſunt circà probationem *aſſaſſinii*, quadrant abſquè difficultate in caſu, quo Reus in fortiis Laicæ Curiæ poſitus, damnandus veniat ad tanti ſceleris pœnas; & prout ajunt Doctores in terminis dicti *capitis primi de homicidio in 6.* At quid dicendum in caſu, quòd Reus imputatus de tali delicto confugerit ad Eccleſiam, ut juxtà tenorem Bullæ *Gregor. Quartidecimi* cognoſci debeat ab Epiſcopo, àn interveniant in caſu conditiones *aſſaſſinii* tùm circà tractatum, tùm circà executionem, ob quas mereatur privari Immunitate Eccleſiaſticâ? Debet nè Epiſcopus eſſe contentus argumentis probabilibus, àn potius debet exigere probationes plenas, ut pronunciet, Reum relaxandum Curiæ ſæculari?

34 Spinoſa profectò quæſtio eſt, & quæ validos, utrinquè habet propugnatores. Hanc diſcutit ex profeſsò *Raynaldus* (67), & per plures numeros exagitat catervas Doctorum, argumenta juris, & Decreta *Sac. Congre. Immunitatis* affert, quibus firmat concluſionem, quòd nempè Bulla *Gregorii XIV. non admittit probationes privilegiatas; ſed plenas, legitimas, veras, & concludentes requirit*(68) undè ſequitur, quòd ad hoc, quòd debeat Epiſcopus declarare, Reum non gaudere Immunitate, oportet, quòd ex proceſſu, in ſuâ Curiâ formato, plenè conſtet, Reum ex præcedenti tractatu cædem commiſiſſe.

35 Mens mihi non eſt contrà torrentem Doctorum eniti, vel juri Eccleſiaſticæ Immunitatis nec in minimo detrahere, libet tamen, ad ornatum veritatis, nonnulla motiva indigitare, quibus fortè perſuaſi abibunt Iudices Eccleſiaſtici, non eam fuiſſe *Gregorii XIV.* mentem, quam plerique Doctores, ſtudio ampliandæ, etiam ultrà ſenſum *Summorum Pontificum*, Eccleſiaſticæ immunitatis, facto cuneo defendunt; Iudiceſque in hoc articulo imploro viros Doctos, nullius ex duabus partibus contrariis, ſtudio præventis.

36 Conſidero primò legem nutritivam peccati, aut Reipublicæ magìs exitioſam, quàm proficuam, omninò tolli debere, ut proindè etiàm conſuetudo, quæ aliquotiès contrariæ legis enervat, vulgatis juribus, ſi peccatum nutrit, in abuſum abit, nec ſuſtinetur. (69) Patet autem, quòd, ſi conſtare plenè deberet de qualitate, & executione *aſſaſſinii*, ut quis Immunitate Eccleſiæ privaretur, ex hoc motivo magìs nutriuntur peccata, & frequentiores Reipublicæ perturbationes ex frequentiâ *aſſaſſiniorum*; (quià tali Immunitate freti perditiſſimi hujuſmodi homines licentiùs ad talia ſcelera animantur) ſequitur ergò talem explicationem (attento maximè, quòd menti Pontificis apertè cernitur non cohærere) non eſſe admittendam.

37 Conſidero ſecundò in ſuperioris dicti confirmationem, quòd, quandò duo urgent contraria præcepta, magìs attendendum eſt illud, quod magìs rationi congruit ex majori publici boni utilitate; nàm ad hoc ſpectant omnes leges politicæ, nempè, ut civilis felicitas promoveatur, ac conſervetur. Conſiderentur nùnc duo præcepta, ambo Eccleſiaſtica, unum quidèm *Innocentii Quarti*, qui vult tantùm argumēta probabilia in probatione *aſſaſſinii* prò aſſecurandâ Republicâ à talium improborum ſceleribus, aliud verò *Gregorii XIV.* requirentis plenam probationem *aſſaſſinii*, nè Iudices Laici abutantur licentiâ extrahendi ab Eccleſiâ Reos de criminibus exceptis; quodnam magìs urget ex his? àn id, in quo aliquis Iudex (qui tamen ſuperiori judicio ſubeſt, & ab eo poteſt coerceri) ultrà ſuos limites manus protendat in præjudicium Immunitatis Eccleſiæ, àn potiùs id, ex quo Reſpublica *aſſaſſiniis* ſcatet cum tot innocentium clade, ac familiarum diſſipatione? Profectò quivis ſenſatus dicet plùs urgere ſecundum, quàm primum. Concludendum ergò, hoc magìs, quàm aliud attendi debere, nec aliud rectè potuiſſe velle Pontificem.

38 Dicetur fortè magìs urgere præceptum de Immunitate Eccleſiaſticâ, quod cedit in honorem Dei, quàm aliud, quod ſolùmmodò tangit utilitatem hominum. At hoc falſum eſt, nàm Deus magìs honoratur in punitione talium homicidarum, quàm quòd Eccleſia, quæ eſt domus ſua, ſit aſylum eorum iniquitati. Videmus proindè, (ultrà exemplum *Ioab*, qui duos Principes exercitus, nempè *Abner*, & *Amaſa* proditoriè occiderat de mandato *Salomonis* fuit ad altare trucidatus à *Banajâ* (70), de quo à Scripturâ minimè reprehenditur) quòd Deus ipſe ad punitionem talium, qui ex inſtitutò homines necant, noluit, quòd ulla haberetur ratio templi ſui, nec hoc talibus ſceleratis ſecuritatem præſtaret (71), dicens, *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias: ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Aſſaſſinium autem per induſtriam, ac inſidias perficitur, quià appenſatè fit, & per eum, à quo nequit cavere occiſus, dùm nulla intervenit cauſa, aut modus ab eo cavendi.

39 Conſidero tertiò in prædictorum corroborationem, quòd, ut dictum eſt, ex tali opinione, quàm nempè conſtare plenè debeat de *aſſaſſinio* &c. nutritur talium hominum confidentia, ut proinde ſub ſpe gaudendi tali Immunitate, deliquant aliàs talia ſcelera non commiſſuri; undè nullo pacto debet ſibi talis confidentia ſuffragari, & per conſequens ſuſtineri illa opinio, quæ ejuſmodi confidentiæ fundamentum eſt; quod palmariter demonſtro ex *cap. Immunitatē de Immunit. Eccl.* (72) ibi enim textualiter habetur, quòd, qui mutilat, aut occidit in Eccleſiâ, aut Cæmeterio, *quæ niſi (per Eccleſiâ, ad quam confugerit credere, ſe defendi) nullatenus fuerat commiſſurus*, Immunitate Eccleſiaſticâ non gaudet. Patet autem ideò nō gaudere, nō quià in Eccleſiâ delinquit, (quià ſi ibi delinquit non ſub ſpe Immunitatis, ſed accidentaliter, gaudet Immunitate juxtà opinionem *Hugonis*, cum quâ omnes Doctores tranſire ibidèm notat *Abbas* (73) & Add. ad Gloſſam ejuſdem capituli) ſed quià delinquit ſub ſpe Immunitatis. At in noſtro caſu plures delinquerēt *aſſaſſinio* ſub ſpe fruendi Immunitate, quià Epiſcopis non poterit judicialiter plenè conſtare de qualitate, ac executione *aſſaſſinii*; ergò minimè gaudere debebunt Immunitate, delinquendo ſub tali ſpe; & ex conſequenti nequè ſuſtineri opinio, talem ſpē fundans, ac nutriens.

40 Conſidero quartò, quòd *Gregorius* nihil ſtatuit de caſu, quo Iudex Laicus *aſſaſſinum* habens in ſuis fortiis, ipſum ad pœnas delicti damnare velit; nec contrà diſpoſitionem *cap. 1. de Homicid. in 6.* requiſivit probationes plenas; ſed non reliquit in ſtatu, in quo erat. Si ergo *aſſaſſinus* ex-

(67) *Raynal. Tom. p. cap. 7. §. 1. à nu. 61. ad nu. 87.*
(68) *Raynal. loc. cit. nu. 61.*
(69) *cap. 1. cap. Ex parte. cap. Cùm tanto. de Conſuetud.*
(70) *lib. 3. Reg. cap. 2. ℣. 31. & 32.*
(71) *Exod. cap. 21. ℣. 14.*
(72) *cap. final. de Immunit. Eccl.*
(73) *Abb. in cap. final. nu. 8. ℣. Videtur tamen de Immunit. Eccl.*

Digitized by Google

extrahendus eſt ab Eccleſiâ, ut ejus Immunitate prò crimine non fruatur, requiretur probatio criminis plena; & ut prò eodem vitâ privetur, ſufficere debet argumentum probabile? Et quis feret hæc? Ut quis amittat vitam naturalem, quod maximum homini eſt, ſufficit in *aſſaſſinio* probabilitas indiciorum; ut verò perdat uſum Immunitatis, quod minus eſt, neceſſaria erit concludens probatio? Et quis huic abſurdo annuere poteſt? Dices fortè, talis eſt mens *Gregorii*, nec de ratione, aut mente legis, aut legislatoris quærendum eſt. Sed reſpondeo, negando aſſumptum; neque enim ille in ſuâ Conſtitutione evidenter plenam probationem exigit, ſed hæc eſt Doctorum opinio, quæ proindè poteſt melioribus rationibus expugnari.

41 Conſidero quintò, quòd Bulla *Gregorii XIV.*, ut evidenter ex ejus lecturâ conſtat, & notavit *Raynaldus*, (74) facta eſt ad tollendum abuſum Officialium ſæcularium circà interpretationem indultorum, à *Sede Apoſtolicâ* diverſis Principibus conceſſorum prò extractione ab Eccleſiâ Reorum, ad illam confugientium; hoc autem ſufficienter præſtatur conſtituendo Epiſcopos Judices meritorum Cauſæ, àn nempè Reus ſit in caſu, ob quem privari debeat Immunitate, nec ne, cum anteà ſuper hoc ſoli Judices Laici pronunciarent; ergò non debet ex eâ duplex ſpecialitas juris communis, antiqui corrrectiva, deduci ob jura data ſuprà *num. 3.*, puta, conſtituendo Epiſcopos Judices Cauſæ, & immutando probationis modum, qui priùs conſiſtebat in argumentis probabilibus, eum redigendo ad plenam probationem: attento maximè, quòd de duplici hâc ſpecialitate ex Conſtitutione minimè evidenter conſtat.

42 Conſidero ſexto, quòd Clericus *aſſaſſinus* juxtà *caput primum de Homic. in 6.* tradendus eſt brachio ſæculari; & quòd de caſu hoc Bulla *Gregorii XIV.* nullo modo loquitur. Demus nunc caſum, quòd *Cajus* Clericus in fortiis Epiſcopi ſit de *aſſaſſinio* accuſatus, quæ nam probatio requiritur, ut is relaxetur Curiæ ſæculari? Profectò debet ſufficere ea, quæ eſt per argumenta probabilia tantùm, ſic enim diſponitur textualiter in ſupracitato *capitulo de Homic. in 6.* Quomodò ergò prò privando laico Immunitate locali Eccleſiaſticâ major probatio, (nempè plena) requiretur, dùm prò privando Clerico Immunitate perſonali Eccleſiaſticâ, (quæ illâ dignior, & magis privilegiata eſt) ſufficere debent argumenta tantùm probabilia? Quis poterit ſibi ſuaderi, prudentiſſimum Pontificem voluiſſe ſtatuere diſpoſitionem, ità parùm rationi congruentem. Conſidero tandem, quòd ex communi ſcribentium ſententiâ, crimen *aſſaſſinii* eſt de ſui naturâ difficilis probationis, & ex hoc motus *Innocentius IV.* (e) ſtatuit, quòd in hoc caſu Judex ex probabilibus tantùm argumentis etiam deveniat ad pœnam ordinariam, ut poſt *Marſilium*, ac *Carrerium* docet *Decianus*. (f) Stat autem, quòd natura criminis immutari minimè poteſt ex diſpoſitione legis, ità ut, quod ex ſe eſt difficilis probationis, fiat facilis probationis per legem, hoc ſtatuentem. Vel ergò dicendum eſt, quòd *Gregorius* voluerit, quòd *aſſaſſini* minimè poſſint ab Eccleſiâ extrahi, & hoc non, quià diſpoſitio aperta illius Bullæ eſt, quòd tales minimè gaudeant Immunitate Eccleſiaſticâ. Vel quòd voluerit, quòd tale crimen ex ſuâ lege mutaret naturam, & hoc non, quià hoc impoſſibile eſt, & de impoſſibilibus lex non fertur. Sequitur, quòd voluerit tãtùm, quòd Epiſcopis cõſtet de hoc crimine eo modo, quo conſtare ſolent crimina difficilis probationis, puta, per argumenta probabilia. Et ſic concluditur eam non fuiſſe mentem Pontificis, quam Auctores, (parùm fortè diſcuſsâ materiâ, ac ſeducti à primò ſcribente plus æquo tribuente Immunitati Eccleſiaſticæ) docuerunt. Hæc Statuo coràm viris doctis, ut perpendant, àn communi contrariæ ſententiæ ſit tàm faciliter adhærendum.

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.

43 *Pœna aſſaſſinii eſt mors qualificata juxtà varias locorum conſuetudines.*

*Aſſaſſinus poteſt à quovis impunè occidi.*

*Eſſe à populo diffidatus, & poſſe à quoquam occidi paria ſunt.*

*Ut locus ſit occiſioni aſſaſſini, debet præcedere ſententia, declaratoria Iudicis, aut notorietas facti.*

44 *Major pœna datur mandatariis, quàm mandantibus, & quarè.*

45 *Quamvis prò aſſaſſinio attentato danda eſſet tanta pœna, ut prò perfecto, non tamen ſervatur, ſed moderatur qualitas mortis.*

46 *Pœna aſſaſſinii comprehendunt etiam fœminas tàm minores, ut majores.*

*Nomine perſonæ venit, tùm fœmina, tùm mas.*

*In aſſaſſinio locum non habet* l. Auxilium. §. in delictis ff. de Minor.

47 *Pœnæ ſpirituales ſunt Excommunicatio latæ ſententiæ, non tamen reſervata.*

*Item privatio dignitatis, honoris, Ordinis, Officii, & Beneficii, ipſo facto.*

*Item irregularitas, & infamia juris.*

*Pœnæ ſupradicta requirunt ſententiam declaratoriam Iudicis competentis.*

48 *Clerici aſſaſſini, ipſo facto perdunt privilegium Clericale.*

*Iudex Laicus eſt cumulativè, & non privativè cum Eccleſiaſtico in Cauſâ Clerici aſſaſſini.*

*Declarari à Iudice (ex probabilibus argumentis) Eccleſiaſtico debet Clericum eſſe aſſaſſinum.*

49 *Regulares aſſaſſini puniendi jure communi, cùm non habeantur lege Statutaria.*

50 *Quomodò agendum à Prælato Regulari, ſi ejus ſubditus eſſet Reus aſſaſſinii.*

43 Circà pœnas immaniſſimi hujus ſceleris ſciendum, quòd variæ ſunt juxtà varias locorum conſuetudines, ac Statuta. In univerſum quidèm mors ultimi ſupplicii datur, ſed quià talibus Reis non traditur mors ſimplex, ſed qualificata, differentia eſt circà qualitatem mortis; nàm, ut advertit *Raynaldus*, (75) prò varietate Regionum variatur etiam qualitas mortis; quod etiam fit prò varietate ulteriorum circumſtantiarum, quæ interveniunt in facto, ultrà qualitatem *aſſaſſinii*. Proindè alicubi antè ſuſpendium caudâ equi raptantur, aut forcipibus candentibus in brachiis, aut mamillis torquentur Rei, aut eis manus dextera amputatur; Alibi poſt ſuſpendium aut relinquuntur in patibulo, nèc unquàm ſepulturæ traduntur; aut in fruſtâ diſcerpuntur, aut cremantur: alibì viventes rotâ conteruntur, & membris in eâdem rotâ intertextis, & palo ſuffulti, in tali patibulo inſepulti relinquuntur ad aliorum terrorem. Illud autem uni-

(74) *Raynal. Tom. p. cap. 7. §. 1. nu. 71.*
(e) *cap. 1. de Homic. lib 6.*
(f) *Marſil. Pract. crim. §. Examinanda. nu. 24. Carrer. eo. tit. §. 5. nu. 17. & ſeqq. Decian. lib. 9. cap. 30. nu. 22.*

(75) *Raynal. Tom. p. cap. 7. §. 1. num. 168. & ſeqq.*

Digitized by Google

univerſaliter obſervatur, quòd, cùm juxtà totiès citatum capitulum (76) *aſsaſſinus* cenſeatur *à toto populo Chriſtiano perpetuò diffidatus*, poteſt ab omnibus impunè occidi, ut dicunt Doctores; (77) ſiquidèm paria ſunt, quòd lex, aut Statutum reputet aliquem diffidatum, & quòd mandet eum occidi, ut argumento juris (78) tradit *Decianus*. Hoc autem limitandum eſt ad caſum, in quo per ſententiam Judicis aliquis ſit declaratus *aſsaſsinus*; aut talis ex notorietate facti ſit, ſiquidèm notorietas facti ſupplet declaratoriam Judicis, quæ ad hoc deſideratur.

44 Hoc autem advertendum, quòd, quàmvis in dicto primo *cap. de Homic. in 6 aſſaſsinii* propriè dicantur, qui per pecuniam mandant homicidium, & contrà eos pœnæ, ibi ſtatutæ, principaliter dirigantur, & *aſsaſſinii* nomen, & pœnæ ſint à Doctoribus extenſæ ad mandatarios; tamen ex uſu majores pœnæ mandatariis, quàm mandantibus, dantur. Undè viri nobiles, *mandantes* pecuniâ homicidium, capitis obtruncatione, non autem furcis ſuſpenduntur; ac alii, mandantes ſimiliter homicidium, non ſubeunt mortem qualificatam, quâ afficiuntur *mandatarii*, & optima quidèm ratio eſt, quià magìs delinquit *mandatarius*, quàm *mandans*; hic enim movetur ab inimicitiâ, ac iracundiâ, quam habet contrà occiſum, ex illatâ ab eo ſibi iniuriâ, undè, ſi procuret de eâ ultionem, naturali quodam impetu movetur: *Mandatarius* autem ob ſolam cauſam turpiſſimi lucri, & ex plenâ, ac inexcuſabili malitiâ tantum ſcelus aggreditur, undè & præ illo magìs puniendus eſt.

45 Pariter in eodem capitulo, pròut docuimus ſuprà *num. 9.* eâdem pœnâ punitur actus attentatus, & conſummatus, quandò deventum fuerit ad actum proximum, & *mandatarius* fecit, quidquid potuit, ut mors ſequeretur, ut dicunt Doctores. (79) Attamen in praxi non ſervatur, niſi quò ad ſubſtantiam, non verò quòad qualitatem pœnæ. Ratio eſt, quià conſuetudo omnium tribunalium eſt, quòd, licèt Statutum ordinet, quòd eâdem pœnâ puniatur crimen perfectum, & conatus ad illud, tamen, quià irrationabile eſt, quòd imparia in gravitate delicta eâdem pœnâ vindicentur, illud totaliter non ſervant, ſed ſolùm partialiter; nempè dant quidèm pœnam ultimi ſupplicii in *aſsaſsinio* attentato, ſicut in perfecto, & in hoc conſiſtit ſubſtantia pœnæ, juxtà quam Statuto obſecundant; ſed non dant mortem qualificatam, (ut trahendo ad caudam equi, ſcindendo in fruſtâ &c.) in conatu, ſicut in *aſſaſſinio* perfecto, & ſic ratione pœnas temperant, & Statuto obedientes, ſervant nihilominùs contrà illud æquitatem.

46 Pœnæ porrò, à jure communi, aut Statutario latæ, comprehendere debent tùm fœminas, tùm mares; ratio eſt, quià capitulum illud (80) habet, *quæcunque Eccleſiaſtica, ſæcularisvè perſona &c.* nomine autem *perſona* venit non ſolùm mas, ſed & fæmina, (81) & etiam comprehendit minores, ſicut majores ætate. Undè *aſsaſsinus*, quàmvis minor vigintiquinque annis, pœnam ordinariam ſubire debet, nec in hoc immani delicto locum habet *l. Auxilium. §. In delictis. ff. de Minor.* pròut poſt *Porr. & Cortiad.* adnotat *Raynaldus*. (82)

(76) *cap. Pro humani. de Homic. in 6.*

(77) *Hoſt. in cap. 1. de Homic. n. 22. Carrer. Pract. crim. §. Circà igitur tertium. nu. 22. apud Carpzon. Par. 1. Quæſt. 19. n. 11.*

(78) *arg l. 3. in fin. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 30. n. 7.*

(79) *Plaza Covaru. Chaſſan. Clar. Menoch. Diaz. Vulte. Cabel. Gutier. Farin. Gom. Monticel. Lopez. apud Paſqual. ad Laur. de Franch. Par. 1. nu. 186.*

(80) *text. in cap. Pro humani. de Homic. in 6.*

(81) *arg. cap. Mulieres. de Sent. excom. Parboſ. Appellat. 198. n. 11.*

(82) *Porr. Faſc. rer. crim. §. Aſſaſſinium. V. Minori. Cortiad. Deciſ. 95. n. 35. apud Raynal. Tom. 1. cap. 7. §. 1. n. 171.*

47 Pœnæ ſpirituales, quæ ob dictum delictum incurruntur ex citato totiès *cap. 1. de Homic. in 6.* ſunt primò excommunicatio ipſo facto, quæ tamen reſervata non eſt, ut poſt *Gloſsam, Barboſam, ac Farinacium* advertit *Theſaurus* (83). Secundò, eſt privatio Dignitatis, honoris, Ordinis, Officii, & Beneficii *ipſo facto*; & hæc pœna comprehendit tàm Laicos, quàm Clericos, ut de communi teſtatur *Farinacius* (84). Tertiò, eſt irregularitas, ac infamia juris, (quià crimen hoc pertinet ad judicium publicum) quæ incurritur etiam effectu minimè ſecuto, pròut ex *Barboſâ* docet idem *Theſaurus* (85). Supradictæ porrò prærequirunt ſententiam declaratoriam criminis, à Judice competente factam. (86)

48 Quò ad Clericos, committentes *aſſaſsinium* ſpeciale eſt, quòd *ipſo facto* amittunt privilegium Clericale, & à Judice Laico puniuntur, ut communiter ſentiunt Doctores (87). Quæ tamen concluſio accipi debet cum duabus advertentiis. Prima eſt, quòd Judex Laicus eſt cumulativè cum Eccleſiaſtico, non autem privativè Judex in Causâ Clerici *aſſaſsini*. Secunda eſt, quòd debet conſtare, Clericum eſſe *aſſaſsinum* ex probabilibus argumentis per ſententiam Judicis Eccleſiaſtici, vel ex notorietate facti, vel ex confeſſione, aut convictione Rei; ut pluribus vectis probat *Raynaldus*. (88) Volunt nonnulli, quòd debeat intervenire alia advertentia, puta, quòd debeat mors innocentis eſſe ſecuta; ſed hæc opinio pugnat de directo contrà Textum, (89) dicentem, *quamquàm mors ex hoc forſan non ſequatur*; ideò talis ſententia nullum habet fundamentum. Volunt alii (90), quòd alia advertentia requiratur, quòd, nempè Clericus priùs degradetur, ut de eo diſponere poſſit Judex Laicus. Sed etiam hæc opinio refragatur citato Textui (91), dicenti, *nullatenùs alia excommunicationis, vel depoſitionis, aut diffidationis adversùs eum ſententia requiratur*; ideò nullam omninò degradationem requiri ſuſtinent quamplures Doctores. (92)

49 Quantùm ad Regulares, de communi jure cenſeri juxtà alios Clericos, ubi propriis legibus non coarctentur, perſpicuum eſt, & in hoc crimine ſpecialiter, de quo totiès citatus Textus habet, quòd pœnis, in eo latis, afficiatur *quævis ſæcularis, aut Eccleſiaſtica perſona*, & nomine perſonæ Eccleſiaſticæ venire Regularem quemvis, extrà omnem aleam eſt. Non credo autem, quòd ulla Religio habeat leges municipales de hoc crimine; & Nos *Minores* de *obſervantiâ* nullum habemus ſpetiale Statutum. Et ratio eſſe poteſt, quià in mentem legiſlatorum Regularium nunquàm potuit venire, quòd tale, ac tantum ſcelus unquàm potuerit à viro Religioſo patrari.

50 Sed quid juris, ſi caſus eveniret, quòd ſivè intrà, ſivè

[83] *Gloſſ. & Barboſ. in cap. 1. in fin. de Homic. in 6. Farinac. Quæſt. 123. nu. 11. apud Theſaur. Par. 2. V. Aſſaſſinium. nu. 1.*

(84) *Farinac. Quæſt. 123. nu. 13.*

(85) *Barboſ. ad cap. 1. n. 13. de Homic. in 6. Theſaur. loc. cit. V. Etiam.*

(86) *Suar. de Cenſ. Diſp. 23. Sect. 5. n. 46.*

(87) *Decian. lib. 9. cap. 30. num. 21. Farinac. Quæſt. 123. n. 62. Faiard. Fiſcal. Alleg. 5. num. 20. & ibi Graſſ. Narben. Barboſ. Cyriac. Giurb. Merlin & alii.*

(88) *Raynal. Tom. 1. cap. 7. §. 1. nu. 189. & ſeqq.*

(89) *text. in cap. Pro humani. de Homic. in 6.*

(90) *Pegn. 3. Par. Director. Inquiſ. Comm. 49. §. Præterea. Charter. Cened. Carrer. & Farinac. apud Raynal. loc. cit. nu. 199.*

(91) *text. in dicto cap. Pro humani de Homicid. in 6.*

(92) *Lup. & Dominic. in cap. 1. de Homic. in 6. Hippol. in l. Unic. n. 107. C. de Rapt. virg. Tyrre. in l. Neceſſarios. §. Non aliàs. n. 448. ff. Ad Syllan. Gaſſan. Covar. Gram. Capyc. Goni Aufrer. Diaz. & Cabedo apud Paſqual. ad Laur. de Fran. Par. 1. nu. 187.*

Digitized by Google

ſivè extrà Clauſtra in perſonâ Clauſtrali, aut ſæculari, Religioſus tale crimen committeret? Dico, quòd relaxandus eſſet Reus, probabilibus argumentis de hoc indiciatus, brachio ſæculari, ſervatâ circà hoc formâ, præſcriptâ à propriis conſtitutionibus, putà, circà modum procedendi, ac ſententiam. Nos Minores habemus quidèm Statutum, quòd, qui committit crimen in Ordine, ob quod, ſi eſſet ſæcularis, damnandus eſſet ad mortem, ad triremes condemnetur, ſed non puto, tale Statutum poſſe adaptari ad hunc caſum. Siquidèm pœna hujus criminis, prout ſuprà dictum eſt, non eſt ſimplicis mortis, ſed qualificatæ; triremes autem correſpondent morti ſimplici, non verò qualificatæ; undè, ſi darentur triremes tantùm, hæc pœna non correſpondere poſſet pœnæ *aſſaſſinii*, quæ eſt mortis qualificatæ; pœna autem triremium qualificari non poteſt, niſi fortè ſanciendo, quòd ipſa ſit perpetua, & hoc indiſpenſabiliter; & ultrà hoc, quòd mittendus ad tales triremes perpetuas per ſex menſes, anteà in carceribus per ſex menſes in ſolo pane, & aquâ jugiter jejunaret, & alienâ manu ter in hebdomadâ in fratrum Communitate acriter flagellaretur. Quandò igitur eveniret caſus, poſſent Superiores qualificare pœnam triremium, prout dictum eſt; & ità ſententiando, optimè eſſet legi communi proportionabiliter ſatisfactum, ſervando legem noſtram Statutariam. In Statu quidèm Eccleſiaſtico puto, quòd talis diſpoſitio non valeret; ſi quidèm in ſimilibus criminibus atrocioribus *Papa* non contentatur pœnâ, datâ Reis à ſuis Superioribus, quæ ſemper eſt citrà ſanguinem; ſed eos tradere facit brachio ſæculari, & ultimo ſupplicio afficere. In aliis autem ditionibus ſæcularium, aut Eccleſiaſticorum Principum hæc praxis non admittitur; undè vel eſſet danda triremium, aut Carceris perpetui pœna qualificata, prout dictum eſt; vel eſſet relaxandus Reus brachio Sæculari, & hoc multò fortiùs, ſi homicidium eſſet commiſſum ob pretium extrà Clauſtra; tali enim caſu Judex Laicus (probato crimine, aut per ſententiam Superioris Regularis, aut ex facti notorietate) habet jus in perſonam Rei, prout dictum eſt ſuprà, & poteſt Reum de manu Superioris Regularis vindicare, & morti tradere.

## §. VII.

## Proditorium homicidium.

### *SUMMARIUM.*

1 *Proditores, qui nam poſſint vocari.*
*Apoſtata à fide, aut Hæreticus, eſt proditor.*
*Item, qui fidem, Principi datam, violat.*
*Item, qui Patriam hoſtibus prodit.*
*Secretum amici violans eſt proditor.*
*Item, qui manifeſtat peccatum, quod probari nequit.*
*Prodens inſtrumenta Clientis adverſario, proditor eſt.*
*Doloſè circumveniens alium eſt proditor.*
2 *Proditor propriè quis dicatur.*
*Homicidii proditorii diffinitio.*
*Differentia inter homicidium præmeditatum ex inſidiis, & proditorium.*
3 *Amicitia ſimulata requiritur in homicidio proditorio.*
4 *Color amicitiæ debetur in homicidio proditorio.*
5 *Falſa amicitiæ ſigna referuntur.*
6 *Fides alicui dupliciter dari poteſt.*
*Fides data hoſti eſt ſervanda.*
*Fides tacita, in quo conſiſtit.*
7 *Homicidium, patratum ab amico reconciliato, an ſi proditorium.*
*Cauſa rancoris, ac odii, cognita ab occiſo in occiſore, excludit proditorium ab homicidio.*
8 *Reconciliatio præſumpta, quomodo reddat homicidium non proditorium.*
*Ex reſalutatione, & colloquio non colligitur, aut inducitur amicitia.*
9 *Ex reconciliatione expreſſâ inducitur proditio in homicidio.*
10 *An ſit proditorium homicidium, poſt promiſſionem per verba, quæ apertè non ſonant voluntatem non offendendi.*
11 *Ut incurratur homicidium proditorium requiritur clara promiſſio de non offendendo.*
12 *An nova cauſa, nata poſt reconciliationem tollat rationem proditorii ab homicidio.*
13 *Reſolvitur dubium affirmativè.*
*Offendens inimicum ex novâ cauſâ, non tenetur ad pœnam conventionalem.*
*Ampliatur concluſio.*
14 *Pax, treuga, & promiſſio de non offendendo ambulant pari paſſu.*
*Pax quid ſit.*
*Quid ſit treuga.*
*Promiſſio de non offendendo quid ſit.*
*Differentia inter ſupradicta tria.*
*Promiſſio, pactum, conventio &c. ſemper intelligenda* rebus ſic ſtantibus &c.
15 *Nova cauſa quotupliciter poteſt ſupervenire factæ reconciliationi.*
16 *Cauſa ſuperveniens reconciliationi non requiritur, quòd ſit juſta.*
*Cautela, quæ adhibetur, nè quis poſſit allegare novam cauſam, ſi poſt reconciliationem inimicum offendit.*
*Conſtitutiones Papales circà prò Statu Eccleſiaſtico.*
*Nova cauſa, ut legitimet offenſionem, quomodò debeat conſtare juxtà dictas Conſtitutiones.*

1 PRodere, à quo quis dicitur *proditor*, aut *proditoriam* necem, ſeù *homicidium* committere, ex nominis etymologia importat *procul* à ſe *dare*, hoc eſt proiicere; proindè, ut ſcribit *Decianus* (1), qui fidem, ac officium, quod fundatum in fide habet, à ſe procul reijcit, *proditor* poteſt nominari, & ſic multipliciter, ut poſt quandam *Gloſſam* (2) dicunt Doctores, quis poteſt dici proditor; nempè autem ratione *obiecti*, quod proditione offendit, ut qui Apoſtaſiâ, aut hæreſi fidem Chriſto datam in Baptiſmo abiicit, Chriſti, ac Dei *proditor* eſt; pariter, qui fidem, proprio Principi juratam, abiicit,

(1) *Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 29. nu. 1.*
(2) *Gloſſ. in cap. Clericus qui adulatio. 46. Diſt. Luc. de Penna in l. final. C. de Delat. Par. de Pute. Tract. de Re milit. in V. duo militan. num. 5.*

Digitized by Google

cit, ejus *proditor* eſt : item qui Patriam hoſtibus prodit, *proditoris* notam incurrit, quià naturali quodam fœdere quivis propriæ Patriæ naſcendo fidelitatem ſpondet. Aut ratione *modi*, quo data fides violatur, ut qui ſecretum proximi, ſuæ fidei commiſſum, vulgat (3), aut ejus occultum peccatum, quod probari nequit, manifeſtat (4), aut inſtrumenta alicujus ejus adverſario prodit (5), aut quempiam doloſè circumvenit, (6) aut pluribus aliis modis, quos recenſere ſuperfluum eſt.

2 *Proditor* autem propriè dicitur, qui ſimulatâ amicitiâ, aut fide, aliquem interficit, prout docuit *Bartolus* (7), quem omnes Doctores communiter ſequuntur; undè deducitur *proditorium homicidium*, quod poteſt commodè diffiniri, quòd *ſit cædes hominis incauti, patrata ſub colore amicitiæ, aut fide datâ*. Dicitur autem primò *cædes hominis incauti*, hoc eſt illius, qui nullum motivum habet ſibi cavendi ab eo, à quo necatur. Et quidèm nonnulli Doctores (8) autumant, *ad homicidium proditorium* ſufficere, quòd occiſus ſibi non potuerit cavere ab homicidâ, ſivè quià vulneratus eſt à tergo, extante inimico in loco abſcondito; ſivè, quià inter occiſum, ac homicidam nulla interveniebat inimicitia: quià differentia eſt inter homicidium præmeditatum ſimplex; homicidium ex inſidiis; & *homicidium proditorium*. Siquidèm ad primum ſufficit præmeditatio, nec requiritur, quòd occiſus habuerit, aut non, motivum ſibi cavendi ab homicidâ, ſi enim hic iniuriam occultam acceperit ab occiſo, qui nempè uxorem ſuam polluit adulterio, & putabat hoc eſſe illi incognitum, ut proindè ſibi ab eo non caveret, ſi occiſus manet, non poteſt dici proditoriè, nec inſidioſè, ſi à tergo, aut ex aliis inſidiis non vulneravit, ſed tantùm *præmeditatè* occiſus.

3 Pariter homicidium ex inſidiis dicitur tùnc tantùm, quandò aggreſſio actualis minimè potuit provideri, quià vel fuit à tergo; vel extante aggreſſore occultato, aut perſonato; vel quià gerebat arma abſcondita ſub pallio: & hæc qualitas intervenire poteſt in homicidio, ſivè occiſus habuerit cauſam ſibi præcavendi, ſivè non. *Homicidium* autem *proditorium* importat, quòd fiat ſub colore amicitiæ, aut fide datâ, ut inferiùs ampliùs declarabimus; & ſic hæc duo homicidia ſpecie diſtingui, perſpicuum eſt, cùm in hoc requiratur in homicidâ amicitia ſimulata, quæ non requiritur in alio, ut poſt *Bartolum* (9), firmant multi Doctores. Et concedo quidèm, quòd idem homicidium ſit ex inſidiis; & proditorium non tamen erit ex eâdem cauſâ, aut qualitate; quià erit proditorium ob amitiam ſimulatam; ex inſidiis autem ob modum, juxtà quem facta eſt aggreſſio, ut ſuprà explicuimus.

4 Dicitur ſecundò, *patrata ſub colore amicitiæ*, quià non ſufficit, quòd inter homicidam, & occiſum non intervenerit inimicitia, ſed requiritur, quòd interveniat amicitia quidèm, ſed ſimulata ex parte occiſoris, ſed credita realis, ac ſincera ex parte occiſi; & in hoc eſt ratio vera proditionis. Quià poteſt quidèm *Titius* ignorare, quòd *Cajus* ſit ejus inimicus, quià ab eo nulla inimicitiæ ſigna habuit; nec etiam ab eo habuiſſe indicia amicitiæ, ob quæ eum prò amico habuerit, & ſi ab eo occidatur non erit *homicidium proditorium*, quàmvis ſibi ab eo cavendi nullum omninò motivum habuerit, quià poſitiva amicitiæ ſigna non præceſſerunt.

5 Talia porrò falſa amicitiæ ſigna, ad proditionem requiſita, *ex Lucâ de Pennâ* recitat *Decianus* (10), & ſunt ſuavia, & dulcia verba, proferre; amplexari; applaudere; blandè arridere; ſub pacis fœdere oſculari; jurare promptè; libenter adulari, cùm adulatio ſit eſca proditionis, (11) & juxtà *D. Hieronymum* apud *Turrecrematam loc. cit. Nihil eſt, quod tàm facilè corrumpat mentes hominum, & tàm dulciter fallat, ſicut adulatio*. Alia ſunt amicitiæ ſigna, quæ dabimus infrà, cùm de probatione qualitatis *homicidii proditorii* agemus.

6 Dicitur tertiò, *aut fide datâ*: fides autem, prout benè advertit *Caballus* (12), poteſt dupliciter dari alicui, puta, expreſsè, aut tacitè; expreſsè quidèm, quandò expreſſis verbis aliquis alteri fidem ſpondet, & hoc ſivè nulla, ſivè aliqua præceſſerit inimicitia, quæ per talem fidem, aut verbis, aut ſcriptò datam, ſivè jurata fuerit, ſivè non, cenſetur abolita. Talis autem data fides, etiam hoſti ſervanda eſt. (13) *Tacitam* autem dicit *Caballus* loco ſupracitato, eſſe eam fidem, quæ conſiſtit in ratione humanæ ſocietatis, per quam homo homini prodeſſe, non verò inſidiari, debet. Sed hoc minimè admiſerim, nàm hoc pacto quivis occiſus ab alio, non præcedente apertâ inimicitiâ, poſſet dici proditoriè occiſus, quod verum non eſt. Sed *tacitè datam eſſe alicui fidem*, dicendum eſt, cùm quis alicui præſtat ea, quæ amicis tantùm præſtari ſolitum eſt, ut eſt aliquem in domo propriâ hoſpitio excipere; propria ſecreta illi communicare; illum ab aggreſſore tueri, prò eo fideiubere &c. Ratio eſt, quià, cùm hæc ſolis amicis fieri ſolita ſint, hæc eadem præſtans implicitè oſtendit, eum habere amicitiam cum eo, cui talia præſtat, & ſic *tacitam fidem* ſpondere.

7 Dubitare autem hìc contingit, àn *homicidium*, perpetratum ab amico reconciliato, poſſit dici *proditorium*? Et ad hoc dubium reſpondetur, diſtinguendo de reconciliatione, aut tacitâ, aut præſumptâ, aut expreſsâ. Si loquamur de tacitâ, nempè de illâ, in quâ offenſus diſſimulat iniuriam, non movet querelam contrà offendentem; accedit ad Sacramenta Confeſſionis, ac Communionis, in quibus communiter cenſetur iniuria remitti; reſpondetur abſolutè, quòd non; quià ad excludendam qualitatem proditorii ſufficit, quòd ſubſiſtat cauſa rancoris, ac odii, cognita ab eo, qui occiſus eſt, ut concorditer dicunt Doctores (14). Ratio eſt, tùm quià qui diſſimulat iniuriam tantùm non ſpondet per hoc ſecuritatem iniurianti; tùm quià non ſequitur, quòd ex unius internâ non apprehenſione exteriùs alteriùs delictum qualificetur; tùm quià occiſus, qui homicidiam offenderat, vel debebat procurare ab eo pacem, vel debebat cautè procedere, & ſibi præcavere; undè ſibi imputandum eſt, ſi non cavit.

8 Si

(3) *arg. cap. Sacerdos. de Pœnit. Diſt. 6.*

(4) *arg. cap. De his. 2. q. 7.*

(5) *l. Si quis aliquid § Si quis inſtrument. & § Inſtrumenta ff. de Pœn.*

(6) *arg. cap. Si cupis. 16. q. 1. cap. Guiliſarius. 23. q. 4. Authen. de litig. §. 1.*

(7) *Bart. in l. Reſpiciendum. §. Delinquunt. ff. de Pœn.*

(8) *Peguer. Deciſ. crimin. 54. num. 12. Farinac. Quæſt. 18. num. 74. & Conſ. 168. n. 77. Gratian. Diſcept. form. 619. n. 22. Novar. Summ Bullar. de Immun. Eccl. n. 76. Sperell. Deciſ. 185. num. 18.*

(9) *Bartol. in l. Reſpiciendum. § Delinquunt. nu. 2. ff. de Pœn. Bald. Anchar. Angel. Aret. apud Gomez Varia. reſol. T. 3. de Delict. cap. 3. de Homic. num. 5. Plaza Baiard. apud Caball. de Omn. gen. homic. num. 395.*

(10) *Luca de Penn. in l. ult. nu. 8. C. de Delator. lib. 10. Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 30. n. 12.*

(11) *arg. cap. Clericus. 3. ubi Turrecrem. nu. 5. Diſt. 46.*

(12) *Caball. Tract. de Omn. gen. homic. nu. 458. & ſeqq.*

(13) *arg. l. Poſtliminii. §. final. ff. de Capt. & poſt. rever. Marſil. Conſ. 9. n. 24. V. Quinimò. Dec. in l. Ea eſt in fin. ff. de Reg. iur. Giga. Tr. de Crim. læſ. maieſt. Tit. de Proditor. quæ. 1. n. 8. V. 8. proditores dicunt.*

(14 *Bart. in l. Reſpiciendum §. Delinquunt. ff. de Pœn. Marin. Quotidian. Reſol. 147. n. 2. & 3. Novar. Sum. Bull. de Immu. Eccl. n. 79. & 81. Rovit. Pragm. 11. Tit. de Abolitio. nu. 58. apùd Raynal. Tom. 1. cap. 8. §. 3. n. 113.*

Digitized by Google

8 Si verò reconciliatio fuit *præſumpta*, ex aliquo actu externo elicita, puta, per *ſalutationem*, quià ſalutatus reſalutavit; *allocutionem*, quià fortè in conſortio amicorum communium unus cum alio allocutus eſt; *converſationem*, quià in hoſpitio fortè caupo eandem menſam paravit prò ambobus, qui inſimul comederunt; aut *comitatum*, quià unus pergebat ad eundem locum, ad quém ibat etiam alius, & in itinere facti ſunt comites, non quidèm illi duo ſoli, ſed cum aliis amicis communibus, quibus uterque illorum erat ſociatus, dicendum pariter, quòd *homicidium* poſt talem reconciliationem non eſt *proditorium*, ut cum multis à ſe citatis tenet *Graſſetus*, quem ſequitur *Raynaldus* (15). Ratio eſt; tùm quià ex reſalutatione, & colloquio non colligitur, aut inducitur amicitia, juxtà *Gloſſam* quandam (16), ſicut neque ex fortuito comitatu, aut comeſſatione, quià hæc procedere poſſunt ex urbanitate; tùm quià actus, à quo deſumitur præſumptio remiſſionis injuriarum, non fit ſpontè, ac motu proprio, ſed gratiâ honeſtatis, & contemplatione aliorum, coràm quibus aliter facere, indecens fuiſſet, nunquàm concordiam, ac reconciliationem inducit, ut poſt multos, à ſe citatos, ſcribit *Farinacius* (17), tùm quià ad inducẽdam aſſecurationem reconciliationis non ſufficiunt ſigna generalia dubia, ac æquivoca; ſed requiruntur ſpecialia, vera, & neceſſariè concludentia, ut loco citato firmat *Farinacius*.

9 Si autem reconciliatio fuit expreſſa, facta verbis, aut ſcripto, per ſimplicem promiſſionem, aut juratam de non offendendo, ſi ex poſt, nullâ novâ causâ interveniente, *homicidium* committitur, illud erit abſolutè proditorium, ut cum multis concludit Raynaldus (18). Ratio autem eſt; quià ex quo data eſt fides de non offendendo, mors illata ſub tali fide habet veram rationem *proditorii*, juxtà ſuprà datam diffinitionem.

10 Dubium aliud ſubire poteſt, nempè, àn *proditorium* cenſeatur *homicidium*, quod ſecutum eſt, poſtquam iniuriatus amicis, qui ſe interpoſuerunt, ut pacem cum iniuriante faceret, reſpondit; *io non li voglio male; facci li fatti ſuoi; non lo moleſtarò per giuſtitia; non voglio più intrinſichezza con lui; io ſon huomo da bene; ſo quanto debbo come buon Chriſtiano, per altro non voglio abboccarmi con lui, non havendo che partire con lui*; aut alia verba det, quæ ſonare quidèm poſſunt, quòd non habeat animum offendendi, non tamen apertè ſonant promiſſionem de non offendendo?

11 Reſpondeo, quòd, ut ſuprà *num.8. in fin.* dictum eſt, non ſufficiunt ſigna æquivoca, aut dubia ſecutæ reconciliationis, ut offenſio, ſecuta poſt hanc, dici queat *proditoria*; ſed requiritur clara, ac aperta promiſſio dè non offendendo. Cùm igitur verba, ſuperiùs poſita, æquivoca ſint, nec apertam ſonent reconciliationem, ſequitur, quòd *homicidium*, poſt eam ſecutum, nullo modo poſſit vocari *proditorium*.

12 Dubitari ulteriùs contingit, àn qui poſt factam remiſſionem, & datam pacem, offendit inimicum, cum quo fuerat reconcialatus, notam *proditionis* incurrit, ſi ex novâ causâ, natâ poſt pacem initam, ipſum offendit?

13 Reſpondeo negativè; Ratio eſt, quià in tantùm quis cenſetur proditor, in quantùm, factâ pace, offendit alium ex motivo antiquæ inimicitiæ, quæ per pacem cenſebatur eſſe ſublata. Quòd, ſi offendit ex novâ causâ, quam ſibi porrexit inimicus; non cenſetur ex motivo antiquæ inimicitiæ offendiſſe. Sequitur hinc, quòd, ſi in articulis factæ pacis aliquæ conventiones ſtipulatæ ſunt; puta, quòd, *ſi aliqua ex partibus pacem fregerit, teneatur aliquid ſolvere*, offendens alium ex novâ causâ nullo modo tenetur ad pœnam illam conventionalem, prout poſt multos, quos citat, docet *Clarus* (19), qui teſtatur de communi. Et ampliatur dicta concluſio ad caſum, in quo primò offenſus reoffendat ex intervallo ſuum offenſorem, ut pluribus firmat *Caballus* (20), & ratio eſt; quià, ſi per primum offenſorem, qui novam cauſam tribuit, fuerat rupta, & totaliter reſoluta pax, utiquè ſecundò offendens non poteſt dici *proditor*, nec puniri prò rupturâ pacis, quæ ampliùs non extabat, ut docuerunt *Baldus, Moronus, & Corneus*. (21)

14 Et prædicta concluſio procedit non tantùm in pace, initâ inter partes, ſed etiam, ſi facta tantùm ſit treuga, aut nuda promiſſio de non offendendo, ut multis rationibus probat *Caballus* (22), pari ſiquidèm paſſu ambulare debent hæc tria, nempe *pax, treuga, ac promiſſio de non offendendo*; nàm *pax* eſt finis totalis, & perpetuus diſcordiæ; *treuga* eſt ſecuritas præſtita rebus, & perſonis ad tempus, diſcordiâ nondùm terminatâ (23), *promiſſio verò de non offendendo* eſt ſecuritas præſtita, modò rebus, modò perſonis, arbitrio Judicis, ad obviandum futuris rixis, aut ſcandalis (24), & ſic ſecuritas de non offendendo militat in his tribus, cum hâc ſolâ differentiâ, quòd in pace illa eſt perpetua; in treugâ verò temporalis, utrobiquè præſtita à partibus, ſpontè inter ſe paciſcentibus, in nudâ autem promiſſione eſt eadem ſecuritas quidèm temporalis, non tamen complexivè rebus, & perſonis, ut *treuga*, nec ſpontè à partibus præſtita; ſed alternativè rebus, aut perſonis, & auctoritate Judicis facta. Porrò ratio, quarè liceat ſinè notâ *proditionis*, ex novâ causâ offenſionis, reoffendere offendentem, eſt, quià quælibet obligatio, promiſſio, conventio, pactum, aut quævis alia diſpoſitio quantùmvis generalis, ac præciſa in quâcunque materiâ, ſemper intelligitur, *rebus ſic ſtantibus*, & cum hâc tacitâ conditione, quòd res in eodem ſtatu perſeveret, ut firmant plures Doctores, cumulati per *Caballum* (25)

15 Procedit porrò ſuprà data concluſio, non ſolùm quandò primò offendens rumpit pacem, treugam, aut conventionem, contrafaciendo pactis, jàm firmatis; ſed etiam quandò tribuit alteri novam cauſam iraſcendi, ob iniuriam, ſibi ex novâ causâ illatam; ut potè, ſi factâ conventione perpetuâ, aut temporali de non offendendo, ob inimicitiam, ortam ex causâ litis civilis, una ex partibus uxorem, aut conſanguineam alterius carnaliter pollueret; aut in bonis furto, aut rapinâ damnificaret &c. alius autem ex hâc novâ causâ offenderet eum, qui iniuriam intulit, ut tradunt *Bartolus, Baldus, & Caſtrenſis*, (26) quos ſequuntur alii Doctores communiter. Ratio autem eſſe poteſt, quià offendens de novo non facit offenſam animo

Mmm vindi-

(15) *Graſſet. Anatom. nec prodítor. ſ.14. per tot. Raynal. loc.cit. nu.121.*
(16) *Gloſſ. in l. latæ. §. Amicos. ff. de Verb. ſign.*
(17) *Farinac. Conſ.98. n.4. lib p.*
(18) *Giurb. Farinac. Cutell. Delbene Barboſ. Ricc. Thor. & Cortiad. apud Raynal. Tom.1. cap.8. § 3. n.134.*
(19) *Clar. Quæſt.47. ℣. Quæro nunc, pone.*
(20) *Cabal. Cent.2. Reſol.101. nu.6.*
(21) *Bald. in l. Semel mora in fin. ff. Solu matr. Moron. Tr. de Fid. treug. & pace Quæſt.125. nu.1. & ſeqq. Corn. Conſil.51. Col. antepen. & col. fin. lib. 2.*
(22) *Caball. D. Reſol.101. à nu. 24. ad 63.*
(23) *DD. in Rubr. de Treug. & pace. & in l.1. ff. de Pact.*
(24) *Benintend. Deciſ.65. n.18. apud Caball. loc. cit. n.59.*
(25) *Dec. Roman. Felin. Corn. Benintend. Boer. Marſil. Moron. & Bald. l. Cum proponas. not.1. n.2. C. de Naut. fen. apud Cabal. l. cit. nu.50.*
(36) *Bart. in l. Aut facta. §. Cauſas. ff. de Pæn. Bald. in cap.1. nu.2. ℣. Sed nunquid. de Pac. tenen. Caſtren. in l. Qui ſervum.96. n. 3. de Verb. oblig.*

vindicandi antiquam injuriam, iàm ſublatam per pacem, aut ſuſpenſam per treugam, ſeu promiſſionem de non offendendo; ſed propter novam cauſam ſupervenientem, ut ſcripſit *Corneus*, ac *Felinus*. (27)

16 Cauſa autem, ob quam quis poteſt ſinè notâ *proditionis* iniuriantem de novo offendere, non requiritur, quòd ſit juſta, & de ſe ſufficiens ad offendendum, ut cum multis docet *Caballus* (28), ſed ſufficit, quòd talis fuerit, ut veriſimiliter ille, qui reoffendit, poterit ex iniuriâ iraſci, & ex iracundiâ ad reoffenſionem moveri, ut poſt *Cephalum* tenet *Clarus* (29), qui optimè ſubjungit, quòd hoc procedit, quandò qui reoffendit, non dedit cauſam ſecundæ rixæ, neque eam procuravit, ſivè affectavit, aliter dicenda eſſet commiſſa pœna, & hoc eſt ad evitandas fraudes: nàm quivis poſſet facere oriri novam cauſam, & impunè alium offendere, non obſtante promiſſione, quod eſſet maximè inconveniens. Ideò in pluribus Italiæ partibus, ut ſcribit *Caballus*, (30), per Statuta Locorum ordinatur, ut ad evitandas huiuſmodi fraudes, quas poſſunt committere hujuſmodi offendentes poſt factam pacem &c., iſti nequeant allegare novam cauſam offenſionis, ſed pœnas conventionales ſubeant fractæ pacis; & in Statu Eccleſiaſtico adſunt duæ Conſtitutiones, una eſt *Pij Quarti*, quæ eſt 128. in ordine, alia verò *B. Pij Quinti* in ordine 10, in quibus abſolutè prohibetur allegatio novæ cauſæ in offenſione, factâ poſt pacem, aut cautionem datam de non offendendo, quę Conſtitutiones firmiter obſervantur. Quià verò videtur eſſe contrà rationem, quòd, qui habuit realem, & veram cauſam reoffendendi, ipſam nequeat allegare, ideò tales Conſtitutiones admittunt, ut docet *Farinacius*, (31), duos caſus, in quibus nova cauſa poteſt allegari. Primus eſt, quandò ex ventre proceſſus informativi apparet de tali cauſâ. Alius eſt, quandò quis ſe exhibet probare novam cauſam, dependentem à neceſſariâ defenſione: at in hoc ſecundo caſu allegatio ſuſtinetur, ſi offenſio fuerit facta incontinentì, & in ipſo actu defenſionis: ſecus eſt, ſi ex intervallo; nàm, qui offenſus ex intervallo ſe vindicat, non poteſt effugere pęnam conventionalem violatæ pacis, ut firmat *Raynaldus* (32).

## Probatio.

### S V M M A R I V M.

17 *Homicidium proditorium includit appenſatum.*
*Qualitas proditionis probanda à Fiſco.*
18 *Reus probare debet homicidium factum eſſe ex novâ cauſâ, ſi illud ſecutum eſt poſt reconciliationem.*
*Nova cauſa, ſaltèm ſemiplenè probata, ſalvat ab homicidio proditorio.*
19 *Amicitia probanda per duos Teſtes.*
*Opinio Maſcardi impugnata.*
20 *Ut probetur amicitia, Teſtes debent deponere de dictis, & factis, ex quibus colligitur amicitia.*
21 *Quæ ſint ſigna amicitiæ inter eos, inter quos nulla præceſſit inimicitia.*
22 *Signa amicitiæ poſt reconciliationem æquivoca, aut ſimulata.*
*Homicidium proditorium non eſt poſt ſigna amicitiæ æquivoca; ſed eſt poſt ſimulata.*
23 *Homicidium fuiſſe commiſſum proditoriè probatur per argumenta probabilia.*

17 QUià qualitas proditionis ſpecificè diſtinguit *homicidium appenſatum* ſimplex ab *homicidio proditorio*, quià, ut optimè ratiocinatur *Menochius* (33), hoc includit illud, (quià, qui *proditoriè* occidit, animo deliberato occidit) & inſuper addit qualitatem *proditionis*, quæ, ut viſum eſt, importat ſimulationem amicitiæ, ut ſub ejus colore homicida inimicum faciliùs perdat; & quià etiam qualitas talis aggravat *proditorium* præ *homicidio appenſato* ſimplici, ut infrà oſtendemus hinc eſt, quòd ex vulgatis juribus, Accuſatori, ſeu Fiſco incumbit hanc qualitatem probare; & probatio conſiſtit in hoc, nempè, quòd *Cajus Sejum* occidit appenſatè, & hoc ſub ſimulatione amicitiæ.

18 Verum eſt, quòd, ſi Reus allegat novam cauſam inimicitiæ poſt factam pacem, treugam, aut promiſſionem de non offendendo (ob quam cauſam ipſe effugit notam *proditionis*), non incumbit Fiſco probare qualitatem *proditionis*; quià, ex quo probavit pacem &c. anteà initam, probato homicidio, præſumptivè probata remanet qualitas *proditionis*, & Reo incumbit probare novam cauſam, ob quam offendit. Et ratio eſt, quià factum non præſumitur, niſi probatur ex vulgatis juribus, undè ad Reum ſpectat hoc novum factum probare, ob quod deliquit offendédo. Quòd, ſi ex proceſſu liquidò non apparet, àn ex antiquâ, àn ex novâ cauſâ homicidium proceſſerit, vult *Caballus* (34), quòd Judex arbitrari debet, quòd homicidium proceſſerit ex novâ cauſâ. Ego verò in oppoſitâ ſum ſententiâ; & ratio eſt, quià Fiſcus, probatâ pace, & morte ſecutâ, habet intentionem fundatam, quòd Reus ex antiquâ cauſâ deliquerit; ſequitur ergò, quòd, ſi Reus vult evadere reatum *proditionis*, debet novam cauſam probare, quam ſi non probat, damnandus eſt. Hoc autem verum eſt, quandò Reus novam cauſam neque ſemiplenè probet, ſed jura Fiſci, & Rei in proceſſu remanent æquè confuſa. Sed, ſi novam cauſam ſemiplenè ſaltèm probet, evadit reatum proditionis, ut tradunt *Alexander*, *Cornens*, & *Moronus*. (35)

19 Amicitia porrò probatur per duos Teſtes, ut docuit *Baldus* (36), Sed quid deponere debent iſti Teſtes? Reſpondet *Maſcardus* (37), citans Angelum, quòd debent deponere, quòd idem velle, & idem nolle ſit in iis inter quos probare intendunt amicitiam. Sed hoc mihi durum videtur, ſiquidèm nolle, & velle ſunt motus animi, in corde latẽtes, dè quibus nequeunt deponere Teſtes, qui teſtificari de iis tantùm poſſũt, & debent, quę cadunt ſub ſẽſu (38), Quòd, ſi dicatur, idẽ nolle, & idẽ velle colligi ex actu, in quo conveniunt amici; reſpondeo, hoc eſſe aliquandò ſignum æquivocum, quandòquidem quis aliquandò,

(26) *Bart. in l. Aut facta. §. Cauſas. ff. de Pœn. Bald. in cap. 1. nu. 2. ℣. Sed nunquid. de Pac. tenen. Caſtren. in l. Qui ſervum. 96. nu. 3. de Verb. oblig.*
(27) *Corn. Conſ. 51. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. & Conſ. 167. nu. 5. & ſeqq. lib. 3. Felin. in cap. 3. n. 3. & 4. ℣. Et non dicitur de Jureju.*
(28) *Roman. Alex. Marſil. Franc. Hercul. & Moron. apud Caball. Reſol. 101. n. 27.*
(29) *Cephal. Conſ. 35. dub. 1. lib. 1. Clar. Quæſt. 47. ℣. Quæro nunc.*
(30) *Caball. Cent. 2. Reſolut. 101. num. final.*
(31) *Farinac. Quæſt. 107. n. 507. apud Conciol. Crim. Reſol. 4. ℣. Pax. n. 15.*
(32) *Raynal. Tom. p. cap. 8. §. 3. n. 4.*
(33) *Menochi. de Arbitr. Iudic. lib. 2. Cent. 4. Caſ. 361. nu. 25. & 26.*
(34) *Caball. Cent. 2. Reſol. 101. n. 20.*
(35) *Alex. Conſ. 115. n. 15. lib. 4. Corne. Conſ. 44. ſub. n. 12. ℣. Et licet. lib. 4. Moron. Tract. de Fid. treug. & pace. Quæſt. 113. n. 3.*
(36) *Bald. in l. Errore. col. 1. in fin. ℣. Item amicitia. C. de Teſti.*
(37) *Maſcard. Concl. 85. n. 1. & ibi Angel. in Auth. de Monach. §. Cogitandum.*
(38) *Farinac. Quæſt. 70. n. 148. Bict. Quæſt. 50. nu. 12.*

Digitized by Google

quandò, ut amicò morem gerat, operatur, quòd amicus vult, aut non vult, cum hoc tamen, quòd voluntas ipſius cum voluntate alterius non concordat.

20. Dico ergò, quòd deponere debent de iis factis, ex quibus regulariter arguitur amicitia; & Judicis munus eſt decernere, ȧn ex illis in caſu particulari, de quo agitur, coniectari potuit talis amicitia, ut ſub illius pallio decipi potuit ille, qui ab amico ſimulato proditus eſt. Et hìc advertendum, quòd non agimus de probandâ amicitiâ reali, & verâ, ſed de probandis indiciis, & ſignis, quæ regulariter arguunt amicitiam veram; nàm, ut crimen proditionis ſubſiſtat, oportet, quòd talia ſigna intervenerint, ut ſub illis proditus pronunciari poſſit is, qui ab amico ſimulato interfectus fuit.

21 Diximus ſuprà *num*. 5. *&* 8. de quibuſdam ſignis amicitiæ præſumptæ, ut ſalutatio &c. quæ videri poſſunt citato *num*. 8. Tamen diſtinguenda res eſt, puta, de amicitiâ, quæ colligitur ex dictis ſignis inter eos, inter quos nulla militavit offenſio, aut iniuria, & de eâ, quæ ſupponitur intercesſiſſe poſt reconciliationem ſequutam ex præcedenti inimicitiâ. Si loquamur de primâ, certum eſt, quòd amicitia colligitur ex mutuâ ſalutatione; confabulatione; aſſociatione in itineribus, negotiis, officiis; convictu; hoſpitatione in propriâ domo; frequentatione; & multò magis ex communicatione ſecretorum; commendatione domeſticorum negotiorum in caſu abſentię; mutatione pecuniæ; commodatione rei mobilis; fidejuſſione in negotio civili, aut criminali, & centum hujuſmodi, quæ non ſolent ab hominibus præſtari, niſi iis, qui amici ſunt. Verum eſt, quòd nonnulla ex iis, ut puta, ſalutatio, fortuita ſocietas in itinere &c. quæ communiter gratiâ humanitatis, ac civilis converſationis fiunt, arguunt potiùs illam communem benevolentiam, quæ fundatur in vitâ ſociali, ac politicâ, quàm ſpecialem animi inclinationem, ac benevolentiam, quæ aut amicitia formaliter eſt, aut eſt amicitiæ fundamentum.

22 Sed ſi loquamur de ſecundâ, adhùc puto diſtinguendum, puta, ȧn prædicta ſigna præſtita ſint ab eo (qui injuriam accepit, aut poſt inimicitiam reconciliatus eſt) ex ſpontaneâ voluntate, ȧn potiùs ex civili decentiâ, aut urbanitate. Explico. *Cajus* offenſus eſt à *Titio*, qui ſcit, illum eſſe conſcium iniuriæ, ſibi illatæ, puta, quòd ejus uxoris, aut alterius ſuæ coniunctæ pudicitiam maculavit: ſivè *Cajus* reconciliatus eſt cum *Titio* poſt rixam, inter eos habitam. *Cajus* ex poſt ambulans per urbem ſimul cum *Sejo*, qui eſt amicus communis amborum, ſibi obviantem *Titium* ſalutat; cum eo loquitur; confabulatur; ac eum in ſui ſocietatem admittit &c. nullo dato exteriori ſigno rancoris, aut odii &c. ex illis ſignis probatis remanet nè probata amicitia inter *Cajum*, & *Titium*, itȧ ut, ſi ex poſt ille hunc occidit, poſſit concludi *proditoriè* occidiſſe? Minimè. Ratio eſt, quià illa ſigna amicitiæ ſunt æquivoca; & dicendum eſt, *Cajum* illa dediſſe potiùs ex civili urbanitate, quàm quòd *Titius* illius amicus ex his coniici poſſit; quià illa præſtitit contemplatione *Seij* potiùs, & nè incivilis haberetur, quàm quòd æquo animo ergȧ *Titium* ſe haberet. Si verò *Cajus* ea præſtet ex ſe, puta, ſolitarium *Titium* inveniens, cum ſalutat; alloquitur; confabulatur; corridet; cum aſſociat in itinere, cauponâ, ludo, &c. ejus domum frequentat; loquitur ad aures &c. profectò ex his probatur amicitia ſimulata, ex quâ homicidium, quod ſequitur, jure pronunciari poteſt proditorium. Et ratio eſt, quià talia ſigna non ſunt ampliùs ęquivoca, & probantur, prodiiſſe ex animo amico, & pacifico ergȧ alium.

23 At quomodò probandum eſt, talia ſigna interveniſſe? Dico, quòd probandum eſt concludenter per Teſtes integros. Ratio eſt, quià, quàmvis ea ſint fundamentum *proditionis*, non tamen ſunt difficilis probationis; proindè enim faciliter probari poſſunt, quià in conſpectu omnium ſolent publicè fieri, cùm nihil in ſe contineant turpitudinis. Sed quòd talia ſigna fuerint fundamentum *proditionis*, puta, quòd *Cajus* uſus ſit illis, ut *Titium* incautum deciperent; ac ex iis *Titius* deceptus ſibi non caverit à *Cajo*, hoc eſt difficilis probationis, quià hoc eſt quid latens animo; undè ſufficit, quòd probabilibus argumentis probatum remaneat. Ratio eſt, quià communiter ſcribentes volunt, quòd in *Aſſaſſinio* contineatur *proditio*, (licèt hoc ſuprà minimè admiſerimus) ſicut ergò ex Textu (39) habemus, quòd in probatione *Aſſaſſinii* Judex debet eſſe contentus *probabilibus argumentis*, hoc idem, ex communi Doctorum ſententiâ, concludendum eſt de *proditione*.

## Pęnæ.

*SVMMARIUM.*

24 *Crimen proditionis graviſſimum.*
*Obligatio ſervandi datam fidem eſt maxima.*
*Etiam hoſti data fides ſervanda eſt.*
*Fides reciproca inter homines eſt fundamentum humanæ ſocietatis.*
*Frangens fidem, violat jus gentium.*

25 *Homicida proditoriè mulctandus ultimo ſupplicio qualificato.*

26 *Vir Nobilis non poteſt ad furcas damnari.*
*Prò homicidio proditorio, etiam Nobiles ſuſpẽdi debẽt.*
*Proditores Patriæ, etiã ſi Nobiles ſint, ſuſpenduntur.*
*Si capi non poſſunt, ſuſpenduntur eorum ſtatuæ.*
*Inſignia gentilitia proditorum Patriæ tolluntur.*

27 *Proditor eſt inteſtabilis, & exhæredatus à Patre, nequit movere querelam de inofficioſo.*

28 *Nobilis, provocatus ad duellum à Nobili, qui fuit proditor, non tenetur lege equeſtri acceptare duellum, & quarè.*

29 *Pœnas homicidii proditorij incurrunt ſocij criminis, ut principalis.*

30 *Homicida proditoriè privatur immunitate Eccleſiaſticâ.*

31 *Pœna Clerici homicidæ proditoriè deſumenda à pœnis aſſaſſinij.*
*Traditio Clerici brachio ſæculari non habet locum in hoc caſu.*

32 *Quò ad Regulares nulla habetur ſpecialis diſpoſitio.*
*Advertenda à Judice circà probationem ſimulatæ amicitiæ inter Clauſtrales.*
*Judicare de valore indiciorum eſt arbitrarium Judici.*

24 P*Roditionis* crimen ſuper omnia, quæ contrà proximum committi poſſunt, graviſſimum eſſe, ex hoc potiſſimum colligitur, quòd nempè ipſum eſt, quod rumpit vinculum humanæ ſocietatis, ac eradicat fundamentum vitæ civilis. Siquidèm nulla major obligatio ergȧ proximum eſt, quàm illi fidem ſervandi,

 argu-

(39) *text. in cap. Pro humani. de Homicid. in 6.*

Digitized by Google

argumento eorum, quæ in jure (40) dicuntur; etiam ſi fides hoſti data ſit. (41) Nàmque, prout habet *Satyricus* (42), in tantùm à vitâ ſolitariâ ad ſocialem congregati ſunt homines,

*Tutos vicino limine ſomnos*

*Ut collata daret fiducia*, ſcilicèt, ut datâ reciprocâ inter ſe fide ſe invicem tuendi, ac ſibi auxiliandi, homines fruerentur quiete ſecurâ, ac commodo ſocietatis, ſtabilito ſuper promiſsâ ad invicèm fide. Sequitur igitur, quòd, ſi homo promiſſam fidem ſubducit; imò ſub illius ſpecie alteri nocet, ipſum proditoriè offendendo, ſubruit humani conſortii fundamentum, humanamque Rempublicam funditùs ſubvertit, ac jus gentium violat, ut optimè adnotavit *Bartolus*. (43) Et ex his ſequitur graviſſimum, ac exitioſiſſimum eſſe crimen *proditionis*,

25 Correſpondenter ad gravitatem criminis, ſancitæ ſunt pœnæ contrà *proditores*. Committens enim *homicidium proditorium* extremo ſupplicio afficitur; & hoc non ſimpliciter, ſed qualificatè, puta, aut raptando per caudam equi ad furcas; aut manum amputando; aut candentibus forcipibus torquendo antè mortem: aut poſt eam in fruſtâ cadaver ſecando; ſeu in patibulo inſepultum relinquendo; aut comburendo, juxtà gravitatem *proditionis*, ac Statuta locorum. Antiquitùs autem pena hujus criminis erat quadrigarum in quatuor oppoſitas partes diſtractio; ità ut Reus, manibus, ac pedibus ſingulis ligatus ſingulis quadrigis, & his in quatuor oppoſitas partes citatis, ille in quatuor partes vivus diſcerpebatur, cujus ſupplicii primus inventor fuit *Tullus Hoſtilius Tertius Romanorum Rex* contrà proditorem *Metium Sufetium Albanorum Ducem*, de quo *Virgilius* cecinit. (c)

*Haud procul inde cita Metium in diverſa quadrigæ*
*Diſtulerant (at tu dictis Albane maneres,*
*Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus.*

Hancque penam quibuſdam in locis adhuc uſitatam ex *Gribaldo* ſcribit *Caballus*. (d) At puto, hoc accipi debere de *proditore* Patriæ, non verò de *proditione in homicidio* privato.

26 Et quàmvis vir Nobilis, delinquens regulariter, non poſſit ad furcas damnari, ut jura (44) volunt, tamen docuit *Baldus*, quòd prò *proditione* etiam Nobiles furcâ ſuſpendantur. (45) Hoc tamen dictum *Baldi* limitandum, puto, ad proditionem, quæ committitur contrà Principem, aut Patriam, nòn extendi autem ad homicidium privatum; ſic enim conſuetudo obtinuit Et plura habemus exempla Nobilium, qui tùm in *Germaniâ*, tùm in *Galliâ* fuerunt capite truncati, quàmvis de proditione ergà Principem convicti. Mortem autem per furcas, Nobilibus datam, non videmus, niſi in ſtatibus Rerumpublicarum, ut *Veneta*, ac *Genuen.*, & hoc ob proditionem Patriæ. Et ibidem etiam practicatur, quòd ex *Jaſone*, & *Laudenſi* docet *Decianus* (46), nempè quòd, ſi tales *proditores* ſunt abſentes, effigies eorum ſuſpenduntur cum epigraphe *proditionis*; &, aliis citatis, (47) ſcribit, quòd arma, ac inſignia *proditorum* hujuſmodi delentur; fortè, nè tanti criminis memoria poſteris refricetur. Sed hæc potiùs ſpectant ad crimen læſæ Majeſtatis.

27 Pariter non poteſt *proditor* condere teſtamentum, neque condemnato de *proditione* poteſt reſervari factio teſtamenti, ut poſt *Gloſſam* quandam (48) docet *Baldus*, Itèmque poteſt à Patre exhæredari, ut ex *Iſerniâ* probat *Gigas* (49), & ſi in ſuo teſtamento prætereatur à Patre, non poteſt rumpere teſtamentum paternum ex querelâ inofficioſi; nàm, licèt naturaliter *proditor* vivat, cenſetur tamen civiliter mortuus, ut tradunt *Bartolus*, & *Afflictus*. (50)

28 Singulare autem, & valdè notabile eſt, quòd *homicida proditor*, quàmvis Nobilis ſit, ſi alium Nobilem diffidet ad duellum, poteſt legitimè ab hoc refutari abſquè eo, quòd in foro equeſtri, juxtà mundanas monomachiæ leges, refutans duellum incurrat ullam notam puſillanimitatis, (eſſer ſtimato codardo) ob quam à cætu generoſorum Nobilium arceatur; & hoc docet *Decianus* (51), citans *Paridem de Puteo*, *Alciatum*, & *Gigantem*, Ratio autem eſſe poteſt, quià *homicida proditor* redditur infamis de jure, & de facto, non tenetur autem in foro equeſtri vir Nobilis, ac famæ integre, diſſidatus ad duellum, armis congredi cum homine infami.

29 Supradictas porrò pœnas incurrit non ſolùm Reus principalis *homicidii proditorij*, ſed etiam ſocius criminis; ità ut, ſi ex diſpoſitione Statuti aliqua mors qualificata ſancita ſit prò Reo principali, eadem prorſùs debetur prò ſocio criminis, ut argumento quorundam jurium ſcribunt *Gomez*, & *Plaza* (52), & optima eſt ratio, quam ad hoc adducit *Caballus* (53), illos referens, & eſt, quià ex auxilio, & favore ſocii principalis effectus eſt audacior, & fortè ſinè eo tantum ſcelus non perpetraſſet; undè, cùm aſſiſtentia ſocii habeat verum influxum in delicto, hic venit æqualiter puniendus ut principalis.

30 *Homicida* porrò *proditoriè* privatur Immunitate Eccleſiaſticâ, non ſolùm juxtà antiqua jura, de quibus teſtatur *Clarus* (54), ſed etiam juxtà poſteriorem *Bullæ Gregorij XIV*, de quâ ſcribit *Theſaurus*. (55) Et circà probationem delicti ad videndum, àn Reus hujuſmodi, qui confugit ad Eccleſiam, gaudere debeat, nec nè, Immunitate Eccleſiaſticâ, Epiſcopi, ad quos ſpectat de hoc ferre ſententiam, debent eſſe contenti probabilibus argumentis, ob rationes, quas ſuperiori paragrapho *num. 36. & ſeqq.* ponderandas propoſuimus, cum hoc crimen cum delicto *Aſſaſſiny* totaliter ſit aſſine, ut aliàs dictum eſt.

31 Quò

(40) *arg. l. 1. init. ff. de Pact. l. 1. in princip. ff. de Conſt. pecu. l. 1 §. Meritò. ff. Depoſit.*

(41) *arg. l. Conventionum. ff. de Pact.*

(42) *Juvenal. Satyr. 15. V. 155.*

(43) *Bart. ad l. 1. ff. Ad leg. Jul. majeſt.*

(c) *Virgil. Aeneid. lib. 8.*

(d) *Caball. de hon. n gen. homic. nu. 414. V. Quæ pœna. & ibi. Gribal. Tit. de Prodit. homicid. n. 12. & 13.*

(44) *arg. l. Capitalium. §. 1. & §. Servi. & §. Solent. ff. de Pen. Bart. in l. Deſertorem. ff. de Re milit.*

(45) *Bald. in cap. Cum quidam. Extra. de Jureiu.*

(46) *Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 31. num. 15. & ibi Jaſ. in l. Si quis i. l. ff. de Juriſ. omn. Judi. Lauden. de Crim. læſ. majeſt. Quæſt. 26.*

(47) *Bart. Martin. Lauden. Afflict. Gigan. Jaſ. & Gomez apud Decian. loc. cit. nu. 14.*

(48) *Gloſſ. in l. Et militibus. ubi Bald. C. de Teſt. milit. arg. l. Ex militari. init. ff. eo. tit.*

(49) *Giga. Tit. de Proditor. Quæſt. 3. & ibi Iſern. in cap. 1. §. Præterea ſi vaſall. Col. 3. V. Audivi. Tit. Quæ fu. pri. cau. &c.*

(50) *Bart. in l. Hac edictali. C. de Secund. nupt. Afflict. in cap. 1. §. Et bona committent. nu. 32. Tit. quæ ſint Regal.*

(51) *Decian. lib. 7. cap. 31. nu. 11. & ibi Pari. de Pute. Tract. de Re milit. Tit. Quand. provoca. ad pu. Alciat. Tr. de Duell. Tit. quæ except. repell. provoc. Giga. Tit. de Prodit. Quæſt. 4.*

(52) *arg. l. Nihil. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. l. Is qui opem. ff. de Furt. l. Utrum. ff. Ad leg. Corn. de Parrici. Gomez Tit. de Homic. nu. 6. V. Item etiam. Plaza Epit. delict. cap. 21. nu. 14. V. Rursùs.*

(53) *Caball. de Omn. gen. homicid. n. 412.*

(54) *Clar. §. Homicidium. V. Proditorie verò. n. 10. & Quæſt. 32. nu. 11. V. Scias tamen.*

(55) *Theſaur. de Pœn. Part. 2. V. Immunitas. cap 1. V. limita hanc.*

Digitized by Google

31 Quò ad pœnas Clericorum, qui hujus ſceleris ſunt Rei, nihil peculiare invenio in antiquo, ac novo Eccleſiaſtico jure; ſed illæ, quæ prò *Aſſaſſinio* ſancitæ ſunt, de quibus ſuo loco diximus, quadrant in hoc caſu. Sed quò ad traditionem Clerici in manus Judicis Laici, non puto hanc prò hoc crimine deberi. Si quidèm talis pœna debetur tantùm in crimine *Aſſaſſinii*, in quo intervenit pactio pecuniaria, prò vitâ hominis tollendâ, quod horribiliſſimum eſt, & quod, ultrà alias, tali pœnâ vindicatur. In *homicidio* autem *proditorio*, quàmvis militet eadem ratio, (puta, quòd homo incautus occidatur) ſicut in *aſſaſſinio*, tamen non militat pactio pecuniaria, ſed alia qualitas, puta, oſtenſio ſimulatæ amicitiæ; quæ licèt, ut suprà dictum eſt, ſit qualitas exitioſiſſima humanæ ſocietati, non tamen ob eam reperitur ſancita traditio Clerici Curiæ ſæculari, quæ ſancita eſt prò *aſſaſſinio*: non debet autem fieri extenſio pœnarum de caſu ad caſum, ex vulgatis juribus; proindè concludendum, quòd prò *homicidio proditorio*, ſuâ manu facto, & nullâ interveniente pretii pactione, Clericus relaxari non debet Judici Laico.

32 Quantùm ad Regulares ſpectandæ ſunt, ut in aliis delictis, municipales eorum leges, de quibus tamen puto, quòd nulla ſpetialis habeatur, ſicut nullam habemus nos Minores de Obſervantiâ, quapròpter, in facti contingentiâ Regularis judicandus erit per leges communes Eccleſiaſticas. Hoc uno monitum volo Judicem Regularem quò ad probandum ſimulatam amicitiam inter Regulares, (quæ, ut dictum fuit, eſt fundamentum qualitatis homicidii proditorii) non ſufficiunt ea indicia, quæ ſufficiunt prò Reo ſæculari, ut allocutio, ſalutatio; confabulatio; comenſalitas; ſocietas in itinere &c. Ratio eſt, quià omnia hæc ſunt Regularibus commorantibus in eodem Clauſtro communia, & quæ Regularis ſingulis aliis præſtat, quàmvis ergà eos non æquo animo ſit. Oportet igitur, quòd, ad probandam ſimulatam amicitiam Rei cum occiſo, probentur urgentiora indicia fictæ amicitiæ, ſub quâ ſecuta ſit proditoria mors; & quænàm ſint illa, arbitrarium eſt judicare Judici Regulari. juxtà circumſtantias facti, locorum, conſuetudinis &c. ſicut arbitrariũ Judici cuivis eſt judicare de valore quorumvis indiciorum. (56)

## §. VIII.

## Parricidium.

*SUMMARIUM.*

1 *Parricidium, latiſſimè acceptum, quid importet.*
*Parricidij etymologia juxtà Priſcianum.*
*Lex Numæ Romanorum Regis.*
2 *Impugnatur dictum Priſciani.*
*Vera etymologia nominis* parricidii.
*Non minùs debemus Patriæ, quàm parentibus.*
*Perdens Patriam parricida dicitur.*
*Occidens Magiſtratum, Patriæ vocatur parricida.*
*Occidens patriotam poteſt appellari parricida.*
3 *Parricidium, latè acceptum, quid ſignificet.*
4 *Acceptio propria paricidij quid importet.*
*Ejus diffinitio.*
*Ira excuſat á parricidio.*
*Homo iratus non eſt in plenitudine intellectus.*
*Ira in quovis delicto excuſat á pœnâ ordinariâ.*
5 *Propria defenſio excuſat à parricidio.*
*Parricida non eſt filius, occidens Patrem prò defenſione Matris.*
6 *Si Patrem inveniret concumbentem cùm uxore ſuâ, poſſet filius incontinentì eum occidere, ſinè notâ parricidij.*
*Jure Mariti poteſt homo adulterum ſuæ uxoris occidere.*
*Ordine naturæ homo magìs diligit uxorem, quàm Patrem.*
7 *Si Patrem, qui adulteravit Nurum, perſeverat in adulterio, poteſt ſinè parricidio occidi à filio, quàmvis non incontinentì.*
*Eadem ratio parricidij in Patre, occidente filium, & vice verſâ.*
*Non punitur pœnâ parricidij Pater, qui occidat filium, adulterantem Novercam.*
*Ob metum inevitabilis ſtupri futuri, minans ſtuprum poteſt occidi.*
*Virginis exemplum.*
8 *Quandò nàm filius occidens Patrem evadat pœnam parrricidij, propriè dicti.*
9 *Una ex cauſis, ob quas Pater poteſt filium exheredare, ſi inducit inimicitiam inter Patrem, & filium, excludit pœnam parricidij.*
10 *Pater, venenans filium in Carcere, damnatum ad mortem, & vice verſâ, non ſubit pœnas parricidij.*
11 *Cædes quid ſit.*
*Infans etiam venit nomine hominis.*
*Parentes, qui proprios infantes occidunt, ſunt parricidæ.*
*Patria poteſtas non in atrocitate, ſed in pietate debet conſiſtere.*
12 *Fœtus humanus in ventre Matris, in favorabilibus habetur prò homine.*
*In odioſis fœtus, nondùm natus, non habetur prò homine.*
13 *Mortem infanti inferre Mater poteſt poſitivè, & negativè, & quomodò.*
14 *Continuatur materia.*
*Ab homicidio immunis non eſt, qui dat cauſam mortis homini ob negligentiam Rei, illi debitæ.*
*Strictè parricidium non committit Mater, quæ nato infanti non præſtat, quæ præſtare debet, ob quod infans moritur.*
*Parentes, qui ſuos infantes exponunt feris, ſunt crudeliores.*
*Quotupliciter poſſint delinquere Matres, exponentes infantes.*
*Honor, & fama vitæ antefertur.*
*Quibus pœnis teneatur Mater, exponens infantẽ ſuum.*
15 *Infanticidium quomodò aggravetur, aut allevietur.*
16 *Quomodò Mater in infanticidio committeret etiam aſſaſſinium.*
17 *Continuatur materia.*

---

(56) *Bart. in l. final. nu. 5. ff. de Quæſt. Simanc. de Hæret. cap. 63. n. 8. Corn. Brun. Salycet. & alii apud Clar. Q. 64 V. Dixi quoque.*

Digitized by Google

18 *Cognatio generaliter accepta quid ſignificet.*
*Affinitas quomodò contrahatur.*
*Cognatio ſpiritualis, quæ ſit.*
*Cognatio legalis quomodò contrahatur.*
19 *Cognati naturaliter, qui Dicantur.*
20 *In parricidio requiritur cognatio naturalis.*
21 *Filius natus ex quovis coitu, etiam illicito, ſi occidit Patrem, eſt verè parricida.*
*Si Pater exponit filium, & hic occidat Patrem, non incurrit paricidij pœnas.*
*Pater exponens filium amittit jus patriæ poteſtatis.*
22 *Occidens Patrem ſpiritualem non eſt parricida.*
*Pater ſpiritualis magìs diligendus, quàm carnalis.*
*Parricidium punitur ob iniuriam factam naturæ.*
23 *Occidens Patrem ſuum adoptivum non eſt parricida.*
*Filius ex adoptione, ſeù arrogatione, eſt filius fictus a jure.*
24 *Occidens agnatum, aut affinem quemvis, tenetur lege Corneliâ de Sicarijs.*
25 *Parricidium verum committitur ſolummodò in coniunctum in lineâ rectâ, aſcendenti, aut deſcendenti.*
26 *Omnes aſcendentes in lineâ rectâ vocantur Parentes, & deſcendentes dicuntur filij.*
27 *Homicidium Fratrum, Sororum &c. in lineâ tranſverſali, non eſt parricidium.*
*Homicidium Fratris, & Sororis ſpecialem habet gravitatem, & eſt puniendum morte qualificatâ.*
*Fratrem chariorem habendum, quàm uxorem, voluit Sophocles.*
28 *Gravius parricidium eſt Filij occidentis Patrem, quàm è contra, & quarè.*
29 *Matricidium eſt gravius patricidio.*
*Probatio filiationis reſpectu Patris, neceſſariò concludens, non poteſt dari.*
*Probatio filiationis, quomodò fiat reſpectu Patris.*
*Maternitas de directo poteſt probari, & quomodò.*
30 *Quomodò poſſet probari concludenter paternitas.*
31 *Probatâ directè paternitate, adhùc gravius eſt matricidium patricidio.*
32 *In generatione, & educatione prolis, plùs operatur Mater, quàm Pater.*
33 *Major eſt obligatio filij ergà Matrem, quàm ergà Patrem.*
*Matres, etiam inter bruta, plùs diligunt filios ſuos, quàm Patres.*

1 POſtquam de homicidii atrocitate, attentâ formâ illud patrandi, hùcuſque dictum eſt, ſupereſt dicendum de ejuſdem gravitate reſpectu ſubiecti, in quo committitur; & circà hoc venit examinandum *Parricidiū*. Nomen hoc latiſſimum, latum, & proprium ſignificatum admittit: Latiſſimum quidèm importat univerſaliter quodvis homicidium. Nàm, ut ex *Priſciano* advertit *Decianus*, (1) *Paricidium* ex vi nominis importat *paris cædem*; & cùm homo naturaliter cuivis alteri homini par ſit, ſequitur, quòd omne homicidium *Parricidium* jure vocari poſſit. Proindè à *Feſto* (2) refertur lex *Numæ ſecundi Romanorum Regis*, quæ ſic habet. *Si quis hominē liberum dolo ſciens morti ducit, Parricida eſto.*

2 Sed doctiſſimi *Priſciani* pace, frigidam nimis eſſe, patet, *Parricidij* etymologiam deductam à *paris cæde*; nàm tunc debuiſſet ſcribi per ſimplex *R*, dicendo *Paricidium*, nulla enim duplicandi eam literam urgebat ratio. Dùm igitur ſemper ſcriptum reperitur per duplex *R*, convincitur, quòd tale nomen derivatur à *cæde Patris*, *Parentis*, aut *Patriotæ*, ut proindè dici debuiſſet *Patricidium*; *Parenticidium*; aut *Patrioticidium*, ſed ad facilitatem pronunciationis abbreviata ſit dictio, & loco *T*, & *R*, poſitum ſit duplex *R*. Et quidèm de *Patre*, & *Parentibus* evidens eſt deductio: de *Patriotâ* autem (quod nomen eſt fortè minimè reperibile apud antiquos probatæ notæ auctores, tamen optimè dici poſſe latinè, leges patronimicorum oſtendunt; nec omnia nomina, etiam latinæ puritatis, ſcripta reperiuntur) comprobatur ex hoc, quòd *Patria* æquali cum *Patre*, ac *Parentibus* exiſtimatione cenſenda eſt; nàm, non minùs debemus *Patriæ*, quàm Parentibus, (3) & qui *Patriam* perdit, Parricidium committere dicitur à *Tullio*, (4) in pluribus locis; & qui *Patriæ* Magiſtratum occidit, *Parricida* ab Auctoribus (5) vocatur. Sequitur proindè, quòd *Patriota*, nempè ejuſdem *Patriæ* civis, ſpeciali vinculo dilectionis cuilibet copulari debet, proindè, qui illud violat, Patriotam occidendo, tanquàm *Patriæ* iniurius *Parricida*, jure merito, vocandus ſit. Et huic dicto concordat citata lex *Numæ*, quæ ait, *hominem liberum* occiderit, puta, Romanum civem; nàm exteros, bello captos, quàmvis Romæ degentes, quià ſervi erant, occidere *parricidium* non erat; quià communis *Patriâ* jure non gaudebant; quod tamen cum libertate, ac civilitate, quàmvis alibi natis conferebatur.

3 Lato ſignificato *Parricidium* importat cædem cujuſvis, ſanguine, aut affinitate conjuncti, ut fratris, ſororis, patruelis, avumculi, amitæ, materteræ, conſobrini, privigni, ſocrus &c. ut habetur in Textu, (6) & communiter dicunt Doctores.

4 Strictâ autem, & propriâ acceptione ſignificat cædem hominis, ſanguine coniuncti, in lineâ rectâ aſcendenti, aut deſcendenti, & poteſt ità commodè diffiniri. *Parricidium eſt doloſa cædes hominis, naturali cognatione coniuncti, in lineâ rectâ aſcendenti, aut deſcendenti.* Dicitur primò *doloſa cædes*; nàm, ut ex Textu (7) habetur, requiritur ad hoc crimen, ut malo dolo peractum ſit. Proindè, ſi Pater, ultrà modum, verberibus coerceat filium, & hic excandeſcens, vel ut ſe defendat à Patre, Patrem interficit, non tenetur crimine *Paricidij*; ratio eſt, quià dolus excluditur ab irâ, quià homo iratus non eſt in plenitudine intellectus, (8) & ut dicunt Doctores, (9) ira eſt conturbatio animi concitati, quæ diſcurſum impedit, undè etiam in *Parricidio*, ſicut & in quovis alio delicto excuſat à pœnâ ordinariâ, quià excludit dolum. (10)

5 Pariter filius, ſe defendens à Patre iniuſtè, percucutiente, excuſari debet à *parricidio*, ſi eum occidat. Ratio eſt, quià lex naturæ, de ſe defendendo, altioris eſt gradus, quàm ſit naturalis, ac Divina lex de honorando Patre; *& juxtà Gloſs. in l. Minimè V. Occiderit ff. de Relig. & ſumptib. fune. lex defenſionis propria hoc permittit.*

Et

(1) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 5. n. 1.*
(2) *Feſt. lib. 14. V. Parricidii Quæſtor.*
(3) *arg. l. Veluti. ff. de Juſt. & jur.*
(4) *Cicer. in Philip. 2. 4. & 11. Decian. lib. 9. cap. 5. n. 4.*
(5) *Corn. in l. Si non convicii. C. de Iniur. Bald. in l. ult. C. de Incol. Carrer. Pract. crim. §. Homicid.*
(6) *text. in l. 1. ff. Ad leg. Pompei de parric. §. Alia deindè lex. 6. Inſt. de Publ. iudic. Carpz. Par. 1. Q. 8. nu. 24.*
(7) *text. in l. 1. ff. Ad leg. Pompei de Parrici. l. un. C. de Iis qui parent. occi. §. Alia quoque. Inſt. de Publ. judic.*
(8) *Bald. in cap. 1. in fin. de Pace iuram. firman. Zacchi. Q. Q. Medicolegal. lib. 16. 2. Tit. 1. Q. 6. n. 14. & 15.*
(9) *D.D. in cap. Ira. de Pæn. Diſt. 3. Alberic. Dict. V. Ira hominis. Pereyr. Elucid. iur. lib. 1. Elucid. 6. Sect. 5. n. 114.*
(10) *Raynald. Tom. 1. cap. 6. §. 1. nu. 15.*

Digitized by Google

Et hoc pariter extendendum puto ad caſum, in quo matrem innocentem Pater occidere, aut percutere tentaret, Ratio eſt, quià in communi ſententiâ licet occidere injuſtum aggreſſorem prò ſalvando innocente, & ſic in caſu licitum eſſet Patrem injuſtè aggredientem, Matrem innocentem occidere; attento maximè, quòd major eſt naturalis dilectio filii ergà Matrem, à quâ filius majora beneficia in educatione recipit, quàm à Patre; undè, ſi prò ſalvandâ Matre, Patrem necaret, non faceret contrà legem naturæ; & ex conſequenti non committeret *parricidium*; & ſi ratione culpæ forſan, quià excederet inculpatam tutelam, non excuſandus eſſet à toto; ſaltem excuſandus eſſet à tanto, & ſic à *parricidio*.

6 Itidem ſi filius occideret Patrem, repertum in fragranti adulterio cum propriâ uxore, & hoc faceret incontinentì. Sivè ſi etiam occideret ex intervallo, caſu, quo Pater haberet conſuetudinem adulterandi illam, à quâ nollet deſiſtere, *parricidium* minimè committeret. Ratio eſt, tùm quià jure mariti poteſt adulterum interficere, (11) tùm quià juſtus dolor, argumento cujuſdam legis, (12) minuit culpam, quià dolum excludit; tùm quià ordine naturæ magis diligit uxorem, cum quâ eſt una caro, quàm Patrem, maximè vigente teſtimonio Divino. (13) *Relinquet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ*; undè ex hoc ſibi minuitur culpa, ut *parricidij* crimen minimè committere dici poſſit.

7 Ex intervallo pariter, ſi occidat in caſu prædicto, *parricidium* non committere, patet ex hoc, quòd circà *parricidium* eadem eſt ratio in Patre, occidente filium, ſicut vice versâ; habetur porrò ex quâdam lege (14), quòd non pœnis *parricidij* ex Decreto Imperatoris, ſed relegatione tantùm punitus fuit Pater, qui in venatione proprium filium interemit, quià hic *novercam adulterabat*, nempè, ut optimè explicat *Caballus*, (15) novercam non ſemel adulteraverat, ſed perſeverabat in animo continuandi adulterium. Ex quo deducunt Doctores (16) concluſionem, quòd ob metum futuri ſtupri, aliter inevitabilis, minans ſtuprum poteſt occidi; & quòd filia, in quâ minatum eſt ſtuprum, nè illud patiatur invita, poteſt pariter interfici, ut exemplo *Virginij* (qui filiam occidit, nè ſtupraretur ab *Appio Claudio*, de quo in quâdam lege (17) fit mentio) aſtruit *Antonius Matthæus*. (18)

8 Quemadmodùm ergò Pater filium perſeverantem in animo inceſtandi novercam, potuit occidere abſquè eo, quòd *parricidium* committeret, ità pariter, ſi Pater Nurum adulteraret, animumque perſeverandi in adulterio continuaret, poſſet à filio interfici abſquè notâ *parricidij*; quàmvis alio crimine teneatur, & aliâ pœnâ quàm *parricidij* deberet mulctari. Quià verò videtur, quòd non currat paritas; quià plùs debet de jure naturæ filius Patri, à quo habuit eſſe, quàm Pater filio; undè inferri poſſit, quòd in caſu ſupradicto Pater occidens filium, evadat *parricidium*, non autem vice versâ; ideò optima eſt Regula, quam tradit loco citato Matthæus, (19) dicens, quòd filius, occidens Patrem, excuſari debeat à *parricidio*, propriè dicto, ſi duo concurrant; primum eſt, quòd dolor, undè movetur filius, ſit juſtiſſimus; ſecundum eſt, quòd Pater aliquid perpatraverit, ob quod exuiſſe Patrem, Patriſque charitatem, ac nomen dici poſſit.

9 Evaderet pariter reatum *parricidij* filius, & Pater, ſi inter eos vergeret inimicitia ob unam ex illis cauſis, ob quas Pater filium poteſt exheredare, prout ex *Surdo*, & *Marſilio* docet *Baron.*, & cum *Jaſone, Hippolito, & Carrerio* firmat *Decian. lib.9.cap.18.nu.26.* (20). Ratio eſt, quià, ut ex *Bartolo*, & *Marſilio* demonſtrat *Carrerius*, (21) ex quibus cauſis poteſt filius, aut filia exhæredari, amittit jus *paricidij*; nàm naturalis amor Patris in filium, & debita obſervantia filii in Patrem, ex illâ cauſâ immutatur ad iram reciprocam, ob quam ceſſat dolus in homicidio, ſi ſequatur; quòd proindè evadit qualitatem *parricidij*, & puniendum venit mitiori pœnâ.

10 Tandèm *parricida* minimè dici poſſet Pater, qui ad antevertendam infamiam familiæ, filio, ad ultimum ſupplicium damnato, veneno vitam adimeret, ut contrà *Felinum* docet *Decianus*, (22) & par ratio currit de filio reſpectu Patris. Ratio eſt, quià à tali *parricidio* abeſſet dolus malus; in eo enim non ſpectatur vitæ ademptio, ſed familiæ honor, qui eſt pura ratio finalis, ac motiva agendi. Et ex eodem principio ſequeretur eadem concluſio, caſu, quo non ſecuta fuiſſet condemnatio, ſed infallibiliter eſſet ſecutura.

11 Dicitur ſecundò *cædes hominis*, nempè violenta vitæ ademptio ſivè ferro, ſivè ſtrangulatione, ſubmerſione, præcipitio, aut quovis alio modo procuratâ, *cædes* enim, *Calepino* Teſte, (23) *mors eſt ferro, aut aliâ vi illata*; nomine autem hominis importatur omne vivens, animâ rationali dotatum, cujuſvis ætatis illud ſit; undè tale nomen comprehendit infantes; proindè Patres, aut Matres, qui proprios filios infantes occidunt, *parricidium* committunt, & *parricidij* pœnâ plectendi ſunt, ut habet Textus; (24) nec audiendus in hoc *Menochius*, (25) qui vult, parentes, qui necant ſuos filios, non teneri pœnâ ordinariâ *parricidij*, motus fortè ex hoc, quià in jure (26) videtur concedi Patri in filios non minùs, quàm Domino in Servos jus vitæ, ac necis, ſed optimè confutatur à *Carpzovio*, (27) qui ait, quòd patria poteſtas non in atrocitate, ſed in pietate conſiſtere debet, ut *Martianus* (28) docet, illudque jus, quod Patribus in filios videbatur competere, antiquatū, ac ſublatum eſt per aliam legem. (29)

12 Frequentiùs quidèm crimen hoc committitur à Matribus cum infantibus, quàm à Patribus cum filiis jàm adultis; ideò de his ſpecialiter inquirendum, ac videndum, quandò verum, propriumque crimen *parricidij* committant. Dico igitur, quòd Mater poteſt proprium interimere, antequàm ex utero egrediatur, vel poſtquàm

natus

(11) *l. Marito. l. Si adulterium. §. penult. ff. Ad leg. Jul. de adult. l. Gracchus. C. eod. tit.*
(12) *text. in l. Si adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. Ad leg. Jul. de adult.*
(13) *Gen. cap. 2. V. 24.*
(14) *text. in l. Divus. ff. Ad leg. Pompei. de parricid.*
(15) *Caball. Cent. 1. Reſolut. 15. nu. 9.*
(16) *Grammat. Deciſ. 5. n. 9. & ſeqq. Thobi. Noni. Conſ. 109. nu. 8. Giurb. Conſ. crim. 86. n. 15. Maſtril. Deciſ. 297. num. 36. apud Raynald. Tom. 1. cap. 6. §. 1. nu. 21.*
(17) *text. in l. 2. §. Et cum placuiſſet. ff. de Orig. jur.*
(18) *Ant. Matthæ. de Crimin. Tit. de Parricid. num. 10. poſt. med. cap. 2.*
(19) *Ant. Matthæ. loc. cit. n. 11. & 12.*
(20) *Surd. & Marſil. apud Baron. de Effect. inimicit. Effect. 78. nu p. & 2.*
(21) *Carrer. Pract. crim. §. Homicidii autem ſpecies. n. 140.*
(22) *Decian. Tr. crim. lib. 9. cap. 8. n. 17.*
(23) *Calepin. V. Cædes.*
(24) *text. in l. unic. C. de Iis. qui parent. vel fili. occid. §. Aliâ deinde 6. Inſt. de Pub. judic.*
(25) *Menoch. de Arbitr. Judic. lib. 2. Caſ. 355. n. 48.*
(26) *text. in l. In ſuis. in fin. ff. de liber. & poſth.*
(27) *Carpzov. Pract. crim. Par. p. Quæſt. 9. n. 2.*
(28) *text. in l. Divus. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid.*
(29) *text. in l. 1. ff. de Parricid.*

Digitized by Google

natus eſt. Si primum, non vocatur propriè tale crimen *parricidium*, ſed *abortus procuratio*, de quo inferiùs ſpeciali paragrapho agemus; ratio eſt, quià licèt fœtus, in utero adhùc contentus, in favorabilibus prò homine habeatur in jure, (30) tamen dùm nondùm natus eſt, verè homo dici nequit, argumento alterius legis, (31) proindè in odioſis nomine hominis venire nequit: & ideò abortus procuratio *parricidium* non eſt; quià hoc eſt *cædes hominis*, prout ſuprà dictum eſt.

13 Si autem mors infanti, jàm nato, infertur, hoc poteſt contingere adhùc dupliciter, puta, poſitivè, aut negativè; poſitivè quidèm per ferrum, laqueum, ſuffocationem, ac multiplicibus aliis modis, quibus vis infertur, quos enumerat *Carpzovius*. (32) & hoc, ſi malo dolo fiat, eſt verum *parricidium*. Negativè eſt, quandò Mater non præſtat ea, quæ præſtare tenetur, & neceſſaria ſunt ad vitam, & educationē infantis; & hoc dupliciter adhùc poteſt contingere, puta, quandò Mater non ſolùm non non præſtat ea, quæ præſtare filio tenetur, ſed etiam eum ſinit, aut collocat in loco, in quo illa ab aliis præſtari, aut ſimpliciter, aut niſi ex rarò accidenti, non poſſunt, & quandò Mater, debita filio, omittit, collocando illum in loco, in quo illa ab aliis præſtari poſſe, veriſimiliter ſperare poteſt.

14 Quò ad primum modum, delinquit Mater, quæ ſtudioſè in partu obſtetricem accire negligit, ut neceſſarium auxilium ſibi præſtet, ut infans in actu naſcendi vitalis ſit; & ex hoc deffectu infans in tali actu moritur; pariter, quandò tempore partus ità malè ſituatur in lecto, ut fieri non poſſit, quìn partus naſcendo ſuffocetur inter lecti ſtragula; inſuper, quandò nato infanti, & à placentâ uterinâ avulſo, non alligat venam umbilicalem, quâ non ligatâ, infans ſanguinem deperdit, & moritur; ulterius, quandò infantem non lavat à ſordibus, in quibus naſcitur, nec pannis involuit, ità ut ex frigore aeris ambientis enecetur; ſed cum his infantem natum relinquit, aut collocat in loco deſerto, aut latrinâ, cloacâ, ubi à nemine regulariter reperiri poteſt, ac ei ſubveniri. Talem Matrem, dubium non eſt, eſſe Ream infanticidii, quià qui per negligentiam rei, à ſe debitæ, cauſam mortis dat, ab homicidio immunis non eſt, uti ex *Plutarcho* in vitâ *Romuli* refert, & probat *Decianus*. (33) Non tamen poteſt dici, quòd ſtrictè committat *parricidium*, tùm quià vi adhibitâ non infert necem infanti; tùm quià ſemper verſamur in dubio, nùm infans ob deſertionem, & culpam Matris intereat, àn verò ex aliis ſymptomatis, ut optimè ratiocinatur *Carpzovius* (34), à quo non diſſentit *Raynaldus*. (35)

Quò ad ſecundum modum peccat Mater, quæ, ut præmiſſum eſt, non præſtat quidèm infanti, quæ præſtare naturaliter debet, tamen illum exponit in loco frequentato, & tali modo aptatum, ut veroſimiliter mors timeri non poſſit, (ut potè, quià pannis, ac faſciis eſt involutus; in calatho, aut fiſcellâ compoſitus; & in loco alto pendulè collocatus, nè à canibus, aut feris comedi poſſit) imò auxilium ab aliis obtineri, ut paſſim fit. Crimen hoc atrox eſſe, convincitur ex hoc, quòd in quibuſvis animalibus natura abhorret, proprios partus abiicere, ideò feris ipſis crudeliores probantur Matres illæ, quæ ſuos infantes exponunt, & ut dicunt jura (36), *tantò deteriores homicidis, quantò calamitoſioribus id inferunt*. Tamen, quià ſæpè ſæpiùs hoc non fit ex Matrum crudelitate in filios, ſed vel ad tuendam propriam famam, & honorem, qui non modò filiis, ſed & propriæ vitæ anteſertur; (37) vel ex paupertate extremâ, ob quam non ſufficit alendis filiis res familiaris; vel quià Mater vidua, ſi filium ſecum haberet, alium maritum non poſſet reperire; vel ob aliam cauſam minimè turpem; ideò minuitur de malitiâ delicti, quòd neque pœna corporali coercetur, ſed tantùm exilio, ut tradit *Uveſembecius* (38), aut aliâ mulctâ, Judici arbitrariâ, ut dicunt alii. (39)

15 Minuitur tamen, & aggravatur malitia infanticidii, ſicut etiam quodvis aliud crimen ex circumſtantiis. Si enim Mater nato infanti manus violentas infert, ac ipſū necat, collato ſibi priùs Baptiſmo; & hoc faciat ex motivo tuendæ vitę, aut famæ, ut potè, ſi eſt puella, vidua, aut nupta Nobilis, quæ in abſentiâ Mariti concepit, & peperit, & ſi hoc neſciatur, ultrà amiſſionem famæ, vitâ privabitur à Marito, aut fratribus; profectò dici non poteſt, quòd *parricidium* commiſerit; nàm hoc malo dolo non facit, quod, ut ſuprà dictum fuit, neceſſarium eſt ad verum *parricidium*.

16 Si verò ex alio pravo fine hoc facit, ut potè, ſi Mulier vidua proprium filium necaret, ut acquireret ex morte illius legitimam; aut ad hoc patrandum acciperet pecuniam ab alio, qui ex fideicommiſſo, aut ratione proximitatis ſuccederet in hæreditate filii; ſivè ad tale facinus committendum induceretur à prædicto hærede filii, inito pacto, quòd vidua illi nuberet, non ſolùm committeret *parricidium*, ſed etiam *aſſaſſinium*; undè non ſolùm pœnâ *parricidii* eſſet punienda, ſed etiam aliâ magis qualificatâ. Ratio eſt, quià, ſi pactâ cum alio pecuniâ, filium occidit, ultrà *parricidium* apertè committit *aſſaſſinium*, quià interveniente pacto pecuniario hominem occidit, quæ eſt vera ratio *aſſaſſinii*, ut pluribus ſecum vectis probat *Raynaldus*, (40) qui loquitur in fortioribus terminis, nempè in muliere, quæ pactâ pecuniâ abortum procuraret.

17 Par verò eſt ratio, quòd ipſa filium interimeret, ut ejus legitimam lucraretur; ſivè ut nuberet ei, qui homicidium infantis illi perſuaderet. Ratio eſt, quià, ut oſtendimus §. *Aſſaſſinium num.* 14. ratio *aſſaſſinii* comprehenditur, non ſolùm in pactione pecuniæ numeratæ explicitâ, ſed etiam in pactione implicitâ cujuſvis alterius rei, pretio æſtimabilis. Porrò nuptiæ, maximè cum viro divite, aut ditato ex novâ hæreditate, ſunt res, pretio æſtimabiles, undè, ſi de his pactū intervenit, intrat vera ratio Aſſaſſinii. Pariter, ſi Mater occidit filium, ut acquirat legitimam ſibi, lege debitam, eadem militat ratio. Quantùmvis enim hìc non interveniat perſona, talem legitimam ſtipulans, per fictionem juris lex ipſa, quæ concedit Matri legitimam filii defuncti, induit rationem perſonæ promittentis; undè, ſi Mater movetur ad *parricidium*, contemplatione lucri talis legitimæ, perindè eſt, ac ſi cum aliâ perſonâ verâ ſuper tali facto paciſceretur de lucro illo: & proindè verum aſſaſſinium, ſimul cum *parricidio* committeretur.

18 Di-

(30) *text. in l. penult. ff. de Stat. homi.*
(31) *arg. leg. In Falcidia. §. final. ff. Ad l. Falcid.*
(32) *Carpzov. Par. 1. Quæſt. 9. n. 47. & ſeqq.*
(33) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 15. nu. 35.*
(34) *Carpzov. Pract. crim. Par. 1. Quæſt. 11. n. 29.*
(35) *Raynal. Tom. p. cap. 6. §. 5. num. 3.*
(36) *text. in l Sancimus, in fin. C. de Infant. expoſit. & Novell. 153. Coll. 9 cap. 1. in fin.*
(37) *arg. l. Iſti quidem. §. 1. ff. Quod met. cauſ Menoch. de Arbitr. lib. 2. Cent. 4. Caſ. 396. nu. 7.*
(38) *Uneſembec. Parati. ff. Ad leg. Cornel. de Sica. n. 14.*
(39) *Clar. Menoch. Ludovic. Gilhaus. Arbor. iud. crim. cap. 2. Tit. 15. n. 1. & ſeqq. apud Carpzov. Par. p. Q. 10. n. 17.*
(40) *Rayn. Tom. p. cap. 6. §. 5. nu. 50. & ibi Menoch. Theſaur. Sarne. Domhaud. Cuiac. Caſyc. de Luca ad Vinc. de Franc. Deciſ. 592. n. 5.*

Digitized by Google

18 Dicitur tertiò *naturali cognitione coniuncti*. Porrò cognatio, ut *ex Baptiſmo Calvinus* ait (41), generaliter accepta, ſignificat omne vinculum, quod inter homines, vel jure ſanguinis, vel ex Legali, ſivè Civili ordinatione oritur. Civili quidèm, ſeù Legali cognatione cognati ſunt ii, qui vinculantur inter ſe ex copulâ legitimâ, aut illegitimâ Maris, & fœminæ, qui ſunt ex eodem ſanguine cum iis, qui cognatione vinculantur; ut ex copulâ *Titii* cum *Bertâ*, utrorumque aſcendentes, deſcendentes, ac tranſverſales fiunt inter ſe cognati cognatione, quæ propriè vocatur *affinitas*, quæ utroque jure (42) firmatur, & taliter vinculati vocantur *affines*. Pariter Legalis cognatio inducitur per collationem, ac receptionem Sacramenti Baptiſmi, ac Confirmationis; & hæc in jure (43) vocatur *cognatio ſpiritualis*. Inſuper per adoptionem, ſivè arrogationem contrahitur cognatio, quæ in jure Canonico (44) appellatur ſingulariter *cognatio Legalis*.

19 *Naturali* autem *cognatione* vocantur illi coniuncti, qui ex eodem ſanguine ſunt propagati, &, utì *Modeſtinus* (44) ait, dicuntur cognati, *quaſi unâ communiter nati, vel ab eodem orti*, cognâti enim reducuntur ad unum communem ſtipitem, à quo deſcendunt, & à quo menſurantur cognationis gradus.

20 *Parricidium* igitur requirit, quòd inter Reum, & occiſum interveniat *cognatio naturalis*, non autem ſufficit Legalis; & rationem reddit *Clarus* (46), nàm in hoc crimine conſideratur ſubſtantia filiationis, nempè procreatio ex ſanguine, non verò qualitas, nempè illa externa, quæ ex diſpoſitione Legis inducitur.

21 Sequitur hinc, quòd, quàmvis filius ſit natus ex adulterino, nefario, ſacrilego, aliovè quovis damnato coitu, ſi Patrem occidit, & vice verſâ, verum committitur *parricidium*, ut pluribus ſecum vectis probat *Carpzovius* (47), quamquàm aliter ſentiat *Decianus* (48), Sed profectò verior eſt prima opinio; ratio eſt, quià, quòd filius ſit natus ex coitu illegitimo, aut legitimo, qualitas eſt; quòd autem progenitus ex ſemine ſubſtantia eſt, & in hoc fundatur ſubſtantialis ratio filiationis. Pròut verò dictum eſt, in *parricidio* conſideratur ſubſtantia, non autem qualitas cognationis. Verum eſt, quòd ex aliquâ qualitate etiam à Patre naturali amittitur jus *parricidij* paſſivè; ut nempè, ſi Pater naturalis (ſivè legitimus, ſivè illegitimus ſit) filium infantem exponit, & hic factus vir Patrem occidit, non tenetur hic pœnâ *parricidij*, quià ille, filium exponendo, amittit ius Patriæ poteſtatis, ut ſtatuunt ambæ leges, (49), & ſic tenuerunt *Petrus Gerardus*, & *Carrerius*. (50) Tamen hoc potiùs ſpectat ad pœnam, quàm ad ſubſtantiam delicti, puta, quòd lex, perpendens crimen Patris, in exponendo filium, ac iniuriam ab hoc acceptam, ad pœnam illius, & excuſationem iſtius, diſponat, quòd ille privetur Patriâ poteſtate Civili, & hic non puniatur pœnâ *parricidij*; non tollitur tamen, quòd verum *parricidium* non committat, cùm occidat eum, à quo habuit eſſe; & coràm Deo idem crimen eſt, ac ſi Pater eum non expoſuiſſet; per illam enim expoſitionem non diſpenſatur filius in præcepto Dei mandantis. *Honora Patrem tuum*; *& Matrem tuam*. (51)

22 Sequitur ex dictis, quòd, ſi quis occidat Patrem ſuum ſpiritualem, non incurrit *parricidium*, ut benè contrà *Bartolum*, *Hippolitum*, ac *Carrerium* probat *Decianus*. (52) Ratio eſt, quià, quantùmvis juxtà rectam rationem, ac fidem æqualiter, imò magìs diligi debeat Pater ſpiritualis, quàm corporalis, ut jura dicunt, (53) ex eo, quòd ille animam ad gratiam regenerat; hic verò tantùm corpus ad naturam; tamen quià lex humana punit *parricidium* ſingulari pœnâ, propter iniuriam illatam naturæ, quæ non militat in Patre ſpirituali, ideò pœnâ *prricidii* non punitur occidens ſpiritualem, ſicut Patrem naturalem.

23 Sequitur pariter, quòd, ſi filius adoptivus Patré adoptantem, aut vice verſâ, interficiat, non delinquit *parricidio*, quià, ut dicunt Doctores (54), filii adoptivi ſunt filii ficti à jure Civili, non autem naturali; proindè filius talis contrà Patrem delinquens, aut vice verſâ, nō incurrit reatũ *parricidii*, quod ex ſolo nexu ſanguinis naturali procedit

24 Sequitur itidèm, quòd occidens Vxorem, Socrum, Cognatum, Novercam, Privignam, ac alios affines quoſvis, non delinquit *parricidio*, proindè ſolâ pœnâ legis *Cornelia de Sicariis* punitur, ut in jure (55) habetur, ob rationem ſuprà adductam, quià nempè coniunctio per affinitatem inducta eſt per legem poſitivam Civilem, non autem per naturalem. Quàmvis verò videatur, quòd coniunctio Mariti cũ Vxore videatur inducere vinculum naturale ex eo, quòd per copulam fiunt una caro, tamen, quià deficit conditio propagationis unius ab alio, quæ eſt proprium fundamentum *parricidii*, hoc minimè inducitur ex nece Mariti, aut Vxoris, hìnc indè patratâ.

25 Dicitur quartò *in lineâ rectâ aſcendenti, aut deſcendenti*. In hoc enim propriè radicatur atrocitas *parricidii*, ut nempè quis adimat vitam illi, cui, aut à quo vitam dedit, aut accepit immediatè aut mediatè; nàm à tanto facinore natura abhorret, non minùs, quàm ab inferendâ manu in propriam perſonam. Si quidèm Pater conſiderat filium à ſe genitum, tanquàm partem ſui; filiuſque genitus à Patre, naturalem affectionem debet habere ad eum, velut pars ad totum, cujus eſt pars; aut effectus ad cauſam, à quâ habuit eſſe.

26 Nil autem refert, quòd eſſe, ac vita data, aut accepta ſit immediatè, vel mediatè, ut verum *parricidium* inducatur. Siquidèm Avi, ac Aviæ dant eſſe Nepotibus, ac iſti ab Avis accipiunt eſſe, non quidèm immediatè, ſed mediatè, & tamen, ſi Avus, aut Avia occidat *Nepotem*, aut vice verſà, verum, ac proprium *parricidium* committitur, ut communiter, Teſte *Deciano* (56), dicunt Doctores. Ratio eſt, quià, ut ex jure (57) habetur, omnes aſcendentes in rectâ lineâ uſquè in infinitum, ſunt, & vocatur *Parentes*; ex quo infertur, quòd pari modo omnes deſcendentes in lineâ pariter rectâ veniant nomine filiorum; & profectò, ſi nomine filiorum aliquandò in jure (58) vocantur Nepotes, eodem nomine venire poſſunt omnes deſcendentes,

Nnn etiam in

(41) *Calvin. lexic. V. Cognatio generale.*
(42) *Tit. 13. & 14. lib. 4. Decretal. Tit. 10. ff. lib. 38.*
(43) *Tit. de Cognat. Spiritual. lib. 4. Decretal.*
(44) *Tit. de Cognat. legal. lib. 4. Decretal.*
(45) *text. in l. Non facile §. 1. ff. de Grad. & affin.*
(46) *Clar. §. Parricidium. nu. 2.*
(47) *Carpzov. Par. 1. Quæſt. 8. nu. 28. & Quæſt. 9. nu. 15. & ibi Clar. Moller. Berlich. Menoch. Schneid. Felin. Alex. Garz. & Covaru.*
(48) *Decian. lib. 9. cap. 18. n. 30.*
(49) *l. 2. C. de Infant. expoſit. cap. 1. de languid. expoſit.*
(50) *Petr. Gerard. Singular. 2. Carer. Pract. crim. §. Homcid. nu. 143. V. limita etiam in filio.*

(51 *Deuteronom. cap. 5. nu. 16.*
[52] *Decian. lib. 9. cap. 9. num. 6.*
[53] *text. in cap. Ità diligere. & in cap. Pitacium iunct. gloſſ. in V. Multò magis. 30. q. 3.*
(54] *Bald. in l. Fideicommiſſum. ff. de Condit. & demonſtr. Alexan. in l. Adoptivum in princip. ff. de In ius. voca.*
[55) *text. in l. 1. ff. ad leg. Pompei. de Parricid. & in l. Pæna. §. Qui aliàs. ff. eo. tit.*
[56] *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 8. n. 4. D. D. in l. 1. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid.*
[57) *text. in l. Quique. §. Parentes. & in l. Sed ſi hac. §. liberos. ff. de In ius voca.*
(58] *l. liberorum. §. Sed & Papyr. l. Filii. l. Iuſta. ff. de Verb. ſign.*

etiam in infinitum in rectâ lineâ, & ratio eſt, quià quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati ab illâ cauſâ, & ſic primus ſtipes, qui eſt cauſa mediata, aut immediata omnium intermediorum, poteſt dicere filios omnes, qui ab intermediis procreati ſunt, tanquàm à ſe prodeuntes miniſterio cauſæ intermediæ, à ſe immediatè cauſatæ.

27 Sequitur ex dictis, quòd homicidium Fratrum, Sororum, Auunculi, Patrui, Conſobrini &c. ac aliorum Cognatorum in lineâ transverſali, *parricidium* propriè non eſt, quià unus ab alio non accipit, aut dat eſſe, quantùmvis omnes immediatè, aut mediatè ab uno ſint. Verum eſt, quòd homicidium fratris, aut ſororis ſpecialem involuit gravitatem, ( cùm ex ſententiâ *Sophoclis* apud *Ariſtotelem* (59) frater charior habendus ſit, quàm Vxor, aut filii, ex eo, quòd & Coniux, & alii filii haberi poſſunt, non item fratres, mortuis Parentibus, ) & ideò quamvis pœnâ *parricidarum* non puniatur, ſed penâ legis *Corneliæ de Sicariis*, (60) tamen debet hæc aliqualiter qualificari, puta, Reum, ad furcas damnatum, trahendo ad caudam equi, aut candentibus forcipibus torquendo, aut inſepultum in patibulo relinquendo &c. ut ſcribit Carpzovius. (61)

28 Ex hucuſquè igitur traditis concluditur, verum *parricidium* committi ſolummodò à filiis in Parentes, aut viceversâ à Parentibus, ac Avis in filios, ac Nepotes. At quale nam dicendum atrocius parricidium Patris in filium, aut Nepotem, àn è contrà? Dico, quòd gravius eſt *parricidium* filii contrà Patrem, aut Auum. Ratio eſt, quià gravitas delicti in Patre, occidente filium, menſuratur ſolùm à naturali affectione, quam ex inſtinctu naturæ quodlibet animal habet ergà propriam prolem; & occidendo proprium filium peccat Pater tantummodò contrà tale debitum naturæ animalis. Sed in filio, occidente Patrem, læditur non ſolùm naturalis affectio, quam quodlibet animal ſervat ergà proprios genitores, quæ radicata eſt in ſanguinis ſimpathiâ; ſed læditur etiam lex naturæ rationalis, quæ dictat, æquale bonum eſſe ex gratitudine reddendum ei, à quo bonum accepimus; & cùm filius à Patre acceperit vitam, ac eſſe ſimpliciter, quod prævalet omni bono, ut ſubſtantia omni accidenti; ſequitur, quòd ex gratitudine filius debet Patri bonum æquale illi, quod accepit, & ità propriam vitam debet dare prò ſervandâ Patris vitâ. Si ergò non tantùm non ſervat, ſed Patri vitam adimit, ſequitur, quòd peccat in legem naturæ rationalis. Læditur tertiò etiam præceptum Divinum de honorando Patre; quantùmvis enim Patres, ac Theologi extendant tale præceptum ad omnes, ſanguine coniunctos intrà quartum gradum tranſverſalem, ac deſcendentes in lineâ rectâ, tamen expreſsè non eſt ità præcepta reverentia aliorum ad invicem, ſicut filiorum ergà Parentes. Sequitur ergò, quòd, cùm in *parricidio* filii in Parentes triplex lex læſa maneat hoc præ alio longè gravius ſit.

29 At quodnam execrabilius paſſiuum Parentum *parricidium* dicendum eſt Patris, àn Matris? Dico, quòd gravius eſt matricidium, quàm patricidium, & hoc ex duplici principio. Primum eſt, quià nunquàm conſtare poteſt de vero patricidio, quià non poteſt directè probari filiatio per probationem, neceſſariò concludentem reſpectu Patris, ut poſt *Gloſſam, Bartolum, & Baldum*, tradunt communiter Doctores (62), ergò ex conſequenti relativorum neque paternitas. Undè cenſent communiter Doctores, probationem filiationis, & paternitatis directam eſſe impoſſibilem, & ſolummodò admitti præſumptivam, ſi nempè aliquis natus ſit ex Vxore, cohabitante cum marito in ſuâ domo, vicinis ſcientibus, (63) aut ſi tractatur in educatione, ac cæteris, tanquàm filius. (64) Quàm parùm concludant autem prò veritate hujuſmodi præſumptiones, donec quotidiana experientia Confeſſariis benè nota, quâ diſcunt, non raras eſſe nuptas, quæ ex adulterio concipiunt; & multos ex pietate alere, tanquàm proprios naturales filios, eos, quos ab hoſpitali expoſitorum receperunt educandos, lex tamen hujuſmodi præſumptivas probationes circà paternitatem recipit, & prò concludentibus approbat. Sequitur igitur, quòd ex reali incertitudine paternitatis non poteſt cenſeri ità grave homicidium ejus, qui habetur prò Patre, cùm frequenter contingat, non eſſe talem eum, qui prò Patre reputatur. Quod tamen fallit in Matre, nàm hujus maternitas certa eſt (65), quià certò probari poteſt per obſtetrices, ac alias perſonas, quæ partui interfuerunt. (66) Concludendum ergò, quòd, quantùmvis in foro fori appareat, occiſum fuiſſe Patrem Rei, quià natus ex ſuâ Vxore fuit, & ideò verum patricidium commiſiſſe; tamen re verâ poteſt non eſſe Pater, & ſic ſolùm homicidium commiſiſſe; quod tamen non poteſt eſſe de Matre, quæ directè probari poteſt eſſe talis: undè homicidium hujus ratione certitudinis ſemper gra ius erit cenſendum.

30 Dato etiam, quòd probari poſſet de directo certa paternitas, ( ut nempè, ſi probaretur, virum, ac Vxorem fuiſſe per annum integrum in carceribus ſub fidis cuſtodibus, qui teſtarentur, nullum alium virum fuiſſe ingreſſum in carceres, & ſub fine anni mulier pareret in carcere, tenent enim nonnulli Doctores (67), quòd probatio paternitatis tunc eſſet directa; quod tamen non admitto, niſi cuſtodes oſtenderent, ſe eſſe caſtratos; aliter potuit aliquis eorum, dormiente marito, mulierem fæcundare) adhùc non tàm grave eſſet patricidium, ut matricidium, & hoc deduco ex ſecundo principio.

31 Planè ſtat, quòd ad generationem prolis non minùs requiritur actio Matris, quàm Patris: non enim natura fruſtrà fabricata eſt teſtes fœmineos, in quibus elaboratur ſemen; licèt ergò dicant Philoſophi, ſemen maris eſſe in generatione principalius, quià habet rationem activi, non tollitur tamen, quòd activum etiam non ſit ſemen fœmineum: etenim, licèt hoc ſe habeat per modum paſſivi, pròut comparatur ad ſemen maris, quià ab eo actuatur ad generationem; tamen, ut comparatur ad prolem genitam, cui dat eſſe per veram generationem, ipſum etiam dicendum eſt verè activum. Sequitur igitur, quòd, quò ad conceptionem prolis, æquali modo ſe habeant Pater, ac Mater, ac uterque neceſſariam ſimpliciter operam præſtent.

32 Ad perfectam autem generationem, ad vitam prolis multa ſanè requiruntur, omnibus nota, quæ tamen ſola præſtat Mater, organizando membra, ſanguinemque nutriticum ſubminiſtrando; ſufferendo varia ſymptomata, uteri præfocationes; ſyncopes; cordis palpitationes; nauſeas; vomitus, & alia ſexcenta incommoda, quibus prægnantes ſunt obnoxiæ. Poſtquā autē inter acerbiſſimos dolores

enixæ

(59) *Ariſt. Rhethor. ad Theodect. lib. 3. cap. 16.*

(60) *text. in l. 1. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid. & in l. Pana. §. Qui alias. ff. eo. tit.*

(91) *Carpzou. Pract. crim. Par. 1. Quæſt. 13. n. 6. & 7.*

(62) *Gloſſ. in l. hujus. ff. de Condict. & demon. Bartol. in l. 1. num. 2. C. Quorum bonor. Bald. in l. Non ignorat. init. V. Sed quis. C. Qui accu. non po. Socin. Caſt. Præpoſ. apud Maſcard. Concl. 787. n. 3. & 4*

(63) *D.D. in l. Filium. ff. de His qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. Non epiſtolis. C. de Probat. & in l. Si vicinis. C. de Nupt. cap. Per tuas. de Probat. cap. Tranſmiſſe. Qui fil. ſint legit.*

(64) *D.D. in l. Quidam quaſi. ff. de Probat. Gloſſ. penult. in cap. Tranſmiſſæ. Qui fil ſint legit. Canoniſt. in cap. Per tua. de Probat. Maſcard. Concl. 789. nu. 1.*

(65) *text. in l. Quia ſemper. ff. de In ius vocan.*

(66) *arg. l. p. §. de inſpiciendo. ff. de Ventr. inſpic.*

(67) *Butr. & Bart. in l. p. nu. 2. C. Quor. bonor Barb. Conſ. 3. n. 7. Vol. 3. Boer. Quæſt. 299. Menoch. de Arbitr. Caſ. 89. n. 18.*

Digitized by Google

enixæ ſunt, fœtuſque vitalis natus, novit unuſquiſque quaſnam moleſtias, curas, vigilias cogatur ſubire anxia Mater, ut natam prolem eouſque perducat, ut ſibi neceſſaria ad victum, veſtitumque parare poſſit. Tot incommodis, ac laboribus immunis eſt Pater, qui poſt voluptuariam ſeminationem, circà perfectam prolis generationem nihil penſi habet.

33 Sequitur ex his, quòd longè majorem obligationem habet filius Matri, quàm Patri, ut proindè etiam naturali inſtinctu magìs feratur ergà Matrem, quàm ergà Patrem, ſicut etiam teneriùs filium diligit Mater, quàm Pater. Hoc idem videtur in brutis, nàm ergà Patrem nullam oſtendunt inclinationem, ſicut etiam vice verſâ; ergà Matrem autem è contrà; ſicut & Mater filios, maximè, quandò parvuli ſunt, proſequitur, quod videmus quotidiè in gallinis, canibus, & cæteris brutis fœminei ſexus. Dùm igitur, quò ad legem naturalis inclinationis magìs feratur filius in Matrem, quàm in Patrem; & lege etiam rationalis naturæ magìs gratus debeat eſſe filius ergà Matrem, cui tanta, & tot debet, quàm ergà Patrem; ſequitur, quòd, ſi in Matrem matricidio ſævit, atrociùs peccet, quàm parricidio.

## Probatio

*SVMMARIVM.*

34 *Ad parricidium probanda à Fiſco eſt coniunctio ſanguinis in lineâ rectâ inter homicidam, & occiſum.*
35 *In probando parricidio ſufficiunt indicia, quæ tamen ſint urgentia, & proxima.*
36 *Probatio coniunctionis, & ſanguinis eſt facilis, & quomodò fiat.*
*Crimen parricidii nunquàm præſcribitur.*
*Abolitio parricidii non indulgetur.*
*Alia delicta intrà certum tempus præſcribuntur.*

34 QVò ad probationes hujus delicti ſciendum, quòd in eo, ſicut & in quolibet alio crimine ab accuſatore, ſeù Fiſco probandus eſt dolus, qui, prout dicunt Doctores (68), in dubio non præſumitur in hoc crimine; propter arctam ſanguinis coniunctionem, ut ſcribit *Decianus*. (69) Et quià, ut non ſemel dictum eſt, in omni crimine probanda eſt qualitas ſpecificativa delicti, ad accuſatorem pariter, aut Fiſcum pertinet probare coniunctionem ſanguinis in rectâ lineâ inter Reum, & occiſum; nàm hæc eſt qualitas, à quâ ſpecificatur *parricidium* à ſimplici homicidio.

35 Quantùm ad probationem facti doloſi, opinatus eſt *Cicero*, (70) quòd, cùm *parricidium* ſit crimen adeò atrox, ut penè incredibile ſit, quòd committi poſſit ab homine, requirantur ad hoc probandum argumenta meridianâ luce clariora. Verùm, cùm & ipſa atrocitas ſit in causâ, ut ejus criminis Rei tantò magìs delictum procurant occultare, ideò, ſicut in aliis delictis, quæ ſunt difficilis probationis, dici ſolet, ità & in hoc ſufficere debent indicia, & coniecturæ: & hanc concluſionem firmat *Decianus* (71) plurium Doctorum auctoritate. Indicia tamen eſſe debent urgentia, & proxima; inter quæ validiſſimum cenſendum eſt commodum; quod ex morte occiſi reportaturus eſt Reus prætenſus; nihil enim impellere poteſt hominem, ad violandum jus naturæ in hoc ſcelere, velùt deſiderium proprii commodi, aut realis, aut præſtituti. Hinc habemus plura exempla coniugatorum, qui ex commodo ſperato novi coniugii, Vxoré, aut Maritum occiderunt; item audivi Patrem occidiſſe filium, ut potiretur matrimonio fœminæ, quam deperibat, & quæ reſpectu filii viventis, nolebat illius nuptiis aſſentiri: ſcio etiam, Matrem quandam veneno propriam filiam ſuſtuliſſe, ut ad nova vota tranſire poſſet, in quibus obtinendis à filiâ impediebatur; pariter vidimus, quòd filius Patrem ſenem necavit, ut hæreditate potiretur ad luxum, cui illo vivente liberè indulgere non poterat; & alios hujuſmodi caſus. Perpendat igitur Judex prudens in facti contingentiâ commodum, quod ex alterius morte ſperare potuit Reus, & hoc ſtatuat prò validiſſimo indicio ſceleris.

36 Facilis porrò eſt probatio qualitatis coniunctionis ſanguinis in lineâ rectâ inter Reum, ac occiſum; probato enim, quòd unus ſit natus ex Vxore legitimâ, cohabitante ſimul cum Marito, vicinis ſcientibus; ſivè probato, quòd ille fuit tractatus in omnibus ab alio, ut filius à Patre, probata remanet qualitas filiationis in uno, ac paternitatis in alio; prout diximus ſuprà *num.* 29. aut ſi aliis præſumptionibus, communiter admiſſis prò legitimis, utatur, de quibus abundè loquitur *Maſcardus* (72). Sciendum tandem, quòd, quàmvis cætera delicta intrà certum tempus præſcribantur, prout aliàs diximus (73), attamen propter atrocitatem *parricidii*, ejus accuſatio eſt perpetua, ut habetur in jure, (74) & tanti ſceleris abolitio non indulgetur.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

37 *Pœna parricidii antiqua, quæ; & quarè ſic dabatur.*
*Talis pœna eſt antiquata ob periculum animæ.*
*In Germaniâ de jure Saxonico adhùc uſurpatur.*
38 *Pœnæ exaſperantur arbitrio Iudicis.*
*Ob quas cauſas pœnæ mollianutr.*
*Pœna infanticidii juxtà varias circumſtantias.*
39 *Mater occidens infantem, non ſibi collato Baptiſmo, atrociſſimè punienda.*
*Nobiles, ac plebei æqualiter puniendi in parricidio.*
40 *Præſtans auxilium ſceleri per factum remotum, regulariter non punitur pœnâ principalis.*
*In parricidio auxilians etiam per factum remotum, æquè ac principalis punitur.*
41 *Pœna occidentis coniunctum in lineâ tranſverſali.*
*Pœna legis Corneliæ de Sicariis exaſperanda cum homicidâ fratris.*
42 *Clericus parriccida eſt degradandus, & tradendus Curiæ ſæculari.*
*Vnum crimen graviſſimum non conſtituit Religioſum, ad eum expellendum ab Ordine.*
*In Ordine ad alias pœnas, unum delictum graviſſimum prodit hominem incorrigibilem.*
43 *Regulares Rei de hoc crimine ſunt puniendi de jure communi, ſi deſint Statuta.*

 37 Pœ-

(68) *Bald. in l. final. in 20. oppoſit. C. de Hæred. inſt. Salycet. & Hippolit. C. Ad leg. de Sicar. arg. l. 1. ff. de Parric.*
(69) *Decian. lib. 9. cap. 18. num. 1.*
(70) *Cicer. Orat. pro Roſcio. fol. m. 27.*
(71) *Decian lib. 9. cap. 17. num. 5. & ſeqq. & ibi livi. Bald. Signorol. Boer. Marſil. & Igne.*
(72) *Maſcard. de Probat. Concl. 788. & 789. per tot.*
(73) *Par. p. Tit. Patronus. nu. 91. text. in l. Querela. C. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(74) *text. in l. ultim. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid.*

Digitized by Google

37 POena veris *parricidis* juxtà Textum expreſſum (75) erat, quòd Reus tale crimen confeſſus, prius virgis ſanguineis cæderetur, exindè inſueretur culeo, (hoc eſt ſacco coriaceo) unà cum gallo gallinaceo, cane, viperâ, & ſimiâ, & in mare projiceretur; cujus pœnæ rationem latè examinat *Decianus*, (76) & aſſignat etiam Textus citatæ legis, nempè, ut Reus *omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, & cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur*. Sed talis pœna, ut nimis atrox, & quæ occaſionem præberet Reo damnandi animam, antiquata eſt, ut communiter ſcribentes teſtantur, aſſertore *Claro*, (77), licèt *Carpozovius* (78) pluribus citatis velit adhùc in uſu eſſe in quibuſdam regionibus; & ſignanter docet, eam adhùc deberi de jure *Saxonico*, ac edictis Imperialibus *Caroli V.* Cæterùm in aliis, locis, furcis, gladio; aut rotâ Rei plectuntur, qualificato tamen ſupplicio, juxtà facti contingentias, ac municipales leges.

38 Sicut autem exaſperandæ ſunt pœnæ, Judicis arbitrio, ex qualitate aggravante, ut ex jure (79) deducitur, ità etiam minuendæ ſunt. Proindè qui committeret *parricidium* præter intentionem occidendi, aut ex irâ; præcipitatione, inadvertentiâ, aut aliâ causâ dolum minuente, aut totaliter excludente, juxtà varios caſus, de quibus judicare arbitrio Judicis commiſſum eſt, quorum plures examinat *Carpzovius* (80), mitiori pœnâ, quàm parricidii eſſet puniendus. Hinc, ſi Nobilis puella, aut vidua, aut nupta, in abſentiâ mariti, ab amaſio ingravidata pareret, & ad tegendam propriam infamiam, infantem, prius à ſe baptizatum, necaret, ſimplici capitis amputatione eſſet plectenda, cùm deliquerit non pleno dolo, ſed ad tutelam, quàmvis iniuſtam, ſuæ famæ. Minus delinqueret, quæ partum, priùs baptizatum, in loco ſolitario abiiceret, ſibi non alligatâ venâ umbilicali; nec pannis involuto &c. ſi tamen mors infantis non ſequeretur; & tunc citrà mortem deberet puniri: ſed, ſi mortuus inveniretur infans, debet mater omninò morti dari, ut dicunt Doctores. (81) Ratio eſt, quia non præſtando infanti neceſſaria, quæ ut Mater naturaliter ad ejus vitam debet, pari modo delinquit ac ea faciendo, quæ ejus mortem tendunt; & ac ere non debet. Adhuc minus delinqueret, ſi baptizatum infantem in loco frequentato exponeret; ſi enim mortuus inveniretur infans, mater debet tantùm fuſtigari, ut vult *Vueſembecius*, quem refert, & ſequitur *Boekellius* (82), ratio eſt, quia mors ſecuta eſt præter illius intentum, & illa fuit tantùm in culpâ, & non in dolo; & potuit fortè mori infans ex aliâ causâ, quàm ex expoſitione; ſi verò mors ſecuta non fuerit, abſolvenda eſt mulier, ut vult *Clarus*, quem refert, commendat, & ſequitur *Menochius*. (83)

39 Si autem infantem non baptizatum occideret: ſivè ſibi neceſſariis ad vitam minimè adhibitis, in locum ſolitarium proiiceret, undè mors ſequeretur, ſuprà omnia delicta atrociſſimum committeret parricidium. Ratio eſt, quià non tantùm vitam corporalem, ſed etiam ſpiritualem infantis perderet, & privaret eum fruitione æternæ vitæ, ad quam, ut potè natus ex matre Chriſtianâ, per Baptiſmum jus habere poterat. Undè non ſimplici, ſed qualificatâ pœnâ *parricidii* eſſet punienda, nullâ habitâ ratione proprii ſtatus, quandòquidèm ordinariâ pœnâ *parricidii* percutiendi ſunt ità Nobiles, ſicut ignobiles. (84)

40 Præ atrocitate pariter hujus ſceleris ſpeciale eſt, quòd, licèt in aliis criminibus præſtans auxilium per factum remotum, non puniatur eâdem pœnâ cum Reo principali ad tradita per *Baldum*, (85) tamen hoc fallit in *Parricidio*, ut probatur ex Textu. (86)

41 Quò verò ad occiſionem affinium, aut conſanguineorum tranſverſalium, quæ impropriè *parricidium* vocatur, eius pœna eſt legis *Corneliæ de Sicariis*, puta, capitis amputatio. Tamen qualificatur mors, non tantùm quò ad communes circumſtantias, aggravatorias criminum, ſed etiam quò ad proximitatem gradus coniunctionis inter Reum, ac occiſum. Nullus autem proximior eſt gradus, quàm fratrum, qui de jure Canonico (87) primum inter ſe gradum conſtituunt, ſicut filius cum Patre; undè præ ceteris grave redditur *fratricidium*. Quàmvis verò hoc puniri non debeat pœnâ præciſâ parricidii, ut docet *Decianus*, (88) (quià, quàmvis ſint fratres coniuncti in primo gradu inter ſe, ſicut cum Patre, non tamen ſunt in lineâ rectâ, nec unus habet eſſe ab alio, ut filius à Patre) tamen puniri debet pœnâ proximè minori.

42 Quò ad Clericos, *parricidium* committentes, ultrà pœnas contrà eos latas prò homicidio appenſato, de quibus in ſuperioribus dictum eſt, hoc habetur ſpeciale, quòd, quàmvis prò aliis delictis non ſint degradandi, ac tradendi Curiæ ſæculari, ut communiter opinantur *Canoniſtæ* argumento famoſi Canonis (89), tamen ob *parricidium* debent ſtatim degradari, ut dicunt *Doctores* (90), & hoc ob enormem criminis atrocitatem. Sed hæc ratio, me Judice, percutit alia crimina omnia, quæ atrociſſima reputantur: undè dicerem, Clericos degradandos eſſe propter ea, (quàmvis hoc non habeatur in jure ſcripto, ut habetur prò certis delictis, ut *Sodomiâ*, *falsâ monetâ*, *Aſſaſſinio*) quàmvis incorrigibiles minimè probati ſint. Quià, licèt unum crimen graviſſimum non conſtituat aliquem incorrigibilem, pròut aliàs (91) docuimus; hoc tamen eſt verum de incorrigibilitate in ordine ad expulſionem à Religione; dici tamen poteſt, quòd oſtendat aliquem incorrigibilem in ordine ad alias pœnas, ut tanquàm talis iis mulctari poſſit, ut de incorrigibilitate proveniente ex uno graviſſimo delicto, opinati ſunt *Donatus*, *Emmanuel*, *Rodericus*, & *Carolus de Graſſis*. (92) Et ratio hujus concluſionis eſt, quià, ut dicebat *Satyricus* (93)

*Nemo*

(75) *text. in l. unic. C. de His qui par. vel lib. occi.*
(76) *Decian. lib. 9 cap. 16. nu. 12. & ſeqq.*
(77) *Clar. §. Parricid. ℣. Ced quæro, quæ ſit.*
(78) *Carpzou. Par. p. Quæſt. 8. n. 15. & ſeqq. & ibi. Pingit. 2. Heigi Coler. Gomez Berlich & Moller.*
(79) *arg. l. Et ſi ſeverior. ff. Ex qui. cau. inf. irro, l. Hodie. ff. de Pæn. l. Quid ergo. §. Pæna gravior. ff. de His qui not. inf.*
(80) *Carpzou. Par. p. Quæſt. 15. per tot.*
(81) *Gudelin Comment. ad ius noviſſ. lib. 5. cap. 17. num. 10. Matthæ. de Crimin. ad lib. 48. ff. Tit. ult. cap. 2. Tellez. in cap. 1. Extra. de Infan. expoſit. num. 10. apud Raynal. Tom. 1. cap. 6. §. 5. n. 7.*
(82) *Vueſembec. Paratit. ad leg. Corn. de Sica. nu. 14. fin. BoeKell. diſp. crim. cap. 7. nu. 8. ℣. Refragatur.*
(83) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 396. nu. 5. & 6: & ibi Clar. quæſt. 83. n. 7*
(84) *Carpzou. Par. 1. Quæſt. 9. num. 41.*
(85) *Bald. in l. Iud. cet. C. Ad leg. Iul. peculat.*
(86) *text. in l. Si. ſciente. ff. Ad leg. Pompei. de Parric. & in §. Alia. 6. Inſt. de Publ. iud.*
(87) *arg. cap. Tua nos. & cap. final. de Conſang. & affini.*
(88) *Decian. lib. 9. cap. 19. num. 7. l. penult. §. 1. ff. Ad leg. Pompei. de Parric.*
(89) *cap. At ſi Clerici. de Iudic.*
(90) *Abb. in cap. 1. de Parent. qui fil. occid. & in cap. At ſi Clerici de Iudic. Ancharan. in cap. Ea quæ. de Reg. iur. in 6. Felin. in cap. 1. nu. 79. de Conſt. Decian. lib. 9. cap. 6. nu. 20. & cap. 16. n. 35.*
(91) *Par. p. Tit. Pœnarum. nu. 26. circ. med.*
(92) *Donat. Prax. Regul. Tom. 1. Par. 2. Tract. 8. Quæſt. 15. Roderic. Quæſt. Regul. Tom. 1. Quæſt. 30. art. 15. Carol. de Graſſ. de Cleric. Effect. 1. nu. 882.*
(93) *Iuvenal. Satyr. 2. ℣. 83.*

Digitized by Google

*Nemo repentè fuit turpiſſimus:* ..... undè qui graviſſimum ſcelus commiſit, oſtendit ſe in minoribus delictis ſe exercuiſſe, & in iis conſummato iniquitatis tyrocinio, ad majora eſſe progreſſum; ut proindè ob eam criminum conſuetudinem, tali facinore præſumptivè probatam, dici poſſit incorrigibilis.

43 Prò Regularibus non invenio ſpeciales pœnas, quæ ipſos prò *parricidio* peculiariter percutiant, undè tanquàm alii Clerici judicandi ſunt, niſi ſpeciales diſpoſitiones habeantur in eorum Statutis, quæ conſideranda ſunt. Nos Minores de Obſervantiâ nullum habemus Statutum circà pœnam veri *parricidij*. Extant ſolummodò pœnæ de *parricidio* ſimilitudinario, puta, de homicidio Prælatorum, qui quò ad debitum honoris, ac reverentiæ, & obedientiæ, quam ipſis præſtare tenentur Subditi, ſunt in eo gradu, in quo Pater naturalis eſt reſpectu filiorum; undè mors illis violenter à Subdito illata, dici poteſt parricidium ſimilitudinarium; prout ſcribit *Rodericus* (94)

44 Talia Statuta recenſuimus ſuprà §. *Provocatio. nu. 13. & 14. & §. Homicid. nu. 92. & 93.* illaque examinavimus in citatis paragr. undè ad citata loca lectorem remittimus.

## §. IX.

## Veneficium.

### *SUMMARIUM.*

1 *Homicidium per venenum, quarè conſtituat ſpeciem ab aliis diſtinctam.*
2 *Veneficium poteſt parari re venenoſâ tùm naturali, tùm artificiali.*
3 *Diffinitio veneficii.*
Miniſtrare *quot ſenſus habet*
4 *Miniſtrare venenum quis propriè dicatur.*
5 *Compoſitor veneni dicitur veneficus.*
*Ars componendorum venenorum tacenda.*
*Docere venena improbi hominis eſt.*
*Quo caſu malum non ſit de venenis ſcribere.*
6 *Delinquit veneficio, qui conſervat venenum, ut alteri tradat, vel ipſe eo utatur.*
*Quo caſu conſervator veneni mulctetur pœnâ ordinariâ, aut extra ordinariâ.*
7 *Vendens venenum tenetur de veneficio.*
*Quo caſu venditor veneni pœnâ ordinariâ puniatur.*
*Pigmentarij qui ſint.*
Temerè operari *quis dicatur*
8 *Vendens, & emens venenum æquali pœnâ tenetur.*
*Diſpoſitio de uno correlativo extenditur ad aliud.*
9 *Deferens, aut porrigens alicui venenum, eſt veneficus; ſi malo dolo hoc facit.*
10 *Servus ſciens, & non impediens venenum, Domino dandum, ſubit pœnam veneficii.*
*Fautores veneficorum pari modo puniendi.*
11 *Dolus eſt Delicti anima.*
*Dans potionem ad alium finem, quàm occidendi, ſi mors ſequatur, non eſt Reus de veneficio, & aliâ pœnâ punitur.*
12 *Aromatarii dando pharmaca interna, ſi mors ſequitur, ſunt Rei de homicidio culpoſo.*
13 *Aromatarii dantes quid prò quo, ſi conſtat mortem ægri ex hoc ſecutam, ſevere puniendi.*
*Hoc pariter eſt, ſi vendunt pharmaca corrupta.*
*Opinio, quod tales, morte ſecutâ, ſint irregulares.*
*Quomodò poteſt habere locum talis opinio.*
*Aromatarius vendens medicamenta nimìs antiqua tenetur pœnâ falſi.*
14 *Medicus dans ægro medicamentum inexpertum, ſi hic moritur, tenetur de homicidio culpoſo.*
15 *Veneni nomine quæ veniant.*
*Etymologia veneni, deducta à Ponzetto, carpitur.*
16 *Medicamentum ad ſanitatem venit etiam nomine veneni.*
*Ut exprimatur inſtrumentum delicti in veneficio, debet dici venenum malum.*
*Monitum Deciani ad Advocatos, ac Iudices, quandò agitur de veneficio.*
17 *Venenandi plures modi.*
*Venenans arma, ſi ferit, & ex armis venenatis quis moritur, punitur ut veneficus.*
18 *Venenum* naturale *dicitur ad differentiam ſortilegi.*
19 *In veneficio requiritur intentio mortis, aut inſanabilitatis cauſandi.*

1 De qualitatibus, aggravantibus homicidium aut ratione intentionis, aut ratione modi, aut ratione objecti, in ſuperioribus paragraphis ſatìs dictum fuit; ſupereſt dicendum de circumſtantiâ, quæ oritur à causâ inſtrumentali, quâ mediante, homicidium perpetratur. Et quidèm, ſi de armis propriè ad feriendum paratis loquamur; ſivè de aliis inſtrumentis, ad alia opera præſtanda adinventis, uſurpatis tamen ad alicujus necem; ſivè univerſaliter de omni vi, adhibitâ ad inferendam alicui necem, ſit ſermo, ſtat, quòd omnia hæc non conſtituunt ſpeciem homicidii, à cæteris diſtinctam; quandòquidem vis ad alterius necem incuſſa, ſivè armis propriè, aut impropriè ſumptis; ſivè nudâ manu percutiendo, impellendo, præcipitando, ſuffocando &c. fiat, ſemper cadit ſub viſu. Sed mors, per *venenum* parata, talis eſt, quòd inſtrumentum, quo mediante, illa inducitur, effugit ſenſum; undè etiam ſpeciem ab aliis homicidii criminibus diſtinctam conſtituit, quæ appellatur *veneficium*.

2 Quià verò *veneficium* poteſt accipi tùm de eo, in quo per artem, & operationem Diabolicam mors alicujus procuratur, ut optimè advertit *Carpzovius* (1), tùm de illo, in quo ſolis rebus naturalibus *venefici* utuntur ad necem alicujus; ideò, nè circà dicenda generetur confuſio, & congrua hujus delicti diffinitio dari poſſit, in hoc paragrapho loquemur tantùm de *veneficio* in ſecundo ſenſu, acturi de primo, quandò loquemur infrà de ſortilegio. *Tit. 8. §. 6.*

3 Dico igitur, quòd *veneficium* poteſt commodè diffiniri, quòd ſit *miniſtratio doloſa alicujus veneni mali naturalis, ad necem alicujus ordinati*. Dico primò *miniſtratio*, quæ procedit à verbo *miniſtrare*, quod ſignificat quodcunque opus exercere, ſicut etiam *miniſterium* ponitur prò omni operatione, ut argumento iuris

(94) *Roderic. Tom. 2. Quæſt. 34. art. 1. V. Ex his.*
(1) *Carpzov. Pract. crim. Par. 1. Quæſt. 20. nu. 1.*

Digitized by Google

18 *Cognatio generaliter accepta quid ſignificet.*
*Affinitas quomodò contrahatur.*
*Cognatio ſpiritualis, quæ ſit.*
*Cognatio legalis quomodò contrahatur.*
19 *Cognati naturaliter, qui Dicantur.*
20 *In parricidio requiritur cognatio naturalis.*
21 *Filius natus ex quovis coitu, etiam illicito, ſi occidit Patrem, eſt verè parricida.*
*Si Pater exponit filium, & hic occidat Patrem, non incurrit paricidij pœnas.*
*Pater exponens filium amittit jus patriæ poteſtatis.*
22 *Occidens Patrem ſpiritualem non eſt parricida.*
*Pater ſpiritualis magis diligendus, quàm carnalis.*
*Parricidium punitur ob iniuriam factam naturæ.*
23 *Occidens Patrem ſuum adoptivum non eſt parricida.*
*Filius ex adoptione, ſeù arrogatione, eſt filius fictus à jure.*
24 *Occidens agnatum, aut affinem quemvis, tenetur lege Corneliâ de Sicarijs.*
25 *Parricidium verum committitur ſolummodò in coniũctum in lineâ rectâ, aſcendenti, aut deſcendenti.*
26 *Omnes aſcendentes in lineâ rectâ vocantur Parentes, & deſcendentes dicuntur filij.*
27 *Homicidium Fratrum, Sororum &c. in lineâ tranſverſali, non eſt parricidium.*
*Homicidium Fratris, & Sororis ſpecialem habet gravitatem, & eſt puniendum morte qualificatâ.*
*Fratrem chariorem habendum, quàm uxorem, voluit Sophocles.*
28 *Gravius parricidium eſt Filij occidentis Patrem, quàm è contra, & quarè.*
29 *Matricidium eſt gravius patricidio.*
*Probatio filiationis reſpectu Patris, neceſſariò concludens, non poteſt dari.*
*Probatio filiationis, quomodò fiat reſpectu Patris.*
*Maternitas de directo poteſt probari, & quomodò.*
30 *Quomodò poſſet probari concludenter paternitas.*
31 *Probatâ directè paternitate, adhùc gravius eſt matricidium patricidio.*
32 *In generatione, & educatione prolis, plùs operatur Mater, quàm Pater.*
33 *Major eſt obligatio filij ergà Matrem, quàm ergà Patrem.*
*Matres, etiam inter bruta, plùs diligunt filios ſuos, quàm Patres.*

1 POſtquam de homicidii atrocitate, attentâ formâ illud patrandi, hùcuſque dictum eſt, ſupereſt dicendum de ejuſdem gravitate reſpectu ſubiecti, in quo committitur; & circà hoc venit examinandum *Parricidiũ*. Nomen hoc latiſſimum, latum, & proprium ſignificatum admittit: Latiſſimum quidèm importat univerſaliter quodvis homicidium. Nàm, ut ex *Priſciano* advertit *Decianus*, (1) *Paricidium* ex vi nominis importat *paris cædem*; & cùm homo naturaliter cuivis alteri homini *par* ſit, ſequitur, quòd omne homicidium *Parricidium* jure vocari poſſit. Proindè à *Feſto* (2) refertur lex *Numæ ſecundi Romanorum Regis*, quæ ſic habet. *Si quis hominẽ liberum dolo ſciens morti ducit, Parricida eſto.*

2 Sed doctiſſimi *Priſciani* pace, frigidam nimis eſſe, patet, *Parricidij* etymologiam deductam à *paris cæde*; nàm tunc debuiſſet ſcribi per ſimplex *R*, dicendo *Paricidium*, nulla enim duplicandi eam literam urgebat ratio. Dùm igitur ſemper ſcriptum reperitur per duplex *R*, convincitur, quòd tale nomen derivatur à *cæde Patris*, *Parentis*, aut *Patriotæ*, ut proindè dici debuiſſet *Patricidium*; *Parenticidium*; aut *Patrioticidium*, ſed ad facilitatem pronunciationis abbreviata ſit dictio, & loco *T*, & *R*, poſitum ſit duplex *R*. Et quidèm de *Patre*, & *Parentibus* evidens eſt deductio: de *Patriotâ* autem (quod nomen eſt fortè minimè reperibile apud antiquos probatæ notæ auctores, tamen optimè dici poſſe latinè, leges patronimicorum oſtendunt; nec omnia nomina, etiam latinæ puritatis, ſcripta reperiuntur) comprobatur ex hoc, quòd *Patria* æquali cum *Patre*, ac *Parentibus* exiſtimatione cenſenda eſt; nàm, non minùs debemus *Patriæ*, quàm Parentibus, (3) & qui *Patriam* perdit, Parricidium committere dicitur à *Tullio*, (4) in pluribus locis; & qui *Patriæ* Magiſtratum occidit, *Parricida* ab Auctoribus (5) vocatur. Sequitur proindè, quòd *Patriota*, nempè ejuſdem *Patriæ* civis, ſpeciali vinculo dilectionis cuilibet copulari debet, proindè, qui illud violat, Patriotam occidendo, tanquàm *Patriæ* iniurius *Parricida*, jure merito, vocandus ſit. Et huic dicto concordat citata lex *Numæ*, quæ ait, *hominem liberum* occiderit, puta, Romanum civem; nàm exteros, bello captos, quàmvis Romæ degentes, quià ſervi erant, occidere *parricidium* non erat; quià communis *Patriæ* jure non gaudebant; quod tamen cum libertate, ac civilitate, quàmvis alibi natis conferebatur.

3 Lato ſignificato *Parricidium* importat cædem cujuſvis, ſanguine, aut affinitate conjuncti, ut fratris, ſororis, patruelis, avunculi, amitæ, materteræ, conſobrini, privigni, ſocrus &c. ut habetur in Textu, (6) & communiter dicunt Doctores.

4 Strictâ autem, & propriâ acceptione ſignificat cædem hominis, ſanguine coniuncti, in lineâ rectâ aſcendenti, aut deſcendenti, & poteſt ità commodè diffiniri. *Parricidium eſt doloſa cædes hominis, naturali cognatione coniuncti, in lineâ rectâ aſcendenti, aut deſcendenti.* Dicitur primò *doloſa cædes*; nàm, ut ex Textu (7) habetur, requiritur ad hoc crimen, ut malo dolo peractum ſit. Proindè, ſi Pater, ultrà modum, verberibus coerceat filium, & hic excandeſcens, vel ut ſe defendat à Patre, Patrem interficit, non tenetur crimine *Paricidij*; ratio eſt, quià dolus excluditur ab irâ, quià homo iratus non eſt in plenitudine intellectus, (8) & ut dicunt Doctores, (9) ira eſt conturbatio animi concitati, quæ diſcurſum impedit, undè etiam in *Parricidio*, ſicut & in quovis alio delicto excuſat à pœnâ ordinariâ, quià excludit dolum. (10)

5 Pariter filius, ſe defendens à Patre iniuſtè, percutiente, excuſari debet à *parricidio*, ſi eum occidat. Ratio eſt, quià lex naturæ, de ſe defendendo, altioris eſt gradus, quàm ſit naturalis, ac Divina lex de honorando Patre; *& juxtà Gloſs. in l. Minimè ff. Occiderit ff. de Relig. & ſumptib. funer. lex defenſionis propria hoc permittit.*

Et

(1) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 5. n. 1.*
(2) *Feſt. lib. 14. V. Parricidii Quæſtor.*
(3) *arg. l. Veluti. ff. de Juſt. & jur.*
(4) *Cicer. in Philip. 2. 4. & 11. Decian. lib. 9. cap. 5. n. 4.*
(5) *Corn. in l. Si non convicii. C. de Iniur. Bald. in l. ult. C. de Incol. Carrer. Pract. crim. §. Homicid.*
(6) *text. in l. 1. ff. Ad leg. Pompei de parric. §. Alia deindè lex. 6. Inſt. de Publ. iudic. Carpz. Par. 1. Q. 8. nu. 24.*
(7) *text. in l. 1. ff. Ad leg. Pompei. de Parrici. l. un. C. de Iis qui parent. occi. §. Alia quoque. Inſt. de Publ. judic.*
(8) *Bald. in cap. 1. in fin. de Pace iuram. firman. Zacchi. Q.Q. Medicolegal. lib. 16. 2. Tit. 1. Q. 6. n. 14. & 15.*
(9) *D.D. in cap. Ira de Pæn. Diſt. 3. Alberic. Dict. V. Ira hominis. Peregr. Elucid. iur. lib. 1. Elucid. 6. Sect. 5. n. 114.*
(10) *Raynald. Tom. 1. cap. 6. §. 1. nu. 15.*

Digitized by Google

Et hoc pariter extendendum puto ad caſum, in quo matrem innocentem Pater occidere, aut percutere tentaret. Ratio eſt, quià in communi ſententiâ licet occidere iniuſtum aggreſſorem prò ſalvando innocente, & ſic in caſu licitum eſſet Patrem iniuſtè aggredientem, Matrem innocentem occidere; attento maximè, quòd major eſt naturalis dilectio filii ergà Matrem, à quâ filius majora beneficia in educatione recipit, quàm à Patre; undè, ſi prò ſalvandâ Matre, Patrem necaret, non faceret contrà legem naturæ; & ex conſequenti non committeret *parricidium*; & ſi ratione culpæ forſan, quià excederet inculpatam tutelam, non excuſandus eſſet à toto; ſaltem excuſandus eſſet à tanto, & ſic à *parricidio*.

6 Itidem ſi filius occideret Patrem, repertum in fragranti adulterio cum propriâ uxore, & hoc faceret incontinenti. Sivè ſi etiam occideret ex intervallo, caſu, quo Pater haberet conſuetudinem adulterandi illam, à quâ nollet deſiſtere, *parricidium* minimè committeret. Ratio eſt, tùm quià jure mariti poteſt adulterum interficere, (11) tùm quià juſtus dolor, argumento cujuſdam legis, (12) minuit culpam, quià dolum excludit; tùm quià ordine naturæ magis diligit uxorem, cum quâ eſt una caro, quàm Patrem, maximè vigente teſtimonio Divino. (13) *Relinquet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ*; undè ex hoc ſibi minuitur culpa, ut *parricidij* crimen minimè committere dici poſſit.

7 Ex intervallo pariter, ſi occidat in caſu prædicto, *parricidium* non committere, patet ex hoc, quòd circà *parricidium* eadem eſt ratio in Patre, occidente filium, ſicut vicè verſâ; habetur porrò ex quâdam lege (14), quòd non pœnis *parricidij* ex Decreto Imperatoris, ſed relegatione tantùm punitus fuit Pater, qui in venatione proprium filium interemit, quià hic *novercam adulterabat*, nempè, ut optimè explicat *Caballus*, (15) novercam non ſemel adulteraverat, ſed perſeverabat in animo continuandi adulterium. Ex quo deducunt Doctores (16) concluſionem, quòd ob metum futuri ſtupri, aliter inevitabilis, minans ſtuprum poteſt occidi; & quòd filia, in quâ minatum eſt ſtuprum, nè illud patiatur invita, poteſt pariter interfici, ut exemplo *Virginij* (qui filiam occidit, nè ſtupraretur ab *Appio Claudio*, de quo in quâdam lege (17) fit mentio) aſtruit *Antonius Matthæus*. (18)

8 Quemadmodùm ergò Pater filium perſeverantem in animo inceſtandi novercam, potuit occidere abſquè eo, quòd *parricidium* committeret, ità pariter, ſi Pater Nurum adulteraret, animumque perſeverandi in adulterio continuaret, poſſet à filio interfici abſquè notâ *parricidij*; quàmvis alio crimine teneatur, & aliâ pœnâ quàm *parricidij* deberet mulctari. Quià verò videtur, quòd non currat paritas; quià plùs debet de jure naturæ filius Patri, à quo habuit eſſe, quàm Pater filio; undè inferri poſſit, quòd in caſu ſupradicto Pater occidens filium, evadat *parricidium*, non autem vice verſâ; ideò optima eſt Regula, quam tradit loco citato Matthæus, (19) dicens, quòd filius, occidens Patrem, excuſari debet à *parricidio*, propriè dicto, ſi duo concurrant; primum eſt, quòd dolor, undè movetur filius, ſit juſtiſſimus; ſecundum eſt, quòd Pater aliquid perpatraverit, ob quod exuiſſe Patrem, Patriſque charitatem, ac nomen dici poſſit.

9 Evaderet pariter reatum *paricidij* filius, & Pater, ſi inter eos vergeret inimicitia ob unam ex illis cauſis, ob quas Pater filium poteſt exheredare, pròut ex *Surdo*, & *Marſilio* docet *Baron.*, & cum *Jaſone*, *Hippolito*, & *Carrerio* firmat *Decian. lib.9.cap.18.nu.26.* (20). Ratio eſt, quià, ut ex *Bartolo*, & *Marſilio* demonſtrat *Carrerius*, (21) ex quibus cauſis poteſt filius, aut filia exhæredari, amittit jus *paricidij*; nàm naturalis amor Patris in filium, & debita obſervantia filii in Patrem, ex illâ cauſâ immutatur ad iram reciprocam, ob quam ceſſat dolus in homicidio, ſi ſequatur; quòd proindè evadit qualitatem *parricidij*, & puniendum venit mitiori pœnâ.

10 Tandèm *parricida* minimè dici poſſet Pater, qui ad antevertendam infamiam familiæ, filio, ad ultimum ſupplicium damnato, veneno vitam adimeret, ut contrà *Felinum* docet *Decianus*, (22) & par ratio currit de filio reſpectu Patris. Ratio eſt, quià à tali *parricidio* abeſſet dolus malus; in eo enim non ſpectatur vitæ ademptio, ſed familiæ honor, qui eſt pura ratio finalis, ac motiva agendi. Et ex eodem principio ſequeretur eadem concluſio, caſu, quo non ſecuta fuiſſet condemnatio, ſed infallibiliter eſſet ſecutura.

11 Dicitur ſecundò *cædes hominis*, nempè violenta vitæ ademptio ſivè ferro, ſivè ſtrangulatione, ſubmerſione, præcipitio, aut quovis alio modo procurata, *cædes* enim, *Calepino* Teſte, (23) *mors eſt ferro, aut aliâ vi illata*; nomine autem hominis importatur omne vivens, animâ rationali dotatum, cujuſvis ætatis illud ſit; undè tale nomen comprehendit infantes; proindè Patres, aut Matres, qui proprios filios infantes occidunt, *parricidium* committunt, & *parricidij* pœnâ plectendi ſunt, ut habet Textus; (24) nec audiendus in hoc *Menochius*, (25) qui vult, parentes, qui necant ſuos filios, non teneri pœnâ ordinariâ *parricidij*, motus fortè ex hoc, quià in jure (26) videtur concedi Patri in filios non minùs, quàm Domino in Servos jus vitæ, ac necis, ſed optimè confutatur à *Carpzovio*, (27) qui ait, quòd patria poteſtas non in atrocitate, ſed in pietate conſiſtere debet, ut *Martianus* (28) docet, illudque jus, quod Patribus in filios videbatur competere, antiquatū, ac ſublatum eſt per aliam legem. (29)

12 Frequentiùs quidèm crimen hoc committitur à Matribus cum infantibus, quàm à Patribus cum filiis jàm adultis; ideò de his ſpecialiter inquirendum, ac videndùm, quandò verum, propriumque crimen *parricidij* committant. Dico igitur, quòd Mater poteſt proprium interimere, antequàm ex utero egrediatur, vel poſtquàm

natus

(11) *l. Marito. l. Si adulterium. §. penult. ff. Ad leg. Jul. de adult. l. Gracchus. C. eod. tit.*
(12) *text. in l. Si adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. Ad leg. Jul. de adult.*
(13) *Gen. cap. 2. V. 24.*
(14) *text. in l. Divus. ff. Ad leg. Pompei. de parricid.*
(15) *Caball. Cent. 1. Reſolut. 15. nu. 9.*
(16) *Grammat. Deciſ. 5. n. 9. & ſeqq. Thobi. Noni. Conſ. 109. nu. 8. Giurb. Conſ. crim. 86. n. 15. Maſtril. Deciſ. 297. num. 36. apud Raynald. Tom. 1. cap. 6. §. 1. nu. 21.*
(17) *text. in l. 2. §. Et cum placuiſſet. ff. de Orig. jur.*
(18) *Ant. Matthæ. de Crimin. Tit. de Parricid. num. 10. poſt. med. cap. 2.*
(19) *Ant. Matthæ. loc. cit. n. 11. & 12.*
(20) *Surd. & Marſil. apud Baron. de Effect. inimicit. Effect. 78. nu p. & 2.*
(21) *Carrer. Pract. crim. §. Homicidii autem ſpecies. n. 140.*
(22) *Decian. Tr. crim. lib. 9. cap. 8. n. 17.*
(23) *Calepin. V. Cædes.*
(24) *text. in l. unic. C. de Iis. qui parent. vel fili. occid. §. Alià deinde 6. Inſt. de Pub. judic.*
(25) *Menoch. de Arbitr. Judic. lib. 2. Caſ. 355. n. 48.*
(26) *text. in l. In ſuis. in fin. ff. de liber. & poſth.*
(27) *Carpzov. Pract. crim. Par. p. Quæſt. 9. n. 2.*
(28) *text. in l. Divus. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid.*
(29) *text. in l. 1. ff. de Parricid.*

Digitized by Google

natus eſt. Si primum, non vocatur propriè tale crimen *parricidium*, ſed *abortus procuratio*, de quo inferiùs ſpeciali paragrapho agemus; ratio eſt, quià licèt fœtus, in utero adhùc contentus, in favorabilibus prò homine habeatur in jure, (30) tamen dùm nondùm natus eſt, verè homo dici nequit, argumento alterius legis, (31) proindè in odioſis nomine hominis venire nequit: & ideò abortus procuratio *parricidium* non eſt; quià hoc eſt *cædes hominis*, pròut ſuprà dictum eſt.

13 Si autem mors infanti, jàm nato, infertur, hoc poteſt contingere adhùc dupliciter, puta, poſitivè, aut negativè; poſitivè quidèm per ferrum, laqueum, ſuffocationem, ac multiplicibus aliis modis, quibus vis infertur, quos enumerat *Carpzovius*. (32) & hoc, ſi malo dolo fiat, eſt verum *parricidium*. Negativè eſt, quandò Mater non præſtat ea, quæ præſtare tenetur, & neceſſaria ſunt ad vitam, & educationē infantis; & hoc dupliciter adhùc poteſt contingere, puta, quandò Mater non ſolùm non non præſtat ea, quæ præſtare filio tenetur, ſed etiam eum ſinit, aut collocat in loco, in quo illa ab aliis præſtari, aut ſimpliciter, aut niſi ex rarò accidenti, non poſſunt, & quandò Mater, debita filio, omittit, collocando illum in loco, in quo illa ab aliis præſtari poſſe, veriſimiliter ſperare poteſt.

14 Quò ad primum modum, delinquit Mater, quæ ſtudiosè in partu obſtetricem accire negligit, ut neceſſarium auxilium ſibi præſtet, ut infans in actu naſcendi vitalis ſit; & ex hoc deffectu infans in tali actu moritur; pariter, quandò tempore partus ità malè ſituatur in lecto, ut fieri non poſſit, quìn partus naſcendo ſuffocetur inter lecti ſtragula; inſuper, quandò nato infanti, & à placentâ uterinâ avulſo, non alligat venam umbilicalem, quâ non ligatâ, infans ſanguinem deperdit, & moritur; ulterius, quandò infantem non lavat à ſordibus, in quibus naſcitur, nec pannis involuit, ità ut ex frigore aeris ambientis enecetur; ſed cum his infantem natum relinquit, aut collocat in loco deſerto, aut latrinâ, cloacâ, ubi à nemine regulariter reperiri poteſt, ac ei ſubveniri. Talem Matrem, dubium non eſt, eſſe Ream infanticidii, quià qui per negligentiam rei, à ſe debitæ, cauſam mortis dat, ab homicidio immunis non eſt, uti ex *Plutarcho* in vitâ *Romuli* refert, & probat *Decianus*. (33) Non tamen poteſt dici, quòd ſtrictè committat *parricidium*, tùm quià vi adhibitâ non infert necem infanti; tùm quià ſemper verſamur in dubio, nùm infans ob deſertionem, & culpam Matris intereat, àn verò ex aliis ſymptomatis, ut optimè ratiocinatur *Carpzovius* (34), à quo non diſſentit *Raynaldus*. (35)

Quò ad ſecundum modum peccat Mater, quæ, ut præmiſſum eſt, non præſtat quidèm infanti, quæ præſtare naturaliter debet, tamen illum exponit in loco frequentato, & tali modo aptatum, ut veroſimiliter mors timeri non poſſit, (ut potè, quià pannis, ac faſciis eſt involutus; in calatho, aut fiſcellâ compoſitus; & in loco alto pendulè collocatus, nè à canibus, aut feris comedi poſſit) imò auxilium ab aliis obtineri, ut paſſim fit. Crimen hoc atrox eſſe, convincitur ex hoc, quòd in quibuſvis animalibus natura abhorret, proprios partus abiicere, ideò feris ipſis crudeliores probantur Matres illæ, quæ ſuos infantes exponunt, & ut dicunt jura (36), *tantò deteriores homicidis, quantò calamitoſioribus id inferunt*. Tamen, quià ſæpè ſæpiùs hoc non fit ex Matrum crudelitate in filios, ſed vel ad tuendam propriam famam, & honorem, qui non modò filiis, ſed & propriæ vitæ anteſertur; (37) vel ex paupertate extremâ, ob quam non ſufficit alendis filiis res familiaris; vel quià Mater vidua, ſi filium ſecum haberet, alium maritum non poſſet reperire; vel ob aliam cauſam minimè turpem; ideò minuitur de malitiâ delicti, quòd nequè pœna corporali coercetur, ſed tantùm exilio, ut tradit *Uveſembecius* (38), aut aliâ mulctâ, Judici arbitrariâ, ut dicunt alii. (39)

15 Minuitur tamen, & aggravatur malitia infanticidii, ſicut etiam quodvis aliud crimen ex circùmſtantiis. Si enim Mater nato infanti manus violentas infert, ac ipſū necat, collato ſibi priùs Baptiſmo; & hoc faciat ex motivo tuendæ vitę, aut famæ, ut potè, ſi eſt puella, vidua, aut nupta Nobilis, quæ in abſentiâ Mariti concepit, & peperit, & ſi hoc neſciatur, ultrà amiſſionem famæ, vitâ privabitur à Marito, aut fratribus; profectò dici non poteſt, quòd *parricidium* commiſerit; nàm hoc malo dolo non facit, quod, ut ſuprà dictum fuit, neceſſarium eſt ad verum *parricidium*.

16 Si verò ex alio pravo fine hoc facit; ut potè, ſi Mulier vidua proprium filium necaret, ut acquireret ex morte illius legitimam; aut ad hoc patrandum acciperet pecuniam ab alio, qui ex fideicommiſſo, aut ratione proximitatis ſuccederet in hæreditate filii; ſivè ad tale facinus committendum induceretur à prædicto hærede filii, inito pacto, quòd vidua illi nuberet, non ſolùm committeret *parricidium*, ſed etiam *aſſaſſinium*; undè non ſolùm, pœnâ *parricidii* eſſet punienda, ſed etiam aliâ magìs qualificatâ. Ratio eſt, quià, ſi pactâ cum alio pecuniâ, filium occidit, ultrà *parricidium* apertè committit *aſſaſſinium*, quià interveniente pacto pecuniario hominem occidit, quæ eſt vera ratio *aſſaſſinii*, ùt pluribus ſecum vectis probat *Raynaldus*, (40) qui loquitur in fortioribus terminis, nempè in muliere, quæ pactâ pecuniâ abortum procuraret.

17 Par verò eſt ratio, quòd ipſa filium interimeret, ut ejus legitimam lucraretur; ſivè ut nuberet ei, qui homicidium infantis illi perſuaderet. Ratio eſt, quià, ut oſtendimus §. *Aſſaſſinium num.* 14. ratio *aſſaſſinii* comprehenditur, non ſolùm in pactione pecuniæ numeratæ explicitâ, ſed etiam in pactione implicitâ cujuſvis alterius rei, pretio eſtimabilis. Porrò nuptiæ, maximè cum viro divite, aut ditato ex novâ hæreditate, ſunt res, pretio æſtimabiles, undè, ſi de his pactū intervenit, intrat vera ratio Aſſaſſinii. Pariter, ſi Mater occidit filium, ut acquirat legitimam ſibi, lege debitam, eadem militat ratio. Quantùmvis enim hìc non interveniat perſona, talem legitimam ſtipulans, per fictionem juris lex ipſa, quæ concedit Matri legitimam fili defuncti, induit rationem perſonæ promittentis; undè, ſi Mater movetur ad *parricidium*, contemplatione lucri talis legitimæ, perindè eſt, ac ſi cum aliâ perſonâ verâ ſuper tali facto paciſceretur de lucro illo: & proindè verum aſſaſſinium, ſimul cum *parricidio* committeretur.

18 Di-

(30) *text. in l. penult. ff. de Stat. homi.*
(31) *arg. leg. In Falcidia. §. final. ff. Ad l. Falcid.*
(32) *Carpzov. Par. 1. Quæſt. 9. n. 47. & ſeqq.*
(33) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 15. nu. 35.*
(34) *Carpzov. Pract. crim. Par. 1. Queſt. 11. n. 29.*
(35) *Raynal. Tom. p. cap. 6. §. 5. num. 3.*
(36) *text. in l. Sancimus, in fin. C. de Infant. expoſit. & Novell. 153. Coll. 9 cap. 1. in fin.*
(37) *arg. l. Iſti quidem. §. 1. ff. Quod met. cauſ. Menoch. de Arbitr. lib. 2. Cent. 4. Caſ. 396. nu. 7.*
(38) *Uueſembec. Parati. ff. Ad leg. Cornel. de Sica. n. 14.*
(39) *Clar. Menoch. Ludovic. Gilhaus. Arbor. iud. crim. cap. 2. Tit. 15. n. 1. & ſeqq. apud Carpzov. Par. p. Q. 10. n. 17.*
(40) *Rayn. Tom. p. cap. 6. §. 5. nu. 50. & ibi Menoch. Theſaur. Sarne. Domhaud. Cuiac. Caſyc. de Luca ad Vinc. de Franc. Deciſ. 592. n. 5.*

Digitized by Google

18 Dicitur tertiò *naturali cognitione coniuncti*. Porrò cognatio, ut *ex Baptiſmo Calvinus* ait (41), generaliter accepta, ſignificat omne vinculum, quod inter homines vel jure ſanguinis, vel ex Legali, ſivè Civili ordinatione oritur. Civili quidèm, ſeù Legali cognatione cognati ſunt ii, qui vinculantur inter ſe ex copulâ legitimâ, aut illegitimâ Maris, & fœminæ, qui ſunt ex eodem ſanguine cum iis, qui cognatione vinculantur; ut ex copulâ *Titii* cum *Bertâ*, utrorumque aſcendentes, deſcendentes, ac tranſverſales fiunt inter ſe cognati cognatione, quæ propriè vocatur *affinitas*, quæ utroque jure (42) firmatur, & taliter vinculati vocantur *affines*. Pariter Legalis cognatio inducitur per collationem, ac receptionem Sacramenti Baptiſmi, ac Confirmationis; & hæc in jure (43) vocatur *cognatio ſpiritualis*. Inſuper per adoptionem, ſivè arrogationem contrahitur cognatio, quæ in jure Canonico (44) appellatur ſingulariter *cognatio Legalis*.

19 *Naturali* autem *cognatione* vocantur illi coniuncti, qui ex eodem ſanguine ſunt propagati, &, uti *Modeſtinus* (44) ait, dicuntur cognati, *quaſi unâ communiter nati, vel ab eodem orti*, cognâti enim reducuntur ad unum communem ſtipitem, à quo deſcendunt, & à quo menſurantur cognationis gradus.

20 *Parricidium* igitur requirit, quòd inter Reum, & occiſum interveniat *cognatio naturalis*, non autem ſufficit Legalis; & rationem reddit *Clarus* (46), nàm in hoc crimine conſideratur ſubſtantia filiationis, nempè procreatio ex ſanguine, non verò qualitas, nempè illa externa, quæ ex diſpoſitione Legis inducitur.

21 Sequitur hinc, quòd, quàmvis filius ſit natus ex adulterino, nefario, ſacrilego, aliovè quovis damnato coitu, ſi Patrem occidit, & vice verſâ, verum committitur *parricidium*, ut pluribus ſecum vectis probat *Carpzovius* (47), quamquàm aliter ſentiat *Decianus* (48), Sed profectò verior eſt prima opinio; ratio eſt, quià, quòd filius ſit natus ex coitu illegitimo, aut legitimo, qualitas eſt; quòd autem progenitus ex ſemine ſubſtantia eſt, &, in hoc fundatur ſubſtantialis ratio filiationis. Pròut verò dictum eſt, in *parricidio* conſideratur ſubſtantia, non autem qualitas cognationis. Verum eſt, quòd ex aliquâ qualitate etiam à Patre naturali amittitur jus *parricidij* paſſivè; ut nempè, ſi Pater naturalis (ſivè legitimus, ſivè illegitimus ſit) filium infantem exponit, & hic factus vir Patrem occidit, non tenetur hic pœnâ *parricidij*, quià ille, filium exponendo, amittit ius Patriæ poteſtatis, ut ſtatuunt ambæ leges, (49), & ſic tenuerunt *Petrus Gerardus*, & *Carrerius*. (50) Tamen hoc potiùs ſpectat ad pœnam, quàm ad ſubſtantiam delicti, puta, quòd lex, perpendens crimen Patris, in exponendo filium, ac iniuriam ab hoc acceptam, ad pœnam illius, & excuſationem iſtius, diſponat, quòd ille privetur Patriâ poteſtate Civili, & hic non puniatur pœnâ *parricidij*; non tollitur tamen, quòd verum *parricidium* non committat, cùm occidat eum, à quo habuit eſſe; & coràm Deo idem crimen eſt, ac ſi Pater eum non expoſuiſſet; per illam enim expoſitionem non diſpenſatur filius in præcepto Dei mandantis. *Honora Patrem tuum & Matrem tuam*. (51)

22 Sequitur ex dictis, quòd, ſi quis occidat Patrem ſuum ſpiritualem, non incurrit *parricidium*, ut benè contrà *Bartolum*, *Hippolitum*, ac *Carrerium* probat *Decianus*. (52) Ratio eſt, quià, quantùmvis juxtà rectam rationem, ac fidem æqualiter, imò magis diligi debeat Pater ſpiritualis, quàm corporalis, ut jura dicunt, (53) ex eo, quòd ille animam ad gratiam regenerat, hic verò tantùm corpus ad naturam; tamen quià lex humana punit *parricidium* ſingulari pœnâ, propter iniuriam illatam naturæ, quæ non militat in Patre ſpirituali, ideò pœnâ *prricidii* non punitur occidens ſpiritualem, ſicut Patrem naturalem.

23 Sequitur pariter, quòd, ſi filius adoptivus Patrê adoptantem, aut vice verſâ, interficiat, non delinquit *parricidio*, quià, ut dicunt Doctores (54), filii adoptivi ſunt filii ficti à jure Civili, non autem naturali; proindè filius talis contrà Patrem delinquens, aut vice verſâ, nõ incurrit reatũ *parricidii*, quod ex ſolo nexu ſanguinis naturali procedit

24 Sequitur itidèm, quòd occidens Vxorem, Socrum, Cognatum, Novercam, Privignam, ac alios affines quoſvis, non delinquit *parricidio*, proindè ſolâ pœnâ legis *Cornelia de Sicariis* punitur, ut in jure (55) habetur, ob rationem ſuprà adductam, quià nempè coniunctio per affinitatem inducta eſt per legem poſitivam Civilem, non autem per naturalem. Quàmvis verò videatur, quòd coniunctio Mariti cũ Vxore videatur inducere vinculum naturale ex eo, quòd per copulam fiunt una caro, tamen, quià deficit conditio propagationis unius; ab alio, quæ eſt proprium fundamentum *parricidii*, hoc minimè inducitur ex nece Mariti, aut Vxoris, hinc indè patratâ.

25 Dicitur quartò *in lineâ rectâ aſcendenti, aut deſcendenti*. In hoc enim propriè radicatur atrocitas *parricidii*, ut nempè quis adimat vitam illi, cui, aut à quo vitam dedit, aut accepit immediatè aut mediatè; nàm à tanto facinore natura abhorret, non minùs, quàm ab inferendâ manu in propriam perſonam. Si quidèm Pater conſiderat filium à ſe genitum, tanquàm partem ſui; filiuſque genitus à Patre, naturalem affectionem debet habere ad eum, velut pars ad totum, cujus eſt pars; aut effectus ad cauſam, à quâ habuit eſſe.

26 Nil autem refert, quòd eſſe, ac vita data, aut accepta ſit immediatè, vel mediatè, ut verum *parricidium* inducatur. Siquidèm Avi, ac Aviæ dant eſſe Nepotibus, ac iſti ab Avis accipiunt eſſe, non quidèm immediatè, ſed mediatè, & tamen, ſi Avus, aut Avia occidat *Nepotem*, aut vice verſâ, verum, ac proprium *parricidium* committitur, ut communiter, Teſte *Deciano* (56), dicunt Doctores. Ratio eſt, quià, ut ex jure (57) habetur, omnes aſcendentes in rectâ lineâ uſquè in infinitum, ſunt, & vocatur *Parentes*; ex quo infertur, quòd pari modo omnes deſcendentes in lineâ pariter rectâ veniant nomine filiorum; & profectò, ſi nomine filiorum aliquandò in jure (58) vocantur Nepotes, eodem nomine venire poſſunt omnes deſcendentes,



(41) *Calvin. lexic. V. Cognatio generale.*
(42) *Tit. 13. & 14. lib. 4. Decretal. Tit. 10. ff. lib. 38.*
(43) *Tit. de Cognat. Spiritual. lib. 4. Decretal.*
(44) *Tit. de Cognat. legal. lib. 4. Decretal.*
(45) *text. in l. Non facile §. 1. ff. de Grad. & affin.*
(46) *Clar. §. Parricidium. nu. 2.*
(47) *Carpzov. Par. 1. Quæſt. 8. nu. 28. & Quæſt. 9. nu. 15. & ibi Clar. Moller. Berlich. Menoch. Schneid. Felin. Alex. Garz. & Covarr.*
(48) *Decian. lib. 9. cap. 18. n. 30.*
(49) *l. 2. C. de Infant. expoſit. cap. 1. de languid. expoſit.*
(50) *Petr. Gerard. Singular. 2. Carer. Pract. crim. §. Homcid. nu. 143. V. limita etiam in filio.*
(51) *Deuteronom. cap. 5. nu. 16.*
[52] *Decian. lib. 9. cap. 9. num. 6.*
[53] *text. in cap. Ità diligere. & in cap. Pitacium iunct. gloſſ. in V. Multò magis. 30. q. 3.*
(54] *Bald. in l. Fideicommiſſum. ff. de Condit. & demonſtr. Alexan. in l. Adoptivum in princip. ff. de In ius. voca.*
[55) *text. in l. 1. ff. ad leg. Pompei. de Parricid. & in l. Pæna. §. Qui alias. ff. eo. tit.*
[56] *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 8. n. 4. D. D. in l. 1. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid.*
[57) *text. in l. Quique. §. Parentes. & in l. Sed ſi hac. §. liberos. ff. de In ius voca.*
(58] *l. liberorum. §. Sed & Papyr. l. Filii. l. Iuſta. ff. de Verb. ſign.*

etiam in infinitum in rectâ lineâ, & ratio eſt, quià quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati ab illâ cauſâ, & ſic primus ſtipes, qui eſt cauſa mediata, aut immediata omnium intermediorum, poteſt dicere filios omnes, qui ab intermediis procreati ſunt, tanquàm à ſe prodeuntes miniſterio cauſæ intermediæ, à ſe immediatè cauſatæ.

27 Sequitur ex dictis, quòd homicidium Fratrum, Sororum, Avunculi, Patrui, Conſobrini &c. ac aliorum Cognatorum in lineâ transverſali, *parricidium* propriè non eſt, quià unus ab alio non accipit, aut dat eſſe, quantùmvis omnes immediatè, aut mediatè ab uno ſint. Verum eſt, quòd homicidium fratris, aut ſororis ſpecialem involuit gravitatem, (cùm ex ſententiâ *Sophoclis* apud *Ariſtotelem* (59) frater charior habendus ſit, quàm Vxor, aut filii, ex eo, quòd & Coniux, & alii filii haberi poſſunt, non item fratres, mortuis Parentibus,) & ideò quamvis pœnâ *parricidarum* non puniatur, ſed penâ legis *Corneliæ de Sicariis*, (60) tamen debet hæc aliqualiter qualificari, puta, Reum, ad furcas damnatum, trahendo ad caudam equi, aut candentibus forcipibus torquendo, aut inſepultum in patibulo relinquendo &c. ut ſcribit *Carpzovius*. (61)

28 Ex hucuſquè igitur traditis concluditur, verum *parricidium* committi ſolummodò à filiis in Parentes, aut viceverſâ à Parentibus, ac Avis in filios, ac Nepotes. At quale nam dicendum atrocius parricidium Patris in filium, aut Nepotem, ân è contrà? Dico, quòd gravius eſt *parricidium* filii contrà Patrem, aut Avum. Ratio eſt, quià gravitas delicti in Patre, occidente filium, menſuratur ſolùm à naturali affectione, quam ex inſtinctu naturæ quodlibet animal habet ergà propriam prolem; & occidendo proprium filium peccat Pater tantummodò contrà tale debitum naturæ animalis. Sed in filio, occidente Patrem, læditur non ſolùm naturalis affectio, quam quodlibet animal ſervat ergà proprios genitores, quæ radicata eſt in ſanguinis ſimpathiâ; ſed læditur etiam lex naturæ rationalis, quæ dictat, æquale bonum eſſe ex gratitudine reddendum ei, à quo bonum accepimus; & cùm filius à Patre acceperit vitam, ac eſſe ſimpliciter, quod prævalet omni bono, ut ſubſtantia omni accidenti; ſequitur, quòd ex gratitudine filius debet Patri bonum æquale illi, quod accepit, & ità propriam vitam debet dare prò ſervandâ Patris vitâ. Si ergò non tantùm non ſervat, ſed Patri vitam adimit, ſequitur, quòd peccat in legem naturæ rationalis. Læditur tertiò etiam præceptum Divinum de honorando Patre; quantùmvis enim Patres, ac Theologi extendant tale præceptum ad omnes, ſanguine coniunctos intrà quartum, gradum tranſverſalem, ac deſcendentes in lineâ rectâ, tamen expreſsè non eſt ità præcepta reverentia aliorum ad invicem, ſicut filiorum ergà Parentes. Sequitur ergò, quòd, cùm in *parricidio* filii in Parentes triplex lex læſa maneat hoc præ alio longè gravius ſit.

29 At quodnam execrabilius paſſiuum Parentum *parricidium* dicendum eſt Patris, ân Matris? Dico, quòd gravius eſt matricidium, quàm patricidium, & hoc ex duplici principio. Primum eſt, quià nunquàm conſtare poteſt de vero patricidio, quià non poteſt directè probari filiatio per probationem, neceſſariò concludentem reſpectu Patris, ut poſt *Gloſſam, Bartolum*, & *Baldum*, tradunt communiter Doctores (62), ergò ex conſequenti relativorum nequè paternitas. Undè cenſent communiter Doctores, probationem filiationis, & paternitatis directam eſſe impoſſibilem, & ſolummodò admitti præſumptivam, ſi nempè aliquis natus ſit ex Vxore, cohabitante cum marito in ſuâ domo, vicinis ſcientibus; (63) aut ſi tractatur in educatione, ac cæteris, tanquâm filius. (64) Quàm parùm concludant autem prò veritate hujuſmodi præſumptiones, donec quotidiana experentia Confeſſariis benè nota, quâ diſcunt, non raras eſſe nuptas, quæ ex adulterio concipiunt; & multos ex pietate alere, tanquàm proprios naturales filios, eos, quos ab hoſpitali expoſitorum receperunt educandos, lex tamen hujuſmodi præſumptivas probationes circà paternitatem recipit, & prò concludentibus approbat. Sequitur igitur, quòd ex reali incertitudine paternitatis non poteſt cenſeri ità grave homicidium ejus, qui habetur prò Patre, cùm frequenter contingat, non eſſe talem eum, qui prò Patre reputatur. Quod tamen fallit in Matre, nàm hujus maternitas certa eſt (65), quià certò probari poteſt per obſtetrices, ac alias perſonas, quæ partui interfuerunt. (66) Concludendum ergò, quòd, quantùmvis in foro fori appareat, occiſum fuiſſe Patrem Rei, quià natus ex ſuâ Vxore fuit, & ideò verum patricidium commiſiſſe; tamen re verâ poteſt non eſſe Pater, & ſic ſolùm homicidium commiſiſſe; quod tamen non poteſt eſſe de Matre, quæ directè probari poteſt eſſe talis: undè homicidium hujus ratione certitudinis ſemper gravius erit cenſendum.

30 Dato etiam, quòd probari poſſet de directo certa paternitas, (ut nempè, ſi probaretur, virum, ac Vxorem fuiſſe per annum integrum in carceribus ſub fidis cuſtodibus, qui teſtarentur, nullum alium virum fuiſſe ingreſſum in carceres, & ſub fine anni mulier pareret in carcere, tenent enim nonnulli Doctores (67), quòd probatio paternitatis tunc eſſet directa; quod tamen non admitto, niſi cuſtodes oſtenderent, ſe eſſe caſtratos; aliter potuit aliquis eorum, dormiente marito, mulierem fæcundare) adhùc non tàm grave eſſet patricidium, ut matricidium, & hoc deduco ex ſecundo principio.

31 Planè ſtat, quòd ad generationem prolis non minùs requiritur actio Matris, quàm Patris: non enim natura fruſtrà fabricata eſt teſtes fœmineos, in quibus elaboratur ſemen; licèt ergò dicant Philoſophi, ſemen maris eſſe in generatione principalius, quià habet rationem activi, non tollitur tamen, quòd actiuum etiam non ſit ſemen fœmineum: etenim, licèt hoc ſe habeat per modum paſſivi, pròut comparatur ad ſemen maris, quià ab eo actuatur ad generationem; tamen, ut comparatur ad prolem genitam, cui dat eſſe per veram generationem, ipſum etiam dicendum eſt verè activum. Sequitur igitur, quòd, quò ad conceptionem prolis, æquali modo ſe habeant Pater, ac Mater, ac uterque neceſsariam ſimpliciter operam præſtent.

32 Ad perfectam autem generationem, ad vitam prolis multa ſanè requiruntur, omnibus nota, quæ tamen ſola præſtat Mater, organizando membra, ſanguinemque nutriticum ſubminiſtrando; ſufferendo varia ſymptomata, uteri præfocationes; ſyncopes; cordis palpitationes; nauſeas; vomitus, & alia ſexcenta incommoda, quibus pręgnantes ſunt obnoxiæ. Poſtquã autẽ inter acerbiſſimos dolores

enixæ

(59) *Ariſt. Rhethor. ad Theodect. lib. 3. cap. 16.*
(60) *text. in l. 1. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid. & in l. Pœna. §. Qui alias. ff. eo. tit.*
(91) *Carpzou. Pract. crim. Par. 1. Quæſt. 13. n. 6. & 7.*
(62) *Gloſſ. in l. hujus. ff. de Condict. & demon. Bartol. in l. 1. num. 2. C. Quorum bonor. Bald. in l. Non ignorat. init. V. Sed quis. C. Qui accu. non po. Socin. Caſt. Præpoſ. apud Maſcard. Concl. 787. n. 3. & 4*
(63) *D. D. in l. Filium. ff. de His qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. Non epiſtolis. C. de Probat. & in l. Si vicinis. C. de Nupt. cap. Per tuas. de Probat. cap. Tranſmiſſe. Qui fil. ſint legit.*
(64) *D. D. in l. Quidam quaſi. ff. de Probat. Gloſſ. penult. in cap. Tranſmiſſæ. Qui fil ſint legit. Canoniſt. in cap. Per tua. de Probat. Maſcard. Concl. 789. nu. 1.*
(65) *text. in l. Quia ſemper. ff. de In ius vocan.*
(66) *arg. l. p. §. de inſpiciendo. ff. de Ventr. inſpic.*
(67) *Butr. & Bart. in l. p. nu. 2. C. Quor. bonor Barb. Conſ. 3. n. 7. Vol. 3. Boer. Quæſt. 299. Menoch. de Arbitr. Caſ. 89. n. 18.*

Digitized by Google

enixæ ſunt, fœtuſque vitalis natus, novit unuſquiſque quaſnam moleſtias, curas, vigilias cogatur ſubire anxia Mater, ut natam prolem eouſque perducat, ut ſibi neceſſaria ad victum, veſtitumque parare poſſit. Tot incommodis, ac laboribus immunis eſt Pater, qui poſt voluptuariam ſeminationem, circà perfectam prolis generationem nihil penſi habet.

33 Sequitur ex his, quòd longè majorem obligationem habet filius Matri, quàm Patri, ut proindè etiam naturali inſtinctu magìs feratur ergà Matrem, quàm ergà Patrem, ſicut etiam teneriùs filium diligit Mater, quàm Pater. Hoc idem videtur in brutis, nàm ergà Patrem nullam oſtendunt inclinationem, ſicut etiam vice versâ; ergà Matrem autem è contrà; ſicut & Mater filios, maximè, quandò parvuli ſunt, proſequitur, quod videmus quotidiè in gallinis, canibus, & cæteris brutis fœminei ſexus. Dùm igitur, quò ad legem naturalis inclinationis magìs feratur filius in Matrem, quàm in Patrem; & lege etiam rationalis naturæ magìs gratus debeat eſſe filius ergà Matrem, cui tanta, & tot debet, quàm ergà Patrem; ſequitur, quòd, ſi in Matrem matricidio ſævit, atrociùs peccet, quàm parricidio.

## Probatio

### SVMMARIVM.

34 *Ad parricidium probanda à Fiſco eſt coniunctio ſanguinis in lineâ rectâ inter homicidam, & occiſum.*
35 *In probando parricidio ſufficiunt indicia, quæ tamen ſint urgentia, & proxima.*
36 *Probatio coniunctionis, & ſanguinis eſt facilis, & quomodò fiat.*
*Crimen parricidii nunquàm præſcribitur.*
*Abolitio parricidii non indulgetur.*
*Alia delicta intrà certum tempus præſcribuntur.*

34 QVò ad probationes hujus delicti ſciendum, quòd in eo, ſicut & in quolibet alio crimine ab accuſatore, ſeù Fiſco probandus eſt dolus, qui, prout dicunt Doctores (68), in dubio non præſumitur in hoc crimine; propter arctam ſanguinis coniunctionem, ut ſcribit *Decianus*. (69) Et quià, ut non ſemel dictum eſt, in omni crimine probanda eſt qualitas ſpecificativa delicti, ad accuſatorem pariter, aut Fiſcum pertinet probare coniunctionem ſanguinis in rectâ lineâ inter Reum, & occiſum; nàm hæc eſt qualitas, à quâ ſpecificatur *parricidium* à ſimplici homicidio.

35 Quantùm ad probationem facti doloſi, opinatus eſt *Cicero*, (70) quòd, cùm *parricidium* ſit crimen adeò atrox, ut penè incredibile ſit, quòd committi poſſit ab homine, requirantur ad hoc probandum argumenta meridianâ luce clariora. Verùm, cùm & ipſa atrocitas ſit in causâ, ut ejus criminis Rei tantò magìs delictum procurant occultare, ideò, ſicut in aliis delictis, quæ ſunt difficilis probationis, dici ſolet, ità & in hoc ſufficere debent indicia, & coniecturæ: & hanc concluſionem firmat *Decianus* (71) plurium Doctorum auctoritate. Indicia tamen eſſe debent urgentia, & proxima; inter quæ validiſſimum cenſendum eſt commodum; quod ex morte occiſi reportaturus eſt Reus prætenſus; nihil enim impellere poteſt hominem, ad violandum jus naturæ in hoc ſcelere, velùt deſiderium proprii commodi, aut realis, aut præſtituti. Hinc habemus plura exempla coniugatorum, qui ex commodo ſperato novi coniugii, Vxorē, aut Maritum occiderunt; itèm audivi Patrem occidiſſe filium, ut potiretur matrimonio fœminæ, quam deperibat, & quæ reſpectu filii viventis, nolebat illius nuptiis aſſentiri: ſcio etiam, Matrem quandam veneno propriam filiam ſuſtuliſſe, ut ad nova vota tranſire poſſet, in quibus obtinendis à filiâ impediebatur; pariter vidimus, quòd filius Patrem ſenem necavit, ut hæreditate potiretur ad luxum, cui illo vivente liberè indulgere non poterat; & alios hujuſmodi caſus. Perpendat igitur Judex prudens in facti contingentiâ commodum, quod ex alterius morte ſperare potuit Reus, & hoc ſtatuat prò validiſſimo indicio ſceleris.

36 Facilis porrò eſt probatio qualitatis coniunctionis ſanguinis in lineâ rectâ inter Reum, ac occiſum; probato enim, quòd unus ſit natus ex Vxore legitimâ, cohabitante ſimul cum Marito, vicinis ſcientibus; ſivè probato, quòd ille fuit tractatus in omnibus ab alio, ut filius à Patre, probata remanet qualitas filiationis in uno, ac paternitatis in alio; prout diximus ſuprà *num.* 29. aut ſi aliis præſumptionibus, communiter admiſſis prò legitimis, utatur, de quibus abundè loquitur *Maſcardus* (72). Sciendum tandem, quòd, quàmvis cætera delicta intrà certum tempus præſcribantur, prout aliàs diximus (73), attamen propter atrocitatem *parricidii*, ejus accuſatio eſt perpetua, ut habetur in jure, (74) & tanti ſceleris abolitio non indulgetur.

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.

37 *Pœna parricidii antiqua, quæ; & quarè ſic dabatur.*
*Talis pœna eſt antiquata ob periculum animæ.*
*In Germaniâ de jure Saxonico adhùc uſurpatur.*
38 *Pœnæ exaſperantur arbitrio Iudicis.*
*Ob quas cauſas pœnæ molliantur.*
*Pœna infanticidii juxtà varias circumſtantias.*
39 *Mater occidens infantem, non ſibi collato Baptiſmo, atrociſſimè punienda.*
*Nobiles, ac plebei æqualiter puniendi in parricidio.*
40 *Præſtans auxilium ſceleri per factum remotum, regulariter non punitur pœnâ principalis.*
*In parricidio auxilians etiam per factum remotum, æquè ac principalis punitur.*
41 *Pœna occidentis coniunctum in lineâ tranſverſali.*
*Pœna legis Corneliæ de Sicariis exaſperanda cum homicidâ fratris.*
42 *Clericus parriccida eſt degradandus, & tradendus Curiæ ſæculari.*
*Vnum crimen graviſſimum non conſtituit Religioſum, ad eum expellendum ab Ordine.*
*In Ordine ad alias pœnas, unum delictum graviſſimum prodit hominem incorrigibilem.*
43 *Regulares Rei de hoc crimine ſunt puniendi de jure communi, ſi deſint Statuta.*

Nnn 2 37 Pœ-

(68) *Bald. in l. final. in 20. oppoſit. C. de Hæred. inſt. Salycet. & Hippolitr. C. Ad leg. de Sicar. arg. l. 1. ff. de Parric.*
(69) *Decian. lib. 9. cap. 18. num. 1.*
(70) *Cicer. Orat. pro Roſcio. fol. m. 27.*
(71) *Decian lib. 9. cap. 17. num. 5. & ſeqq. & ibi livi. Bald. Signorol. Boer. Marſil. & Igne.*
(72) *Maſcard. de Probat. Concl. 788. & 789 per tot.*
(73) *Par. p. Tit. Patronus. nu. 91 text. in l. Querela C. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(74) *text. in l. ultim. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid.*

37 POena veris *parricidis* juxtà Textum expreſſum (75) erat, quòd Reus tale crimen confeſſus, priùs virgis ſanguineis cæderetur, exindè inſueretur culeo, (hoc eſt ſacco coriaceo) unà cum gallo gallinaceo, cane, viperâ, & ſimiâ, & in mare projiceretur; cujus pœnæ rationem latè examinat *Decianus*, (76) & aſſignat etiam Textus citatæ legis, nempè, ut Reus *omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, & cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur*. Sed talis pœna, ut nimìs atrox, & quæ occaſionem præberet Reo damnandi animam, antiquata eſt, ut communiter ſcribentes teſtantur, aſſertore *Claro* (77), licèt *Carpzovius* (78) pluribus citatis velit adhùc in uſu eſſe in quibuſdam regionibus; & ſignanter docet, eam adhùc deberi de jure *Saxonico*, ac edictis Imperialibus *Caroli V.* Cæterùm in aliis locis, furcis, gladio; aut rotâ Rei plectuntur, qualificato tamen ſupplicio, juxtà facti contingentias, ac municipales leges.

38 Sicut autem exaſperandæ ſunt pœnæ, Judicis arbitrio, ex qualitate aggravante, ut ex jure (79) deducitur, ità etiam minuendæ ſunt. Proindè qui committeret *parricidium* præter intentionem occidendi, aut ex irâ; præcipitatione, inadvertentiâ, aut aliâ causâ dolum minuente, aut totaliter excludente, juxtà varios caſus, de quibus judicare arbitrio Judicis commiſſum eſt, quorum plures examinat *Carpzovius* (80), mitiori pœnâ, quàm parricidii eſſet puniendus. Hinc, ſi Nobilis puella, aut vidua, aut nupta, in abſentiâ mariti, ab amaſio ingravidata pareret, & ad tegendam propriam infamiam, infantem, prius à ſe baptizatum, necaret, ſimplici capitis amputatione eſſet plectenda, cùm deliquerit non pleno dolo, ſed ad tutelam, quàmvis iniuſtam, ſuæ famæ. Minus delinqueret, quæ partum, priùs baptizatum, in loco ſolitario abiiceret, ſibi non alligatâ venâ umbilicali; nec pannis involuto &c. ſi tamen mors infantis non ſequeretur; & tunc citrà mortem deberet puniri: ſed, ſi mortuus inveniretur infans, debet mater omninò morti dari, ut dicunt Doctores. (81) Ratio eſt, quià non præſtando infanti neceſſaria, quæ ut Mater naturaliter ad ejus vitam debet, pari modo delinquit ac ea faciendo, quæ ejus mortem tendunt; & ac ere non debet. Adhuc minus delinqueret, ſi baptizatum infantem in loco frequentato exponeret; ſi enim mortuus inveniretur infans, mater debet tantùm fuſtigari, ut vult *Vueſembecius*, quem refert, & ſequitur *Boekellius* (82), ratio eſt, quià mors ſecuta eſt præter illius intentum, & illa fuit tantùm in culpâ, & non in dolo; & potuit fortè mori infans ex aliâ causâ, quàm ex expoſitione; ſi verò mors ſecuta non fuerit, abſolvenda eſt mulier, ut vult *Clarus*, quem refert, commendat, & ſequitur *Menochius*. (83)

39 Si autem infantem non baptizatum occideret: ſivè ſibi neceſſariis ad vitam minimè adhibitis, in locum ſolitarium proiiceret, undè mors ſequeretur, ſuprà omnia delicta atrociſſimum committeret parricidium. Ratio eſt, quià non tantùm vitam corporalem, ſed etiam ſpiritualem infantis perderet, & privaret eum fruitione æternæ vitæ, ad quam, ut potè natus ex matre Chriſtianâ, per Baptiſmum jus habere poterat. Undè non ſimplici, ſed qualificatâ pœnâ *parricidii* eſſet punienda, nullâ habitâ ratione proprii ſtatus, quandòquidèm ordinariâ pœnâ *parricidii* percutiendi ſunt ità Nobiles, ſicut ignobiles. (84)

40 Præ atrocitate pariter hujus ſceleris ſpeciale eſt, quòd, licèt in aliis criminibus præſtans auxilium per factum remotum, non puniatur eâdem pœnâ cum Reo principali ad tradita per *Baldum*, (85) tamen hoc fallit in *Parricidio*, ut probatur ex Textu. (86)

41 Quò verò ad occiſionem affinium, aut conſanguineorum tranſverſalium, quæ impropriè *parricidium* vocatur, eius pœna eſt legis *Corneliæ de Sicariis*, puta, capitis amputatio. Tamen qualificatur mors, non tantùm quò ad communes circumſtantias, aggravatorias criminum, ſed etiam quò ad proximitatem gradus coniunctionis inter Reum, ac occiſum. Nullus autem proximior eſt gradus, quàm fratrum, qui de jure Canonico (87) primum inter ſe gradum conſtituunt, ſicut filius cum Patre; undè præ ceteris grave redditur *fratricidium*. Quàmvis verò hoc puniri non debeat pœnâ præciſâ parricidii, ut docet *Decianus*, (88) (quià, quàmvis ſint fratres coniuncti in primo gradu inter ſe, ſicut cum Patre, non tamen ſunt in lineâ rectâ, nec unus habet eſſe ab alio, ut filius à Patre) tamen puniri debet pœnâ proximè minori.

42 Quò ad Clericos, *parricidium* committentes, ultrà pœnas contrà eos latas prò homicidio appenſato, de quibus in ſuperioribus dictum eſt, hoc habetur ſpeciale, quòd, quàmvis prò aliis delictis non ſint degradandi, ac tradendi Curiæ ſæculari, ut communiter opinantur *Canoniſtæ* argumento famoſi Canonis (89), tamen ob *parricidium* debent ſtatìm degradari, ut dicunt *Doctores* (90), & hoc ob enormem criminis atrocitatem. Sed hæc ratio, me Judice, percutit alia crimina omnia, quæ atrociſſima reputantur: undè dicerem, Clericos degradandos eſſe propter ea, (quàmvis hoc non habeatur in jure ſcripto, ut habetur prò certis delictis, ut *Sodomiâ*, *falsâ monetâ*, *Aſſaſſinio*) quàmvis incorrigibiles minimè probati ſint. Quià, licèt unum crimen graviſſimum non conſtituat aliquem incorrigibilem, pròut aliàs (91) docuimus; hoc tamen eſt verum de incorrigibilitate in ordine ad expulſionem à Religione; dici tamen poteſt, quòd oſtendat aliquem incorrigibilem in ordine ad alias pœnas, ut tanquàm talis iis mulctari poſſit, ut de incorrigibilitate, proveniente ex uno graviſſimo delicto, opinati ſunt *Donatus*, *Emmanuel*, *Rodericus*, & *Carolus de Graſſis*. (92) Et ratio hujus concluſionis eſt, quià, ut dicebat *Satyricus* (93)

Nemo

(75) *text. in l. unic. C. de His qui par. vel lib. occi.*
(76) *Decian. lib. 9 cap. 16. nu. 12. & ſeqq.*
(77) *Clar. §. Parricid. ℣. Sed quæro, quæ ſit.*
(78) *Carpzou. Par. p. Quæſt. 8. n. 15. & ſeqq. & ibi. Pingit. 2. Heigi Coler. Gomez Berlich & Moller.*
(79) *arg. l. Et ſi ſeverior. ff. Ex qui. cau. inf. irro, l. Hodie. ff. de Pœn. l. Quid ergo. §. Pœna gravior. ff. de His qui not. inf.*
(80) *Carpzou. Par. p. Quæſt. 15. per tot.*
(81) *Gudelin. Comment. ad ius noviſſ. lib. 5. cap. 17. num. 10. Matthæ. de Crimin. ad lib. 48. ff. Tit. ult. cap. 2. Tellez. in cap. 1. Extra. de Infan. expoſit. num. 10. apud Raynal. Tom. 1. cap. 6. §. 5. n. 7.*
(82) *Vueſembec. Paratit. ad leg. Corn. de Sica. nu. 14. ſin. BoeKell. diſp. crim. cap. 7. nu. 8. ℣. Refragatur.*
(83) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 396. nu. 5. & 6. & ibi Clar. quæſt. 83. n. 7*
(84) *Carpzou. Par. 1. Quæſt. 9. num. 41.*
[85) *Bald. in l. Iud. cet. C. Ad leg. Iul. peculat.*
(86) *text. in l. Si. ſciente. ff. Ad leg. Pompei. de Parric. & in §. Alia. 6. Inſt. de Publ. iud.*
[87) *arg. cap. Tua nos. & cap. final. de Conſang. & affini.*
(88) *Decian. lib. 9. cap. 19. num. 7. l. penult. §. 1. ff. Ad leg. Pompei. de Parric.*
(89) *cap. At ſi Clerici. de Iudic.*
(90) *Abb. in cap. 1. de Parent. qui fil. occid. & in cap. At ſi Clerici de Iudic. Ancharan. in cap. Ea quæ. de Reg. iur. in 6. Felin. in cap. 1. nu. 79. de Conſt. Decian. lib. 9. cap. 6. nu. 20. & cap. 16. n. 35.*
(91) *Par. p. Tit. Pœnarum. nu. 26. circ. med.*
(92) *Donat. Prax. Regul. Tom. 1. Par. 2. Tract. 8. Quæſt. 15. Roderic. Quæſt. Regul. Tom. 1. Quæſt. 30. art. 15. Carol. de Graſſ. de Cleric. Effect. 1. nu. 882.*
(93) *Iuvenal. Satyr. 2. ℣. 83.*

Digitized by Google

*Nemo repentè fuit turpiſſimus*: ..... undè qui graviſſimum ſcelus commiſit, oſtendit ſe in minoribus delictis ſe exercuiſſe, & in iis conſummato iniquitatis tyrocinio, ad majora eſſe progreſſum; ut proindè ob eam criminum conſuetudinem, tali facinore præſumptivè probatam, dici poſſit incorrigibilis.

43 Prò Regularibus non invenio ſpeciales pœnas, quæ ipſos prò *parricidio* peculiariter percutiant, undè tanquàm alii Clerici judicandi ſunt, niſi ſpeciales diſpoſitiones habeantur in eorum Statutis, quæ conſideranda ſunt. Nos Minores de Obſervantiâ nullum habemus Statutum circà pœnam veri *parricidij*. Extant ſolummodò pœnę de *parricidio* ſimilitudinario, puta, de homicidio Prælatorum, qui quò ad debitum honoris, ac reverentiæ, & obedientiæ, quam ipſis præſtare tenentur Subditi, ſunt in eo gradu, in quo Pater naturalis eſt reſpectu filiorum; undè mors illis violenter à Subdito illata, dici poteſt parricidium ſimilitudinarium; proùt ſcribit *Rodericus* (94)

44 Talia Statuta recenſuimus ſuprà §. *Provocatio. nu.* 13. & 14. & §. *Homicid. nu.* 92. & 93. illaque examinavimus in citatis paragr. undè ad citata loca lectorem remittimus.

## §. IX.

## Veneficium.

*SUMMARIUM.*

1 *Homicidium per venenum, quarè conſtituat ſpeciem ab aliis diſtinctam.*
2 *Veneficium poteſt parari re venenoſâ tùm naturali, tùm artificiali.*
3 *Diffinitio veneficii.*
Miniſtrare *quot ſenſus habet*
4 *Miniſtrare venenum quis propriè dicatur.*
5 *Compoſitor veneni dicitur veneficus.*
*Ars componendorum venenorum tacenda.*
*Docere venena improbi hominis eſt.*
*Quo caſu malum non ſit de venenis ſcribere.*
6 *Delinquit veneficio, qui conſervat venenum, ut alteri tradat, vel ipſe eo utatur.*
*Quo caſu conſervator veneni mulctetur pœnâ ordinariâ, aut extra ordinariâ.*
7 *Vendens venenum tenetur de veneficio.*
*Quo caſu venditor veneni pœnâ ordinariâ puniatur.*
*Pigmentarij qui ſint.*
Temerè operari *quis dicatur*
8 *Vendens, & emens venenum æquali pœnâ tenetur.*
*Diſpoſitio de uno correlativo extenditur ad aliud.*
9 *Deferens, aut porrigens alicui venenum, eſt veneficus; ſi malo dolo hoc facit.*
10 *Servus ſciens, & non impediens venenum, Domino dandum, ſubit pœnam veneficii.*
*Fautores veneficorum pari modo puniendi.*
11 *Dolus eſt Delicti anima.*
*Dans potionem ad alium finem, quàm occidendi, ſi mors ſequatur, non eſt Reus de veneficio, & aliâ pœnâ punitur.*
12 *Aromatarii dando pharmaca interna, ſi mors ſequitur, ſunt Rei de homicidio culpoſo.*
13 *Aromatarii dantes quid prò quo, ſi conſtat mortem ægri ex hoc ſecutam, ſeverè puniendi.*
*Hoc pariter eſt, ſi vendunt pharmaca corrupta.*
*Opinio, quod tales, morte ſecutâ, ſint irregulares.*
*Quomodò poteſt habere locum talis opinio.*
*Aromatarius vendens medicamenta nimìs antiqua tenetur pœnâ falſi.*
14 *Medicus dans ægro medicamentum inexpertum, ſi hic moritur, tenetur de homicidio culpoſo.*
15 *Veneni nomine quæ veniant.*
*Etymologia veneni, deducta à Ponzetto, carpitur.*
16 *Medicamentum ad ſanitatem venit etiam nomine veneni.*
*Ut exprimatur inſtrumentum delicti in veneficio, debet dici venenum malum.*
*Monitum Deciani ad Advocatos, ac Indices, quandò agitur de veneficio.*
17 *Venenandi plures modi.*
*Venenans arma, ſi ferit, & ex armis venenatis quis moritur, punitur ut veneficus.*
18 *Venenum* naturale *dicitur ad differentiam ſortilegi.*
19 *In veneficio requiritur intentio mortis, aut inſanabilitatis cauſandi.*

1 DE qualitatibus, aggravantibus homicidium aut ratione intentionis, aut ratione modi, aut ratione objecti, in ſuperioribus paragraphis ſatìs dictum fuit; ſupereſt dicendum de circumſtantiâ, quæ oritur à causâ inſtrumentali, quâ mediante, homicidium perpetratur. Et quidèm, ſi de armis propriè ad feriendum paratis loquamur; ſivè de aliis inſtrumentis, ad alia opera præſtanda adinventis, uſurpatis tamen ad alicujus necem; ſivè univerſaliter de omni vi, adhibitâ ad inferendam alicui necem, ſit ſermo, ſtat, quòd omnia hæc non conſtituunt ſpeciem homicidii, à cæteris diſtinctam; quandòquidem vis ad alterius necem incuſſa, ſivè armis propriè, aut impropriè ſumptis; ſivè nudâ manu percutiendo, impellendo, præcipitando, ſuffocando &c. fiat, ſemper cadit ſub viſu. Sed mors, per *venenum* parata, talis eſt, quòd inſtrumentum, quo mediante, illa inducitur, effugit ſenſum; undè etiam ſpetiem ab aliis homicidii criminibus diſtinctam conſtituit, quæ appellatur *veneficium*.

2 Quià verò *veneficium* poteſt accipi tùm de eo, in quo per artem, & operationem Diabolicam mors alicujus procuratur, ut optimè advertit *Carpzovius* (1), tùm de illo, in quo ſolis rebus naturalibus *venefici* utuntur ad necem alicujus; ideò, nè circà dicenda generetur confuſio, & congrua hujus delicti diffinitio dari poſſit, in hoc paragrapho loquemur tantùm de *veneficio* in ſecundo ſenſu, acturi de primo, quandò loquemur infrà de ſortilegio. *Tit.* 8. §. 6.

3 Dico igitur, quòd *veneficium* poteſt commodè diffiniri, quòd ſit *miniſtratio doloſa alicujus veneni mali naturalis, ad necem alicujus ordinati*. Dico primò *miniſtratio*, quæ procedit à verbo *miniſtrare*, quod ſignificat quodcunque opus exercere, ſicut etiam *miniſterium* ponitur prò omni operatione, ut argumento iuris

(94) *Roderic. Tom.* 2. *Quæſt.* 34. *art.* 1. *V. Ex his.*
(1) *Carpzov. Pract. crim. Par.* 1. *Quæſt.* 20. *nu.* 1.

Digitized by Google

juris (2) docet *Calvinus*. Senſus enim eſt, quòd quivis, qui aliquo modo operam ſuam confert ad procurandam *veneno* necem alicujus, hic dicatur *veneficium* committere.

4 Hìc venit primò ille, qui eſt principalis in crimine, & ad procurandam alicujus mortem, *veneno* utitur. Iſte, ſi *venenum* componere novit, aut jàm compoſitum in cibo, aut potu præbet, dicitur verè, ac opere proprio miniſtrare *venenum*. Si autem mandat alteri, ut *venenum* componat, alteri autem, ut *venenum* porrigat &c. nil minùs dicetur *veneficus*; ſi quidèm manu licèt alienâ *venenum* miniſtrat, & principalis evadit in crimine *veneficii*.

5 Venit ſecundò compoſitor *veneni* ex apertâ diſpoſitione Textus, (3) qui hujuſmodi compoſitores percutit pœnâ legis *Corneliæ de Sicariis*. Undè ex *Galeno* docet *Decianus* (4), quòd occultanda, & tacenda, non docenda, aut ſcribenda ſunt *venena*: & delictum eſſe ſummâ animadverſione plectendum, ſcribere aut docere artem fabricandi *venena*. Etîdemmet *Galenus* (5) ait, *improbis hominis eſſe docere venena*. Hoc verò limitandum cenſerem ad *venena*, ordinata ad ſolam necem hominum, non autem aliorum animalium noxiorem; quià, cùm contrà hæc licitum ſit uti *venenis*, hæc docere non cenſerem eſſe delictum; & multò minùs, ſi, cùm arte parandi talia *venena*, traderentur remedia contrà illa, ) caſu, quo eſſent homini propinata) ſimulque cum ſignis diagnoſticis talium *venenorum*, ut in facti contingentiâ, per convenientia alexipharmaca illis poſſit obviari.

6 Venit tertiò ille, qui tenet, ac conſervat *venenum* jàm confectum, ad hoc, quòd vel ipſe illo utatur; aut illud alteri tradat, ut habet Textus. (6) Tamen, quàmvis Textus ille puniat pœnâ legis *Corneliæ* tenentem *venenum*, ſicut componentem, aut propinantem &c. explicat *Caballus* (7), quòd vel pœna debet eſſe mitior, quàm propinantis, &c. vel quòd teneatur pœnâ ordinariâ, quandò tenens *venenum*, illud vendiderit alicui, à quo propinatus fuit homini, qui ex eo deceſſit, ut explicat etiam *Carrerius*. (8) Cæterùm tenens *venenum*, ſi illud non vendit publicè, punibilis non eſt, ut docet *Faber* (9), & *Paulus de Caſtro* (10) ait, quòd de conſuetudine tenens *venenum* non punitur, niſi probetur, eum illud tenuiſſe animo occidendi hominem, & tali caſu, neque percuti poſſet pœnâ ordinariâ, niſi ſecuto effectu mortis alicujus hominis, ut infrà pleniùs dicetur.

7 Venit quartò vendens *venenum*, nàm & iſte pœnâ legis *Corneliæ de Sicariis* tenetur ex clarâ diſpoſitione Textus, (11) dummodò tamen ſcienter, datâque operâ *venenum* vendet ad necem hominis, ut dicunt Doctores. (12) Quòd, ſi abſit dolus, & mors alicujus ſequatur, tenetur vendens tantùm de culpâ, ſi tamen *temerè* vendidit, ut pluribus citatis probat *Caballus*. (13) Quod explico, quià caſus frequens eſt. Ex diſpoſitione Textus (14) inhibetur *pigmentariys*, qui vulgo *aromatarii*, *pharmacopolæ*, *ſeù ſeplaſiarii* vocantur, vendere *temerè* quædam medicamenta ſimplicia, tàm vegetantia, quàm ſentientia, quæ prædita ſunt venenosâ qualitate; quæ tamen, debitè correcta, inſerviunt ad medicinam. *Temerè* autem operari eſt inconſultâ facilitate aliquid facere, ut argumento juris explicat *Calvinus*. (15) Undè *temerè* prædicta *vendere* dicetur is, qui non examinatâ qualitate, perſonę, (ſcilicet àn ſit integri, aut ſuſpecti moris) quæ emit; non inveſtigato fine, ob quem illa vult emere; non obſervatis aliis circumſtantiis, ex quibus oriri poſſit ſuſpicio, quòd ad malum finem prædicta vult emere, eadem vendit. Tali ergò caſu, *pigmentarius* vendens tenetur de culpâ, ſi qui ea emit, aliquem illis occidit; & punitur pœnâ legis *Corneliæ*, non quidèm ordinariâ, ſed minori. Si autem vendit *non temerè*, quià vendit viro cordato integræ exiſtimationis, ac famæ; & præſertìm, ſi ille aſſerit, ſe illis velle uti ad opus licitum, nullam pœnam incurrit, quantùmvis emptor mortem alicujus talibus *venenis* intulerit; & ratio eſt, quià tali caſu abeſt à vendente tùm culpa, tùm dolus.

8 Quàmvis autem in præcitato Textu (16) non habeatur mentio de emente, ſed tantùm de vendente, tamen iiſdem prorſus pœnis tenetur emens, ſicuti vendens, ut dicunt Doctores (17) Ratio eſt, quià ex naturâ correlativorum diſpoſitio, loquens de uno, extenditur ad aliud, etiam non expreſſum (18), maximè, quandò in ambobus eadem militat ratio diſpoſitionis; nec diverſa unius ab alio ratio aſſignari poteſt. (19)

9 Venit quintò deferens de loco ad locum, ſivè porrigens alicui *venenum* in cibo, aut potu, aut aliter. Si enim ſcienter, maloque dolo hoc faciat, delinquit etiam ipſe crimine *veneficii*, ut habet ſupracitatus Textus, (20), qui pœnâ legis *Corneliæ de Sicariis* tales deferentes, ſivè porrigentes percutit: iſti enim re verâ ſunt complices cum principali; cùm eorum operatio habeat influxum in effectum principalem.

10 Eiuſdem pœnæ compotes, licèt in crimine miniſterium non impendant, redduntur ſervi, ſi ſint conſcii de *veneno*, quod Domino paratur, & non impediant, ut habet Textus. (21), quam diſpoſitionem ex *Igneo* extendit *Decianus* ad fautores eorum, qui *veneno* mortem hominis intentant (22)

11 Dico Secundò *Doloſa*; ratio eſt, quià, ut totiès dictum eſt, non datur delictum ſinè dolo; dolus enim dicitur anima delicti, ſinè quo ordinaria pœna criminis infligi nequit. (23) Vt ergò quis de *veneficio* Reus ſit, oportet, quòd *venenum* miniſtraverit cum ſcientiâ, ac inten-

[2] *arg. l. Quod meo. ff. de Adquir. poſſeſſ. l. Aut damnum. ff. de Pam. Calvin. Lex o. V. Miniſterium.*
[3] *text. in l. 1. §. Præterea. & in l. Eiuſdem. in princip. ff. Ad leg. Cor. de Sicar.*
[4] *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 22. nu. 2. & ibi Galen. lib. de Purg. medicam. facult.*
(5) *Galen. de Antidot. lib. 2. cap. 7.*
[6] *text. in l. 3. init. & §. Eiuſdem. ff. Ad leg Cornel. de Sicar.*
[7] *Caball. Tract. de Omn. gener. homicid. nu. 565.*
[8] *Carrer. Pract. crim. §. Sextò quæro. nu. 29. V. Et licet præfata.*
[9] *Faber. in §. Item lex Cornelia. de Sicar. in fin. V. Super textum. Inſtit. de Publ. iudic.*
[10] *Paul. de Caſtr. Conſ. 299. nu. 3. V. Prætereà ſi aliud lib. 2. Decian. lib. 9. cap. 23. nu. 12.*
[11] *tex. in l. 3. init. & § Eiuſdem. & §. Alio Senat. conſulto. ff. de Sica.*
[12] *Menoch. de Arbitr. li. 3. Cent. 4. Caſ. 359. nu. 2. & 3. Farin. Quæſ. 122. n. 32.*

(13) *Caball. Tract. de Omn. gen. homicid. nu. 554. & ſeqq.*
(14) *text. in l. Eiuſdem. §. Alio Senatus conſulto. ff. Ad l. Corn. de Sica.*
(15) *arg. l. Cum leg. in fin. ff. de Recept. arb. l. 7. §. Ex diverſo. ff. de Adquir. rer. dom. Calvin. Lexic. V. Temerè ideſt.*
(16) *text. in d. l. Eiuſdem § Alio Senat. ff. de Sicar.*
(17) *Decian. l. 9 ca. 23. nu. 13. Farinac. Quæſt. 123. nu. 39. V. Amplia ſecundò. Menoch. de Arbi. lib. 2. Cent. 4. Caſ. 359. nu. 3. apud Caball. loc. cit. nu. 559.*
[18] *l. final. C. de Indict. viduit. toll. l. ult. ff. de Accepta.*
(19] *Bald. Conſ. 188. in fin. nu. 2. Tuſc. lit. C. Concl. 104[illegible] nu. 28.*
[20] *l. Eiuſdem. in princip. l. 1. in fin. ff. de Sicar.*
(21) *text. in l. 1. §. Quod ſi quis. ff. ad. S. C. Syllan.*
(22) *Decian li. 9. cap. 23. nu. 9. & ibi Igne. in l. 1. nu. 2. ff. Ad Syllan.*
(33) *Caball. Caſ. 281. nu. 6*

Digitized by Google

intentione, quòd ex eo mors alicui ſequeretur. Hinc eſt, quòd, ſi quis alteri potionem daret, ut eum aut fatuizare, aut dormire, aut inhabilem eſſe ad ſumendum cibum faceret, aut ab aliquâ ægritudine ſanare vellet &c. & præter ejus intentum iſte moreretur; non eſſet quidèm Reus dè *veneficio*, nec ordinariam pœnam mereretur, quià in dolo non eſt; teneretur tamen pœnâ extraordinariâ, quià eſſet in culpâ. Et hoc deducunt Doctores communiter à quâdam lege, (24) in quâ dicitur, quòd relegata fuit quædam mulier, quæ alteri potionem præbuerat ad conceptionem, ex quâ potione occubuerat; quià enim eam dederat non malo animo, puta cum dolo, ideò non fuit punita, tanquàm *venefica*, ideſt pœnâ gladii; ſed minori, puta, relegatione; quià rem mali exempli patraverat. Ex quo deducitur, quòd qui circà hoc culposè tantùm, & malum exemplum præbendo, delinquit, minori pœnâ puniendus eſt, quàm ſi ex pleno dolo Reus eſſet.

12 Sequitur hinc, quòd *Aromatarii*, qui volunt ſe gerere ut Medicos, ſi pharmacum aliquod propinent ægris, ex quo iſti moriantur, debent puniri de homicidio culpoſo, & hoc licèt pharmacum illud *venenum* ex ſe non ſit, ſed nocivum tantummodò reddatur, quià inopportunè, aut in excedenti doſi datum. Ratio iſtorum eſt, quià multa ſunt non per ſe nociva, ſed talia redduntur ex circumſtantiis; ut vinum ex ſe non nocet homini, imò vocatur balſamum vitæ: ſi tamen datur laboranti febri acutâ, anginâ, aut pleuritide &c. *venenum* redditur, quià mortem cauſat. Sic fit à medicinâ, ex ſe quidèm ſalubri, datâ tamen aut in tempore, aut in ægritudine convenienti. Nec bona intentio *Aromatarii* ipſum ſalvat à culpâ, nàm ipſum damnat regula juris (25). *Non eſt ſinè culpâ, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet*; ordinare enim pharmaca ſpectat ad Medicum, cujus *Aromatarii* ſunt ſervitores, ac exequutores; ſi ergò *Aromatarius* ſe immiſcet in ordinando, & porrigendo ægrotis pharmaco, ſe immiſcet rei, quæ ad eum non pertinet; undè & tenetur de culpâ, ſi malus effectus ex facto ſuo naſcitur.

13 Ad hunc caſum reducuntur pariter *Aromatarii*, qui dant *quid* prò *quo*, nempè ſuccedanea compoſitorum, ſivè ſimplicium medicamentorum; nàm, ſi conſtet, quòd propter ſuppoſita medicamenta infirmi deceſſerint, acerbiſſimâ pœnâ plecti debent, ut probat *Ripa*. (26) Et hoc etiam dicendum eſt juxtà *Joannem de Ananiâ, & Innocentium* (27) de *Aromatariis*, qui ex ſimplicibus marcidis, carie, aut ſitu depravatis, & penè corruptis medicamenta componunt; hæc enim nocent potiùs, quàm proſint ad ſalutem; undè, ſi ex talium uſu aliquis moritur, volunt prædicti Canoniſtæ, quòd *Aromatarius*, tanquàm redditus ex tali delicto irregularis, non poſſit ad Ordines promoveri. Sed hoc minimè admiſerim, quià de tali irregularitate in jure non conſtat; Tamen poſſet dicta concluſio ſubſiſtere ex alio fundamento, puta, quòd qui vendit medicamenta falſa, ſeù minùs idonea, prò veris, ac perfectis, delinquit crimine, & tenetur pœnâ falſi; ut ex *Gregorio lopez*, *Lucâ de Pennâ*, ac *Maſcardo* docet *Narbona* (28), damnatus autem de falſo infamis eſt, & proindè irregularis.

14 Ad eundem caſum etiam reduci debet Medicus, qui non ſatìs, exploratâ facultate alicujus ſimplicis, de eo experimentum facere vellet; ſi enim ex dato tali medicamento æger moritur, tenetur de homicidio culpoſo per *venenum*. Excipitur tamen caſus, in quo Princeps Medico concederet damnatum ad mortem, ut in eo talis ſimplicis incogniti experimentum caperet; aut etiam, ſi æger eſſet in ſtatu mortis inevitabilis, & poſſet ſperari ex tali ſimplici aliquod juvamen: ratio eſt, quià in talibus caſibus mors hominis certa eſt; & licèt aliqualiter accelerata, non tamen poteſt dici cauſata totaliter à facto Medici. Cæterùm, ſi in aliis vult experiri Medicus ignota medicamenta, & mortem infert in eum, debet animadverti extraordinariâ pœnâ; undè refert *Tholoſanus* (29) quendam herbarium, qui, volens experimentum capere de quodam ſimplici incognito, multos interemerat, fuiſſe ultimo ſupplicio affectum. Porrò prædicta concluſio verificatur tantùm, quandò Medicus temerè, inconſultò, & abſquè debitis cautelis experimentum capit; ut nempè, ſi daret illud infirmo, non facto priùs ſtudio diligenti indagandi naturam medicamenti ex odore, ſapore, formâ illius per comparationem ad alia ſimplicia cognita; itèm, non capto experimento in brutis, maximè canibus, qui maximè à venenis patiuntur; pariter non factâ experientiâ in parvâ doſi; nequè paratis alexipharmacis ad ſubveniendum ægro, cui ſuperveniunt mala ſymptomata &c. Sed ſi factis talibus præventionibus juxtà principia artis ſuæ, habet fundatam ſpem, quòd tale medicamentum ſit profuturum, nullam pœnam debet incurrere, caſu, quo æger moriatur. Ratio eſt, quià tunc Medicus non eſt in culpâ, quià *temerè* non agit, fecit enim, quod prudenter facere debuerat; & hoc magìs verificatur caſu, quo alia cognita medicamenta non juvarent; undè magìs legitimaretur experimentum.

15 Dico tertiò, *veneno malo*; & circà hoc ſciendum, quòd *nomine veneni*, prout textualiter habetur in jure, (30) *continetur omne id, quod adhibitum, naturam ejus, cui adhibitum eſt, mutat*. Undè frigida, nè dicam puerilis, evadit illius etymologia, quam aſſignat *Cardinalis Ferdinandus Ponzetus*, & tradit *Raynaldus* (31), dicendo, quòd dicitur *venenum*, ut ſit nomen compoſitum ex *va*, & *neco*, quià necat cum *va*, ideſt cum dolore prænunciante mortem: vel dicitur *venenum*, quià ex ſe vadit per *venas*, quas aliquandò coarctat. Si quidèm, ſi derivaret ex *va*, & *neco*, oporteret ſcribere *venenum* cum dyphtongo in primâ ſyllaba, quod non eſt: præterquamquod multa ſunt venena, quæ occidunt ſinè dolore, quibus applicari nequit illa etymologia. Nequè etiam dici poteſt venenum, quià per *venas* vadit; quià, cùm per venas vadat tota maſſa ſanguinea, ac omnis humor, mixtus ſanguine, qui continuè circulat per venas ad cor, exindè ad arterias, poſt iterum ad venas, iterùmque ad cor, ſanguis hoc modo, qui propriè per venas vadit, poſſet vocari *venenum*, quod falſum eſt.

16 *Venenum* igitur vocatur, quod naturam, hoc eſt ſtatum illius, cui adhibetur, mutat; & quià mutare poteſt ſtatum ægroti ab infirmitate ad ſalutem, & vice verſâ, ideò nomine *veneni* venit etiam pharmacum, ſeù medicamentum, quod adhibetur ad procurandam ſanitatem; ex quo concluditur, quòd, ut ait *Cajus* in ſupra-

(24) *text. in l. 3. §. Ex Senatus conſulto. ff. de Sicar.*

(25) *cap. Non eſt. de Reg. jur. in 6.*

(26) *Ripa. de Peſte. de Remed. præſervat. nu. 147. & ſeqq. arg. text. in l. Si quis aliquid. §. Abortionis. ff. de Pæn.*

(27) *Io. de Anani. & Innoc. in cap. Tua noſ. de Homicid.*

(28) *Narbon. ad leg. Hiſpan. lib. 3. Tit. 16. leg. 17. gloſſ. 6. nu. 11.*

(29) *Tholoſ. Syntagm. jur. lib. 36. cap. 18. nu. 4. Par. 3.*

(30) *text. in l. Qui venenum. ff. de Verb. ſign.*

(31) *Ferdinan. Ponzett. Tract. de Venen. lib. 1. cap. 1. Raynal. Tom. 3. cap. 31. §. 2. nu. 6.*

(32) *d. l. Qui venenum. ff. de Verb. ſign.*

Digitized by Google

pracitatâ lege (32), nomen *veneni* ſit medium inter bonum, & malum, & cum utroque compatiatur; ità ut medicamentum vocari poſſit *venenum bonum*; *venenum* autem *malum* dicatur, quod vitam adimit; proindè jura (33) quandò volunt hoc exprimere, ſemper addunt adjectivum *malum*, & dicunt *venenum malum*. Proindè ex *Alexandro Decianus* (34) monet Advocatos, quòd, ſi ſtant prò Accuſatore, capitulent, venenum *malum* fuiſſe; & ſic probent eam qualitatem, aliter ſuccumbent. Quæ cautela ſervanda etiam eſt à Judice prò traſmittandâ contrà Reum inquiſitione.

17 Ex his apparet, quarè in diffinitione diximus *venenum malum*; ſi enim *malum venenum* non eſt, crimen *veneficii* minimè committitur. Multa hìc dicenda eſſent de varietate *venenorum*, & de modis variis, quibus nocent; ſed quià hæc noſſe ad Medicos, non verò ad Iudices Criminalium ſpectat, ideò ſuperſedemus. Unum prætereundum non cenſemus, & eſt, quòd, quàmvis communiori modo *venenum* tradatur in cibo, aut potu, non eſt tamen, quìn detur etiam *venenum*, quòd ſolo contactu aut halitu, ſivè ſuſpiratione necat: pariterque, quòd illitum armis aut mortem inferat, aut reddat inſanabile vulnus. Sequitur hìnc, quòd, ſi quis armis, taliter venenatis occidit, aut ſauciat, verè poterit dici *venenator*, aut *venenarius*, ut dicitur in jure (35), & tradit *Decianus*, cui conſonat Raynald. Tom.3.cap.31.§.4.nu.59. qui cum Graſſetto tenet, quòd de jure communi applicantes venenum, & res venenatas alicui alitèr, quàm per cibum, & potum puniuntur ut proditores, ac venefici, & conſequenter puniri etiam de *veneficio*; ratio eſt, quià talis qualitas armorum venenatorum transfert delictum de ſpecie ad ſpeciem, ità ut non ſit ſimplex homicida, aut percuſſor, ſed *veneficus*, cui proindè pœna *veneficii* debeatur.

18 Dico quartò, *naturalis*, nempè agentis per ſuas qualitates naturales; hoc autem poſitum eſt ad differentiam earum rerum, quibus ſortilegi, pacto cum Dæmone inito, utuntur tanquàm ſignis ad maleficium; quæ res, licèt vi ſuâ naturali aliquid poſſint conferro ad intentum malefici, non tamen tantum effectum poſſent producere, niſi vi ſupernaturali Dæmonis juvarentur. De his autem tractabimus ſuo loco.

19 Dico ultimò, ad *necem alicujus ordinati*; niſi enim mors formalis, aut inſanabilitas (quæ vocari poteſt mors diminuta) intendatur, non patratur crimen, nec ordinaria pœna *veneficii* incurritur; ſed tenetur tantùm de culpâ; ſicut ſuprà num. 11. dictum eſt.

## Probatio.

### *SUMMARIUM.*

20 *Probatio criminis veneficii difficilima; & quarè.*

21 *In viſitatione corporis delicti, adhibendi Medici præſtantiores.*
*Signa reperta in cadavere adamuſsìm recenſenda in proceſſu.*

22 *Cadaver venenati debet aperiri, & introſpici*
*Multa ſigna veneni non cognoſci queunt, niſi in ſectione cadaveris.*

23 *Si cadaver computruit, aut non poteſt haberi, corpus delicti probandum per Teſtes.*

24 *Quid debent deponere Medici, ut Iudex pronunciet conſtare de veneno.*

25 *Medici debent aſſignare cauſas dicti ſui.*
*De ſignis veneni aſſumpti, remiſſivè.*

26 *Medicina eſt ars conjecturalis.*

27 *Concluſiones practicæ Medicorum ſunt per conjecturam, non per demonſtrationem.*

28 *An veneficium fuerit ſcelere commiſſum, certò judicari nequit.*

29 *Dantur venena præſentanea, & ad tempus.*
*Signum veneni propinati eſt incombuſtibilitas.*

30 *Concluditur impoſſibilitas probandi alitèr, quàm per conjecturas, corpus delicti in veneficio.*
*Teſtes quid deponere debent in caſu venenationis.*

31 *Confeſſio Rei de veneno debet verſare circà ſolas circumſtantias facti.*

32 *Depoſita à Teſtibus, & confeſſa à Reo debent ſubiici judicio Medicorum.*

33 *In caſu veneficii, Iudex debet eſſe promptior ad torquendum, quàm in cæteris delictis.*

34 *Indicia, quæ debent ſufficere ad torturam in hoc caſu.*
*Latrocinium in viro, veneficium in fœminâ faciliùs præſumendum.*
*Mulieres primò inventrices veneni.*

20 IN hoc crimine *veneficii*, circà ejus probationem major reperitur difficultas, quàm in cæteris delictis facti permanentis; ſiquidèm in iſtis regulariter ex occulari Judicis inſpectione apparet malitia, quâ patratum eſt crimen, & ſic conſtat de corpore delicti; & ſi in nonnullis, ut in defloratione, vulneratione &c. neceſſarium eſt judicium Peritorum, in his judicare facile eſt, nec poſſunt Periti tàm faciliter decipi. At in *veneficio* ſumma Medicis ipſis ingeritur difficultas: nàm poſito, quòd juxtà Medicinæ præcepta, multa ſint ſigna certa *veneni* in cadavere; tamen adhùc difficultas eſt in diſcernendo, àn *venenum*, cujus apparent ſigna, fuerit ingenitum in corpore humano, àn ex cibo, aut potu venenato contractum: & licèt ab accidentibus facti deduci poſſit, quòd *venenum* fuerit in cibo, aut potu aſſumptum, tamen judicari nequit, àn fuerit arte hominis paratum, & porrectum, aut ex accidenti, ex caſu alicujus inſerti venenoſi, ut araneæ, in vinum, quod hauſtum mortem intulerit, ut non ſemel accidit. Præter quamquod dantur etiam *venena*, quæ nullum omninò ſignum relinquunt, ut ſunt ea, quæ per inſpirationem operantur; nàm ſanguis, qui ex venenoſâ virtute ſubitò concreſcit, & gelatur in corde, ac partibus vitalibus, illi vicinioribus, poteſt etiam per ingenitam qualitatem naturalem lenteſcere, ac coagulari, undè mors neceſſariò ſequatur ex impeditâ ſanguinis circulatione. Proindè Doctores (36) pronunciant, tale judicium, & delicti probationem eſſe ſummè difficilem, ac intricatam; & ideò Iudicem procedere debere cum magnâ circumſpectione.

21 In facti igitur contingentiâ debet Judex adhibere Medicos, non qualeſcunque, ſed ex peritioribus, cùm agatur de re maximi momenti, ac ſummæ difficultatis. Debent priùs obſervare ſigna omnia, extrinſecùs in cadavere apparentia, quæ debent in proceſſu adamuſsìm adnotari, ut

(33) *l. Item ſi obſtetrix. ff. Ad leg. Aquil. l. Quod ſæpè. § Veneni. ff. de Contr. empt. l. Cæteræ. § 1. ff. Fam. l. Erciſc.*

(34) *Alex. Conſ. 203. nu. 4. & 5. vol. 2. apud Decian. lib. 9. cap. 21. nu. 8. V. Nam & virus.*

(35) *text. in l. Capitalium. § Venenarii. ff. de Pæn. Decian. lib. 9. cap. 21. nu. 10.*

(36) *Caball. Carena. Farinac. Guazzin. Mattheù. apud Raynal. Tom. 3. cap. 31. § 4. nu. 105.*

Digitized by Google

ut monet, *Addens ad Follerium* (37), non conſtito enim de ſignis *veneni*, rueret conſtantia corporis delicti, ut firmant *Farinacius*, ac *Guazzinus*.

22 Ad firmiorem autem, ac exactiorem indaginem debet cadaver introſpici factâ ſectione, & diligenter obſervari in partibus principalibus; ſiquidèm, ut docet *Coſpius* (39, & *Card. Ponzettus*, poſſunt ſigna *veneni* non prodi extrinſecùs; intrinſecus autem aliqua ex partibus principalibus apparere à *veneno* corroſa, ulcerata, & infecta; & hanc praxim neceſſariam, ac uſu receptam firmat *Vermigliolus* (40)

23 Quòd, ſi cadaver viſitari nequit, quià à multis diebus tumulatum fuit, & jàm computruit; aut quià furtìm ſublatum eſt, ac combuſtum; in mari, aut flumine demerſum; aut ſecretò ſepultum, nè poſſet viſitari, debet corpus delicti probari per Teſtes, qui debent deponere de omnibus ſignis, ac circumſtantiis, quæ obſervaverunt in eo, qui prætenditur venenatus, dùm adhùc decumberet in lecto, ut potè vomitus, ſudores tormina, tremores &c. tùm poſt mortem, ut livorem, tendentem ad nigredinem in vultu, ac regione cordis; ſpumam ad os; decidentiam capillorum &c. ut dicunt Doctores (41), taliaquè ſigna proponi Medicis examinanda.

24 Sed quid debent deponere Medici, ut poſſit Judex ex eorum dictis pronunciare, quòd conſtet de corpore delicti? Reſpondent Doctores (42) communiter, quòd ſufficit, quòd Medici deponant de credulitate; quòd nempè, juxtà principia artis ſuæ, ipſi credunt, hominem illum mortuum eſſe ex veneno malo, non quidèm innato, ſed ſibi propinato, aut in cibum aſſumpto; & dictum ſuum firment juramento.

25 Sed hoc non ſufficere, patet ex his, quæ aliàs probavimus (43), nempè quòd Periti tenentur adducere cauſam ſui judicii. Ideò debent Medici afferre axiomata, doctrinam, ac dicta Auctorum Claſſicorum, qui de Medicinâ ſcripſerunt, ut appareat, quibus fundamentis, ac ſignis innixi taliter pronunciaverint. Et ideò aliàs (44) dedimus omnia ſigna veneni aſſumpti, ad hoc, quòd Judex ex iis poſſit cognoſcere, ſi Medici juxtà vera præcepta artis judicent de ſignis, obſervatis in cadavere, àn potiùs de proprio cerebro, ac ſinè fundatâ ratione judicium ſuum proferant, ac Judicis conſcientia in tuto ponatur, judicando, ſi & quàntum dictis Medicorum debeat deferre in re tàm gravi.

26 Communis quidèm Criminaliſtarum doctrina eſt, quòd de corpore delicti conſtare debet per plenas probationes; & plerique ſcribunt, quòd plenè probatum remaneat corpus delicti ex judicio Medicorum, ut dictum eſt. At fallit in caſu *veneni* generale illud axioma; ſi quidèm impoſſibilis eſt plena probatio corporis delicti in hoc caſu. Ratio eſt, quià Medicina non eſt ſcientia, ſed ars conjecturalis; & quàmvis habeat generalia principia, juxtà quæ poſſint deduci generales concluſiones theoricæ; tamen, quià in praxi verſatur circà ſingularia, de quibus, juxtà Philoſophum, ſcientia non datur; hìnc eſt, quòd Medicina, prout applicatur praxi, evadit ars; & in operando non regulatur Medicus per concluſiones demonſtratas ſcientificè, ſed tantùm coniecturaliter deductas à principiis, quæ non poſſunt demonſtrari neceſſariæ veritatis, ut huic ſingulari applicantur. Quod ratiocinium evidenter comprobatur ex frequentibus erroribus Medicorum, qui ex principio univerſali ſuæ artis, malè tamen applicato huic individuo, præſcribunt medicamenta ægro non convenientia, quæ mortem cauſant; & hoc, non ex aliâ ratione, niſi quià de concluſione practicâ, applicabili tali ægroto, non habent à principiis deductionem demonſtrativam, ſed purè probabilem, ac coniecturalem.

27 Quod autem dictum eſt, quadrat etiam in caſu, in quo judicare debent de *veneno* datò. Nàm judicium eorum debet eſſe de hoc individuo particulari, quod deducere debent à principiis univerſalibus. Sicut autem falluntur in deductione concluſionis practicæ, in decernendo, quòd huic ægro dandum ſit tale medicamentum, quod tamen minimè convenire, effectus docet, ut dictum eſt; & hoc non ex aliâ cauſâ, niſi quià deductio talis concluſionis eſt purè coniecturalis, & non ſcientifica per neceſſarias conſequentias, ità pariter falli poſſunt in judicio ſpeculativo, in hoc caſu particulari, pronunciando ex ſignis coniecturalibus, hunc hominem fuiſſe venenatum.

28 Præterquàm quod, ad conſtandum de corpore delicti, ut aliàs (45) diximus, neceſsarium eſt, quòd illud maleficium fuerit ſcelere commiſſum, & ut tale de eo, antè omnia, in judicio conſtet: poteſt autem dari caſus, quòd quis objerit ex *veneno*, quidèm aſſumpto, non tamen ſcelere parato, ut ex lapſu alicujus venenoſi animalis in amphorâ vini: tali caſu, quantùmvis Medicus pronunciet, hominem illum obiiſse ex *veneno* aſsumpto, non tamen per hoc remanet plenè probatum corpus delicti, quià non conſtat de ſcelere, ſinè quo corpus delicti non datur.

29 Pariter, ut benè docet *Decianus* (46), & colligitur ex hiſtoriis, traditis à *Svetonio*, ac *Tacito*, datur venenum præſentaneum, quod velociſſimè interimit, (ut fuit illud, quo illita pinna fuit, quâ uſus eſt Medicus ad ciendum *Claudio* Imperatori vomitum, qui eo ſtatim interemptus eſt) & moratorium, quod protrahit effectum in tempus, quale fuit id, quod, *Tacito* (47) referente, elegit *Scianus* ad necem inferendam *Druſo*, filio *Tiberii Imperatoris*. Nequit autem Medicus diſcernere à ſignis, quale fuerit *venenum* aſſumptum, nempè, àn præſentaneum, àn moratorium; quià incombuſtibilitas cordis hominis venenati, quæ à *Sabellico* (48), pluribus citatis, ſtatuitur unum ex præcipuis ſignis veneni propinati, ità procedit ab uno, quàm ab alio *veneno*. Sequitur ergò, quòd Medicus dicere cum fundamento non poteſt, aliquem interemptum fuiſse à *veneno*, dato antè paucos, aut multos dies; quod valdè confert ad inquiſitionem delinquentis.

(37) *Add. ad Foller. Pract. crim. V. Capiat informationem n.68.*
(38) *Farinac. Conſ.19. nu.30. in fin. Guazzin. Reor. defenſ.4. cap. 5. nu.6.*
(39) *Coſp. Jud. criminal. Part.3. cap.14. nu.4. Ponzett. de Venen. lib.2. Tract.4. cap.2.*
(40) *Vermigl. Conſ. crimin. 179. nu.13.*
(41) *Guazzin. Foller. Farinac. Caball. Caraſc. Boſſ. Vela Coſp. Sabell. apud Raynal. Tom.3. cap.31. §. 4. n.121. & 122.*
(42) *Farinac. Quæſt.2. n.32. Guazz. Defen.4. cap.5. nu.7. Muta Deciſ.1. nu.11. Giovagnon. Caren. Conciol. Sabell. apud Raynal. l. cit. n.119.*
(43) *Par. p. Tit. Corpuſ. nu.56. & ſeqq.*
(44) *Par. p. Tit.* Corpus *n.46.*
(45) *Parp. p. Tit.* Corpus.
(46) *Decian. lib.9. cap.22. n.12.*
(47) Cornel. *Tacit. Annal. lib.4.*
(48) *Sabell. Summ. diverſ. Tract. §. Venenum nu.5. in fin. & ibi Ardoin. Zacchia Cardan. Dioſcor. Mercurial. Matthiol.*

30 Ex dictis igitur conſtat, quòd probatio corporis delicti ex judicio Medicorum non poteſt eſſe plena, ſed purè conjecturalis; nec unquàm plena evadet, niſi per depoſitionem Teſtium de viſu, aut per confeſſionem Rei, non tamen ſolam, ſed copulatam cum judicio Medicorum. Siquidèm, ut multis citatis probat *Raynaldus* (49). Teſtes debent deponere de ſubſtantiâ, qualitate, ac quantitate rei, quam propriis oculis viderunt à Reo ſuppoſito commiſceri in cibo, aut potu, & porrigi ei, qui mortuus eſt cum talibus, aut talibus ſymptomatis; nempè, quòd arſenicum ipſis Teſtibus benè notum (quià ipſimet eo uſi ſunt ad intoxicandos mures) in quantitate dimidiæ unciæ, plùs, minùs, priùs ſubtiliſſimè contuſum in mortario, poſteà liquatum in aquâ ebullienti miſcuit vino, quod bibendum porrexit *Cajo*, qui cùm benè valeret, poſt paucas horas cœpit vexari talibus, ac talibus ſymptomatis, & poſt duas, aut tres horas obiit, & poſt mortem apparuerunt in ejus facie, corpore &c. talia, ac talia ſigna.

31 Pariter, ſi aliquis affectus indiciis, non quidèm ſufficientibus ad eum conſtituendum, ſed tantùm ad inquirendum, pròut eſt fama (50), confiteatur ſe veneaſſe *Cajum*; ad hoc, ut talis confeſſio eum afficiat, debet interrogari de omnibus circumſtantiis facti; puta, quodnam *venenum*, & in quâ quantitate; & in quo cibo, aut potu, & qualiter paratum illud *Caio* præbuerit; à quo tale *venenum* ipſe habuerit; quo animo dederit; quæ ſymptomata in illo apparuerint antè, & poſt mortem; ac omnes alias puras circumſtantias facti debet ille diſtinctè enarrare; & per dicta Teſtium debet de talibus ſymptomatis, & ſignis conſtare.

32 Quæ porrò circà purum factum depoſita ſunt à Teſtibus, ſivè à Reo, debent ſubdi judicio Medicorum, qui pronuncient, nùm juxtà eorum artem talis, ac tanta res, taliterque parata; ſignaque antè, ac poſt mortem ſecuta, concludant, *Cajum* veneno obiiſſe, qui ſi annuent, tunc plenè conſtabit de corpore delicti, de facto quidèm per dicta Teſtium, aut Rei; de jure autem per judicium Medicorum, ut optimè ait *Raynaldus* (51), & poterit dari pœna ordinaria. Ratio autem dictorum eſt, quià tùm Teſtes, tùm Reus non poſſunt deponere, niſi de nudo, & ſimplici facto; quià judicium de jure, quod emergit à tali facto, ſpectat ad Judicem, qui judicio Peritorum innititur. Judicium autem Peritorum ex puris ſignis, in cadavere obſervatis, ut probatum eſt ſuprà, eſt purè conjecturale; undè ſequitur, quòd per illud ſolùm non redditur corpus delicti plenè probatum. Requiritur ergò dictum Teſtium, aut Rei, qui deponant quidnam, & quale, & quantum propitiatum fuerit; quià tunc Medici, qui ſciunt vim talis Rei venenoſæ, certò pronunciare poſſunt, illum mortuum eſſe ex veneno. Undè, ſi Teſtes, aut Reus neſcirent quid eſſet res, quæ mixta fuit vino, & deponerent vidiſſe quidèm, aut miſcuiſſe quendam liquorem, qui erat in parvâ ampullâ, quem ignorant, & neſciunt quid eſſet; profectò Medici non poſſint certò pronunciare, quòd mors ſecuta ſit ex *veneno*, & ex conſequenti non remaneret probatum plenè corpus delicti, ſed ſemiplenè tantùm, quod faceret ad torturam, ut ſcribit *Jacobus Mandellus* (52), & alii; aut ad pœnam extraordinariam, ut firmat *Laurentius Matthæu* (53)

33 Hucuſque dictum eſt de probatione corporis delicti, reſtat dicendum de probatione delinquentis; & ſciendum, quòd, ut pluribus citatis probant *Spada*, *Caraſço*, & *Sabellus* (54), Judex in hoc crimine propter difficultatem probationis debet eſſe promptior ad torquendum, quàm in ceteris delictis; undè, ut probat latiſſimè *Alba. Conſil.72. per totum*, leviora indicia ſufficiunt, ut poſſit ad torturam deveniri, ob ſummam atrocitatem, ac clandeſtinitatem hujus delicti.

34 Indicia porrò multa patrati hujus ſceleris congerit *Decianus* (55), puta, ſi quis *venenum* emiſſet, & coràm Judice interrogatus, negaſſet, de emptione autem convictus eſſet, tale indicium ex ſe ſufficeret ad torturam. Pariter, ſi probatus emptor *veneni* conſtat, quòd ſimultatem, aut inimicitiam habuit cum venenato; aut ex illius morte lucrum, aut commodum reportaturus erat; aut erat perſona vilis, ac malæ famæ, quæ cibum paravit, aut potum miniſtravit ei, qui venenatus eſt; maximè, ſi aliquâ induſtriâ uſus eſt, ut de tali cibo, aut potu, alius præter venenatum non guſtaret. Itidèm, ſi *veneno* mortuus ſit maritus, & ejus Uxor probatur adultera, maximum inditium facit adulterium, quòd ipſa maritum venenaverit, cùm hæc duo delicta quâdam conſequentiâ iungantur, ut auctoritate *Tullii*, *Senecæ*, *Quintiliani*, *ac D. Jo. Chriſoſtomi* probat *Decianus*. (56) Et univerſaliter, ſi de veneno dato ſuſpicio eſt in viro, & in fœminâ, urgentius eſt indicium in feminâ, quàm in viro qualitas ſexus; nàm, ut ajebat *Quintilianus* (57), *latrocinium faciliùs in viro*; *veneficium in muliere præſumitur*; ratio eſt, quià fœmina magis iracunda, & vindictæ appetens eſt, quàm vir; & quià ratione ſexus puſillanimis eſt, & apertè ulciſci de inimico non audet, ad fraudes convertitur, & *veneno* vindicat ſe; & profectò legimus apud *Diodorum* (58), mulieres primas inventrices *veneni* fuiſſe; & eas *veneno* uti magis, quàm viros, advertit etiam *Liranus*. (59)

## Pœnæ.

### SUMMARIUM:

35 *Opinio Raynaldi, quòd pœna veneficii ſit eadem, quæ datur prò homicidio proditorio.*
36 *Confutatur opinio Raynaldi.*
*Judas fuit verus Proditor, licèt Chriſtus ſciret ſuum tractatum, & poſſet ſe ab eo tueri.*
37 *Quomodò poſſit aliqualiter ſuſtineri impugnata opinio.*
38 *Opinio Carpzovii circà pœnas veneficii.*
39 *Impugnatur dicta opinio.*
*Pœna furcarum debetur prò veneficio.*
*Pœna furcarum eſt gravior decapitatione.*

*Talis*

(49) *Raynal. Tom.3. cap.31. §.4. num.135. & 137. & ibi Caſſon. Matthæu Alex. Boſſ. Boer. Bald. & alii.*
(50) *Foller. Pract. V. Capiat informationem & V. Quod ſuffocavit. nu.16. 18.27. & 20. Guazzin. Defen.4. cap.4. nu.8.*
(51) *Raynal. loc. cit. n 146.*
(52) *Jacob. Mandell. Conſ.72. Clar. Quæſt.4. in fin. Carena de S. Offic. Par.3. Tit.1. §.4. n.37. & ſeqq.*

(53) *Laur. Matthæu de Regim. Regn. Valent. Par.2. cap.8. §.2. nu.16.*
(54) *Spada Conſ. crim.123. nu.2. lib.1. Caraſc. Tract. de Nobil. non torquen. nu.99. Sabell. Sum. §. Venenum. nu.7. V. Quod in delictis.*
(55) *Decian. lib.9. cap.24. n.5 & ſeqq.*
(56) *Cicer. lib.4. ad Herenn. Senec. Controverſ. lib.4. Quintilian. lib.5. cap. de Exempl. D. Jo. Chriſoſt. Hom.19 in Matth. Decian. loc. cit. n.14.*
(57) *Quintilian. lib.5. Tit. de Argumen.*
(58) *Diodor. Sicul. Biblioth. lib.5.*
(59) *Lyran. ad Exod. cap.22. V.18.*

Digitized by Google

*Talis pœna debetur tùm Nobilibus, tùm ignobilibus.*

40 *Complices in veneficio puniuntur tanquàm principales.*

*Veneficii Reus non gaudet Immunitate Eccleſiaſticâ.*

41 *Quomodò aggravetur crimen veneficii.*

*Venenum dans alteri ad occupanda ejus bona, puniendus ut aſſaſſinus.*

*Dans venenum in Euchariſtiâ, atrociſſimâ morte pleƈtendus.*

42 *Dato veneno, ſed non ſecutâ morte, quæ pœna venefico debeatur.*

43 *Diverſa Doƈtorum in hoc caſu ſententia.*

44 *Si cum veneficio nullum aliud complicatur crimen, debetur pœna extraordinaria.*

*Si concurrit aliud deliƈtum, debetur prò veneficio pœna ordinaria, non ſecutâ morte.*

45 *Confirmatur data proximè concluſio.*

*Teſtium defeƈtus, & inhabilitas ſuppletur per eorum numerum.*

46 *Applicatur doƈtrina ad caſum.*

47 *Filius emens venenum, ut Patri detur, debet mori.*

*Extenditur hæc pœna ad Patrem ſpiritualem, ut eſt Abbas reſpeƈtu Monachi.*

48 *Senatus Mediolanenſis morti dedit famulum, qui venenaverat Dominum, effeƈtu non ſecuto.*

*Confirmatur concluſio pluribus caſibus.*

49 *Condemnatus de veneficio eſt infamis, ac irregularis.*

50 *Nulla reperitur peculiaris pœna Clerici venefici, ultrà pœnas homicidii appenſati.*

*Ultrà eas poteſt Judex alias pœnas juxtà circumſtantias faƈti arbitrari.*

51 *Statutum prò Minoribus de Obſervantiâ.*

52 *Pœna Statutaria varianda juxtà effeƈtum ſecutum, aut non; & prò differentiâ ſtatus perſonæ venenatæ.*

53 *Quandonam prò veneficio debeatur pœna triremium, & quandò carceris.*

54 *Quid agendum, ſi venenum propinatum ſit Prælato.*

35 VEneficij crimen, juxta ſententiam communem Doƈtorum, quos cumulat *Raynaldus*, (60) in toto rigore importat proditionem; quià venenator occidit hominem, non præcaventem, & ideò ſe defendere non valentem; & ideò dicendum veniret, quòd pœna *veneficij* præcisè debeat eſſe pœna homicidii proditorii.

36 Sed non facilè admiſerim illam concluſionem, quòd, nempè formalitas homicidii proditorii conſiſtat in hoc, quòd homo nequit ab eo præcavere. Etenim ultrà ea, quæ diximus in §. *Proditorium homicidium*, convincitur falſitas illius ſententiæ ex hoc, quòd inter omnes proditores, maximus, ac deteſtabiliſſimus fuit *Judas Iſchariotes*, qui D.N.I.C. prodidit, & Ideò paſſim in omnibus Evangeliis ſugillatur infami titulo *Proditoris*. Stat autem, quòd D.I.C. optimè præſciebat illius traƈtatus proditorios cum Judæis; & hoc in ultimâ cœnâ Diſcipulis manifeſtavit. Paritèr patet, quòd Dominus optimè poterat ſe defendere ab inſidiis illius Proditoris; quià Deus erat, qui non poterat offendi in corpore, niſi ipſe voluiſſet. Cum hoc tamen Judas fuit verus proditor, & tanquàm talis audit apud omnes fideles. Sequitur igitur, quòd proditio talis non eſt ex eo, quòd offenſa cadat in hominem incautum, & proindè non potentem ſe defendere, ſed provenit ex alio capite; puta, quòd proditor animum nocendi tegat pallio ſimulatæ amicitiæ; & utatur officiis, & familiaritate amicitię, tanquàm inſtrumentis ad exequendum malum intentum. Et ideò Judas fuit verus proditor, quià oſculo ſibi dato Chriſtum Judæis prodidit, uſus enim eſt officio, ac ſigno amicitiæ, pròut eſt oſculum, ad necem, Domino per Judæos inferendam. Concludendum eſt ideò, quòd *veneficium* non poteſt dici proditorium, ex eo, quòd noceat homini incauto, & ſe defendere non potenti.

37 Poteſt tamen aliqualiter ſuſtineri impugnata concluſio, ex hoc, quòd regulariter *venenum* non porrigitur niſi ab amico, hoſpite, aut coniunƈto per parentelam, ſocietatem, vel familiaritatem &c. ab inimico enim nemo aliquid, maximè cibum recipit. Undè concludi poſset, quòd ex hoc capite *veneficium* poſſit dici proditio, quià ſub colore amicitię intentum conſequitur. Sed debilis certè eſt hæc ratio. Nàmque principalius crimen eſt in eo, qui mortem intentat inferre per *venenum*; & per accidens eſt, quòd illemet *venenum* componat, & porrigat; in pluribus enim illud porrigere per alios inſcios ſceleris facit, ad magis occultandum crimen, aut ipſe taliter rem diſponit, ut venenatus ipſe ex ſe illud ſumat. Quòd, ſi ille ſub ſpecie amicitiæ *venenum*, à ſe, aut ab alio ex ipſius mandato, compoſitum porrigeret, profeƈtò concurrerent duo deliƈta, ſpecie diverſa, puta, *veneficium*, & proditio; & tali caſu utique vocari poſſet *veneficium proditorium*, pœnâ qualificatâ mulƈtandum.

38 Ex diƈtis ſequitur, quòd *veneficio* non debetur præciſa pœna homicidii proditorii, ſed alia. Et quidèm *Benediƈtus Carpzovius* (61), fultus auƈtoritate Textus (62), & aliorum Doƈtorum opinione, quam ipſe communem aſſerit, docet, pœnam *veneficij* eſſe capitis obtruncationem de iure communi; quamvis poſteà de jure *Saxonico* alias aſſignet.

39 Sed huic ſententiæ refragatur tùm ratio, tùm praxis. Ratio quidèm, quià ex alio Textu (63) habetur, quòd gravius deliƈtum eſt hominem perimere veneno, quàm gladio. Eſt autem naturalis ratio, quòd graviùs delinquenti gravior pœna debetur; ergò venefico gravior pœna debetur, quàm decapitatio, quæ adhibetur homicidæ, qui ferrò vitam inimico ademit. Undè Textus illi legis *Corneliæ de Sicariis*, qui videntur decernere prò *veneficio* decapitationem, ut rationi cohæreant, debent accipi de decapitatione, non quidèm ſimplici, ſed qualificatâ, ut augmentum pœnæ correſpondeat incremẽto gravitatis deliƈti. Praxis etiam eſt, quòd veneficus punitur pœnâ furcarũ, ut firmat *Caballus* (64), quæ pœna gravior, quià ignominioſior eſt pœnâ decapitationis. Et ſubdit, quòd, licèt pœna furcarum non niſi perſonis vilibus adhibeatur, Nobiles autem obtrun-



(60) *Raynal. Tom. 3. cap. 31. ſeƈt. 4. n. 3. & 4.*

(61) *Carpzov. Part. 1. Quæſt. 20. n. 15. & 16.*

(62) *text. in l. 1. § 1. & l. 3. §. in princip. ff. Ad leg. Corn. de Sicar.*

(63) *text. in l. 1. C. de Malef. & Mathemat.*

(64) *Caball. de Omn. gen. homicid. num. 610.*

obtruncatione capitis puniantur, tamen in deteſtationem tàm enormis criminis furcæ æqualiter debetur Nobilibus, ac ignobilibus in pœnam veneficii; & repetit gravium Doctorum (65) auctoritate ſententiam, alibi (66) à ſe firmatam, puta, quòd, licèt Nobiles non ſint condemnandi pœnâ furcarum, quæ communiter exiſtimatur nimis ignominioſa, ac infamatoria; tamen, quandò Nobiles committunt delictum enorme, quo offuſcant propriam nobilitatem, nihil ipſis prodeſſe debet nobilitas, & puniri poſſunt pœnâ furcarum, ac ſi eſſent plebei,

40 Eâdem pœnâ cum principali puniuntur complices, puta, compoſitor, venditor, emptor, miniſter *veneni*, ſi tamen doloſè faciant, nàm, ut diximus ſuprà, omnes iſti delinquunt *veneficio*, quià omnes *venenum* miniſtrant; & juxtà Doctores communiter (67), Rei de hoc delicto non gaudent immunitate Eccleſiaſticâ.

41 Aggravari porrò poteſt *veneficium* concurrentibus in eodem facto pluribus delictis, ſpecie diverſis, prout eſſet, ſi quis daret venenum fratri ad potiendum ipſius hæreditate. In hoc caſu interveniret parricidium, proditio, veneficium, ac aſſaſſinium; ſiquidèm homicidium, factum contemplatione adipiſcendæ hæreditatis, perindè eſt, ac ſi factum eſſet contemplatione pretii, ſuper quo homicida fuiſſet pactus cum alio, Ob complicationem igitur tot delictorum eſſet pœna pariter exaſperanda. Undè ſcribunt *Cavalcanus*, *& Guazzinus* (68), quòd, qui dat conſanguineo, aut Amico *venenum*, ut ille potiatur ipſorum bonis, tanquàm Aſſaſſinus vehi debet ſuper curru infami per Civitatem, & torqueri forcipibus ignitis, & malleo, ſibi prius impacto in caput, debet jugulari, & in fruſtâ ſcindi. Pariter, ſi quis panem, aut vinum conſecrandum, ac convertendum in corpus, ac ſanguinem D.N.I.C. venenaret, prout de facto eveniſſe nonnulli (69) ſcribunt, iſte deberet comburi, aut aliâ graviſſimâ morte mulctari, prout docet *Raynaldus*. (70) Ratio eſt, quià, quàmvis leges de ſimilibus caſibus, ut potè enormiſſimis, ac rarò accidentibus, nihil diſponant, quià Legiſlatores de illis minimè cogitarunt; tamen magnitudo facinoris talis eſſet, ut nulla pœna, quàmvis graviſſima, tanto ſceleri adæquaretur.

42 Quod autem dictum eſt de pœnâ ultimi ſupplicii, dandâ venefico, locum ſolummodò habet, quandò delictum fuit in ſuo genere perfectum, & effectus intentus ſecutus eſt, ut communiter firmant Doctores poſt *Clarum*, (71) Sed quid juris, ſi crimen non eſt perfectum ex eo, quòd, licèt *venenum* fuerit datum; non tamen ſecuta eſt ſivè ob debilitatem *veneni*, ſivè quià alexipharmacis ſubventum eſt ægroto?

43 Circà hoc punctum ſolemnis eſt Doctorum conflictus, quos refert *Caballus* (72), quorum nonnulli volunt, tali caſu Reum *veneficii* puniri non poſſe ultimo ſupplicio, ſed tantùm pœnâ extraordinariâ: horum autem fundamentum eſt, quià communi totius Orbis conſuetudine derogatum eſt legibus conatum ad crimen, non ſecuto effectu intento, punientibus; de quâ communi conſuetudine, ac ſententiâ teſtantur *Clarus*, *Conradus*, *ac Covaruvia*. (73) Alii non pauci ſuſtinent, quòd deberet Reus ultimo ſupplicio ſubdi. Ratio eſt, quià in delictis atrociſſimis, quandò Reus fecit omne, quod potuit, & ex parte ſuâ facere debuit, ut effectus ſortiretur, diciturque deveniſſe ad actum, proximum delicto, non ſecutus autem eſt effectus quià, fuit ab aliâ causâ impeditus, tali caſu punitur Reus pœnâ ordinariâ,

44 Inter has ſententias extremas mihi valdè arridet opinio *Carenæ*, quem refert, & ſequitur *Raynaldus* (74), & eſt, quòd, ſi in *veneficio* nulla intervenit alia circumſtantia delictum aggravans, tunc, effectu non ſecuto, non intrat pœna ordinaria. Exemplum eſſe poteſt in eo, qui, habens inimicum, *venenum* ab alio ſibi porrigere facit; hìc enim nulla occurrit circumſtantia, quæ delictum aggravet. Sed, ſi in facto copulantur alia crimina, quæ delictum aggravent, ut potè, ſi in *veneficio* intraret proditio, aut aſſaſſinium &c. quià nempè Reus ſub ſpecie amicitiæ invitatum ad prandium in propriâ domo venenavit; aut pactâ pecuniâ ab alio venenare fecit, tali caſu, etiam non ſecuto effectu, intrat pœna mortis, Ratio hujus ſententiæ eſſe poteſt à ſimili,

45 Quandò enim *Part. prima* §. *Teſtes*, locuti ſumus de Teſtium defectu aliquo, ob quem probatio remanet imperfecta, ac minimè plena, docuimus cum communi, quòd numerus Teſtium ſupplet eorum defectum: ità ut, ſi aliquis, aut ambo ex duobus Teſtibus, qui de jure requiruntur ad probandum delictum, aut indicium, patiantur exceptionem, aut defectum, huic ſuccurritur per alios Teſtes, quàmvis etiam iſti exceptionem patiantur; & hoc modo quatuor Teſtes defectivi (non quidèm eſſentialiter, ut eſſent inimici &c.) copulantur ad faciendam plenam probationem, quià numerus ſupplet defectum, & teſtimonium duorum poſteriorum integrat probationem, quæ imperfecta erat ex defectu, quem priores duo patiebantur,

46 Ità eſt in caſu; in *veneficio*, in quo effectus non eſt ſecutus, delictum remanet imperfectum in facto, & ideò debetur pœna extraordinaria, ſicut etiam hæc debetur, quandò delictum idem eſt imperfectum in probatione. Si autem *veneficio* copulatur aſſaſſinium, proditio &c. hæc, quàmvis etiam ipſa ſint imperfecta, quià effectus ſecutus non eſt, aliquam tamen pœnam extraordinariam merentur, Sed quià hæc iàm debetur ratione *veneficij*, debet augeri ratione alii delicti complicati; quod cùm & ipſum extraordinariam pœnam expoſcat, ex his duabus pœnis extraordinariis una ordinaria conflari debet, ſicut in eodem facto duo delicta, ſpecie diverſa, copulantur,

47 Et

(65) *Marſil. in l. unic. nu. 129. ℣. Et adduci. C. de Rapt. Virg. Gram. Deciſ. 30. num. 5. Afflict. Conſtit. Regn. lib. 1. Rubr. 13. in Conſtit. Terminum. 45. & lib. 2. Rubr. 31. Conſtit. Proſequentes. n. 31.*

(66) *Caball. Centur. 1. Caſ. 99. nu. 106.*

(67) *Giga. de Crim. læſ. Maje. Tit. qualiter, & à quibus. Quæſt. 10. nu. 23. Anani, in cap. 1. de Homic. Boer. Deciſ. 109. num. 5. Cabal. de Omn. gen. homic. nu. 583. Decian. lib 9. cap. 22. n. 4. Alex. Thuſc. Bobadill. apud Caraſc. Tract. de Nobil. non torquen. nu. 111.*

(68) *Cavalca. de Brach. Reg. Par. 4. nu. 57. Guazzin. Defen. 33. cap. 4. n. 8.*

(69) *StryK. de Jur. ſenſu, Diſſer. 6. de Guſtu. cap. 4. nu. 33. Diaz Pract. crim. Can. cap. 95. Vela de Pan. delict. cap. 26. num.*

(70) *Raynal. Tom. 3. cap. 31. §. 4. num. 153.*

(71) *Clar. §. Homicidium. ℣. Punitur etiam. n. 11.*

(72) *Caball. de Omn. gen. homicid. à nu. 593. ad 604.*

(73) *Clar. §. Homicidium. num. 14. Conrad. Pract. crim. Tit. de Venef. nu. 11. Covaru. in cap. Si furioſus. Par. 2. in princip. n. 11. ℣. Quinto.*

(74) *Caren. de S. Offic. Par. 2. Tit. 12. §. 34. num. 288. Raynal. Tom. 3. cap 31. §. 4. n. 84. ℣. Et generaliter.*

Digitized by Google

47 Et doctrina hæc confirmata remanet ex plurium Doctorum ſententiâ. Siquidèm filius, qui emit venenum, ut Patri daret, licèt effectus ſecutus non ſit, debet mori, ut, ultrà Textum expreſſum, (75) docent claſici Doctores. (76) Et extenditur hæc ſententia ad *veneficium*, attentatum contrà eum, qui habetur loco Patris, ut eſt Abbas reſpectu Monachorum, ut ex *Bartolo*, & *Felino* docet *Purpuratus*, (77) & potiori ratione ampliari debet ad eum, qui Principem ſuum *veneno* necare tentaſſet, ut firmant alii (78). Et ratio eſt, quià *veneficio* attentato copularetur parricidium propriè, aut impropriè ſumptum.

48 Præfatam ſententiam praticatam fuiſſe à Senatu Mediolanenſi, qui ad mortem damnavit quandam famulam, quæ Domino ſuo (qui tamen non obiit) venenum propinaverat, docet *Boſſius*, (79) & hoc idem alibi practicatum ſcribit *Vulpellus*, (80) & ità practicandum propugnat in facti contingentiâ *Caraſca* (81) etiam, quandò Uxor tentat venerare Maritum, & è contrà, ut ſcripſit *Placha*, (82) quòd uſu poſitum bis à Senatu Pedemontano aſſerit *Theſaurus*, *Addens ad Patrem*. (83) Et ex *Igneo* refert *Clarus*, (84) Nobilem quendam ultimo ſupplicio affectum, quià agnatum ſuum, prole carentem, *veneno* necare tentaverat. Et ratio eſt, quià in his caſibus circumſtantia aggravans concurrit læſæ nempè fidelitatis, quæ debet vigere inter Servum, ac Dominum; Maritum, ac Uxorem; aut parricidii lato modo, quod patratur inter coniunctos, prout ſuo loco dictum fuit. Et tandèm ex hâc eâdem ratione ordinariâ pœnâ eſſet plectendus, qui in *Eucharistiâ* venenum miniſtraſſet, quamvis mors ſecuta non eſſet; & ratio eſt, quià cum *veneficio* etiam ſacrilegium concurreret.

49 Condemnatus de *veneficio*, notatus remanet infamiâ juris, & conſequenter irregularis, & ratio eſt, quià remanet damnatus judicio publico: & procedit hoc, etiamſi mors venenati non fuerit ſecuta, ut poſt *Furnacium* docet *Theſaurus*. (85)

50 Quò ad Clericos veneficos nullam reperio ſanctionem Canonicam, quæ peculiari pœnâ eos percellat, ultrà pœnas, quas incurrunt homicidæ voluntarii: & quià de iſtis ſuo loco dictum eſt, ipſas repetere ſuperfluum ducimus. Verum eſt, quòd in facti contingentiâ poſſet Judex, ultrà pœnas homicidii appenſari, alias arbitrarias addere, ex eo, quòd qualitas *veneficii* aggravat crimen, ſuprà gravitatem homicidii voluntarii.

(75) *text. in l. 1. in fin. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid.*
(76) *Bart. in l. 1. n. 8. & 9. ff. de Parricid. Igne. in l. 1. §. Quod ſi quis n. 2. ff. Ad S. C. Syllan. Farinac. Q. 122. n. 18. Vela Gomez Matthæu. Conciol. Sabell. Vulpell. apud Raynal. loc. cit. n. 84.*
(77) *Purpurat. Conſ. 186. n. 4. lib. 1.*
(78) *Farinac. Q. 122. n. 27. Claud. ad. Bertazzol. Conſ. crim. 57. lit. B.*
(79) *Boſſ. Tr. crim. Tit. de Homicid. n. 13.*
(80) *Vulpell. Reſponſ. 145.*
(81) *Caraſc. Tract. de Nobil. non torquen. n. 108.*
(82) *Placha Epitom. delict. lib. 1. cap. 22. n. 32. V. Quibus illud.*
(83) *Theſaur. jun. ad Deciſ. Pedem. 243. in fin. V. Et in Servo.*
(84) *Igne. in l. Si ſequens. §. Cum ex parte n. 10. ff. Ad Syllan. Clar. Quæſt. 92. V. Scias tamen.*
(85) *Farinac. Q. 122. à n. 32. apud Theſaur. de Pœn. Eccleſ. V. Poculum, cap. 4. n. 11.*

51 Quantùm verò ad Regulares ſpectanda ſunt eorum Statuta. Prò nobis Minoribus de Obſervantiâ adeſt Textus noſter, (86) quem aliàs (87) dedimus, & ità cantat *Qui aliquem enormiter vulneraverit, vel ei venenum dederit per ſe, vel per alium, eiſdem pœnis* (puta triremium) *ſubiacere tenetur*.

52 Circà quem Textum adverto, quòd, juxtà ſuperiùs dicta, aggravari poteſt hoc crimen reſpectu effectus ſecuti, ac reſpectu perſonæ venenatæ; & juxtà aliam gravitatem moderanda eſt pœna. Si enim mors venenati ſecuta fuerit, & iſte eſſet Religioſus ordinarius, omninò debetur pœna triremium perpetua. Ratio eſt, quià, ob datam mortem, aut atrocem mutilationem, debetur pœna quidèm triremium, ſed ad tempus, Superiori arbitrarium, prout diximus ſuprà §. *Homicidium num. final.* Quià verò *veneficium* addit qualitatem aggravantem ſuprà homicidium ordinarium, ferro &c. patratum; hinc eſt, quòd mors *veneficio* patrata, exquirat triremes perpetuas, aut ſaltem ad durationem magìs longam eâ, quæ arbitrio Superioris, prò homicidio ſimplici deberetur.

53 Si autem mors ſecuta non ſit, & nulla alia circumſtantia aggravet *veneficium*, non debentur triremes, ſed Carcer, ac aliæ pœnæ, Superiori arbitrariæ. Ratio eſt, quià, ut diximus ſuprà *num.* 43. & *ſeqq.* non debetur pœna ordinaria, niſi, quandò ex effectu ſecuto dicitur crimen, in ſuo genere perfectum. Sed ſi *veneficio* alia circumſtantia aggravans addatur, (ut potè, ſi *venenum* eſſet datum ab Aromatario, Infirmario, vel à Coquinario in publicâ refectione; aut ſi prò *veneficio* pactum eſſet præmium inter inimicum principalem, & miniſtrum *veneni*; aut *venenum* eſſet datum in *Eucharistiâ*; aut ſub colore ſpecialis amicitiæ &c.) quantùmvis mors ſecuta non ſit, debentur triremes. Ratio eſt, quam dedimus ſuprà à *num.* 44. quià nempè *veneficio* jungeretur infidelitas, aut aſſaſſinium, aut ſacrilegium &c.

54 Quòd, ſi *venenum* datum eſſet Prelato Locali, aut Provinciali, & multò fortiùs Generali, etiam morte non ſecutâ, ordinaria pœna deberetur, ex duplici principio. Unum eſt, quòd tali veneficio copulatur parricidium, latè ſumptum, ut diximus ſuprà *num.* 47. Aliud eſt, quòd in ſuperioribus Statutis, datis ex Textu §. *Homicidium. num.* 92. & 93. vulnerans Prælatum Localem, non ſecutâ morte, debet mitti ad triremes prò tempore, arbitrario Superioribus; ſicut etiam, qui quovis modo percutit Provincialem; quià verò veneficium aggravat ſuprà vulnerationem, ac multò fortiùs percuſſionem, hinc eſt, quòd gravior pœna debetur tentanti mortem talium Prælatorum *veneno*, quàm vulneribus, aut percuſſionibus adhibitis, & proindè pœna triremium, quæ prò ceteris eſt per tempus Superioribus arbitrarium, prò *veneficio* ſit perpetua, aut ſaltem diuturnior eâ, quæ daretur prò vulneratione, aut percuſſione.

§. X.

(86) *Text. Tit. Applicatio §. 41.*
(87) *§. Homicidium. 91.*

Digitized by Google

## §. X.

## Abortus procuratio.

*SUMMARIUM.*

1 *Abortus procurati diffinitio.*
2 *Dolus eſt anima delicti.*
3 *Abortus procurationis multiplices modi.*
4 *Bulla Sixti Quinti contrà procurantes abortum, & complices moderata à Gregorio XIV.*
5 *Abortus eſt de fœtu nondum nato.*
*Pœnâ legis Aquiliæ tenetur abortire faciens alienum animal.*
6 *Abortus ſemper eſt, tùm ſi fœtus ex datâ potione naſcatur mortuus, ſivè oriatur vivus antè tempus, inſtitutum à naturâ.*
*Partus ſeptimeſtris, ac octimeſtris vitalis eſt.*
7 *Abortus dicitur, ſi ex potione partus naſcatur quidèm vivus in tempore, in quo vitalis erat, tamen intrà paucum tempus poſt ortum moritur.*

1 POſtrema ſpecies homicidii appenſati eſt *abortus procuratio*, quæ gravitatem ſuam metitur, non tantùm, quià ut in pluribus, veneficio, ac parricidio copulatur, quantùm ex eo, quòd in eo offenditur homo, qui totaliter ad propriam defenſionem eſt inhabilis. Poteſt autem commodè diffiniri, quòd ſit *doloſa operatio, per quam fœtus humanus vel mortuus, vel non vitalis, ex utero abjicitur.*

2 Dicitur primò *doloſa operatio*, cùm enim dolus ſit anima delicti, ut aliàs (1) ex *Boſſio* docuimus, nequit *operatio* dici criminalis, niſi ſit doloſa. *Operatio* autem hìc in genere ponitur, pròut complectitur omnem actum humanum, qui vel principaliter, vel miniſterialiter, vel mediatè, vel immediatè tendit ad effectum, ut nempè fœtus aut mortuus, aut brevì moriturus à Matre abiiciatur.

3 Multipliciter porrò talis operatio exercetur, pròut recenſetur in quâdam Conſtitutione (2) *Sixti V*, in quâ dicitur, *abortum* procurari *percuſſionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribuſque, mulieri prægnanti impoſitis*. Ultrà hæc idem effectus ſequitur, ſi prægnanti gravis terror incutiatur, aut ex improvisò res monſtroſa oſtendatur; ſi larvis, aut ſpectris nocturnis fictis timor incutiatur; ſi phlebotomia maximè in pedibus adhibeatur; ſi ingentis infortunii (ut mors Mariti, aut filii) narratio fiat; ſi ſchedulæ, aut alia ſigna ſortilega, ſuper ſe tenenda, dentur; pluresque alii ſuppetunt modi, quos recenſere non expedit.

4 *Operatio* porrò ad *abortum* non ſiſtitur tantummodò in principali, ſed ex Bullâ ſupracitatâ extenditur ad eos, qui ad idem *opem, conſilium, favorem, potionem, vel alia cujuſcunque generis medicamenta ſcienter dederint*. Ex quàmvis *Gregorius XIV.* in ſuâ Conſtitutione (3) videatur, reſpectu *quocunque modo auxilium, vel conſilium dantium* ad *abortum* procurandum, reduxiſſe pœnas ad terminos juris communis, tamen contrarium eſt verius, tùm quià Conſtitutio *Gregoriana* moderatur *Sixtinam*, tantùm quò ad *procurantes abortum fœtus inanimis*, & propinantes venena ſterilitatis, (ut infrà videbimus) non autem quò ad cooperantes ad *abortum fœtus animati*; tùm quià de jure communi pœnæ delictorum extenduntur ad mandantes, conſulentes &c. pròut aliàs (4) docuimus; tùm quià, ut plurimùm *abortus* procuratur potionibus, quæ reſpectu fœtus ſemper venena ſunt, cùm ad ejus mortem dentur, crimen autem veneficii æquè comprehendit complices, ſicut principalem, ut paragrapho ſuperiori proximè dictum fuit.

5 Dicitur *fœtus humanus* is nempè, qui adhùc in utero Matris continetur; ad differentiam ejus, cui penè nato mors intentatur; illud enim continetur ſub aliâ ſpecie homicidii, ut diximus aliàs. (5) Additur autem humanus, ad differentiam aliorum animalium conceptus; iſti enim veniunt etiam ſub nomine fœtus; qui autem *abortum* iſtorum procuraret, non delinqueret hoc crimine, neque teneretur pœnâ legis *Corneliæ de Sicariis*, aut *Pompejæ de Parricidis*, ſed pœnâ legis *Aquiliæ de damno dato*, quandò nempè *abortus* eſſet animalis alieni.

6 Dicitur *vel mortuus, vel non vitalis ex utero abjicitur*. Quià, cùm procuratio *abortus*, ſecuto effectu, ſit ſpecies homicidii, ſequitur, quòd oportet, quòd fœtus naſcatur ex utero, vel mortuus, vel de proximo moriturus, & hoc modo non vitalis. Si quidèm, ſi propinato pharmaco, naſceretur quidèm fœtus antè debitum tempus, puta, antè novem menſes, ſed tamen in ſeptimo, aut octavo menſe, & viveret, non poſſet dici ſecutus *abortus* propriè, ſed tantùm impropriè, & largo modo. Nam *abortus*, largo modo acceptus, eſt partus fœtus, qui antè diem, ſibi à naturâ deſtinatum, non ſpontè, ſed ex aliquâ vi, ſivè accidenti ſuccedit, ut ex *Hippocrate*, & *Avicennâ* firmat *Zachia*. (6) Quòd, ſi naſcatur in ſeptimo menſe, vitalis eſt, ut ultrà auctoritatem legum, (7) convincit continua experientia. Partum autem adhùc vitalem eſſe, ſi naſcatur octavo menſe, contrà *Hippocratem*, & multos Jureconſultos, quos citat, validiſſimis rationibus probat idem *Zachia* poſt *Cardanum* (8). Ut igitur propriè *abortus* ſecutus dicatur, oportet, quòd fœtus naſcatur *vel mortuus, vel non vitalis*.

7 Quid autem, ſi dato poculo abortionis, fœtus naſcatur quidèm vitalis, quià eſt in ſeptimo, aut octavo menſe, tamen intrà modicum tempus moriatur, dicetur nè *abortus* propriè ſecutus? Reſpondeo, quòd ſic. Ratio eſt, quià partus ſeptimeſtris, aut octimeſtris vitalis eſt de facto, quandò natura ex ſe illum, ut potè in ute-

(1) *Par. p. Tit. Patronus. nu. 88.*
(2) *Sixt. V. Conſtit. Effrenatam. 1588 Cherub. Bullar. Tom. 2.*
(3) *Gregor. XIV. Conſt. Sedis Apoſtolicæ, 1591. Cherub. Bullar. Tom. 2.*

(4) *Par. p. Tit. Pœnarum. n. 56. & ſeqq.*
(5) *Sup §. Parricidium.*
(6) *Zachi. Quæſt. Medicoleg. lib. 1. Tit. 2. Q. 10 n. 12. & 13.*
(7) *text. in l. Septimo. ff. de Stat. homin. & in l. Inteſtato. §. final. ff. de Suis, & legit. hæred.*
(8) *Cardan. Contradict. Medic. lib. 1. Contr. 8. Tract. 3. in fin. apud Zachia. loc. cit. Quæſt. 4. nu. 5. & ſeq.*

Digitized by Google

in utero, ſufficienter maturatum, & perfectum expellit; ſivè, ſi propinato poculo abortionis, in dicto tempore naſcitur, & de facto, eo non obſtante, vivit, quià fortè natura fetus valida reſiſtit veneno dato, quod fuit quidèm ſufficiens ad accelerandum illius partum, non tamen valuit ad inferrendam mortem. Si verò poſt modicum tempus moriatur, quàmvis, attento tempore, poſſet dici vitalis, talis tamen de facto non fuit, ob malam qualitatem, ſibi impreſſam à veneno, quod fuit validum ad anticipandum partum, & inferrendam mortem. Vndè tali caſu dicitur ſecutus verus *abortus*, quià fetus natus eſt, non vitalis de facto, quià attentâ vi veneni, vivere de facto non potuit.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

8 *Probatio abortus, quòd fetus animatus eſſet, difficilima.*

9 *Judicio Medicorum committitur judicare de causâ abortus.*

10 *Variæ Doctorum ſententiæ circà animationem fœtus poſt ſeminis conceptionem.*

11 *Incertum eſt, quæ ſit vera ex recitatis ſententia; plauſibilior tamen videtur opinio Zachiæ.*

12 *Inſtantia contrà dictam opinionem.*

13 *Difficultas, quæ fiunt contrà dictas ſententias, ſunt æquè ſolubiles.*

*Intellectus humanus caligat in rebus naturæ manifeſtiſſimis.*

14 *Leges Canonicæ, & Civiles, quot tempus aſſignent prò animatione fœtus.*

*Si cadaveris abortivi nequit ſexus diſcerni, præſumitur, quòd ſit maſculi.*

*Prò ſalute animæ in dubio pars tutior eſt eligenda.*

15 *Summa difficultas in probando, àn fœtus abortivus fuerit animatus, in quo conſiſtat.*

*Tempus conceptionis latet etiam prægnantes ipſas.*

16 *Quomodò probari poſſet tempus conceptionis.*

17 *Omnium fœtuum formationi non idem tempus aſſignatur.*

18 *Quandò cadaver abortivi in judicio poteſt ſtatui, de animatione debent Medici judicare.*

*Duo ad minus ex præſtantioribus Medicis debent adhiberi.*

*Debent Medici rationes ſui judicij aſſignare.*

19 *Si partus non poteſt viſitari, & probatum ſit momentum conceptionis, & ab eo effluxerint 80. dies, poteſt Judex abſquè Medicis prònunciare, fœtum fuiſſe animatum.*

*Controverſiâ extante circà pœnæ quantitatem inter Judices, ſtatuenda eſt minima quantitas.*

20 *Quarè in dicto caſu poteſt Judex ſtatuere abſquè judicio Medicorum.*

21 *An, corrupto cadavere abortivi, per Teſtes probari ſufficiat ejus animationem.*

*Corpus delicti non probandum eſt per ſolam præſumptionem.*

22 *Conſtito per Teſtes momento conceptionis, & abortionem ſecutam eſſe poſt 80. dies, eſt locus damnationi ad pœnam ordinariam.*

*Cadaver occiſi ſi non reperiatur, probandum eſt per Teſtes corpus delicti.*

*Vix poſſibile eſt, quòd probari in hoc caſu queat corpus delicti.*

8 Difficilis in hoc crimine, pròut etiam in caſu veneni, de quo diximus, evadit probatio corporis delicti, à quo pendet tota ratio criminalitatis; imò difficilior, quàm in caſu veneni. Siquidèm in hoc examinari tantùm debet à Medicis, àn venenum in qualitate, & quantitate ſufficiens fuerit ad cauſandam mortem ejus, de quo agitur. In caſu autem *abortus* non tantùm perpendi debet vis potionis, percuſſionis, metus incuſſi Mulieri prægnanti &c. ac judicari, àn ſuffecerit ad cauſandum *abortum*; ſed etiam, àn fœtus, ab utero abactus, fuerit informatus animâ rationali; & in hoc firmatur gravitas hujus crrminis; Medicorum autem eſt hoc judicium, pròut firmant communiter Doctores. (9)

9 Et quidèm circà qualitatem, ac vim propinatæ potionis, ſivè alterius actionis, cauſativæ *abortus*, procedere debent, & eorum judicium ſub juramento exponere Judici ſub modo, & formâ, quibus judicare debent de veneno, pròut ſuperiori proximo paragrapho dictum eſt.

10 Quantùm verò ad judicium de animatione fetus gravior eſt difficultas; nàm circà animationem fœtus variæ ab auctoribus referuntur ſententiæ, quæ tamen diverſis placitis Medicorum innituntur. Nonnulli enim, quos refert *Dionys. Gothofredus*, (10) formando partui 35. alii 45. alii 50. dies aſſignant; eidem movendo alii 70. alii 76. dies tribuunt: eidem tandèm maturando, ac perficiendo alii 210. alii 300. dies dederunt. Alii prò diſcretione fœtus 40. dies; prò tranſmutatione 80. prò perfectione 240. dies aſſignarunt. Animari autem animâ rationali exiſtimavit *Sconerus* (11) fetum quarto menſe à conceptu ſeminis quià tunc ſecundùm ipſum dominium fœtus tribuitur Soli, qui membra organica vi calefactivâ perficit, & in hanc ſententiam inclinat etiam *Rodericus à Caſtro*. (12) *Ioannes Marci*, ut ipſum citat *Caramuel*. (13) opinatus eſt, fetum, quamdiù detinetur in utero Matris, animari animâ ejuſdèm Matris, proindè non ſibi infundi animam propriam, niſi in ipſo momento nativitatis. *Thomas Fienus* (14) voluit è contrà, quòd ſpatio trium dierum fœtus animetur; & in hanc ſententiam abiit etiam *Zachia*, (15) qui multis rationibus probat, animam infundi, ſtatìm ac facta eſt conceptio ſeminum. *Mercurialis* tandèm, relatus per *Zachiam*, (16) fultus auctoritate *Hippocratis*, libro de *Naturâ puerorum*, vult, ſeptem diebus fœtum perfici, & animâ rationali dotari.

11 Iſta-

(9) *Sarno Pract.crim.Forma 86.in Allegat.V. Et primo Carpzov Par.1 Quæſt.11.nu.26 Giovagnon.Reſp.28.n.22.lib.1 Alex. Conſ.115 lib.3.Raynald.Tom.p.cap.6.§. 5. num. 124. & ſeqq.*

(10) *Gothofred.Adnot.in l.Cicero.litt.C.de Pœn.& in l.Inteſtato.§. final.litt.E.ff.de Suis & leg.hered.*

(11) *Sconer.lib.p.de Judic.aſtr.apud Gothofr. in l.Inteſtato loc. cit.*

(12) *Roder.à Caſtr.lib.3 de Natur.Mulie.cap.6.apud Zach.Tom.1. lib.1.Tit.2.Q.9.n.23.*

(13) *Caramu.Theol.Fundamen.Tom.1.Fundam. 55. de Homicid.à n. 1622.*

(14) *de Format.fœt.q.10.Concl.11.apud Zach.Tom.1.lib.p.Tit.2.q. 9.n.20.*

(15) *Paul Zachia Tom.2.Tit.1.Q.6.per tot.*

(16) *Mercurial.apud.Zach.Tom.1.lib.1.Tit.2.q.9.n.21.*

Digitized by Google

11 Iſtarum opinionum, illa, quæ eſt *Joannis Marci*, hæretica eſt, & manifeſtè opponitur *Sacra Scriptura*: habemus enim ex *Evangelio*, (17) quòd *Joannes Baptiſta*, Sanctificatus in utero Matris, *Exultavit infans*, quandò illam viſitavit *Beatiſ. Virgo*: ſanctificatio autem non fit, niſi per gratiam inhærentem, quæ animam ſupponit, in quâ ſubiectetur. Proindè talis propoſitio damnata fuit per *Decretum Cōgregationis S.Officij, anno 1679. die 4. Martii*. (18) Quænam verò cæterarum opinionum vera ſit, incertum eſt; & valdè urget prò opinione *Zachia*, quòd in communiori ſententiâ, in homine non detur niſi una anima, puta, rationalis virtualiter continens vegetantem, & ſentientem; & cùm fœtus à conceptione ſeminum incipiat creſcere, nutriri, & augmentari, & hoc vitaliter, & non per juxta poſitionem, ut lapides, nequit iſta aliud præſtare, quàm anima rationalis, quæ actus vegetativè exerceat, & quæ ſibi fabricetur organa ad ſentiendum, phantaſiandum, & ratiocinandum.

12 Ex aliâ parte, ſi anima rationalis, per rationem operando, ſibi organa corporea ſtruere deberet, hoc deberet eſſe per architectonicam, quæ per rationem, & artem operaretur, ad quod præſtandum, oporteret ſibi infundi in creatione habitum talis artis, ut ſuo ordine, & formâ organa humani corporis formare poſſet. Licèt enìm hæc præſtet in plantis, & brutis anima illorum, quæ ratione non utitur in tali formatione; tamen illæ per traducem ſeminalem transfunduntur à generáte, & in ipſorum ſemine jàm organa, juxta idæam naturæ, ſivè *Archæi*, (ut ipſam vocat *Helmontius*) ſunt delineata; ità ut ſpiritus, ſivè calor vivificus, qui ipſorum anima eſt, nil aliud præſtat niſi organa illa ſic, ut præfertur, permeare, dilatare, movere, & varias fermentationes, digeſtiones, & alterationes in materiâ alimentari cauſare, ut per eam nutritio, & alimentatio fœtus præſtetur. Non ſic verò anima rationalis per traducem ſeminalem transfunditur, nec ſic organa humani corporis, velùt in plantis ſunt delineata, ità ut anima rationalis nil aliud præſtare debeat, niſi tanquàm calor vivificus informare, & organa hoc modo perficere. Si quidèm ſemen humanum eſt tantùm materia diſpoſita, ità ut in eâ introduci queat forma organica. Porrò anima creata eſt rationalis, & ſi organa ſibi fabricari debet, oportet, quòd per rationem operetur, & ità per artem; non enim poſſet operari per organa illa, quæ ſibi fabricatur, cùm hæc nondùm ſint; ſed tanquàm efficiens à propoſito in materiâ, ſeù ſubiecto deberet agere, ut plaſtes in formandâ ſtatuâ. Talis autem ars in animâ non eſt, proindè nequit ſibi corpus fabricare. Quòd, ſi diceretur talia anima rationalem præſtare, ut in brutis anima ſenſitiva; oporteret concludere, animam rationalem per traducem in ſemine transfundi, ut opinatus fuit *Senertus*, (19) quod hæreticum eſt.

13 Inter has difficultates (pariter tamen, ac æqualiter ſolubiles, ac inſolubiles) quæ opinio verior ſit, noverit Deus; homo enim circà pleraque naturalia divinat potiùs, quàm verè ſciat, & ut ajebat *Ariſtoteles*, *ſicut ſe habet oculus noctuæ ad lumen Solis, ità & intellectus noſter ad manifeſtiſſima naturæ*. Undè, ſi tot, & tantæ difficultates inter Medicos ſunt circà organa corporis humani, & eorum officia, (cùm tamen per diſſectionem cadaverum oculariter inſpiciantur; de quibus multi multa, & diverſa opinativè, nunquàm verò demonſtrativè tradunt) à fortiori dicendum erit de infuſione animæ, quæ nulliter ſub ſenſu cadere poteſt, & de quo nihil poſſumus verè ſcire, niſi Deus revellet.

14 Tamen, omiſſis *Medicorum* opinionibus de animatione fœtus, *Canoniſtæ, & Iuriſperiti* magìs communiter firmant, maſculum 40; fœminam verò 80. dierum ſpatio animari. (20) Licèt *Paulus de Caſtro*, (21) quem ſequitur *Caccheranus*, opinatus ſit, fœtum omnem ſivè maſculum, ſivè fœminam, poſt quadraginta dies à conceptione ſeminum, eſſe animatum. Ità ut qui *abortum* procuraverit, poſt aſſignatos ſuprà dies, & effectus ſequutus ſit, cenſeatur verè homicida, & obnoxius ſit ordinariis pœnis; & in dubio, (quandò nempè ex membrorum diſpoſitione, aut quià fœtus projectus fuit in latrinam, nec viſitari potuit, nequit dignoſci, àn fuerit maſculus, vel fœmina) quò ad pœnas ſpirituales, præſumendus eſt maſculus; ità ut procurans *abortum* poſt 40. dies à conceptione, nec potuit certificari, cujus ſexus fuerit fœtus, præſumere debet, quòd fuerit maſculus, & ità debet procurare abſolutionem ab excommunicatione, & diſpenſationem ab irregularitate; & hoc quià in dubio prò ſalute animæ tutior pars eligenda eſt & ità practicatur in *Sacrâ Pœnitentiariâ Romanâ*. (22)

15 Tota tamen difficultas in hâc arduâ materiâ eſt probare concludenter in facti alicujus contingentiâ, fœtum fuiſſe animatum. Admiſſâ enìm theſi univerſali, quòd fœtus animetur intrà ſpatium, ſuprà aſſignatum, quomodò concludenter probabitur, quòd fœtus, de quo agitur hìc, & nunc fuerit animatus? Si quidèm hoc probari nequit, niſi priùs concludenter probetur tempus conceptionis, à quâ fluxerint dies requiſiti ad animationem; hoc autem probari nequit per Teſtes, cùm actus venereus abſquè arbitris exerceatur; eſto, quòd in aliquo caſu (ut evenire poteſt in meretrice) poſſent adduci Teſtes, qui viderunt congreſſum, quamnam rationem adducent ad probandum, conceptionem tùnc ſecutam fuiſſe, cùm hæc ad ſenſum non pateat? Solius Mulieris atteſtatio hoc nequit probare; ſiquidèm, ſi hæc minimè ſufficit ad probandum, *abortum* fuiſſe ſecutum, (23) ità nec ſufficere debebit ad probandum momentum conceptionis, quod ipſas mulieres etiam latere ſolet, ut præter quotidianam experientiam, ſcribit *Cagnolus*, (24) quandò ſcilicet plurièſ cum uno, ſeù diverſis viris coitum admiſerunt.

16 Quòd, ſi in aliquo caſu ſemel fuerit ſecutus congreſſus virilis, poſſit tunc ſciri per mulierem tempus conceptionis; non tamen poſſet probari per ipſam ſolam, cùm Teſtis unicus non poſſit ex ſe plenè probare. (25) Quòd, ſi per Teſtes poſſet concludenter probari congreſſus unicus, & tempus illius, utiquè probari poſſet tempus conceptionis; & ab illo probari, fœtum fuiſſe animatum,

17 Quià,

(17) *Luc.cap. 1.ꝟ.41.*

(18) *Raynald.Syntax.crim.lib.p.cap.6.§.5.n.31.*

(19) *Daniel.Senert.Hypomne.Phyſic.lib.4.cap.4. & Inſtitut. lib.5.*

(20) *Menoch.de arbitr.lib.2.Cent.4.Caſ.356.n.3.Ricc.Prax.Deciſ.609.n.1.Azor.Tom.3.lib.2.cap.4.Quaranta Sum.Bullar.V.Abortus.n.5.Barboſ.de Pot.Epi.Allegat.51,nu.137.apud Lezan.V.Abortus.in 5.*

(21) *Paul.de Caſtr.in l.Suum hæred.n.2.ff.de Acquir. hæred. Caccheran.Deciſ.Pedemont.59 n.2.*

(22) *Jo.M.de Caſtilent.Polyanth.Seraph.V. Abortus.Difficult.1.& ibi Ungarell.Add.Ad Angel.V.Abortus.Schol. A. Nald.Sũm.eo.Verb.*

(23) *arg.l.Etiam.ff.de Probat.l.penult. §. Mulier.ff.eo tit.Alciat.Conſ.23.n.5.ꝟ.Quarta Tom.3.lib.9. apud Maſcard. de Probat.Vol.3.Concl.1151.n.22.*

(24) *Cagnol.in l.11.n.195.ff.Si Cert.petat.apud.Maſcard.l.cit.n.31.*

(25) *arg.l.Ubi numerus.ff.de Teſt.*

Digitized by Google

17 Quià tamen ex *abortu* fœtus animati ſecuto debet, ut dicemus, delinquens capitaliter plecti, durum nimìs videtur, quòd ex judicio Medicorum, qui tamen inter ſe non conveniunt, dependeat vita hominis; attento maximè, quòd non omnium fœtuum ſit idem terminus formationis, coagmentationis, & conſequenter animationis, ut ex *Galeno* ſcribit *Zachia* (26), & conſequenter nequeunt iſti verè ſcire, àn fœtus, de quo agitur hìc & nùnc, verè, & realiter fuerit animatus, ità ùt pœnâ ordinariâ afficiendus ſit, qui *abortum* procuravit.

18 Dico igitur, quòd, ſi partus poſſit in iudicio ſtatui, & à Medicis recognoſci, ipſorum erit juxtà artis ſuæ principia iudicare, àn fuerit animatus, & eorundem iudicio ſtare poteſt tutâ conſcientiâ Judex, & Reo pœnam ordinariam decernere. (27) Tamen debet Judex adhibere Medicos verè peritos, & in arte ſuâ præſtantes, non autem Medicaſtros, cùm agatur de Causâ graviſſimâ, puta, de vitâ hominis. Itidèm non debet Judex contentus eſſe iudicio unius Medici, ſed ad minùs duorum, qui maximè Deum timeant, & artem ſuam probè calleant, ut in *Parte primâ* (28) documus. Pariter debent iſti non nudè proferre iudicium ſuum per ſimplicem ipſorum aſſertionem, ſed debent aſſignare rationes ſecundùm principia artis ſuæ, ob quas ità iudicent, quod fieri debere univerſaliter ab omnibus Peritis, qui ad iudicium adhibentur; aliàs (29) latè demonſtravimus.

19 Si verò non poteſt partus in iudicium deferri, quià deperditus eſt, ſivè iàm computruit &c. & concludenter probatum remanet momentum conceptionis, dico, quòd, ſi iàm effluxerùnt octuaginta dies, poteſt, nullis adhibitis Medicis, Iudex ex ſe pronunciare *conſtare de animatione*. Ratio eſt, quià, cùm diverſæ ſint Medicorum ſententiæ circà animationem, ut ſuprà recitavimus; & diverſum pariter aſſignetur tempus prò fœtu maſculeo, & prò fœmineo; & unus fœtus citiùs, aut tardiùs alio animetur, dùm aſſumitur prò iudicio faciendo ſummum tempus, quod aſſignatur à Medicis prò animatione, Judex ſe ponit in tuto. Siquidèm qui dicunt, maſculum animari intrà 40. dies, fœminam verò intrà ſexaginta, afferunt à fortiori, intrà 80. dies eſſe animatum fœtum, ſivè mas, ſivè fœmina fuerit concepta. Ità ut, ſicut, quandò Judices diverſi abeunt in diverſas ſententias circà durationem pœnæ maiorem, aut minorem, ſtatuenda eſt pœna minor, quià in eâ omnes conveniunt (30), ita in hoc caſu cùm conveniant omnes Medici, quòd intrà 80. dies fœtus ſit animatus; terminus iſte debet ſtatui prò menſurâ, & regulâ iudicandi.

20 Dixi autem, hoc poſſe decernere Judicem abſquè Medicorum peritiâ; quià hæc requiritur, quandò iudicandum eſt circà aliquod, quod ſenſui non ſubeſt, & hoc per rationem ſcientiæ, ſive artis, (cuius Judex cenſentur expers) quæ debet applicari in caſu particulari; & cùm Judex, (licèt calleret illam ſcientiam, ſivè artem ſpeculativè) poſſit falli circà factum, de quo agitur hìc, & nunc, ideò adhibetur Peritus, qui ex praxi, quam exercet circà particularia, de hoc particulari judicet. In caſu verò noſtro, in quo ſtatuitur terminus 80. dierum ad animationem prò firmâ regulâ, juxtà quam debet etiam Medicus pronunciare, (31) non poteſt Judex falli in pronunciando, *conſtare de animatione*, proindè hoc poterit, nullis Medicis adhibitis.

21 In tali autem caſu, quandò ſcilicet non reperitur, aut corruptus eſt fœtus, qui tamen conſtat, quòd fuerit abactus per abortum poſt 80. dies à conceptione, dubium eſt, àn poſſet intrare pœna ordinaria, eò quià non poſſet conſtare de corpore delicti, & de ejus animatione niſi per Teſtes; In delicto autem facti permanentis, non ſufficit probare per ſimplicem præſumptionem, ſed requiritur probatio indubitata, ut dicunt Doctores (32), quæ videtur fieri per ſolam inſpectionem facti.

22 Tamen dico, quòd, ſi concludenter per Teſtes, omni exceptione majores, probatum remaneat momentum conceptionis, *abortus* procuratus per potionem poſt tempus 80. dierum à conceptu, & effectus ſecutus, quià à Teſtibus viſus eſt partus abactus, optimè eſſet locus pœnæ ordinariæ. Quià, ut abundè probavimus aliàs (33), ſi cadaver occiſi non reperiatur, quià combuſtum fuit, aut in profluentem demerſum, non eſt neceſſarium, quòd probetur homicidium per conſtantiam corporis delicti, *per viſum & repertum* cùm hoc impoſſibile ſit; ſed perfectè probatum remanet per Teſtes, dummodò plenè integri ſint) qui illud viderunt. *Abortus* autem fœtus animati verum homicidium eſt; proindè probatio corporis delicti, optimè fieri poteſt per Teſtes integros, & ſufficientes ad ordinariam pœnam, probatis plenè cæteris probandis. Verum eſt, quòd, cùm moraliter penè impoſſibile ſit, quòd Teſtes nullam penitùs exceptionem patiantur, ſequitur, quòd vix poſſit dari caſus, quòd plenè probetur corpus delicti, delictum, & delinquens, ut præfertur. Et altero iſtorum deficiente, non eſt locus pœnæ, niſi extraordinariæ.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

23 *Circà pœnam procurantis abortum variæ ſententiæ Doctorum.*

24 *Opinio, quod prò hoc delicto non debeatur pœna mortis cohæret legibus.*

25 *Quandò procuretur abortus cum aliqua circumſtantia aggravante, debetur mors.*

*Ob frequentiam delictorum in aliqua regione aggravantur pœnæ.*

*Delictum, quod eſt cauſa mali exempli duriùs puniendum.*

26 *Leges Civiles morte puniunt procurationem abortus.*

27 *Lex Canonica, tanquàm homicidam damnat procurantem abortum.*

Ppp *Pro-*

[26) *Galen.lib.de Fœt.form.cap.1.in princip.Claß.1.Zach.Tom.1.lib.1.Tit.2.Q.9.n.24.*

[27) *Paul.Zachi.loc.cit.*

[28) *Tit.Corpus.Quæſt.4.nu.51.*

(29] *Par.p.cit.Tit.Corpus.Quæſt.4.nu.57. & ſeqq.*

(30) *Cuiac.lib.12.Obſerv cap.16.Caball.Caſ.119.n.22.Maſtril. Deciſ.183.Ricc.Prax.for.Eccl.Reſolut.393.apud Sgroi.Par.7.cap.11.nu.m2.*

(31) *Paul.Zachi.Tom.p.lib.p.Tit.2.q.9.n.24.*

(32) *Oſaſch.Conſ.66.nu.20.lib.1.Deciſ Conſ.410.nu 6.Vermigl. Conſ.crim.11.n.9.Conſ.12.n. 17.& Conſ.230.n. 3. apud Raynald Syntax.crim.lib.p.cap.6.§.5.n 40.*

(33) *Par.p.Tit.Corpus.§.2.num.12.*

*Procurans abortum fœtus inanimis nequit dici homicida.*
*Mori non poteſt, qui nondùm vixit.*
*Irregularis non eſt, qui procuraverit abortum fœtus inanimati.*
28 *Diſpoſitio* Sixti V. *circà procurantes abortum.*
29 Gregorii XIV. *moderatio circà Bullam* Sixti V.
*Excommunicatio prò hoc crimine poteſt tolli à Confeſſario, ad hoc deputato ab Ordinario.*
*Pœna, lata à* Sixto *contrà procurantes abortum fœtus inanimis, reducta ad ius commune.*
*Cætera diſpoſita in Bulla* Sixti, *confirmata ſunt à Gregorio.*
30 *Procurantes abortum fœtus inanimis, complices &c. non incurrunt Cenſuram, nec Irregularitatem.*
*Dans potionem, aut eam ſumens ad ſterilitatem, non ſubit excommunicationem.*
*Peccant tamen mortaliter tùm procurantes talem abortum, tùm procurantes ſterilitatem.*
31 *Medicus, procurans abortum fœtus inanimis prò ſanandâ Matre, non peccat.*
*Bonum totius præferendum bono partis.*
*Peccaret Medicus dans coniugatæ poculum ſterilitatis, nè periclitaretur in partu.*
32 *Damnata eſt opinio, quòd liceat procurare abortum fœtus inanimis.*
33 *Cætera diſpoſita per Sixtum circà abortum fœtus animati ſunt in robore.*
*Clericus ob hoc crimen, tanquàm verus homicida tradendus brachio ſæculari.*
*Lezana lapſus circà pœnas Clerici, propinantis potionem ſterilitatis.*
34 *Excommunicatio incurritur ob abortum fœtus animati procuratum.*
*Ab hâc Cenſurâ qui poſſint abſolvere.*
*Confeſſarii Regulares à quibus caſibus Papalibus poſſint abſolvere.*
35 *Confeſſarius Regularis poteſt abſolvere à dictâ Cenſurâ etiam deductâ re ad forum contentioſum.*
36 *Regulares delinquentes hoc crimine, à quo abſolvendi.*
*Prælati Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum habent iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem.*
*Et veniunt nomine Ordinariorum.*
37 *Confeſſarius Regularis, ut poſſit abſolvere à dictâ Cenſurâ Religioſum ſui Ordinis, debet deputari ad hoc à ſuo Prælato ſpecialiter.*
38 *Specialiter approbatus ad ſic abſolvendum, quandò dicatur Confeſſarius Regularis.*
39 *Quo caſu Regularis, habens facultatem abſolvendi à reſervatis in ſuo Ordine non poſſet abſolvere à dicta Excommunicatione.*
40 *Procurans abortum fœtus animati contrahit Irregularitatem ex homicidio, ſecuto effectu.*
31 *Sententia* Portelli, *quòd effectus non dicatur ſecutus, ſi fœtus natus ſit vivus.*
42 *Impugnatur dicta ſententia.*
*Homicidium dicitur commiſſum, licèt percuſſus moriatur poſt aliquos dies à vulneratione.*
43 *Quot diebus vivere debeatur partus, ut poſſit dici ex pòſt mortuus ex potione abortiferâ.*
*Vulneratus, ſi moritur intrà 40 dies, dicitur mortuus ex vulnere.*
*Vulneratus, ſi poſt vulnus per triduum ambulavit, non reputatur mortuus ex vulnere.*

*Fœtus abortivus, ſi moriatur, antequàm compleat nonum menſem à conceptione, dici debet mortuus ex abortu.*
*Poteſt fallere talis concluſio in aliquo caſu particulari.*
*In dubio facti circà homicidium petenda eſt à Clerico diſpenſatio ab Irregularitate.*
44 *Variæ ſunt opiniones circà diſpenſationem talis Irregularitatis reſpectu Regularium.*
*Examinantur fundamenta negantium talem Irregularitatem poſſe à Regularibus Prælatis diſpenſari.*
*Irregularitas, proveniens ex homicidio voluntario, diſpenſatur à ſolo Papâ.*
45 *Expenduntur fundamenta affirmantium poſſe Regulares Prælatos cum ſuis ſubditis diſpenſare.*
46 *Impugnantur fundamenta ſecundæ ſententiæ.*
*Oracula vivæ vocis fuere revocata.*
*Procuratio abortus includit malitiam homicidii animi deliberati, veneficii, proditionis, ac aſſaſſinii.*
*Gravius eſt occidere veneno, quàm gladio.*
*Gravius crimen eſt occiſio per abortum, quàm homicidium nati.*
*Abortus non poteſt venire nomine ſimplicis homicidii voluntarii.*
*Habens facultatem diſpenſandi ſuper homicidio voluntario non poteſt diſpenſare ſuper aſſaſſinio.*
*In conceſſione generali non veniunt ſpecialia, veroſimiliter non concedenda.*
47 *Bulla B. Pii V. privilegians Regulares, ut poſſint abſolvere, & diſpenſare &c. eſt prò Novitiis recipiendis ad profeſſionem, non prò Profeſſis.*
48 *Bulla Pauli III. prò Benedictinis exorbitantem auctoritatem dat Prælatis Regularibus.*
49 *Bulla proximè citata non extenditur ad alios Ordines.*
50 *Communicatio privilegiorum non eſt univerſalis, ſed quandò currit analogia reſpectu ejus, ſuper quo cadit privilegium.*
51 *Privilegium conceſſum Benedictinis fundatur ſuper conſuetudine diſpenſandi ſuper Irregularitate.*
52 *Dicta diſpenſatio eſt prò ſolo foro interno.*
53 *Talis diſpenſatio eſt fixa uni diei in anno.*
54 *Communicatio privilegiorum fit etiam in iis, quæ etiam per ſolam conſuetudinem ſunt acquiſita.*
55 *Diſpenſatio talis Irregularitatis, acquiſita per communicationem, eſt ſolùm prò foro animæ, non prò delictis, deductis ad forum contentioſum, aut notoriis.*
56 *Dùm Bulla mentionem non faciat de delictis publicis, tale privilegium prò his non militat.*
57 *Communicatio privilegiorum non habet locum in exorbitantibus.*
*Facultas diſpenſandi ſuper Irregularitate ob homicidium voluntarium, bigamiam, & abortum in foro externo, nunquàm fuit Regularibus conceſſum.*
58 *Quod facultas abſolvendi, & diſpenſandi à Cenſuris, & pœnis reſervatis ſit tantùm prò foro animæ, probatur ex praxi Religionum.*
*Abſolutio, aut diſpenſatio data prò foro interno, non valet pro externo.*
59 *Monitum ad Prælatos Regulares, ut caveant in concedendo talem diſpenſationem Irregularitatis, ob cauſam abortus animati in foro externo.*
60 *Procurans abortum, & de eo damnatus, eſt infamis.*

61 Cle-

Digitized by Google

61 *Clerici Rei de hoc crimine incurrunt privationem Officii, & Beneficii, & inhabilitatem ad ea.*

*Hæc pœna non incurritur, niſi poſt declarationem Judicis; ſed alia pœna, ac Cenſura incurruntur, ipſo facto.*

*Petens diſpenſationem ſuper Irregularitate, ob abortum procuratum, debet exprimere Sac. Pœnitentiariæ, ſi fœtus erat à ſe genitus.*

62 *Alia pœna abortus procurati eſt Rei traditio brachio ſæculari puniendus, ut homicida.*

63 *Variæ opiniones Doctorum circà genus ſupplicii procurantis abortum.*

64 *Pœna mortis, danda prò abortu procurato, debetur juxtà conſuetudinem Regionis; & ſecundùm eam puniendus eſt Clericus, traditus brachio ſæculari.*

65 *An Religioſus, dans poculum abortionis ad vitandam infamiam, dandus ſit brachio ſæculari.*

66 *Reſolvitur dubium, negativè.*

*Omnis cauſa minuens dolum in delicto, excuſat à pœnâ ordinariâ.*

67 *Procurans abortum ex amicitiâ prò tuendâ famâ prægnantis, an ſit damnandus ad mortem.*

68 *Reſpondetur, negativè.*

*Cooperans crimini contrahit præciſam pœnam principalis.*

69 *Dans remedium ad abortiendum propter pecuniam, àn, ſecuto effectu, debeat mori.*

70 *Reſpondetur, quòd puniri debet morte.*

*Mulier procurans in ſe abortum ob pecuniam, punienda de parricidio, & aſſaſſinio.*

*Farinacius extendit hanc concluſionem ad caſum fœtus, etiam inanimis.*

71 *Religioſus, qui cauſavit abortum, prægnantem percutiendo, fornicando, aut eam ſaltare faciendo, àn ſubire debeat mortem.*

72 *Reſpondetur, quòd ſubiret tantùm Irregularitatem, ultrà pœnas percuſſionis, aut fornicationis.*

73 *In caſu homicidii cujuſvis, ut intret pœna ordinaria, requiritur plenus dolus.*

74 *An danti poculum ad abortiendum, ſi non ſequatur effectus, quid remedii eſt ſubventum, debeatur pœna ordinaria.*

75 *Reſpondetur; quòd non*

*Non punitur affectus prò effectu etiam in atrociſſimis, niſi lex Statutaria hoc expreſsè ſanciat.*

*Bulla Sixti contrà procurantes abortum, requirit effectum ſecutum.*

76 *Pœna extraordinaria prò abortu cauſato remittitur arbitrio Iudicis.*

77 *Licèt ex Bullâ Sixti Reus de abortu debeat tradi brachio ſæculari, de conſuetudine non ſervatur.*

78 *Regulares ſervare debent, in dandis pœnis, proprias Conſtitutiones, à Papâ approbatas.*

*Regulares Prælati nequeunt relaxare ſuos Subditos brachio ſæculari.*

*Pœna mortis, aut mutilationis apud Regulares non habet locum.*

*Apud Minores de Obſervantiâ damnari debet ad triremes Reus delicti, ob quod in ſæculò eſſet morti tradendus.*

23 QUò autem ad pęnam hujus delicti, res tractanda eſt iuxtà diverſas diſpoſitiones iuris *Cæſarei*, & *Pontificii*. Dico igitur, quòd controverſia inter Doctores eſt, àn damnandus ſit pœnâ ordinariâ mortis procurans *abortum* fœtus animati; & ſententia multorum, quos plenâ manu congerit *Anellus de Sarno*, poſt *Farinacium* (34), fuit affirmativa. Alii autem non minoris auctoritatis, relati per ſupradictos, tenent, quòd ſivè animatus, ſivè inanimatus ſit fœtus, contrà procurantem *abortum* non intret pœna, niſi extraordinaria.

24 Secunda autem ſententia, juxtà antiqua jura, verior, & benignior eſt. Etènim non poteſt, juxtà Civile jus, dici homicida, qui *abortum* procurat, licèt fœtus animatus ſit, quià, ut habet Textus cujuſdam *Digeſti* (35), *partus, nondùm editus, homo non rectè dicitur*; & proindè in aliâ *Lege* (36) vocatur *ſpes animantis*. Proindè, cùm fœtus in utero homo non cenſeatur, illum perdens per *abortum* non poteſt dici, quòd hominem perdiderit, nec conſequenter, quòd homicida ſit; undè ſequitur, quòd neque pœna homicidarum, quæ eſt mors, teneri debeat. Et ideò pęnæ, datæ procurantibus *abortum*, ſunt citrà mortem. In unâ enim (37) *Lege* habetur, *eam, quæ abegit datâ operâ, à Præſide in temporale exilium dandam*. Et in aliâ (38), *eam in exilium Præſes Provinciæ exigat*. Et alibi, (39) *temporali exilio coerceatur*. Et in alio Digeſto (40), *humiliores in Metellum, honeſtiores in Inſulam damnentur*.

25 Verum eſt, quòd, ſi *abortus* procuretur aliquo modo ſingulari, per quem delictum fiat gravius de jure Civili punitur pœnâ mortis, quià non attenditur tantùm *abortus*, ſed modus, quo factus eſt, qui delictum agravat. Et ideò in quodam *Digeſto* (41), Mulier, *cum ab hæredibus ſecundis acceptâ pecuniâ, partum ſibi medicamentis ipſa abegiſſet*, capitaliter fuit damnata; quià, ut optimè advertit *Antonius de Lucâ* (32), interventus pecuniæ reddidit delictum atrocius. Et ex *Fulgoſio*, & *Bruxardo* refert *Hieronym. Baſilicò* (43) quemdam in Galliâ juſſu *Caroli VII* Regis fuiſſe combuſtum poſt ſuſpendium, eò quòd maleficio ſortilegio *abortum* procuravit, & ità delictum auxit. Similiter pœnâ mortis punitur procuratio *abortus*, ſi delictum hoc ſit in aliquâ regione frequentatum, ut argumento cujuſdam *Legis* (44), ſcribunt communiter *Doctores*, (45), quos dat *Raynaldus*. Et hoc etiam, ſi tale crimen evadat mali exempli, ità ut per illud alii ad ſimiliter delinquendum moveantur, & univerſaliter de delictis mali exempli, docet Matthæus. (46)

26 Non defuerunt tamen peculiares leges ſæculares, quæ procurationem fętus animati *abortus* pœnâ mortis



(34] *Sarno loc. ſup. cit. V. Pertranſit. Farinac. Quæſt. 122. nu. 131.*
[35) *l. In Falcidia. §. circa ventrem. ff. Ad leg. Falcid.*
(36] *l. Negat. ff. de Mort. infer.*
(37] *l. Divus Severus. ff. de Extraor. crimin.*
[38) *l. Si Mulierem. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.*
(39) *l. Cicerò. ff. de Pœn.*
(40) *l. Si quis aliquid. §. Qui abortionis. ff. de Pœn.*
(41) *text. in l. Cicero. ff. de Pœn.*
(42) *Ant. de Luca ad Vincent. de Franch. Deciſ. 592. n. 9. apud Raynal. Syntax. cap. 6. §. 5. nu. 25.*
(43) *Hieron. Baſilicò Crimin. Decis. 7. nu. 2.*
(44) *l. p. ff. de Abige.*
(45) *Peguer. Deciſ. crim. 29. n. 7. Caball. Crim. reſol. 160. n. 6. Farinac. Quæſt. 167. n. 111. Theodoric. Judic. crim. Tom. 2. cap. 7. n. 19. apud Raynald. Syntax. cap. 6. §. 5. num. 30.*
(46) *Matthæis. De re crim. Controv. 44. n. 21. & Controver. 29. n. 111. Raynald. loc. cit. num. 29.*

Digitized by Google

caſtigarunt, ut *Leges Gothorum*; pròut ſcribit *Dionyſius Gothofredus* (45), & *Carolus V. Imperator* ſuâ particulari Conſtitutione hoc cavit prò *Germaniâ*, ut atteſtantur *Theodoricus*, & *Strii Kius*. (48) Et univerſaliter etiam de jure Civili procuratio *abortus* fœtus animati, effectu ſequuto, plectitur pœnâ capitali, ut poſt *Gloſſam* cujuſdam *Legis* (49) ſcribunt communiter *Doctores*. Nec mirandum, quòd de antiquo jure Civili pœna mortis non inferatur procuranti *abortum* fœtus, etiam animati, ut ſuprà probavimus; inferatur verò de jure novo, ſiquidèm antiqui, pròut ſuprà dictum eſt, non reputabant humanum fœtum, quàmvis animatum, eſſe hominem, ſed *ſpem animantis*; proindè ejus perditionem non cenſebant eſſe homicidium, morte plectendum. Sed ſubſequentes Imperatores, ac Juriſperiti, meliùs per Catholicam fidem inſtructi, agnoverunt illum, quàmvis nondùm natum, verum hominem eſſe, animâ rationali dotatum; & ejus mortem, procuratam per *abortum*, eſſe verum homicidium, & proindè morte delinquentis puniendum.

27 Lex autem Canonica tanquàm homicidam pronunciat eum, qui partum humanum per venena, aut ſortilegia, datâ operâ, vel concipiendum impedit, vel conceptum, ſivè animatum, ſivè inanimatum abigit, ut dicitur in duabus Decretalibus (50). Verum tamen eſt, quòd, ut optimè advertit *Abbas* (51), non poteſt verè dici homicida, qui partum nondùm animatum abigit; ſiquidèm qui nondùm vixit, mori non poteſt (52), nec eſt homicidium, niſi is, qui cæditur, homo ſit dotatus nempè animâ rationali, quæ cùm abſit in fœtu inanimi, huius perditio non erit verum homicidium. Proindè *Gloſſa* quædam (53) optimè diſtinguit, dicens, quòd procurans *abortum* quoquomodo ſivè ſterilitatem, eſt homicida quantùm ad pœnam ſpiritualem; ſed non eſt homicida quantùm ad Irregularitatem, quæ ſequitur ad homicidium verum; tùm enim solùm cenſetur verus homicida, cùm quis procurat *abortum* fœtus animati, qui realiter homo eſt, licèt nondùm natus ſit.

28 Antiquorum autem Canonum diſpoſitionem alteravit *Sixtus V.* in Conſtitutione (54) ſuâ, quam ſuprà indigitavimus; ſiquidèm omnes procurantes *abortum fœtus immaturi, tàm animati, quàm inanimati, formati, vel informis*, voluit teneri illis pœnis, quæ tàm *per Canonicas Sanctiones, & Apoſtolicas Conſtitutiones, quàm Civilia jura adverſùs veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & re ipſâ patraverint*, ſunt conſtitutæ, *ſi tamen re ipſâ abortus ſequutus fuerit*. Inſuper Clericos, talis criminis Reos, Officiis, ac Beneficiis omnibus, etiàm non Curatis, privavit, & ad eos inhabilitavit, ac irregulares reddidit; Laicos verò ſimiliter Reos, à ſuſceptione quorumvis Ordinum ablegavit. Voluit ultrà, quòd Eccleſiaſtici juridicè probati criminoſi de tali ſcelere, degradentur, & Curiæ Sæculari tradantur plectendi ſupplicio, quo puniuntur homicidæ. Prætereà ſupracitatas pœnas extendit ad eos, *qui ſterilitatis potiones, ac venena propinaverint mulieribus, & quominùs fœtum concipiant, impedimentum præſtiterint*, & eorum complices; Et tandèm omnes præmemoratos Reos percuſſit excommunicatione latæ ſententiæ, Pontifici Romano reſervatâ.

29 Poſt ſupracitatam Bullam emanavit alia Conſtitutio Gregorii XIV. (55) quæ præcedentem in nonnullis moderavit. *Primò*. Excommunicationem, & peccatum, quæ erant Papæ reſervata, conceſſit poſſe tolli per Sacramentalem abſolutionem à quocunque Confeſſario, deputato per Ordinarium loci ad abſolutionem præfati criminis. *Secundò*. Pœnas prædictas contrà procurantes *abortum* fœtus inanimis, ſivè ſterilitatem in muliere, ac eorum complices, reduxit ad eas, quæ ex diſpoſitione juris communis, *Sacrorum Canonum*, & *Concilii Tridentini* feruntur. *Tertiò*. Reliqua omnia, in Bullâ *Sixti* contenta, confirmavit.

30 Ex hâc verò moderatione habetur *primò*, quòd procurans *abortum* fœtus inanimis, ſivè hoc conſulens, adjuvans &c. non incurrit Excommunicationem, nec Irregularitatem, (56) peccat tamen mortaliter, quià impedit ſemen jàm effuſum, & fœtum à ſuo naturali ordine, & fine, qui eſt generatio hominis, ut dicunt Doctores. (57) Habetur *Secundò*, quòd propinans, aut, datâ operâ, ſumens venena ſterilitatis, non alligatur Excommunicatione, aut aliis pœnis à *Sixto* impoſitis. Peccat tamen graviter, quià contrà intentionem naturæ impedit generationem hominis; ut ſcribunt ſupracitati.

31 Non peccaret autem mortaliter, qui cauſaret per accidens *abortum* fœtus de quo certitudo habeatur, quòd ſit inanimis, & Medici judicent, quòd mulier moriretur in partu, ſi fœtus ad maturitatem perveniret, quià jus naturale conſervandi Matrem debet præponderare bono prolis futuræ, præſertìm cùm fœtus inanimis cenſeatur pars Matris, & bonum totius præferendum ſit bono partis (58), & ex eodem fundamento juxtà aliquos excuſaretur à mortali, qui potionem ſterilitatis propinaret Mulieri coniugatæ, quę judicio firmo Medicorum, certò moriretur, ſi aut conciperet, aut pareret. Sed hoc minimè verum eſt; quià in primo caſu intenditur conſervatio Matris, & ad hanc procurandam ſibi datur potio, cui per accidens evenit *abortus*; quòd, ſi intenderetur formaliter *abortus*, tanquàm medium ad ſalutem Matris, nullo

[47) *Dionyſ. Gothofr. Adnotat. ad l. Cicero. litt. C. ff. de Pæn. leg. Gothic. l. 1. de Execut. hum. part. lib. 6.*

[48) *Theodoric. Judic. crimin. Tom. 2. cap. 7. n. 19. Samuel. StryK. de Jur. ſenſuum Diſſert. 6. de Guſtu, cap. 4. n. 36. apud Raynald. Syntax, cap. 6. §. 5. num. 28.*

[49] *Gloſſ. in l. Divus ff. de Extraord. crim. ubi Bart. Alberic. Angel. & alii. Farinac. Quæſt. 122. nu. 98. & 134. apud Biſſ. Quæſt. 111. nu. 9. Clar. Quæſt. 68. V. Abortum procurans. Carpzou. Par. p. 9. 11. nu. 2.*

(50) *cap. Si aliquis. Extrà de Homicid. cap. Sicut il. 2. ibid. eo. tit.*

(51) *Alb. Panormit. in cap. Sicut il. 2. nu. 2. de Homicid.*

[52] *cap. ad diſſolvendum. de deſponſ. impub.*

(53) *Gloſſ. in cap. Si aliquis. in V. Ut homicida. de Homicid.*

(54) *Sixt. V. Conſt. Effrenatam. 1588. Cherub. Bull. Tom. 2.*

(55) *Gregor. XIV. Conſt. Sedes Apoſtolica. 1591. Cherubin. Bullar. Tom. 2.*

[56) *Coriolan. de Caſ. reſerv. Par. 2. caſ. 6. n. 2. V. Hinc ſequitur. Graff. deciſ. Par. 1. lib. 2. cap. 63. n. 13. apud Peyrin. de Prælat. Tom. 2. Quæſt. 3. cap. 2. §. 1. num. 49.*

(57) *Azor. Tom. 3. lib. 2. cap. 4. Sanch. de Matr. lib. 9. Diſp. 20. n. 2. ſeſſ. lib. 2. cap. 9. Dub. 10. Layman. lib. 3. de Juſt. Tr. 3. Par. 3. cap. 4. quæſt. 2. apud Lezan. V. Abortus, num. 4.*

(58] *Lezan. V. Abortus, num. 4. & ibi Sanch. de Matr. lib. 9. diſput. 20 n. 9. Layman. lib. 3. Tract. 3. Par. 3. cap. 4. q. 2. §. Secundò ſi certum.*

Digitized by Google

nullo modo licitum eſt, ut dicunt communiter Doctores. In ſecundo verò caſu intenditur formaliter ſterilitas, & ex conſequenti perditio humani ſeminis à Deo, & naturâ ad ſolam procreationem prolis deſtinati; & proindè peccatum ſemper intervenit.

32 Fuit etiam opinio nonnullorum apud *Azorium*, quam credit probabilem *Lezana*, (58) quòd, nempè caſu, quo puella Nobilis, aut Monialis cum viro peccaret, & mortem, aut infamiam timeret, poſſet abſquè peccato ſibi propinari venenum ſterilitatis, caſu, quo nullâ aliâ viâ impediri poſſet mors, aut infamia mulieris; eò quòd non videatur intrinſecè malum procurare *abortum* fœtus inanimis, aut impedire conceptionem ipſius; & in hâc ſententiâ fuit *Baſilius de Leone*, & *Torreblanca*, & alii. (59) Sed quidquid ſit de probabilitate hujus ſententiæ, nunc talis opinio eſt prohibita ab *Innocentio XI.* anno 1679. die 4. Martii, per *Decretum Congregat. S. Officii*, in quo *Propoſit.* 34. damnata fuit hæc: *Licet procurare abortum antè animationem fœtus, nè puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur.*

33 Habetur *tertiò* ex *Gregorianâ* prædictâ, quòd cenſuræ, & aliæ pœnæ, latæ per *Sixtum*, nullo modo ſunt moderatæ, ſed manent in ſuo robore, undè procurans *abortum* fœtus animati, effectu ſequuto, non Solùm incurrit excommunicationem, & irregularitatem, ſed tanquàm verus homicida, (ſi ſit in Sacris) poſt degradationem, debet tradi Curiæ ſæculari, & morte plecti; quià, ut benè adnotat *Quaranta*, (60) circà *abortum* fœtus animati nihil innovavit *Gregorius*; proindè pœnæ *Sixti* manent in ſuo robore. Non eſt autem verum, quòd exhibentes mulieribus, aut ſumentes venena ſterilitatis, aut quocunque modo auxilium dantes, incurrant pœnas *Sixti*, prout (inadvertenter fortè) ſcribit *Lezana*. (61) Quià cenſuræ, & pœnæ reſpectu iſtorum ſunt reductæ ad terminos juris communis à *Gregorio*, prout dictum eſt ſuprà nu. 10. & 11.

34 Prima igitur pœnarum, prout diximus, contrà procurantes *abortum*, & ad ipſum cooperantes animato fœtu, & ſequuto effectu, eſt *Excommunicatio*. Ab iſtâ autem abſolvere poteſt Confeſſarius quilibet, qui ſit ab *Ordinario loci ſpecialiter deputatus*, ut apertè loquitur *Conſtitutio Gregorii*, quam citavimus ſuprà *num.* 10. Confeſſarius ergò, ſi eſt Præsbiter ſæcularis, ut poſſit à tali Cenſurâ, & peccato abſolvere, indiget deputatione ſui Epiſcopi; ſed ſi eſt Regularis poteſt abſolvere abſquè tali deputatione, per Epiſcopum factâ; quià in vim privilegiorum poteſt abſolvere ab omnibus Caſibus, qui ſunt reſervati Epiſcopis vel de jure communi (62), vel ex aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis extrà Bullam Cœnæ, (63) exceptis quinque Caſibus, de quibus aliàs. Et licèt *Portellus* (64) de hoc dubitet ex eo quòd *Gregorius* in citatâ Conſtitutione prò abſolutione à tali Cenſurâ requirat, quòd Confeſſarius ſit ab *Ordinario loci ſpecialiter deputatus*; tamen contrarium eſt verius; quià Caſus iſte fuit factus Epiſcopalis, & ideò abſolubilis à quolibet Regulari, ut dictum eſt, & ſic docent multi, (65) & ultrà hoc fuit à *Paulo V.* in ſpecie conceſſa talis facultas *Clericis Regularibus*, ut refert *Peyrinus*, (66) proindè ratione communicationis privilegiorum idem poſſunt omnes Regulares.

35 Talis autem abſolutio à Confeſſario Regulari poteſt dari, non ſolùm in foro animæ, ſed etiam in foro externo, etiam deductâ re ad forum contentioſum; quià, cùm privilegia Regularium concedant facultatem abſolvendi à prædictis Cenſuris, & peccatis, quæ à jure communi, aut extravaganti ſunt reſervata *Sedi Apoſtolicæ*, & abſolutè loquantur, & abſquè ullâ limitatione, non eſt undè limitari debeant ad forum animæ ſolùm, aut ad caſus ſecretos, ut communiter firmant Doctores (67)

36 Qantùm verò ad Regulares, delinquentes hoc crimine, ipſi abſolvi poſſunt tùm à peccato, tùm ab Excommunicatione à propriis ipſorum Prælatis, quià Prælati Regulares reſpectu ſuorum Subditorum habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; & cùm abſolutio hujus Excommunicationis ſit reſervata Epiſcopis, poterunt Prælati Regulares ab iſtâ abſolvere; (68) imò, cùm talis Cenſura ex Bullâ *Gregorianâ* ſit reſervata *Ordinariis locorum*, videtur apertè conceſſa Prælatis Regularibus; ipſi enim reſpectu ſuorum Subditorum Ordinariam habent juriſdictionem, quæ licèt non arctetur ad loca, (quemadmodum iuriſdictio Epiſcoporum) quià afficit perſonas ſuorum Subditorum, tamen cùm in actibus externis juriſdictionalibus limitetur à loco, poſſunt & ipſi venire nomine *Ordinariorum locorum*.

37 Poterunt etiam ab hâc abſolvere Confeſſarii Regulares illos Religioſos, qui ex proprio Ordine in dictam Cenſuram incurrerunt, ſi tamen habent auctoritatem à propriis Prælatis, ut poſſint abſolvere ab illis peccatis, & Cenſuris, à quibus jure ordinario poſſunt abſolvere iidem Prælati; non verò illi Confeſſarii, qui talem delegationem abſolvendi à reſervatis non habent. Videtur quidèm, quòd Confeſſarius ſimplex Regularis, ſicut habet privilegium abſolvendi ſæculares pœnitentes ab hâc Cenſurâ, ità vigore illius poſſit abſolvere etiam Regulares ità ligatos; cum iſti non debeant eſſe deterioris conditionis, quàm laici. Hoc tamen



(58) *Lezan. loc. cit. num.* 5.
(59) *Baſil. de Leon. de Matr. lib.* 10. *cap.* 13. *nu.* 2. *Torreblanc. de Magia. lib.* 2. *cap.* 43 *n.* 10. *apud Lezan. loc. cit. Zarabel. Repert. mor. V. Medicus. n.* 15. *Bordon. Reſol.* 4. *q.* 4. *n.* 4. *in fin. Trullench. in Decalog. Tom.* 2. *lib.* 5 *cap.* 1. *Dub.* 4. *n.* 1. *apud Caſtilent. Polyanth. Seraph. V. Abortus. Difficult.* 3. *in fin.*
(60) *Quarant. Summ. Bullar. V. Abortus. num.* 4. *apud Lezan. loc. cit. n.* 6.
[61) *Lezan. Summ. V. Abortus. n.* 6.
(62) *Dian. Par.* 8. *Tr.* 7. *Reſol.* 71. *Del bene Tom.* 2. *cap.* 19. *Dub.* 69. *n.* 15. *Vidal. Tit. de Caſ. reſervat. Inquiſit.* 1. *n.* 68. *apud Ant. à Sp. Sanct. Direct. Regul. Par.* 1. *Tract.* 2. *Diſp.* 3. *Sect.* 1. *n.* 25.
(63) *Bordon. Tom.* 1. *Reſol.* 6. *n.* 1. *Caſtropal. Tom.* 4. *Diſp. unic. P.* 14. *nu.* 23. *Vrban. Regul.* 8. *fol.* 220. *Lezana. Tom.* 1 *cap.* 19. *n.* 16. *apud A Spir. Sanct. loc. cit. n.* 32.
(64) *Portel. Dub. Regular. V. Abortus. n.* 5.
(65) *Scort. Select. Bull. Theodor.* 388. *Peyrin. ad Conſt.* 2. *Iul. II.* §. 32. *n.* 65. *Lezan. V. Abortus. n.* 7. *in fin. A Spir. Sanct. loc. cit. num.* 35.
(66) *Peyrin. Comp. priv. Par.* 2. *Tit. Abſolutio quoad Secul.* §. *in Schol. apud Peyrin. ad Conſt.* 2. *Iul. II.* §. 32. *n.* 65.
(67) *Sanch. Decal. lib.* 6. *cap.* 17. *n.* 43. *Del bene Tom* 2. *cap.* 19. *Dub.* 82. *n.* 2. *Vidal. Tit. de Caſ. reſerv. Inquiſ.* 1. *n.* 107. *Avila de Cenſur. Par.* 2. *Diſp.* 3. *Dub.* 12. *Sayr. eo. tit. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 3. *Coninch. de Sacr. Diſp.* 14. *Dub.* 16. *n.* 46. *Trullench. Pelizzar. Cruz Tambur. Meth. Confeſſ. lib.* 3. §. 4. *n.* 12. *apud A Spir. Sanct. direct. Regul. Par.* 1. *Tr.* 2. *Diſp.* 3. *n.* 38. & 39.
(68) *Suarez. de Relig. Tom.* 4. *Tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 8. & 9. *apud Lezan. V. Abortus. num.* 8. & *Tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 30.

Digitized by Google

men verum non eſt; quià ſicut ſe habent ſæculares ad proprium Epiſcopum, ità Regulares ad proprios Prælatos; & ſicut ſæcularis ab hâc Cenſurâ abſolvi non poteſt jure ordinario, niſi per Confeſſarium ſpecialiter ad hoc deputatum ab Epiſcopo, & de jure privilegiato, niſi à Sacerdote, habente privilegium abſolvendi; ità pœnitens Regularis non poterit ab iſtâ abſolvi, niſi per Confeſſarium, ad *hoc ſpecialiter deputatum* à Prælato Regulari; aut ab habente privilegium ad hoc; & non eſt in hoc deterioritas conditionis, ſed pariformiter currit pœnitens ſæcularis, ac Regularis.

38 Specialiter autem approbatus ad hunc caſum dici debet Confeſſarius, non ſolùm quandò in ſpecie habuerit facultatem à proprio Prælato abſolvendi à tali Cenſurâ, ſed etiam, ſi illam habuerit in genere, & in univerſali; puta, ſi Prælatus ſibi delegavit ſuam ordinariam auctoritatem abſolvendi à peccatis, & Cenſuris. Generaliter enim, ac univerſaliter deputatus ad omnia eſt delegatus ſpecialia, & particularia, quæ ſub tali genere continentur; omnes enim, & ſingulæ ſpecies importantur per genus, & per genus repræſentatur quælibet ſpecies in genere ſuo (69). Proindè habens genericam facultatem abſolvendi à Cenſuris reſervatis, cenſetur ſpecialiter deputatus ad ſingulas (70)

39 Et hìc advertere libet, quòd, licèt caſus iſte non ſit reſervatus de jure municipali ſuarum *Conſtitutionum* in aliquo Ordine, (prout eſt in *Ordine Minorum Regularis Obſervantiæ*, in cujus tabellâ Caſuum reſervatorum procuratio *abortus* non comprehenditur) tamen eſt reſervatus à Papâ, ut viſum eſt. Proindè, ſi Prælatus Regularis talis Ordinis daret facultatem alicui Confeſſario abſolvendi à reſervatis, expreſſis in ſuâ tabellâ Caſuum reſervatorum præcisè, nequiret talis Confeſſarius ab iſtâ Cenſurâ abſolvere; tunc enim non eſſet generaliter delegatus, niſi ad caſus expreſſos in tabellâ, non autem ad hunc, qui ibi non expreſſus eſſet. Si verò Superior delegat totam auctoritatem, quam ipſe habet abſolvendi à reſervatis, tunc Confeſſarius ſic delegatus poterit abſolvere; in illâ enim generalitate abſolvendi comprehenditur ſpecialitas hujus caſus.

40 Alia pœna procurantis *abortum* fœtus animati, effectu ſequuto, eſt *Irregularitas*, illa ſcilicet, quæ oritur ex homicidio, tùm quia ità determinat *Bulla Sixti*, prout dictum eſt ſuprà *num.* 9. tùm quià, licèt antiquæ leges Romanæ reputarent fœtum humanum non hominem formaliter, ſed *ſpem animantis*, ut docuimus ſuprà *num.* 5. tamen Eccleſia illuminata per fidem, quæ docet, animam rationalem à Deo creari, & infundi in fœtu organizato (71), fœtum animatum docet eſſe verum hominem; proindè ſcripſit Tertullianus (72), *Homicidii feſtinatio eſt prohibere naſci: nec refert, natam quis eripiat animam, an diſturbet naſcentem: homo eſt futurus &c.* Sequitur igitur, quòd occiſio ipſius ſit verum homicidium; & proindè procurans abortum hujuſmodi ſivè principaliter, ſivè ex complicitate, incurrit illam irregularitatem, quæ provenit ex vero homicidio.

41 Iſta porrò Irregularitas non incurritur, niſi *effectu ſequuto*, ut ſonat *Bulla Sixti*; & circà hoc poteſt eſſe æquivocatio: quià vel poteſt accipi, quòd *effectus ſecutus ſit*, puta, quòd fœtus fuerit abactus à ventre, antè congruum tempus naſcendi, & hoc ſivè vivus, ſive mortuus fuerit eiectus; vel quòd fœtus mortuus fuerit à prægnante eiectus. Sententia *Portelli*, quam non improbat *Lezana* (73), fuit, quòd, ſi fœtus naſcatur vivus, licèt antè debitum tempus, non poſſit dici *ſequutus effectus abortus*; & proindè tali caſu non incurri Irregularitatem; ità ut *ſequutus effectus* tunc ſolùm cenſeatur, quandò fœtus in utero mortuus eſt; non ſequutus verò, quandò propinato pharmaco prægnans nihil ominus produxerit fœtum ad maturitatem, & vitam.

42 Sed ſalvâ prædictorum reverentiâ, non poteſt ſuſtineri ipſorum opinio, ſi abſolutè accipiatur. Demonſtravimus enim ſuprà *num.* 1. *abortum* propriiſſimè dici, quandò partus eiicitur vel mortuus, vel nullo modo vitalis; ſequitur igitur, quòd, ſi propinato pharmaco abiiciatur fœtus antè ſeptimum menſem, licèt vivus ſit, & Baptiſmum recipiat, tamen *abortus* erit ſecutus, quià talis partus nullo modo eſt vitalis, ut docent Medici. (74) Et magis convalidatur ex hoc, quòd qui percutit, aut vulnerat animo occidendi, licèt mors percuſſi illicò non ſequatur, ſed adhùc poſt aliquot dies vivat, non deſinit tamen percuſſor eſſe, & dici homicida, & ab eo verum homicidium commiſſum, cùm mors hominis violenta, à vulnere jàm inflicto, ſequuta ſit, ut ſcribit *Clarus* (75), qui teſtatur de communi; & dubium non eſt, quòd tali caſu incurratur Irregularitas. Si ergò propinato medicamine ad *abortum*, partus antè ſeptimum menſem à conceptu abiiciatur, licèt vivus erumpat in lucem, & etiam per aliquot dies vivat, nihilominùs, quià vivere longo tempore non poteſt; quià antè tempus debitum natus eſt, ſequitur, quòd ejus mors quantùmvis dilata cauſata fuerit à pharmaco, doloſè procurato, & illud ſit verum homicidium, & proindè *ſequutus effectus* dicatur prò incurrendâ irregularitate.

43 Et ſi quæras, quot diebus vivere debeat fœtus abactus, ità ut mors ipſius poſteà ſecuta debeat dici effectus medicamenti propinati, non verò alterius cauſæ naturalis; dico, quòd ſicut vulneratus, ſi moriatur intrà quadraginta dies à vulnere accepto, dicitur mortuus ex vulnere, ut Doctores (76) communiter aſſerunt, (niſi tamen vulneratus poſt acceptum vulnus ambulaverit per triduum, tali enim caſu, ſi ex poſt moriatur, non cenſetur mortuus ex vulnere, ſed ob aliam cauſam, ut habet *Gloſſa* quædam (77) communiter appro-

(69) *Bald.Conſ.*239.*init.lib.p.Dyn Conſ.*51.*nu.*3.*V.Præterea confirmatis.Gemin.Conſ.*6.*per tot.Fuſc.litt.G. Concl.*40.*n.*5 *&* 6.

(70) *Sanch.in Decal.lib.*2.*cap.*11.*n.*23.*apud Bonac.de Cenſur.in particul.Diſp.*1.*Quæſt.*22.*Pun.*2.*n.*25.

(71) *cap.Firmiter.Extrà de Sum.Trinit.& fid.cathol.*

(72) *Tertull.Apologet.cap.*3.

(73) *Portell.Dub.Regul. Verb. Abortus. num.* 7. *Lezana eo. V. num.* 13.

(74) *Mercurial.lib.*2.*de Morb.Mulie.cap.*1. *Andr. Laurent. Anatom. lib.*8.*q.*29.*& l.b.eò.cap.*9.*apud Zachi.q.q. Medicol.lib.*1.*Tit.*2. *Quæſt.n.*13.

(75) *Clar.lib.*5.*Sentent.recept.§.Homicidium V.Cæterum ſi.& ibi Bologn.Conſ.*5.*col.*2. *V. Secundò pro, & Cæpoll. Conſ. crim.*41: *V. Tertiò veniens.*

(76) *Angel.in l.unic.C.de Emendat.Serv.Riminald.Conſ.*281.*nu.*2. *Blanc. Pract. Crimin. fol.*135.*n.* 121. *apud Clar. loc. prox. cit.*

(77) *Gloſ.in l.unic.in V.Depulſa C.de Emendat.Serv.Marſil.in l. Si in rixa.n.* 56. *C. Ad leg.Corn. de Sicar. Anton. de Padill. in l. Transfigere.n* 30.*C.de Tranſact.apud Clar. §. Homicid. V. Cæterum ſi.*

Digitized by Google

approbata) ità etiam, ſi fœtus, per medicamentum eiectus, moriatur, antequàm compleat nonum menſem à conceptione, licèt per aliquos dies, & etiam per menſem vixerit à nativitate, dici debet mortuus ex *abortu*. Ratio eſt, quià tempus naſcendi, fœtui perfecto humano conſtitutum à naturâ, eſt à principio noni menſis à conceptu uſquè ad decimum exactum, ut probat *Zachia* (78); ſi ergò propinato pharmaco *abortionis* naſcatur fœtus vivus, & tandiù vivat donec attingat nonum menſem à conceptione, ſignum eſt, quòd medicamentum datum non cauſavit *abortum*, & ità *effectus* non eſt *ſequutus*; undè, ſi expoſt moriatur, partus non poſſit cenſeri mortuus ex medicamento, ſed ex aliâ cauſâ. Quià ergò partus antè nonum menſem vitalis non eſt, quantùmvis vivat per accidens aliquo tempore, ſi non attingit nonum menſem, vitalis non erit, & ſic erit ſemper cauſatum homicidium. Fateor quidèm, quòd poſſit dari caſus, quòd, dato poculo abortionis paulò antè debitum tempus naſcendi, abiiciatur fœtus, qui vivat nihilominùs uſquè ad initium noni menſis, & paulò poſt moriatur ex venenoſâ qualitate pharmaci, aſſumpti à matre prægnante; & nulli dubium eſt, quòd eſſet tunc verè *ſequutus effectus abortus*, nàm eſſet procurata mors fœtus. Tamen hoc difficile eſset in praxi agnoſcere, àn ex venenoſâ qualitate pharmaci, àn aliâ ex cauſâ mors ſecuta fuiſset. Nihilominùs Clericus, qui tale medicamentum dediſset, deberet procurare abſolutionem à Cenſurâ, & diſpenſationem ab Irregularitate, quià argumento cujuſdam Decretalis (79) in dubio facti circà homicidium, & *abortum*, Clericus haberi debet Irregularis, & in rebus animæ tutior pars ſemper eligenda eſt.

44 Ab hâc irregularitate àn poſſint Prælati Regulares diſpenſare, variæ ſunt ſententiæ Doctorum. Negant *Rodericus*, *& Diana*, (80) Ambigit *Lezana* (81), affirmant *Portellus*, *Bordonus*, *Donatus*, *Diana*, ſibi contrarius, *Vega*, *Villalobos*, *Hieronymus Rodericus*, *Zambellus*, *Novarius*, *Peyrinus*, *& Antonius à Spiritu ſancto*. (82) Ut verò in re tàm gravi videamus, quæ opinio ſit tenenda: examinanda ſunt fundamenta opinionum; & diſtinguendum eſt de diſpenſatione in foro interno, & in caſu delicti occulti; & de eâdem in foro externo, re deductâ ad iudicium. Prò parte negante ſtat *Bulla Sixti* ſupracitata, quæ expreſsè prohibet, ab alio, quàm à *Papâ*, poſse Reum talis delicti abſolui à Cenſurâ, & diſpenſari à pœnis irregularitatis, & privationis beneficiorum, & licèt iſtas reduxerit *Gregorius* ad terminos juris communis quò ad *abortum fœtus inanimis*, tamen reſpectu animati illas reliquit in ſuo robore, & *Bullam Sixti* confirmavit, in quâ ſunt ſtrictiſſimæ clauſulæ derrogatoriæ cuiuſcunque privilegii in contrarium. Accedit, quòd talis irregularitas provenit ex homicidio voluntario, & appenſato, & qualificato, ſi fiat per pharmaca, quæ reſpectu fœtus ſunt venenoſa; cùm verò diſpenſatio ab irregularitate ex homicidio voluntario ſit reſervata Papæ, ità ut etiam Epiſcopis, quàmvis in caſu occulto denegetur à *Tridentino*; (83) dicendum eſt, quòd etiam ſit denegata Prælatis, qui ſunt inferiores Epiſcopis, pròut ſunt Regulares.

45 Alterius opinionis fundamenta ſunt privilegia, Regularibus conceſſa; unum nempè *Martini Quinti*, in quo concedit Papa *Superioribus Benedictinis* diſpenſare ſuos ſubditos ſuper irregularitate, ex homicidio voluntario occulto, quod affertur à *Roderico*. (84) Aliud eſt *Bulla B. Pii V.* incipiens, *Dum ad Congregationem*, quam refert *Bordonus*, (85) per quam datur facultas *Prælatis Caſſinenſibus* abſolvendi Religioſum homicidam voluntarium, ſivè antè, ſivè poſt ingreſſum Religionis. Aliud eſt *Bulla Pauli III.* quam ex *Bullario Roderici* affert *Lezana*, (86) in quâ *Benedictinis Vallisoleti* concedit diſpenſare poſſe cum ſuis Subditis ſuper *Irregularitatibus, per eos quâvis occaſione, vel causâ contractis*.

46 Quò ad citatum privilegium *Martini V.* debile quidèm per illud huic opinioni præbetur fundamentum, tùm quià ipſum fuit vivæ vocis oraculum, ut ſcribit *Caſarubius* (87), & ideò his temporibus nihil valet, cùm vivæ vocis oracula ſunt revocata, ut ponderat *Lezana*: (88) tùm quià, ut optimè dicit *Rodericus* (89), crimen *abortus fœtus animati* eſt qualificatum taliter, quòd non poteſt venire nomine homicidii voluntarii, ità ut potens diſpenſare in iſto, valeat diſpenſare in illo. Nec valet reſponſio *Villalobi* (90), quòd æqualis ſit gravitatis occiſio adulti, exiſtentis in peccato mortali; aut *Donati*, (91) aſſerentis, maius eſſe homicidium adulti, quàm *abortus* fœtus animati; proindè cùm tale privilegium, quià beneficium eſt Principis, ſit latè interpretandum, & generaliter loquatur, debet accipi de omni, & quolibet homicidio voluntario indiſtinctè. Quià falſum eſt, quòd homicidium adulti ſit æqualis, aut majoris gravitatis, quàm *abortus*. Quià cùm *abortus*, ut plurimùm procuretur per potiones fœtui venenoſas, habet gravitatem veneficii, & hoc crimen includit non ſolùm animum deliberatiſſimum occidendi, verùm etiam proditionem, & aſſaſſinium, ut docet *Boſſius* (92), proindè in jure (93) graviùs cenſetur interimere hominem veneno, quàm gladio. Proindè *abortus* eſt delictum piaculare, & magis execrabile, & horribile, quàm occiſio majoris, ut ſcripſit *Salycetus*. (94) Vndè ſicut parricidium, aut aſſaſſinium non veniunt nomine homicidii ſimpliciter, ſed diverſificantur ab eo ratione, aut modi delinquendi, aut perſonæ delinquentis; ità etiam *abortus*, in quo adeſt qualitas aſſaſſinii, ac proditionis, non poteſt venire nomine homicidii voluntarii. Hinc eſt, quòd

[78) *Paul. Zach. Q. Q. Medicolegal. lib. 1. Tit. 2. q 1. n. 7. & ſeqq.*
[79] *cap. Sicut ex literar. de Homicid. Sanch. in Decal. lib. p. cap. 10. nu. 42. & 43.*
(80] *Roderic. Tom. 2. quæſt. 34. art. 4. Dian. Par. 4. Tr. 2. Reſol. 87.*
[81) *Lezan. Summ. V. Abortus. num. 14.*
(82] *Portel. Dub. regul. V. Abortus. num. 10. Bordon. Conſil. regu. Tom. p. Reſol. 13. quæſt. 5. num. 20. & Controverſ. Moral. 41. quæſt. 12. num. 13. Donat. Rer. regul. Tom. 2. Par. 3. Tract. 11. quæſt. 12. Diana. Par. 7. Tr 5. Reſol. 22. Vega Summ. Tom. 2. cap. 15. Caſ. 6. Villolob. Summ. Tom. 2. Tract. 12. Difficul. 14. num. 6. Hieronym. Roderic. Compend. Q. Q. regul. Reſol. 4. num. 6. Zambell. Repert. Moral. V. Abortus. num. 3. Novar. Summ. Bullar. Tom. 2. Tit. de Abortu. num. 21. Anton à Spir. Sancto Direct. regul. Par. p. Tract. 2. Diſp. 1. n. 77. Peyrin. de Prælat. Quæſt. 3. cap. 2. §. 1. num. 47.*
(83) *Conc. Trid Seſſ. 24. de Reform. cap. 6.*
(84) *Roderic. Q. Q. Regul. Tom. 2 Quæſt. 34. Art. 4.*
(85) *Bordon. Controv. Moral. 41. Quæſt. 12. num. 13. Lezan. Tom. p. cap. 18. num. 44.*
(86] *Bullar. Roderic. Bullar. Paul. III. nu. 12. Lezan. Tom. 3 V. Irregularitas. num. 72.*
(87) *Caſarub. Compend Privileg. Mendic. V. Diſpenſatio. n. 44.*
(88) *Lezan Tom. p. cap. 18. num. 44.*
(89) *Roderic. Tom 2. q. 34. art. 4.*
(90) *Villalobi Sum. Tom 2. Tract. 12. diffic. 14. n. 6.*
(91)
(92) *Boſſ. Tract. crim Tit. de Homicid. num. 14.*
(93) *l. p. C. de Malefic. & Mathem.*
[94) *Salycet. in l. Si quis. num. 2. C. Ad leg. Cornel. de Sicar.*

Digitized by Google

quòd habens facultatem diſpenſandi ſuper homicidio voluntario, generaliter non habet eam reſpectu aſſaſſinii; hoc enim genus homicidii adeò enorme, & malignum eſt, ut nunquàm debeat credi ejus diſpenſatio conceſſa in quibuſcunque privilegiis, niſi mentio expreſſa de illâ fiat, ut ait ex *Peyrino Lezana* (95). Et quantùmvis eadem ſit irregularitas, quæ incurritur ob homicidium, & *abortum*, puta, inhabilitas ad ſuſcipiendos Ordines, & miniſtrandum in illis; tamen diſpar eſt cauſa illam incurrendi, ex quâ infertur, quòd prò unâ concedatur facultas diſpenſandi, prò aliâ non; & quidèm eadem eſt irregularitas, quæ ex defectu, & ea, quæ ex delicto; tamen diſpenſatio unius conceditur Epiſcopis, non ſic alterius. Nec generalitas conceſſionis, expreſſa in tali privilegio, concludit de homicidio per *abortum*, tùm ob rationem paulò antè tactam, tùm quià in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, (96) & ſecundùm hanc regulam moderanda eſt, & diſtinguenda conceſſio illa privilegii.

47 Bulla *B. Pii V.* non dat ſolidius fundamentum recitato privilegio Martini V., quià contrà eam militat exceptio, data *num. ſuperiori*; quòd nempè ſub homicidio voluntario non veniat *abortus* procuratus, & dato, quòd comprehenderetur, (quod tamen minimè concedo) hoc eſſet tantùm prò abſolvendis Novitiis, ſi poſt ingreſſum Religionis ſemper ſint in illâ permanſuri; ut ſonat expreſſè Bulla illa, & adnotavit etiam *Lezana*. (97) Sequitur proindè, quòd non poſſit extendi ad *abortum*, cauſatum à Religioſo jàm profeſſo?

48 Bulla verò *Pauli III.* pròut ponderant *Portellus*, & *Aſcanius Tamburinus* (98), magna quidèm, & penè incredibilia continet, per quæ Prælati Regulares majorem habent auctoritatem, quàm omnes Eccleſiaſtici ſæculares ſub Papâ, & hoc exagerant omnes, qui de eâ loquuntur; adduntque, illam (reſpectu poteſtatis diſpenſandi ſuper irregularitate) accipi debere prò omni, & quâvis irregularitate, nullâ exceptâ ob quodvis delictum ſecretum, aut publicum incursâ, & hoc tàm in foro animæ, quàm contentioſo, & non per abſolutionem ſacramentalem, ſed extrà eam: & tandèm, quòd omnes Regulares, qui communicant cum *Benedictinis Valliſoletanis*, hoc idem poſſint. Et hæc tuentur omnes, quos ſuprà *num.* 38. prò ſententiâ affirmativâ citavimus.

49 Non obſtante tamen tot doctiſſimorum virorum placito, per quod eorum opinio non caret probabilitate, ſalvâ ipſorum reverentiâ, dico, (quidquid ſit de *Benedictinis Valliſoletanis*) tale privilegium non extendi ad alios Ordines, & debere limitari etiam prò Benedictinis ad caſus occultos, & in foro animæ tantùm.

50 Primum oſtendo ex hoc, quòd privilegiorum communicatio inter Regulares non eſt univerſalis, & abſoluta, ità ut indiſcriminatim conceſſum uni Ordini extendatur ad Ordinem alium, qui cum primo communicet, ſed tunc fit communicatio, quandò currit analogia inter Ordines reſpectu ejus, ſuper quò verſatur privilegium, ut optimè ſcribit *Donatus*. (99) Hinc eſt, quòd privilegium aliquod, conceſſum circà poſſeſſionem temporalium alicui Ordini Mendicanti, poſſidenti bona in communi, licèt extendatur alteri Ordini Mendicanti in commune poſſidenti, nequit tamen communicari *Ordini Minorum Strictioris Obſervantiæ*; qui nihil in communi poſſidet, & non currit inter eos analogia circà poſſeſſionem temporalium, ſuper quâ cadit privilegium. Cùm igitur privilegium, conceſſum *Benedictinis Valliſoleti*, ſupponat duo, puta, conſuetudinem immemorabilem abſolvendi; & diſpenſandi &c. & tempus, cui alligatur talis diſpenſatio, puta, prima dies lunæ Quadrageſimæ, ſequitur, quòd in Religionibus, in quibus non exiſtit talis immemorabilis conſuetudo ſic abſolvendi, non reperitur analogia circà hoc cum *Benedictinis*.

51 Conſequentia hæc manifeſta eſt, ſiquidèm fundamentum talis conceſſionis, quod allegatur à *Papâ*, eſt conſuetudo immemorabilis, ut patet ex Bullâ, ſic cantante, *Vobis, ſtante immemorabili conſuetudine, ſingulis annis primâ die lunæ Quadrageſimæ &c.* & cùm per conſuetudinem acquiſiviſſent *Benedictini* tale jus abſolvendi, illo attento, Papa hujuſmodi privilegium concedit, quæ tamen conceſſio, ut benè advertit *Donatus*, (100) non eſt neceſſaria, ſed ad ad majorem cautelam, & ad tollendum omnem ſcrupulum petitur; nec aliud, aut diverſum jus tribuit eo, quod prius inerat; quandòquidem attento illo jure, quod fuerat quæſitum conſuetudine, concedit, quod tamen non conceſſiſſet, ſi tale jus non infuiſſet. Sequitur igitur ex dictis, quòd illi ſoli Ordines, in quibus talis fuit conſuetudo, tali privilegio poſſunt uti, quià inter illos, & *Benedictinos* viget analogia ejus, circà quod verſatur privilegium, & non ad omnes Ordines univerſaliter extendatur. Et hanc rationem tetigit, ſed non expendit *Lezana*. (101)

52 Secundum verò probatur, quià talis diſpenſatio præſcribitur facienda primâ die lunæ Quadrageſimæ, ut ex immemorabili conſuetudine fiebat, & hoc cum omnibus, & ſingulis. Ex his apparet, quòd talis abſolutio erat in foro interno, & prò caſibus occultis, & non judicialiter facta. Quià non eſt veriſimile, quòd, ſi aliquis accidiſſet in Excommunicationem, aut irregularitatem ex delicto publico, retardaretur ejus abſolutio ad unum diem anni; nec pariter eſt veriſimile, quòd in illâ Religione quolibet anno ſint talia crimina publica, ut in ſingulis annis talis abſolutio, & diſpenſatio ſit relaxanda, ut præſcribit Bulla; ſequitur igitur, quòd, ſi ex conſuetudine ità fiebat, & *Papa* concedit poſſe fieri ſtatâ anni die cum omnibus, & ſingulis, talis abſolutio eſt, ſicut fit apud pleroſque Ordines abſolutio generalis in actu viſitationis, in quâ prò foro interno, & caſibus occultis tantùm omnibus, & ſingulis Religioſis datur, quæ non eſt judicialis. Velle ergò hoc extendere ad caſus judiciales, & notorios, eſt manifeſta ineptia.

53 Quod magìs patet ex hoc, quòd talis abſolutio eſt alligata uni diei anni, & non toties quoties, ſed ſemel in ſingulo anno; & hoc facit ad demonſtrandum, quòd non

(95) *Peyrin. ad Conſt. 2. Iulii. II. §. 29. à n. 103. Lezana. Tom. p. cap. 18. num. 44. in fin.*

(96) *cap. Si in generali. Extrà. de Off. Vic. l. Qui ad agendum. ff. de Procur. l. 1. p. C. Qui res. pign. ob poſſ.*

(97) *Lezan. Tom. p. cap. 18. num. 44.*

(98) *Portel. Dub. regul. V. Diſpenſate. in Addit. Tamburin. de Iur. Abb. Diſp. 4. Quæſt. 12. num. 10. & 11. apud Lezan. Summ. V. Irregularitas. num. 72.*

(99) *Donat. Rer. regul. prax. Tom. p. Par. p. Quæſt. 14. n. 14. Tract. 7.*

(100) *Donat. loc. cit. quæſt. 16. num. 5.*

(101) *Lezan. Sum. V. Irregularitas. num. 72. in fin.*

Digitized by Google

non ſit judicialis; cùm enim repeti poſſint delicta, repeti etiam deberent abſolutiones, ſi ad eas eſſet privilegium, ſed privilegium non eſt niſi ad unam generalem abſolutionem, proindè non poteſt eſſe ad judicialem, quæ ſemper verſatur circà particulares, quæ cùm poſſint multiplicari, multiplicem exigunt abſolutionem, quæ tamen non dari poteſt, cùm ſemel in anno concedatur.

54 Quòd, ſi ad rationem datam ſuprà *n.*45. reſpondeatur, quòd communicatio generalis privilegiorum includit privilegia, non ſolùm à Pontificibus conceſſa, ſed etiam ex conſuetudine acquiſita, prout probat *Donatus* (102), & ideò, licèt in aliquo Ordine non eſſet recitata conſuetudo, tamen ſi habet generalem communicationem privilegiorum cum *Benedictinis*, gaudet tamen tali jure, per conſuetudinem à *Benedictinis* quæſito.

55 Concedam illatam concluſionem, nec tamen ſequetur, quòd Prælati Regulares poſſint diſpenſare in Irregularitate ex homicidio voluntario, & *abortu* in foro contentioſo, & delicto probato, ſivè notorio, ut paſſim dicunt Auctores citati prò affirmativâ, ſed tantùm ſemel in anno, generaliter in foro animæ, & in delictis occultis, ut prædicti *Benedictini* poſſunt, ſicut probavimus paulò ſuprà.

56 Nec valet replicare, quòd ex ipsâ Bullâ conſtat, quòd poſſint diſpenſare ſuper *Irregularitatibus quibuſvis, quâvis occaſione, & causâ contractis*, & proinde non excipiantur delicta notoria, ſeù probata, nec facultas reſtringatur ad forum animæ. Negatur enim conſequentia, quià eadem eſt ſemper irregularitas, quæ incurritur, ſivè delictum fuerit publicum, ſivè ſecretum; non tamen eadem eſt facultas diſpenſandi ſuper eâ in delicto publico, ſicut in occulto; ità ut in occultis nonnullis Epiſcopi diſpenſare poſſint, non ſic in publicis. Cùm ergò Bulla non dicat, quòd poſſint diſpenſare ſuper delictis, quantùmvis publicis; ſed tantum dicat de *Irregularitatibus quibuſvis, quâvis occaſione, & causâ contractis*, patet, quòd loquatur de ſpeciebus omnibus Irregularitatis, puta, ex delicto, aut defectu: non verò de ſecreto, aut publico delicto; ſecretum enim, & publicum nihil facit ad incurrendam irregularitatem. Et cùm ſimus in materiâ privilegiorum, quæ eſt odioſa, & enormiſſimè vulneret jus commune, & exorbitet à generali ſtylo Curiæ Romanæ; & poſſit verificari in caſibus occultis aſſertum privilegium, non eſt undè extendatur ad publicos, & in foro externo.

57 Et quidquid circà hoc ſit de *Benedictinis*, quibus principaliter conceſſum fuit tale privilegium, tamen circà homicidium voluntariũ, *abortũ*, mutilationem, & bigamiam, & Irregularitatem, non puto poſſe per communicationem ad alios extendi: ſi quidèm privilegiorum communicamunicatio non habet locum in exorbitantibus, & in iis, quæ rarò, & cum difficultate conceduntur, ut poſt plures Doctores (103), *Donatus* probat. Inauditum eſt autem, quòd *Papa* conceſſerit facultatem alicui, nequè ex majoribus Prælatis Eccleſiæ, diſpenſandi in Irregularitate, incursâ ob prædicta delicta publica; & ſic teneo, quòd nec *Benedictinis* principaliter, nec per communicationem cæteris Ordinibus, talis facultas ſit indulta. Concludo proindè, quòd ad plùs in delicto occulto, & foro animæ poſſint Prælati Regulares diſpenſare, non verò in foro fori, & delictis publicis.

58 Quod comprobatur ex praxi continuatâ omnium Religionum, in quibus Novitii antè profeſſionem emittendam, prævia generali, ac ſacramentali Confeſſione, ad præſcriptum Decreti *Clementis Octavi* (104) abſoluuntur ab omnibus peccatis, Cenſuris, & pœnis Canonicis, & hoc prò foro animæ tantùm, & in caſibus occultis; quàmvis in ſententiâ aliquorum (105) poſſint abſolui etiam in foro fori, & in caſibus publicis, quod tamen à nemine vidi, aut audivi eſſe reductum ad praxim. Comprobatur pariter ex praxi abſolutionis generalis, quæ datur regulariter in actu viſitationis in quâlibet Religione, aut in aliquâ aliâ determinatâ die, vel anni Solemnitatibus, juxtà varium Religionum ſtylum; hæc enim valet ſolummodò prò caſibus occultis, & in foro animæ, ut ſcribit *Lezana* (106) poſt alios, & ſi res fiat publica, & deducatur ad forum contentioſum, nihil valet præſtita abſolutio, aut diſpenſatio; ſicut etiam eſt de illis, quæ habentur per literas *Sac. Pœnitentiariæ*, cujus ſtylus eſt, quòd ibi exprimatur, quòd tales abſolutiones, ſeù diſpenſationes non valeant, ſi factum in judicium deducatur.

59 Non obſtante igitur opinione citatorum Doctorum affirmante, caveant Judices Regulares, manus extendere ad diſpenſandum ſuper Irregularitate ob *abortum* fœtus animati, ſi factum eſt in judicio probatum. Et quàmvis ob numerum affirmantium illa, opinio poſſet aliquo modo cenſeri probabilis tamen eligant partem ſecuriorem, cùm verſemur in re graviſſimâ, & periculo animæ, & omninò abſtineant, & petant diſpenſationem, prout quotidie fit in caſu publico homicidii voluntarii, de quo minor adhuc eſt ratio, quàm de abortu, ut probavimus ſuprà *num.*40.

60 Alia pœna procurantis *abortum* fœtus animati, eſt infamia, ità ut, ſi crimen fiat publicum de jure, aut de facto, prout adnotat *Theſaurus* (107), procurans fit infamis, & contrahit aliam irregularitatem ab eâ, quæ importatur per homicidium voluntarium; aut ſaltem eandem, ſed affectam ulteriori causâ.

61 Alia pœna eſt privatio officiorum Ordinis, & perpetua inhabilitas ad illa, ut exprimitur in Bullâ *Sixti*; & ſic Clerici privati remanent Officio, & Beneficio, & inhabiles fiunt ad illa. Iſta autem pœna non incurritur, niſi poſt declarationem Judicis, ut advertit *Bordonus* (108) ex Textu recitatæ Bullæ, ſed aliæ, puta, major excommunicatio, & Irregularitas incurruntur ſtatim, ſecuto effectu. Hæc autem pœna ad inſtar Irregularitatis eſt *Papæ* reſervata, porrò Prælati Regulares ex privilegio poſſunt ab illâ abſolvere, ſicut de Irregularitate, dictum eſt; puta, in caſu delicti non publici ex jure aut facto, & prò foro conſcientiæ tantùm, ut firmat *Donatus*

(102) *Donat. Tom.p. Par.p. Tract.7. Quæſt.16.n.3.*
(103) *Donat. loc.cit. Quæſt.14.nu.15. & ibi Rutr. Conſ.19.n.9. Navar Tom.2. Tit.de Privil. Conſ.13.n.4. Socin. in l.1.num.3.ff. de legat.1. & ibi Iaſon.n.21. V. Primò limita Ripa.num.8. V. Et ità. Crot.n.10. Paris.n.24. in fin.*

(104) *Clemen. VIII. Decret. de Recept. Novit.*
(105) *Peyrin. ad Conſt.2. Julii II. §.9.n.30. Candid. Tom.p. diſquis.22 art.48.n.7. apud Lezan. in Mar. Magn. Prædicator. §.16.n.39.*
(106) *Lezan. in Mar. Magn. Carmelit.n.331. & Tom.1. cap.18.num. 93. & ibi Ledeſma de Stat. Relig. in comm. cap.4. Peyrin. ad Conſt 2. Jul. II num.42. §.16.*
(107) *Theſaur. prax. Par.2. V. Abortus procuratio. cap.1. §. Quinto irregularitatem. apud Lezan. ſum. V. Abortus. n.15.*
[108) *Bordon. Controv. moral.41. Quæſt.8. num.8.*

Digitized by Google

*Donatus* (109); non verò in foro fori, & crimine manifeſto, & abſolutio, & diſpenſatio peti debet à *Papâ*, ſivè Sacrâ *Pœnitentiariâ*. Prò quo hic obiter noto unum, quod advertit ex *Theſauro Lezana*; (110) & eſt, quòd ſupplicans in *Sacrâ Pœnitentiariâ* prò diſpenſatione Irregularitatis ex causâ *abortus* procurati, debet exprimere, ſi fœtus erat à ſe genitus, quià caſus eſt difficilior, eo quià continet malitiam parricidii.

62 Alia pœna, importata per *Sixtinam* prædictam, eſt, quòd procurans *abortum* fœtus animati, ſi eſt ſubiectus Judici Eccleſiaſtico, *Curiæ, & poteſtati Sæculari tradatur, quæ de eo capiat ſupplicium, quod contrà Laicos verè homicidas, per Divinas leges, & Civilia iura eſt diſpoſitum*. Homicidæ autem voluntario, de jure Divino, & humano debetur mors; ſed quodnam genus mortis ſic procurantibus *abortum*, ſequuto effectu, debeatur, non conveniunt Doctores, licèt omnes conveniant in hoc, quòd mori debeant juxtà quendam Textum, (111) qui tamen non loquitur propriè de *abortu*, ſed de occiſione infantis jàm nati, ut patet illum legenti.

63 Proindè nonnulli (112) apud *Matthæum Berlich* opinantur, quòd afficiendi ſint pœnâ culei; hoc eſt, quòd inſuti ſacco coriaceo, vivi cum cane gallo, ſimiâ, & ſerpente demergantur in aquis; & ſe fundant in duabus legibus, unâ *Digeſtorum*, (113) & aliâ *Codicis*. Alii volunt, quòd debeant comburi, ut practicatum fuiſſe cum quâdam Moniali, quæ filium ſuum occiderat, ſcribit *Baldus*, relatus à multis. (114) Alii volunt, quòd debeant capite truncari, aut furcis ſuſpendi, donec moriantur, & de hoc genere pœnæ teſtatur *Iulius Clarus*. (115)

64 Sed quià pœnæ inſolitæ, ut erat culei, jàm ſunt antiquatæ per non uſum, ut dicunt Doctores (116), & quælibet Provincia ſuos habet uſus peculiares, ut dicit *Raynaldus*, (117) qui plures diverſarum regionum conſuetudines refert, ideò in caſus contingentiâ, quòd Clericus Curiæ ſæculari tradatur ad præſcriptum *Sixtinæ*, pœnâ conſuetâ mortis, quâ afficiuntur Laici, etiam ipſe debet plecti.

65 Quid autem juris, ſi Religioſus prægnantem reddidiſſet honeſtam virginem, vel Viduam, aut Monialem, & ad fugiendam infamiam illius, ac ejus familiæ, ſivè Monaſterii, ſivè propriæ Religionis, ac cæteras pœnas, quæ comitantur copulam ſacrilegam, ſeù fornicariam, propinaret pharmacum, aut alio medio *abortum* fœtus animati procuraſſet, ſequuto effectu, eſſet nè locus pœnæ ordinariæ mortis naturalis.

66 Reſpondeo; quòd non. Quià ad evadendam pœnam ordinariam legis, quælibet cauſa, quæ minuat dolum in delicto, excuſat, ut poſt quandam *Gloſſam* (118) dicunt Doctores. Conſtat autem, quòd delictum in caſu, de quo loquimur, non eſt plenè voluntarium, quià, ſi poſſet delinquens effugere infamiam, & pœnas, ex fornicatione contractas, non procuraret *abortum*, ideò hoc non eſt volitum principaliter, ſed ex conſequenti; vult enim ille primò tueri famam, & idemnitatem ſuam, quæ non poſſit obtineri, niſi per *abortum*, ideò hoc vult ex conſequenti. Sicut ergò Mulier honeſta, ſi fœtum, aut partum occidit prò tuendâ famâ ſuâ, evadit pœnam mortis, & eſt extraordinariè punienda, ut poſt multos Doctores (119) probat *Raynaldus*; ità pariter Religioſus, pari modo delinquens, evadere debet pœnam mortis, & extraordinariè puniri, puta, diutino carcere, vel Triremibus.

67 Si autem taliter procurans *abortum*, non eſſet Pater fœtus, ſed amicus prægnantis, & ad purum finem conſervandi famam ejus, potionem componeret, aut alio modo, puta, conſilio, ſivè auxilio *abortum* procuraret, eſſet nè damnandus ad mortem?

68 Reſpondeo pariter, quòd non, ratio eſt, quià auxilians delinquentem, dando cauſam delicto, & ad illud patrandum cooperando, punitur præcisè illâ pœnâ, quâ punitur delinquens, ut communiter dicunt Doctores, cumulati per *Boſſium* (120). Sequitur ergò, quòd in caſu noſtro componens poculum abortionis debeat puniri præcisè pœnâ, quâ eſſet afficienda Mulier ipſa principalis in hoc delicto. Porrò iſta non poteſt puniri ordinariâ pœnâ mortis, ut paulò ſuprà *num.* 60. demonſtratum eſt; ideò concludi debet, quòd ille pariter extraordinariâ pœnâ tantum ſit percellendus.

69 Si verò non ex charitate, aut amicitiâ, vel zelo tuendæ famæ Mulieris, ſed devinctus muneribus, aut pecuniâ, illud præſtaret, deberet nè ſimiliter pœnâ extraordinariâ ſolâ puniri.

70 Reſpondeo, quòd non, ſed ordinariâ. Quià Mulier, quæ propter pecuniam *abortum* procuravit, debet atrociori etiam pœnâ, quàm ordinariâ, puniri, quià duo committit atrociſſima delicta, puta, parricidium, & aſſaſſinium, ut ex quâdam lege (121) aliciunt Doctores; imò *Farinacius* poſt multos, quos citat (122), tenet, quòd Mulier hujuſmodi debet puniri ordinariâ pœnâ mortis, quàmvis fœtus non fuerit animatus. Pari ergò modo dicendum eſſet in caſu; quià hic peccaret pleno dolo, & ex causâ undequaque turpi. Non enim, ut in ſuperiori, iſte delinqueret ex charitate, aut zelo tuendæ famæ, quæ, licèt in effectu ſint mala, in causâ tamen bona ſunt, ſed delinqueret ex avatitiâ, dùm ob pecuniam homicidium committeret. Et ſi Mulier prægnans

(109) *Donat.Rer.regul.Prax.Tom.2.Par.11.q.15.n.3.*
[110] *Lezan.V.Abortus.n.15.& ibi Theſaur.Prax.Par.2.V. Abortus procuratio.cap.1.§.Tandem.*
(111) *text.in l.penult.C.Ad leg.Corn.de Sicar.*
(112) *Vveſſembec.Theſaur.Narprect.Matthæ.Berlic. Pract.Concl.P.4.Concl.7.n.4.apud Raynald.Syntax.crim.lib.1.cap.6.§.5.n.78.*
(113) *text.in l.1.℣.ſed & Mater.ff. Ad leg. Pompe. de parricid.l.Vnic.C.de His, qui paren, vel fil. occi.*
(114) *Bald.in Feudal.Tit.ſi de feud.fue.contr.int. Dom.& agn. Vaſſal.§.Naturales.n.12.Farinac.q.120.n.110.& 160.Carer.Pra.§.Homicid.n.134.Cruſ.de Indic.delict.ſpecia.Par.2.cap.33.n.21.apud Raynald.loc.cit.n.79.*
(115) *Clar.lib.5.ſent.§.Parricid.℣.ſed quæro.*
(116) *Bald.in l.unic.C.de His qui paren. Anani.in cap.1.n.5.de His qui fil.occi.Conrad.Pract.fol.335.Salycet.in d.l.unic.poſt.n.1.apud Clar.loc.cit.*
(117) *Raynald.Syntax.lib.1.cap.6.§.5.n.81.*

(118) *Gloſſ.in l.Plagii la 2.C.Ad leg. Fabi.de Plagiar. Gramat. Vot.10.n.23.Caſtron.Conſ.182. Corn.Conſ.56.in fin. Vol.4. Novel. Ad defenſ.Reo.Rub.de Excuſ.à Reo facie.n.28.Theſaur. Deciſ.13.n.7.℣.Monitos vere.*
(119) *Bart.in l.Quæ omnia §.Sed ſi adverſ.n.3.ff.de Procur. Meno.ch.Conſ.145.n.34.lib.2.& de Arbitr.Caſ.396.n.6.Theſaur.Deciſ.12.n.11.& ſeqq.Vinc.de Franc.Deciſ.192.Scialoia. Sarno. Gonzalez.Carpzou.Berlich.Gobb.apud Raynal.Syntax.lib.1.cap.6.§.5.n.32.*
(120) *cap.Sicut dignum.ubi Felin.col.2.℣.modò adver. de Homic. & in cap.p.col.antepen.℣.limita p. de Off.de leg. Bart.in l.Is qui opem.ff.de Furt.Salycet.in l.unic.C.de Raptor.virg.℣.Quæro.ad declarationem.Socin.Conſ.188.col.3.Cepol.Conſ.27.col.2.circ.fin.Angel.in Gloſſ.dicto Malefic. apud Boſſ. Tit. de Homicid.num.33.*
(121) *l.Cicero.ff.de Pœn.Sarno.in Allegat.iur.impreſſ.in Form.crim 86.℣.Non refragante.Domhaud.pract.crim.cap.88.n.8.in fin. Cuiac.lib.9.obſer.cap.9.Capyc.deciſ.155.apud Raynald.ſyntax.lib.1.cap.6.§.5.n.50.*
(122) *Farinac.Quæſt.122.n.154.apud Raynald.ibid.*

Digitized by Google

gnans ipſa pecuniam daret ad habendum pharmacum, quo abortum pararet ad tuendam famam ſuam, iſta, prout dictum eſt, licèt delinqueret, tamen, quià aliquo fine bono duceretur, pœnam ordinariam evaderet. Non ſic autem dans potum ad abortiendum ob pecuniam, quià iſte, ut dictum eſt, ex turpi motivo, & pleno dolo ad homicidium deveniret, & ſic mori deberet.

71 Quid autem dicendum de Religioſo, qui percuſſit mulierem prægnantem; vel cum illâ rem habuit, vel choreas ducendo, ſaltare fecit, & ex his ſequutus eſt *abortus*, debet nè puniri pœnâ mortis ordinariâ?

72 Reſpondeo, quòd, licèt iſte incurreret Irregularitatem, & alias pœnas, debitas percutientibus, fornicantibus, & choreas ſcandaloſè ducentibus, nô tamen morte eſſet plectendus. Quòd Irregulatitatem incurreret in primo caſu, patet, quià licèt homicidium fœtus eſſet caſuale, tamen Irregularitatem incurreret, quià dediſſet operâ rei illicitæ, & cauſam homicidio; (123) & ex eodem fundamento eandem incurreret, ſi ex fornicatione *abortus* eſſet ſequutus. In tertio autem caſu habetur quædam Decretalis, (124) quæ declarat irregularem Præsbiterum quendam qui per *zonam arripuerat, quaſi ludens*, mulierem prægnantem, quæ abortivit fœtu animato. Undè par debet currere ratio de eo, qui in choreâ ſaltare facit prægnantem. Scio quidèm nonnullos dicere, hoc verum eſſe, ſi ſaltus fuerit immoderatus, & extrà conſuetum, ſecùs verò, ſi fuerit moderatus. Sed hoc non teneo; ſiquidèm ducere choreas, & colludere cum mulieribus eſt Religioſis illicitum, (125) undè, cùm huic rei illicitæ operam det, (ſuppoſito, quòd ex tali ſaltu, per Clericum excitato, ſivè ſolito, ſivè inſolito, ſequutus fuerit *abortus*) ſemper incurret Irregularitatem; quià homicidium caſuale commiſit.

73 Quòd autem morté non mereatur ſic percutiens, ſed pœnam extraordinariam, probatur: quià in materiâ homicidii non intrat pœna ordinaria, niſi plenè interveniat dolus, hoc eſt animus occidendi, ut ſcribit *Eugenius* (126). Cùm ergò, ut ſuppono, in caſu non intervenerit dolus, non poteſt intrare pœna ordinaria, & ità firmat *Boſſius* (127), qui dicit eſſe communem opinionem. Verum eſt, quòd *Clarus* (128) poſt *Blancum* vult, quòd indiſtinctè, ſi fœtus fuerit animatus, percutiens prægnantem, quæ ex percuſſione abortivit, debeat morte plecti; ſed debet accipi de percuſſione, in quâ intervenerit animus occidendi matrem, aliter ſibi ipſi contradiceret, docet enim alibi (129), quòd committens homicidium culpoſum (quandò ſcilicet intendens tantùm percutere, præter ejus voluntatem cauſat mortem ex percuſſione) non punitur morte, ſed pœnâ extraordinariâ, pròut ipſe ex *Grammatico* (130) refert deciſum per *Conſilium Neapolitanum* in terminis; dum enim quædam Domina ancillam ſuam prægnantem baculo percuſſiſſet ex zelotypiâ, & hæc ex vulnere deceſſiſet, fuit delinquens ad ſeptennium deportata in inſulam. Cùm igitur in propoſitis caſibus abſit animus occidendi, liquet, quòd interveniret tantùm homicidium culpoſum, quod nullo modo pœnâ ordinariâ vindicatur.

74 Quid autem, ſi propinato pharmaco mulieri prægnanti, ut abortiret, ipſa doloribus, aut aliis ſymptomatibus afflicta decumberet, & remediis ſibi ſubveniretur, ità ut *abortus*, qui aliter debebat ſequi, non ſequatur, debetur nè propinanti pœna ordinaria?

75 Reſpondeo, quòd non; quià, licèt poſt quandam *Gloſſam* (131) multi teneant, quòd in atrociſſimis puniantur affectus prò effectu, quandò nempè delinquens devenit ad actum proximum; tamen ſecundum alios, (132) qui teſtantur de conſuetudine, nunquam debet puniri affectus eâdem pœnâ, quâ vindicatur effectus. Mihi verò maximè arridet ſententia *Clari* (133), quæ mediando inter iſtas opiniones, tùm æquior, tùm tutior habetur. Dicit ergò diſtinguendo ſic; Aut lex, vel Statutum in huiuſmodi atrociſſimis expreſsè punit conatum, ſicut effectum completum, & talis lex in uſu, & conſuetudine eſt; aut non punit expreſsè conatum, ſed requirit effectum ſecutum. In primo caſu vera eſt ſententia dicentium, quòd ubi deventum ſit ad actum proximum delicto (hoc neceſſarium eſt, ut advertit ibidem *Clarus* (134) ex *Grammatico*) in atrociſſimis punitur affectus pro effectu, quià ſic firmat Statutũ, aut lex conſuetudine roborata. In ſecundo verò caſu non punitur conatus eâ pœnâ, quâ vindicatur crimen perfectũ, ſed tantùm extraordinariâ. Bulla autem toties citata *Sixti* nullo modo exprimit conatum ad *abortum* ſimili pœnâ eſſe vindicandum, ſicut *abortum* ſecutum, imò requirit effectum perfectum in ſuo genere, ait enim *ità ut re ipſâ abortus ſequutus fuerit*; undè concludendum eſt, quòd in caſu propoſito non intraret niſi pœna extraordinaria.

76 Et ſi quæras tandèm, quæ qualis, & quanta deberet eſſe pœna extraordinaria in omnibus caſibus ſupramemoratis, in quibus diximus non poſſe intrare ordinariam? Dico, quòd hoc pendet ab arbitrio Judicis, qui conſideratâ malitiâ, & pleno dolo delinquentis, & cæteris circumſtantiis, de quibus aliàs (135) ſcripſimus, pœnam corporalem gravem imponet; & poſſet eſſe carceris, & etiam Triremium, regulando durationem correſpondenter ad qualitates gravantes, aut minuentes delictum. De aliis autem caſibus, in quibus incurritur Irregularitas ex cauſâ *abortus*, qui tamen dolo non procuratur; ut in dandâ medicinâ prægnanti infirmæ, ſivè eam phlebotomando febre laborantem; ſivè ex joco ipſam terrendo, & ſimilibus, ex quibus contrà intentionem operantis non tractamus, ſed lectorem remittimus ad *Theologos Morales*. Nos enim in hoc tantùm agimus de pœnis delictorum, quæ ex doloſo inſtituto committuntur.

77 Quæ autem dicta ſunt ſuperiùs de pœnâ mortis, & de traditione Eccleſiaſtici delinquentis in manus Curiæ ſecularis, debent accipi, ut juxtà tenorem Bullæ *Sixti* ordinata, non verò conſuetudine recepta. Si quidèm plura delicta, qnæ juxtà legum rigorem morte deberent puniri, ex conſuetudine inolitâ mitiori pœnâ puniuntur. Prò delicto ergò *abortus* nunquàm vidi Eccleſiaſticum

Reum

(123] *cap. De cætero. Extrà de Homicid.*
[124] *cap. Sicut. ex literarum. Extrà de Homicid.*
[125] *cap. Clerici. 15. de Vit. & honeſt. Cleric.*
(126] *Eugen. Conſil. 38. n. 18. lib. 2. apud Raynald. Synt. crim. lib. p. cap 6. § 5. n. 72.*
[127) *Boſſ. Tit. de Homicid. num. 6.*
[128] *Clar. quæſt. 68. ℣. Abortum. & ibi Blanc. Pract. crim. fol. 79. n. 38*
[129) *Clar. §. Homicidium. ℣. Dicitur etiam.*
(130) *Grammat. Vot. 23. apud Clar. loc. cit.*
(131) *Gloſſ. in l. p. §. Hac autem. in V. Putamus. ff. Quod quiſq. iur. Felin. in cap. 1. n. 9. de Off. delegat. Didac. in Clem. ſi furioſus. fol. 276. n. 6. Igne. in l. p. §. Occiſor. n. 48. ff. Ad Syllan. apud Clar. q. 92. ℣. Scias tàmen.*
(132) *Afflict. ſup. 3. par. Conſt. Rubr. 24. p n. 15. Bertrand. Conſ. 228. n. 6. lib. 7. Marſil. Conſ. 105. n. 1. Taeg. Pract. crim. cap. 10. n. 7. & cap. 7. n. 2. Grammat. Vot. 8. col. final. apud Clar. loc. cit.*
(133) *Clar. quæſt. 92. ℣,*
(134) *Clar. loc. cit. ℣. Scias etiam. & ibi Grammat. Conſ. 36. n. 19.*
(135) *Par. p. Tit. ſententia. §. 7. num. 58. & 85.*

Digitized by Google

Reum brachio ſæculari relaxatum, ſed tantùm ad perpetuos Carceres ad plus damnatum, & juxtà hanc conſuetudinem, ſaltem intra Italiam Regularis Judex poteſt in tali anfractu ſententiam ſuam regulare, prò modo culpæ.

78 Et hoc ampliùs ſuadetur ex jis, quæ ex *Roderico* tradit *Sanctorus* (*m*), nempè quod Regulares habent ſuas Leges, à Summis Pontificibus confirmatas, juxtà quas ipſi debent ſuos Reos punire. Ex Legibus autem Regularibus nulla habetur, quòd delinquentes debeant Curiæ ſæculari tradi. Conſtitutiones autem Pontificiæ, quæ in aliquibus caſibus (ut in Sodomiâ, falſificatione litterarum Apoſtolicarum, falsâ monetâ &c.) ordinant, delinquentes eſſe tradendos Curiæ ſæculari, accipi debent de illis Judicibus, quibus hoc permiſſum à jure eſt, ut poſſint Reos ſuos brachio Laicali reſignare puniendos, ut ſunt Epiſcopi. Regulares autem nequeunt hoc facere, quià propriis Conſtitutionibus ligantur. Et proindè pœna mortis, aut mutilationis apud regulares non habet locum, ut ſcripſit etiam *Donatus*. (*n*) Et tandèm prò noſtro Seraphico Ordine habemus Statutum (*o*) quo ſancitur, quod Reus delicti, quod id ſæculo morte eſſet vindicandum pœnâ perpetuâ Carceris, aut triremium debeat puniri Et ità eſt in praxi ſervandum.

(*m*) *Roderic. Tom. p. Quæſt. 30. art. 28. Sanctor. de Pæn. cap. 8. q. 11. V. Verùm enim verò ad fol. 377.*

(*n*) *Donat. Tom. p. Par. 2. Tr. 7. Quæſt. 18. n. 6.*

(*o*) *Stat. Gener. Ord. cap. 7. §. 6. n. 69. Stat. Reform. cap. 7. n. 4.*

TIT V.

# TITULUS OCTAVUS

## De Crimine Sacrilegii.

*SVMMARIVM.*

1 *SAcrilegii etymologia, data per Baldum.*
*Eadem, data per Turrecremata.*
Legere, *ſivè* ſublegere, *quid ſignificet.*
2 *Sacrilegii vera deffinitio.*
*Violare, & violatio propriè dicitur de virgine ſtupratâ.*
*Violatio dicitur etiam de quâvis iniuriâ.*
3 *Nomine* rei *quid veniat.*
4 *Quid importet* ſacrum, *aut* res ſacra.
*Ut res ſacra reddatur, quid requiritur.*
5 *Sacrilegii ſpecies quotupliciter diverſificentur.*
*Ejuſdem diviſiones.*
*Sacrilegii impropriè dicti plures modi.*
*Diſputare de poteſtate Summi Pontificis, in quo ſenſu ſacrilegium ſit.*
*Imperator, ac Reges ſacri ſunt.*
*Diſputare de poteſtate Principis, prò tuendo jure Populi, ſacrilegium non eſt.*
6 *Sacrilegii impropriè dicti plures alii modi in utroque jure.*
*Sacrilegium committit Judex, indiſcretè, ac iniuſtè judicans.*
*Et qui publica officia inter Chriſtianos committit Infidelibus.*
*Et qui violat benedictionem nupturæ.*
*Omne crimen Majeſtatis læſæ poteſt dici ſacrilegium.*
7 *Sacrilegium propriè, quandò committatur.*
*De quibus ſpeciebus ſacrilegii loquendum in hoc Titulo.*
8 *Sacrilegii inæqualitas in gravitate.*
*Gravius eſt, quod committitur in perſonam, quàm in res, & loca ſacra.*
*De quâ perſonâ hìc intelligatur.*
*Enormiſſimum, quod committitur in perſonam Divin. & contrà circumſtantia eam.*
9 *Poſt perſonam Divinam præ cœteris ſacris dignior eſt perſona, Deo conſecrata.*
*Perſona Summi Pontificis digniſſima, & quæ ordinatè illi proximè accedunt.*
*Ratio, quarè dignior ſit perſona, quàm res, & loca Sacra.*
10 *Res ſacræ digniores ſunt locis ſacris, quare.*
*Gradatio gravitatis ſacrilegii in res ſacras.*
11 *Aggravatio Sacrilegii, ratione temporis, juxtà Decianum.*
*Re verâ eſt accidentalis, & adminiculativa, non verò eſſentialis.*
12 *Sacrilegii Crimen eſt mixti fori.*
*Inter Judicem Eccleſiaſticum, & Laicum datur locus perventioni.*
*Punitus ab Eccleſiaſtico ſolâ pœnâ Eccleſiaſticâ, poteſt à Judice Laico aliâ pœnâ percuti.*

1 SAcrilegii etymologia juxtà *Baldum* (1) eſt, ut tale dicatur quaſi *ſacri lædium*, rei nempè ſacræ læſio: at juxtà *Io: de Turrecremata* (2) dicitur *ſacrilegium* quaſi *ſacra legens, ideſt furans*, ſiquidèm *legere*, ſivè *ſublegere*, ut ſcripſit *Servius* (3), idem eſt ac *furari*. Sed ſecunda hæc etymologia, quæ etiam placuit *Iſidoro* (4), quadrare non poteſt niſi uni ſpeciei ſacrilegii, nempè furto ſacrilego, non verò *ſacrilegio*, genericè ſumpto: undè melior eſt prima etymologia, à quâ non diſſentit etiam citato loco *Turrecremata*.

2 *Sacrilegii* quamplures magiſtrales deſcriptiones affert idem Auctor (5), quas recenſere ſuperfluum eſt, inter quas datur hæc, quam multi (6) ampleꝗuntur, & quæ veram habet rationem diffinitionis. Dicitur igitur, quòd *ſacrilegium eſt violatio rei ſacræ*. Ubi notandum, quòd *violatio* ponitur loco generis, & importat quamcunque iniuriam, corruptionem, & profanationem cum violentiâ, vel ſinè, ut explicat *Cajetanus* (7), violare enim, licèt propriè dicatur de virgine ſtupratâ, ut obſervat *Calvinus* (8), tamen transfertur ad omnem iniuriam, puta, ad omne id, quod non jure fit, ſed per puram *vim*, aut *violentiam*, à quâ deducitur verbum *violare*, quaſi *violènter agere*.

3 Dicitur *rei*, & verbum hoc generale eſt, & comprehendit omnes, ac quaſcunque *res*, tàm corporales, quàm incorporales, tàm perſonas, & homines, quàm loca, & res, ut ex jure (9) multis in locis habetur.

4 Dicitur *ſacræ*, & ponitur loco differentiæ, ut contradiſtinguatur *ſacrilegium* à violatione cujuſvis *rei* profanæ. Porrò nomine *rei ſacræ* venit tàm perſona, quàm locus, ac quævis alia *res*, quæ publicè, ac rectè ab habente poteſtatem Deo, vel ad miniſterium Dei dicata, aut conſecrata ſit. (10) Et notabiliter dicitur *res ſacra*, quæ *publicè*, ac *rectè ab habente poteſtatem Deo conſecrata eſt*, ſiquidèm in jure (11) dicitur, quòd *ſacræ res* ſunt eæ, quæ *publicè* non privatìm conſecratæ ſunt. Undè, ſi quis privatìm ſibi ſacrum conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed remanet profanum. *Sacræ* pariter ſunt *res*, quæ per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, ut Sacerdotes, *ſacræ* Virgines, Ædes *ſacræ*, *ſacra* donaria &c. ut ait Imperator. (12)

5 Species porrò *ſacrilegii* diverſificantur juxtà diverſitatem objectorum, quæ violantur; ut ait *D. Thomas* (13), aut enim violatur perſona *ſacra*, aut locus, aut res *ſacra*. Et ex parte modi violationis adhuc dividitur *ſacrilegium* in improprium, ac proprium. Impropriè *ſacrilegium* multis in caſibus committitur juxtà plures leges. In unâ (14) dicitur, quòd diſputare de Principis judicio, & dubitare, àn is dignus ſit, quem Princeps elegerit, inſtar eſt *ſacrilegii*, quod magìs verificatur in eo, qui diſputat de *Pontificis Summi* poteſtate circà jus poſitivum, ut ſcribit *Pariſius* (15). Et ratio eſt, quià perſona *Summi Pontificis*, ſicut etiam *Imperatoris*, ac *Regis* ſacra eſt, ambæ enim inunguntur, & conſecrantur (16), proindè violare ejus judicium, aut poteſtatem, dubitando, aut diſputando, *ſacrilegium* impropriè eſt.



(1) *Bald. in l. ſi nondum. nu. 4. C. de Furt.*
(2) *Turrecrem. in cap. Sacrilegium num. 2. Cau. 17. q. 2.*
(3) *Seru. in Virgil. Eglog. 9.*
(4) *D. Iſidor. Etymol. apud Decian. lib. 14. nu. 9.*
(5) *Turrecrem. loc. cit. num. 1. V. Reſpondeo dicendum.*
(6) *Bald. in l. 3. nu. 4. C. de Furt. D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. Girlan. de Pan. omni. coit. in princ.*
(7) *Cajet. in 2. 2. q. 99. art. 1.*
(8) *Calvin. Lexic. V. Violare.*
(9) *text. in l. Rei appellatio. & in l. Rei appellatione. ff. de Verbo. ſign. l. 1. §. Rei quoque ff. ſi cert. petat. l. omnia in fin. ff. de leg. 2.*
(10) *arg. l. Intantum §. Sacra. ff. de Rer. diviſ. l. ſacra loca eo. tit. l. final. ff. Ut in poſſeſſ. leg. §. ſacræ reſ. Inſt. de Rer. diviſ.*
(11) *l. Intantum §. Sacra. ff. de Rer. diviſ.*
(12) *§. ſacra Inſt. de Rer. diviſ.*
(13) *D. Th. 2. 2. q. 99. art. 3. Turrecrem. in cap. 317. q. 4. nu. 5. & 6.*
(14) *l. 2. C. de Crim. ſacrileg.*
(15) *Pariſ. Conſ. 102. nu. 11. & ſeqq. Volum. 4.*
(16) *cap. Unic. de Sacr. unctio.*

Digitized by Google

Verum eſt, quòd, ut exponunt Doctores, (17) talis concluſio habet locum, quandò diſputat de prædictorum poteſtate doloſè, & animo eorum auctoritatem labefactandi, ac eos apud Populum minùs obedibiles, ac venerandos reddendi; & tali caſu, hoc crimen eſſet læſæ Majeſtatis, ultrà *ſacrilegium*. Sed diſputare prò tuendo jure populi, & nè hic nimis gravetur &c. crimen non eſt, quià, illi etiam legibus naturæ, & Divinæ ligantur, & ſuprà, aut contrà eas minimè poſſunt, maximè in præjudicium tertii.

6 In aliâ lege (18) habetur, ad inſtar *ſacrilegii* eſſe adminiſtrationem fiſcalem, prout adnotat ibi *Gothofredus* (19) in illo loco, in quo ipſe provincialis, (hoc eſt, originarius eſt) ſuſcipere abſquè *ultraneâ Principis poteſtate*. In quodam capitulo (20) dicuntur *ſacrilegium* committere Judices, qui indiſcretè, & injuſtè judicant, præſertìm, ſi contrà Sacerdotes hoc agant. In alio Canone (21) dicitur, quòd veluti *ſacrilegium* incurrit, qui Judæis, vel Infidelibus publica committit officia; iniuria enim fit Populo Chriſtiano, qui ſanguine, fide, ac ſacramentis Chriſti ſanctificatus eſt, ſi ipſi præponantur Officiales Infideles. In alio Canone (22) habetur, quòd ad inſtar *ſacrilegii* eſt violare benedictionem, nupturæ impoſitam. Sic etiam omnia crimina Majeſtatis læſæ poſſunt vocari impropriè *ſacrilegia*, lædunt enim, & violant perſonam Principis, quæ *ſacra* eſt.

7 Propriè autem committitur *ſacrilegium*, quandò violatur aut perſona, aut locus, aut res ſacra immediatè. Sed quià de nonnullis *ſacrilegii* ſpeciebus alibi locuti fuimus, (ut potè de ablatione, ſivè alienatione ſacrarum rerum, in paragrafo *furtum*, & in paragrapho *Alienatio bonorum Eccleſiæ*; de violatione ſacræ Virginis, in paragrapho *Sacrilegium cum Moniali*; de abuſu Sacramenti Pœnitentiæ, in paragrapho *ſollicitatio ad turpia*, & alibi de aliis materiis affinibus), ideò in hoc Titulo loquemur tantùm de delictis, quæ ad *ſacrilegii* cathegoriam propriè ſpectant; & ſunt Abuſus in Baptiſmo, Abuſus in Confeſſione; Abuſus in Euchariſtiâ; Abuſus in Ordine; Abuſus in Matrimonio; Sortilegium; Simonia; Percuſſio Clerici; & Eccleſiæ violatio, quæ omnia per ſuos paragraphos breviter, quātū fieri poterit, tractabimus.

8 Non omnia porrò *ſacrilegia* æqualia ſunt in gravitate, ſed unum præ alio gravius; & quidèm præ cæteris atrocius eſt *ſacrilegium*, quod committitur in perſonam, quàm in res, & loca, quià ſanctitas loci ordinatur ad ſanctitatem perſonæ. (g) Perſona autem hìc intelligenda eſt Divina, quæ totius ſanctitatis fons eſt. Hinc eſt, quòd enormiſſimum ſuper cætera eſt *ſacrilegium*, quod in perſonam Divinam committitur, & contrà illa, quæ immediatè illam circumſtant, ut potè *ſacrilegium*, commiſſum in Euchariſtiam, in quâ eſt Divina perſona, quam circumſtant accidentia; undè benè ſcribit *Cajetanus* (h), quòd graviùs eſt *ſacrilegium*, commiſſum in ſacram Euchariſtiam, quàm ſi occideretur *Papa*; & ratio eſt, quià ibi realiter adeſt Divina perſona, & accidentiâ, quibus velatur, contrà quæ ſenſibiliter actio ſacrilega dirigitur.

9 Poſt perſonam Divinam præ cæteris ſacris ſivè rebus, ſivè locis dignior eſt perſona, Deo conſecrata, & hoc vel per characterem Ordinis ſacri, vel per votum ſolemne; & inter perſonas ſacras digniſſima eſt perſona *Summi Pontificis Vicarii Chriſti*; & poſt hunc, ordinata ſerie, illi, qui ad dignitatem illius quàm proximè accedunt. Nàm, ſicùt in unoquoque genere datur unum, quod eſt metrum, ac menſura aliorum, contentorum ſub illo, ut ait *Ariſtoteles*, ità in genere ſacrarum perſonarum datur perſona *Papa*, quæ eſt menſura, quâ per acceſſum, & receſſum ad illam cognoſcitur major, aut minor dignitas aliarum. Ratio autem quarè dignior ſit perſona, quam res, ac loca ſacra, eſt, quià perſona capax eſt ſanctitatis formalis, cujus capaces non ſunt res, aut loca; & proindè *ſacrilegium*, commiſſum in perſonam ſacram, gravius eſt, cæteris paribus, quàm commiſſum in res, aut loca ſacra.

10 Res autem ſacræ digniores ſunt locis ſacris, nàm ſanctitas loci derivat à ſanctitate rerum, ibi locatarum. Quàmvis enim Eccleſiæ ipſæ conſecrantur, ut potè earum conſecratio videatur eſſe abſoluta, non tamen ità eſt, ſed eſt relativa; ideò enim conſecratur Eccleſia (i), ut divina ſacrificia poſſint ritè celebrari, reſquè ſacræ in eâ conſervari decenter. Sequitur igitur quòd res præſtant locis ſacris, & grauius evadat *ſacrilegium*, commiſſum in res, quàm in loca ſacra. Gradatio gravitatis *ſacrilegii* in res ſacras, eſt, ut gravius præ cæteris evadat illud, quod committitur in Sacramenta, ut potè ea, quæ gratiam conferunt ex opere operato; mox id, quod cōtrà ſacramētalia patratur; ex poſt, quod committitur in vaſa conſecrata, ut calices, pixides, patenas &c. exindè, quod fit contrà aliā Eccleſiæ ſupellectilē, quæ benedictione tantū, aut uſu, ſacra redditur.

11 Aggravatur pariter *ſacrilegium* ratione temporis, ut potè ſi quis *ſacrilegium* committeret in feriâ ſextâ in *Paraſceve*, vel Reſurrectionis Domini &c. juxtà *Decianum* (l), qui allegat ad hoc diverſa jura, (m) ſed hæc non loquuntur de tempore, ſed de perſonis tantùm, ac miniſteriis ſacris. Proindè gravitas hæc eſt potiùs accidentalis, ac adminiculativa tantùm, non verò eſſentialis, ac ſpecificativa. Complicantur quidèm gradus gravitatis, ſi complicarentur *ſacrilegia*, ut potè ſi offenderetur Sacerdos in Eccleſiâ, & dum ſacra myſteria peragit, argumento eorum, quæ dicunt leges, ac Doctores. (n)

12 Crimen *ſacrilegii* eſt mixti fori, cùm in utroque jure pœnæ, contrà ſacrilegos ſancitæ, reperiantur. Sequitur proindè, quòd inter Judicem Eccleſiaſticum, ac Laicum locus detur præventioni. (o) Quòd ſi Judex Eccleſiaſticus prævenerit, & Reum condemnaverit pœnâ Eccleſiaſticâ tantùm, ut potè Cēſurâ aliquâ, poterit Judex Laicus alias pœnas juxtà proprias leges incutere, ut pluribus probat *Decianus*. (p)

§. I.

---

(17) *Brun. Conſil. 1. nu. 43. Dec. Conſ. 588. nu. 2. Pariſ. Conſil. 165. vol. 4. Bertrand. Grat. Socin. apud Decia. lib. 6. c. 15. n. 9.*
(18) *l. final. C. de Crim. ſacril.*
(19) *Dionyſ. Gothofr. ad l. final. lit. A. C. de Crim. ſacril.*
(20) *cap. Non in perpetuum 24. q. 3.*
(21) *cap. Conſtituit. 17. quaſt. 4.*
(22) *cap. de coniugali 27. q. 2.*
(g) *cap. nos qui. cap. non loca. cap. qualibet 40. diſt.*
(h) *Cajet. in 2. 2. quaſt. 99. art. 1. ¶. Ad ſextum dub.*
(i) *text. in cap. 1. cap. Sicut. cap. Miſſar. de Conſecr. diſt. 1.*
(l) *Decian. lib. 6. cap. 32. nu. 8.*
(m) *l. ſi quis in hoc C. de Epi. & Cler. cap. ſi quis de incept. 17. q. 4. cap. Quiſquis. 24. q. 3.*
(n) *Gloſ. in cap. final. de Conſecr. Eccl. & in l. ſtatua patris ff. de Iniur. Bellenzin. de Charitativ. ſubſid. q. 9. n. 7. Affl. in Conſt. Mult. leg. n. 7.*
(o) *cap. Propoſuiſti de For. compet. Girland. de Pan. omn. coit. q. 1. princip. in fin. Par. 4. Aufrer. de Pot. Iud. ſecul. ſup. Eccl. Regul. 4. n. 10. Alex. in l. Magiſt. n. 13. ff. de Iuris. omn. Iud. Mantu. Conſ. 266. lib. 1. dub. 4. n. 79. Decian. l. 6. cap. 36. n. 7.*
(p) *Decian. lib. 6. cap. 36. nu. 8.*

Digitized by Google

# §. I.

# Abuſus in Baptiſmo.

*SVMMARIVM.*

1 *Baptiſmus eſt janua Sacramentorum.*
*Abuſus, ſeù abuti re, quid importet.*
*Abuſus quandòque ſumitur in bonam partem.*
*Regulariter, & abſolutè accipitur in malam partem.*
2 *Abuſus in Baptiſmo, quotupliciter contingat.*
3 *Abuſus in materiâ, aut formâ Baptiſmi, vix poteſt eſſe cum dolo.*
*Ex parte intentionis committi poteſt à conferente Baptiſmum.*
*Hiſtoria cujuſdam Parochi Calabri.*
4 *Abuſus in intentione ex parte ſuſcipientis Baptiſmum, quomodò detur.*
5 *Baptiſmus iterabilis non eſt.*
*Abuſus Baptiſmi in ejus collatione, quandò contingat.*
*Dubius de Baptiſmo, non collato, rebaptizandus conditionatè.*
*Iteratum non intelligitur, quod ambigitur eſſe factum.*
6 *Reiterans Baptiſmum, quotupliciter poteſt delinquere.*
*Si reiterat ſinè errore in intellectu, tenetur de ſolo facto.*
*Si habet errorem circà Baptiſmum, hæreticus eſt.*
*In reiteratione Baptiſmi delinquere poteſt tùm conferens, tùm recipiens.*
*Hiſtoria de quodam Parocho, qui ad captandum lucrum, ſinè neceſſitate rebaptizavit.*
7 *Abuſus Baptiſmi ex parte ſubjecti.*
*Monſtrum baptizari non poteſt.*
*Si habet caput humanum poteſt baptizari.*
*Mola quid ſit.*
*Mola habens membra alicujus animalis, & vivens, dicitur partus monſtruoſus.*
8 *Abuſus Baptiſmi reſpectu ſubjecti inanimati.*
*De hoc remiſſivè.*

1 PRimam ſacrilegii ſpeciem non incongruè ab *abuſu Baptiſmi* auſpicamur. Cùm enim *Baptiſmus* omnium aliorum Sacramentorum janua ſit, (1) rationabiliter *ſacrilegium*, in hoc Sacramentum commiſſum, debet alia ſimilia delicta præcedere. Dicimus autem *abuſum in Baptiſmo*, ſivè *Baptiſmi* crimen, quod in hoc Sacramento committitur, ſiquidèm *abuſus* importat malum uſum rei; *abuti* enim, prout ex jure (2) elicitur, quod dat *Calvinus*, eſt *ad alium uſum re uti, quàm in quem ea comparata eſt*. Verum eſt, quòd, ut ſcribit *Archidiaconus* (3), & notat *Gloſſa* quædam, *abuſus* quandòque ſumi poteſt in bonam partem; undè in jure Canonico adiicitur aliquod adverbium, aut adjectivum, per quod exprimitur, quòd inibi *abuſus* in malam partem accipiatur; ut *nequiter abuti*; (4) *Pernicioſus abuſus*; (5) *Deteſtabilis abuſus* (6) &c. regulariter tamen, etiam ſimpliciter prolatum, in malam partem ſumitur. Undè *abuſus in Baptiſmo*, accipiendus hìc eſt prò delicto, quod in *Baptiſmo* committitur, eo utendo ad alium finem ab eo, prò quo inſtitutum eſt.

2 Poteſt igitur contingere *abuſus Baptiſmi* primò in ejus adminiſtratione, doloſè delinquẽdo ex parte materiæ, aut ex parte formæ, aut ex parte intentionis; puta, utendo ſcienter aut aquâ non naturali, ſed artificiali; aut aliis verbis ab iis, quæ ex Chriſti inſtitutione tradit Eccleſia; ſivè debitam intentionem conferendi Sacramentum non ſolùm non habendo; ſed contrariam poſitivè formando, puta, intendendo non baptizare ſacramentaliter eum, quem materialiter abluit.

3 Primus, & ſecundus *abuſus*, quaſi metaphyſicus eſt, non enim dari poteſt, quòd quis peccet in materiâ, aut formâ *baptiſmi*, niſi ex ignorantiâ, quæ admittit quidèm culpam, ſed dolum excludit; undè, ſi in his peccare debet ex dolo, oportet, quòd in illis delinquat ad finem, ut *Baptiſmus* nullus ſit; & hoc pacto ſequitur, quòd practicè delinquere cum dolo, ſolummodò contingat circà *Baptiſmum*, quandò Miniſter habet poſitivam intentionem non conferendi Sacramentum. Et caſus hic noſtro ſæculo accidit in Calabriâ, ubi ſceleſtus quidam Parochus, cùm aliter non poſſet hoſtili animo, quem habebat ergà quendam Principem, ſatisfacere, ejus infantes, quos aquâ baptiſmali abluebat, in peccato originali relinquebat; ſiquidèm animum poſitivum habebat illos minimè baptizandi, ut animæ illorum à gloriâ excluderentur, & hoc ad vindictam inimicitiæ, quam contrà eorum Patrem gerebat. Sub finem vitæ Parochus, pænitentiâ ductus, crimen confeſſus eſt, undè filii illius Principis ſuperſtites (nàm nonnulli ſinè ſacramento Baptiſmi deceſſerant) iterùm baptizati ſunt, inter quos unus erat ex Ordine noſtro Sacerdos, Concionator, & qui Prælaturas plures Locales, ac Provinciales adminiſtraverat, & hìc ad præſcriptum Sacrorum Canonum (7) poſt *Baptiſmum* iterùm omnes ſacros Ordines ſuſcepit.

4 Poteſt pariter contingere *abuſus Baptiſmi* defectu intentionis ex parte ſuſcipientis, cùm nimirùm aliquis aut ad lucrum, aut ad pænam, aut ſervitutem effugiendam, fictè baptiſmum recipit cum intentione poſitivâ, contrariâ, ſacramentum non ſuſcipiendi, ut faciunt quidam nebulones, maximè Hebræi, qui fingunt ſe velle ad fidem Chriſti converti, ut à pietate Fidelium pecunias aucupentur.

5 Secundò, contingit *abuſus baptiſmi* ex parte collationis; cùm enim Sacramentum hoc in animâ imprimat characterem, & proindè iterabile non ſit (8), qui abſquè neceſſitate, ſciens, & volens, reiterat

terat

(1) *text. in cap. final. de Præsb. non bapt.*
(2) *l. 19. & l. 34. §. 1. ff. de Vſufr. apud Calvin. V. Abuti propriè.*
(3) *Archid. in cap. Privilegium 11 q. 3. Gloſſ. in Extrav. Io. 22. Ad conditorem in V. Vel abuſum.*
(4) *text. in cap. Sedes de Reſcr.*
(5) *cap. Pernicioſus de Celebr. Miſſ.*
(6) *cap. ſi Canonici in fin. de offic. ordin. in 6.*
(7) *cap. 1. & cap. final. Extra. de Præsbit. non bapt.*
(8) *Trident. ſeſſ. 7. de Sacram. cap. 9.*

Digitized by Google

terat *Baptiſmum*, illo abutitur. Dixi *abſquè neceſſitate*, quià ſi adſit neceſſitas, quià nempè adeſt dubium probabile, quòd aliquis non ritè baptizatus eſt, non ſolùm poteſt, ſed etiam debet ſub conditione baptizari, prout dicit *Canon*, *& D. Thomas* (9) Nec dici poteſt rebaptizatus, qui ſic conditionatè baptizatur; quià, ſi non purificatur coràm Deo conditio, quòd nempè ille baptizatus anteà non fuerit, ſecunda ablutio, ex defectu intentionis in Miniſtro, Sacramentum *Baptiſmi* non eſt: ſi autem re verà conditio ſubeſt, quià ille anteà nulliter baptizatus eſt, nequit dici reiteratus *Baptiſmus*, quià, ut habet *Canon* (10), *non intelligitur iteratum, quod ambigitur eſſe factum.*

6 Extrà caſum autem ſupradictum, reiterans *Baptiſmum*, ſciens, ac volens graviter delinquit contrà Sacramentum: & hìc diſtinguendum eſt; nàm, ſi quis *Baptiſmum* reiterat abſquè errore in intellectu, (puta, ſciens, aut credens ablutionem, quam confert, nullius eſſe valoris, ratione præcedentis *Baptiſmi*, ritè adminiſtrati) hic tenetur de ſolo facto, prout ſcribit *Pegna* (11). Si verò pertinacem errorem haberet in intellectu, quòd nempè homo, juxtà ſectam *Anabaptiſtarum*, poſſet, & deberet pluriès baptizari, iſte re verà eſſet hæreticus. Quod autem dicitur de Miniſtro rebaptizante, intelligendum eſt etiam de eo, qui ſciens ſe fuiſſe ritè baptizatum, ſibi *Baptiſmum* iterari faceret, aut pateretur; prout habetur in quâdam lege *Codicis* (12), & quàmvis in jure Canonico (13) non exprimatur pæna niſi Miniſtri rebaptizantis, tamen ratione correlationis tantum delinquit, qui ſe baptizari iterùm facit, ſicut, qui Baptiſmum denuò miniſtrat. Quod verò talis reiteratio fieri poſſit etiam abſquè errore in intellectu, ex puro motivo lucri, ex parte ſuſcipientis patet ex multis à Judaiſmo converſis, qui baptizati in uno loco, ad alium locum, valdè à primo remotum, pergunt, ibiquè ſe primò ab Hæbraiſmo velle converti fingunt, & alium *Baptiſmum* ſuſcipiunt, ut eleemoſynas colligant, erogari ſolitas à pietate fidelium in converſione alicujus infidelis ad veram fidem. Ex parte etiam Miniſtri idem eveniſſe, ſum Teſtis de quodam Parocho, qui, licèt ab obſtetricè publicâ, & teſtimonio aſtantium eſſet informatus, *Baptiſmum* fuiſſe ritè collatum cuidam infantulo, penè nato, cujus vita videbatur periclitari, ità ut non debebant fieri circà illum, niſi aliæ cæremoniæ Eccleſiaſticæ, ac conſueti exorciſmi; tamen ad captandam majorem eleemoſynam à Patrino, ac Matrinâ, ut in illâ regione fit, quandò integraliter, & cum ſolemnitate *Baptiſmus* miniſtratur, voluit puerum abſolutè (minimè appoſitâ clauſulâ Canonis (14) *ſi non eſt baptizatus &c.* iterùm baptizare.

7 Tertiò, contingit *abuſus* ex parte ſubjecti; ſiquidèm ſubjectum *Baptiſmi* non poteſt eſſe niſi homo, nempè animal, præditum animâ rationali, & actualiter vivens. Hinc eſt, quòd, ſi quis conferret *Baptiſmum* monſtro, aut *molæ*, quam paſsìm mulieres, malè affectæ pariunt, abuteretur *Baptiſmo*; monſtrum tamen dico, quod homo non ſit; nàm poteſt quidèm eſſe aliquis homo monſtruoſus; qui communiter monſtrum vocatur, & tamen homo eſt Baptiſmi capax. Monſtruoſus enim ex hoc redditur, quòd membra ſua aut ſunt ultrà conſuetum aucta, aut diminuta in mole, aut numero; aut ſunt tranſpoſita à naturali eorundem ſitu in corpore humano. Si autem caput humanum habet, communiter exiſtimatur homo, (cui in univerſali Doctorum (15) ſententiâ poteſt conferri *Baptiſmus*) quantùmvis cætera membra non humana habeat. Monſtrum autem abſolutè in hoc caſu eſt, quod caput humanum non habet, quàmvis aliquod aliud membrum humanum haberet; ſicut eſt *mola*, quæ aliquotiès rudis, ac informis maſſa carnis, motus; ac formæ alicujus alterius animalis expers eſt, & tunc nata mortua cenſetur; aliquandò verò extrà uterum adhuc vitalis eſt, & membra, ut præfertur, diverſa ab aliis animalibus habet; ſi enim membra certi alicujus animalis haberet, ut muris, ranæ &c. dicendus eſſet partus monſtruoſus, non *mola*, ut docet *Michael Etmullerus*. (16)

8 Si igitur Monſtro, aut *molæ* hujuſmodi viventi *Baptiſmus* confertur, *abuſus Baptiſmi*, ac crimen eſt, niſi hoc fiat ex ignorantiâ, quæ culpam tantùm, non dolum importat, & ideò malitiam criminis excludit ex notis juribus. Qui autem ſacrilegè baptizant corpora inanimata, ut monetam &c. aut etiam animata, ad ſortilegia, maleficia, incantationes &c. ipſi peſſimè *Baptiſmo abutuntur*. & de his alibi ſuo loco loquemur, cùm de ſortilegio agemus.

# Probatio.

*SUMMARIUM.*

9 *Probatio abutentis Baptiſmo ex parte materiæ, aut formæ, quomodò fiat.*

*Si abutens eſt vir doctus, probato facto, & ſcientiâ materiæ non idoneæ in baptizante, probatum eſt crimen.*

*Si eſt ruſticus, & ignorans, debet fiſcus probare in eo ſcientiam neceſſariorum ad Baptiſmum.*

10 *Abuſus Baptiſmi ex parte intentionis probari nequit, niſi per confeſſionem Rei.*

11 *Reiteratio Baptiſmi fit per Teſtes.*

9 QUò ad probationem committentis *abuſum in Baptiſmo* circà materiam, aut formam debitam, advertendum, quòd, probato per Teſtes, quòd Reus prætenſus uſus eſt liquore, quem ſciebat, non eſſe aquam naturalem; vel protulit formam, diverſam ab eâ, quam tradit Eccleſia, videtur probatum ſufficienter delictum. At hæc concluſio univerſaliter non eſt vera; ſed diſtinguendum eſt de perſonâ ſic abutentis. Vel enim eſt Clericus, aut vir doctus, ac eruditus in articulis fidei, ac præceptis Eccleſiæ; aut eſt ruſticus, rudis, ſivè mulier ignorans &c. ſi primum, in eo non præſumitur ignorantia juris, juxtà regulam, (17) præſumitur proinde, quòd ſciens, & volens, *abuſum* commiſerit; undè, probato facto externo, probatum præſumptivè (quò ad ſcientiam,

(9) *cap. de quibus Extra. de Bapt. D. Thom. Par. 3. q. 66. art. 9.*
(10) *text. in cap. Vienenſ. de Præsb. non bapt.*
(11) *Pegn. ad direct. Inquiſ. Par. 1. comment. 12. in fin.*
(12) *text. in l. ſi quis C. ne ſanct. bapt. iter.*
(13) *text. in cap. final. Extra. de Bapt. & ei. eſſ.*
(14) *text. in cap. 2. de Bapt.*

(15) *Bald. in l. non ſunt. in lect. & Add. ff. de ſtat. hom. Caball. Caſ 139. nu. 9. & ſeqq.*
(16) *Etmuller. Colleg. pract. ſpecial. cap. 6.*
(17) *cap. Ignorantia. de Reg. iur. in 6.*

Digitized by Google

tiam, ſinè quà crimen non datur) remanet delictum & tunc transfertur in Reum onus probandi ignorantiam, & quòd ex eà culpabiliter tantùm deliquerit. Si autem ſecundum; in ruſtico, ac perſonis idiotis regulariter juris ignorantia præſumitur (18), maximè circà tales res Sacramentales, quarum ſcientia magis requiritur in perſonà Eccleſiaſticâ, quàm in Laicâ; & ideò ad probandum crimen oportet, quòd probetur ab Accuſatore, ſeù Fiſco, Reum habuiſſe ſcientiam de qualitate materiæ, & formæ, neceſſariâ ad Sacramentum *Baptiſmi*, & quòd nihilominùs voluerit materiâ, aut formâ indebitâ uti.

10 Quò ad probationem intentionis (quòd nempè Miniſter *Baptiſmi*, licèt abluerit exteriùs baptizandum, tamen non habuit intentionem conferendi Sacramentum, imò poſitivam contrariam intentionem formavit), hæc ſimpliciter improbabilis eſt, tùm quià hæc latet animo; tùm quià hæc non eſt cauſativa alicujus actus externi, à quo poſſit præſumi de animo, ſeù intentione ſic agentis, ſicut eſt regulariter in aliis motibus animi, qui ex ſubſequenti facto conjici, ac præſumi poſſunt. Aliter igitur probari non poterit, niſi caſu, quo Reus ipſe extrajudicialiter intentionem talem manifeſtaverit, & conſtitutus in judicio confirmaverit extrajudicialiter manifeſtatum. Quod verò circà probationem intentionis dictum eſt de Miniſtro *Baptiſmi*, accipiendum etiam eſt de ſuſcipiente, qui contrariâ intentione ponit obicem Sacramento.

11 Circà probationem abuſus in reiteratione *Baptiſmi*, tùm ex parte Miniſtri, tùm ex parte ſuſcipientis nihil peculiare habetur; proindè probatio fieri debet more ſolito per Teſtes, ac alia legitima monumenta. Sicut etiam, reſpectu *abuſus* in baptizante ſubjectum non idoneum, ut rem inanimatam, brutum, aut monſtrum &c.

## Pœnæ.

*SVMMARIVM.*

12 *Pœna doloſè committentis abuſum in Baptiſmo ex parte materiæ, aut formæ, aut intentionis non reperitur in jure.*
13 *Committens abuſum in Baptiſmo ex parte intentionis mitti debet ad triremes.*
14 *Ratio poſita concluſionis.*
*Habens uſum rationis, quos actus ergà Deum teneatur elicere.*
*Per Baptiſmum flaminis homo fit membrum Chriſti.*
15 *Ex qualitate aggravante, abutens Baptiſmo ex parte intentionis poteſt morti tradi.*
16 *Pœna reiterantis Baptiſmi in conferente, & ſuſcipiente, de jure Civili eſt mors.*
*Talis pœna danda eſt etiam ſinè errore in intellectu.*
*Argumentum optimum deducitur à diverſitate Titulorum juris.*
17 *De jure Canonico rebaptizatus, & rebaptizans etiam occultè ſunt irregulares.*
*Talis pœna intrat etiam in rebaptizante laicaliter, ſi intervenit malitia.*
18 *Si in rebaptizatione intervenit error in intellectu, intrat pœna Hæreſis.*
19 *Punitus ob rebaptizationem juxtà Canones, an à Iudice Laico poſſit puniri pœnâ mortis, latâ per jus Cæſareum.*
*Negant Pegna, & Theſaurus.*
*De crimine merè Eccleſiaſtico judicare nequit Laicus.*
20 *Rebaptizatio non eſt crimen merè Eccleſiaſticum.*
*Eccleſia in quibus corrigat leges Imperiales.*
*Iudex Laicus, puniendo Hæreticum morte, exequitur leges Imperiales.*
21 *Doloſè rebaptizatus debet damnari ad mortem.*
22 *De pœnis baptizantium res inanimatas, remiſſivè.*

12 Cum crimen *abuſus in Baptiſmo* merè Eccleſiaſticum ſit, nulla pœna in jure Cæſareo reperitur prò hoc delicto ſancita, niſi de reiterantibus hoc Sacramentum, de quibus mox dicemus. Sed circà committentes *abuſum* in materiâ, aut formâ, aut intentione, nec Canonicam, nec Civilem pœnalem diſpoſitionem invenire licet; non enim in mentem *Summorum Pontificum*, aut *Cæſarum* unquàm venire potuit, quòd daretur unquàm homo, ità ſceleſtus, ut in tantam prorumperet impietatem. Diximus paulò ſuprà, non poſſe dari doloſum *abuſum* circà materiam, aut formam *Baptiſmi*, niſi fiat ad finem non conferendi Sacramentum; ſequitur proindè, quòd practicè doloſus *abuſus Baptiſmi* non datur ſinè intentione non conferendi Sacramentum, prout fuit in *Parocho Calabro*, qui ad vindictam contrà Principem ejus infantes ſacro lavacro abluebat cum intentione tamen poſitivâ eos non baptizandi, ut ſuprà dictum fuit.

13 Si ergò accideret ſimilis caſus, quænam pœna eſſet Reo irroganda? Dico, quòd non loquor de ſpontè, ac ſecretò comparente coràm Inquiſitore, aut Epiſcopo in foro Paſtorali, aut paterno; ſed de Reo, judicialiter convento, ac confeſſo, aliter enim, quàm ex propriâ confeſſione delictum hoc probari non poteſt. Cenſeo, quòd talis Reus eſſet ad triremes tranſmittendus; & ſi in multis infantibus tantum ſcelus commiſiſſet, dico, quòd etiam relaxandus eſſet brachio ſæculari, ultimo ſupplicio efficiendus.

14 Ducor, quià ſicut æterna vita animæ præferenda eſt temporali vitæ corporis, ità privans alterius animam æternâ vitâ, puniri debet magis, quàm adimens vitam alterius corporalem; & ſic abutens *Baptiſmo*, ut præfertur, puniri deberet pluſquàm homicida; & hoc quidèm verum eſt, ſi talis Reus directè intenderet non baptizare, ad hoc, quòd anima ejus infantis remaneret in peccato originali, ac privaretur gloriâ cœleſti, & infans moreretur antè uſum rationis; quià habens uſum rationis tenetur elicere actum fidei, ſpei, ac charitatis ergà Deum, ut communiter docent Theologi, & per tales actus fieret membrum Chriſti, & baptizatus eſſet *Baptiſmo* flaminis, ut ait Canon (19), nec ſibi malitia Miniſtri in Baptiſmo noceret.



(18) *Sfort. de In integr. reſtitut. Par. 1. quæſt. 9. Tuſch. litt. I. Concl. 13. Farinac. Fragm. crim. Par. 2. V. Ignorantia. nu. 373. & ſeqq.*

(19) *text. in cap. Veniens; Extrà. de Presb. non baptiz.*

15 Sed quià incapibile eſt, quòd homo, niſi Diabolicus ſit, de directò velit alicui animæ privationem gloriæ; ſed, ſi talem abuſum committit, hoc eſt ex motivo ultionis, ut de *Parocho Calabro* ſuprà dictum eſt; & etiam, quià privatio gloriæ non eſt effectus actionis in ſic abutente, (quià hæc eſt effectivè à peccato originali, occaſionativè autem à non conferente ritè *Baptiſmum*), ſicut mors corporis eſt effectus violentiæ impreſſæ ab homicidâ; ideò non debetur huic ſacrilego pœna ultimi ſupplicii, ſicùt debetur homicidæ, ſed paulò minor, puta, triremes. Verum eſt, quòd iſtius crimen, ſi qualificaretur à circumſtantiâ aggravante, puta, à conſuetudine talis abuſus, à numero infantium, ſic fraudatorum *Baptiſmo*, maximè, ſi nonnulli eorum antè uſum rationis deceſſerunt, à ſcandalo populi &c. deberet omninò tradi ultimo ſupplicio; ratio eſt, quià talis circumſtantia aggravans deberet aggravare ſuprà pœnam triremium perpetuam, quæ majorari nequit, niſi inferendo ſupplicium extremum.

16 Pœna reiterantis, abſquè neceſſitate, *Baptiſma* in jure civili (20), eſt ultimi ſupplicii tàm in rebaptizato, quàm in rebaptizante, ut obſervat *Pegna*. (21) Et adverto, quòd mens Imperatoris eſt, quòd tali pœnâ abſolutè puniatur committens talem reiterationem, etiam independenter ab hæreſi; hoc eſt, quantùmvis talis Reus non haberet errorem in intellectu circà reiterationem *baptiſmi*, ſed hoc faceret ex motivo lucri, aut alterius finis. Ratio eſt, quià diſtincti ſunt Tituli in Codice *de Hæreticis*, & de *reiterantibus Baptiſma*, quibus eadem pœna, puta ultimi ſupplicii ſancita eſt. Sequitur ergò, quòd, ſi datur pœna mortis reiteranti *Baptiſma*, hoc non ſit præcisè ex ratione hæreſis, à quâ talis reiteratio procedit, quià de pœnâ mortis, hæreticis dandâ in alio Titulo Imperator diſponit, undè ſuperflueret Titulus, *nè ſanctum Baptiſma iteretur*, quod non eſt admiſſibile in jure, in quo nihil ſuperflui datur ex vulgatis; & à diverſitate Titulorum optimum ducitur argumentum, prout communiter ſcribunt Juris utriuſque periti. Sequitur ergò, quòd quâvis ex causâ, quis abſquè neceſſitate *Baptiſma* reiterat, de lege Cæſareâ debet ultimo affici ſupplicio.

17 De jure autem Canonico, rebaptizatio etiam occulta facit rebaptizantem, rebaptizatum, & miniſtrantem in tali baptiſmo irregulares, ut dicunt plures Canones (22) & quàmvis in *cap.* 2. *de Apoſtatis* Textus loquatur de *Acolyto*, qui miniſtravit Sacerdoti rebaptizanti, tamen infertur idem de Sacerdote, per argumentum à fortiori, ut paſsìm dicunt Doctores (23) apud *Theſaurum*, qui cum *Sylveſtro*, *Angelo*, *Cardinali*, *&* *Ancharano*, advertit dictam concluſionem, extendi etiam ad baptizantem laicaliter, dummodò tamen in tali actu interveniat malitia gravis, hoc eſt mortalis peccati, ut *Barboſa*, & *Suarez* (24) ſcribunt.

18 Diſtinguendum autem puto caſum, etiam de jure Canonico, nempè aut in tali rebaptizatione intervenit, aut in conferente *Baptiſmum*, aut in ſuſcipiente, error in intellectu; aut non. Si non, concedo, quòd tale crimen de jure Eccleſiaſtico punitur ſolâ *irregularitate*: ſed ſi intervenit error, tales debent puniri tanquàm Hæretici; qui, ſi perſeverant in pertinaciâ, ſunt tradendi curiæ ſæculari. Undè in omni caſu rebaptizationis, Rei, tanquàm vehementer ſuſpecti de Hæreſi *Anabaptiſtarum*, aut *Novatianorum*, judicandi ſunt ab Inquiſitoribus. (25)

19 Sed dato, quòd quis punitus ſit ab Inquiſitore de hoc crimine, juxtà leges Canonicas, remanetnè locus Judici Laico exercendi contrà eundem pœnas Imperiales? *Franciſcus Pegna*, cui ſubſcribit *Theſaurus* (26) reſpondet negativè, quià malitiosè activè, aut paſſivè reiterans Baptiſma, errat in fide, & per conſequens eſt crimen merè Eccleſiaſticum, de quo inquirere, aut judicare nequit Judex Laicus, juxtà Textum. (27)

20 Sed tale fundamentum nutat, quià hoc delictum poſſit committi abſquè errore in fide, ut patet in his, qui hoc patrant ad purum finem lucri. Sequitur ergò, quòd non eſt merè Eccleſiaſticum, & de eo poteſt Judex Laicus judicare. Verum eſt, quòd Reus ſtatuendus eſt coràm Inquiſitore, ut cognoſcat in facto, àn intervenerit error circà fidem; ſed poſtquam Inquiſitor pœnas, juxtà jus Canonicum, incuſſit, non impeditur Judex Laicus, Imperiales ſanctiones exequi. Ratio eſt, quià, ut aliàs (28) probavimus, Eccleſia non corrigit Leges Imperiales, niſi in iis, quæ aliquo modò peccatum nutriunt, aut materiam ſacramentalem tangunt; pœnas autem, ab Imperatore ſancitas contrà Reos, ut rigor diſciplinæ Chriſtianæ ſervetur, minuere non intendit. Hæreſis profectò crimen Eccleſiaſticum merè eſt, & de hoc minimè judicat Laicus quò ad jus merè ſpirituale; tamen quò ad pœnas inferendas, ab Imperatore ſancitas contrà Hæreticos contumaces, procedit. Nec dicendum, quòd hoc facit ex mandato Eccleſiæ, relaxantis formalem Hæreticum brachio ſæculari; quià pœnam ſanguinis non tulit Eccleſia, quæ in traditione rogat Judicem Laicum, nè pœnam mortis inferat Hæretico. Sequitur proindè, quòd Judex exequitur tantùm pœnam Imperialem, poſtquam Eccleſia pœnam Hæretico intulit juxtà ſuas leges.

21 Sumus igitur in pari caſu, nàm dato etiam, quòd iteratio *Baptiſmi* ſit crimen merè Eccleſiaſticum, quod negamus, adhuc tamen debet Judex Laicus Cæſareas pœnas ultimi ſupplicii Reis dare, (ſi tamen Laici ſint) poſtquàm Eccleſiaſticus, juxtà jus Canonicum, illos punivit; & hoc maximè conducit ad bonum Chriſtianæ Reipublicæ, nàm rigor pœnarum exactiùs Chriſtianam diſciplinam tuetur, quam enervat mollis delictorum coercitio.

22 Quò ad pœnas baptizantium res inanimatas, aut bruta &c. de his loquemur infrà *§. Sortilegium*.

§. II.

(20) *text. in l. Si quis. C. ne ſanct. Bapt. iter.*
(21) *Pegn ad direct. Inquiſit. Par. 1. Comm. 13. init.*
(22) *cap. Confirmandum. 50. diſt. cap. Qui bis. de Conſecr. diſt. 4. cap. Qui in qualibet. 1. quæſt. 7. cap. Afros. 98. Diſt.*
(23) *Navar. Avil. Suar. Tolet. Coninck. & Barboſ. apud Theſaur. de Pæn. V. Baptiſma. cap. 1. nu. 1.*
(24) *Barboſ. ad cap. 2. de Apoſtat. Suar. de Cenſur. diſp. 31. ſect. 6. §. Sed quid.*
(25) *Anavi. in cap. 2. nu. 3. de Apoſt. Gloſſ. in Rubric. C. Ne ſanct. Bapt. iter.*
(26) *Pegn. ad direct. Inquiſit. Par. 1. Comm. 13. verſ. Sed numquid Theſaur. V. Baptiſma cap. 1. in fin.*
(27) *text. in cap. Ut Inquiſitionis. §. Probibemus. de Hæret. lib. 6.*
(28) *Tit. 4. §. Raptus. nu. 9.*

Digitized by Google

## §. II.

# Abuſus in Euchariſtia.

*SVMMARIVM.*

1 *Abuſus in Euchariſtiâ enormiſſimum eſt ſacrilegium.*
2 *Quotupliciter contingat abuſus immediatus contrà Euchariſtiam.*
3 *Sacrilegium immediatum contrà Euchariſtiam, an contineat crimen læſæ Majeſtatis in primo capite.*
*Cajetani opinio negans.*
4 *Impugnatur Cajetanus.*
*Tale crimen eſt læſæ Majeſtatis Divinæ in primo capite.*
5 *Maculans luto doloſè purpuram Regis, lædit Majeſtatem ejus perſonæ.*
6 *Furans Euchariſtiam eſt ipſo jure excommunicatus.*
*Furans ſacram pixidem, & occaſionativè Euchariſtiam, atrociùs puniendus, quàm furans aliam ſacram ſupellectilem.*
*Vaſa ſacra tangere Laicis vetitum.*
7 *Furans Euchariſtiam ad ſortilegia duplici ſacrilegio peccat.*
*Abutens Euchariſtiâ acceptâ de manu Sacerdotis, etiam ad bonum finem excommunicatur.*
8 *Evomens Euchariſtiam committit impropriè ſacrilegium.*
9 *Pœna Canonica contrà vomentes Euchariſtiam.*
*Per quantum temporis debet quis, acceptâ Euchariſtiâ, abſtinere à cibo juxtà Decretum S. Clementis Papæ.*
10 *Quomodò committatur abuſus in Euchariſtiâ circà ejus cuſtodiam.*
*Pœna Sacriſtæ, malè cuſtodientis Euchariſtiam.*
*Lampas jugiter ardere debet antè Euchariſtiam.*
*Miſſa celebranda accenſis luminibus.*
*Abuſus Praſbiteri Brixienſis celebrantis abſquè candelis, & ejus pœnæ.*

1 SEcunda ſacrilegii, & quidèm enormiſſimi, ſpecies eſt; quod committitur in *abuſu Euchariſtiæ* ſacroſanctæ præ cæteris Sacramentis, rebuſque ſacris, cùm Auctorem ipſius ſanctitatis, corpus ſcilicèt, animam, ac Divinitatem D. N. I. C. realiter contineat.

2 Poteſt autem primò committi hoc ſacrilegium in immediatam iniuriam, aut vilipendium contrà eam inferendo, ut ſi quis eam pedibus conculcaret; brutis comedendam proiiceret; in ſterquilinium, aut ignem iniiceret; aut cultro, ſeu pugione dilaceraret; ac aliis multis modis contemptus, pròut in diverſis locis factum fuiſſe à Judæis, Hæreticis, aliiſque Infidelibus, cum inſignium miraculorum eventu, paſsìm legatur in *Magno ſpeculo exemplorum, libro Apum; Pratoque florido &c.*

3 Dubitari circà hoc contingit, an tale ſacrilegium habeat rationem criminis læſæ Majeſtatis Divinæ in primo capite, ut potè, quòd per illud immediatè impetitur Divina perſona? *Cajetanus*, (1) pròut refertur à *Deciano* (2) ſentit, quòd *non dicitur committere ſacrilegium contrà ſanctitatem perſonæ, & contrà ſanctitatem rei*, & ex conſequenti non delinquere crimine læſæ Majeſtatis in primo capite, qui tale ſcelus attentat: Ratio eſt, quià *perſona, & corpus Chriſti, pròut corpus verè eſt in Cœlo, quomodò non eſt in Sacramento Euchariſtiæ: quià ibi, quàmquam ſit Corpus Chriſti, tamen non eſt per modum corporis, ſed per modum rei, velatæ ſub ſpeciebus Sacramentalibus*. Hæc *Cajetanus*. *Decianus* autem illum recitans, ſe remittit circà tale dubium ad Theologos.

4 Sed, ſalvâ tanti Doctoris reverentiâ, dico, quòd ſententia *Cajetani* non ſubſiſtit; & quòd in tali ſcelere committitur verum crimen læſæ Majeſtatis in primo capite. Ratio eſt, quià realis, & vera perſona Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus panis, ac vini; & quàmvis ejus corpus non ſit in *Euchariſtiâ*, ſub modo quantitativo, eſt tamen ſub modo reali, non autem figurato, aut relato ad corpus, quod eſt in Cœlo. Sequitur igitur, quòd iniuria, illata *Euchariſtiæ*, terminatur ad veram, ac realem perſonam Regis Regum; & proindè interveniat in eâ verum crimen læſæ Majeſtatis Divinæ in primo capite, cùm perſona Chriſti divina ſit, ut fides docet.

5 Nec facit contrà hoc, quòd in *Euchariſtia* non habeatur corpus Chriſti per modum corporis, ſed per modum rei, velatæ ſub ſpeciebus. Quià, quàmvis corpus Regis veletur, aut veſtiatur purpurâ, non tamen tollitur, quin in corpus Regis inferatur iniuria, quæ tamen ad purpuram phyſicè terminatur; undè ex contemptu faciens lutum in purpuram Regis, crimen committeret Majeſtatis læſæ in primo capite. A pari ergò, ſpecies ſacramentales velant corpus Chriſti reale, ut purpura corpus Regis; ſequitur igitur, quòd iniuria, phyſicè terminata ad ſpecies realiter, offendit corpus Chriſti. Accedit, quòd perſona Chriſti Domini immaterialis omninò eſt, & ſimul realiter cum animâ, & corpore ipſius in Euchariſtiâ eſt; ſequitur ergò, quòd, quàmvis corpus Chriſti non ſit in Euchariſtiâ ſub modo quantitativo, ibi tamen eſt verè, & realiter illius perſona, quæ contumelioſè afficitur ex contemptu Euchariſtiæ, & reddit crimen læſæ Majeſtatis in primo capite.

6 Secundò, committitur hoc ſacrilegium in furto ipſius *Euchariſtiæ* è ſacro ciborio; ob quod incurritur ipſo jure excommunicatio, ut ex *Franciſco de Plateâ*, & *Archidiacono* colligit *Decianus*. (3) Diſtinguendi autem ſunt circà hoc caſus: nàm furans, vel habet intentum principale furandi *Euchariſtiam*, ut eâ utatur ad ſuperſtitiones, incantationes &c.



(1) *Caietan. in 2. 2. q. 99. art. 1. in 4. col. in fine verſ. Ad obiectionem ergo.*
(2) *Decian. Tract. crim. lib 6. cap. 16. nu. 2.*
(3) *Franciſc. de Plate. Tract. de Excom. §. 29. nu. 8. Archid. in cap. Corpora. de Conſecr. Diſt. 1. Decian. lib. 6. cap. 30. nu 38. Tract. crim.*

Digitized by Google

aut intendit principaliter furtum Sacræ pixidis, ad eam conflandam, ac vendendam, & occaſionativè tantùm etiam *Euchariſtiam* aſportat. In ſecundo caſu, furtum quidèm ſacrilegum committit, & de vaſo conſecrato, quod Corpus Chriſti conſervat, ob quod acriùs debet puniri, quàm ſi Eccleſiaſticam aliam ſupellectilem benedictam tantùm auferret, ut alibi obſervat idem *Decianus* (4), attento maxime, quòd ſimul cum furto cumulatur tactus prohibitus vaſis Sacri, quod tangere Laicis vetitum eſt, ut dicitur in jure. (5)

7 In primo verò caſu, iniuria principaliter, ac ex inſtituto tendit ad perſonam Chriſti Domini, & ſimul cum atrociſſimo ſacrilegio, cumulatur etiam Diabolica ſuperſtitio, per quam dupliciter in hoc caſu violatur religio. Et quàmvis non interveniret furtum ſacrilegum; neque etiam ſuperſtitio, ſed quis de manu Sacerdotis acceptam *Euchariſtiam* minime deglutiret, ſed eam aſportaret ad aliquem finem, etiam non malum, ut prò remedio infirmitatis; ad propulſandas ab agris, ac vineis tempeſtates, à Dæmone ſuſcitatas &c. ſic deferens, ut ſacrilegus excommunicatur, ut habetur in quodam Concilio. (6)

8 Tertiò, committeretur ſacrilegium, (quàmvis impropriè) ſi quis per ebrietatem Sacram *Euchariſtiam* euomeret. Dixi impropriè ſacrilegium, etenim ad hoc requiritur deliberata voluntas, ac plenus dolus; vomitus autem, ut ſuppono, involuntarius eſt, & cauſativè tantùm (nempe per ebrietatem, quæ & ipſa poteſt etiam eſſe culpabilis in ſolâ cauſâ) procurata. Quòd, ſi vomitus voluntarius eſſet, utpotè procuratus ad remedium ebrietatis, gravior eſſet culpa; debet enim ille ſupportare potiùs aliquam moleſtiam ex nimietate cibi, quàm tantam irreverentiam ergà *Auguſtiſſimum Sacramentum oſtendere:* attento maxime, quòd ipſe ſuâ intemperantiâ moleſtiam illam ſibi procuraſſet.

9 Habetur autem Canon, (7) ſanciens, quòd, ſi per ebrietatem, aut voracitatem (quæ aliquandò cauſat vomitum ex nimis feſtinatâ comeſtione, ortâ ab inordinatâ, ac immoderatâ cibi appetentiâ) quis ſacram *Euchariſtiam* vomuerit, ſi ille Laicus ſit, debet pœnitere per quadraginta dies; ſi eſt Clericus, aut Monachus, per ſeptuaginta; ſi vero Epiſcopus, per nonaginta dies. Et ratio eſt, quià, poſt aſſumptam ſacram *Euchariſtiam*, debet quivis, antequàm communes cibos ſumat, tantum temporis attendere, ut ſpecies ſacramentales digeri queant à calore nativo; ſivè, (ut volunt Neoterici Medici) à fermento digeſtivo ſtomachi; quod fieri non poteſt ad minùs, quàm intrà dimidiam horam. *Divus* tamen *Clemens Papa* (8) ordinavit, quòd qui manè *Euchareſtiam* ſumpſit, abſtineat a communi cibo uſquè ad ſextam, qui verò horâ tertiâ eam ſumpſit, antè horam nonam non comedat: ſed hoc ampliùs non ſervatur; imò ab aliquibus Sacerdotibus itur de Miſsâ ad menſam, quod certè irreverentiam importat ergà venerabile Sacramentum.

10 Quartò committitur *abuſus in Euchariſtiâ*, ſi illa nimìs negligenter cuſtodiatur. Diviniſſimi hujus theſauri cuſtodiam Eccleſia ſuis Miniſtris ſedulò iniungit; undè in ſuis *Canonibus* (9) ſpecialem Titulum ordinavit *de Cuſtodiâ Euchariſtiæ*, ſtatuitque, quòd tùm illa, tùm ſacrum Chriſma aſſeruetur in Eccleſiâ ſub fideli clavium cuſtodiâ, nè poſſint á muribus corrodi, aut lambi, ſivè ad ea temeraria manus extendi. (10) Quòd, ſi is, qui demandata eſt talis cuſtodia, eam *incautè reliquerit*, ob talem negligentiam, ob quam iniuriâ afficitur *Euchariſtia*, debet ipſe per trimeſtre à proprio officio ſuſpendi. Si autem *per ejus incuriam aliquid nefandi indè contigerit*, (ut nempè *Euchariſtia* fuerit à muribus corroſa; aut furto ſublata) *graviori ſubiacere debet ultioni*, arbitrio nempè Prælati, infligenda. *Abuſus* etiam eſſet, ſi abſquè lampade jugiter ardente cuſtodiretur *Euchariſtia* contrà præceptum, factum *Moyſi* à Deo dicente. *Ignis in conſpectu meo ſemper ardebit, Levit. cap.* 6. ℣. 12; aut ſi Miſſa celebraretur ſinè candelis accenſis, ut faciebat Præsbiter ille Brixienſis, de quo loquitur *cap. final. de Celebrat. Miſſarum*, qui fuit ob hoc, & alios abuſus circà *Euchariſtiam*, Officio, & Beneficio privatus.

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

11 *Circà probationem abuſus in Euchariſtiâ nihil peculiare eſt.*

12 *An à Fiſco probandum ſit, quòd particula, reperta apud indiciatum de ſortilegio, ſit conſecrata, remiſſivè.*

11 Circà probationem hujus criminis, nihil peculiare occurrit, quod in aliis criminibus non ſervetur; ſivè igitur loquamur de contumeliâ, & contemptu *Euchariſtiæ* juxtà primum modum ſuprà expreſſum; ſivè de furto ipſius ad maleficia, aut incantationes, probationes ejus criminis debent fieri per congruentes Teſtes, & Rei confeſſionem.

12 Inquirendum hìc eſſet, an ſpectat ad accuſatorem, aut Fiſcum probare, conſecratam eſſe particulam, quam cum aliis ſignis maleficii, aut ſortilegii inveniri contigerit in viſitatione corporis, aut indumentorum ejus, qui in ſacro Tribunali indiciatus eſſet de ſortilegiis ad ſe muniendum contrà arma, (qui vulgò dicitur eſſer *ingermato*), aut de aliis maleficiis. Sed quià hujus tractatio magis propriè ſpectat ad paragraphum *Sortilegium*, de quo infrà, illuc Lectorem remittimus.

Pœ-

(4) *Decian. Tract. crimen. lib. 6. cap. 30. nu. 19.*
(5) *cap. In ſancta. de Conſecr. diſt. 1.*
(6) *Concil. Tolet. 11. cap. 11. apud Laura. Epitom. V. Euchariſtia à quibus.*
(7) *text. in cap. Si per ebrietatem de Conſecr: diſt. 2.*
(8) *D. Clem. Papa Epiſt. 2. & habetur in cap. Tribus gradibus. de Conſecr. Diſt. 2.*
(9) *Extra. de Cuſto. Euchariſt. lib. 3. Tit. 44.*
(10) *text. in cap. Statuimus. de Cuſt. Euchar.*

Digitized by Google

## Pœnæ.

*SVMMARIVM.*

13 *Pœna abutentis Euchariſtiâ, contumelioſè in eam agendo, eſt mors qualificata.*
14 *Furans Euchariſtiam, principaliter intentam in furto, debet mori qualificatè.*
15 *Furans pixidem cum Euchariſtiâ, debet pariter ſupplicio extremo qualificato puniri.*
*Talis pœna fuit executa Neapoli.*
16 *Pœnæ prò abuſibus aliis in Euchariſtiâ, expreſſæ ſunt ſuprà nu. 8. & 10.*

13 SUppoſito eo, quod ſuprà *num.* 4. probavimus, quòd nempè contumelia, ac iniuria, facta ſacræ *Euchareſtiæ*, continet verum crimen læſæ Majeſtatis Divinæ in primo capite, evidens eſt, quòd prò *abuſu in Euchariſtiâ*, primo modo ſuprà expreſſo, debetur pœna, qualificata ultimi ſupplicii, & acrior eâ, qùæ debetur prò crimine læſæ Majeſtatis humanæ. Ratio eſt, quià quò magìs præſtat perſona æterni, quàm terreni Regis, eò magìs aggravatur ejuſdem ſpeciei crimen, commiſſum in illam, quàm in hanc: æquum igitur eſt, quòd pœna criminis Majeſtatis læſæ Reo incutiatur, cùm hoc tamen, quòd iſtius ſupplicium aliquâ qualitate aggravetur, quæ reſpondeat majori dignitati Majeſtatis læſæ, ac gravitati delicti ſuprà conſuetum crimen offenſæ Majeſtatis humanæ.

14 Pœna ſacrilegii in *Euchariſtiâ*, ſecundo modo ſuprà *num.* 6. expreſſi, debet pariter eſſe ultimi ſupplicii. Ratio eſt, quià vel furtum principaliter intentum eſt de *Euchariſtiâ* ipsâ ad aliquem uſum ſuperſtitioſum, aut non, ſemper tamen illicitum: vel eſt principaliter de ſacrâ pixide, aut oſtenſorio, ſivè radio, occaſionativè autem de ſacrâ *Euchariſtiâ*, in iis contentâ. Si primum, evidens eſt, quòd debetur furi ultimum ſupplicium, non ſimplex, ſed qualificatum, tùm quià furatur rem inæſtimabilis pretii; tùm quià in furto tali triplex ſacrilegium copulatur, puta, in perſonam Divinam, ibi exiſtentem, cui fit iniuria; in locum ſacrum, à quo aufertur ſanctitatis ipſius Auctor, & tertiò, reperitur ſacrilegium in abuſu ſacratiſſimæ rei. Cùm igitur tot aggravantes circumſtantiæ interveniant, liquet, quòd delinquenti, ut præfertur, debetur mors etiam qualificata, ut dicam hoc eodem Titulo §. 6. *Sortilegium num.* 62.

15 Si ſecundum, non minùs debetur ultimum ſupplicium, tùm quià furto ſacri vaſis ſuper omnia reveribilis (ratione conſecrationis per oleum ſanctum, & ejus, quod in ipſo vaſe continetur), copulatur ſacrilegium furti corporis Chriſti, quod, quàmvis non ſit principaliter intentum, non deſinit tamen eſſe patratum. Imò urget contrà Reum præſumptio, quòd aſportando cum ſacro vaſe etiam Corpus Chriſti, hujus furtum fuerit æquè principaliter intentum; nàm, ſi illius tantùm facere intendiſſet, reliquiſſet in ſacro ciborio Euchariſtiam; quòd, ſi eam æquè abſtulit, ſignum eſt, quòd etiam ejus furtum principaliter intendit; undè debetur ei mors qualificata. Et ſic practicatum fuit Neapoli cum quodam, qui ſacram pixidem cum particulis conſecratis furatus eſt ex Aede Montis Calvarii, qui captus in flagranti crimine, intrà quatuor horas à commiſſo delicto, fuit furcis ſuſpenſus, in fruſtâ diſſectus, & tandem combuſtus.

16 De pœnis autem ſacrilegii in Euchariſtiam, tertio, & quarto modo accepti, de quo dictum fuit ſuprà *num.* 8. & 10. nihil reſtat dicendum, cùm tale delictum propriè non ſit, quod judicialiter puniatur. Pœnæ autem Canonicæ, quæ prò ipſo infe« runtur, ſatis ſunt in locis citatis expreſſæ.

# §. III

# Abuſus in Ordine.

*SVMMARIVM.*

1 *Plures modi, quibus poteſt committi abuſus in Ordine.*
2 *Tractandorum propoſitio.*
*Regulariter hoc crimen nequit committi ſinè crimine falſi.*
3 *Aetas legitima prò ſuſcipiendis ſingulis Ordinibus.*
*Anni aſſignata ætatis ad recipiendos Ordines ſufficiunt incæpti.*
*In favorabilibus annus inceptus habetur prò completo.*
4 *Quis dicatur furtivè Ordines ſuſcipere.*
5 *Opinio, quòd furtivè Ordines ſuſcipiens characterem non recipiat.*
*Contraria ſententia eſt verior.*
*Furtivè ordinatus, obtentâ diſpenſatione ab irregularitate, ad cautelam debet ordinationem ſub conditione repetere.*
6 *Promoti per ſaltum qui ſint.*
*Promotus eſt per ſaltum, qui, omiſsâ primâ Tonſurâ, Ordines ſuſcipit.*
*Recipiens Ordinem fictè, & mox ad Ordinem ſuperiorem aſcendens, promovetur per ſaltum.*
*Ordo ſuperior eminenter continet inferiores.*
7 *De Ordinatis per falſas Dimiſſoriales, remiſſivè.*
8 *Abutitur Ordine, qui uſurpat miniſterium Ordinis ſacri, quo inſignitus non eſt.*
*Hoc procedit tùm in Clerico, tùm in Laico.*
*Extenditur etiam ad actum, adnexum Ordini ſacro ex inſtitutione Eccleſiæ.*
*Vſurpans munera Sacerdotis eſt ſuſpectus de Hæreſi.*

Plu-

Digitized by Google

1 PLures *abuſus* in Sacramento *Ordinis*, ſivè in ſuſcipiendo, ſivè in miniſtrando poſſunt contingere: nàm poteſt quis antè legitimam ætatem *Ordines* ſivè *Minores*, ſivè *Sacros* ſuſcipere; pariter ad ordinationem accedere cum impedimento Bigamiæ, aut matrimonii conſummati; aut excommunicationis, aut irregularitatis; item ordinari ſe facere in fraudem fori ſæcularis, ad evadendam debitam criminis pœnam, aut in fraudem munerum, aut onerum Laicalium; præterea *Ordines* recipere furtìm, aut ſinè juſto titulo beneficii, patrimonii, aut Religioſæ paupertatis; itidem per ſaltum illos ſuſcipere; aut non ſervatis interſtitiis; aut à non ſuo Epiſcopo; aut ſinè litteris commendatitiis, ſivè Dimiſſorialibus proprii Prælati; tandemque exercere miniſterium *Ordinis Sacri*, ad quem non fuerit legitimè promotus.

2 De omnibus his tractare prolixum eſſet, ac ſuperfluum tùm quià de his plenâ manu per plura capitula tractat *Theſaurus* (1), ad quem Lectorem ablegamus; tùm quià raro ad forum contentioſum deducuntur nonnulli, de quibus nunquàm audivi inſtitutum fuiſſe judicium criminale. Dicemus proindè de nonnullis, qui ad forum contentioſum ſolent deduci. Hoc autem univerſaliter advertendum eſt; quòd attentâ diligentiâ Cancellariorum Epiſcopalium, qui non admittunt quemquam ad Ordines, niſi priùs recognitis ipſorum legitimis documentis ſcriptis; regulariter tales *abuſus* minimè poſſunt committi ſinè crimine falſi, nempè præſentando falſas atteſtationes circà ætatem; aut Ordines ſuſceptos; aut adulterinas commendatitias, ſivè Dimiſſorias &c.

3 Primus *abuſus* eſt eorum, qui antè legitimam ætatem *Ordines* ſuſcipiunt. Aetas porrò legitima prò ſuſcipiendâ primâ tonſurâ, ac *Minoribus Ordinibus* eſt ſeptem annorum completorum. (2) Et quàmvis nonnulli Auctores poſt quandam *Gloſſam* (3) prò Acolitatu requirant ætatem quatuordecim annorum; alii verò (4) duodecim; tamen communis opinio, de quâ teſtatur *Diana* (5), eſt, quòd ſufficiat ſeptennium completum. Prò Subdiaconatu autem requiruntur anni vigintiduo; prò Diaconatu vigintitres, & prò Præsbiteratu vigintiquinquè, ut diſponit *Tridentinum* (6) qui anni non requiruntur completi, ſed ſufficiunt incæpti (7) in favorabilibus enim annus incæptus habetur pro completo. (8)

4 Secundus *abuſus* eſt eorum, qui furtivè *Ordines* ſuſcipiunt, de quibus habetur in jure (9) Titulus ſpecialis. Dicitur autem furtivè *Ordines* ſuſcipere, qui non priùs recognitus, vel examinatus & admiſſus ab Epiſcopo; nec in numero ordinandorum nominatus à Cancellario, ultrò, furtivèquè ſe jungit aliis ordinandis, & ſic ordinationem ſurripit, ut ex jure (10) deducunt Doctores.

5 Controvertunt porrò Doctores, an qui ſic furtivè ordinatur, recipiat charactèrem caſu, quo Epiſcopus antè ordinationem proteſtatus ſit, *ſe non intendere ordinare non examinatos, non approbatos, aut qui falſas literas ſui Superioris, aut adulterinas atteſtationes ætatis, aut Ordinum idm ſuſceptorum protulerit &c.* Sententia nonnullorum (11) eſt, quòd ex defectu intentionis in Epiſcopo ordinante nullius valoris reddatur ordinatio, ſicquè character non imprimatur. Alii (12) verò, melioribus ducti fundamentis, contrarium aſſerunt, Siquidèm Epiſcopus in illâ ordinatione circà ſingulos ſibi præſentatos intendit facere, quod facit Eccleſia, ità ut in actu practico, ac exercito circà quamlibet intendit, quod Eccleſia intendit, & per talem practicam intentionem, & factum, quod exhibet, recedit ab illâ proteſtatione, & intentione, quæ eſt vaga, ac indeterminata; intentio autem, & factum practicum circà ſingulos, per quæ facere intendit circà eos, quod intendit Eccleſia, prævalet, & excludit quidquid inducere poteſt intentio prior vaga, confuſa, ac indeterminata. Placet tamen circà hoc conſilium *Theſauri* (13) qui ait tutiùs eſſe, quòd furtivè ordinatus poſt obtentam diſpenſationem ab irregularitate, quam incurrit, ut infrà dicemus, ſe faciat promoveri ſub conditione ad Ordines furtivè ſuſceptos, in materiâ enim Sacramentorum ſecurior pars eligenda eſt, & reiterandum Sacramentum, de quo probabiliter dubitatur, quod fuerit nulliter collatum.

6 Tertius *abuſus* eſt eorum, qui per ſaltum *Ordines* recipiunt. Tales ſunt, qui omiſſo aliquo *Ordine* inferiori, ſuperiorem recipiunt. Quàmvis autem prima Tonſura Ordo non ſit, ſed præparatio tantùm ad Ordines, tamen dicitur per ſaltum promotus ille, qui à ſtatu merè Laicali tranſit ad ordinem Clericalem, ommiſsâ tali præparatione. (14) Et hoc pariter eſt de eo, qui fictè, hoc eſt cum interiore diſſenſu *Ordinem* inferiorem ſuſcepit, & mox ad ſuperiorem ſe facit promoveri; & ratio eſt, quià ut communiter ſentiunt Theologi (15) fictè recipiens *Ordinem*, nihil de eo recipit, & perindè eſt, ac ſi ad ſacram ordinationem minimè acceſſiſſet. Valida quidèm eſt collatio *Ordinis*, per ſaltum ſuſcepti, ità ut minimè debeat iterari, quià *Ordo* ſuperior, qui reci-

---

(1) *Theſaur. de Pan. Par. 2. V. Ordo. à cap. 1. ad 31.*
(2) *text. in cap. final. de Temp. ordin. in 6. cap. In ſingulis. 77. Diſt.*
(3) *Gloſſ. in cap. In ſingulis. in V. Quatuordecim. 77. Diſt. Sayr. de Cenſur. lib. 6. cap. 12. nu. 6.*
(4) *Tolet. Sà Reginal. Filliuc. apud Theſaur. V. Ordo. cap. 1. ℣. Ad Acolytorum.*
(5) *Dian. Par. 1. Tract. Miſcell. 2. Reſol. 29. & ibi Cucc. Garzi. & Bonac.*
(6) *Trident. Seſſ. 23. cap. 12. de Reform.*
(7) *Navar. Manual. cap. 25. nu. 116. Sanch. opuſc. lib. 7. cap. 1. Dub. 33. nu. 4.*
(8) *Sanch. loc. cit. nu. 7.*
(9) *Tit. 30. lib. 5. decretal.*
(10) *arg. cap. 1. junct. Gloſſ. de eo qui fur. ord. Maiol. Filliuc. Sayr. Suar. apud Theſaur. V. Ordo. cap. 7. ℣. Advertendum.*
(11) *Navar. Salzed. ad Diaz Rebuff. Barboſ. apud Theſaur. loc. cit. verſ. 2. Item furtiuè. Lauret. de Franch. Contr. int. Epi. & Regul. Par. 1. Decret. ſup. ordin. Regul. quæſt. 28.*
(12) *Victor. Laym. Suar. Henriq. Sanch. Bonac. Conincb. Granad. Portel. Præpoſit. Lezan. apud Paſqualig. ad Lauret. de Franch. Par. p. nu. 328.*
(13) *Theſaur. de Pan. Par. 2. V. ordo. cap. 7. ℣. 2. Item furtivè. in fin.*
(14) *Sayr. de Cenſ. lib. 4. cap. 14. nu. 26.*
(15) *D. Thom. Par. 3. quæſt. 68. Palud. in 4. diſt. 4. quæſt. 5. §. Secundò vidend. Suar. de Sacram. diſp. 14. ſect. 2. §. Dico tamen.*

Digitized by Google

recipitur continet virtualiter, aut eminenter omnes inferiores, ut poſt *D. Thomam* tradunt Doctores, (16) tamen *Ordo* omiſſus debet recipi ritè, ac legitimè, ut queat taliter per ſaltum ordinatus licitè in ſuſcepto *Ordine* miniſtrare. (17)

7 Quartus *abuſus* eſt eorum, qui falſis literis dimiſſorialibus, aut commendatitiis ſuorum Prælatorum ad ordinationem accedunt: ſed quià de iſtis locuti ſumus *Tit. 6. paragr. literarum falſificatio. nu. 37.* illuc Lectorem remittimus.

8 Quintus *abuſus* eſt eorum, qui exercent miniſterium *Ordinis Sacri*, quo non ſunt inſigniti, de quibus habetur Titulus in jure; (18) & quamvis ibi tùm Rubrica, tùm Textus loqui videatur de Clericis, deciſio tamen, & regula Textus non limitatur ad ſolos Clericos, ſed extenditur etiam ad Laicos, ut communiter ſentiunt Doctores. (19) Procedit autem hoc crimen non ſolummodò exercendo miniſterium ipſum ſacri *Ordinis*, ſed etiam exercendo actum *Ordini* adnexum ex inſtitutione Eccleſiaſticâ, ſi tamen adnexus ſit, tanquàm actus *Ordinis* (20), prout ſunt multæ benedictiones, & conſecrationes, quæ à ſolis Sacerdotibus, aut Epiſcopis fiunt. Extenditur autem hoc crimen etiam ad malitiam ſuſpicionis hæreſis, caſu, quo aliquis, (quiſquis ille ſit ſivè Clericus, ſivè Laicus) uſurpet munera Sacerdotis, Miſſam celebrando, ſeù Sacramentales Confeſſiones excipiendo; proindè juxtà Apoſtolicas ſanctiones (21) debent Rei de tali crimine ab Inquiſitoribus cogi abjurare de vehementi.

## Probatio.

S V M M A R I V M.

9 *Probatio abuſus in Ordine ob defectum ætatis eſt difficilis.*

10 *Ætas minor requiſitâ probanda eſt à fiſco, aut accuſatore.*

*Quomodò probetur ætas.*

*Obſtetrices faciunt probationem indubitatam de ætate.*

*Poſt has conſanguinei, aut vicini.*

*Deponentes de circumſtantiâ notabili anni, probant annum nativitatis.*

11 *Probatur ætas ex libro domeſtico Patrisfamilias.*

*Pariter per Epiſtolam ſcriptam à Patre alicui amico ſuper ortu filii.*

*Itidem per geneſim Aſtrologicam.*

*Probationes prædictæ ſupponunt, Patrem unicum habuiſſe filium, ità nominatum, ut ex dictis monumentis apparet.*

12 *Probatur ætas per librum publicum, in quo nomina civium deſcribuntur.*

13 *Probatur concludenter per librum baptiſmalem Parochi.*

14 *Quomodò probetur furtiva Ordinum ſuſceptio.*

15 *Probatio Ordinis per ſaltum ſuſcepti, quo pacto fiat.*

16 *Quid probandum in crimine miniſtrationis in Ordine non ſuſcepto.*

9 Probationem ætatis difficilem eſſe, docuit *Bartolus* (22), proindè dicendum eſt, quòd difficilis etiam ſit probatio criminis, in quo aliquis antè legitimam ætatem ad *Ordines* acceſſit. Sed *Bartoli* doctrina accipienda eſt, quandò deſunt authenticæ ſcripturæ nativitatis, ſivè Baptiſmi, ut infrà dicemus; ſi enim hæ adſint, facilis evadit per eas probatio ætatis.

10 Advertendum autem, quòd cùm hoc crimen conſiſtat in defectu ætatis, & accuſatori incumbat onus probandi crimen, ac illius qualitatem, ætas minor legitimâ probanda eſt ab Accuſatore, ſeù fiſco, ut dicunt Doctores. (23) Probatur autem primò per Teſtes (24), inter quos primum locum tenent obſtetrices, quæ viderunt puerum de ventre exire, iſtæ ſiquidèm faciunt probationem indubitatam; (25) poſt has conſanguinei, & vicini, quià hi præſumuntur meliùs ſcire res cognatorum, ac vicinorum, quàm exteri, ac remoti, (26) & quamvis non recordentur de anno præciſè, concludenter tamen probant, ſi deponunt ſuper notabili circumſtantiâ illius anni, ut potè dicendo *fuit annus, in quo fuit creatus Papa talis; aut Imperator venit in Italiâ; aut mortuus eſt Rex &c.* Ratio eſt, quià per tales circumſtantias notorias, & quas multiplicari non contingit, ſufficienter individuatur annus.

11 Probatur pariter ex libro domeſtico, in quo Patres familias adnotare ſolent notabilia accidentia propriæ domus, *ut tali anno duxi uxorem; tali mortua eſt mea prima uxor; tali anno, die, ac horâ natus eſt mihi filius &c.* tales enim libri probant. (27) Ratio eſt, quià cùm tales adnotationes fiant independenter ab omni intereſſe, ac utilitate ſcribentis, præſumitur, quòd puram veritatem ſcripſerit. Hoc pariter dicendum eſt de Epiſtolâ familiari, in quâ Pater ſcripſerit ad conſanguineum, ſivè amicum, ſibi *tali die natum eſſe filium*. (28) Et idem dicendum eſt, ſi in domo Patris reperiatur genitura aſtrologica, facta rogata Patris ab Aſtrologo, ibi enim pro fundamento

(16) *D. Thom. in 4. diſt. 24. quæſt. 1. art. 2. quæſtiuncul. 5. Navar. Manual. cap. 23. nu. 242. Tolet. Inſtr. Sacerd. cap. 71. nu. 8. Sanch. opuſc lib. 7 cap. 1. dub. 14. nu. 2.*

(17) *Mar. Alter. Aloyſ. Ricc. apud Barboſ. ad Trident. ſeſſ. 23. cap. 14. nu. 10. & de offic. Epi. Alleg. 47. nu. 12,*

(18) *lib. 5. Decretal. Tit. 28. de Cler. non ord. min.*

(19) *Suar. de Cenſ. diſp. 42. ſect. 4. nu. 10. Borgas. Tract. de Irregular. Par. 6. Tit de non ordina. miniſtr. nu. 1. Coninch. Aul. Fillius. apud Theſaur. V. Ordo. cap. 31. V. Amplia primò.*

(20) *Sayr. de Cenſur. lib. 4. cap. 16. nu. 13. & cap. 10. nu. 9. Theſaur. loc. cit. verſ. Amplia ſecundò.*

(21) *Gregor. XIII. Conſt. Officii noſtri. Clem. VIII. Conſtit. Etſi aliàs. Vrban. VIII. Conſt.* Apoſtolatus Officium.

(22) *Bart. in l. De ætate. nu. 7. ff. de Minor.*

(23) *Anchar. in cap. Accepſit initis de Deſpon. impu. Felin. in cap. In præſentia. nu. 28. de Probat. Mandoſ. Maran. Bart. Bald. Aret. apud Maſcar. Concl. 666. nu. 1.*

(24) *arg. l. Omnes. C. de His qui ven. ætat.*

(25) *text. in l. Carbonianum. §. Duæ. ff. de Carbo. edict.*

(26) *arg. l. Filium. ff. de His qui ſunt ſui vel alie.*

(27) *arg. text. in l. 1 ubi Dionyſ. Gothofr. lit. L. C. Si min. ſe maio. dix.*

(28) *arg. l. final. init. & ibi Gloſſ. 1. & Salycet. ff. de Probat.*

Digitized by Google

to ponitur hora præciſa nativitatis, & ſic firmat *Mandoſius* (29). Recitatæ autem concluſiones intelligi debent caſu, quo conſtet Patrem non habuiſſe alium filium, qui tali nomine vocaretur: quòd, ſi alios præmortuos, aut ex poſt natos habuiſſe conſtet, ut frequenter contingit, tales concluſiones non haberent locum; quià per tales atteſtationes non conſtaret de identitate perſonæ.

12 Fortiùs probatur ætas per librum publicum, ut ex jure (30) elicitur; ſiquidèm antiquitùs nomen pueri nati ex ingenuis redigebatur in publicas tabulas, in quibus omnium Civium nomina adnotabantur; & nùnc etiam filii Nobilium virorum, qui Venetiis naſcuntur, nominatìm deſcribuntur in libro publico, qui vocatur *aureus*, ut illi, ætate jàm maturâ, publica Magiſtratuum munia obire poſſint; & ut ſcribit *Maſcardus* (31), talis mos etiam nùnc viget apud *Brabantes*, ac *Florentinos*, apud quos filii, recenter nati per Parentes deſcribi fiunt in publicis mercaturæ libris, ut adulti privilegiis Civium poſſint potiri. Tales igitur libri publici, cùm plenam fidem faciant in judicio, ac extrà, concludenter probant ætatem hominis, ibì deſcripti.

13 Multò fortiùs probatur ætas per librum Parochi, in quo nomina Baptizatorum deſcribuntur juxtà normam *Tridentini* (32), huic enim libro publico, formato ad normam legis Eccleſiaſticæ, in quo Parochus nullum habet intereſſe, niſi obediendi diſpoſitioni Conciliari, æquum eſt, ut plena fides adhibeatur non ſolùm argumento ejus, quod dicitur in jure (33), ſed etiam ex communi Doctorum ſententià, quorum tredecim nomina congerit *Barboſa* (34), qui omnes concludunt, per talem librum concludenter probari cujuſque ætatem.

14 Probatio criminis *Ordinum, furtivè ſuſceptorum*, facilis eſt, & ſpectat ad accuſatorem, ſivè Fiſcum; facilitas autem naſcitur ex hoc, quòd antè Ordinationem Cancellarius Epiſcopalis nominatìm vocat eos, qui fuerunt examinati, ac approbati, & quorum legitima inſtrumenta circà ætatem, mores, ac Ordines, anteà ſuſceptos, fuerunt per eundemmet Cancellarium recognita, & admiſſa. Si igitur Accuſator probet, ex inſpectione regeſti Ordinandorum, deſcripti à Cancellario, Reum prætenſum non eſſe ibi deſcriptum; & per Teſtes, qui præſentes fuerunt Ordinationi, probet, eundem non fuiſſe à Cancellario nominatum, aut vocatum, ex his Accuſator probat præſumptivè crimen; ob quam præſumptionem trànsfunditur in Reum onus probandi, ſe legitimè ad Ordinationem acceſſiſſe; quod ſi non probet concludenter, remanet probatum contrà ſe crimen per præſumptionem vehementem, minimè expugnatam; undè & torqueri debet ad habendam confeſſionem.

15 Probatio delicti *Ordinis, ſaltuatìm ſuſcepti*, difficilior eſt, ex quo fundatur ſuper negativâ vagâ, ac minimè coarctatâ loco, ac tempore, quæ, ut aliàs diximus (35), improbabilis eſt (36). Proindè non poteſt Accuſator concludenter probare, *Ordinem* fuiſſe à Reo ſuſceptum per ſaltum; hoc eſt non recepto priùs *Ordine* inferiori. Sufficienter igitur probabit Accuſator, ſi per aliqua indicia induxerit mentem Judicis ad dubitandum de tali crimine; undè & moveri debeat ad inquirendum de veritate. Et quidèm, tali dubitatione extante, poteſt Judex cogere accuſatum, ut producat inſtrumenta authentica ſuæ ordinationis in *Ordine* illo, de quo dubitatur omiſſum fuiſſe. Quæ ſi non poteſt producere, aut per Teſtes probare, illum *Ordinem* fuiſſe ab eo ſuſceptum, remanet probatum præſumptione vehementi crimen &c.

16 Eodem pariter modo probari debet crimen illius, qui exercet miniſterium *Ordinis* Sacri, quo non fuit inſignitus; hoc autem accipi debet quò ad partem negativam, concurrentem ad integrandum delictum. Si quidèm ad concludentem probationem hujus criminis duo requiruntur; unum quidèm poſitivum, puta, quòd *Caius*, Reus prætenſus, Miſſam celebraverit, aut Sacramentales Confeſſiones exceperit; & hoc, quià poſitivum eſt, probare concludenter debet Accuſator; aliud autem eſt negativum, nempè, quòd *Caius* Sacerdos non ſit; hoc autem, cùm negativum vagum ſit, improbabile eſt; & ideò ſufficit, quòd Accuſator per indicia ſufficientià inducat Judicem ad dubitandum de crimine, & inquirendum de veritate, obligando Reum ad docendum de *Ordine* Præsbiteratus, legitimè ſuſcepto: quo minimè probato, ſubdi debet quæſtioni ad habendam ex ipſius confeſſione veritatem delicti, ut pœnæ ordinariæ poſſit ſubdi.

## Pœnæ.

*SUMMARIUM.*

17 *Pœnæ ſuſcipientis Ordines ante ætatem legitimam, variantur juxtà Ordines ſuſceptos.*
*Immaturè ſuſcipiens Ordines Minores, eſt ſuſpendendus.*
*Et ſi miniſtret in illis, non fit irregularis.*
18 *Recipiens antè ætatem Ordines Sacros, eſt ipſo jure ſuſpenſus: & ſi in eis miniſtret, evadit irregularis.*
*Dicta ſuſpenſio percutit tantùm Ordinem malè ſuſceptum, non præcedentes.*
19 *Pœna ſuſcipientis Ordines furtivè.*
20 *Quo caſu ſuſcipiens Ordines furtivè, incurrat irregularitatem ſecundùm quoſdam.*
*Recipiens ſcienter Ordines in Excommunicatione, evadit irregularis.*
21 *Furtivè Ordinem ſuſcipiens, eſt tantùm ſuſpenſus ab eo, & ſi abſquè abſolutione promovetur ad alium Ordinem, redditur irregularis.*
22 *Pœna ſuſcipientis Ordinem per ſaltum, eſt ſuſpenſio ab eo; nec poteſt indiſpenſatus ad alios Ordines promoveri.*

23 *Pœ-*

(29) *Mandoſ. Regul. 18. quæſt. 8. nu. 4. in fin.*
(30) *text. in l. 1. C. Si mino. ſe maio.*
(31) *Maſcard. de Prob. Concl. 671. nu. 2. & 8.*
(32) *Trident. ſeſſ. 24. cap. 2. de Refor.*
(33) *cap. Ad audientiam. verſ. Non igitur. iunct. Gloſſ. in V. libro. de Præſcrips.*
(34) *Barboſ. ad Trident. ſeſſ. 24. cap. 2. nu. 29. de Refor.*
(35) *Par. p. Tit. Accuſatio nu. 27.*
(36) *Cap. cum Eccleſia Sutrò. ℣. Nos igitur. de Cauſ. poſſ. & propr. cap. Super hoc. de Renunc.*

Digitized by Google

23 *Pœna Ordinati per falſas Dimiſſoriales eſt pœna falſi, infamia, & irregularitas.*
*Ad eam incurrendam ſufficit notorietas facti, aut juris.*
*A tali infamiâ poteſt per Epiſcopum liberari.*
*In crimine falſi, ſi proceditur per viam accuſationis, poſſunt dari triremes.*

24 *Ordinati per falſas Dimiſſorias poſt ſententiam Iudicis privantur privilegio fori.*
*Non fruuntur privilegio Immunitatis, neque quo ad bona.*

25 *Ordinatus ſine licentiâ ſui Ordinarii manet, ipſo jure, ſuſpenſus in Ordine malè ſuſcepto.*

26 *Pœna Clerici miniſtrantis in Ordine ſacro, quem non habet.*
*Non Sacerdos celebrans Miſſam, aut Confeſſiones excipiens, debet mori.*

27 *Quam pœnam mereatur Sacerdos bis in eâdem die Miſſam celebrans.*
*Opinio Theſauri.*

28 *Impugnatur Theſaurus.*
*Non eſt ex inſtitutione divinâ celebratio unius Miſſæ in die.*

29 *Non eſt contrà præceptum Eccleſiæ celebrare bis in eâdem die.*
*Canones de celebratione unicæ Miſſæ in die, loquuntur directivè, non præceptivè.*

30 *Quomodò poſſit mortaliter peccare Sacerdos duas Miſſas in una die celebrando.*

31 *Causâ neceſſitatis poteſt Sacerdos bis in die celebrare.*

32 *Sacerdos ob neceſſitatem alendi ſe, & familiam ſuam poteſt bis in die celebrare.*

33 *Neceſſitas, ob quam licet bina celebratio, non limitatur ad neceſſitatem tertii.*

34 *Nulla incurritur irregularitas in caſu binæ celebrationis in eâdem die.*
*Irregularitas non incurritur, niſi ſit in jure expreſſa.*
*Omnis gravis injuria contrà Religionem eſt crimen publicum.*

35 *Sacerdos, duas Miſſas celebrando ex neceſſitate, nullum crimen committit contrà Religionem.*

36 *Nulla injuria fit Sacramento, ob duplicem celebrationem causâ neceſſitatis, dummodò Sacerdos ſit jejunus, non ſumptâ purificatione.*

37 *Statutum Minorum de Obſervantia.*

38 *An ex hoc Statuto renoventur pœnæ Sixti V. contrà malè promotos, quæ fuerunt moderatæ per Clementem VIII.*

39 *Tales pœnæ remittuntur arbitrio Superioris, qui poteſt eas infligere, aut non.*

17 NOn eædem ſunt pœnæ ſuſcipientium antè legitimam ætatem *Ordines Minores*, ſicut *Sacros*: ſiquidèm recipiens *Minores* non eſt ſuſpenſus ſuſpenſione, propriè dictâ, ac ipſo facto, ſed eſt ſuſpendendus, prout firmat *Diaz*, & ejus *Additionator* (37), qui cumulat plures Doctores, idem ſentientes. Sequitur ex hoc, quòd, ſi talis miniſtret in *Ordinibus*, immaturè ſuſceptis, antè ſententiam ſuſpenſionis, non incurrit irregularitatem. (38) Ratio eſt, quià irregularitas, quæ incurritur ob violatam ſuſpenſionem ab Officio, non afficit, niſi ſententia ſuſpenſionis lata ſit à jure, vel ab homine: cùm autem, ut dictum eſt, ſuſpenſio ob *Ordines Minores*, immaturè receptos, ſit ferendæ, non autem latæ ſententiæ, irregularitas non incurritur ab eo, qui in *Ordinibus*, ut præfertur, ſuſceptis miniſtrat, niſi præceſſerit ſententia ſuſpenſionis.

18 Recipiens Sacros *Ordines* antè legitimam ætatem malâ fide, ipſo facto, incurrit ſuſpenſionem, & miniſtrando in taliter ſuſceptis, evadit irregularis, ut ſanxit *Pius Secundus* (39). Talis autem ſuſpenſio eſt tantùm quò ad exercitium *Ordinis* malè ſuſcepti, non autem præcedentium, ritè ſuſceptorum, ut dicunt Doctores. (40) Talis porrò Cenſura non eſt reſervata, ut ex citatâ Conſtitutione obſervat *Bonacina*. (41)

19 Pœna ſuſcipientis quoſvis *Ordines* furtivè, eſt, quòd in taliter ſuſceptis miniſtrare non poteſt, nequè ad ſuperiores *Ordines* promoveri: Et ſi Epiſcopus antè Ordinationem protulit ſententiam Excommunicationis contrà furtivè accedentes, ſolus *Papa* diſpenſare poteſt, ſi ille remaneat in ſæculo: ſi autem Religionem ingreditur, & in eâ laudabiliter vivat, poteſt Epiſcopus, aut ejus Prælatus diſpenſare. Quòd, ſi nullam Excommunicationem Ordinator interminavit, poteſt Epiſcopus cum illo diſpenſare, peractâ pœnitentiâ, impoſitâ, ut ex pluribus capitulis (42) habetur.

20 Circà hoc autem advertendum, quoſdam Doctores tenere, furtivè promotum incurrere abſolutè irregularitatem; ſed alii (43) diſtinguunt, dicendo, quòd, ſi facta fuerit interminatio Excommunicationis, furtìm recipiendo *Ordinem* fit irregularis; ſi verò non fuerit facta interminatio: incurrit tantummodò ſuſpenſionem in ſuſcepto, & inhabilitatem ad Ordines ſuperiores, ut dictum eſt. Ratio iſtorum eſt, quià ſecundùm communem Doctorum ſententiam, de quâ teſtatur *Sayrus* (44), recipiens ſcienter Ordines in Excommunicatione, evadit irregularis. Si ergò ab Epiſcopo lata eſt Excommunicatio in furtìm accedentes, quæ Cenſura ignorari nequit, cùm publicè antè Ordinationem intimetur, accedens recipit Ordines in Excommunicatione, undè ſequitur, quòd remanet irregularis.

21 Sed hæc ratio minimè concludit. Ratio eſt, quià Epiſcopus fulminat Cenſuram contrà recipientes Ordines furtivè; ſequitur ergò, quòd hæc non ligat, niſi pòſt Ordinem ſuſceptum: non poteſt igitur dici, quòd Ordinem ſuſceperit in Excommunicatione; undè ex hoc capite non poterit dici irregularis. Concludendum igitur cum *Layman* (45), talem eſſe irregularem, quò ad alios Ordines ſuſcipiendos, & eſſe ſuſpenſum tantùm, quò ad Ordines furtìm ſuſceptos.



(37) *Salzed. ad Diaz Pract. cap. 26. V. Antè ætatem.*
(38) *Auila de Suſpenſ. diſp. 5. dub. 7. Filiuc. Tract. 19. nu. 175. Bonac. de ſuſpenſ. particul. Punct. 1. nu. 3.*
(39) *Pius II. Conſtit. Cum ex ſacrorum.*
(40) *Suar Mar. Alter. Filluc. Bonac. Henriq. Auila. Villalob. apud Dian. Par. 2. Tract. 14. Reſol. 182.*
(41) *Bonac. de ſuſpen. particul. quæſt. 1. Pun. 1. nu. 11.*
(42) *cap. Venienſ. cap. Cum H. later. cap. Innotuit. de eo qui furt. Ord. ſuſcep.*
(43) *Abb. in cap. 1. nu. 3. Notab. 4. de eo qui furt. Ord. Navar. Manual cap. 25. nu. 70. Sayr. de Cenſur. lib. 7. cap. 10. nu. 37. Barboſ ad cap. 1. nu 5. de eo qui furt. Ord.*
(44) *Sayr. de Cenſ. lib. 7. cap. 10. nu. 13.*
(45) *Layman. Tract. de Sacram. Ord. cap. 3. nu. 1.*

Digitized by Google

22 Pœna illius, qui per ſaltum Ordines recipit, ſecundùm magìs communem ſententiam, de quâ poſt multos, à ſe citatos, teſtatur *Theſaurus* (46), eſt, quòd ſic promotus ſuſpenſus manet ipſo jure ab exercitio Ordinis, malè ſuſcepti; & non poſſe eum abſquè diſpenſatione ad alios Ordines aſcendere. Porrò à tali ſuſpenſione, ſi promotus non miniſtravit in Ordine, malè ſuſcepto, diſpenſare poteſt Epiſcopus illius etiam cum ſcienter malè promoto; & etiam in caſu publico, ut ex Tridentino (47), ſi autem miniſtravit, Apoſtolicâ diſpenſatione indiget, ut firmant Doctores. (48)

23 Pœna ordinati cum falſis Dimiſſorialibus, eſt, quòd incurrit crimen falſi, de quo, ſi in foro fori fuerit confeſſus, aut convictus, infamis redditur infamiâ juris, & ſic irregularis: imò ſecundùm magìs communem ſententiam ſufficit, quòd tale crimen notorium ſit de facto, aut de jure. (49) Sed adversùs talem infamiam reſtitui poteſt à ſuo Epiſcopo, & ſic ſuper tali irregularitate indirectè diſpenſari. (50) Ratione talis criminis falſi, ſi judicium fuerit inſtitutum per viam accuſationis, poterit Clericus damnari ad triremes. Ratio eſt, quià, ut habetur in jure (51), pœna falſi, quandò proceſſum eſt per viam accuſationis, eſt *deportatio*. In locum autem *deportationis*, quæ ampliùs in uſu non eſt, ſucceſſit damnatio ad triremes, ut firmat *Iulius Clarus*. (52)

24 Ex Bullâ (53) porrò *Vrbani Octavi* Itali ad Clericatum promoti cum falſis Dimiſſoriis, quantùmvis aliàs habuerint omnia requiſita per *Tridentinum*, (54) ſecuta declaratione Judicis Eccleſiaſtici, (quòd nempè Clericatum ſuſceperint cum falſis Dimiſſorialibus) fori privilegio remanent privati, & ſæculari juriſdictioni, prout anteà erant, remanent plenè ſubjecti; & hoc non tantùm in Civilibus, ſed etiam in Criminalibus; & non ſolùm quò ad perſonas, ſed etiam quò ad bona, ità ut minimè fruantur privilegio Immunitatis ab oneribus patrimonialibus, (55) ut firmat *Theſaurus*.

25 Quià verò perindè eſt, quòd aliquis cum falſis Dimiſſorialibus, aut ſinè proprii Ordinarii licentiâ Ordines recipiat; ideò ſequitur, quòd taliter ordinatus cum falſis Dimiſſorialibus, maneat ipſo jure ſuſpenſus ab executione Ordinis, ſic ſuſcepti. Ratio eſt, quià ex diſpoſitione *Tridentini* (56) ordinatus ab Epiſcopo alieno ſinè proprii Ordinarii licentiâ, manet ſuſpenſus ab executione *Ordinis*, taliter recepti; Et quàmvis *Tridentinum* loquatur in plurali numero, dicendo, *ab executione Ordinum ſint ipſo jure ſuſpenſi*, ità ut videatur, quòd tales ſint ſuſpenſi univerſaliter ab omnibus *Ordinibus*; tamen intelligendum eſt de *Ordine* tantùm, ad quem fuit malè promotus, & ità cum *Feliciano de Vegâ* explicat *Barboſa*. (57) Talis ſuſpenſio autem non eſt perpetua, ſed durat tantum, quantum proprio Ordinario videbitur expedire, ut ex *Tridentino* firmat *Bonacina*. (58)

26 Pœna tandèm Clerici, aut Laici miniſtrantis in *Ordine* Sacro, quem non habet, eſt, quòd ipſe eſt irregularis reſpectu *Ordinum* ſuſcipiendorum: reſpectu autem *Ordinum* ſuſceptorum manet ſuſpenſus, arbitrio Epiſcopi, qui poteſt, (impoſitâ priùs pœnitentiâ, & eâ in parte à Reo adimpletâ) illam tollere, ut habet Canon. (59) Non promotus autem ad Sacerdotium, attentans ſacrificium Miſſæ celebrare, aut Sacramentales Confeſſiones excipere (poſt abjurationem de vehementi; & ſi Clericus ſit, degradationem) tradendus eſt Curiæ Sæculari, ultimo ſupplicio perimendus juxtà plures extravagãtes. (60)

27 Quid autem dicendum de vero Sacerdote, qui extrà diem Nativitatis Domini plures Miſſas celebraret? Reſpondet ad hanc quæſtionem *Theſaurus* (61), quòd, cùm ex plurium Canonum (62) diſpoſitione ſufficiat Sacerdoti unâ vice quolibet die celebrare, peccat mortaliter Sacerdos, plures Miſſas celebrans. Dicit inſuper, quòd, ſi de hoc delicto eſſet diffamatus, aut ex ſententiâ Judicis condemnatus, quòd doloſè tali crimine deliquiſſet, eſſet irregularis, quià eſſet de crimine publico damnatus, nàm juxtà *Clarum* (63) omnis gravis injuria contrà Religionem eſt crimen publicum; damnatio autem de tali crimine parit infamiam juris, & ſic irregularitatem. Et ſi convictus eſſet, quòd bis in unâ die celebraſſet ob majus lucrum, majori ratione fieret irregularis, quià eſſet Simoniacus. Ac tandèm ex doctrinâ *Cardinalis* (64) concludit, quòd, cùm omne delictum circà Sacramenta ſit dignum depoſitione, ſi tale crimen fuerit notorium, etiam antè condemnationem, Reus remanet infamiâ juris notatus, & conſequenter irregularis; quià omne crimen, depoſitione dignum, notorium afficit infamiâ juris, & facit irregularem juxtà Doctores. (65) Hæc *Theſaurus*.

28 Sed hujus Doctoris ſalvâ ſemper reverentiâ, non puto, ſupradictas concluſiones eſſe univerſaliter veras. Quò enim ad primam concluſionem, quòd nempè talis Sacerdos in quocunque caſu peccet mortaliter, bis in die celebrando, hæc falſa eſt; nàm peccatum mortale nullum eſt, niſi ſit contrà Legem Divinam, aut præceptum Eccleſiæ; non autẽ eſt contrà jus Divinum ex Chriſti inſtitutione, quòd unam tantùm Miſſam in die celebret Sacerdos, nàm non liceret ter celebrare in Natali Domini; imò antè Decre-

(46) *Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Ordo. cap. 13. init. & ibi Navar. Salzed. Suar. Alter. Tolet. Barboſ. & Layman.*
(47) *Trident. Seſſ. 23. cap. 14. de Reform. ubi Barboſ. nu. 9.*
(48) *Maiol. Salzed. Sayr. Alter. Filiuc. Ricc. Homobon. & Bonac. apud Barboſ. loc. cit. nu. 7.*
(49) *Sayr. de Cenſur. lib. 7. cap. 12. nu. 3. & 12.*
(50) *arg. cap. At ſi Clerici. de Iudic. Abb. in cap. final. nu. 5. de Temp. ord. Gloſſ. ad idem. cap. in V. Damnatione.*
(51) *L. 1. §. final. ff. Ad leg. Cornel. de Falſ.*
(52) *Clar. quæſt. 67. V. Deportatio.*
(53) *Vrb. VIII. Conſt. 33. Secretis. §. 4. 1624.*
(54) *Trident. ſeſſ. 23. cap. 16. de Refor.*
(55) *Theſaur. V. Ordo. cap. 16. V. Nota ſecundò.*
(56) *Trident. Seſſ. 6. cap. final. de Refor. & ſeſſ. 23. de Refor. cap. 8.*
(57) *Felician. de Vega. in cap. At ſi Clerici. §. Si verò. nu. 34. de Iudic. Barboſ. ad Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. nu. 34.*
(58) *Bonac. de Cenſ. in particul. diſp. 3 qu. 1. Punct. 11. nu. 28.*
(59) *text. in cap. Ex literis. de Cler. non ord. min.*
(60) *Gregor. XIII. Conſt. Officii noſtri. Clem. VIII. Conſtit. Et ſi aliàs. Vrban. VIII. Apoſtolatus officium.*
(61) *Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Miſſa. cap. 5. init.*
(62) *tex. in cap. Sufficit. de Conſecr. diſt. 1. & in cap. Te referente. & in cap. Conſuluiſti. Extrà. de Celebr. Miſſa.*
(63) *Clar. Pract. crim. quæſt. p.*
(64) *Card. in cap. final. de Celebr. Miſſa.*
(65) *Tolet. Inſtr. Sacerdot. lib. 1. cap. 74. Sayr. de Cenſur. lib. 7. cap 12. nu. 12. & 13. Garz. de Benef. Par. 11. cap. 3. nu. 110. & 119.*

Digitized by Google

Decretales Eccleſiaſticas; de quibus infrà dicetur, liberum fuiſſe cuilibet Sacerdoti quot Miſſas vellet prò ſuâ devotione eâdem die celebrare, oſtendit *Cardinalis Baronius*. (66)

29 Pariter non eſt contrà præceptum Eccleſiæ, quòd extrà diem Nativitatis Domini Sacerdos abſolutè unam tantùm Miſſam celebret, quod palmariter demonſtro: Nàm de hoc habentur tantùm tres Canones, nempè *cap. ſufficit. de Conſecr. diſt. 1. cap. Conſulviſti. & cap. Te referente. de Celebr. Miß.* in his autem nullum habetur præceptum de unicâ celebratione, nequè ulla appoſita eſt pœna contrafacienti; ſed in his tribus capitulis uno ore dicitur, quòd *ſufficit Sacerdoti ſemel in die unam Mißam ſolummodò celebrare*; ità ut videatur potiùs conſilium, quàm præceptum; aut lex directiva, quàm prohibitiva, ut notavit etiam *Gloß. in cap. 3. in V. Neceſſitatis. de Celebr. Mißa.* Cùm igitur nec contrà jus Divinum, nec contrà præceptum Eccleſiæ ſit repetita celebratio; videre neſcio, quomodò mortaliter peccet Sacerdos, celebrans pluriès in eâdem die.

30 Concedo quidèm, quòd peccare poteſt mortaliter, ratione circumſtantiæ modalis, aut finalis; nempè ſi in prima Miſsâ purificationem, poſt conſummatum ſacramentum, ſumeret, nàm tunc aliam Miſſam celebraret non jejunus, quod eſſet contrà multos Canones (67), præcipientes jejunium Sacerdoti celebraturo: pariter, ſi celebraret prò *pecuniis, aut oblationibus ſæcularium*, tali enim caſu ait Alexander II. Papa (68), *non æſtimo evadere damnationem*. Sed, ſi ex causâ, minimè peccaminosâ celebraret, ſecluſo ſcandalo, minimè peccaret.

31 Hoc aſtruitur ex Canone (69), in quo dicitur, quòd ſufficit Sacerdoti ſemel in die celebrare, *niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat*. Ex causâ igitur *neceſſitatis* licet pluriès celebrare; *Gloſſa* autem illius capituli explicans, quid veniat nomine *neceſſitatis*, ait, quòd hoc intelligatur, *ſi Sacerdos celebravit de die, & poſteà moriatur aliquis; vel etiam causâ honeſtatis, vel utilitatis: ut, ſi dictâ Miſsâ de die, ſuperveniat aliqua magna perſona, quæ velit Miſſam audire*, ut, puta, Epiſcopus, aut aliquis Magnas, ſeù Princeps, ut explicat *Abbas*. (70) Palàm autem eſt, quòd dicta *Gloſſa* non loquitur de neceſſitate juxtà illos modos taxativè, ſed exemplariter; nàm neceſſitas etiàm eſſet, ſi Parochianus moribundus deberet Euchariſtiam ſumere, & nulla reperiretur in Ciborio particula conſecrata; pròut ibidèm dicit *Abbas*: pariter, ſi eſſent Villæ inter ſe valdè diſtantes, in quibus unus tantùm Sacerdos ex accidenti eſſet, (altero ægrotante) & eſſet dies Dominica, nec poſſet populus omnium Villarum præcepto ſatisfacere ob diſtantiam, ut accidit in Villis montanis; talibus enim caſibus Sacerdos, ſi ſit jejunus, poteſt Miſſam reiterare, ut antiquitùs fiebat, & modo etiam de licentiâ Epiſcopi fit in nonnullis partibus, maximè ubi ſunt Catholici mixti Hæreticis, & rari ibì reperiuntur Sacerdotes.

32 Adverto autem, quòd poteſt etiam dari neceſſitas ex parte Sacerdotis; ſi nempè pauper eſſet, ejus fundi patrimoniales periiſſent, & ſibi ſuſtentanda eſſet Mater, aut Nepotes pauperes, & eleemoſyna unius Miſſæ, ut potè tenuis, minimè ſufficeret ad manutentionem Sacerdotis, & familiæ ſuæ. Ratio eſt, quià eleemoſyna Miſſæ datur Sacerdoti prò ſuſtentatione, congrua ſuipſius, & hoc ex inſtitutione Divinâ. (71) Suſtentatio autem talis non limitatur ad ſuam ſolam perſonam, ſed extenditur etiam ex præcepto Decalogi ad parentes in extremâ paupertate, quos alere debet. Sequitur igitur ex hoc, quòd ex tali neceſſitate adactus Sacerdos, ſi omni diligentiâ adhibitâ, nè ſequatur ſcandalum, bis celebret in die, non peccat. Conſequentia eſt manifeſta, nàm nullus decentior modus providendi ſuæ neceſſitati ſibi ſuppetit: nàm ex Decreto *Sac. Congr. de Celebratione Miſſarũ* tenetur tot Miſſas celebrare, quot eleemoſynas congruentes juxtà conſuetudinem regionis, recepit, nec poteſt unicâ Miſsâ duplici ſtipendio ſatisfacere; nec ſibi licet fortè ex decentiâ familiæ ſuæ mendicare, aut labori manuali indulgere; ergò poterit duplex ſacrificium eâdem die ſinè peccato offerre.

33 Nec dicendum cum *Abbate* (72), *neceſſitatem*, de quâ loquitur Canon, reſpicere perſonam tertii, non autem ipſius Sacerdotis; hoc enim gratis aſſeritur, cùm Canon loquatur de neceſſitate abſolutè, quæ poteſt ità convenire ipſi, quàm tertio; imò plùs urget propria neceſſitas, quæ eſt prò ſuſtentandâ propriâ vitâ, ut potè, quæ derrivat à præcepto naturali, quàm neceſſitas tertii audiendi Miſſam in die feſto ex præcepto Eccleſiæ. Undè, ſi contemplatione hujus neceſſitatis poteſt licitè bis celebrare; à fortiori idem poterit reſpectu neceſſitatis propriæ. Concludo igitur, quòd tali caſu Sacerdos minimè peccaret; & ex conſequenti falſum eſſe, quòd univerſaliter Sacerdos, bis in die celebrans, peccet mortaliter, ſed tantummodò, quandò ex circumſtantiâ modali, aut finali, pròut dictum eſt ſuprà, delinquit. Et ideò in facti contingentiâ debet Judex Eccleſiaſticus ſuper his diligenter inquirere; & ſi conſtiterit Sacerdotem ex tali neceſſitate bis celebraſſe, nec deliquiſſe in modo, aut fine celebrandi, debet ipſum abſolvere.

34 Non minùs falſam exiſtimo ſecundam concluſionem, quòd nempè talis Sacerdos incurrit irregularitatem; ſiquidèm habemus Textum, (73) quòd nulla incurritur irregularitas, niſi ipſa in jure ſit expreſſa, quod etiam obſervavit *Theſaurus*. (74) nullam autem reperimus irregularitatem, ſancitam ob tale factum. Nec ſuffragatur contrà hoc, quòd, ſi Sacerdos damnatur à Judice ob repetitam eâdem die celebrationem, redditur infamis, quià damnatus



(66) *Baron. Annal. Tom. 10. Anno Chriſt. 940. Concil. Salenguſt. cap. 4. Concil. Londin. 1. cap. 2. Conc. Oxonien. 1. cap. 1.*

(67) *cap. Sacramenta. de Conſecrat. diſt. 1. cap. liquidò. ibi. diſt. 2. cap. Ut ieiuni. diſt. 5. cap. Nihil. 7. q. 1. cap. 1. de Celebr. Miſſ.*

(68) *Alex. II. in cap. Sufficit de Conſecr. diſt. 1.*

(69) *cap. Conſulviſti. de Celebrat. Miſſa.*

(70) *Abb. in cap. 3. nu. 3. de Celebr. Miſſa.*

(71) *Petr. Marchant. Tribu. Sacr. Tom. 3. Par. 1. Tract. 10. Tit. 7. quæſt. 8. Concl. 2.*

(72) *Abb. in cap Conſulviſti. num. 3. de Celebr. Miſſa.*

(73) *cap. Is, cui de Sent. Excommu. in 6*

(74) *Theſaur. V. Miſſa. cap. 5. ℣. 2. quidam.*

Digitized by Google

eſt de crimine publico; & per hoc notatur infamiâ juris (75), & conſequenter irregularis: omnis autem gravis iniuria contrà Religionem eſt crimen publicum, ut ſentit *Clarus* (76), & de jure Canonico omne crimen, dolum continens, eſt crimen publicum infamans latâ ſententiâ condemnatoriâ, ut firmant Doctores. (77)

35 Quià dato, ut ſupponimus, quòd Sacerdos iteret ſacrificium, adactus neceſſitate ſibi victum providendi; nullum committit crimen contrà Religionem, nec delinquit ex dolo: proindè punibilis, aut damnabilis non eſt; & ex conſequenti nullam incurrit irregularitatem. Quòd, ſi damnaretur ratione circumſtantiæ modalis, aut finalis; puta, iterùm celebrando non jejunus; aut ob turpe lucrum; tali caſu concedo, quòd ex damnatione ſubiret infamiam, & ſic etiam lato modo irregularitatem; tamen hoc non eſſet ex præciſâ ratione ſacrificii iterati, ſed ex malitiâ circumſtantiæ. Concludo igitur, quòd nec etiam ſecunda concluſio, puta, quòd reiterans ſacrificium abſolutè, ac univerſaliter ſit irregularis.

36 Nec doctrina Cardinalis, quam affert *Theſaurus*, adaptari poteſt ad caſum, in quo Sacerdos ex neceſſitate, ut diximus, ſacrificium reiteret; quià nullam iniuriam facit Sacramento, quià de ſui naturâ non requirit, quòd ſemel in unâ die conficiatur; & proindè tali caſu deponendus non eſt. In caſu autem, quòd delinquat ratione circumſtantiæ modalis, aut finalis, prout dictum eſt, impropriè diceretur delinquere contrà Sacramentum; undè nec depoſitionem mereretur.

37 Quò ad perſonas Regulares conſulendæ ſunt ipſarum leges municipales, prò nobis Minoribus de Obſervantiâ, ultrà *Textum Tit. Applicatio.* §. 57. ſic habentem. *Promoti per ſaltum, vel ſinè literis Dimiſſorialibus, vel furtivè, quique in non ſuſceptis Ordinibus miniſtraverint, juxtà pœnas Canonicas puniuntur*, adeſt ſequens Statutum. *Qui furtivè, aut per ſaltum ad Ordinem quempiam promotus fuerit, aut in Sacris Ordinibus Subdiaconatus, Diaconatuſvè ſolemniter ſe ingeſſerit, antequàm illis inſignitus fuerit, ultrà pœnas, à jure ſtatutas, ab executione ſuſcepti muneris ex Decreto Pii V. ſuſpenſus ſit, & ſpe futuri Ordinis decennio careat, & gravius etiam puniatur ad Conſtitutionis Sixti Quinti præſcriptum.* (78)

38 Circà quod Statutum, quod de ſe clarum eſt, dubitare contingit, àn ex quo Conſtitutio (79) *Sixti V.* redacta fuit per Conſtitutionem (80) *Clementis VIII.* ad terminos juris communis, pœnæ in illâ contentæ, renovatæ cenſeantur ex diſpoſitione hujus Statuti?

39 Ad quod dubium dico, quòd pœnæ, in dictâ *Sixtinâ Conſtitutione* contentæ contrà, ut præfertur, malè promotos, ultrà ſuſpenſionem ab exercitio *Ordinum* ſuſceptorum, & ab aſcenſu ad *Ordines* ſuperiores; & irregularitatem, ſi in talibus *Ordinibus* miniſtraverint; continent etiam privationem ipſo facto incurrendam ab Officio, Beneficio, ac voce activâ, ac paſſivâ; ac inhabilitatem perpetuam ad prædicta; & abſolutio, ac diſpenſatio ad prædicta ſoli Romano Pontifici reſervata eſt. Cùm autem Statutum prædictum non diſponat, quòd ſic malè promoti *ipſo facto* ſint affecti ipſis pœnis *Sixti Quinti*, ſed quòd *puniantur* ad illius normam, liquet, quòd hoc committitur arbitrio Superioris, ad quem ſpectat juxtà facti circumſtantias aut aliquas, aut omnes pœnas prædictas infligere; aut etiam ſolas pœnas, in eodem Statuto expreſſas, adhibere.

(75) *l. 1. §. Qui in judicio. ff. De his qui not. inf. cap. Infames. §. Porrò. 3. q. 7.*

(76) *Clar. Prax. crim. quaſt. 1.*

(77) *Angel. Sum. V. Crimen. quaſt. 6. Sylv. eo. V. quaſt. 3. Caſtr. de Iuſt. Haret. punit. cap. 9. poſt. init. Sanch. opuſc. lib. 6. cap. 3. dub. 6. nu. 14.*

(78) *Stat. Gen. Ordin. cap. 2. §. 7. nu. 10.*

(79) *Sixt. V. Conſtit. 91. Sanctum. 2. Ianuar. 1589. Cherub. Bullar. Tom. 2.*

(80) *Clem. VIII. Conſtit. 40. Romanum. Cherub. Bull. Tom. 3.*

§. IV.

Digitized by Google

# §. IV.

# Abuſus in Confeſſione.

*SUMMARIUM.*

1 *Abuſus in Confeſſione quotupliciter contingat.*
2 *Propoſitum tractandorum in hoc paragrapho.*
3 *Delinquit contrà Confeſſionem docens Confeſſionem non eſſe neceſſariam antè Communionem exiſtenti in gravi peccato.*
4 *An ſit de fide, neceſſariam eſſe Confeſſionem antè communionem.*
*Opiniones de hoc diverſæ.*
5 *Statuitur eſſe de fide.*
6 *Abutitur Confeſſione excipiens Confeſſiones, cùm Sacerdos non ſit.*
7 *Pariter qui abſquè approbatione Ordinarii extrà caſum neceſſitatis audit Confeſſiones.*
*Hoc crimen reputatur ſtellionatus.*
*Habet gravitatem criminis falſi.*
*Se gerens prò milite, aut Doctore, cum talis non ſit, vel uſurpat publicum officium, tenetur de falſo.*
8 *Abuſum in Confeſſione Sacerdos committit, abſolvendo à reſervatis ſinè facultate.*
9 *Itidem Confeſſarius frangens ſigillum Sacramentale.*
*Ad ſecretum Sacramentale quotuplici jure teneatur Confeſſarius.*
*Pœnitens non poteſt Sacramentalem Confeſſionem publicam facere.*
10 *Secretum Sacramentale inſtitutum à Chriſto principaliter contemplatione Sacramenti, licèt ſit ad favorem pœnitentis.*
*Pœnitens non poteſt licentiare Sacerdotem, ut ſua peccata in Confeſſione audita revelet.*
11 *In quas leges committat Confeſſarius revelans Confeſſionem.*

1 PLuribus modis contingit crimen in *abuſu Sacramentalis Confeſſionis*. Vel enim cadit in Pœnitente, qui non ſervat præceptum Eccleſiaſticum (✠) de confitendis peccatis Sacerdoti in Paſchate: aut alio modo reddente Confeſſionē dolosè invalidam: vel cadit in Sacerdote, & hoc multipliciter, nempè aut docendo Confeſſionem mortalium non eſſe neceſſariam antè communionem, ſivè eam poſſe fieri inter abſentes: aut Sacramentum miniſtrando abſquè poteſtate Ordinis, fingendo ſe Sacerdotem, cùm talis non ſit: aut abſquè poteſtate juriſdictionis, gerendo ſe prò Confeſſario approbato, cùm approbationem non ſit conſecutus: aut abſolvendo à caſibus, ſivè Cenſuris, ſuperiori dignitati reſervatis; aut tandèm frangendo ſigillum ſacramentalis ſecreti.

2 De omnibus autem his tractare animus non eſt, nàm, quæ tangunt pœnitentem aut non Confitentem in Paſchate, aut facientem Confeſſionem invalidam, non cadunt regulariter ſub examine fori judicialis; quàmvis contrà non Confitentem in Paſchate abſquè causâ legitimâ, aliquandò per Cenſuras procedatur. Dicemus ergò de ijs, quæ cadunt in Sacerdote, quæ via judiciali poſſunt puniri.

3 Primum igitur delictum eſt, ſi Sacerdos doceret, *Sacramentalem Confeſſionem* non eſſe neceſſariam antè ſumptionem Euchariſtiæ ijs, qui conſcij ſibi ſunt de peccato mortali, quàmvis ſibi videantur eſſe ſupernaturaliter contritos: vèrum eſt, quòd hoc crimen cadere poteſt etiam in non Sacerdote ex eo, quòd Concilium (1) talem doctrinam prohibens utitur verbo univerſali, nec limitatur ad Sacerdotes, dicendo, *Si quis contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeù etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit* &c.

4 An autem ſit propoſitio de fide, quòd *Sacramentalis Confeſſio* neceſſaria ſit antè ſacram communionem, ità ut contrarium docens, tanquàm Hæreticus veniat, puniendus, controverſum eſt: nonnulli Doctores (2) tenent, quòd doctrina de fide ſit, *Confeſſionem* eſſe neceſſariò præmittendam communioni ab eo, qui conſcius de peccato mortali eſt; ità ut contrarium docens ſit habendus Hæreticus. E contrà alij (3) non inferioris auctoritatis opinantur, quòd non ſit de fide certum, ſed eſſe ſenſum totius Eccleſiæ ex Apoſtolicâ traditione: & proindè aſſerere contrarium non videri Hæreticum, ſed pluſquàm temerarium, ac erroneum.

5 Melior profectò eſt prima ſententia ob duplex fundamentum. Primum eſt, quod in *Tridentino* (4) habetur, *ſtatuit, atquè declarat ipſa Sancta Synodus* &c. per quæ verba apparet, Concilium non apponere præceptum novum, *ſed declarare* præceptum jam poſitum de jure Divino. Et certè aperta ſunt verba *Apoſtoli* dicentis (5), *probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat*: communis autem Patrum ſenſus eſt, quòd homo probet ſe ipſum, non ſolùm propriam conſcientiam examinando, ſed etiam peccata ſua ſubijciendo clavibus Eccleſiæ; quod præceptum, cùm ab Apoſtolo ſit, de jure Divino dicendum eſt. Aliud fundamentum eſt, quòd de fide eſt, quòd nullus poteſt certitudinaliter ſcire ſe eſſe in gratiâ Dei juxta illud (6): *Nemo ſcit, utrùm amore, aut odio dignus ſit*. Si ergò aliquis docet, non eſſe neceſſariam Confeſſionem ei, qui mortaliter peccavit, dummodò actum contritionis ſe teneat à peccatis juſtificatum, docet poſſe hominem ſcire ſe eſſe in gratiâ Dei, ut proindè non egeat Sacramento pœnitentiæ, per quod prima gratia confertur, quod de directo militat contrà doctrinam de fide.

6 Se-

(✠) *text. in cap. Omnis utriuſque de Pœnit. & remiſſ.*

(1) *Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. de ſacram. Euchariſt. & Can. 11. in fin.*
(2) *Coninch. de Sacram. Quæſt. 80. art. 4. num. 13. Reginal. lib. 29. num. 103. Suar. de Sacram. Diſp. 66. Sect. 3. Concl. 3. Henriq. lib. 8. cap. 45. nu. 3. Bonac. de Sacr. Euchar. Quæſt. 6. Pun. 1. nu. 3. & 35. Fagund. de Præcep. Eccl. Par. 6 lib. 3. cap. 8. num. 2.*
(3) *Victoria. ſumm. de Euchar. nu. 77. in fin. Navar. Manual. cap. 22. nu. 10. Tabiena Verb. Communio, nu. 30. Richar. Paludan. Hadrian. apud Azor. lib. 10. cap. 31. quæſt. 2.*
(4) *Trident. ſeſſ. 13. de Sacr. Euchar. Can. 11.*
(5) *P. Corinth. cap. 11. ℣. 28.*
(6) *Eccleſ. cap. 9. ℣. 1.*

Digitized by Google

6 Secundum delictum eſt illius, qui cùm Sacerdos non ſit (ſivè purus laicus, ſivè Clericus in minoribus, aut ſacris Ordinibus exiſtat) audet tamen munus Confeſſarij uſurpare, & Confeſſiones ſacramentales excipere. Iſte juxtà plures Conſtitutiones Apoſtolicas (7) cenſetur vehementer ſuſpectus de hæreſi, unde ab Inquiſitoribus cogendus eſt abjurare de vehementi: hoc autem crimen non limitatur ad *abuſum ſacramentalis Confeſſionis*, ſed extenditur ad Miſſæ celebrationem, ità ut Miſſam celebrans nō Sacerdos eodem delicto, ac pœnâ tenetur, ac Confeſſiones excipiens. Dubium porrò eſt, àn ſimiliter delinquat, ac eâdem pœnâ ſit percellendus, qui actus alterius Ordinis, quo non eſt inſignitus, exerceat. Ad quod dico, quòd, ſi ſunt actus Ordinum minorum, nulla pœna incurritur: ſi autem ſunt Ordinum ſacrorum incurritur Cenſura, de quâ dicam infrà; non tamen Reus pari modo punitur cum Miſſam celebrante, aut Confeſſiones audiente, quià Conſtitutiones Papales de his duobus delictis præciſè loquuntur.

7 Tertium delictum eſt Sacerdotis, qui abſquè approbatione Ordinarij, & carens proindè juriſdictione, Confeſſiones audit. Crimen hoc juxtà *Menochium* (8) eſt crimen ſtellionatus, proindè arbitrio Judicis ejus pœna committitur. Sed profectò gravitatem habet criminis falſi, ut habet *Theſaurus*. (9) Siquidem ille, qui ſe gerit prò milite, cùm miles non ſit, pœnâ falſi tenetur, ut habet Textus (10), aut qui uſurpat publicum Officium, quod non habet; pròut etiam, qui ſe gerit tanquàm Doctor, cùm graduatus non ſit, ut ſcribunt *Bartolus*, *Felinus*, *ac Boſſius*. (11) Hæc autem præſtat Sacerdos non approbatus, qui Confeſſiones excipit; uſurpat enim publicum Officium, quod non habet; & ſe gerit tanquàm Confeſſarium, qui Confeſſarius non eſt. Gravitas porrò hujus criminis emergit à duplici principio, puta ab injuriâ, quæ fit Sacramento, quod invalidum eſt, cùm deſit in eo juriſdictio, quæ neceſſaria eſt ad validitatem Sacramenti (12), quod per modum judicij exercetur, & in quo neceſſaria eſt Judicis juriſdictio. Aliud principium eſt damnum, quod proximo infertur, nàm pœnitens in eodem reatu peccati manet; & ſicut de attrito contritus evaderet per virtutem Sacramenti, ſi hoc validum fuiſſet, & remiſſionem, Divinamque gratiam eſſet conſecutus, ità ex invaliditate illius remanet pœnitens cum ſolâ attritione, per quam minimè juſtificatur.

8 Quartum delictum eſt Sacerdotis approbati quidèm ad audiendas Confeſſiones, abſolventis tamen à peccatis, aut Cenſuris, reſervatis *Papæ*, aut locorum Ordinarijs, hoc quidèm delictum ambulat pari paſſu cum immediatè ſuperiori, ex hoc, quod procedit à defectu juriſdictionis in Confeſſario, attentante abſolvere in caſibus, à quibus abſolvere prohibitus eſt.

9 Quintum delictum eſt Confeſſarii frangentis ſigillun ſacramentale. Circà hoc ſciendum, quòd de jure Divino ex inſtitutione Chriſti eſt, quòd ſacramentum Confeſſionis ſit ſecretum, & hoc non tantùm reſpectu Sacerdotis, ſed etiam pœnitentis, ità ut, ſicut Sacerdos tenetur ad ſervandum ſecretum circà ſibi manifeſtata in Confeſſione, ità pœnitens non poteſt, Sacramentalem Confeſſionem faciendo, peccata ſua publicè manifeſtare. Quantum ad Confeſſarium, tenetur iſte lege naturæ, de jure Divino, & de jure Eccleſiaſtico poſitivo, pròut probat *Scotus* (13) peccata in Confeſſione audita ſecreta conſervare. Quantum ad pœnitentem non poteſt iſte publicè manifeſtare Sacerdoti peccata ſua, ut ſacramentaliter ab ijs abſolvatur, ut ſcribit *Marchantius* (14), & circà hoc habetur Deciſio *Leonis* (15) *Papæ*, qui audiens in *Campaniâ* hoc practicari, ſcripſit ad univerſos illius Provinciæ Epiſcopos, nè talem formam confitendi ampliùs permitterent, & talem uſum vocat *Præſumptionem contrà regulam Apoſtolicam; illicitam uſurpationem; & vituperabilem conſuetudinem*. Ratio autem iſtarum eſt, ut docet *Marchantius* citato loco, *Concluſione primâ*, quià judicium ſacramentale pertinet ad forum Dei ſolis Sacerdotibus, tanquàm ejus Vicariis commiſſum, & cùm judicia Dei principalis Judicis circà homines in hàc vità occulta ſint, etiam apud Vicarios Judices occultata eſſe debent. Profectò *Solus Deus ſcrutatur corda & renes* (16). Si autem ſcientiæ ſuæ participationem facit Sacerdoti, cui pœnitens in Confeſſione ſui cordis ſecreta aperit, conſenſum eſt, quòd talis participatio ſcientiæ, ſoli Deo reſervatæ, non ſibi præjudicat; ſed, ſicut occultum eſt ejus judicium de homine, tale remaneat etiam apud Sacerdotem.

10 Ex his deducitur, quòd, ut *Marchantius* (17) idem alibi probat, quàmvis ad favorem pœnitentis ſit à Deo præceptum ſecretum in Confeſſione, tamen principaliter hoc inſtitutum ſit contemplatione ſacramenti ipſius, de cujus ratione eſt, quòd ſecretum ſit, cùm tale ipſum inſtituerit Chriſtus; & cùm ſit myſterium, conſequenter occultum eſſe debet, cùm myſterij natura talis ſit, ut occultum ſit. Et ex hoc reſolvitur dubium, àn nempè pœnitens poſſit dare licētiam Confeſſario, ut poſſit ſibi revelata in Confeſſione manifeſtare; & communiter reſpondent Auctore, affirmativè, ſed quià opinantur, quòd ſecretum fuerit inſtitutum præciſè ad favorem pœnitentis, qui proindè poſſit favori ſuo renunciare. Tamen dicendum eſt, non licere talem licentiam dari à pœnitente, & ratio eſt, quià, ut ſuprà probatum eſt, ſecretum hoc eſt inſtitutum à Deo ad ſubſtantiam hujus Sacramenti principaliter, quàmvis ſit ad favorem, & contemplationē pœnitentis. Sequitur proindè, quòd iſte benè poteſt juri ſuo renunciare, non autem rationi Sacramenti præjudicare.

11 Si ergò Sacerdos ſigillum ſacramentale frangit verbo, ſcripto, aut ſignis, implicitè, aut explicitè ob quæ poſſint alij venire in cognitionē peccati in Confeſſione detecti, violat legem naturæ, Divinam, ac Eccleſiaſticam : injuriam ſacrilegam infert Sacramento, cujus juri præjudicat, & à cujus uſu facit fideles elongari: & tandèm etiam offendit graviter pœni-

(7) *Greg. XV. Conſtit. Officij noſtri. Clem. VIII. Conſtit. Etſi aliàs Urb. VIII. Conſt. Apoſtolatus officium.*
(8) *Menoch. de Arbitrar. Caſ. 310. nu. 4. & ult.*
(9) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Abſolutio cap. 2. nu. III. ℣. Reſpondeo II.*
(10) *l. Eos, qui diverſa §. final. ff. ad leg. Cornel. de Falſ.*
(11) *Bart. in l. Eos §. final. ff. de Falſ. Felin. in cap. Tertio loco num. 1. de Probat. Boſſ. Tit: de Falſ. nu. 131.*
(12) *Trident. Seſſ. 14. cap. 7. de Sacr. pœnit.*
(13) *Scot. in 4. diſt. 21. Quæſt 2 per tot.*
(14) *Petr. Marchant. Tribunal. Sacr. Tom. 1. Tract. 1. Tit. 1. Quæſt. 14. Concl. 2.*
(15) *Leo Papa Epiſt. 57. alijs 80.*
(16) *Pſalm. 7. verſ. 10.*
(17) *Marchant. Tom. 1. Tract. 4. Tit. 6. Quæſt. 6. Append. 2. Concl. 3.*

Digitized by Google

pœnitentem, cujus famam injuſtè prodit; ut proindè delictum enormiſſimum evadat.

# Probatio.

*SUMMARIUM.*

12 *Quomodò probandum crimen docentis non eſſe neceſſariam Confeſſionem ante Communionem.*

13 *Probatio delicti Confeſſarij, abſolventis ſinè juriſdictione, quomodò fiat.*

*Non entis nulla probatio.*

14 *Quomodò probetur crimen ejus, qui, cùm Sacerdos non ſit, Confeſſiones audit, Miſſam celebrat &c.*

*Teſtes ſingulares in hoc crimine debent conjungi.*

15 *Difficilis eſt probatio, quòd Confeſſarius abſquè facultate abſolverit à reſervatis.*

*Allegans turpitudinem ſuam, non eſt audiendus.*

16 *Confeſſio Rei extrajudicialis ſufficit ad conſtituendum eum in examine rigoroſo.*

*Varietas Confeſſionis, quam poteſt facere Reus in tali caſu.*

17 *Quomodò probetur fractio ſigilli Confeſſionis.*

18 *Quid probare, & quomodò accuſans Sacerdotem de tali delicto.*

19 *Quid juris, ſi Sacerdos dicat, peccatum à ſe revelatum audiviſſe ab alio, & hic negat ſe illud dixiſſe.*

20 *An ſit Reus de revelatâ Confeſſione, qui, tacitâ perſonâ pœnitentis, aperit conditiones, per quas iſte poteſt cognoſci.*

*Quomodò probabitur hoc caſu crimen ab Accuſatore.*

21 *Aperiens Confeſſarius conditiones, ob quas cognoſci queat perſona pœnitentis, Reus eſt de revelatâ Confeſſione.*

22 *Extenditur ratio ad caſum, in quo Sacerdos in diverſis temporibus diverſas conditiones expreſſerit, ex quibus cumulatis argui poſſit perſona pœnitentis.*

*Hiſtoria de hoc caſu.*

*Monitum ad Confeſſarios.*

23 *Ab accuſatore probandum eſt, tales circumſtantias de neceſſitate concludere individuationem pœnitentis.*

12 QUò ad probationem primi delicti, nempè illius, qui doceret, poſſe ſibi conſcium de peccato mortali, ac de eo contritum ſumere Euchariſtiam, non præmiſsâ Confeſſione ſacramentali, nihil ſpeciale dicendum venit, cùm hoc ab accuſatore, ſeù Fiſco probandum ſit per Teſtes, ut probantur cætera crimina. Et quià talis doctrina erronea, ac hæretica tradi poteſt non tantùm oretenùs, ſed etiam ſcripto, & quis ſe poteſt oſtendere hæreticum, propoſitiones hæreticas voce, aut calamo profitendo, ideò ſi talem doctrinam quis ſcriptis mandaret, ejus crimen concludenter probaretur per talem ſcripturam, in judicio præſentatam.

13 Delictum autem Sacerdotis, ſuſcipientis Confeſſiones abſquè juriſdictione, probari debet per Teſtes, qui viderint eum ſedentem in ſede Confeſſionali, & excipientem accedentium Confeſſiones; & ultrà hoc debet probare, quòd ab Ordinario loci admiſſus non ſit ad tale munus, & in hoc conſiſtit quidditas delicti, quæ omninò juxtà vulgata jura probari debet ab accuſatore, aut Fiſco. Sed quomodò concludenter probabitur talis negativa vaga, quæ de ſui naturâ improbabilis eſt, cùm non entis ulla ſit qualitas, aut probatio? (18) Reſpondeo, quòd probare poteſt per atteſtationem Cancellarii Epiſcopalis, qui aſſirmet, quòd in Regeſto Cancellariæ, in quo adnotata ſunt nomina eorum, qui examinati, ac approbati ſunt ad Confeſſiones excipiendas, approbatio ejus non reperitur. Quàmvis autem talis probatio non ſit plena, atque concludens (tùm quià potuit re verâ fuiſſe examinatum, ac approbatum, ejus tamen nomen, ex incuriâ Cancellarij non fuiſſe in Regeſto deſcriptum: tùm quià potuit ab Ordinario oretenùs obtinuiſſe licentiam audiendi Confeſſiones) tamen eſt ſufficiens ad transferendam obligationem in accuſatum, probandi ſcilicèt ſe fuiſſe approbatum ad Confeſſiones, aut licentiam eas auſcultandi ab Ordinario obtinuiſſe: quod ſi non probet, ejus crimen remanet præſumptivè probatum.

14 Porrò modo ſimili probandum eſt crimen ejus, qui, cùm Sacerdos non ſit, actus Sacerdotis exercet, Miſſas celebrando, ac Confeſſiones audiendo, currit enim eadem paritas cum caſu ſuperiori, proindè pari methodo faciendæ ſunt probationes. Advertendum autem, quòd Teſtes, qui probare debent, poſſunt eſſe in multiplici differentiâ, puta, vel quòd viderint totam Miſſam integraliter, certo loco, & tempore celèbratam: vel quòd unus Teſtis viderit unam partem, alius aliam, alius aliam eodem loco, ac tempore, vel quòd unus unâ die, & certo loco, alius aliâ die, & eodem loco; tertius verò diverſâ die, & loco viderit. Teſtes iſti debent coniungi, & plenè probant, nec ſingulares ſunt, ut aliàs docuimus, ut pluribus rationibus probat *Bordonus*. (s)

15 Difficilior eſt probatio criminis de Sacerdote, abſolvente à caſibus, aut Cenſuris reſervatis abſquè debitâ auctoritate, quià hæc datur in actu Sacramentalis Confeſsionis, in quâ nullus adhibetur Teſtis; & ſi ipſi pœnitentes, taliter abſoluti, hoc deponerent, non probarent, cùm tritum in utroque jure (19) ſit, quòd allegans turpitudinem ſuam, non ſit audiendus; & dato etiam, quòd probare poſſent, ſe fuiſſe abſolutos à talibus reſervatis, adhuc non probatum eſſet crimen, quod conſiſtit in duobus, puta, quòd Sacerdos de facto abſolverit; & quòd taliter abſolvendi facultatem non habuit; & in hoc ſecundo conſiſtit quidditas delicti.

16 Dico igitur, quòd per ſolum dictum extrajudiciale Sacerdotis, probatum concludenter poteſt accuſator ſemiplenè probare hoc crimen, ex eò, quòd Confeſſio extrajudicialis Rei ſufficit ad eum conſtituendum in examine rigoroſo, ut aliàs (20) diximus. Et circà talem Confeſſionem advertendum eſt, quòd aut poteſt eſſe ſimplex, aut involvere aliud crimen, ſi enim dicit. *Ego abſolvi multos à caſibus reſervatis, nec curavi obtinere facultatem ſuper iis*, talis eſt Confeſſio delicti ſimplicis: ſi autem

(18) *L. Ejus qui in Provincia, Verſ. Quoniam. ff. ſi cert. petat. cap. Ad diſſolvendum de Deſponſ. impub.*

(s) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 22. quæſt. 12.*

(19) *Cap. inter dilectos junct. Gloſ. in V. Turpitudinem. de Donat. l. Si creditoribus C. de ſerv. pign. da. manu l. Cum profitearis. C. de Revoc. donat.*

(20) *Par. 1. Tit. Teſtes nu. 111.*

Digitized by Google

tem dicit *abſolvi Caium, Titium* &c. tùnc complicatur cum priori aliud delictum, puta, revelatio Confeſsionis, ac fractio ſigilli ſacramentalis; quàmvis enim non publicet peccata pœnitentis in ſpecie, revelat tamen in genere, quod in communi ſententiâ Moraliſtarum ſufficit ad fractionem ſigilli. Si verò dicit, *ſe à quibuſvis caſibus reſervatis quoslibet pœnitentes abſolviſſe, cùm nec Papa, nec Epiſcopi poſſint, niſi prò externâ politiâ, eos reſervare*, conjuncta cùm priori delicto eſſet hæreſis, & eò quòd *Tridentinum* (21) determinat contrarium, & illud aſſerentes percutit anathemate.

17 Circà probationem verò fractionis ſigilli ſacramentalis advertendum, quòd aut Sacerdos dicit, *Caius mihi Confeſſus eſt tale peccatum*, & hoc concludenter probatur à Teſtibus: tali caſu concludenter probatum remanet delictum, quià Sacerdos revelat id, quod in Confeſſione audivit. Si verò peccatum *Caij* jam vulgatum eſt in viciniâ, de eo autem non habetur certitudo, ſed tantùm communis vox, Sacerdos autem dicat, ſe à tali peccato *Cajum* abſolviſſe; & tale dictum Sacerdotis plenè probetur, plenè etiam probatum remanet crimen revelationis. Ratio eſt, quià, quàmvis de tali peccato vulgata ſit fama, tamen de illo non habetur certitudo, quæ tamen habetur per dictum Sacerdotis: undè, cùm hæc habeatur per viam Confeſsionis tantùm, ejus ſigillum frangi dubium non eſt. Quid autem juris, ſi peccatum *Gaij* notorium eſt, Sacerdos autem dicat, ſe ab eo *Caium* abſolviſſe? Dico, quòd non diceretur, Sacerdotem fregiſſe ſigillum. Quià ſigilli violatio conſiſtit in hoc, quòd Sacerdos det neſcienti notitiam peccati, ſibi aperti in Confeſsione; in caſu autem iàm notitia peccati certa eſt, cùm factum notorium ſit; undè audiens, nullam novam notitiam acquirit de illo per dictum Sacerdotis; ſed tantùm, quòd *Cajus* abſolutus ab eo ſit; hoc autem non eſt revelare Confeſsionem; aut Sacramentum pœnitentiæ odioſum reddere; aut famam *Caij* prodere, ſed de actu virtutis ejus (puta, de pœnitentiâ) teſtimonium reddere. Et profectò, ſi eſſet quis excommunicatus denunciatus ob notorium crimen, & reperirietur occiſus, undè privandus eſſet ſepulturâ Eccleſiaſticâ, Sacerdos autem teſtificaretur, illum confeſſum ſibi eſſe peccatum ſuum, & abſolutionem à Cenſurâ obtinuiſſe, non poſſet dici Sacerdos, quòd Confeſſionem revelaverit, ob cauſam ſuprà tactam; igitur neque in caſu ſupradicto.

18 Quomodò autem probandum eſt hoc crimen ab eo, qui accuſat Sacerdotem, quòd peccata ſua, de quibus illi confeſſus eſt, manifeſtaverit? aut quomodò ab accuſatore probandum eſt, quòd confeſſarius peccata aliorum, audita in Confeſſione, manifeſtaverit, qui caſus frequentiores ſunt? Dico, quòd probatio pendet à duobus; primum eſt, quòd probari debet per Teſtes, quòd Sacerdos tale peccatum alicui prodiderit; aliud eſt, quòd notitiam de illo non habuit, nec potuit Sacerdos niſi in Confeſſione. Primum facilè probatur eſt modo ſolito per Teſtes, aut per Epiſtolam, ab eodem Sacerdote ſcriptam, ac in judicio præſentatam. Secundum autem fundatum in negativâ vagâ, quæ improbabilis eſt, præſumptivè tantùm probari poteſt ex hoc, quòd tale peccatum occultè commiſſum eſt, ità ut nullus fuerit præſens, qui ſuper eo teſtificari potuerit; & de peccato illo nihil fuit dictum in viciniâ, antèquam de eo Sacerdos locutus ſit. Per talem autem præſumptivam probationem transfertur in Sacerdotem onus probandi, quomodò habuiſſet notitiam talis peccati extrà Confeſſionem, ità ut de eo potuerit loqui ex ſcientiâ, habitâ extrà Confeſſionem; quod ſi non probet ſaltem ſemiplenè, puniendus eſt, tanquàm ſigilli ſacramentalis violator.

19 Quid verò juris, ſi Sacerdos dicit, peccatum *Caij* ſibi fuiſſe manifeſtatum à *Seio*, iſte autem interrogatus à Judice, hoc neget? Dico, quòd Sacerdos nihil probat; & proindè pœnâ criminis mulctandus eſt, & maximè, ſi accedant alia adminicula, quòd nempè loquax, aut levis ſit, aut aliqua cauſa minuendæ famæ *Caij* ſubſiſtat, ob quam Sacerdos ejus peccatum manifeſtaverit. Ratio eſt, quià negatio *Seij* deſtruit dictum Sacerdotis, qui proindè nec quid minimum probat.

20 Quid autem, ſi non explicitis verbis, & apertâ oratione Sacerdos, loquens de peccato, ſibi aperto in Confeſſione, non manifeſtet quidèm nomen pœnitentis, explicat autem circumſtantias tales, ut per eas audiens devenerit in cognitionem pœnitentis, qui tale peccatum commiſit, erit nè Sacerdos Reus revelatæ Confeſſionis? Et ſi ſic, quomodò probabitur ab accuſatore crimen?

21 Reſpondeo ad primam partem dubitationis, & dico, quòd non tantùm per nomen poteſt individualiter exprimi perſona, ſed etiam per alias circumſtantias, quæ non poſſunt hìc, & nùnc, niſi uni tantùm convenire. Perindè igitur erit dicere præciſum nomen perſonæ, ac eam per tales circumſtantias deſcribere; pari enim modo audiens cognoſcit perſonam, de quâ loquens intelligit. Cùm igitur crimen hoc conſiſtat in hoc, quòd ex revelatione Sacerdotis alius deveniat in cognitionem peccati, ac pœnitentis, ſequitur, quòd pari modo delinquat Sacerdos, exprimendo nomen aut deſcribendo per circumſtantias perſonam pœnitentis. Et advertendum, quod eodem modo delinquit Sacerdos, revelans nomen pœnitentis ex inſtituto, ac doloſè, ut illi noceat; ac aperiendo circumſtantias ejus perſonales ex inadvertentiâ, & linguæ lubricitate; ſiquidèm pari modo audiens venit in cognitionem pœnitentis, in quo conſiſtit hujus criminis quidditas. Non negaverim tamen, quòd ratione doli non augeatur delictum, & proindè non augenda ſit pœna.

Advertendum autem, quòd poteſt dari caſus, quòd Sacerdos in uno tempore unam circumſtantiam tantùm aperiat, per quam non poſſit audiens venire in cognitionem pœnitentis: in alio autem tempore aliam circumſtantiam manifeſtet, & quòd audiens, combinando circumſtantias, veniat in notitiam pœnitentis. Evenit hic caſus, quòd Sacerdos quidam, familiariter loquens cum nonnullis amicis in compotatione, illis dixit, quòd prima fœmina, cujus Confeſſionem exceperat, commiſerat adulterium. Multis expoſt tranſactis menſibus, Sacerdos ab uno ex dictis amicis invitatus ad prandium in propriâ domo, cùm fuiſſet comitèr exce-

(21) Trident. Seſſ. 14. de Pœnit. cap. 7. & Can. 11.

exceptus ab ejus uxore, ut motivũ particularis benevolentiæ ergà eam, dixit, illam fuiſſe primã illius pœnitentem. Maritus hoc audiens, & memor primæ circumſtantię, à Sacerdote ſibi manifeſtatę, venit in cognitionem, uxorem fuiſſe adulteram; undè ſubito furore accenſus arripuit à menſa parata cultrum, ac ex templò uxorem jugulavit. Conſtitutus autem coràm Judice, & interrogatus, quarè uxorem occidiſſet, aperuit illius adulterium, quod cognoverat ex dictis Sacerdotis, qui proindè fuit ab Epiſcopo conveniẽter punitus. Diſcant ex hoc caſu Sacerdotes circumſpectionem, quam in loquendo de auditis in Confeſſione ſervare debent, nè in hoc crimen prolabantur:

23 Quò ad ſecundam partem ſuprà datæ dubitationis dico, quòd ab accuſatore probandum eſt concludenter, quòd Sacerdos tales circumſtantias aperuerit, quòd non poſſint de neceſſe niſi uni tantùm perſonæ applicari; quià, ſi poſſunt pluribus convenire, non poterit audiens in cognitionem certam determinatæ perſonæ devenire; & proindè probatum non erit Sacerdotis crimen.

## Pœnæ.

SVMMARIVM.

24 *Pœna docentis Confeſſionem non eſſe exiſtenti in peccato neceſſariam antè Communionem.*

25 *Pœnæ multiplices non Sacerdotis excipientis Confeſſiones.*
*Opinio Roderici, quòd talis, ſi non daret abſolutionem, non ſit morte plectendus.*
*Eadem opinio tenetur à Theſauro ex alio fundamento.*

26 *Confutatur talium opinio.*

27 *Reſpondetur obiectioni, quæ poteſt fieri.*

28 *Pœna Sacerdotis abſolventis pœnitentes abſquè juriſdictione.*

29 *Audiens Confeſſiones ſinè juriſdictione, committit crimen falſi, & eſt arbitrariè puniendus.*

30 *Pœna abſolventis à Cenſuris, & peccatis reſervatis de jure antiquo.*

31 *Pœna ejuſdem de jure novò.*
*Caſus quinque, quos Papa ſibi reſervat.*

32 *Pœna frangentis ſigillum Confeſſionis.*
*Triremium pœna ſuccedit detruſioni in Monaſterium.*

33 *Triremium pœna contrà frangentes ſigillum Confeſſionis debet eſſe perpetua.*
*Nonnulli ex Reis talis criminis fuere morte affecti.*
*Epiſcopo Gerundenſi revulſa fuit per occipitium lingua propter revelationem Confeſſionis Regis Aragonum.*

34 *Primum Statutum Minorum de Obſervantià.*

35 *Secundum Statutum.*

36 *Quam pœnam mereatur Sacerdos apud Nos audiens Confeſſiones abſquè facultate.*

37 *Iniungendæ ſunt pœnæ expreſſæ ſuprà nu. 28. & 29.*

38 *Arbitrium Carceris dandi prò abſolutione illicità à reſervatis, àn ſit circà pœnam ipſam, àn verò circà ejus durationem.*

39 *Quandò arbitrium Superioris ſit circà ſpeciem pœnæ; & quandò circà ejus durationem.*
*In dato Statuto arbitrium Superioris eſt de duratione pœnæ Carceris.*

40 *Excommunicatio, de qua loquitur Statutum ſit latæ ſententiæ.*

41 *Reſpondetur, quòd eſt ſententiæ ferendæ.*
*Cenſuræ Statutariæ non incurruntur, niſi poſt declarationem.*

42 *An eædem pœnæ incurrantur ob caſus, ac Cenſuras, quas Prælati ſibi reſervant.*

43 *Reſpondetur ad dubium, negativè.*
*Quomodò poſſint in Ordinibus Regularibus reſervari caſus.*

44 *Non licet Superiori Regulari ſibi reſervare Cenſuram, præter formam datam à Clemente VIII.*

45 *An Prælati Regulares poſſint procedere contrà dogmatizantem, quòd Prælati Regulares non poſſint ſibi reſervare caſus, etiam ſervatâ formâ prædictâ.*

46 *Talis dogmatizans eſt formaliter Hæreticus.*
*Concilium Generale eſt infallibilis norma fidei, & morum.*
*Tridentinum damnat anathemate tales dogmatizantes.*
*Prælatus Regularis non poteſt procedere contrà talem dogmatizantem, quià Hæreticus eſt.*

24 CVm ſuprà recitata delicta *abuſus in Confeſſione* crimina ſint, quæ à ſolo Judice Eccleſiaſtico cognoſcantur, cùm ſint circà Sacramentum, plerùmquè ſolis pœnis ſpiritualibus vindicantur. Pœna igitur docentis, Confeſſionem non eſſe neceſſariam antè communionem ei, qui ſibi de peccato mortali conſcius eſt, quàmvis ſit de eo contritus, eſt Excommunicatio lata à *Tridentino* (22), quæ tamen reſervata non eſt, ut obſervat *Theſaurus* (23) ex diſpoſitione Concilii. Quià verò, ut diximus ſuprà *num.* 5. docens, ut præfertur, poteſt tanquàm Hæreticus, aut ſuſpectus, aut formalis haberi, juxtà ejus pertinaciam, aut non, & ab Inquiſitoribus puniri; hinc eſt, quòd talis Excommunicatio cenſeri debet reſervata in primo capitulo *Bullæ Cœnæ*, in quà omnes Hæretici excommunicatione, *Papæ* reſervata, percelluntur.

Multiplices autem ſunt pœnæ ejus, qui, cùm Sacerdos non ſit, audet pœnitentium Confeſſiones excipere. Prima pœna eſt Irregularitas, quæ juxtà diſpoſitionem juris (24) *univerſaliter* incurritur ab eo, qui exercet actum Ordinis, quem non habet, ut diximus *§. Abuſus in Ordine num.* 26. Dixi *univerſaliter*, quià non tantùm Clericus, ſed etiam laicus tali pœnâ percutitur, ut dicunt Doctores (25). Secunda pœna eſt, quòd taliter abſolventes pęnitentes, ſunt vehementer ſuſpecti de Hæreſi juxtà Conſtitutionem *Gregorij XIII.* (26), ſequitur proindè, quòd, quàmvis non convincantur de Hæreſi, tamen tenentur abjurare de vehementi juxtà quandam Decretalem (27) Tertia *pœna eſt infamia*, quotiès crimen notorium ſit de facto, aut de jure: hoc

Ttt enim

*(22) Trident. Seſſ. 14. de Sacram. pœnit. Can. 11.*
*(23) Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Confeſſio cap 3. ℣. Nota.*
*(24) Text. in cap. 1. & 2. de Cler. non Ord. miniſtr.*
*(25) Sayr. de Cenſur. lib. 7. cap 10. nu. 6. & ibi Calderin. Paludan. Sylveſt. Tabien. S. Antonin. Navar. Sot. Maiol. Valent. Bergaſ. de Irregul. Par. 6 Tit. de Non Ord. miniſtr.*
*(26) Gregor XIII Conſt. 21. Officii noſtri.*
*(27) Arg. cap. Accuſatu. de Hæret. in 6. Theſaur. V. Abſolutio in cap. 1. ℣. Hæreſis in fin.*

Digitized by Google

enim crimen non ſolùm eſt depoſitione, ſed etiam traditione Curiæ ſæculari dignum, ut infrà dicam. Quarta pœna eſt traditio in manu Judicis Laici, qui Reum ultimo ſupplicio afficiat, & hoc ex diſpoſitione *Clementis VIII.* (28), & quàmvis minor ætas ſalvet Reos ab ultimo ſupplicio; tamèn, ſi Reus hujus criminis ſuperet annos 20, quàmvis non compleverit 25, adhuc morti eſt tradendus, juxtà Bullam *Vrbani VIII.* (29), & vidi *Papiæ* quendam, qui, cùm eſſet purus Laicus, habitum Clericalem aſſumpſerat, Miſſas celebrabat, ac Confeſſiones paſsìm audiebat, ac alia ſcelera commiſerat, fuiſſe furcis ſuſpenſum, & ex poſt combuſtum. Ponderat autem *Rodericus*, (30) quem alii ſequuntur, quòd, ſi talis, ut præfertur, Confeſſiones quidèm audiret, ſed abſolutionem minimè impenderet, non incurreret pœnas, latas à *Gregorio*, nec ab Inquiſitore eſſet puniendus: & hoc idem tenet *Theſaurus* (31) de pœnis, latis à *Clemente*, & *Vrbano*. Fundamentum *Roderici* eſt, quià Conſtitutiones prædictæ afficiunt pœnis tales, qui audent *Confeſſiones audire, ac abſolutionem impartiri*, ut habet Bulla *Gregorii*, ſequitur proindè, quòd, ſi abſolutio non datur, nullum confertur Sacramentum, & ille facto tali non impugnat Catholicam veritatem. Fundamentum autem *Theſauri* eſt, quià ex Bullâ *Clementis* VIII. habetur cauſa finalis pœnarum, latarum contrà ejuſmodi Reos, qui miniſtrando invalidè Sacramentum pœnitentiæ, *decipiunt, & grave damnum inferunt fidelibus*, qui ſe legitimè abſolutos à talibus tenent, cùm tamen in ſtatu peccati adhuc remaneant, quòd, ſi ipſi vident, ac ſciunt, taliter excipientem illorum Confeſſiones non dediſſe ipſis abſolutionem, alium Confeſſarium adeunt, & ſic non manent decepti, nec damnum animæ ſubeunt.

26 Sed talium Doctorum ſalvâ reverentiâ, eorum opinio non poteſt ſubſiſtere: fundamentum enim *Roderici* non concludit. Ratio eſt, quià ità nullum conficit Sacramentum, qui, cùm non ſit Sacerdos, abſolutionis formam ſuprà pœnitentem profert, ſicùt qui eam profert; ergò non ex hoc, quòd Sacramentum non conficit, non proferendo abſolutionem, euadere debet pœnas Bullæ; cùm pari modo delinquat, & iniuriam Sacramento inferat proferendo, aut non proferendo abſolutionem. Pariter fundamentum *Theſauri* nutat, quià in hoc crimine duæ ſunt cauſæ gravitatis illius; una quidèm eſt iniuria, quæ Sacramento inuritur, & hæc eſt principalior, ratione cujus hoc crimen ſacrilegium eſt: alia minùs principalis eſt damnificatio pœnitentis decepti; non potuit autem *Clemens* habere prò causâ motivâ ſuæ Conſtitutionis cauſam minùs principalem: undè, ſi hanc expreſſit in Bullâ, eam non poſuit tanquàm cauſam motivam, principalem, ac finalem; ſed tantùm ut concomitantem, ſivè impulſivam. Quod magis ſuadeo ex hoc, quòd verus Sacerdos excipiendo Confeſſiones ſinè juriſdictione, ac abſolutionem dando, ità nulliter procedit, & decipit, ac grave damnum infert pœnitentibus, ſicùt qui, cùm non ſit Sacerdos, abſolvit eoſdem; igitur, ſi pœnæ prædictæ inferuntur à *Clemente* ratione deceptionis, & damni, quod ſubeunt fideles, eaſdem debent ſubire Sacerdotes, abſolventes abſquè iuriſdictione, cùm par ſit crimen Confeſſarii, & damnum pœnitentis. Convincitur ergò, quòd, quàmvis abſolutio non detur, Reus tamen ab Inquiſitore debet puniri, & ſic firmat etiam *Bordonus Sacr. Tribunal. cap.* 22. *q.* 10.

27 Quòd, ſi reſpondeatur, quòd par etiam iniuria fit Sacramento, ſi verus Sacerdos abſquè juriſdictione abſolvit, ſicùt ſi non Sacerdos abſolvit, quià utrobique Sacramentum eſt nullum; undè, ſi eædem pœnæ, quæ dantur in ſecundo caſu, non dantur in primo, non eſt ex diverſitate delictorum circà iniuriam, Sacramento illatam, quæ eadem eſt; ſed tantùm ob voluntatem legiſlatoris, qui in unâ circumſtantiâ delicti ſanxit pœnas, quas noluit in aliâ circumſtantiâ adaptari. Dico ad hoc, quòd aſſumptum eſt falſum, quià non tanta iniuria Sacramento fit à vero Sacerdote, abſolvente abſquè iuriſdictione, ſicut fit à non Sacerdote, cùm tamen par ſit damnum, quod ab ambobus infertur pœnitentibus. Ratio eſt, quià verus Sacerdos, ſi non habet facultatem abſolvendi in actu, habet tamen eam in habitu, fundatam in charactere; non Sacerdos autem nec in actu, nec in habitu eam habet: proindè, quàmvis utrobique interveniat Sacramenti nullitas, maior tamen eſt iniuria, quæ ipſi infertur à ſecundo, quàm à primo, & proindè graviores pœnæ debentur uni, quàm alteri.

28 Pœnæ porrò Sacerdotis, abſolventis abſquè iuriſdictione, prout habetur ex duobus Canonibus, (32) eſt, quòd *gradus ſui periculo ſubiaceat*; nempè ſuſpenſionem incurrat ex ſententiâ Judicis, prout explicant *Præpoſitus*, & *Navarrus*. (33) Quàmvis autem *Rodericus* (34) videatur ambigere de quâ ſuſpenſione intelligendi ſint Canones illi, puta, àn ab audiendis Confeſſionibus, ità ut nullo unquàm tempore Sacerdos ille ad eas excipiendas admitti poſſit; àn verò ab omni Sacerdotali Officio, dùm primam prò conſtanti tenet, de ſecundâ verò dubitativè loquatur: tamen accipienda eſt ſuſpenſio in totali ſuâ ſignificatione. Ratio eſt, quià Canones illi dicunt, *gradus ſui periculo ſubiaceat*, gradus autem, ſivè Ordo Sacerdotalis æquè reſpicit audire Confeſſiones, ac Miſſam celebrare, cùm utriuſque poteſtatem habitualem in ſuâ Ordinatione recipiat, igitur utrumque munus talis ſuſpenſio debet comprehendere. Imò videtur, quòd talis ſuſpenſio principaliter ſit ab Officio celebrandi; quià, cùm ſupponatur deliquiſſe in hoc, quòd, cùm Confeſſarius approbatus non ſit, Confeſſiones tamen excipere, præſumpſit, ſi ſuſpenſio eſſet tantùm ab audiendis Confeſſionibus, illa nihil operaretur, & per eam nihil deperderet Sacerdos, quià abſquè tali ſuſpenſione iàm Confeſſiones audire non poterat; & ad plùs illa ſuſpenſio impediret tantùm facultatem audiendi Confeſsiones, quam ex poſt impetrare poſſet; quæ parva pœna eſſet reſpectu tanti criminis, per quod tanta iniuria Sacramento fit, cum deceptione, ac damno penitentis.

29 Dico igitur, quòd, cùm audiens Confeſsiones abſquè iuriſdictione, committat crimen falſi, ut dictum eſt ſuprà *num.* 7. arbitrariam pœnam, quæ debet eſſe ſatìs gravis, juxtà gravitatem delicti, debet imponere Judex, conſideratis facti circumſtantiis, ac temeritate, & præſumptione Sacerdotis.

30 Pœ-

(28) *Clemen. VIII. Conſt.* 81. *Et ſi aliàs.*
(29) *Vrban. VIII. Conſt.* 97. *Apoſtolatus officium.*
(30) *Roderic. quæſt. Regular.* 28 *art.* 2. *Tom.* 2. ℣. *Hac Conſtitutio. Quarant. Summ. Bullar. V. Ordo in fin. Sayr. de Cenſur. lib.* 7. *cap.* 10 *nu.* 8.
(31) *Theſaur. de Pæn. V. Abſolutio. cap.* 1. *verſ. Amplia. in fin.*
(32) *cap. Placuit.* 9 *q.* 2. *cap. Placuit. de Pænit. diſt.* 6.
(33) *Præpoſit. in cap. Placuit.* 9. *quæſt.* 2. *init. Navar. in cap. Placuit. de Pænit. diſt.* 6. *in princip.*
(34) *Roderic. Tom.* 2. *quæſt. Regular.* 28. *art.* 1. *circ. med.*

Digitized by Google

30 Pœnæ ſupradictæ applicandæ ſunt Sacerdoti, qui nulla falſus juriſdictione, ſe exponit publicè in ſede Confeſſionali ad excipiendas Confeſſiones: quid autem de eo, qui abſolvere audet à Cenſuris, ac caſibus reſervatis? Reſpondeo, quòd de jure antiquo (35) prima pœna eſt de Religioſis, qui ſinè privilegijs audent abſolvere excommunicatos à Canone, vel à ſententijs, per Statuta Provincialia, aut Synodalia promulgatis, ſi abſolutio reſervata ſit: iſti autem incurrunt excommunicationem, Papæ reſervatam, & taliter abſolventes à locorum Ordinariis denunciandi ſunt excommunicati, nullo privilegio emptionis, ſibi ſuffragante. Pariter excommunicationem, Papæ reſervatam, ut habetur ex quâdam Decretali (q), incurrit, qui ſcienter, & ſponte, Sacramentaliter abſolvit excommunicatum à Papâ per ſententiam ſpecialem; vel per legem generalem, ſi tamen fuerit denunciatus. Itidem incurrit Cenſuram Interdicti, qui abſolvit ab excommunicatione, ſivè Interdicto excommunicatũ, ſeù interdictum nominatim ab Epiſcopo, ut habetur in quodam capitulo (r)

31 De jure autem novo (36) excommunicati ſunt abſolventes à caſibus, contentis in *Bullâ Cænæ*, præterquàm in mortis articulo; & abſolvente in tali articulo, non ſervatâ formâ, præſcriptâ in eâdem Bullâ, nempè prævià cautione de ſtando mandatis Eccleſiæ, & de ſatisfaciendo. Talis autem excommunicatio reſervata non eſt, ut eſt Doctorum (37) probabilior ſententia Sacra expoſt Congregatio juſſu *Clementis VIII.* anno 1602 die 26 Novembris, moderans Decretum ejuſdem *Papæ*, editum circà hanc materiam, ſtatuit excommunicationem, privationem Officiorum, dignitatem, & Beneficiorum, ac inhabilitatem ad quæcunque Officia, Beneficia, ac Prælaturam contrà Sacerdotes omnes Sæculares, aut Regulares,, qui abſolvere præſumunt extrà mortis articulum à caſibus clarò, vel dubie contentis in Bulla Cænæ; aut à quinque caſibus, Papæ reſervatis, nempè *Violationis Immunitatis Eccleſiaſticæ, in terminis Bullæ Gregorij XIV. Violationis Clauſuræ Monialium ad malum finem: Provocantium, & pugnantium in duello: Inicientium violentas manus in Clericum: Simoniæ realis ſcienter contractæ, ac confidentiæ beneficialis: aut à caſibus, ſeu Cenſuris, quos, aut quas locorum Ordinarij ſibi reſervaverint*. Quod Decretum fuit poſteà confirmatum à *Paulo V. anno 1617 die 7 Ianuarij*, ut videre eſt apud *Barboſam* (38)

Pæna tandèm frangentis ſigillum Confeſſionis, de jure communi, (39) eſt depoſitio, & detruſio in Monaſterium ad agendam pœnitentiam, & hanc pęnam ſequitur infamia, & ex hac Irregularitas, ſi tamen crimen notorium ſit de jure, aut de facto, ſiquidem omne crimen, depoſitione dignum, infundet, & reddit irregularem, ut probat *Theſaurus*, (40) Quià tamen detruſio in Monaſterium abſolvit, ejus loco ſucceſſit damnatio ad triremes, ut ſcribit *Farinacius*. (41) Hujus criminis cognitio pertinet ad Epiſcopos, & ſi Reus eſt Regularis, ad ſuos Superiores. Sed, ſi revelatio Cōfeſſionis eſſet conjuncta cũ hæreſi, aut ſuſpicione hæreſis, ſpectaret ad Inquiſitores, ut ſcribit *Molfeſius* (42)

33 Sacerdos igitur, frangens ſigillum Confeſſionis, damnandus eſt ad triremes, quæ debent eſſe perpetuæ, ſiquidèm detruſio in Monaſterium erat, Rei vita durante, proindè triremes, illius in locum ſuccedentes, debent eſſe perpetuæ; gravis quidèm hæc pęna eſt, longè tamen gravius hoc delictũ ratione ſpiritualium damnorum, quæ cauſant in animabus eorum, qui legitimæ dubitantes de ſilentio Confeſſarij, cui confiteri adſtringuntur, multas Confeſſiones mancas, ac invalidas, ſacrilegaſque faciunt, ac in ſordeſcunt in illis peccatis, quæ detegere verentur, ex eo, quòd ex affectu noverunt, eorum Confeſſiones fuiſſe Superioribus proditas: & qui conſueti ſunt Monialium Confeſſiones extraordinarias excipere, benè intelligent quid hìc dicere intendo. Audivi proindè nonnullos ex taliter loquacibus Cōfeſſariis fuiſſe ultimo ſupplicio affectos, & ſignanter ex *Aldrete* refert *Pellizarius* (43), Jacobum primum Aragoniorum Regem Epiſcopo Germedenſi ab occipitio linguã evellere feciſſe, ex eo, quòd dicti Regis Confeſſionem revelaſſet.

34 Quò ad Regularium pœnas *de abuſu Confeſſionis*, modis ſuprà explicatis, conſulere quiſquè debet proprias Conſtitutiones. Nos Minores de Obſervantia Regulari, ac Strictiori taxatas ultrà communes habemus pœnas contrà Confeſſarios, qui ſinè debita facultate audiunt Confeſſiones, aut audent à caſibus reſervatis abſolvere, & ſunt. Primò. *Text. Tit. Applicatio* §. 32. ſic habens. *Qui Confeſſiones ſinè licentiâ auſcultaverit, vel à reſervatis abſolverit, eſt ipſo facto excommunicatus; & ad excipiendas Confeſſiones perpetuò inhabilis; carcerandus; & graviùs puniendus, ſi in hoc crimine vitioſus repertus fuerit.*

35 *Secundò, ut caſuum reſervatis in Eccleſiâ Dei, ac in Religione Seraphicâ, tàm diligenter hactenùs cuſtodita, deinceps illibata perſiſtat, decernimus, & ſancimus, ut in illis caſibus quos per Statuta Generalia, aut per Conſtitutiones Apoſtolicas reſervatas eſſe, aut reſervari contigerit, nemo abſolvere quemquam præſumat ſub pænâ excommunicationis, ipſo facto incurrendâ, niſi à Generali, vel Provinciali Prælato abſolvendi facultatem accipiat. Et ſi in hoc quiſquam deliquerit, & de eo legitimè conſtiterit, Carceri, Superioris arbitrio, mancipetur. Quibus pœnis etiam ſubiaceat, qui ſinè tali facultate poſſe à reſervatis abſolvere, obſirmaverit; vel qui Superiores poſſe ſibi caſus reſervare, aut ſubditos Cenſuris ligare negaverit. Et qui hæc affirmare, aut dogmatizare temerè auſerit, tanquàm erroneus ſeminator ab audiendis Confeſſionibus perpetuò ſuſpenſus ſit, & graviſſimè puniatur; conſulto tamen priùs ſanctiſſimæ Inquiſitionis Tribunali, & ejus expectato mandato* (44)

36 Circà ſuprà datum Statutum, prima dubitatio eſt, quas pęnas debent iniungere Prælati, caſu, quo aliquis Sacerdos non priùs obtenta facultate audiendi Confeſſiones, ipſas exciperet, cum Statutum Ordinis (45) loquatur tantùm directivè nulla poſita pœna?

37 Reſpondeo, quòd, ut habetur in Textu (46), deficiente taxatione pęnarum in Textu, aut Statutis Generalibus, recurrendũ eſt ad leges Canonicas, aut Civiles in earũ defectu &c. Cùm igitur deſint pęnæ Statutariæ in caſu, injungendæ ſunt pęnę de jure cōmuni



(35) *Tex. in Clem. Religioſi de Priv.* (36) *Bull. Cænæ §. Cæterũ & ſ. ſeq.*
(37) *Navar. c. 27. n. 73. Tolet. lib. 1. cap. 30. V. 6. Fulminat. Suar. de Cenſ. diſp. 21. Sect. 3. V. Secundò Sayr. eo tit. lib. 3. cap. 25. nu. 7. Alter. lib. 5. cap. 3. ſ. Contrariam.*
(38) *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſ. Alleg. 50. num. 186. & ſeqq.*
(39) *Text. in cap. Omnis utriuſque de Pænit. & remiſſ.*
(40) *Theſaur. de Pœn. Par. 1. cap. 33. V. Secundo modo.*
(41) *Farinac. Q. 119. nu. 55.* (42) *Molfeſ. Tract. 7. c. 23. nu. 68. & ſeqq.*
(q) *Text. in cap. Significavit de ſent. Excom.*
(r) *Text. in cap. Epiſcoporum de Privil. in 6.*

(43) *Aldret. de Diſcipl. tuend. lib. 2. cap. 19. Pelliz. Manual. Regular. Tract. 9. cap. 4. Sect. 3. nu. 184.*
(44) *Statut. General. Ordin. cap. 7 ſ. 2. nu. 1. & 2.*
(45) *Statut. Gener. Ord. c. 7. ſ. 1. nu. 1.* (46) *Text. Tit. Applic. ſ. 60.*

Digitized by Google

de quibus *ſuprà nu.* 28. *&* 29. Videtur quidèm ex Textu, dato ſuprà *nu.* 34. quòd Excommunicationem ſubeat, qui *ſinè licentiâ auſcultat Confeſſiones*: ſed error eſt aut Amanuenſis, aut Compilatoris; nam in Statutis *Valliſoletanis*, quæ ad marginem citat; & etiam in ſtatutis Ordinis talis Cenſura lata eſt contrà abſolventes à reſervatis ſinè facultate, non autem contrà excipientes Confeſſiones ſinè licentiâ. Et proindè juris communis pœnas tantùm ſubire debent, ut dictum eſt.

38 Secunda dubitatio eſt, àn carcer dandus, arbitrio ſuperioris, Reo de Confeſſione auditâ, abſquè approbatione, intelligatur abſolutè, ità ut in arbitrio Superioris ſit, Carcerem dare, vel non; àn potiùs arbitrium ſit circà diuturnitatem carcerationis?

39 Reſpondeo, quòd, ut aliàs dictum eſt, quandò Statutum eidem delicto pœnas diverſas ſancit, earum electionem relinquens arbitrio Prælati, ut ſi dicat, talis, aut *talis pœna detur, arbitrio Superioris*, tùnc intelligitur commiſſa Prælati arbitrio tùm determinatio pœnæ, tùm illius duratio. Quandò autem Statutum determinat pœnam, & exindè apponit clauſulam *Superioris arbitrio*, tùnc arbitrium eſt tantùm circà durationem pœnæ. In propoſito autem Statuto habetur, quòd Reus *Carceri mancipetur* tantùm, nulla alia pœna alternativè poſita, igitur arbitrium in hoc caſu eſt tantùm circà durationem carcerationis; attento maximè, quòd, ut videre eſt in omnibus Statutis, quandò ſanciuntur pœnæ, quæ habent tractum ſucceſſivum, ſemper apponitur ejus duratio aut arbitrio Superioris committitur; cùm autem hìc duratio carceris non exprimatur, ſed apponatur *arbitrium Superioris*, liquet, quòd hoc ad ſolam durationem limitatur.

40 Tertia dubitatio eſt, àn pœna Excommunicationis, de quâ loquitur Statutum ſit latæ, àn ferendæ ſententiæ; & àn ſit reſervata?

41 Reſpondeo, quòd non eſt latæ, ſed ferendæ ſententiæ. Ratio eſt, quià nulla appoſita eſt clauſula, quæ importet ſententiam latam, ut ſi diceretur *ipſo facto, ipſo jure, eo ipſo* &c. Statutariæ autem Cenſuræ, prout benè ait *Sanctorus* (46), non incurrruntur, niſi poſt declarationem. Quò ad ſecundam partem dubitationis dico, quòd, cùm nulla hìc apponatur clauſula reſervationis, talis Cenſura reſervata non eſt reſpectu abſolventis à reſervatis per Statuta Ordinis, de quibus eſt ſermo. Sed de abſolvente à caſibus, *Summo Pontifici*, aut Epiſcopis à jure, ſeù per Statuta Provincialia, ſivè Synodalia reſervatis, contrà quem eſt lata excommunicatio latæ, aut ferendæ ſententiæ, reſervata, aut non, de quâ dixi ſuprà *num.* 30. *& ſeqq.*

42 Quarta dubitatio eſt, àn eaſdem pœnas incurrat abſolvens à caſu, & Cenſurâ, quem Superior ſibi reſervavit?

43 Reſpondeo, quòd *Clemens VIII.* in ſuo Decreto (47) de caſibus reſervatis vetuit, nè Superiores alios caſus ſibi reſervare poſſent ultrà illos decem, quos ibi enumerat, exindè ordinavit, quòd, *ſi quòd aliud peccatum grave prò Religionis conſervatione, aut prò conſcientiæ puritate reſervandum videbitur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provinciâ maturâ diſcuſſione, & conſenſu*. Sequitur ergò ex his, quòd, ſi aliquem alium caſum, non ſervatâ formâ prædictâ, reſervent Prælati, nullius momenti ſit talis reſervatio, concludendum ideò, quòd à peccato taliter reſervato abſolvens, nullam pœnam incurrit. Quià verò Decretum *Clementis* loquitur de reſervatione peccatorum, non verò de reſervatione Cenſurarum, videretur dicendum, quòd Prælati poſſent alicui peccato Cenſuram ſibi reſervatam apponere, cùm valdè differant reſervatio abſolutionis à peccato, & à Cenſurâ, & illo prohibito, non videtur prohibitum aliud.

44 Sed contrarium eſt dicendum, ità ut nullo modo liceat Prælato Cenſuram aliquam, non ſervatâ præſcriptâ formâ, ſibi reſervare. Ratio, & quidèm ſolida, ad hoc eſt, quam reddit *Peyrinus* (48), quià poſſet quilibet Superior ad libitum ſuum quemlibet caſum ſibi reſervare, apponendo illi excommunicationem ipſo facto cum reſervatione, & ſic mentem Pontificis eludere; quod non eſt dicendum. Et ſic ultrà declarationem ſacr. Congregat: allatam à *Cocbier.* (49) firmant multi Doctores. (50) Proindè benè videant multi Prælati Provinciales, quàm perperàm, & ſinè fundamento, imò cum timoratarum conſcientiarum offendiculo, Cenſuras ad libitum ſibi reſervent, cum ſuæ poteſtatis abuſu.

45 Quinta dubitatio eſt, àn Superior Regularis, ſibi delato aliquo affirmante, aut dogmatizante, quòd *Prælati nequeunt ſibi caſus aliquos, etiam ſervatâ legum formâ, reſervare*, poſſint accuſationem recipere, & ad pœnam ſtatutariam procedere?

46 Reſpondeo, quòd docens, Prælatos Eccleſiaſticos non poſſe ſibi aliquorum caſuum abſolutionem reſervare, eſt formaliter Hæreticus, ut docet *Sanctorus*. (51) Ratio eſt, quià Concilium Generale legitimum eſt infallibilis regula fidei? nec poteſt errare in ijs, quæ in doctrinâ fidei definit, aut quæ approbat, aut docet in materiâ morum, ut poſt *Alphonſum à Caſtro* probat *Suarez* (52), ſequitur proindè, quòd, qui doctrinam Concilij Generalis de directo impugnat, doctrinam hæreticam ſeminet, & ſi adeſt pertinacia, formaliter Hæreticus ſit. Docet autem *Concilium Tridentinum*, quòd majores Prælati poſſunt ſibi reſervare caſus. & damnat anathemate (53) contrarium docentes; ſequitur igitur, quòd dogmatizans, Prælatos non poſſe ſibi caſus reſervare, dogma contrarium doctrinæ Conciliari profitetur, & Hæreticus eſt, & ſentit, cùm *Vvicleпho Ioanne Hus, ac Lutero*, qui Cenſuras Eccleſiaſticas averſati ſunt; & cum *Vualdenſibus, Marſil. de Paduà*, ac aliis Hæreticis, qui ſenſerunt non poſſe Eccleſiam condere leges, quæ obligent in conſcientiâ. Hoc poſito, patet, quòd, ſi aliquis Religioſus accuſatur de tali doctrinâ hæreticâ, non poteſt Superior recipere accuſatorem, ſed debet mittere accuſatorem ad Inquiſitorem, ad quem privativè ſpectat cognitio criminis, ſpectantis ad fidem ex notis juribus.

§. V.

(46) *Sanctor. Comment. cap. 7. Stat. 2. ℣. His caſibus.*

(47) *Clem. V. Decret. Sanctiſſimus 26. Maij. 1593.*

(48) *Peyrin. ad Conſt. 10. Vrban. VIII. nu. 10.*

(49) *Sac. Congr. Regular. 7. Iulij 1617. apud Cocbier. de Exempt. Par. 4 Quæſt. 56. in fin.*

(50) *Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 2. Malphuſ. Par. 1. Sum. Tract. 7. cap. 20. n. 17. Filliuc. Tom. 1. Tract. 7. cap. 10. nu. 276. Peyrin. de Prælat. Quæſt. 3. cap. 2. §. 1. nu. 32.*

(15) *Sanctor. Comment. cap. 7. Stat. 2. ℣. Ex hoc fol. m. 391.*

(52) *Alphonſ. à Caſtro Adverſ. Hæres. lib. 1. cap. 6. Suar. de Fide Diſp. 5. Sect. 7. nu. 6.*

(53) *Trident. Seſſ. 14. Can. 11.*

Digitized by Google

## §. V.

# Abuſus in Matrimonio.

*SUMMARIUM.*

1 *Abuſus in Matrimonio pluribus modis committitur.*
2 *Clericus in Sacris, & Religioſa perſona profeſſa iniens matrimonium eſt ſuſpecta de hæreſi.*
*Bordonus firmat, talem eſſe ſuſpectam de vehementi.*
*Inquiſitio Hiſpanica judicat, eſſe ſuſpectam de levi tantùm.*
3 *Deciſio hujus dubii pendet à circumſtantiis.*
4 *Continuatur aſſertio.*
5 *Scholares Societatis Ieſu, qui bina vota emiſerunt, contrahentes matrimonium nulliter contrahunt.*
6 *Opinio Bordoni, quod hoc crimen extendatur ad perſonam, ſacram contrahentem ſponſalia.*
*Confutatur Bordonus.*
*Talis contrahendo ſponſalia, puniendus ſolùm de matrimonio attentato.*
7 *Pœna in hoc caſu, quomodò aggravanda, aut minuenda.*
8 *Abuſus in matrimonio eſt polygamia.*
*Polygamia quomodò prohibita eſt lege naturali.*
9 *Prohibita etiam de jure Divino tùm antiquo, tùm Evangelico.*
*Aſſerens licere Chriſtianis polygamiam, excommunicatur à Tridentino.*
10 *De jure Canonico paritèr interdicta.*
*Quo caſu intelligatur licitum viro ducere aliam uxorem, ſi prima infirma ſit.*
11 *De jure Cæſareo vetatur polygamia.*
*Senatus Romanus vetuit Helio Cecinnæ publicare legem, permittentem polygamiam.*
*Lex ſimilis, lata à Valentiniano Cæſare, non fuit recepta.*
12 *Polygamiæ cognitio ſpectat ad Inquiſitorem, & quarè.*
*Probabile eſt, quòd ſit etiam cauſa mixti fori.*
13 *Polygamia quam ſuſpicionem hæreſis inducat.*
*Bordonus opinatur, polygamum eſſe ſuſpectum vehementer de hæreſi.*
*Impugnatur primum fundamentum hujus opinionis.*
14 *Deſtruitur ſecundum fundamentum.*
*Polygamia ſpectat ad Inquiſitores reſpectu Sacramenti Matrimonii, non ob ſuſpicionem hæreſis.*
15 *Polygamia ſpectat ad Inquiſitores, ſi ſecutum ſit Matrimonium, licèt non conſummatum.*
16 *Concubinarius non ſpectat ad Tribunal fidei, quàmvis ſit cum adulterio.*

1 PLuribus modis contingere poteſt *abuſus Sacramenti Matrimonii*: vel enim quis ſcienter contrahit Matrimonium cum impedimento dirimente ut conſanguinitatis, affinitatis &c. vel contrahit clandeſtinè, & non in facie Eccleſiæ: vel cum ligamine ſolemnium votorum, aut Matrimonii &c. ac pluribus aliis modis, quos videre eſt apud *Theſaurum.* (1) Dè omnibus autem loqui nolumus, ſed de duobus tantùm, quæ ad forum judiciale pertinent.

2 Primum eſt, ſi Clericus in ſacris, aut Religioſa perſona ſolemniter profeſſa, ineat *Matrimonium*. Crimen hoc inducit ſuſpicionem hæreſis, & proindè ſpectat ad Tribunal fidei. An autem tales Rei ſint ſuſpecti de vehementi, àn de levi, dubium eſt. *Bordonus* (2) vult eſſe ſuſpectos vehementer; tùm quià faciens opus malum, ab Hæreticis probatum ut bonum, eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi: tùm quià per *Matrimonium* attentatum impugnat doctrinam *Concilii Tridentini* (3), damnantis anathemate, qui tenent Clericos in ſacris, aut Religioſos profeſſos poſſe *Matrimonium* contrahere. *Bordoni* autem opinionem fortè ſequitur *Inquiſitio Italica*. E contrà Inquiſitio Hiſpanica, pròut refert *Diana* (4), & ſic tenet ipſe, judicat, Reos hujuſmodi eſſe ſuſpectos tantùm de levi.

3 Ego dico, deciſionem hujus dubii pendere à circumſtantiis facti, fundamenta enim *Bordoni* minimè cogunt: non primum, ſi quidèm, quàmvis aliquis faciat aliquid, quod Hæretici probant, non tamen ex hoc ſequitur, quòd ipſe ſit vehementer de fide ſuſpectus, dùm operatur illud, credens tamen non ſibi licitum, ſed tantùm volitum ad delectationem; ut qui comederet carnes tempore jejuniorum, quod licitum ducunt Hæretici; iſte tamen ſcit quidèm, & credit ſibi non licitum, tamen comedit ad puram delectationem gulæ, non ex aliquo errore in intellectu. Neque ſecundum concludit, aliter oporteret inferre, quòd omnis, qui mortaliter peccat, contrafaciendo præceptis Decalogi, impugnaret divinam legem ſuo facto, & crederet, eam eſſe falſam, & ſic ſuſpectus eſſet vehementer de Hæreſi, quod ridiculum eſt. Quantùmvis ergò Religioſus contrà doctrinam Concilii *Matrimonium* ineat, non tamen ſequitur, quòd ideò hoc faciat, quià illam doctrinam, tanquàm Hæreticus, falſam teneat; ſed ut delectationi ſenſus obſecundet.

4 Ut igitur conſurgat vehemens ſuſpicio de Hæreſi ſpectandæ ſunt circumſtantiæ facti, & coniungenda ſunt indicia, per quæ coniectari poſſit, hunc non benè de fide ſentire; quæ, cùm poſſint eſſe infinita, ea non refero, relinquens Judicis arbitrio perpendenda. Sed, ſi quis aliàs benè morigeratus, ac laudabilis vitæ, captus amore puellæ, cujus amplexibus aliter, quàm per matrimonium non poteſt frui, habitum Religioſum dimitteret; & in veſte ſæculari, ementito ſtatu, *Matrimonium* cum eâ celebraret, (ut accidit multis ab hinc annis) profectò non poſſet dici vehementer, ſed tantùm de levi ſuſpectus de hæreſi, cùm alia indicia infidelitatis deficerent, & delicti manifeſta eſſet cauſa, nempè paſſio ſenſualis.

5 Quàmvis autem Rei hujus delicti eſſe non poſſint, niſi aut Clerici ſæculares in ſacris conſtituti, aut Religioſæ perſonæ (ſivè mares ſint, ſivè fœminæ),

(1) *Theſaur. Par. 2. V. Matrimonium:*

(2) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 22. quaſt. 28. nu. 53.*
(3) *Trident. Seſſ. 24. Can. 9.*
(4) *Diana Par. 4. Tract. 7. Reſol. 2. §. Notandum.*

Digitized by Google

næ), ſolemniter profeſſæ tria vota eſſentialia Religionis, nempè obedientiam, paupertatem, ac caſtitatem; tamen inter hos comprehenduntur Scholares Societatis Jeſu, qui bina vota emiſerunt, quæ, licèt ſolemnia non ſint, tamen producunt ferè omnes effectus votorum ſolemnium aliarum Religionum, prout declaravit *Gregorius XIII.* in ſuâ Conſtitutione *Aſcendente Domino &c.* Undè, ſi contrahunt *Matrimonium*, nulliter contrahunt, & puniri debent ut cæteri Rei de hoc crimine. (5)

6 Extenditur porrò hoc delictum, juxtà *Bordonum* loco citato, ad contrahentem ſponſalia, eò quià hæc ſunt præparativa ad *Matrimonium*, & volens antecedens intendit velle ejus conſequens. Sed hanc ſententiam admittendam non puto. Ratio eſt, quià crimen, ut ordinariâ pœnâ poſſit puniri, oportet, quòd in ſuo genere perfectum ſit, ex vulgatis; pœnæ autem, de quibus infrà dicemus, latæ ſunt contrà celebrantes *Matrimonium*; contrahentes autem ſponſalia tantùm, non poſſunt dici, quòd *Matrimonium* contrahant; & quàmvis hæc ſint præparativa *Matrimonii*, non tamen ſequitur, quòd hoc neceſſariò ſequatur ex ſponſalibus, cùm multa talia frequentiſſimè diſſolvantur, nec *Matrimonium* ſequatur. Ad plus ergò Religioſus, celebrans ſponſalia, eſſet puniendus de *Matrimonio* attentato, cùm illa ſint in ultimâ diſpoſitione ad *Matrimonium*, & puniendus eſſet extraordinariè affectus, non autem effectus hujus criminis, quod perfectum non eſſet.

7 Et hìc etiam advertendum eſt, quòd aut ſponſalia celebrata ſunt de recenti, & *Matrimonium* celebrandum eſt ex partium condicto intrà paucos dies; vel ſumus in caſu, in quo à multo tempore contracta ſunt ſponſalia, ſed ex poſt *Matrimonium* ſecutum non eſt, quàmvis ſequi potuiſſet. In primo caſu videtur Reum magìs eſſe puniendum, quàm in ſecundo. Ratio eſt, quià per talia ſponſalia deventum eſt ad actum proximum *Matrimonio*, quià intrà paucos dies celebrandum eſt; at quàmvis adhuc locus ſit pœnitentiæ, etiam intrà illud breve tempus, illa tamen præſumi non poteſt; imò coniectandum eſt contrarium, puta, quòd, ſi ſponſalia iniit, habeat perſeveranter animum celebrandi *Matrimonium*, cujus intuitu illa fuerunt facta. In ſecundo caſu non ſic eſt. Ratio eſt, quià ex diuturnitate temporis, poſt ſponſalia inita, & ex defectu cauſæ extrinſecæ, ob quam *Matrimonium* ſecutum non eſt, apparet, Reum pœnituiſſe de crimine attentato, & noluiſſe illud perficere: undè ſequitur, quòd, licèt, ut dicebam, ſponſalia inita conſtituerint Reum in actu proximo ad crimen, tamen iſta proximitas adempta eſt ob temporis intercapedinem inter ea, ac *Matrimonium*, proindè non eſt tantâ pœnâ puniendus, cùm non poſſit dici, eum deveniſſe ad actum proximum delicto.

8 Aliud crimen in abuſu *Matrimonii* eſt polygamia, nempè, quandò conſtante primo *Matrimonio* legitimo, vir novam uxorem ducit, aut hæc alium virum. Crimen hoc prohibitum naturali lege convincitur, non quidèm ex hoc, quòd multa animalia, ut turtures, columbæ, aliaque multa unâ feminâ ſint contenta, ut proindè inferri poſſit, quod naturalis inſtinctus, qui illis prò lege eſt, hoc ſibi dictet, ut proindè dici poſſit, quòd lex naturæ idem homini ſuadere debeat; nàm his obſtant alia animalia ut gallus, taurus, cuniculus &c. quæ unâ fœminâ contenta non ſunt: ſed quià de jure naturæ eſt, quòd illud, quod homo in poteſtate ſuâ non habet, alteri non poſſit tribuere; cùm autem *Vir poteſtatem ſui corporis non habeat, ſed ejus uxor*, ut docet Apoſtolus (6), ſequitur, quòd, ſi eam tradidit uni uxori, eandem, hâc vivente, nequeat alteri tradere.

9 Prohibitam pariter de jure Divino antiquo polygamiam communiter cenſent Doctores, quos allegat *Menochius* (7), quàmvis contrarium teneant *Abulenſis*, *Durandus*, ac *Cajetanus*. (8) Et quàmvis Sancti Patriarchæ plures ſimul uxores habuerint, hoc fuiſſe ex Divinâ diſpenſatione, & ad augendum numerum fidelium communiter dicunt Sancti. (9) De jure pariter Euangelico prohibita eſt, ut pluribus argumentis probat ibidem *Menochius* (10), & hoc de fide ſtatuit *Tridentinum* (11), dùm percutit anathemate eos, qui aſſerunt *licere Chriſtianis ſimul plures habere uxores, & hoc nullâ lege Divinâ eſſe prohibitum*.

10 De jure Canonico pariter prohibitam pluralitatem uxorum, patet ex Decretali *Innocentii Tertii*, (12) & quàmvis huic videatur contrariari antiquior Canon (13), in quo videtur concedi, quòd vir aliam uxorem ducere poſſit, ſi prima infirma ſit: tamen hoc non officit, ſiquidèm intelligi debet, quòd *Matrimonium* cum primâ uxore ſit ratum tantùm, at non conſumatum; & ea ſit infirmitas uxoris, quæ valeat ad *Matrimonium* dirimendum, ut potè arctitudo inſuperabiliter talis in fœminâ, ut ex ejus cauſâ *Matrimonium* nequeat conſummari; aut maleficium, inhabilitans ad copulam; ex his enim *Matrimonium* dirimitur (14), & cum aliâ poteſt maritus contrahere.

11 Hoc idem ſtatuit jus Cæſareum per plura Imperatorum Edicta, (15) & antiquum hoc fuit Romanorum jus, neque enim in legibus duodecim Tabularum polygamia permittebatur: & cum *Helius Cecinna* ad mandatum *C. Cæſaris* legem ſcripſiſſet, ut eam ferret, in quâ uxorum pluralitas admittebatur, rejecta fuit à Senatu, prout ſcribit *Suetonius* (16), ſicut etiam non fuit recepta ſimilis lex, lata à *Valentiniano ſeniore*, ad palliandum adulterium ſuum, dùm vivente *Serenâ* uxore, ex quâ *Gratianum* ſuſceperat, *Iuſtinam*, quam deperibat, ſibi novo matrimonio copulavit, ut ſcripſere *Socrates*, *Caſiodorus*, *Nicephorus*, *& Paulus Diaconus*. (17)

12 Ex univerſali ergò Divinarum, humanarumque legum prohibitione naſcitur gravitas hujus criminis, cujus cognitio ſpectat ad Inquiſitores, tùm quià polygamia inducit ſuſpicionem hæreſis, aut infi-

(5) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 22. quæſt. 28. nu. 35.*

(6) *P. Corinth. cap. 7. verſ. 4.*
(7) *Menoch. de Arbitr. lib. 2. Caſ. 420. nu. 2. & ſeqq.*
(8) *Abulen. in Matth. cap. 19. quæſt. 30. Duran. in 4. diſt. 33 qu. 1. Cajet. in Matt. cap. 19. & in Marc. cap. 10. & P. Timoth. cap. 3.*
(9) *D. Auguſt. lib. de Bono coniugal. & lib. 22. contr. Fauſt. cap. 47. & habetur cap. obiiciuntur. 32. q. 4 D Thom. in 4. diſt. 33. q. 1. art. 1. & 2 Innocent. 3. in cap. Gaudemus. de Diuort.*
(10) *Menoch. Caſ. 420. nu. 33. & ſeqq.*
(11) *Trident. ſeſſ 24. de ſacr. matrimon. Can. 2.*
(12) *text. in cap. Gaudemus. de Diuort.*
(13) *cap. Quod propoſuiſti. 32. q. 7.*
(14) *text. in cap. Conſultationi. de Frigid. & malef.*
(15) *l. Neminem. C. de Inceſt. nupt. l. Nemo. la 1. C. de Iudæ. l. Eum qui duas. C. Ad leg. Iul. de Adult. §. Affinitatis. Inſt. de Nupt.*
(16) *Sueton. in Iul. Cæſar. cap. 52.*
(17) *Socrat. Hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 30 Caſſiodor. eo. tit. lib. 8. cap. 11. Paul. Diac. Append. ad Eutrop. lib. 18. Niceph. Hiſt. Eccl. lib. 11. cap. 33.*

Digitized by Google

infidelitatis, cùm multi infideles pluralitatem uxorum admittant, ut Turcæ, Idololatræ &c. tùm quià cauſa polygamiæ non poteſt expediri, niſi Judici conſtet de validitate prioris *Matrimonii*, quæ, cùm pendeat à Sacramento, ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum; & ſic firmant multi (18) contrà *Simancham*, & *Genuenſem* (19), qui putant eſſe cauſam mixti fori. Quæ tamen opinio probabilis eſt, quià polygamia prohibita etiam eſt dè jure Cæſareo, juxta quod poteſt procedere Judex Laicus in caſu, in quo non interveniat hæreſis ſuſpicio.

13 Circà hæc quæri poteſt, quam ſuſpicionem hæreſis inducat polygamia; nempè, àn vehementem, àn levem? *Bordonus* (20) ſcribit, eam eſſe vehementem, tùm quià faciens malum, quod prò bono habetur apud Hæreticos, videtur cum illis ſentire: tùm quià faciens opera, per quæ recedit à vità communi, & converſatione fidelium, eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi, ut colligitur ex quàdam Decretali, (21) & prò ſe citat *Piaſec. Genuen. Bariol. Farinac.* & *Carenam*. Sed duo illa fundamenta minimè cogunt; nàm, ut in ſimili diximus ſuprà de Religioſo uxorato, non ex hoc, quòd quis facit, quod faciunt Hæretici, inferri poteſt, quòd cum illis ſentiat: ſiquidèm multa faciunt Hæretici, quæ licita putant ex fide erroneà, quæ etiam fiunt à Catholicis, qui tamen reputant, & credunt eſſe illicita; & ſi ea perpetrant, non eſt ex fide maculatà, quæ illa ſuadeat tanquàm licita; ſed ex paſſione ſenſus, ex quà operantur contrà rationem, & fidem. Præterquàmquod nullus Hæreticorum pluralitatem uxorum admittit in praxi, quàmvis ſpeculativè aliquis eorum ſcripſerit pluralitatem uxorum non eſſe prohibitam de jure Divino, contrà quem errorem militat *Canon ſecundus Tridentini ſeſſ.* 24; *Anabaptiſtæ* autem non pluralitatem uxorum admittunt, ſed utuntur multis fœminis concubitu vago. Apud *Turcas, Tartaros, Mauros*, ac alios, qui legem *Mahumetis* ſervant, ſicut etiam apud Idololatras talis pluralitas in uſu eſt; ſed iſti Hæretici non ſunt, ſed infideles; undè deduci poteſt, quòd Catholicus, Reus de polygamià, non poteſt inducere ſuſpicionem hæreſis, cùm Hæretici polygamiam non practicent, ſed potiùs infidelitatis, quià illa apud Infideles in uſu eſt. Sed hoc etiam minimè cogeret, aliter dicendum eſſet, quòd fures, homicidæ, ſodomitæ &c. ſuſpecti eſſent de infidelitate, ex eo, quòd talia vitia apud quaſdam nationes infideles licita reputantur; quod quàm à ratione diſtet, nemo non videt.

14 Pariter ſecundum fundamentum nutat, ſiquidèm Decretalis illa ordinat, quòd Epiſcopi viſitent loca ſuæ Diœceſis, in quibus hæreticos habitare fama ſit, & ibi à Catholicis ſciat, àn ibi ſint aliqui à *communi converſatione fidelium, vità, & moribus diſſidentes*; & hos ad purgationem Canonicam adſtringant. Duo ergò ad ſuſpicionem hæreſis inducendam ibi recenſentur copulata; puta, fama, quòd in illis locis habitent Hæretici; & quòd aliqui ſint *vitâ, ac moribus diſſidentes* à Catholicis. Altero autem ex duobus, ibi requiſitis, deficiente, non poteſt induci ſuſpicio hæreſis per hoc, quòd alicuius vita, ac mores à fidelibus diſſideat: aliter oporteret concludere, quòd in locis Catholicis, in quibus nulla habetur fama, quòd Hæretici degant, ſi reperitur aliquis, qui ſit ſcortator, blaſphemus, aleator, crapulæ deditus, ac ebrietati (quorum multi paſsìm in Civitatibus reperiuntur), iſte eſſet de fide ſuſpectus, quod nullo modo eſt. Præterquàmquod vita, ac mores non conſiſtunt, neque arguuntur ex uno facto, ſed ex pluribus. Quemadmodum enim mos, aut conſuetudo alicujus regionis dici nequit id, quod ab uno, aut paucis tantùm practicatur, ſed oportet, quòd à majore parte populi fiat; ità mores, aut vita hominis nequit deſumi ab uno ipſius facto bono, aut malo, ſed à majori parte factorum ſuorum: ſi enim ab uno facto hominis malo quis poſſet dici mali moris, aut vitæ, nemo non eſſet malæ vitæ, ſiquidèm omnis homo peccat. Senſus ergo Decretalis eſt, quòd ſuſpicio hæreſis oriri poſſit ex malà vità, quæ arguitur ex malitià majoris partis morum ejus, qui ſuſpectus redditur, non autem ab unà aut alterà ipſius actione; poteſt enim quis eſſe in poſſeſſione bonæ famæ, ac vitæ, quàmvis aliquandò in unà actione malà peccet; & ità poteſt quis aliàs benè, ac Catholicè vivere, quàmvis in crimen polygamiæ lapſus ſit, à quo ſolo vehemens ſuſpicio hæreſis oriri rationabiliter non poteſt. Undè concludendum puto hujus delicti cognitionem ſpectare quidèm ad Judicem Eccleſiaſticum ratione *Sacramenti Matrimonii*, ex eo autem non oriri ſuſpicionem niſi levem hæreſis, pròut practicatur in Tribunali fidei Hiſpanico, Teſte *Dianà*. (22)

15 Ampliatur autem crimen polygamiæ etiam ad caſum, quòd celebrato *Matrimonio* per verba de præſenti, non ſequuta ſit copula, nàm *Matrimonium* ad ſui eſſentiam non requirit copulam; & conſummatum eſt crimen in celebratione *Matrimonii* ſecundi, conſtante primo, ut ſcribunt Doctores. (23)

16 Dubitari porrò contingit, àn ſubdatur Tribunali fidei, qui junctus legitimo *Matrimonio* tenet Concubinam tanquàm uxorem? *Bordonus* (24) videtur reſpondere affirmativè, dùm docet, ſubdi Inquiſitori eum, qui abſquè præſentià Parochi, ac Teſtium ducit ſecundam, ac eam prò uxore habet. Sed falsà prorsùs eſt ejus opinio; ſiquidèm polygamia inducitur per celebrationem veri *Matrimonii*, conſtante primo: ad verum *Matrimonium* autem requiritur præſentia Parochi, ac Teſtium, ut notum eſt; quàmvis igitur quis ad domum ſuam ducat Concubinam, & eam teneat tanquàm uxorem, nunquàm dici poterit, quòd cum hàc novum *Matrimonium* inierit, ſed erit Concubinatus cum adulterio, quod crimen nullo pacto judicatur ab Inquiſitoribus.

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

17 *Quid requiratur ad probandum crimen perſonæ Religioſæ, quæ celebravit Matrimonium.*

18 *Quid*

(18) *Farinac. quæſt.* 178. *nu.* 71. *Saccia de Iudic. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 55. *Campanil. diverſ. iur. Canon. Rubr.* 2. *nu.* 46. *Carena Par.* 2. *Tit.* 5. *nu.* 20. *Pegna; Par.* 2. *Comment.* 74 ℣. *Iam Apoſtata.*

(19) *Simanch. Cathol. inſtit. Tit.* 40. *de Matrim. Genuen. Prax. cap.* 68. *nu.* 12.

(20) *Bordon. Sacr. Tribun. cap.* 22. *quæſt.* 31. *nu.* 64.

(21) *cap. Excommunicamus. il.* 1. *§. Adiicimus. de Hæret.*

(22) *Diana Par.* 4. *Tract.* 7. *Reſol.* 4. *§. Igitur.*

(23) *Souſa lib.* 1. *cap.* 25. *nu.* 5. *Farinac. quæſt.* 140. *nu.* 24. & 30. *Diana loc. cit. §. Notandum.*

(24) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap.* 22. *quæſt.* 35. *nu.* 69.

Digitized by Google

18 *Quid juris, ſi probarentur tantùm præparatoria ad Matrimonium, aut ad profeſſionem Religioſam.*

19 *Non eſſet tali caſu probatum crimen.*
*Non conceditur conſequens, niſi neceſſariò ſequatur ad antecedens.*

20 *Quomodò probanda polygamia.*

21 *Non ſufficit probare duplex Matrimonium, ſed requiritur probatio ſecundi facta, conſtante primâ.*

22 *Reus probare debet ſecundum Matrimonium, factum poſt mortem primæ uxoris.*

23 *Quid juris, ſi Reus probaret primum Matrimonium, licèt factum in facie Eccleſiæ, fuiſſe nullum.*

24 *Reſpondetur, quòd in foro fori eſt polygamus; eſſet tamen leviori pœnâ puniendus.*

25 *An puniendus ut polygamus, qui bonâ fide contraxiſſet ſecundum Matrimonium, credens primam uxorem mortuam.*

26 *In foro animæ non peccaret, in foro fori puniretur, & quarè.*

17 QUò ad probationem *abuſus Matrimonii* in Clerico in ſacris, aut Religioſo, duo probanda ſunt, nempè Ordinatio, aut ſolemnis profeſſio Rei, & celebratio *Matrimonii* in facie Eccleſiæ. Dixi *Matrimonium* in facie Eccleſiæ, nàm, ſi iſte tantùm cohabitaret cum muliere in concubinatu ſub ſpecie uxoris; imò ſi eſſet fama in vicinia, quòd mulier illius uxor eſſet, & ut talis communiter reputaretur, non adhuc eſſet probatum delictum. Ratio eſt, quià jura loquuntur de Clerico in ſacris, aut Religioſo profeſſo, qui *Matrimonium* celebrat; cohabitatio autem cum muliere conſtituit quidèm concubinatum, non autem *Matrimonium*; quod ut dicatur tale, oportet, quòd in facie Eccleſiæ celebretur. Scio quidèm, per cohabitationem, & famam de *Matrimonio*, aliiſquè adminiculis *Matrimonium* probari, ut textualiter habetur in jure (25), tamen advertenda ſunt duo; unum eſt, quòd ibi agebatur civiliter ad probandam ſubſiſtentiam *Matrimonii*, proindè non requirebantur probationes plenæ, ac concludentes, ſed ſufficiebant præſumptivè: in caſu verò noſtro agitur criminaliter, & requiruntur probationes, luce meridianâ clariores. Aliud eſt, quòd tempore illius Canonis adhùc non extabat lex de celebrando *Matrimonio* coràm Parocho, ac Teſtibus, proindè illud poterat probari per inſtrumentum dotale, famam, cohabitationem, ac alia indicia, quæ non concludunt de neceſſe. Nunc verò, cùm *Matrimonium* verum, & validum celebretur in facie Eccleſiæ, aliter tale non eſt, oportet, quòd per Teſtes, aut alia legitima documenta (ut potè per exhibitionem libri Parochialis, in quo deſcribuntur nomina coniugatorum; aut inſtrumenti dotalis, in quo enuncietur *Matrimonium* legitimè factum &c.) concludenter probetur ab Accuſatore, aut Fiſco. Et hoc pariter dicendum eſt de probatione ſtatus illius, qui *Matrimonium* iniit; nàm debet concludenter probari, quòd ille ordinatus fuerit in ſacris; aut quòd ſolemnem profeſſionem emiſit. Ratio eſt, quià delictum hoc coaleſcit ex duobus, puta, ex ſtatu prohibito ad *Matrimonium* celebrandum, & ex hoc in facie Eccleſiæ celebrato: proindè utrumque concludenter probandum eſt.

18 Quid autem juris, ſi per Teſtes concludenter probarentur præparatoria tantùm ad prædicta (nempè, quòd Clericus examinatus, ac approbatus fuerit ad Ordines ſacros; ſivè, quòd Reus ſuſceperit habitum Regularem, & viſus fuerit cum aliis Novitiis; & quòd ſponſalia celebravit; aut donationes antenuptiales fecerit ei, quam nunc domi retinet), poſſet nè per hæc dici concludenter probatum crimen?

19 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià non per hoc, quòd probatur antecedens, probatum remanet conſequens ad illud, niſi conſequens neceſſariò ſequatur ad illud antecedens; ſicuti conceſſo antecedenti, non conceditur conſequens, niſi hoc neceſſariò ad illud ſequatur. (26) Examen porrò, & approbatio ad Ordines; admiſſio ad habitum Regularem, ac Novitiatus, ſunt quidèm antecedentia ad ordinationem, ſeù ad profeſſionem reſpectivè, ſicuti & ſponſalia, ac donationes antenuptiales ad *Matrimonium*; non tamen neceſſariò ſequitur, quòd Ordines ex poſt collati fuerint; aut emiſſa ſolemnis profeſſio, aut *Matrimonium* celebratum, non frequenter illis præmiſſis non ſequatur illud, ad quod illa fuerunt præparatoria, ſed ab aliquibus accidentibus, aut à mutatione voluntatis impeditus fuit effectus, qui regulariter ſolet ſequi.

20 Quò ad probationem polygamiæ duo itidèm probanda ſunt, nempè conſtantia prioris *Matrimonii*, legitimè initi, & celebratio ſecundi, ut dicunt Doctores. (27) Probatur autem *Matrimonium* ſivè primum, ſivè ſecundum per Teſtes, qui interfuerunt in Eccleſiâ, quandò ſponſi coràm Parocho contraxerunt per verba de præſenti. Probatur pariter per legitimam atteſtationem, authenticè extractam à libro, in quo Parochi ſolent deſcribere nomina eorum, quos in *Matrimonium* coniunxerunt; ut multi ſcribunt. (28) Similiter probatur per inſtrumentum dotale, ſtipulatum poſt *Matrimonium* contractum, in quo enuncietur, quòd *Cajus*, & *Berta* legitimè iuncti ſunt in *Matrimonium* juxtà leges S. R. E. Ratio autem dictorum eſt, quià omnes præcitatæ ſcripturæ plenam fidem faciunt in judicio. Vult autem *Bordonus* loco citato, quòd *Matrimonium* etiam probetur per authenticam atteſtationem Baptiſmi, in quâ enuncietur, baptizatum eſſe filium N. & N. jugalium. Sed hoc univerſaliter non puto verum, niſi appareat, quòd jugales ipſi contraxerint in eâdem Eccleſiâ, in quâ baptizatus eſt filius; aut Parocho, atteſtanti de Baptiſmo collato, conſtiterit per legitima documenta, jugales legitimè contraxiſſe, quod apparere non poteſt ex ſolâ atteſtatione Baptiſmali. Frequenter enim accidit in magnis Urbibus, quòd vir, & mulier vadant ad habitandum de novo in unâ Parochiâ, valdè remotâ ab eâ, in quâ habitabant: ſivè, quòd ambo exteri ſint, & vadant ad habitandum in Villâ, & dicant, ſe eſſe *Matrimonio* junctos, & hoc communiter à viciniâ reputetur verum; aut etiam atteſtationes falſas de eorum *Matrimonio* oſtendant Parocho, qui filium baptizatum teſtetur eſſe filium *Caii*, & *Bertæ* jugalium, in ſuâ Parochiâ degentium, cùm tamen ipſi non vivant in *Matrimonio* vero, ſed in

(25) *text. in cap. Illud. de Præſumpt.*

(26) *Ferrer. in Conſtit. Catbalaun. Gloſſ. 5. nu 78. & 82. arg. l. 1. §. final. ff. de Vſufr. l. Obligationum. §. Placeat. ff. de Act. & oblig.*

(27) *Diana Par. 4 Tract. 7 Reſol. 4. §. Notandum. Carena par. 2. Tit. 5. nu. 52.*

(28) *Maſcard. Caputaquen. M. Anton. Rota Roman. Carena Nicol. de Ianua apud Bordon. ſacr. Tribunal. cap. 22. q. 40. n. 76.*

Digitized by Google

in concubinatu. Vndè concludo, quòd per talem, fidem Baptiſmi filij concludenter probetur *Matrimonium* genitorum.

21 Non ſufficit autem probatio utriuſque *Matrimonij*, ſed oportet probare per Teſtes legitimos, quòd ſecundum *Matrimonium* initum eſt, dùm adhuc viveret prima Vxor. Ratiò eſt, quia duo *Matrimonia* inire prohibitum non eſt, ſed polygamiæ malitia conſiſtit in hoc, quòd, conſtante primo, aliud *Matrimonium* contrahatur; proindè talis conſtantia probanda eſt, ut concludenter probatum remaneat delictum.

22 Quid autem juris, ſi per unum Teſtem, omni exceptione majorem probaretur, vixiſſe Vxorem primi *Matrimonii*, quandò ſecundum celebratum fuit, Reus autem negaret? Reſpondeo, quòd Reo incumberet onus concludenter probandi mortem primæ conjugis præceſſiſſe celebrationem ſecundi *Matrimonij*; aut ſi hoc minimè præſtaret, deberet ſubijci torturæ, & ſi perſiſteret in negativà, dimittendus eſſet. Ratio eſt, quià ex dicto Teſtis, omni exceptione majoris, Reus conſtitui poteſt in examine rigoroſo, ut aliàs (29) probavimus; undè debet ipſe aut concludenter reprobare dictum Teſtis, aut per tormenta purgare indicium contrarium.

23 Sed quid dicendum, ſi Reus probaret, primum *Matrimonium* fuiſſe nullum, (licèt contractum in facie Eccleſiæ), ex aliquo impedimento dirimente, ſolis conjugibus notum prò tùnc?

24 Reſpondeo, quòd in foro animæ ille non peccaſſet, nec poſſet dici polygamus, quià conſcius de nullitate prioris *Matrimonij* eſſet verè ſolutus, nec impeditus eſſet cum aliâ contrahere. Sed in foro externo aliud eſt dicendum; ex eo enim, quòd *Matrimonium* celebratum fuit in facie Eccleſiæ, ſemper habetur prò legitimo, donec ab Eccleſiâ ipſâ declarata non fuerit illius nullitas. Si ergò non factâ tali declaratione, aliud *Matrimonium* contraxit, cenſendus eſt in forò fori polygamus, & puniri debet non quidē tantâ pœnâ, ac ſi eſſet polygamus etiam prò foro animæ, ſed aliâ minori, Judici arbitrariâ. Ratio eſt, quià ejus delictum non eſſet perfectum in toto ſuo genere, ſed ſolùm in aliquâ ſui parte, puta, in negligentiâ in non procurando, quòd nullitas prioris *Matrimonij* per Eccleſiam declararetur.

25 Demus autem caſum, quòd externus veniſſet ad habitandum in locum, valdè diſtantem à ſuâ Patriâ, & per longum tempus, puta, per annum, aut biennium ibi commorando, publicaret, ſe Vxorem non habere, & ut ſolutus in viciniâ communiter reputaretur; ab aliquo autem, aut aliquibus conterraneis ſuis ſibi repræſentatum fuiſſe Vxorem, quam reliquit in Patria, obijſſe, & ipſe motus ex hoc *Matrimonium* novum contraxiſſet, ſuperſtite tamen adhuc Vxore, deberet nè iſte, ut verus polygamus caſtigari?

26 Reſpondeo, quòd caſus iſte potiùs metaphyſicus eſt, quàm ut poſſit in facto evenire; ſiquidèm juxtà inſtructiones, à ſuprema Romana Inquiſitione tranſmiſſas circà ſtatum liberum exterorum, qui volunt contrahere *Matrimonium*, oportet, quòd quivis probet per Teſtes, & alia documenta ſuum ſtatum liberum à tempore ſui diſceſſus à Patria, uſquè ad tempus ineundi *Matrimonii*. Sed demus, quòd ex negligentia Parochi talis inquiſitio non fieret, ſed ad celebrationem *Matrimonij* iſte fuiſſet admiſſus, dico, quòd, quò ad forum animę iſte re vera nòn eſſet polygamus, quià ex relatione, ſibi facta, ſe teneret ſolutum per mortem Vxoris. Tamen re vera punibilis eſt, quià in re tanti momenti tenebatur diligentiam adhibere de veritate mortis primæ Vxoris, nec fidere dicto ſimplici unius, aut alterius. Inſuper dolum aliquem prodidit, dùm apud omnes profeſſus eſt ſe non eſſe conjugatum, cùm tamen Vxorem in Patria reliquiſſet; ex quo mendacio colligi poteſt, ſe animum habuiſſe *Matrimonium* novum contrahendi, cum ſuo dicto *Matrimonium* præcedens amolitus eſſet. Proindè pœna polygamorum eſſet mulctandus.

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

27 *Pœna perſonæ ſacræ contrahentis* Matrimonium.
*Prima pœna eſt Excommunicatio, quæ contrahitur etiam non conſummato matrimonio.*
*Quis abſolvere poſſit à tali Cenſurâ.*

28 *Irregularitas eſt ſecunda pœna ratione bigamiæ ſimilitudinariæ.*
*Talis bigamia à quo poſſit diſpenſari.*

29 *Tertia pœna datur à Supremâ Inquiſitione, ratione ſuſpicionis hæreſis arbitrariè.*

30 *Pœna polygami, qui duas tantùm Vxores duxit, ambabus viventibus.*

31 *Pœna polygami (qui plures duabus Vxoribus, viventè unâ, duxit) de iure Civili quæ ſit,*
*Talis puniendus pœnâ arbitrariâ, quæ poteſt ad mortem extendi.*

32 *De jure Canonico antiquo, quæ pœna polygami.*

33 *De jure novo, duas tantùm Vxores habens mittitur ad triremes per quinquennium; ſi plures duabus, per ſeptennium.*

34 *Si Teſtes falſos ſuper morte primæ Vxoris Reus produxiſſet, augenda eſſet pœna triremium.*

35 *Mulier duos ſimul habens maritos graviùs puniendæ, quàm vir, & quarè.*
*Ob fragilitatem ſexus eſſe titiùs punienda.*

27 QUò ad Clericos in ſacris, aut Religioſos, ſolemniter profeſſos, contrahentes *Matrimonium*, prima pœna eſt excommunicatio, lata in quadam *Clementinâ* (30), in qua tali Cenſura feriuntur Religioſi, contrahentes *Matrimonium*; & laici ſcienter ducentes Moniales profeſſas in Vxores; & præcipitur Prælatis Eccleſiarum, ut illos, ac illas excommunicatas publicè nuncient, donec ſeparentur, & abſolvantur. Talis excommunicatio incurritur, quàmvis *Matrimonium* non fuerit conſummatum, ſed ſufficit contractum, ut ſcribunt *Sanchez*, & *Suarez* (31), quàm vis, quò ad alias pœnas requiratur conſummatū. Abſolutio autem à tali Cenſura pertinet ad Epiſcopū, ut notat ibidem *Gloſſa* (32), ſi tamen Rei fuerint nominatìm denunciati ad normā illius



(29) *Par. 9. Tit. Tortura. nu. 58.*

(30) *Clement. unic. de conſang. & affinit.*

(31) *Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 48. nu. 6. Suar. de Cenſ. diſp. 23. ſect. 5. nu. 20.*

(32) *Gloſſ. in Clem. unic. in V. Obtinere de conſang. & affin.*

Digitized by Google

Decretalis: ſi verò denunciati non fuerint, quilibet Confeſſarius eos abſolvere poteſt, quià nulli reſervata eſt, ut firmat *Theſaurus*. (33)

28 Alia pœna Clericorum, ac Religioſorum, ut præfertur, contrahentium *Matrimonium*, eſt Irregularitas, & hæc incurritur ob bigamiam ſimilitudinariam, ut ſcribit *Suarez*, & *Sanchez*. (34) Moniales autem contrahentes *Matrimonium*, in quodam Canone (35) dicuntur bigamæ, &, ut notat ibi Gloſſa (36), inhabiles ſunt ad gradus, ad quos ſolæ Virgines Moniales aſſumuntur; poſſunt tamen ſuper hoc ab Epiſcopo miſericorditer diſpenſari, ut ibidèm dicit *Gloſſa* prima.

29 Tertia pœna eſt, quòd, ut ſuprà dictum eſt Rei hujuſmodi ſunt ſuſpecti de Hæreſi, & tradendi proindè ſunt Inquiſitoribus. Pœnæ autem, quæ ab ipſis infliguntur, arbitrariæ ſunt *Eminentiſſimis Cardinalibus Supremis Inquiſitoribus*, qui eas temperant arbitrio ſuo, regulato à circumſtantiis facti; & aliquandò extenduntur uſquè ad damnationem ad triremes.

30 Quò ad polygamos autem de jure Civili diſtinguendi ſunt caſus. Siquidèm aut Reus duas tantùm Uxores ſimul habet, aut plures; Si duas tantùm, ex magìs receptâ opinione Doctorum (37), pœna eſt publicationis partis bonorum, ac relegationis, ſi Reus eſt perſona honeſta: ſi verò vilis, aliquâ pœnâ corporali afficitur, ut fuſtigationis, & hanc ſententiam probavit etiam *Excellentiſſimus Mediolani Senatus*, ut ſcribit *Aegidius Boſſius* loco citato. Autumat autem *Menochius* (38), poſſe hanc pœnam, quam dicit Judici eſſe arbitrariam, extendi etiam ad ultimum ſupplicium: ſed à primâ opinione non eſt recedendum.

31 Si autem plures duabus Uxores ſimul duxit polygamus, pœnâ mortis puniendus eſt, ut ſcribit *Grammaticus* (39), & ejus fundamentum eſt, quià multa ſunt crimina, quæ de ſe pœnam mortis non merentur, quæ tamen, ſi frequentata à Reo ſunt, ultimo ſupplicio vindicantur, ut apparet in furto triplicato, prò quo mors infertur. Hæc autem ſententia confirmata fuit in Galliâ, ubi quidam damnatus fuit ad mortem, eò quòd quatuor Uxores ſimul duxit; licèt ex lepido ipſius damnati reſponſo, quod dedit *Regi Carolo*, ſibi obviam facto, dùm ad ſupplicium duceretur, ex *Regis* clementiâ à ſuſpendio imminenti liberatus fuit, ut refert *Boſſius*. (40) Re verâ tamen talium pœna arbitraria eſt Judici, ut dicunt Doctóres (41), fulti àrgumento legis, & eorum arbitrium, ſpectatâ criminis atrocitate ex circumſtantiis, ad mortem Rei poteſt extendi.

32 De jure autem Canonico antiquo, polygamus punitur publicâ ignominiâ, ut argumento cujuſdam Canonis (42) ſcripſit *Abbas*, & poſt eum alii. (43) Sed, pace talium, illud capitulum malè adaptatur caſui noſtro, nàm Textus ibi loquitur de quodam *Benedicto*, qui, cùm Uxorem haberet, alterius Uxorem ſuſtulerat, & cum eâ in concubinatu utrinquè Adultero vivebat; nec tamen hanc ſecundam deſponſaverat. Proindè pęnæ, latæ in illo capitulo, ſunt contrà publicè Adulteros, non autem contrà polygamos.

33 Quidquid autem ſit de jure antiquo, ac antiquato, de jure novo polygami juxtà dicta ſuprà *nu.* 11. ut ſuſpecti de Hæreſi judicantur ab Inquiſitoribus: pęna verò illorum eſt, quòd, ſi duas tantùm Uxores ſimul habent, damnantur ad triremes per quinquenniū; ſi plures duabus, damnantur ſimiliter ad ſeptennium, aut decennium. Nobilibus Reis pęna ſupradicta commutatur in carcerem, pecuniam, ac alias ſalutares pęnitentias, ut ſcribit *Bordonus*. (44)

34 Quid autem, ſi Reus per Teſtes falſos probaſſet ſe eſſe ſolutum, exindè ſecundum *Matrimonium* iniiſſet? Reſpondeo, quòd pęna ſupradicta augeri debet, & de facto augetur, prorogando durationem triremium per biennium ultrà terminum ſuprà narratum, ut loco citato tradit *Bordonus*, & ratio eſt, quià inducendo Teſtes falſos, addit delictum delicto, ob quod augeri meretur pęna.

35 Quæ autem pęna debetur Mulieri, quæ duos, aut plures deſponſavit, primo vivente, & hoc ſcienter, ac doloſè? Reſpondeo, quòd hæc graviùs crimen committeret, quàm vir plures Uxores ſimul ducendo, & ratio eſt, quià pluralitas Maritorum magìs repugnat antiquæ, Divinæ, Euangelicæ, naturalique legi, quàm ipſa Uxorum pluralitas, ut pluribus rationibus probant *Dominicus Soto*, ac *Auguſtinus de Anconâ* (45), & rationi naturali repugnare Maritorum pluralitatem contrà *Platonem* ægregiè demonſtrat *Lactantius Firmianus*. (46) Quapropter dictaret ratio, quòd Mulier, ut præfertur polygama, gravioribus pęnis afficeretur, quàm vir. Tamen ob ſexus fragilitatem, mitiùs punitur; & ideò hujuſmodi Mulieres, ut ſcribit *Bordonus* (47), fuſtigantur, & carceribus mancipantur.

§. VI.

(33) *Theſaur. de Pœn. par. 2. V. Matrimonium. cap. 4.*
(34) *Suar. de Cenſur. diſp. 23. ſect. 5. nu. 11. Sanch. de Matrim. diſp. 48. lib. 7.*
(35) *text. in cap. Quotquot. 27. q. 1.*
(36) *Gloſſ. in cap. Quotquot. in V. Debebunt. 27. q. 1.*
(37) *Salyc. in l. Eum qui. C. de Adult. Angel. Tract. malef. V. che hai adulterato. nu. 65. Alex. Conſ. 165. lib. 7. Didac. Epitom. de ſponſal. par. 2. cap. 7. §. 3. nu. 6. Boſſ. Tit. de Coit. damnat. nu. 78.*
(38) *Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. Caſ. 420. nu. 104. & ſeqq.*
(39) *Gramat. Vot. 17. nu. 5.*
(40) *Boſſ. Tit. de Coit. damna. nu. 78.*
(41) *Præpoſit. in cap. 2. nu. 2. de Sponſal. Diaz pract. Canon. cap. 74. & ibi Butr. Nevizz. Sylu. nupt. lib. 4. nu. 43. arg. l. 2. C. de Inceſt. nupt.*
(42) *cap. De Benedicto. 32. q. 1.*
(43) *Abb. in cap. Cum haberet. nu. 3. verſ. Et vide. de eo qui dux. in matr. quam poll. Didac. Epitom. de ſponſal. par. 2. cap. 7. §. 3. nu. 6. Bermon. Tract. de Publ. concubin. V. Monemus. nu. 2.*
(44) *Bordon. Sacr. Tribun. cap. 22. quæſt. 41. nu. 79.*
(45) *Soto in 4. ſentent. diſt. 33. quæſt. 2. art. 3. Auguſt. de Ancona. Sum. quæſt. 53.*
(46) *Lactant. Divin. inſtit. lib. 3. cap. 21.*
(47) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 22. quæſt. 41. nu. 79.*

Digitized by Google

# §. VI.

# Sortilegium.

*SVMMARIVM.*

1 *Sortilegii etymologia.*
*Diffinitio Sortilegii deſperandi laboris eſt.*
*Aſſignatur diffinitio Sortilegii in genere.*
2 *Dolus non eſt abſquè ſcientiâ, & voluntate mali.*
3 *Sortilegium procuratur mediis inutilibus, & quæ ſint.*
4 *Medium vetitum eſt opera Dæmonis.*
5 *Sortilegium poteſt committi tùm ad damnum, tùm ad utilitatem.*
6 *Variæ ſpecies Sortilegiorum.*
7 *Triplex eſt medium Sortilegii.*
8 *Pactum expreſſum cum Dæmone, quandò ſtipuletur cum Magis, Strigibus &c.*
*Ceremoniæ, quæ fiunt inter Magos, & Dæmonem.*
9 *Magorum, & Strigium conventicula.*
*Talia conventicula aliquandò ſunt imaginaria.*
*Frequentiùs Magi à Diabolo corporaliter ad ea deferuntur.*
*Hiſtoria cujuſdam Doctoris Magi, qui docebat, conventiculum Magorum eſſe phantaſticum.*
10 *Magi appellandi ſunt Apoſtatæ à fide, non Hæretici.*
11 *Pactorum Magi cum Dæmone major gravitas à quibus circumſtantiis deſumenda.*
12 *Ratione mediorum ad Sortilegia quomodò graduetur gravitas.*
*Res ſacra, quænam maiorem, aut minorem gravitatem importent, ſi violentur.*
13 *Dæmonis expreſſa invocatio quandò eveniat.*
14 *Tacita invocatio Dæmonis quandò contingat.*
15 *Opinio, quòd invocatio Dæmonis interveniat quandòcunque uſurpentur media inutilia ad effectum, qui intenditur.*
16 *Impugnatur dicta opinio.*
*Si fiat expreſſa proteſtatio excludendi concurſum Diaboli, excluditur ejus invocatio.*
17 *Diabolus in Sortilegiis requirit intentionem operantis, ſicut Chriſtus in Sacramentis.*
18 *Opinio Bordoni, quòd expreſſa proteſtatio non excludat pactum tacitum cum Dæmone.*
19 *Impugnatur primum fundamentum dictæ opinionis.*
20 *Reſpondetur ad ſecundum fundamentum.*
21 *Expugnatur tertia ratio Bordoni.*
*Proteſtatio contrà factum quandò non relevet.*
22 *Reſpondetur ad ultimam rationem.*
*Contractus, pendens conditionatè à voluntate duorum quandò diſſolvatur per diſſensū unius contrahentis.*
23 *Concluditur, quòd Sortilegium non committit, qui expreſſè proteſtatur contrà illius effectum, ſi ſecuturus ſit ex Diabolicâ cooperatione.*
24 *Reſpondetur ad rationem Sanchez.*
25 *Quandò utens mediis inutilibus, nec tacitè, nec expreſſè invocans Dæmonem; nec expreſſè illius concurſum deteſtans, Sortilegium nil minùs committat.*

1 Sortilegii nuncupatio ſecundùm nominis etymologiam, deducitur à *ſorte*; undè juxtà *Iſidorum* (1) Sortilegi ſunt, *qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam, quas Sanctorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur.* Sed quià talis deſcriptio convenit tantùm *Sortilegio* divinatorio, de quo infrà dicemus, non in univerſum aperit, quid ſit *Sortilegium*. Hujus diffinitionem in ſe apud Auctores, quos videre licuit, mihi invenire minimè ſucceſſit, cùm genus ſit ſub ſe comprehendens tot ſpecies, ut & earum diffinitiones inveſtigare *deſperati ſit laboris*, ut ait *Carpzouius* (2), & proindè pari difficultate laboret ipſarum generis diffinitionem aſſignare. Putarem tamen, ità poſſe commodè diffiniri. *Sortilegium eſt actus humanus, quo per media inutilia, aut vetita aliquis effectus procuratur ad damnum, aut utilitatem propriam, aut alienam.*

2 Dicitur ſignanter *actus humanus*, nempè procedens ab homine ſciente, & volente; cùm enim *Sortilegium* crimen, & quidèm atrociſſimum ſit, ut infrà videbimus, debet in eo ineſſe dolus, qui ex vulgatis eſt anima delicti: dolus autem malus eſſe non poteſt abſquè ſcientiâ, & voluntate mali. (3) Hinc eſt, quòd, ſi ſortilegus utatur miniſterio alterius, qui neſciat ad quid tendat actio, quam ille ſibi faciendam jubet, criminis ejus non eſt formaliter, ſed materialiter tantùm particeps, undè neque de eo puniendus venit.

3 Dicitur *per media inutilia*, ſivè enim utatur rebus naturalibus quidèm, non tamen pollentibus virtute talem effectum producendi; ſivè verbis pronunciatis, aut ſcriptis; aut obſervatione alicujus effectus naturalis, ut nempè garritus, volatus &c. avium in *auruſpicinâ*; aut actione aliquâ, ineptâ ad intentum, ut eſt fortuita aperitio *Bibliorum ſacrorum* in divinatione; aut invocatione, & miniſterio Dæmonis circà rem, quam præſtare nequit, ut eſt futurorum eventuum, aut ſecretorum cordis cognitio, cæci à nativitate illuminatio &c. ſemper dicenda ſunt talia *media inutilia*. Et advertendum, quòd *inutile* hìc capitur non prò eo, quod actu effectum intentum non producit, quià hoc modo vocari poſſet *Sortilegium*, quandò res naturales, quæ aliquandò profuerunt ad ſanationem, hìc, & nunc nullo modo proſunt, quod ridiculum eſſet; & hoc modo vocari poſſent frequenter Sortilegi Medici, ac Chirurgi, qui medicamenta applicant, quæ ſanitati non proſunt, imò potiùs obſunt: ſed dicitur *inutile etiam in potentiâ*, quandò ſcilicèt res aut naturalis, aut artificialis nullam ex ſe virtutem habet attingendi nec totaliter, nec partialiter effectum intentum.

4 Dicitur *aut vetita*; nàm *Sortilegium* eſt, quandò ad aliquem effectum obtinendum aliquis utitur miniſterio, & ope Dæmonis, qui, cùm potentiam habeat ad illum effectum producendum, dici non poteſt, quòd ejus operatio inutilis ſit, nec qui illo utitur, diceretur uti medio inutili: ſed benè adhibet medium *vetitum*, quandòquidem Divino, humanoque jure, ut magis infrà patebit, vetitum eſt medio, ſivè auxilio Dæmonis uti ad quemvis effectum, ſivè proficuum, ſivè nocivum procurandum.



(1) *Iſidor. Etymolog. lib. 8. cap. 9. & habetur. cap. 1. cau. 26. q. 1.*

(2) *Carpzou Pract. crimin. Par. 1. quæſt. 48. nu. 9.*

(3) *arg. l. 1. §. 2. ff. de Dolo malo.*

5 Dicitur tandèm *ad damnum, aut utilitatem propriam, aut alienam*, ſiquidèm hoc crimine *Sortilegii* delinquit tàm, qui per recitata media procurat utilitatem propriam, aut alienam, ut in ſanatione ægritudinum, recuperatione rerum furto ablatarum &c. quàm, qui taliter procurat damna aut publica, aut privata.

6 *Sortilegii* ſex ſpecies enumerat *Bordonus* (4), puta, *Sortilegium* amatorium, defenſorium, revelatorium, lucratorium, maleſactorium, & divinatorium. Sed talis diviſio, cùm videatur eſſe de ſpeciebus ſpecialiſſimis *Sortilegii*, inſufficiens eſt; nàm dantur *Sortilegia*, quæ non inducunt amorem, ſed odium, ac inimicitias; alia, quæ non defendunt, ſed defenſionem ſortilegè procuratam contrario ſortilegio deſtruunt, & offendunt; alia, quæ revelationem impediunt, ut *Sortilegium* taciturnitatis; alia, quæ damnum inducunt, lucro contrarium; alia, quæ corporali ſanitati proſunt, ut ſunt tot remedia ſuperſtitioſa, ut proindè ſortilegia benefactoria conſtituant; ac centum alias *Sortilegiorum* ſpecialiſſimas ſpecies dari perſpicuum eſt, quæ diverſificantur ratione objectorum, & finis, circà quæ, & cujus cauſâ fiunt. Quocircà data diviſio redditur inſufficiens, & ſi ſufficientem aſſignare vellemus, impoſſibilem, aut ſanè ſummè difficilem provinciã aggrederemur.

7 Meliùs ergò dicemus, aſſignando diviſionem genericam *Sortilegii*, eam deſumendo à diverſitate mediorum, quibus committitur. Dico igitur, quòd triplex eſt genus *Sortilegii*, primum eſt, in quo ſortilegus utitur rebus, aut actionibus cum pacto expreſſo cum Dæmone: ſecundum, quandò iiſdem utitur cum pacto tacito cum eodem: tertium eſt, quandò quis ſimpliciter, & abſque ullo pacto expreſſo, aut tacito cum Dæmone utitur rebus, (ſivè ſint res naturales, ſivè artificiales, ſivè ſigna) quæ nullam habent connexionem cum effectu intento, ut proindè *media inutilia* cenſeantur: talis autem diviſio ſufficiens eſt, cum adæquatè comprehendat omnes ſpecies *Sortilegiorum*.

8 Pactum expreſſum cum Dæmone init Sortilegus, quandò invocat ex ſe Dæmonem, qui viſibiliter ei apparet, & cum eo paciſcitur; aut cum mediatione alicujus Magi pactum cum eodem init; aut cùm in conventu Magorum, ſedente Dæmone in trono ſuo, ſolemnem profeſſionem infamis artis in manibus ſuis emittit: prout multi Doctores tradunt. (5) Porrò petitionem ſuam proponit Magus futurus, ut potè ſe transferendi quò velit; inveniendi thæſauros; potiendi quâvis fœminâ, ſibi benè viſâ, aut aliâ prò libito. Dæmon autem illa ſe præſtiturum ſtipulatur. Prò his obtinendis Magus corpus, & animam ſuam Dæmoni poſſidendam tradit; illi obſequium, & obedientiam promittit; fidem *Ieſu Chriſti* abnegat; Baptiſmo cæteriſque Eccleſiæ Sacramentis renunciat; Crucem Chriſti pedibus conculcat; ſacrilego Baptiſmo à Diabolo initiatur, in quo aliud nomen ſibi imponitur; proſtratione, atquè aliis ſignis adorationis veneratur Diabolum, quem prò Deo habet; à Diabolo ſtigmatizatur charactere ſuo, qui non eſt ſemper ejuſdem formæ, aut figuræ: aliquandò enim eſt ſimile veſtigio leporis; aliquandò pedi bufonis; aliquandò araneæ, aut catello, aut gliri: imprimitur autem in partibus corporis magis occultis; viris quidèm aliquando ſub palpebris, aliquandò ſub axillis, aut labiis, aut humeris, aut ſede imâ, aut alibi: mulieribus autem plerùmque ſub mammis, aut intrà loca muliebria; exindè ſcribitur ſchedula contractus, ut præfertur, ſtipulati inter Dæmonem, & Magum, qui ſi ſcribere ſcit, eam ſuâ ſubſcriptione, factâ proprio ſanguine, vice atramenti, firmat, & Diabolus eam ſervat. Sic peractâ profeſſione ſolemni, (in qu horrendæ aliæ interveniunt impietates, quas brevitatis cauſâ ommitto, quas qui vult fuſiùs videre, adeat *Franciſcum Mariam Guaccium* in ſuo *Compendio Maleficarum* (6), qui eas recitat) aſſignatur à Dæmone præſidente alius Diabolus, qui vocatur *Magiſtellus*, qui inſtruit illum in arte maleficiandi, cum quo noviter profeſſus ſecedit in partes, & cum eo carnaliter commiſcetur, illo quidèm in ſpecie fœminæ, ſi initiatus eſt vir; in formâ verò viri, & aliquando Satyri; aliquandò hirci, ſi fœmina eſt profeſſa. Infamis porrò tàm execrandi facinoris profeſſores vocantur *Magi*, *Præſtigiatores*, *Striges*, *Lamiæ*, vel *Sagæ*, ut ſcribit *Ioannes Georgius Godelmannus*. (7)

9 Conveniunt exindè noctu tempore, & loco, ſtatutis à Diabolo Magi, ac Striges ad ludos, in quibus fiunt comeſſationes, choreæ, & carnalis commixtio; renovatur ab illis adoratio, Diabolo præſtita, cui rationem reddunt de maleficiis, patratis à tempore ultimi conventus, & ſi nullum maleficium patraverint, ſeveriſſimè vapulant. Ad tales autem ludos corporaliter deferuntur à Dæmone, & non per ſolam imaginationem, ut ſcribunt nonnulli (8), qui ajunt, illa eſſe mera ſomnia, ac phantaſmata, cauſata ab humore melancholico, quem Diabolus commovet, non amoto corpore Magi, aut Strigis à cubili ſuo, cui opinioni favent quoddam capitulum, & duo Concilia. (9) Sed non negamus, quin aliquandò talibus Maleficis, ità illudat Diabolus per ſomnia, in quibus intereſſe videntur talibus nefandiſſimis congreſſibus; hoc enim fatemur tùm ob authoritatem citatorum Canonum, tùm ob plures hiſtorias, quæ circà hoc referuntur à probatis Auctoribus. Tamen ordinariè, & ut in pluribus illi ad nocturnos ludos corporaliter deferuntur, ut probatur per depoſitiones ipſorum Magorum, & per multas hiſtorias, quæ convincunt talem corporalem delationem Dæmoni poſſibilem, ut patet ex Euangelio, ubi Diabolus corporaliter deportavit Chrſtum ſuprà pinnaculum templi, & ſuprà montem. Et in hanc ſententiam conveniunt plures Theologi, & Canoniſtæ, quos tradit *Guaccius*. (10)

Et

(4) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 18. nu. 1.*

(5) *Paul. Ghirland. Tract. de Sortileg. quæſt. 7. nu. 27 & 28. Io. Vuier. de Præſtig. lib. 2. cap. 7. Bodin. de Dæmonom. lib. 2. cap. 4. Godelman. de Mag. lib. 1. cap. 2. nu. 8. Damboud. Prax. crim. cap. 61. nu. 115 Carpzou. eo. Tit. Par. 1. quæſt. 48. nu. 10. & quæſt. 49. nu. 15.*

(6) *Guacc. Compend. Malefic. lib. 1 cap. 7. per tot.*

(7) *Godelman. Tract. de Mag. Veneſ. & Lam. lib. 1. cap. 2 nu. 7. & lib. 2. cap. 1. nu. 13.*

(8) *Io. Vuier. de Præſtig. Io. Franc. Ponzinib. de Lami. nu. 45. & ſeqq Petr. de Apone apud Carpzou. Par. 1. quæſt. 48. nu. 13.*

(9) *cap. Epiſcopus 26. q. 5. Concil. A…cyran. cap. 24. Concil. Roman. 4. ſub Damaſ. cap. 5. apud Lau…a. in Epitom. Canon. V. Saga.*

(10) *Grilland. Remig. Petr. Damian. Sylueſt. Abulen. Caietan. Alphonſ. à Caſtr Sixt. Senen. Cre…pet. Spina. Anani. apud Guacc. Compend. malefic. lib. p. cap. 15. V. Altera fol. m. 69.*

Digitized by Google

Et notabile circà hoc tradit *Carpzovius* (11) de quodam *Magiſtro Guilielmo linenſi*, *Doctore Theologiæ*, damnato de Magiâ. 1453. die. 12. Decembris. Hic confeſſus eſt, ſe pluriès corporaliter conveniſſe cum alijs Magis ad adorandum Diabolum; quin etiam inſtrumentum reciprocæ obligationis cum Dœmone, in quo ſponſiones, & pacta hìnc indè inita continebantur, delatum in judicio fuit; inter quæ unum erat, Doctorem obligatum eſſe, ut publicè concionetur, quidquid de Magiâ, & prædictâ corporali Magorum deportatione ad ludos prædicatur, fabulam eſſe; non poſſe fieri; nullamquè fidem ſermonibus iſtis haberi oportere. Quibus concionibus augebatur mirum in modum Magorum numerus, & ſe confirmabat, dùm ab illis perſequendis ceſſarent Judices, quibus tali doctrinâ ſuadebatur, injuſtum eſſe Magos ultimo ſupplicio tradere, cum ſolâ imaginatione phantaſticâ peccarent.

10 Crimen ergò talis pacti, ſub dictâ forma cum Diabolo initi, ſuprà cætera atrociſſimum eſt; continet enim apoſtaſiam à fide, dùm *Chriſto* renunciat; ſacrilegium, dùm Baptiſmum, ac cætera Sacramenta abnegat; idololatriam, dùm Diabolum adorat; & carnale delictum gravius beſtialitate, dùm cum Diabolo carnaliter Magi commiſcentur. Communiter ſcribentes vocant opera talium Magorum *Hæreticalia*: ſed, ſalva omnium reverentia, talia appellari minimè poſſunt. Hæreticus enim eſt, qui retenta alioquin fide *Chriſti*, ac Catholicæ Eccleſiæ aliquem, aut aliquos ejus articulos pertinaciter negat. Sed Magi in totum fidem Chriſti abnegant, & ei renunciant. Tales autem non debent vocari Hæretici, ſed *Apoſtatæ*, ut benè docet *Bordonus*. (12) Sequitur igitur, quòd ſacrilega eorum *Sortilegia* vocari non debent hæreticalia, ſed *Apoſtatica*.

11 Tale pactum, ut ſuprà expreſſum, pròut diximus atrociſſimum ex ſe eſt delictum, tamen graduatur ampliùs in malitia, ſi, eo ſuppoſito, Magus ſortilegia ſua exercet, & hoc dupliciter, puta, ratione finis, & ratione mediorum. Ratione finis, ſi ſortilegia ordinata ſunt ad damnum alicujus, graviora ſunt, quàm ſi fuerint ad utilitatem; & ratione damnorum adhuc creſcere poteſt malitia, quià, ſi ſunt contrà perſonam alicujus, graviora ſunt, quàm ſi ſint contrà ejus bona; pariter, ſi ſunt ad necem ejus, graviora ſunt, quàm ſi ſint ad ſolã ęgritudinẽ; itidèm ſi ſit perſona utilis, aut neceſſaria Reipublicæ, gravius eſt dãnum, quàm ſi perſona ſit gregaria; tandèm ſi damnũ tangat multos, ut ſi per *Sortilegium* procuretur grando univerſalis per totum Territorium, aut morbus epidemicus, aut popularis &c., gravius erit, quàm ſi grandine atteratur fundus, aut impetatur ſanitas alicujus privati, ut patet.

12 Ratione mediorum poteſt adhuc creſcere malitia Malefici; nàm, ſi media ſunt profana, puta, res merè naturales, aut artificiales, ut puta, herbæ, lapides, charactères, imagines, &c., non augent gravitatem *Sortilegij*; at ſi res ſacræ ſint ratione injuriæ, quæ committitur contrà Religionem, augent gravitatem delicti. Diſtinguuntur autem media ſacra, nàm alia ſunt Sacramenta; alia ſunt ſacramentalia. Super omnia atrociſſimum eſt crimen ratione medij; quandò Magus utitur *hoſtiâ*, aut *vino*, ritè *conſecrato*, aut *Chriſmate*, *Oleo Cathecumenorum*, aut infirmorum; ſiquidèm hæc ſunt aut formale Sacramentum, aut materia Sacramentorum. Sacramentalia itidem ſuas habent graduationes; nàm ſacra vaſa, quæ oleo conſecrantur, & immediatè inſerviunt ſacrificio conficiendo, aut conſervando, primum dignitatis inter ſacramentalia obtinent; ut ſunt calix, patena, pixis, lunula oſtenſorij, lapis conſecratus. Mox alia, quæ benedicta ſolùm ſunt, & prò ſacrificio offerendo inſerviunt, ut corporale, palla, velum, burſa, & veſtes omnes Sacerdotales. Indè alia benedicta ſolemniter, ut Cereus Paſchalis, candelæ trianguli, aut quæ benedicuntur in feſto *Purificationis B. M. V.* aqua fontis benedicti in Sabbato ſanto, & vigilia Pentecoſtes. Poſteà reliquiæ, ſeù imagines Sanctorum, crux, ac aliæ ſupellectiles Eccleſiæ, ut tobaleæ, candelabra, urceoli &c., Tandèm locus, aut tempus, cultui Dei dicatus, ut ſi ſortilegium fiat in templo, Cœmeterio, aut Sacriſtia &c. vel die Dominico, aut alia ſolemnitate, aut feſto; & ſi uſurpentur nomina Dei, aut Sanctiſſimæ Virginis, aut Sanctorum. vel verba Sacræ Scripturæ. Omnia prædicta ſacra vocantur, ut tradunt paſsìm Doctores, (13) & aggravant delictum prò ratione dignitatis eorum, quæ ad *Sortilegium* uſurpantur.

13 Habens igitur cum Diabolo tale pactum, quandò *Sortilegium* aliquod intentat, ſemper invocat Dæmonem, ſivè hoc faciat expreſſis verbis, ſivè ſimplici facto, ad quod ſcit Diabolum ſuâ operatione concurrere, ex hoc enim, quòd ſcit, quòd ad poſitionem talis ſigni, talis effectus Diabolo operante ſequetur, apponendo ſignum, facto illo Diabolum expreſsè invocat, ut docet *Caietanus* (14)

14 Tacita autem Dæmonis invocatio tunc eſt, cùm quis ſciens media, quibus utitur ad talem effectum procurandum, eſſe ex ſe inutilia ad illum, niſi aliquâ ſupernaturali virtute adjuventur, tamen illis utitur, quàmvis ſciat, eam operationem eſſe à Diabolo, cui tamen non vult in cæteris communicare; & hic dicitur operari ex *pacto tacito* cum Dæmone, quià virtualiter concurrit cum voluntate illius Malefici, qui expreſſum pactum cum Diabolo inijt, ut ad poſitionem illius ſigni, à quocunque fieret, talis effectus ſequeretur.

15 Scio quidèm, multos Doctores apud *Sanchez* (15) velle, quòd, ſi quis mediis inutilibus aliquem effectum intentat, ſemper Dæmonem invocat, quàmvis hoc ſit præter ejus intentionem; quià utitur medijs vanis, quibus libentiſſimè Dæmon ſe immiſcet, & proindè vult à Dæmone adjuvari, aut edoceri.

16 At hæc doctrina mihi ſemper dura viſa eſt; nàm actus humanus, dummodò non involvat in facto ipſo eſſentialiter malitiam, (ut ſunt omnes actus directè, & clarè contrà mandata Dei) ſpecificatur circà bonitatem, aut pravitatem ab intentione operantis. Si igitur utens medijs vanis, intentionem nullam habet invocandi Dæmonem ad effectum, quem intendit, videre neſcio, quomodò Diabolum invocet. Et circà hoc putarem diſtinguendum: Nàm, vel operans eſt homo idiota, qui neſcit, àn tale medium ſit vanum nec nè ad illum effectum; nec ullam poſitivam intentionem habet, ultrà illud factum, de quo edoctus eſt, ſed illum purè mate-

(11 *Carpzov. Par. 1. Quæſt. 48.*
(12) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 9. nu. 14.*

(13) *Graff. Par. 1. lib. 2. c. 5. n. 12. & ſeqq. Farinac. Q. 181. à n. 15. Sot. in 4. diſt. 15. Q. 2. art. 3. Floren. Caſ. reſerv. 1 ¶. Maleficium n. 8. Bellocb. eo. tit. Par. 2. Quæſt. 1. n. 50. Mazzuchel. eo. tit. diſp. 2. cap. 10. nu. 117.*
(14) *Caietan. 2. 2. Quæſt. 95. art. 3. init.*
(15) *Caietan. Navar. Valent. Sayr. Martin. Delrio. Suarez. apud Sanch. Moral. lib. 2. cap. 38. nu. 3.*

Digitized by Google

materialiter operatur, & illud non faceret, ſi ſciret, Dœmonem in eo cooperari; & patet, quòd iſte tùm ratione ignorantiæ, tum ratione contrariæ intentionis, nullo modo Diabolum tacitè invocat. Vel operans eſt vir doctus, qui benè ſcit, media illa eſſe vana, & ſi ſequuturus eſt effectus, hoc debere eſſe à virtute ſupernaturali, dubitat autem, àn ſit Divina vel Dœmoniaca, vult tamen illud operari, quàmvis non habeat poſitivam intentionem invocandi Dœmonem, tamen delinquit, quià volendo opus, ad quod dubius eſt, àn Diabolus concurrat, virtualiter illum invocat. Vel eſt dubius, àn media illa ſint ex ſe efficacia naturaliter ad intentum, àn potiùs à virtute ſupranaturali prodeat effectus, quem tamen efficaciter vult, & patet, quòd iſte pari modo invocat conſenſu tacito Dœmonem, quià vult efficaciter illum effectum, quoquomodò ſit ejus cauſa, naturalis nempè, aut Diabolica. Vel tandèm operans vult conditionatè effectum illum, cujus media àn à vana, ac inefficacia ſint, àn potiùs efficacia, dubius eſt, (cùm multæ ſint virtutes naturales rerum, quas curta philoſophia nota hominibus ignorat) & ſignis externis, aut verbis proteſtatur, quòd, ſi ad effectum, qui tentatur, concurrit pactum expreſſum, aut tacitum cum Diabolo, ſe illi nullo modo concurrere velle, & res, ſeù naturales, ſeù artificiales, quas adhibet prò ſperato effectu, adhibere velle, & illis uti tanquàm mediis ex ſe potentibus ad intentum, ac deteſtari quodcumque auxilium Diabolicum poſſet ineſſe, & cum eo nolle abſolutè, quòd ſequatur effectus, qui tentatur; Tali caſu ſi ſequitur cum tali proteſtatione effectus, patet, quòd illud *Sortilegium* non eſt, & operans nullo modo cooperatur pacto tacito cum Dœmone, quem non vult, imò abiurat, ac deteſtatur.

17 Ratio iſtius ultimi dicti eſt, quòd Diabolus ſimia *Chriſti* eſt, & ſicut iſte prò ſalute hominum Sacramenta inſtituit, ità ille ad eorundem perniciem *Sortilegia* ſacrilega Magos docet, ac per eos operatur. Quemadmodum enim in Sacramentis dantur ſigna ſenſibilia, ad quorum poſitionem Deus infundit gratiam in hominem; ſic pariter Diabolus vult à Maleficis adhiberi res ſenſibiles, tanquàm ſigna, ad quæ ipſe ſuâ virtute ſupranaturali effectū intentum producit. Porrò, ſicut in omnibus Sacramentis in Sacerdote requiritur actualis, aut virtualis intentio faciendi, quod Chriſtus inſtituit; & in aliquibus requiritur par intentio in ſuſcipiente, & ſi formetur intentio de directo contraria, Sacramentum non fit, nec gratia confertur; ità in omni *Sortilegio* Dœmon requirit intentionem actualem, aut virtualem faciendi id, quod ipſe inſtituit, aut cum Mago, illius *Sortilegii* inventore, primò expreſsè pactus eſt, ut ſic Diabolus ipſe ab omni operante invocetur, & ex invocatione, ſibi factâ, adoretur. Si igitur operans expreſſam intentionem contrariam exprimit verbis ſenſibilibus, quæ Diabolus cognoſcere poteſt, (ſi enim eſſet intentio purè interna, nullo externo ſigno manifeſtata, eam cognoſcere non poſſet Diabolus, qui arcana cordis humani cognoſcere nequit) & tamen ſequitur effectus, patet, quòd hic eſt à naturali virtute medii adhibiti, quàmvis eam homo non cognoſcat, non verò à virtute Diaboli, qui abſquè concurſu intentionis humanæ actualis, aut virtualis non operatur.

18 Contrà hanc concluſionem pugnat ſententia *Bordoni* (16), qui vult, quòd quis non poſſit excuſari à *Sortilegio* per expreſſam excluſionem pacti taciti cum Dœmone factam per proteſtationem ab operante, qui mediis utitur. Tùm quià antecedens dicitur velle, qui procurat conſequens, ab illo neceſſariò pendens. Tùm quià expreſſa intentio, excludens pactum Diabolicum, inutilis eſt, quià non eſt in poteſtate hominis excludere connexionem auxilii Diabolici ab illo medio. Tùm quià illa proteſtatio eſt contraria facto. Tùm quià proteſtatio alterius in contractu, pendente à voluntate duorum, abſquè conſenſu alterius non juvat. Et prò hâc ſententiâ citat nonnullos Doctores. (17)

19 Sed, ſalvâ talium Doctorum reverentiâ, adducta fundamenta minimè cogunt. Non primum, quià ille vult antecedens, qui vult efficaciter & abſolutè conſequens, ad quod neceſſarium eſt tale antecedens: at ſi conſequens eſt conditionatè tantùm volitum cum expreſsâ voluntate repugnandi tali antecedenti, ſi connexionem habet cum conſequenti, nullo modo poteſt dici, quòd antecedens ſit volitum. In propoſito operans cum dictâ contrariâ proteſtatione non vult abſolutè conſequens, nempè effectum, ſed tantùm conditionatè, puta, quòd ad eum non concurrat tale antecedens, puta, virtus Diabolica; igitur illam nullo modo vult, nec in pacto tacito concurrit.

20 Pariter ſecunda ratio non concludit; falſum enim eſt, quòd expreſſa proteſtatio contraria non excludat pactum Diabolicum, nàm medium illud ex ſe inutile ad effectum, intantùm eſt efficax, in quantùm operans intentionem habet, quòd Diabolus cooperetur: ſicut ergò in poteſtate operantis eſt connectere auxilium Diabolicum in opere, illi aſſentiendo, ità in poteſtate ejuſdem erit illud ſeperare per contrariam proteſtationem, & diſſenſum. Quià non eſt ità connexum auxilium Diaboli cum tali medio, quìn ſeparari non poſſit: ſed ſicut per pactum voluntarium cum homine coniunctum eſt; ità per proteſtationem, contrariam pacto, ſeparatur à medio.

21 Tertia pariter ratio non concludit, nàm tunc dicitur proteſtatio contraria facto, quæ non relevat proteſtantem, quandò factum eſſentialiter includit id, contrà quod fit proteſtatio, aut neceſſariò ſequitur ad poſitionem facti, ut habet quædam *Gloſſa* (18), ut ſi aliquis fuſte aliquem validè tunderet, proteſtando, ſe illi nolle dolorem, aut iniuriam incutere, cùm dolor, & iniuria neceſſariò ſequatur ad percuſſionē. Sed appoſitio, aut uſus mediorum vanorum in *Sortilegio*, conditionatè volito, non includit neceſſariò intentionem cooperandi Diabolo, quià talis uſus poteſt eſſe cum, & ſinè tali intentione; igitur talis proteſtatio non eſt contraria facto, ſed poteſt à facto ſeparari.

22 Ultimum tandèm fundamentum non ſubſiſtit; nàm aliud eſt loqui de contractu iàm celebrato, pendente à voluntate duorum; & verum eſt, quòd abſquè conſenſu utriuſque partis non diſſolvitur, nec ad hoc ſufficit contraria proteſtatio unius; aliud eſt de contractu celebrando, in quo diſſentiente uno, illud non poteſt ſtipulari. In propoſito,

*Sorti-*

(16) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 17. quæſt. 8. nu 21. & 22.*
(17) *Navar. Tom. 2. Comm. 3. de Regular. nu. 14. Simanch. Tit. 63. nu. 13. Sanch. Moral. lib. 2. cap. 38. n. 4. Carena Par. 2. Tit. 12. nu. 20.*
(18) *Gloſſ. in cap. Cum M. Ferrarienſis. in V. ſinè praiudicio. Extrà, de Conſtit.*

*Sortilegium*; quod attentatur, eſt ex contractu celebrando inter operantem, & Diabolum, ille quidèm debet concurrere cum tacitâ invocatione, & pacto cum Diabolo, iſte autem cum ſuâ operatione: ſi ergò operans proteſtatur, ſe nolle ullo modo concurrere ad illius invocationem, nullo modo conſummatur contractus, qui ex proteſtatione unius ex partibus non concluditur. Nec enim primus contractus, celebratus inter Diabolum, & Magum, illius inventorem, intelligitur continuari in omni *Sortilegio* ex poſt faciendo, niſi operans concurrat intentione expreſsâ, aut tacitâ, ſeù virtuali cum intentione Magi, qui primò expreſsè pactus eſt cum Dæmone; ſtudium enim iſtius eſt procurare novam perditionem animarum per novam implicitam ejus adorationem, quæ fit per tacitam ejuſdem invocationem; à tali autem ſtudio deſiſteret, ſi contentus primo pacto, inito cum Mago, perficeret effectum *Sortilegum* abſquè novâ, imò cum contrariâ intentione operantis.

23 Sequitur igitur ex his, quòd, ſi quis dubius de concurſu Dæmonis ad aliquem effectum, utitur mediis, quæ non apparent habere naturalem vim producendi talem effectum, & expreſsè proteſtatur, ſe nolle ullo modo concurrere intentione ſuâ, ſi ad talem effectum concurrit Diabolus, ſequitur inquam, quòd iſte nullo modo peccat. Sequitur etiam, quòd, ſi tali proteſtatione non obſtante, effectus ſperatus apparet, iſte nullo modo eſt à Diabolo, ſed ab occultâ virtute mediorum, quæ operanti incognita eſt; non enim ſtatim pronunciandus eſt effectus Diabolicus, ſi non cohæret principiis aridæ, ac curtæ Philoſophiæ, cui ſtudent homines: ſed multæ ſunt naturales virtutes rerum, quas ipſi non callent, ut ſunt effectus magnetiſmi, ſimpathiæ, antipathiæ, virium imaginationis, ſivè idæarum, quorum magnam partem in dies aperiunt neoterici experimentalis Philoſophiæ candidati. Videntur proindè, quòd, qui mirabilis alicujus effectus cauſam, quam ignorant, Diabolo tribuunt, partes potiùs Diaboli tuentur, quàm Dei benedicti; dùm hujus Omnipotēti virtute, nobis ignotâ debent adſcribere cauſam, quæ hominem latet, dummodò de patenti operatione Diabolicâ non conſtat.

24 Nec dicendum cum *Sanchez* (19), quòd non obſtante hominis proteſtatione contrà Diabolum, iſte ſe immiſcet, quandò ad opus adhibentur media inutilia; quià hoc facit, ut homines deludat; ſiquidèm ſtudium Diaboli eſt, hominem ad peccatum perducere, & per illud ad perditionem: at in caſu nullum peccatum intervenit, quià homo per proteſtationem contrariam ad opus peccaminoſum (ſi tale illud ſit) concurrere non vult, & abſquè voluntate peccatum non committitur; neque Diabolus ex invocatione adorationem implicitam lucratur, cùm homo talem invocationem, quæ ſolâ intentione parari poteſt, longè à ſe propulſet. Quid ergò lucrabitur Diabolus immiſcēdo ſe in tali opere, cùm nihil ſic ad perniciem hominis ſortiatur? Non ergò dicendum eſt, quòd ſemper Diabolus cooperetur, quandò adhibentur media, quæ videntur eſſe vana ad effectum intentum; ſed ſolùm tùnc, quandò operans pacto tacito ipſum invocat, modo explicato ſuprà *num.* 14. Aliàs ſi operans expreſsè proteſtatur, ſe nolle concurrere cum Dæmone, iſte non ſe immiſcet, cùm nihil prò ſe acquirat; quod etiam experientiâ conſtat; nàm tali proteſtatione præmiſſa, aliquandò ſequitur effectus, aliquandò non; undè arguendum, quòd, ſi effectus ſequitur, hoc ſit à naturali virtute mediorum, incognitâ operanti; ſi non ſequitur, patet, quòd effectus ſperatus erat futurus ex concurſu Diaboli, quem, cùm operans per proteſtationem ſit averſatus, ille idem ſubtraxit, nec effectus ſecutus eſt; & talis praxis multa experimenta videntur.

25 Tertia ſpecies, ſeù potiùs genus *Sortilegii* eſt, in quo operans adhibet media, evidenter inutilia, nec tamen intentionem aut expreſſam, aut tacitam concurrendi cum Dæmone habet, nec expreſsè proteſtatur, ſe nolle cum Diabolo concurrere, ſed ſimpliciter adhibet media, de quibus edoctus eſt, nihil recogitando de concurſu Diabolico; Iſte quidèm pariter delinquit hoc crimine; quià, cùm utatur mediis, evidenter inutilibus, & efficaciter, ac abſolutè intendat effectum, tenetur inquirere de ejus cauſâ, àn licita, aut illicita ſit: cùm igitur deficiat in debita inquiſitione, & poſitivè nullam expreſſam proteſtationem faciat contrà Diabolicum concurſum, ſi quis in tali opere ſit, tacitè, ac virtualiter concurrit cum intentione Magi, primi inventoris, & hoc modo etiam iſte delinquit; ſed, cùm ejus crimen ſit negligentiæ, ac omiſſionis, minus eſt, quàm cœtera ſortilegia, quæ ex pleno dolo, ac commiſſione patrantur; proindè etiā minori pœna eſt percellendus. Quænā verò *Sortilegia* ſapiant manifeſtam hæreſim, ſeù potiùs infidelitatem, & quæ tantùm ejus ſuſpicionem inducant, & de multis ſortilegiis in ſpecie videri poteſt apud *Franciſcum Bordonum Sacri Tribunalis cap.* 18. *quæſt.* 6. *& ſequentibus à num.* 24. qui accuratiſſimè de omnibus tradit, quæ exſcribere non judicavimus.

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

26 *In dubio circà factum Iudex pronunciare debet prò non Sortilegio; quià non præſumitur.*

27 *Pronunciandum de Sortilegio, quandò evidens eſt impertinentia mediorum.*

28 *Quandò in actu intervenit expreſſa invocatio Dæmonis, aut deprecativa, aut imperativa ſemper pronunciandum eſt de Sortilegio.*

*Et hoc quàmvis nomen Dæmonis non exprimatur, ſed aliud incogniti idiomatis.*

*Diabolus ſe celat ſub nomine alicujus Sancti, præſertim S. Ioannis.*

29 *Pariter conſtat de Sortilegio, ſi adhibentur media inefficacja, & effectus ſequitur.*

30 *Præſumptio Sortilegii intrat etiam ex vanis circumſtantiis, licèt evidenter non malis.*

31 *Effectus judicandus Sortilegus ex brevitate temporis, in quo evenit.*

*Infirmitas, ſi adhibitis remediis, tùm calidis, tùm frigidis nec creſcit, nec minuitur, judicatur procurata per Sortilegium.*

32 *Quandò uſus Sacramentalium judicandus ſit Sortilegus.*

33 *Difficilis eſt probatio, quòd aliquis ſit Magus, Strix, &c.*

Quo

(19) *Sanch. Decalog. lib.* 2. *cap.* 38. *nu.* 4. & 11.

Digitized by Google

*Quo caſu poſſit Iudex decernere capturam contrà indiciatum de magiâ.*

34 *Perquiſitio facienda in corpore, veſtibus, & habitatione Magi.*

*Res, quæ inventa apud Magum, aut ejus domum, ſunt indicia reatus.*

35 *Inſtrumentum pacti initi cum Dæmone probat concludenter delictum Magi.*

36 *Libri manuſcripti cum figuris, & characteribus ignotis, in quibus docetur modus faciendi Sortilegia, eſt indicium reatus.*

37 *Signa in perſonâ Magi, ex quibus arguitur Sortilegâ ejus profeſſio.*

*Magi omnes ſunt à Dæmone obſeſſi, & Diaboli imaginem habent in oculis.*

*Si torquentur etiam atrociſſimè Magi, nunquàm poſſunt lacrymari.*

38 *In torturâ ſi dolorem non ſentire demonſtrant, aut dormiunt Magi, indicium eſt novi Sortilegii.*

*Sortilegium taciturnitatis quale ſit.*

39 *Remedia, quibus Iudices utuntur ad diſſolvendum Sortilegium taciturnitatis.*

*Ad tollendum Sortilegium non licet uti mediis vanis, & ſuperſtitioſis.*

*Modi liciti, quibus poteſt tolli Sortilegium illud.*

*De modo impediendi tale Sortilegium, quandò conſiſtit in ſolis verbis, remiſſivè.*

40 *Indicia facti, à quibus præſumi poteſt exercitium magiæ.*

*Dæmon appetit, ut Magi filios ſuos inſtruant in Magiâ.*

*Fæminæ naturaliter cupidæ ſunt vindictæ.*

*Simile adhæreſcit ſimili.*

*Converſatio familiaris cum Magis indicat ſimilem reatum.*

*Magus auditus loqui cum alio, qui non videtur, præſumitur.*

*Sagæ corpus non repertum in cubili, aut cubiculo, in quo erat clauſa, prodit ejus reatum.*

*Saga viſa ſituata, & in actu, ac ſi concumberet cum viro, indicat concubitum cum Dæmone.*

41 *Quodlibet ex dictis indiciis ſufficit ad torturam.*

42 *Quomodò cognoſcantur Sortilegi operantes per pactum tacitum Dæmonis.*

43 *Quis Iudex Sortilegii.*

*Opinio Bordoni, quòd qualibet Sortilegia privativè ſpectent ad Inquiſitorem.*

44 *Opinio Caballi, quòd Sortilegium ſit mixti fori.*

*Hæc ſecunda ſententia eſt verior.*

*A diverſitate Titulorum in jure arguitur differentia delictorum.*

45 *Si accuſetur Magus de hæreſi, aut apoſtaſiâ à fide, ſolus poteſt procedere Inquiſitor.*

*Si accuſetur de alio maleficio, ſortilegè patrato poteſt procedere Iudex Laicus.*

*Iudex Laicus, ſi in procedendo reperit ſortilegum apoſtataſſè à fide, quid agere debeat.*

46 *Probatur data doctrina ex* cap. Accuſatus de Hæret. in 6.

47 *Probatur, quòd de jure novo ſortilegium non eſt de jure privativo Inquiſitorum.*

*Examinatur Conſtitutio Innocentii VIII.*

48 *Expenditur Breve Alexandri VI.*

49 *Diſpoſitio Brevis Leonis X. examinatur.*

50 *Breve Hadriani VI. expenditur.*

51 *Conſtitutio Sixti V. non dat Inquiſitoribus facultatem privativam cognoſcendi de Sortilegiis.*

52 *Opinio Bordoni, quòd in quovis ſortilegio, etiam ſimplici intret ſuſpicio hæreſis.*

53 *Quo caſu ſuſpicio hæreſis ſpectet privativè ad Inquiſitorem in accuſato de Sortilegio.*

54 *Alia ratio Bordoni.*

55 *Reſolvitur dicta ratio.*

*Delegatio quandò fiat privativè ad alios, & quandò cumulativè.*

56 *Tertia ratio petita à conſuetudine.*

57 *Reſpondetur, & concluditur, Sortilegium eſſe crimen mixti fori.*

26 Difficillima profectò eſt probatio *Sortilegiorum*, tùm quià mirandi quidèm, ac extraordinarii effectus, qui proveniunt naturaliter, maximè in mulieribus, ut plurimùm à vulgo, ac etiam à Medicis, parùm in ſuâ arte peritis, tribuuntur Dæmoni, per *Sortilegia* operanti; proindè cautus, ac oculatus debet eſſe Judex in pronunciando conſtare de *Sortilegio*. Diſtinguendum autem puto circà probationem, ſiquidèm aut loquimur de probatione corporis delicti, puta, quòd in aliquo facto *Sortilegium* intervenerit: aut loquimur de probatione reatus alicujus accuſati, quod ſit profeſſione Sortilegus, aut Magus: utraquè autem probatio, ut dicebam, ſummè difficilis eſt. Quò ad primum, ſciendum eſt, quòd, ſi ex circumſtantiis facti res dubia eſt, àn in facto intervenerit *Sortilegium* nec nè, pronunciandum eſt prò non *Sortilegiò*; ratio eſt, quià delicta non præſumuntur (20), ideò ſemper judicandum eſt prò non delicto, quandò verſamur in dubio.

27 Pariter, quandò operans uſus eſt mediis, quæ videntur naturalem habere vim, ſed cum aliquâ circumſtantiâ temporis, loci, aut modi &c. de quâ dubium eſt, àn illa poſſit eſſe Sortilega nec nè, pronunciandum eſt favore Rei, ob rationem ſuprà datam. Sed ſi apparet evidenter de impertinentiâ circumſtantiæ ad effectum, quàmvis media ſint naturalia, dicendum eſt *Sortilegium* intervenire; *ut èx D. Thomas* docet *Martinus del Rio*. (21) Debet autem Judex adhibere Peritos, ut judicium ferant de virtute circumſtantiarum, quæ ab imperitis poſſunt exiſtimari impertinentes ad effectum, à Peritis verò earum virtus agnoſci.

28 Pronunciandum autem eſt, *Sortilegium* eſſe, quandò in actu intervenit expreſſa invocatio Dæmonis, ſivè imperativa ſit, ſivè deprecativa in quocunque caſu; ſivè media poſſint habere naturalem vim ad effectum, ſivè non, quià ſemper in his caſibus intervenit Dæmonis auxilium, ut cum communi docet *Bordonus*. (22) Et quàmvis expreſſum nomen Dæmonis non interveniat, ſed nomina inaudita, ac inſolita, ſeù verba incogniti idiomatis, ſivè etiam nomina Sanctorum, tamen indicia hæc ſunt Diabolicæ invocationis, expreſſæ per verba, quàmvis operanti minimè nota, aut palliata Sanctorum vocabulis. Ratio eſt, quià Diabolus ſtudet cultum ſuum quoquomodò ampliare, & cum ab hominibus alioquin in bonis extorquere; proindè velat verbis incognitis, aut nominibus Sanctorum formam *Sortilegiorum*, nàm, ſi ab operante clarè cognoſceretur in tali facto Dæmonem invocari, ab opere multi reſi-

(20) *cap. 1. de Iureiur. cap. 2. de Reg. iur. in 6.*

(21) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 96. art. 2 ad p. Martin. del Rio Magic. Diſquiſ. Par. 2. quæſt. 4. Sect. 1.*

(22) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 18. quæſt. 5. nu. 23.*

Digitized by Google

reſilirent. Scribit porrò *Carpzovius* (23) ex confeſſione Magorum Diabolum ſe ab illis vocari nomine *Ioannis* velle, ut tali vocabulo ſimplicibus hominibus tegeret ipſorum cum eo communicationem; undè, ſicùt tali pacto in colloquiis vocabuli *Sancti Ioannis* proprium eſſe occultat, ſic credibile eſt, quòd in formâ *ſortilegiorum*, ab eo traditâ, ſub nomine alicujus alterius Sancti, ſui invocationem apponere ſit ſolitus.

29 Conſtat itidèm de *ſortilegiò*, ſi adhibentur media, evidenter inefficacia imò contraria effectui intentato, & tamen ſequitur effectus, & ratio, quam poſt *D.Thomam* afferunt Doctores, (24) eſt, quià, cùm media illa ſint evidenter inefficacia, non poſſunt eſſe cauſæ productrices illorum effectuum, ſequitur igitur, quòd non poſſunt eſſe niſi ſigna alicujus alterius virtutis, non Divinæ, quià talia ſigna non ſunt à Deo inſtituta, ergo Dæmoniacæ.

30 *Sortilegii* pariter indicium eſt, quandò, licèt media naturaliter operativa effectus adhibeantur, circumſtantiæ tamen tales cum illis interveniant, quæ non habent ullo modo virtutem cooperandi ad effectum, & hoc evidens eſt; quàmvis tales circumſtantiæ videantur non eſſe malæ, pròut, ſi debent, applicando talia media, fieri tot cruces, non plures, aut pauciores; recitari tot *Pater noſter* &c. fieri tot proſtrationes, aut inclinationes capitis, aut multæ aliæ inutiles evidenter circumſtantiæ ſervandæ. Ratio eſt, quià tales circumſtantiæ, ſi ponuntur tanquàm neceſſariæ ad illum effectum, reſpectu cujus ſunt evidenter inutiles, non poſſunt illius eſſe veræ cauſæ; igitur tantùm ſigna, & non Divina, ergò Diabolica juxtà *D.Thomam* (25)

31 Vltrà hæc dicendus eſt effectus ſortilegus, quandò effectus aliquis in momento quaſi producitur, ut eſt in improviſa, ſeù potiùs ſubitaneâ ſanatione infirmitatis, vulneris &c. ſtatim ac applicata ſint media, licèt convenientia. (26) Ratio eſt, quià, quàmvis remedia adhibita virtutem habeant prò tali effectu; tamen non operantur tàm promptè; nàm neceſſarium eſt, quòd medicamentum adhibitum ſivè internè, ſivè externè, paulatìm alteretur à calore nativo, qui eſt inſtrumentum omnis operationis naturalis, & ità operetur poſt aliquale tempus applicationis, judicio periti in arte viri. Quòd, ſi operentur in ictu oculi, ſignum eſt Diabolicæ operationis. Et quod dicitur de mediis ad ſanationem, intelligendum eſt etiam de eiſdem ad infirmitatem, & hoc præſertìm ſi talia ſint, quæ talem vim vocandi nequeunt ex ſe habere, & præſertìm operatione tàm ſubitaneâ; ut ſi duæ, aut tres avellanæ, amygdalæ, aut nuces &c. ſeù pomum, aut pirum &c. comedantur à puero, quæ à vetula data ſint ſibi, & ſtatim ille correptus ſit doloribus, aut aliis ſimptomatis, quibus omnia remedia tùm calida, tùm frigida, tùm interna, tùm externa adhibita nihil nec in minimo proſunt, aut obſunt, ſignum eſt evidens *Sortilegii*, tùm quià talis cibi nequeunt habere vim tàm efficacem nocendi in tàm modicò intervallo; ut enim poſſit eorum virtus in actum exire, oportet, ut in ſtomaco alterentur à calore vitali, qui non operatur in inſtanti. Tùm quià caliditas, ac frigiditas ſunt qualitates activæ omnium morborum, qui homini accedunt: proindè contraria cauſæ morbi remedia, ſi non poſſunt morbum tollere, ſaltèm minuunt, & ſic juxtà vulgatum calida frigidis, frigida calidis curantur. Quòd ſi ex ignorantia cauſæ morbi adhibetur medium inconveniens, morbus poſt aliquantum temporis recipit incrementum. Si igitur in facto remedia quævis adhibita tùm calida, tùm frigida, nec in minimo augent, nec minuunt morbum, perſpicuum eſt, hunc non emanare à cauſâ naturali, ſed Diabolicâ; & hoc evidentiùs adhuc patet, quandò in eodem tempore apparent in ægro contraria ſimptomata, quæ contrarias cauſas exigunt, quæ non poſsunt in eodem tempore agere naturaliter; & multò minùs eſse poſsunt ab unâ tantùm cauſa, quæ contrarios effectus uno, & eodem tempore producat.

32 Nec tollit indicium *Sortilegii* qualitas mediorum, quæ aliquotiès videtur poſse innocenter adhiberi; ut eſt uſus Sacramentalium, de quibus ſuprà *num.* 12. dictum eſt; orationes quædam aut recitatæ, aut ſcriptæ, & còllo appenſæ, quàmvis primò intuitu videantur bonæ; & hoc maximè ſi per eas infallibilis effectus ſperatus promittitur; jejunia inſolito tempore, puta, diebus feſtis, aut determinato numero facta; aut à tempore præſcripto, & non aliter incœpta: itidèm recitatio Orationis Dominicæ, aut ſalutationis Angelicæ antè talem imaginem; aut in tali Oratorio; aut verſa fàcie ad partem Cœli determinatam, & ſexcenta alia, quæ ſingillatìm recenſere quaſi impoſſibile eſset; nàm media infinita ſub bono prætextu, & bonarum rerum, aut actionum pallio, excogitavit Dæmon, quibus poſsent homines falli, & ad ipſius adorationem, ſaltèm virtualem induci, quà eorum perditio promoveretur. Sagacis proindè, ac prudentis Judicis diligentiæ relinquitur, ut, audito Peritorum conſilio, cognoſcat, quandò ex vanitate mediorum operatio Diabolica in effectu interveniat.

33 Quò ad probationem reatus in Accuſato de *Sortilegio*, puta, quòd ſit Magus, lamia &c. difficilis pariter eſt probatio concludens, & plena, & niſi per ejus confeſſionem convinci non poteſt illius profeſſio; tamèn per indicia poterit Judex moveri ad exquirendam tormentis veritatem. Habitâ igitur accuſatione de aliquo maleficio, patrato ab accuſato, ut potè, quòd aliquid dederit ad comedendum alicui, qui ſtatìm correptus fuit à doloribus inſolitis, ex quibus intrà paucas horas irremediabiliter occubuit; aut quidpiam aliud operatus eſt, ex quo privatum, aut publicum damnum probabiliter eſt ſecutum: probatoque concludenter per Teſtes (aut per *viſum, & repertum*, ſi corpus delicti eſt permanens) effectu, ac audito Peritorum voto talem effectum non potuiſse naturaliter evenire, poteſt Judex capturam decernere; & hoc fortiùs, ſi mala fama in vicini- habetur de Accuſato, quod ſit Magus &c.

35 Peractâ capturâ, debet fieri diligens perquiſitio tùm in veſtibus, tùm in corpore, tùm in domo Accuſati, àn appareant in ipſo indicia artis ſortilegę, In veſtibus quidèm, ſi inveniatur *pentagonum* in cartâ virgineâ cũ ſigno crucis, characteribus inſolitis, nominibus inauditis, plicaturâ exquiſitâ, ac extraordinaria; aut ſi habeat oſsa mortuorum, imagines inſolitas, ac

(23) *Carpzov. Prax. crim. Par. 1. Quæſt. 49. nu. 70.*
(24) *D.Thom. 2.2. Quæſt. 96. art. 2. in corp. Angel. Tabien. Simanc. Suar. Leſſ. Sayr. Tolet. apud Sanch. Moral. lib. 2 cap. 40. n. 44.*
(25) *D.Tho. 2.2. Quæſt. 96 art. 2. ad p.*
(26) *Sanch. Moral lib. 2. c. 40. n. 43. Bonacin. De leg. Diſp. 3. Quæſ. 5. Pun. 4. n. 9. §. Secunda. & §. Tertia.*

monſtruoſas, præſertim ſi ſunt in figurâ cornutâ, ut communiter ſolet pingi Diabolus; aut pixides, ſeù vaſcula plena materiâ, quæ diſcerni nequeat, quænam, aut qualis ſit; aut alia, quæ ad conſuetos hominum, ac licitos uſus non inſerviunt. In corpore autem, ſi invenitur in ipſo ſtigma Diabolicum, quo ſignantur Magi juxtà dicta ſuprà *num.* 8. & facienda eſt exacta diligentia in locis magis occultis corporis, in quibus talis impreſſio ſolet fieri. In domo verò, aut habitaculo ipſius ſi inveniantur oſſa mortuorũ, maximè calvaria; varia vaſcula plena adipibus, unguentis, aut oleis minimè cognitis; corpuſcula puerorum maximè abortivorum; nodi confecti ex plumis, fruſtula panni figurata ad modum cordis; capilli humani, aut jubæ equinæ contortæ ad modum comæ muliebris; bufones, ſerpentes, veſpertiliones, ac ſimilia inſecta exſiccata; figuræ humanæ cereæ; & alia, quæ humano uſui minimè ſerviunt, de quibus omnibus ſingillatìm dicere moraliter impoſſibile eſt, cùm multa ſint Sagarum, aut potiùs Dæmonis inventa, quæ in dies ab eo mutantur, ut hominibus noceat.

35 Primum autem, ac quaſi plenè probans reatum maleficæ artis, indicium eſt, ſi reperiatur inſtrumentum, ſtipulatum inter Dæmonem, ac Magum, juxtà dicta ſuprà *num.* 8. hoc enim, ut ſcribit *Carpzovius* (27) & alii, urgentiſſimũ eſt indicium; & quamvis tale etiam eſſe poſſit ſtigma Diabolicum, impreſſum in corpore Malefici, tamèn, quià poteſt aliquandò eſſe quid naturale, ut ſunt impetigines, verrucæ, nævi, & hujuſmodi maculæ, & ultrà fas gravari Reus, non eſt indicium ità certum Diabolicæ profeſſionis, ſicut inſtrumentum prædictum. Verum eſt, quòd ut in pluribus tale inſtrumentum aſportatur à Diabolo, & ab eo cuſtoditur; tamen tale etiam repertum eſt apud Magos cuſtoditum cum ſuis libris maleficiorum; & hoc eſt ſecuriſſimum indicium apoſtaſiæ à fide, ac profeſſionis ſolemniter factæ de cultu, adoratione, & obedientiâ, Dæmoni præſtitâ.

36 Aliud indicium urgens etiam eſt, ſi reperiantur libri manuſcripti cum figuris pentagonis, circularibus ellipticis, & hujuſmodi &c. cum imaginibus cornutis, quæ repræſentant Diabolum; cum characteribus inuſitatis, nominibus expreſſis Diabolorum, & etiam aliquorum Sanctorum, ſub quibus non raro celatur nomen Diaboli; cum rubricis, & forma faciendorum maleficiorum, ut ciendarum grandinum, aut pluviarum, aut ſiccitatis, quibus fructibus terræ nocentur; aut cauſandæ peſtilentiæ, aut morborum popularium; ægritudinis, ſterilitatis, aut mortis hominum, aut brutorum; in ſumma omnium maleficiorum, quæ per Magos Diabolus in homines exercet. Tales enim libri aut à Dæmone immediatè traduntur Magis, aut ſibi ab alio Mago communicantur. Et advertendum, quòd hujuſmodi libros Malefici, magnâ cautelâ abſconditos, cuſtodiunt, & aliquandò ſub terrâ ſervant: proindè magnam exactamque diligentiam in perſcrutandâ domo, aut habitaculo talium hominum debent adhibere miniſtri, qui de mandato Judicis faciunt perquiſitionem, nec omittere angulum domus, & ſub tectis, & in habitaculis ſubterraneis, quem non ſcrutentur.

37 Perſona, & maximè facies Malefici obſervanda eſt: tales enim habent aſpectum horridum, nec unquàm poſſunt ſuſtinere aciem oculorum, fixam ad oculos intuentium, at ſemper eam divertunt; & ſi per vim coguntur tenere oculos apertos, & accuratè aſpiciantur, videtur in ipſis imago Diaboli, eos obſidentis; ſiquidèm, ut ſcribit *Candidus Brognolus in Alexicaco*, & ſuo *Manuali Exorciſtarum*, Malefici ſtatim ac cum Diabolo pactum inierunt, ab eodem poſſidentur ut energumeni; & Diaboli ſpecies in eorum oculis aſpicitur, & nè detegantur, oculos plerùmque ad terram demiſſos tenent, & ab eos fixè intuentibus viſum avertunt, nè talis Diabolica imago aſpiciatur, ac ipſi detegantur. Peculiare tandèm indicium in earum perſonâ eſt, ut per quamcumque pœnam, dolorem, aut tormentorum vim, quæ contrà eos exerceatur, numquàm poſſunt flere, aut lacrymari, ut ſcribunt multi (28).

38 Factâ, ut præfertur, perquiſitione, & aliquo ex recenſitis indicio reperto, deveniendum eſt ad torturam, & frequenter in hâc aliud indicium urgens apparet, & eſt, quòd pendentes à fune nullum dolorem præſentire demonſtrant, irrident Iudicem, & etiam dormiunt, ac ſi in molli culcitrâ decumberent; & ad quamvis interrogationem, ſibi factam minimè reſpondent; & hoc eſt novum *Sortilegij* genus, quod vocatur *Sortilegium* taciturnitatis, ut cum multis, quos citat, ſcribit *Raynaldus* (29). Tale autem *Sortilegium* ſubminiſtrat novum indicium ad torturam, ut fuiſſe deciſum in *Senatu Sabaudiæ*, refert *Faber* in ſuo *Codice* (30); & ſubdit *Sabellus* (31), quòd repertâ penès carceratum ſchedulâ hujus maleficij, debet repeti, & augeri tortura.

39 Ad diſſolvendum tale maleficium volunt nonnulli, quòd liceat Iudici uti remediis quibuſdã ſuſpectis, conſiſtentibus in verbis, aut factis vanis, ac impertinentibus, quemadmòdum refert *Carpzovius* (32); quòd in quibuſdam locis ſolent fœminæ manibus, ac pedibus conſtrictæ in aquam abiici, quæ, ſi ſupernatent, prò Sagis habentur, & torquentur; ſi autem ſubmerguntur, inſontes judicantur. Sed tales practicæ meritò reprehenduntur ab aliis Doctoribus (33), non enim licet ad tollendum maleficium uti medio vano, & ſuperſtitioſo. Benè licet tollere ſignum maleficii, nè hoc ſequatur. Vndè poſſunt Iudices, ut inveniant ſchedulas talis maleficii taciturnitatis, radi facere capillos, ac pilos corporis Malefici; eidem propinari vomitoria, nàm aliquandò tales ſchedulas deglutiunt; aut immitti clyſteres, quià eaſdem intrà inteſtinum rectum abdunt, & aliis licitis mediis uti, ut ſcribunt nonnulli apud *Dianam* (34). Et ſi talia minimè proſunt, quia nempè *Sorti-*

(27) *Carpzov. Par. 1. Quæſt. 49. n. 65. Io. Zang. de Tortur. cap. 2. n. 200. V. Eodem modo. Bodin. Dæmonom. lib. 4. cap. 2. Berlich. Par. 4. Concl. 4. nu. 55. Godelman. de Mag. venef. lib. 3. c. 8. n. 8.*

(28) *Ghirland. de Sortileg. Quæſt. 9. num. 3. verſ. Et ego. Godelm. de Mag. venef. lib. 3. cap. 3. num. 26. Bodin. de Dæmono. lib. 4. cap. 1. verſ. Alia quoque. Berlich. Par. 4. Concl. 4. num. 60. Carpzov. loc. cit. num. 63.*

(29) *Raynal. Obſerv. criminal. To. 3. Cap. 34. §. 12. num. 137. & ſeqq.*

(30) *Faber Codic. Fabrian. Tit. 21. de Quæſt. diff. 3.*

(31) *Sabell. Summ. diver. Tract. §. Tortura. num. 22. verſ. Quod qui inventus.*

(32) *Carpzov. Prax. Par. 3. Quæſt. 122. nu. 69.*

(33) *Baſilicò Deciſ. crimin. 8. num. 29. Vuier. de Præſtig. lib. 6. cap. 7. Bodin. Dæmonom. lib. 4. cap. 3. in fin. Cuiac. ad Tit. 1. §. Si autem. Controv. 1. Feud. Bocer. de Quæſt. cap. 3. n. 101.*

Digitized by Google

*Sortilegii* ſignum conſiſtit in verbis ſuo tempore proferendis à Reo, poteſt Iudex uti cautelâ, a Nobis alibi(35) traditâ.

40 Alia indicia colliguntur à factis Maleficorum. Primum eſt, ſi ſe obtulerit alios inſtruendi in faciendi *Sortilegiis*; ut enim ſcribit *Ioannes Georgius Godelmannus* (36), communiter Magi filios ſuos in arte Diabolicâ inſtituunt, ac alios in eâdem inſtruere procurant: ſiquidèm nullum eſt ſacrificium Dæmoni acceptius, nequè aliud magìs expetit ab eis, quàm ut proprios filios illi devoveant, ac alios ad infamem profeſſionem perducant. Secundum eſt, quandò Maleficus alicui in propriâ perſonâ, aut ſibi coniuncti, ut filii &c. minatur aliquid mali, ſivè explicitè, ſivè implicitè, & effectus comminatus ſequitur, & hoc maximè, ſi Maleficus aliquid comedendum, aut bibendum, aut ſuper ſe portandum tradiderit ægrotanti, in quo appareant contrarii ſimul, aut inuſitati effectus, qui naturaliter nequeunt evenire; & hoc plerùmque faciunt veneficæ fœminæ, quę naturâ ſunt cupidæ vindictæ, & linguam à minis nequeunt cohibere, ſi nocendi facultatem, ac voluntatem habuerint. (37) Tertium eſt, ſi probetur, quòd inquiſitus frequentem familiaritatem habuerit cum aliis, qui convicti, aut confeſſi, & puniti fuerint de profeſſione magicâ, nam ſimile plerumquè adhæreſcit ſimili (38) & ità firmant *Binsfeldius*, & *Bodinus*. (39) Quartum eſt ſi Malefici aliquandò auditi ſunt invocare Dæmonum, aut cum eo ſermonem habere, & hoc frequenter accidit, quandò in cubiculo, aut agro videtur ſolus Maleficus, qui tamen auditur cum alio loqui, maximè per modum interrogationis, aut reſponſionis, ex quo colligitur, talem ſermonem non eſſe ſoliloquium, ſed eſſe dialogum, nempè collocutionem cum alio, qui cùm minimè videatur ab audiente ſermonem, colligitur, quòd eſt Diabolus, & quòd ſimiles collocutiones ſint indicia artis maleficæ tradunt Doctores. (40) Quintum eſt, ſi foribus domus occluſis Maleficus, qui viſus eſt in ſerò decubuiſſe in ſuo cubili, ex poſt noctu minimè reperiatur, & poſtmòdum manè in eodem cubili repertus ſit, nàm indicium eſt, aſportatum fuiſſe à Dæmone ad ſolitum conventum Maleficorum. (41) Sextum eſt, ſi aliquis decumbens in lecto cum Sagâ, fingens dormire, viderit eam de lecto ſurgere, & denudare, ac quodam linimento ſe ungere, & ſtatìm diſparere, ut nō ſemel accidiſſe colligitur ex hiſtoriis, tali enim pacto perunctæ deferri ſolent hujuſmodi fœminæ à Dæmone ad ludos nocturnos. Septimum eſt, ſi Saga in cubili, aut campo viſa fuerit ſupina jacere reductis veſtibus, cruribuſque diductis, clunes agitare, ut fit in virili concubitu; illud enim indicium eſt ſe tunc commiſceri eum Dęmone, cum quo pactum habet, & refert *Guaccius* in ſuo *Compendio Maleficarum*, quandam Sagam in agro viſam fuiſſe in tali actu; poſt quem ab obſervantibus viſus eſt Dęmon in formâ fumi nigri, ac tetri elevari à ventre fœminę. Octavum eſt, ſi Maleficus viſus fuerit in agro varia ſigna versùs Cęlum efformare; turba ſubmurmurare; ſcrobem fodere in terrâ; in eam mingere, aut lapillos iniicere, aut alios inſolitos geſtus facere, ſtatimquè perturbatum aerem fulgetris, tonitruis, nimbis ingentibus, & tandem grandine in tempeſtatem horribilem erupiſſe.

41 Omnia ſupradicta indicia, ac alia multa, quæ prudentis Iudicis arbitrio reſervantur, ſufficiunt ad torturam, faciuntque præſumptionem contrà Reū, quòd pactum expreſſum, cum Apoſtaſiâ à fide, cum Diabolo habeat; & non leve adminiculum addit confeſſio aliorum Magorum, quòd eum viderint cum aliis ad nocturnos ludos conveniſſe: quod etiam facit mala fama, quę apud cordatos viros, ac in viciniâ de eo habetur, quòd ſit Maleficus.

42 Quòd verò quis *ſortilegiis* det operam, non quidèm expreſſo, ſed tacito, cum Dęmone pacto, probatur, ſi, (ut faciunt nonnulli perditi homines) quis ex induſtriâ quærit autem ſortilegiorum ad ægritudines curandas, ex quibus lucrum quærit, ut accidit plerùmque in Villis, ubi mulierculæ quædam huic exercitio incumbunt, ſuperſtitioſas curationes ad quaſdam contumaces infirmitates adhibendo. Tales profectò, cùm ſimilia profitentur, culpabiles ſunt, & probato per Teſtes, quòd ſolitæ ſint taliter curare, debent ſimiliter puniri, non tamen tantâ pęnâ, ut Malefici formales, expreſſum pactum cum Dęmone habentes.

43 At quis Iudex criminis ſortilegii? *Franciſcus Bordonus* (42) vult, quòd Inquiſitor ſit Iudex privativè quò ad Laicos omnium *ſortilegiorum* tàm hæreticalium, quàm ſimplicium. Quòd ille ſit Iudex *Sortilegiorum*, in quibus apparet Hæreſis manifeſta, aut apoſtaſia à fide, patet in jure (43), & cùm crimen hæreſis privativè ad Inquiſitorem ſpectet, ſequitur, quòd ad eum ſpectet pari modo *ſortilegium* manifeſtè hæreticale. Quòd verò ad eum ſpectet etiam *ſortilegium* ſimplex, probat hoc competere de jure novo per exttavagantes Innocentii VIII. Alexandri VI., ac Sixti V. (44). Quòd verò hoc ſit privativè quò ad Laicos, probat, tùm quià in cauſis fidei, ſeù ejuſdem ſuſpicionis Laicus non ſe ingerit, in quibuſvis autem *ſortilegiis* ſuſpicio ad minus hæreſis invenitur. Tùm quià, quæ ſpecialiter delegantur Inquiſitoribus, cenſentur delegata privativè quò ad alios, quibus in delegatione non communicantur. Tùm quià ex conſuetudine hujuſmodi cauſæ à ſolis Iudicibus Eccleſiaſticis judicantur; undè concludit, quòd opinio dicentium, *ſortilegium* eſse mixti fori, improbabilis eſt.

44 E' contrà *Caballus* poſt *Abbatē* (45) ſuſtinet, quòd crimen *ſortilegii* eſt mixti fori, in quo præventioni locus datur, dummodò in eo non interveniat hæreſis manifeſta, & prò hâc concluſione citat *Clarum*(46), qui dicit, eam eſſe communem, *Farinacium*, *Decianum*,

 & *Fran-*

(35) *Par. I. Tit. Tortura, nu.* 88.
(36) *Godelman. Tract. de Magis lib. 3. cap. 10. n. 13.*
(37) *Boer. Deciſ. 160. Stephan. Not. ad Ordin. crim. Carol. V. Art. 44. apud Carpzov. Pract. p. 3. qu. 122. n. 63.*
(38) *Arg. l. 3. §. Nullus, ff. de Excuſ. tuto. l. Nullus. §. 1. ff. de Actio. empt. l. Ædiles, 25. §. Pedius, ff. de Aedilit. edict.*
(39) *Binsfeld. in l. final. de Indic. crim. malef. indic. 5. C. de Malefic. & Mathemat. Bodin. Dæmonom. lib. 4 c. 4. pag. 610.*
(40) *Bodin. Dæmonom. lib. 4. c. 2. pag. 558 Io. Zang. de Quæſt. & tort. c. 2. Godel. de Mag. veneſ. lib. 3. c. 8. n. 9. Carpzov. p. 1. q. 49 n. 66.*
(41) *Bodin. l. cit. Io. Zang. loc. cit. verſ. Aut ſi cubili.*
(42) *Bordon. Sacr. Tribun. c. 18. q. 18. n. 47. & ſeqq.*
(43) *Text. in cap. Accuſatus, §. Sanè. de Hæret. in 6.*
(44) *Innoc. VIII. Conſt. Summis 1484. Non. Maii. Alex. VI. Conſt. Cū acceperimus. Sixt. V. Conſt. Cæli, & terra, 1585. Non. Ianuar.*
(45) *Cabal. Reſol. crim. Cent. 2. Caſ. 223. n. 67. & ſeqq. Abb. in cap. 1. num. 3. & 4. de Sortileg.*
(46) *Clar. §. Hæreſis, n. 25. Farinac. qu. 8. n. 133. verſ. limita octavo. Franc. Theſaur. for. Eccleſ. c. 36. n. 19. verſ. Sed quando. Decian. Tract. crim. l. 5. c. 21. n. 3. & c. 23. n. 1. & c. 25 n. 3. Repertor. Inquiſit. V. Hæreſes. Colum. 4. verſ. Vlterius, & col. 5. verſ. Item quæritur.*

Digitized by Google

& *Franciſcum Leonem*, & *Repertorium Inquiſitorum*. Hæc ſententia mihi videtur omninò ſuſtinenda. Ratio eſt, quia *ſortilegium* non includit de neceſſitate in ſe hæreſim, & aliud, ac aliud crimen eſt hæreſis, ac *ſortilegium*, quod manifeſtum fit ex hoc, quòd in utroque jure diſtincti ſint *Tituli de Hæreticis*, & de *Sortilegis*, ex quibus colligunt Doctores (47), quòd etiam diverſa ſint delicta; aliter tùm *Papa*, tùm *Imperator* ſuperfluos Titulos efformaſſent, quod dici non poteſt; pariterquè Hæreſis, ac *ſortilegii* diverſæ ſunt pœnæ, ut patet ex utroque jure (48), infertur proindè, quòd diverſa ſint delicta, nec de neceſſitate *ſortilegium* involvat Hæreſim. Cùm igitur Iudex Laicus procedere poſſit in crimine *ſortilegii*, ſicut etiam Eccleſiaſticus; nec ulla lex Eccleſiaſtica detur, quæ privet Iudicem Laicum cognitione illius, ſicut privatur cognitione Hæreſis, videre neſcio, quomodò judicium *ſortilegii* privativè ſpectet ad Inquiſitorem.

45 In hac autem materiâ cenſeo, caſus eſſe diſtinguendos. Nàm vel Iudici Laico defertur accuſatio contrà Reum de Apoſtaſiâ à fide, & Dæmonis adoratione, invocatione, commercio &c., & in hoc caſu clarum eſt, quòd Iudex Laicus procedere minimè poteſt, cùm crimen Hæreſis, infidelitatis &c. privativè ſpectet ab Inquiſitorem, ut in jure. (49) Vel eidem Iudici accuſatur Reus de homicidio patrato, de incendio, de tempeſtate, & grandine ſuſcitatâ &c, per *ſortilegium*. In hoc caſu poteſt procedere Laicus, ſiquidèm ejus principale intentum eſt punire Reum de maleficio patrato. Si autem in inquiſitione delicti reperit Reum aut apoſtataſſe à fide, aut hæreticum eſſe, aut de talibus delictis ſuſpectum, tenetur manum levare à proceſſu, & Inquiſitori Reum tradere, & ſubminiſtrare indicia, quæ habet, cum onere reconſignandi Reum in fortiis ſuis, poſtquam Inquiſitor contrà eum judicium ſuum exercuerit.

46 Hoc autem patet ex *cap. Accuſatus, §. Sanè, de Hæret. lib. 6*, in hoc enim traditur facultas Inquiſitori procedendi in crimine *ſortilegii*, quandò *hæreſim ſapit manifeſtam*; non tamen adimitur Iudici Laico poteſtas judicandi de *ſortilegio*. Duo enim tunc concurrunt crimina, nempè hæreſis, & *ſortilegium*. Primum ſpectat ad Inquiſitorem, privativè ad Laicum, Secundum eſt mixti fori, in quo viget præventio. Si igitur Laicus prævenit, ſalvum ſibi jus ſuum eſt proſequendi judicium incœptum contrà crimen de foro ſuo. Nec intentum illius Canonis eſt privare Laicum tali poteſtate, imò, ut patet ex Textu, talis Canon extendit tantùm favore Inquiſitorum poteſtatem eorum judicandi etiam de *ſortilegio*, in quo eſt Hæreſis manifeſta, cùm tamen reſpectu Rei Laici anteà talem poteſtatem non haberent, & vigore talis Decretalis *ſortilegium* redditum eſt mixti fori reſpectu Inquiſitoris. Quòd ſi non vigeat in crimine Hæreſis manifeſta, Inquiſitores, ut ait idem Canon in fine, *intromittere ſe non debent, nec punire talia exercentes, ſed eos relinquere ſuis Iudicibus puniendos*; per quam diſpoſitionem convincitur, quòd *ſortilegium*, in quo non intrat hæreſis manifeſta reſpectu Rei Laici, non eſt mixti fori, ſed pertinet ad Iudicem Laicum, quià Canon ille reddit tale crimen cognoſcibile ab Inquiſitore tantùm, quandò cernitur manifeſta Hæreſis; & tali caſu eſt punibile ab eo *ſortilegium*, quod aliàs puniri tantùm debuit à ſuis Iudicibus nempè ab Epiſcopo, ſi Reus eſt Clericus, aut à Laico, ſi talis etiam Reus ſit.

47 Hucuſque dicta quadrant de jure antiquo, contendit autem *Bordonus*, quòd de jure novo aliter res ſe habeat, vult enim, quòd per poſteriores Summorum Pontificum *Extravagantes*, quas ſuprà citavimus juriſdictio Inquiſitorum extenſa ſit ad quælibet *ſortilegia* privativè quò ad Laicos. Sed, ſalvâ ſemper talis Doctoris reverentiâ, per tales Conſtitutiones minimè convincitur ejus intentum. Nàm Conſtitutio *Innocentii VIII.* (50) eſt tantùm declaratoria, quòd *Henricus*, & *Sprengerus* deputati Inquiſitores contrà Hæreticos in partibus *Alemaniæ ſuperioris*, & in certis partibus lineæ *Rheni*, poſſent procedere contrà *utriuſque ſexus perſonas, à fide Catholicâ deviantes cum Dæmonibus incubis, & ſuccubis abutentes* &c. degentes in nonnullis partibus *Alemaniæ ſuperioris*, nec non in Diœceſibus *Moguntinâ, Colonienſi, Treverenſi, Saltzburgenſi, & Brunenſi*, cum ex adverſò nonnulli Clerici, ac Laici prætenderent dictos Inquiſitores non poſſe in prædictis locis contrà tales Reos procedere, *prò eo, quod in literis deputationis hujuſmodi Provinciæ, Civitates, Diœceſes, Terræ, & alia loca prædicta, illarumquè perſonæ, ac exceſſus hujuſmodi nominatim, & ſpecificè expreſſa non fuerunt*. Vndè *Papa* ſtatuit, Inquiſitores prædictos ſuper recenſitis *ſortilegiis* poſſe procedere, & ipſorum juriſdictionem extendit ad ſupramemorata loca. Ex hac Bullâ non habetur, niſi quòd Inquiſitores procedant contrà ſortilegos, *à fide Catholicâ deviantes* &c. nec de aliis ſortilegis ſermo habetur; nec verbum ullum facit Papa de Iudicibus Laicis, per quod adimatur ipſis poteſtas procedendi contrà ſortilegos, prout de jure antiquo poterant. Igitur per hanc Bullam non extenditur privativè quò ad Laicos juriſdictio Inquiſitorum contrà ſortilegos quoſuis.

48 *Alexander VI.* in ſuo Brevi (51) ad Inquiſitorem *Lombardiæ* dat facultatem ſibi, ac ſucceſſoribus ſuis, ut procedere poſſint contrà *diverſas utriuſque ſexus perſonas diverſis incantationibus, & diabolicis ſuperſtitionibus operam dantes*. Quâ diſpoſitione ampliat Inquiſitoribus facultatem procedendi in caſu *ſortilegii* etiã non continentis expreſſam Hæreſim: non tamen adimit Iudici Laico jus judicandi in hoc caſu, nec reddit *Sortilegium* de ſolo jure Inquiſitoris privativè quò ad alios Iudices. Verum eſt, quòd *Franciſcus Pegna* in Summario illius Brevis ſic habet, *Soli Hæreticæ pravitatis procedere poſſunt contrà Maleficos, Incantatores, & variarum ſuperſtitionum obſervatores*; & fortè *Bordonus* ex hoc ſuam opinionem deſumpſit. Sed fidelis non fuit *Pegna* in ſummariando tali Brevi, cùm in eo non habeatur, quòd *Soli* Inquiſitores poſſint procedere; ſed ſimpliciter habetur, quòd *contrà eaſdem utriuſque ſexus perſonas inquirant: caſque juſtitiâ mediante puniant*; quod longè eſt diverſum.

49 *Leo X.* in ſuo Brevi (52) narrat, quòd, cùm Inquiſitores in Diœceſibus *Bergomenſi, ac Brixienſi* proceſſiſſent contrà *quoddam hominum genus pernicioſiſſimum, ac damnatiſſimum labe hæreticâ, per quam ſuſcepto renunciabatur Baptiſmatis Sacramento, Dominum abnegabant*,

(47) *Oldrad. Conſ. 210. col. 2. verſ. Nunc itaq. Gemin. Conſ. 54. col. 2. n. 2. Verſ. Item eſt. Clar. §. Hæreſis. n. 25. Verſ. Succeſſivè quæro. Farinac. Quæſt. 20. nu. 80.*

(48) *Cap. Ad abolendam. de Hæret. cap. 2. de Sortil. l. Credentes. l. Ariani. C. de Hæret. l. Nullus. leorum. C. de Malef. & Mathe.*

(49) *Text. in c. Vt inquiſitionis. §. Probibemus. de Hæret. in 6.*

(50) *Innoc. VIII. Conſt. Summis deſiderantes. 1484. Non. Decemb. poſt Director. Inquiſit. fol. m. 83.*

(51) *Alex. VI. Brev. Cum acceprimus. poſt Direct. Inquiſ. fol. m. 85.*

(52) *Leo X. Brev. Honeſtis petentium. 15. Februar. 1521. poſt Direct. Inquiſit. fol. m. 99.*

Digitized by Google

bant, *& Sathanæ corpora, & animas conferebant* &c. & nonnullos ex his impœnitentes relaxaſſent foro Laico debitis pœnis puniendos, noluerunt Laici Iudices ſententias exequi prætendentes proceſſus factos ab Inquiſitoribus examinare. Diſponit exindè, quòd Iudices Laici non ſe ingerant in examinandis proceſſibus hujuſmodi factis ab Inquiſitoribus, quod ſi fecerint, Inquiſitores contrà eos per Cenſuras procedant. Circà hoc advertendum, quòd aliud eſt, quòd Iudex Laicus debeat exequi ſimpliciter ſententias, latas ab Inquiſitore contrà *Sortilegos*, & nullo modo poſſit ſe ingerere in examinando proceſſu, & juſtitiâ ſententiæ latæ: aliud eſt, quòd non poſſit procedere contrà *Sortilegos*, ſi ad ſuum tribunal accuſentur prçventivè reſpectu Inquiſitoris. Illud tantùm jubet Pontifex, quod & Ego fateor, non debet enim, neque ullo modo poteſt Laicus examinare acta *Sacri Tribunalis*, neque ſe immiſcere in cauſâ merè Eccleſiaſticâ. At de ſecundo nullo modo diſponit, nec privat Iudices Laicos procendendi facultate contrà tales Sortilegos, ſi illi prævenerint in inquiſitione forum Inquiſitorum. Concluditur quod ex citato Brevi ſententia *Bordoni* non probatur.

50 *Hadrianus VI.* in ſuo Brevi (53) ad *Inquiſitorem Comen.* extendit facultatem procedendi in locis ſuæ Inquiſitioni ſubiectis contrà Sortilegos ad eundem Inquiſitorem, ſicut per *Iulium Secundum* facta fuerat ſimilis poteſtas *Georgio de Caſali Inquiſitori Cremonæ*. Et nec verbum habet, quòd dictus Inquiſitor ſolus, & privativè quò ad alios Iudices Laicos, aut Eccleſiaſticos procederet. Nihil ergò facit hoc Breve ad intentum *Bordoni*.

51 *Sixtus V.* in ſuâ Conſtitutione (54) damnat exercentes artem Aſtrologiæ judiciariæ, & quævis divinationum genera, & retinentes libros, aut ſcripta, ad eaſdem damnatas artes ſpectantia; ac Reos talium criminum ſubdit judicio Inquiſitorum, ut legere eſt in toto contextu prolixæ illius Bullæ; nec minimum quid habetur, per quod prohibeatur aliis Iudicibus, nè procedant in crimine *ſortilegii*. Ex his omnibus ergò concluditur, quòd per Apoſtolicas ſanctiones non habetur, quòd Inquiſitores ſint Iudices *ſortilegiorum* privativè quò ad alios Iudices.

52 Contendit ulteriùs *Bordonus* per rationes ſuam Concluſionem firmare, volens, quòd à cognitione *ſortilegiorum* etiàm ſimplicium excludatur Iudex Laicus, quià in quibuſcumque *ſortilegiis* ad minùs locum habet ſuſpicio Hæreſis, quià in eis præſumitur pactum ſaltèm tacitum cum Dœmone, talis porrò ſuſpicio Hæreſis reddit crimen de foro Inquiſitoris privativè quò ad cæteros.

53 Sed hæc ratio minimè concludit, quià aliud eſt, quòd aliquis deferatur ad Iudicem tanquàm ſuſpectus de Hæreſi, & talis ſuſpicio eſt principalis articulus accuſationis; & tunc verum eſt, quòd Iudex Laicus nullo modo poteſt ſe ingerere, & cognitio ſpectat privativè ad Inquiſitorem. Aliud eſt, quòd quis deferatur de maleficio patrato mediantibus *ſortilegiis*, ut de tempeſtate ſuſcitatâ, de ægritudine, aut morte, alicui cauſatâ &c. In hoc ſecundo caſu Iudex principaliter inquirit contrà maleficium cauſatum, & in hoc procedit Iudex Laicus, ac Eccleſiaſticus reſpectu propriorum ſubditorum: *ſortilegium* autem eſt incidens in Cauſâ, cùm ſit medium ad maleficium; cognoſcere autem, àn in hoc interveniat expreſſa, & manifeſta Hæreſis, aut illius ſuſpicio, hoc pertinet privativè ad Inquiſitorem; & proindè Iudex Laicus procedens in Cauſâ, & detegens hujuſmodi ſuſpicionem, debet Reum conſignare Inquiſitori, ſubminiſtrando indicia, quæ habet, cum obligatione tamen, quòd peracto judicio ſuo Reum reſtituat, ut tùm de *ſortilegio*, tùm de maleficio illum juxtà proprias leges condemnet. Quòd, ſi ex ſuſpicione Hæreſis, aut infidelitatis, quæ conſurgit ex delicto Rei, hic redderetur totaliter de foro Inquiſitoris, multi eſſent Rei, qui ſunt de propriâ cognitione Iudicis Laici, quos oporteret Inquiſitoribus tradere; ſiquidèm poteſt accuſari aliquis, quòd ſit graſſator viarum, blaſphæmus, ſortilegus, vivens in concubinatu adultero &c. ob cujus malam vitam intrat ſuſpicio, quòd iſte malè ſentiat de fide, nec credat Deum ultorem malefactorum. Ex tali igitur ſuſpicione deberet iſte tradi Inquiſitori, quod falſum eſt; nàm Iudex proprius de ſuis malefactis inquirit, & ſi in inquiſitione detegit in eo ſuſpicionem infidelitatis, ad eam expurgandam Inquiſitori Reum tradit, mox eum de aliis delictis punit.

54 Alia ratio *Bordoni* eſt, quòd in iis, quæ *ſpecialiter* delegantur Inquiſitoribus, non poſſunt ſe intromittere Laici Iudices; ſiquidèm delegatio cenſetur illis facta privativè ad alios, quibus non communicatur in delegatione, & ad hoc citat *Scacciam*, & *Carenam* (55)

55 Hæc pariter ratio minimè concludit, nàm delegatio, *ſpecialiter* facta, duplex eſt, una quidèm privativa, quò ad alios, quibus facta non eſt; alia cumulativa, per quam delegatus poteſt procedere cumulativè cum Ordinario. Conceſſo autem, quòd per Summos Pontifices commiſſa ſit Inquiſitoribus delegatio procedendi in cauſis *ſortilegii*, talis delegatio non eſt *ſpecialiter* privativè; ratio eſt, quià, quandò Papa Inquiſitoribus contulit facultatem procedendi privativè in cauſâ Hæreſis, aut formalis, aut ſuſpectæ, inhibuit expreſſis clauſulis, nè alii Iudices in hâc ſe ingererent, ut patet ex jure (56). Si ergò eandem delegationem ipſis dediſſet reſpectu *ſortilegii*, ſimili modo hoc expreſſiſſet, quod non fecerit, ut patet examinando ſupradictas literas Apoſtolicas, patet, quòd ipſis non eſt commiſſa *ſpecialis* delegatio privativa, ſed cumulativa tantùm, dum ad eos extenſa eſt facultas procedendi contrà ſortilegos, quam anteà non habebant ex inſtitutione Officii ſui. Quod etiam patet in aliis criminibus, in quibus facta eſt extenſio ad ipſos (ut de Sodomiâ in Portugalliâ, ut aliàs (57) diximus), in quibus procedunt Inquiſitores cumulativè tantùm, non privativè.

56 Tertia ratio *Bordoni* petitur à conſuetudine, dum ait, quòd ex eâ crimen *ſortilegii* à ſolis Iudicibus Eccleſiaſticis judicari ſolitum ſit.

57 Tale itidem argumentum non ſtringit, tùm quià de tali conſuetudine minimè conſtat; nàm & Iudices Laici de Maleficis, ac ſortilegis hujuſmodi, ſi qui deferuntur ad eorum Tribunal, judicium exercent; ſed raro hoc accidit, nàm accuſatores talia delicta, ut plurimùm deferunt ad Inquiſitores, qui

præ-

(53) *Hadrian. VI. Brev. Dudum uti nobis. 20. Iulii 1523. poſt Direct. Inquiſ. fol. m. 105.*

(54) *Sixt. 5. Conſtit. Cœli, & terræ. 1585. Non. Ianuar.*

(55) *Scac. de Iudic. lib. 1. c. 12. nu. 53. Carena par. 2. Tit. 12. n. 140. apud Bordon. Sacr. Trib. cap. 18. n. 50.*

(56) *Text. in c. Ut Inquiſitionis. §. Prohibemus. de Hæret. in 6.*

(57) *Tit. 4. § Sodomia. nu. 5.*

Digitized by Google

præveniunt, & ideò Iudices laici non procedunt. Tùm quia facultativum eſt Iudici laico procedere, aut non in talibus cauſis, & eas terminandas relinquere Inquiſitoribus. In iis autem, quæ ſunt meræ facultatis non inducitur conſuetudo ſpolians habentem intentionem, in jure fundatam. Oporteret autem probare, quòd volentibus Judicibus laicis procedere, prohibiti ſunt ab Inquiſitoribus, & illi acquieverunt, & tunc poſt ſufficiens tempus introducta eſſet conſuetudo, dans jus privativum Inquiſitoribus judicandi de hoc crimine. Cùm autem hoc probatum non ſit, concluditur *Sortilegium* eſſe cauſam mixti fori.

## Pœnæ.

*SVMMARIVM.*

58 *De jure Divino omnes Magi tradendi ſunt morti.*
59 *Variæ Magorum pœnæ de jure Cæſareo.*
60 *Magus, qui abjuravit fidem, & ſe devovit Diabolo, igne cremandus.*
*Non liberatur à morte, licèt ad fidem revertatur.*
*Pœnitentia, poſt delictum commiſſum, non relevat à pœn.*
*Pœna impoſita in foro conſcientiæ non ſalvat ab imponendâ in foro fori.*
*Si Magus veram contritionem oſtendit, eſt ſtrangulandus antè combuſtionem.*
61 *Si Magus non apoſtatavit à fide, & ſortilegia non ſapiunt Hæreſim manifeſtam, arbitrio Iudicis de conſuetudine puniuntur, juxtà Caballum.*
62 *Sortilegus, qui abuſus eſt Sacrâ Eucbariſtiâ eſt morti tradendus.*
63 *Qui ſortilegio cauſavit mortem hominis, aut damnum graviſſimum, debet omninò mori.*
*Si ſortilegium non fuit in damnum alicujus, eſt arbitrariè puniendum.*
*Sortilegia ad amorem mitiùs ſunt punienda, & quarè.*
64 *Pœnæ latæ contrà Sortilegos de jure Canonico antiquo.*
65 *Pœnæ Canonicæ de jure novo contrà Sortilegos.*
*Sortilegia, continentia manifeſtam Hæreſim, aut abuſum Sacramentorum, debent morte puniri: & quæ ſint.*
66 *Sortilegia inducentia vehementem ſuſpicionem Hæreſis, quæ.*
67 *Abuſus Sacramentalium ad aliquod bonum inducit ſuſpicionem levem.*
68 *Pœnæ Sortilegorum, qui mortem, aut damna gravia alicui cauſaverunt.*
*Effectus ſemper tribuendus cauſæ proximiori.*
*Quæ requirantur, ut Sortilegus brachio ſæculari relaxetur.*
*De aliis ſortilegii ſpeciebus, remiſſivè.*

58 QVò ad pœnas latas in Sortilegos multæ habentur in utroque jure, claritatis autem gratiâ diſtinguendi ſunt gradus gravitatis in *ſortilegio*. De jure quidèm Divino *Malefici* omnes, *Divinatores*, *Pythones*, *Sagæ*, *Incantatores*, aut quovis alio nomine cenſeſentur, mors decreta erat, ut patet in *Exodo* (58). *Præſtigiatricem nè ſinas vivere*, quod etiam repetitur in *Levitico*. (59) Hoc pariter in uſu fuit apud Græcos, Romanos, Perſas, ac alias Nationes, ut ex

(58) *Exod. cap. 22. ℣. 18.*
(59) *Levit. cap. 20. ℣. 26.*

diverſis Auctoribus colligit *Carpzovius* (60), ut proindè colligi poſſit, ut etiam de jure omnium Gentium genus hominum tàm pernicioſum ad extremum ſupplicium traditum fuerit.

59 Leges autem Cæſareæ variè loquuntur, nàm juxtà nonnullas leges (61) Magi ſimpliciter capite damnantur. Iuxtà alias (62) veneficii damnati, humiliores beſtiis ſubiiciuntur, altiores verò in Inſulam deportantur. Alibi (63) ſupplicium ignis, & bonorum confiſcatio in Magos ſancitur. Aliter diſponit alia lex (64), Magos, & maleficos ferali peſte abſumi jubens. Tandèm in aliâ lege (65) diſponitur, quòd Magi, & Mathematici ſint eculeo dediti, unguliſq; ſulcâtibus latera, perferant pęnas, proprio dignas facinore.

60 Ex tali legum diverſitate perplexus remanere poteſt Iudex, quam pœnam infligat; undè, ut dicebam, diſtinguendi ſunt gradus malitiæ in hoc crimine. Nàm aut Maleficus abnegavit fidem, & Sacramẽta, & ſe devovit Diabolo; aut ſortilegia abſquè hoc exercuit. Si primum, clarè patet, quòd iſte eſt formaliter hæreticus, ſeù veriùs apoſtata, & tùnc ab Inquiſitore tradi debet Curiæ ſæculari igne cremandus. (66) Nec à tali pœnâ liberatur per hoc, quòd denuò revertatur ad fidem, abjurato errore, nàm, ut benè ponderat *Carpzovius* (67), quilibet Reus perterritus timore talis pœnæ, poſſet fingere abjurationem ad evadendam pęnam ordinariam; nec per talem reconciliationem cum Eccleſiâ tollitur, quìn ipſe ſuper omnia atrociſſimo crimine Apoſtaſiæ deliquerit, de quo debet tali pœnâ puniri; pœnitentia enim poſt commiſſum delictum non relevat delinquentem à pęnâ; (68) nec pęna impoſita prò foro conſcientiæ liberare debet à pœnâ imponendâ in foro contentioſo. (69) Verum eſt, quòd, ſi demonſtrat veram ex corde pęnitentiam, poteſt cum eo mitiùs agi, eum ſtrangulando antè combuſtionem, ut uſus obtinuit.

61 Si autem non apoſtatavit à fide, nec ejus ſortilegia ſapiant manifeſtam Hæreſim, ait *Caballus* (70), quòd, licèt de jure communi intret pœna mortis, & confiſcationis bonorum, tamen de conſuetudine non ſervatur, & aliạ pœna datur arbitrio Iudicis; nàm quandòque fuſtigantur: quandòque cum mitrâ in capite ad ignominiam per Civitatem ducuntur; ut firmat *Clarus*, & *Farinacius*. (71)

62 Mihi autem videtur, quòd talis concluſio nõ ſit univerſaliter admittenda; ſed debet dupliciter diſtingui, nẽpè ex parte medii, & ex parte effectus per *ſortilegium* conſecuti. Ex parte medii quidèm, ſi Sortilegus uſus eſt mediis ſimpliciter vanis, ac inutilibus naturalibus, aut artificialibus, neq; intervenerit expreſſa invocatio Dęmonis; tunc verum eſt, quòd tales pœnæ arbitrariæ, à *Caballo* recenſitæ, poſſunt habere locum. Sed, ſi Sortilegus uſus eſt Sacramento Euchariſtiæ, debet omninò tradi Curiæ ſæculari morte plectendus, ut ex Decreto *Pauli IV.* ex *Bariolâ* recitat *Bor-*

(60) *Carpz. p. 1. q. 48. n. 43. & ſeq. & ibi Plato de leg. lib. 11. Valer. Max. l. 6. c. 3. Tacit. Annal. lib. 2. Amian. Marcel. lib. 26. Plutarc. in Artaxers.*
(61) *§. Item lex Cornelia de Sicariis ℣. Eadem lege. Inſt. de Publ. judic. l. 5. §. final. C. de Malef.*
(62) *l. Ejuſd. §. l. Corneliæ. l. Ex Senatuſconſulto. ff. Ad l. Corn. de Sic.*
(63) *l. Nullus Aruſpex. C. de Malef. & Mathemat.*
(64) *l. Multi magicis. C. de Malef. & Mathemat.*
(65) *l. Et ſi excepta. verſ. Si verò convictus. C. de Malef. & Mathem.*
(66) *cap. Ad abolendam. de Hæret. & ibi Abb. Anani. Felin. Boſſ. Tit. de For. compet. n. 60. Clar. §. Hæreſis. verſ. Sclas. n. 7.*
(67) *Carpzov. par. 1. Quæſt. 49. nu. 73.*
(68) *l. Qui ea mente. ff. de Furt.*
(69) *Arrt. in c. Accuſaſti. n. 5. de Accuſ. Clar. q. 16 n. 5. & q. 60. n. 21.*
(70) *Cabal. Cent. 3. Reſol. crim. Caſ. 223. n. 49.*
(71) *Clar. §. Hæreſis. n. 25. Farinac. Quæſt. 20. n. 89.*

Digitized by Google

*Bordonus*. (72) Et ſi uſus eſt Sacramentalibus, alias pœnas meretur, de quibus infrà dicemus.

63 Pariter, ſi effectus procuratus per *Sortilegium* eſt mors hominis, debet iſte morte mulctari, (73) ut ſanxit *Gregorius XV*. ſicut etiam ſi cauſaſſet aliquod graviſſimum damnum, ut eſt magnum incendium, aut grando univerſalis &c. quià tunc ſpectatur illud delictum, ut quid ſeparatum à *ſortilegio*, & de illo luenda eſt pęna, à legibus ſancita, ac ſi per alia media à *ſortilegio* illud delictum fuiſſet commiſſum. Si autem effectus nulli eſt nocivus, ut, puta, per *ſortilegium* indagando furem, aut theſaurum, aut ſanando ægritudinem &c. tunc intraret tantùm pęna arbitraria, quæ etiam ipſa minuenda eſt, ſi *ſortilegium* fiat ad amorem, & ad potiendum aliquâ muliere, ut ex *Oldrado*, *Tiraquello*, & *Geminiano* firmat *Caballus*. (74) Ratio eſt, quià amore, quaſi furore percitus maleficium committit, in quo ratione furoris aliquid minuitur de voluntario: & quàmvis ad proprium intentum obtinendum invocaſſet Dęmonem, ut in hoc ſibi auxiliaretur, Reus non eſſet cenſendus hæreticus, quià invocaſſet Diabolum ad id, quod ejus proprium, ſcilicèt ad tentandum genus humanum ad malum, ut ait *Oldradus* loco citato. Sed, ſi crederet, Dęmonem poſſe vim inferre voluntati humanæ, & eam cogere ad conſenſum, & ad hunc finem ſortilegus illum invocaſſet, ut voluntatem mulieris cogeret ad conſenſum, profectò hæreticus eſſet, quià crederet de Diaboli poteſtate contrà fidem Catholicam.

64 Pęnæ porrò Eccleſiaſticæ, latæ contrà ſortilegos in communi de jure antiquo eſt excommunicatio non quidèm latæ, ſed ferendæ ſententiæ, ut cum multis Doctoribus firmat *Theſaurus*, (75) qui teſtatur de communi; & ultrà hanc cenſuram damnati de *ſortilegio* ſunt ipſo jure infames, & ſubeunt Irregularitatem, cùm hoc ſit Crimen publicum. (76)

65 Tamen deſcendendo ad genera *ſortilegiorum*, aliæ, & aliæ ſancitæ ſunt pęnæ de jure novo, quæ diverſificantur aut ratione medii, aut ratione obiecti, per *ſortilegium* intenti. Quò ad primum ſciendum, quòd alia ſunt *ſortilegia* continentia manifeſtam hæreſim, alia, quæ ſapiunt hæreſim, & ſuſpicionem aut vehementem, aut levem de eâ inducunt, aut nullam omninò. (77) Continentia manifeſtam hæreſim ſunt ea, quæ cum dicto, aut facto hæreticali coniungunt, ut eſt abnegatio fidei, adoratio Dęmonis, uſus, ſeù potiùs abuſus Sacramentorum. (78) Porrò talis uſus poteſt eſſe vel ad utilitatem, vel ad damnum inferendum. Ad utilitatem, ut quandò ſortilegus ad ſe tuendum à vulneribus quibuſvis, & ſe reddendum impenetrabilem ab armis quibuslibet, particulam conſecratam, in vaſculo clauſam, aut in veſtibus cōſutam, ſuper ſe portat, quod vulgò dicitur *portare l'ingermatura*. Aut damnum inferendum, ut quandò quis Sacramentum Baptiſmi confert nummo aureo, & vocatur *doppia battezata*, ad effectum, ut poſtquam illum expenderit in emendo aliquid; aut cum aliâ pecuniâ permutaverit, eum vocando nominatìm nomine, quo in ſacrilego Baptiſmo inſignitus fuit, denuò in propriam burſam reducat, undè damnificetur ille, qui mercem vendidit, aut baptizatum nummum cambivit, cùm eum non ampliùs reperiat in loco, in quo eam poſuit. Tales Rei, quià ſunt formaliter Hæretici, aut Apoſtatæ à verâ fide, incurrunt Excommunicationem, Papæ reſervatam, latam in cap. 1. *Bullæ Cœnæ*, & tales tradi debent Curiæ Sæculari morte plectendi, ut ſuprà dictum eſt.

66 Inducentia ſuſpicionem vehementem Hæreſis, ſunt ea, in quibus admiſcentur Sacramentalia (79). Et circà hoc advertendum, quòd, ſi *ſortilegium* ad malum, ſeù damnum alicujus ordinatur, inducitur ſuſpicio Hæreſis vehemens, quià operans præſumitur credere, res ſacras à Deo, ſeù ab Eccleſiâ ordinatas fuiſſe ad malum (80). Datur etiam inter talia Sacramentalia graduatio, pròut diximus ſuprà *num.* 12. undè emergit, quòd etiam gravior, aut levior evadat vehemens ſuſpicio Hæreſis in abuſu eorum. Pęna talium arbitraria eſt Inquiſitoribus poſt abjurationem de vehementi, & extenditur quandoque ad triremes prò varietate *ſortilegiorum*.

67 Quandò autem abuſus Sacramentalium eſt ad aliquod bonum, ut, puta, ſcientiam, ſanitatem, fœcunditatem &c. intrat ſola ſuſpicio Hæreſis de levi, & talium ſortilegorum delicta per pœnitentias ſalutares puniuntur, arbitrio Inquiſitorum. (81)

68 Ratione autem effectuum, attentatorum per *ſortilegium*, diverſificatur pęna; nam, ſi mors alicujus fuerit ſortilegio procurata, Reus tradendus eſt Curiæ Sæculari, ut ſanxit *Gregorius XV*. (82), oportet autem, quòd effectus ſit ſecutus. Si autem mors ſecuta non ſit, ſed infirmitas, divortium, impotentia generandi, ſivè damnum notabile animalibus, frugibus, aut aliis fructibus, Reus eſt perpetuò carcerandus in Sancto Officio. Quid autem ſi conſtet quidèm de maleficio, ſed dubitatur, àn mors fuerit ſecuta ex febri, quæ ſupervenit? Reſpondetur, quòd, ut habetur ex argumento cujuſdam legis (83), effectus tribuitur ſemper cauſæ proximiori, non remotiori, ubi non conſtet eum proceſſiſſe à remotiori. Si ergò non conſtet, febrìm ortam eſſe à maleficio, mors tribuenda eſt febri, tanquàm cauſæ proximiori, non autem maleficio, & ſic ſenſit *Carena*, (84) Sed ſi febris orta eſſet ex maleficio, & ex febri mors, hæc dicenda eſſet cauſata à maleficio, quià quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. (85) Ex citatâ autem Bullâ deducitur, quòd ad hoc, quòd ab Inquiſitore ſortilegus Curiæ Sæculari tradatur, aut perpetuò incarceretur, tria copulativè requiruntur reſpectivè; nempè, quòd pactum cum Dęmone inierit; quòd à fide apoſtataverit; & quòd mors, aut grave damnum ex maleficio ſit ſecutum. Plura alia de *ſortilegiis* in ſpecie eſſent dicenda, ſed quià de iis diffuſè agit *Bordonus Sacr. Tribunal. à cap. 17. ad 22.* non diutiùs immoramur.

§. VII. Si-

(72) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 18. Quæſt. 8. n. 29.*
(73) *Gregor. XV. Bull. Omnipotentis Dei. in Bullar. Cherubin. Tom. 3. Bull. 46.*
(74) *Oldrad. Conſil. 210. Col. 2. per tot. Tiraquell. de Pen. temp. Cau. 4. nu. 3. verſ. Propterea non. Gemin Conſ. 54. apud Cabal. Caſ. 223. nu. 25. & ſeqq. Clar. Quæſt. 60. verſ. Eſt & amor.*
(75) *Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Superſtitio. num. IV. & ibi Sylveſt. Alenſ. Leſſ. Azor. Filliuc. Borgas. Bonacin. Barboſ.*
(76) *Borgas. de Irregular. Par. 6. Tit. de Sortil. num. 7. & 8. Abb. in cap. 1. in de Sortil.*
(77) *Eymeric. Directi. Par. 2. Quæſt. 42. n. 5. & ſeqq.*
(78) *Peg. Part. 2. Comment. 67. verſ. Primum ergò.*
(79) *Alphonſ. de Caſtr. de Iuſt. hæret. punit. lib. 1. cap. 15. ſub fin.*
(80) *Martin. Delrio Inquiſ. Magic. lib. 5. Sect. 15. Farinac. Quæſt. 181. num. 22.*
(81) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 18. Quæſt. 9. nu. 32.*
(82) *Gregor. XV. Bull. Omnipotentis Dei. Bull. 46.*
(83) *Arg. l. Huic ſcripturæ. §. Si ſervus. ff. Ad leg. Aquil.*
(84) *Carena Par. 2. Tit. 12. n. 257.*
(85) *L. Manumiſſiones ff. de Iuſt. & jur. Bart. in l. 5. §. Actor. nu. 2. ff. de Re judicat.*

Digitized by Google

## §. VII.

# Simonia.

SUMMARIUM.

1 Simonia ad ſacrilegium pertinet.
Ejus diffinitio, quæ communiter datur, non comprehendit omnes ſpecies.
Vera diffinitio Simoniæ in genere.
2 Simonia mentalis, quæ.
Peccata latentia non habent vindictam.
Simonia purè mentalis non punitur ab Eccleſia.
3 Nomine conventionis venit omne pactum.
Simonia conventionalis, quæ.
Pactum, aut quaſi pactum, quandò interveniat in Simonia.
4 Actionis nomine importatur factum externum.
5 Præſtare in jure, quid ſignificet.
6 Temporale pretio æſtimabile, quid importet in data diffinitione.
Munus triplex.
7 Munus à lingua quid ſit, & quotuplex.
Preces carnales, & ſordidæ inducunt Simoniam.
8 Munus ab obſequio quid ſit.
Quandò hoc munus inducat Simoniam mentalem, & quandò realem.
9 Munus à manu, quomodò intelligatur.
Munus, & donum quomodò differant, & quid ſint.
Pecuniæ nomine quid veniat.
10 Parva quantitas in munere excuſat à Simonia.
Parvitas materiæ, à quo attenditur in Simonia.
Opinio, quod parvitas materiæ non datur in Simonia.
Forma indiviſibilis eſt.
Conciliantur oppoſitæ ſententiæ.
In Simonia reali non datur parvitas materiæ; in mentali datur.
11 Res ſpiritualis multipliciter accipitur.
Rerum ſpiritualium ſpecies.
12 Omnes res ſpirituales, ſi vendantur, aut emantur, Simoniam inducunt.
Virtutes, & dona Dei vendi non poſſunt, aut emi.
Stipendium, ſeù eleemoſyna, quæ datur Sacerdoti celebranti, ob quod detur.
13 Sacramenta vendi non poſſunt.
Quomodò prò Matrimonio poteſt dari pecunia.
14 Pecuniæ datæ prò Sacramentalibus, ut prò exequiis mortuorum &c. inducunt Simoniam.
15 Quidquid datur ex pacto, ob ingreſſum Religionis, Simoniam parit.
16 Omne, quod accipitur, aut datur prò quovis Officio Eccleſiaſtico, Simoniacum evadit.
Pecunia data Electoribus, ut dent ſuffragium ad obſiſtendum Officium ſpirituale, Simoniam inducit.
17 Res adnexa rei ſpirituali quotupliciter dicatur.
18 Spiritualitas, quandò poſſit ſeparari à re, & quandò non.
19 Spiritualitas, quæ nequit ſeparari actualiter à re, ſi cadit in contractum, inducit Simoniam.
20 Quando realiter poteſt ſeparari à re temporali ſpiritualitas, illa poteſt ſinè Simonia vendi.
21 Simonia committi poteſt tùm in actibus affirmativis; tùm in negativis, & quomodò.
22 An ſit Simonia commutare ſpirituale prò ſpirituali.
23 Purum ſpirituale prò puro ſpirituali commutari poteſt.
Spirituale, habens adnexum temporale, nequit commutari.
24 Electores, qui paciſcuntur de ſibi invicem ſuffragando in electione, ſunt Simoniaci.
Prælati Eccleſiaſtici debent eſſe ſoliciti tàm de temporalibus Eccleſiæ ſuæ, ſicut de ſpiritualibus.
Prælaturæ Regulares ſunt ad inſtar Beneficiorum.
Paciſcendo in adeptione Prælaturæ Regularis committitur Simonia.
25 Simonia prohibita, alia de jure Divino, alia de humano.
Epitheta, quæ exprimuntur in Sacris Canonibus contrà Simoniam.
Simonia omnium criminum graviſſima.
Dicitur pejor idololatriâ.
Vocatur capitale crimen.
De aliis epithetis injurioſis Simoniæ, remiſſivè.
26 Mediatores contractus Simoniaci delinquunt, ut principales.
Tales mediatores redduntur infames.
27 Confidentia beneficialis quid ſit, & quomodò contrahatur.
28 Explicatur, quarè dicatur Confidentia.
29 Pactum omne, interveniens in re ſpirituali, Simoniam inducit.
Pacta, ordinata à jure in ſpiritualibus non ſunt Simoniaca.
30 Quænam excuſent a Simoniâ.

1 Jure merito ſub Titulo ſacrilegii collocamus *Simoniam*, iſta ſiquidèm ad ſacrilegium pertinet, quià per eam ſacra temerantur ac profanantur, cùm ſpiritualia temporali pretio æſtimentur, & in pacta, ac contractus deducantur, ut ait *Marchantius*. (1) Hujus diffinitio communiter ſtatuitur, quòd ſit *ſtudioſa voluntas vendendi, vel emendi ſpiritualia, aut ſpiritualibus adnexa pretio, vel quaſi pretio*; ſed hæc non comprehendit, nec convenit univerſaliter omni ſpeciei *Simoniæ*, ſed tantùm mentali, de quâ infrà. Ut igitur detur diffinitio, quæ omnibus ſpeciebus poſſit convenire, dico; quòd Simonia eſt *ſacrilegium, in quo intentione, conventione, aut actione præſtatur aliquid temporale, prætio æſtimabile, prò re ſpirituali, aut ſpirituali adnexâ*. In hâc diffinitione *ſacrilegium* habet rationem generis.

2 Dicimus autem primò, *intentione*: committitur enim hoc crimen ſolâ *intentione*, (2) quàmvis externis ſignis minimè manifeſtata, dum tamen temporale prò ſpirituali præſtetur; & hæc vocatur. Si

(1) Petr. Marchant. Tribun. Sacràm. Tom. 3. Par. 1. Tract. 10. Tit. 6. Quæſt. 7. Concl. 2.
(2) Gloſſ. in cap. Ex tuæ. in V. Sex ſolidos. de Simon.

Digitized by Google

*Simonia mentalis*. Hæc autem vel eſt ſinè effectu; puta, quòd quis decrevit in mente ſuâ emere, aut vendere ſpirituale prò temporali, non tamen res ad effectum deducta eſt; vel eſt cum effectu. Prima, quàmvis coràm Deo peccatum ſit, non tamen ab Eccleſiâ punitur, quià ſola intentio non poteſt ab Eccleſiâ cognoſci, & ità nec puniri; nàm, ut ait quidam Canon, (5) non habent vindictam latentia peccata; & in ſpecie, quòd *Simonia* purè mentalis non ſecuto effectu non puniatur àb Eccleſiâ, habetur à duabus Gloſſis. (6) Secunda verò punitur, ſi talis *intentio* in judicio probetur per confeſſionem Rei, aut alia legitima indicia.

3 Dicimus ſecundò, *conventione*: porrò nomine conventionis venit omne pactum, ut dicitur in jure (7), non datur autem *Simonia* ſinè pactione; importatur verò hòc verbo *Simonia conventionalis*, quandò externa conventio voluntatem, ſivè intentionem conſequitur, & utrimque *pactum*, vel *quaſi pactum* intercedit, etſi necdum plenariè effectus utrimque ſit ſubſecutus. *Pactum* autem tunc intercedit, quandò apertis verbis, aut ſcripto initur. *Quaſi pactum* verò eſt, quandò indirectis, & obſcuris ſignis, nutibus, aut inſinuationibus analogis, ut etiam facto perficitur; ut, ſi quis viliſſimo pretio ſuam domum vendat alteri, cum indirectâ inſinuatione, ut iſte ſibi reſignat Canonicatum (8)

4 Dicimus tertiò, *actione*, nomine autem *actionis* importatur factum externum, quo manifeſtatur mentis intentio, & in executione ponitur conventio, ſivè pactum initum, & per hoc conſtituitur tertia ſpecies *Simoniæ*, quæ vocatur *realis*, quandò nempè mentalis, & conventionalis in effectum deducitur, ut ſi collatio Ordinis, aut Beneficii &c. ſit ſubſecuta, & ſolutum pretium conventum, aut ejus pars.

5 Dicimus autem *præſtatur*, hoc eſt adimpletur omnis contractus non gratuitus, ſeù onerosus; *præſtare* enim in jure multas recipit ſignificationes, aliquandò enim importat *ſatisfacere*, vel exitum alicujus in ſe *recipere* (9), aliquandò promiſſa, ſivè pacta *adimplere* (10) aliquandò *edere*, aut *exhibere*, ut *præſtare operas*. (11) In noſtro autem caſu importat vendere, emere, permutare, locare, cambire, reciprocè exhibere operas, actiones &c. prò re ſpirituali, aut ſpirituali adnexâ.

6 Dicimus quintò; *aliquid temporale pretio æſtimabile*: nomine rei temporalis pretio æſtimabilis communiter Doctores à quodam Textu (12) deducunt, quòd ſit quodvis munus temporale, & juxtà ſe pretio æſtimabile, quod provenit à *linguâ*, ab *obſequio*, & à *manu*; ità ut ſemper *Simonia* ſit, quandòcunque aliquid ſpirituale datur contemplatione alicujus ex his muneribus.

7 Munus *à linguâ* duplex eſt juxtà *D. Thomam* (13); primum, quòd in ipſo actu linguæ conſiſtit, ficut eſt laus, advocatio, defenſio cauſæ in judicio, alium vituperare, commendare apud Principem (14); aliud eſt, quod à *linguâ* ſumit initium, ut, cùm quis precibus alicujus ſatisfacit conferendo ſpirituale, dum ab eo, qui deprecatur, favorem expectat, & ab hoc movetur ad illud conferendum; undè argumento quorundam Canonum (15) ponitur regula generalis, quòd preces carnales, ac ſordidæ inducunt *Simoniam*.

8 Munus *ab obſequio* eſt omne obſequium illicitum, quod præſtatur ad carnalia, commodum corporis, incrementum bonorum, aut fortunarum, aut ad faſtum, & honorem; qui ergò tale obſequium impendit intentione internâ conſequendi quid ſpirituale, & qui confert hoc, contemplatione talis obſequii, *Simoniam mentalem* committunt. Quòd, ſi tale obſequium deducatur in pactum, & perducatur ad effectum, erit *Simonia realis*. (16)

9 Munus *à manu* intelligitur quæcunque res corporea, ſivè incorporea, quæ pretio æſtimetur, & quæ detur non ut ſimplex donum, ſed ut munus: undè advertendum, quòd *munus*, & *donum* ſunt ſicut ſpecies, & genus, ut ait *Ulpianus* (17), quàmvis huic videatur refragari *Martianus* (18), & *donum* quidèm nó habet cauſam niſi intrinſecam donantis, puta, ejus liberalitatē; *munus* verò causā extrinſecā, ac finalē, puta, ut per illud aliquid acquiratur. *Munus* igitur *à manu* intelligitur nó tantùm pecunia numerata, quæ detur prò re ſpirituali, ſed quodvis aliud pretio æſtimabile, ut gemmæ, veſtes, jocalia, fundi, jura temporalia, ut ſervitutes, aut ſpiritualia, ut Juſpatronatus, Beneficii &c. & quàmvis communiter cenſeatur *Simoniam* per *munus à manu* committi, quandò intervenit numerata pecunia, tamen nomine pecuniæ venit omnis res temporalis, pretio æſtimabilis, puta, ut ait *Hermogenianus*, (19) *omnis res tàm ſoli*, *quàm mobiles*, *tam corpora*, *quàm jura*, quibus ex aliâ lege, (20) addi poſſunt etiam *fructus*.

10 Dicimus ſextò; *pretiò eſtimabile*, ad excludendam parvitatem materiæ in quovis munere, tùm *à linguâ*, tùm *ab obſequio*, tùm *à manu*: nàm parva quantitas in munere excuſat à *Simoniâ*, ut argumento cujuſdam Capituli (21) ſcribit *Decianus*; parvitas autem materiæ attenditur non tantum à quantitate in ſe, ſed etiam à qualitate dantis, ac recipientis, ut habet *Gloſſa* citati Capituli, (22) in quo, cùm frater *Archiepiſcopi Strigonienſis* donaſſet equum Cardinali, qui pallium deferebat prædicto *Archiepiſcopo*, & hic dubitaret, àn collatio palii eſſet ſimoniaca, *Papa* ei reſpódet, quòd non, quià penſatâ qualitate Cardinalis, & ejus, qui equū donavit, equus ille dici poterat parvitas materiæ, ob quam *Simonia* non incurritur. Contrarium nempè, quòd in *Simoniâ* non detur parvitas materiæ, tenent Claſſici Doctores (t) ex optimo ſanè fundamento. Quià parvitas aut ſe tenet à parte rei ſpiritualis venditæ, aut à parte pretii dati. Si primum, parvitas rei venditæ non excuſat à culpâ, quià res ſpiritualis non conſideratur ſecundùm materiam, ut ſi parva ſit hæc, parva ſit etiam res ſpiritualis; ſed ſecúdùm formā, quæ indiviſibilis eſt. (u) Proindè pars, quàmvis minima reliquiæ alicujus Sancti, ità



(5) *cap. Chriſtiana. 32. q. 5.*
(6) *Gloſſ. in cap. Conſulere. in V. Voluerunt. de Simon. & in cap. final. in V. Affectu animi. eo. tit.*
(7) *text. in l. 1. §. Conventionis ff. de Pact.*
(8) *Marchant. Tom. 3. Par. 1. Tract. 10. Tit. 6. Quæſt. 3. Concluſ. 1.*
(9) *arg. l. Item labep. ff. Famil. erciſc.*
(10) *arg. l. Sciendum. init. ff. de Aedilit. edict.*
(11) *arg. l. liberta. ff. de Oper. libert. l. Hoc edictum. ff. eo. tit.*
(12) *text. in cap. Sunt nonnulli. 1. q. 1.*
(13) *D. Th. in 4. Sent. Diſt. 25. Q. 3. art. 3. V. Reſpondeo dicendum.*
(14) *Marcant. Tom. 3. Par. 1. Tr. 10. Tit. 6. Q. 6. V. Precium à lingua.*
(15) *cap. Si quis neque. cap. De ordinationibus. cap. Quibuſdam. 1. q. 1. arg. cap. Per inquiſitionem. de Elect. cap. Tuam. de ætate & qual. ordin.*
(16) *D. Antonin. Summ. Par. 2. Tit. 1. cap. 5. §. 5.*
(17) *text. in l. Inter donum ff. de Verb. ſignif.*
(18) *l. Munus ff. de Verb. ſign.*
(19) *text. in l. Pecuniæ nomine. de Verb. ſign.*
(20) *text. in l. Balliſta. ff. Ad Senat. conſ. Trebell.*
(21) *arg. cap. Et ſi quæſtiones. V. Si ergo, de Simon. Decian. lib. 5. cap. 81. n. 7. V. Sed præcipue.*
(22) *Gloſſ. in cap. Etſi quæſtiones. in V. Muneribus. de Simon.*
(t) *Navar. Reginal. Sanch. Layman. & Tanner. apud Theſaur. de Pen. Par. 2. V. Simonia cap. 1. V. Amplia tertio.*
(u) *arg. cap. 1. de Bapt. L. Cum hi. § Si Prætor. ff. de Transact.*

Digitized by Google

ità eſt adorabilis, ſicùt pars magna, quià fundamentum adorationis conſiſtit in formâ, puta, ſanctitate rei, quæ adorabilis eſt. Si ſecundum, parvitas precis non minuit, ſed magìs aggravat culpam, dùm minimo pretio emitur res ſpiritualis, quæ videtur contemni ex vilitate pretii, quo emitur. Sed concordari poſſunt hæ duæ contrariæ ſententiæ; ut nempè hæc ſecunda procedat in *Simoniâ reali*, in quâ præcedit pactum, in hâc enim ob rationes datas, non ſalvat parvitas materię. Prima autem procedat in *mentali*, in quâ nullum pactũ intervenit; & in hâc, ſi quid recepturus ſpirituale dat quid parvum temporale non ut precium, ſed tanquàm medium ad diſponendum animum aliàs collaturi ſpirituale, ut aut citiùs, aut alacriùs conferat, non incurritur *Simonia*; & ſic habemus quomodò, & quandò parvitas materiæ ſalvet, aut non à *Simoniâ*.

11 Dicimus ſeptimò, *prò re ſpirituali*; advertendum porrò, quòd, ut docet *Abbas* (23), quædam ſunt ſpiritualia ſecundùm eſſentiam ſuam, & horum quædam incorporalia, quædam corporalia. Incorporalia vendi non poſſunt, etiam de facto, quià non cadunt in commercium, & negotiationem hominum, & ideò æſtimari non poſſunt, ut anima, virtutes, dona Dei. Corporalia verò de facto quidèm vendi poſſunt, ut reliquiæ Sanctorum, non tamen de jure, ſinè vitio *Simoniæ*. Quædam verò ſunt ſpiritualia ratione cauſæ, ut ſunt Sacramenta, ac Sacramentalia, quæ cauſant gratiam, quæ ſpiritualis eſt, & iſta etiam, quià ſunt corporalia, cadunt in commercium de facto, non autem de jure, quià *Simonia* eſt. Quædam ſunt ſpiritualia ſecundùm ſtatum, ordinatum ad acquirenda ſpiritualia, ut ſunt *Religioſi Ordines*, in quibus Chriſtiana perfectio comparatur. Quædam ſunt ſpiritualia, quià dependent à poteſtate ſpirituali, ut benedicere, abſolvere, ligare &c. Cenſuris. Quædam tandèm ſunt ſpiritualia ratione Officii, ſeù Miniſterii Eccleſiaſtici, ut Oeconomi, Oſtiarii, Cantores &c.

12 Omnia prædicta, ſi emantur, aut vendantur, *Simoniam* inducunt, quò ad virtutes quidèm, & dona Dei, ut doctrinam, ſpiritualem inſtructionem, ſanitatem miraculosè datam &c. patet ex Scripturâ ex facto *Giezi* (24), qui percuſſus fuit Leprâ ob munera, quæ recepit à *Naaman Syro* ob ſanitatem ſibi ab *Eliſeo* ſupernaturaliter datam; & in *Simone Mago* (25), qui obtulit pecuniam *D. Petro*, ut acciperet poteſtatem conferendi Spiritum Sanctum, ut faciebant Apoſtoli. Nec eſt inſtandum de ſtipendio, quod recipiunt Sacerdotes Chriſtiani prò Miſſis, ac ſi pretio accepto vendant gratiam Dei, quam acquirunt ii, prò quibus Miſſa celebratur. Nàm tale ſtipendium non datur ut pretium Miſſæ, nequè laboris corporalis in eâ celebrandâ, ſed tantùm tanquàm debitum de jure Divino ad ſuſtentationem Sacerdotis, nàm, *qui Altari ſervit, de Altari vivere debet*, & ſic firmat *D. Thomas*. (26)

13 Quò ad Sacramenta, quòd ea vendere ſimoniacum ſit, patet ex multis Decretalibus. (27) Excipitur ab his Sacramentum Matrimonii; nàm poteſt dari pecunia vel prò dote, vel ex aliâ causâ, concernente effectum Matrimonii, ut ſequatur, aut non, ut habet quædam ſolemnis *Gloſſa* (28). Et cauſa, quarè in hoc Sacramento poteſt dari pecunia, & non in cæteris, eſt, quam tradit *D. Thomas* (29), quià Matrimonium eſt etiam Officium naturæ; puta, vita ſocialis, & mutuum Officium coniugatorum, ultrà Sacramentum, quo gratia confertur, cùm tamen cętera omnia Sacramenta ad ſolam gratiam, aut cum eâ ad quid purè ſpirituale comparandum ordinentur; pecunia non datur propter Sacramentum, ſed prò Officio naturæ, quod eſt quid temporale.

14 Quò ad Sacramentalia itidèm, ſi prò iis detur pecunia, *Simonia* eſt, ut prò benedictionibus nubentium, exequiiſque mortuorum, ut textualiter habetur in jure. (30)

15 Quò ad ingreſſum Religionis committitur pariter *Simonia*, ſi quid datur ex conventione, & pacto, ut quis ad ingreſſum in Monaſterium, ad habitum, aut ad profeſſionem admittatur. (31)

16 Quò ad ſpiritualia ratione Officii delinquit eodem crimine, qui prò Dignitate, aut Officio Eccleſiaſtico, Præpoſiturâ, Vicariatu, Oeconomatu &c. comparando, aut conferendo pecuniam dat, aut recipit, ut cantant multi Canones. (32) Paritérquè *Simoniaca* eſt venditio ſingulorum actuum, qui intercedunt in creando ſupraſcriptos omnes Officiales, Adminiſtratores, Prælatos &c. Undè, ſi daretur pecunia Electoribus, ut aliquem ad prædicta eligant, quàmvis illum etiam abſquè eâ eſſent electuri, *Simonia* eſſet, ut firmat quædam *Gloſſa*. (33)

17 Dicimus octavò, *aut rei ſpirituali adnexa*: Ad hoc ſciendum eſt, quod adnexum ſpiritualibus aliud eſt, quod à ſpiritualibus provenit, & ab eo dependet, ut ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, quæ dicuntur *adnexa ſpiritualibus*, quià dantur Clericis tantùm ratione rei ſpiritualis, nempè prò recitatione Officii: aliud eſt, quod ad ſpirituale ordinatur, ut *Juſpatronatus*, quod ordinatur ad præſentandum Clericos ad Eccleſiaſtica Officia, aut Beneficia; *vaſa ſacra*, quæ ordinantur ad uſum Sacramentorum; *Decima*, quæ conſtitutæ ſunt ad cultum Dei, & ad ſuſtentationem Miniſtrorum &c. (34)

18 Circà talia *ſpiritualibus adnexa* in ordine ad committendam *Simoniam*, advertendum eſt, quòd in illis poteſt aliquandò ſeparari temporale à ſpirituali, & deduci in contractum abſquè *Simoniâ*, aliquandò non. Sciendum igitur, ut optimè philoſophatur *Marchantius* (35), quòd duplex dari poteſt ſeparatio: una eſt purè mentalis, ſivè intentionalis, quâ re ſivè phyſicâ, ſivè morali manente, mente, ac intentione unum ſeparatur ab alio, cùm tamen re manente in ſuo eſſe reali, aut morali ſeparari nequeat. Exempli gratiâ in adminiſtratione Sacramentorum, ſi mente ſeparetur labor actionis ab ipſâ actione, & intendatur emi, aut vendi labor, qui eſt pretio æſtimabilis, abſtractâ actione, & operatione ſacrâ; quàmvis labor realiter ſit inſeparabilis ab actione. Similiter in Beneficio jus percipiendi fructus ex ipſâ obligatione ad Officia Divina, eſt moraliter inſeparabile ab ipſâ obligatione: abſtraho igitur mente jus illud ad fructus percipiendos ab obligatione, & intendo illud jus, quod eſt ex fine temporale emere; obligationem autem ſpiritualem ad Divina Officia,

(23) *Abb. in cap. Conſulere. n. 3. de Simon.*
(24) *lib. 4. Reg. cap. 5.* (25) *Act. cap. 8.*
(26) *D. Thom. Quolibet. 8. art. 11. ℣. Ad primum.*
(27) *text. cap. Cum in Eccleſia. cap. Ea quæ. cap. Ad Apoſtolicam. de Simon.*
(28) *Gloſſ. in cap. Honorantur. in eo. V. 32. qu. 2. Archidiac. in cap. Hir ergo. 23. Diſt.*
(29) *D. Thom. 2. 2. Quæſt. 100. Art. 2. ad 6.*
(30) *text. in cap. Ad Apoſtolicam. de Simon.*
(31) *text. in cap. Non ſatis. & in cap. Quoniam. de Simon.*
[32] *cap. Conſulere. junct. gloſſ. 1. de Simon. cap. Non ſatis. cap. Ad noſtram. eo. tit.*
(33) *Gloſſ. in cap. Nobis. in V. Interveniente. de Simon.*
[34] *Decian. Tract. crim. lib. 5. cap. 80. per tot.*
[35] *Marchant. Tom. 3. Par. 1. Tract. 16. Tit. 6. Quæſt. 8.*

Digitized by Google

Officia, aut Sacramentorum adminiſtrationem gratuitò, & liberaliter in me ſuſcipere. Alia eſt ſeparatio realis ſivè in ente phyſico, ſivè morali, quâ utrumque ſeparari realiter poteſt; vel unum, altero remanente, deſinere. Sic fructus Beneficii poſſunt, & interdùm ſeparantur ab ipſo Beneficio, imò & à jure Beneficiati, etiam remanente Beneficio apud Beneficiatum: ſic calix argenteus poteſt remanere abſquè conſecratione, quæ ſibi adempta eſt ab eo, qui jus habet ipſum profanandi.

19 His notatis, dico, quòd illa temporalia, quæ à ſpiritualibus, aut re ſpirituali phyſicâ, ſeù morali realiter nequeunt ſeparari, ſed ſolâ mentis intentione, non poſſunt deduci in contractum abſquè *Simoniâ*. Hinc eſt quòd, cùm jus ſpirituale percipiendi fructus non poſſit ſeparari ab eſſentiâ Beneficii, nec ab obligatione ad Officium divinum, & Miniſteria ſpiritualia, Beneficio adnexa, niſi mentaliter, illud jus non poteſt deduci in contractum ſivè explicitum, ſivè implicitum. Item nec labor Epiſcopi in Ordinationibus, aut conſecrationibus Eccleſiarum, Altarium &c. vel Sacerdotis in celebrando Miſſas, aut miniſtrando Sacramenta in contractum abſquè *Simoniâ* poteſt deduci; & ratio eſt, quià labor indiviſibiliter comitatur actionem, quæ ſpiritualis eſt, & ſacra, nec niſi mente ſeparari poteſt.

20 Quandò verò temporale poteſt realiter juxtà rationem entis phyſici, vel moralis ſeparari à ſpirituali, tunc temporale poteſt abſquè *Simoniâ* deduci in contractum, quatenùs de facto ſeparatum eſt, aut poteſt ſeparari. Ex quo infertur, quòd aliquis poteſt vendere Calicem conſecratum, nempè argentum, quo conſtat, abſtrahendo à conſecratione; dummodò ratione conſecrationis non pluris vendat; ratio eſt, quià argentum eſt realiter ſeparabile à conſecratione, & illud eſt quid temporale, quod poteſt venire in commercium. Pariter Beneficiatus poteſt locare, commutare, vendere bona, & fructus ſui Beneficii, quià ſunt merè temporales, & quàmvis ex jure ſpirituali proveniant, tamen ab omni eo, quod ſpirituale eſt, realiter ſeparantur, & ſeparari poſſunt.

21 Sic explicatâ diffinitione *Simoniæ*, advertendum, quòd hoc delictum committi poteſt non ſolùm in actibus affirmativis, ſed etiam negativis, dummodò ad ſpirituale referantur; ut ſi quis recipiat pecuniam, nè talem ordinet; vel nè Canonicæ electioni præſtet conſenſum; vel nè abſolvat, nè conſecret, aut nè reconciliet, ut dicitur in jure. (36) Pariter, ſi aliquis ſit excommunicatus, aut alio modo ſuſpenſus à jure eligendi, & vult quidam eum accuſare, nè interſit electioni, ſi ille timens dat pecuniam, nè eum accuſet, & alius pecuniam recipit, & tacet, *Simoniam* committit, ut ex jure (37) deducunt Doctores.

22 Dubitari porrò contingit, àn dare, ſeù permutare quid ſpirituale prò ſpirituali ſonet *Simoniam*, ut potè dicendo, ſi meam Confeſſionem ſacramentalem excipis, ego excipiam tuam; ut ſi prò me tot Roſaria recitabis, ego prò te Miſſam celebrabo?

23 Ad hoc reſpondeo, quòd aut ſpiritualia ſunt purè talia, aut habent aliquid temporale ſibi adnexum, & admixtum. Si primi generis ſunt, licet abſquè *Simoniâ* illa permutare; ratio eſt, quià eſſentia *Simoniæ* conſiſtit in hoc, quòd quid temporale prò ſpirituali detur, quòd, ſi nihil temporalitatis ingreditur, utiquè permutari poſſunt talia ſpiritualia, ut ſunt orationes, ſacramenta &c. & ſic firmant Doctores. (38) Si autem ſecundi generis, ut ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, quæ habent fructus, qui ſunt res temporales, adnexos ſpirituali rei, non poſſunt ullo modo permutari, ut habetur in Decretali *Urbani* tertii, (39) ſinè *Simoniâ*.

24 Hinc ſolvitur quæſtio illa, in quâ quæritur, àn (quod frequentiſſimum eſt) Simoniaci ſint Electores qui paciſcuntur inter ſe dicendo, *ſi dabis mihi vocem tuam ad Provincialatum, ego dabo tibi meam ad Diffinitoriatum, Prioratum &c.* Et reſpondendum eſt affirmativè. Ratio eſt, quià, quàmvis Prælaturæ Regulares non ſint propriè Beneficia, quià non ſunt perpetua, tamen ſunt ad inſtar Beneficiorum; quià non ſolùm involvunt jus ſpirituale animorum, ſed etiam important poteſtatem in adminiſtratione temporalium, de quibus, ut habet quidam Canon (40), & ſcripſit *D. Gregorius Magnus* (41), debent eſſe ſoliciti, ſicut de ſpiritualibus) & faxit Deus, quòd non magis curent de temporalibus, quàm de ſpiritualibus, de quâ re aureis verè verbis *Abbas Trithemius* (42) conquerebatur) cenſendæ ergò ſunt tanquàm Beneficia ſæcularia, & ſicut paciſcendo ſuper his, *Simonia* committitur, ut dictum eſt, pari culpâ delinquunt Regulares, qui mediantibus talibus pactis ad Prælaturas promoventur, & ſic firmant Doctores (43).

25 Communiter à Doctoribus dividitur *Simonia* (ultrà ſuprà datam diviſionem) in prohibitam de jure divino, & prohibitam de jure humano Eccleſiaſtico: illa eſt reſpectu rerum purè ſpiritualiũ, ut ſunt Sacramenta, Sacramentalia, dona Dei &c. iſta eſt reſpectu rerum, quæ ſunt adnexæ ſpiritualibus, ut Beneficia, Officia &c. ſuper primâ Summus Pontifex diſpenſare non poteſt; ſed ſuper ſecundâ diſpenſat, aut ſaltem diſpenſare poteſt. Hoc porrò crimen atrociſſimis configitur nominibus promiſcuè; aliquandò (44) enim dicitur, quòd omnia crimina in comparatione *Simoniacæ hæreſis*, quaſi prò nihilo reputantur. Aliquandò (45) comparatur *homicidio*; aliquandò (46) dicitur peior vitio *idololatriæ*; aliquandò *capitale crimen* (47), aliquandò (48) dicitur, quòd *peſtis Simoniæ* ſuâ magnitudine omnes alios morbos vincit; & qui vult alia opprobrioſa epitheta hujus graviſſimi criminis, tradita ... ſacris Canonibus, adeat *Decianum*, ac *Maſcardum* (49), qui accuratè illa collegerunt.

26 Crimine hoc maculantur non tantùm principales nempè vendentes, aut ementes pretio temporali ſpiritualia, ſed etiam mediatores, qui etiam ex hoc redduntur infames. (50) Videant proindè hi Diabolici proxene-

Yyy 2 tæ

(36) *cap. Nullus Epiſcopus il. 2. iunct. Gloſſ. in V. Reſtituat. cap. Sunt quidam. 1. q. 1.*

(37) *cap. N... ... iunct. Gloſſ. in V. Celet, ubi Abb. nu. 1. de Simon. Graff. & Nald. apud Peyrin. de Subdit. Quæſt. 1. c. 31. §. 9. V. Dico ſextò.*

(38) *Aragon. 2. 2. Quæſt. 100. art. 1. Sot. de Iuſt. Quæſt. 5. art. 2. ad 3. Victor. Roderic. Sanch. apud Peyrin Formul. lit. E. cap. 7. nu. 9.*

(39) *text. in cap. Quæſitum. de Rerum. permutat.*

(40) *text. in cap. Petrus Diaconus. 33. Diſt.*

(41) *D. Gregor. Paſtoral. Par. 2. cap. 7.*

[42] *Trithem. de Relig. clauſtr. Par. 1. Tract. 1. art. 3. nu. 2.*

(43) *Azor. Par. 3. lib. 12. cap. 7. Quæſt. 1. V. Et itidem. Diana Par. 3. Tr. 2. Reſol. 125. Suar. de Relig. Tom. 1. lib. 4. de Simon. cap. 39. n. 13. & 14. Navarr. Angel. Sylveſt. Roderic. Reginal. apud Peyrin. de Subdit. Quæſt. 1. cap. 31. §. 9. V. Dico ſecundò.*

(44) *cap. final. 1. q. 7. cap. Per tuas. il. 1. V. Nos verò. de Simon.*

(45) *cap. Inquiſitionis. de Accuſat.*

(46) *cap. Cito. turpem. cap. Eos. 1. q. 1.*

(47) *cap. Qui ſtudet. 1. q. 1.*

(48) *cap. Sicut Simoniaca. ubi Abb. in princip. de Simon.*

[49] *Decian. lib. 5. cap. 85. nu. 1. & ſeqq. Maſcard. Concl. 1305. nu. 3. & ſeqq.*

(50) *cap. Si quis prebendas. 1. q. 3.*

Digitized by Google

tæ, qui procurant tempore Capitulorum, ut Vocales vota permutent, ac reciprocè paciſcantur, quomodò animas non tantùm proprias, ſed etiam aliorum capiſtro damnationis ſtrangulent; nihil curantes de propriâ ſalute, puris commodis temporalibus inhiantes.

27 Hucùſque de Simoniâ juxtà antiquos Canones locuti ſumus, nùnc permoti exemplo *Simonis Maioli*, ac *Martini Navari* (51), qui ſub titulo Simoniæ poſuerunt *Confidentiam beneficialem*, quæ proſcripta eſt per Bullas Pii IV, ac V. (52) etiam loquendum hìc cenſuimus de eâ, quæ eſt ſpecies *Simoniæ*, aut ſaltem ad eam reducitur. Eſt ergò *Confidentia beneficialis*, quâ quis confidit, quòd alter acceptans Beneficium, illud, aut partem fructuum ejus ſibi, aut alteri conferat: confidit autem in illo velut in amico, aut familiari, aut conſanguineo, vel ex pacto, vel ex aliâ quâvis occaſione (53) Injuſtitia igitur confidentiæ Beneficialis conſiſtit in hoc, quòd reſignans, aut conferens, aut præſentans ad Beneficium motus amicitiâ, parentelâ, aut familiaritate confidit, aut ſperat, quòd recipiens Beneficium reſignanti, conferenti, aut præſentanti, aut alteri ad ejus nutum, illud idem Beneficium, penſionem, aut partem illius, aut fructuum conferat. In hoc verò crimen hoc aſſimilatur *Simoniæ*, quià pars ſperata Beneficii ipſius, aut fructuum ejus, aut totum ipſummet Beneficium ſuccedit loco pretii, ob quod fit reſignatio, collatio aut præſentatio. Nàm ſicut *Simonia mentalis* eſſet reſignare, conferre, aut præſentare ad aliquod Beneficium ſub ſpe, aut intentione, quòd recipiens illud, conferret, aut reſignaret aliud Beneficium ei, qui illud per reſignationem, collationem, aut præſentationem contulit, aut alteri benè viſo eidem reſignanti, conferenti, aut præſentanti; ità *Simonia mentalis* eſt, ſi conferatur Beneficium ſub ſpe, quòd recipiens aliò tempore reſignet, aut conferat illud eidem Beneficium ei, qui ipſum contulit, aut alteri ad ejus nutum. Pariter, ſicut *Simonia mentalis* eſſet, ſi quis conferret, reſignaret, aut præſentaret ad Beneficium ſub ſpe pecuniæ, aut alterius rei pretio æſtimabilis dandæ ſibi, aut à ſe deſignato; ità *Simonia* eſt, ſi conferens Beneficium confidit, quòd ſibi, aut alteri à ſe deſignato, recipiens det partem Beneficii ipſius, aut fructuum ejus; nàm talis pars ſperata ſuccedit loco pecuniæ, aut alterius rei pretio æſtimabilis.

28 Dicitur porrò *Confidentia*, quià aliud non eſt, quàm ſpes, quæ fundatur in *fide* illius, qui recipit Beneficium, quæ fides originatur à familiaritate, amicitiâ, parentelâ, dependentiâ, aut aliâ causâ, ob quam conferens ſperat, quòd ille fidelis ſibi erit, & ad ejus nutum Beneficium ipſum, aut ejus, ſivè ejuſdem fructuum partem ſibi, aut alteri tradet. Quòd, ſi in collatione, reſignatione, aut præſentatione fieret pactum de tradendo Beneficio, aut ejus fructuum parte conferenti, aut alteri &c. tunc eſſet *vera*, ac realis Simonia, quià juxtà rationem ſuprà datam; Beneficium ipſum aut ejus fructuum pars, eſſent verum pretium collationis, & ſic vera, ac realis Simonia.

29 Tandem ſciendum, quòd omnia pacta, quæ fiunt in rebus ſpiritualibus, inducunt *Simoniam* (54) ſub quovis colore pallientur. Sed hoc intelligitur de pactis, quæ fiunt à ſolâ voluntate contrahentium, non verò, ſi ſint de rebus, quæ ordinentur à jure; nàm tales pactiones ſuper ſpiritualibus fieri poſſunt, argumento eorum, quæ dicuntur in jure (55) Undè in quodam Canone (56) pallium datur cuidam Archiepiſcopo cum pacto, quòd juret ſecundùm formam præſcriptam; quod etiam firmatur per quandam *Gloſſam* (57), communiter receptam: Hìnc infertur, quòd, licet Epiſcopo paciſci, ut prò conſecratione Eccleſiæ dos neceſſaria ſibi aſſignetur; aut prò viſitatione faciendâ ſibi detur procuratio; aut prò collatione Beneficii Curati recipiens renunciet Curæ, quam habet; aut perſonaliter reſideat in Parochiâ, quæ ſibi confertur, nàm omnia ſupradicta pacta ſunt juxtà Canonicas diſpoſitiones, ratione quarum illa eſſent præſtanda, quàmvis pactum de ipſis non eſſet initum.

30 *Simoniam* tamen multa ſunt, quæ excuſant, ut non incurratur, quàmvis prò ſpirituali quid temporale detur; ut eſt permiſſio *Papæ*, ſeu ejus diſpenſatio in *Simoniâ* prohibitâ de jure humano; conſuetudo legitimè inducta; paupertas; ignorantia facti; redemptio injuſtæ vexationis, & alia, de quibus *Summiſtæ* paſſim, & diligenter *Decianus* (58), ſed quià parùm faciunt prò foro judiciali, ea non recenſemus, & qui vult ea cognoſcere, adeat prædictos.

## Probatio.

### SVMMARIVM.

31 *De Simoniâ ſolus Iudex Eccleſiaſticus inquirit.*
*Simonia eſt difficilis probationis.*
*Probatur conjecturis, & præſumptionibus, de quibus clarè conſtet.*
32 *Teſtibus, quomodò probetur concludenter Simonia.*
*Probare oportet collationem ſubſecutam fuiſſe poſt conventionem inter conferentem, & recipientem; & illam fuiſſe vigore iſtius.*
*Simonia non præſumitur ex inſtrumento ſolutionis facto poſt collationem.*
*Notorietas facti, quæ celari nequit, probat Simoniam.*
33 *Accuſare de Simoniâ quilibet admittitur.*
*Complex accuſare poteſt complicem in hoc crimine.*
*Simonia comparatur crimini læſæ Maieſtatis.*
*Teſtes quinam admittantur ad probandam Simoniam.*
34 *Confidentia beneficialis, quibus indiciis probetur.*
35 *Teſtes ſingulares admittuntur ad probanda ſingulas præſumptiones in hoc crimine.*

31 CVm *Simonia* ſit ſpecies Hæreſis, imò prima Hæreſis, quæ orta ſit in Eccleſiâ Dei, & prohibita tùm de jure Divino, tùm de lege Canonicâ, evadit crimen merè Eccleſiaſticū, & de eo ſolus Iudex Eccleſiaſticus

(51) *Simon. Maiol. de Irregular. lib. 5. cap. 45. Navar. Manual. ca. 23. de Simon. nu. 109.*
(52) *Pius IV. Conſt. Romanum Pontific. 1564. 17. Calend. Novembr. Pius V. Conſt. Intolerabilis. 1569. Cal. Iun.*
(53) *Maſcard. de Probat. Concl. 1307. nu. 2.*

(54) *Innocent. in cap. Super hoc. nu. 7. de Renuncia. & in cap. Cum pridem. de Pact.*
(55) *arg. cap. Nec numerus. cap. final. 10. q. 3. cap. Eleutherius. ibid. gloſſ. in V. Convenisse. 18. q. 2.*
(56) *cap. Significaſti, de Elect.*
(57) *Gloſſ. in cap. Ad audientiam. in V. Renunciantes de Reſcript.*
(58) *Decian. Tract. crim. lib. 5. cap. 84. per tot.*

cognoſcit. (59) Difficilis probationis eſt crimen hoc, tradunt *Decius*, *Cravetta*, & *Redoanus* (60), proindè præſumptionibus, ac conjecturis probatur, ſed iſtæ debent eſſe violentæ, ut reſolvit *Maſcardus*, (61) & debent plenè, & concludenter probari, (62) ut firmant *Anania*, & *Felinus*.

32 Concludenter autem probatur Teſtibus, qui interfuerunt pactioni, & etiam ſolutioni pretij, poſt collatum Beneficium, aut etiam antè collationem, dum tamen ex poſt exburſatam pecuniam, aut traditum quid pretio æſtimabile, collatio ſubſecuta ſit. Probatur etiam inſtrumento conventionis, in quo quis promittat pecuniam, aut debiti remiſſionem prò Beneficio obtinendo; & advertendum, quòd oportet probari conventionem præceſſiſſe collationem, & hanc fuiſſe factam vigore illius, ut tradunt *Alciatus*, & *Decius*. (63) Si enim probaretur ex inſtrumento confecto poſt collationem, pecuniam ſolutam, aut debitum eſſe remiſſum à Beneficiato ei, qui contulit Beneficium, non præſumeretur *Simonia*, ut argumento cuiuſdam Canonis (64) tradunt Doctores. Probatur tandèm etiam ex notorietate facti, quandò nempè hoc ità notorium eſt, ut nulla poſſit tergiverſatione celari, ut habetur ex quodam capitulo (65), quod loquitur de notorietate univerſaliter de omni crimine.

33 Quò ad accuſationem de hoc crimine ſciendum, quòd quilibet, etiam ſi malæ famæ ſit, admitti ad accuſandum debet, ut in multis capitulis textualiter (66) habetur; imò etiam ſi accuſator ſit complex in crimine, (67) nàm Simonia comparatur crimini læſæ Maieſtatis, (68) accuſare autem de crimine Maieſtatis læſæ etiam ſocijs criminis permittitur. (69) Quò ad Teſtes autem in proceſſu de hoc crimine, quamvis quivis in Teſtem admittatur, (70) ſobriè tamen hoc intelligendum eſt, ut nempè Teſtes non patiantur exceptionem. Proindè ſocij criminis, qui poſſunt accuſare non tamen poſſunt de hoc teſtificari, vt textualiter dicitur in iure. (71) Pariter perſonæ viles regulariter non admittuntur ad condemnandum de hoc delicto, niſi eorum dicta adiuventur torturâ, aut alijs adminiculis, ut habet *Gloſſa* quædam. (72) Et ideò debet Judex antè condemnationem benè penſare conditiones perſonales Accuſati, & Teſtium, ut optimè advertit alia *Gloſſa* (73) citati capituli, & iuxtà eas dictis ipſorum dare fidem.

34 Sed quomodò, ac quibus indicijs probabitur confidentia Beneficialis? Dico, quòd hæc deduci poſſunt tantùm præſumptivè, cùm confidentia ſit quid animo latens, quod non poteſt ab homine cognoſci. Tamen ex Conſtitutione *B. Pij V.* (74) multæ ducuntur præſumptiones, quæ ſunt de iure, cùm, in tali Extravaganti tradantur. Una eſt, ſi collator, aut præſentator ad Beneficium ità conferat, aut præſentet, ut poſteà de Beneficio, aut parte eius, aut fructuum ſic, vel ſic diſponatur. Alia eſt, ſi exemptus à ſolutione iurium Curiæ Beneficium acceptum per reſignationem alicuius, etiam poſt literas expeditas, & poſſeſſionem acceptam, retroceſſerit in eundem, reſervato ſibi aliquo infrà ſpatium duorum menſium. Alia eſt, ſi abſolutus à delicto, vel Irregularitate denuò acceperit Beneficium, quod renunciavit antè, vel poſt delictum, aut incurſam Irregularitatem. Alia eſt, ſi quis poſt ceſſum Beneficium, & publicatâ ceſſione, & captâ poſſeſſione à Ceſſionario, ſe in illud per ſe, vel per alium ingerat, & fructus, aut partem eorum capiat; aut ſucceſſor ipſi, vel propinquis eius aliquos fructus remiſerit. Alia eſt, ſi recipiens Beneficium conſtituerit dimittentem, aut eius coniunctum procuratorem ad percipiendum, vel locandum fructus Beneficij dimiſſi, & illi, aut eius coniunctis de fructibus præceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Alia eſt, ſi vel ſolà procuratoris depoſitione, vel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis expeditio, quæ perſonam recipientis concernit, proſecuta ſit, ſimulque expenſæ prò eâ neceſſariæ ab illo factæ fuerint. Alia tandem eſt, ſi quis prò conceſſione alicui factâ quâcunque auctoritate de Beneficio Eccleſiaſtico per ſe, vel alium, ſeù alios interceſſiſſet; vel aliàs in negotio conceſſionis ſe ſe immiſcuerit quoquomodò, deindè aliquid de fructibus talis Beneficij de facto, etiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit; ſeù de illo poſtmodùm ad voluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quomodòcunque. Quælibet dictarum præſumptionum, ſi tamen plures concurrerint in facto, probant confidentiam Beneficialem. (75)

35 Quò verò ad Teſtes, quibus prædicta indicia probantur, ſciendum, quòd probari poſſunt per Teſtes ſingulares, nàm in citatâ Conſtitutione *B. Pij V.* habetur, quòd *Teſtes de quâque re ſingulares ſingulas probare valeant præſumptiones, ac coniecturas*, quod eſt ſpecialiſſimum, ac valdè notandum, cùm non agatur de facto iterabili; & ſit contrà iuris (76) communis diſpoſitionem, per quam Teſtes ſingulares in facto non iterabili non probent. Pariter Teſtes etiam criminoſi ad probandam confidentiam Beneficialem admittuntur, dùm in præcitatâ Conſtitutione ait Papa, *Cæterùm criminoſi, & cæteri omnes, qui ad perhibendum in caſibus Simoniæ teſtimonium recipi poſſunt, ad prædicta omnia admittantur*.

## Pœnæ.

### SUMMARIUM.

36 *Pœna Simoniæ prohibitæ de iure Divino, quæ debeatur conferenti.*

37 *Pena eiuſdem, quas ſubire debet recipiens.*
*Recipiens Ordines, ſi dat pretium mediatori, aut ei, qui prò ipſo ſe exponit examini, pœnas ſimoniacorum incurrit.*

38 *Pena alienantis prò pretio iuſpatronatus ad Officium, aut Beneficium Eccleſiaſticum.*



(59) *Arg. cap. Cum ſit generale, & ibi Gloſſ. in V. Malefactores, & DD. communiter de For. compet.*
(60) *Dec. Conſ. 342. Cravet. conſ. 122. nu. 8. Redoan. Par. 4. cap. 1. & ſeqq. de Simon.*
(61) *Maſcard. de Probat. Concl. 1305. nu. 21. in fin. & nu. 27.*
(62) *Anani. in cap. Sicut Simoniaca. num. 1. V. Oportet. de Simon. Felin. in cap. Literas. nu. 22. V. Et adde. de Præſumpt.*
(63) *Alciat. conſ. 2. nu. 10. V. Circà ſecundum. Tom. 1. lib. 1. Deci. in cap. Veniens il p. nu. 9. & 10. de Teſt.*
(64) *Arg. cap. artaldus 1. q. 3. Io. Andr. Abb. Felin. Dec. in cap. Veniens. il p. de Teſt.*
(65) *Text. in cap. De manifeſta. 2. q. 1.*
(66) *Text. in cap. Tanta. cap. Si Dominus. cap. Sicut de Simon.*
(67) *Text. in cap. Si quis Papa 79. diſt.*
(68) *Text. in cap. licet Heli, ſub. fin. de Simon.*
(69) *Text. in cap. Nemini. 15. q. 3.*
(70) *Text. in cap. Si Dominus ubi Gloſſ. in V. Catholicus de Simon.*
(71) *Text. in cap. Veniens il p. de Teſti.*
(72) *Gloſſ in cap. Per tuas in V. Adminicula. de Simon.*
(73) *Gloſſ. in d. cap. Per tuas. in V. diſtinguenda.*

(74) *B. Pius V. Conſt. Intolerabilis. 1569. Cal. Iun.*
(75) *Navar. Manual. cap. 23. nu. 110. V. Notorietate.*
[76] *Text. in cap. Bona memoria il p. de Elect.*

Digitized by Google

*Vendens, aut emens quid temporale, cui adnexum eſt iuſpatronatus dictum, quandò pœnas Simoniæ incurrat, aut non.*

*Opinio Hoſtienſis, quòd iuſpatronatus non poſſit ſinè licentiâ Epiſcopi transferri in laicum, impugnatur.*

*Opinio Theſauri, quòd transferens in laicum proprium iuſpatronatus ſinè licentiâ Epiſcopi ſit excommunicatus, refellitur.*

*Habens iuſpatronatus, ſi præſentat ad Beneficium ob pecuniam, incurrit excommunicationem.*

39 *Pœna Epiſcopi vendentis exercitium ſuæ iuriſdictionis; ſeù concedentis Vicariatum, ſibi retentâ parte emolumentorum, aut minori ſtipendio, quod dari ſolet.*

40 *Examinatorum Synodalium pœna, ſi prò examine aliquid recipiant.*

*Eaſdem pœnas incurrunt tribuentes etiam quid minimum, etiam ſpontè, etiam prò recognitione antidorali.*

*Dictio* prorsùs, *quid importet.*

*Parvitas materiæ excluditur in eo, quod datur Examinatoribus Synodalibus.*

41 *Pacta oneroſa in omni materiâ beneficiali ſunt Simoniaca, & nulla.*

*Pacta gratuita non ſunt prohibita.*

42 *Beneficia quævis adepta præcedente pactione, antè quamvis declarationem ſunt reſignanda.*

*Fructus talium Beneficiorum ſunt reſtituendi.*

*Pretium quodvis Simoniacum ob Beneficium eſt reſtituendum, & cui.*

*Mediatores pretium mediationis ad Simoniam reſtituere tenentur.*

43 *Pœna eorum, qui concurrunt ad Simoniam beneficialem.*

44 *Quandò incurratur Simonia prò ingreſſu Religionis.*

*Ingreſſus Religionis reſpectu cujus conſideretur.*

45 *Pœna, quæ incurruntur à dantibus, ſeù recipientibus aliquid prò ingreſſu Religionis.*

*Capitulum Conventuale, aut Diffinitorium recipiens aliquid prò admiſſione ad ingreſſum Religionis, quâ pœna puniendum.*

46 *Aliæ pœnæ contrà Reos de Simoniâ, quovis iure prohibitâ.*

*Eâdem pœnâ puniendi ſunt Simoniaci, ſivè agatur per accuſationem, ſivè per inquiſitionem ex Officio.*

47 *Pœna committentium crimen confidentiæ beneficialis.*

48 *Regularium Simoniacorum alia pœna deſumenda ab eorum Conſtitutionibus.*

49 *Primum Statutum prò Minoribus de Obſervantia.*

50 *Secundum Statutum.*

51 *Quid veniat nomine* Gradus, Dignitatis, ac Officij.

52 *Gradus quid importet, & à quo ſit tranſumptus.*

*Gradu proximior quis dicatur.*

*Gradus in Religione, qui vocari poſſunt Perſonatus, qui ſint.*

53 *Dignitas, & Officium quid importent.*

54 *Quotupliciter contingat Simonia in dando, aut recipiendo præmiſſos Gradus &c.*

55 *Varij modi quibus in concedendis, aut acquirendis prædictis Gradibus &c. contrahitur Simonia realis, aut mentalis.*

56 *Continuatur materia.*

57 *Quomodò incurratur Simonia prò obtinendâ ſententiâ ad proprium favorem.*

58 *Sententia, ſivè iuſta, ſivè iniuſta vendi nequit ſinè Simoniâ, quandò eſt de rebus ſpiritualibus.*

59 *Quæ ſint pœnæ Canonicæ, de quibus loquitur Statutum, datum ſuprà* nu. 49.

60 *Pœnæ multiplices, tùm in corpore iuris, tùm in Bullis, contrà Simoniacos latæ, incurruntur à dantibus, & recipientibus Gradus &c. in Ordine Minorum.*

*Incurruntur etiam pœnæ largientium munera, proprietariorum, & contrectationis pecuniæ, ſi in ſpecie detur prò pretio Gradus &c.*

61 *Quomodò intelligenda prohibitio recipiendi, nec quid minimum à Novitio.*

62 *Si Novitius ſponte, & liberaliter rem licitam tribuit in communi, aut particulari, poteſt recipi.*

63 *Prohibitio ſancita in Statuto roboret Regulæ Minorum.*

*Sollicitare, & eſſe ſollicitum, quid importet in iure.*

*Quomodò poſſit quis eſſe ſollicitus de bonis Novitij.*

64 *Quandò, & quo caſu receptio de bonis Novitij ſit Simoniaca.*

*Quotupliciter contingat dari, aut recipi aliquid in ingreſſu Religionis.*

65 *Data merè eleemoſynater à Novitio poſſunt Fratres recipere.*

66 *Monaſteria in communi poſſidentia poſſunt paciſci, & recipere ſinè Simoniâ id, quod eſt neceſſarium ad ſuſtentationem perſonæ, intrantis Religionem.*

*Si Monaſterium in paupertate non eſt, recipiendo aliquid, peccatum ſaltem avaritiæ committitur, & non rarò Simonia palliata.*

67 *Monaſteria in communi non poſſidentia, ut Religio Minorum de Obſervantia, nihil poſſunt recipere, aut paciſci prò ingreſſu Religionis, & quarè.*

68 *Quid facere poſſunt Fratres, ſi eleemoſynas ad ſuſtentationem non invenirent.*

*Epiſcopus Cenſuris poteſt compellere Clericos, ac Laicos ad dandam eleemoſynam, & in quo caſu.*

*Proxima concluſio, vult Baldus, quòd deducatur etiam de iure civili.*

*In caſu deficientiæ eleemoſynarum, Fratres non debent quenquam recipere ad habitum.*

*Aut ſe recipiant ad alia loca, ubi vivant.*

69 *Honeſta convivia merè liberaliter, non autem ex pacto, poſſunt parari ab ingrediente Ordinem, & recipi à Monaſterio quovis.*

70 *Recipiendo, aut dando aliquid prò ingreſſu Religionis, præter duos recenſitos modos, committitur Simonia.*

71 *Quæ ſit pœna, lata à Tridentino contrà recipientes aliquod ex bonis Novitij.*

72 *Eſt excommunicatio ferendæ ſententiæ, ſi, quod recipitur, eſt in tanta quantitate, quæ poſſit impedire Novitio reverſionem ad ſæculum.*

*Talem Cenſuram incurrunt vigore Statuti Minores, recipientes etiam quid minimum.*

36 QUià ad variationem obiectorum *Simoniæ*, variæ etiam ſunt pœnæ ſancitæ; ad majorem claritatem de ſingulis diſtinctè loquemur, quàmvis aliqua ex pœnis, omnibus *Simoniæ* ſpeciebus adaptetur. Dicemus ergò priùs de pœnis, quæ conſequuntur *Simoniam*, prohibitam de iure Divino, & incipiemus.

Digitized by Google

mus à *Simoniâ* in collatione Ordinum. Conferens ergò ſimoniacè Ordines tùm Sacros, tùm Minores, tùm etiam primam tonſuram [77) incurrit primò excommunicationem *Papæ* reſervatam. (78) Secundò, ſuſpenſionem à collatione Ordinum, etiam primæ tonſuræ, & ab executione munerum Pontificalium, quæ ſuſpenſio eſt *Papæ* reſervata ex Bullâ *Sixti V.* [79) Tertiò, interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, quod etiam *Papæ* reſervatum eſt ex eâdem Bullâ. Quartò, Epiſcopus ſcienter violans ſuſpenſionem, & interdictum ſupradictum, incurrit aliam ſuſpenſionem ab adminiſtratione Eccleſiæ, & à perceptione fructuum omnium ſuorum Beneficiorum, quæ pariter ſuſpenſio ex eâdem Bullâ eſt Summo Pontifici reſervata. Excuſatur autem ab hâc ultimâ ſuſpenſione ex ignorantiâ etiam culpabili, dummodò non ſit affectata, ut vult *Sayrus* (80) Tandèm pretium acceptum prò collatione Ordinum tenetur Epiſcopus reſtituere danti illud, ex eo quod ſic exigit ius naturale, quandò tenetur ex Officio Ordines conferre, ut dicunt Doctores. (81)

37 Recipiens verò ſimoniacè Ordines incurrit pariter excommunicationem, latam in ſupradictâ *Extravaganti. Cum deteſtabile.* §. *Per electiones*; & talem Cenſuram incurrit, non ſolùm ſi dat pretium Ordinanti, ſed etiam, ſi dat illud mediatori, ut ipſe intercedat prò admiſſione ad Ordines; ſeu ſi dat alteri, ut ſe ſupponat prò eo ad examen, ut firmat *Sanchez*. (82) Incurrit pariter ſuſpenſionem ab executione omnium Ordinum tàm ſimoniacè, quàm legitimè receptorum, juxtà communem ſententiam Doctorum, de quâ teſtatur *Avila* (83), & talis ſuſpenſio eſt reſervata *Papæ* iuxtà Conſtitutionem *Sixti V.* paulò ſuprà citatam, in quâ etiam ſancitur, quòd violans dictas Cenſuras Excommunicationis, ac ſuſpenſionis, incurrit Irregularitatem, & ſi eſt Clericus Sæcularis, incurrit privationem Officiorum, & Beneficiorum, & inhabilitatem ad illa recuperanda; & talia Beneficia remanent reſervata *Papæ*, tanquàm vacantia in Curiâ. Si autem eſt Regularis, incurrit privationem vocis activæ, ac paſſivæ, & ad eam manet inhabilis, & talium pęnarum relaxatio ſimiliter eſt *Papæ* reſervata.

38 Juſpatronatus ad Officium, aut Beneficium Eccleſiaſticum quid ſpirituali annexum (84) eſt, ac in eo committi poteſt *Simonia*. Patronus igitur vendens, permutans, renuncians, aut alio quovis modo alienans juſpatronatus prò re temporali in alium; & quilibet, qui tali modo illud acquirit, *Simoniam* committit, & uterque illud ipſo facto amittit: & Eccleſia efficitur libera, ut deinceps habeat plenam, ac liberam eius collationem, ut habent duæ Decretales. (85) Quòd, ſi vendens, aut alio modo alienans, ut præfertur, eſt perſona particularis, debet excommunicari; ſi autem eſt vniverſitas, aut Collegium, debet ſubijci interdicto juxtà *Tridentinum* (86). Prædictæ pęnæ incurruntur ab emente, ac vendente, ſi aliquis emat, aut vendat rem temporalem, (cui tale juſpatronatus adnexum eſt) maiori pretio, quàm eam venderet abſquè eo; Ratio eſt, quià illud maius eſt verum pretium, quo tale ius emitur, quià ſinè hoc illud non daretur, & ſic firmat *Sanchez*. (87) Controvertunt autem Doctores, ut notat *Hoſtienſis*, (88) àn abſque licentiâ Epiſcopi poſſit quis donare Laico juſpatronatus proprium, & aliqui dicunt quòd non. Mihi oppoſitum verius videtur; quià, ſi abſque tali licentiâ venditur temporale, (cui juſpatronatus adnexum eſt) Laico, & tunc illud juſpatronatus quodammodò donatur, cùm ſub pretio rei non cadat, & quarè idem juſpatronatus non poterit liberè donari abſquè tali venditione cuilibet etiam Laico? Nec ullus invenitur Canon, qui talem donationem clarè improbet, aut infirmet. *Theſaurus* (89) tenet, quòd transferens juſpatronatus in Laicum gratis ſinè tali licentiâ, incurreret in pęnam privationis latæ ſententiæ ipſius juriſpatronatus, & eandem incurreret recipiens, & citat ad hoc *Tridentinum* (90), ſed immeritò, nàm *Tridentinum* non dicit hoc, ut patet legenti. Si tandèm prò præſentatione ad Officium, aut Beneficium quid temporale detur, tùm præſentans, tùm præſentatus incurrunt excommunicationem, *Papæ* reſervatam (91), & proviſio eſt nulla ipſo facto.

39 Epiſcopus, ſeù alius Prælatus vendens, aut pretio accepto concedens alicui exercitium ſuæ Epiſcopalis juriſdictionis, amittit poteſtatem conferendi tale Officium, quod vendidit: & emptor talis Officij eo privandus eſt, ut habetur in multis capitulis. (92) Et hoc etiam extenditur ad caſum, in quo Epiſcopus concedit Officium cum pacto, quòd pars emolumentorum Officij ſibi cedat. Et ſic *Simonia* erit, ut ſuprà prohibita, ſi Epiſcopus deputet Vicarium cum pacto, ut pars emolumentorum Vicariæ ipſi Epiſcopo reſervetur, vel ut Vicarius minori ſolito ſtipendio contentus ſit, ut benè ſcripſit *Azorius* (93.)

40 Ex diſpoſitione *Tridentini* (94) Examinatores Synodales committunt *Simoniam* tàm ipſi, quàm dantes, ſi *quidquam prorſus ocaſione examinis* ad Parochiales Curas, *antè, aut poſt accipiant*, & proindè incurrunt Excommunicationem, *Papæ* reſervatam, latam in Simoniacos, (95) de quâ ſuprà. Incurrunt pariter privationem omnium Beneficiorum anteà legitimè obtentorum, & perpetuam inhabilitatem ad quæcunque alia; & proviſus incurrit nullitatem proviſionis Parochiæ, quam conſequitur Et advertendum, quòd neque à ſpontè dantibus (aut antè ad captandam benevolentiam Examinatoris, aut poſt ad antidoralem recognitionem) aliquid vel minimum recipi poteſt, ut ex Textu *Tridentini* colligit *Garzias* (96), nàm ibi dicitur *quidnam prorſus accipiant*, dictio autem *prorſus* excludit omnia, & ſingula, quæ in contrarium poſſunt excogitari, [97] & proindè etiam donum minimũ, undè excluditur parvitas materię.

41 Quò ad pęnas *Simoniæ* prohibitæ de iure Eccleſiaſtico,

(77) *Trident. Seſſ. 21. cap. 1. de Reform.*
(78) *Extrau. Cum deteſtabile de Simon. int. commun.*
(79) *Sixt. V. Bull. 91. Sanctum, & Salutare. Cherubin. Tom. 2.*
(80) *Sayr. de Cenſur. lib. 4. cap. 17. in fin.*
(81) *Leſſ. de Iuſt. lib. 2. cap. 35. n. 169. Suar. de Relig. lib. 1. Tract. ult. cap. 59. nu. 16. Filliuc. Tract. 45. cap. 13. nu. 35.*
(82) *Sanch. Opuſcul. lib. 2. cap. 3. Dub. 104. nu. 93.*
(83) *Avila Par. 3. diſp. 5. Dub. 9.*
(84) *Text. in cap. Quantò. de Iudic.*
(85) *Text. in cap. De iure. cap. Quid Clerici, iunct. gloſſ. in V. Spoliando. de Iurepatr.*
(86) *Trident. Seſſ. 25. de Reform. cap. 9. Campanil. Diverſ. iur. Canonic. Rubr. 11. cap. 13. nu. 510.*
(87) *Sanch. Opuſcul. lib. 2. cap 3. Dub. 72.*
(88) *Hoſtien. Summ. Rubric. de Iurepatr. §. Qualiter. poſt. n. 7.*
(89) *Theſaur. de Pęn. Par. 2. V. Simonia. c. 8. V. Amplia tertiò.*
(90) *Trident. Seſſ. 25. de Reform. cap. 9.*
(91) *Extrau. 2. de Simon. int. commun. Sanch. Opuſc. lib. 2. cap. 3. Dub. 107. nu. 5.*
(92) *Text. in cap. 2. & cap. Quoniam il 2. Ne Prælat. vic. ſu. in cap. Noſtr. & in cap. Conſulere. de Simon.*
(93) *Azor. Tom. 3. lib. 12. cap. 14. Quæſt. 1. §. Sed cur.*
(94) *Trident. Seſſ. 24. cap. 18. de Reform.*
(95) *Navar. Conſ. 67. de Simon. Vgolin. Tab. 1. cap. 48. §. 7.*
(96) *Garz. de Benef. Par. 9. cap. 2. nu. 390.*
(97) *Arg. cap. Statutum §. Proviſurus de Reſcr. in 6. cap. Præſentium §. Præterea de Teſt. eo. lib.*

Digitized by Google

ſtico, ſciendum primò, quòd in omni materiâ Beneficiali omnis pactio, ac quævis conventio prohibita eſt; & ſi fiant, ſunt ipſo jure nullæ, ut habetur ex multis Decretalibus [98], verum eſt, quòd pacta non oneroſa, ſed tantùm gratuita, non ſunt prohibita, ut obſervat *D. Thomas* (99) & *Navarrus*; pro indè poteſt Epiſcopus, aut Patronus liberaliter promittere collationem, aut præſentationem ad Beneficium vacaturum, & acceptari promiſſio abſquè vitio *Simoniæ*, proindè citata iura intelligenda ſunt de pactis oneroſis.

42 Diſpoſitio autem omnis de Beneficio Eccleſiaſtico, ut electiò, collatio, inſtitutio, nominatio, poſtulatio, præſentatio, reſignatio, permutatio &c. in quâ interveniat *Simonia*, eſt ipſo iure nulla; undè Beneficia quævis taliter adepta antè quamvis declaratoriam ſunt dimittenda, ut ſonat *Extravagans Pauli Secundi* (100), nec à tali nullitate, ac obligatione dimittendi Beneficium excuſat ignorantia facti, etiam invincibilis, ſivè bona fides, ſcilicet aliquo tertio *Simoniam* operante ad favorem Beneficiati; quià, ut optimè ait *D. Thomas*, (101) hæc non eſt privatio penalis iuris quæſiti, ſed obligatio reſtituendi nulliter acceptum, ob defectum conſenſus Eccleſiæ, & ob irritationem actus acquiſitionis ab initio, ex quâ prima acquiſitio omnis, quæ non ſit gratuita, impeditur. Fructus etiam percepti ex Beneficio, ſimoniacè obtento, reſtituendi ſunt antè omnem declarationem, ut habet Extravagans citata. Pretium pariter Simoniacum reſtituendum eſt ab eo, qui illud recepit, ut habetur in iure (102), & ſi *Simonia* non fuit realis, quià unus dedit pretium, ſed alius non contulit Beneficium, reſtitutio pretij debet fieri ei, qui pretium dedit, ut docet *Sanchez* (103.) ſi verò fuit realis, & utrinque completa, pretium reſtitui debet Eccleſiæ; & ratio eſt, quià per talem *Simoniam* iniuria ei illata eſt; & quod dicitur de principalibus intelligendum eſt etiam de mediatoribus, qui pretium mediationis acceperunt, ut firmat *Navarrus*. [104]

43 Omnes porrò, qui ad *Simoniam* Beneficialem concurrunt tàm principales, quàm mediatores, interceſſores immediati, & alij, qui directâ intentione cooperantur, ut *Simonia* fiat [quià, ut ait *Theſaurus* (105) omnes iſti dicuntur *procurare Simoniam*, quod in ſupracitatâ Extravaganti prohibetur] omnes inquam incurrunt excommunicationem ipſo facto reſervatam *Papæ*, ut ibidem exprimitur. Proviſus autem incurrit inhabilitatem ad obtinendum canonicè illud idem Beneficium, prò quo pretium dedit; etiam prò foro conſcientiæ, etiam in caſu occulto; (106) & etiam inhabilitatem ad alia Beneficia impetranda, ut habet Bulla citata *B. Pij V.* ac eandem inhabilitatem reſpectu Beneficiorum obtinendorum incurrunt etiam mediatores *Simoniæ* iuxtà communem ſententiam Canoniſtarum, ac Summiſtarum, de quâ teſtatur *Sanchez* (107), & hæc pena talis inhabilitatis obligat in conſcientiâ antè omnem ſententiam Judicis, quià eſt pena merè privativa, ut firmant *Azor.* & *Filliuc.* (108.)

44 Quò ad *Simoniam*, quæ committitur in ingreſſu alicujus Ordinis Regularis, iſta iuxtà quandam Extravagantem *Urbani V.* (109) incurritur, ſi à volentibus ingredi Religionem in eorundem receptione, antè, vel poſt illam, paſtus, pecunia, iocalia aliavè res etiamſi ad uſum pium deputanda directè, vel indirectè exigatur. Juxtà quam Extravagantem notandum, quòd ſi ab ingredientibus Ordinem aliquid Conventui, aut Prælato detur liberè, ſponte, & gratis, nulla incurritur *Simonia*, ſed tantùm quandò exigitur ex obligatione, & pacto. Ingreſſus verò Religionis conſideratur in admiſſione ad habitum, ſeù ad profeſſionem, (110) quià in receptione ad habitum ingreditur ad Religionem mobiliter; ad profeſſionem verò ingreditur ad eandem immobiliter; ideò ſivè ſic, ſivè ſic, ſemper verificatur ingreſſus in Religionem, qui vetatur cum tali exactione ex pacto.

45 Pœnæ huiuſmodi *Simoniæ* ſunt primò Excommunicatio latæ ſententiæ, ac *Papæ* reſervata, quam incurrit tùm dans, tùm recipiens, ſi hic ſit perſona particularis, ut Abbas, Provincialis, Prior &c. Si verò recipiens eſt Capitulum, vel Conventus, incurrit ſuſpenſionem, non quidèm ab Officio, aut Beneficio, ſed tantùm ab Officio Capitulari, ſivè adminiſtratione, ut poſt alios obſervat *Barboſa* (111); Secundò; ſi quis ad profeſſionem ſimoniacè receptus ſit, *Simoniâ* ſcienter contractâ, tam recipiens, quàm receptus de Monaſterio abſquè ſpe reſtitutionis expellendus eſt, & in locum arctioris Regulæ ad pœnitentiam perpetuam detrudendus; vel ſi non inveniatur talis locus obſervantiæ, ad alium locum eiuſdem Ordinis mittendus eſt, ut textualiter habetur in iure (112). Et quid iuris, ſi Capitulum Conventuale recipiendo deliquerit, ut præfertur? Dico, quòd ex diſpoſitione dictorum Canonum omnes de Capitulo ad alia Monaſteria eſſent transferendi. Et quid, ſi eſſet Provincialis, aut Diffinitorium? Dico, quòd ablegari deberent à Provinciâ. Ratio eſt; quià currit par ratio de Monaſterio ad Provinciam, quià Prælatus, aut Capitulum Conventuale pretio recipiens ad habitum, aut profeſſionem tribuit profitenti ius ad illud Monaſterium, ut profeſſus cenſeatur filius illius Monaſterij. Provincialis autem, aut Diffinitorium recipiens ad habitum, & ad profeſſionem tribuit profitenti ius ad illam Provinciam, cuius iſte cenſetur filius. Si ergò Prælatus, aut Capitulum locale, recipiens ſimoniacè ad habitum, aut profeſſionem debent in penam ablegari à ſuo Monaſterio, Provincialis, aut Diffinitorium ſimiliter delinquens, debet ablegari à Provinciâ.

46 Omnes ſimoniaci ſupradicti in quâvis ſpecie *Simoniæ* prohibitæ de iure Divino, aut humano, ultrà ſupradictas pœnas, ſuis locis recenſitas, incurrunt penam infamiæ, ac conſequenter Irregularitatis, poſtquàm de eâ fuerint condemnati, ut ex iure (113) deducunt Doctores; & & ab hâc penâ non poteſt Epiſcopus, ſeù Prælatus Regularis cum ſuis ſubditis diſpenſare, quià hoc eſt de gravioribus criminibus, quorum abſolutio, & in penis diſpenſatio, Summo Pontifici reſervatur, ut docet *Sanchez.* (114)

Opi-

(98) *Cap. final. de Pact. ubi Gloſſ. in V. Ceſſare. cap. Tua nos de Simon. cap. Quæſitum. de Rer. permutat.*

(99) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. Art. 2. ad 2. Navar. Summ. cap. 23. nu. 106. V. Ad quartum.*

(100) *Extrav. Cum deteſtabile. de Simon. int. commun.*

(101) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. Art. ult. ad 3.*

(102) *Arg. cap. De hoc. V. Regam. de Simon.*

(103) *Sanch. Opuſc. lib. 2. cap. 3. Dub. 114. nu. 2.*

(104) *Navar. Conſil. 99. nu. 1. de Simon.*

(105) *Theſaur. de Pan. Par. 2. V. Simonia. cap. 2. §. Amplia ut ſecundùm.*

(106) *Arg. cap. Si alicuius de Electio. B. Pij V. Conſt. Cum primum. §. 8.*

(107) *Sanch. loc. prox. cit. nu. 13.*

(108) *Azor. Inſt. moral. Tom. 3. lib. 12. c. 21. in fin. Filliuc. Tract. 45. cap. 13. nu. 26.*

(109) *Extrav. Sanè ne in vinea. de Simon. int. commun.*

(110) *Filliuc. Tract. 45. cap. 13. nu. 11. Bonac. de Simon. quæſt. 7. §. 4. nu. 11.*

(111) *Alter. Suar. Filliuc. apud Barboſ. ad Extravag. 1. de Simon. n. 2.*

(112) *Text. in cap. Quoniam ſimoniaca. de Simon. & in cap. De Regularibus. eo. tit.*

(113) *Cap. final. 1. quæſt. 3. Gloſſ. in cap. Ex diligenti. in V. Infamia de Simon. Bonr. Angel. Menoch. Sanch. Suar. apud Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Simonia. cap. 1. V. Simonia.*

[114] *Sanch. Opuſcul. lib. 2. cap. 3. Dub. 120. nu. 43.*

Digitized by Google

Opinatus eſt autem *Decianus* poſt *Hoſtienſem* (115), quòd, ſi contrà Simoniacos procedatur per viam accuſationis, acriùs puniendi ſint, quàm ſi procedatur per inquiſitionem; ſed tali opinioni refragatur auctoritas cujuſdam *Gloſſæ*, (116) quæ ait, quòd eadem pœna debetur, ſivè agatur per accuſationem, ſivè per inquiſitionem; & hoc confirmatur à conſuetudine, nàm delicta puniuntur pœnâ per leges ſancitâ, nil curando ſi proceſſus ſit per viam inquiſitionis, aut accuſationis: undè conſuetudine approbante ceſſat commune dictum antiquorum Canoniſtarum, quòd cùm Reo mitiùs agitur per viam inquiſitionis, quàm accuſationis.

47 Pœnæ committentium crimen confidentiæ Beneficialis ſunt. Primò, quòd proviſiones tales ſint ipſo jure nullæ, & Beneficia taliter recepta intelligantur vacare à die receptionis, & eorum diſpoſitio eſt Sedi Apoſtolicæ reſervata. Secundò, à primâ die receptionis alicuius Beneficii cum tali confidentiâ, ipſi recipientes privati ſunt omnibus aliis Beneficiis, legitimè obtentis, quæ remanent Sedi Apoſtolicæ reſervata; & talium fructus ſuos non faciunt, ſed Cameræ Apoſtolicæ cenſentur devoluti, eique debiti ſunt, & eos in utroque foro reſtituere tenentur. Tertiò, præſumentes recipere Beneficia cum prædictâ confidentiâ, ſi Cardinales, aut Epiſcopi, aut Prælati ſunt, incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ; alii verò Excommunicationem; & tales Cenſuræ incurruntur *ipſo facto*, & ſunt *Papæ* reſervatæ, ut ex Bullis *Pii IV*, & *B. Pii V*, ſupracitatis colligitur. (117)

48 Supradictæ pœnæ ſunt de jure communi, & æquè afficiunt Eccleſiaſticos ſæculares, ac Regulares; ſed ultrà eas habent Regulares alias pœnas, ſancitas per eorum Statuta municipalia, quæ in facti contingentiâ ſunt ab ipſis attendenda. Prò Nobis *Minoribus de Obſervantiâ Regulari, ac Strictiori* exiſtunt ſequentia, expreſſa in Textu, quem illuſtramus.

49 1. *Simoniaci, qui dona dederint, aut promiſerint per ſe, vel per alios, ut gradus, Dignitates, Officia vel in ſui favorem ſententiam conſequantur. Canonicarum pœnarum animadverſione feriantur; atquè in Conſtitutionem de largitione munerum incidiſſe declarandi veniunt.* (118)

50 2. *A Novitiis aliquid, vel minimum recipientes, vel eis ad ſibi, vel Conventui aliquid relinquendum ſuadentes, præter pœnas in Sacro Concilio Tridentino decretas, Superiores privari debent Officio; alii ut proprietarii publicari.* (119)

51 Circà primum Textum, datum ſupra *num. 49.* occurrit prima dubitatio, quid veniat nominæ *gradus, Dignitatis, ac Officii*, prò quibus dare munera ſimoniacè prohibemur?

52 Reſpondeo, quòd nomen *gradus*, juxtà *Spiegelium*, & *Prateium* (120) uſurpatur prò *exiſtimatione, ac loco honoris*; & fortè hoc nomen tranſumptivè deducitur vel à *gradibus ſcalarum*, per quos aſcendimus ad ſumma; aut à *gradibus* affinitatis, aut conſanguinitatis juxtà quos in proximiori *gradu* dicitur eſſe, qui communi primo ſtipiti vicinior eſt. (121) Cùm autem in Religione ſummum locum teneat Prælatus aut Generalis, aut Provincialis, aut Localis reſpectivè, qui regimen inferiorum habet, & cui primus honor debetur, nomine *gradus* venit quivis ſtatus inferior, qui tamen majorem exiſtimationem, & locum honoris importat, quò magis ad Prælatum ſupremum in Ordine, Provinciâ, aut Monaſterio, qui eſt quaſi loco primi ſtipitis, vicinus eſt. Major ergò, & major dicetur *gradus* in Religione, qui ratione alicujus muneris magis, ac magis Prælato erit proximior tùm loco, tùm exiſtimatione, tùm auctoritate. Quià verò *Simonia*, ut ſuprà dictum fuit, importat pretium temporale prò re ſpirituali, oportet, quòd *gradus*, qui prohibetur conſequi per dona, importet aliquid ſpirituale ſaltem ordinativè, ut eſt gradus Lectoris Jubilati, aut Emeriti, Concionatoris Clariſſimi, aut Paternitatis Provinciæ, qui aliquo modo ordinantur ad quid ſpirituale, quià importat regimen animarum in abſentiâ Prælati; & vocari poteſt *Perſonatus*.

53 *Dignitas* ut aliàs non ſemel diximus, (122) importat juriſdictionem cum adminiſtratione, ut ſunt omnes Prælaturæ. Officium autem, ut ex *Archidiacono*, firmat *Abbas* (123), eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum ſinè juriſdictione; ut officium Sacriſtæ, Theſaurii, Cuſtodis in Cathedralibus, & apud Nos Officium Lectoris, Concionatoris, Magiſtri Novitiorum, Rectoris Chori &c.

54 Secunda dubitatio eſt, quotupliciter in Ordine contingit ſimoniacè delinquere tribuendo dona prò adeptione graduum, Dignitatum, aut Officiorum, ut præfertur?

55 Reſpondeo, quòd ex parte rei temporalis, quæ intervenit prò adeptione rei ſpiritualis, dupliciter contingit delinquere; puta; tribuendo rem tanquàm donum ad comparandam benevolentiam Electoris, retento in mente fine donationis, qui eſt, ut Elector, obligatus dono, illi conferat ſuffragium ad gradum, Dignitatem &c. poteſt alio modo illud, quod vocatur donum, eſſe verum pretium, & tunc eſt, quandò prætenſor, & Elector paciſcuntur inter ſe, ut unus det pretium, alius det ſuffragium; aut, ſi non tantùm effrontes ſint, ut apertè pacta ineant, prætenſor dicit, *ſi acquiram gradum &c. gratus ero tibi, & tribuam aliquid, de quo non te pœnitebit favorem tuum in me contuliſſe*, & Elector quidèm verbis fingit ſe illud oblatum reſpuere, tamen in facto confert ſuffragium, quo alius conſequitur ſperatum gradum. In primo caſu *Simonia mentalis* tantùm eſt ex parte donantis; nàm ſuam intentionem minimè aperit Electori, quàmvis finis doni ſit adeptio gradus ſperati. In ſecundo caſu eſt vera *Simonia realis*, dum pactum expreſſum, aut implicitum ineunt: expreſſum quidèm, dum ambo viciſsìm ſibi ſtipulantur, ille quidèm pretium, alius verò ſuffragium: implicitum autem, dum ſibi factâ oblatione precii palliati ſub nomine gratæ retributionis, Elector non ſtipulatur quidèm verbis collationem ſuffragii, facto tamen eam præſtat, quod perindè eſt ac ſi verbis promiſiſſet. Et ratio eſt, quià Elector, quàmvis verbis non expreſſit ſe conſentire oblationi ſibi factæ, conſenſit tamen animo, quem prodidit facto, conferendo nempè ſuffragium.

56 Ex

(115) *Decian. lib. 5. cap. 86. nu. 3. Hoſtien. Summ. Rubr. de Simonia, nu. 11.*
(116) *Gloſ. in cap. Quoniam. in V. Expellatur. de Simon.*
(117) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Simonia. cap. 3. per tot.*
(118) *Text. Tit. Applicatio. §. 59.*
(119) *Text Tit. Applicatio. §. 25.*
(120) *Spiegel. Pratei. lexic. iur. V. Gradus.*
(121) *arg. l. 1. cum ſeqq. ff. de Grad. & affin.*
(122) *Par. 1. Tit. Quid. nu. 82. & Tit. Quales. nu. 34.*
(123) *Abb. in Clement. Diſpendioſam. num. 3. de Iudic. Arthidiac. in cap. 1. de Conſuet. in 6.*

Digitized by Google

56 Ex parte verò objecti, nempè rei ſpiritualis, quæ prætenditur, multiplex poteſt eſſe modus taliter delinquendi. Primò, quandò Electores ſibi mutuò ſuffragium paciſcuntur prò Prælaturâ, aut Officio, ut ſi dicant *dà mihi ſuffragium tuum ad me eligendum in Provincialem, & ego dabo tibi ſuffragium meum, ut ſis Guardianus talis Conventus, aut Diffinitor, Cuſtos &c.* Secundò, quandò proxeneta aliquis procurat prò alio ſuffragium ab Electore, promittendo illi Prælaturam, aut Officium, dicendo, *ſi dabis ſuffragium prò Cajo ad Provincialatum, eris Guardianus, aut Diffinitor &c.* Tertiò, ſi quis pretio ſollicitatur, nè det ſuffragium *Cajo*, qui eſt perſona digna, & ille pretio accepto ſuffragium ſuum *Cajo* non dat. Quartò, ſi factâ electione, nondùm autem confirmato electo, daretur pecunia ei, (qui aut juſtè, aut injuſtè vellet electionem factam impugnare) ut deſiſtat à tali impugnatione; quia per confirmationem completur electio, redimere autem vexationem (ſivè juſtam, ſivè injuſtam) dato pretio, & nondùm adeptâ poſſeſſione Beneficii, aut Officii, *Simonia* eſt, ut communiter tenent Doctores. (124) Quintò, ſi Provincialis Superiori Locali reperto in delicto, prò quo incurrit privationem Officii, dicat, *poſſum te juridicè privare Officio, ſi tamen dederis in proximo futuro Capitulo ſuffragium tuum ad nutum meum, non te inquietabo*, & Superior Localis hoc ſpondeat, & facto exequatur. Sextò, ſi Provincialis ſuſpenſum juſtè, & ad normam Statutorum Prælatum Localem ad proprium Conventum dimiſerit ſublatâ ſuſpenſione per acceptam pecuniam, aut aliud donum. Septimò, Si quis aſpirans ad Provincialatum, daret pecuniam Judici, ut antè Capitulum non proferret ſententiam (quæ deberet eſſe abſolutoria) in Causâ actitatâ contrà alium, qui, ſi interveniret in Capitulo, ipſum impediret in Provincialatu acquirendo. Octavò, Si daretur pecunia, ut quis deſtinaretur ad concionandum in tali pulpito; ſivè, ut eſſet Confeſſarius Monialium; aut conſequeretur quodvis aliud Officium, quod aut concerneret purum miniſterium ſpirituale, aut hoc eſſet mixtum, & adnexum cum miniſterio temporali. Omnia ſupradicta, & his ſimilia eſſent ſimoniacè comparata, & locum facerent pœnæ Statutariæ, ut probat *Sanctorus*. (124)

57 Tertia dubitatio eſt, quomodò incurratur *Simonia* juxtà Statutum, ſi dentur munera ad obtinendam ſententiam ad proprium favorem?

58 Reſpondeo, quòd, ut habetur ex jure (126) utroque, ſententia ſivè juſta, ſivè injuſta vendi non poteſt, & ſi vendatur, *Simonia* committitur, maximè ſi ſententia eſt de ſpiritualibus, ut ex *D. Antonino* probat *Decianus* (127). Si ergò aliquis donum, aut pecuniam det Judici, ut in favorem ſui ſententiam proferat, totaliter abſolvendo, aut minorem debito pœnam ſubeat, *Simonia* committitur.

59 Quarta dubitatio circà eundem primum Textum eſt, quæ nam ſint pœnæ Canonicæ, de quibus loquitur Textus ipſe?

60 Reſpondeo, quòd ſunt pœnæ, quæ per ſacros Canones, & Bullas Pontificias, (quæ etiam ipſæ leges Canonicæ ſunt, quàmvis extrà corpus juris Canonici reperiantur, ut proindè Extravagantes dicantur) contrà ſimoniacos latæ ſunt, de quibus ſuprà egimus. Sunt etiam pœnæ, quæ per dictos Canones feruntur contrà Religioſos proprietarios; ſunt etiam pœnæ, me Judice, quæ latæ ſunt contra contrectantes pecuniam, caſu, quo Simonia commiſſa eſſet per numeratam pecuniam. Ratio eſt, quià Religioſus emendo per dona, aut denarios quid ſpirituale, non peccat ſimplici delicto *Simoniæ*, ſed etiam proprietatis, quod eſt delictum ſeparatum, & ſpecie diſtinctum à *Simoniâ*, quæ per tale crimen magis aggravatur: proprietatis autem actum exercet, dum emit pretio ſpirituale. Inſuper, cùm abuſus numeratæ pecuniæ apud Nos *Minores* ſit crimen ſeparatum à proprietate ut aliàs (128) probavimus, qui denariis uteretur ad mercandum ſpirituale, criminibus *Simoniæ*, ac proprietatis aliud delictum, nempè abuſum pecuniæ adderet, prò quo alius gradus pœnæ ſibi eſſet injungendus.

61 Quinta dubitatio circà ſecundum Textum, datum ſuprà *num.* 50. eſt, quomodò intelligi debeat prohibitio recipiendi aliquid, vel minimum à Novitiis?

62 Reſpondeo primò, quòd, ſi Novitius ſpontè, liberaliter, ac per modum puræ eleemoſinæ velit aliquid Religioſo particulari Prælato, aut Subdito, aut Provinciæ, aut Conventui largiri, nec aliud obſit, (puta, quòd res donata ſit Religioſo incompetens, aut Provincia, vel Conventus non ſint in neceſſitate præſenti, aut imminenti) poteſt illud tale recipi juxtà declarationem *Clementis V.* (129) & in hoc ſenſu non loquitur Textus.

63 Reſpondeo ſecundò, quòd prohibitio iſtius Textus cohærenter ſe habet ad diſpoſitionem Regulæ, (130) in quâ habetur, nè *Fratres ſolliciti ſint de rebus temporalibus* ingredientium Ordinem noſtrum. Porrò ſollicitare, aut eſſe ſollicitum ſignificat aliquem allicere, inſtare, anxium, aut moleſtum eſſe (131), ut alius aliquid præſtet; & hoc modo delinquunt Fratres, qui Novitio aut verbis, aut nutibus implicitè, aut explicitè ſuadent, ut ſibi, aut alteri, aut Provinciæ, aut Conventui de ſuis bonis relinquat, & de hoc aliàs (132) locuti ſumus.

64 Reſpondeo tertiò, quòd receptio de bonis Novitii poteſt etiam eſſe ſimoniaca, & tunc eſt, quandò ex pacto aut tacito, aut expreſſo, prò acceptatione ad Ordinem, ſivè receptione ad habitum, aut profeſſionem; ſivè prò acceleratione ad induendum habitum aliquid vel minimum recipitur, ut ex jure (133) Doctores communiter deducunt. Hìc verò notandum, quòd, prout tradit *Marchantius* (134), tripliciter contingit aliquid dari, aut recipi in receptione ad habitum, ſivè ad profeſſionem. Primò, prò victu, ac veſtitu, ac aliis neceſſariis perſonæ illius, qui Religionem intrat. Secundò, prò prandio, ac nonnullis præſtationibus, quæ ad ſolemnitatem, vel quandam conſuetudinem tribuun-

(124) *arg. cap. Dilectus. il 1. junct gloſſ. in V. Accepit. de ſimon D. Antonin. Summ. Par. 2. Tit. 1. cap. 5. §. 21. col. 2. init. Decian. lib. 5. cap. 84. nu. 10.*
(125) *Sanctor. de Pœn. cap. 15. Quæſt. 8. & 9. à fol. 143. ad 154.*
(126) *cap. final. junct. Gloſſ. in V. Venditionem. de Purga. Canon. cap. Cum ab omni & ibi Gloſſ. final de Vit. & honeſtat. Cler. l. Venales. C. Quando prov. c. non eſt neceſſ.*
(127) *D. Antonin. Summ. Par. 2. Tit. 1. cap. 5. §. 17. V. Nota 4. Decian. lib. 5. cap. 79. num. 16.*
(128] *Tit. 3. §. Pecuniæ contrect.*
(129) *Clement. Exivi. §. Cum verò. de Verb. ſign.*
(130] *Regul. Minor. cap. 2.*
(131) *arg. l. 11. §. Quamvis. l. 14. §. Aeſtimatio ff. de Serv. corrupt. l. Moribus §. 2. in fin. ff. de Vulgar. Subſtit. l. Julianus. la 2. ff. de Rei vindic.*
[132] *Tit. 5. §. Suaſio mala. nu. 20.*
(133] *cap. Quam pio. cap. Nullus Abbas. 1. q. 2. cap. Cum in Eccleſiæ. cap. Venientes. de Regul. Quoniam. de Simon. D Tho. Sylveſt. Soto Navar. apud Sanctor. Comment. cap. 2. Stat. 22. Quæſt. 4*
(134] *Marchant. Tribun. ſacram. t. 3. P. 1. Tr. 10. Tit. 6. Quæſt. 10.*

Digitized by Google

tribuuntur Religioſis particularibus ; aut Conventui. Tertiò; prò ipſo ingreſſu, ſivè gratiâ, quæ præſtatur in acceptatione ad Ordinem; vel receptione ad habitum; vel in admiſſione ad profeſſionem; vel in acceleratione veſtitionis habitus, ut nempè, qui poſteriùs alio acceptatus ad Ordinem eſt, admittatur ad habitum priùs illis, qui antè eum acceptati ſunt. Addo etiam quartum modum, quandò nempè purè eleemoſynaliter, & liberè (quàmvis occaſione receptionis ad habitum, aut profeſſionem) aliquid datur, aut recipitur.

65 Jàm ſuprà dictum eſt, quòd merè eleemoſynaliter, & liberè datum ab ingrediente Religionem, poteſt recipi à Fratribus; ratio eſt, quià, ſicut poſſunt tanquàm pauperes recipere eleemoſynam ab aliis, ità poſſunt recipere ab iſto, de quo nulla eſt contraria ratio. Et notandum, quòd, quàmvis talis eleemoſyna fiat occaſione veſtitionis, aut profeſſionis, non tamen fit contemplatione horum, nec iſta ſunt cauſa finalis illius largitionis, quià ſupponitur eleemoſyna liberè facta; hoc eſt ſpoliata omni alio fine, quàm charitatis, aut miſericordiæ in pauperes. Quòd, ſi tribuens daret, ad hoc, quòd Fratres tolerarent æquiori animo ſuos defectus, aut ignorantiam, aut inhabilitatem in Novitiatu, & ſibi ſuo tempore vota favorabilia ad profeſſionem conferrent, eſſet *Simonia mentalis* in eo, ut Doctores communiter tradunt; nàm per talia dona ille intenderet permanentiam in Religione, (quod eſt quid ſpirituale) mercari.

66 Quò ad primum igitur modum ex aſſignatis à *Marcantio* dicitur, quòd in Religionibus in commune poſſidentibus, ſi Monaſterium ſit in paupertate, licitè recipiuntur ea, quæ neceſſaria ſunt ad victum, veſtitum, & alia neceſſaria ad illius, qui intrat, ſuſtentationem, & ſuper his licita eſt pactio. Ratio eſt, quià Clemens VII. (135) declaravit *Religioſas, quæ ſub curâ Fratrum Minorum degunt, nullam incurrere Simoniam ex pactionibus, & conventionibus, quas faciunt in receptione intrantium Ordinem ipſarum ſuper dotibus recipiendarum prò congruenti, & ſufficienti ſuſtentatione earum.* Par autem eſt ratio, ait *Marcantius* (136) de viris, ac prò mulieribus, ſi igitur *Simonia* non eſt ab iſtis, quæ monachantur, aliquid paciſci, & recipere prò ipſarum ſuſtentatione; idem erit de viris, attento quòd id, quod recipitur, non eſt prò ingreſſu Religionis, quod ematur; ſed prò purâ, & merâ intrantis ſuſtentatione. Si autem Monaſterium in paupertate non eſt, ſed habet commoda, & reditus, quibus poteſt ſuſtentare intrantem, peccatum avaritiæ ſaltem eſt, juxtà *Navarrum*, (137) aliquid recipere ab eo ſub colore congruæ ſuſtentationis; & ego addo, quòd ut in pluribus palliata *Simonia* eſt. Ratio eſt, quià illud, quod ex pacto exigitur, (cùm Monaſterium alere poſſit intrantem, & ſuppono) non exigitur, ut quid neceſſarium ad ſui ſuſtentationem; ergò exigitur aut ad augendos reditus Monaſterii, & ſic ſapit thæſaurizationem, ac avaritiam; aut præciſè eſt, ut illo emat ſtatum Religionis, & ſic erit *Simonia* palliata nomine congruæ ſuſtentationis, dum illud, quod datur, eſt verum pretium ingreſſus in Ordinem, quàmvis velatum colore neceſſariæ ſuſtentationis. Et hoc experientiâ teſte, ut in pluribus verificatur, nàm, quàmvis tales exactiones fiant apud quaſdam Religiones, non videmus, quòd in divitiis creſcant, imò ſenſim, & quotidiè depauperantur; & hoc eſt argumentum, quòd tales exactiones non cedunt ad profectum Monaſterii, & ſic hoc non eſt peccatum avaritiæ; ſed in burſam Prælatorum vadunt, qui ob tales exactiones vendunt ingreſſum in Religionem, & ſic peccant *Simoniâ palliatâ*.

67 Quid autem dicemus de Religionibus verè Mendicantibus, ut eſt Religio *Minorum de Obſervantiâ utrâque*, ac *Capucinorum*, licebit nè illis ſub nomine congruæ ſuſtentationis paciſci, & recipere aliquid ab intrante? Reſpondetur nagativè. Ratio eſt, quià Religiones iſtæ non habent reditus, ex quibus ſuſtentari debeant Religioſi, qui juxtà Regulam (138) debent vivere aut de proprio laboritio, aut de eleemoſynis; ſequitur igitur, quòd, qui talem Regulam profitentur, non poſſunt aut cogi ſibi ſpontè providere de neceſſariis ad ſuſtentationem, Dominus enim, juxtà promiſſionem factam *S. P. Franciſco* ipſius proviſor eſt. Dicebat *Seraphicus Patriarcha*, quòd inter ſuam Religionem, & Mundum initus erat contractus, quo facta erat ſtipulatio, quòd Religio obligabatur inſtruere, & ædificare Mundum bono exemplo ſuorum Religioſorum; Mundus vice verſâ obligabatur alere, ac ſuſtentare Fratres ſuos. Undè, ſi iſti ex parte ſuâ non reſcindent contractum, ſcandaloſè vivendo, Mundus etiam pactum ſuum ſervabit ſubminiſtrando Fratribus neceſſaria ad vitam. Hoc idem habet Nicolaus III. (139) ajens, quòd *nunquàm deficiet fides Eccleſiæ, & per conſequens nec opera miſericordiæ ſubtrahentur*, quibus ſuſtententur pauperes *Fratres Minores*.

68 Quòd, ſi frigeſcente charitate, non invenirent Fratres neceſſaria ad victum, poſſent, ut optimè docet *Abbas*, (140) Epiſcopi, ad quos primò recurrere deberent Fratres, compellere tùm Clericos, tùm Laicos, & ut de ſuis Beneficiis, bonis eleemoſynam congruam illis facerent, & ratio eſt, quià, cùm eſſent, ut ſuppono, Fratres in extremâ neceſſitate, eleemoſyna tali caſu caderet ſub præcepto, (141) & ad hoc ſervandum poteſt Epiſcopus, compellere per Cenſuras; quod etiam ex jure Civili videtur deducere *Baldus*. (142) Et ſi hoc minimè proficeret, quià fortè nollent Epiſcopi ad talem compulſionem, ut potè inuſitatam, devenire; debent Fratres obſequi Decreto *Tridentini*, (143) jubentis, ut in Monaſteriis *is tantùm numerus Religioſorum conſervetur, qui vel ex propriis reditibus Monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari*; & ſic abſtinere à receptione Novitiorum. Tandèmque, ſi nequè hoc poſſet prodeſſe, quià urgeret actualis neceſſitas, ſervare deberent præceptum Regulæ, (144) jubentis *Ubicunque* (Fratres) *non fuerint recepti, fugiant in aliam terram ad faciendam pœnitentiam cum benedictione Dei*, par autem ratio eſt, quòd non ſint recepti, ac poſt receptionem non habeant alimenta, ad vitam neceſſaria, proindè deberent aliò migrare, nunquàm tamen illis licet ab ingrediente Ordinem eorum aliquid ex pacto, aut con-

(135) *Serb. Compend. Privil. V. Moniales. nu. 16. & 31.*
(136) *Marcant. loc. cit. Concl. 1. in fin.*
(137) *Navar. lib. de Redit. Eccleſ. Q. 1. Monit. 62.*

(138) *Reg. Minor. cap. 5.*
(139) *text. in cap. Exiui. §. Profectò de Verb. ſign.*
(140) *Abb. in cap. Placuit. nu. 8. & 9. de Empt. & vendit.*
(141) *arg. cap. Sicut ubi Gloſſ. in V. Communes. & in V. Eſurientium. 47. Diſt.*
(142) *Bald. in l. 1. C. de Epi. audi.*
(143) *Trident. Seſſ. 25. cap. 3. de Reform. Regular.*
(144) *Regul. Minor. cap.*

Digitized by Google

conventione recipere ſub prætextu propriæ ſuſtentationis.

69 Quò ad ſecundum modum ex aſſignatis à *Marchantio* ſuprà *num.* 64., dico cum eodem, (145) quòd in profeſſionibus licet liberaliter aliqua honeſta convivia in gratiam ſolemnitatis facere, imò & aliqua munera Religioſis offerre, modò exceſſiva non ſint, & in pactum, vel obligationem non tranſeant, ſecundùm conſuetudinem Patriæ. Ratio eſt, quià hujuſmodi ſunt tantùm ſigna honeſtæ lætitiæ, quâ Amici ſibi invicem, & Religioni gratulantur; & cùm ſuper his nullum pactum interveniat, cenſenda ſunt dona liberaliter facta. Quòd, ſi contrà hoc objiciatur *Extravagans Urbani IV.* (146), in quâ prohibetur fieri talia prandia, ſeu Cœnas &c.; reſpondet *Marchantius*, quòd illa intelligenda eſt de exceſſivis conviviis, ac muneribus, quæ ex conventione, ac pacto fiunt. Et re verâ Extravagans illa habet, quòd talia prandia &c. intrantes Religionem *tribuere compelluntur*. Non autem loquitur de illis, quæ liberè fiunt. Quòd, ſi illa aut ex pacto, conventione, aut Religioſorum prætenſione cogeretur ingrediens, aut profitens præſtare, quamtùmvis prandia, ac dona eſſent frugalia, tamen *Simonia* committeretur. Ratio eſt, quià illa nullo alio titulo exigerentur, nec poſſent exigi, niſi titulo Status Religioſi, quod ſimoniacum eſt, nec ſalvaret tenuitas doni, quià parvitas materiæ, ſi deducatur in pactum, non ſalvat à *Simoniâ*, prout oſtendimus ſuprà *num.* 10.

70 Quò ad tertium modum, dicitur, quòd recipiendo ex pacto, aut conventione aliquid ex bonis intrantis in Religionem prò receptione ad Ordinem; ſivè prò admiſſione ad habitum; ſivè prò emiſſione profeſſionis; ſivè prò prælatione ad habitum antè alios, qui fuerunt antecedenter acceptati; ſivè prò imponendo caputium (quod eſt forma habitus Minoritici ſimul cum chordâ) antè alios, qui ſimul induuntur; in omnibus, inquam, ac ſingulis horum actuum committitur *Simonia*. Ratio eſt, quià omnia, ac ſingula ſunt ordinata ad ſtatum Religioſum, prò quo quodvis temporale ex pacto acceptum, vel datum infert *Simoniam* prohibitam de jure Divino, ac Eccleſiaſtico juxtà Canones, citatos ſuprà *num.* 64.

71 Ultima dubitatio eſt, quænam ſit pœna lata in Concilio *Tridentino* contrà recipientes aliquid ex bonis Novitii?

72 Reſpondetur, quòd eſt pœna anathematis ferendæ ſententiæ, ut deducitur ex ipſius Textu (147), qui tamen videtur loqui de omnibus, aut majori parte bonorum Novitii, nè hoc impediat ejus libertatem, ſi vellet ad ſeculum reverti. Sed quià in noſtro Textu prohibemur recipere à Novitio *aliquid vel minimum*, patet, quòd talis pœna debetur, in omni, ac quocunque caſu aliquid recipiatur, & hoc non ex diſpoſitione Concilii, ſed Statuti, quod non contentum tali pœnâ, latâ, quandò recipitur magna pars bonorum Novitii, eam extendit ad recipientes partem etiam minimam. Tandèmque adverto, quòd hæc pœna incurritur, licèt id, quod recipitur, non fuerit receptum ex pacto: quià, ſi ex pacto eſſet, incurreretur *Simonia*, prò quâ deberentur pœnæ, de quibus ſuprà *num.* 45.

(145) *Marcant. Tom. 3. Par. 1. Tr. 10. Tit. 6. Q. 10. Concl. 6.*
(146) *Extravag. Sanè ne in vinea. de Simon. int. commun.*
(147) *Trident. Seſſ. 25. cap. 16. de Refor. Regular.*

TIT-

# TITVLVS NONVS

## Miſcellaneus.

### § I. Ieiuniorum Violatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Diffinitio criminis violationis Ieiunij.*
*Omne peccatum mortale de iure Canonico crimen publicum eſt.*
2 *Ieiunium triplex eſt.*
*Ieiunium naturale, & virtuoſum, quid ſit.*
*Ieiunij Eccleſiaſtici Diffinitio.*
3 *Ieiunium dupliciter poteſt violari, & quomodò.*
4 *Ieiunium in ſui quidditate non importat abſtinentiam à carnibus.*
*Abſtinentia à carnibus, & ieiunium ſunt duo præcepta, de facto ſeparabilia.*
*Diſpenſatus ab abſtinentiâ non eſt diſpenſatus à ieiunio.*
*Diſpenſatio eſt ſtricti iuris.*
*Diſpenſatio non extenditur ad caſum ſeparabile.*
5 *Violatio ieiunij, & violatio abſtinentiæ a carnibus differunt ſpecie.*
6 *Violatio abſtinentiæ gravior eſt, quàm ieiunij.*
*Inquiſitor poteſt procedere contrà veſcentem carnibus tempore prohibito.*
7 *Non delinquit frangens ieiuniũ ex cauſâ legitimâ.*

1 *IEiunij violatio eſt crimen, quo Eccleſiaſticum ieiunium in ciborum qualitate, aut quantitate abſque legitimâ cauſâ ſcienter violatur.* Dixi *crimen*, cùm enim *ieiunium* ſtatutis àb Eccleſiâ temporibus cadat ſub præcepto, obligante ad mortale; eius violatio culpam mortalem inducit. In iure autem Canonico omne peccatum mortale crimen publicum eſt, ut aliàs (1) diximus; proindè etiam *violatio ieiunij* crimen evadit, de quo poteſt Reus criminaliter accuſari, & conſequenter puniri.

2 Dixi *Eccleſiaſticum ieiunium*, ad differentiam *ieiunij* naturalis, & virtuoſi. Ut enim optimè tradit *Marchantius* (2) Triplex eſt *ieiunium*, nempè *naturale*, nempè abſtinentia à cibo, & potu integro die naturali, quocunque fine, aut cauſâ fiat: *virtuoſum*, quod eſt actus temperantiæ, quo per ſubtractionem cibi, & potus, delectationes guſtus, & ſenſuum quis refrænare contendit: & *Eccleſiaſticum*, quod eſt religioſa obſervantia abſtinentiæ à cibo, & certâ qualitate ciborum, deſignato tempore ad Deum colendum, & ad mortificationem carnis propter Deum, àb Eccleſiâ ordinata.

3 Dixi *in ciborum qualitate, aut quantitate*, nàm dupliciter poteſt violari *ieiunium*; uno modo comedendo in diebus prohibitis carnem, aut ea, quæ trahunt ſementinam Originem à carne; alio modo comedendo pluriès in eâdem die; primo quidèm modo violatur *ieiunium* in qualitate; alio autem in quantitate ciborum.

4 Advertendum autem, quòd quò ad tempus ieiunandi, ut potè in Quadrageſimâ, duo videntur urgere Eccleſiaſtica præcepta, unum quidèm abſtinentiæ à carnibus &c. aliud autem *ieiunij* circà quantitatem comeſtionum: quâmvis enim *ieiunium* in ſui quidditate videatur, iuxtà communem Doctorum ſententiam, importare abſtinentiam à carnibus, tamen non ità eſt, quià duo ſunt præcepta diſtinctâ; quod patet ex hoc, quod in diebus Dominicis iuxtà Canones (3) non eſt ſervandum *ieiunium*; & tamen in Dominicis quadrageſimæ, ceſſante obligatione *ieiunij*, durat abſtinentia à carnibus, & in diebus Veneris, & Sabbathi per annum præcipitur abſtinentia, non præcepto ieiunio. Verum eſt, quòd Eccleſiâ præſcribente *ieiunium*, præcipitur ſimul etiam abſtinentia; non tamen ſequitur, quòd relaxatâ obligatione *ieiunij*, relaxetur pariter obligatio ad abſtinentiam; nec vice verſâ diſpenſatâ abſtinentiâ diſpenſatum maneat ieiunium. Ratio eſt, quià de facto hæc duo præcepta ſeparantur, nàm Eccleſia diſpenſat cum laborientibus, itinerantibuſque, ſuper *ieiunio*; non tamen diſpenſat cum illis ſuper abſtinentiâ, ut patet; diſpenſat pariter ſuper abſtinentiâ, ut cum illis regionibus, quibus concedit in Quadrageſimâ uſum butyri, lactis, ovorum, & caſei, non tamen cum illis diſpenſat ſuper *ieiunio*, undè ſequitur, quòd ſi quis cauſâ infirmitatis diſpenſetur ſuper abſtinentiâ, non tamen diſpenſetur in *ieiunio*, ſi infirmitas non requirit, quod etiam ſuper hoc æger diſpenſetur. Et ex his ſolvitur illa quæſtio, àn diſpenſatus ad comedendas carnes, aut ova &c. ob catharrum ſalſum &c. cùm ſit alioquin fortis viribus, ac ſanus, obligatus maneat ad *ieiunium*, nempè unicam comeſtionem in die; & reſpondendum eſt affirmativè, ratio eſt, quià intentio Eccleſiæ eſt, ut fideles mortificent per pœnitentiam carnem ſuam, eos ad hoc duplex præceptum, nempè *ieiunij*, & abſtinentiæ obligando. Ex cauſâ autem diſpenſat ſuper his: ſed diſpenſatio eſt ſtricti iuris, quià odioſa eſt [4], cùm deviet à diſpoſitione iuris communis: undè non eſt extendenda ad caſum ſeparabilem, ut docet *Abbas*. (5) Cùm igitur ſeparabilia ſint abſtinentia, & *ieiunium*, ſequitur, quòd diſpenſatâ abſtinentiâ non ſit diſpenſatum *ieiunium*; quià, quâmvis æger non poſſit ſervare abſtinentiam, poteſt tamen ſervare *ieiunium*, & diſpenſatio, cadens ſuper illam non poteſt ad *ieiunium* extendi: Scio quoſdam Doctores [6] aliter ſentire, ſed ex dato fundamento, quod mihi videtur indubitatum, aliter eſt tenendum.



(1) *Par. p. Tit. Denunciatio. nu. 11. in fin.*
(2) *Marchant. Tribun. Sacram. Tom. 2. Tract. 12. Tit. 3. Quæſt. 1.*
[3] *Cap. Si quis tanquam 30. Diſt cap. Si quis Presbyter. ea. diſt. cap. Ne quis cap. ieiunium. de Conſecr. Diſt. 3.*
(4) *arg. cap. Dilectus filius ubi Abb. nu. 1. de Conceſſ. præb. cap. Cum dilecti. ubi id. Abb. nu. 6. de Dolo & contum.*
(5) *Abb. in Clement. Vt bi qui nu. 13. de Ætat. & qualit.*
(6) *Maſtr. Theol. Moral. Diſp. 12. Quæſt. 1. art. 1. nu. 6. & ibi Azorius Medina Henriquez Filliucius Toletus Diana & Tamburin.*

*Vendens, aut emens quid temporale, cui adnexum eſt iuſpatronatus dictum, quandò pœnas Simoniæ incurrat, aut non.*

*Opinio Hoſtienſis, quòd iuſpatronatus non poſſit ſinè licentiâ Epiſcopi transferri in laicum, impugnatur.*

*Opinio Theſauri, quòd transferens in laicum proprium iuſpatronatus ſinè licentiâ Epiſcopi ſit excommunicatus, refellitur.*

*Habens iuſpatronatus, ſi præſentat ad Beneficium ob pecuniam, incurrit excommunicationem.*

39 *Pœna Epiſcopi vendentis exercitium ſuæ iuriſdictionis; ſeù concedentis Vicariatum, ſibi retentâ parte emolumentorum, aut minori ſtipendio quod dari ſolet.*

40 *Examinatorum Synodalium pœna, ſi prò examine aliquid recipiant.*

*Eaſdem pœnas incurrunt tribuentes etiam quid minimum, etiam ſponte, etiam prò recognitione antidorali.*

*Dictio* prorsus, *quid importet.*

*Parvitas materiæ excluditur in eo, quod datur Examinatoribus Synodalibus.*

41 *Pacta oneroſa in omni materiâ beneficiali ſunt Simoniaca, & nulla.*

*Pacta gratuita non ſunt prohibita.*

42 *Beneficia quævis adepta præcedente pactione, antè quamvis declarationem ſunt reſignanda.*

*Fructus talium Beneficiorum ſunt reſtituendi.*

*Pretium quodvis Simoniacum ob Beneficium eſt reſtituendum, & cui.*

*Mediatores pretium mediationis ad Simoniam reſtituere tenentur.*

43 *Pœna eorum, qui concurrunt ad Simoniam beneficialem.*

44 *Quandò incurratur Simonia prò ingreſſu Religionis.*

*Ingreſſus Religionis reſpectu cujus conſideretur.*

45 *Pœnæ, quæ incurruntur à dantibus, ſeù recipientibus aliquid prò ingreſſu Religionis.*

*Capitulum Conventuale, aut Diffinitorium recipiens aliquid prò admiſſione ad ingreſſum Religionis, quâ pœna puniendum.*

46 *Aliæ pœnæ contrà Reos de Simoniâ, quovis iure prohibitâ.*

*Eâdem pœnâ puniendi ſunt Simoniaci, ſivè agatur per accuſationem, ſivè per inquiſitionem ex Officio.*

47 *Pœna committentium crimen confidentiæ beneficialis.*

48 *Regularium Simoniacorum alia pœna deſumenda ab eorum Conſtitutionibus.*

49 *Primum Statutum prò Minoribus de Obſervantia.*

50 *Secundum Statutum.*

51 *Quid veniat nomine* Gradus, Dignitatis, ac Officij.

52 *Gradus quid importet, & à quo ſit tranſumptus.*

*Gradu proximior quis dicatur.*

*Gradus in Religione, qui vocari poſſunt Perſonatus, qui ſint.*

53 *Dignitas, & Officium quid importent.*

54 *Quotupliciter contingat Simonia in dando, aut recipiendo præmiſſos Gradus &c.*

55 *Varij modi quibus in concedendis, aut acquirendis prædictis Gradibus &c. contrahitur Simonia realis, aut mentalis.*

56 *Continuatur materia.*

57 *Quomodò incurratur Simonia prò obtinendâ ſententiâ ad proprium favorem.*

58 *Sententia, ſivè iuſta, ſivè iniuſta vendi nequit ſinè Simoniâ, quandò eſt de rebus ſpiritualibus.*

59 *Quæ ſint pœnæ Canonicæ, de quibus loquitur Statutum, datum ſuprà* nu. 49.

60 *Pœnæ multiplices, tùm in corpore iuris, tùm in Bullis, contrà Simoniacos latæ, incurruntur à dantibus, & recipientibus Gradus &c. in Ordine Minorum.*

*Incurruntur etiam pœnæ largientium munera, proprietariorum, & contrectationis pecuniæ, ſi in ſpecie detur prò pretio Gradus &c.*

61 *Quomodò intelligenda prohibitio recipiendi, nec quid minimum à Novitio.*

62 *Si Novitius ſponte, & liberaliter rem licitam tribuit in commune, aut particulari, poteſt recipi.*

63 *Prohibitio ſancita in Statuto cohæret Regulæ Minorum.*

*Sollicitare, & eſſe ſollicitum, quid importet in iure.*

*Quomodò poſſit quis eſſe ſollicitus de bonis Novitij.*

64 *Quandò, & quo caſu receptio de bonis Novitij ſit Simoniaca.*

*Quotupliciter contingat dari, aut recipi aliquid in ingreſſu Religionis.*

65 *Data merè eleemoſynater à Novitio poſſunt Fratres recipere.*

66 *Monaſteria in communi poſſidentia poſſunt paciſci, & recipere ſinè Simoniâ id, quod eſt neceſſarium ad ſuſtentationem perſonæ, intrantis Religionem.*

*Si Monaſterium in paupertate non eſt, recipiendo aliquid, peccatum ſaltem avaritiæ committitur, & non rarò Simonia palliata.*

67 *Monaſteria in communi non poſſidentia, ut Religio Minorum de Obſervantia, nihil poſſunt recipere, aut paciſci prò ingreſſu Religionis, & quarè.*

68 *Quid facere poſſunt Fratres, ſi eleemoſynas ad ſuſtentationem non invenirent.*

*Epiſcopus Cenſuris poteſt compellere Clericos, ac Laicos ad dandam eleemoſynam, & in quo caſu.*

*Proxima concluſio, vult Baldus, quòd deducatur etiam de iure civili.*

*In caſu deficientiæ eleemoſynarum, Fratres non debent quenquam recipere ad habitum.*

*Aut ſe recipiant ad alia loca, ubi vivant.*

69 *Honeſta convivia merè liberaliter, non autem ex pacto, poſſunt parari ab ingrediente Ordinem, & recipi à Monaſterio quovis.*

70 *Recipiendo, aut dando aliquid prò ingreſſu Religionis, præter duos recenſitos modos, committitur Simonia.*

71 *Quæ ſit pœna, lata à Tridentino contrà recipientes aliquod ex bonis Novitij.*

72 *Eſt excommunicatio ferendæ ſententiæ, ſi, quod recipitur, eſt in tanta quantitate, quæ poſſit impedire Novitio reverſionem ad ſæculum.*

*Talem Cenſuram incurrunt vigore Statuti Minores, recipientes etiam quid minimum.*

36 QVià ad variationem obiectorum *Simoniæ*, variæ etiam ſunt pœnæ ſancitæ; ad majorem claritatem de ſingulis diſtinctè loquemur, quàmvis aliqua ex pœnis, omnibus *Simoniæ* ſpeciebus adaptetur. Dicemus ergò priùs de pœnis, quæ conſequuntur *Simoniam*, prohibitam de iure Divino, & incipiemus.

Digitized by Google

mus à *Simonià* in collatione Ordinum. Conferens ergò ſimoniacè Ordines tùm Sacros, tùm Minores, tùm etiam primam tonſuram [77] incurrit primò excommunicationem *Papæ* reſervatam. (78) Secundò, ſuſpenſionem à collatione Ordinum, etiam primæ tonſuræ, & ab executione munerum Pontificalium, quæ ſuſpenſio eſt *Papæ* reſervata ex Bullâ *Sixti V.* [79] Tertiò, interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, quod etiam *Papæ* reſervatum eſt ex eâdem Bullâ. Quartò, Epiſcopus ſcienter violans ſuſpenſionem, & interdictum ſupradictum, incurrit aliam ſuſpenſionem ab adminiſtratione Eccleſiæ, & à perceptione fructuum omnium ſuorum Beneficiorum, quæ pariter ſuſpenſio ex eâdem Bullâ eſt Summo Pontifici reſervata. Excuſatur autem ab hâc ultimâ ſuſpenſione ex ignorantiâ etiam culpabili, dummodò non ſit affectata, ut vult *Sayrus* (80) Tandèm pretium acceptum prò collatione Ordinum tenetur Epiſcopus reſtituere danti illud, ex eo quod ſic exigit ius naturale, quandò tenetur ex Officio Ordines conferre, ut dicunt Doctores. (81)

37 Recipiens verò ſimoniacè Ordines incurrit pariter excommunicationem, latam in ſupradictâ *Extravaganti. Cum deteſtabile.* §. *Per electiones*; & talem Cenſuram incurrit, non ſolùm ſi dat pretium Ordinanti, ſed etiam, ſi dat illud mediatori, ut ipſe intercedat prò admiſſione ad Ordines; ſeu ſi dat alteri, ut ſe ſupponat prò eo ad examen, ut firmat *Sanchez.* (82) Incurrit pariter ſuſpenſionem ab executione omnium Ordinum tàm ſimoniacè, quàm legitimè receptorum, juxtà communem ſententiam Doctorum, de quâ teſtatur *Avila* (83), & talis ſuſpenſio eſt reſervata *Papæ* iuxtà Conſtitutionem *Sixti V.* paulò ſuprà citatam, in quâ etiam ſancitur, quòd violans dictas Cenſuras Excommunicationis, ac ſuſpenſionis, incurrit Irregularitatem, & ſi eſt Clericus Sæcularis, incurrit privationem Officiorum, & Beneficiorum, & inhabilitatem ad illa recuperanda; & talia Beneficia remanent reſervata *Papæ*, tanquàm vacantia in Curiâ. Si autem eſt Regularis, incurrit privationem vocis activæ, ac paſſivæ, & ad eam manet inhabilis, & talium pœnarum relaxatio ſimiliter eſt *Papæ* reſervata.

38 Juſpatronatus ad Officium, aut Beneficium Eccleſiaſticum quid ſpirituali annexum (84) eſt, ac in eo committi poteſt *Simonia*. Patronus igitur vendens, permutans, renuncians, aut alio quovis modo alienans juſpatronatus prò re temporali in alium; & quilibet, qui tali modo illud acquirit, *Simoniam* committit, & uterque illud ipſo facto amittit: & Eccleſia efficitur libera, ut deinceps habeat plenam, ac liberam eius collationem, ut habent duæ Decretales. (85) Quòd, ſi vendens, aut alio modo alienans, ut præfertur, eſt perſona particularis, debet excommunicari; ſi autem eſt univerſitas, aut Collegium, debet ſubjici interdicto juxtà *Tridentinum* (86). Prædictæ pęnæ incurruntur ab emente, ac vendente, ſi aliquis emat, aut vendat rem temporalem, (cui tale juſpatronatus adnexum eſt) maiori pretio, quàm eam venderet abſquè eo; Ratio eſt, quià illud maius eſt verum pretium, quo tale ius emitur, quià ſinè hoc illud non daretur, & ſic firmat *Sanchez.* (87) Controvertunt autem Doctores, ut notat *Hoſtienſis*, (88) àn abſque licentiâ Epiſcopi poſſit quis donare Laico juſpatronatus proprium, & aliqui dicunt quòd non. Mihi oppoſitum verius videtur; quià, ſi abſque tali licentiâ venditur temporale, (cui juſpatronatus adnexum eſt) Laico, & tunc illud juſpatronatus quodammodò donatur, cùm ſub pretio rei non cadat, & quarè idem juſpatronatus non poterit liberè donari abſquè tali venditione cuilibet etiam Laico? Nec ullus invenitur Canon, qui talem donationem clarè improbet, aut infirmet. *Theſaurus* (89) tenet, quòd transferens juſpatronatus in Laicum gratis ſinè tali licentiâ, incurreret in pęnam privationis latæ ſententiæ ipſius juriſpatronatus, & eandem incurreret recipiens, & citat ad hoc *Tridentinum* (90), ſed immeritò, nàm *Tridentinum* non dicit hoc, ut patet legenti. Si tandèm prò præſentatione ad Officium, aut Beneficium quid temporale detur, tùm præſentans, tùm præſentatus incurrunt excommunicationem, *Papæ* reſervatam (91), & proviſio eſt nulla ipſo facto.

39 Epiſcopus, ſeu alius Prælatus vendens, aut pretio accepto concedens alicui exercitium ſuæ Epiſcopalis juriſdictionis, amittit poteſtatem conferendi tale Officium, quod vendidit: & emptor talis Officij eo privandus eſt, ut habetur in multis capitulis. (92) Et hoc etiam extenditur ad caſum, in quo Epiſcopus concedit Officium cum pacto, quòd pars emolumentorum Officij ſibi cedat. Et ſic *Simonia* erit, ut ſuprà prohibita, ſi Epiſcopus deputet Vicarium cum pacto, ut pars emolumentorum Vicariæ ipſi Epiſcopo reſervetur, vel ut Vicarius minori ſolito ſtipendio contentus ſit, ut benè ſcripſit *Azorius* (93.)

40 Ex diſpoſitione *Tridentini* (94) Examinatores Synodales committunt *Simoniam* tàm ipſi, quàm dantes, ſi *quidquam prorſus ocaſione examinis* ad Parochiales Curas, *antè, aut poſt accipiant*, & proindè incurrunt Excommunicationem, *Papæ* reſervatam, latam in Simoniacos, (95) de quâ ſuprà. Incurrunt pariter privationem omnium Beneficiorum anteà legitimè obtentorum, & perpetuam inhabilitatem ad quæcunque alia; & proviſus incurrit nullitatem proviſionis Parochiæ, quam conſequitur. Et advertendum, quòd neque à ſpontè dantibus (aut antè ad captandam benevolentiam Examinatoris, aut poſt ad antidoralem recognitionem) aliquid vel minimum recipi poteſt, ut ex Textu *Tridentini* colligit *Garzias* (96), nàm ibi dicitur *quidnam prorſus accipiant*, dictio autem *prorſus* excludit omnia, & ſingula, quæ in contrarium poſſunt excogitari, [97] & proindè etiam donum minimũ, undè excluditur parvitas materię.

41 Quò ad pęnas *Simoniæ* prohibitæ de iure Eccleſiaſtico,

(77) *Trident. Seſſ. 21. cap. 1. de Reform.*
(78) *Extrau. Cum deteſtabile de Simon. int. commun.*
(79) *Sixt. V. Bull. 91. Sanctum, & Salutare. Cherubin. Tom. 2.*
(80) *Sayr. de Cenſur. lib. 4. cap. 17. in fin.*
(81) *Leſſ de Iuſt. lib. 2. cap. 35. n. 169. Suar. de Relig. lib. 1. Tract. ult. cap. 59. nu. 16. Filliuc. Tract. 45. cap. 13. nu. 35.*
(82) *Sancb. Opuſcul. lib. 2. cap. 3. Dub. 104. nu. 93.*
(83) *Avila Par. 3. diſp. 5. Dub. 9.*
(84) *Text. in cap. Quantò. de Iudic.*
(85) *Text. in cap. De iure. cap. Quid Clerici, junct. gloſſ. in V. Spoliando. de Iurepatr.*
(86) *Trident. Seſſ 25. de Reform. cap. 9. Campanil. Diverſ. iur. Canonic. Rubr. 11. cap. 13. nu. 510.*
(87) *Sancb. Opuſcul. lib. 3. cap 3. Dub. 72.*
(88) *Hoſtien. Summ. Rubric. de Iurepatr. §. Qualiter. poſt. n. 7.*
(89) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Simonia. c. 8. V. Amplia tertiò.*
(90) *Trident. Seſſ. 25. de Reform. cap. 9.*
(91) *Extrau. 2. de Simon. int. commun. Sancb. Opuſc. lib. 2. cap. 3. Dub. 107. nu. 5.*
(92) *Text. in cap. 2. & cap. Quoniam il 2. Ne Pralat. vic. ſu. in cap. Noſtr. & in cap. Conſulere. de Simon.*
(93) *Azor. Tom. 3. lib. 12. cap. 14. Quæſt. 3. §. Sed cur.*
(94) *Trident. Seſſ. 24. cap. 18. de Reform.*
(95) *Navar. Conſ 67. de Simon. Vgolin. Tab. 1. cap. 48. §. 7.*
(96) *Garz. de Benef. Par. 9. cap. 2. nu. 390.*
(97) *Arg. cap. Statutum §. Proviſurus de Reſcr. in 6. cap. Præſentium §. Prætereà de Teſt. eo. lib.*

Digitized by Google

ſtico, ſciendum primò, quòd in omni materiâ Beneficiali omnis pactio, ac quævis conventio prohibita eſt; & ſi fiant, ſunt ipſo iure nullæ, ut habetur ex multis Decretalibus [98], verum eſt, quòd pacta non oneroſa, ſed tantùm gratuita, non ſunt prohibita, ut obſervat *D. Thomas* (99) & *Navarrus*; proindè poteſt Epiſcopus, aut Patronus liberaliter promittere collationem, aut præſentationem ad Beneficium vacaturum, & acceptari promiſſio abſquè vitio *Simoniæ*, proindè citata iura intelligenda ſunt de pactis oneroſis.

42 Diſpoſitio autem omnis de Beneficio Eccleſiaſtico, ut electiò, collatio, inſtitutio, nominatio, poſtulatio, præſentatio, reſignatio, permutatio &c. in quâ interveniat *Simonia*, eſt ipſo iure nulla; undè Beneficia quævis taliter adepta antè quamvis declaratoriam ſunt dimittenda, ut ſonat *Extravagans Pauli Secundi* (100), nec à tali nullitate, ac obligatione dimittendi Beneficium excuſat ignorantia facti, etiam invincibilis, ſivè bona fides, ſcilicet aliquo tertio *Simoniam* operante ad favorem Beneficiati; quià, ut optimè ait *D. Thomas*, (101) hæc non eſt privatio penalis iuris quæſiti, ſed obligatio reſtituendi nulliter acceptum, ob defectum conſenſus Eccleſiæ, & ob irritationem actus acquiſitionis ab initio, ex quâ prima acquiſitio omnis, quæ non ſit gratuita, impeditur. Fructus etiam percepti ex Beneficio, ſimoniacè obtento, reſtituendi ſunt antè omnem declarationem, ut habet Extravagans citata. Pretium pariter Simoniacum reſtituendum eſt ab eo, qui illud recepit, ut habetur in iure (102), & ſi *Simonia* non fuit realis, quià unus dedit pretium, ſed alius non contulit Beneficium, reſtitutio pretij debet fieri ei, qui pretium dedit, ut docet *Sanchez*; (103.) ſi verò fuit realis, & utrinque completa, pretium reſtitui debet Eccleſiæ; & ratio eſt, quià per talem *Simoniam* iniuria ei illata eſt; & quod dicitur de principalibus intelligendum eſt etiam de mediatoribus, qui pretium mediationis acceperunt, ut firmat *Navarrus*. [104]

43 Omnes porrò, qui ad *Simoniam* Beneficialem concurrunt tàm principales, quàm mediatores, interceſſores immediati, & alij, qui directâ intentione cooperantur, ut *Simonia* fiat [quià, ut ait *Theſaurus* (105) omnes iſti dicuntur *procurare Simoniam*, quod in ſupracitatâ Extravaganti prohibetur] omnes inquam incurrunt excommunicationem ipſo facto reſervatam *Papæ*, ut ibidem exprimitur. Proviſus autem incurrit inhabilitatem ad obtinendum canonicè illud idem Beneficium, prò quo pretium dedit; etiam prò foro conſcientiæ, etiam in caſu occulto; (106) & etiam inhabilitatem ad alia Beneficia impetranda, ut habet Bulla citata *B. Pij V.* ac eandem inhabilitatem reſpectu Beneficiorum obtinendorum incurrunt etiam mediatores *Simoniæ* iuxtà communem ſententiam Canoniſtarum, ac Summiſtarum, de quâ teſtatur *Sanchez* (107), & hæc pena talis inhabilitatis obligat in conſcientiâ antè omnem ſententiam Judicis, quià eſt pena merè privativa, ut firmant *Azor*, & *Filliuc*. (108.)

44 Quò ad *Simoniam*, quæ committitur in ingreſſu alicujus Ordinis Regularis, iſta iuxtà quandam Extravagantem *Vrbani V.* (109) incurritur, ſi à volentibus ingredi Religionem in eorundem receptione, antè, vel poſt illam, paſtus, pecunia, iocalia aliavè res etiamſi ad uſum pium deputanda directè, vel indirectè exigatur. Juxtà quam Extravagantem notandum, quòd ſi ab ingredientibus Ordinem aliquid Conventui, aut Prælato detur liberè, ſpontè, & gratis, nulla incurritur *Simonia*, ſed tantùm quandò exigitur ex obligatione, & pacto. Ingreſſus verò Religionis conſideratur in admiſſione ad habitum, ſeu ad profeſſionem, (110) quià in receptione ad habitum ingreditur ad Religionem mobiliter; ad profeſſionem verò ingreditur ad eandem immobiliter; ideò ſivè ſic, ſivè ſic, ſemper verificatur ingreſſus in Religionem, qui vetatur cum tali exactione ex pacto.

45 Pœnæ huiuſmodi *Simoniæ* ſunt primò Excommunicatio latæ ſententiæ, ac *Papæ* reſervata, quam incurrit tùm dans, tùm recipiens, ſi hic ſit perſona particularis, ut Abbas, Provincialis, Prior &c. Si verò recipiens eſt Capitulum, vel Conventus, incurrit ſuſpenſionem, non quidèm ab Officio, aut Beneficio, ſed tantùm ab Officio Capitulari, ſivè adminiſtratione, ut poſt alios obſervat *Barboſa* (111); Secundò; ſi quis ad profeſſionem ſimoniacè receptus ſit, *Simoniâ* ſcienter contractâ, tam recipiens, quàm receptus de Monaſterio abſquè ſpe reſtitutionis expellendus eſt, & in locum arctioris Regulæ ad pœnitentiam perpetuam detrudendus; vel ſi non inveniatur talis locus obſervantiæ, ad alium locum eiuſdem Ordinis mittendus eſt, ut textualiter habetur in iure (112). Et quid iuris, ſi Capitulum Conventuale recipiendo deliquerit, ut præfertur? Dico, quòd ex diſpoſitione dictorum Canonum omnes de Capitulo ad alia Monaſteria eſſent transferendi. Et quid, ſi eſſet Provincialis, aut Diffinitorium? Dico. quòd ablegari deberent à Provinciâ. Ratio eſt; quià currit par ratio de Monaſterio ad Provinciam, quià Prælatus, aut Capitulum Conventuale pretio recipiens ad habitum, aut profeſſionem tribuit profitenti ius ad illud Monaſterium, ut profeſſus cenſeatur filius illius Monaſterij. Provincialis autem, aut Diffinitorium recipiens ad habitum, & ad profeſſionem tribuit profitenti ius ad illam Provinciam, cuius iſte cenſetur filius. Si ergò Prælatus, aut Capitulum locale, recipiens ſimoniacè ad habitum, aut profeſſionem debent in penam ablegari à ſuo Monaſterio, Provincialis, aut Diffinitorium ſimiliter delinquens, debet ablegari à Provinciâ.

46 Omnes ſimoniaci ſupradicti in quâvis ſpecie *Simoniæ* prohibitæ de iure Divino, aut humano, ultrà ſupradictas pœnas, ſuis locis recenſitas, incurrunt penam infamiæ, ac conſequenter Irregularitatis, poſtquàm de eâ fuerint condemnati, ut ex iure (113) deducunt Doctores; & & ab hâc penâ non poteſt Epiſcopus, ſeu Prælatus Regularis cum ſuis ſubditis diſpenſare, quià hoc eſt de gravioribus criminibus, quorum abſolutio, & in penis diſpenſatio, Summo Pontifici reſervatur, ut docet Sanchez. (114)

Opi-

(98) *Cap. final. de Pact. ubi Gloſſ. in V. Ceſſare. cap. Tua nos de Simon. cap. Quæſitum. de Rer. permutat.*

(99) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. Art. 2. ad 2. Navar. Summ. cap. 23. nu. 106. V. Ad quartum.*

(100) *Extrav. Cum deteſtabile. de Simon. int. commun.*

(101) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. Art. ult. ad 3.*

(102) *Arg. cap. De hoc. V. Regam. de Simon.*

(103) *Sanch. Opuſc. lib. 2. cap. 3. Dub. 114. nu. 2.*

(104) *Navar. Conſil. 99. nu. 1. de Simon.*

(105) *Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Simonia. cap. 2. V. Amplia ut ſecundùm.*

(106) *Arg. cap. Si alicuius de Electio. B. Pij V. Conſt. Cum primum.* §. 8.

(107) *Sanch. loc. prox. cit. nu. 13.*

(108) *Azor. Inſt. moral. Tom. 3. lib. 12. c. 21. in fin. Filliuc. Tract. 45. cap. 13. nu. 26.*

(109) *Extrav. Sanè ne in vinea. de Simon. int. commun.*

(110) *Filliuc. Tract. 45. cap. 13. nu. 11. Bonac. de Simon. quæſt. 7.* §. *4. nu. 11.*

(111) *Alter. Suar. Filliuc. apud Barboſ. ad Extravag. 1. de Simon. n. 2.*

(112) *Text. in cap. Quoniam ſimoniaca. de Simon. & in cap. De Regularibus. eo. tit.*

(113) *Cap. final. 1. quæſt. 3. Gloſſ. in cap. Ex diligenti. in V. Infamia de Simon. Boer. Angel. Menoch. Sanch. Suar. apud Theſaur. de Pæn. Par. 2. V. Simonia. cap. 1. V. Simonia.*

[114] *Sanch. Opuſcul. lib. 2. cap. 3. Dub. 120. nu. 43.*

Digitized by Google

Opinatus eſt autem *Decianus* poſt *Hoſtienſem* (115), quòd, ſi contrà Simoniacos procedatur per viam accuſationis, acriùs puniendi ſint, quàm ſi procedatur per inquiſitionem; ſed tali opinioni refragatur auctoritas cujuſdam *Gloſſæ*, (116) quæ ait, quòd eadem pœna debetur, ſivè agatur per accuſationem, ſivè per inquiſitionem; & hoc confirmatur à conſuetudine, nàm delicta puniuntur pœnâ per leges ſancitâ, nil curando ſi proceſſus ſit per viam inquiſitionis, aut accuſationis: undè conſuetudine approbante ceſſat commune dictum antiquorum Canoniſtarum, quòd cum Reo mitiùs agitur per viam inquiſitionis, quàm accuſationis.

47 Pœnæ committentium crimen confidentiæ Beneficialis ſunt. Primò, quòd proviſiones tales ſint ipſo jure nullæ, & Beneficia taliter recepta intelligantur vacare à die receptionis, & eorum diſpoſitio eſt Sedi Apoſtolicæ reſervata. Secundò, à primâ die receptionis alicuius Beneficii cum tali confidentiâ, ipſi recipientes privati ſunt omnibus aliis Beneficiis, legitimè obtentis, quæ remanent Sedi Apoſtolicæ reſervata; & talium fructus ſuos non faciunt, ſed Cameræ Apoſtolicæ cenſentur devoluti, eique debiti ſunt, & eos in utroque foro reſtituere tenentur. Tertiò, præſumentes recipere Beneficia cum prædictâ confidentiâ, ſi Cardinales, aut Epiſcopi, aut Prælati ſunt, incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ; alii verò Excommunicationem; & tales Cenſuræ incurruntur *ipſo facto*, & ſunt *Papæ* reſervatæ, ut ex Bullis *Pii IV*, & *B. Pii V*, ſupracitatis colligitur. (117)

48 Supradictæ pœnæ ſunt de jure communi, & æquè afficiunt Eccleſiaſticos ſæculares, ac Regulares; ſed ultrà eas habent Regulares alias pœnas, ſancitas per eorum Statuta municipalia, quæ in facti contingentiâ ſunt ab ipſis attendenda. Prò Nobis *Minoribus de Obſervantiâ Regulari, ac Strictiori* exiſtunt ſequentia, expreſſa in Textu, quem illuſtramus.

49 1. *Simoniaci, qui dona dederint, aut promiſerint per ſe, vel per alios, ut gradus, Dignitates, Officia vel in ſui favorem ſententiam conſequantur. Canonicarum pœnarum animadverſione feriantur; atquè in Conſtitutionem de largitione munerum incidiſſe declarandi veniunt.* (118)

50 2. *A Novitiis aliquid, vel minimum recipientes; vel eis ad ſibi, vel Conventui aliquid relinquendum ſuadentes, præter pœnas in Sacro Concilio Tridentino decretas, Superiores privari debent Officio; alij ut proprietarii publicari.* (119)

51 Circà primum Textum, datum ſupra *num.* 49. occurrit prima dubitatio, quid veniat nominæ *gradus*, *Dignitatis, ac Officii*, prò quibus dare munera ſimoniacè prohibemur?

52 Reſpondeo, quòd nomen *gradus*, juxtà *Spiegelium*, & *Prateium* (120) uſurpatur prò *exiſtimatione, ac loco honoris*; & fortè hoc nomen tranſumptivè deducitur vel à *gradibus ſcalarum*, per quos aſcendimus ad ſumma; aut à *gradibus* affinitatis, aut conſanguinitatis juxtà quos in proximiori *gradu* dicitur eſſe, qui communi primo ſtipiti vicinior eſt. (121) Cùm autem in Religione ſummum locum teneat Prælatus aut Generalis, aut Provincialis, aut Localis reſpectivè, qui regimen inferiorum habet, & cui primus honor debetur, nomine *gradus* venit quivis ſtatus inferior, qui tamen majorem exiſtimationem, & locum honoris importat, quò magis ad Prælatum ſupremum in Ordine, Provinciâ, aut Monaſterio, qui eſt quaſi loco primi ſtipitis, vicinus eſt, Major ergò, & major dicetur *gradus* in Religione, qui ratione alicujus muneris magis, ac magis Prælato erit proximior tùm loco, tùm exiſtimatione, tùm auctoritate. Quià verò *Simonia*, ut ſuprà dictum fuit, importat pretium temporale prò re ſpirituali, oportet, quòd *gradus*, qui prohibetur conſequi per dona, importet aliquid ſpirituale ſaltem ordinativè, ut eſt gradus Lectoris Jubilati, aut Emeriti, Concionatoris Clariſſimi, aut Paternitatis Provinciæ, qui aliquo modo ordinantur ad quid ſpirituale, quià importat regimen animarum in abſentiâ Prælati; & vocari poteſt *Perſonatus*.

53 *Dignitas* ut aliàs non ſemel diximus, (122) importat juriſdictionem cum adminiſtratione, ut ſunt omnes Prælaturæ. Officium autem, ut ex *Archidiacono*, firmat *Abbas* (123), eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum ſinè juriſdictione; ut officium Sacriſtæ, Theſaurii, Cuſtodis in Cathedralibus, & apud Nos Officium Lectoris, Concionatoris, Magiſtri Novitiorum, Rectoris Chori &c.

54 Secunda dubitatio eſt, quotupliciter in Ordine contingit ſimoniacè delinquere tribuendo dona prò adeptione graduum, Dignitatum, aut Officiorum, ut præfertur?

55 Reſpondeo, quòd ex parte rei temporalis, quæ intervenit prò adeptione rei ſpiritualis, dupliciter contingit delinquere; puta; tribuendo rem tanquàm donum ad comparandam benevolentiam Electoris, retento in mente fine donationis, qui eſt, ut Elector, obligatus dono, illi conferat ſuffragium ad gradum, Dignitatem &c. poteſt alio modo illud, quod vocatur donum, eſſe verum pretium, & tunc eſt, quandò prætenſor, & Elector paciſcuntur inter ſe, ut unus det pretium, alius det ſuffragium; aut, ſi non tantùm effrontes ſint, ut apertè pacta ineant, prætenſor dicit, *ſi acquiram gradum &c. gratus ero tibi, & tribuam aliquid, de quo non te pœnitebit favorem tuum in me contuliſſe*, & Elector quidèm verbis fingit ſe illud oblatum reſpuere, tamen in facto confert ſuffragium, quo alius conſequitur ſperatum gradum. In primo caſu *Simonia mentalis* tantùm eſt ex parte donantis; nàm ſuam intentionem minimè aperit Electori, quàmvis finis doni ſit adeptio gradus ſperati. In ſecundo caſu eſt vera *Simonia realis*, dum pactum expreſſum, aut implicitum ineunt: expreſſum quidèm, dum ambo viciſsim ſibi ſtipulantur, ille quidèm pretium, alius verò ſuffragium: implicitum autem, dum ſibi factâ oblatione precii palliati ſub nomine gratæ retributionis, Elector non ſtipulatur quidèm verbis collationem ſuffragii, facto tamen eam præſtat, quod perindè eſt ac ſi verbis promiſiſſet. Et ratio eſt, quià Elector, quàmvis verbis non expreſſit ſe conſentire oblationi ſibi factæ, conſenſit tamen animo, quem prodidit facto, conferendo nempè ſuffragium.

56 Ex

(115) *Decian. lib. 5. cap. 86. nu. 3. Hoſtien. Summ. Rubr. de Simonia. nu. 11.*
(116) *Gloß. in cap. Quoniam. in V. Expellatur. de Simon.*
(117) *Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Simonia. cap. 3. per tot.*
(118) *Text. Tit. Applicatio. §. 59.*
(119) *Text Tit. Applicatio. §. 25.*
(120) *Spiegel. Pratei. lexic. iur. V. Gradus.*
(121) *arg. l. 1. cum ſeqq. ff. de Grad. & affin.*
(122) *Par. 1. Tit. Quid. nu. 82. & Tit. Quales. nu. 34.*
(123) *Abb. in Clement. Diſpendioſam. num. 3. de Iudic. Archidiac. in cap. 1. de Conſuet. in 6.*

Digitized by Google

56 Ex parte verò obiecti, nempè rei ſpiritualis, quæ prætenditur, multiplex poteſt eſſe modus taliter delinquendi. Primò, quandò Electores ſibi mutuò ſuffragium paciſcuntur prò Prælaturâ, aut Officio, ut ſi dicant *dà mihi ſuffragium tuum ad me eligendum in Provincialem, & ego dabo tibi ſuffragium meum, ut ſis Guardianus talis Conventus, aut Diffinitor, Cuſtos &c.* Secundò, quandò proxeneta aliquis procurat prò alio ſuffragium ab Electore, promittendo illi Prælaturam, aut Officium, dicendo, *ſi dabis ſuffragium prò Cajo ad Provincialatum, eris Guardianus aut Diffinitor &c.* Tertiò, ſi quis pretio ſollicitatur, nè det ſuffragium *Cajo*, qui eſt perſona digna, & ille pretio accepto ſuffragium ſuum *Cajo* non dat. Quartò, ſi factâ electione, nondùm autem confirmato electo, daretur pecunia ei, (qui aut juſtè, aut iniuſtè vellet electionem factam impugnare) ut deſiſtat à tali impugnatione; quià per confirmationem completur electio, redimere autem vexationem (ſivè juſtam, ſivè iniuſtam) dato pretio, & nondùm adeptâ poſſeſſione Beneficii, aut Officii, *Simonia* eſt, ut communiter tenent Doctores. (124) Quintò, ſi Provincialis Superiori Locali reperto in delicto, prò quo incurrit privationem Officii, dicat, *poſſum te iuridicè privare Officio, ſi tamen dederis in proximo futuro Capitulo ſuffragium tuum ad nutum meum, non te inquietabo*, & Superior Localis hoc ſpondeat, & facto exequatur. Sextò, ſi Provincialis ſuſpenſum juſtè, & ad normam Statutorum Prælatum Localem ad proprium Conventum dimiſerit ſublatâ ſuſpenſione per acceptam pecuniam, aut aliud donum. Septimò, Si quis aſpirans ad Provincialatum, daret pecuniam Judici, ut antè Capitulum non proferret ſententiam (quæ deberet eſſe abſolutoria) in Causâ actitatâ contrà alium, qui, ſi interveniret in Capitulo, ipſum impediret in Provincialatu acquirendo. Octavò, Si daretur pecunia, ut quis deſtinaretur ad concionandum in tali pulpito; ſivè, ut eſſet Confeſſarius Monialium; aut conſequeretur quodvis aliud Officium, quod aut concerneret purum miniſterium ſpirituale, aut hoc eſſet mixtum, & adnexum cum miniſterio temporali. Omnia ſupradicta, & his ſimilia eſſent ſimoniacè comparata, & locum facerent pœnæ Statutariæ, ut probat *Sanctorus*. (124)

57 Tertia dubitatio eſt, quomodò incurratur *Simonia* juxtà Statutum, ſi dentur munera ad obtinendam ſententram ad proprium favorem?

58 Reſpondeo, quòd, ut habetur ex jure (126) utroque, ſententia ſivè juxta, ſivè iniuſta vendi non poteſt, & ſi vendatur, *Simonia* committitur, maximè ſi ſententia eſt de ſpiritualibus, ut ex *D. Antonino* probat *Decianus* (127). Si ergò aliquis donum, aut pecuniam det Judici, ut in favorem ſui ſententiam proferat, totaliter abſolvendo, aut minorem debito pœnam ſubeat, *Simonia* committitur.

59 Quarta dubitatio circà eundem primum Textum eſt, quæ nam ſint pœnæ Canonicæ, de quibus loquitur Textus ipſe?

60 Reſpondeo, quòd ſunt pœnæ, quæ per ſacros Canones, & Bullas Pontificias, (quæ etiam ipſæ leges Canonicæ ſunt, quàmvis extrà corpus juris Canonici reperiantur, ut proindè Extravagantes dicantur) contrà ſimoniacos latæ ſunt, de quibus ſuprà egimus. Sunt etiam pœnæ, quæ per dictos Canones feruntur contrà Religioſos proprietarios; ſunt etiam pœnæ, me Judice, quæ latæ ſunt contra contrectantes pecuniam, caſu, quo Simonia commiſſa eſſet per numeratam pecuniam. Ratio eſt, quià Religioſus emendo per dona, aut denarios quid ſpirituale, non peccat ſimplici delicto *Simoniæ*, ſed etiam proprietatis, quod eſt delictum ſeparatum, & ſpecie diſtinctum à *Simoniâ*, quæ per tale crimen magìs aggravatur: proprietatis autem actum exercet, dum emit pretio ſpirituale. Inſuper, cùm abuſus numeratæ pecuniæ apud Nos *Minores* ſit crimen ſeparatum à proprietate ut aliàs (128) probavimus, qui denariis uteretur ad mercandum ſpirituale, criminibus *Simoniæ*, ac proprietatis aliud delictum, nempè abuſum pecuniæ adderet, prò quo alius gradus pœnæ ſibi eſſet iniungendus.

61 Quinta dubitatio circà ſecundum Textum, datum ſuprà *num.* 50. eſt, quomodò intelligi debeat prohibitio recipiendi aliquid, vel minimum à Novitiis?

62 Reſpondeo primò, quòd, ſi Novitius ſpontè, liberaliter, ac per modum puræ eleemoſinæ velit aliquid Religioſo particulari Prælato, aut Subdito, aut Provinciæ, aut Conventui largiri, nec aliud obſit, (puta, quòd res donata ſit Religioſo incompetens, aut Provincia, vel Conventus non ſint in neceſſitate præſenti, aut imminenti) poteſt illud tale recipi juxtà declarationem *Clementis V.* (129) & in hoc ſenſu non loquitur Textus.

63 Reſpondeo ſecundò, quòd prohibitio iſtius Textus cohærenter ſe habet ad diſpoſitionem Regulæ, (130) in quâ habetur, nè *Fratres ſolliciti ſint de rebus temporalibus* ingredientium Ordinem noſtrum. Porrò ſollicitare, aut eſſe ſollicitum ſignificat aliquem allicere, inſtare, anxium, aut moleſtum eſſe (131), ut alius aliquid præſtet; & hoc modo delinquunt Fratres, qui Novitio aut verbis, aut nutibus implicitè, aut explicitè ſuadent, ut ſibi, aut alteri, aut Provinciæ, aut Conventui de ſuis bonis relinquat, & de hoc aliàs (132) locuti ſumus.

64 Reſpondeo tertiò, quòd receptio de bonis Novitii poteſt etiam eſſe ſimoniaca, & tunc eſt, quandò ex pacto aut tacito, aut expreſſo, prò acceptatione ad Ordinem, ſivè receptione ad habitum, aut profeſſionem; ſivè prò acceleratione ad induendum habitum aliquid vel minimum recipitur, ut ex jure (133) Doctores communiter deducunt. Hic verò notandum, quòd, prout tradit *Marchantius* (134), tripliciter contingit aliquid dari, aut recipi in receptione ad habitum, ſivè ad profeſſionem. Primò, prò victu, ac veſtitu, ac aliis neceſſariis perſonæ illius, qui Religionem intrat. Secundò, prò prandio, ac nonnullis præſtationibus, quæ ad ſolemnitatem, vel quandam conſuetudinem tribuun-

(124) *arg. cap. Dilectus. il 1. iunct. gloſſ. in V. Accepit. de ſimon. D. Antonin. Summ. Par. 2. Tit. 1. cap. 5. §. 21. col. 2. init. Decian. lib. 5. cap. 84. nu. 10.*

(125) *Sanctor. de Pæn. cap. 15. Quæſt. 8. & 9. à fol. 143. ad 154.*

(126) *cap. final. iunct. Gloſſ. in V. Venditionem. de Purga. Canon. cap. Cum ab omni & ibi Gloſſ. final de Vit. & honeſtat. Cler. l. Venales. C. Quando prov. c. non eſt neceſs.*

(127) *D. Antonin. Summ. Par. 2. Tit. 1. cap. 5. §. 17. V. Nota 4. Decian. lib. 5. cap. 79. num. 16.*

(128) *Tit. 3. §. Pecunia contrect.*

(129) *Clement. Exivi. §. Cum verò. de Verb. ſign.*

(130) *Regul. Minor. cap. 2.*

(131) *arg. l. 11. §. Quamvis. l. 14. §. Aeſtimatio ff. de Serv. corrupt. l. Moribus §. 2. in fin. ff. de Vulgar. Subſtit. l. Julianus. l. a 2. ff. de Rei vindic.*

(132) *Tit. 5. §. Suaſio mala. nu. 20.*

(133) *cap. Quam pio. cap. Nullus Abbas. 1. q. 2. cap. Cum in Eccleſia. cap. Venientes. de Regul. Quoniam. de Simon. D. Tho. Sylveſt. Soto Navar. apud Sancto. Comment. cap. 2. Stat. 22. Quæſt. 4*

(134) *Marchant. Tribun. ſacram. t. 3. P. 1. Tr. 10. Tit. 6. Quæſt. 10.*

Digitized by Google

tribuuntur Religioſis particularibus ; aut Conventui. Tertiò; prò ipſo ingreſſu, ſivè gratiâ, quæ præſtatur in acceptatione ad Ordinem; vel receptione ad habitum; vel in admiſſione ad profeſſionem; vel in acceleratione veſtitionis habitus, ut nempè, qui poſteriùs alio acceptatus ad Ordinem eſt, admittatur ad habitum priùs illis, qui antè eum acceptati ſunt. Addo etiam quartum modum, quandò nempè purè eleemoſynaliter, & liberè (quàmvis occaſione receptionis ad habitum, aut profeſſionem) aliquid datur, aut recipitur.

65 Jàm ſuprà dictum eſt, quòd merè eleemoſynaliter, & liberè datum ab ingrediente Religionem, poteſt recipi à Fratribus; ratio eſt, quià, ſicut poſſunt tanquàm pauperes recipere eleemoſynam ab aliis, ità poſſunt recipere ab iſto, de quo nulla eſt contraria ratio. Et notandum, quòd, quàmvis talis eleemoſyna fiat occaſione veſtitionis, aut profeſſionis, non tamen fit contemplatione horum, nec iſta ſunt cauſa finalis illius largitionis, quià ſupponitur eleemoſyna liberè facta; hoc eſt ſpoliata omni alio fine, quàm charitatis, aut miſericordiæ in pauperes. Quòd, ſi tribuens daret, ad hoc, quòd Fratres tolerarent æquiori animo ſuos defectus, aut ignorantiam, aut inhabilitatem in Novitiatu, & ſibi ſuo tempore vota favorabilia ad profeſſionem conferrent, eſſet *Simonia mentalis* in eo, ut Doctores communiter tradunt; nàm per talia dona ille intenderet permanentiam in Religione, (quod eſt quid ſpirituale) mercari.

66 Quò ad primum igitur modum ex aſſignatis à *Marcantio* dicitur, quòd in Religionibus in commune poſſidentibus, ſi Monaſterium ſit in paupertate, licitè recipiuntur ea, quæ neceſſaria ſunt ad victum, veſtitum, & alia neceſſaria ad illius, qui intrat, ſuſtentationem, & ſuper his licita eſt pactio. Ratio eſt, quià Clemens VII. (135) declaravit *Religioſas, quæ ſub curâ Fratrum Minorum degunt, nullam incurrere Simoniam ex pactionibus, & conventionibus, quas faciunt in receptione intrantium Ordinem ipſarum ſuper dotibus recipiendarum prò congruenti, & ſufficienti ſuſtentatione earum*. Par autem eſt ratio, ait *Marcantius* (136) de viris, ac prò mulieribus, ſi igitur *Simonia* non eſt ab iſtis, quæ monachantur, aliquid paciſci, & recipere prò ipſarum ſuſtentatione; idem erit de viris, attento quòd id, quod recipitur, non eſt prò ingreſſu Religionis, quod ematur, ſed prò purâ, & merâ intrantis ſuſtentatione. Si autem Monaſterium in paupertate non eſt, ſed habet commoda, & reditus, quibus poteſt ſuſtentare intrantem, peccatum avaritiæ ſaltem eſt, juxtà *Navarrum*, (137) aliquid recipere ab eo ſub colore congruæ ſuſtentationis; & ego addo, quòd ut in pluribus palliata *Simonia* eſt. Ratio eſt, quià illud, quod ex pacto exigitur, (cùm Monaſterium alere poſſit intrantem, & ſuppono) non exigitur, ut quid neceſſarium ad ſui ſuſtentationem; ergò exigitur aut ad augendos reditus Monaſterii, & ſic ſapit thæſaurizationem, ac avaritiam; aut præciſè eſt, ut illo emat ſtatum Religionis, & ſic erit *Simonia* palliata nomine congruæ ſuſtentationis, dum illud, quod datur, eſt verum pretium ingreſſus in Ordinem, quàmvis velatum colore neceſſariæ ſuſtentationis. Et hoc experientiâ teſte, ut in pluribus verificatur, nàm, quàmvis tales exactiones fiant apud quaſdam Religiones, non videmus, quòd in divitiis creſcant, imò ſenſim, & quotidiè depauperantur; & hoc eſt argumentum, quòd tales exactiones non cedunt ad profectum Monaſterii, & ſic hoc non eſt peccatum avaritiæ; ſed in burſam Prælatorum vadunt, qui ob tales exactiones vendunt ingreſſum in Religionem, & ſic peccant *Simonia palliatâ*.

67 Quid autem dicemus de Religionibus verè Mendicantibus, ut eſt Religio *Minorum de Obſervantiâ utrâque*, ac *Capucinorum*, licebit nè illis ſub nomine congruæ ſuſtentationis paciſci, & recipere aliquid ab intrante? Reſpondetur nagativè. Ratio eſt, quià Religiones iſtæ non habent reditus, ex quibus ſuſtentari debeant Religioſi, qui juxtà Regulam (138) debent vivere aut de proprio laboritio, aut de eleemoſynis; ſequitur igitur, quòd, qui talem Regulam profitentur, non poſſunt, aut cogi ſibi ſpontè providere de neceſſariis ad ſuſtentationem, Dominus enim, juxtà promiſſionem factam *S. P. Franciſco* ipſius proviſor eſt. Dicebat *Seraphicus Patriarcha*, quòd inter ſuam Religionem, & Mundum initus erat contractus, quo facta erat ſtipulatio, quòd Religio obligabatur inſtruere, & ædificare Mundum bono exemplo ſuorum Religioſorum; Mundus vice verſâ obligabatur alere, ac ſuſtentare Fratres ſuos. Undè, ſi iſti ex parte ſuâ non reſcindent contractum, ſcandaloſè vivendo, Mundus etiam pactum ſuum ſervabit ſubminiſtrando Fratribus neceſſaria ad vitam. Hoc idem habet Nicolaus III. (139) ajens, quòd *nunquàm deficiet fides Eccleſiæ, & per conſequens nec opera miſericordiæ ſubtrahentur*, quibus ſuſtententur pauperes *Fratres Minores*.

68 Quòd, ſi frigeſcente charitate, non invenirent Fratres neceſſaria ad victum, poſſent, ut optimè docet *Abbas*, (140) Epiſcopi, ad quos primò recurrere deberent Fratres, compellere tùm Clericos, tùm Laicos, & ut de ſuis Beneficiis, bonis eleemoſynam congruam illis facerent, & ratio eſt, quià, cùm eſſent, ut ſuppono, Fratres in extremâ neceſſitate, eleemoſyna tali caſu caderet ſub præcepto, (141) & ad hoc ſervandum poteſt Epiſcopus, compellere per Cenſuras; quod etiam ex jure Civili videtur deducere *Baldus*. (142) Et ſi hoc minimè proficeret, quià fortè nollent Epiſcopi ad talem compulſionem, ut potè inuſitatam, devenire; debent Fratres obſequi Decreto *Tridentini*, (143) jubentis, ut in Monaſteriis *is tantùm numerus Religioſorum conſervetur, qui vel ex propriis reditibus Monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari*; & ſic abſtinere à receptione Novitiorum. Tandèmque, ſi nequè hoc poſſet prodeſſe, quià urgeret actualis neceſſitas, ſervare deberent præceptum Regulæ, (144) jubentis *Ubicunque* (Fratres) *non fuerint recepti, fugiant in aliam terram ad faciendam pœnitentiam cum benedictione Dei*, par autem ratio eſt, quòd non ſint recepti, ac poſt receptionem non habeant alimenta, ad vitam neceſſaria, proindè deberent aliò migrare, nunquàm tamen illis licet ab ingrediente Ordinem eorum aliquid ex pacto, aut

con-

(135) *Serb. Compend. Privil. V. Moniales. nu. 16. & 31.*
(136) *Marcant. loc. cit. Concl. 1. in fin.*
(137) *Navar. lib. de Redit. Eccleſ. Q. 1. Monit. 62.*

(138) *Reg. Minor. cap. 5.*
(139) *text. in cap. Exiui. §. Profectò de Verb. ſign.*
(140) *Abb. in cap. Placuit. nu. 8. & 9. de Empt. & vendit.*
(141) *arg. cap. Sicut ubi Gloſſ. in V. Commune. & in V. Eſurientium. 47. Diſt.*
(142) *Bald. in l. 1. C. de Epi. audi.*
(143) *Trident. Seſſ. 25. cap. 3. de Reform. Regular.*
(144) *Regul. Minor. cap.*

Digitized by Google

converſione recipere ſub prætextu propriæ ſuſtentationis.

69 Quò ad ſecundum modum ex aſſignatis à *Marchantio* ſuprà *num. 64.*, dico cum eodem, (145) quòd in profeſſionibus licet liberaliter aliqua honeſta convivia in gratiam ſolemnitatis facere, imò & aliqua munera Religioſis offerre, modò exceſſiva non ſint, & in pactum, vel obligationem non tranſeant, ſecundùm conſuetudinem Patriæ. Ratio eſt, quià hujuſmodi ſunt tantùm ſigna honeſtæ lætitiæ, quâ Amici ſibi invicem, & Religioni gratulantur; & cùm ſuper his nullum pactum interveniat, cenſenda ſunt dona liberaliter facta. Quòd, ſi contrà hoc objiciatur *Extravagans Urbani IV.* (146), in quâ prohibetur fieri talia prandia, ſeu Cœnas &c.; reſpondet *Marchantius*, quòd illa intelligenda eſt de exceſſivis conviviis, ac muneribus, quæ ex conventione, ac pacto fiunt. Et re verâ Extravagans illa habet, quòd talia prandia &c. intrantes Religionem *tribuere compelluntur*. Non autem loquitur de illis, quæ liberè fiunt. Quòd, ſi illa aut ex pacto, conventione, aut Religioſorum prætenſione cogeretur ingrediens, aut profitens præſtare, quamtùmvis prandia, ac dona eſſent frugalia, tamen *Simonia* committeretur. Ratio eſt, quià illa nullo alio titulo exigerentur, nec poſſent exigi, niſi titulo Status Religioſi, quod ſimoniacum eſt, nec ſalvaret tenuitas doni, quià parvitas matariæ, ſi deducatur in pactum, non ſalvat à *Simoniâ*, prout oſtendimus ſuprà *num.* 10.

70 Quò ad tertium modum, dicitur, quòd recipiendo ex pacto, aut conventione aliquid ex bonis intrantis in Religionem prò receptione ad Ordinem; *ſivè prò* admiſſione ad habitum; ſivè prò emiſſione profeſſionis; ſivè prò prælatione ad habitum antè alios, qui fuerunt antecedenter acceptati; ſivè prò imponendo caputium (quod eſt forma habitus Minoritici ſimul cum chordâ) antè alios, qui ſimul induuntur; in omnibus, inquam, ac ſingulis horum actuum committitur *Simonia*. Ratio eſt, quià omnia, ac ſingula ſunt ordinata ad ſtatum Religioſum, prò quo quodvis temporale ex pacto acceptum, vel datum infert *Simoniam* prohibitam de jure Divino, ac Eccleſiaſtico juxtà Canones, citatos ſuprà *num. 64.*

71 Ultima dubitatio eſt, quænam ſit pœna lata in Concilio *Tridentino* contrà recipientes aliquid ex bonis Novitii?

72 Reſpondetur, quòd eſt pœna anathematis ferendæ ſententiæ, ut deducitur ex ipſius Textu (147), qui tamen videtur loqui de omnibus, aut majori parte bonorum Novitii, nè hoc impediat ejus libertatem, ſi vellet ad ſeculum reverti. Sed quià in noſtro Textu prohibemur recipere à Novitio *aliquid vel minimum*, patet, quòd talis pœna debetur, in omni, ac quocunque caſu aliquid recipiatur, & hoc non ex diſpoſitione Concilii, ſed Statuti, quod non contentum tali pœnâ, latâ, quandò recipitur magna pars bonorum Novitii, eam extendit ad recipientes partem etiam minimam. Tandèmque adverto, quòd hæc pœna incurritur, licèt id, quod recipitur, non fuerit receptum ex pacto: quià, ſi ex pacto eſſet, incurreretur *Simonia*, prò quâ deberentur pœnæ, de quibus ſuprà *num.* 45.

(145) *Marcant. Tom. 3. Par. 1. Tr. 10. Tit. 6. Q. 10. Concl. 6.*
(146) *Extravag. Sanè ne in vinea. de Simon. int. commun.*
(147) *Trident. Seſſ. 25. cap. 16. de Refor. Regular.*

TIT.

# TITVLVS NONVS

## Miſcellaneus.

### § I. Ieiuniorum Violatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Diffinitio criminis violationis Ieiunij.*
*Omne peccatum mortale de iure Canonico crimen publicum eſt.*
2 *Ieiunium triplex eſt.*
*Ieiunium naturale, & virtuoſum, quid ſit.*
*Ieiunij Eccleſiaſtici Diffinitio.*
3 *Ieiunium dupliciter poteſt violari, & quomodò.*
4 *Ieiunium in ſui quidditate non importat abſtinentiam à carnibus.*
*Abſtinentia à carnibus, & ieiunium ſunt duo præcepta, de facto ſeparabilia.*
*Diſpenſatus ab abſtinentiâ non eſt diſpenſatus à ieiunio.*
*Diſpenſatio eſt ſtricti iuris.*
*Diſpenſatio non extenditur ad caſum ſeparabilẽ.*
5 *Violatio ieiunij, & violatio abſtinentiæ a carnibus differunt ſpecie.*
6 *Violatio abſtinentiæ gravior eſt, quàm ieiunij.*
*Inquiſitor poteſt procedere contrà veſcentem carnibus tempore prohibito.*
7 *Non delinquit frangens ieiuniũ ex cauſâ legitimâ.*

1 I*Eiunij violatio eſt crimen, quo Eccleſiaſticum ieiunium in ciborum qualitate, aut quantitate abſque legitimâ cauſâ ſcienter violatur.* Dixi *crimen*, cùm enim *ieiunium* ſtatutis ab Eccleſiâ temporibus cadat ſub præcepto, obligante ad mortale; eius violatio culpam mortalem inducit. In iure autem Canonico omne peccatum mortale crimen publicum eſt, ut aliàs (1) diximus; proindè etiam *violatio ieiunij* crimen evadit, de quo poteſt Reus criminaliter accuſari, & conſequenter puniri.

2 Dixi *Eccleſiaſticum ieiunium*, ad differentiam *ieiunij* naturalis, & virtuoſi. Ut enim optimè tradit *Marchantius* (2) Triplex eſt *ieiunium*, nempè *naturale*, nempè abſtinentia à cibo, & potu integro die naturali, quocunque fine, aut cauſâ fiat: *virtuoſum*, quod eſt actus temperantiæ, quo per ſubtractionem cibi, & potus, delectationes guſtus, & ſenſuum quis refrænare contendit: & *Eccleſiaſticum*, quod eſt religioſa obſervantia abſtinentiæ à cibo, & certâ qualitate ciborum, deſignato tempore ad Deum colendum, & ad mortificationem carnis propter Deum, ab Eccleſiâ ordinata.

3 Dixi *in ciborum qualitate, aut quantitate*, nàm dupliciter poteſt violari *ieiunium*; uno modo comedendo in diebus prohibitis carnem, aut ea, quæ trahunt ſementinam Originem à carne; alio modo comedendo pluriès in eâdem die; primo quidèm modo violatur *ieiunium* in qualitate; alio autem in quantitate ciborum.

4 Advertendum autem, quòd quò ad tempus ieiunandi, ut potè in Quadrageſimâ, duo videntur urgere Eccleſiaſtica præcepta, unum quidèm abſtinentiæ à carnibus &c. aliud autem *ieiunij* circà quantitatem comeſtionum: quàmvis enim *ieiunium* in ſui quidditate videatur, iuxtà communem Doctorum ſententiam, importare abſtinentiam à carnibus, tamen non ità eſt, quià duo ſunt præcepta diſtinctâ; quod patet ex hoc, quod in diebus Dominicis iuxtà Canones (3) non eſt ſervandum *ieiunium*; & tamen in Dominicis quadrageſimæ, ceſſante obligatione *ieiunij*, durat abſtinentia à carnibus, & in diebus Veneris, & Sabbathi per annum præcipitur abſtinentia, non præcepto ieiunio. Verum eſt, quòd Eccleſiâ præſcribente *ieiunium*, præcipitur ſimul etiam abſtinentia; non tamen ſequitur, quòd relaxatâ obligatione *ieiunij*, relaxetur pariter obligatio ad abſtinentiam; nec vice verſâ diſpenſatâ abſtinentiâ diſpenſatum maneat ieiunium. Ratio eſt, quià de facto hæc duo præcepta ſeparantur, nàm Eccleſia diſpenſat cum laborientibus, itinerantibuſque, ſuper *ieiunio*; non tamen diſpenſat cum illis ſuper abſtinentiâ, ut patet; diſpenſat pariter ſuper abſtinentiâ, ut cum illis regionibus, quibus concedit in Quadrageſimâ uſum butyri, lactis, ovorum, & caſei, non tamen cum illis diſpenſat ſuper *ieiunio*, undè ſequitur, quòd ſi quis cauſâ infirmitatis diſpenſetur ſuper abſtinentiâ, non tamen diſpenſetur in *ieiunio*, ſi infirmitas non requirit, quod etiam ſuper hoc æger diſpenſetur. Et ex his ſolvitur illa quæſtio, an diſpenſatus ad comedendas carnes, aut ova &c. ob catharrum ſalſum &c. cùm ſit alioquin fortis viribus, ac ſanus, obligatus maneat ad *ieiunium*, nempè unicam comeſtionem in die; & reſpondendum eſt affirmativè; ratio eſt, quià intentio Eccleſiæ eſt, ut fideles mortificent per pœnitentiam carnem ſuam, eos ad hoc duplex præceptum, nempè *ieiunij*, & abſtinentiæ obligando. Ex cauſâ autem diſpenſat ſuper his: ſed diſpenſatio eſt ſtricti iuris, quià odioſa eſt [4], cùm deviet à diſpoſitione iuris communis: undè non eſt extendenda ad caſum ſeparabilem, ut docet *Abbas*. (5) Cùm igitur ſeparabilia ſint abſtinentia, & *ieiunium*, ſequitur, quòd diſpenſatâ abſtinentiâ non ſit diſpenſatum *ieiunium*; quià, quàmvis æger non poſſit ſervare abſtinentiam, poteſt tamen ſervare *ieiunium*, & diſpenſatio, cadens ſuper illa, non poteſt ad *ieiunium* extendi: Scio quoſdam Doctores [6] aliter ſentire, ſed ex dato fundamento, quod mihi videtur indubitatum, aliter eſt tenendum.



(1) *Par. p. Tit. Denunciatio. nu. 11. in fin.*
(2) *Marchant. Tribun. Sacram. Tom. 2. Tract. 12. Tit. 3. Quæſt. 1.*

[3] *Cap. Si quis tanquam 30. Diſt cap. Si quis Presbyter. ea. diſt. cap. Ne quis cap. ieiunium. de Conſecr. Diſt. 3.*
(4) *arg. cap. Dilectus filius ubi Abb. nu. 1. de Conceſſ. præb. cap. Cum dilecti. ubi id. Abb. nu. 6. de Dolo & contum.*
(5) *Abb. in Clement. Vt bi qui nu. 13. de Ætat. & qualit.*
(6) *Maſtr. Theol. Moral. Diſp. 12. Quæſt. 1. art. 1. nu. 6. & ibi Azorius Medina Henriquez Filliucius Toletus Diana & Tamburin.*

5 Ex hac porrò Doctrinâ infertur, quòd duplici modo violari poteſt *ieiunium*, putà violando abſtinentiam à carnibus, tempore *ieiunij* indictam; & violando *ieiunium* formale, nempè unicam comeſtionem in die naturali, & hæc duo peccata ſpecie diſtinguuntur. Nàm pluriès in eodem die prohibitâ comedens carnes, tot peccata committit, quot ſunt comeſtiones, ut communis eſt ſententia Doctorum; cùm tamen pluriès comedens in die ieiunij unum tantùm committit peccatum; & cum peccatum non poſſit eſſe unum, & multiplex, convincitur duo eſſe peccata, violationem abſtinentiæ, & violationem ieiunij; & ſic duplici præcepto opponi, ſed quià, ut dicebam, præceptum de abſtinentiâ iniungitur ſimul cum præcepto *ieiunij*, ideò in communi acceptione, nomine *ieiunij* venit etiam abſtinentia; undè dicitur, quòd *ieiunium* poteſt dupliciter violari, nempè in *qualitate* ciborum, (& tunc propriè violatur abſtinentia) aut in *quantitate*, pluriès in eodem die comedendo. Iſti autem duo modi, Me iudice, ſpecificè diſtinguuntur, quod convincitur ex hoc, quià, ſi quis comederet carnes in Quadrageſimâ, poſſet in confeſſione ſe accuſare, dicendo ſe fregiſſe *ieiunium* non exprimendo comeſtionem carnis, quod falſum eſt. Si ergò tenetur ad ſpecificandum, quòd carnes comederit, ſignum eſt, quòd talis comeſtio ſpecie diſtinguitur à fractione *ieiunij*, in quantitate numericâ comeſtionum.

6 Horum duorum modorum violandi *ieiunium* gravior communiter cenſetur violatio abſtinentiæ, quæ etiam in foro fori publicè vindicatur, cùm tamen violatio *ieiunij* in quantitate comeſtionum non ſoleat publicè puniri. Undè Prælati Eccleſiarum ſolent prohibere cauponibus, ſtabularijs &c. nè temporibus vetitis apponant hoſpitibus, ad ſe divertentibus carnes, &c. niſi oſtendant ſe habere diſpenſationem debitam; cùm tamen non prohibeant, nè illis pluriès in eodem die cibos conceſſos miniſtrent: ex quo præcepto convincitur, quòd Eccleſia magìs curat de præcepto abſtinentiæ, quàm *ieiunij*; & proindè gravior evadat violatio illius, quàm iſtius. Ratio autem maioris huius gravitatis deſumitur ab hoc, ut puto, quòd talis violatio ſymbolizat cum Infidelibus. Quià apud Nationes Infideles, ut *Turcas, Iudæos, Hæreticos &c.* ſervatur aliquandò *ieiunium*, non tamen cum abſtinentiâ: nàm comedunt quidèm ſemel tantùm in die, tamen à carnibus non abſtinent. Si ergò Chriſtianus tempore *ieiunij* carnes comedat, videtur cum Infidelibus ſentire; & maximè cum *Hæreticis Lutheranis*, ac *Calviniſtis*; & communiter, ſi quis videt alium in die Veneris, aut Sabbathi comedentem carnes, illum ſugillat nomine hæretici. Cenſeo proindè, quòd, ſi aliquis conſuetus eſſet in diebus prohibitis, carnibus abſquè legitimâ cauſâ, veſci, poſſet contrà hunc Inquiſitor procedere, tanquàm ſuſpectum de fide: & hoc maximè ſi alia adminicula concurrerent. Ratio eſt, quià non ſolis verbis, ſed etiam puris factis proditur animus hæreticus: ut proindè contrahens matrimonium cum perſonâ hæreticâ: fautor, receptator, aut defenſor Hæreticorum &c. eſt ſuſpectus de hæreſi, ut multis probat *Bordonus* (7) quàmvis nullam hæreſim ore profeſſus ſit, aut manifeſtàverit. Cùm igitur comedens indifferenter carnes in diebus vetitis, opera faciat, quæ faciunt hæretici (qui circà hæc habent falſam fidem contrà Eccleſiam Catholicam, negantque ipſi facultatem precipiendi abſtinentiam à carne ſtatutis diebus) videtur cum ipſis circà hoc ſaltem ſentire; proindè de illius fide poſſunt inquirere Inquiſitores, ac eum de eſu carnium punire, ut experimento vidi nonnullos de hoc à S. Officio caſtigatos publicâ penâ; ad valuas Eccleſiæ in die Feſto illos ſtare cogendo cum candelâ accenſâ in manibus, & epigraphe, pendente à collo, exprimente delictum, nempè comeſtiones carnium in diebus vetitis.

7 Dixi, *abſquè legitimâ cauſâ ſcienter*, quià, ſi adeſt cauſa legitima non ieiunandi, aut non ſervandæ abſtinentiæ; aut ſi quis ex ignorantiâ, aut inadvertentiâ, quæ ignorantiæ comparatur, frangit ieiunium in qualitate, aut quantitate, minimè delinquit, quià dolus abeſt, ſinè quò ex vulgatis crimen non datur.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

8 *Quatuor conditiones probandæ in crimine violationis abſtinentiæ.*

9 *Conditio temporis eſt primò probanda, quòd nempè erat tempus prohibitum eſus carnium.*

10 *Probandus eſt dolus, & quomodò.*

11 *Sanitas in violante ieiunium, quomodò probanda, ità ut faciat præſumere crimen.*

12 *Quatuor eadem cum ſupradictis requiruntur ad probandam violationem ieiunij.*

8 Circà probationem huius criminis, advertendum, quòd aut loquimur di violatione abſtinentiæ, ſivè *ieiunij* in qualitate; aut de violatione *ieiunij* formaliter, nempè in quantitate. Quò ad primum, quatuor ab accuſatore, ſeù Fiſco probanda ſunt. Unum eſt, quòd Reus carnes comederit tali die: ſecundum eſt, quòd talis dies eſſet *ieiunij*: tertium eſt, quòd ſciens, & volens comederit: & quartum eſt, quòd abſquè legitimâ cauſâ hoc fecit. Ratio horum eſt, quià iſta quatuor ſimul requiruntur, & tria ultima ſunt tanquàm conditiones neceſſariæ ad inducendum crimen hoc, ac unâ earum ceſſante, quantùmvis aliæ interveniant, ceſſat delictum, ut patet.

9 Quò ad probationem primæ conditionis, ſivè circumſtantiæ, patet neceſſitas eius probationis ex hoc, quòd tempus vetitum, putà, *ieiunii* formalizat quidditativè delictum comeſtionis carnium: hæc ſiquidèm ſecundùm ſe permittitur, iuxtà directionem, datam à Deo hominibus, poſt diluvium, quibus dixit, *Omne, quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum* (8). At redditur delictum ex hoc, quòd Eccleſia illam vetat temporibus, ab eâ ſtatutis: ut igitur delictum maneat probatum, oportet, quòd probetur conditio temporis prohibiti, ex quâ comeſtio, aliàs licita, delictum evadit.

10 Secunda conditio probanda pariter eſt ab accuſatore: ratio eſt, quià nunquàm probatum remanet delictum, niſi probetur, malo dolo fuiſſe commiſſum, & dolus nunquàm præſumitur, niſi in factis, quæ de ſe mala ſunt, ut aliàs (9) docuimus. Cùm igitur carnium comeſtio de ſe mala non ſit, ut ſuprà dictum eſt, ſequitur, quòd in eâ dolus malus probandus eſt. Et quomodò probabitur? præſumptionibus quidèm, ut

loco

(7) *Bordonus Sacr. Tribunal. cap.* 10. *num.* 51. 72. 81. & 84.

(8) *Geneſ. cap.* 9. *ỹ.* 4.

(9) *Par.* 1. *Tit. Patronus, nu.* 89.

loco proximè citato Parte primâ diximus. Sed validiſſima erit probatio, ſi probabitur, Reum fuiſſe commonitum, dùm incæpit comedere, quòd dies illa erat dies *ieiunij*, nec tamen ille deſtitit à comeſtione; quo facto probatum remanet, ſe ſcientem, & volentem comediſſe, & proindè malo dolo.

11 Tertia conditio faciliter probatur ex hoc, quòd Reus erat ſanus, ut apparebat ex aſpectu corporis, deambulationis, ac aliorum operum, quæ ſoli homines ſani facere ſolent. Et quàmvis talis probatio non ſit plena, (cùm aliquandò dentur infirmitates occultæ, quæ ex ſolo aſpectu exteriori non apparent) ſufficiens autem eſt ad præſumendum de ſanitate: & transferendum in Reum onus probandi, ſe habuiſſe cauſam legitimam talis comeſtionis, & fuiſſe ſuper eâ ab habente facultatem diſpenſatum.

12 Quantùm ad probationem violationis *ieiunij*, circà quantitatem, ſupradicta quatuor ibidem probanda ſunt per Teſtes, & circà hoc non eſt ampliùs immorandum: attento maximè, quòd in foro fori hoc delictum non ſoleat vindicari, ut dictum eſt.

## Pœnæ.

*S V M M A R I U M.*

13 *Quadrageſima ſervata eſt in Eccleſiâ à tempore Apoſtolorum.*
*Quadrageſima dicitur eſſe de iure Divino.*
*Pœnæ Canonicæ violantium Quadrageſimam, de iure novo ſunt abolitæ, & arbitrio Iudicis commiſſæ.*
14 *Probatur ex Tridentino, præceptum de abſtinentiâ, & præceptum de ieiunio duo eſſe præcepta diſtincta.*
*In Quadrageſimâ prohibentur omnia, quæ trahunt originem ſementinam à carne.*
*Prohibentur etiam piſces ſumptuoſi, ac delicati.*
*Abſtinentia à carnibus, quarè indicta in diebus ieiunij.*
15 *Eccleſia poteſt diſpenſare abſtinentiam à carne, retentâ obligatione ieiunij.*
16 *Ad ſolas perſonas Regulares redacta videtur obſervantia ieiunij.*
17 *Statutum primum Minorum de Obſervantiâ.*
18 *Statutum ſecundum.*
19 *Statutum tertium.*
20 *Statutum quartum.*
21 *An indifferenter conveniat privatio ſuffragiorum cuicunque violanti ieiunium.*
22 *Textus Practicæ Criminalis circà pœnas eſt ſolus index Statutorum.*
23 *Diverſa ſunt ſtatuta pœnæ contrà violantes ieiunium publicè, aut privatim.*
*Pœna violantis ieiunium publicè eſt lata in Statuto dato* num. 18.
24 *Arbitrium Superioris in librandâ pœnâ violantis publicè ieiunium, quomodò regulandum.*
25 *Continuatur tractatio.*
26 *Sequitur eadem materia.*
27 *Quomodò regulanda pœna violantis ieiunium extrà Communitatem.*
28 *Superior Localis regulariter debet punire violatores ieiunij.*
*Quandò poſſit in hoc procedere Provincialis iudicialiter.*
*Monitum ad Superiores Locales.*
29 *An ſubdatur pœnis comedens in refectione privatâ lacticinia in locis, ubi laici non utuntur iis tempore Quadrageſimæ.*
30 *Reſpondetur affirmativè.*
*Tempus Adventus apud Minores eſt, ut tempus Quadrageſimæ apud ſæculares.*
31 *Confirmatur proximè data concluſio.*
32 *Declaratur, quibus in locis poſſint Fratres tempore Adventus comedere lacticinia.*
33 *Quomodò intelligendum Statutum, quòd tempore ieiuniorum Fratres in Communitate abſtineant à lacticiniis.*
*Conſuetudo veſcendi lacticiniis tempore ieiuniorum extrà Quadrageſimam, quomodò introducta.*
*In locis, in quibus ex verâ cauſâ ſæculares in Quadrageſimâ comedunt lacticinia, poſſunt Fratres publicè, & privatim illa edere tempore Adventus.*
34 *Data Doctrina, confirmata ex praxi.*
35 *Quomodò intelligenda clauſula Statuti ſecundi.* n. 18. Qui aliter in Communitate &c.
36 *Communitas, Univerſitas, Collegium, Conventus, quid importent.*
37 *Quæ requirantur ad conſtituendam Communitatem.*
38 *Caſus, in quibus poteſt Superior dare lacticinia Fratribus tempore ieiunij extrà Quadrageſimam.*
39 *An in caſu particulari, diverſo à præmiſſis, queat Superior dare lacticinia in Communitate tempore ieiuniorum extrà Quadrageſimam.*
40 *Reſpondetur affirmativè.*
*Diſpenſare poſſunt Provinciales ſuper eſu lacticiniorum, ubi, & quandò.*
41 *Diſpenſationem, quam Provincialis poteſt dare perpetuam, poteſt in caſu particulari dare Guardianus.*
*Diſpenſatio ſinè cauſâ non ſubſiſtit.*
*Carentia, aut exceſſivum pretium ciborum quadrageſimalium eſt ſufficiens cauſa diſpenſationis Statuti de non veſcendis lacticiniis in Communitate.*
*Diſpenſatio facienda tali caſu eſt cum Conſilio Diſcretorum.*
*Prælatus in cauſis gravibus Eccleſiæ debet audire Conſilium Seniorum.*
42 *Inſtantia contrà prædicta.*
43 *Satisfit obiectioni.*
*Nomine neceſſitatis in iure, quæ veniant.*
44 *Religioſos in Communitate magis convenit cibum ſumere, quàm extrà eam.*
45 *An Superior ſanus poſſit in Communitate dare lacticinia, quandò notabilis pars Fratrum ſuæ familiæ illis indiget ex valetudine adverſâ.*
46 *Reſpondetur affirmativè.*
*Paterfamilias pauper quandò poſſit uti cibis prohibitis.*
*Non cenſetur Eccleſia velle imponere præceptum ieiunij cum gravi incommodo.*
47 *Confirmatur data reſponſio.*
*De duobus malis eligendum, quod minori nexu noſcitur obligare.*
*Maius bonum minori eſt præferendum.*
48 *Superior Localis poteſt diſpenſare ſuper eſu lacticiniorum cum Fratribus, qui aſſiſtunt hoſpitibus, qui lacticiniis veſcuntur.*
49 *Confirmatur denuò reſponſio ſupradicta.*
*Frater ſanus poteſt equitare, dum comitatur Fratrem ægrotum equitantem.*

50 *Alia*

Digitized by Google

50 *Alia inſtantia contrà datam reſponſionem principalem.*

51 *Satisfit obiectioni.*

*Conſequentia non tenet de maiori ad minùs deſtructivè.*

*Quæ* pars notabilis *Fratrum valetudinariorum dici debeat, ut ſit locus diſpenſationi ad eſum lacticiniorum prò totâ familiâ.*

*Omittens minùs quartâ parte unius horæ Canonicæ, non peccat graviter.*

52 *An comedens carnes in die Natalis Domini, cadente in feriâ ſextâ, & Superior tali caſu dans carnes in Communitate, graviter delinqueret.*

53 *Afferuntur opiniones prò, & contrà circà comeſtionem carnium, licitam in tali die.*

54 *Suſtinetur ſententia negans committi peccatum mortale comedendo carnes in dictâ die.*

55 *Probatur hæc ſententia ex Textu Regulæ.*

56 *In Regulâ non præſcribitur jejunium cuiuslibet ſextæ feriæ totius anni, ſed aliarum temporis diverſi ab in eâ nominatis.*

*Dictio* alius, alia, aliud *quid importet.*

57 *Ex vi Regulæ jejunandum non eſſet in Feſto Omnium Sanctorum, cadente in feriâ ſextâ, ſed hoc eſt ex conſuetudine.*

*In magnis ſolemnitatibus non eſt jejunandum.*

58 *Inſtatur contrà prædicta de ferijs ſextis, cadentibus in Quadrageſimâ pòſt Epiphaniam, in quibus non eſſe jejunandum ſequeretur.*

59 *Solvitur inſtantia.*

60 *Guardianus, dans carnes in dictâ die, non eſſet Officio privandus.*

*Mereretur tantùm pœnam extraordinariam.*

61 *Num privandus Officio Guardianus, qui carnes in Communitate daret feriâ ſecundâ, ac tertiâ poſt Quinquageſimam.*

62 *Reſpondetur, negativè.*

*Nulla Lex obligat ad jejunium in dictis duobus diebus.*

63 *Inſtantia, ducta à conſuetudine contrà datam reſponſionem, reſolvitur.*

*Suppoſita conſuetudo non viget.*

64 *Reſolvitur, quòd Guardianus aliquâ reprehenſione eſſet dignus.*

*Quid agere debeat Guardianus, ut neque reprehenſibilis tali caſu ſit.*

13 CVm crimen *violationis jejunij* ſit merè Eccleſiaſticum, (ſaltèm jejunium extrà Quadrageſimam, quæ à tempore Apoſtolorum in Eccleſiâ ſervata eſt, (10) ut proindè in quodam Concilio (11) dicatur, eſſe de præcepto Divino) nullæ, quas invenerim, ſunt pœnæ illius in iure Cæſareo, ſed ſunt tantùm pœnæ Canonicæ; quæ tamen ad ſolam excommunicationem reducuntur. Nàm in Concilijs *Gangrenſi*, & *Aquisgranenſi* (12) ſancitur, quòd jejunia Eccleſiæ ex ſuo arbitrio, & ſinè neceſſitate ſolvens ſit anathema. Hoc quidèm de iure antiquo, quod obſolevit. De iure autem novo nulla pęna reperitur prò hoc crimine. *Tridentinum* (13) quidèm hortatur, àc obteſtatur Paſtores, ut fidelibus commendent, ut Statutis Eccleſiaſticis pareant, *& iis præcipuè ſint obſequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia &c.* non tamen contraventoribus aliquam pęnam ſtatuit, ut proindè concludendum ſit, quòd hæc relinquitur arbitrio Iudicis infligenda.

14 Libet autem prò confirmatione eius, quòd diximus ſuprà *num.* 4. (nempè, quòd in Quadrageſimâ duo ſunt præcepta diſtincta, nempè abſtinentia à carnibus, & *jejunium*, & quòd intentio Eccleſiæ eſt per hæc duo præcepta inducere fideles ad proprium corpus mortificandum, non autem, quòd *jejunium* in ſui quidditate importet abſtinentiam à carnibus, ut communis fert ſententia) libet inquàm perpendere citatum Textum Tridentini; ibi enim copulat *ciborum delectum, & jejunia;* ſi autem *jejunium* in ſui quidditate importaret abſtinentiam à carnibus, ſeù ciborum delectum, eſſet ſuperfluitas in Textu Conciliari, quod non admittitur ex vulgatis. Quòd, ſi dicatur, quòd *jejunium* quidèm naturale importat ſolam negationem cibi, ultrà unam refectionem qualis ſit cibus; *jejunium* autem Eccleſiaſticum includat quidditativè abſtinentiam à carnibus; Reſpondeo, quòd hoc *jejunium*, in Quadrageſimâ inſtitutum ex præcepto Divino, ut habet *Concilium Moguntinum* ſupracitatum, ſecum habebat non ſolùm abſtinentiam à carne, ſed etiam *ab omnibus quoque, quæ ſementinam carnis trahunt originem* (14) imò etiam à piſcibus ſumptuoſis, & delicatis. (15) Cùm igitur piſcium quælibet genera univerſaliter à fidelibus timoratæ etiam conſcientiæ tempore *jejunij* comedantur: ac in quibuſdam regionibus ex conſuetudine in Quadrageſimâ in uſu ſint lacticinia, alterum iſtorum eſt concedendum, puta, quòd aut nullum univerſaliter, & ſpeciatim in dictis regionibus ſervetur *jejunium*, quod falſum eſt; aut quòd, ſtante *jejunio*, diſpenſata ſit abſtinentia, ut proindè de quidditate *jejunij* Eccleſiaſtici non ſit. Et profectò, ut habet *Nicolaus I.*, & *Concilium Moguntinum* (✠), abſtinentia à carnibus iniuncta eſt ad domandum corpus, non minùs quàm *jejunium*, potuit ergò Eccleſia ſeparare unum ab alio, & variare abſtinentiam, non mutato, aut ſublato *jejunio*.

15 Quòd, ſi replicetur, quòd non legitur, quòd Eccleſiâ unquàm conceſſerit comeſtionem carnium, tempore *jejuniorum*, quià non poteſt tollere abſtinentiam à carne, niſi ſimul tollat *jejunium*, ex quo convincitur, quòd illa eſt de ſubſtantiâ iſtius. Negatur aſſumptum, cum eius conſequentiâ. Conceſſo enim, quòd Eccleſia numquàm de facto diſpenſaverit, quià nunquàm occurrit cauſa diſpenſandi ſuper eſu carnium, retento *jejunio*, ſicut diſpenſavit, hoc ſtante, ſuper lacticinijs, cùm ex tempore Apoſtolorum, ut dictum eſt, ità vetita fuerint lacticinia, ſicut carnes. Si ergò daretur caſus, quòd in aliquâ regione non eſſet copia olei, piſcium, nec lacticiniorum, poſſet utiquè Eccleſia indulgere, ut fideles veſcerentur carnibus, cùm hoc tamen, quòd ipſi ſaltem per *jejunium* corpus ſuum mortificarent; & ſic poteſt obligare, ut de facto obligat ad *jejunium* eos, qui ex cauſâ non poſſunt uti oleo, nec lacticinijs, cùm alioquin robuſti valent ieiunare.

16. Cir-

(10) *Concil. Colon. 2. Par. 9. cap. 6. Lauræa. Epitom. V. Ieiunium.*

(11) *Concil. Mogunt. 4. cap. 47. Lauræa Epitom. Canon. V. Ieiunium.*

(12) *Concil. Gangren. cap. 19. Conc. Aquisgranen. cap. 69. Lauræa. loc. cit.*

(13) *Trident. Seſſ. 25. de Refor. cap. 21. de Delect. cibor.*

(14) *Text. in cap. Denique. Diſt. 4.*

(15) *Text. in cap final. §. Cæterum. 4. Diſt.*

(✠) *Nicol. I. Ad conſult. Bulgar. cap. 4. Concil. Mogunt. 4. cap. 47.*

Digitized by Google

16 Circà perſonas Regulares, ad quas videtur noſtro tempore, (ob morum relaxationem, & frigeſcentem pietatem, ac devotionem plerumque ſæcularium) redacta Eccleſiaſtici *jejunii* obſervantia, ſcrutandæ ſunt ipſarum Conſtitutiones, ut decerni poſſint pænæ contrà tranſgreſſores. Nos *Minores de obſervantiâ* habemus ſequentia Statuta.

17 1. *Qui Statutis ieiuniorum diebus, abſquè neceſſitate, Superiori probatâ, non ieiunaverit, præceptum non ſolùm in qualitate, vel etiam in quantitate ciborum tranſgrediendo, ſuffragiorum iure privandus eſt, Provincialis arbitratu, à quo etiam graviùs arceri debet, prout violationis ratio ſuaſerit*. [16.)

18 2. *Quo tempore Fratribus, vel ex præcepto Eccleſiæ, vel ex Regula noſtra inſtituto ieiunandum eſt, non ſolùm ab eſu carnium, ſed etiam ab ovis, caſeo, & lacticiniis aliis abſtinendum eſt. Superiores verò locorum, qui aliter in Communitate fieri fecerint, ac permiſerint, ipſo Officio, Fratres verò, qui ea comederint ſuffragiorum iure, arbitrio Provincialis priventur*. (17.]

19 3. *Qui Statutis ieiuniorum diebus, abſquè neceſſitate, & Superioris licentiâ ieiunium fregerit, Superioris arbitrio graviter arceatur*. (18.)

20 4. *Si quis ſextâ feriâ cœnam ſumpſerit, etiam in privatâ cellâ, vel hoſpitio, puniatur tamquàm manifeſtus Regulæ tranſgreſſor*. (19)

21 Prima dubitatio circà primum Statutum, ex Textu deſumptum, eſt ân indifferenter pænâ privationis juris ſuffragiorum mulctandus ſit quiſquis, quomodolibet diebus *ieiuniorum* non jejunaverit?

22 Reſpondeo primò, quòd, ut non ſemel dictum eſt. Textus noſter, quò ad ordinatoria telæ judicialis, pars Statutorum Ordinis eſt, ac adamuſſim ſervandus: ſed quò ad deciſoria, eſt tantùm index eorum, quæ continentur in Statutis circà pænas infligendas. Ex quo ſequitur, quòd in illo oritur confuſio, dùm diverſos caſus, qui in Statutis expreſſi ſunt, cum pænis diſtinctis, Textus in unum confundit ſub unâ tantùm pænâ, quòd legenti difficultatem faceſſit. Cùm igitur in Statuto 2. 3. & 4. ſupradatis appareat diſtinctio pænarum circà frangentes jejunium, juxtà caſuum diverſitatem; liquet, quòd privatio ſuffragiorum non debetur indifferenter, & quomodòcumque *jejunium* violetur; ſed ſolùm in caſu, quem infrà exprimemus.

23 Reſpondeo ſecundò, quòd *jejunium* violari poteſt vel publicè, nempè in communi refectione; vel privatè: pariter temerari valet, vel in qualitate ciborum, vel in quantitate; & prò caſuum diverſitate, juxtà data Statuta, diverſæ pænæ ſunt adhibendæ. In ſecundo igitur Statuto, dato ſuprà *num.* 18. exprimitur caſus ejus, qui publicè violat *jejunium* in qualitate ciborum, comedendo carnes, vel lacticinia; & hic puniendus eſt, ut patet, privatione ſuffragiorum, *Provincialis arbitratu*, ut patet ex contextu Statuti.

24 Advertendum autem, quòd optimè remittitur arbitrio Superioris talis privatio; nàm longior debet eſſe ipſius duratio, quò gravior eſt modus, quo *jejunium* publicè violatur. Nàm vel ſumus in caſu, in quo lacticiniis veſcatur quis in communitate, & in regione, in quâ conſuetudo eſt, quòd in diebus *jejuniorum* ſæculares extrà Quadrageſimam, vel etiam in eâ, *lacticinia* comedunt, & hic eſt leuior gradus tranſgreſſionis. Ratio eſt, quià taliter comedens eſt tantùm Reus de *violatione* Statuti, quæ ſecundùm ſe culpam mortalem non importat, dummodò abſit contemptus; & ſic, qui caſeum v. g. abſconſum ſub mappulâ, comederet, procurando celare comeſtionem ejus in reverentiam Statuti, ſimpliciter in Statutum committeret, ſi autem abſquè ullâ cautelâ, patenter comederet, quià ſic adeſſe videretur contemptus Statuti, gravius delinqueret.

25 Vel ſumus in caſu, quo quis comederet in communitate lacticinia, in regione, in quâ ſæculares tempore *jejunii* ea minimè comedunt; & hoc crimen gravius eſt præcedenti. Ratio eſt, quià hinc Reus eſſet de violato præcepto Regulæ, quæ *jejunium* jubet; & gravius adhuc eſſet crimen, ſi *jejunium* tali pacto violaretur in die, etiam per Eccleſiam prohibito; nàm tunc duplex præceptum tranſgrederetur.

26 Vel ſumus in caſu, quo quis, ut præfertur comederet carnes; & hic graviſſimè Reus delinqueret. Ratio eſt, quià cùm in nullo caſu regulariter Eccleſia eſum carnium permittat cum *jejunio*, cum tamen aliquandò permittat lacticinia, patet, quòd violatio *jejunii* per eſum carnium importat graviſſimum modum, circà hoc delinquendi; Juxtà graduationem autem recenſitam debet Provincialis regulare arbitrium ſuum, circà durationem dictæ privationis, Reo infligendam, & hæc eſt germana mens Statuti.

27 Reſpondeo tertiò, quòd, quò ad violationem *jejunii* extrà communitatem, non eſt per Statutum appoſita pæna privationis ſuffragiorum, ſed commiſſa eſt *Superioris arbitrio*, ut patet ex Statuto 3. dato ſuprà *num.* 19. Porrò arbitrium hoc debet regulari pariformiter ad dicta, juxtà leviorem, aut graviorem modum tranſgreſſionis. Si quis enim, famæ laceſſitus, *jejunium* in ſolâ quantitate frangeret, cœnando, poſtquam in mane prandium ſumpſit, quàmvis mortaliter peccaret; hoc tamen eſſet hoc ità grave, ſicut ſi etiam in qualitate ciborum, & præſertim eſu carnium violaret *ieiunium*: undè prò gravitate tranſgreſſionis, arbitrium Superioris debet regulari in dandâ pænâ.

28 Et de quo Superiore intelligitur hoc Statutum? Dico, quòd regulariter intelligendum eſt de Superiore locali, cujus eſt privata Subditorum crimina, quæ valdè Rempublicam Religioſam non conturbant, punire. Sed ſi eſſemus in caſu, quòd Reus ex conſuetudine in hoc peccaret, & monitus, & aliquandò punitus à Superiore locali, minimè deſiſteret, ſed comeſſationibus, compotationibus, ac crapulæ vacaret, privataſque cænas cum aliis ſuæ farinæ conſuetus eſſet facere, dico, quòd Provincialis in hoc caſu Reum caſtigare deberet, etiam inſtituto proceſſu, & per ſententiam judicialem. Ratio eſt, quià incredibilia ſunt mala, quæ ex hujuſmodi comeſſationibus, ac conventiculis oriuntur, & non ſolùm privatis animabus nociva, ſed etiam publicæ tranquillitatis Religioſæ ſubverſiva. Nàm plerùmquè in talibus conventiculis fiunt ligæ, factiones, & partes, quibus miſera Religio ſcinditur, eiuſquè quies turbulentiſſimè ſubvertitur. Quàpropter localibus Superioribus ſummoperè invigilandum eſt, ne tales comeſſationes privatæ no-

(16) *Text.Tit.Applicatio §. 1.*
(17) *Statut.General.Ordin.cap. 3.§.6. n. 1.*
(18) *Stat.Gen.Ord.loc.cit.n.6.*
(19) *Stat.Gen.Ord.loc.cit.n.7.*

nocturno maximè tempore, in cellis fiant; & ideò convenienter provideant Subditis de victu in communitatè; nàm, ut plurimùm tales commeſſationes proveniunt ab avaritiâ Superiorum, qui neceſſarium, ac convenientem victum non provident Subditis, & in causâ ſunt, quòd iſti cogantur, ſibi privatim neceſſaria comparare; & à neceſſariâ proviſione fit faclè tranſitus ad nocivam, ac deplorabilem relaxationem.

29 Secunda dubitatio eſt, àn Reus fiat Statuti, qui tempore Adventus in refectione privatâ comederet lacticinia, etiam in locis, in quibus ſæculares extrà Quadrageſimam, tempore *jejuniorum*, illis veſcuntur?

30 Reſpondeo affirmativè. Ratio eſt, quià licèt in cæteris *jejuniis* per annum poſſint Fratres ſe conformare cæteris fidelibus, juxtà conſuetudinem regionis, ut dicunt Doctores [ 20 ], non tamen tempore Adventus. Quià quàntùmvis in Regulâ Adventus importetur ſub nomine *ieiunij*, dicendo, *Fratres jejunent à feſto omnium Sanctorum, uſquè ad Nativitatem Domini* ( 21 ], tamen non intelligendum eſt de *jejunio* utcumque ſumpto, ſed de *jejunio* tempore Quadrageſimali, ità ut totum continuum tempus inter Feſtum Omnium Sanctorum, & Domini Nativitatem, ſimile ſit tempori interjecto inter Feriam quartam Cinerum, & Paſcha. Et hoc probatur primò per Statuta *Farineria*, facta à *D. Bonaventurâ*, ubi ſic habetur. *Cum teneamur ſecundùm Regulam duas Quadrageſimas jejunare, & intermedia ſuadeatur cum benedictione Dei &c.* ( 22 ) Secundò per Statuta *Alexandri Sexti*, publicata in Generali Capitulo, celebrato *Interamnæ* anno 1500. quæ ſic habent. *Ad hanc Quadrageſimam Adventus jejunandum fratres ſunt obligati modo, quo cæteri Chriſtiani ad illam communem obligantur. ut lacticinia in eâ comedi nequeant; & excuſationes non ieiunantium pari paſſu hinc, & indè admittantur.* ( 23 ) Ex his ergò Statutis apparet intentum, nàm Adventus, ut patet, venit nomine Quadrageſimæ; & declaratur obligatio abſtinentiæ à lacticiniis eo modo, quo cæteri Fideles ab iiſdem abſtinent tempore Quadrageſimæ communis.

31 Et magis confirmatur hàc ratione. Si enim jejunium Adventus eſſet ſimpliciter ad inſtar aliorum *ieiuniorum* per annum, poſſent Fratres in Dominicis Adventus, in quibus non jejunatur, veſci carnibus; quià nullum urgeret contrarium præceptum; non Eccleſiæ, ut patet; neque Regulæ, quià præſcribitur *ieiunium* prò ſolis feriis, quibus jejunari poteſt, non verò prò Dominicis, in quibus jejunare vetat Eccleſia. Sed inauditum in Ordine eſt, quod ullus Fratrum opinatus ſit, quòd licitum ſit in talibus Dominicis, nec publicè, nec privatè comedere carnes; ergò univerſalis conſenſus Ordinis, firmatus etiam conſuetudine, eſt, quòd eo modo, quo in Dominicis Quadrageſimæ communis abſtineatur à carnibus, licèt in illis minimè jejunetur, pari modo ſervetur in Dominicis Adventus, & ità tempus Adventus, cum tempore Quadrageſimæ adamuſſim comparetur.

32 Sequitur igitur ex his, quòd eo prorſùs modo, quo cæteri Fideles tempore Quadrageſimali ſervant jejunium, eodem Fratres debent jejunare tempore Adventus; & ſic nullo modo licebit nec publicè, nec privatè comedere lacticinia. Quòd, ſi ex privilegio, aut conſuetudine regionis, ſæculares in Quadrageſimâ veſcuntur lacticiniis, poſſunt etiam Fratres illis comedere tempore Adventus; & ratio eſt, quià, ut dictum eſt ſuprà *num.* 30. *ieiunia* à Fratribus ſervanda ſunt, quemadmodum cæteri fideles ea ſervant; & ità ab illis jejunandum eſt tempore Adventus, ſicut ab his tempus Quadrageſimæ communis. Sequitur etiam, quòd, ſi ex conſuetudine, aut privilegio regionis, ſæculares in Quadrageſimâ veſcuntur lacticiniis, hoc poſſint etiam Fratres in Adventu tùm privatè, tùm in Communitate,

33 Nec dicendum, quòd contrà hæc ſtent Statuta Ordinis [ 24 ), & *Reformationis*, ordinantia, quòd tempore *ieiuniorum* abſtineant Fratres in communitate, etiam à lacticiniis, nàm tale Statutum intelligitur ſervandum eſſe in illis regionibus, in quibus ſæculares in *ieiuniis* extrà Quadrageſimam comedunt lacticinia, ex conſuetudine introducta, potiùs ex relaxatione, quàm ex neceſſitate, ob carentiam, aut pretium olei nimis cari; ſicut eſt in *lombardia*, in quâ talis conſuetudo non eſt introducta ex neceſſitate ciborum quadrageſimalium, qui regulariter ubique, moderato precio, poſſunt comparari, ſed potiùs ex guloſitate; volens proindè Statutum, quòd Fratres in ſuis *jejuniis*, majorem auſteritatem, quàm ſæculares ſervarent, ſtatuit, quòd lacticinia minimè comederent. Sed ſi in regione introducta eſt conſuetudo ex verâ, ac reali penuriâ ciborum quadrageſimalium, & ob hanc conceſſum privilegium à Papâ, ut in tali regione fideles veſcerentur lacticiniis, etiam tempore quadrageſimali, etiam Fratres poſſunt abſque violatione Statuti ea comedere in communitate. Ratio eſt, quià talis conſuetudo, aut privilegium conceſſum eſt, ut ſuppono, ex verâ, ac reali indigentiâ ciborum, & ob paupertatem populi, regulariter non valentis ſprecio ità caro, illos comparare; cùm autem Fratres, & re, & profeſſione verè pauperes ſint, optimè frui poſſunt communi privilegio, contemplatione paupertatis conceſſo.

34 Et praxi roboratam vidi anno 1657. datam Doctrinam. Siquidem dùm eo anno *Liguria* laboraret peſte, non potuit indè in *lombardiam* afferri oleum, neque cæteri cibi ſaliti quadrageſimales, qui erant proindè cariſſimi; ità ut in hâc regione ex tali accidenti erat vera neceſſitas diſpenſandi, ut in Quadrageſimâ, & à fortiori in aliis *ieiuniis* per annum, fideles uterentur lacticiniis, & *Papa* diſpenſationem conceſſit. Tali tempore etiam Fratres in communitate, tempore Adventus in univerſâ *lombardiâ*, lacticiniis uſi ſunt. Undè ſequitur, quòd, ſi de novo à Sede Apoſtolicâ concederetur alicui regioni, ut in Quadrageſimâ poſſent fideles lacticinia comedere, [ ut paucis ab hinc annis conceſſum audio *Vallibus Sicida*, & *Oſcela* ) poſſunt Fratres etiam in

( 20 ) *Sanctor. Comment. cap. 3. Statut. 13 Quæſt. 2. fol. m. 255. & ibi 4. Magiſt. Felit. Cyprian. & Cordub. Marchart. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 3. Quæſt. 2. Concl. un. & ibi Hug. de Dinia.*

( 21 ) *Regul. Minor. cap 3.*

( 22 ) *Stat. Fariner. apud Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 53. cap. 4. init. col. 2.*

( 23 ) *Stat. Alexand. VI. cap. 3. art. 2. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 146.*

( 24 ) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 6. n. 1. cap. 3. Stat. Gen. Reform.*

Digitized by Google

in Adventu illis uti tutiſſimâ conſcientiâ, & abſque Statuti violatione.

35 Tertia dubitatio eſt, quomodò intelligantur illa verba Statuti ſecundi, dati ſuprà num. 18. *qui aliter in communitate fieri fecerit &c.*?

36 Reſpondeo, quòd *Communitas, Univerſitas, Collegium*, ſeù *Conventus* ſubſtantialiter idem important, & ſynonima ſunt, nec aliud ſignificant, niſi cætum hominum, ſimul congregatorum ad aliquem finem honeſtum. Hinc eſt, quòd aliquid dicitur factum *Communiter, univerſaliter, collegialiter*, ſeù *capitulariter*, quandò convocatis omnibus, qui ſunt de *Communitate, Collegio, Capitulo &c.* per ſonum campanæ, tubæ, aut alio modo, quo membra talis Communitatis &c. Congregantur, illud de communi Conſilio, & communicatâ voluntate decernitur, & fit. (25) Ex hoc ſequitur, quòd verba illa *in Communitate* ſignificant, quandò Fratres, qui ſunt de familiâ Conventus, dato ſigno campanæ conſuetæ, in locum, in quo ſolent congregari, puta, in Refectorio, conveniunt ad ſumendum cibum.

37 Hìc noto, quòd ad conſtituendum in propoſito Communitatem, multa requiruntur, puta, ſignum campanæ, quo Fratres convocantur; ſecundo locus, ad quem fit convocatio: tertiò Fratres, qui ſunt de familiâ illius Conventus, & cum cæteris tenentur obire communia munera Conventus, ad exigentiam proprij ſtatus. Sequitur hinc, quòd, ſi hæc quatuor non concurrunt, non poteſt dici factum *in Communitate*; quàmvis enim Fratres convenirent in Refectorium, non tamen ad ſignum ſolitum campanæ; aut, ſi hoc dato ſigno, convenirent in alium locum extrà Refectorium; aut, ſi ad ſignum, & locum ſolitum convenirent quidèm Fratres, ſed non eſſent de familiâ illius Conventus; aut ex infirmitate Communia munera Conventus præſtare nequirent, talis refectio nequiret dici data, aut facta *in Communiate*. Senſus igitur illius dictionis, ſeù clauſulæ eſt; quòd ſub pœnâ privationis Officij Superiores Locales, tempore *ieiuniorum*, non poſſunt dare Fratribus ſuæ familiæ ſanis in Refectorio, tempore refectionis communis, indicto per ſolitum ſignum campanæ, lacticinia comedenda.

38 Sequitur ex his, quòd, ſi ex aliquo accidenti deficerent in Conventu cibi Quadrageſimales, qui non poſſent niſi ſummâ difficultate, aut exceſſivo pretio haberi, Superior miniſtrare faceret Fratribus lacticinia extrà Refectorium: aut ſi in Refectorio, non dato ſigno ſolito campanæ convocantis ad Refectionem: non impingeret in Statutum; & ratio eſt, quia talis refectio non diceretur data *in Communitate*. Sequitur ſecundò ex eâdem ratione, quòd ſi Fratres hoſpites, qui horâ prandij advenerunt, & ſtatim à prandio volunt diſcedere, ſimul cùm cæteris de familiâ conveniunt ad communem refectionem, nec aliquid obſonij quadrageſimalis poteſt tàm ſubitò parari, ut iuxtà communem uſum Religionis, ac debitum hoſpitalitis aliquid particularis cibi ſuprà hoſpitibus detur, poteſt Superior illis lacticinia miniſtrare. Ratio eſt, quià magis urget convenientia Religioſæ hoſpitalitatis, & charitas, quæ dictat, hoſpitum vires ex itinere fractas particulari cibo reficere, quàm Statuti ordinationem ſequi; attento maximè, quòd nequè Statutum ipſum poſſet dici violatum, eò quià hoſpites non ſunt de familiâ Conventus, & ideò non poſſit dici lacticinia fuiſſe data *in Communitate*. Sequitur tertiò, quòd ſi ſunt in Conventu Fratres valetudinarij, qui ex infirmitate carnibus, aut lacticinijs veſci debent, etiam ijs poſſunt iſta miniſtrari non violato Statuto. Ratio eſt, quià cum iſti, ut ſuppono, ex adverſâ valetudine non poſſint cætera munia Religioſorum obire, non propriè ſpectant ad *Communitatem*, ſed conſiderantur tamquàm exteri reſpectu illius, undè non poſſet dici, quòd Superior *in Communitate* cibos vetitos miniſtraſſet. Et profectò ſatiùs eſt, quòd tales valetudinarij conveniant ad refectionem communem, & ibi audiant conſuetas Lectiones, quæ fiunt Regulariter in menſâ, quàm quod antè, vel poſt *Communitatem* ſingulariter comedant, non participantes de Spirituali profectu, qui habetur ex Lectione Sacræ Scripturæ, & librorum Spiritualium, aut exhortatorijs ſermonibus, qui frequenter fiunt à Prælatis tempore communis refectionis.

39 Quarta dubitatio eſt, àn Superior Localis poſſit in aliquo caſu particulari, lacticinia *in Communitate* miniſtrare tempore ieiuniorum per annum, non committendo in Statutum?

40 Reſpondeo, quòd, ut habetur ex Statutis *Iulij II. apud Sanctorum* (26) Miniſtri cum Conſilio, & aſſenſu Fratrum alicuius Conventus (in quò *ſinè nimiâ difficultate, vel pretio nimio* cibi quadrageſimales comparari non poſſunt) valent diſpenſare, ut in illo Conventu in ieiunijs per annum Fratres valeant comedere lacticinia, ſi tamen Conventus ſit in regione, in quâ etiam ſæculares illis temporibus veſcantur lacticinijs. Circà quam conceſſionem noto, quòd illa fundatur ſuper carentiâ ciborum quadrageſimalium, qui nequeunt haberi niſi cum ſumma difficultate, aut nimio pretio in eâ regione, in quâ eſt Conventus, & quià talis carentia non eſt ex accidenti, ut ſuppono, ſed ex ordinariâ conſtitutione regionis, ideò diſpenſatio veſcendi lacticinis eſt perpetua, aut ſaltem durat durante tali carentiâ.

41 Ex hoc Statuto deduco, quòd ſicut Provincialis poteſt, cum causâ, indulgere diſpenſationem perpetuam pro Conventu, ut præfertur, quòd Fratres poſſint uti lacticinijs: pari modo poſſit in caſu particulari Guardianus ex cauſa diſpenſationem concedere ſimilem. Dico *ex cauſâ*, nam ſi hæc (quæ etiam legitima ſit) non habetur, diſpenſatio non ſubſiſtit. (27) Cauſa autem debet eſſe eadem, ob quam Provincialis poteſt diſpenſare: puta nimia difficultas, aut exceſſivum pretium ciborum quadrageſimalium, qui tali tempore aliter non poſſunt haberi. Ut enim ait *Sanctorus* (28), in *Ordine Minorum* plus attendenda eſt obſervantia paupertatis, quæ eſt ex voto, quàm qualitatis ciborum, quæ eſt vel ex ſola conſuetudine, vel ex diſpoſitione Statuti, & magìs offenditur paupertas, emendo tales cibos cariſſimo pretio, quàm

Aaa 2

(25 *Gloſſ. in l. Sicut. ff. Quod cuius univ. Bart. in l. Aut. facta ff. de Pœn. Abb. in cap. Gratum de Poſtul. Prælat. Gloſſ. in cap. 1. de Reb. Eccl. non alien. in 6.*

(26) *Stat. Iul. II. in cap. 3. Part. 5. apud Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 13. Quæſt. 2.*
*℣. Reſpondeo poſſunt fol. m. 253.*

(27) *Gloſ. in cap. At ſi Clerici in V. Diſpenſare Innoc. in cap. Dubium de elect. apud Aloyſ. à Cruce in Bull. Cruc. Diſp. 1. c. 5. Dub. 11. n. 6.*

(28) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 13. Quæſt. 2. ℣. Circa quorum fol. m. 253.*

quàm violetur Statutum ob ingruentiam neceſſitatis. Verum eſt, quòd, ſicut Provincialis alligatur conſilio, & aſſenſu Fratum Conventus illius, prò quo diſpenſationem concedit, pari modo debet Guardianus ad tutiùs procedendum exquirere conſilium, & habere conſenſum à Diſcretis Conventus, ( & conſulo, ut habeat in ſcriptis ad omnem bonum finem ) an ſit in caſu, ut licitè talis diſpenſatio poſſit concedi. Et in hoc non aſſentior *Sanctoro* [ 29. ], dicenti poſſe Prælatum Localem diſpenſare, *nullo requiſito conſilio, nec aſſenſu Subditorum*, nàm de jure communi ( 30. ) eſt, quòd in rebus, ac negotiis gravibus Eccleſiæ, Prælatus habeat conſenſum à ſenioribus; & profectò periculoſum in praxi eſſet, quòd, ſe ſolo, Prælatus poſſet talem diſpenſationem dare; poſſet enim ex avaritià ſemper dicere, cibos quadrageſimales minùs carò vendi, & ſic ſemper lacticinia Fratribus dare, & rigorem Religionis relaxare impunè, quià talis diſpenſationis cauſam nulli teneretur probare; quod non accidit, quando exquirit conſilium, & aſſenſum Diſcretorum, qui debent benè examinare cauſam, àn ſufficiens ſit, & ſufficiat ad concedendam tali caſu diſpenſationem.

42 Dicetur fortè contrà hæc, nullam poſſe dari veram neceſſitatem, ſufficientem ad talem diſpenſationem; quià, ſi Fratres non habent obſonium, neguè oleum prò condiendo pulmento, poſſunt prò tali caſu veſci pane, & leguminibus elixis, conditis ſimplici ſale, ac aceto: aut ſi Superior ex ingruenti neceſſitate vult dare lacticinia, congreget Fratres in locum extrà Refectorium, aut, ſi in Refectorio det, non faciat pulſare companulam, nè poſſit dici, quòd *in communitate* contrà Statutum præbuerit lacticinia.

43 Reſpondeo ad hæc, primò, quòdprò tali diſpenſatione non requiritur neceſſitas phyſica, quæ etiam vocatur extrema; ſed ſufficit neceſſitas moralis, & diminuta, quæ poteſt vocabulo magis proprio vocari *convenientia*, Dicitur in jure ( 31. ), quòd *neceſſaria* omnia ad unum conceduntur illi, cui conceditur illud unum; nomine autem *neceſſariorum* veniunt non tantùm ſtrictè, & abſolutè *neceſſaria*, ſed etiam ea, quæ faciliorem, & commodiorem exequutionem actui præſtant, prout eleganter tradit *Baldus* [ 32 ] Convenientia ergò, quòd Religioſi, qui laborant in vineâ Domini, ſtudendo, prædicando, Confeſſiones audiendo, noctu, dieque pſalendo, congruo, ac convenienti alimento ſuſtententur, ut labori poſſint reſiſtere, nec ſolo pane, ac leguminibus poſſunt fractas vires reparare: conveniens ergò eſt, ut aliquale obſonium juxtà paupertatis vires ſibi miniſtretur, & talis convenientia moralis *neceſſitas* eſt, quæ ſufficere debet, ut lacticiniis veſcantur, cùm paupertatis vires impares ſint ad comparandos exceſſivo pretio cibos quadrageſimales.

44 Reſpondeo, ſecundò, quòd perfectioni Religioſæ vitæ magis confert, quòd, dato ſolito ſigno campanulæ, conveniant Fratres in Refectorio ad ſumendum cibum in Communitate, quàm quòd nè lædatur Statutum, congregentur ad prandium veſcendo lacticiniis extrà Refectorium. Ratio eſt, quià in Refectorio ſervatur ſilentium, fit lectio Sacræ Scripturæ, ac librorum ſpiritualium, quâ nutritur anima, & ad virtutem accenditur, dum corpus cibo recreatur. Extrà Refectorium ſilentium non ſervatur, lectio non auditur, dicteria, ac jocoſi ſales jactantur inter commenſales, qui ad bibendum reciprocè ſe provocant, ac ſobrietas Religioſa cum detrimento animæ, ac corporis violatur. Dum ex aliâ parte nullum incommodum Religioſæ obſervantiæ accidit, quòd ex accidenti lacticinia comedantur in Conventus Refectorio; cùm, non læsà obſervantiâ, idem potuiſſent Fratres in domo ſæcularium. Meliùs igitur eſt, ut *in Communitate* lacticinia comedant, quàm quòd, veſcendo iiſdem extrà locum Communitatis, relexationi laxent habenas.

45 Quinta dubitatio eſt, àn Superior Localis cum conſilio, ac aſſenſu Diſcretorum poſſit diſpenſare [ in diebus jejuniorum extrà Quadrageſimam, & Adventum, & in locis, ubi ſæculàres lacticiniis in jejuniis per annum veſcuntur *in communitate* ] eſum lacticinioru, dum major, aut notabilis pars Fratrum aut ſenio aut deſtillatione, aut ex habituali ægritudine valetudinarii ſunt?

46 Reſpondeo, quòd caſus hic poteſt de facili accidere in parvis Conuentibus, maximè in iis, qui in aere, parùm, ſalubri ſituati ſunt, in his enim, ut plurimùm, Fratres aliquâ indiſpoſitione laborant; & ad caſum affirmativè reſpondeo, Ratio eſt, quià communis Doctorum ſententia eſt, quòd Pater familias pauper, ſi habet uxorem, aut duos, vel tres filios, qui ex infirmitate in ciborum abſtinentià diſpenſantur tempore Quadrageſimali, poteſt tutâ conſcientià tum ille, tum alii de ejus familià, quamvis ſani, iiſdem cibis uti, quibus veſcuntur infirmi ejuſdem familiæ. Quià, cùm pauper ſit, ut ſuppono, commodum ſibi non eſt, diverſos cibos emere, & diverſa pulmenta parare. nec cenſetur Eccleſia cum tanto incommodo, ac diſpendio, abſtinentiam fidelibus injungere. Applicando autem eandem Doctrinam caſui noſtro, dico, quòd hæc adamuſſim adaptatur. Siquidem non eſt ambigendum, quòd Conventus Fratrum *Minorum* dici debet familia pauper, cùm paupertas ſit hæreditas filiis ſuis à *Seraphico Patriarchâ* tranſmiſſa, & relicta; ſequitur ergò, quòd, ſi in familià Laicâ familiares infirmi habilitant ſanos ad veſcendum cibis, ſibi alioquin vetitis; à fortiori Fratres valetudinarii familiæ Religioſæ, poſſunt inducere diſpenſationem, ut ſani valeant lacticiniis uti in diebus jejuniorum per annum. Dico *à fortiori*, quia abſtinentia ciborum in Quadrageſimâ eſt ex præcepto Eccleſiæ, quod majus eſt, cùm obliget ad mortale; & abſtinentia à lacticiniis, quia eſt ex Statuto, quæ non obligat neguè ad veniale, minor eſt. Si ergò talis paupertas ſufficit ad diſpenſandum in præcepto majori, ſufficere à fortiori debet ad diſpenſandum in minori.

47 Quod confirmatur ex hoc, quià de duobus malis id debemus eligere, quod minori nexu noſcitur obligare ( 33 ) & inter duo bona magis bonum mediocri bono eſt præferendum ( 34 ) liquet autem, quod magis bonum eſt, quòd Fratres uniformem refectionem inſimul in Refectorio ſumant, quàm quòd inter ſe diverſifìcen-

( 29 ) *Sanctor. loc. cit. Notab. 5.*

( 30 ) *arg. cap. 1. cap. Novit. cap. Quarto. de Iis quæ fi. à Prælat. ſin. conſ. Capit.*

( 31 ) *arg. l. 2. ff. de Iuris. omn. Iudic. l. Ad rem. §. Qui procuratorem. ff. de Procur. l. Avibus. junct. gloſſ. 2. ff. de legat. 3.*

[ 32 ) *Bald. in l. 2. §. Tu dic plenius ante nu. 1. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.*

(33 ) *cap. Duo. capit. Nervi. 13. Diſt. capit. ſi aliquid 22. q. 4.*

( 34 ) *cap. Non mediocriter. de Conſecrat. Diſt. 5.*

ficentur in cibis, cùm talis differentia multotiès zelum, invidiam, ac æmulationem ſoleat parere. Pariter màgis malum eſt, quod ex conturbat Communitatem cum pacis Religioſæ iacturâ, quàm quòd ex accidenti diſpoſitio merè Statutaria non ſervatur; illud autem ſequitur ex diſparitate ciborum inter valetudinarios, ac ſanos, nàm ex eâ frequenter oriuntur ſcandala inter puſillos, qui conqueruntur ſe malè tractari, alios verò diverſo cibo utentes Superiori cariores eſſe, & melioribus cibis ſub velamine valetudinis epulari; accedit conturbatio officialium, ac inquietatio in præparandis, ac miniſtrandis diverſis cibis in ſeperatis refectionibus; inſuper maior ſumptus Conventus; maior incommoditas Syndici in comparandis diverſis edulijs, & maior læſio Communitatis, dum non omnes inſimul ad Chorum, ac ad Refectorium conveniunt, ſed, dum Sacræ pſalmodiæ vacant, alij imbecilles, qui alioquin poſſent Choro intereſſe, ad prandium vadunt; & hæc omnia inconvenientia evaduntur, ſi diſpenſato Statuto, etiam ſani lacticinijs veſcantur.

48 Confirmo adhuc concluſionem, nàm ex Statutis Iulij II. (35) ſupracitatis habetur, quòd Superiores Locales poſſunt diſpenſare ſuper comeſtione lacticiniorum cum illis Fratribus, qui iure hoſpitalitatis hoſpitibus lacticinia comedentibus aſſiſtunt; ergò ex ſimilitudine rationis, talis diſputatio aptari poteſt etiam ijs, qui conveſcuntur cum valetudinarijs, quorum maior eſt cauſa, quàm hoſpitum. Nec dicendum, quòd illa diſpenſatio prò Fratribus, qui aſſiſtunt hoſpitibus, eſt diſpenſatio particularis, ex quâ non poteſt inferri licita diſpenſatio prò totâ Communitate. Reſpondeo enim, quòd, ſicut excommunicari ex conſequenti poteſt tota Communitas (quæ nequit directè excommunicari) excommunicatis ſingulis de Communitate; ità poſſunt ſinguli Fratres, qui in Refectorio conveſcuntur cum valetudinarijs, diſpenſari, & ſic cum quilibet ex familiâ ità diſpenſetur, ex conſequenti tota Communitas maneat diſpenſata.

49 Tandem ad eandem concluſionem magìs firmandam adverto, quòd, licèt ſit præceptum Regulæ non equitare, tamen ſi non poteſt quis pedeſter ire, & de licentiâ Superioris quadriget, ſocius eius eâdem fruitur diſpenſatione, quàmvis ſanus, & valens pedeſter itinerare, & hoc eſt, nè ſolus frater ægrotus iter conficiat, abſque comite, quod non à Regulâ, ſed à Statutis tantùm prohibetur. Ex hoc ergò ità arguo. Ità eſt ordinatio ſtatutaria, quòd Fratres omnes communiter, & iiſdem cibis, & in publico Refectorio, & eâdem horâ comedant, ſicut, quòd Fratres bini, & bini more Apoſtolico incedant: ſed ad hoc, quòd hæc ordinatio ſervetur, diſpenſatur cum Fratre ſano, ut poſſit, aſſociando ægrotum, equitare, licèt hoc ſit contrà præceptum Regulæ; ergò à fortiori, ut ſervetur Communitas, & uniformitas ciborum in Refectorio, quod eſt Statutum màgis urgens, quià reſpicit totam Communitatem, quàm ire aſſociatum, quod tangit tantùm particularem, poterit diſpenſari cum omnibus ſanis, ut comedant lacticinia, quod eſt ſolo iure Statutario interdictum.

50 Dicetur fortè contrà firmatam concluſionem, quòd rationes adductæ æquè concludunt, quòd Fratres ſani ex adductâ cauſâ poſſunt veſci carnibus, ſi valetudinarij hoc exigant, ſicut, quòd poſſint in Communitate veſci lacticinijs. Igitur vel dicendum eſt, quòd ex tali cauſâ poſſunt Fratres ſani diſpenſari, ut etiam carnibus veſcantur, quod falſum eſt, vel adductæ rationes non concludant, quòd licitè poſſint diſpenſari in lacticinijs.

51 Reſpondeo, negando conſequentiam, quià non valet illatio à præcepto formali Eccleſiæ, aut Regulæ, ad ordinationem ſimpliciter Statutariam. Nàm maior, & urgentior requiritur cauſa, ut diſpenſetur ſuper præcepto obligante ſub mortali, quàm prò diſpenſatione ſuper Statuto, quod ſecluſo contemptu, non obligat nèc quidèm ad veniale. Quamvis ergò adductæ rationes, & cauſæ minimè ſufficiant, ut Fratres diſpenſentur ſuper eſu carnium; non poterit tamen inferri, ergò non valent prò diſpenſatione ſuper lacticinijs, cùm ex topicis habeatur regula, quòd à *maiori ad minus deſtruendo non tenent conſequentia*, ut dicendo, quis non poteſt ferre centum, ergò neque poterit ferre decem. Concluditur ergò, quòd, ſi pars notabilis Fratrum indiget lacticinijs, poteſt Guardianus eadem dare etiam cæteris, ut uniformis ſit Communitas. Et ſi quæratur, quæ tali caſu dici poſſit *pars notabilis*, cenſeo eſſe ad minùs ſuprà quartam partem totius familiæ: nàm infrà eam, *pars* non reputatur *notabilis*, ut patet in eo, qui omitteret minus quartâ parte unius horæ divini Officij, qui non eſſet damnandus de culpâ gravi, ut firmat. *Antonius à Spir. Sanct. Direct. Confeſſ. Tract. 3. diſp. 3. ſ. 3. num. 71.*

52 Sexta dubitatio eſt, àn, cadente in feriam ſextam die Nativitatis Domini, Fratres comedendo carnes privatè, aut publicè, graviter delinquerent, & Superior, illas miniſtrare faciens, privari deberet Officio?

53 Reſpondeo, quòd ſpinoſa quæſtio eſt, àn in propoſito caſu Fratres ſub mortali teneantur ad jejunium. Affirmant *Miranda*, *Corduba*, *Rodericus uterque*, *Sanchez*, *Rouſſerius*, *Navarrus*, *Portellus*, *Vualdingus*, locis citatis *à Sanctoro*. (38) Negant alij non contemnendi Doctores, nempè *Zambellus*, *Diana*, *Molina*, *Azorius*, *Fagundez*, *A S. Fauſto*, *Bonacina*, & mutatâ ſententiâ, *Rodericus Senior*, quos allegat, & ſequitur loco citato *Sanctorus*. Dubitabilem eſſe concluſionem utramque iàm ab anno 1500. ſubindicant *Statuta Alexandrina*, quæ (37) ſic habent, *Omnes ſextas ferias ex Regulâ tenentur Fratres ieiunare, niſi S. D. N. declararet non intelligi de illâ ſextâ feriâ, in quâ Chriſti Domini Nativitas celebratur*. Hoc implicitè declaratum fuiſſe ab *Vrbano Octavo*, ſcribit loco ſupracitato *Sanctorus*, ex eo, quòd dictus Papa ex certâ ſcientiâ confirmavit Conſtitutiones *Vrbanas Patrum Minorum Conventualium*, in quibus habetur, quòd, cadente Nativitate Domini in ſextâ Feriâ poſſint Fratres carnes comedere. Et tandem conceſſionem *vivæ vocis Oraculo factam Angelo Averſano*, tunc *Procuratori Generali Ordinis à Paulo Quarto* ab Archivio Aracælitano in Regeſto Ordinis, incipiente ab anno 1518. Deſumptam refert *Sanctorus* ipſe in hæc verba. *Paulus Divinâ providentiâ Papa Quartus conceſſit vivæ vocis Oraculo, mihi Fratri Angelo Averſano facto, quotiès Nativitas D. N. I. C. venerit feriâ ſextâ, ut Fra-*

(35) *Stat. Iul. II. cap. 3. Par. 5. apud Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 13. quæſt. 2. ℣. Reſpondeo poſſunt. f. m. 253.*

(36) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 13. quæſt. 5. fol. m. 257.*

(37) *Stat. Alexandr. cap. 3. Art. 2. apud Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 146.*

*Fratres præſentes, & futuri poſſent, & deberent veſci carnibus; & ſuper hoc diploma Apoſtolicum iuſſit confici; & hoc præcepit mihi anno ſui Pontificatus ſecundo 1556. quo anno Nativitas D. N. venit feriâ ſextâ.*

54 Stante ergò tot Doctorum hinc indè caterva, periculoſum eſt, quid certi prò, vel contrà affirmare, niſi quòd res in opinione eſt, quæ quò ad utramque partem in gradu æqualis probabilitatis poteſt cenſeri. Mihi autem longe probabilior apparet ſecunda ſententia, tùm quià fulcitur auctoritate *Pauli Quarti*, qui prænarratam conceſſionem indulſit, & *Vrbani Octavi*, qui Conſtitutiones *Vrbanas* in ſpecie confirmavit, ut dictum eſt; tùm quià ex Regulâ non convincitur, quòd Fratres debeant ieiunare *omnibus ſextis ferijs* totius anni, quod eſt contrà communem ſenſum Doctorum, & etiam Statuta *Alexandrina*, data numero Superiori; & hoc apertè demonſtro.

55 In Regulâ (38) ſic textualiter habetur, *Fratres* ieiunent à Feſto Omnium Sanctorum, uſquè ad Nativitatem Domini. *Sanctam verò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphaniâ, uſquè ad continuas quadraginta dies, quam Dominus ſuo Sancto ieiunio conſecravit, qui voluntariè eam ieiunent benedicti ſint à Domino, & qui nolunt, non ſint adſtricti: ſed aliam uſquè ad Reſurrectionem Domini ieiunent. Alijs autem temporibus non teneantur, niſi ſextâ feriâ ieiunare.* Circa quem Textum adverto primò, quòd cùm, iuxtà communia utraque iura (39) dies termini non comprehendantur in termino, ex conſequenti dies Nativitatis Domini, qui eſt terminus temporis, aſſignati prò ieiunio Adventus, non comprehenditur in tali ieiunio. Adverto ſecundò, quòd tria tempora ad ieiunium explicantur in Regulâ, puta, tempus intermedium inter Feſtum Omnium Sanctorum, & Nativitatem Domini, quod dicitur Adventus; tempus Quadrageſimæ poſt Epiphaniam; & tempus Quadrageſimæ communis. Tùm ſubiungit, *alijs autem temporibus non teneantur, niſi ſextâ feria ieiunare*.

56 Ex his ità arguo, dictio *alius, alia, aliud*, ut argumento iuris (40) ſcribunt Doctores, importat diverſitatem à ſuprà expreſſis, & diverſa ab expreſſis includit; At in Regulâ Nativitas Domini iàm eſt expreſſa, & excluſa ab obligatione ieiunij Adventus, ut probatum eſt; ergò uon poteſt comprehendi in ieiunio ſextæ feriæ, quòd eſt iniunctum tempore, diverſo à temporibus ieiunij, iàm expreſſis. Infertur pariter ex eodem fundamento, quòd à Regulâ non præcipitur ieiunium quâlibet ſextâ feriâ anni, ſed ſolùm in quâlibet ſextâ feriâ, quæ cadit in *alijs*, nempè in diverſis temporibus ab ijs, quæ iàm ſuprà enumeraverat: & ſic ruit fundamentum adverſæ ſententiæ, quòd nempè ex vi Regulæ teneantur Fratres quâlibet ſextâ feriâ totius anni ieiunare.

57 Dicetur contrà hæc, quòd ex allatâ ratione ſequeretur, quòd cùm Feſtum Omnium Sanctorum ſit terminus, à quo incipit Adventus, nec in eo comprehendatur, ſi tale Feſtum cadit in ſextâ feriâ, non teneantur Fratres ieiunare, quià talis dies iàm eſt prænominata, & conſequenter non incluſa in alijs ſextis ferijs, quæ occurrunt in temporibus alijs à iàm nominatis, quod tamen nullus Doctor unquàm ſomniavit. Reſpondeo, concedendo illationem; & dico, ex vi Regulæ ad tale ieiunium Fratres non teneri, ſed ex ſolâ conſuetudine, quæ legem induxit. Et fortaſse ea fuit mens Seraphici Patris, ut in die Feſto Omnium Sanctorum Fratres minimè ieiunarent, quimvis caderet in feriâ ſextâ. Siquidem tale Feſtum eſt ex ſolemnioribus totius anni, ieiunandum verò non eſſe in magnis ſolemnitatibus, decrevit *Nicolaus Primus*, reſpondens ad conſulta *Bulgarorum*, (41) Undè etiam in Concilio Gangrenſi (42) anathemate damnantur, qui, imitantes *Manichæos*, ieiunant in feſtis.

58 Replicabitur contrà prædicta, quòd, ſi non intelligitur, quòd ex Regulâ quælibet ſextâ feriâ totius anni ſit ieiunandum, ſed ſolùm in ſextis ferijs, occurrentibus in *alijs* temporibus, *diverſis* à jàm expreſſis, ſequeretur magnum abſurdum, puta, quòd in ferijs ſextis, occurrentibus in Quadrageſimâ poſt Epiphaniam, non eſſet ſub præcepto ieiunandum. Ratio eſt, quià tale tempus *ieiunij* eſt tantùm facultativum, aut voluntarium, & non cadit ſub præcepto, ergò pariter erunt facultativæ omnes feriæ ſextæ, in eo incidentes: conſequentia eſt manifeſta, nàm tale tempus etiam ipſum expreſſum eſt, & ſi obligatio ieiunij feriæ ſextæ eſt tantùm prò *alijs diverſis* temporibus, & non prò quâlibet ſextâ feriâ totius anni, ſequetur, quòd ſextæ feriæ, occurrentes in Quadrageſimâ poſt Epiphaniam, non cadent ſub præcepto.

59 Reſpondeo, negando conſequentiam. Ratio eſt, quià *Seraphicus Pater* in Regulâ reliquit arbitrio Fratrum ieiunare, aut non, Quadrageſimam poſt Epiphaniam. Nomine autem Quadrageſimæ venit totum complexum quadraginta dierum. Non ſequitur autem, quòd ſi ieiunium quadraginta dierum arbitrarium eſt, quòd pariter arbitrarium ſit ieiunium cuiuslibet feriæ ſextæ, in illis occurrentis. Sed replicabitur, ſub quo præcepto cadent illæ feriæ ſextæ? Dico, quòd cadent ſub illo præcepto, *alijs autem temporibus non teneantur, niſi ſextâ feriâ ieiunare*. Nàm aut Frater habet illud tempus 40. dierum poſt Epiphaniam prò Quadrageſimâ, & illam ieiunat, vel non. Si ſic, ſumus extrà caſum, quià ieiunat. Si non, ergò habet illas ferias ſextas, tanquàm tempus, diverſum à Quadrageſimâ, & ſic adſtringitur ad ieiunium ex præcepto, *alijs autem temporibus &c.* Inſtabis iterum, ſi Frater frangit ieiunium in alio die in illâ Quadrageſimâ, minimè peccat, quià facultativum illi eſt ieiunare, aut non. Sed ſi non ieiunat in feriâ ſextâ eiuſdem Quadrageſimæ, mortaliter peccat. A quo igitur præcepto tale mortale peccatum inducetur? Reſpondeo, quòd ideò peccabit, quià contraveniet eidem præcepto, *alijs autem temporibus &c.* quià dùm violat illam Quadrageſimam, voluntariè aſſumptam, facto declarat, ſe nolle eam obſcurare, proindè illud tempus ab eo habetur *aliud* à Quadrageſimâ, & ſic feriæ ſextæ, ibi incidentes, reducuntur ad alietatem temporum, inibi expreſſorum, & proindè cadunt ſub præcepto, inducente peccatum mortale, & fortaſsè poſſet etiam dici, quòd minimè peccaret mortaliter,

eo

(38) *Regul. Minor. cap. 3.*
(39) *Arg. l. Vbi lex, ff. de Reg. iur. cap. Frequens iunct. Gloſſ. in V. Proponitur de Reſtitut. ſpoliat. in 6.*
(40) *Arg. l. Si fundus ſub conditio. §. Libertus ff. de legat. 1. Paris Conſ. 78. num. 21. Volum. 2. Duran. de Art. teſta. Tit. de Hæred. inſt. Caut. 4. num. 6. Cavalc. de Vſufr. mul. relict. cap. 1. num. 6. Socin. Corn. Sylvan. Decian Menoch. Honded. Cened. & Giurba apud Barboſ. Dict. 26. num. 17.*

(41) *Nicol. I. Ad conſult. Bulgar. cap. 5.*
(42) *Concil. Gangren. cap. 18. cap. Vtinam. 76. Diſt.*

Digitized by Google

eò quòd ieiunium ſingulorum illorum dierum eſſet illi facultativum, nec feriæ ſextæ ibi incidentes caderent ſub præcepto. Sed prima Reſponſio eſt melior, prout etiam ſcribit *Marchantius. Expoſit. in Regul. cap. 3. Quæſt. 1. v. Reſpondeo nihilominus fol. m.* 173.

60 Sic ergò reſolutâ primâ parte dubitationis, liquet, quòd privatione non poſſet percelli Guardianus, qui in die Nativitatis Domini, cadente in feriâ ſextâ, carnes in Communitate, aut lacticinia parari faceret. Ratio eſt, quià, ut hùcuſque probatum eſt, aut nullum abſolutè eſt tali die ſervandum *ieiunium*, aut ſaltem probabile eſt, quòd nulla ex Regulâ obligatio adſit. Superior igitur non poteſt abſolutè probari Reus Statuti; quià Statutum dicit, privandum eſſe Officio Guardianum, qui dat lacticinia, & à fortiori carnes *tempore, quo Fratribus ex præcepto Eccleſiæ, vel Regulæ noſtræ inſtituto ieiunandum eſt* (43) liquet autem, quòd prò illo die ieiunando nullum urget præceptum Eccleſiæ, & de præcepto Regulæ res dubia eſt, ergò non poteſt habere locum pœna privationis. Ratio eſt, quià delictum in dubio, tùm iuris, tùm facti non præſumitur, & ideò actus, qui poteſt ſonare in delictum, & non delictum, ſemper interpretatur, ut abſit delictum (44), interpretatio enim aut iuris, aut facti, ſemper facienda eſt in caſu dubio, ut ſit excluſiva delicti, iuxtà Doctores (45). Dùm igitur non probatum remanet plenè crimen, in ſuo genere perfectum, minimè poteſt infligi pœna ordinaria privationis Officij. Dico tamen, quòd quamvis non conſtet de præcepto Regulæ, àn ſit die Natalis Domini in feriâ ſextâ ieiunandum, conſtat tamen de univerſali conſuetudine Religionis *Minorum de Obſervantiâ* utràque. Undè, ſi Guardianus hanc violaret, ſi non deberet privari Officio, ut probavimus, ſaltem aliquam pœnam extraordinariam mereretur, ob contraventionem laudabili in univerſo Ordine conſuetudini.

61 Septima dubitatio eſt, àn privandus Officio eſſet Superior localis, qui carnes, aut lacticinia in Communitate præberet feriâ ſecundâ, ac tertiâ poſt Quinquageſimam?

62 Reſpondeo, quòd in nullis Statutis Religionis, quæ viderim, reperitur, quòd Fratres illis duobus diebus debeant ieiunare, niſi in Statutis Farinerijs, in quibus ſic habetur, *Quadrageſimæ obſervantia à Quinquageſimâ inchoetur* (46), conſonat autem tale Statutum antiquo Canoni (47), in quo ità diſponitur, *Sacerdotes, & Diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas Eccleſiaſtici gradus exornat, à Quinquageſimâ propoſitum ieiunandi ſuſcipiant*. Hunc verò Canonem ampliùs non obligare, vel quià contrariâ conſuetudine abrogatus eſt, vel quià per modum exhortationis tantùm, non autem Decreti latus eſt, voluit *Gratianus*, cui concordat *Gloſſa* (48); Pari modo de diſpoſitione citati Statuti dicendum eſt; tùm quià in *Statutis ſequentibus*, in quibus inſerta ſunt *Farineria*, in ordine ad *ieiunium*, minimè inſerta eſt talis clauſula, per deſuetudinem abrogata; tùm quià exhortativum potiùs, quàm decretorium, ac obligatorium fuiſſe, cenſendum eſt. Concluditur ergò, quòd nullum adeſt præceptum de ieiunando in illis duobus diebus, ut cum *Roderico*, *Cypriano*, & alijs, firmat *Sanctorus* (49). Si ergò nullum adeſt præceptum ieiunandi illis diebus, nec ex Regulâ, nec ex Statutis, reſolvendum, quòd non eſſet locus privationi Officij contrà Guardianum.

63 Dicitur, quòd, ſi non aliud, obſtat tamen conſuetudo, quandòquidem in noſtrâ Religione, ſaltem apud *Reformatos*, inauditum eſt, quòd illis diebus *ieiunium* violatum ſit. Reſpondeo, negando aſſumptum, & eius probationem. Ratio eſt, quià in citatis *Farinerijs* indicitur inceptio *ieiunij* Quadrageſimalis à Quinquageſimâ. Patet autem, quòd, ſi tale *ieiunium* ex conſuetudine ſervaretur, una tantùm refectio ſumenda eſſet, ſed in multis Provincijs Ordinis, & ſignanter in *Provinciâ Romanâ* tale ieiunium non ſervatur, licèt enim cibi quadrageſimales in Communi menſâ in prandio apponantur, tamen in ſerò etiam cænatur, ergò de univerſali conſuetudine *ieiunij* non conſtat. Reſpondeo ſecundò, quòd non infertur ex hoc, quòd in Refectorio nunquàm communiter ſint datæ carnes, inducta ideò ſit conſuetudo, obligans ad *ieiunium*; quandòquidem, qui volunt, extrà Refectorium abſquè ſcrupulo, & cum ſcientiâ Superiorum comedunt carnes; nec ratione loci aliquod præceptum nobis imponitur, præcepta enim omnia Regulæ ſunt perſonalia, non localia; ergò neque ex conſuetudine tale præceptum eſt inductum.

64 Minimè quidèm approbo quorundam uſum, qui in illis diebus ſolùm panem, & vinum in menſâ Communi apponunt, & factâ ſolitâ benedictione, ac bucellâ panis, & hauſtu vini guſtato, gratias agunt; mox menſam carnibus inſtructam in alio loco paratam habent, ad quam omnes accumbunt. Peior eſt permiſſio aliorum, qui tolerant, quòd Fratres per catervas diſperſi in privatis locis comeſſationibus vacent. Ille uſus ſapit hypocriſim, iſte verò diſſolutionem nutrit. Meliùs profectò fieret, quòd Capituli Generalis auctoritate decerneretur, quòd conformiter cùm cæteris fidelibus *ieiunium* inciperetur à Feriâ quartâ Cinerum; & hoc modo ſcrupulus omnis, & tot deformitates, & corruptelæ ceſſarent. Concludo tamen, quòd, licèt probaverimus, Guardianum non debere vapulare privatione Officij, ſi carnes illis diebus in Communitate daret; hoc non obſtante, quià violaret conſuetudinem, quæ aliqualem obſervantiam ſapit, eſſet aliquâ reprehenſione dignus, ſi in Communitate carnes daret. Proindè, ut hanc cenſuram evadat, hypocriſim, ac diſſolutionem impediat, omiſſo ſigno campanulæ, per quod, ut ſuprà diximus, convocatur Communitas, congregat Fratres in Refectorio, & cum benedictione Dei carnes apponat, nec poterit damnari, quòd carnes dederit in *Communitate*, cùm abſque ſigno campanulæ, congregata in Communitate, non poſſit dici familia, & hoc modo feci ego, quandò Guardianus fui, nec à Superioribus fui ullo modo reprehenſus, quià in legem non commiſi.

§. II. Iti-

(43) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 6. nu. 1.*
(44) *Arg. l. Marito ff. Pro ſocio. l. Prætor. §. Docere. ff. de Vi bon. rapt. cap. Eſtote Extra de Reg. iur.*
(45) *Abb. Natta Maſcard. Farinacb. & Menocb. apud Barboſ. Dict. 68. nu. 16.*
(46) *Stat. Farin. cap. 4. ſub init. Orb. Seraph. Tom. 3. col. 1. fol.* 54.
(47) *Text. in cap. Denique 4. Diſt.*
(48) *§. Hæc etſi iunct. Gloſſ. final. 4. Diſt.*
[49] *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 13. Quæſt. 3. fol. m. 254. ibi Roderic. & Cyprian.*

# §. II.

## Itinerantium Delicta.

*SVMMARIVM.*

1 *Intentio huius paragraphi aperitur.*

2 *Multiplicia delicta, quæ à Fratribus itinerantibus poſſunt committi.*

*Speciale delictum Fratrum Minorum itinerantium eſt equitare.*

3 *Equitare quid ſit, & quid importet.*

*Diffinitio equitationis, pròut Fratri Minori eſt interdicta.*

*Eques appellatur, qui etiam mulo, aſino, aut camelo inſidet.*

4 *Iumentum quodnam vocetur.*

*Bos non venit nomine iumenti, & quandò venire poſſit.*

*Brutum quodnam ſit.*

*Opinio, quòd itinerans, Vectus in humeris hominum, non delinqueret.*

5 *Impugnatur poſita opinio.*

*Qualis fuerit mens S. P. Franciſci, ferendo præceptum de non equitando.*

*Vectura, Minoribus itinerantibus, prohibita extenditur ad eam, quæ fit in ferculo, ab hominibus deportato.*

6 *Bigare, quadrigare quid importet.*

7 *Trahi in navi ab equis nõ eſt delictũ, & quarè.*

*Navigare quid ſit, & de quibus dicatur.*

*Itinerans in carrucâ, vento impulſâ, ut apud Sinas, non incurrit delictum.*

8 *Neceſſitas, quæ excuſet à delicto equitandi, multiplex eſt.*

9 *Neceſſitas, orta ab infirmitate, quomodò extendatur, ut poſſit licitè Frater equitare.*

10 *Explicantur alij caſus neceſſitatis.*

11 *Neceſſitas, & infirmitas, quæ facit licitam equitationem, debet eſſe manifeſta.*

*Manifeſtatio neceſſitatis, facienda Superiori, magis reſtricta ab Vrbano Octavo.*

12 *Vbi intervenit vera neceſſitas, aut infirmitas, non requiritur ad equitandum diſpenſatio, indulta à Superiore.*

*Manifeſtũ, & manifeſtatum, quomodò differant.*

13 *Neceſſitas, aut infirmitas ſufficit, quòd dubia non ſit indigenti, aut cuilibet diſcreto viro.*

14 *Ex diſpoſitione Vrbani Octavi requiritur, quòd neceſſitas, propter quam licitum eſt equitare, ſit manifeſta, gravis, & vera.*

*Talis diſpoſitio, & pœna in eâ lata non ſunt uſu recepta.*

1 AD ſolam illuſtrationem nòſtri Textus cogimur, de *Itinerantium delictis* pauca delibare: nec hærere debet Lector in titulo huius paragraphi, cùm delicti nomen generale ſit, & queat quodvis ſpecificum delictum, ab itinerante patrari, ut proindè non videatur, quòd poſſit de *delictis Itinerantium* formari paragraphus ſpecialis, quemadmodum fecimus in toto hoc opuſculo de ſingulis delictis in ſpecie. Etenim concedimus quidèm, quòd delictum quodvis poſſit committi ab Itinerantibus, ſpecificativè ſumptis; non verò reduplicativè acceptis, hoc eſt, quòd delictum ab ijſdem committatur in ratione propriâ, quâ itinerantes ſunt.

2 Multiplicia quidèm in ſpecie eſſe poſſunt talium crimina; nàm poſſunt iter inſtituere abſquè litteris obedientialibus; aut non petitâ benedictione Superioris; aut ſinè permiſſu Prælati Provincialis, quandò literæ obedientiales ſunt conceſſæ à Generali: aut ſinè ſocio: aut habitu dimiſſo: aut notabiliter declinando à rectâ viâ. Cùm autem recitati modi delinquendi formaliter reducantur ad inobedientiam, de ijs locuti ſumus in paragrapho *Apoſtaſia*, quæ de directo militat contrà obedientiam. Hìc autem agimus de ſpeciali modo delinquendi, qui fit à *Fratre Minore* itinerante, non proprijs pedibus, ſed equitando, quod ſibi per ſuam Regulam ſub præcepto æquippollenti vetatur, ut poſt *Clementinum Gundiſalvus*. (1) Hinc apparet, hoc delictum non poſſe habere locum in alijs Regularibus, quià nullus per ſuam Regulam tali præcepto arctatur; & ideò eſt proprium *Fratris Minoris* ſervare, obligati *Regulam Minorum* in ſuâ puritate, ut ſumus Nos *Minores de Obſervantiâ Regulari, ac Strictiori, ac Capucini*, quandòquidem *Minores Conventuales* habent de tali præcepto diſpenſationem.

3 Quià verò hoc delictum formaliter conſiſtit in transgreſſione præcepti, dicentis, *Fratres non debeant equitare, niſi manifeſtâ neceſſitate, aut infirmitate cogantur*, (2), nullo potiori modo poteſt cognoſci, in quo conſiſtit huius delicti quidditas, niſi diffiniendo quid ſit *equitare*, pròut in Regulâ prohibetur. Poteſt autem ità diffiniri. *Equitare eſt cuiuſvis animalis miniſterio ſubvectione, aut tractione ſuper terram ad pompam, aut commoditatem uti*. Advertas autem lector, me hìc diffinire equitationem, ut præcisè vetitam *Fratri Minori*; non autem in ſe. *Equitare* enim ſecundùm ſe non eſt niſi vehi, non tantùm equo, ſed etiam quovis animali. Proindè *equitem etiam appellamus eum, qui vel aſino, vel mulo, vel camelo inſidet, nedùm equo*, ait *Spiegelius* (3), ſicque etiam *equitare* diceretur, qui vel Elephanto, vel bove, aut vaccâ, pròut apud *Indos Orientales mos eſt*, ad iter faciendum uteretur.

4 In datâ deffinitione dico primò, *cuiuſvis animalis miniſterio uti*, non autem me adſtringo ad vocabulum *iumenti*, aut *bruti*. *Iumentum* enim intelligitur *brutum*, quod dorſo inſeruit, proindè nomine *iumenti* non venit bos,

---

[1] *Clement. Exivi. §. Vt autem de verb. ſign. Gundiſalu. Compend. Reg. Minor. Tit. Equipoll. nu. 6.*
[2] *Regul. Minor. cap. 3.*
[3] *Spiegel. Lexic. iur. V. Equitem.*

Digitized by Google

bos, ut dicitur in iure (4,) quia collo inſeruit in trahendo iugo. Apud *Indos* verò *Orientales*, ut dicebam, qui inſidentes bovi, aut vaccæ, ſua itinera conficiunt, bos etiam nomine *iumenti* venit. *Brutum* pariter importat animal ratione carens. Dico igitur, *cuiuſvis animalis*, ut comprehenderem etiam homines. Non enim abeo in ſententiam *Sanctori* (5,) qui vult, quòd ſi quis præciſo pretio, vel ſuperbiâ, vel ſcandalo, iter faceret, vectus humeris hominum, prout mos eſt apud *Aphros Meridionales*, & *Neapoli*, ac *Genuæ*, non violaret præceptum de non equitando, quia loquendi modus hoc genus vectionis equitationem non appellat; undè præceptum odioſum non eſt extendendum quò de iure non pertingit.

5 Siquidem, prout habet *Hugo de Dinâ* (6), mens Seraphici Patris in traditione præcepti de non equitando, ea fuit, ut Fratribus ſuis traderet formam *minuendæ ſollicitudinis*, (puta, in procurando pretio equitationis) *humilitatis*, & *auſteritatis*. Quamvis igitur in vectione in humeris hominum abſit pretium, (ſi vectio gratis fiat) ſuperbia, ac ſcandalum, non vitatur tamen Læſio *auſteritatis*, ſi ad ſolum commodum, abſque neceſſitate talis vectum fiat; & in rigore ſermonis *equitare* importat ſolo dorſo iumentorum vehi, undè non poſſet ex vi ſermonis extendi ad alium modum, quo homo vehitur, puta, rhedâ, lecticâ, ſellâ curuli &c. & tamen ex *D. Bonaventura* (7) expoſitione, quam amplexatus eſt *Martinus V.*, & *Iulius II.* (8) in ſuis Statutis, extenditur ad *bigare*, *quadrigare &c.* Sequitur igitur, quòd debet etiam favore Religioſæ profeſſionis ampliari etiam ad vecturam, quæ fit lecticâ, ſellâ, aut ferculo, ſuper humeris hominum, quod præ omnibus vecturis ſenſualem commoditatem ſapit.

6 Dico ſecundò, *ſubvectione*, *aut tractione*, prout enim paulò ſuprà dictum eſt, *equitare* importat etiam *bigare*, *quadrigare &c.* de rigore autem ſermonis *equitare*, ut dicebam, importat dorſo animalis uti ad vectionem: *bigare* verò, *quadrigare*, vehi curru, ſellâ curuli, plauſtro, Sarraco &c. Significat vehi motu tractorio animalium, qui vel collo, vel pectore trahunt.

7 Dico tertiò, *ſuper terram*, ut excludam tractionem, quæ fit ſuper aquam. Si quis enim *Frater Minor* navigat adverſo flumine, dùm ventus ſecundus ceſſat, nec velis poſſunt nautæ uti; aut etiam quovis tempore adhibent equos, boves, aut bubalos ad trahendam navem, licèt in tali itinere tractorio, miniſterio animalis utatur, non tamen poteſt dici, quòd contrà præceptum Regulæ equitet; quià *ſuper terram* non trahitur; ſed verè, & propriè dicitur *navigare*; hoc enim verbum non convenit tantùm nautis, ac vectoribus, ſed etiam iis, qui iter inſtituunt in navi, & navi vehuntur, proindè *navigare* dicitur etiam de mercibus, quæ vehuntur in navi. (9) In Regulâ autem non prohibetur, quòd Fratres navigare non poſſint; cùm & ipſe *S. Pater*, ac eius Socij, Regulæ obſervantiſſimi, navigaſſe legantur, ut obſervat *Sanctorus* (10,) & iuxtà communem Expoſitorum ſententiam, trahi animalibus in navi non importat tranſgreſſionem contrà Regulam. Sed quid dicendum, ſi tractio eſſet quidèm in rhedâ, ſeu carrucâ ſuper terram, non autem fieret ab animalibus, ſed à vento, prout eſt in aliquibus Provincijs Regni *Sinarum*, in quibus viatores iter inſtituunt carrucis, velorum miniſterio, impulſis à vento; eſſet ne talis modus itinerandi prohibitus *Fratri Minori*? Reſpondeo, quòd non. Ratio eſt, quià nullo pacto poteſt convenire nomen equitationis, (quæ ſola in Regulâ prohibetur) tali modo itinerandi, cùm non miniſterio animalium, ſed ſolâ vi ventorum carruca moveatur; undè talis modus magis accedit ad navigationem, ratione cauſæ principalis motus, quàm ad itinerandum, modo ſolito per currus &c.

8 Dico ultimò, *ad pompam*, *aut commoditatem*, ut excludam *neceſſitatem*, quâ ſtante, non eſt illicitum *Fratri Minori* equitare. Porrò neceſſitas ex multiplici capite poteſt oriri: puta, aut ab infirmitate, aut impotentiâ propriâ, aut Socij, cum quo quis agit iter; Nàm, ſi Socius impotens eſt ad iter pedeſtre, & rhedâ utitur, Frater, licèt ſanus, poteſt & ipſe rhedâ uti. Ratio eſt, quià conveniens, iuxtà Statuta, non eſt, quòd Fratres ſoli incedant; neque autem, qui pedeſter ambulat, comitari Socium in rhedâ, quæ velociori motu movetur; neque etiam, ſi equo vehitur; undè neceſſe eſſet, quòd, cum ſæcularium admiratione Frater pedeſter ſolus à longè ſequeretur Socium, qui eſt ipſe ſolus in rhedâ, ſellâ curuli, aut equo alium anteiret; & per hoc conveniens eſt, quòd etiam ſanus ægrotum Fratrem in rhedâ, aut equo comitetur. Quòd ſi adducta ratio ceſſat, quià Frater ægrotus in lecticâ, aut equo, lento gradu itineratur, nec itineris prolixitas ſuperat ſpatium conſuetum, quod poteſt, qui ſanus eſt, peditando, metiri, dico, quòd non poteſt ſanus, tutâ conſcientiâ, lecticâ, aut equo uti. Ratio eſt, quià tali caſu poteſt commodè ſanus comitari ægrotum, & ab eo longo ſpatio non diſſociari, & cùm lentus ſit motus, ut ſuppono, & iter non excedens, non ultrà debitum laſſatur ſanus in comitando; & ſæculares videntes unum equeſtrem, alium verò Fratrem pedeſtrem, ædificationem potiùs, quàm ſcandalum ex eo colligunt, arguunt enim infirmitatem in eo, qui equitat, & neceſſitatem; in alio autem ſanitatem, & in ambobus Regulæ obſervantiam.

9 Pariter neceſſitas oritur etiam ab infirmitate, quæ timetur ſecutura ex pedeſtri itinere, ut benè advertit *Sanctorus* (11,) puta, quià quis expertus eſt, quòd itinerando pedibus, ſibi accenditur febris, laborat dolore capitis, fluxiones patitur, ob quas cogitur in Lecto decumbere, & ſimilia &c. Imò etiam recreandi gratiâ animi, fracti à longâ tranſactâ ægritudine, longâ ſcriptione, longo ſtudio, poteſt, qui peditare nequit, equitare, ut benè *Corduba* (12). Ratio eſt, quià lapſus virium infirmitas eſt, & ſicut iſtas reparare licitum eſt, ità licitum erit etiam equitare, quandò ſinè eo nequeunt vires reparari, aut ſaltem valdè confert ad reparationem, cùm ex vulgatis, cui conceditur aliquid, conceduntur etiam ea, quæ ad illud obtinendum conferunt.

Bbbb 10 Item

(4) *Text. in l. Aediles. §. Vndè ff. de Aedilit. edict. l. Bovis ff. de Verb. ſign.*
(5) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 23. V. Super humeros fol. m. 276.*
(6) *Hugo de Dina Expoſit. in Regul. Minor. cap. 3.*
(7) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 3.*
(8) *Martin. V. Conſtit. ſup. Regul. Minor. cap. 3. Iul. II. Statut. Papal. cap. 3. Par. 6. apud Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo Verbum fol. m. 276.*
(9) *Text. in l. 1. ff. de Naut. fœnor.*
(10) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 23. V. De navi fol. m. 276.*
(11) *Sanctor. loc. cit. Quæſt. 2. V. Infirmitas fol. m. 278.*
(12) *Corduba Expoſit. in Regul. cap. 3. Quæſt. 3.*

Digitized by Google

10 Item neceſſitas equitandi poteſt oriri *ex prolixo, vel impedito itinere, vel urgentiâ negotij*, ut ait *D. Bonaventura* (13.) Ratio eſt, quià in Regulâ duo caſus exprimuntur, ob quos licet equitare, puta, *neceſſitas*, tamen hæc in plus ſe habet, quàm infirmitas. Extendi enim debet ad caſus, in quibus aut pietate, aut charitate in proximos, aut Prælati imperio dictante, inſtituendum eſt iter, aut longum ſuprà vires Fratris peditantis, aut quòd ex gravitate negotij exigit maiorem celeritatem, quàm præſtari peditando poſſit; aut impeditum nivibus, glacie, luto &c.; aut nimis arduum, ut in aſcenſu montano, alpeſtrique. In his caſibus tutum eſt equitare, ut communiter Expoſitores.

11 Verum eſt, quòd iuxtà Regulam (14), tùm neceſſitas, tùm infirmitas debent eſſe manifeſta, ut ex horum cauſâ poſſit quis licitè equitare; ait enim, *niſi manifeſtâ neceſſitate, vel infirmitate cogantur*, & de tali manifeſtatione ſcribunt communiter Expoſitores, quòd debeat eſſe reſpectu Superioris, cuius eſt, inquiunt, ſuper eâ diſpenſare. Magis arctavit rem *Vrbanus Octavus* in ſuâ Bullâ (15), quæ communiter intitulatur *de veſtitnendo candore*, qui voluit ſubiacere pœnis, ibidem comminatis, (de quibus infrà) *omnes Fratres, qui ſinè manifeſtâ, verâ, gravique neceſſitate, aut infirmitate, & abſquè licentiâ Provincialis, vel in caſu urgenti, Superioris Localis, de Conſilio, & iudicio trium Diſcretorum Conventus, ſcriptis obtentâ, equitare auſi fuerint.*

12 Sed circà ſupradicta adverto, quòd aut loquimur de obligatione, inductâ per Regulam, aut de inductâ ex diſpoſitione talis Bullæ, insertâ in Statutis Ordinis. (16) Si primum, dico, quòd nulla requiritur diſpenſatio Superioris ſuper præcepto de non equitando, in caſu, in quo interveniat manifeſta neceſſitas, aut infirmitas. Ratio eſt evidens, quià Regula ipſa diſpenſat in tali caſu; igitur non eſt neceſſaria ulterior diſpenſatio Superioris, iuxtà Regulam, ergò, ſi Superior non declarat neceſſitatem adeſſe, & equitationem concedat, Regula violatur. Reſpondeo, negando aſſumptum cum conſequentiâ. Siquidèm non ait Regula, *manifeſtatâ*, ſed dicit, *manifeſtâ*. Hoc porrò diſcrimen eſt inter *manifeſtum*, & *manifeſtatum*, quòd *manifeſtum* eſt id, quod ſenſui, aut rationi evidens eſt ex ſe. Undè dicitur, *manifeſtum* eſſe *crimen*, in quo quis deprehenditur (17), tunc enim ſubijcitur ſenſui, *manifeſta propoſitio*, quod, apprehenſis terminis, patet rationi, ut *omne totum eſt maius ſuâ parte*. *Manifeſtatum* autem eſt id, quòd ex ſe minimè patere poteſt, undè alio indiget, ut *manifeſtum* fiat, ut eſt occultum factum, quod ex relatione alicuius alteri manifeſtatur.

13 Dùm igitur dicit Regula, *manifeſtâ neceſſitate*, non autem *manifeſtatâ*, patet, quòd loquitur de eâ neceſſitate, quæ ſenſui, aut rationi patet; non adſtringitur autem ad hoc præcisè, quòd Superiori pateat, ſed ſufficit, quòd aut indigenti, aut cuilibet diſcreto viro dubia non ſit, ut de *manifeſtâ neceſſitate*, ob quam licitum ſit non ieiunare, ſcribit *Hugo de Dinâ*, relatus à *Marchantio* (18.) Quid enim, ſi doleo nervis pedum, in quibus cæteroquin nulla appareat inflammatio, nullus tumor, & Superior, cui dolorem meum manifeſto, incredulus eſt, (quià non apparent externa ſigna doloris) & mihi negat facultatem equitandi, dùm iter facere debeo, fortè peccabo in Regulam, ſi abſquè diſpenſatione Superioris equitavero? Minimè profectò, quià ſufficienter diſpenſor ab infirmitate, mihi *manifeſtâ*, ex diſpoſitione Regulæ.

14 Loquendo tamen de obligatione, inductâ per dictam Bullam *Vrbani VIII.*, (quæ ſub culpâ gravi obligat, cùm Papa in eâ iubeat *in virtute ſanctæ obedientiæ*, quæ præceptum formale importat, ad quod ſub mortali obligamur ex vi voti) aliter eſt dicendum, nàm requiritur, ultrà *manifeſtam, veram, ac gravem neceſſitatem*, etiam *licentia Superioris Provincialis, vel Localis, in ſcriptis conceſſa*, ut patet ex verbis eiuſdem Bullæ, datis ſuprà *num.* 11. Adverto tamen prò quiete conſcientiarum timoratarum, talem Bullam non eſſe uſu receptam, cùm præſcripta in eâ nec à Superioribus, nec à Subditis ſerventur communiter, & ideò neque in conſcientiâ obligare ad culpam, ſed tantùm ad pœnas, de quibus infrà loquemur, & circà equitationem, rem conſiſtere, iuxtà diſpoſita per Regulam.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

15 *In delicto equitationis illicita præſumptio ſtat prò delicto.*
*Probatâ equitatione, debet Reus probare legitimam cauſam equitandi.*
16 *Hoc delictum probatur etiam per Teſtes ſingulares.*

15 QVò ad probationem huius delicti adverto; quòd, cùm ſimus in præcepto prohibitivo, (dicente Regulâ, Fratres non debeant equitare) præſumptio ſtat prò delicto, ità ut, ſi ab accuſatore, aut Fiſco probetur, quòd *Caius* equitaverit, præſumitur deliquiſſe; & ex tali præſumptione transfertur in Reum onus probandi *neceſſitatem*, aut *infirmitatem*, ob quam ſibi licitum fuerit equitare.

16 Adverto inſuper, quòd tale delictum, eò quod iterabile eſt, poteſt probari etiam per Teſtes ſingulares, ut aliàs (19) diximus, & nobiſcum contra *Caronam*, & *Abbatem* tenet etiam *Bordonus*. (20) Circà hoc autem nihil peculiare in ordine ad probationem amplius occurrit.

## Pœnę.

*SVMMARIVM.*

17 *Pœna illicitæ equitationis ſunt petenda à Statutis: & datur Textus.*
18 *Statutum ſecundum.*
19 *Statutum tertium.*
20 *Statutum quartum.*

21 *An*

(13) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. cap. 3.*
(14) *Regul. Minor. cap. 3.*
(15) *Vrban. VIII. Conſt. Militantis. 1. Iunij* 1640. *§. Ne autem.*
(16) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 9. nu. 1.*
(17) *Arg. l. Si fur. ff. de Furt. ubi Bartol.*
(18) *Hug. Expoſit. in Regul. cap. 3. apud Marchant. eo. tit. & cap. Quæſt. 3. Concl. 2.*
(19) *Par. p. Tit. Probatio. nu. 3.*
(20) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 22. nu. 22.*

Digitized by Google

21 *An in quocunque caſu equitationis intret pœna Statutaria.*

22 *Reſpondetur negativè.*

*Equitans ſinè ſcandalo per modicum iter, non eſt puniendus.*

*Parvitas materiæ in itinere, quanta ſit.*

*Pars minor tertiâ totius alicuius, non cenſetur notabilis.*

23 *An pœnæ, latæ in Textu, ſint ſublatæ per recens Statutum Ordinis, diſpoſitum iuxtà Bullam Vrbani Octavi.*

24 *Reſpondetur negativè.*

*Dictio* præter, *quid importet.*

25 *Quomodò in hoc crimine dari poſſit privatio ſuffragiorum ultrà Carcerem.*

26 *Privatio ſuffragiorum quotupliciter intelligenda, & quomodò in hoc caſu.*

27 *An pęna Carceris bimeſtris debeatur prò unicâ equitatione.*

28 *Reſpondetur negativè, & quarè.*

*Delictum proprietatis eſt gravius illicitâ equitatione.*

*Eſſet inconveniens Statutum, ſi gravius crimen minorem pęnam reportaret leviori.*

30 *An in omni caſu, ut quis licitè equitet, requiratur ſcripta licentia Provincialis.*

31 *Reſpondetur negativè.*

*Quo caſu Guard. poſſit dare licentiam equitandi.*

32 *An delinqueret, qui abſque neceſſitate iter faceret ſuper curru, tracto a bobus.*

33 *Opinio Sanctori negativâ.*

34 *Impugnatur opinio Sanctori.*

35 *Abſurdũ, quod ſequeretur ex fundamẽto Sãctori.*

36 *Motiva, quæ habuit S. P. Franciſcus ad prohibendam equitationem.*

17 Circà pęnas huius delicti, attendendæ ſunt à *Textu*, & Statutis Ordinis, quorum primus ſic habet. *Equitantes, bigantes quadrigantes ſinè licentiâ, & neceſſitate, bimeſtri carcere macerari merentur; & ſi in hoc defectuoſi fuerint, omni ſuffragiorum iure ſexennio carere deberent* (21.)

2 *Ad eliminandum equitandi abuſum, præter antiqua Ordinis Statuta, per Conſtitutionem Vrbani VIII. omnibus, & ſingulis Ordinis noſtri Fratribus, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub pœnâ privationis Officiorum, quæ obtinent, & perpetuæ inhabilitatis ad quæcunque Officia, gradus, & dignitates in poſterum, ipſo facto, incurrendâ, præcipimus, & mandamus, nè abſquè manifeſtâ, verâ, gravique neceſſitate, aut infirmitate, & abſquè licentiâ Provincialis, qui eam præſtare non poſſit ſinè ſcripto neceſſitatis teſtimonio ſibi à Guardiano, & Diſcretis Conventus facto; vel in caſu urgenti Superioris Localis de iudicio trium Diſcretorum, quorum conſciéntias oneramus, in ſcriptis obtentâ, equitare, bigare, aut quadrigare audeant, vel præſumant. Eaſdem pœnas ſolis, Miniſtro, & Commiſſario, Generalibus, aliquandò ex rationabili cauſâ remittendi auctoritate relictâ* (22).

(21) *Text. Tit. Applicatio.* §. 28.
(22) *Stat. Gen. Ord. cap.* 3. *§.* 9. *nu.* 1.

3 *Fratrem ſinè dictis cautelis equitantem, bigantem, aut quadrigantem, Guardianus Conventus, ad quem pervenerit, ſub pœnâ ſuſpenſionis ab Officio per ſex menſes, teneantur in Communitate Fratrum diſciplinâ afficere, & in carcerem per tres dies recludere, ac Provincialem de tranſgreſſione monere.* (23)

4 *Nullus Frater cuiuſcunque conditionis ſit, equo, iumento, curru in publicas vias, Civitatum, Terrarum, vel Hoſpitiorum negotietur, deambulet, aut iter faciat, ſub pœnâ carceris, & inhabilitatis ad omnia Officia Religionis.* (24)

21 Prima dubitatio circà Textum eſt, àn in quocunque caſu equitationis ſinè licentiâ, & neceſſitate, pęnæ, in eo contentæ, debeantur?

22 Reſpondeo negativè; ſi enim quis, ſecluſo ſcandalo, per modicum iter, ut præfertur, equitaret, non poſſet tali gravi pęnâ mulctari. Ratio eſt, quià parvitas materiæ in hoc delicto, ſicut & in alijs, quæ illam admittunt, debet excuſare à crimine, ut pęna ordinaria non debeatur. Quòd, ſi quæras, ad quæ milliaria poſſit extendi talis parvitas materiæ? Dico, quòd poteſt extendi ad quatuor, aut quinque milliaria, ultrà quæ non poteſt rationabiliter dari parvitas itineris. Ratio eſt, quià viginti milliaria in iure (25) conſtituunt iter unius diei, quod poteſt homo peditando conficere. Quatuor autem, aut quinque milliaria conſtituunt quintam, aut quartam partem itineris. Porrò pars minor tertiâ alicuius totius non cenſetur notabilis, prout docet *D. Antoninus* apud *Navarrum* (26). Sequitur ergò à ſimili, quòd equitans per quartam, aut quintam partem itineris, à iure aſſignati prò dietâ, non peccare graviter, & ſic non incurrere pęnam Statuti.

23 Secunda dubitatio eſt, àn pęnæ, latæ in Textu, ſint ſublatæ per recens Statutum Ordinis, diſpoſiti iuxtà Bullam *Vrbani VIII.*, quæ in eo inſeritur?

24 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià in hoc nupero Statuto ponitur clauſula *præter antiqua Ordinis Statuta*; dictio autem *præter*, quandò adijcitur rei, quæ ſub genere præcedentium, aut ſubſequentium minimè includitur, ſed eſt alterius diverſi generis, habet virtutem augendi, & ponitur prò *ultrà*, ut dicunt Doctores. (27) Senſus ergò Statuti eſt, quòd Reo de equitatione, ultrà pęnas, latas in Statutis antiquis Ordinis, infligantur etiam illæ, quas ibi ſancit.

25 Tertia dubitatio eſt, cùm iuxtà Textus (28) diſpoſitionem, pęna carceris includat privationem actuum legitimorum, iſta verò involuat privationem ſuffragiorum, nempè vocis activæ, ac paſſivæ, dubitatur, quomodò cum defectuoſis in equitando poſſit ultrà carcerem infligi pęna privationis ſuffragiorum.

26 Reſpondeo, quòd, ut aliàs (29,) dictum eſt, pęna ſuffragiorum importat, propriè accepta, privationem vocis activæ, àc paſſivæ in Ordine ad Prælaturas, ità ut tali pęnâ affectus, nequeat eligi in Prælatum, neque ad electionem alterius ad Prælaturam ſuffragium ferre. Manet tamen in Religioſo, taliter privato, ius ſuffragiorum reſpectu aliorum actuum capitularium, ut in approbatione Novitiorum in ordine ad profeſſionem, & alios actus, in quibus exquirendum eſt votum cuiuslibet,



(23) *Stat. Gen. Ord. cap.* 3. *§.* 9. *nu.* 3.
(24) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu.* 4.
(25) *Text. in l.* 1. *ff. Si quis cautio. l. Itinera ff. de Verb ſign.*
(26) *D. Antonin. apud Navar. de Oratio. cap.* 7. *nu.* 44.
(27) *Arg. l. Nam quod. ff. de Pen. legata. Bart. in l.* 1. *in fin. ff. de Pignor. act. Dec. in l. Actione n.* 8. *C. de Tranſact. Abb. in cap. literas nu.* 10. *de Præſumpt. Barboſ. Dictio.* 279. *nu.* 5.
(28) *Text. Tit. Pęnard. V. Carceris pœna.*
(29) *Par. p. Tit. Pęnarum nu.* 7.

qui vocem habet in Capitulo Conventuali. Hoc ſuppoſito, apparet reſolutio dubitationis, nàm, quàmvis pœna carceris relinquat poſt ſe privationem actuum legitimorum, & hæc includat privationem ſuffragiorum, propriè ſumptam, tamen remanet adhùc in taliter privato ius ſuffragiorum reſpectu aliorum actuum, non ſpectantium ad electionem activam, aut paſſivam ad Prælaturas. Dùm igitur in Textu dicitur, quòd defectuoſus in equitando, *omni ſuffragiorum iure ſexennio carere debet*, vult decernere, quòd, qui habituatus eſt in equitando (*defectuoſus* enim ſignificat eum, qui habituatus eſt in defectibus, undè ebrioſus, aut rixoſus dicitur, qui frequenter ſolet inebriari, aut rixari) careat iure ſuffragiorum, nòn tantùm propriè ſumpto, ſed *omni*, puta, quovis iure ferendi votum in quovis actu capitulari.

27 Quarta dubitatio eſt, an pœna carceris bimeſtris debeatur ei, qui ſemel equitaſſe probatur?

28 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià pena carceris eſt infamatoria, proindè valdè gravis, & atrox eſt; undè rationabiliter non eſt danda, niſi prò delicto ſimili in gravitate. Semel autem equitare, quàmvis delictum ſit, non tamen eſt ex gravioribus, qui committi poſſit in Regulam. Profectò *proprietas* eſt delictum gravius equitatione, cùm opponatur voto ſolemni paupertatis, & per Sacros Canones (30), decedens in tali crimine privetur Eccleſiaſticâ ſepulturâ, & tamen iuxtà Statuta Ordinis (31), proprietarius punitur carcere per ſolum menſem. Eſſet ergò irrationabile Statutum, ſi carceri per duos menſes damnaret eum, qui ſemel equitavit. Intelligendum ergò Statutum eſt de eo, qui pluriès tali crimine deliquit; replicatio enim criminis iuſta cauſa eſt, ut augeatur pena ultrà eam, quæ delicto ſemel commiſſo deberetur.

29. Sed quæ pena ſemel equitanti debetur? Dico, quòd debetur pœna, quæ exprimitur in Statuto Tertio, dato ſuprà *num.* 19. puta, quòd diſciplinetur à Guardiano, & per triduum carceretur; & moneatur de hoc Provincialis. Carcer iſte non debet eſſe formalis, ut iura iuribus concordent, nàm carcer formalis, & ad penam, ut aliàs (32) ex Statutis probavimus, non poteſt dari, niſi per ſententiam Diffinitorij. Sequitur, quòd, ſi à ſolo Guardiano ſit dandus, ſit tantùm carcer pœnalis, hoc eſt reclusio in carcere, non tamen ablatâ carcerato formâ habitus. Monendus autem de hoc eſt Provincialis, ut, ſi Reus ſæpiùs tale crimen commiſerit, pœnâ carceris formalis ad normam Statuti puniatur.

30 Quinta dubitatio eſt, an ad hoc, quòd quis in omni caſu valeat impunè equitare, requiratur licentia Provincialis in ſcriptis, cum cautelâ præſcriptâ in Bullâ *Vrbani VIII.*, de quâ dictum eſt ſuprà *num.* 18.

31 Reſpondetur negativè. Ratio eſt, quià in eâdem Bullâ conceditur facultas Superiori Locali, *ut in caſu urgenti*, (nempè ex accidenti, & in abſentiâ Provincialis) poſſit ſcriptò, & cum iudicio Diſcretorum talem facultatem indulgere. Licentia igitur Provincialis neceſſaria eſt prò ijs, qui ex pedum infirmitate, aut aliâ cauſâ non poſſunt peditare, ità ut ſemper cogantur equitare, & iſte eſt verus ſenſus Bullæ. Cæterùm in caſibus accidentalibus poſſunt, abſente Provinciali, Superiores licentiam concedere.

32 Sexta dubitatio eſt, an, qui abſquè neceſſitate, & ad vitandum tantùm laborem itineris, iter faceret ſuper curru à bobus, aut equis, vel mulabus tracto, Reus eſſet talis delicti?

33 Reſpondeo, quòd, *Sanctorus* (33) tenet, quòd non; quià currus rigoroſè non eſt equitatio; & *S. Bonaventura* ſcripſit, non licere fratribus bigare, aut quadrigare, *quià maioris ſunt ſumptus*; undè infert, quòd, ſi gratis detur quadrigatio &c. nulla ratio urget in contrarium; trahi autem in curru res pompatica non eſt, ſed potiùs riſu digna; & concludit cum Statutis Iulij II., quòd *intentio S. Franciſci fuiſſe credatur potiùs pompam, quàm equitandi neceſſitatem, & utilitatem excludere.* (34)

34 Sed talis opinio ſuſtineri non poteſt: conceſſo enim, quòd equitare non importat propriè ambulare in curru, non tamen ſequitur intentum; quià hoc modo nequè ambulare in rhedâ, carrucâ, aut lecticâ eſt propriè equitare, non tamen tollitur, quin in communi ſenſu, & Statutis Ordinis, bigare, quadrigare &c. Delictum non ſit. Quid autem differt rheda à curru, ſeù plauſtro, aut ſarraco? Idem ſunt prorſus: ſunt enim inſtrumenta ad vehendum fabricata, & non differunt, niſi accidentaliter in hoc, quòd carruca operimentum fornicatum habent ad commoditatem, quo caret currus. Si ergò biga, quadriga, ac carruca interdicitur, idem erit de curru.

35. Quòd autem intentio *S. Patris Franciſci* fuerit interdicendi ſolam pompam, ac faſtum in prohibendâ equitatione, non autem utilitatem, falſum eſt; aliter ſequeretur, quòd, qui abſquè neceſſitate equitaret in mulo, burdone, aut aſino, à quibus faſtus, aut pompa non inducitur, non delinqueret: ſed quis concedet hoc contrà communem ſenſum Expoſitorum Regulæ? Quòd verò interdictum ſit *bigare, aut quadrigare, quià maioris ſunt ſumptus*, & hoc modo læderetur paupertas, poſſet inferre, quòd nullum ſit interdictum, ſi nullus adſit ſumptus, & ſic pro libito liceat quadrigare, quandò hoc gratìs habetur. Poſſet etiam inferri, ergò etiam, quandò nullus eſt ſumptus, poteſt Frater equitare, ſi neceſſitas faciendi ſumptus eſt ratio finalis prohibitæ equitationis, & quadrigationis. Sed nullus profectò dicet hoc.

36. Dico igitur, quòd, ut tradidimus ſuprà *num.* 5. ex *Hugone de Dinâ*, S. Pater tria habuit motiva prohibendæ equitationis, primum eſt *minuendæ ſollicitudinis* in procurando pretio vecturæ, quæque illa ſit. Secundum eſt *conſervandæ humilitatis*. Tertium autem *exercendæ auſteritatis* in vitâ pœnitentiæ. Eſto igitur, quòd vectura gratìs detur, & ſic ceſſet primum motivum. Eſto, quòd quis equitet in aſino, aut vehatur in plauſtro, quæ ſonant vilitatem, nec lædunt humilitatem, & ſic ceſſet ſecundum. Si tamen ad ſolam commoditatem quis vehitur curru, plauſtro, ſarraco, aſino &c. Læditur tertium motivum, nempè *auſteritatis*, & ſic contrà intentionem *Seraphici Patris*, & contrà Regulæ verum ſenſum delinquet.

§. III.

(30) *Text. in cap. Monachi. Extrà de Stat. Monach.*
(31) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. § 6. nu. 5.*
(32) *Par. 1. Tit. Pœnarum num. 75.*
(33) *Sanctor. Comment. cap 3. Stat. 23. Quæſt. 1. V. Reſpondeo negativè fol. m. 277.*
(34) *Stat. Iul. II. cap. 3. Par. 6.*

Digitized by Google

## §. III.

# Hoſpitalitatis Læſio.

*SVMMARIVM.*

1 *Hoſpitalitas, quid ſit.*
*Hujus virtutis perfectio, in qua conſiſtat.*
2 *Ad hoſpitalitatem, quandò quis obligetur ex juſtitiâ, & quandò ex charitate.*
*Læſio hoſpitalitatis, quomodò diffiniatur.*
3 *Denegatio neceſſariorum, tantùm peregrino facta, importat hoc crimen.*
4 *Ad hoſpitalitatem ſpecialiter obligantur Fratres Minores.*
5 *Specialis obligatio reſpicit peregrinos ejuſdem ordinis.*
*Religioſus habet jus ad bona ſui Ordinis.*
6 *Separatio Conventuum, ac Provinciarum non minuit obligationem hoſpitandi quoſvis Fratres advenas.*
*Bona Conventus ſunt communia Fratribus advenis, ac incolis.*
*Advenæ ſubduntur obedientiæ Superioris Localis, ut Fratres de familiâ.*
*Habens aliquem in famulatu, & ſub ſuâ obedientiâ, eum alere tenetur.*
7 *Superior Localis nequit à ſuo Conventu repellere Fratres advenas.*
8 *Probatur obligatio hoſpitandi Fratres ex Regulâ.*
*Ad talem hoſpitationem tenemur jure naturali, ac Divino.*
9 *Explicatur Textus Regulæ.*
*Domeſtici qui dicantur.*
*Fratres carnales, habentes prò indiviſo hæreditatem Patris, habent omnia communia.*
10. *Mater tenetur lactare filium propriis uberibus.*
*Si mater non lactat filium, tenetur expenſis propriis per Nutricem lactare.*
*Tempus, quo infans tenetur materno obſequio, eſt triennium.*
*Amor charitatis eſt fortior amore carnali.*
11 *Probatur ex alio capite obligatio Superioris hoſpitandi advenas.*
*Diſpoſitio de uno correlativo trahitur ad aliud*
12. *In quo cadat propriè crimen hoſpitalitatis læſæ.*
13 *Miniſtrare Fratribus infirmis neceſſaria, eſt præceptum Regulæ, obligans ſub mortali.*
*Quos nam obliget tale præceptum.*
14. *Caſus in quibus tale præceptum violatur.*

1 AD cògnitionem hujus criminis, quod placuit intitulare *læſionem hoſpitalitatis*, (quod tamen unico vocabulo potuiſſet efferri, dicendo *inhoſpitalitas*, ſi licuiſſet latinè dicere) neceſſarium eſt ſcire, quid ſit *hoſpitalitas*, & quandò ad eam teneamur ex charitate, & quandò ex juſtitiâ. Dico igitur, quòd *hoſpitalitas eſt virtus, inclinans hominem ad requirendos, & in propriâ domo recipiendos peregrinos, & ſibi neceſſaria miniſtrandum*. In quâ diffinitione advertendum, quòd dico, quòd eſt *virtus*, nempè ſpecies charitatis, *inclinans ad requirendos peregrinos*; qui ait Apoſtolus, (1) *hoſpitalitatem ſectantes*, ex quo loco deducitur, ut ex *Origene* tradit *Concilium Pariſienſe* (2), quòd *hoſpitalitas* non limitatur ad hoc, *quòd venientem ad nos hoſpitem ſuſcipiamus, ſed requiramus, & ſollicitemus, & ſuteamur, & perquiramus ubiquè hoſpites*; quemadmodùm fecit *Abraham* (3), qui cucurrit in occurſum Angelorum, in ſpecie humanâ peregrinantium, & rogavit, ut in tabernaculum ſuum diverterent; & *Loth* (4), qui eoſdem Angelos, in plateâ urbis ſedentes, compulit apud ſe hoſpitari; ac *Luca*, & *Cleophas* diſcipulorum Chriſti, qui (5) eundem in ſpecie peregrini *coegerunt*, ut ſecum ad cœnam in hoſpitium intraret. Verum eſt, quòd talis diligentia in perquirendis, ac invitandis peregrinis, potiùs eſt opus perfectionis, quam obligationis; undè ſufficienter quis *hoſpitalitatem* exercet, qui peregrinum egentem, in domum ſuam recipit, ei neceſſaria tribuit.

2 Sicut autem in communi Doctorum ſententiâ, aliquandò obligatur Chriſtianus *ex charitate* tantùm benefacere proximo, quandò nempè iſte non eſt in extremâ neceſſitate, *ex juſtitiâ* verò, quandò proximus eſt in neceſſitate extremâ; ità pari methodo obligatur ad *hoſpitalitatem*; etſic faciens contrà eam, aliquandò peccat tantùm venialiter, quandò ex charitate tantùm quis obligatur ad *hoſpitalitatem*; aliquandò autem mortaliter, quandò ad eam tenetur ex juſtitiâ. Ex his ergò deduci poteſt ratio *læſionis hoſpitalitatis*, quæ delictum eſt, & poteſt diffiniri, quòd ſit *culpabilis denegatio neceſſariorum peregrino, extremè indigenti*. Ex hâc diffinitione elicitur, quòd hoc eſt crimen omiſſionis, cùm conſiſtat in non faciendo, quod quis facere debet; ſed poteſt etiam eſſe commiſſionis, ſi quis non tantùm peregrinum non reciperet, ſed etiam ingreſſum in domum violenter expelleret verbis injurioſis, ac verberibus, ipſum offendendo. Additur autem *culpabilis*, nàm omiſſio ſimpliciter receptionis peregrini poteſt eſſe non culpabilis, ſi nempè aliquis denegaret recipere peregrinum, quem recipere non valeret ob propriam paupertatem, anguſtiam domus &c. culpabilis tamen eſt, quæ ex avaritiâ procedit, &c.

3 Elicitur ſecundò, quòd non quarumvis rerum denegatio, peregrino facta, importat hoc crimen, ſed tantùm denegatio neceſſariorum. Vndè, ſi peregrinus habet nummos, quibus poſſit ſibi victum mercari, non teneor ſibi cibum miniſtrare; benè tamen teneor ſub tecto meo recipere, & illi cubile congruum, & focum, qui ſibi algenti neceſſarius eſt parare. Ratio eſt, quia ex juſtitiâ non teneor proximo præbere, niſi neceſſaria ad ejus ſuſtentationem. Elicitur tertiò, quòd ſupradicta præſtanda ſunt ſub dictâ obligatione, non cuivis peregrino, ſed tantùm *extremè indigenti*, puta, illi, qui non ſolùm nequit ſibi neceſſa-

(1) *Roman. cap. 12. ℣. 13.*
(2) *Concil. Pariſ ſub Gregor. IV. cap. 14.*
(3) *Gen. cap. 18. ℣. 3.*
(4) *Gen. cap. 19. ℣. 3.*
(5) *Luc. cap. 24. ℣. 29.*

Digitized by Google

*Fratres præſentes, & futuri poſſent, & deberent veſci carnibus; & ſuper hoc diploma Apoſtolicum iuſſit confici; & hoc præcepit mihi anno ſui Pontificatus ſecundo* 1556. *quo anno Nativitas D. N. venit feriâ ſextâ.*

54 Stante ergò tot Doctorum hinc indè caterva, periculoſum eſt, quid certi prò, vel contrà affirmare, niſi quòd res in opinione eſt, quæ quò ad utramque partem in gradu æqualis probabilitatis poteſt cenſeri. Mihi autem longe probabilior apparet ſecunda ſententia, tùm quià fulcitur auctoritate *Pauli Quarti*, qui prænarratam conceſſionem indulſit, & *Vrbani Octavi*, qui Conſtitutiones *Vrbanas* in ſpecie confirmavit, ut dictum eſt; tùm quià ex Regulâ non convincitur, quòd Fratres debeant ieiunare *omnibus ſextis ferijs* totius anni, quod eſt contrà communem ſenſum Doctorum, & etiam Statuta *Alexandrina*, data numero Superiori; & hoc apertè demonſtro.

55 In Regulâ (38) ſic textualiter habetur, *Fratres ieiunent* à Feſto Omnium Sanctorum, uſquè ad Nativitatem Domini. *Sanctam verò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphaniâ, uſquè ad continuas quadraginta dies, quam Dominus ſuo Sancto ieiunio conſecravit, qui voluntariè eam ieiunent benedicti ſint à Domino, & qui nolunt, non ſint adſtricti: ſed aliam uſquè ad Reſurrectionem Domini ieiunent. Alijs autem temporibus non teneantur, niſi ſextâ feriâ ieiunare.* Circa quem Textum adverto primò, quòd cùm, iuxtà communia utraque iura (39) dies termini non comprehendantur in termino, ex conſequenti dies Nativitatis Domini, qui eſt terminus temporis, aſſignati prò ieiunio Adventus, non comprehenditur in tali ieiunio. Adverto ſecundò, quòd tria tempora ad ieiunium explicantur in Regulâ, puta, tempus intermedium inter Feſtum Omnium Sanctorum, & Nativitatem Domini, quod dicitur Adventus; tempus Quadrageſimæ poſt Epiphaniam; & tempus Quadrageſimæ communis. Tùm ſubiungit, *alijs autem temporibus non teneantur, niſi ſextâ feria ieiunare.*

56 Ex his ità arguo, dictio *alius, alia, aliud*, ut argumento iuris (40) ſcribunt Doctores, importat diverſitatem à ſuprà expreſſis, & diverſa ab expreſſis includit; At in Regulâ Nativitas Domini iàm eſt expreſſa, & excluſa ab obligatione ieiunij Adventus, ut probatum eſt; ergò non poteſt comprehendi in ieiunio ſextæ feriæ, quòd eſt iniunctum tempore, diverſo à temporibus ieiunij, iàm expreſſis. Infertur pariter ex eodem fundamento, quòd à Regulâ non præcipitur ieiunium quâlibet ſextâ feriâ anni, ſed ſolùm in quâlibet ſextâ feriâ, quæ cadit in *alijs*, nempè in diverſis temporibus ab ijs, quæ iàm ſuprà enumeraverat: & ſic ruit fundamentum adverſæ ſententiæ, quòd nempè ex vi Regulæ teneantur Fratres quâlibet ſextâ feriâ totius anni ieiunare.

57 Dicetur contrà hæc, quòd ex allatâ ratione ſequeretur, quòd cùm Feſtum Omnium Sanctorum ſit terminus, à quo incipit Adventus, nec in eo comprehendatur, ſi tale Feſtum cadit in ſextâ feriâ, non teneantur Fratres ieiunare, quià talis dies iàm eſt prænominata, & conſequenter non incluſa in alijs ſextis ferijs, quæ occurrunt in temporibus alijs à iàm nominatis, quod tamen nullus Doctor unquàm ſomniavit. Reſpondeo, concedendo illationem; & dico, ex vi Regulæ ad tale ieiunium Fratres non teneri, ſed ex ſolâ conſuetudine, quæ legem induxit. Et fortaſse ea fuit mens Seraphici Patris, ut in die Feſto Omnium Sanctorum Fratres minimè ieiunarent, quàmvis caderet in feriâ ſextâ. Siquidem tale Feſtum eſt ex ſolemnioribus totius anni, ieiunandum verò non eſse in magnis ſolemnitatibus, decrevit *Nicolaus Primus*, reſpondens ad conſulta *Bulgarorum*, (41) Undè etiam in Concilio Gangrenſi (42) anathemate damnantur, qui, imitantes *Manichæos*, ieiunant in feſtis.

58 Replicabitur contrà prædicta, quòd, ſi non intelligitur, quòd ex Regulâ quælibet ſextâ feriâ totius anni ſit ieiunandum, ſed ſolùm in ſextis ferijs, occurrentibus in *alijs* temporibus, *diverſis* à jàm expreſſis, ſequeretur magnum abſurdum, puta, quòd in ferijs ſextis, occurrentibus in Quadrageſimâ poſt Epiphaniam, non eſſet ſub præcepto ieiunandum. Ratio eſt, quià tale tempus *ieiunij* eſt tantùm facultativum, aut voluntarium, & non cadit ſub præcepto, ergò pariter erunt facultativæ omnes feriæ ſextæ, in eo incidentes: conſequentia eſt manifeſta, nàm tale tempus etiam ipſum expreſſum eſt, & ſi obligatio ieiunij feriæ ſextæ eſt tantùm prò *alijs diverſis* temporibus, & non prò quâlibet ſextâ feriâ totius anni, ſequetur, quòd ſextæ feriæ, occurrentes in Quadrageſimâ poſt Epiphaniam, non cadent ſub præcepto.

59 Reſpondeo, negando conſequentiam. Ratio eſt, quià *Seraphicus Pater* in Regulâ reliquit arbitrio Fratrum ieiunare, aut non, Quadrageſimam poſt Epiphaniam. Nomine autem Quadrageſimæ venit totum complexum quadraginta dierum. Non ſequitur autem, quòd ſi ieiunium quadraginta dierum arbitrarium eſt, quòd pariter arbitrarium ſit ieiunium cuiuslibet feriæ ſextæ, in illis occurrentis. Sed replicabitur, ſub quo præcepto cadent illæ feriæ ſextæ? Dico, quòd cadent ſub illo præcepto, *alijs autem temporibus non teneantur, niſi ſextâ feriâ ieiunare*. Nàm aut Frater habet illud tempus 40. dierum poſt Epiphaniam prò Quadrageſimâ, & illam ieiunat, vel non. Si ſic, ſumus extrà caſum, quià ieiunat. Si non, ergò habet illas ferias ſextas, tanquàm tempus, diverſum à Quadrageſimâ, & ſic adſtringitur ad ieiunium ex præcepto, *alijs autem temporibus &c.* Inſtabis iterum, ſi Frater frangit ieiunium in alio die in illâ Quadrageſimâ, minimè peccat, quià facultativum illi eſt ieiunare, aut non. Sed ſi non ieiunat in feriâ ſextâ eiuſdem Quadrageſimæ, mortaliter peccat. A quo igitur præcepto tale mortale peccatum inducetur? Reſpondeo, quòd ideò peccabit, quià contraveniet eidem præcepto, *alijs autem temporibus &c.* quià dùm violat illam Quadrageſimam, voluntariè aſſumptam, facto declarat, ſe nolle eam obſervare, proindè illud tempus ab eo habetur *aliud* à Quadrageſimâ, & ſic feriæ ſextæ, ibi incidentes, reducuntur ad alietatem temporum, inibi expreſſorum, & proindè cadunt ſub præcepto, inducente peccatum mortale, & fortaſsè poſſet etiam dici, quòd minimè peccaret mortaliter,

eo

(38) *Regul. Minor. cap.* 3.

(39) *Arg. l. Vbi lex, ff. de Reg. iur. cap. Frequens iunct. Gloſſ. in V. Proponitur de Reſtitut. ſpoliat. in* 6.

(40) *Arg. l. Si fundus ſub conditio. ſ. Libertus ff. de legat.* 1. *Paris Conſ.* 78. *num.* 21. *Volum.* 2. *Duran. de Art. teſta. Tit. de Hæred. inſt. Caut.* 4. *num.* 6. *Cavalc. de Vſufr. mul. relict. cap.* 1. *num.* 6. *Socin. Corn. Sylvan. Decian Menoch. Honded. Cened. & Giurba apud Barboſ. Dict.* 26. *num.* 17.

(41) *Nicol. I. Ad conſult. Bulgar. cap.* 5.

(42) *Concil. Gangren. cap.* 18. *cap. Vtinam.* 76. *Diſt.*

Digitized by Google

vari Officio, ut probavimus, ſaltem aliquam pęnam extraordinariam mereretur, ob contraventionem laudabili in univerſo Ordine conſuetudini.

61 Septima dubitatio eſt, àn privandus Officio eſſet Superior localis, qui carnes, aut lacticinia in Communitate præberet feriâ ſecundâ, ac tertiâ poſt Quinquageſimam?

62 Reſpondeo, quòd in nullis Statutis Religionis, quæ viderim, reperitur, quòd Fratres illis duobus diebus debeant ieiunare, niſi in Statutis Farinerijs, in quibus ſic habetur, *Quadrageſimæ obſervantia à Quinquageſimâ inchoetur* (46), conſonat autem tale Statutum antiquo Canoni (47), in quo itâ diſponitur, *Sacerdotes, & Diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas Eccleſiaſtici gradus exornat, à Quinquageſimâ propoſitum ieiunandi ſuſcipiant*. Hunc verò Canonem ampliùs non obligare, vel quià contrariâ conſuetudine abrogatus eſt, vel quià per modum exhortationis tantùm, non autem Decreti lactus eſt, voluit *Gratianus*, cui concordat *Gloſſa* (48); Pari modo de diſpoſitione citati Statuti dicendum eſt; tùm quià in *Statutis ſequentibus*, in quibus inſerta ſunt *Farineria*, in ordine ad *ieiunium*, minimè inſerta eſt talis clauſula, per deſuetudinem abrogata; tùm quià exhortativum potiùs, quàm decretorium, ac inſtructam in alio loco paratam habent, ad quam omnes accumbunt, Peior eſt permiſſio aliorum, qui tolerant, quòd Fratres per catervas diſperſi in privatis locis comeſſationibus vacent. Ille uſus ſapit hypocriſim, iſte verò diſſolutionem nutrit. Melius profectò fieret, quòd Capituli Generalis auctoritate decerneretur, quòd conformiter cùm cæteris fidelibus *ieiunium* inciperetur à Feriâ quartâ Cinerum; & hoc modo ſcrupulus omnis, & tot deformitates, & corruptelæ ceſſarent. Concludo tamen, quòd, licèt probaverimus, Guardianum non debere vapulare privatione Officij, ſi carnes illis diebus in Communitate daret; hoc non obſtante, quià violaret conſuetudinem, quæ aliqualem obſervantiam ſapit, eſſet aliquà reprehenſione dignus, ſi in Communitate carnes daret. Proindè, ut hanc cenſuram evadat, hypocriſim, ac diſſolutionem impediat, omiſſo ſigno campanulæ, per quod, ut ſuprà diximus, convocatur Communitas, congregat Fratres in Refectorio, & cum benedictione Dei carnes apponat, nec poterit damnari, quòd carnes dederit in *Communitate*, cùm abſque ſigno campanulæ, congregata in Communitate, non poſſit dici familia, & hoc modo feci ego, quandò Guardianus fui, nec a Superioribus fui ullo modo reprehenſus, quià in legem non commiſi.

§. II. Iti-

(43) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 6. nu. 1.*
(44) *Arg. l. Marito ff. Pro ſocio. l. Prætor. §. Docere. ff. de Vi bon. rapt. cap. Eſtote Extra de Reg. iur.*
(45) *Abb. Natta Maſcard. Farinacb. & Menocb. apud Barboſ. Dict. 68. nu. 16.*
(46) *Stat. Farin. cap. 4. ſub init. Orb. Seraph. Tom. 3. col. 1 fol 54.*
(47) *Text. in cap. Denique 4. Diſt.*
(48) *§. Hac etſi iunct. Gloſſ. final. 4. Diſt.*

[49] *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 13. Quæſt. 3. fol. m. 254. & ibi Roderic. & Cyprian.*

Digitized by Google

# §. II.

## Itinerantium Delicta.

*SVMMARIVM.*

1 *Intentio huius paragraphi aperitur.*

2 *Multiplicia delicta, quæ à Fratribus itinerantibus poſſunt committi.*

*Speciale delictum Fratrum Minorum itinerantium eſt equitare.*

3 *Equitare quid ſit, & quid importet.*

*Diffinitio equitationis, pròut Fratri Minori eſt interdicta.*

*Eques appellatur, qui etiam mulo, aſino, aut camelo inſidet.*

4 *Iumentum quodnam vocetur.*

*Bos non venit nomine iumenti, & quandò venire poſſit.*

*Brutum quodnam ſit.*

*Opinio, quòd itinerans, vectus in humeris hominum, non delinqueret.*

5 *Impugnatur poſita opinio.*

*Qualis fuerit mens S. P. Franciſci, ferendo præceptum de non equitando.*

*Vectura, Minoribus itinerantibus, prohibita extenditur ad eam, quæ fit in ferculo, ab hominibus deportato.*

6 *Bigare, quadrigare quid importet.*

7 *Trahi in navi ab equis nõ eſt delictũ, & quarè.*

*Navigare quid ſit, & de quibus dicatur.*

*Itinerans in carrucâ, vento impulſâ, ut apud Sinas, non incurrit delictum.*

8 *Neceſſitas, quæ excuſet à delicto equitandi, multiplex eſt.*

9 *Neceſſitas, orta ab infirmitate, quomodò extendatur, ut poſſit licitè Frater equitare.*

10 *Explicantur alij caſus neceſſitatis.*

11 *Neceſſitas, & infirmitas, quæ facit licitam equitationem, debet eſſe manifeſta.*

*Manifeſtatio neceſſitatis, facienda Superiori, magis reſtricta ab Vrbano Octavo.*

12 *Vbi intervenit vera neceſſitas, aut infirmitas, non requiritur ad equitandum diſpenſatio, indulta à Superiore.*

*Manifeſtũ, & manifeſtatum, quomodò differant.*

13 *Neceſſitas, aut infirmitas ſufficit, quòd dubia non ſit indigenti, aut cuilibet diſcreto viro.*

14 *Ex diſpoſitione Vrbani Octavi requiritur, quòd neceſſitas, propter quam licitum eſt equitare, ſit manifeſta, gravis, & vera.*

*Talis diſpoſitio, & pœna in eâ lata non ſunt uſu receptæ.*

1 AD ſolam illuſtrationem nòſtri Textus cogimur, de *Itinerantium delictis* pauca delibare: nec hærere debet Lector in titulo huius paragraphi, cùm delicti nomen generale ſit, & queat quodvis ſpecificum delictum, ab itinerante patrari, ut proindè non videatur, quòd poſſit de *delictis Itinerantium* formari paragraphus ſpecialis, quemadmodum fecimus in toto hoc opuſculo de ſingulis delictis in ſpecie. Etenim concedimus quidèm, quòd delictum quodvis poſſit committi ab Itinerantibus, ſpecificativè ſumptis; non verò reduplicativè acceptis, hoc eſt, quòd delictum ab ijſdem committatur in ratione propriâ, quâ itinerantes ſunt.

2. Multiplicia quidèm in ſpecie eſſe poſſunt talium crimina; nàm poſſunt iter inſtituere abſquè litteris obedientialibus; aut non petitâ benedictione Superioris; aut ſinè permiſſu Prælati Provincialis, quandò literæ obedientiales ſunt conceſſæ à Generali: aut ſinè ſocio: aut habitu dimiſſo: aut notabiliter declinando à rectâ viâ. Cùm autem recitati modi delinquendi formaliter reducantur ad inobedientiam, de ijs locuti ſumus in paragrapho *Apoſtaſia*, quæ de directo militat contrà obedientiam. Hìc autem agimus de ſpeciali modo delinquendi, qui fit à *Fratre Minore* itinerante, non proprijs pedibus, ſed equitando, quod ſibi per ſuam Regulam ſub præcepto æquippollenti vetatur, ut poſt *Clementinam Gundiſalvus*. (1) Hinc apparet, hoc delictum non poſſe habere locum in alijs Regularibus, quià nullus per ſuam Regulam tali præcepto arctatur; & ideò eſt proprium *Fratris Minoris* ſervare, obligati *Regulam Minorum* in ſuâ puritate, ut ſumus Nos *Minores de Obſervantiâ Regulari, ac Strictiori, ac Capucini*, quandò quidem *Minores Conventuales* habent de tali præcepto diſpenſationem.

3 Quià verò hoc delictum formaliter conſiſtit in tranſgreſſione præcepti, dicentis, *Fratres non debeant equitare, niſi manifeſtâ neceſſitate, aut infirmitate cogantur*, (2), nullo potiori modo poteſt cognoſci, in quo conſiſtit huius delicti quidditas, niſi diffiniendo quid ſit *equitare*, pròut in Regulâ prohibetur. Poteſt autem ità diffiniri. *Equitare eſt cuiuſvis animalis miniſterio ſubvectione, aut tractione ſuper terram ad pompam, aut commoditatem uti*. Advertas autem lector, me hìc diffinire equitationem, ut præcisè vetitam *Fratri Minori*; non autem in ſe. *Equitare* enim ſecundùm ſe non eſt niſi vehi, non tantùm equo, ſed etiam quovis animali. Proindè *equitem etiam appellamus eum, qui vel aſino, vel mulo, vel camelo inſidet, nedùm equo*, ait *Spiegelius* (3), ſicque etiam *equitare* diceretur, qui vel Elephanto, vel bove, aut vaccâ, pròut apud *Indos Orientales mos eſt*, ad iter faciendum uteretur.

4 In datâ deffinitione dico primò, *cuiuſvis animalis miniſterio uti*, non autem me adſtringo ad vocabulum *iumenti*, aut *bruti*. *Iumentum* enim intelligitur *brutum*, quod dorſo inſeruit, proindè nomine *iumenti* non venit

bos,

[1] *Clement. Exivi. §. Vt autem de verb. ſign. Gundiſalu. Compend. Reg. Minor. Tit. Equipoll. nu. 6.*

[2] *Regul. Minor. cap. 3.*

[3] *Spiegel. Lexic. iur. V. Equitem.*

Digitized by Google

enim paulò ſuprà dictum eſt, *equitare* importat etiam *bigare*, *quadrigare &c.* de rigore autem ſermonis *equitare*, ut dicebam, importat dorſo animalis uti ad vectionem: *bigare* verò, *quadrigare*, vehi curru, ſellâ curuli, plauſtro, Sarraco &c. Significat vehi motu tractorio animalium, qui vel collo, vel pectore trahunt.

7 Dico tertiò, *ſuper terram*, ut excludam tractionem, quæ fit ſuper aquam. Si quis enim *Frater Minor* navigat adverſo flumine, dùm ventus ſecundus ceſſat, nec velis poſſunt nautæ uti; aut etiam quovis tempore adhibent equos, boves, aut bubalos ad trahendam navem, licèt in tali itinere tractorio, miniſterio animalis utatur, non tamen poteſt dici, quòd contrà præceptum Regulæ equitet; quià *ſuper terram* non trahitur; ſed verè, & propriè dicitur *navigare*; hoc enim verbum non convenit tantùm nautis, ac vectoribus, ſed etiam ijs, qui iter inſtituunt in navi, & navi vehuntur, proindè *navigare* dicitur etiam de mercibùs, quæ vehuntur in naui. (9) In Regulâ autem non prohibetur, quòd Fratres navigare non poſſint; cùm & ipſe *S. Pater*, ac eius Socij Regulæ obſervantiſſimi, navigaſſe legantur, ut obſervat *San-*

xitas ſuperat ſpatium conſuetum, quod poteſt, qui ſanus eſt, peditando, metiri, dico, quòd non poteſt ſanus, tutâ conſcientiâ, lecticâ, aut equo uti. Ratio eſt, quià tali caſu poteſt commodè ſanus comitari ægrotum, & ab eo longo ſpatio non diſſociari, & cùm lentus ſit motus, ut ſuppono, & iter non excedens, non ultrà debitum laſſatur ſanus in comitando; & sæculares videntes unum equeſtrem, alium verò Fratrem pedeſtrem, ædificationem potiùs, quàm ſcandalum ex eo colligunt, arguunt enim infirmitatem in eo, qui equitat, & neceſſitatem; in alio autem ſanitatem, & in ambobus Regulæ obſervantiam.

9. Pariter neceſſitas oritur etiam ab infirmitate, quæ timetur ſecutura ex pedeſtri itinere, ut benè advertit *Sanctorus* (11), puta, quià quis expertus eſt, quòd itinerando pedibus, ſibi accenditur febris, laborat dolore capitis, fluxiones patitur, ob quas cogitur in Lecto decumbere, & ſimilia &c. Imò etiam recreandi gratiâ animi fracti à longâ tranſactâ ægritudine, longâ ſcriptione, longo ſtudio, poteſt, qui peditare nequit, equitare, ut benè *Corduba* (12). Ratio eſt, quià lapſus virium infirmitas eſt, & ſicut iſtas reparare licitum eſt, ità licitum erit etiam equitare, quandò ſine eo nequeunt vires reparari, aut ſaltem valdè confert ad reparationem, cùm ex vulgatis, cui conceditur aliquid, conceduntur etiam ea, quæ ad illud obtinendum conferunt.

Bbbb 10 Item

(4) *Text. in l. Aediles. §. Vndè ff. de Aedilit. edict. l. Boves ff. de Verb. ſign.*
(5) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 23. V. Super humeros fol. m. 276.*
(6) *Hugo de Dina Expoſit. in Regul. Minor. cap. 3.*
(7) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 3.*
(8) *Martin. V. Conſtit. ſup. Regul. Minor. cap. 3. Iul. II. Statut. Papal. cap. 3. Par. 6. apud Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo Verbum fol. m. 276.*
(9) *Text. in l. 1. ff. de Naut. fœnor.*

(10) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 23. V. De naui. fol. m. 276.*
(11) *Sanctor. loc. cit. Quæſt. 2. V. Infirmitas. fol. m. 278.*
(12) *Corduba Expoſit. in Regul. cap. 3. Quæſt. 3.*

Digitized by Google

10 Item neceſſitas equitandi poteſt oriri *ex prolixo, vel impedito itinere, vel urgentiâ negotij*, ut ait *D. Bonaventura* (13.) Ratio eſt, quià in Regulâ duo caſus exprimuntur, ob quos licet equitare, puta, *neceſſitas*, tamen hæc in plus ſe habet, quàm infirmitas. Extendi enim debet ad caſus, in quibus aut pietate, aut charitate in proximos, aut Prælati imperio dictante, inſtituendum eſt iter, aut longum ſuprà vires Fratris peditantis, aut quòd ex gravitate negotij exigit maiorem celeritatem, quàm præſtari peditando poſſit; aut impeditum nivibus, glacie, luto &c.; aut nimìs arduum, ut in aſcenſu montano, alpeſtrique. In his caſibus tutum eſt equitare, ut communiter Expoſitores.

11 Verum eſt, quòd iuxtà Regulam (14), tùm neceſſitas, tùm infirmitas debent eſſe manifeſta, ut ex horum cauſâ poſſit quis licitè equitare; ait enim, *niſi manifeſtâ neceſſitate, vel infirmitate cogantur*, & de tali manifeſtatione ſcribunt communiter Expoſitores, quòd debeat eſſe reſpectu Superioris, cuius eſt, inquiunt, ſuper eâ diſpenſare. Magìs arctavit rem *Vrbanus Octavus* in ſuâ Bullâ (15), quæ communiter intitulatur *de veſtitnendo candore*, qui voluit ſubiacere pęnis, ibidem comminatis, (de quibus infrà) *omnes Fratres, qui ſinè manifeſtâ, verâ, gravique neceſſitate, aut infirmitate, & abſquè licentiâ Provincialis, vel in caſu urgenti, Superioris Localis, de Conſilio, & iudicio trium Diſcretorum Conventus, ſcriptis obtentâ, equitare auſi fuerint.*

12 Sed circà ſupradicta adverto, quòd aut loquimur de obligatione, inductâ per Regulam, aut de inductâ ex diſpoſitione talis Bullæ, inſertâ in Statutis Ordinis. (16) Si primum, dico, quòd nulla requiritur diſpenſatio Superioris ſuper præcepto de non equitando, in caſu, in quo interveniat manifeſta neceſſitas, aut infirmitas. Ratio eſt evidens, quià Regula ipſa diſpenſat in tali caſu; igitur non eſt neceſſaria ulterior diſpenſatio Superioris, iuxtà Regulam, ergò, ſi Superior non declarat neceſſitatem adeſſe, & equitationem concedat, Regula violatur. Reſpondeo, negando aſſumptum cum conſequentiâ. Siquidèm non ait, Regula, *manifeſtatâ*, ſed dicit, *manifeſtâ*. Hoc porrò diſcrimen eſt inter *manifeſtum*, & *manifeſtatum*, quòd *manifeſtum* eſt id, quod ſenſui, aut rationi evidens eſt ex ſe. Undè dicitur, *manifeſtum* eſſe *crimen*, in quo quis deprehenditur (17), tunc enim ſubijcitur ſenſui, *manifeſta propoſitio*, quod, apprehenſis terminis, patet rationi, ut *omne totum eſt maius ſuâ parte*. *Manifeſtatum* autem eſt id, quòd ex ſe minimè patere poteſt, undè alio indiget, ut *manifeſtum* fiat, ut eſt occultum factum, quod ex relatione alicuius alteri manifeſtatur.

13 Dùm igitur dicit Regula, *manifeſtâ neceſſitate*, non autem *manifeſtatâ*, patet, quòd loquitur de eâ neceſſitate, quæ ſenſui, aut rationi patet; non adſtringitur autem ad hoc præcisè, quòd Superiori pateat, ſed ſufficit, quòd aut indigenti, aut cuilibet diſcreto virò dubia non ſit, ut de *manifeſtâ neceſſitate*, ob quam licitum ſit non ieiunare, ſcribit *Hugo de Dinâ*, relatus à *Marchantio* (18.) Quid enim, ſi doleo nervis pedum, in quibus cęteroquin nulla appareat inflammatio, nullus tumor, & Superior, cui dolorem meum manifeſto, incredulus eſt, (quià non apparent externa ſigna doloris) & mihi negat facultatem equitandi, dum iter facere debeo, fortè peccabo in Regulam, ſi abſquè diſpenſatione Superioris equitavero? Minimè profectò, quià ſufficienter diſpenſor ab infirmitate, mihi *manifeſtâ*, ex diſpoſitione Regulæ.

14 Loquendo tamen de obligatione, inductâ per dictatam Bullam *Vrbani VIII.*, (quæ ſub culpâ gravi obligat, cùm Papa in eâ iubeat *in virtute ſanctæ obedientiæ*, quæ præceptum formàle importat, ad quod ſub mortali obligamur ex vi voti) aliter eſt dicendum, nàm requiritur, ultrà *manifeſtam, veram, ac gravem neceſſitatem*, etiam *licentia Superioris Provincialis, vel Localis, in ſcriptis conceſſa*, ut patet ex verbis eiuſdem Bullæ, datis ſuprà *num.* 11. Adverto tamen prò quiete conſcientiarum timoratarum, talem Bullam non eſſe uſu receptam, cùm præſcripta in eâ nec à Superioribus, nec à Subditis ſerventur communiter, & ideò nequè in conſcientiâ obligare ad culpam, ſed tantùm ad pęnas, de quibus infrà loquemur, & circà equitationem, rem conſiſtere, iuxtà diſpoſita per Regulam.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

15 *In delicto equitationis illicitæ præſumptio ſtat prò delicto.*

*Probatâ equitatione, debet Reus probare legitimam cauſam equitandi.*

16 *Hoc delictum probatur etiam per Teſtes ſingulares.*

15 QVò ad probationem huius delicti adverto; quòd, cùm ſimus in præcepto prohibitivo, (dicente Regulâ, Fratres non debeant equitare) præſumptio ſtat prò delicto, ità ut, ſi ab accuſatore, aut Fiſco probetur, quòd *Caius* equitaverit, præſumitur deliquiſſe; & ex tali præſumptione transfertur in Reum onus probandi *neceſſitatem*, aut *infirmitatem*, ob quam ſibi licitum fuerit equitare.

16 Adverto inſuper, quòd tale delictum, eò quod iterabile eſt, poteſt probari etiam per Teſtes ſingulares, ut aliàs (19) diximus, & nobiſcum contra *Caremam*, & *Abbatem* tenet etiam *Bordonus*. (20) Circà hoc autem nihil peculiare in ordine ad probationem, ampliùs occurrit.

## Pœnę.

*SVMMARIVM.*

17 *Pœnæ illicitæ equitationis ſunt petendæ à Statutis: & datur Textus.*

18 *Statutum ſecundum.*

19 *Statutum tertium.*

20 *Statutum quartum.*

21 *An*

(13) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. cap.* 3.
(14) *Regul. Minor. cap.* 3.
(15) *Vrban. VIII. Conſt. Militantis.* 1. *Iunij* 1640. §. *Ne autem.*
(16) *Stat. Gen. Ord. cap.* 3. §. 9. *nu.* 1.
(17) *Arg. l. Si fur. ff. de Furt. ubi Bartol.*
(18) *Hug. Expoſit. in Regul. cap.* 3. *apud Marchant. eo. tit. & cap. Quæſt.* 3. *Concl.* 2.

(19) *Par. p. Tit. Probatio. nu.* 3.
(20) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap.* 22. *nu.* 22.

Digitized by Google

lares.

QVò ad probationem huius delicti adve
quòd, cùm ſimus in præcepto prohibiti
Regulà, Fratres non debeant equitare)
ſtat prò delicto, ità ut, ſi ab accuſat
probetur, quòd Caius equitaverit, p
iquiſſe; & ex tali præſumptione trans
onus probandi neceſſitatem, aut infirmit
ſibi licitum fuerit equitare.
verto inſuper, quòd tale delictum,
eſt, poteſt probari etiam per Teſt
iàs (19) diximus, & nobiſcum
Abbatem tenet etiam Bordonus (u) Circà
nihil peculiare in ordine ad
ccurrit.

## Pœnę.

### ...V M M A R I V M.

illicitæ equitationis ſunt petendæ
& datur Textus.
... ſecundum.
... tertium.
... quartum.

21

it. Probatio. nu. 3.
ect. Tribunal. cap. 22. nu. 22.

---

ceret ſuper curru, tracto a bobus.

33 Opinio Sanctori negativâ.

34 Impugnatur opinio Sanctori.

35 Abſurdū, quod ſequeretur ex fundamēto Sāctori.

36 Motiva, quæ habuit S. P. Franciſcus ad prohibendam equitationem.

17 CIrcà pęnas huius delicti attendendæ ſunt à Textu, & Statutis Ordinis, quorum primus ſic habet. *Equitantes, bigantes quadrigantes ſinè licentiâ, & neceſſitate, bimeſtri carcere macerari merentur; & ſi in hoc defectuoſi fuerint, omni ſuffragiorum iure ſexennio carere deberent* (21.)

2 *Ad eliminandum equitandi abuſum, præter antiqua Ordinis Statuta, per Conſtitutionem Vrbani VIII. omnibus, & ſingulis Ordinis noſtri Fratribus, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub pœnâ privationis Officiorum, quæ obtinent, & perpetuæ inhabilitatis ad quæcunque Officia, gradus, & dignitates in poſterum, ipſo facto, incurrendâ, præcipimus, & mandamus, nè abſquè manifeſtâ, verâ, gravique neceſſitate, aut infirmitate, & abſquè licentiâ Provincialis, qui eam præſtare non poſſit ſinè ſcripto neceſſitatis teſtimonio ſibi à Guardiano, & Diſcretis Conventus facto; vel in caſu urgenti Superioris Localis de iudicio trium Diſcretorum, quorum conſciéntias oneramus, in ſcriptis obtentâ, equitare, bigare, aut quadrigare audeant, vel præſumant. Eaſdem pœnas ſolis, Miniſtro, & Commiſſario, Generalibus, aliquandò ex rationabili cauſâ remittendi auctoritate relictâ* (22).

(21) Text. Tit. Applicatio. §. 28.
(22) Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 9. nu. 1.

---

Bullam Vrbani VIII., quæ in eo inſeritur?

24 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià in hoc nupero Statuto ponitur clauſula *præter antiqua Ordinis Statuta*; dictio autem *præter*, quandò adijcitur rei, quæ ſub genere præcedentium, aut ſubſequentium minimè includitur, ſed eſt alterius diverſi generis, habet virtutem augendi, & ponitur prò *ultrà*, ut dicunt Doctores. (27) Senſus ergò Statuti eſt, quòd Reo de equitatione, ultrà pęnas, latas in Statutis antiquis Ordinis, infligantur etiam illæ, quas ibi ſancit.

25 Tertia dubitatio eſt, cùm iuxtà Textus (28) diſpoſitionem, pęna carceris includat privationem actuum legitimorum, iſta verò involvat privationem ſuffragiorum, nempè vocis activæ, ac paſſivæ, dubitatur, quomodò cum defectuoſis in equitando poſſit ultrà carcerem infligi pęna privationis ſuffragiorum.

26 Reſpondeo, quòd, ut aliàs (29,) dictum eſt, pęna ſuffragiorum importat, propriè accepta, privationem vocis activæ, àc paſſivæ in Ordine ad Prælaturas, ità ut tali pęnâ affectus, nequeat eligi in Prælatum, nequè ad electionem alterius ad Prælaturam ſuffragium ferre. Manet tamen in Religioſo, taliter privato, ius ſuffragiorum reſpectu aliorum actuum capitularium, ut in approbatione Novitiorum in ordine ad profeſſionem, & alios actus, in quibus exquirendum eſt votum cuiuslibet,

Bbbb 2 qui

(23) Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 9. nu. 3.
(24) Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu. 4.
(25) Text. in l. 1. ff. Si quis cautio. l. Itinera ff. de Verb. ſign.
(26) D. Antonin. apud Navar. de Oratio. cap. 7. nu. 44.
(27) Arg. l. Nam quod. ff. de Pęn. legata. Bart. in l. 1. in fin. ff. de Pignor. act. Dec. in l. Actione n. 8. C. de Tranſact. Abb. in cap. literas nu. 10. de Præſumpt. Barboſ. Dictio. 279. nu. 5.
(28) Text. Tit. Pęnard. V. Carceris pœna.
(29) Par. p. Tit. Pęnarum nu. 7.

Digitized by Google

qui vocem habet in Capitulo Conventuali. Hoc ſuppoſito, apparet reſolutio dubitationis, nàm, quàmvis pœna carceris relinquat poſt ſe privationem actuum legitimorum, & hæc includat privationem ſuffragiorum, propriè ſumptam, tamen remanet adhùc in taliter privato ius ſuffragiorum reſpectu aliorum actuum, non ſpectantium ad electionem activam, aut paſſivam ad Prælaturas. Dùm igitur in Textu dicitur, quòd defectuoſus in equitando, *omni ſuffragiorum iure ſexennio carere debet*, vult decernere, quòd, qui habituatus eſt in equitando (*defectuoſus* enim ſignificat eum, qui habituatus eſt in defectibus, undè ebrioſus, aut rixoſus dicitur, qui frequenter ſolet inebriari, aut rixari) careat iure ſuffragiorum, non tantùm propriè ſumpto, ſed *omni*, puta, quovis iure ferendi votum in quovis actu capitulari.

27 Quarta dubitatio eſt, an pœna carceris bimeſtris debeatur ei, qui ſemel equitaſſe probatur?

28 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià pęna carceris eſt infamatoria, proindè valdè gravis, & atrox eſt; undè rationabiliter non eſt danda, niſi prò delicto ſimili in gravitate. Semel autem equitare, quàmvis delictum ſit, non tamen eſt ex gravioribus, qui committi poſſit in Regulam. Profectò *proprietas* eſt delictum gravius equitatione, cùm opponatur voto ſolemni paupertatis, & per Sacros Canones (30), decedens in tali crimine privetur Eccleſiaſticâ ſepulturâ, & tamen iuxtà Statuta Ordinis (31), proprietarius punitur carcere per ſolum menſem. Eſſet ergò irrationabile Statutum, ſi carceri per duos menſes damnaret eum, qui ſemel equitavit. Intelligendum ergò Statutum eſt de eo, qui pluriès tali crimine deliquit; replicatio enim criminis iuſta cauſa eſt, ut augeatur pęna ultrà eam, quæ delicto ſemel commiſſo deberetur.

29 Sed quæ pęna ſemel equitanti debetur? Dico, quòd debetur pœna, quæ exprimitur in Statuto Tertio, dato ſuprà *num.* 19. puta, quòd diſciplinetur à Guardiano, & per triduum carceretur; & moneatur de hoc Provincialis. Carcer iſte non debet eſſe formalis, ut iura iuribus concordent, nàm carcer formalis, & ad pęnam, ut aliàs (32) ex Statutis probavimus, non poteſt dari, niſi per ſententiam Diffinitorij. Sequitur, quòd, ſi à ſolo Guardiano ſit dandus, ſit tantùm carcer pœnalis, hoc eſt reclusio in carcere, non tamen ablatâ carcerato formâ habitus. Monendus autem de hoc eſt Provincialis, ut, ſi Reus ſæpiùs tale crimen commiſerit, pœnâ carceris formalis ad normam Statuti puniatur.

30 Quinta dubitatio eſt, an ad hoc, quòd quis in omni caſu valeat impunè equitare, requiratur licentia Provincialis in ſcriptis, cum cautelâ præſcriptâ in Bullâ *Vrbani VIII.*, de quâ dictum eſt ſuprà *num.* 18.

31 Reſpondetur negativè. Ratio eſt, quià in eâdem Bullâ conceditur facultas Superiori Locali, *ut in caſu urgenti*, (nempè ex accidenti, & in abſentiâ Provincialis) poſſit ſcriptò, & cum iudicio Diſcretorum talem facultatem indulgere. Licentia igitur Provincialis neceſſaria eſt prò ijs, qui ex pedum infirmitate, aut aliâ cauſâ non poſſunt peditare, ità ut ſemper cogantur equitare, & iſte eſt verus ſenſus Bullæ. Cæterùm in caſibus accidentalibus poſſunt, abſente Provinciali, Superiores licentiam concedere.

32 Sexta dubitatio eſt, an, qui abſquè neceſſitate, & ad vitandum tantùm laborem itineris, iter faceret ſuper curru à bobus, aut equis, vel mulabus tracto, Reus eſſet talis delicti?

33 Reſpondeo, quòd, *Sanctorus* (33) tenet, quòd non; quià currus rigorosè non eſt equitatio; & *S. Bonaventura* ſcripſit, non licere fratribus bigare, aut quadrigare, *quià maioris ſunt ſumptus*; undè infert, quòd, ſi gratìs detur quadrigatio &c. nulla ratio urget in contrarium; trahi autem in curru res pompatica non eſt, ſed potiùs riſu digna; & concludit cum Statutis Iulij II., quòd *intentio S. Franciſci fuiſſe credatur potiùs pompam, quàm equitandi neceſſitatem, & utilitatem excludere.* (34)

34 Sed talis opinio ſuſtineri non poteſt: conceſſo enim, quòd equitare non importat propriè ambulare in curru, non tamen ſequitur intentum; quià hoc modo nequè ambulare in rhedâ, carrucâ, aut lecticâ eſt propriè equitare, non tamen tollitur, quin in communi ſenſu, & Statutis Ordinis, bigare, quadrigare &c. Delictum non ſit. Quid autem differt rheda à curru, ſeù plauſtro, aut ſarraco? Idem ſunt prorſus: ſunt enim inſtrumenta ad vehendum fabricata, & non differunt, niſi accidentaliter in hoc, quòd carruca operimentum fornicatum habent ad commoditatem, quo caret currus. Si ergò biga, quadriga, ac carruca interdicitur, idem erit de curru.

35 Quòd autem intentio *S. Patris Franciſci* fuerit interdicendi ſolam pompam, ac faſtum in prohibendâ equitatione, non autem utilitatem, falſum eſt; aliter ſequeretur, quòd, qui abſquè neceſſitate equitaret in mulo, burdone, aut aſino, à quibus faſtus, aut pompa non inducitur, non delinqueret: ſed quis concedet hoc contrà communem ſenſum Expoſitorum Regulæ? Quòd verò interdictum ſit *bigare, aut quadrigare, quià maioris ſunt ſumptus*, & hoc modo læderetur paupertas, poſſet inferre, quòd nullum ſit interdictum, ſi nullus adſit ſumptus, & ſic pro libito liceat quadrigare, quandò hoc gratìs habetur. Poſſet etiam inferri, ergò etiam, quandò nullus eſt ſumptus, poteſt Frater equitare, ſi neceſſitas faciendi ſumptus eſt ratio finalis prohibitæ equitationis, & quadrigationis. Sed nullus profectò dicet hoc.

36 Dico igitur, quòd, ut tradidimus ſuprà *num.* 5. ex *Hugone de Dinâ*, S. Pater tria habuit motiva prohibendæ equitationis, primum eſt *minuendæ ſollicitudinis* in procurando pretio vecturæ, quæque illa ſit. Secundum eſt *conſervandæ humilitatis*. Tertium autem *exercendæ auſteritatis* in vitâ pœnitentiæ. Eſto igitur, quòd vectura gratìs detur, & ſic ceſſet primum motivum. Eſto, quòd quis equitet in aſino, aut vehatur in plauſtro, quæ ſonant vilitatem, nec lædunt humilitatem, & ſic ceſſet ſecundum. Si tamen ad ſolam commoditatem quis vehitur curru, plauſtro, ſarraco, aſino &c. Læditur tertium motivum, nempè *auſteritatis*, & ſic contrà intentionem *Seraphici Patris*, & contrà Regulæ verum ſenſum delinquet.

§. III.

(30) *Text. in cap. Monachi. Extrà de Stat. Monach.*
(31) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. § 6. nu. 5.*
(32) *Par. 1. Tit. Pœnarum num. 75.*
(33) *Sanctor. Comment. cap 3. Stat. 23. Quæſt. 1. V. Reſpondeo negativè fol. m. 277.*
(34) *Stat. Iul. II. cap. 3. Par. 6.*

Digitized by Google

communem ſenſum Expo...
verò interdictum ſit bigare, aut quadrigare, ...
ſunt ſumptus, & hoc modo lederetur pau...
oſſet inferre, quòd nullum ſit interdictum...
dſit ſumptus, & ſic pro libito liceat quadrig...
hoc gratis habetur. Poſſet etiam inferri, ...
uandò nullus eſt ſumptus, poteſt Frater ...
ceſſitas faciendi ſumptus eſt ratio finalis ...
rationis, & quadrigationis. Sed nullus ...
hoc.
igitur, quòd, ut tradidimus ſuprà ...
de Dinâ, S. Pater tria habuit motiva ...
rationis, primum eſt vinnendæ ſollicitu...
o pretio vecturæ, quæque illa ſit ...
vandæ humilitatis. Tertium ...
in vitâ pœnitentiæ. Eſto igitur, quòd ...
s detur, & ſic ceſſet primum motivum. Et...
equitet in aſino, aut vehatur in plauſtro...
vilitatem, nec lædunt humilitatem, & ...
dum. Si tamen ad ſolam commoditatem ...
rru, plauſtro, ſarraco, aſino &c. ...
irum, nempè auſteritatis, & ſic contra...
Seraphici Patris, & contrà Regulæ ...
uet.

§. II.

... Commen. cap. 3. Stat. 23. Quæſt. 1.
... deo negativè fol. n. 277.
... II. cap. 3. Par. 6.

*... hoſpitandi Fratres ex Regulâ.*
*Ad talem hoſpitationem tenemur jure naturali, ac Divino.*

9 *Explicatur Textus Regulæ.*
*Domeſtici qui dicantur.*
*Fratres carnales, habentes prò indiviſo hæreditatem Patris, habent omnia communia.*

10 *Mater tenetur lactare filium propriis uberibus.*
*Si mater non lactat filium, tenetur expenſis propriis per Nutricem lactare.*
*Tempus, quo infans tenetur materno obſequio, eſt triennium.*
*Amor charitatis eſt fortior amore carnali.*

11 *Probatur ex alio capite obligatio Superioris hoſpitandi advenas.*
*Diſpoſitio de uno correlativo trahitur ad aliud.*

12 *In quo cadat propriè crimen hoſpitalitatis læſæ.*

13 *Miniſtrare Fratribus infirmis neceſſaria, eſt præceptum Regulæ, obligans ſub mortali.*
*Quos nam obliget tale præceptum.*

14 *Caſus in quibus tale præceptum violatur.*

1 AD cognitionem hujus criminis, quod placuit intitulare *læſionem hoſpitalitatis*, (quod tamen unico vocabulo potuiſſet efferri, dicendo *inhoſpitalitas*, ſi licuiſſet latinè dicere) neceſſarium eſt ſcire, quid ſit *hoſpitalitas*, & quandò ad eam teneamur ex charitate, & quandò ex juſtitiâ. Dico igitur, quòd ... tur ad *hoſpitalitatem*; aliquandò autem mortaliter, quandò ad eam tenetur ex juſtitiâ. Ex his ergò deduci poteſt ratio *læſionis hoſpitalitatis*, quæ delictum eſt, & poteſt diffiniri, quòd ſit *culpabilis denegatio neceſſariorum peregrino, extremè indigenti*. Ex hâc diffinitione elicitur, quòd hoc eſt crimen omiſſionis, cùm conſiſtat in non faciendo, quod quis facere debet; ſed poteſt etiam eſſe commiſſionis, ſi quis non tantùm peregrinum non reciperet, ſed etiam ingreſſum in domum violenter expelleret verbis injurioſis, ac verberibus, ipſum offendendo. Additur autem *culpabilis*, nàm omiſſio ſimpliciter receptionis peregrini poteſt eſſe non culpabilis, ſi nempè aliquis denegaret recipere peregrinum, quem recipere non valeret ob propriam paupertatem, anguſtiam domus &c. culpabilis tamen eſt, quæ ex avaritiâ procedit, &c.

3 Elicitur ſecundò, quòd non quarumvis rerum denegatio, peregrino facta, importat hoc crimen, ſed tantùm denegatio neceſſariorum. Vndè, ſi peregrinus habet nummos, quibus poſſit ſibi victum mercari, non teneor ſibi cibum miniſtrare; benè tamen teneor ſub tecto meo recipere, & illi cubile congruum, & focum, qui ſibi algenti neceſſarius eſt parare. Ratio eſt, quia ex juſtitiâ non teneor proximo præbere, niſi neceſſaria ad ejus ſuſtentationem. Elicitur tertiò, quòd ſupradicta præſtanda ſunt ſub dictâ obligatione, non cuivis peregrino, ſed tantùm *extremè indigenti*, puta, illi, qui non ſolùm nequit ſibi neceſſa-

( 1 ) *Roman. cap. 12. ℣. 13.*
( 2 ) *Concil. Pariſ ſub Gregor. IV. cap. 14.*
( 3 ) *Gen. cap. 18. ℣. 3.*
( 4 ) *Gen. cap. 19. ℣. 2.*
( 5 ) *Luc. cap. 24. ℣. 29.*

Digitized by Google

ceſſaria emere, ſed etiam, quià alium non invenit, qui poſſit, & velit illa præbere eidem. Quòd, ſi alii ſint, qui eum recipere poſſint, & credibile eſt, quòd de facili peregrinus inveniet alium, qui eum recipiet, non pecco contrà juſtitiam, eum non recipiendo. Ratio eſt, quià ille non eſt in extremâ neceſſitate, quæ me arctet ad eum recipiendum, cùm æquè benè credibile ſit, quòd ab alio recipiatur.

4 Supradicta quidèm quadrant cuicunque homini Chriſtiano, ac reſpectu cujuſvis conditionis ſit peregrinus: ſed quò ad Religioſos, præſertim Ordinis noſtri, prò quibus ſpecialiter hæc ſcribo, res altiùs emedullanda eſt. Sciendum igitur; quòd, ſi loquamur de peregrinis laicis, aut etiam Clericis, ac Religioſis alterius Ordinis, parem obligationem habent noſtri Superiores exercendi *hoſpitalitatem*, quam habent cæteri Chriſtiani ſub debito charitatis, ac juſtitiæ juxtà indigentiam communem, aut extremam, in quâ ſunt peregrini juxtà ſupradicta. Ratio eſt, quià ex Regulâ nullum ſpeciale præceptum circà hoc nobis imponitur, undè non ligamur aliâ obligatione ergà proximum peregrinantem, quàm eâ, quæ à communi præcepto *Diliges proximum ſicut teipſum*, omnibus Chriſtianis imponitur. Debent tamen ratione boni exẽpli, & cùm ſint in ſtatu practicandi majores virtutis actus Regulares, præ ſæcularibus propenſiori ſtudio exercere *hoſpitalitatem*, cùm hæc à Sacris Canonibus, multipliciter viris Eccleſiaſticis inculcetur. (6)

5 At loquendo de Hoſpitibus noſtri Ordinis, res aliter ſe habet, nàm ſub mortali tenentur Superiores Fratres, advenas, qui cum legitimis literis obedientialibus ad ſe divertunt, ex juſtitiâ hoſpitari, ac eis cibum, & alia neceſſaria miniſtrare. Ratio eſt, quià, ut ex Leſſio docet *Peyrinus* [7], Religioſus habet jus ad bona Religionis participanda; ſicut enim in profeſſione, abdicatis propriis bonis, operas ſuas obligat Religioni, ità vice verſâ Religio obligata manet ad providendum ſibi neceſſaria, & hoc obligatione juſtitiæ. Poteſt ergò Religioſus advena de rigore prætendere participare de bonis ejus Conventus, ad quem divertit, velut cæteri Fratres; & ſi Superior hoc ſibi denegat, contrà juſtitiam delinquit.

6 Nec facit contrà hoc ſeparatio Conventuum in Provinciis, & diſtinctio Provinciarum in Ordine, ità ut ad bona hujus Conventus habeant jus illi tantùm, qui ſunt de ejus familiâ, & ſic pari modo de Provinciâ. Quià Provinciarum, & Conventuum diſtinctio eſt quid accidentale, quod reſpicit, & importat tantùm regimen politicum, & reſpectu iſtorum vera eſt inſtantia, quæ fit; ſiquidèm Fratres advenæ non habent vocem in Capitulo Conventuali, non fruuntur ordine præcedentiæ, quo gaudent Fratres de Familiâ &c. Sed reſpectu victus, ac aliorum neceſſariorum aliud eſt dicendum. Nàm dùm Superior Generalis, qui in omnes Provincias, ac Conventus Ordinis jus habet, concedit Fratri legitimam obedientiam pergendi ad aliquem locum, conſtituit eum quodammodò de familiâ illius Conventus, in quo tanquàm hoſpes recipitur, prò toto illo tempore, quo ibi manet. Et ideò Frater ille non minùs, ac alii Fratres de familiâ, ſubditus eſt, & obedire tenetur Superiori locali illius Conventùs tàm in directivis, quàm in coercitivis. Sequitur ergò, quòd reſpectu neceſſariorum ad victum, ſanitatemque, Frater advena habet verum jus ad bona Conventus, toto tempore, quo ibi hoſpitatur, ſicut habet quilibet alius Frater de illius familiâ. Et confirmatur ex hoc, quòd, ut habetur ex jure [8], habens aliquem in famulatu, qui ſibi obedire tenetur, obligatus eſt ad eum alendum. Si ergò advena, dùm manet in Conventu, obedire tenetur Superiori, pari modo vitæ neceſſaria debet habere.

7 Sequitur igitur ex his, quòd eo modo, quo Superior Localis nequit repellere à Conventu Fratrem de ſuâ familiâ, qui cum legitimâ licentiâ egreſſus ad eum revertitur; neque pariter poteſt ſibi neceſſaria denegare; ità non poteſt denegare Fratri cuivis advenæ *hoſpitalitatem*, & alia ejus vitæ neceſſaria; & ſi ea denegat, delinquit crimine *Leſæ hoſpitalitatis*.

8 Quæ huucuſque dicta ſunt fundantur in Regulâ noſtrâ, ſic habente (9). *Et ubicumque ſunt, & ſe invenerint Fratres, oſtendant ſe domeſticos invicem inter ſe, & ſecurus manifeſtet unus alteri neceſſitatem ſuam: quià, ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem, quantò diligentiùs quis diligere, & nutrire debet Fratrem ſuum ſpiritualem? Et ſi quis in infirmitatem ceciderit, alij Fratres debent ei ſervire, ſicut vellent ſibi ſerviri*. Ex quo Textu, quàmvis Papa in ſuâ *Clementinâ* (10), in quâ diſcrevit mandata Regulæ in præcepta eminentia, æquipollentia, & habentia vim præcepti, non hauſerit præceptum aliquod de *hoſpitalitate* ſervandâ, tamen, ut advertit *Sanctorus* [11], ad eam tenentur de iure naturali, ac Divino; undè *Expoſitio Anonima* (12) ait, quòd in citato Textu Regulæ includitur *aliquid præcepti omnibus Fratribus, ſcilicet domeſtica charitas ad Confratres*.

9 Libet autem expendere vim verborum citati Regulæ Textus, ut magìs roboretur ex eo data concluſio. Dicit ergò, quòd Fratres debent ſe oſtendere *domeſticos* invicem inter ſe. Senſus verus huius termini, *domeſticos*, non eſt, ut communiter accipitur, ut is dicatur *domeſticus* idiotiſmo Italico, qui latinè dicitur *affabilis*, *comis* &c. ſed, pròut ex iure (13) elicitur, *domeſtici* dicuntur, qui ex eâdem domo ſunt, & nobiſcum habitant. Dùm ergò dicit Regula, quòd Fratres ſe oſtendant *domeſticos* inter ſe, vult dicere, quòd ſic ſe habeant ad invicem, ut ſi eſſent de eâdem domo, nec differentiam faciant inter advenas, & familiares, ſed ſint veri Fratres ex charitatis profeſſione, tanquàm ex eâdem domo, & ſanguine procreati fratres naturales. Stat autem, quòd fratres naturales, qui prò indiviſo fruuntur paternâ domo, ac hæreditate, habent omnia ejus bona æqualiter communia, nec aliquis, aut aliqui eorum poſſunt dicere, hoc eſt meum, nec diſponere de eo, tanquàm de re propriâ, ut iura (14) dicunt, ergò Fratres pariter; licèt advenæ debent uti bonis Religionis, quibus prò indiviſo frui debent, nec aliqua facienda eſt diſcretio in hoſpites, ac eos, qui ſunt de familiâ.

10 Et

(6) *Trident. Seſſ. 25. cap. 8. de Refor. cap. 1. cap. Quieſcamus. 42. diſt. cap. Quia in fin. 12. q. 2. cap. 1. de Empt. & vendit. cap. De Monachis. de Præben. & dignit.*

(7) *Leſſ. de Juſt. & iur. lib. 2. cap. 35. Dub. 12. nu. 68. ℣. Sed contra. Peyrin. formul. lit. O. nu. 2*

[8) *arg. l. Si paterno. C. de Negot. geſt. ubi Gloſſ. & Jacob. Butr.*

(9) *Regul. Minor. cap. 6.*

(10) *Clement. Exivi. de Verb. ſign.*

(11] *Sanctor. Comment. cap. 6. Stat. 6. ℣. Quam autem. fol. m. 371.*

[12) *Expoſit. Anonim. in Regul. Minor. cap. 6.*

(13) *arg. l. Præſenti, C. de His qui ad Eccl. confug. & ibi Gloſſ. in § Sanè. Bart. in l. Reſpiciendum §. Furta. ff. de Pæn.*

(14) *l. In tantum. ff. de Rer. divi. cap. Qui manumittit. 22. q. 2. cite in Repert. Abbat. V. Bona. arg. cap. Ratio de Præben.*

Digitized by Google

Dicis ergò, quòd Fratres debent se obseru…
…os invicem inter ſe. Senſus verus huius ter…
…icos, non eſt, ut communiter accipitur, ut…
*…omeſticos* idiotiſmo Italico, qui latinè d…
…, *comis &c.* ſed, pròut ex iure (13) elic…
… *dicuntur*, qui ex eâdem domo ſunt, &…
…abitant. *Dùm ergò* dicit Regula, quòd…
…endant *domeſticos* inter ſe, vult dicere…
…cant ad invicem, ut ſi eſſent de eâdem do…
…entiam faciant inter advenas, & famili…
…eri Fratres ex charitatis profeſſione, …
… domo, & ſanguine procreati fratres…
…autem, quòd fratres naturales, …
…ntur paternâ domo, ac hæredes, habent…
…us bona æqualiter communi, et aliquis…
… eorum poſſunt dicere, hoc eſt meum, …
… de eo, tanquàm de re propriâ, ut iura (…
…rgò Fratres pariter; licèt advenæ debent…
…gionis, quibus prò indiviſo frui debent, …
…endi eſt diſcretio in hoſpites, ac eos…
…milià.

10 E…

… paterno. C. de Nego: geſt. ubi Gloſſ. & Iacob…
…Minor. cap. 6.
…s. Exivi. de Verb. ſign.
….Comment. cap. 6. Stat. 6. ℣. Quoniam autem. fol…
…Anonim. in Regul. Minor. cap. 6.
…raſenti, C. de His qui ad Eccl. confug. & ibi Gloſſ…
…rt. in l. Reſpiciendum §. Furta. ff. de Pœn.
…eum. ff. de Rer. divi. cap. Qui manumittit. 22. q…
…Abbat. V. Bona. arg. cap. Ratio de Præben.

… hoc crimen *Læſæ hoſpitalitatis*, quod propriè cadere poteſt in Superioribus Localibus, quorum intereſt advenas fratres in Conventu recipere, cùm ad eos ſpectat ex diſpoſitione Statutorum, eorum literas obedientiales luſtrare, ac examinare. Cadit etiam non raro in Officialibus, puta, in deputato ad recipiendos hoſpites, ac miniſtris Refectorii, ac coquinæ, qui hoſpites, præſertim ſi pauperculi Fratres ſint, inurbanè, ac avarè tractant; & in iſtos à Superioribus eſt ſeverè animadvertendum, non tantùm enim Rei ſunt violatæ charitatis, ac præcepti Regulæ, ſed etiam in causâ ſunt, quòd malè in Ordine audiatur de Provinciâ, in quâ hoſpites non charitatem, ſed ruſticitatem, contumelioſa non raro verba, & indignam Religioſo ſtatu tractationis formam, experiuntur.

13 Quàmvis autem obligatio ergà hoſpites recipiendos importet ſubminiſtrationem eorum omnium, quæ neceſſaria ſunt ipſis, dùm ſani ſunt; tamen magìs in quibuſvis Fratribus urget charitatis obligatio, quandò hoſpites infirmi ſunt. licèt verò videatur ad hos limitari diſpoſitio Regulæ, eò quià, poſtquàm monuit

… probare ſufficit, quod Superior Localis repulit pauperculum Fratrem, qui cum legitimâ obedientiâ ad ſuum Conventum appulit, & cum febri laboraret in hoſpitio apud ſæcularem, aut in hoſpitali receptus eſt &c. aut quòd Coquinarius, Janitor, & Refectorii miniſter Fratres advenas ſoleat malè tractare; durè, ac ruſticè cum eis agendo, & denegando, aut malo modo tribuendo ea, quæ Religio tribuere conſuevit &c. ſivè, quòd Infirmarius nec charitatem, neque compaſſionem cum ægrotis ſervet; cibos perverſè paret; medicinas ſuo tempore, juxtà Medici præſcriptum, & artem, non præparet, aut tribuat; infirmos non viſitet, non conſoletur; munditiem lecti, Cameræ, vaſorum &c. non curet, & alia hujuſmodi. His concludenter probatis, locus erit Statutariis pœnis, de quibus infrà.

## Pœnæ.

*S V M M A R I U M.*

16 *Pœna danda in extremo iudicio contrà non ſervantes hoſpitalitatem.*
17 *Nulla pœna datur determinata in iure contrà Clericos, non ſumentes hoſpitalitatem.*
18 *Regulares circa hoc crimen conſulant ſuas Conſtitutiones.*

19 *Sta-*

(15) *text. in cap. Ad eius. 5. Diſt.*
(16) *Abb. in cap. Cum haberet. nu. 8. de Co. qui dux in matr.*
[17] *arg. cap. Ex literis. de Converſ. infidel. Gloſſ. final. in cap. Cum haberet. de eo. qui dux. in matr. & ibi l. Nec filium. C. de Patr. pot. & l. Si quis à liberis. §. Non tantùm. ff. de liber. agnoſc.*
(18) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 6.*
(19) *Stat. Gen. Ordin. cap. 3. §. 7. nu. 7.*
(20) *arg. l. final. de Acceptib. l. fin. C. de Indict. vidui. toll. l. Si quis Servo C. de Furt. Barboſ. Axiom. 61. nu. 1.*

(21) *Clement. Exivi. ℣. Item quia propterea. de Verb. ſign.*
(22) *Regul. Minor. cap. 4.*
[23] *Sanctor. Comment. cap. 6. Stat. 7. ℣. Dico quarto fol. m. 374.*

Digitized by Google

# §. II.

## Itinerantium Delicta.

*SVMMARIVM.*

1 *Intentio huius paragraphi aperitur.*

2 *Multiplicia delicta, quæ à Fratribus itinerantibus poſſunt committi.*

*Speciale delictum Fratrum Minorum itinerantium eſt equitare.*

3 *Equitare quid ſit, & quid importet.*

*Diffinitio equitationis, pròut Fratri Minori eſt interdicta.*

*Eques appellatur, qui etiam mulo, aſino, aut camelo inſidet.*

4 *Iumentum quodnam vocetur.*

*Bos non venit nomine iumenti, & quandò venire poſſit.*

*Brutum quodnam ſit.*

*Opinio, quòd itinerans, Vectus in humeris hominum, non delinqueret.*

5 *Impugnatur poſita opinio.*

*Qualis fuerit mens S. P. Franciſci, ferendo præceptum de non equitando.*

*Vectura, Minoribus itinerantibus, prohibita extenditur ad eam, quæ fit in ferculo, ab hominibus deportato.*

6 *Bigare, quadrigare quid importet.*

7 *Trahi in navi ab equis nõ eſt delictũ, & quarè.*

*Navigare quid ſit, & de quibus dicatur.*

*Itinerans in carrucâ, vento impulſâ, ut apud Sinas, non incurrit delictum.*

8 *Neceſſitas, quæ excuſet à delicto equitandi, multiplex eſt.*

9 *Neceſſitas, orta ab infirmitate, quomodò extendatur, ut poſſit licitè Frater equitare.*

10 *Explicantur alij caſus neceſſitatis.*

11 *Neceſſitas, & infirmitas, quæ facit licitam equitationem, debet eſſe manifeſta.*

*Manifeſtatio neceſſitatis, facienda Superiori, magis reſtricta ab Vrbano Octavo.*

12 *Vbi intervenit vera neceſſitas, aut infirmitas, non requiritur ad equitandum diſpenſatio, indulta à Superiore.*

*Manifeſtũ, & manifeſtatum, quomodò differant.*

13 *Neceſſitas, aut infirmitas ſufficit, quòd dubia non ſit indigenti, aut cuilibet diſcreto viro.*

14 *Ex diſpoſitione Vrbani Octavi requiritur, quòd neceſſitas, propter quam licitum eſt equitare, ſit manifeſta, gravis, & vera.*

*Talis diſpoſitio, & pœna in eâ lata non ſunt uſu receptæ.*

1 AD ſolam illuſtrationem nòſtri Textus cogimur, de *Itinerantium delictis* pauca delibare: nec hærere debet Lector in titulo huius paragraphi, cùm delicti nomen generale ſit, & queat quodvis ſpecificum delictum, ab itinerante patrari, ut proindè non videatur, quòd poſſit de *delictis Itinerantium* formari paragraphus ſpecialis, quemadmodum fecimus in toto hoc opuſculo de ſingulis delictis in ſpecie. Etenim concedimus quidèm, quòd delictum quodvis poſſit committi ab Itinerantibus, ſpecificativè ſumptis; non verò reduplicativè acceptis, hoc eſt, quòd delictum ab ijſdem committatur in ratione propriâ, quâ itinerantes ſunt.

2 Multiplicia quidèm in ſpecie eſſe poſſunt talium crimina; nàm poſſunt iter inſtituere abſquè litteris obedientialibus; aut non petitâ benedictione Superioris; aut ſinè permiſſu Prælati Provincialis, quandò literæ obedientiales ſunt conceſſæ à Generali: aut ſinè ſocio: aut habitu dimiſſo: aut notabiliter declinando à rectâ viâ. Cùm autem recitati modi delinquendi formaliter reducantur ad inobedientiam, de ijs locuti ſumus in paragrapho *Apoſtaſia*, quæ de directo militat contrà obedientiam. Hìc autem agimus de ſpeciali modo delinquendi, qui fit à *Fratre Minore* itinerante, non proprijs pedibus, ſed equitando, quod ſibi per ſuam Regulam ſub præcepto æquippollenti vetatur, ut poſt *Clementinum Gundiſalvus*. (1) Hìnc apparet, hoc delictum non poſſe habere locum in alijs Regularibus, quià nullus per ſuam Regulam tali præcepto arctatur; & ideò eſt proprium *Fratris Minoris* ſervare, obligati *Regulam Minorum* in ſuâ puritate, ut ſumus Nos *Minores de Obſervantiâ Regulari, ac Strictiori, ac Capucini*, quandòquidem *Minores Conventuales* habent de tali præcepto diſpenſationem.

3 Quià verò hoc delictum formaliter conſiſtit in tranſgreſſione præcepti, dicentis, *Fratres non debeant equitare, niſi manifeſtâ neceſſitate, aut infirmitate cogantur*, (2), nullo potiori modo poteſt cognoſci, in quo conſiſtit huius delicti quidditas, niſi diffiniendo quid ſit *equitare*, pròut in Regulâ prohibetur. Poteſt autem ità diffiniri. *Equitare eſt cuiuſvis animalis miniſterio ſubvectione, aut tractione ſuper terram ad pompam, aut commoditatem uti*. Advertas autem lector, me hìc diffinire equitationem, ut præcisè vetitam *Fratri Minori*; non autem in ſe. *Equitare* enim ſecundùm ſe non eſt niſi vehi, non tantùm equo, ſed etiam quovis animali. Proindè *equitem etiam appellamus eum, qui vel aſino, vel mulo, vel camelo inſidet, nedùm equo*, ait *Spiegelius* (3), ſicque etiam *equitare* diceretur, qui vel Elephanto, vel bove, aut vaccâ, pròut apud *Indos Orientales mos eſt*, ad iter faciendum uteretur.

4 In datâ deffinitione dico primò, *cuiuſvis animalis miniſterio uti*, non autem me adſtringo ad vocabulum *iumenti*, aut *bruti*. *Iumentum* enim intelligitur *brutum*, quod dorſo inſeruit, proindè nomine *iumenti* non venit bos,

[1] *Clement. Exivi. §. Vt autem de verb. ſign. Gundiſalu. Compend. Reg. Minor. Tit. Equipoll. nu.6.*
[2] *Regul. Minor. cap. 3.*
[3] *Spiegel. Lexic. iur. V. Equitem.*

*bigare*, *quadrigare &c.* de rigore autem ſermonis *equitare*, ut dicebam, importat dorſo animalis uti ad vectionem: *bigare* verò, *quadrigare*, vehi curru, ſellâ curuli, plauſtro, Sarraco &c. Significat vehi motu tractorio animalium, qui vel collo, vel pectore trahunt.

7 Dico tertiò, *ſuper terram*, ut excludam tractionem, quæ fit ſuper aquam. Si quis enim *Frater Minor* navigat adverſo flumine, dùm ventus ſecundus ceſſat, nec velis poſſunt nautæ uti; aut etiam quovis tempore adhibent equos, boves, aut bubalos ad trahendam navem, licèt in tali itinere tractorio, miniſterio animalis utatur, non tamen poteſt dici, quòd contrà præceptum Regulæ equitet; quià *ſuper terram* non trahitur; ſed verè, & propriè dicitur *navigare*; hoc enim verbum non convenit tantùm nautis, ac vectoribus, ſed etiam ijs, qui iter inſtituunt in navi, & navi vehuntur, proindè *navigare* dicitur etiam de mercibus, quæ vehuntur in naui. (9) In Regulâ autem non prohibetur, quòd Fratres navigare non poſſint; cùm & ipſe *S. Pater*, ac eius Socij Regulæ obſervantiſſimi, navigaſſe legantur, ut obſervat *San-*

...inus eſt, peditando, metiri, dico, quòd non poteſt ſanus, tutâ conſcientiâ, lecticâ, aut equo uti. Ratio eſt, quià tali caſu poteſt commodè ſanus comitari ægrotum, & ab eo longo ſpatio non diſſociari, & cùm lentus ſit motus, ut ſuppono, & iter non excedens, non ultrà debitum laſſatur ſanus in comitando; & ſæculares videntes unum equeſtrem, alium verò Fratrem pedeſtrem, ædificationem potiùs, quàm ſcandalum ex eo colligunt, arguunt enim infirmitatem in eo, qui equitat, & neceſſitatem; in alio autem ſanitatem, & in ambobus Regulæ obſervantiam.

9. Pariter neceſſitas oritur etiam ab infirmitate, quæ timetur ſecutura ex pedeſtri itinere, ut benè advertit *Sanctorus* (11,) puta, quià quis expertus eſt, quòd itinerando pedibus, ſibi accenditur febris, laborat dolore capitis, fluxiones patitur, ob quas cogitur in Lecto decumbere, & ſimilia &c. Imò etiam recreandi gratiâ animi, fracti à longâ tranſactâ ægritudine, longâ ſcriptione, longo ſtudio, poteſt, qui pedicare nequit, equitare, ut benè *Corduba* (12). Ratio eſt, quià lapſus virium infirmitas eſt, & ſicut iſtas reparare licitum eſt, ità licitum erit etiam equitare, quandò ſinè eo nequeunt vires reparari, aut ſaltem valdè confert ad reparationem, cùm ex vulgatis, cui conceditur aliquid, conceduntur etiam ea, quæ ad illud obtinendum conferunt.



(4) *Text. in l. Aediles. §. Vndè ff. de Aedilit. edict. l. Boves ff. de Verb. ſign.*
(5) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 23. V. Super humeros fol. m. 276.*
(6) *Hugo de Dina Expoſit. in Regul. Minor. cap. 3.*
(7) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 3.*
(8) *Martin. V. Conſtit. ſup. Regul. Minor. cap. 3. Iul. II. Statut. Papal. cap. 3. Par. 6. apud Sanctor. loc. cit. V. Reſpondeo Verbum fol. m. 276.*
(9) *Text. in l. 1. ff. de Naut. fænor.*

(10) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 23. V. De naui. fol. m. 276.*
(11) *Sanctor. loc. cit. Quæſt. 2. V. Infirmitas. fol. m. 278.*
(12) *Corduba Expoſit. in Regul. cap. 3. Quæſt. 3.*

Digitized by Google

10 Item neceſſitas equitandi poteſt oriri *ex prolixo*, *vel impedito itinere*, *vel urgentiâ negotij*, ut ait *D. Bonaventura* (13.) Ratio eſt, quià in Regulâ duo caſus exprimuntur, ob quos licet equitare, puta, *neceſſitas*, tamen hæc in plus ſe habet, quàm infirmitas. Extendi enim debet ad caſus, in quibus aut pietate, aut charitate in proximos, aut Prælati imperio dictante, inſtituendum eſt iter, aut longum ſuprà vires Fratris peditantis, aut quòd ex gravitate negotij exigit maiorem celeritatem, quàm præſtari peditando poſſit; aut impeditum nivibus, glacie, luto &c.; aut nimìs arduum, ut in aſcenſu montano, alpeſtrique. In his caſibus tutum eſt equitare, ut communiter Expoſitores.

11 Verum eſt, quòd iuxtà Regulam (14), tùm neceſſitas, tùm infirmitas debent eſſe manifeſta, ut ex harum cauſâ poſſit quis licitè equitare; ait enim, *niſi manifeſtâ neceſſitate*, *vel infirmitate cogantur*, & de tali manifeſtatione ſcribunt communiter Expoſitores, quòd debeat eſſe reſpectu Superioris, cuius eſt, inquiunt, ſuper eâ diſpenſare. Magis arctavit rem *Vrbanus Octavus* in ſuâ Bullâ (15), quæ communiter intitulatur *de reſtituendo candore*, qui voluit ſubiacere pœnis, ibidem comminatis, (de quibus infrà) *omnes Fratres*, *qui ſinè manifeſtâ*, *verâ*, *gravique neceſſitate*, *aut infirmitate*, *& abſquè licentiâ Provincialis*, *vel in caſu urgenti*, *Superioris Localis*, *de Conſilio*, *& iudicio trium Diſcretorum Conventus*, *ſcriptis obtentâ*, *equitare auſi fuerint*.

12 Sed circà ſupradicta adverto, quòd aut loquimur de obligatione, inductâ per Regulam, aut de inductâ ex diſpoſitione talis Bullæ, inſertâ in Statutis Ordinis. (16) Si primum, dico, quòd nulla requiritur diſpenſatio Superioris ſuper præcepto de non equitando, in caſu, in quo interveniat manifeſta neceſſitas, aut infirmitas. Ratio eſt evidens, quià Regula ipſa diſpenſat in tali caſu; igitur non eſt neceſſaria ulterior diſpenſatio Superioris, iuxtà Regulam, ergò, ſi Superior non declarat neceſſitatem adeſſe, & equitationem concedat, Regula violatur. Reſpondeo, negando aſſumptum cum conſequentiâ. Siquidèm non ait, Regula, *manifeſtatâ*, ſed dicit, *manifeſtâ*. Hoc porrò diſcrimen eſt inter *manifeſtum*, & *manifeſtatum*, quòd *manifeſtum* eſt id, quod ſenſui, aut rationi evidens eſt ex ſe. Undè dicitur, *manifeſtum* eſſe *crimen*, in quo quis deprehenditur (17), tunc enim ſubijcitur ſenſui, *manifeſta propoſitio*, quod, apprehenſis terminis, patet rationi, ut *omne totum eſt maius ſuâ parte*. *Manifeſtatum* autem eſt id, quòd ex ſe minimè patere poteſt, undè alio indiget, ut *manifeſtum* fiat, ut eſt occultum factum, quod ex relatione alicuius alteri manifeſtatur.

13 Dùm igitur dicit Regula, *manifeſtâ neceſſitate*, non autem *manifeſtatâ*, patet, quòd loquitur de eâ neceſſitate, quæ ſenſui, aut rationi patet; non adſtringitur autem ad hoc præcisè, quòd Superiori pateat, ſed ſufficit, quòd aut indigenti, aut cuilibet diſcreto virò dubia non ſit, ut de *manifeſtâ neceſſitate*, ob quam licitum ſit non ieiunare, ſcribit *Hugo de Dinâ*, relatus à *Marchantio* (18.) Quid enim, ſi doleo nervis pedum, in quibus cęteroquin nulla appareat inflammatio, nullus tumor, & Superior, cui dolorem meum manifeſto, incredulus eſt, (quià non apparent externa ſigna doloris) & mihi negat facultatem equitandi, dum iter facere debeo, fortè peccabo in Regulam, ſi abſquè diſpenſatione Superioris equitavero? Minimè profectò, quià ſufficienter diſpenſor ab infirmitate, mihi *manifeſtâ*, ex diſpoſitione Regulæ.

(13) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. cap.3.*
(14) *Regul. Minor. cap.3.*
(15) *Vrban. VIII. Conſt. Militantis. 1. Iunij* 1640. *§. Ne autem.*
(16) *Stat. Gen. Ord. cap.3. §.9. nu.1.*
(17) *Arg. l. Si fur. ff. de Furt. ubi Bartol.*
(18) *Hug. Expoſit. in Regul. cap. 3. apud Marchant. eo. tit. & cap. Quæſt.3. Concl.2.*

14 Loquendo tamen de obligatione, inductâ per citatam Bullam *Vrbani VIII.*, (quæ ſub culpâ gravi obligat, cùm Papa in eâ iubeat *in virtute ſanctæ obedientiæ*, quæ præceptum formale importat, ad quod ſub mortali obligamur ex vi voti) aliter eſt dicendum, nàm requiritur, ultrà *manifeſtam*, *veram*, *ac gravem neceſſitatem*, etiam *licentia Superioris Provincialis*, *vel Localis*, *in ſcriptis conceſſa*, ut patet ex verbis eiuſdem Bullæ, datis ſuprà *num.* 11. Adverto tamen prò quiete conſcientiarum timoratarum, talem Bullam non eſſe uſu receptam, cùm præſcripta in eâ nec à Superioribus, nec à Subditis ſerventur communiter, & ideò nequè in conſcientiâ obligare ad culpam, ſed tantùm ad pęnas, de quibus infrà loquemur, & circà equitationem, rem conſiſtere, iuxtà diſpoſita per Regulam.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

15 *In delicto equitationis illicitæ præſumptio ſtat prò delicto.*

*Probatâ equitatione, debet Reus probare legitimam cauſam equitandi.*

16 *Hoc delictum probatur etiam per Teſtes ſingulares.*

15 QVò ad probationem huius delicti adverto; quòd, cùm ſimus in præcepto prohibitivo, (dicente Regulâ, Fratres non debeant equitare) præſumptio ſtat prò delicto, ità ut, ſi ab accuſatore, aut Fiſco probetur, quòd *Caius* equitaverit, præſumitur deliquiſſe; & ex tali præſumptione transfertur in Reum onus probandi *neceſſitatem*, aut *infirmitatem*, ob quam ſibi licitum fuerit equitare.

16 Adverto inſuper, quòd tale delictum, eò quod iterabile eſt, poteſt probari etiam per Teſtes ſingulares, ut aliàs (19) diximus, & nobiſcum contra *Carenam*, & *Abbatem* tenet etiam *Bordonus*. (20) Circà hoc autem nihil peculiare in ordine ad probationem, ampliùs occurrit.

## Pœnę.

*SVMMARIVM.*

17 *Pœnæ illicitæ equitationis ſunt petendæ à Statutis: & datur Textus.*

18 *Statutum ſecundum.*

19 *Statutum tertium.*

20 *Statutum quartum.*

21 *An*

(19) *Par. p. Tit. Probatio. nu.3.*
(20) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap.22. nu.22.*

Digitized by Google

21 *An in quocunque caſu equitationis intret pœna Statutaria.*

22 *Reſpondetur negativè.*
*Equitans ſinè ſcandalo per modicum iter, non eſt puniendus.*
*Parvitas materiæ in itinere, quanta ſit.*
*Pars minor tertiâ totius alicuius, non cenſetur notabilis.*

23 *An pœnæ, latæ in Textu, ſint ſublatæ per recens Statutum Ordinis, diſpoſitum iuxtà Bullam Vrbani Octavi.*

24 *Reſpondetur negativè.*
*Dictio* præter, *quid importet.*

25 *Quomodò in hoc crimine dari poſſit privatio ſuffragiorum ultrà Carcerem.*

26 *Privatio ſuffragiorum quotupliciter intelligenda, & quomodò in hoc caſu.*

27 *An pęna Carceris bimeſtris debeatur prò unicâ equitatione.*

28 *Reſpondetur negativè, & quarè.*
*Delictum proprietatis eſt gravius illicitâ equitatione.*
*Eſſet inconveniens Statutum, ſi gravius crimen minorem pęnam reportaret leviori.*

30 *An in omni caſu, ut quis licitè equitet, requiratur ſcripta licentia Provincialis.*

31 *Reſpondetur negativè.*
*Quo caſu Guard. poſſit dare licentiam equitandi.*

32 *An delinqueret, qui abſque neceſſitate iter faceret ſuper curru, tracto a bobus.*

33 *Opinio Sanctori negativâ.*

34 *Impugnatur opinio Sanctori.*

35 *Abſurdũ, quod ſequeretur ex fundamẽto Sãctori.*

36 *Motiva, quæ habuit S. P. Franciſcus ad prohibendam equitationem.*

17 Circà pęnas huius delicti attendendæ ſunt à *Textu*, & Statutis Ordinis, quorum primus ſic habet. *Equitantes, bigantes quadrigantes ſinè licentiâ, & neceſſitate, bimeſtri carcere macerari merentur; & ſi in hoc defectuoſi fuerint, omni ſuffragiorum iure ſexennio carere deberent* (21.)

2 *Ad eliminandum equitandi abuſum, præter antiqua Ordinis Statuta, per Conſtitutionem Vrbani VIII. omnibus, & ſingulis Ordinis noſtri Fratribus, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub pœnâ privationis Officiorum, quæ obtinent, & perpetuæ inhabilitatis ad quæcunque Officia, gradus, & dignitates in poſterum, ipſo facto, incurrendâ, præcipimus, & mandamus, nè abſquè manifeſtâ, verâ, graviquè neceſſitate, aut infirmitate, & abſquè licentiâ Provincialis, qui eam præſtare non poſſit ſinè ſcripto neceſſitatis teſtimonio ſibi à Guardiano, & Diſcretis Conventus facto; vel in caſu urgenti Superioris Localis de iudicio trium Diſcretorum, quorum conſciẽtias oneramus, in ſcriptis obtentâ, equitare, bigare, aut quadrigare audeant, vel præſumant. Eaſdem pœnas ſolis, Miniſtro, & Commiſſario, Generalibus, aliquandò ex rationabili cauſâ remittendi auctoritate relictâ* (22).

3 *Fratrem ſinè dictis cautelis equitantem, bigantem, aut quadrigantem, Guardianus Conventus, ad quem pervenerit, ſub pœnâ ſuſpenſionis ab Officio per ſex menſes, teneantur in Communitate Fratrum diſciplinâ afficere, & in carcerem per tres dies recludere, ac Provincialem de tranſgreſſione monere.* (23)

4 *Nullus Frater cuiuſcunque conditionis ſit, equo, iumento, curru in publicas vias, Civitatum, Terrarum, vel Hoſpitiorum negotietur, deambulet, aut iter faciat, ſub pœnâ carceris, & inhabilitatis ad omnia Officia Religionis.* (24)

21 Prima dubitatio circà Textum eſt, àn in quocunque caſu equitationis ſinè licentiâ, & neceſſitate, pęnæ, in eo contentæ, debeantur?

22 Reſpondeo negativè; ſi enim quis, ſecluſo ſcandalo, per modicum iter, ut præfertur, equitaret, non poſſet tali gravi pęnâ mulctari. Ratio eſt, quià parvitas materiæ in hoc delicto, ſicut & in alijs, quæ illam admittunt, debet excuſare à crimine, ut pęna ordinaria non debeatur. Quòd, ſi quæras, ad quæ milliaria poſſit extendi talis parvitas materiæ? Dico, quòd poteſt extendi ad quatuor, aut quinque milliaria, ultrà quæ non poteſt rationabiliter dari parvitas itineris. Ratio eſt, quià viginti milliaria in iure (25) conſtituunt iter unius diei, quod poteſt homo peditando conficere. Quatuor autem, aut quinque milliaria conſtituunt quintam, aut quartam partem itineris. Porrò pars minor tertiâ alicuius totius non cenſetur notabilis, prout docet *D. Antoninus* apud *Navarrum* (26). Sequitur ergò à ſimili, quòd equitans per quartam, aut quintam partem itineris, à iure aſſignati prò dietâ, non peccare graviter, & ſic non incurrere pęnam Statuti.

23 Secunda dubitatio eſt, àn pęnæ, latæ in Textu, ſint ſublatæ per recens Statutum Ordinis, diſpoſiti iuxtà Bullam *Vrbani VIII.*, quæ in eo inſeritur?

24 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià in hoc nupero Statuto ponitur clauſula *præter antiqua Ordins Statuta*; dictio autem *præter*, quandò adijcitur rei, quæ ſub genere præcedentium, aut ſubſequentium minimè includitur, ſed eſt alterius diverſi generis, habet virtutem augendi, & ponitur prò *ultrà*, ut dicunt Doctores. (27) Senſus ergò Statuti eſt, quòd Reo de equitatione, ultrà pęnas, latas in Statutis antiquis Ordinis, infligantur etiam illæ, quas ibi ſancit.

25 Tertia dubitatio eſt, cùm iuxtà Textus (28) diſpoſitionem, pęna carceris includat privationem actuum legitimorum, iſta verò involvat privationem ſuffragiorum, nempè vocis activæ, ac paſſivæ, dubitatur, quomodò cum defectuoſis in equitando poſſit ultrà carcerem infligi pęna privationis ſuffragiorum.

26 Reſpondeo, quòd, ut aliàs (29,) dictum eſt, pęna ſuffragiorum importat, propriè accepta, privationem vocis activæ, àc paſſivæ in Ordine ad Prælaturas, ità ut tali pęnâ affectus, nequeat eligi in Prælatum, neque ad electionem alterius ad Prælaturam ſuffragium ferre. Manet tamen in Religioſo, taliter privato, ius ſuffragiorum reſpectu aliorum actuum capitularium, ut in approbatione Novitiorum in ordine ad profeſſionem, & alios actus, in quibus exquirendum eſt votum cuiuslibet,



(21) *Text. Tit. Applicatio. §. 28.*
(22) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 9. nu. 1.*
(23) *Stat. Gen. Ord. cap. 3. §. 9. nu. 3.*
(24) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu. 4.*
(25) *Text. in l. 1. ff. Si quis cautio. l. Itinera ff. de Verb ſign.*
(26) *D. Antonin. apud Navar. de Oratio. cap. 7. nu. 44.*
(27) *Arg. l. Nam quod. ff. de Pęn. legata. Bart. in l. 1. in fin. ff. de Pignor. act. Dec. in l. Actione n. 8. C. de Tranſact. Abb. in cap. literas nu. 10. de Præſumpt. Barboſ. Dictio. 279. nu. 5.*
(28) *Text. Tit. Pęnard. V. Carceris pœna.*
(29) *Par. p. Tit. Pęnarum nu. 7.*

Digitized by Google

qui vocem habet in Capitulo Conventuali. Hoc ſuppoſito, apparet reſolutio dubitationis, nàm, quàmvis pœna carceris relinquat poſt ſe privationem actuum legitimorum, & hæc includat privationem ſuffragiorum, propriè ſumptam, tamen remanet adhùc in taliter privato ius ſuffragiorum reſpectu aliorum actuum, non ſpectantium ad electionem activam, aut paſſivam ad Prælaturas. Dùm igitur in Textu dicitur, quòd defectuoſus in equitando, *omni ſuffragiorum iure ſexennio carere debet*, vult decernere, quòd, qui habituatus eſt in equitando (*defectuoſus* enim ſignificat eum, qui habituatus eſt in defectibus, undè ebrioſus, aut rixoſus dicitur, qui frequenter ſolet inebriari, aut rixari) careat iure ſuffragiorum, non tantùm propriè ſumpto, ſed *omni*, puta, quovis iure ferendi votum in quovis actu capitulari.

27 Quarta dubitatio eſt, an pœna carceris bimeſtris debeatur ei, qui ſemel equitaſſe probatur?

28 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià pęna carceris eſt infamatoria, proindè valdè gravis, & atrox eſt; undè rationabiliter non eſt danda, niſi prò delicto ſimili in gravitate. Semel autem equitare, quàmvis delictum ſit, non tamen eſt ex gravioribus, qui committi poſſit in Regulam. Profectò *proprietas* eſt delictum gravius equitatione, cùm opponatur voto ſolemni paupertatis, & per Sacros Canones (30), decedens in tali crimine privetur Eccleſiaſticâ ſepulturâ, & tamen iuxtà Statuta Ordinis (31), proprietarius, punitur carcere per ſolum menſem. Eſſet ergò irrationabile Statutum, ſi carceri per duos menſes damnaret eum, qui ſemel equitavit. Intelligendum ergò Statutum eſt de eo, qui pluriès tali crimine deliquit; replicatio enim criminis iuſta cauſa eſt, ut augeatur pęna ultrà eam, quæ delicto ſemel commiſſo deberetur.

29 Sed quæ pęna ſemel equitanti debetur? Dico, quòd debetur pœna, quæ exprimitur in Statuto Tertio, dato ſuprà *num.* 19. puta, quòd diſciplinetur à Guardiano, & per triduum carceretur; & moneatur de hoc Provincialis. Carcer iſte non debet eſſe formalis, ut iura iuribus concordent, nàm carcer formalis, & ad pęnam, ut aliàs (32) ex Statutis probavimus, non poteſt dari, niſi per ſententiam Diffinitorij. Sequitur, quòd, ſi à ſolo Guardiano ſit dandus, ſit tantùm carcer pœnalis, hoc eſt reclusio in carcere, non tamen ablatâ carcerato formâ habitus. Monendus autem de hoc eſt Provincialis, ut, ſi Reus ſæpiùs tale crimen commiſerit, pœnâ carceris formalis ad normam Statuti puniatur.

30 Quinta dubitatio eſt, an ad hoc, quòd quis in omni caſu valeat impunè equitare, requiratur licentia Provincialis in ſcriptis, cum cautelâ præſcriptâ in Bullâ *Vrbani VIII.*, de quâ dictum eſt ſuprà *num.* 18.

31 Reſpondetur negativè. Ratio eſt, quià in eâdem Bullâ conceditur facultas Superiori Locali, *ut in caſu urgenti*, (nempè ex accidenti, & in abſentiâ Provincialis) poſſit in ſcriptò, & cum iudicio Diſcretorum talem facultatem indulgere. Licentia igitur Provincialis neceſſaria eſt prò ijs, qui ex pedum infirmitate, aut aliâ cauſâ non poſſunt peditare, ità ut ſemper cogantur equitare, & iſte eſt verus ſenſus Bullæ. Cæterùm in caſibus accidentalibus poſſunt, abſente Provinciali, Superiores licentiam concedere.

32 Sexta dubitatio eſt, an, qui abſquè neceſſitate, & ad vitandum tantùm laborem itineris, iter faceret ſuper curru à bobus, aut equis, vel mulabus tracto, Reus eſſet talis delicti?

33 Reſpondeo, quòd *Sanctorus* (33) tenet, quòd non; quià currus rigorosè non eſt equitatio; & *S. Bonaventura* ſcripſit, non licere fratribus bigare, aut quadrigare, *quià maioris ſunt ſumptus*; undè infert, quòd, ſi gratis detur quadrigatio &c. nulla ratio urget in contrarium; trahi autem in curru res pompatica non eſt, ſed potiùs riſu digna; & concludit cum Statutis Iulij II., quòd *intentio S. Franciſci fuiſſe credatur potiùs pompam, quàm equitandi neceſſitatem, & utilitatem excludere.* (34)

34 Sed talis opinio ſuſtineri non poteſt: conceſſo enim, quòd equitare non importat propriè ambulare in curru, non tamen ſequitur intentum; quià hoc modo nequè ambulare in rhedâ, carrucâ, aut lecticâ eſt propriè equitare, non tamen tollitur, quin in communi ſenſu, & Statutis Ordinis, bigare, quadrigare &c. Delictum non ſit. Quid autem differt rheda à curru, ſeù plauſtro, aut ſarraco? Idem ſunt prorſus: ſunt enim inſtrumenta ad vehendum fabricata, & non differunt, niſi accidentaliter in hoc, quòd carruca operimentum fornicatum habent ad commoditatem, quo caret currus. Si ergò biga, quadriga, ac carruca interdicitur, idem erit de curru.

35 Quòd autem intentio *S. Patris Franciſci* fuerit interdicendi ſolam pompam, ac faſtum in prohibendâ equitatione, non autem utilitatem, falſum eſt; aliter ſequeretur, quòd, qui abſquè neceſſitate equitaret in mulo, burdone, aut aſino, à quibus faſtus, aut pompa non inducitur, non delinqueret: ſed quis concedet hoc contrà communem ſenſum Expoſitorum Regulæ? Quòd verò interdictum ſit *bigare, aut quadrigare, quià maioris ſunt ſumptus*, & hoc modo læderetur paupertas, poſſet inferre, quòd nullum ſit interdictum, ſi nullus adſit ſumptus, & ſic pro libito liceat quadrigare, quandò hoc gratis habetur. Poſſet etiam inferri, ergò etiam, quandò nullus eſt ſumptus, poteſt Frater equitare, ſi neceſſitas faciendi ſumptus eſt ratio finalis prohibitæ equitationis, & quadrigationis. Sed nullus profectò dicet hoc.

36 Dico igitur, quòd, ut tradidimus ſuprà *num.* 5. ex *Hugone de Dinâ*, S. Pater tria habuit motiva prohibendæ equitationis, primum eſt *minuendæ ſollicitudinis* in procurando pretio vecturæ, quæque illa ſit. Secundum eſt *conſervandæ humilitatis*. Tertium autem *exercendæ auſteritatis* in vitâ pœnitentiæ. Eſto igitur, quòd vectura gratis detur, & ſic ceſſet primum motivum. Eſto, quòd quis equitet in aſino, aut vehatur in plauſtro, quæ ſonant vilitatem, nec lædunt humilitatem, & ſic ceſſet ſecundum. Si tamen ad ſolam commoditatem quis vehitur curru, plauſtro, ſarraco, aſino &c. Læditur tertium motivum, nempè *auſteritatis*, & ſic contrà intentionem *Seraphici Patris*, & contrà Regulæ verum ſenſum delinquet.

§. III.

---

(30) *Text. in cap. Monachi. Extrà de Stat. Monach.*
(31) *Stat. Gen. Ord. cap. 7. § 6. nu. 5.*
(32) *Par. 1. Tit. Pœnarum num. 75.*
(33) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 23. Quæſt. 1. V. Reſpondeo negativè fol. m. 277.*
(34) *Stat. Iul. II. cap. 3. Par. 6.*

# §. III.

## Hoſpitalitatis Læſio.

*SVMMARIVM.*

1 *Hoſpitalitas, quid ſit.*
*Hujus virtutis perfectio, in qua conſiſtat.*
2 *Ad hoſpitalitatem, quandò quis obligetur ex juſtitiâ, & quandò ex charitate.*
*Læſio hoſpitalitatis, quomodò diffiniatur.*
3 *Denegatio neceſſariorum, tantùm peregrino facta, importat hoc crimen.*
4 *Ad hoſpitalitatem ſpecialiter obligantur Fratres Minores.*
5 *Specialis obligatio reſpicit peregrinos ejuſdem ordinis.*
*Religioſus habet jus ad bona ſui Ordinis.*
6 *Separatio Conventuum, ac Provinciarum non minuit obligationem hoſpitandi quoſvis Fratres advenas.*
*Bona Conventus ſunt communia Fratribus advenis, ac incolis.*
*Advenæ ſubduntur obedientiæ Superioris Localis, ut Fratres de familiâ.*
*Habens aliquem in famulatu, & ſub ſuâ obedientiâ, eum alere tenetur.*
7 *Superior Localis nequit à ſuo Conventu repellere Fratres advenas.*
8 *Probatur obligatio hoſpitandi Fratres ex Regulâ.*
*Ad talem hoſpitationem tenemur jure naturali, ac Divino.*
9 *Explicatur Textus Regulæ.*
*Domeſtici qui dicantur.*
*Fratres carnales, habentes prò indiviſo hæreditatem Patris, habent omnia communia.*
10. *Mater tenetur lactare filium propriis uberibus.*
*Si mater non lactat filium, tenetur expenſis propriis per Nutricem lactare.*
*Tempus, quo infans tenetur materno obſequio, eſt triennium.*
*Amor charitatis eſt fortior amore carnali.*
11 *Probatur ex alio capite obligatio Superioris hoſpitandi advenas.*
*Diſpoſitio de uno correlativo trahitur ad aliud*
12 *In quo cadat propriè crimen hoſpitalitatis læſæ.*
13 *Miniſtrare Fratribus infirmis neceſſaria, eſt præceptum Regulæ, obligans ſub mortali.*
*Quos nam obliget tale præceptum.*
14 *Caſus in quibus tale præceptum violatur.*

1 AD cognitionem hujus criminis, quod placuit intitulare *læſionem hoſpitalitatis*, (quod tamen unico vocabulo potuiſſet efferri, dicendo *inhoſpitalitas*, ſi licuiſſet latinè dicere) neceſſarium eſt ſcire, quid ſit *hoſpitalitas*, & quandò ad eam teneamur ex charitate, & quandò ex juſtitiâ. Dico igitur, quòd *hoſpitalitas eſt virtus, inclinans hominem ad requirendos, & in propriâ domo recipiendos peregrinos, & ſibi neceſſaria miniſtrandum*. In quâ diffinitione advertendum, quòd dico, quòd eſt *virtus*, nempè ſpecies charitatis, *inclinans ad requirendos peregrinos*; qui ait Apoſtolus, (1) *hoſpitalitatem ſectantes*, ex quo loco deducitur, ut ex *Origeno* tradit *Concilium Pariſienſe* (2), quòd *hoſpitalitas* non limitatur ad hoc, *quòd venientem ad nos hoſpitem ſuſcipiamus, ſed requiramus, & ſollicitemus, & ſutemur, & perquiramus ubiquè hoſpites*; quemadmodùm fecit *Abraham* (3), qui cucurrit in occurſum Angelorum, in ſpecie humanâ peregrinantium, & rogavit, ut in tabernaculum ſuum diverterent; & *Loth* (4), qui eoſdem Angelos, in plateâ urbis ſedentes, compulit apud ſe hoſpitari; ac *Luca*, & *Cleophas* diſcipulorum Chriſti, qui (5) eundem in ſpecie peregrini *coegerunt*, ut ſecum ad cœnam in hoſpitium intraret. Verum eſt, quòd talis diligentia in perquirendis, ac invitandis peregrinis, potiùs eſt opus perfectionis, quam obligationis; undè ſufficienter quis *hoſpitalitatem* exercet, qui peregrinum egentem, in domum ſuam recipit, ei neceſſaria tribuit.

2 Sicut autem in communi Doctorum ſententiâ, aliquandò obligatur Chriſtianus *ex charitate* tantùm benefacere proximo, quandò nempè iſte non eſt in extremâ neceſſitate, *ex juſtitiâ* verò, quandò proximus eſt in neceſſitate extremâ; ità pari methodo obligatur ad *hoſpitalitatem*; etſic faciens contrà eam, aliquandò peccat tantùm venialiter, quandò ex charitate tantùm quis obligatur ad *hoſpitalitatem*; aliquandò autem mortaliter, quandò ad eam tenetur ex juſtitiâ. Ex his ergò deduci poteſt ratio *læſionis hoſpitalitatis*, quæ delictum eſt, & poteſt diffiniri, quòd ſit *culpabilis denegatio neceſſariorum peregrino, extremè indigenti*. Ex hâc diffinitione elicitur, quòd hoc eſt crimen omiſſionis, cùm conſiſtat in non faciendo, quod quis facere debet; ſed poteſt etiam eſſe commiſſionis, ſi quis non tantùm peregrinum non reciperet, ſed etiam ingreſſum in domum violenter expelleret verbis injurioſis, ac verberibus, ipſum offendendo. Additur autem *culpabilis*, nàm omiſſio ſimpliciter receptionis peregrini poteſt eſſe non culpabilis, ſi nempè aliquis denegaret recipere peregrinum, quem recipere non valeret ob propriam paupertatem, anguſtiam domus &c. culpabilis tamen eſt, quæ ex avaritiâ procedit, &c.

3 Elicitur ſecundò, quòd non quarumvis rerum denegatio, peregrino facta, importat hoc crimen, ſed tantùm denegatio neceſſariorum. Vndè, ſi peregrinus habet nummos, quibus poſſit ſibi victum mercari, non teneor ſibi cibum miniſtrare; benè tamen teneor ſub tecto meo recipere, & illi cubile congruum, & focum, qui ſibi algenti neceſſarius eſt parare. Ratio eſt, quia ex juſtitiâ non teneor proximo præbere, niſi neceſſaria ad ejus ſuſtentationem Elicitur tertiò, quòd ſupradicta præſtanda ſunt ſub dictâ obligatione, non cuivis peregrino, ſed tantùm *extremè indigenti*, puta, illi, qui non ſolùm nequit ſibi neceſſa-

(1) *Roman, cap.* 12. ℣. 13.
(2) *Concil. Pariſ ſub Gregor. IV. cap.* 14.
(3) *Gen. cap.* 18. ℣. 3.
(4) *Gen. cap.* 19. ℣. 3.
(5) *Luc. cap.* 24. ℣. 29.

Digitized by Google

ceſſaria emere, ſed etiam, quià alium non invenit, qui poſſit, & velit illa præbere eidem. Quòd, ſi alii ſint, qui eum recipere poſſint, & credibile eſt, quòd de facili peregrinus inveniet alium, qui eum recipiet, non pecco contrà juſtitiam, eum non recipiendo. Ratio eſt, quià ille non eſt in extremâ neceſſitate, quæ me arctet ad eum recipiendum, cùm æquè benè credibile ſit, quòd ab alio recipiatur.

4 Supradicta quidèm quadrant cuicunque homini Chriſtiano, ac reſpectu cujuſvis conditionis ſit peregrinus: ſed quò ad Religioſos, præſertim Ordinis noſtri, prò quibus ſpecialiter hæc ſcribo, res altiùs emedullanda eſt. Sciendum igitur; quòd, ſi loquamur de peregrinis laicis, aut etiam Clericis, ac Religioſis alterius Ordinis, parem obligationem habent noſtri Superiores exercendi *hoſpitalitatem*, quam habent cæteri Chriſtiani ſub debito charitatis, ac juſtitiæ juxtà indigentiam communem, aut extremam, in quâ ſunt peregrini juxtà ſupradicta. Ratio eſt, quià ex Regulâ nullum ſpeciale præceptum circà hoc nobis imponitur, undè non ligamur aliâ obligatione ergà proximum peregrinantem, quàm eâ, quæ à communi præcepto *Diliges proximum ſicut teipſum*, omnibus Chriſtianis imponitur. Debent tamen ratione boni exépli, & cùm ſint in ſtatu practicandi majores virtutis actus Regulares, præ ſæcularibus propenſioni ſtudio exercere *hoſpitalitatem*, cùm hæc à Sacris Canonibus, multipliciter viris Eccleſiaſticis inculcetur. (6)

5 At loquendo de Hoſpitibus noſtri Ordinis, res aliter ſe habet, nàm ſub mortali tenentur Superiores Fratres, advenas, qui cum legitimis literis obedientialibus ad ſe divertunt, ex juſtitiâ hoſpitari, ac eis cibum, & alia neceſſaria miniſtrare. Ratio eſt, quià, ut ex Leſſio docet *Peyrinus* [7], Religioſus habet jus ad bona Religionis participanda; ſicut enim in profeſſione, abdicatis propriis bonis, operas ſuas obligat Religioni, ità vice versâ Religio obligata manet ad providendum ſibi neceſſaria, & hoc obligatione juſtitiæ. Poteſt ergò Religioſus advena de rigore prætendere participare de bonis ejus Conventus, ad quem divertit, velut cæteri Fratres; & ſi Superior hoc ſibi denegat, contrà juſtitiam delinquit.

6 Nec facit contrà hoc ſeparatio Conventuum in Provinciis, & diſtinctio Provinciarium in Ordine, ità ut ad bona hujus Conventus habeant jus illi tantùm, qui ſunt de ejus familiâ, & ſic pari modo de Provinciâ. Quià Provinciarum, & Conventuum diſtinctio eſt quid accidentale, quod reſpicit, & importat tantùm regimen politicum, & reſpectu iſtorum vera eſt inſtantia, quæ fit; ſiquidèm Fratres advenæ non habent vocem in Capitulo Conventuali, non fruuntur ordine præcedentiæ, quo gaudent Fratres de Familiâ &c. Sed reſpectu victus, ac aliorum neceſſariorum aliud eſt dicendum. Nàm dùm Superior Generalis, qui in omnes Provincias, ac Conventus Ordinis jus habet, concedit Fratri legitimam obedientiam pergendi ad aliquem locum, conſtituit eum quodammodò de familiâ illius Conventus, in quo tanquàm hoſpes recipitur, prò toto illo tempore, quo ibi manet. Et ideò Frater ille non minùs, ac alii Fratres de familiâ, ſubditus eſt, & obedire tenetur Superiori locali illius Conventus tàm in directivis, quàm in coercitivis. Sequitur ergò, quòd reſpectu neceſſariorum ad victum, ſanitatemque, Frater advena habet verum jus ad bona Conventus, toto tempore, quo ibi hoſpitatur, ſicut habet quilibet alius Frater de illius familiâ. Et confirmatur ex hoc, quòd, ut habetur ex jure [8], habens aliquem in famulatu, qui ei obedire tenetur, obligatus eſt ad eum alendum. Si ergò advena, dùm manet in Conventu, obedire tenetur Superiori, pari modo vitæ neceſſaria debet habere.

7 Sequitur igitur ex his, quòd eo modo, quo Superior Localis nequit repellere à Conventu Fratrem de ſuâ familiâ, qui cum legitimâ licentiâ egreſſus ad eum revertitur; neque pariter poteſt ſibi neceſſaria denegare; ità non poteſt denegare Fratri cuivis advenæ *hoſpitalitatem*, & alia ejus vitæ neceſſaria; & ſi ea denegat, delinquit crimine *Leſæ hoſpitalitatis*.

8 Quæ huucuſque dicta ſunt fundantur in Regulâ noſtrâ, ſic habente (9). *Et ubicumque ſunt, & ſe invenerint Fratres, oſtendant ſe domeſticos invicem inter ſe, & ſecurus manifeſtet unus alteri neceſſitatem ſuam: quià, ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem, quantò diligentiùs quis diligere, & nutrire debet Fratrem ſuum ſpiritualem? Et ſi quis in infirmitatem ceciderit, alij Fratres debent ei ſervire, ſicut vellent ſibi ſerviri*. Ex quo Textu, quàmvis Papa in ſuâ *Clementinâ* (10), in quâ diſcrevit mandata Regulæ in præcepta eminentia, æquipollentia, & habentia vim præcepti, non hauſerit præceptum aliquod de *hoſpitalitate* ſervandâ, tamen, ut advertit *Sanctorus* [11], ad eam tenentur de iure naturali, ac Divino; undè *Expoſitio Anonima* (12) ait, quòd in citato Textu Regulæ includitur *aliquid præcepti omnibus Fratribus, ſcilicet domeſtica charitas ad Confratres*.

9 Libet autem expendere vim verborum citati Regulæ Textus, ut magis roboretur ex eo data concluſio. Dicit ergò, quòd Fratres debent ſe oſtendere *domeſticos* invicem inter ſe. Senſus verus huius termini *domeſticos*, non eſt, ut communiter accipitur, ut is dicatur *domeſticus* idiotiſmo Italico, qui latinè dicitur *affabilis*, *comis* &c. ſed, pròut ex iure (13) elicitur, *domeſtici* dicuntur, qui ex eâdem domo ſunt, & nobiſcum habitant. Dùm ergò dicit Regula, quòd Fratres ſe oſtendant *domeſticos* inter ſe, vult dicere, quòd ſic ſe habeant ad invicem, ut ſi eſſent de eâdem domo, nec differentiam faciant inter advenas, & familiares, ſed ſint veri Fratres ex charitatis profeſſione, tanquàm ex eâdem domo, & ſanguine procreati fratres naturales. Stat autem, quòd fratres naturales, qui prò indiviſo fruuntur paternâ domo, ac hæreditate, habent omnia ejus bona æqualiter communia, nec aliquis, aut aliqui eorum poſſunt dicere, hoc eſt meum, nec diſponere de eo, tanquàm de re propriâ, ut iura (14) dicunt, ergò Fratres pariter; licèt advenæ debent uti bonis Religionis, quibus prò indiviſo frui debent, nec aliqua facienda eſt diſcretio in hoſpites, ac eos, qui ſunt de familiâ.

10 Et

(6) *Trident. Seſſ. 25. cap. 8. de Refor. cap. 1. cap. Quieſcamus. 42. diſt. cap. Quia in fin. 12. q. 2. cap. 1. de Empt. & vendit. cap. De Monachis. de Præben. & dignit.*

(7) *Leſſ. de Juſt. & iur. lib. 2. cap. 35. Dub. 12. nu. 68. ℣. Sed contra. Peyrin. formul. lit. O. nu. 2*

[8) *arg. l. Si paterno. C. de Negot. geſt. ubi Gloſſ. & Jacob. Butr.*

(9) *Regul. Minor. cap. 6.*

(10) *Clement. Exivi. de Verb. ſign.*

(11] *Sanctor. Comment. cap. 6. Stat. 6. ℣. Quam autem. fol. m. 371.*

[12) *Expoſit. Anonim. in Regul. Minor. cap. 6.*

(13) *arg. l. Præſenti, C. de His qui ad Eccl. confug. & ibi Gloſſ. in §. Sanè. Bart. in l. Reſpiciendum §. Furta. ff. de Pæn.*

(14) *l. In tantum. ff. de Rer. divi. cap. Qui manumittit. 22. q. 2. cito in Repert. Abbat. V. Bona. arg. cap. Ratio de Præben.*

Digitized by Google

10 Et magis roboratur concluſio à ſimili, imò à fortiori, ex eo, quòd in eodem Textu ponitur. Ait enim, ſicut *mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem*, ità debet Frater *nutrire, & diligere Fratrem ſuum ſpiritualem*. Conſtat autem, quòd mater de jure (15) debet propriis uberibus lactare filium, ſi non obſit cauſa legitima; quæ, ſi deſit, expenſis propriis debet facere filium ali, ut ſcribit *Abbas*, (16) & hoc prò toto tempore, prò quo filius eget materno obſequio, quod eſt triennium, ut jura (17) volunt. Ergò pariter Frater, nempè Superior, alere debet, nutrire, & neceſſaria ſubminiſtrare Fratri ſivè advenæ, ſivè incolæ, qui omnes pari modo ſuæ obedientiæ ſubduntur. Imò à fortiori hoc debet facere; nàm, ut ait *D. Bonaventura*, (18) *amor charitatis fortior eſt amore carnali*; ſi igitur ex ſolo amore carnali mater nutrit filium, à fortiori Frater ex obligatione charitatis nutrire debet Fratrem ſuum ſpiritualem.

11 Emergit adhùc ampliùs in Superiore Locali debitum *hoſpitalitatis* ex alio capite: nàm ſub pœnâ apoſtaſiæ, prout ſancitur in Statutis Ordinis (19), tenentur Fratres advenæ, in locis, ubi ſunt Conventus, antequàm ad negotia divertant, ſe Superiori præſentare, & extrà Conventum, abſquè ejus licentiâ, non commorari: Si ergò debitum ſub gravi culpâ eſt Fratris advenæ ad Conventum pergere, par debitum Superioris erit illum recipere, & hoſpitari: Siquidèm correlativa ſunt ad Conventum pergere, & in Conventu recipi; & ſi in advenâ obligatio eſt in Conventu commorari, in Superiore obligatio erit concedere hoſpiti permanentiam, ac manſionem in Conventu; & ſi talis obligatio eſt hoſpiti ſub culpâ mortali, par obligatio erit Superiori eum hoſpitandi, ex tritâ doctrinâ correlativorum, de quorum uno diſpoſitio trahitur ad alterum (20)

12 Patet igitur, in quo conſiſtat hoc crimen *Læſæ hoſpitalitatis*, quod propriè cadere poteſt in Superioribus Localibus, quorum intereſt advenas fratres in Conventu recipere, cùm ad eos ſpectat ex diſpoſitione Statutorum, eorum literas obedientiales luſtrare, ac examinare. Cadit etiam non rarò in Officialibus, puta, in deputato ad recipiendos hoſpites, ac miniſtris Refectorii, ac coquinæ, qui hoſpites, præſertim ſi pauperculi Fratres ſint, inurbanè, ac avarè tractant; & in iſtos à Superioribus eſt ſeverè animadvertendum, non tantùm enim Rei ſunt violatæ charitatis, ac præcepti Regulæ, ſed etiam in causâ ſunt, quòd malè in Ordine audiatur de Provinciâ, in quâ hoſpites non charitatem, ſed ruſticitatem, contumelioſa non rarò verba, & indignam Religioſo ſtatu tractationis formam, experiuntur.

13 Quàmvis autem obligatio ergà hoſpites recipiendos importet ſubminiſtrationem eorum omnium, quæ neceſſaria ſunt ipſis, dùm ſani ſunt; tamen magìs in quibuſvis Fratribus urget charitatis obligatio, quandò hoſpites infirmi ſunt. licèt verò videatur ad hos limitari diſpoſitio Regulæ, eò quià, poſtquàm monuit Fratres de *hoſpitalitate* ſervandâ, ſtatìm ſubjungit. *Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alii Fratres debent ei ſervire, ſicut vellent ſibi ſerviri*, tamen hoc univerſaliter, & de omnibus Fratribus intelligendum eſt quòd, ſi aliquis eorum infirmitate laborat, alii Fratres debent ei ſervire. Hoc verò eſt præceptum, obligans ſub mortali, ut declarat *Clementina* (21), & maximè afficit Provinciales, ac Guardianos, cùm iſtis præcipuè cura infirmorum in Regulâ (22) demandetur. Afficit pariter Infirmarios, qui à Superioribus ſunt ad hoc munus deputati. Quòd, ſi in Conventu ſpecialis Officialis prò curâ infirmorum deſignatus non eſt, præceptum de ſerviendo infirmis, obligat prò modulo ſuo quoſvis Fraters ſub mortali, ut benè advertit *Sanctorus*. [23.)

14 Porrò grave eſſet delictum in infirmis non ſerviendis, ſi in periculosâ ægritudine non accerſiretur Medicus; ſi ob avaritiam non providerentur medicinalia; aut cibi convenientes; aut ſupellectiles, infirmo neceſſariæ; aut ſi derelictus in lecto maneret, nec ullus ſibi auxilio eſſet in iis, quæ ſibi æger præſtare nequit.

## Probatio.

### *SUMMARIUM.*

15 *Probatio hujus criminis fit per Teſtes.*
*Nihil habet ſpeciale.*

15 LÆſæ *hoſpitalitatis* crimen, aut negligentiæ in ſerviendo infirmis, nihil ſpecialitatis habet. Conſueto igitur modo per Teſtes probare ſufficit, quòd Superior Localis repulit pauperculum Fratrem, qui cum legitimâ obedientiâ ad ſuum Conventum appulit, & cum febri laboraret in hoſpitio apud ſecularem, aut in hoſpitali receptus eſt &c. aut quòd Coquinarius, Janitor, & Refectorii miniſter Fratres advenas ſoleat malè tractare; durè, ac ruſticè cum eis agendo, & denegando, aut malo modo tribuendo ea, quæ Religio tribuere conſuevit &c. ſivè, quòd Infirmarius nec charitatem, neque compaſſionem cum ægrotis ſervet; cibos perversè paret; medicinas ſuo tempore, juxtà Medici præſcriptum, & artem, non præparet, aut tribuat; infirmos non viſitet, non conſoletur; munditiem lecti, Cameræ, vaſorum &c. non curet, & alia hujuſmodi. His concludenter probatis, locus erit Statutariis pœnis, de quibus infrà.

## Pœnæ.

### *SUMMARIUM.*

16 *Pœna danda in extremo iudicio contrà non ſervantes hoſpitalitatem.*

17 *Nulla pœna datur determinata in iure contrà Clericos, non ſumentes hoſpitalitatem.*

18 *Regulares circa hoc crimen conſulant ſuas Conſtitutiones.*

19 Sta-

(15) *text. in cap. Ad eius. 5. Diſt.*
(16) *Abb. in cap. Cum haberet. nu. 8. de Co. qui dux in matr.*
[17] *arg. cap. Ex literis. de Converſ. infidel. Gloſſ. final. in cap. Cum haberet. de eo, qui dux in matr. & ibi l. Nec filium. C. de Patr. pot. & l. Si quis à liberis. §. Non tantùm. ff. de liber. agnoſc.*
(18) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 6.*
(19) *Stat. Gen. Ordin. cap. 3. §. 7. nu. 7.*
(20) *arg. l. final. de Acceptib. l. fin. C. de Indict. vidui. toll. l. Si quis Servo C. de Furt. Barboſ. Axiom. 61. nu. 1.*

(21) *Clement. Exivi. ℣. Item quia propterea. de Verb. ſign.*
(22) *Regul. Minor. cap. 4.*
(23] *Sanctor. Comment. cap. 6. Stat. 7. ℣. Dico quarto fol. m. 374.*

Digitized by Google

19 *Statutum primum prò Minoribus de Obſervantia.*
20 *Statutum ſecundum.*
21 *Statutum tertium.*
22 *Quandò locus ſit privationi Officii in Superiore locali, malè tractante Advenos.*

16 TErribilis ſanè pęna eſt, quæ contrà *violatores hoſpitalitatis*, ac non exercitæ ergà infirmos charitatis, in extremo judicio feretur à Jeſu Chriſto. *Ite maledicti in ignem æternum* (24), quià *Hoſpes eram & non collegiſtis me; infirmus, & non viſitaſtis me*. Extrema pœnarum hæc eſt, & ſi eam oculo fidei benè examinarent Chriſtiani, charitas, quæ noſtro tempore dietìm magis, magiſque frigeſcit, iterùm ferveret, ut erat in primitivâ Eccleſiâ. Quià verò talem pœnam inferre non ſpectat ad forum judiciale humanum, ſed Divinum, de illà non tractamus.

17 Quò ad pænas humanas reſpectu Clericorum Sæcularium, nulla habetur pęna, in jure determinata; quàmvis enim per *Tridentinum*, ac ſacros Canones, quos dedimus ſuprà *num. 4.* iniuncta ſit Clericis obligatio *hoſpitalitatis*, nullam tamen invenio determinatam coercitionem contrà eos, qui circà illam notabiliter defectuoſi ſint. Arbitror proindè, quòd pęna illorum arbitraria ſit Epiſcopis, qui tamen non ſoleant de hoc inquirere in viſitationibus, & ut par eſt, eos mulctare.

18 Regulares verò proprias debent luſtrare Conſtitutiones, & ad earum normam Superiores Locales puni- re, Prò Nobis Minoribus, de utrâque Obſervantiâ ſequentes habemus ſanctiones.

19. 1 *Superiores, qui charitatem circà hoſpites, & infirmos neglexerint, Officio deſtituantur. Officiales ad id deſtinati ſuffragiorum jure triennio careant.* (25.)

20. 2 *Fratres hoſpites, etiam aliorum Ordinum, cùm primùm ad locum acceſſerint, benignè recipiantur &c. Negligentes Guardianus puniat, & ſi ipſe deliquerit, à Provinciali prò modo negligentiæ mulctetur, etiam cum privatione Officii, & ſuffragiorum juris per triennium*, (26.)

21. 3 *Si Superiores Locorum, aut infirmarum curæ Præfecti, vel aliqui Fratrum in iis, avaritiâ, aut negligentiâ culpabiles fuerint, Provinciales admoneant eos, & ſi quem defectuoſum notabiliter invenerint, Officio deſtituant, & acriùs prò modo culpæ caſtigent.* (27)

22 Circà ſupradictas diſpoſitiones nulla emergit difficultas ſpecialis, cùm ex ſe claræ ſint. Noto tantùm, quòd privatio Officii reſpectu Superioris Localis locum habet, cùm fama vagatur in Provinciâ quòd, ipſe non religiosè hoſpites receperit, nequè illis manſionem ſuam congruâ ſupellectili, ac alia neceſſaria miniſtrare fecerit taliſque fama orta ſit ab hoſpitibus ipſis, qui de tali Superiore conqueſti ſint. Hoc autem patet ex diſpoſitione alterius Statuti; (28) quod ita cantat; *Guardiani, qui in hoc* (puta, in non parando neceſſaria hoſpitibus) *fuerint negligentes, præſertim illi, de quibus ab hoſpitibus fuerit murmuratum ſemel, atquè iterùm, à ſuo Officio per Provincialem deponantur.*

## §. IV.

## Lenocinium.

*SUMMARIUM.*

1 *Lenocinij Diffinitio.*
*Cooperatio ad quos actus extendatur.*
2 *Lenocinij crimen quotupliciter committatur.*
3 *Opinio, quòd Parentes, aut Maritus ſemel proſtituentes filiam, aut uxorem, ſit leno.*
*Opinio contraria, ut non dicatur leno, niſi qui per plures actus deliquit Lenocinio.*
*Concordantur opiniones prædictæ.*
*Patri, & Marito conceſſum, filiam, & Uxorem adulteram necare.*
4 *Lenocinium extenditur etiam ad maſculam Venerem.*
5 *Ut Lenocinium ſit perfectum, quid requiratur.*
*Si crimen carnis non ſit conſummatum, Lenocinium punitur tantùm extraordinariè.*
6 *Lenocinium debet eſſe contemplatione lucri.*
*Leno non eſt, qui ad complacendum amico, ipſius libidini cooperatur.*
*Sufficit ad Lenocinium intentum lucri, licèt actu lucrum non obvenerit.*
7 *Spes etiam lucri ſufficit ad Lenocinium conſtituendum.*
*Qui nam pares ſint in Lenocinio.*

1 L*Enocinium eſt cooperatio, exercita alienæ libidini explendæ quæſtus gratiâ.* In hâc diffinitione notanter loco generis ponitur *cooperatio*, quæ ad multos actus extenditur, nempè ſuaſionem, opem, conſilium, & auxilium: quæ omnia unico verbo comprehendit Imperator in ſuâ *Novellâ* [1], vocando eos, qui alienæ libidini cooperantur, *miniſtros adulterij*, nomine autem *miniſterij*, ut ad eum locum obſervat *Dioniſius Gothofredus*; prædicta veniunt, quæ quoquomodò influxum ad alienam libidinem explendam habent.

2 Sequitur ex hoc, quòd multipliciter *Lenocinij* crimen committi poteſt. Primò quidèm, & in proprio ſenſu, in quo loquitur *Iuſtinianus* in aliâ *Novellâ* (2), eſt, qui puellas undecùnque conquiſitas, promiſſionibus doloſis ſeductas, in propriâ domo tenet, & quæſtum ſuo corpore facere eas cogit. Secundò, qui perſuaſionibus, conſilio, precibus aliquam perſonam inducit, ut alienæ luxuriæ ſe exponat. Tertiò, qui præbens ſe comitem in itinere, aliquam ducit ad locum condictum cum fornicario, ſeù adultero, in quo aut ſpontaneè, aut invitò illa ad virilem congreſſum conſentit. Quartò, qui propriam domum, Cameram, lectum commodat ad ſtuprum. (3) Quintò, qui munera, vel epiſto-

(24) *Mattha. cap. 25. ℣. 41. & 43.*

(25) *Text. Tit. Applicatio. §. 31.*
(26) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 7. nu. 1.*
(27) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu. 6.*
(28) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu. 2.*
(1) *Novell. 134. Ut null. Judic. § Si quando cap. 10. ubi Dionyſ. Gothofr. lit. S.*
(2) *Novell. 14. de Lenoni. Collat. 3.*
(3) *l. Libellorum. §. Sed etſi. ff. de Accuſat.*

Digitized by Google

ſtolam, miſſam ab Amaſio, defert ad fęminam; aut internuncius eſt conditionis loci, temporis, modi, occaſionis libidinis conſummandæ. Sextò, qui excubias agit, vigilat, obſervat, aut armatus adſtat ad fores adulteræ, nè Maritus ſuperveniens deprehendat eam in flagranti crimine. Septimò, qui ianuam domus reſerat, aut ſchalas portat, aut humeris adiumento eſt adultero, ut per feneſtram intret in cameram mulieris. Octavò, qui meretrices in propriâ domo permittit, aut eis cameras locat ad ſcortandum, ut talium occaſione ipſe abundantiùs vendat merces ſuas, ut faciunt aliquandò caupones, ac ſtabularij (4). Nonò, Balneatores, qui in balneis, ad cuſtodienda veſtimenta, conductas habent mulieres, hoc genus obſervantes. (5) Decimò tandèm, Mariti, qui aut convivendo, aut domo exeundo, aut fictè dormiendo, anſam dant Vxoribus adulterandi, pari modò delinquunt, ut argumento legis (6) ſcribunt *Menochius*, ac *Farinacius*, habent enim per tales actus influxum in adulteria uxoris; & hoc puto extendendum etiam ad Patrem, Matrem, Fratrem, Tutorem, Tutricem, Magiſtrum, omnes tandèm, qui obligationem habent tuendæ caſtitatis in perſonis, ſuæ curæ commiſſis, quas ex doloſâ, ac affectatâ diligentiâ illam proſtituere permittunt, cùm de ijs par ſit ratio, ac de Marito; & in eandem ſententiam abeunt multi Doctores. (7)

3 Dico notanter *cooperatio exercita*, hoc eſt, quæ per modum habitus practicatur. Et circà hoc videntur inter ſe diſcordare Doctores; ſiquidèm nonnulli (8) volunt, quòd leno dicatur Pater, & Mater, qui ſemel Filiam proſtituerint; & hoc etiam ſit de Marito, qui una tantùm vice alienæ libidini Vxorem tradiderit, argumento Textus in quâdam lege, (9) quæ ait *ſivè ſæpiùs, ſivè ſemel acceperit, non eſt eximendus*. Alij (10) è contra volunt, quòd ad hoc, quòd quis valeat de *Lenocinio* puniri, neceſſe ſit, quòd tale crimen ex conſuetudine commiſerit, & quòd ad minùs per duas vices taliter deliquerit. Sed iſtæ ſententiæ poſſunt ad concordiam reduci, dicendo, quòd prima opinio militet in Marito, Patre, & Matre, & etiam Avo, Aviâ, & Fratre reſpectu Vxoris, filiæ, Neptis, ac Sororis reſpectivè; ſecunda autem quadret in alijs reſpectu fęminarum extranearum, aut ulteriori gradu diſtantium agnatarum. Ratio eſt, quià Maritus, Pater &c. maiorem obligationem conſervandæ pudicitiæ Vxoris, filiæ &c. habent, quàm alij, qui aut nullam, aut minorem coniunctionem habent cum fęminis, quàm ipſis; proptereà in iure Cæſareo (11) Patri, ac Marito conceſſum eſt ius occidendi filiam, ac Vxorem, in adulterio deprehenſam. Proindè, ſi in prodendâ earum honeſtate taliter coniuncti delinquunt, maiori crimine maculantur, ut proindè ex uno actu damnantur de *Lenocinio*, dùm reſpectu aliorum, infamis huius facinoris requiritur exercitium.

4 Dico *alienæ libidini*, & comprehendo genericè omnem actum libidinoſum, non tantùm reſpectu fęminarum, ſed etiam maſculorum; *Lenocinium* enim extenditur etiam ad eos, qui maſculæ Veneris ſunt miniſtri, argumento cuiuſdam Digeſti, (12) imò atrociori crimine delinquunt talia exercentes, quò longè graviſſimum naturali congreſſu eſt innominabile ſcelus.

5 Dico *exercendæ*, ad denotandum, quòd tunc intervenit perfecta ratio huius criminis, quandò *Lenocinium* ſortitum eſt effectum ſuum, puta, quòd perſona ſollicitata conſenſerit, & libidinis exercitium ſecutum fuerit. Quantùmvis enim leno omnia fecerit, ex parte ſui, ut mulier tentata conſentiret, ſi hæc minimè conſentit, crimen *Lenocinij* non eſt in ſuo genere perfectum, proindè non debet Reus ordinariâ, ſed extraordinariâ tantùm pęnâ coerceri, ut dicunt Doctores. (13) Ratio autem eſt, quià tali caſu delictum attentatum tantùm eſt, cùm effectus intentus non ſit ſecutus; prò delicto autem attentato nunquàm iniungitur pęna ordinaria, ut de tali conſuetudine teſtatur *Clarus*, (14) & *Farinacius*. Nec dicendum, quòd ex parte ſui leno crimen perfecit, ſuadendo, ſollicitando &c. Quià malitia talis perſuaſionis deſumitur ab effectu, quem ſortitur, puta, congreſſus luxurioſus: quòd, ſi talis effectus non ſequatur, ſollicitatio non evadit ità gravis, & ideò nec crimen in ſuo genere perfectum dici nequit, ut locum habeat pęna ordinaria. Et ex eâdem ratione ſequitur, quòd, ſi leno ſollicitavit, mulierque conſenſit, in domumque lenonis parata eſt ad adulterium, quod tamen ſecutum non eſt aut ex impotentiâ adulteri, aut ex aliâ cauſâ, aut impedimento extrinſeco, *Lenocinium* nequit dici perfectum, quià non eſt ſecutus effectus ille, cuius contemplatione tantùm ſollicitatio, quæ dicitur *Lenocinium*, evadit crimen.

6 Dico tandèm *quæſtus gratiâ*, quià, ut ex quâdam *Novellâ* (15) deducitur, *Lenocinij* exercitium conſiſtit in hoc, quòd miniſter alienæ libidinis illud faciat contemplatione lucri. Sequitur igitur, quòd, ſi ex aliâ cauſâ ſollicitet, aut alio modo concurrat ad ſtuprum, adulterium &c. non poterit dici *Lenocinium* propriè. Hinc eſt, quòd, ſi quis, ut indulgeat amico, capto amore alicuius mulieris, eam ſollicitat precibus, aut in propriam domum ducit, præbens commoditatem fornicandi &c. aut quovis modo ſit miniſter exercendæ libidinis amico, non poterit dici propriè leno, nec ordinariâ pęnâ *Lenocinij* caſtigari, quià non ob lucrum, ſed ex amicitiâ deliquit. Sicut etiam, ſi Ma-



(4) *Caball. Reſol. crim. Caſ. 171. nu. 11. centur. 2. text. in l. Palàm. §. Lenocinium. ff. de Rit. nupt.*

(5) *Text. in l. Athletas. §. Ait Prætor. ff. de His, qui notat. in fam.*

(6) *Arg. l. Is cuius. ff. Ad leg. Iul. de Adulter. Menoch. de Arbitr. Iudic. centur. 6. Caſ. 534. num. 26. Farinac. Quæſt. 144. n. 82. & ſeqq.*

(7) *Berlich. Par. 5. Concl. 40 nu. 12. Farinac. quæſt. 144. num. 20. Menoch. de Arbitr. Caſ. 534. nu. 32. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 36. cap. 11. nu. 6. Carpzou. Pract. crim. Par. 2. quæſt. 71. num. 45.*

(8) *Poguer. Deciſ. crim. 15. nu. 6. Farinac. quæſt. 144. n. 36. Menoch. Caſ. 534. nu. 24. Vinc. de Franch. Deciſ. 68. n. 7. Par. 1. Couaru. de Sponſal. Par. 2. cap. 8. §. 11. nu. 5.*

(9) *Text. in l. Mariti lenocinium. §. Qui quæſtum. ff. de Adulter.*

(10) *Iacob. de Bellovis. Rubric. de lenon. num. 14. Iodoc. Pract. crim. cap. 91. nu. 6. Foller. eo. tit. Par. 2. ſecund. Par. princip. nu. 37. Vinc. de Franch. Deciſ. 68. nu. 1. Caball. Caſ. 171. nu. 12.*

(11) *L. Patri. ff. ad leg. Iul. de Adult. l. Marito. ff. eo.*

(12) *L. Qui domum. ff. de Adult.*

(13) *Arg. l. 1. §. Qui puero. 2. init. ff. de Extraord. crim. Farinac. Quæſt. 144. num. 33. Conrad. Gomez. Afflict. Foller. Menoch. Caball. apud Carpzou. Par. 2. Quæſt. 71. num. 47.*

(14) *Clar. Pract. crim. quæſt. 92. nu. 1. Farinac. quæſt. 124. num. 78. & ſeqq.*

(15) *Novell. 14. de lenon. poſt init.*
*V. Et omnem quæſtum. Farinac. Quæſt. 144. num. 68. Menoch. Caſ. 534. nu. 8.*

Digitized by Google

ſi Maritus ſollicitaret uxorem ad adulterium cum alio, (cujus uxore maritus abutitur) eo ſolùm fine, ut dùm alius concumbit cum ſuâ uxore, ipſe ſecurè condormire valeat cum uxore alterius; nàm non inducit uxorem ad adulterium ob lucrum, ſed intuitu commodiùs exercendæ propriæ libidinis. Non eſt autem neceſſarium, quòd lucrum ſequatur, ſed ſufficit, quòd ſit intentum; undè, qui ſollicitat uxorem ad adulterium cum intentione deprehendendi adulterum in fragranti, & ab eo extorquendi pecuniam, ſi adulter aufugiat, & maritus ſperato lucro fraudatur, non debet evadere ordinariam pœnam *lenocinii*, quàmvis contrarium judicaverint *Scabini Lipſienſes*, innixi diſpoſitioni juris municipalis *Saxonici*, ut refert *Benedictus Carpzovius*, (16) Ratio eſt, quià delictum eſt perfectè conſummatum, ex eo quòd, ut ſuppono, ex ſollicitatione ſecutum eſt adulterium, & in hoc ſiſtitur tota ratio *lenocinii* ob ſpem, aut fine lucri; ſi per accidens autem lucrum non ſequitur, non tollitur, quin verum *lenocinium* ſit commiſſum; ſicut etiam eſſet verum aſſaſſinium, ſi mandatarius, qui ex pactâ cum mandante pecuniâ aliquem occidit, fraudaretur à mandante promiſſâ pecuniâ; quià, ex quo homicidium commiſſum eſt, interveniente pretio promiſſo, & huius contemplatione, verum aſſaſſinium patratum eſt, quòd poſtea pretium intentum datum non ſit, hoc nihil demit de delicto, perfectè conſummato.

7 Ità autem de ratione *lenocinii* eſt, ut fiat ſub ſpe lucri captandi, ut quàmvis Maritus (& eadem eſt ratio de Patre, Matre, Magiſtro &c.) non ſollicitet uxorem poſitivè ad adulterium, ſed eius adulteria diſſimulet, quià ex iis lucrum, aut commodum domui ſuæ accedere novit, talis Maritus eſt verus leno uxoris. (17) Undè talis homo, qui permittit uxorem ſcortari, & Italicè vocatur *Becco contento*, à *Satyrico* (18) vocatur *leno*, de quo ſtomachatus canit,

*Cùm leno accipiat Mœchi bona* ........
.......... *doctus ſpectare lacunar*
*Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.*

Dixi autem, quòd par eſt ratio dè Patre, ac Matre reſpectu filiæ; Magiſtri reſpectu diſcipuli; Tutoris reſpectu pupillæ &c., qui, ſi permittant ob lucrum perſonas, ſibi commiſſas, proſtitui, ſunt veri lenones. Ratio eſt, quià ipſi tenentur ex officio illarum pudicitiam cuſtodire; dùm autem ſpe lucri diſſimulant ipſarum proſtitutionem, propriâ diſſimulatione eam promovent, ac illius ſunt veri miniſtri, nàm iuxtà Canones (19), qui poteſt, & tenetur emendare, & hoc negligit, nutrit errorem, cuius participem ſe conſtituit.

## Probatio.

### SVMMARIVM.

8 *Lenocinium eſt difficilis probationis.*
9 *Indicia ad probandum lenocinium in Marito.*
10 *Diſſimulatio ſcientiam ſupponit*
*Maritus debet iraſci, habendo notitiam de adulterio Vxoris.*
*Scientia adulterii Vxoris, ex quibus indiciis præſumatur.*
11 *Probari debet, quòd Maritus diſſimulet adulterium Vxoris, contemplatione lucri.*
*Quomodò probanda contemplatio lucri in lenocinio.*
12 *Quæ dicta ſunt de Marito lenone, ad quos ſint amplianda.*
13 *Modi, quibus alii à Parentibus, & marito lenocinium exercetur.*
14 *Indicia, quibus in iſtis probetur lenocinium.*

8 Quia crimen *lenocinii* tendit ad promovenda delicta carnis, quæ, ut multoties dictum eſt, ſunt difficilis probationis, etiam ipſum tale evadit, undè per indicia, & coniecturas præſumptivè tantùm probandum eſt. Claritatis autem gratiâ dabimus caſuum varietatem, iuxtà modum probationis poſſibilem, & debitum;

9 Primus igitur caſus eſt Mariti, qui leno eſt propriè Vxoris. Hoc autem dupliciter poteſt contingere, uno modo, quandò ille pauper eſt, nihilominùs ganeæ, aleis, cauponæ, ac ſcortis deditus eſt, & non ſolà verborum ſollicitatione, ſed minis, & quandòque verberibus Vxorem adigit, ut ſe proſtituat ad hoc, quòd ex lucro adulterii ſui domum ſuſtentet, & nummos illi tribuat ad ſcortandum in lupanaribus, & cauponis. In hoc caſu poteſt haberi plena probatio, ſi nempè vicini audierunt verba Vxoris, negantis Marito ſe proſtitui; ſi audierunt lamentationes, eiulatus, vocem eiuſdem, implorantis auxilium à vicinis, qui accurrerunt, dùm eam Maritus tundebat, & eo de domo egreſſo, percontati ſunt cauſam verberationis, illa, amariſſimè flendo, dixit, ſe ideò à Marito vapulaſſe, quià non vult ad eius perſuaſionem meretricari; Si viderunt eum ducere in propriam domum iuvenes diſſolutos, ſolitos ſcortari, quibus introductis, ipſe domô exceſſit, relictâ Vxore ſolâ, & clauſâ cum viro illo, Si Maritus duxit Vxorem in tabernâ meritoriâ, in quâ ad prandium, aut cœnam fuit cum aliis, & ipſe diſceſſit relictâ Vxore cum illis; & eò fortiùs, ſi adſunt adminicula, putà iuventutis, & pulchritudinis in Vxore, quæ in pompâ veſtium excedit propriam conditionem; malaque fama eorum, qui domum ſuam frequentant, aut cum quibus morata eſt in cauponâ,

10 Alio modo, quandò leno eſt, (iuxtà ſupradicta) Vxoris, diſſimulando eius adulteria ad finem lucri. In hoc caſu, probanda eſt in viro ſcientia adulterii Vxoris, non poteſt enim dici, quòd diſſimulet, niſi de illo ſcientiam habeat; diſſimulatio enim ſcientiam ſupponit. (20) Porrò ſcientia, cùm ſit latens animo, probatur coniecturis; una eſt, ſi admonitus Maritus de adulterio Vxoris, non iraſcatur, ait enim lex, (21) quòd *debet Vxori iraſci, quæ matrimonium ejus violavit.* Si igitur minimè iraſcitur, præſumitur in eo ſcientia, & conſenſus in adulterium Vxoris. Probatur pariter ſcientia aliis coniecturis, ut potè, ſi veniens domum Maritus, invenit virum cum Vxore, nec ab eâ quæſivit, quid negotii cum eâ haberet; ſi videt iocalia, veſtes

(16) *Carpzov. Par. 2. Pract. crim. quæſt. 71. num. 52.*
(17) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 534. num. 26. Farinac. quæſt. 144. nu. 82. & ſeqq.*
(18) *Iuvenal. Satyr. 1. V. 55.*
(19) *cap. Error. cap. quid enim. cap. Conſentire 83. diſt. cap. quia de Heret.*
(20) *arg. l. Divuſ. ff. de offi. Præſid.*
(21) *l. Mariti lenocinium. ff. Ad leg. Iul. de Adulter.*

Digitized by Google

veſtes pretioſas uxorem habere, quas ipſe non comparavit; donaria eſculenta, ac poculenta, ad ſe miſſa, nec percontatur ab uxore, à quo, & quâ de cauſâ fuerint ad ſe miſſa &c. In his, & ſimilibus caſibus optimè præſumitur de ſcientiâ Mariti. Ratio eſt, quià naturale eſt quærere, quomodò res inſolita in domo apparuerit, cùm hoc ſcire maximè ad virum pertineat. Quòd, ſi non quærit, ſignum eſt, quòd de illo habet iàm ſcientiam, quam tamen diſſimulat.

11 Non tamen adhuc remanet præſumptivè probatum *Lenocinium*, quàmvis probata ſit ſcientia in Marito, diſſimulante adulterium uxoris. Ratio eſt, quià, ſi Maritus eſt puſillanimis, uxor ferox, eius adulter potens, à quo ſibi metuit, ſi uxorem de adulterio obiurgat, aut ad Iudicem Laicum, aut Eccleſiaſticum recurrit, profectò colligere humeros, ac cornutam frontem gerere cogetur, diſſimulando ſcire proſtitutionem uxoris, & hoc frequentiſſimè accidit. Oportet ergò probare, quòd Maritus diſſimulet contemplatione lucri, quod acquirit ex adulterio uxoris. Hoc verò quomodò probabitur? Dico, quòd pari modo probandum eſt coniecturis; puta à vitâ Mariti, qui pauper eſt, & quàmvis artem habeat, quâ poſſet familiæ ſuæ victum quærere, laborare non vult; otioſus vagatur per urbem, Cauponas, poſtribula; puſillanimis non eſt, & armatus incedit, & frequenter in rixis invenitur &c. Ex his colligitur, quòd, ſi diſſimulat adulteria uxoris, hoc non eſt, quià non audeat ipſam caſtigare, & adulteros domo arcere, ſed ex aliâ cauſâ, & hæc alia nequit eſſe, niſi commodum, & lucrum, quod captat ex impudicitiâ uxoris.

12 Quæ autem dicta ſunt de Marito reſpectu uxoris, poſſunt optimè adaptari Patri, Matrique reſpectu filiæ: itèm Fratri, qui domum regit reſpectu Sororis: Tutori, qui in propriâ domo, ac tutelâ habet pupillam &c. omnes enim iſti, ut ſuprà dictum eſt, tenentur ad cuſtodiam pudicitiæ filiæ, ſororis, ac pupillæ reſpectivè, & æquè ac Maritus poſſunt eſſe Lenones tùm poſitivè influendo, tùm ratione lucri diſſimulando proſtitutionem perſonæ, ſuæ curæ commiſſæ.

13 Alius caſus eſt, quandò aliquis *Lenocinium* ex inſtituto exercet reſpectu aliarum feminarum; ſicut caupo, qui titulo ancillarum feminas in Cauponâ habet ſe proſtituentes, ex quo fit, quòd ipſius taberna frequentatur à ſcortatoribus, qui comeſſationibus, ac compotationibus vacant, ex quibus illa lucrum captat. Aut mulierculæ, quæ matronis perſuadent adulteria, & internunciæ ſunt inter ipſas, ac amaſios, quorum munera, aut epiſtolas ad eas deferunt &c. Vel puellas ſeducunt promiſſionibus, ac muneribus, ut propriam vendant virginitatem; eas ad propriam domum ducunt, in quâ reperitur impudicus ſcortator, qui, licèt reluctantes deflorat: vel ſub colore eas ducendi ad proceſſionem, ſolemnitatem, conciones &c. à parentibus abducunt, & ad locum condictum cum ſtupratore adducunt, & ibi miſerrimè ſuccumbunt. Huiuſmodi lenæ ſunt quædam vetulæ, quæ ſanctitatem ſimulant, ſe intrudunt domibus, & fictâ hypocriſi confidentiam ſibi comparant à Matribus familias, quæ proprias filias committunt illis, à quibus earum proditur pudicitia.

14 Talium *Lenocinia* poſſunt probari concludenter per Teſtes. Si enim de cauponibus, ac ſtabularijs loquamur, liquidò per Teſtes probari poteſt illorum feminas, quas ſub colore ancillorum domi retinent, aut quibus Cameras in cauponâ locat, quæſtum ſui corporis facere, & eſſe publica ſcorta. Si verò de mulierculis ſupradictis ſermo ſit; probari poteſt delictum ipſarum ex hoc: quòd *Lenocinij* Rea duxit puellam, quæ ex viſitatione corporis deprehenditur ſtuprata, in domum ſivè ſuam, ſivè alienam, in quâ nihil negotij, aut cognitionis habebat, & in quâ ſtuprum paſſa eſt. Roboratur probatio ab indicijs, ac adminiculis aliarum puellarum, quæ fuerunt ab eâ ſollicitatæ ad crimen; à publicâ famâ, quòd illa habeatur publica lena; ac aliis præſumptionibus, quæ iuxtà facti contingentiam poſſunt in mentem Iudicis prudentis cadere. Quòd, ſi reperirentur quatuor Teſtes ſivè mares, ſivè feminæ, quæ deponerent, Ream aut ſe, aut alias tentaſſe, ut viris indulgerent, aut viris promiſiſſe ſe curaturam, ut potirentur fœminâ deſideratâ; quàmvis tales Teſtes eſsent ſingulares, & quàmvis effectus non fuiſset ſecutus, tamen eſſet probatum *Lenocinium*. Ratio eſt, quià hoc eſt delictum iterabile, quòd, ut aliàs dictum eſt, probari poteſt per Teſtes ſingulares. Et licèt effectus non ſit ſecutus cum iſtis, quià tentanti lenæ reſtiterunt, vehementiſſima eſt præſumptio, quòd per effectus ſit ſortitus cum alijs. Undè ad minùs intraret locus acri torturæ ad habendam à lenâ veritatem.

## Pœnę.

*SUMMARIUM.*

15 *Pœna Civilis iuris contrà Lenones.*
*Lenocinium eſt gravius meretricio.*
16 *Opinio Carpzovij, quòd Lenonibus mors debeatur.*
17 *Impugnatur talis opinio univerſaliter accepta.*
*Circumſtantiæ aggravantes Lenocinium, quæ poſſunt extendere eius pœnas uſquè ad mortẽ.*
18 *Quarè Lenones, cuius exempla dat Carpzovius fuere morti traditi.*
19 *Lenones extranearum fœminarum, de iure antiquo, morte puniebantur.*
20 *Pęna mortis contrà Lenones non ſunt in uſu, modò ſunt arbitrariæ ſecundùm morẽ Regionis.*
21 *Iudicum arbitrium iuxtà circumſtantias regulandum eſt, & quomodò.*
22 *Lenæ quomodò plectendæ, ſi mulieres tentatæ in ſtuprum non conſenſerunt.*
23 *Leno puerorum, quo ſupplicio afficiendus.*
*Conſuetudo attendenda in eâdem ſpecie facti, aut caſus.*
24 *Leno puerorum furcis ſuſpenſus, & combuſtus Mediolani.*

15 Lenocinij crimen meretricium exercenti coæquatur, pròut habet lex (22), imò maius eſt *lenocinari*, quàm proprij corporis infamem quæſtum facere; nàm meretrix in ſe tantummodò peccat, leno autem dupliciter, puta, in ſe, & in alterum, ut ponderant duæ Gloſſę. (23) Conveniens igitur eſt, quòd tanto crimini

Cccc 2 etiam

(22) *L. Palàm. ff. Lenocinium. ff. de Rit. nupt.*
(23) *Gloſſ. in d. l. Palàm. in V. Non minùs. & in l. Athletas in V. Eum, qui inſervit. ff. de His qui not. in fam.*

Digitized by Google

etiam pænæ congruentes à legibus ſancirentur, quæ tamen diverſæ ſunt ſecundùm varietatem perſonarum. Nàm parentes, qui filias ſuas proſtituunt, ſecundùm jus antiquum commune (24) privantur patriâ poteſtate, & ad publica metalla condemnantur; & addunt nonnulli Doctores (25), quòd incurrunt amiſſionem uſusfructus omnium bonorum adventitiorum, qui aliàs Parentibus competit.

Tales pænas eſſe mitiores debito ſcribit *Carpzovius* (26), tùm quià leno extraneus juxtà *Novellam* (27) debet morti tradi; tùm quià, ut ait Imperator in dictâ *Novellâ*, aſſerit *lenocinium* pejus eſſe furto, ac latrocinio; undè, ſi hæc delicta ultimum ſuplicium important, à fortiori hoc debetur Parentibus filias proſtituentibus. Vndè concludit, antiquas pœnas eſſe abrogatas, & introductum extremum ſuplicium contrà tales Parentes; & hoc firmat auctoritate *Follerii* (28), & aliorum, qui ſcripſerunt, pœnam mortis hujuſmodi Parentibus deberi.

17 Sed profectò concluſio *Carpzovii* univerſaliter intellecta, & prò omni caſu proſtitutionibus filię, factę à Parentibus, falſa eſt, & eam minimè probant rationes, petitæ à citatâ *Novellâ* Nàm lenones damnati à *Iuſtiniano*, prout deducitur ex contextu ejuſdem *Novellæ*, puellas, conquiſitas à propriis laribus abductas, ducebant ſub doloſis promiſſionibus ad ſuas domos, & cogebant, etiam vi adhibitâ, eas ad meretricium ob cauſam lucrandi. Ità ut in his lenonibus intrabat conſuetudo delinquendi; doloſa deceptio; vis adhibita puellis, & intentum turpis lucri ad comparandas divitias, non ad providendum neceſſitati. Pariter in fure, ut intrat pæna mortis, requiritur conſuetudo delinquendi; in latrone vis armata. Dico igitur, ſi tales circunſtantiæ interveniunt in Patre, filias ſuas proſtituente, ſi vim adhibet; ſi non unam tantùm, ſed omnes proſtituere conſuevit; ſi non preſſus neceſſitate hoc committat, ſed aut ad lucrum, aut ad lautè vivendum ſinè labore in ſuâ domo &c. Concedo, quòd pæna mortis debeatur, quià in facto interveniunt ea, ob quæ talibus lenonibus, furibus, latronibuſque mors infertur. Sed ſi Pater paupertate preſſus, ineptus ex ſenio, aut ægritudine ad laborem, unam filiam, non vi, ſed perſuaſionibus inductam alienæ libidini tradit, ut ex ejus lucro familia alatur, cùm aliundè non poſſit habere, quo ſuſtentetur; dico, quòd nullo modo poteſt habere locum pæna mortis. Ratio eſt, quod in caſu non intrat nequè conſuetudo delinquendi, nequè violentia; nequè intentum turpis lucri; aut otioſæ, vel delicioſæ vitæ; & ex alio capite premit paupertas, ac neceſſitas, quæ quodammodò cogunt, aut ſaltem minuunt de voluntario, ratione cujus ex notis juribus minuitur gravitas delicti.

18 Quòd, ſi leno propriæ filiæ, ac uxoris fuit combuſtus, ut ſcribit *Follerius*, relatus à *Caballo* (29) & alius pariter leno uxoris fuit morti traditus, ut ex *Gomez* refert *Menochius* (30), hoc ideò fuit, quià in primo intrabat conſuetudo delinquendi, cùm tùm uxorem, tùm filiam proſtituerit: in ſecundo, fortè alia circumſtantia intervenit; puta, quòd incuſſis verberibus uxorem violenter ad meretricium adegerit, aut aliqua alia aggravans delictum, ob quam moti fuerint Judices ad tradendum Reum morti.

19 Lenones fæminarum extranearum de jure communi ſupplicio ultimo afficiendos, patet ex hoc, quòd *lenocinium* ut adulterium puniendum eſſe, dicunt jura (31). Prò adulterio autem ſancita eſt pœna mortis. (32). Sequitur proindè, quòd eadem pœna talibus lenonibus debeatur.

20 Sed talis pæna receſſit ab aulâ; ſiquidèm ex conſuetudine immutatę ſunt, juxtà diverſos uſus regionum, & ſunt Judicibus arbitrariæ, ut teſtatur *Clarus*, (33) qui ait, quòd alicubi flagellantur cum mitrâ. Dicit verò *Caballus* (34), quòd in *Alemaniâ* lenones uxorum, inſidentes Aſino versâ facie, per univerſam Civitatem turpiter circumducuntur, acclamantibus ſequacibus, *Sic fit lenonibus*. *Pariſiis* autem ducuntur pariter vituperosè ſuper Aſinum facie versâ ad caudam per totam Villam, uxore Aſinum trahente, & præcone antè eos clamante, *Qui ſic faciet, ſic capiet*.

21 Convenit autem juſtitiæ, quòd in facti contingentiâ Judices arbitrium ſuum regulent juxtà circumſtantias. Nàm, ſi in *lenocinio* aliorum fœminarum, à conjunctis ſanguine, aut matrimonio, interveniret tantummodò conſuetudo delinquendi in ſollicitandis viduis aut aliis fæminis, quæ virginitatem amiſerunt, aut in præbendâ commoditate fornicandi in propriâ domo, mitior debet eſſe pæna, quàm ſi *lenocinium* fuerit circà nuptas. Ratio eſt, quià adulterium eſt gravius fornicatione. Pariter maior debet eſſe pœna, ſi lena induxerit puellas, maximè ſi non ſint viri potentes, aut malitiæ capaces, ad ſuccumbendum viro, quàm ſi fuerit virgo iàm adulta, quæ ſuaſionibus inducta eſt, ut ſe deflorari paſſa ſit. Quià maior eſt iniuria facta puellæ, non adhuc capaci malitiæ, quàm adultæ, quæ ſciens, ac volens conſenſit. Quòd, ſi dolo lænæ Virgo, quæ conſentire nolebat, circùmventa, ducta eſt ad locum, in quo violenter ſtuprata eſt, intrepidè dico, quòd læna debet morti tradi. Ratio eſt, quià, ut in iure (35) habetur, cooperantes raptui virginum extremo ſupplicio afficiuntur cum raptoribus, ergò etiam cooperantes ſtupro violento pęnâ ſimili affici debent cum ſtupratoribus ipſis, qui, ut aliàs (36) dictum eſt, interveniente violentiâ, capite plectuntur.

22 Quid autem, ſi lena tentavit ſollicitationibus Matronas honeſtas, Viduas, aut Virgines, quæ minimè conſenſerunt, poteſt nè illa damnari de *Lenocinio*? Reſpondeo, quòd non, quià crimen in ſuo genere

(24) *L. Si lenones. C. de Epiſc. audi. l. lenones in fin. C. de Spectac. lib.* 11.

(25) *Io. de Platea. in d. l. lenones. num.* 44. *V. Sed nunquid. C. de Spectat. lib.* 11. *Menoch. Caſ.* 534. *num.* 13. *Farinac. quæſt.* 144. *num.* 54.

(26) *Carpzov. Prax. crim. Par.* 2. *quæſt.* 71. *num.* 9. & 10.

(27) *Novell.* 14. *de lenon. ubi Gloſſ. in V. Noviſſima, & V. Expelletur.*

(28) *Foller. Prax. crimin. V. Item quod fuit ſenſ. numer.* 8. *Farinac. quæſt.* 144. *numer.* 60. *Iodoc. Damhoud. Bertic. Peguer. Cabal. apud. Carpzov. loc. citat. num.* 10. *in fin.*

(29) *Foller. Prax. crim. Par.* 2. *Secund. Part. principal. V. Item quod fuit Leno. nu.* 8 *Caball. Caſ.* 171. *nu.* 8.

(30) *Menoch. de Arbitr. Iudic. lib.* 1. *Quæſt.* 88. *nu.* 16.

(31) *L. Qui Domum. l. Mariti. §.* 2. *l. Mater. §.* 1. *ff. de Adult. l. Auxilium §. penult. ff. de Minor.*

(32) *L. Quamvis in fin. C. Ad leg. Iul. de Adult. Authent. Sed hodie C. eo. tit.*

(33) *Clar. Quæſt.* 68. *V. Lenones.*

(34) *Cabal. Caſ.* 171. *nu.* 9.

(35) *Text. in l. Vnic. C. de Rapt. Virg.*

(36) *Tit.* 4. *§. ſtuprum. nu.* 18.

Digitized by Google

ıon eſt. Tamen n
ò motu Iudicis ſur
*is* docet *Caballus*.
·nit una lex (38),
*um, & ſi effectu* |
*tatem perniciosa l*
igitur modo ple
cnæ libidinis ſunt
ndum de Lenone
pueros cogit in
lem libidinem
·leſtiſſimus hic
Ratio eſt, quià, c
ıboleverit antiq
: reſpectu fęmin
, ut teſtatur *A*
ındenda in ſolâ
·ducta, non aı
quibus recedit
·extendi ad Le
i pęnas, latas

Ir

*R I V*

*rodò diffinia*
*ſequi poteſt*;

*ndò eſt fini*
*aliud crime*
*·iter poteſt ſ*

*data à Ba*
*'tvem, ac l*

*tendo, ſic*

*poſſit quis*

*ſſima, ren*
*culpâ lex*
*eniat*.
*uitò non*
*de eo*.

*quo qui*
*'mmobile*.
*t*. In hâ

---

*is. ſub nu.*
*extò. apu*

ceſſaria emere, ſed etiam, quià alium non invenit, qui poſſit, & velit illa præbere eidem. Quòd, ſi alii ſint, qui eum recipere poſſint, & credibile eſt, quòd de facili peregrinus inveniet alium, qui eum recipiet, non pecco contrà juſtitiam, eum non recipiendo. Ratio eſt, quià ille non eſt in extremâ neceſſitate, quæ me arctet ad eum recipiendum, cùm æquè benè credibile ſit, quòd ab alio recipiatur.

4 Supradicta quidèm quadrant cuicunque homini Chriſtiano, ac reſpectu cujuſvis conditionis ſit peregrinus: ſed quò ad Religioſos, præſertim Ordinis noſtri, prò quibus ſpecialiter hæc ſcribo, res altiùs emedullanda eſt. Sciendum igitur; quòd, ſi loquamur de peregrinis laicis, aut etiam Clericis, ac Religioſis alterius Ordinis, parem obligationem habent noſtri Superiores exercendi *hoſpitalitatem*, quam habent cæteri Chriſtiani ſub debito charitatis, ac juſtitiæ juxtà indigentiam communem, aut extremam, in quâ ſunt peregrini juxtà ſupradicta. Ratio eſt, quià ex Regulâ nullum ſpeciale præceptum circà hoc nobis imponitur, undè non ligamur aliâ obligatione ergà proximum peregrinantem, quàm eâ, quæ à communi præcepto *Diliges proximum ſicut teipſum*, omnibus Chriſtianis imponitur. Debent tamen ratione boni exẽpli, & cùm ſint in ſtatu practicandi majores virtutis actus Regulares, præ ſæcularibus propenſioni ſtudio exercere *hoſpitalitatem*, cùm hæc à Sacris Canonibus, multipliciter viris Eccleſiaſticis inculcetur. (6)

5 At loquendo de Hoſpitibus noſtri Ordinis, res aliter ſe habet, nàm ſub mortali tenentur Superiores Fratres, advenas, qui cum legitimis literis obedientialibus ad ſe divertunt, ex juſtitiâ hoſpitari, ac eis cibum, & alia neceſſaria miniſtrare. Ratio eſt, quià, ut ex Leſſio docet *Peyrinus* [7]; Religioſus habet jus ad bona Religionis participanda; ſicut enim in profeſſione, abdicatis propriis bonis, operas ſuas obligat Religioni, ità vice verſâ Religio obligata manet ad providendum ſibi neceſſaria, & hoc obligatione juſtitiæ. Poteſt ergò Religioſus advena de rigore prætendere participare de bonis ejus Conventus, ad quem divertit, velut cæteri Fratres; & ſi Superior hoc ſibi denegat, contrà juſtitiam delinquit.

6 Nec facit contrà hoc ſeparatio Conventuum in Provinciis, & diſtinctio Provinciarium in Ordine, ità ut ad bona hujus Conventus habeant jus illi tantùm, qui ſunt de ejus familiâ, & ſic pari modo de Provinciâ. Quià Provinciarum, & Conventuum diſtinctio eſt quid accidentale, quod reſpicit, & importat tantùm regimen politicum, & reſpectu iſtorum vera eſt inſtantia, quæ fit; ſic quidèm Fratres advenæ non habent vocem in Capitulo Conventuali, non fruuntur ordine præcedentiæ, quo gaudent Fratres de Familiâ &c. Sed reſpectu victus, ac aliorum neceſſariorum aliud eſt dicendum. Nàm dùm Superior Generalis, qui in omnes Provincias, ac Conventus Ordinis jus habet, concedit Fratri legitimam obedientiam pergendi ad aliquem locum, conſtituit eum quodammodò de familiâ illius Conventus, in quo tanquàm hoſpes recipitur, prò toto illo tempore, quo ibi manet. Et ideò Frater ille non minùs, ac alii Fratres de familiâ, ſubditus eſt, & obedire tenetur Superiori locali illius Conventus tàm in directivis, quàm in coercitivis. Sequitur ergò, quòd reſpectu neceſſariorum ad victum, ſanitatemque, Frater advena habet verum jus ad bona Conventus, toto tempore, quo ibi hoſpitatur, ſicut habet quilibet alius Frater de illius familiâ. Et confirmatur ex hoc, quòd, ut habetur ex jure [8), habens aliquem in famulatu, qui ſibi obedire tenetur, obligatus eſt ad eum alendum. Si ergò advena, dùm manet in Conventu, obedire tenetur Superiori, pari modo vitæ neceſſaria debet habere.

7 Sequitur igitur ex his, quòd eo modo, quo Superior Localis nequit repellere à Conventu Fratrem de ſuâ familiâ, qui cum legitimâ licentiâ egreſſus ad eum revertitur; neque pariter poteſt ſibi neceſſaria denegare; ità non poteſt denegare Fratri cuivis advenæ *hoſpitalitatem*, & alia ejus vitæ neceſſaria; & ſi ea denegat, delinquit crimine *Leſa hoſpitalitatis*.

8 Quæ huucuſque dicta ſunt fundantur in Regulâ noſtrâ, ſic habente (9). *Et ubicumque ſunt, & ſe invenerint Fratres, oſtendant ſe domeſticos invicem inter ſe, & ſecurus manifeſtet unus alteri neceſſitatem ſuam: quià, ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem, quantò diligentiùs quis diligere, & nutrire debet Fratrem ſuum ſpiritualem? Et ſi quis in infirmitatem ceciderit, alij Fratres debent ei ſervire, ſicut vellent ſibi ſerviri*. Ex quo Textu, quàmvis Papa in ſuâ *Clementinâ* (10), in quâ diſcrevit mandata Regulæ in præcepta eminentia, æquipollentia, & habentia vim præcepti, non hauſerit præceptum aliquod de *hoſpitalitate* ſervandâ, tamen, ut advertit *Sanctorus* [11], ad eam tenentur de iure naturali, ac Divino; undè *Expoſitio Anonima* (12) ait, quòd in citato Textu Regulæ includitur *aliquid præcepti omnibus Fratribus, ſcilicet domeſtica charitas ad Confratres*.

9 Libet autem expendere vim verborum citati Regulæ Textus, ut magìs roboretur ex eo data concluſio. Dicit ergò, quòd Fratres debent ſe oſtendere *domeſticos* invicem inter ſe. Senſus verus huius termini *domeſticos*, non eſt, ut communiter accipitur, ut is dicatur *domeſticus* idiotiſmo Italico, qui latinè dicitur *affabilis, comis* &c. ſed, pròut ex iure (13) elicitur, *domeſtici* dicuntur, qui ex eâdem domo ſunt, & nobiſcum habitant. Dùm ergò dicit Regula, quòd Fratres ſe oſtendant *domeſticos* inter ſe, vult dicere, quòd ſic ſe habeant ad invicem, ut ſi eſſent de eâdem domo, nec differentiam faciant inter advenas, & familiares, ſed ſint veri Fratres ex charitatis profeſſione, tanquàm ex eâdem domo, & ſanguine procreati fratres naturales. Stat autem, quòd fratres naturales, qui prò indiviſo fruuntur paternâ domo, ac hæreditate, habent omnia ejus bona æqualiter communia, nec aliquis, aut aliqui eorum poſſunt dicere, hoc eſt meum, nec diſponere de eo, tanquàm de re propriâ, ut iura (14) dicunt, ergò Fratres pariter; licèt advenæ debent uti bonis Religionis, quibus prò indiviſo frui debent, nec aliqua facienda eſt diſcretio in hoſpites, ac eos, qui ſunt de familiâ.

10 Et

(6] *Tridені. Seſſ. 25. cap. 8. de Refor. cap. 1. cap. Quieſcamus. 42. diſt. cap Quia in fin. 12. q. 2. cap. 1. de Empt. & vendit. cap. De Monachis. de Præben. & dignit.*

(7) *Leſſ. de Juſt. & iur. lib. 2. cap. 35. Dub. 12. nu. 68. ℣. Sed contra. Peyrin. formul. lit. O. nu. 2*

[8) *arg. l. Si paterno. C. de Negot. geſt. ubi Gloſſ. & Jacob. Butr.*

(9) *Regul. Minor. cap. 6.*

(10) *Clement. Exivi. de Verb. ſign.*

(11] *Sanctor. Comment. cap. 6. Stat. 6. ℣. Quam autem. fol. m. 371.*

[12) *Expoſit. Anonim. in Regul. Minor. cap. 6.*

(13) *arg. l. Præſenti, C. de His qui ad Eccl. confug. & ibi Gloſſ. in §. Sanè. Bart. in l. Reſpiciendum §. Furta. ff. de Pæn.*

(14) *l. In tantum. ff. de Rer. divi. cap. Qui manumittit. 22. q. 2. cit. in Repert. Abbat. V. Bona. arg. cap. Ratio de Præben.*

Digitized by Google

10 Et magis roboratur concluſio à ſimili, imò à fortiori, ex eo, quòd in eodem Textu ponitur. Ait enim, ſicut *mater nutrit*, *& diligit filium ſuum carnalem*, ità debet Frater *nutrire*, *& diligere Fratrem ſuum ſpiritualem*. Conſtat autem, quòd mater de jure (15) debet propriis uberibus lactare filium, ſi non obſit cauſa legitima; quæ, ſi deſit, expenſis propriis debet facere filium ali, ut ſcribit *Abbas*, (16) & hoc prò toto tempore, prò quo filius eget materno obſequio, quod eſt triennium, ut jura (17) volunt. Ergò pariter Frater, nempè Superior, alere debet, nutrire, & neceſſaria ſubminiſtrare Fratri ſivè advenæ, ſivè incolæ, qui omnes pari modo ſuæ obedientiæ ſubduntur. Imò à fortiori hoc debet facere; nàm, ut ait *D. Bonaventura*, (18) *amor charitatis fortior eſt amore carnali*; ſi igitur ex ſolo amore carnali mater nutrit filium, à fortiori Frater ex obligatione charitatis nutrire debet Fratrem ſuum ſpiritualem.

11 Emergit adhùc ampliùs in Superiore Locali debitum *hoſpitalitatis* ex alio capite: nàm ſub pænâ apoſtaſiæ, prout ſancitur in Statutis Ordinis (19), tenentur Fratres advenæ, in locis, ubi ſunt Conventus, antequàm ad negotia divertant, ſe Superiori præſentare, & extrà Conventum, abſquè ejus licentiâ, non commorari: Si ergò debitum ſub gravi culpâ eſt Fratris advenæ ad Conventum pergere, par debitum Superioris erit illum recipere, & hoſpitari: Siquidèm correlativa ſunt ad Conventum pergere, & in Conventu recipi; & ſi in advenâ obligatio eſt in Conventu commorari, in Superiore obligatio erit concedere hoſpiti permanentiam, ac manſionem in Conventu; & ſi talis obligatio eſt hoſpiti ſub culpâ mortali, par obligatio erit Superiori eum hoſpitandi, ex tritâ doctrinâ correlativorum, de quorum uno diſpoſitio trahitur ad alterum (20)

12 Patet igitur, in quo conſiſtat hoc crimen *Læſa hoſpitalitatis*, quod propriè cadere poteſt in Superioribus Localibus, quorum intereſt advenas fratres in Conventu recipere, cùm ad eos ſpectat ex diſpoſitione Statutorum, eorum literas obedientiales luſtrare, ac examinare. Cadit etiam non raro in Officialibus, puta, in deputato ad recipiendos hoſpites, ac miniſtris Refectorii, ac coquinæ, qui hoſpites, præſertim ſi pauperculi Fratres ſint, inurbanè, ac avarè tractant; & in iſtos à Superioribus eſt ſeverè animadvertendum, non tantùm enim Rei ſunt violatæ charitatis, ac præcepti Regulæ, ſed etiam in causâ ſunt, quòd malè in Ordine audiatur de Provinciâ, in quâ hoſpites non charitatem, ſed ruſticitatem, contumelioſa non rarò verba, & indignam Religioſo ſtatu tractationis formam, experiuntur.

13 Quàmvis autem obligatio ergà hoſpites recipiendos importet ſubminiſtrationem eorum omnium, quæ neceſſaria ſunt ipſis, dùm ſani ſunt; tamen magis in quibuſvis Fratribus urget charitatis obligatio, quandò hoſpites infirmi ſunt. licèt verò videatur ad hos limitari diſpoſitio Regulæ, eò quià, poſtquàm monuit

(15) *text. in cap. Ad eius. 5. Diſt.*
(16) *Abb. in cap. Cum haberet. nu. 8. de Co. qui dux in matr.*
[17] *arg. cap. Ex literis. de Converſ. infidel. Gloſſ. final. in cap. Cum haberet. de eo. qui dux. in matr. & ibi l. Nec filium. C. de Patr. pot. & l. Si quis à liberis. §. Non tantùm. ff. de liber. agnoſc.*
(18) *D. Bonavent. Expoſit. in Regul. Minor. cap. 6.*
(19) *Stat. Gen. Ordin. cap. 3. §. 7. nu. 7.*
(20) *arg. l. final. de Acceptib. l. fin. C. de Indict. vidui. toll. l. Si quis Servo C. de Furt. Barboſ. Axiom. 61. nu. 1.*

Fratres de *hoſpitalitate* ſervandâ, ſtatim ſubjungit. *Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alii Fratres debent ei ſervire, ſicut vellent ſibi ſerviri*, tamen hoc univerſaliter, & de omnibus Fratribus intelligendum eſt quòd, ſi aliquis eorum infirmitate laborat, alii Fratres debent ei ſervire. Hoc verò eſt præceptum, obligans ſub mortali, ut declarat *Clementina* (21), & maximè afficit Provinciales, ac Guardianos, cùm iſtis præcipuè cura infirmorum in Regulâ (22) demandetur. Afficit pariter Infirmarios, qui à Superioribus ſunt ad hoc munus deputati. Quòd, ſi in Conventu ſpecialis Officialis prò curâ infirmorum deſignatus non eſt, præceptum de ſerviendo infirmis, obligat prò modulo ſuo quoſvis Fraters ſub mortali, ut benè advertit *Sanctorus*. [23.)

14 Porrò grave eſſet delictum in infirmis non ſerviendis, ſi in perieuloſâ ægritudine non accerſiretur Medicus; ſi ob avaritiam non providerentur medicinalia; aut cibi convenientes; aut ſupellectiles, infirmo neceſſariæ; aut ſi derelictus in lecto maneret, nec ullus ſibi auxilio eſſet in iis, quæ ſibi æger præſtare nequit.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

15 *Probatio huius criminis fit per Teſtes. Nihil habet ſpeciale.*

15 Læſa *hoſpitalitatis* crimen, aut negligentiæ in ſerviendo infirmis, nihil ſpecialitatis habet. Conſueto igitur modo per Teſtes probare ſufficit, quòd Superior Localis repulit pauperculum Fratrem, qui cum legitimâ obedientiâ ad ſuum Conventum appulit, & cum febri laboraret in hoſpitio apud ſæcularem, aut in hoſpitali receptus eſt &c. aut quòd Coquinarius, Janitor, & Refectorii miniſter Fratres advenas ſoleat malè tractare; durè, ac ruſticè cum eis agendo, & denegando, aut malo modo tribuendo ea, quæ Religio tribuere conſuevit &c. ſivè, quòd Infirmarius nec charitatem, nequè compaſſionem cum ægrotis ſervet; cibos perversè paret; medicinas ſuo tempore, juxtà Medici præſcriptum, & artem, non præparet, aut tribuat; infirmos non viſitet, non conſoletur; munditiem lecti, Cameræ, vaſorum &c. non curet, & alia hujuſmodi. His concludenter probatis, locus erit Statutariis pænis, de quibus infrà.

## Pænæ.

*SVMMARIVM.*

16 *Pæna danda in extremo iudicio contrà non ſervantes hoſpitalitatem.*
17 *Nulla pæna datur determinata in iure contrà Clericos, non ſumentes hoſpitalitatem.*
18 *Regulares circa hoc crimen conſulant ſuas Conſtitutiones.*

19 *Sta-*

(21) *Clement. Exivi. ℣. Item quia propterea. de Verb. ſign.*
(22) *Regul. Minor. cap. 4.*
(23] *Sanctor. Comment. cap. 6. Stat. 7. ℣. Dico quarto fol. m. 374.*

Digitized by Google

19 *Statutum primum prò Minoribus de Obſervantia.*
20 *Statutum ſecundum.*
21 *Statutum tertium.*
22 *Quandò locus ſit privationi Officii in Superiore locali, malè tractante Advenas.*

16 Terribilis ſanè pœna eſt, quæ contrà *violatores hoſpitalitatis*, ac non exercitæ ergà infirmos charitatis, in extremo judicio fertur à Jeſu Chriſto. *Ite maledicti in ignem æternum* (24), quià *Hoſpes eram & non collegiſtis me; infirmus, & non viſitaſtis me*. Extrema pœnarum hæc eſt; & ſi eam oculo fidei benè examinarent Chriſtiani, charitas, quæ noſtro tempore dietìm magis, magiſque frigeſcit, iterùm ferveret, ut erat in primitivâ Eccleſiâ. Quià verò talem pœnam inferre non ſpectat ad forum judiciale humanum, ſed Divinum, de illâ non tractamus.

17 Quò ad pœnas humanas reſpectu Clericorum Sæcularium, nulla habetur pœna, in jure determinata; quàmvis enim per *Tridentinum*, ac ſacros Canones, quos dedimus ſuprà *num. 4.* iniuncta ſit Clericis obligatio *hoſpitalitatis*, nullam tamen invenio determinatam coercitionem contrà eos, qui circà illam notabiliter defectuoſi ſint. Arbitror proindè, quòd pœna illorum arbitraria ſit Epiſcopis, qui tamen non ſoleant de hoc inquirere in viſitationibus, & ut par eſt, eos mulctare.

18 Regulares verò proprias debent luſtrare Conſtitutiones, & ad earum normam Superiores Locales punire, Prò Nobis *Minoribus, de utrâque Obſervantiâ* ſequentes habemus ſanctiones,

19. 1 *Superiores, qui charitatem circà hoſpites, & infirmos neglexerint, Officio deſtituantur. Officiales ad id deſtinati ſuffragiorum jure triennio careant*. (25.)

20. 2 *Fratres hoſpites, etiam aliorum Ordinum, cùm primùm ad locum acceſſerint, benignè recipiantur &c. Negligentes Guardianus puniat, & ſi ipſe deliquerit, à Provinciali prò modo negligentiæ mulctetur, etiam cum privatione Officii, & ſuffragiorum juris per triennium*, (26.)

21. 3 *Si Superiores Locorum, aut infirmatum cura Præfecti, vel aliqui Fratrum in iis, avaritiâ, aut negligentiâ culpabiles fuerint, Provinciales admoneant eos, & ſi quem defectuoſum notabiliter invenerint, Officio deſtituant, & acriùs prò modo culpæ caſtigent*. (27)

22 Circà ſupradictas diſpoſitiones nulla emergit difficultas ſpecialis, cùm ex ſe claræ ſint. Noto tantùm, quòd privatio Officii reſpectu Superioris Localis locum habet, cùm fama vagatur in Provinciâ quòd, ipſe non religiosè hoſpites receperit, nequè illis manſionem ſuam congruâ ſupellectili, ac alia neceſſaria miniſtrare fecerit taliſque fama orta ſit ab hoſpitibus ipſis, qui de tali Superiore conqueſti ſint. Hoc autem patet ex diſpoſitione alterius Statuti; (28) quod ita cantat; *Guardiani, qui in hoc* (puta, in non parando neceſſaria hoſpitibus) *fuerint negligentes, præſertim illi, de quibus ab hoſpitibus fuerit murmuratum ſemel, atquè iterùm, à ſuo Officio per Provincialem deponantur*.

## §. IV.

## Lenocinium.

*SUMMARIUM.*

1 *Lenocinij Diffinitio.*
*Cooperatio ad quos actus extendatur.*
2 *Lenocinij crimen quotuplìciter committatur.*
3 *Opinio, quòd Parentes, aut Maritus ſemel proſtituentes filiam, aut uxorem, ſit leno.*
*Opinio contraria, ut non dicatur leno, niſi qui per plures actus deliquit Lenocinio.*
*Concordantur opiniones prædictæ.*
*Patri, & Marito conceſſum, filiam, & Uxorem adulteram necare.*
4 *Lenocinium extenditur etiam ad maſculam Venerem.*
5 *Ut Lenocinium ſit perfectum, quid requiratur.*
*Si crimen carnis non ſit conſummatum, Lenocinium punitur tantùm extraordinariè.*
6 *Lenocinium debet eſſe contemplatione lucri.*
*Leno non eſt, qui ad complacendum amico, ipſius libidini cooperatur.*
*Sufficit ad Lenocinium intentum lucri, licèt actu lucrum non obvenerit.*
7 *Spes etiam lucri ſufficit ad Lenocinium conſtituendum.*
*Qui nam pares ſint in Lenocinio.*

1 Lenocinium *eſt cooperatio, exercita alienæ libidini explendæ quæſtus gratiâ*. In hâc diffinitione notanter loco generis ponitur *cooperatio*, quæ ad multos actus extenditur, nempè ſuaſionem, opem, conſilium, & auxilium: quæ omnia unico verbo comprehendi t Imperator in ſuâ *Novellâ* [1], vocando eos, qui alienæ libidini cooperantur, *miniſtros adulterij*, nomine autem *miniſterij*, ut ad eum locum obſervat *Dioniſius Gothofredus*; prædicta veniunt, quæ quoquomodò influxum ad alienam libidinem explendam habent.

2 Sequitur ex hoc, quòd multipliciter *Lenocinij* crimen committi poteſt. Primò quidem, & in proprio ſenſu, in quo loquitur *Juſtinianus* in aliâ *Novellâ* (2), eſt, qui puellas undecùnque conquiſitas, promiſſionibus doloſis ſeductas, in propriâ domo tenet, & quæſtum ſuo corpore facere eas cogit. Secundò, qui perſuaſionibus, conſilio, precibus aliquam perſonam inducit, ut alienæ luxuriæ ſe exponat. Tertiò, qui præbens ſe comitem in itinere, aliquam ducit ad locum condictum cum fornicario, ſeu adultero, in quo aut ſpontaneè, aut invitò illa ad virilem congreſſum conſentit. Quartò, qui propriam domum, Cameram, lectum commodat ad ſtuprum. (3) Quintò, qui munera, vel epiſto-

(24) *Mattha. cap. 25. ℣. 41. & 43.*

(25) *Text. Tit. Applicatio. §. 31.*
(26) *Stat. Gen. Ord. cap. 6. §. 7. nu. 1.*
(27) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu. 6.*
(28) *Stat. Gen. Ord. loc. cit. nu. 2.*
(1) *Novell. 134. Ut null. Judic. § Si quando cap. 10. ubi Dionyſ. Gothofr. lit. S.*
(2) *Novell. 14. de Lenoni. Collat. 3.*
(3) *l. Libellorum. §. Sed etſi. ff. de Accuſat.*

Digitized by Google

ſtolam, miſſam ab Amaſio, defert ad fœminam; aut internuncius eſt conditionis loci, temporis, modi, occaſionis libidinis conſummandæ. Sextò, qui excubias agit, vigilat, obſervat, aut armatus adſtat ad fores adulteræ, nè Maritus ſuperveniens deprehendat eam in flagranti crimine. Septimò, qui ianuam domus reſerat, aut ſchalas portat, aut humeris adiumento eſt adultero, ut per feneſtram intret in cameram mulieris. Octavò, qui meretrices in propriâ domo permittit, aut eis cameras locat ad ſcortandum, ut talium occaſione ipſe abundantiùs vendat merces ſuas, ut faciunt aliquandò caupones, ac ſtabularij (4). Nonò, Balneatores, qui in balneis, ad cuſtodienda veſtimenta, conductas habent mulieres, hoc genus obſervantes. (5) Decimò tandèm, Mariti, qui aut convivendo, aut domo exeundo, aut fictè dormiendo, anſam dant Vxoribus adulterandi, pari modò delinquunt, ut argumento legis (6) ſcribunt *Menochius*, ac *Farinacius*, habent enim per tales actus influxum in adulteria uxoris; & hoc puto extendendum etiam ad Patrem, Matrem, Fratrem, Tutorem, Tutricem, Magiſtrum, omnes tandèm, qui obligationem habent tuendæ caſtitatis in perſonis, ſuæ curæ commiſſis, quas ex doloſâ, ac affectatâ diligentiâ illam proſtituere permittunt, cùm de ijs par ſit ratio, ac de Marito; & in eandem ſententiam abeunt multi Doctores. (7)

3 Dico notanter *cooperatio exercita*, hoc eſt, quæ per modum habitus practicatur. Et circà hoc videntur inter ſe diſcordare Doctores; ſiquidèm nonnulli (8) volunt, quòd leno dicatur Pater, & Mater, qui ſemel Filiam proſtituerint; & hoc etiam ſit de Marito, qui una tantùm vice alienæ libidini Vxorem tradiderit, argumento Textus in quâdam lege, (9) quæ ait *ſivè ſæpiùs, ſivè ſemel acceperit, non eſt eximendus*. Alij (10) è contra volunt, quòd ad hoc, quòd quis valeat de *Lenocinio* puniri, neceſſe ſit, quòd tale crimen ex conſuetudine commiſerit, & quòd ad minùs per duas vices taliter deliquerit. Sed iſtæ ſententiæ poſſunt ad concordiam reduci, dicendo, quòd prima opinio militet in Marito, Patre, & Matre, & etiam Avo, Aviâ, & Fratre reſpectu Vxoris, filiæ, Neptis, ac Sororis reſpectivè; ſecunda autem quadret in alijs reſpectu fœminarum extranearum, aut ulteriori gradu diſtantium agnatarum. Ratio eſt, quià Maritus, Pater &c. maiorem obligationem conſervandæ pudicitiæ Vxoris, filiæ &c. habent, quàm alij, qui aut nullam, aut minorem coniunctionem habent cum fœminis, quàm ipſis; proptereà in iure Cæſareo (11) Patri, ac Marito conceſſum eſt ius occidendi filiam, ac Vxorem, in adulterio deprehenſam. Proindè, ſi in prodendâ earum honeſtate taliter coniuncti delinquunt, maiori crimine maculantur, ut proindè ex uno actu damnantur de *Lenocinio*, dùm reſpectu aliorum, infamis huius facinoris requiritur exercitium.

4 Dico *alienæ libidini*, & comprehendo genericè omnem actum libidinoſum, non tantùm reſpectu fœminarum, ſed etiam maſculorum; *Lenocinium* enim extenditur etiam ad eos, qui maſculæ Veneris ſunt miniſtri, argumento cuiuſdam Digeſti, (12) imò atrociori crimine delinquunt talia exercentes, quò longè graviſſimum naturali congreſſu eſt innominabile ſcelus.

5 Dico *exercenda*, ad denotandum, quòd tunc intervenit perfecta ratiò huius criminis, quandò *Lenocinium* ſortitum eſt effectum ſuum, puta, quòd perſona ſollicitata conſenſerit, & libidinis exercitium ſecutum fuerit. Quantùmvis enim leno omnia fecerit ex parte ſui, ut mulier tentata conſentiret, ſi hæc minimè conſentit, crimen *Lenocinij* non eſt in ſuo genere perfectum, proindè non debet Reus ordinariâ, ſed extraordinariâ tantùm pęnâ coerceri, ut dicunt Doctores. (13) Ratio autem eſt, quià tali caſu delictum attentatum tantùm eſt, cùm effectus intentus non ſit ſecutus; prò delicto autem attentato nunquàm iniungitur pęna ordinaria, ut de tali conſuetudine teſtatur *Clarus*, (14) & *Farinacius*. Nec dicendum, quòd ex parte ſui leno crimen perficit, ſuadendo, ſollicitando &c. Quià malitia talis perſuaſionis deſumitur ab effectu, quem ſortitur, puta, congreſſus luxurioſus: quòd, ſi talis effectus non ſequatur, ſollicitatio non evadit ità gravis, & ideò nec crimen in ſuo genere perfectum dici nequit, ut locum habeat pęna ordinaria. Et ex eâdem ratione ſequitur, quòd, ſi leno ſollicitavit, mulierque conſenſit, in domumque lenonis parata eſt ad adulterium, quod tamen ſecutum non eſt aut ex impotentiâ adulteri, aut ex aliâ cauſâ, aut impedimento extrinſeco, *Lenocinium* nequit dici perfectum, quià non eſt ſecutus effectus ille, cuius contemplatione tantùm ſollicitatio, quæ dicitur *Lenocinium*, evadit crimen.

6 Dico tandèm *quæſtus gratiâ*, quià, ut ex quâdam *Novellâ* (15) deducitur, *Lenocinij* exercitium conſiſtit in hoc, quòd miniſter alienæ libidinis illud faciat contemplatione lucri. Sequitur igitur, quòd, ſi ex aliâ cauſâ ſollicitet, aut alio modo concurrat ad ſtuprum, adulterium &c., non poterit dici *Lenocinium* propriè. Hinc eſt, quòd, ſi quis, ut indulgeat amico, capto amore alicuius mulieris, eam ſollicitat precibus, aut in propriam domum ducit, præbens commoditatem fornicandi &c. aut quovis modo ſit miniſter exercendæ libidinis amico, non poterit dici propriè leno, nec ordinariâ pænâ *Lenocinij* caſtigari, quià non ob lucrum, ſed ex amicitiâ deliquit. Sicut etiam, ſi Ma-



(4) Caball. Reſol. crim. Caſ. 171. nu. 11. centur. 2. text. in l. Palàm. §. Lenocinium. ff. de Rit. nupt.

(5) Text. in l. Athletas. §. Ait Prætor. ff. de His, qui notat. in fam.

(6) *Arg. l. Is cuius. ff. Ad leg. Iul. de Adulter. Menoch. de Arbitr. Iudic. centur. 6. Caſ. 534. num. 26. Farinac. Quæſt. 144. n. 82. & ſeqq.*

(7) *Berlich. Par. 5. Concl. 40 nu. 12. Farinac. quæſt. 144. num. 20. Menoch. de Arbitr. Caſ. 534. nu. 32. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 36. cap. 11. nu. 6. Carpzou. Pract. crim. Par. 2. quæſt. 71. num. 45.*

(8) *Poguer. Deciſ. crim. 15. nu. 6. Farinac. quæſt. 144. n. 36. Menoch. Caſ. 534. nu. 24. Vinc. de Franch. Deciſ. 68. n. 7. Par. 1. Couaru. de Sponſal. Par. 2. cap. 8. §. 11. nu. 5.*

(9) *Text. in l. Mariti lenocinium. §. Qui quæſtum. ff. de Adulter.*

(10) *Iacob. de Bellovis. Rubric. de lenon. num. 14. Iodoc. Pract. crim. cap. 91. nu. 6. Foller. eo. tit. Par. 2. ſecund. Par. princip. nu. 37. Vinc. de Franch. Deciſ. 68. nu. 1. Caball. Caſ. 171. nu. 12.*

(11) *L. Patri. ff. ad leg. Iul. de Adult. l. Marito. ff. eo.*

(12) *L. Qui domum. ff. de Adult.*

(13) *Arg. l. 1. §. Qui puero. 2. init. ff. de Extraord. crim. Farinac. Quæſt. 144. num. 33. Conrad. Gomez. Afflict. Foller. Menoch. Caball. apud Carpzou. Par. 2. Quæſt. 71. num. 47.*

(14) *Clar. Pract. crim. quæſt. 92. nu. 1. Farinac. quæſt. 124. num. 78. & ſeqq.*

(15) *Novell. 14. de lenon. poſt init. Ⅴ. Et omnem quæſtum. Farinac. Quæſt. 144. num. 68. Menoch. Caſ. 534. nu. 8.*

Digitized by Google

ſi Maritus ſollicitaret uxorem ad adulterium cum alio, (cujus uxore maritus abutitur) eo ſolùm fine, ut dùm alius concumbit cum ſuâ uxore, ipſe ſecurè condormire valeat cum uxore alterius; nàm non inducit uxorem ad adulterium ob lucrum, ſed intuitu commodiùs exercendæ propriæ libidinis. Non eſt autem neceſſarium, quòd lucrum ſequatur, ſed ſufficit, quòd ſit intentum; undè, qui ſollicitat uxorem ad adulterium cum intentione deprehendendi adulterum in fragranti, & ab eo extorquendi pecuniam, ſi adulter aufugiat, & maritus ſperato lucro fraudatur, non debet evadere ordinariam pœnam *lenocinii*; quàmvis contrarium judicaverint *Scabini Lipſienſes*, innixi diſpoſitioni juris municipalis *Saxonici*, ut refert *Benedictus Carpzovius*, (16) Ratio eſt, quià delictum eſt perfectè conſummatum, ex eo quòd, ut ſuppono, ex ſollicitatione ſecutum eſt adulterium, & in hoc ſiſtitur tota ratio *lenocinii* ob ſpem, aut fine lucri; ſi per accidens autem lucrum non ſequitur, non tollitur, quin verum *lenocinium* ſit commiſſum; ſicut etiam eſſet verum aſſaſſinium, ſi mandatarius, qui ex pactâ cum mandante pecuniâ aliquem occidit, fraudaretur à mandante promiſſâ pecuniâ; quià, ex quo homicidium commiſſum eſt, interveniente pretio promiſſo, & huius contemplatione, verum aſſaſſinium patratum eſt, quòd poſtea pretium intentum datum non ſit, hoc nihil demit de delicto, perfectè conſummato.

7 Ità autem de ratione *lenocinii* eſt, ut fiat ſub ſpe lucri captandi, ut quàmvis Maritus (& eadem eſt ratio de Patre, Matre, Magiſtro &c.) non ſollicitet uxorem poſitivè ad adulterium, ſed eius adulteria diſſimulet, quià ex iis lucrum, aut commodum domui ſuæ accedere novit, talis Maritus eſt verus leno uxoris. (17) Undè talis homo, qui permittit uxorem ſcortari, & Italicè vocatur *Becco contento*, à *Satyrico* (18) vocatur *leno*, de quo ſtomachatus canit,

> *Cùm leno accipiat Mœchi bona* . . . . . . . .
> . . . . . . . . . . *doctus ſpectare lacunar*
> *Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.*

Dixi autem, quòd par eſt ratio de Patre, ac Matre reſpectu filiæ; Magiſtri reſpectu diſcipuli; Tutoris reſpectu pupillæ &c., qui, ſi permittant ob lucrum perſonas, ſibi commiſſas, proſtitui, ſunt veri lenones. Ratio eſt, quià ipſi tenentur ex officio illarum pudicitiam cuſtodire; dùm autem ſpe lucri diſſimulant ipſarum proſtitutionem, propriâ diſſimulatione eam promovent, ac illius ſunt veri miniſtri, nàm iuxtà Canones (19), qui poteſt, & tenetur emendare, & hoc negligit, nutrit errorem, cuius participem ſe conſtituit.

## Probatio.

### SVMMARIVM.

8 *Lenocinium eſt difficilis probationis.*
9 *Indicia ad probandum lenocinium in Marito.*
10 *Diſſimulatio ſcientiam ſupponit*
*Maritus debet iraſci, habendo notitiam de adulterio Vxoris.*
*Scientia adulterii Vxoris, ex quibus indiciis præſumatur.*
11 *Probari debet, quòd Maritus diſſimulet adulterium Vxoris, contemplatione lucri.*
*Quomodò probanda contemplatio lucri in lenocinio.*
12 *Quæ dicta ſunt de Marito lenone, ad quos ſint amplianda.*
13 *Modi, quibus alii à Parentibus, & marito lenocinium exercetur.*
14 *Indicia, quibus in iſtis probetur lenocinium.*

8 QUia crimen *lenocinii* tendit ad promovenda delicta carnis, quæ, ut multoties dictum eſt, ſunt difficilis probationis, etiam ipſum tale evadit, undè per indicia, & coniecturas præſumptivè tantùm probandum eſt. Claritatis autem gratiâ dabimus caſuum varietatem, iuxtà modum probationis poſſibilem, & debitum;

9 Primus igitur caſus eſt Mariti, qui leno eſt propriè Vxoris. Hoc autem dupliciter poteſt contingere, uno modo, quandò ille pauper eſt, nihilominùs ganeæ, aleis, cauponæ, ac ſcortis deditus eſt, & non ſolâ verborum ſollicitatione, ſed minis, & quandòque verberibus Vxorem adigit, ut ſe proſtituat ad hoc, quòd ex lucro adulterii ſui domum ſuſtentet, & nummos illi tribuat ad ſcortandum in lupanaribus, & cauponis. In hoc caſu poteſt haberi plena probatio, ſi nempè vicini audierunt verba Vxoris, negantis Marito ſe proſtitui; ſi audierunt lamentationes, eiulatus, vocem eiuſdem, implorantis auxilium à vicinis, qui accurrerunt, dùm eam Maritus tundebat, & eo de domo egreſſo, percontati ſunt cauſam verberationis, illa, amariſſimè flendo, dixit, ſe ideò à Marito vapulaſſe, quià non vult ad eius perſuaſionem meretricari; Si viderunt eum ducere in propriam domum iuvenes diſſolutos, ſolitos ſcortari, quibus introductis, ipſe domô exceſſit, relictâ Vxore ſolâ, & clauſâ cum viro illo, Si Maritus duxit Vxorem in tabernâ meritoriâ, in quâ ad prandium, aut cœnam fuit cum aliis, & ipſe diſceſſit relictâ Vxore cum illis; & eò fortiùs, ſi adſunt adminicula, putà iuventutis, & pulchritudinis in Vxore, quæ in pompâ veſtium excedit propriam conditionem; malaque fama eorum, qui domum ſuam frequentant, aut cum quibus morata eſt in cauponâ,

10 Alio modo, quandò leno eſt, (iuxtà ſupradicta) Vxoris, diſſimulando eius adulteria ad finem lucri. In hoc caſu, probanda eſt in viro ſcientia adulterii Vxoris, non poteſt enim dici, quòd diſſimulet, niſi de illo ſcientiam habeat; diſſimulatio enim ſcientiam ſupponit. (20) Porrò ſcientia, cùm ſit latens animo, probatur coniecturis; una eſt, ſi admonitus Maritus de adulterio Vxoris, non iraſcatur, ait enim lex, (21) quòd *debet Vxori iraſci, quæ matrimonium ejus violavit.* Si igitur minimè iraſcitur, præſumitur in eo ſcientia, & conſenſus in adulterium Vxoris. Probatur pariter ſcientia aliis coniecturis, ut potè, ſi veniens domum Maritus, invenit virum cum Vxore, nec ab eâ quæſivit, quid negotii cum eâ haberet; ſi videt iocalia,

veſtes

(16) *Carpzov. Par. 2. Pract. crim. quæſt. 71. num. 52.*
(17) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 534. num. 26. Farinac. quæſt. 144. nu. 82. & ſeqq.*
(18) *Iuvenal. Satyr. 1. V. 55.*
(19) *cap. Error. cap. quid enim. cap. Conſentire 83. diſt. cap. quia de Hæret.*

(20) *arg. l. Divuſ. ff. de offi. Præſid.*
(21) *l. Mariti lenocinium. ff. Ad leg. Iul. de Adulter.*

Digitized by Google

veſtes pretioſas uxorem habere, quas ipſe non comparavit; donaria eſculenta, ac poculenta, ad ſe miſſa, nec percontatur ab uxore, à quo, & quâ de cauſâ fuerint ad ſe miſſa &c. In his, & ſimilibus caſibus optimè præſumitur de ſcientiâ Mariti. Ratio eſt, quià naturale eſt quærere, quomodò res inſolita in domo apparuerit, cùm hoc ſcire maximè ad virum pertineat. Quòd, ſi non quærit, ſignum eſt, quòd de illo habet iàm ſcientiam, quam tamen diſſimulat..

11 Non tamen adhuc remanet præſumptivè probatum *Lenocinium*, quàmvis probata ſit ſcientia in Marito, diſſimulante adulterium uxoris. Ratio eſt, quià, ſi Maritus eſt puſillanimis, uxor ferox, eius adulter potens; à quo ſibi metuit, ſi uxorem de adulterio obiurgat, aut ad Iudicem Laicum, aut Eccleſiaſticum recurrit, profectò colligere humeros, ac cornutam frontem gerere cogetur, diſſimulando ſcire proſtitutionem uxoris, & hoc frequentiſſimè accidit. Oportet ergò probare, quòd Maritus diſſimulet contemplatione lucri, quod acquirit ex adulterio uxoris. Hoc verò quomodò probabitur? Dico, quòd pari modo probandum eſt coniecturis; puta à vitâ Mariti, qui pauper eſt, & quàmvis artem habeat, quâ poſſet familiæ ſuæ victum quærere, laborare non vult; otioſus vagatur per urbem, Cauponas, poſtribula; puſillanimis non eſt, & armatus incedit, & frequenter in rixis invenitur &c. Ex his colligitur, quòd, ſi diſſimulat adulteria uxoris, hoc non eſt, quià non audeat ipſam caſtigare, & adulteros domo arcere, ſed ex aliâ cauſâ, & hæc alia nequit eſſe, niſi commodum, & lucrum, quod captat ex impudicitiâ uxoris.

12 Quæ autem dicta ſunt de Marito reſpectu uxoris, poſſunt optimè adaptari Patri, Matrique reſpectu filiæ: itèm Fratri, qui domum regit reſpectu Sororis: Tutori, qui in propriâ domo, ac tutelâ habet pupillam &c. omnes enim iſti, ut ſuprà dictum eſt, tenentur ad cuſtodiam pudicitiæ filiæ, ſororis, ac pupillæ reſpectivè, & æquè ac Maritus poſſunt eſſe Lenones tùm poſitivè influendo, tùm ratione lucri diſſimulando proſtitutionem perſonæ, ſuæ curæ commiſſæ.

13 Alius caſus eſt, quandò aliquis *Lenocinium* ex inſtituto exercet reſpectu aliarum feminarum; ſicut caupo, qui titulo ancillarum feminas in Cauponâ habet ſe proſtituentes, ex quo fit, quòd ipſius taberna frequentatur à ſcortatoribus, qui comeſſationibus, ac compotationibus vacant, ex quibus illa lucrum captat. Aut mulierculæ, quæ matronis perſuadent adulteria, & internunciæ ſunt inter ipſas, ac amaſios, quorum munera, aut epiſtolas ad eas deferunt &c. Vel puellas ſeducunt promiſſionibus, ac muneribus, ut propriam vendant virginitatem; eas ad propriam domum ducunt, in quâ reperitur impudicus ſcortator, qui, licèt reluctantes deflorat: vel ſub colore eas ducendi ad proceſſionem, ſolemnitatem, conciones &c. à parentibus abducunt, & ad locum condictum cum ſtupratore adducunt, & ibi miſerrimè ſuccumbunt. Huiuſmodi lenæ ſunt quædam vetulæ, quæ ſanctitatem ſimulant, ſe intrudunt domibus, & fictâ hypocriſi confidentiam ſibi comparant à Matribus familias, quæ proprias filias committunt illis, à quibus earum proditur pudicitia.

14 Talium *Lenocinia* poſſunt probari concludenter per Teſtes. Si enim de cauponibus, ac ſtabularijs loquamur, liquidò per Teſtes probari poteſt illorum feminas, quas ſub colore ancillorum domi retinent, aut quibus Cameras in cauponâ locat, quæſtum ſui corporis facere, & eſſe publica ſcorta. Si verò de mulierculis ſupradictis ſermo ſit; probari poteſt delictum ipſarum ex hoc, quòd *Lenocinij* Rea duxit puellam, quæ ex viſitatione corporis deprehenditur ſtuprata, in domum ſivè ſuam, ſivè alienam, in quâ nihil negotij, aut cognitionis habebat, & in quâ ſtuprum paſſa eſt. Roboratur probatio ab indicijs, ac adminiculis aliarum puellarum, quæ fuerunt ab eâ ſollicitatæ ad crimen; à publicâ famâ, quòd illa habeatur publica lena; ac aliis præſumptionibus, quæ iuxtà facti contingentiam poſſunt in mentem Iudicis prudentis cadere. Quòd, ſi reperirentur quatuor Teſtes ſivè mares, ſivè feminæ, quæ deponerent, Ream aut ſe, aut alias tentaſſe, ut viris indulgerent, aut viris promiſiſſe ſe curaturam, ut potirentur fœminâ deſideratâ; quàmvis tales Teſtes eſſent ſingulares, & quàmvis effectus non fuiſſet ſecutus, tamen eſſet probatum *Lenocinium*. Ratio eſt, quià hoc eſt delictum iterabile, quòd, ut aliàs dictum eſt, probari poteſt per Teſtes ſingulares. Et licèt effectus non ſit ſecutus cum iſtis, quià tentanti lenæ reſtiterunt, vehementiſſima eſt præſumptio, quòd per effectus ſit ſortitus cum alijs. Undè ad minùs intraret locus acri torturæ ad habendam à lenâ veritatem.

## Pœnę.

### SUMMARIUM.

15 *Pœna Civilis iuris contrà Lenones.*
*Lenocinium eſt gravius meretricio.*

16 *Opinio Carpzovij, quòd Lenonibus mors debeatur.*

17 *Impugnatur talis opinio univerſaliter accepta. Circumſtantiæ aggravantes Lenocinium, quæ poſſunt extendere eius pœnas uſquè ad mortẽ.*

18 *Quarè Lenones, cuius exempla dat Carpzovius fuere morti traditi.*

19 *Lenones extranearum fœminarum, de iure antiquo, morte puniebantur.*

20 *Pęna mortis contrà Lenones non ſunt in uſu, modò ſunt arbitrariæ ſecundùm morẽ Regionis.*

21 *Iudicum arbitrium iuxtà circumſtantias regulandum eſt, & quomodò.*

22 *Lenæ quomodò plectendæ, ſi mulieres tentatæ in ſtuprum non conſenſerunt.*

23 *Leno puerorum, quo ſupplicio afficiendus. Conſuetudo attendenda in eâdem ſpecie facti, aut caſus.*

24 *Leno puerorum furcis ſuſpenſus, & combuſtus Mediolani.*

15 **L**Enocinij crimen meretricium exercenti coæquatur, pròut habet lex (22), imò maius eſt *lenocinari*, quàm proprij corporis infamem quæſtum facere; nàm meretrix in ſe tantummodò peccat, leno autem dupliciter, puta, in ſe, & in alterum, ut ponderant duæ Gloſſę. (23) Conveniens igitur eſt, quòd tanto crimini

Cccc 2 etiam

(22) *L. Palàm. ff. Lenocinium. ff. de Rit. nupt.*
(23) *Gloſſ. in d. l. Palàm. in V. Non minùs. & in l. Athletas in V. Eum qui in ſervit. ff. de His qui not. in fam.*

etiam pænæ congruentes à legibus ſancirentur; quæ tamen diverſæ ſunt ſecundùm varietatem perſonarum. Nàm parentes, qui filias ſuas proſtituunt, ſecundùm jus antiquum commune (24) privantur patriâ poteſtate, & ad publica metalla condemnantur; & addunt nonnulli Doctores (25), quòd incurrunt amiſſionem uſusfructus omnium bonorum adventitiorum, qui aliàs Parentibus competit.

Tales pænas eſſe mitiores debito ſcribit *Carpzovius* (26), tùm quià leno extraneus juxtâ *Novellam* (27) debet morti tradi; tùm quià, ut ait Imperator in dictâ *Novellâ*, aſſerit *lenocinium* pejus eſſe furto, ac latrocinio; undè, ſi hæc delicta ultimum ſuplicium important, à fortiori hoc debetur Parentibus filias proſtituentibus. Vndè concludit, antiquas pœnas eſſe abrogatas, & introductum extremum ſuplicium contrà tales Parentes; & hoc firmat auctoritate *Follerii* (28), & aliorum, qui ſcribſerunt, pœnam mortis hujusmodi Parentibus deberi.

17 Sed profectò concluſio *Carpzovii* univerſaliter intellecta, & prò omni caſu proſtitutionibus filię, factę à Parentibus, falſa eſt, & eam minimè probant rationes, petitæ à citatâ *Novellâ* Nàm lenones damnati à *Iustiniano*, pròut deducitur ex contextu ejuſdem *Novellæ*, puellas, conquiſitas à propriis laribus abductas, ducebant ſub doloſis promiſſionibus ad ſuas domos, & cogebant, etiam vi adhibitâ, eas ad meretricium ob cauſam lucrandi. Ità ut in his lenonibus intrabat conſuetudo delinquendi; doloſa deceptio; vis adhibita puellis, & intentum turpis lucri ad comparandas divitias, non ad providendum neceſſitati. Pariter in fure, ut intrat pæna mortis, requiritur conſuetudo delinquendi; in latrone vis armata. Dico igitur, ſi tales circunſtantiæ interveniunt in Patre, filias ſuas proſtituente, ſi vim adhibet; ſi non unam tantùm, ſed omnes proſtituere conſuevit; ſi non preſſus neceſſitate hoc committat, ſed aut ad lucrum, aut ad lautè vivendum ſinè labore in ſuâ domo &c. Concedo, quòd pæna mortis debeatur, quià in facto interveniunt ea, ob quæ talibus lenonibus, furibus, latronibuſque mors infertur. Sed ſi Pater paupertate preſſus, ineptus ex ſenio, aut ægritudine ad laborem, unam filiam, non vi, ſed perſuaſionibus inductam alienæ libidini tradit, ut ex ejus lucro familia alatur, cùm aliundè non poſſit habere, quo ſuſtentetur; dico, quòd nullo modo poteſt habere locum pæna mortis. Ratio eſt, quod in caſu non intrat nequè conſuetudo delinquendi, nequè violentia; nequè intentum turpis lucri; aut otioſæ, vel delicioſæ vitæ; & ex alio capite premit paupertas, ac neceſſitas, quæ quodammodò cogunt, aut ſaltem minuunt de voluntario, ratione cujus ex notis juribus minuitur gravitas delicti.

18 Quòd, ſi leno propriæ filiæ, ac uxoris fuit combuſtus, ut ſcribit *Follerius*, relatus à *Caballo* (29) & alius pariter leno uxoris fuit morti traditus, ut ex *Gomez* refert *Menochius* (30), hoc ideò fuit, quià in primo intrabat conſuetudo delinquendi, cùm tùm uxorem, tùm filiam proſtituerit: in ſecundo, fortè alia circumſtantia intervenit; puta, quòd incuſſis verberibus uxorem violenter ad meretricium adegerit, aut aliqua alia aggravans delictum, ob quam moti fuerint Judices ad tradendum Reum morti.

19 Lenones fæminarum extranearum de jurę communi ſupplicio ultimo afficiendos, patet ex hoc, quòd *lenocinium* ut adulterium puniendum eſſe, dicunt jura (31). Prò adulterio autem ſancita eſt pœna mortis. (32). Sequitur proindè, quòd eadem pœna talibus lenonibus debeatur.

20 Sed talis pæna receſſit ab aulâ; ſiquidem ex conſuetudine immutatę ſunt, juxtà diverſos uſus regionum, & ſunt Judicibus arbitrariæ, ut teſtatur *Clarus*, (33) qui ait, quòd alicubi flagellantur cum mitrâ. Dicit verò *Caballus* (34) quòd in *Alemaniâ* lenones uxorum, inſidentes Aſino versâ facie, per univerſam Civitatem turpiter circumducuntur, acclamantibus ſequacibus, *Sic fit lenonibus*. *Pariſiis* autem ducuntur pariter vituperosè ſuper Aſinum facie versâ ad caudam per totam Villam, uxore Aſinum trahente, & præcone antè eos clamante, *Qui ſic faciet, ſic capiet*.

21 Convenit autem juſtitiæ, quòd in facti contingentiâ Judices arbitrium ſuum regulent juxtà circumſtantias. Nàm, ſi in *lenocinio* aliorum fœminarum, à conjunctis ſanguine, aut matrimonio, interveniret tantummodò conſuetudo delinquendi in ſollicitandis viduis aut aliis fæminis, quæ virginitatem amiſerunt, aut in præbendâ commoditate fornicandi in propriâ domo, mitior debet eſſe pæna, quàm ſi *lenocinium* fuerit circà nuptas. Ratio eſt, quià adulterium eſt gravius fornicatione. Pariter maior debet eſſe pœna, ſi lena induxerit puellas, maximè ſi non ſint viri potentes, aut malitiæ capaces, ad ſuccumbendum viro, quàm ſi fuerit virgo iàm adulta, quæ ſuaſionibus inducta eſt, ut ſe deflorari paſſa ſit. Quià maior eſt iniuria facta puellæ, non adhuc capaci malitiæ, quàm adultæ, quæ ſciens, ac volens conſenſit. Quòd, ſi dolo lenæ Virgo, quæ conſentire nolebat, circùmventa, ducta eſt ad locum, in quo violenter ſtuprata eſt, intrepidè dico, quòd læna debet morti tradi. Ratio eſt, quià, ut in iure (35) habetur, cooperantes raptui virginum extremo ſupplicio afficiuntur cum raptoribus, ergò etiam cooperantes ſtupro violento pęnâ ſimili affici debent cum ſtupratoribus ipſis, qui, ut aliàs (36) dictum eſt, interveniente violentiâ, capite plectuntur.

22 Quid autem, ſi lena tentavit ſollicitationibus Matronas honeſtas, Viduas, aut Virgines, quæ minimè conſenſerunt, poteſt nè illa damnari de *Lenocinio*? Reſpondeo, quòd non, quià crimen in ſuo genere

(24) *L. Si lenones. C. de Epiſc. audi. l. lenones in fin. C. de Spectac. lib.* 11.

(25) *Io. de Platea, in d. l. lenones. num.* 44. *V. Sed nunquid. C. de ſpectat. lib.* 11. *Menoch. Caſ.* 534. *num.* 13. *Farinac. quæſt.* 144. *num.* 54.

(26) *Carpzov. Prax. crim. Par.* 2. *quæſt.* 71. *num.* 9. & 10.

(27) *Novell.* 14. *de lenon. ubi Gloſſ. in V. Noviſſima, & V. Expelletur.*

(28) *Foller. Prax. crimin. V. Item quod fuit ſenſ. numer.* 8. *Farinac. quæſt.* 144. *numer.* 60. *Iodoc. Damboud. Bertic. Peguer. Cabal. apud. Carpzov. loc. citat. num.* 10. *in fin.*

(29) *Foller. Prax. crim. Par.* 2. *Secund. Part. principal. V. Item quod fuit Leno. nu.* 8. *Caball. Caſ.* 171. *nu.* 8.

(30) *Menoch. de Arbitr. Iudic. lib.* 1. *Quæſt.* 88. *nu.* 16.

(31) *L. Qui Domum. l. Mariti. §.* 2. *l. Mater. §.* 1. *ff. de Adult. l. Auxilium §. penult. ff. de Minor.*

(32) *L. Quamvis in fin. C. Ad leg. Iul. de Adult. Autbent. Sed hodie C. eo. tit.*

(33) *Clar. Quæſt.* 68. *V. Lenones.*

(34) *Cabal. Caſ.* 171. *nu.* 9.

(35) *Text. in l. Vnic. C. de Rapt. Virg.*

(36) *Tit.* 4. *§. ſtuprum. nu.* 18.

Digitized by Google

on eſt. Tamen no
motu Iudicis ſunt
docet *Caballus*. (
it una lex (38), q
*m, & ſi effectu ſc*
*atem perniciosa lib*
igitur modo plect
næ libidinis ſunt
idum de Lenone p
ueros cogit in p
em libidinem d
eſtiſſimus hic vi
atiò eſt, quià, qu
boleverit antiqu
reſpectu fęmina
ut teſtatur *Aff.*
idenda in ſolâ
lucta, non ant
quibus receditu
extendi ad Len
pęnas, latas à

In

*R I V*

*ndò diffiniat*
*qui poteſt;*

*dò eſt finis*
*liud crimen*
*ter poteſt ſeq*

*lata à Bar*
*vem, ac le*

*ndo, ſicút*

*oſſit quis*

*ma, remi*
*ulpâ levi*
*nat.*
*tò non*
*eo.*

*quo quis*
*mobiles*,
In hâc

*ſub nu. 2.*
*tò. apud*

Digitized by Google

ſus in propriâ domo, exire cogat, & eùm occidere poſſit; aut aliâ de cauſâ.

4 Incendium ex culpâ tripliciter diſtinguitur, prout etiam taliter diſtinguitur culpa, non quidèm Theologica, ſed Legalis. Fuit opinio *Bartoli* (3,) quòd quintupliciter divideretur culpa, puta, in latiſſimam, latiorem, latam, levem, & leviſſimam; at communi Doctorum calculo in tres tantùm ſpecies diſcriminatur; nempè in *latam*, *levem*, ac *leviſſimam*. *Lata culpa*, prout dicitur in iure, (4) eſt, quæ per diſſolutam, & ſupinam negligentiam committitur; ſivè, ut alibi (5) dicitur, eſt non intelligere, quod omnes homines loci, aut conditionis, aut profeſſionis alicuius intelligunt. Talis eſſet culpa illius, qui in areâ, vicinâ fœnili, aut palearí, die ventoſo, magnum ignem accenderet, & ultrà intentum propagatus ignis vicinas ædes abſumeret.

5 *Culpa levis* dicitur illa, quæ per incuriam committitur, & exemplificatur in eo, qui in cuſtodiendo igne, eam omittit diligentiam, quam quicunque bonus Paterfamilias ſervaret. (6) Talis culpa poteſt in committendo, aut omittendo incurri; ut, ſi quis manibus pueri, aut famuli ſtolidi committeret lucernam accenſam in ſtabulo, aut fœnili, iſte *levem culpam* ſubiret in committendo. Si autem, eundo cubitum, ignem cineribus non cooperiret, aut magnum lignum ab igne ſubtractum non benè extingueret, ex quo ignis, ſumpto incremento, cauſavit incendium, *culpam levem* ex omiſſione incurreret. Argumento autem iuris (7) putat *Petrus Binsfeldius*, quòd etiam ex *culpâ levi*, quæ tamen ſit in committendo, poſſit Reus criminaliter conveniri; pœna autem valdè modica poteſt inferri, ut infrà dicemus.

6 *Culpa leviſſima* eſt, quandò quis omittat ea, quæ diligentiſſimus quiſque Pater familias curaret (8), & huius multa exempla cumulat *Raynaldus* (9) ex diverſis Auctoribus, ultrà quæ poſſet exemplificari de Patrefamilias, qui felem, qui tempore hyberno ob frigus dormit propè foculare, eundo cubitum non abegiſſet, undè igne accenſo in caudâ felis, ipſe cucurrit ad fœnile, ex quo cauſatum eſt incendium. De hâc autem *culpâ* nulla actio criminalis datur, ut dicunt *Doctores*. (9)

7 Incendium autem fortuitum, ſivè caſuale illud dicitur, quod caſu fortuito accidit, ut eſt, ſi fiat à fulmine; aut ſi ex facto hominis accidit, hoc tamen eſt poſt adhibitam exactiſſimam diligentiam, nè ſequeretur. (10) Et tali caſu inhabitator domus, in quâ ortum fuit incendium, non tenetur criminaliter Fiſco, (11) nequè civiliter ergà eum, qui ex incendio damnificatus eſt (12).

(3) *Bartol. in l. Quod Nerva. ff. Depoſit.*
(4) *Text. in l. Si fideiuſſor. ff. Mandat. & in l. Si fortuitò. ff. de Incend. rui. nau.*
(5) *Text. in l. Cedere diem. §. final. & in l. Latæ. ff. de Verb. ſign.*
(6) *Arg. l. Si vendita. ff. de Pericul. & comm. re. vend. l. Quod Nerva. ff. Depoſit.*
(7) *Arg. l. Capitalium. §. Qui verò cauſam. ff. de Pen. Petr. Binsfeld. Tract. de Iniur. & damn. cap. 6. Quæſt. 4. Concl. 7.*
(8) *Arg. text. in l. In rebus init. ff. Commoda. & l. 1. §. Et ille. V. Is qui utendum. ff. de Oblig. & act.*
(9) *Raynal. Tom. 2. cap. 13. §. 1. nu. 52.*
(*) *Cæſar. Pani moll. Deciſ. 55. Adnotat. 1. nu. 34. arg. text. in l. Quamvis. ff. de Condit. & demonſtr. Farinac. Quæſt. 110. n. 20.*
(10) *Arg. l. Ex conducto. §. Cum quidam. ff. locat. l. penult. ff. de Incend. rui. naufr.*
(11) *Text. in l. Si fortuitò. ff. de Incend. rui. naufr.*
(12) *Gloſſ. in l. Qui ædes in V. Caſu. ff. de Incend. rui. naufr.*

## Probatio.

### *SVMMARIVM.*

8 *Probatio incendij ex dolo difficilis eſt.*
*Opinio Muſcatelli circà hoc, quòd ad præſumendum de dolo ſufficiat viſitatio incendij.*
*Cogitatio accomodanda eſt ad ea, quæ frequentiùs accidunt.*
9 *Reijcitur talis opinio.*
*Indicia, ex quibus poſſit præſumi incendium ex dolo.*
*Cautela adhibenda à Iudice in viſitatione corporis delicti, in caſu incendij.*
*Comprobatur exemplis talis cautela.*
10 *Conſtito de incendio doloſo, procedendum ad inquiſitionem delinquentis.*
11 *Si non conſtat de dolo, præſumitur culpa inhabitantium domum combuſtam.*
*Culpa inhabitantium præſumitur leviſſima.*
*Probatâ diligentiâ inhabitantium, Actor debet probare eorum negligentiam, ſi debent de culpâ teneri.*
12 *Quid agendum quandò plures ſunt vicini, & neſcitur, à quo ignis habuerit originem.*

8 QVantùm ad probationem huius criminis ipſa profectò evadit difficilis tùm in probando corpore delicti, tùm in probando delinquente, ac eius dolo, aut culpâ. Quò ad probandum corpus delicti, quod ſcelere fuerit commiſſum, fuit opinio *Muſcatelli* (13), qui ait, ſufficere ſolam viſitationem, & deſcriptionem loci combuſti, abſquè eo, quòd conſtet per Teſtes incendium factum fuiſſe dolo; quià, licèt aliquandò contingat fieri caſu fortuito, tamen præſumendum eſt potiùs, quòd dolo, & ſcelere ſit factum; debemus enim cogitationes noſtras accomodare ad ea, quæ frequentiùs accidunt, ut ait *Boſſius*. (14)

9 Talis autem opinio falſa eſt ex eo, quod triſtiſſimum apud Criminaliſtas eſt, quòd dolus non præſumitur, niſi in factis prohibitis lege naturali, aut Divinâ; & in facto, in quo poteſt intervenire, aut non intervenire delictum, fieri ſemper debet interpretatio prò non delicto. Et verum non eſt, quòd frequentiùs incendia cauſentur ex ſcelere, & dolo alicuius, quam alio modo; nàm verius eſt, quòd ut in pluribus ſequuntur *ex culpâ*, non ex *dolo*; & proindè, ut dicam inferiùs, *culpa* quidèm in incendio præſumitur, non autem *dolus*. Quià verò concludenter probare dolum in hoc caſu difficile eſt, ſufficienter probandum eſt coniecturis. Ut exempli gratiâ, ſi in domo, in quâ cœptum eſt incendium, nullus extabat, quià dominus à multis diebus cum totâ familiâ abijt in villam, & ex conſequenti ignis non erat in eâ, undè de neceſſitate oportuit à foris ignem in eâ iniectum. Si incendium cœpit forinſecùs accenſo igne in

(13) *Muſcatell. Tract. de Cognit. delict. Tit. de Incend. rui. naufr. num. 4. & 8.*
(14) *Boſſ. Tit. de Delict. nu. 10.*

Digitized by Google

in valuis ianuæ, aut antis feneſtrarum domus, quod apparet ex parte externâ, quæ tota combuſta eſt, remanentibus reliquijs internæ. Si ex reliquijs incendij apparent combuſtibilia, quæ in illâ domo non erant, ut paleæ, ſarmenta, aut tedæ pineæ, illitæ pice &c. Proindè debet Iudex, viſitando corpus, & locum incendij, illa facere deſcribi per Notarium, adnotando omnia indicia, ac adminicula, per quæ valeat præſumi delictum, ac examinare Teſtes ſuper ijs ex officio aſſumptos, & tandèm pronunciare, quod conſtet de corpore delicti, antèquam ad inquiſitionem delinquentis procedat; & in hâc etiam Sententiâ eſt *Raynaldus* (15), qui recitat duos caſus incendij, dolo commiſſi, unum in Civitate *Cerviæ* ad ianuam Palatij Epiſcopalis, propè quam inventa fuit regula, quâ fuit delatus ignis, cum quibuſdam reliquijs palearum, ac lignorum: aliud autem in Caſtro *Aquæ vivæ*, ubi propè ianuam Domus Communitatis, quæ combuſta fuit, per viam repertæ fuerunt guttæ picis, & fruſtula arundinum, pice illitarum, quibus accenſus fuit ignis; & ex talibus indicijs Teſtes depoſuerunt, incendium fuiſſe dolo, & arte procuratum.

10 Conſtito autem, ut dictum eſt, de corpore delicti, per ſcelus commiſſi, debet Iudex devenire ad inquiſitionem delinquentis, indicia, coniecturas, & alia, quæ faciunt ad intentum, ut communiter fit in caſibus, in quibus, manifeſto exiſtente delicto, Auctor ignoratur, & in hoc nihil peculiare deſideratur.

11 Quòd, ſi de delicto nullâ ex parte conſtat, intrat præſumptio, quòd *ex culpâ* incendium ſit ſecutum, quià *plerùmque incendia culpâ fiunt inhabitantium*, ut ait *Paulus I. C.* [16] & ſi plures ſint habitantes in unâ domo, omnes præſumuntur in *culpâ* argumento eius, quod tradit *Vlpianus* [17] *Culpa* tamen hæc non præſumitur lata, nec levis, ſed leviſſima, ut ait *Gloſſa*, quam communiter approbatam tradunt *Iaſon*, *Alexander* (18), & ideò qui vult culpare habitatorem de *culpâ latâ*, aut *levi* circà incendium ſecutum, oportet, quòd eam probet, quià, ut dicebam, non præſumitur niſi *leviſſima*. Et caſu, quo probetur, habitatores eſſe diligentes, ac vigiles in rebus ſuis, talis præſumptio ceſſat, undè probandum ab Actore eſt, quòd in caſu intervenerit eorum negligentia, ut poſt *Baldum* tenent alij, (19) & ratio eſt, quià, ſicut diligentes, & vigilantes in cæteris, præſumptio prò ipſis ſtat, quòd ſint etiam in cuſtodiendo igne.

12 Quæ autem dicta ſunt, quadrant, quandò ſcitur à quâ domo incœperit incendium, ſed quid iuris, quandò plures ſunt vicini, & neſcitur, à quo habuerit originem? Reſpondent Doctores [20] communiter, ut teſtatur *Andreas Gail*, quòd, ſi conſtat, omnes eſſe diligentes, ac vigiles, nullum poſſe culpari. At ſi inter eos aliquis talis non ſit? Dictat ratio, quòd huic valeat adſcribi *culpa*.

---

(15) *Raynal. Tom. 2. cap. 13. §. 1. nu. 13. & ſeqq.*
(16) *Text. in l. Nam ſalutem. §. Cognoſcit. ff. de Off. Præfect. Vigil.*
(17) *Text. in l. Si verò plures. §. Si quis gratuitas. in fin. ff. de His qui effude. vel deiecer.*
(18) *Gloſſ. §. Præterea in V. Debet Inſt. Qui. mod. re. contr. oblig. Iaſon. & Alex. in l. Domos nu. 6. ff. de leg. 1.*
[19] *Bald. Conſ. 491. poſt num. 2. Volum. 4. Alex. in l. Domos num. 6. V. Et inter. Iaſon. nu. 8. V. Vndè alibi. ff. de legat. 1.*
(20) *Andr. Gail. lib. 2. Practic. Obſer. 21 nu. 5. in fin.*

# Pœnæ.

## SVMMARIVM.

13 *Crimen incendij dicitur horrendum.*
*Eſt delictum proditorium.*
*A quo menſuretur incendij procurati gravitas.*
14 *Pœna incendiariorum de iure Cæſareo.*
*In illis regulandis diverſitas oritur à diverſâ qualitate perſonæ, loci, & facti.*
*Pœna damnationis ad beſtias obſolevit.*
15 *Circumſtantiæ, à quibus aggravetur incendium.*
*Delicta nocturna ſunt graviora.*
16 *Varia ſententia Senatus Mediolanenſis contrà incendiarios.*
*Nomine domus non venit paleare, aut capanna.*
*Incendens paleare, aut acervum tritici, aut fœnile propè domum, debet mori.*
17 *Si in incendio ſequatur mors hominis, incendiarius debet morti tradi.*
18 *Pœnæ incendiarij principalis, extendendæ ſunt ad complices.*
*Epiſcopus, requiſitus de pœnâ dandâ incendiario, poteſt conſulere mortem.*
19 *Incendiarius tenetur reſarcire damnum illatum.*
20 *Reus, damnatus ad mortem, tenetur reſarcire damna illata, iuxtà Paſqualigum.*
*Alia opinio tenet, quòd damnatus ad mortem, ad damni refectionem non tenetur.*
21 *Homicida, damnatus ad mortem, tenetur ad damna familiæ occiſi.*
*Malefactor, morti damnatus, non liberatur à reſtitutione debiti.*
*Obligatus publicæ iuſtitiæ per mortem non ſatisfacit debito privatæ parti læſæ.*
*Concluditur, quòd damnatus ad mortem, debet ſatisfacere damnum, datum per maleficium.*
22 *Omne, quod ratione conſiſtit, lex eſt.*
*Ratio naturalis eſt lex tacita.*
*Allegare ſufficit rationem naturalem, non allegatâ lege.*
*In non determinatis à iure debet Iudex ſequi rationem naturalem.*
23 *Si bona damnati ad mortem ſint confiſcata, tenetur Fiſcus ex illis ſatisfacere damnis, datis à condemnato parti læſæ, ſi hæc civiliter inſtet.*
24 *Pœna incendiarij de iure Canonico.*
*Incendiarius declaratus ab Epiſcopo, à ſolo Papa poteſt abſolvi ab Excommunicatione.*
*Cardinalis Legatus à latere nequit abſolvere ab Excommunicatione Incendiarium.*
*Cenſuram talem incurrunt tàm maſculi, quàm fœminæ.*
*Pœnas eaſdem cum viris incurrunt fœminæ incendiariæ.*
25 *Pœna Canonica contrà Clericos incendiarios.*
26 *Pœna Clericorum, ob incendium procuratum, quomodò regulanda.*
27 *Opinio Raynaldi, quòd ob incendium procuratum, Clericus non privetur privilegio fori.*
28 *Refellitur talis opinio in caſu, in quo cum incendio concurrit aliud crimen.*
29 *In incendio culpoſo dolus eſt tantùm præſumptus.*
*Quæ pœna debeatur incendiario ex latâ culpâ.*
*Quandò cum incendio concurrit, ultrà culpam latam,*
*aliud*

Digitized by Google

*aliud delictum, ampliatur pœna.*

30 *Opinio, quòd ex levi culpâ incendium poſſit criminaliter puniri.*

*Talis opinio reprobatur ex clarâ diſpoſitione Textus.*

31 *Damnum datum ex culpâ levi compenſatur in duplum; ex leviſſimâ, in ſimplum.*

*Incendium, cauſatum per iniuriam affectatam punitur aliâ pœnâ, quàm Legis Aquiliæ.*

32 *Ex culpâ leviſſimâ, ſecuto incendio, nulla pœna criminalis incurritur.*

*Opinio Panimollis, quòd, ſi culpa fuerit in omittendo, non teneatur culpoſus ad damni refectionem.*

*Confutatur talis opinio.*

*Culpam quàmvis pœna aliqua ſequitur.*

33 *De incendio fortuito nulla intrat pœna.*

*Si incendium præceſſit aliqua culpa, pœna debetur prò modo culpæ.*

13 INcendij crimen, quod in quodam Canone (21) vocatur *peſſimum*, ac *horrendum*, & iuxtà *Canteram* (22) eſt delictum proditorium, ſcelus eſt, quod eò magis eſt deteſtabile, quò Reus in eo patrando nihil habet delectationis, nihil utilitatis, quæ ſunt duo incentiva ad peccandum in cæteris criminibus; undè dicendum eſt, quòd procedat à merâ, ac diabolicâ malitiâ; & proindè ab utroque iure acerrimis pœnis vindicatur.

14 Quià verò in iure Cæſareo variæ ſunt leges, quæ diverſas pœnas contrà *incendiarios* doloſos videntur ſancire, ut ad concordiam revocentur, diſtinguenda eſt materia tripliciter; puta, in incendio commiſſo conſideratur *qualitas perſonæ*, nempè ſi *incendiarius* eſt Nobilis, aut plebejus; *qualitas loci*, puta, àn incendium ſecutum ſit in Civitate Oppido, aut Villâ; & *qualitas facti*, ſi nempè incendium fuerit magnum, aut parvum. Si incendium ſequatur in Civitate, aut Oppido, & magnum fuerit, *incendiarius* ſi nobilis ſit, decapitari debet; ſi verò plebeius, aut vilis, igne comburendus, aut beſtijs tradendus, aut furcis ſuſpendendus eſt, ut ſonant iura (23). Advertit autem *Panimollis*, (24) quòd pęna concremationis, (ſaltèm in *Italiâ*,) & damnationis ad beſtias obſolevit, & ſubſiſtit tantùm pœna furcarum. Si verò incendium in Civitate, vel Oppido parvuum ſit, Reus Nobilis in Inſulam deportatur, vilis autèm capite punitur. (25) Quòd, ſi incendium ſecutum ſit in Villâ, vel rure, & magnum ſit, Reus Nobilis deportatur, vilis verò decapitatur: ſi autem eſt parvum, Nobilis relegatur, vilis autem deportatur, pròut ſcribunt *Bartolus*, & *Salycetus*. (26)

15 Ratio porrò diverſitatis pœnarum, reſpectu varietatis locorum incendij, eſt, ut ait *Caballus*, (27) conſideratio mortis hominum, & conſumptionis bonorum, quæ poſſunt faciliùs, & in maiori copiâ ſequi in Civitate, & Oppido, quàm in Villâ; & tale periculum in pœnis irrogandis attendi debet, & pœna eſt augendâ. (28) Attendendum etiam eſt tempus, quo patratur incendium, quià, ſi de nocte fiat, gravius eſt, & ampliùs puniri debet, tùm quià regulariter delicta nocturna cenſentur graviora, (29) tùm quià maius eſt periculum de nocte, in quâ difficiliùs poteſt incendium extingui; & maior eſt facilitas diripiendi ſupellectiles, quæ à vicinis domibus aſportantur, ut ſalventur.

16 Quià tamen, ut in pluribus delictis evenit, in facto ſolent variæ intervenire circumſtantiæ, per quas nùnc minuitur, nùnc creſcit in gravitate delictum, ideò ſupracitatæ pęnæ à Judicibus iuxtà caſuum contingentiam augentur, aut minuuntur. Hìnc refert *Clarus* (30) varias ſententias, latas à *Senatu Mediolanenſi* in caſibus incendij: nàm duo fratres, qui nonnullas ædes in quodam Oppido incenderant, fuerunt furcis ſuſpenſi; alius convictus de incendio tugurij, fuit ad triremes damnatus, per biennium; alius prò incendio fenilis, fuit ſuſpenſus. Dicit autem *Afflictus* (31), quòd non venit puniendus pęnâ mortis, datâ incendiarijs domorum, ille, qui incendit paleare, exiſtens in Maſſariâ, ubi non adſit coniunctio domorum, quià nomine domus non venit paleare, aut Capanna. Secùs autem eſſet dicendum, ſi paleare, aut acervus frumenti, aut fęnile eſſet domui proximum, tùnc enim ex diſpoſitione Textus (32) mors deberetur; ſicut etiam, ſi Capanna, aut tugurium inhabitaretur, nàm veniret nomine ædium, nàm *Appellatione ædium omnes ſpecies ædificij continentur*, ut in citatâ legę ait Jureconſultus, incendiarijs autem ædium in eâdem Lege ſancitur mors.

17 Poterit igitur Judex in facti contingentiâ temperare, aut augere pęnas; prò conſtanti autem tenendum eſt, quod tradit *Iſernia*, relatus à *Caballo*, [33] nempè, quòd, ſi in incendio ſecuto intervenit mors hominis, incendiarius debet morte affici; ſin minùs, poteſt Judex temperare pœnam; cum hoc tamen, quòd incendium in Civitate, aut Oppido plus punitur, quàm in Villâ; & plus incendium magnum, quàm parvum. Judicis autem arbitrium eſt decernere in facto, àn parvum, àn magnum fuerit incendium.

18 Cum autem ſupracitatæ Leges Civiles nihil habeant de complicibus in hoc delicto, quid agendum cum mandante, conſulente, aut alio modo auxilium dante incendiarijs? Reſpondeo, quòd, licèt in pęnalibus non detur extenſio ex vulgatis, & lex diſponens de pęnâ Rei principalis, non amplietur ad complices, niſi illorum in lege fiat mentio; tamèn videtur dicendum, quòd pęnæ incendiariorum debent extendi ad complices. Ratio eſt, quià iuxtà ius Canonicum (34) eædem pror-

(21) *Text. in cap. Peſſimam.* 23. *q.* 8.

(22) *Cantera Quæſt. crim. cap.* 8. *nu.* 29.

(23) *Text. in l. Qui ædes. & in l. final. de Incend. rui. naufrag. & in l. Capitalium. §. Incendiarij. ff. de Pœn.*

(24) *Panimoll. Deciſ.* 55. *Adnotat.* 1. *nu.* 3.

(25) *Text. in l. Data opera. C. Qui accu. non poſſ. & in l.* 3. *ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. & in l. Capitalium. §. Incendiarij. ff. de Pęn.*

(26) *Bartol. in l.* 1. *ſub num.* 4. & 5. *de Off. Præfect. Vigil. Salycet. in l. Data opera. in p. caſ. principal. C. Qui accu. non poſſ.*

(27) *Caball. Reſolut. crim. Cent.* 1. *Caſ.* 22. *nu.* 5. *circ. med.*

(28) *Arg. l. penult. §. Sunt quædam. ff. de Extraord. crim.*

(29) *Arg. l. Aut facta. §. Tempus. ff. de Pęn.*

(30) *Clar. Pract. crim. quæſt.* 68. *nu.* 29. *V. Item illi.*

(31) *Afflict. ad Conſt. Regn. lib.* 1. *Rubr. de Malef. clandeſt. nu.* 9. & 10. *V. Secundò limita.*

(32) *Text. in l. Qui ædes. ff. de Incend. rui. naufr.*

(33) *Iſern. in Conſt. Regn. Rubr.* 26. *de Malefic. clandeſt. in V. Puniantur. Caball. Caſ.* 22. *nu.* 7. *circ. med.*

(34) *Text. in cap. Peſſimam.* 23. *q.* 8.

Digitized by Google

prorſus pænę infliguntur ei, *qui ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcienter tribuerit*. Concludit autem ſic Canon ille, *Sanè Regibus, & Principibus faciendæ juſtitiæ facultatem conſultis Epiſcopis, & Archiepiſcopis non negamus*. Quibus verbis videtur innuere, quòd Epiſcopi, conſulti de pænâ incendiariis dandâ, poſſint conſulere, (ut notat ibidem *Gloſſa* finalis) quòd juxtà leges morte afficiantur. Et deducitur etiam, quòd, innixi diſpoſitioni Canonum, poſſint conſulere, quòd eâdem pœnâ puniantur principales, & complices; attento maximè, quòd leges Civiles non dedignantur imitari Canones; & illis deficientibus, ſic juxtà hos judicandum. Et ſic docet etiam *Benedictus Carpzovius Par.* 1. *Quæſt.* 38. *num.* 55. *& ſeqq.*

19 Vltrà dictas pænas verò, debet Reus de incendio doloſo reſarcire damnum eorum, quibus nocuit, ut notant Doctores. [35] Hîc autem intrat quæſtio valdè controverſa, ân ſcilicèt morte mulctatus propter incendium teneatur ad reſarciendum damnum Parti læſę? Videtur ſanè hæc quæſtio inutilis, quià in omnibus ferè regionibus bona damnatorum confiſcantur; undè non eſt, quomodò ex ijs reparari poſſit damnum datum. Non tamen inutilis eſt, tùm quià in aliquibus locis non eſt in uſu confiſcatio; tùm quià ſi obligatio reſarciendi damna eſt in taliter damnato, illa tranſit ad illius hæredes, ad quos perveniunt bona, ſita extra Territorium Principis, qui damnavit, & à nullo ſunt confiſcata; tùm quià, ſi Fiſcus occupat bona illius, obligatio reſarciendi damnum cauſatum tranſit cum bonis in Fiſcum, qui tamen temporibus hiſce corruptis, huic debito nunquàm ſatisfacit.

20 In hâc controverſiâ diviſæ ſunt Doctorum opiniones. Nonnulli, quos recitat, & cum illis ſentit *Paſqualigus* (36), tenent, quòd damnatus ad mortem obligatur ad reſarcienda damna, quæ intulit delicto, ob quod damnatus eſt. Ratio eſt, quià non ob hoc, quod necatur ob maleficium, extinguitur in eo obligatio reſtitutionis ob damnum illatum: nàm non luit morte debitum illius, ſed tantùm pęnas, debitas delicto. Si quis enim delinquit, duplicem contrahit obligationem, unam quidèm cum Republicâ læſâ, aliam autem cum privatis, quibus damnum intulit. Quàmvis igitur morte ſatisfaciat juſtitiæ publicæ, remanet tamen adhuc obligatio reſarciendi damnum privatum. Alii (37) verò ſuſtinent contrarium, & moventur, quià in jure nullibi cautum reperitur, quòd in delictis, ubi ad mortem Reus condemnatur, quis ultrà pęnam publicam ad damni præſtationem teneatur, & hoc firmant auctoritate *Ioannis de Ananiâ, & Felini in cap. Accedens de Accuſat.* quod tamen in libro meo reperire non licuit.

21 Prima ſententia verior eſt, nàm naturalis, Divinique juris eſt ſatisfacere Parti læſæ, nec ſatisfit damno Partis læſę per hoc, quòd Reus moriatur. Vndè cum homicida teneatur ad damna familiæ hominis occiſi reſarcienda, non relevatur ab hâc obligatione per hoc, quòd in pœnam criminis morte mulctetur, niſi hæredes defuncti obligationem remmittant, ut poſt nonnullos Doctores *Antonius à Spiritu Sancto*. (38) Præterquamquod, damni illati reſtitutio connumeratur inter verè debita, ut probat *Covaruvia*, (39) malefactor autem propter pœnam capitis, quam ſubit, non liberatur à reſtitutione debitorum; quantùmvis enim morte ſuâ ſatisfaciat juſtitiæ, per eam tamen non ſatisfacit damno Partis læſę, nullus enim liberatur ſolvendo uni, quod alteri debet, ut textualiter habet quoddam capitulum. (40) Tandemque hæredes defuncti tenentur ad recompenſationem damni, per eum illati, quatenùs vires hæreditatis patiuntur, ut dicitur in jure (41] Concluditur ergò, quòd per hoc, quòd Reus mortem ſubeat, non liberatur ab obligatione reſarciendi damna, quæ intulit, & ſic firmant multi (42)

22 Ad oppoſitam rationem, quòd in jure non reperitur ſancitum, quòd damnatus ad mortem, teneatur ad damna, reſpondet *Petrus Theodoricus*, (43) quòd in *l. Capitalium. §. Incendiarii. ff. de Pœn.* in quâ doloſus incendiarius damnatur ad pœnam capitalem, tenetur etiam ad damna, & intereſſe. Sed hæc reſponſio eſt falſa, nàm in illâ lege talis concluſio nec textualiter habetur, nec ab eâ poteſt deduci. Aliter ego reſpondeo, & dico, quòd ſi non habetur talis concluſio in lege ſcriptâ, habetur tamen in lege non ſcriptâ, puta, in ratione, omne enim, quod ratione conſiſtit, lex eſt (44), ratio enim naturalis eſt quaſi quædam lex tacita, (45) undè juxtà *Baldum*, & *Felinum* (46) ſufficit allegare naturalem rationem, licèt non allegetur lex, & concludit *Ioannes de Imolâ*, & *Butrius* (47), quòd in non determinatis à jure Judex debet ſequi rationem naturalem, quæ tunc eſt prò lege. Cum igitur per rationes ſuprà adductas probaverimus primam ſententiam, non eſt, undè poſſit impugnari per hoc, quòd ipſa per leges ſcriptas non confirmetur.

23 Concluditur ergò ex dictis, quòd, quàmvis incendiarius morte mulctetur, manet tamē obligatus ad damna privatorum, ſecuta ab incendio. Vndè, ſi bona non confiſcantur, tenentur eius hæredes iuxtà vires hæreditatis ad talia damna: & ſi bona pervenerunt ad Fiſcum, iſte prò veritate tenetur ad reſarcienda illa. Ratio eſt, quià ſtatim, poſt damnum datum, bona Rei damnificantis remanent obligata ad damni refectionem; bona autem ex vulgatis tranſeunt cum ſuo onere, undè, ſi perveniunt ad Fiſcum, ſecutâ condemnatione Rei,



(35) *Salycet. Menoch. Afflict. Clar. apud Caball. Caſ. 22. numer. 6.*

(36) *Paſqualig. ad Lauret. de Franch. Controv. int. Epi. & Regul. num. 1386. Tit. de Monetar.*

(37) *Berlich. Friedlieb. Moller. Modeſtin. Piſtor. Carpzov. Theodor. Martin. Peyrin. quos dat Raynal. Tom. 2. cap. 13. §. 2. num. 5.*

(38) *Anton. à Spir. S. Direct. Confeſ. Part. 2. Tract. 10. Diſp. 8. Sect. 2. num. 281. & ibi Salon. Bonac. & Trullench. lib. 7. cap. 8. Dub. 3. num. 8.*

(39) *Covaru. Variar. lib. 3. cap. 3. num. 8.*

(40) *text. in cap. Ea te. de Iurejur.*

(41) *text. in cap. final. de Sepult.*

(42) *Binsfeld. Tract. de Iur. & damn. cap. 1. Quæſt. 4. per tot. Molin. de Iuſt. commut. circ. bon. corp. Tract. 3. Diſp. 42. num. 2. Manara Noct. melancolic. Reſponſ. ad Interrog. 45. Martin. Iuriſprud. criminal. Tit. de Incend. cap. 1. Sect. 2. num. 21. Sinchtelt. Pract. Obſerv. 59.*

(43) *Petr. Theodoric. Iudic. criminal. cap. 7. Tit. de Incend. n. 5.*

(44) *Gloſſ. in cap. Conſuetudo 1. Diſt. & in cap. Ex eo. in V. Rationis de Elect. in 6.*

[45) *l. Cum ratio. init. ff. de Bon. damn. cap. Ratio. de Praben. Everard. loc. A. leg. ceſſa. num. 2.*

(46) *Bald. in l. Scire. §. Sufficit. ff. de Excuſ. tuto. Felin. in cap. Tua nos. de Ireiur.*

(47) *Io. de Imol. & Anton. de Butr. in cap. 1. de Conſtit.*

perveniunt iàm affecta tali onere, & ſic Fiſcus tenetur ex ijs bonis damna, à Reo illata, reſarcire. Verum eſt, quòd talis reſtitutio tùm ab hæredibus tùm à Fiſco facienda ſolùm tunc eſt, quandò pars damnificata ultrà mortem Rei ſecutam, inſtat civiliter prò refectione damni, ut docet, & benè *Raynaldus Tom. 2. cap. 13. §. 2. nu. 37.* aliter cenſetur competenter ſatisfacta.

24 Contrà ſupradictos incendiarios de iure Canonico (48) *ſancita eſt excommunicatio, & ſi moriatur talis, qui ad monitionem canonicam* Epiſcopi damna illata non reparaverit, carere debet Eccleſiaſticâ ſepulturâ. Notant porrò Doctores (49), hanc excommunicationem non eſſe latæ, ſed ferendæ ſententiæ. Verum tamen eſt, quòd latâ per Epiſcopum tali ſententiâ, non poteſt Reus ab alio abſolvi, quàm à *Papâ*, ut habetur in iure, (50) neque poteſt talem cenſuram relaxare *Cardinalis Legatus à Latere*, ut dicunt Doctores, (51) & eàdem innodantur tàm fœminæ, quam viri. (52) Sicut etiam eædem fœminæ incendiariæ incurrunt eaſdem pœnas iuris Civilis, quas contrahunt viri, ut probat *Carpzovius* (53) tùm ob atrocitatem criminis; tùm quià fragilitas ſexus mulliebris non eximit à penâ ordinariâ, niſi in caſibus, à iure expreſſis (54)

25 Clerici porrò, (quorum legibus coercendi etiam ſunt *Regulares* in defectu municipalium Conſtitutionum;) qui doloſi incendij Auctores, aut complices ſunt, ultra excommunicationem, ac refectionem damnorum, debent plecti penâ arbitrariâ; ut ſentit *Diaz* (55.) Porrò arbitrium Eccleſiaſtici Judicis poſſet extendi ad penam depoſitionis; & detruſionis in Monaſterium, ut ſcribit *Canteru* (56). Ratio eſt, quià, ſi Clerici deponuntur ob furtum, ac Latrocinium: itèm deponuntur, & detruduntur in Monaſterium propter proditionem: pariter ſubeunt eandem penam ob vim, ſivè crimen violentiæ publicæ, aut privatæ, eandem penam ſubire debent ob *incendium doloſum*, quod eſt crimen, quod in ſe continet proditionem, & vim, & eſt atrocius furto, ac Latrocinio.

26 Progreditur ulteriùs *Farinacius* (57) poſt *Berberium*, & docet, quòd tantus poſſet eſſe exceſſus in magno, ac doloſo incendio, quòd arbitrium Judicis extendi poſſet ad degradationem; ſi autem non tàm enorme eſſet incendium, poſſet inferre depoſitionem à Beneficio; ſi autem parvum, poſſet ſuſpendi, aut alias prò circumſtantiâ criminis, aut perſonæ, puniri, & tali ſententiæ adhæret etiam *Raynalus*. (58) Ratio eſt, quià cùm tales penæ ſint Judici arbitrariæ, regulandæ ſunt à circumſtantijs facti.

27 Reſpuit autem *Raynaldus* loco citato nomen *degradationis*, quo utitur *Farinacius*, & *Berberius*, & vult, quòd non intelligatur de degradatione actuali; quià Clericus prò *incendio doloſo*, malo ſtudio, odio, vel vindictâ excitato, vel excitari mandato, foro Clericali non eſt privandus; & ultrà quoſdam alios ſic ſentientes, citat *Giurbam* (59), qui ſe fundat in cap. *Si quis membrorum* 23. *q.* 8.

28 Talis autem opinio poſſet ſuſtineri, ſi in incendio nulla alia incurret circumſtantia; & incendium ipſum eſſet purè intentum ex odio, vel vindictâ contrà perſonam privatam. Sed ſi alia interveniret circumſtantia, utpotè, ſi datâ alicui pecuniâ mandaret incendium domus inimici, ad hoc, quòd iſte incendio conflagraret, & mandatarius ædes incenderet, nonnè Clericus mandans incendium, eſſet puniendus penâ aſſaſſinij (ex quo, pretio dato, mortem hominis procuraret), & ob hanc culpam nonnè ipſo facto ſpoliatus remaneret privilegio Clericali, & tradendus eſſet Curiæ ſeculari, ut *Raynaldus* ipſe alibi [60) docet? Et quid, ſi Clericus ad prodendam hoſtibus Civitatem, incenderet armamentarium, in quo abſumeretur pulvis pyrius, ex cuius defectu cogeretur Civitas ſe hoſtibus tradere? Nonnè tanquàm proditor Patriæ, & *læſæ Maieſtatis* Reus, deberet mori, & ideò actualiter degradari? Nec Canon ille, in quo ſe fundat *Giurba*, quem *Raynaldus* ſequitur, habet aut textualiter, aut deductivè talem concluſionem, ut legenti patet,

Concludo igitur; quòd tales poſſent intervenire in facto circumſtantiæ, in facto, quòd Judex poſſet, & deberet ad exactam iuſtitiam actualiter degradare, & Curiæ Sæculari tradere morte mulctandum, cùm tritum in iure (61) ſit, quòd ex iuſtâ cauſâ licitum ſit, imò debitum Judici delictorum exaſperare.

29 Hùcuſque de incendio doloſo dictum eſt; nunc loquendum de penis culpoſi. Sciendum igitur, quòd, quàmvis, *culpa lata* æquiparetur dolo, & ob id videretur, quòd eadem pena, quæ datur prò *doloſo*, dari etiam queat prò *incendio* taliter *culpoſo*, hoc tamen verum non eſt; quià in tali culpâ dolus eſt tantùm præſumptus, & non verus, ut notavit etiam *Cantera*, (62) delicto autem præſumptivè tantùm probato nunquàm pena ordinaria datur ex vulgatis. Eſt ergo ſententia Doctorum, (63) quòd, ſi magnum incendium ex *latâ culpâ* ſecutum ſit, debetur quidèm Reo pœna corporalis, ſed minor eâ, quæ datur prò *incendio doloſo*, & citrà mortem; aut imponitur, (ultrà damni refectionem) maxima pœna pecuniaria. Si verò incendium parvum eſt, ſola pœna pecuniaria infligitur. Pena porrò corporalis non poteſt eſſe maior fuſtigatione, argumento eorum, quæ dicuntur in iure (64), ubi dicitur, quòd tales Rei aut *fuſtibus caſtigantur aut ſeverâ interlocutione* comminantur. Et quàmvis *Raynaldus* (65) ex *Vulpello* referat, quendam fuiſſe damnatum ad triremes, quià ignem appoſuerat ſtuppæ, quâ erat larua-

(48) *Cap. Peſſimam. cap. Si quis membrorum. 23. q. 8.*
(49) *Suar. Caiet. Tolet. Sylveſt. Navarr. Sà & Sayr. apud Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Incendiarij. cap. 1. num. 11.*
(50) *Text. in cap Tua nos de ſent. excomm.*
(51) *Abb. in cap. Ad eminentiam; nu. 4. de Sent. Excom. D. Antonin. Par. 3. Tit. 25. nu. 11. Sylveſt. Excommun. 7. nu. 14. §. Septimu. V. Secundò Sayr. de Cenſur. lib. 3. cap. 29. num. 10.*
(52) *Graff. de Caſ. reſerv. lib. 2. cap. 23. num. 8. Sayr. loc. citat. num. 9.*
(53) *Carpzou. Par. 1. quæſt. 39. nu. 19. & ſeqq. apud Raynald. loco cit. §. 1. num. 9.*
(54) *Martin. Iuriſprud. crimin. Tit. de Incend. cap. 1. ſect. 2. nu. 28. Alex. de Nevo in cap. Quoniam de Simon. in V. Ignorantia. ſub num. 4.*
(55) *Diaz. Pract. crimin. cap. 98. vel 105. ult. impreſſ.*
(56) *Cantera quæſt. crim. cap 8. nu. 29.*
(57) *Farinac. quæſt. 110. num. 15. & ibi Berber. Rubr. de Incendiar. Par. 1. cap. 22. nu. 4.*
(58) *Raynald. Tom. 2. cap. 13. §. 1. num. 116.*
(59) *Giurb. Conſ. crim. 48. nu. 4.*
(00) *Raynald. Tom. p. cap. 7. §. 1. nu. 188.*
(61) *Arg. l. Etſi ſeverior. ubi Gloſſ. & DD. C. Ex qui cau. infa.*
(62) *Cantera quæſt. crim. cap. 8. nu. 31. V. Secundus caſus.*
(63) *Schult. Piſtor. Menoch. Anton. Matth. Martin. Ioſeph. Ludovic. & Panimoll. apud Raynal. Tom. 2. cap. 13. §. 1. num. 40. & 41.*
(64) *Arg. l. Nam ſalutem. §. 1. ff. de Off. Præfect. Vigil. l. Qui ædes ff. de Incend. rui. naufr. l. Capitalium. §. Incendiarij in fin. ff. de Pen.*
(65) *Raynal. loc. cit. nu. 4. & ibi Vulpel. Reſponſ. crim. 150.*

Digitized by Google

re carnis-privij ,
deſt periculum m
dari pœna trire
mâ ſententiâ, ſt
to caſus adductu
ſuprà, non fuit
olo, quià ſciens
ulit illi ſtruato
lius , intendit
n , & ſic ei int
lamnatus fuit a
ipſum ex culp
os per Raynaldi
& ob hoc im
ulpâ latâ, & ta
im . At puto,t
quià evidente
fortuita incen
m eorum , ap
, civiliter ex
civiliter , pr
non eſt undè i
dum Fiſco pe

Pars etiam ol
d reparation
inter incend
d pœnam , q
nnum, datu
ut ex iure (c
ſt in culpâ
nplum . Et
num per im
probare po

cap.6.quaſt.
l.loc.cit.nu.

Gothofr. ad L

## §. VI.

# Latrocinium.

### SUMMARIUM.

1 *Quarè præſens paragraphus ſit formatus.*
2 *Differunt quomodò inter ſe graſſatio, Latrocinium, robaria, rapina, prædatio, aſſaſſinium.*
*Diverſæ opiniones circà differentiam prædictorum.*
3 *Derobatio, robaria, & rapina ſunt ſinonyma.*
*Rapina quid ſit, & quid importet.*
*Graſſationis diffinitio.*
*Latrocinium quid ſit, & quomodò differat à graſſatione.*
*Latrones in iure, qui habeantur.*
*Prædo, & latro idem eſt.*
*Aſſaſſinium quid ſit, & quomodò differat à prædictis.*
*Ex uſu loquendi prò eodem accipitur aſſaſſinus, latro, prædo, graſſator, derobator.*
*Titulus cuiuſvis criminis inveſtigandus eſt.*
*Cognito nomine criminis, cognoſcitur lex; & lege cognitâ, cognoſcitur pœna.*
4 *Diffinitio Latrocinij, & graſſationis.*
*Latrones ſunt, qui mortem hominis affectant.*
*Latrocinium per quid differat ab alijs ſpeciebus homicidij.*
5 *Opinio Carpzovij, quòd Latrocinium ſit homicidium factum contemplatione cuiuſvis lucri.*
*Impugnatur talis opinio.*
*Lucrum intentum à Latrone eſt ex ſolo ſpolio occiſi.*
*Iura, actiones, res immobiles non dicuntur rapi, ſed invadi.*
6 *Latrocinium non alligatur loco.*
*Graſſatio debet fieri in viâ publicâ, ut talis ſit.*
*Latrocinium aggravatur ratione loci.*
*Loca, quæ gravant Latrocinium, ſunt via publica, domus occiſi, & domus homicidæ.*
7 *Latrocinium proditorium quandò fiat.*
8 *Ad Latrocinium ſufficit, quòd homicidium fiat ſolâ ſpe lucri, licèt hoc non ſequatur.*
*Gravatur Latrocinium, ſi ſcienter ob parvum lucrum homicidium committatur.*
9 *Latro non eſt, qui viatori, dormienti in viâ publicâ, pecuniam, aut aliud ſurripit.*
10 *An Latrocinium ſit, ſi quis inſidians viatoribus, ad eos ſpoliandum, tantùm occidit unum ex iſtis, qui voluit armis rem ſuam defendere.*
11 *Reſpondetur diſtinguendo.*
*Si occidit ob ſpolium intentum conſequendum, eſt Latrocinium.*
*Si occidit ad defenſionem propriam, minimè, & quarè.*
12 *Monitum ad Iudices, ut exquirant à Latrone finem, quarè occiderit.*
13 *Duo caſus proponuntur.*
14 *Volens occidere, & ſpoliare, ſi ſpoliavit, & vulneravit, ſed mors ſecuta non eſt, Latrocinium perfectum non eſt.*
*Non intraret hoc caſu pœna ordinaria Latrocinij.*
*Non intendens occidere, leviter tamen vulneravit viatorem, & ſpoliavit, Latrocinij ordinariam pœnam non ſubit.*
15 *An Latrocinium committat graſſator, qui, ut retineat ſpolium uni factum, occidit alium, qui voluit aut participare de ſpolio, aut accuſare de graſſatione.*
16 *Reſponſio Carpzovij affirmativa.*
17 *Impugnatur reſponſio; & probatur in propoſito caſu Latrocinium non intervenire.*

1 POtuiſſet quidèm crimen *Latrocinij*, de quo in præſenti ſumus locuturi, collocari ſub paragrapho Furtum, in quo de illo aliquid diximus; potuiſſet pariter poni ſub paragrapho *Homicidium*, cùm hoc eſſentialiter ad *Latrocinium* requiratur, tamen, quià nimìs prolixa fuiſſet talium paragraphorum tractatio, diſtulimus huçuſquè de eo plenè tractare.

2 Antequàm autem *Latrocinij* quidditatem aperiamus, neceſſarium ducimus aſſignare diſtinctionem horum nominum, puta, *graſſatio*, *Latrocinium*, *robaria*, *rapina*, *prædatio*, *aſſaſſinium*, à quibus paſſim, ac promiſſivè vocatur graſſator, *Latro*, *raptor*, *derobator*, *prædo*, ac *aſſaſſinus*, *qui vi adhibitâ alienas res furatur*. Opinio eſt *Muſcatelli* penès *Raynaldum* (1) quòd *graſſatio*, & *derobatio* in viâ publicâ idem importent, & differant à *Latrocinio* in hoc, quòd *graſſatio* de neceſſe requirit, quòd fiat in viâ publicâ, & cum armis ſemper, ſicut & *derobatio*, *Latrocinium* autem indifferenter eſt, quod committitur in domibus, aut itineribus cum armis, vel ſinè, *Hiacynthus Manar* (2) apud eundem *Raynaldum* loco citato vult, quòd *Latrones* ſunt, qui aggrediuntur viatores in vijs extrà Civitatem, *graſſatores* verò aggrediuntur in vijs intrà Civitatem; quam diſtinctionem, ut potè non iure fundatam, explodit *Raynaldus* retentâ primâ, datâ à *Muſcatello*. *Iacobus Boulen* apud *Carpzovium* (3) vult, quòd *rapina*, & *derobatio* idem ſint, & *raptores*, ſeù *derobatores* dicantur, qui in ſtratâ publicâ furantur ſinè interfectione; *Latrones* verò, qui ſpoliant cum interfectione. Et ab hâc ſententiâ non diſcordat *Carpzovius*, qui *num.* 4. concludit, quòd *raptor*, *graſſator*, & *prædo* perindè ſint.

3 Quantùm ad hæc dico, quòd *derobatio*, *robaria*, (quæ ſunt nomina barbarò latina, de quibus in iure non habetur mentio) & *rapina* ſinonyma ſunt. Porrò *rapina* habet rationem generis, & importat omne furtum, quod fit de re alienâ, adhibitâ vi; (4) Rationem ſpeciei habent *graſſatio*, & *Latrocinium*, quæ differunt inter ſe, quòd *graſſatio* eſt violenta ſpoliatio, factâ ex inſidijs, in viâ, cum, vel ſinè armis, & ab uno ſolo. (5) *Latrocinium* autem eſt violenta ſpoliatio catervatìm facta cum armis, hominis cæde interveniente, nàm *Latrones*, ut ex iure (6) habetur, ſunt, qui non iuſto indi-

(1) *Muſcatell. Tit. de Furt. nu.* 16. *apud Raynal. Obſeru. crim. Tom.* 2. *cap.* 14. *nu.* 66.
(2) *Hiacynt. Manar. Noct. Melancol. Interr.* 200. §. 10.
(3) *Iac. Boulen Repetit. in l. Capitaliu n.* § *Famoſus nu.* 18. *de Pœn. apud Carpzou. Practic. crim. Par* 2. *quaeſt.* 90. *nu.* 3.
(4) *Arg. l. In duobus.* §. *Si quis. ff. de Iureiur.* §. *Ità tamen. Inſtit. de Vi bono. r. pta.*
(5) *Arg. l. Capitalium* §. *Graſſatores. ff. de Pœn.*
(6) *Arg. l. Mulier. l. Hoſtes. ff. de Capt. & poſt. rever.*

Digitized by Google

*Latrones* verò &
n legum, (7) A
nàm *Aſſaſſini* ſu
unt, ut ex iure
igore iuris ſunt;
iſdem uſurpantu
s, *graſſatores*, *de*
rcumſtantiarum
inferendæ, nec
m *Latrocinij*, a
: ait *Baldus*, (
imis inveſtigan
; ſiquidèm cog
Lege autem co

*via* (11), qu
actum in viâ
*inium* verò eſt
*occiſi*. Dico a
pluribus leg
nt ij, qui nec
necis poteſt
rimina homi
*ſpolio* &c. &
*cinium* ab a
omicidij diſt
nveniant in

, (13) *latr*
latione cuiu
tabili, quàn
velit *latron*
finem ducer
em dotem,
idèm Aſſaſſi
idit, non c
lle moveatu
ro verò ſp
no fine, p
em, cuius
oolia eoru
non pote
obiles; q
non dicitu
immobili

*trocinij* ſe
dmòdum
à; ſed ta
, campo,
dummo
ut firm
Verum eſ

*& poſt. rev*
*viam*.

*l. Divus.*
*& leg. Cor*

*& 3. Fa*

11 Reſpondeo, quòd diſtinguendus eſt caſus; vel enim *graſſator* occidit, animo ſolo rapiendi ſpolium viatoris; vel occidit quià videns viatorem, arma moventem, aut aliâ de cauſâ. Si primum, dico, quòd eſt verus *Latro*. Ratio eſt, quià, quàmvis ab initio non habuerit animum occidendi, tamèn ex poſt mutavit animum, & ad finem accipiendi ſpolium occidit, & ſic commiſſum eſt verum *Latrocinium*, putà, homicidium contemplatione diripiendi ſpolium, ut ex datâ diffinitione patet. Si ſecundum, non poteſt dici *latrocinium*, imò nec homicidium appenſatum. Ratio eſt, quià *graſſator* occidit ad ſui defenſionem: videns enim viatorem arma moventem, & timens vitæ ſuæ, præoccupavit alium, & eum interemit: quod eſt ſe tueri. Svè, dùm *graſſator* laruatus erat [ ut ſolent huiuſmodi generis homines incedere, nè agnoſcantur ], & voluit expoliare viatorem, iſte ei dixit, *agnoſco te, faciam te pœnitere de iniuriâ, quam mihi infers*; undè ille timens, nè accuſaretur apud Curiam, aut eius fama proderetur, eum occidit, quod pariter eſt ad propriam defenſionem. Non poteſt igitur dici in hoc caſu homicidium patratum ob ſpem lucri ex ſpolio, & conſequenter nec *latrocinium*.

12 Quapròpter oportet Judicem eſſe occulatum, in procurando de ore Rei hanc præcisè circumſtantiam, in quâ conſiſtit quidditas *latrociny*, puta, quòd *occidit ad finem rapiendi ſpolium &c.* Quòd, ſi dicat *ſe non habuiſſe ab initio animum occidendi, ſed tantùm derobandi; & ſi occidit, ideò fuit, quià viator arma movit*; vel *dixit, agnoſco te &c.* vel *cœpit clamare magnâ voce auxilium auxilium*; timens ſuæ vitæ, aut famæ alium interemit, & hanc confeſſionem ſuſtineat in acri torturâ, non erit locus pœnæ veri *latrociny*, quià hoc non poteſt dici commiſſum, ex defectu intentionis, ad illud requiſitæ.

13 Quid autem dicemus de eo, qui intendens alioquin occidere vulneravit tantùm lethaliter, & reputans viatorem interemptum, illum ſpoliavit, & viator ex poſt ex vulnere convaluit? Et quid de eo, qui non intendens occidere vulneravit tantùm, & non lethaliter, & ſpolium ademit? Poterunt nè iſti dici *latrocinium* commiſiſse?

14 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià in nullo caſu homicidium eſt ſecutum. Quantùmvis enim in primo caſu homicidium fuerit in intentione, & devenerit Reus ad actum proximum, & per ſe non ſteterit, quòminus ſequeretur, tamèn non poteſt dici delictum perfectum in ſuo genere, ſed tantùm attentatum; undè non intraret in hoc caſu pęna ordinaria, ut teſtatur *Clarus* [22], qui infinitis propemodum citatis; docet, conatum ad crimen ex generali Curiarum conſuetudine nunquàm puniri pęnâ ordinariâ. In ſecundo autem caſu, homicidium nec intentum, nec ſecutum eſt.

15 Sed ponamus, quòd *graſſator* iàm ſpolium à viatore rapuerit, & domi ſuæ habeat; alius autem ab eo vel totum, vel partem eiuſdem ſpolij prætendat, & minetur, ſe accuſaturum *graſſatorem* de crimine, niſi hic prætenſioni aſquieſcat; *graſſator* autem prò retinendo ſpolio, & nè à Curiâ puniatur, occidat dictum prætenſorem; poterit nè hoc caſu dici commiſſum *latrocinium*.

16 Reſpondet ad hanc quæſtionem *Carpzovius* (23) affirmativè, volens, quòd *latrocinium* committatur, non ſolùm ob ſpem lucri præſentis, aut de proximo futuri ex ſpolio, ſed etiam cauſâ retinendi ſpolium, iàm factum; ait enim, quòd pariter delinquit occidens aliquem ob furtum, & lucrum præteritum, quàm ob ſpolium præſens, aut futurum.

17 Hanc ſententiam admittendam non puto. Ratio eſt, quià aliud eſt loqui de ſpoliò præſenti, ac futuro, & aliud de præterito. Quià illa non ſunt in dominio, & poſſeſſione *graſſatoris*, ſpolium autem præteritum eſt de dominio, & poſſeſſione quàmvis illicitâ, illius. Quàmvis ergò in utroque caſu homicidium fiat contemplatione lucri ex ſpolio, tamen in primo caſu fit ob rem, nondùm ſuam, in ſecundo autem ob rem, quæ facta eſt propria; ità ut occidendo prò re, quæ facta eſt propria, videtur homicidà defendere rem ſuam, quod licitum eſt, ex vulgatis; ſicut etiam eſt genus defenſionis (licèt culpabilis) occidere eum, qui accuſare vult; nàm hoc eſt defenſione prævenire damnum, quod ſecuturum eſt. Quòd, ſi viator, qui fuit ſpoliatus, ſpolium repetat, & graſſator eum occidat, nè ſpolium reſtituat; committit verum *latrocinium*. Ratio eſt, quià intervenit homicidium contemplatione ſpolij, & in hoc caſu non poteſt intervenire ratio defenſionis rei poſſeſſæ: quià reſpectu tertij, qui non habet ius in illo, aut ad illud ſpolium, benè poteſt cadere defenſio rei, quæ facta eſt de poſſeſſione *graſſatoris*: at reſpectu ſpoliati non poteſt cadere in graſſatore ius defenſionis; nàm, quàmvis iſte de facto ſpolium poſſideat, tamen hoc de iure ſpectat ad alium, undè nullo iure poteſt contrà eum defendere ſpolium. Si autem ſpoliatus minatur accuſare, niſi graſſator ſpolium ſibi reſtituat, hic autem illum occidat, non contemplatione retinendi ſpolium, ſed tantùm impediendi damnum, quod ſibi à Curiâ accidere poteſt ob accuſationem, non poteſt dici commiſſum *latrocinium*, quià homicidium patratum eſſet ad avertendam moleſtiam à Curiâ, quod eſt genus defenſionis, licèt culpabilis, non verò ad retinendum ſpolium.

## Probatio.

*SUMMARIUM.*

18 *In hoc Crimine neceſſaria eſt viſitatio corporis delicti.*

*Quid agendum, ſi cadaver occiſi non reperitur. Remiſſivè.*

19 *Quomodò, & per quos Teſtes probetur Latrocinium.*

20 *Latrocinium plenè probatur per ſocios criminis, & hoc eſt ſpeciale.*

21 *Graſſatio quomodò, & per quos Teſtes probetur.*

18 IN probatione *latrociny* faciendâ, antè omnia neceſsarium eſt, ut fiat deſcriptio corporis delicti per *viſum, & repertum &c.* Cùm enim in hoc crimine, quod relinquit veſtigium poſt ſe, interveniat homicidium, ut dictum eſt, neceſsarium eſt, quòd viſitetur cadaver occiſi, & ſpoliati, aut eius, qui à *latronibus* vulneratus eſt. Quòd, ſi cadaver eſset ab ipſis combuſtum, aut in mari, lacu, aut flumine præcipitatum,

[22] *Iul. Clar. quæſt. 92. init.*
[23] *Carpzou. Par. 1. quæſt. 22. nu. 55.*

homicidium per

babitur, & per c
dico, quòd, ſi mul
ſſi in viâ publicâ
s, & unus, aut
gerunt, poſſun
homicidio. Sed
*trocinium?* Dic
dictum eſt, *La*
olio: Teſtes a
re ſolùm homi
lium, quod m
ſumptivè tantù
quià, cùm iſt
nimicitiam ha
ſit, quòd ad
nſequentia ra
m occiderint
polium ſit ſe
n ſint reperta
ab alijs, quà

*trocinium* ſoc
, per tortur
eciale in hoc c
contrà ſociu

*m*; eorum
ari poteſt eti
hoc crimen
ius; pròut i
ſingulares c
ionem. Et
òd aliquis
*graſſatio*; n
fuere; in
t expoliatio

*I V I*

,
*teſt.*
*non ſer*

*one.*
*tie feriat*

*ntùm l*

*Patria*

*iendi.*

---

*l. Repeti.*
*mat. Co*

in honorem Domini; (31) nec ipſis concedatur appellatio à ſententiâ contrà ſe datâ (32), ſivè ſint convicti, & confeſſi, ſivè convicti, aut confeſſi tantùm fuerint; & quià *latrones* comparantur hoſtibus Patriæ, & fidei (33), ideò non ſunt ſub protectione iuris, nequè ab aliquo poſſunt receptari, & ſi receptantur, receptatores graviſſimè puniuntur. (34)

23 Non omnia tamen huiuſmodi ſpecialia, maximè quòad modum procedendi in uſu ſunt, ut obſervat *Carpzovius*. (35) Pęnæ tamen *latronis*, ac *graſſatoris*, de iure communi differentes ſunt, quòd *graſſatores* aut ſpoliant abſquè armis viatores in ſtratis publicis; aut armati id faciunt. Si primum, puniuntur deportatione, aut alijs pęnis citrà mortem; ſi verò ſecundum, capite puniuntur iuxtà Textum (36,) ex quo elicitur, quòd, ut aliquis tanquàm *graſſator* poſſit capite plecti, iuxtà ius commune, tria requiruntur; nempè, quòd in vijs publicis; ſecundò, quòd cùm armis viatores ſpoliarit; tertiò, quòd pluriès commiſerit tale crimen. Refert autem *Raynaldus* (37) plures Auctores, qui ſcribunt caſus, in quibus *graſſatores* fuerunt capite mulctati, aut ſuſpenſi, aut etiam rotâ contriti etiam prò unicâ graſſatione; ipſe autem *num. 74. V. Advertendum inquam*, benè ponderat, quòd in illis caſibus prò uno delicto fuerunt *graſſatores* ultimo ſupplicio affecti, aut ex diſpoſitione Statutorum municipalium, aut ob notabilem quantitatem, ſeù valorem ſpolij; aut ob aliam conſiderabilem circumſtantiam, quod veriſſimum eſt; nàm de iure communi, ſi deſint recitatæ tres conditiones, *graſſator* ultimo ſupplicio non plectitur. Sed quià in pleriſque Curijs ſervantur Statuta, aut conſuetudines locorum; Judices in facti contingentiâ debent illas attendere, non verò commune ius. Pęna autem *Latrocinij* eſt ubique locorum pęna mortis, cùm in eo ſemper interveniat cædes hominis, ut cum communi ſcribit *Decianus*. (38)

24 Intrat hìc quæſtio non incongrua, àn ſub nomine *graſſatorum* poſſunt venire illi, qui fingentes ſe eſſe exactores gabellarum, vel pedagiorum, (cùm tales non ſint), extorquent vi pecunias à viatoribus; & quâ pęnâ eſſent puniendi?

25 Reſpondeo, quòd opinio fuit *Duardi* (39), quòd tales committunt crimen concuſſionis, & pęnâ concuſſorum debent percuti; & talis opinio optimum habet in iure (40] fundamentum, cùm, tanquam concuſſor puniatur, qui *ſimulato Præſidis iuſſu* aliquid extorquet. *Farinacius*, & *Menochius* (41) volunt, quòd non habentes poteſtatem exigendi gabellas, ſi illas exigant, debeant puniri pęnâ combuſtionis, & ſe fundant in quâdam lege. (42) Sed talis pęna nimis atrox eſt, & talis lex minimè poteſt ijs adaptari. Siquidèm illa lex afficit Actores, aut Procuratores Cæſaris, qui iniurijs, contumelijs, aut deprædationibus aliquem affecerint; quod crimen graviſſimum eſt, cùm redundet in dedecus Imperatoris, cuius Officiales immunes ab omni crimine debent eſſe. Qui autem fingit ſe publicanum, non induit perſonam Actoris, aut Procuratoris Principis, ſed Miniſtrum, & quidèm vilem Publicani principalis, qui gabellas Principis conducit; ceſſat proindè fundamentum applicationis illius Legis.

26 Mihi in hoc caſu videretur diſtinguendum; vel enim, qui ſe exactorem Publicani principalis fingit, extorquet pecuniam à viatore, qui habet rem, prò quâ ſolvere debet gabellam, & pecuniam in ſuâ burſâ ponit, vice eam reponendi in gazophilacium Publicani principalis: vel dùm non habet viator quidquam obligatum gabellæ ſolvendæ, & ille ad extorquendam pecuniam vult ſarcinas eius perquirere, cum magno incommodo viatoris, qui vult iter accelerare, & ut à tali incommodo quantocyùs liberetur, viator dat illi pecuniam. In primo caſu, viator obligatur ad gabellam, & illi non fit iniuria; ſed, dum *fictus exactor* fraudat pretium gabellæ, & ſibi appropriat, *committit* crimen peculatus; argumento eius, quod habetur in iure, (43) quià aufert pecuniam privatam, quæ Fiſco debetur; nàm Publicanus principalis, qui conducit à Principe gabellas, ſuccedit in locum Fiſci. In ſecundo caſu committit concuſſionem, & pęnâ concuſſorum (44) debet percuti, quæ arbitraria eſt. Judex autem debet ſeveriùs agere; ratio eſt, quià talis fictus exactor non puram concuſſionem committit, ſed auctam graviori circumſtantiâ, quià uſurpat Officium publicum, quod non habet.

27 Pœnæ porrò *Latronum* multis de cauſis debent exaſperari, ut docet *Carpzovius* (45). Prima èſt, ſi nimis horribiliter mortem dant viatoribus; puta, ſi nudatos, ac vinctos, ut non ſinè horrore aliquandò factum audivi, paulatìm ſtilis pungunt, ut lentè moriantur; aliquandò membratìm obtruncant; aliquandò vivos exenterant; aliquandò ex ijs faciunt ſcopum, in quem colliment ictus ſcloporum; aliquandò præcipitant ab alto, aùt ſaxo ad collum alligato, in flumen, aut puteum demergunt. Quid autem, ſi abſquè aliâ noxâ viatorem in nemore, ac loco, valdè diſtanti à viâ publicâ, arbori alligarent, ob quod viator fame moritur, aut à feris vivus diſcerpitur? Dico, atrociſſimum ſuper omnia hoc eſſe *Latrocinium*; licèt enim homicidium non ſit immediatè manu *latronis* conſummatum, eſt tamen imediatè, quià ex alligatione cogitur ille aut fame mori, aut vivus à beſtijs lacerari, quę ambo ſunt genera horrendiſſimæ mortis.

28 Alia cauſa eſt multitudo delinquentium tali crimine, qui ordinariâ pęnâ ab eo patrando non deterrentur. Proindè modernus Rex Franciæ *Ludovicus VIX*. cùm nullo modo purgare poſſet furibus nocturnis *Luteſiam Pariſiorum*, (ex eo, quòd ordinariam pœnam furcarum non metuebant) ſancivit prò huiuſmodi crimine pęnam rotæ, quâ Reorum viventium membra contere-

(31) *Text. in l. Ne quid. §. De ijs. ff. de Incend. rui. naufr.*

(32) *Arg. l. Conſtitutiones. ff. de Appell. Iſtern. Paris de Puteo, Angel. Carrer. apud Decian. lib. 9. cap. 29. nu. 17.*

(33) *Arg. Authent. Navigia. C. de Furt.*

(34) *Text. in l. 1. l. Si quis Latrones C. de his qui latro. occulta.*

(35) *Carpzou. d. quæſt. 23. nu. 5.*

(36) *Text. in l. Capitalium. §. Graſſatores. ff. de Pæn. & in l. Prætor ait. §. Adverſùs eos. ff. de Sepulchr. violat.*

(37) *Raynal. Tom. 2. cap. 14. num. 62. V. Advertendum quod apud.*

(38) *Decian. Tract. crim. lib. 9. Cap. 29. nu. 12.*

(39) *Duard. in Bull. Cęn. lib. 2. Can. 5. quæſt. 13. nu. 7. V. 5. Limitatur.*

(40) *Text. in l. 1. ff. de Concuſſ.*

(41) *Farinac. quæſt. 173. num. 56. Menoch. de Arbitr. Caſ. 443. num. 3.*

(42) *Text. in l. Univerſ. C. Ubi cau. fiſcal.*

(43) *Arg. l. Sacrilegi. §. Eodem capite. ff. Ad leg. Iul. pecula.*

(44) *L. 1. ff. de Concuſſ.*

(45) *Carpzou. Par. p. quæſt. 23. à nu. 6. & ſeqq.*

Digitized by Google

r, quod

*Pœnæ* porrò *Latronum* multis de causis

rari, ut docet *Carpzovius* (45). Prima est

orribiliter mortem dant viatoribus; puta, si

ac vinctos, ut non ſinè horrore aliquandò

divi, paulatìm ſtilis pungunt, ut lentè

aliquandò membratim obtruncant; aliqu

centerant; aliquandò ex ijs faciunt ſcop

llimenç ictus ſcloporum; aliquandò p

alto, aùt ſaxo ad collum alligato, in flu

m demergunt. Quid autem, ſi ablo

torem in nemore, ac loco, valdè di

à, arbori alligarent, ob quod viator

aut à feris vivus diſcerpitur? Dico,

r omnia hoc eſſe *Latrocinium*; licèt non ho-

non ſit immediatè manu latronum

tamen imediatè, quià ex alligatione cogitur

ne mori, aut vivus à beſtijs laceari, quæ

nera horrendiſſimæ mortis.

causa eſt multitudo delinquentium tali

ordinarià pęnâ ab eo patrando non deter

dè modernus Rex Franciæ *Ludovicus* XI

modo purgare poſſet furibus nocturnis

rum, (ex eo, quòd ordinariam pœ

n metuebant) ſancivit prò huiuſmo

rotæ, quà Reorum viventium membr

*Sacrilegi*. §. *Eodem capite*. ff. *Ad leg*.

*de Conv. uſ*.

*Par. p. quæſt*. 23. *à nu*. 6. & *ſeqq*.

pervenìant viatores (qui de longe apparent) ad locum, ubi commorantur *latrones*; ſivè qui manens in cauponâ, & obſervavit mercatores, habentes multam pecuniam, & ivit ad commonefaciendos *latrones*, ut eſſent parati ad eos aggrediendos, ſivè qui eſt in turmâ *latronum*, li-

(46) *arg. l. Nemo. C. de Epi. audi. l. 28. §. 3. de Pœn*.

(47) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 29. n. 33. Paris de Puteo. de Syndic. V. latro. il 1. per tot*.

(48) *Clar. Prac. crimin. Q. 90. init*.

nicantur ore Summi Pontificis. Sed falluntur in hoc, qui aſſerunt, *latrones* eſſe excommunicatos à *Papa*. Soli enim Piratæ, ſeu latrunculi Maris excommunicantur; & nequè omnes, ſed tantùm illi, qui decurrunt Mare Tyrrhenum à *Monte argentario* uſquè *Terracinam*, ut patet ex *cap*. 3. *Bulla Cœnæ*.

(49) *text. in cap. Sicut antiquitus. 17. q. 4. cap. Inter. alia de Immun Eccl*.

(50) *Abb. in cap. Inter alia. nu. 20. de Immun. Eccl*.

(51) *Decian. Tr. crim. lib. 9. Q. 29. nu. 11*.

(52) *Andr. Sicul. in cap. Cum ſit generale. n. 240. de For. compe*.

Eeee §. 7. Car-

Digitized by Google

perveniunt iàm affecta tali onere, & ſic Fiſcus tenetur ex ijs bonis damna, à Reo illata, reſarcire. Verum eſt, quòd talis reſtitutio tùm ab hæredibus tùm à Fiſco facienda ſolùm tunc eſt, quandò pars damnificata ultrà mortem Rei ſecutam, inſtat civiliter prò refectione damni, ut docet, & benè *Raynaldus Tom. 2. cap. 13. §. 2. nu. 37.* aliter cenſetur competenter ſatisfacta.

24 Contrà ſupradictos incendiarios de iure Canonico (48) *ſancita eſt excommunicatio, & ſi moriatur talis, qui ad monitionem canonicam* Epiſcopi damna illata non reparaverit, carere debet Eccleſiaſticâ ſepulturâ. Notant porrò Doctores (49), hanc excommunicationem non eſſe latæ, ſed ferendæ ſententiæ. Verum tamen eſt, quòd latâ per Epiſcopum tali ſententiâ, non poteſt Reus ab alio abſolvi, quàm à *Papâ*, ut habetur in iure, (50) nequè poteſt talem cenſuram relaxare *Cardinalis Legatus à Latere*, ut dicunt Doctores, (51) & eâdem innodantur tàm fœminæ, quam viri. (52) Sicut etiam eædem fœminæ incendiariæ incurrunt eaſdem pœnas iuris Civilis, quas contrahunt viri, ut probat *Carpzovius* (53) tùm ob atrocitatem criminis; tùm quià fragilitas ſexus mulíebris non eximit à pęnâ ordinariâ, niſi in caſibus, à iure expreſſis (54)

25 Clerici porrò, (quorum legibus coercendi etiam ſunt *Regulares* in defectu municipalium Conſtitutionum;) qui doloſi incendij Auctores, aut complices ſunt, ultra excommunicationem, ac refectionem damnorum, debent plecti pęnâ arbitrariâ; ut ſentit *Diaz* (55.) Porrò arbitrium Eccleſiaſtici Judicis poſſet extendi ad pęnam depoſitionis; & detruſionis in Monaſterium, ut ſcribit *Cantera* (56). Ratio eſt, quià, ſi Clerici deponuntur ob furtum, ac Latrocinium: itèm deponuntur, & detruduntur in Monaſterium propter proditionem: pariter ſubeunt eandem pęnam ob vim, ſivè crimen violentiæ publicæ, aut privatæ, eandem pęnam ſubire debent ob *incendium doloſum*, quod eſt crimen, quod in ſe continet proditionem, & vim, & eſt atrocius furto, ac Latrocinio.

26 Progreditur ulteriùs *Farinacius* (57) poſt *Berberium*, & docet, quòd tantus poſſet eſſe exceſſus in magno, ac doloſo incendio, quòd arbitrium Judicis extendi poſſet ad degradationem; ſi autem non tàm enorme eſſet incendium, poſset inferre depoſitionem à Beneficio; ſi autem parvum, poſset ſuſpendi, aut alias prò circumſtantiâ criminis, aut perſonæ, puniri, & tali ſententiæ adhæret etiam *Raynalus*. (58) Ratio eſt, quià cùm tales pęnæ ſint Judici arbitrariæ, regulandæ ſunt à circumſtantijs facti.

27 Reſpuit autem *Raynaldus* loco citato nomen *degradationis*, quo utitur *Farinacius*, & *Berberius*, & vult, quòd non intelligatur de degradatione actuali; quià Clericus prò *incendio doloſo*, malo ſtudio, odio, vel vindictâ excitato, vel excitari mandato, foro Clericali non eſt privandus; & ultrà quoſdam alios ſic ſentientes, citat *Giurbam* (59), qui ſe fundat in cap. *Si quis membrorum 23. q.* 8.

28 Talis autem opinio poſset ſuſtineri, ſi in incendio nulla alia incurret circumſtantia; & incendium ipſum eſset purè intentum ex odio, vel vindictâ contrà perſonam privatam. Sed ſi alia interveniret circumſtantia, utpotè, ſi datâ alicui pecuniâ mandaret incendium domus inimici, ad hoc, quòd iſte incendio conflagraret, & mandatarius ædes incenderet, nonnè Clericus mandans incendium, eſset puniendus pęnâ aſsaſſinij (ex quo, pretio dato, mortem hominis procuraret), & ob hanc culpam nonnè ipſo facto ſpoliatus remaneret privilegio Clericali, & tradendus eſset Curiæ ſæculari, ut *Raynaldus* ipſe alibi [60) docet? Et quid, ſi Clericus ad prodendam hoſtibus Civitatem, incenderet armamentarium, in quo abſumeretur pulvis pyrius, ex cuius defectu cogeretur Civitas ſe hoſtibus tradere? Nonnè tanquàm proditor Patriæ, & læſæ Maieſtatis Reus, deberet mori, & ideò actualiter degradari? Nec Canon ille, in quo ſe fundat *Giurba*, quem *Raynaldus* ſequitur, habet aut textualiter, aut deductivè talem concluſionem, ut legenti patet,

Concludo igitur; quòd tales poſsent intervenire in facto circumſtantiæ, in facto, quòd Judex poſset, & deberet ad exactam Iuſtitiam actualiter degradare, & Curiæ Sæculari tradere morte mulctandum, cùm tritum in iure (61) ſit, quòd ex iuſtâ cauſâ licitum ſit, imò debitum Judici delictorum exaſperare.

29 Hùcuſque de incendio doloſo dictum eſt; nunc loquendum de pęnis culpoſi. Sciendum igitur, quòd, quàmvis, *culpa lata* æquiparetur dolo, & ob id videretur, quòd eadem pęna, quæ datur prò *doloſo*, dari etiam queat prò *incendio* taliter *culpoſo*, hoc tamen verum non eſt; quià in tali culpâ dolus eſt tantùm præſumptus, & non verus, ut notavit etiam *Cantera*, (62) delicto autem præſumptivè tantùm probato nunquàm pęna ordinaria datur ex vulgatis. Eſt ergo ſententia Doctorum, (63) quòd, ſi magnum incendium ex *latâ culpâ* ſecutum ſit, debetur quidèm Reo pœna corporalis, ſed minor eâ, quæ datur prò *incendio doloſo*, & citrà mortem; aut imponitur, (ultrà damni refectionem) maxima pœna pecuniaria. Si verò incendium parvum eſt, ſola pœna pecuniaria infligitur. Pęna porrò corporalis non poteſt eſse maior fuſtigatione, argumento eorum, quæ dicuntur in iure (64), ubi dicitur, quòd tales Rei aut *fuſtibus caſtigantur aut ſeverâ interlocutione* comminantur. Et quàmvis *Raynaldus* (65) ex *Vulpello* referat, quendam fuiſse damnatum ad triremes, quià ignem apposuerat ſtuppæ, quâ erat larua-

(48) *Cap. Peſſimam. cap. Si quis membrorum. 23. q. 8.*

(49) *Suar. Caiet. Tolet. Sylveſt. Navarr. Sà & Sayr. apud Theſaur. de Pœn. Par. 2. V. Incendiarij. cap. 1. num. 11.*

(50) *Text. in cap. Tua nos de ſent. excomm.*

(51) *Abb. in cap. Ad eminentiam; nu. 4. de Sent. Excom. D. Antonin. Par. 3. Tit. 25. nu. 11. Sylveſt. Excommun. 7. nu. 14. §. Septimo. V. Secundò Sayr. de Cenſur. lib. 3. cap. 29. num. 10.*

(52) *Graff. de Caſ. reſerv. lib. 2. cap. 23. num. 8. Sayr. loc. citat. num. 9.*

(53) *Carpzou. Par. 1. quæſt. 39. nu. 19. & ſeqq. apud Raynald. loco cit. §. 1. num. 9.*

(54) *Martin. Iuriſprud. crimin. Tit. de Incend. cap. 1. ſect. 2. nu. 28. Alex. de Nevo in cap. Quoniam de Simon. in V. Ignorantia. ſub num. 4.*

(55) *Diaz. Pract. crimin. cap. 98. vel 105. ult. impreſſ.*

(56) *Cantera quæſt. crim. cap. 8. nu. 29.*

(57) *Farinac. quæſt. 110. num. 15. & ibi Berber. Rubr. de Incendiar. Par. 1. cap. 22. nu. 4.*

(58) *Raynald. Tom. 2. cap. 13. §. 1. num. 116.*

(59) *Giurb. Conſ. crim. 48. nu. 4.*

(00) *Raynald. Tom. p. cap. 7. §. 1. nu. 188.*

(61) *Arg. l. Etſi ſeverior. ubi Gloſſ. & DD. C. Ex qui cau. infa.*

(62) *Cantera quæſt. crim. cap. 8. nu. 31. V. Secundus caſus.*

(63) *Schult. Piſtor. Menoch. Anton. Matth. Martin. Ioſeph. Ludovic. & Panimoll. apud Raynal. Tom. 2. cap. 13. §. 1. num. 40. & 41.*

(64) *Arg. l. Nam ſalutem. §. 1. ff. de Off. Præfect. Vigil. l. Qui ædes ff. de Incend. rui. naufr. l. Capitalium. §. Incendiarij in fin. ff. de Pęn.*

(65) *Raynal. loc. cit. nu. 4. & ibi Vulpel. Reſponſ. crim. 150.*

Digitized by Google

de penis culpoſi. Sciendum igitur, quod
lata æquiparetur dolo, & ob id videretur,
a, quæ datur prò doloſo, dari etiam queat prò
ter culpoſo, hoc tamen verum non eſt; quia
olus eſt tantùm præſumptus, & non verus
m *Cantera*, (62) delicto autem præſum
n probato nunquàm pęna ordinaria dato
Eſt ergo ſententia Doctorum, (63) quò
ccendium ex *latâ culpâ* ſecutum ſit, debe
eo pœna corporalis, ſed minor eâ,
rendo doloſo, & citrà mortem; aut impo
damni refectionem) maxima pœna pecu
trò incendium parvum eſt, ſola pœna pe
igitur. Pęna porrò corporalis non po
ior fuſtigatione, argumento textus, quo
iure (64), ubi dicitur, quòd tale
ibus caſtigantur aut ſeverà interlocutio
etur. Et quàmvis *Raynaldus* (65)
at', quendam fuiſſe damnatum ad
ignem appoſuerat ſtuppæ, qui
larum

crim. 48. nu. 4.
m. p. cap. 7. §. 1. nu. 188.
ſeverior. ubi Gloſſ. & DD. C. Ex quibus cauſ.
ſt. crim. cap. 8. nu. 31. ỹ. Secundus caſus
. Menoch. Anton. Matth. Martin.
moll. apud Raynal. Tom. 2. cap. 13. §. 1.
ſalutem. §. 1. ff. de Off. Præfect. Vigil. l.
rui. naufr. l. Capitalium. §. Incendiarij
it. nu. 4. & ibi Vulpel. Reſponſ. crim. 150.

... poteſt, actione eſt, & de eo tenebitur conductor.

(66) *Binsfeld. Tract. de Iniur. & damn. cap. 6. quæſt. 4. Concl. 7. Bald. Menoch. Maranza apud Raynal. loc. cit. nu. 46.*

(67) *Text. in l. Capitalium §. Incendiarij.*

(68) *Text. in l. 1. C. de leg. Aquil. Dionyſ. Gothofr. ad l. 28. §. 12. litt. Q. ff. de Pœn.*

(69) *Paul. I. C. Sentent. lib. 5. cap. 3. §. ult.*

(70) *Dionyſ. Gothofred. ad l. 1. litt. C. C. de leg. Aquil.*

(71) *Farinac. quæſt. 110. n. 20. Panimol. Deciſ. 55. Adnotat. 1. n. 34.*

[72] *Salycet. Menoch. Afflict. apud Caball. caſ. 22. nu. 6.*

[73] *Gloſſ. in l. Qui ædes in V. caſu. ff. de Incend. rui. naufrag.*

[74] *Bartol. in l. Si ut certo. §. Sed interdum. ff. Commoda.*

[75] *Text. in l. Si fortuitò. ff. de Incend. rui. naufr.*



Digitized by Google

## §. VI.

# Latrocinium.

### SUMMARIUM.

1 *Quarè præſens paragraphus ſit formatus.*
2 *Differunt quomodò inter ſe graſſatio, Latrocinium, robaria, rapina, prædatio, aſſaſſinium.*
*Diverſæ opiniones circà differentiam prædictorum.*
3 *Derobatio, rubaria, & rapina ſunt ſinonyma.*
*Rapina quid ſit, & quid importet.*
*Graſſationis diffinitio.*
*Latrocinium quid ſit, & quomodò differat à graſſatione.*
*Latrones in iure, qui habeantur.*
*Prædo, & latro idem eſt.*
*Aſſaſſinium quid ſit, & quomodò differat à prædictis.*
*Ex uſu loquendi pro eodem accipitur aſſaſſinus, latro, prædo, graſſator, derobator.*
*Titulus cuiuſvis criminis inveſtigandus eſt.*
*Cognito nomine criminis, cognoſcitur lex; & lege cognitâ, cognoſcitur pœna.*
4 *Diffinitio Latrocinij, & graſſationis.*
*Latrones ſunt, qui mortem hominis affectant.*
*Latrocinium per quid differat ab alijs ſpeciebus homicidij.*
5 *Opinio Carpzovij, quòd Latrocinium ſit homicidium factum contemplatione cuiuſvis lucri.*
*Impugnatur talis opinio.*
*Lucrum intentum à Latrone eſt ex ſolo ſpolio occiſi.*
*Iura, actiones, res immobiles non dicuntur rapi, ſed invadi.*
6 *Latrocinium non alligatur loco.*
*Graſſatio debet fieri in viâ publicâ, ut talis ſit.*
*Latrocinium aggravatur ratione loci.*
*Loca, quæ gravant Latrocinium, ſunt via publica, domus occiſi, & domus homicidæ.*
7 *Latrocinium proditorium quandò fiat.*
8 *Ad Latrocinium ſufficit, quòd homicidium fiat ſolâ ſpe lucri, licèt hoc non ſequatur.*
*Gravatur Latrocinium, ſi ſcienter ob parvum lucrum homicidium committatur.*
9 *Latro non eſt, qui viatori, dormienti in viâ publicâ, pecuniam, aut aliud ſurripit.*
10 *An Latrocinium ſit, ſi quis inſidians viatoribus, ad eos ſpoliandum, tantùm occidit unum ex iſtis, qui voluit armis rem ſuam defendere.*
11 *Reſpondetur diſtinguendo.*
*Si occidit ob ſpolium intentum conſequendum, eſt Latrocinium.*
*Si occidit ad defenſionem propriam, minimè, & quarè.*
12 *Monitum ad Iudices, ut exquirant à Latrone finem, quarè occiderit.*
13 *Duo caſus proponuntur.*
14 *Volens occidere, & ſpoliare, ſi ſpoliavit, & vulneravit, ſed mors ſecuta non eſt, Latrocinium perfectum non eſt.*
*Non intraret hoc caſu pœna ordinaria Latrocinij.*
*Non intendens occidere, leviter tamen vulneravit viatorem, & ſpoliavit, Latrocinij ordinariam pœnam non ſubit.*
15 *An Latrocinium committat graſſator, qui, ut retineat ſpolium uni factum, occidit alium, qui voluit aut participare de ſpolio, aut accuſare de graſſatione.*
16 *Reſponſio Carpzovij affirmativa.*
17 *Impugnatur reſponſio; & probatur in propoſito caſu Latrocinium non intervenire.*

1 POtuiſſet quidèm crimen *Latrocinij*, de quo in præſenti ſumus locuturi, collocari ſub paragrapho Furtum, in quo de illo aliquid diximus; potuiſſet pariter poni ſub paragrapho *Homicidium*, cùm hoc eſſentialiter ad *Latrocinium* requiratur, tamen, quià nimìs prolixa fuiſſet talium paragraphorum tractatio, diſtulimus hucuſquè de eo plenè tractare.

2 Antequàm autem *Latrocinij* quidditatem aperiamus, neceſſarium ducimus aſſignare diſtinctionem horum nominum, puta, *graſſatio*, *Latrocinium*, *robaria*, *rapina*, *prædatio*, *aſſaſſinium*, à quibus paſsim, ac promiſſivè vocatur graſſator, *Latro*, *raptor*, *derobator*, *prædo*, ac *aſſaſſinus*, *qui vi adhibitâ alienas res furatur*. Opinio eſt *Muſcatelli* penès *Raynaldum* (1) quòd *graſſatio*, & *derobatio* in viâ publicâ idem importent, & differant à *Latrocinio* in hoc, quòd *graſſatio* de neceſſe requirit, quòd fiat in viâ publicâ, & cum armis ſemper, ſicut & *derobatio*, *Latrocinium* autem indifferenter eſt, quod committitur in domibus, aut itineribus cum armis, vel ſinè, *Hiacynthus Manar* (2) apud eundem *Raynaldum* loco citato vult, quòd *Latrones* ſunt, qui aggrediuntur viatores in vijs extrà Civitatem, *graſſatores* verò aggrediuntur in vijs intrà Civitatem; quam diſtinctionem, ut potè non iure fundatam, explodit *Raynaldus* retentâ primâ, datâ à *Muſcatello*. *Iacobus Boulen* apud *Carpzovium* (3) vult, quòd *rapina*, & *derobatio* idem ſint, & *raptores*, ſeù *derobatores* dicantur, qui in ſtratâ publicâ furantur ſinè interfectione; *Latrones* verò, qui ſpoliant cum interfectione. Et ab hâc ſententiâ non diſcordat *Carpzovius*, qui *num.* 4. concludit, quòd *raptor*, *graſſator*, & *prædo* perindè ſint.

3 Quantùm ad hæc dico, quòd *derobatio*, *robaria*, (quæ ſunt nomina barbarò latina, de quibus in iure non habetur mentio) & *rapina* ſinonyma ſunt. Porrò *rapina* habet rationem generis, & importat omne furtum, quod fit de re alienâ, adhibitâ vi; (4) Rationem ſpeciei habent *graſſatio*, & *Latrocinium*, quæ differunt inter ſe, quòd *graſſatio* eſt violenta ſpoliatio, factâ ex inſidijs, in viâ, cum, vel ſinè armis, & ab uno ſolo. (5) *Latrocinium* autem eſt violenta ſpoliatio catervatìm facta cum armis, hominis cæde interveniente, nàm *Latrones*, ut ex iure (6) habetur, ſunt, qui non iuſto indi-

(1) *Muſcatell. Tit. de Furt. nu.* 16. *apud Raynal. Obſeru. crim. Tom.* 2. *cap.* 14. *nu.* 66.
(2) *Hiacynt. Manar. Noct. Melancol. Interr.* 200. §. 10.
(3) *Iac. Boulen Repetit. in l. Capitaliu n.* § *Famoſus nu.* 18. *de Pœn. apud Carpzou. Practic. crim Par* 2. *quæſt.* 90. *nu.* 3.
(4) *Arg. l. In duobus.* §. *Si quis. ff: de Iureiur.* §. *Ità tamen. Inſtit. de Vi bono r. pto.*
(5) *Arg. l. Capitalium* §. *Graſſatores. ff: de Pœn.*
(6) *Arg. l. Mulier. l. Hoſtes. ff. de Capt. & poſt. rever.*

Digitized by Google

trimonium viduam occiſi ob pinguem dotem. Sed talis opinio minimè eſt tenenda, ſiquidèm Aſſaſſinus, qui contemplatione pretij hominem occidit, non diſtinguetur à latrone; nec facit, quòd ille moveatur ad occidendum ex mandato alterius, latro verò ſponte occidat, quia ambo moverentur ab uno fine, puta, ſpe lucri, aut commodi. Lucrum autem, cuius ſpe movetur *latro* ad occidendum, eſt ex ſpolio eorum, quæ ſecum habet occiſus, quod ſpolium non poteſt extendi ad iura, actiones, aut res immobiles; quià illud non exercetur ſinè *rapinâ*, hæc autem non dicitur niſi de rebus mobilibus, aut ſe moventibus; immobilia autem dicuntur *invadi*. (14)

6 Ex datâ autem diffinitionem *latrocinij* ſequitur, quòd illud non alligatur loco, quemadmòdum *graſſatio*, quæ requirit, ut fiat in viâ publicâ; ſed tale ſemper erit, ſivè fiat in viâ publicâ, ſylvâ, campo, nemore, in domo ſivè *latronis*, ſivè occiſi, dummodò homicidium fiat ob ſpem lucri ex ſpolio, ut firmat *Iodocus Damhouderius*, ac *Farinacius*. (15) Verum eſt, quòd impedimentum adveniens ex improvisò; ſivè ex eo, quòd aut parum, aut nihil invenerit *latro*, quo occiſum ſpoliaret. Quòd, ſi *latro* ſciret parum ſe eſſe lucraturum ex ſpolio, & nihilominus occideret ad illud lucrandum; ex parvitate materiæ raptæ non minoraretur, imò augeretur crimen; & ratio eſt, quià graviùs peccat, qui ob ſpolium, ac lucrum minimum tantum facinus perpetrare auſus eſt, quàm ſi ex ſpe magni ſpolij deliquiſſet. (20)

9 Ex dictis reſolvi poteſt quæſtio, ſi poſſit puniri tanquàm *latro*, aut *graſſator*, qui in viâ publicâ viatori dormienti pecuniam, ac ſarcinas ſurripit. Reſpondendum enim eſt ad dubium propoſitum negativè. Ratio eſt, quià ad *latrocinium* requiritur de neceſſitate homicidium; ad *graſſationem* requiritur, quòd ſpolium auferatur cùm violentiâ; ſed in caſu neutrum intervenit: ſequitur proindè, quòd nec *latrocinium*; nec *graſſatio* committatur, ſed ſolùm furtum, & ſic etiam reſolvit *D. Matthæus Homem leita*. (21)

10. Poteſt ad hoc quæri, àn qui inſidiator viatoribus in publicâ ſtratâ, animo tantùm eos ſpoliandi, ſi occidit ex accidenti viatorem, qui armis voluit ſe defendere, nè ſuæ pecuniæ ſpolium pateretur, ſit dicendus verè *latro*, & penâ ordinariâ *latrocinij* puniendus?

11 Re-

(7) *Arg. l. Hoſtes de Verb. ſign. l. 24. ff. de Capt. & poſt. rever.*
(8) *Arg. cap. 1. de Homicid. in 6. Tit. 7. §. Aſſaſſinium.*
(9) *Bald. Conſ. 443. lib. 3.*
(10) *Arg. l. 3. §. Vbicunque ff. de crim. Stellio.*
(11) *Carpzou. Pract. crim. Par. 2. quæſt. 9. nu. 3.*
(12) *Arg. l. Capitalium. §. Famoſos. ff. de Pœn. l. Divus. ff. Ad leg. Pompei. de Parricid. l. Si ut allegas. C. ad leg. Cornel. de Sicar.*
(13) *Carpzou. Par. 1. quæſt. 22. nu. 51. & 52.*
(14) *§. Ità tamen. Inſtit. de Vi bono. rapto.*
(15) *Iodoc. Damhoud. Prax. crim. cap. 86. num. 1. & 3. Farinac. Quæſt. 165. nu. 11. & 13.*

(10) *Tit. 3. §. Furtum. nu. 46.*
(17) *Text. in l. Pleriqu. ff. de In ius. vocan.*
(18) *Carpzou. loc. cit. nu. 26.*
(19) *Tit. 7. §. Aſſaſſinium. num. 15.*
(20) *Carpzou. quæſt. 22. nu. 40. V. Tum quod graviùs.*
(21] *Matth. Homem. leita. de Iur. Luſitan. Tom. 1. Tract. 3. de Inquiſit. quæſt. 4. nu. 83.*

Digitized by Google

11 Reſpondeo, quòd diſtinguendus eſt caſus; vel enim *graſſator* occidit, animo ſolo rapiendi ſpolium viatoris; vel occidit quià videns viatorem, arma moventem, aut aliâ de cauſâ. Si primum, dico, quòd eſt verus *Latro*. Ratio eſt, quià, quàmvis ab initio non habuerit animum occidendi, tamèn ex poſt mutavit animum, & ad finem accipiendi ſpolium, occidit, & ſic commiſſum eſt verum *Latrocinium*, puta, homicidium contemplatione diripiendi ſpolium, ut ex datâ diffinitione patet. Si ſecundum, non poteſt dici *latrocinium*, imò nec homicidium appenſatum. Ratio eſt, quià *graſſator* occidit ad ſui defenſionem: videns enim viatorem arma moventem, & timens vitæ ſuæ, præoccupavit alium, & eum interemit: quod eſt ſe tueri. Svè, dùm *graſſator* laruatus erat [ ut ſolent huiuſmodi generis homines incedere, nè agnoſcantur ], & voluit expoliare viatorem, iſte ei dixit, *agnoſco te, faciam te pœnitere de iniuriâ, quam mihi infers*; undè ille timens, nè accuſaretur apud Curiam, aut eius fama proderetur, eum occidit, quod pariter eſt ad propriam defenſionem. Non poteſt igitur dici in hoc caſu homicidium patratum ob ſpem lucri ex ſpolio, & conſequenter nec *latrocinium*.

12 Quapròpter oportet Judicem eſſe occulatum, in procurando de ore Rei hanc præcisè circumſtantiam, in quâ conſiſtit quidditas *latrociny*, puta, quòd *occidit ad finem rapiendi ſpolium &c.* Quòd, ſi dicat *ſe non habuiſſe ab initio animum occidendi, ſed tantùm derobandi; & ſi occidit, ideò fuit, quià viator arma movit*; vel *dixit, agnoſco te &c.* vel *cœpit clamare magnâ voce auxilium auxilium*; timens ſuæ vitæ, aut famæ alium interemit, & hanc confeſſionem ſuſtineat in acri torturâ, non erit locus pœnæ veri *latrociny*, quià hoc non poteſt dici commiſſum, ex defectu intentionis, ad illud requiſitæ.

13 Quid autem dicemus de eo, qui intendens aliquem occidere vulneravit tantùm lethaliter, & reputans viatorem interemptum, illum ſpoliavit, & viator ex poſt ex vulnere convaluit? Et quid de eo, qui non intendens occidere vulneravit tantùm, & non lethaliter, & ſpolium ademit? Poterunt nè iſti dici *latrocinium* commiſiſse?

14 Reſpondeo negativè. Ratio eſt, quià in nullo caſu homicidium eſt ſecutum. Quantùmvis enim in primo caſu homicidium fuerit in intentione, & devenerit Reus ad actum proximum, & per ſe non ſteterit, quòminus ſequeretur, tamèn non poteſt dici delictum perfectum in ſuo genere, ſed tantùm attentatum; undè non intraret in hoc caſu pęna ordinaria, ut teſtatur *Clarus* [22], qui infinitis propemodum citatis; docet, conatum ad crimen ex generali Curiarum conſuetudine nunquàm puniri pęnâ ordinariâ. In ſecundo autem caſu, homicidium nec intentum, nec ſecutum eſt.

15 Sed ponamus, quòd *graſſator* iàm ſpolium à viatore rapuerit, & domi ſuæ habeat; alius autem ab eo vel totum, vel partem eiuſdem ſpolij prætendat, & minetur, ſe accuſaturum *graſſatorem* de crimine, niſi hic prætenſioni aſquieſcat; *graſſator* autem prò retinendo ſpolio, & nè à Curiâ puniatur, occidat dictum prætenſorem; poterit nè hoc caſu dici commiſſum *latrocinium*.

16 Reſpondet ad hanc quæſtionem *Carpzovius* (23) affirmativè, volens, quòd *latrocinium* committatur, non ſolùm ob ſpem lucri præſentis, aut de proximo futuri ex ſpolio, ſed etiam cauſâ retinendi ſpolium, iàm factum; ait enim, quòd pariter delinquit occidens aliquem ob furtum, & lucrum præteritum, quàm ob ſpolium præſens, aut futurum.

17 Hanc ſententiam admittendam non puto. Ratio eſt, quià aliud eſt loqui de ſpoliò præſenti, ac futuro, & aliud de præterito. Quià illa non ſunt in dominio, & poſſeſſione *graſſatoris*, ſpolium autem præteritum eſt de dominio, & poſſeſſione quàmvis illicitâ, illius. Quàmvis ergò in utroque caſu homicidium fiat contemplatione lucri ex ſpolio, tamen in primo caſu fit ob rem, nondùm ſuam, in ſecundo autem ob rem, quæ facta eſt propria; ità ut occidendo prò re, quæ facta eſt propria, videtur homicida defendere rem ſuam, quod licitum eſt, ex vulgatis; ſicut etiam eſt genus defenſionis (licèt culpabilis) occidere eum, qui accuſare vult; nàm hoc eſt defenſione prævenire damnum, quod ſecuturum eſt. Quòd, ſi viator, qui fuit ſpoliatus, ſpolium repetat, & graſſator eum occidat, nè ſpolium reſtituat; committit verum *latrocinium*. Ratio eſt, quià intervenit homicidium contemplatione ſpolij, & in hoc caſu non poteſt intervenire ratio defenſionis rei poſſeſſæ: quià reſpectu tertij, qui non habet ius in illo, aut ad illud ſpolium, benè poteſt cadere defenſio rei, quæ facta eſt de poſſeſſione *graſſatoris*: at reſpectu ſpoliati non poteſt cadere in graſſatore ius defenſionis; nàm, quàmvis iſte de facto ſpolium poſſideat, tàmen hoc de iure ſpectat ad alium, undè nullo iure poteſt contrà eum defendere ſpolium. Si autem ſpoliatus minatur accuſare, niſi graſſator ſpolium ſibi reſtituat, hic autem illum occidat, non contemplatione retinendi ſpolium, ſed tantùm impediendi damnum, quod ſibi à Curiâ accidere poteſt ob accuſationem, non poteſt dici commiſſum *latrocinium*, quià homicidium patratum eſset ad avertendam moleſtiam à Curiâ, quod eſt genus defenſionis, licèt culpabilis, non verò ad retinendum ſpolium.

## Probatio.

*SVMMARIVM.*

18 *In hoc Crimine neceſſaria eſt viſitatio corporis delicti.*

*Quid agendum, ſi cadaver occiſi non reperitur. Remiſſivè.*

19 *Quomodò, & per quos Teſtes probetur Latrocinium.*

20 *Latrocinium plenè probatur per ſocios criminis, & hoc eſt ſpeciale.*

21 *Graſſatio quomodò, & per quos Teſtes probetur.*

18 IN probatione *latrociny* faciendâ, antè omnia neceſsarium eſt, ut fiat deſcriptio corporis delicti per *viſum, & repertum &c.* Cùm enim in hoc crimine, quod relinquit veſtigium poſt ſe, interveniat homicidium, ut dictum eſt, neceſsarium eſt, quòd viſitetur cadaver occiſi, & ſpoliati, aut eius, qui à *latronibus* vulneratus eſt. Quòd, ſi cadaver eſset ab ipſis combuſtum, aut in mari, lacu, aut flumine præcipitatum,

[22] *Iul. Clar. quæſt. 92. init.*
[23] *Carpzou. Par. 1. quæſt. 22. nu. 55.*

Digitized by Google

tinendi ſpolium, ſed tantùm impediendi
quod ſibi à Curiâ accidere poteſt ob acc
on poteſt dici commiſſum *latrocinium*, qu
m patratum eſſet ad avertendam moleſti
quod eſt genus defenſionis, licèt culpabilis,
etinendum ſpolium.

*Probatio.*

*S V M M A R I V M.*

*c Crimine neceſſaria eſt viſitatio corporis*
*delicti.*
*d agendum, ſi cadaver occiſi non rep*
*. Remiſſivè.*
*modò, & per quos Teſtes præter Latro*
*ium.*
*ocinium plenè probatur per ſocios criminis*
*hoc eſt ſpeciale.*
*tio quomodò, & per quos Teſtes p*
*ur.*

batione *latrocinij* faciendâ, antè
arium eſt, ut fiat deſcriptio corp
, *& repertum &c.* Cùm enim
d relinquit veſtigium poſt ſe,
m, ut dictum eſt, neceſſarium
er occiſi, & ſpoliati, aut eius,
atus eſt. Quòd, ſi cadaver eſſet
ut in mari, lacu, aut flumine

---

... diximus, Teſtes ſingulares coniunguntur ad faciendam plenam probationem. Et idem etiam dicendum eſt de probando, quòd aliquis *latro* ſit, quàmvis hoc difficilius ſit, quàm *graſſatio*: nàm in hoc teſtificari poſſunt, qui depredati fuere; in *Latrocinio* autem, cum homicidium præcedat expoliationem, nequeunt ſic expoliati teſtificari.

## Pœnę.

*S V M M A R I V M.*

22 *Specialia plura de Latrocinio.*
*Latronem quiſquis occidere poteſt.*
*Illum poteſt punire Iudex, non ſervato ordine iuris.*
*Nullus debet advocare pro latrone.*
*Contrà latronem poteſt procedi die feriato.*
*Ei non conceditur appellatio.*
*Sivè convicti, ſivè confeſſi tantùm latrones ſunt damnandi.*
*Latrones comparantur hoſtibus Patriæ, & fidei.*
*Receptatores latronum ſeverè puniendi.*

... *fuere ... in quâ receptantur.*
30 *Pœna complicum in Latrocinio, quandò præceſſit tractatus cum latronibus.*
31 *Si non præceſſit tractatus, complicibus debetur pœna extraordinaria.*
32 *Latrones non gaudent immunitate Eccleſię.*
*Similiter nec deploratores agrorum.*
*Omnes inſidiantes viatoribus in vijs publicis, de iure Canonico latrones dicuntur.*
*Piratæ, qui excommunicantur in Bullâ Cœnæ, quinam.*

22 Quià crimen *Latrocinij* horrendum, ac execrandum eſt, in eius deteſtationem, ac punitionem contrà regulas iuris communis plura ſpecialia excogitata ſunt, ut ait *Baldus*, (27) nempè, ut non ſolùm unicuique latrones occidere liceat, (28) ſed & Iudex contrà eos ordine non ſervato procedere, & ipſos ſtatìm punire queat; (29) nec Iudex debeat pati, quòd aliquis advocet prò ipſis; [30] & poſſit contrà eos procedi etiam die feriato in ho-

---

(24) *Par. p. Tit. Corpus nu. 7. & 12.*
(25) *Decian. Tract. crimin. lib. 9. cap. 29. nu. 21.*
(26) *Arg. l. Divus ff. de Cuſtod. Reor. Bartol. in l. Repeti. §. 1. de Quæſt. Marſil. Conſil. 22. num. 13. Grammat. Conſil. 37. num. 14.*

(27) *Bald. in Authent. Sed novo iure. nu. 11. V. Item circa. C. de Servo fugit.*
(28) *Arg. l. 1. & 2. C. Quando lice. uni. ſin. Iudic. l. Si ut allegas. C. Ad leg. Cornel. de Sicari.*
(29) *Paris de Puteo. Tract. de Syndic. in V. Latro. ... 1. per tot.*
(30) *Iacob. Boulon. Iaſon. Angel. de Maleſic. & Carer. apud Carpzou. Quæſt. 23. nu. 3.*

Digitized by Google

in honorem Domini; (31) nec ipſis concedatur appellatio à ſententiâ contrà ſe datâ (32), ſivè ſint convicti, & confeſſi, ſivè convicti, aut confeſſi tantùm fuerint; & quià *latrones* comparantur hoſtibus Patriæ, & fidei (33), ideò non ſunt ſub protectione iuris, neque ab aliquo poſſunt receptari, & ſi receptantur, receptatores graviſſimè puniuntur. (34)

23 Non omnia tamen huiuſmodi ſpecialia, maximè quòad modum procedendi in uſu ſunt, ut obſervat *Carpzovius*. (35) Pęnæ tamen *latronis*, ac *graſſatoris*, de iure communi differentes ſunt, quòd *graſſatores* aut ſpoliant abſquè armis viatores in ſtratis publicis; aut armati id faciunt. Si primum, puniuntur deportatione, aut alijs pęnis citrà mortem; ſi verò ſecundum, capite puniuntur iuxtà Textum (36), ex quo elicitur, quòd, ut aliquis tanquàm *graſſator* poſſit capite plecti, iuxtà ius commune, tria requiruntur; nempè, quòd in vijs publicis; ſecundò, quòd cùm armis viatores ſpoliavit; tertiò, quòd pluriès commiſerit tale crimen. Refert autem *Raynaldus* (37) plures Auctores, qui ſcribunt caſus, in quibus *graſſatores* fuerunt capite mulctati, aut ſuſpenſi, aut etiam rotâ contriti etiam prò unicâ graſſatione; ipſe autem *num. 74. V. Advertendum inquam*, benè ponderat, quòd in illis caſibus prò uno delicto fuerunt *graſſatores* ultimo ſupplicio affecti, aut ex diſpoſitione Statutorum municipalium, aut ob notabilem quantitatem, ſeù valorem ſpolij; aut ob aliam conſiderabilem circumſtantiam, quod veriſſimum eſt; nàm de iure communi, ſi deſint recitatæ tres conditiones, *graſſator* ultimo ſupplicio non plectitur. Sed quià in pleriſque Curijs ſervantur Statuta, aut conſuetudines locorum, Judices in facti contingentiâ debent illas attendere, non verò commune ius. Pęna autem *Latrocinij* eſt ubique locorum pęna mortis, cùm in eo ſemper interveniat cædes hominis, ut cum communi ſcribit *Decianus*. (38)

24 Intrat hìc quæſtio non incongrua; àn ſub nomine *graſſatorum* poſſunt venire illi, qui fingentes ſe eſſe exactores gabellarum, vel pedagiorum, (cùm tales non ſint), extorquent vi pecunias à viatoribus; & quâ pęnâ eſſent puniendi?

25 Reſpondeo, quòd opinio fuit *Duardi* (39), quòd tales committunt crimen concuſſionis, & pęnâ concuſſorum debent percuti; & talis opinio optimum habet in iure (40) fundamentum, cùm, tanquam concuſſor puniatur, qui *ſimulato Præſidis iuſſu* aliquid extorquet. *Farinacius*, & *Menochius* (41) volunt, quòd non habentes poteſtatem exigendi gabellas, ſi illas exigant, debeant puniri pęnâ combuſtionis, & ſe fundant in quâdam lege. (42) Sed talis pęna nimis atrox eſt, & talis lex minimè poteſt ijs adaptari. Siquidèm illa lex afficit Actores, aut Procuratores Cæſaris, qui iniurijs, contumelijs, aut deprædationibus aliquem affecerint; quod crimen graviſſimum eſt, cùm redundet in dedecus Imperatoris, cuius Officiales immunes ab omni crimine debent eſſe. Qui autem fingit ſe publicanum, non induit perſonam Actoris, aut Procuratoris Principis, ſed Miniſtrum, & quidem vilem Publicani principalis, qui gabellas Principis conducit; ceſſat proindè fundamentum applicationis illius Legis.

26 Mihi in hoc caſu videretur diſtinguendum; vel enim, qui ſe exactorem Publicani principalis fingit, extorquet pecuniam à viatore, qui habet rem, prò quâ ſolvere debet gabellam, & pecuniam in ſuâ burſâ ponit, vice eam reponendi in gazophilacium Publicani principalis: vel dùm non habet viator quidquam obligatum gabellæ ſolvendæ, & ille ad extorquendam pecuniam vult ſarcinas eius perquirere, cum magno incommodo viatoris, qui vult iter accelerare, & ut à tali incommodo quantocyùs liberetur, viator dat illi pecuniam. In primo caſu, viator obligatur ad gabellam, & illi non fit iniuria; ſed, dum fictus exactor fraudat pretium gabellæ, & ſibi appropriat, committit crimen peculatus; argumento eius, quod habetur in iure, (43) quià aufert pecuniam privatam, quæ Fiſco debetur; nàm Publicanus principalis, qui conducit à Principe gabellas, ſuccedit in locum Fiſci. In ſecundo caſu committit concuſſionem, & pęnâ concuſſorum (44) debet percuti, quæ arbitraria eſt. Judex autem debet ſeveriùs agere; ratio eſt, quià talis fictus exactor non puram concuſſionem committit, ſed auctam graviori circumſtantiâ, quià uſurpat Officium publicum, quod non habet.

27 Pœnæ porrò *Latronum* multis de cauſis debent exaſperari, ut docet *Carpzovius* (45). Prima eſt, ſi nimis horribiliter mortem dant viatoribus; puta, ſi nudatos, ac vinctos, ut non ſinè horrore aliquandò factum audivi, paulatìm ſtilis pungunt, ut lentè moriantur; aliquandò membratìm obtruncant; aliquandò vivos exenterant; aliquandò ex ijs faciunt ſcopum, in quem colliment ictus ſcloporum; aliquandò præcipitant ab alto, aùt ſaxo ad collum alligato, in flumen, aut puteum demergunt. Quid autem, ſi abſquè aliâ noxâ viatorem in nemore, ac loco, valdè diſtanti à viâ publicâ, arbori alligarent, ob quod viator fame moritur, aut à feris vivus diſcerpitur? Dico, atrociſſimum ſuper omnia hoc eſſe *Latrocinium*; licèt enim homicidium non ſit immediatè manu *latronis* conſummatum, eſt tamen imediatè, quià ex alligatione cogitur ille aut fame mori, aut vivus à beſtijs lacerari, quę ambo ſunt genera horrendiſſimæ mortis.

28 Alia cauſa eſt multitudo delinquentium tali crimine, qui ordinariâ pęnâ ab eo patrando non deterrentur. Proindè modernus Rex Franciæ *Ludovicus VIX*. cùm nullo modo purgare poſſet furibus nocturnis *Luteſiam Pariſiorum*, (ex eo, quòd ordinariam pœnam furcarum non metuebant) ſancivit prò huiuſmodi crimine pęnam rotæ, quâ Reorum viventium membra contere-

(31) *Text. in l. Ne quid. §. De ijs. ff. de Incend. rui. naufr.*
(32) *Arg. l. Conſtitutiones. ff. de Appell. Iſern. Paris de Puteo, Angel. Carrer. apud Decian. lib. 9. cap. 29. nu. 17.*
(33) *Arg. Authent. Navigia. C. de Furt.*
(34) *Text. in l. 1. l. Si quis Latrones C. de his qui latro. occulta.*
(35) *Carpzou. d. quaeſt. 23. nu. 5.*
(36) *Text. in l. Capitalium. §. Graſſatores. ff. de Pœn. & in l. Prætor ait. §. Adverſus eos. ff. de Sepulchr. violat.*
(37) *Raynal. Tom. 2. cap. 14. num. 62. V. Advertendum quod apud.*
(38) *Decian. Tract. crim. lib. 9. Cap. 29. nu. 12.*
(39) *Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. Can. 5. quaeſt. 13. nu. 7. V. 5. Limitatur.*
(40) *Text. in l. 1. ff. de Concuſſ.*
(41) *Farinac. quaeſt. 173. num. 56. Menoch. de Arbitr. Caſ. 443. num. 3.*
(42) *Text. in l. Univerſ. C. Ubi cau. fiſcal.*
(43) *Arg. l. Sacrilegi. §. Eodem capite. ff. Ad leg. Iul. pecula.*
(44) *L. 1. ff. de Concuſſ.*
(45) *Carpzou. Par. p. quaeſt. 23. à nu. 6. & ſeqq.*

Digitized by Google

tecur ... committit, ...
actor non puram concuſſionem committit, ...
graviori circumſtantiâ, quia uſurpat Officium ...
, quod non habet.

Pœnæ porrò *Latronum* multis de cauſis ...
ari, ut docet *Carpzovius* (45). Prima eſt, ...
orribiliter mortem dant viatoribus; puta, ...
ac vinctos, ut non ſinè horrore aliquandò ...
divi, paulatim ſtilis pungunt, ut lentè ...
aliquandò membratim obtruncant; aliqu...
enterant; aliquandò ex ijs faciunt ſcopu...
ſlimeat ictus ſcloporum; aliquandò pra...
lto, aùt ſaxo ad collum alligato, in flum...
n demergunt. Quid autem, ſi abſque ...
orem in nemore, ac loco, valdè diſtan...
, arbori alligarent, ob quod viator ...
aut à feris vivus diſcerpitur? Dico, ...
omnia hoc eſſe *Latrocinium*; licèt enim ho...
non ſit immediatè manu *latronum* conſumma...
amen imediatè, quià ex alligatione cogitur
e mori, aut vivus à beſtijs laceratur, quæ ...
era horrendiſſimæ mortis.

... cauſa eſt multitudo delinquentium talic...
rdinarià pœnâ ab eo patrando non deterre...
è modernus Rex Franciæ *Ludovicus* ...
olo purgare poſſet furibus nocturnis ...
..., (ex eo, quòd ordinariam pœ...
metuebant) ſancivit prò huiuſmod...
otæ, quà Reorum viventium membr...

... *Sacrilegi*. *ſſ*. *Eodem capite*. *ſſ*. *Ad leg*. ...

... *Conv*. *ſ*.
... *Par*. *p*. *q*. *quæſt*. 23. *à nu*. 6. *& ſeq*.

... aut poſt *Latrocinium*, eâdem pœnâ cum *latronibus* puniuntur, ut univerſaliter docet de omnibus complicibus *Clarus*. (48) Sequitur proindè, quòd, ſiquis ponitur in excubiis ad obſervandum, quandò perveniant viatores (qui de longe apparent) ad locum, ubi commorantur *latrones*; ſivè qui manens in cauponâ, & obſervavit mercatores, habentes multam pecuniam, & ivit ad commonefaciendos *latrones*, ut eſſent parati ad eos aggrediendos, ſivè qui eſt in turmâ *latronum*, li-

... rerum fiunt, abſque homicidio. Recitat autem *Decianus* (51) *Andræam Siculum* (52), dicentem, quòd *latrones* excommunicantur in die Jovis ſancti ab ore *Papæ*, & quòd *Hoſtienſis* ait, quòd ter in anno excommunicantur ore Summi Pontificis. Sed falluntur in hoc, qui aſſerunt, *latrones* eſſe excommunicatos à *Papa*. Soli enim Piratæ, ſeu latrunculi Maris excommunicantur; & neque omnes, ſed tantùm illi, qui decurrunt Mare Tyrrhenum à *Monte argentario* uſquè *Terracinam*, ut patet ex *cap*. 3. *Bulla Cœnæ*.

(46) *arg.l.Nemo.C.de Epi.audi.l.28.§.3.de Pœn.*
(47) *Decian.Tract.crim.lib.9.cap.29.n.33. Paris de Puteo. de Syndic.V.latro.il 1.per tot.*
(48) *Clar.Prac.crimin.Q.90.init.*

(49) *text.in cap.Sicut antiquitus.17.q.4.cap.Inter.alia de Immun Eccl.*
(50) *Abb.in cap.Inter alia.nu.20.de Immun.Eccl.*
(51) *Decian.Tr.crim.lib.9.Q.29.nu.11.*
(52) *Andræ.Sicul.in cap.Cum ſit generale.n.240.de For.compe.*



§.7. Car-

Digitized by Google

## §. VII.

## Carcerum violatio.

*SUMMARIUM.*

1 *Diffinitio criminis violationis Carcerum.*

*Eripere quid ſignificet.*

2 *Multipliciter Carcer violatur, & quomodò.*

3 *Caſus, in quibus Carcerum violatio non eſt criminalis.*

*Iniuſtè detentus in Carcere, poteſt eum rumpere, & fugere.*

*Ut locus ſit tali fugæ, iniuſtitia detentionis debet eſſe notoria.*

*Si iniuſtitia carcerationis eſt tantùm probabilis, non licet fugere à Carcere.*

4 *Idem Crimen eſt eruere aliquem è Carcere, & captum è manibus familiæ eripere.*

5 *Non exactè æquale crimen eſt eximere aliquem è Carcere, & de manu birruariorum.*

*Carceres æquiparantur muris Civitatis.*

*Quare Carceres dicantur ſancti.*

*Carceribus ædificium privatum nequit coniungi, aut appodiari.*

*Sola auctoritate publica poſſunt Carceres reedificari.*

*Muros Civitatis tranſgrediens, capite punitur.*

*In fracturâ Carceris duo crimina concurrunt.*

6 *Opinio Caballi exploſa.*

*Carcer importat locum cuſtoditum ſub vectibus, & ſeris.*

*Qui eximit retentum, aut cuſtoditum de mandato Judicis tantùm in aliquo loco, non ità delinquit, ſicut eximens exiſtentem in Carcere.*

7 *Ex quibus aggravetur Crimen violationis Carcerum.*

8 *Eximens carceratum falſo mandato Judicis, plus delinquit, quàm eximendo fraude, vel aſtutiâ.*

9 *Diverſi gradus gravitatis Criminis in eo, qui ſe, vel alium eximit è manu familiæ juxta diverſos caſus.*

1 CRimen *violationis Carcerum*, de quo in paragrapho præſenti loquimur, ità poteſt commodè diffiniri, nempè *Exemptio doloſa hominis, detenti in fortiis publicæ poteſtatis*. Potuiſſet fortè magìs propriè dici *ereptio doloſa*, ſed conſultò poſuimus *exemptionem*, ut diffinitio convenire poſſet cuicunque violationi *Carcerum*; ſiquidèm *eripere*, à quo ereptio (pròut textualiter ex jure (1) habetur) *eſt de manibus auferre per raptum; eximere verò quoquomodò auferre*.

2 Dicimus ergò *exemptio*, ut comprehendamus caſum, non tantùm, quandò quis, vi adhibitâ, frangendo *Carceres*, eximit carceratum, ſed etiam, quandò aſtutiâ, aut fraude dat commodum fugiendi carcerato; aut ei ſubminiſtrat inſtrumenta ad fugam, ut funem, ſcalas, ferrum ad frangendos parietes &c. in his enim caſibus ſemper *Carceres* violantur, & talia ſubminiſtrantes carceratis, idem crimen cum fugientibus committunt. (2)

3 Dicimus ſecundò *doloſa*, ad denotandum, quòd non omnis exemptio carcerati à *Carceribus*, aut à fortiis publicæ poteſtatis, criminalis eſt, ſed illa tantùm, quòd dolo malo committitur. Proindè non diceretur violare *Carcerem*, qui ingruente incendio vicinarum ædium, cum evidenti periculo, nè carceratus incendio periret, (nec in promptu eſſet Cuſtos, qui clavibus *Carcerem* reſeraret) oſtium Carceris proſterneret, etiam privatâ auctoritate, ſi etiam Judex eſſet abſens. Ratio eſt, quià tunc non fieret Principi iniuria, cùm ad ſolam ſalutem carcerati, non autem ad illum ſubtrahenhendum poteſtati Principis, *Carcer* aperiretur. Quod etiam verum eſt de iniuſtè detento in *Carcere*, quià iſte poteſt, frangendo oſtium, aut perforando muros, *Carcerem* violare, ac fugere impunè, ut cum communi docet *Clarus*. (3) Hæc tamen concluſio verificatur, quandò injuſtitia *carcerationis* eſt notoria, ut poſt *Guazzinum*, & *Mullerum* firmat *Raynaldus*, (4) aliter contraria ſententia, quam propugnat cum aliis *Caballus*, (5) verior eſt, quandò nempè injuſtitia non eſt evidens, & notoria, ſed tantùm probabilis, ac dubia. Et pariter non eſſet *doloſa exemptio* in eo, qui de manu Curiæ Laicæ eximeret Clericum, aut jàm carceratum, aut de proximo carcerandum; nàm in Clerico eſt jus, ut non poſſit à Laicis capi, aut conveniri; *non videtur verò*, ait Textu (6), *vi eximi eum, cui ſit jus ibi non conveniri*.

4 Dicimus tertiò, *hominis detenti in fortiis publicæ poteſtatis*, ut comprehendantur omnes caſus, in quibus poteſt cadere crimen, de quo tractamus. Sciendum igitur, quòd juxtà Doctores, (7) idem crimen incurritur, quandò frangens *Carcerem* publicum, ſe ipſum, aut alium eximit, & quandò è manibus Miniſtrorum juſtitiæ eripit. Ratio eſt, quià iniuria fit Principi, æqualiter ejus poteſtatem violando: perindè enim eſt, quòd aliquis jàm ſit carceratus, hoc eſt in publicâ cuſtodiâ clauſus, & quòd ſit in manibus familiæ *ligatus* in viâ ad *Carceres*; nàm æquali modo ille amiſit *libertatem*, ſibi ademptam à poteſtate Principis.

5 Tamen dici poteſt, quòd non exactè æquale ſit crimen ejus, qui aut ſe, aut alium clauſũ in *Carcere* eximit cum fracturâ, aut ſinè eâ, & ejus, qui jàm captum ſe, aut alium de manu ſatellitum eripit. Ratio eſt, quià, ut patet ex jure, (8) muri portæ Civitatis, & *Carceres* publi-

(1) *text. in l. Sed eximendi. ff. Ne quis eum qui in jus voca.*

(2) *Bertazzol. Conſ. crim. 35. n. 16. & ſeqq. Menoch. de Arbitr. Caſ. 301. num. 21. Farinac. Quæſt. 30. num. 97. Caball. Caſ. 8. nu. 18.*

(3) *Clar. Pract. crim. Q. 21. n. 26. V. Sed quandò fuit.*

(4) *Guazzin. Reor. Defenſ. 5. cap. 4. nu 43. Muller. Tract. de Fugitiv. Tit. de fuga arreſtator. §. 31. apud Raynald. Obſerv. crim. Tom. 1. cap. 3. §. 2. nu. 38.*

(5) *Boer. & Farinac. apud. Caball. Caſ. 42. n. 2.*

(6) *text. in l. Nam cum uterque. ff. Ne quis eum qui in jus.*

(7) *Add. ad Guid. Papæ Deciſ. 579. in V. Crim. læſ. Majeſt. lit. B. Bart. Auguſt. de Arim. Jaſ. Clar. & Farinac. apud. Caball. Caſ. 8. n. 1.*

(8) *l. Sanctum. ff. de Rer. diviſ. § Sanctæ. Inſtit. eo. tit.*

Digitized by Google

eſt omnis locus, à quo quis ad libitum voluntatis ſuæ recedere non poteſt. Sed fundamentum talis ſententiæ ruit ex hoc, quòd ex *Sanctoro* aliàs (14) docuimus, quòd *Carcer* importat locum cuſtoditum ſub vectibus, & feris. Subiungimus modò, quòd, ſi nomine *Carceris* veniat quivis locus, à quo quis exire prohibetur, ut cum *Calvino* (15) ſentit *Caballus*, prohibitio non intelligitur de eâ, quæ verbali, aut ſcripto mandato Judicis fit, ſed de eâ, quæ procedit à reali impedimento, per quod carceratus indè abire prohibetur, ſubiungit enim *Calvinus*, dicitur Carcer, *quaſi coarcer à coercendo, ut docet* Varro, *quòd vincti in eo cuſtoditi prohibentur exire*. Concedimus ergò, quòd, ſi quis vinctus catenis, aut ſtipatus militibus cuſtoditur, ille in quovis loco ſit, dicatur carceratus; non autem ſic, ſi de mandato Judicis tantùm, corpore alioquin liber, in alio loco detinetur. Sequitur proindè, quòd, ſi de loco tali contrà mandatum Judicis diſcedit, delinquit ex inobedientiâ ergà Judicem; ſed, ſi fugit à publico *Carcere*, ipſi facit iniuriam, & etiam mandatum Judicis transgreditur, & ità duplex delictum comittit, & ſimiliter eſt dicendum de illo, qui carceratum in publicâ cuſtodiâ, aut in alio loco, de mandato Ju-

cibus, moderate delinquit quidem minus tamen, quàm ſi armis minaretur; & graviùs delinqueret, ſi quem jam

[illegible]

li docet *Clarus*. (18) Pariter, ſi alius impedit familiam, quominùs illum capiat, retinendo ſatellites, nè poſſint perſequi fugientem, minùs delinquit, quàm ſi armis eis minetur, aut terreat. Et minùs etiam delinquit impediendo, nè quis capiatur, quàm jàm captum eripiendo, aut carceratum eximendo. Ratio eſt, quià, licèt de proximo accingendus habeatur prò accincto, (19) tamen hoc non verificatur, ubi agitur de pœnâ infligendâ, tunc enim de proximo accingendus non habetur prò accincto, ut ait *Felinus* (20). Pœnæ igitur, latæ contrà eximentes carceratum, non poſſunt convenire eximentibus carcerandum de proximo; quià actus nondùm perfectus eſt, & quàmvis carceratio eſſet proxima, tamen potuit ex aliâ causâ impediri, antequàm conſumaretur; & ſic minùs delictum eſt impedire carcerandum, quàm eximere carceratum.

---

(9) *Pacichell. Tr. de Diſtant. cap. 5. nu. 4. Oynotom. in §. Sanctæ. Inſt. de Rer. diviſ.*

(10) *arg. leg. Omnes. leg. Ædificia. leg. Quicunque C. de Oper. publi.*

(11) *text. in l. Sacra. §. Muros. ff. de Rer. diviſ.*

(12) *text. in l. final. ff. de Rer. diviſ.*

(13) *Caball. Caſ. 8. n. 13. & 14.*

(14) *Par. 1. Tit. Carcer. nu. 10. & 11. Sanctor. de Pœn. cap. 4. init. fol. 132. 133.*

(15) *Calvin. Lexic. V. Carcer.*

(16) *Garon. ad Nov. Conſt. Mediolan. lib. 4. Tit. 6. de Pœn. Art. 113. num. 2.*

(17) *Raynald. Tom. 1. cap. 3. §. 2. n. 235.*

(18) *Clar. Quæſt. 29. V. Quæro etiam.*

(19) *l. Ex eo tempore. ff. de Teſtam. milit.*

(20) *Felin. in cap. Eam te. num. 16. V. Tamen diverſis modis. de Reſcript.*



Digitized by Google

## Probatio.

### SUMMARIUM.

10 *Viſitandum corpus delicti, ſi violatio Carceris relinquit veſtigium poſt ſe.*

11 *Quandò præſumitur carceratum evaſiſſe è Carcere ob negligentiam Cuſtodis.*

12 *Diligentia adhibenda à Cuſtode Carcerum, nè carcerati poſſint evadere.*

13 *Quid agendum, ſi fractura Carceris apparet facta deforis.*

14 *Si nulla apparet negligentia Cuſtodis; & quòd ei facta ſit fraus, aut violentia, quomodò ſe geret Judex.*

10 Circà Probationes hujus delicti advertendum, quòd aut illud reliquit veſtigium poſt ſe, aut non. Si primum, puta, quià inventus *Carceris* murus pertuſus; oſtium proſtratum, aut combuſtum; cardines avulſi à muro; cancelli ferrei fracti &c. aut ſi carceratus, qui, ut fugeret, violentiam intulit Commentarienſi, hoc eſt carcerum Cuſtodi, eum vulneravit, mutilavit, aut occidit &c. aut ſi dùm carcerandus ducebatur ad carceres, vel ipſe, val alii occiderunt, vulnerarunt &c. aliquem è ſatellitibus &c.; in caſibus deſeribendum eſt corpus delicti per *viſum, & repertum*, & adhiberi Periti, ut judicium ferant de qualitate vulnerum &c. aut ſi fractura facta eſt à parte internâ *Carceris* ab ipſomet carcerato; aut forinſecùs ab alio, qui eum juvavit in fugâ, ut aliàs (21) dictum eſt.

11 Si fractura nulla invenitur, & oſtium apertum; corpus delicti, nempè fuga carcerati, conſtare debet per Teſtes, qui deponant, ſe in ſerò vidiſſe carceratum, exiſtentem in carceribus, qui modò ibidèm non reperitur &c. Tali caſu præſumitur, carceratum fugiſſe ex negligentiâ Cuſtodis, (22) & ipſi incumbit onus probandi, ſe omnes diligentias conſuetum eſſe quotidiè facere, & etiam illo ſerò feciſſe. Quòd, ſi non probet, ſuccumbit pœnis, ut infrà dicetur.

12 Si verò fractura facta deprehenditur à carcerato ipſo, adhùc militat præſumptio negligentiæ contrà Cuſtodem; nàm debet iſte, quandò aliquem recipit ſub ſuâ cuſtodiâ in carceribus, diligenter perquirere, àn habeat abſconditum ſub veſtibus aliquod ferrum; (23) debet invigilare, nè carcerati habeant in carceribus, neve ad eos deferantur gladii, parvi pugiones, aut aliud genus ferri, aut venenum, (24) proindè debet frangere panes, & pullos, ac artocreas (Italicè *paſticci*), quæ ad carceratos deferuntur, & ſcrutari ea diligenter, àn limæ, præſertìm ſurdæ, ad eos portentur, abſconditæ in cibis, & præſertìm in lagenis teſteis vini. Debet rimirari diligenter culcitras, lectum, lodices, & omnem ſupellectilem carcerati; obſervare quotidiè parietes, ſolum, fornicem carceris, àn nempè aliquod indicium fracturæ appareat; item cancellos feneſtrarum tentare, percutiendo eos baculo ferreo, aut malleo, ut noſcat, ſi integri ſunt pariter viſitare compedes, numellas, ac catenas, ſi ſanæ ſint, àn limatæ: itidèm tollere à parietibus carceris omnes tabulas pictas, aut etiam chartas cum Imaginibus Sanctorum, vel ſaltem eas amovere, & ſcrutari, àn illis tegatur aliqua fractura parietis; nàm aliquotiès factum eſt, quòd ſub ſpecie devotionis tales imagines à carceratis fuerint muris carcerum affixæ, & tamen non fuit, niſi, ut iis tegeretur fractura muri, quam paulatìm faciebant, & per quam evaſerunt. In ſummâ omnes diligentias, quas multis citatis deſcribit *Raynaldus*, (25) ſervare debet Cuſtos, ut ſe indemnem ſervet, aliter fuga carcerati ſibi adſcribetur.

13 Si autem fractura facta eſt deforis, attendendæ ſunt circumſtantiæ facti, & obſervandum, àn culpa aliqua Cuſtodis intervenerit quod etiam ſpectandum eſt, quandò nulla fractura eſt facta, ſed oſtium apertum eſt adulterinis clavibus, aut grimaldellis. Nàm culpa aliqua Cuſtodis poteſt eſſe, dùm non dormivit nocte illâ in Camerâ ſuâ ſolitâ, contiguâ Carceribus, ex quâ audire potuiſſet ſtrepitum, qui cauſatur ex tunſione muri, aut terebratione, dùm fractura fiebat, ſed nullo ſubſtituto ſibi Cuſtode, pernoctavit in cauponâ, aut ludo, aut lupanari, aut fuit ad choreas. Pariter, ſi negligenter cuſtodivit claves *Carcerum*, relinquendo eas in loco, in quo potuit cera, aut alia materia molli earum haberi impreſſio, quâ potuit faber ferrarius alias claves ſimiles facere: dùm ipſe tenetur claves aut nunquàm à ſe dimittere, aut in loco tuto, ac ſecreto eas ſub aliis clavibus cuſtodire.

14 Si verò nulla intervenit negligentia Cuſtodis, quià ille violenter ligatus eſt à nonnullis larvatis, qui ex improviſo in illum irruerunt, appoſito ad jugulum pugione, ſi clamaret, aut vociferaret, mox ademptis ſibi clavibus *Carcerum*, illos aperuerunt: aut ſi alto ſopore dormiebat, eò quià in cœnâ vinum bibit, ſibi delatum, à quodam incognito, qui nomine alicujus Amici ejuſdem Cuſtodis, dono miſſum dixit, vinum autem illud opio erat conditum, & intereà fractura *Carceris* facta eſt &c. tunc debebit Judex venari auctores delicti per conjecturas, indicia, adminicula, præſumptiones, & procedere, prout fit in aliis delictis difficilis probationis, & circà hoc nihil ſpeciale habetur.

(21) *Par. p. Tit. Corpus. n. 2.*
(22) *arg. tex. in l. Eos. & l. final ff. de Cuſto. Reor. & l. Divus. in fin. ff. de Offic. Præſ. Boſs. Tit. de Carcer. nu. 11.*
(23) *Berar. Specul. viſitan. cap. 20. de Commentari n. num. 26.*
(24) *text. in l. Carceri. ff. de Cuſtod. Reor.*

(25) *Raynald. Tom. 1. cap. 3. §. 2. num. 262. & ſeqq. & ibi Severin. Pegas. Berar. Abbas. Carena. Farinac. Perez. Aretin. & Danza.*

vibus cuſtodire.

4 Si verò nulla intervenit negligentia Cu[...]
[...]a ille violenter ligatus eſt à nonnullis [...]
ex improviſo in illum irruerunt, appoſit[...]
[...]m pugione, ſi clamaret, aut vociferare[...]
[...]ptis ſibi clavibus *Carcerum*, illos aper[...]
[...]i alto ſopore dormiebat, eò quia in co[...]
[...]bibit, ſibi delatum, à quodam incognito,
[...]e alicujus Amici ejuſdem *Cuſtodis*, dono[...]
[...]vit, vinum autem illud opio erat condi[...]
[...]eà *fractura Carceris* facta eſt &c. tunc de[...]
[...]enari auctores delicti per conjecturas, [...]
[...]dminicula, præſumptiones, & proc[...]
[...]t in aliis delictis difficilis probationis, [...]
[...]l ſpeciale habetur.

[...]aynald. Tom. 3. cap. 3. §. 2. num. 10. [...]
[...]erin. Pegas. Berart. Alberic. Carena, [...]
[...]anza.

Pæ[...]

*Monitum ad Carcerum Cuſtodes.*

23 *Attentantes fugam cum fracturâ, quomodò puniendi.*

*Praxis circà hoc Senatus Mediolanenſis.*

24 *Pœna Cuſtodis Carcerum, habentis culpam in fugâ carcerati.*

*Opinio Carpzovi, quòd, ſi Cuſtos eſt in culpâ doloſâ, arbitrium Judicis in eo puniendo extendatur tantùm ad fuſtigationem.*

25 *Impugnatur talis opinio.*

*Effractores Carcerum puniendi pari pœnâ cum carceratis fugitivis.*

*Magis delinquit Cuſtos cooperando fugæ carcerati, quàm alius.*

*Pœna mortis, quandò danda Cuſtodi, doloſè cooperanti ad fugam carcerati.*

26 *Pœna Cuſtodis in culpâ tantùm de fugâ carcerati, quomodò temperanda.*

*Caſus fortuitus non punitur.*

27 *Pœna cooperantium ad fugam carcerandi, aut carcerati.*

*Eripiens de manu familiæ injuſtè captum, non eſt puniendus.*

*Hiſtoria S. Conradi Placentini.*

28 *Ereptio de manu familiæ, ut ſit licita, ſupponere debet injuſtitiam manifeſtam detentionis.*

*In dubio de injuſtitiâ capturæ, præſumptio ſtat prò Judice.*

29 *Opinio de pœnâ eximentis captum prò causâ Civili, ſivè fiat cum, vel ſinè armis, improbatur.*

*Pœnæ legis Juliæ de Vi publicâ, aut privatâ, non ſunt in uſu.*

*Eximens captum prò causâ Civili, majorem pœnam meretur, quàm relegationis.*

39 *Continuatur impugnatio ſuprà datæ diſtinctionis circà carcerati qualitatem.*

40 *Pœna eximentis carceratum quâvis de cauſa eſt arbitraria Judici.*

*Arbitrium tali caſu quomodò regulandum à Judice.*

41 *Pœnæ ſunt temperandæ cum eximente carceratum, ſi ille movetur ex amore, amicitiâ, charitate, aut miſericordiâ.*

*Motiva prædicta debent probari.*

42 *Quâ pœnâ puniendus, qui venenat conſanguineum ſuſpendendum, quia cum nequit de Carcere eximere.*

43 *Opinio communis eſt, quod ſic venenans plecti debet pœnâ homicidarum.*

44 *Occidentes hominem ex intentione non malâ, evadunt pœnam ordinariam homicidij.*

45 *Venenans conſanguineum, damnatum ad mortem, ad evadendam infamiam familiæ, evadit pœnam ordinariam homicidii.*

*Incommodâ, & damna, quæ ſubeunt cognati, & agnati ejus, qui manu carnificis fuit interemptus.*

46 *Pœna Cuſtodis Carcerum, aut alterius Officialis Curiæ, qui concumbit cum Muliere carcerata.*

47 *Variatur talis pœna juxtà conſuetudinem Tribunalium.*

48 *Pœnæ Canonicæ contrà eximentes capiendos, aut captos è fortiis Sancti Officii cum fracturâ Carcerum, vel ſinè.*

49 *De pœnis Regularium, fugientium è Carcere, aut eximentium carceratos, remiſſivè.*

15 VAriantur pœnæ violationis *carcerum* multipliciter tùm ratione perſonarum; tùm ratione cauſæ carcerationis; tùm ratione modi, quo committi-

Digitized by Google

mittitur delictum. Ratione perſonarum, nempè, àn ſit carceratus, qui fugit, àn alius, qui fugæ auxilium præbet: ratione cauſæ carcerationis, puta, àn ſit civilis, àn criminalis: ratione tandèm modi, nempè, ſi fiat per aſtutiam, aut per vim: ſi cum fracturâ, vel non: ſi tempore diurno, àn nocturno; & de his ſuo ordine dicemus.

16 Incipiendo igitur ab eo, qui fugit è manibus familiæ, dico, quòd, ſi nondum actualiter captus eſt, ſed familia ipſum perſequitur, ut apprehendat, ille verò fugit, & pedum velocitate ſe ſubtrahit à perſequentibus, nullam pœnam nec de jure, nec de conſuetudine incurrit. Ratio eſt, quià de hoc caſu nulla extat ſanctio penalis; fugere autem ad ſe præſervandum ab imminenti malo, cùm ſibi ſit proficua, & nulli noceat, inculpabilis, & proindè etiam impunibilis eſt. Si autem jàm captus eſt, & facto impetu, ſe excutit de manibus familiæ, & fugit, ſcribit *Clarus* (26), quòd pœnam meretur paulò minorem, quàm ſi fugeret à *carceribus*; nàm, ut diximus ſuprà *num.* 4. fugere de manibus familiæ, & ſe eximere à *carcere* pariſicantur. Sed ſalvo meliori judicio, dicerem, nullam omninò pœnam mereri, & de conſuetudine ob talem fugam nulla pœna infligitur. Ratio eſt, quià ſicut ob naturalem defenſionem ſibi licitum eſt vi, ac velocitate pedum uti, nè capiatur, ità etiam licitum erit vi totius corporis ſe excutere è manibus eorum, qui non perfectè apprehendiſſe videntur, ex quo è manibus eorum elabitur. Intelligo autem *ſe excutere*, quandò aut per veſtes, aut per crines eſt ab uno ſatellitum apprehenſus, aut etiam brachiis cinctus, dùm alius catenam parat, ut liget; captus verò virium niſu ſe eripit de manibus tenentis. Nec verum eſt, quòd tali caſu poſſit dici, quòd fugiens ità delinquat, ac ſi fugeret à *carcere*. Quià in *carcere* eſt perfectè captus, ità ut ſinè fracturâ, aut aperitione *carceris* evadere ullo modo nequit; non ſic autem in caſu, in quo, dùm retineri non potuit, nequit dici perfectè captus. Quòd, ſi iſte percutit ſatellites, ut eum relaxent, aut armis reſiſtat, minetur, & multò fortiùs, ſi terreat vibrando &c. tunc pœna debetur, ac ſi è *carcere* aufugiſſet, & ſic punitus fuit quidam à *Senatu Medialanenſi*, quià evaginaverat enſem, & familiæ reſiſtentiam fecerat, ut *ex Boſſio* (27) recitat loco citato *Clarus*.

17 Si verò carceratus ob cauſam criminalem frangit *carcerem*, & fugit, ſi iſte nondùm eſt condemnatus prò crimine, ob quod detentus eſt, juxtà Doctores communiter (28), prima pœna eſt, quòd habeatur prò confeſſo de delicto principali, ob quod detentus eſt. Sed talis pœna irrationabilis eſt, & nullo claro juris fundamento innititur. Ratio eſt, quià ſequeretur, quòd idem prorsùs delictum puniretur diverſis pœnis, & quòd ex ſolâ probatione præſumptivâ inferretur pœna ordinaria, quæ ambo abſurda ſunt. Nàm idem prorsùs crimen committit fugiendo à *carcere* damnandus de parricidio, & ſententiandus de homicidio in rixâ; ſi ergò ambo fugâ confiteri cenſentur delictum, idem prorsùs in gravitate crimen (nempè fuga) punietur diverſis in gravitate pœnis, in uno quidèm pœnâ parricidii; in alio autem ſimplicis homicidii. Pariter fuga Rei carcerati non poteſt facere, niſi probationem præſumptivàm de delicto, ob quod carceratus eſt: & quidèm præſumptio hæc non eſt juris, cùm de eâ non extet lex, ſed hominis tantùm; ergò ex præſumptâ tantùm confeſſione Rei non poterit dari talis pœna, quæ requirit plenam probationem ex vulgatis.

18 Ampliſſimus proindè *Mediolanenſis Senatus*, Teſte *Claro* (29), illi communi concluſioni minimè adhæret, dùm captis à fugâ è *carceribus* non infligit pœnam delicti, ob quod detinebantur, ſed tantùm graviùs torquere eos jubet, quià talis fuga facit novum indicium delicti principalis.

19 Secunda pœna eſt, quòd tàm ille, qui ſententiatus adhuc non eſt, quàm ille, qui jàm eſt ſententiatus, debent capite puniri juxtà diſpoſitionem Textus (30), quem communiter intelligunt Doctores (31) de pœnâ ultimi ſupplicii. Sed re verâ Textus ille non habet expreſſè, quòd tales effractores ultimo ſupplicio puniantur, ſed ait ſimpliciter ibi in principio Ulpianus, *de effractoribus, qui carcere effracto evaſerunt ſumendum ſupplicium*. Porrò *ſupplicium* idem importat, quòd pœna; ut argumento juris (32) ſcribit *Calvinus* in *Lexico*; undè, quandò lex ſancit pœnam mortis, non dicit abſolutè *ſupplicium*, ſed addit *ultimum*, pròut dicit Celſus I. C. (33). Dùm igitur dicit ibi *Ulpianus ſumendum ſupplicium* ſimpliciter, idem eſt, ac ſi diceret ſumendam eſſe pœnam, ſed non explicat quam. Verum eſt, quòd expoſt recitat ſententiam *Saturnini*, qui ſenſit, tales Reos capite puniendos; talem tamen opinionem non approbat: immò in fine illius legis ait, *Oportebit autem æquè & in effractores, & in cæteros ſuprascriptos, causâ cognitâ ſtatui, prout admiſſum ſuggerit, dummodò, nè quis in plebeio operis publici pœnam, vel in honeſtiore relegationis excedat*. Quid clarius? Sequitur ergò, quòd ex tali Textu, quem ponunt prò ſuo fundamento prædicti Doctores, non habetur pœna ultimi ſupplicii contrà tales effractores carcerum. Undè æquior eſt alia ſententia, quam approbatam à conſuetudine, poſt *Farinacium*, tradit *Caballus* (34), quòd nempè talium pœna ſit Judici arbitraria.

20 Quòd ſi carceratus, fugere volens fracto *carcere* vulneraverit, mutilaverit, aut interfecit Cuſtodem, qui voluit eum retinere, quæ pœna tunc debebitur? Dico, quòd debet ultimo ſupplicio affici, ſi mors Cuſtodis ſecuta eſt; quià, licèt homicidium non fuerit appenſatum, & videatur factum ad defenſam, prò quo deberentur tantùm triremes, tamen, quià ſimul cum homicidio cumulatur aliud delictum, nempè fuga cum fracturâ, debetur omninò mors, ut dicunt Doctores.

(26) *Clar. Pract. crim. Quæſt. 29. ℣. Quæro etiam.*
(27) *Boſſ. Tit. de Captur. nu. 17. & ſeqq.*
(28) *Bertand. Pract. crim. Regul. 142. num. 3. Boſſ. Tit. de Carcerat. nu. 12. ℣. Nec ſufficeret. Angel. de Maleſ. V. Quod fama. nu. 82. ℣. Tertiò quod. Menoch. de Arbitr. Caſ. 301. n. 5. Clar. Quæſt. 21. n. 25. apud Caball. Caſ. 8. n. 30.*

(29) *Clar. Pract. crim. Quæſt. 21. ℣. Tertio autem modo.*
(30) *text. in l. 1. ff. de Effractor.*
(31) *Marſil. Menoch. Boſſ. Bertrand. Cuman. apud Caball. loc. cit. nu. 28.*
(32) *arg. l. Magiſtratibus. ff. de Juriſdict. omn. Judic. Calvin. V. Supplicium noſtris.*
(33) *text. in l. Ultimum. ff. de Pœn.*
(34) *Farinac. Quæſt. 30. nu. 22. ℣. Primus erit. Caball. Caſ. 42. num. 5.*

it, ac a ...
t quam. Verum eſt, quòd expon ...
tiam *Saturnini*, qui ſenſit, tales Reos capi ...
dos; talem tamen opinionem non approba ...
nc illius legis ait, *Oportebit autem æquè & ...*
*s, & in cæteros ſupraſcriptos, causâ cognitâ ...*
*admiſſum ſuggerit, dummodò, nè quis in ...*
*publici pœnam, vel in honeſtiore relegationis ...*
Quid clarius? Sequitur ergò, quòd ex ...
*quem ponunt prò ſuo fundamento præ...*
*es, non habetur pœna ultimi ſupplicii con...*
factores carcerum. Undè æquior eſt alia ...
quam approbatam à conſuetudine, poſt ...
tradit *Caballus* (34), quòd nempè talium ...
ici arbitraria.

uòd ſi carceratus, fugere volens fracto ...
erit, mutilaverit, aut interfecit *Cuſtodem*, ...
it eum retinere, quæ pœna tunc *decerni*? ...
uòd debet ultimo ſupplicio affici, ſi mors ...
ſecuta eſt; quià, licèt homicidium non fuerit ...
um, & videatur factum ad *defenſionem*, prò que ...
ur tantùm triremes, tamen, quià ſimul cu ...
o cumulatur aliud delictum, nempè fr...
urâ, debetur omninò mors, ut dicunt Doc...
res.

... *Pract. crim. Quæſt.* 21. *℣. Tertio autem* ...
*l. 1. ff. de Effractor.*
... *Menoch. Boſſ. Bertrand. Comm. apud Caball.* ...
... *Magiſtratibus. ff. de Jurisdict. omn. Judi.* ...
*...licium noſtris.*
*l. Vltimum. ff. de Pen.*
*... Quæſt. 30. nu. 22. ℣. Primus erit. Caball.* ...

gnum, ad hoc propoſitum do. Detentus erat in carcere Epiſcopali *Papienſi*, ſimul cum alio viro, Nobilis quidam Sacerdos amicus meus. Cùm tentaſſent ambo, ſed inutiliter, precibus amicorum flectere iram Epiſcopi, decreverunt aliquâ aſtutiâ fugere. Cœperunt igitur munuſculis aucupari confidentiam Cuſtodis, quem ſecùm frequenter ad prandium in carcere admittebant, aleæ à prandio vacabant, & cum eodem jocabantur. Quâdam die, in quâ cadebat feſtum cujuſdam Sancti, cujus nomen ferebat unus illorum, decreverunt ſolemne prandium parare, invitato Cuſtode, & plura fercula in magnis paropſidibus per famulos afferri ad carcerem, curarunt; & cùm paropſides ob ſui amplitudinem nequirent inferri per feneſtrellam oſtii ob ſuam anguſtiam, neceſſarium fuit oſtium aperiri. Venit Cuſtos cum ſolito ſuo adiutore, & aperto oſtio, cœperunt inferri obſonia, quæ, cùm eſſent multa, non potuerunt omnia ſimul portari ad carcerem, ſed nonnulla ipſorum ſtudioſè relicta fuerant ad pedes ſcalarum. Dùm igitur famulus carceratorum porrigeret paropſides Cuſtodi, qui carcerem intraverit, juſſus fuit adiutor Cuſtodis deſcendere quantociùs ad apportanda alia fercula, nè frigeſcerent. Ivit incautus, relicto incuſtodito oſtio externo, tùm unus carceratorum, quaſi ob laſciviam, ac jocum pugillum cineris iniecit in faciem Cuſtodis, & dùm iſte in tergendis oculis à cinere injecto occupatur,

(35) *Jodoc. Pract. crim. cap. 18. Rubr. de Effractor. carcer. Vitalin. de Maleſic. Rubr. de Carcer. priva. vel fract. nu. 8. Mattheis de Re crimin. Contr. 17. nu. 14. apud Raynal. Tom. 1. c. 3. §. 2. n. 33. circ. med.*
(36) *Farinac. Quæſt. 30. n. 203. apud Raynal. loc. cit.*
(37) *Clar. Pract. crim. Quæſt. 31. ℣. Arbitrio atque balia.*
(38) *Caball. Caſ. 8. nu. 34. 35.*

*... eſt, alia habet, quod ... in eos ſtatuendum eſt.* & ſic decerni...

nibus deducit *Carpzovius* (43) concluſionem univerſalem, quòd pœna Cuſtodis ſit Judici arbitraria; & *num.* 106. vult, quòd in caſu doli in Cuſtode, Judex non poſſit arbitrari pœnam corporalem, ultrà fuſtigationem: in caſu autem culpæ cujuſvis, vult Cuſtodi adhiberi arbitrio Judicis pœnam carceris, aut pecuniariam.

25 Sed talem opinionem reſpectu doli in Cuſtode puto falſam. Ratio eſt, quià communis Doctorum (44) ſententia eſt, quòd effractores *Carcerum* ad alium eximendum pari pœnâ tenentur, quam ipſe carceratus prò ſuo delicto meretur. Cuſtos autem *Carcerum* dolo cooperans carcerato ad fugam, in pari delicto eſt cum effractoribus *carcerum*. Siquidèm aut permittit carcerato carcerem frangere, ſubminiſtrando inſtrumenta ad frangendum, ſe abſentando, dùm carceratus frangit, & fugit &c. aut clave aperiendo ianuam *Carceris*. Si primum, realis violentia fit *Carceri*; & quàmvis ipſe manum non apponat, dùm ex Officio impedire tenetur, & non impedit, (& hoc ex conditio) doloſè concurrit ad idem crimen; & proindè eſt, ac ſi manu propriâ ad fracturam concurreret. Si ſecundum, infertur pariter violentia moralis, ſi non phyſi-

(39) *Raynal. Tom. 1. cap. 3. §. 2. n. 268.*
(40) *Clar. Pract. crim. Quæſt 21. ℣. Tertio autem. in fin.*
(41) *Boer. Deciſ. 215. nu. 18. & 19.*
(42) *l. Carceri. l. Milites. l. final. ff. de Cuſto. Reo.*
(43) *Carpzov. Pract. crim. Par. 3. Quæſt. 111. n. 104.*
(44) *Boer. Deciſ. 217. nu. 1 Conrad. Pract. crim. Tit. de Carcer. nu. 21. Placha Epit. delict. lib. 1. cap. 26. nu. 1. in fin. Menoch. de Arbitr. Caſ. 302. n. 2. Gomez Boſſ. Damhoud. Farinac. apud Carpzov. loc. cit. n. 99.*

Digitized by Google

phyſica. Siquidèm Cuſtos non debet, nec poteſt clave reſerare *Carcerem*, niſi de mandato, voluntate, aut permiſſione Judicis; ſi ergò clave utitur contrà voluntatem Judicis, utitur ipsâ violenter, non quidèm violentiâ, quæ convertitur cum impetu, ſed eâ, quæ vocari poteſt contraventio, ſivè oppoſitio voluntati ejus, qui de jure contrarium jubet. Igitur in pari crimine eſt Cuſtos, dolosè delinquens cum effractoribus, igitur pari pœnâ puniendus eſt. Imò magìs delinquit Cuſtos, quàm ceteri, ut vult *Farinacius*, & *Mattheù* (45), & hoc rationabiliſſimè ex duplici ratione. Prima eſt, quià iſte Officialis eſt, cui ratione Officii incumbit, malefactores fideliter cuſtodire, & ad hoc in actu aſſumendi poſſeſſionem Officii, juramentum præſtat de fideliter illud cuſtodiendo; quapropter dolosè dimittens carceratos periurus eſt, & totam Rempublicam, dùm malefactores impunè dimittit, ad ejus denuò quietem perturbandam. Secunda eſt, quià alii effractores non poſſunt moveri ad eximendum carceratum per ſe, aut alios, niſi ob aliquem finem honeſtum, puta, coniunctionem ſanguinis, amorem naturalem, benevolentiam ob amicitiam, fugam proprii dedecoris, nè ſcilicèt carceratus, ultimo ſupplicio affectus, ignominiam cauſet conſanguinitati; & tandèm etiam propriam defenſionem, dùm effractor, ſciens ſefuiſſe complicem carcerati in aliquo delicto, timens, nè iſte in examine ipſum indicet, ut ſe periculo liberet, alium è *Carcere* eximit. Cuſtos autem à ſolo fine turpis lucri ad tale delictum moveri poteſt, proindè magìs delinquit, quàm alii. Ex his concluditur, quòd Cuſtos doloſus verus poteſt puniri eâdem pœnâ, quâ puniri debebat is, qui aufugit, proindè aliquandò pœnâ mortis, ut firmat etiam *Raynaldus*. (46)

26 Quòd, ſi Cuſtos non dolo, ſed culpâ deliquit, prò modo culpæ arbitrio Judicis puniendus eſt, ut habent ſupracitatæ leges (47), quæ expreſsè loquuntur dè *culpâ*, non autem de *dolo* Cuſtodis, ut patet legenti. Debet igitur Judex benè librare omnes circumſtantiàs tùm culpæ, admiſſæ à Cuſtode, tùm perſonarum, quæ erant carceratæ, tùm criminis ab iiſdem admiſſi, ut benè advertit *Carpzovius* (48), & proportionatam culpæ pœnam infligere, quam nullo modo poteſt evadere Cuſtos, niſi probet, ſe non eſſe, neque in minimâ culpâ, ſed caſu carceratum evaſiſſe, ut dicunt Doctores (49) ultrà Textum (50) expreſſum; ſiquidem caſus fortuitus non punitur. (51)

27 Quò ad alios, qui fugam carceratorum promovent, aut auxiliantur, ſciendum, quòd qui eripit è manibus familiæ iniuſtè captum, nullam prorsùs pœnam ſubire debet, quià talis ereptio licita eſt, argumento eorum, quæ in jure dicuntur. (52) Et hæc concluſio locum habet etiam in eo, qui de manu Curiæ eriperet jàm iniuſtè ad mortem damnatum, ut poſt quaſdam *Gloſſas* docet *Marſilius* (53), maximè docente Spiritu Sancto (54), *Erue eos, qui ducuntur ad mortem*, quod intelligi non poteſt, niſi de morte iniuſtâ. Hoc fecit *Sanctus Conradus Placentinus ex Tertio Ordine S. P. Franciſci*; is enim eripuit de manibus ſatellitum, dùm duceretur ad patibulum, quendam pauperem hominem, quem ſciebat iniuſtè damnatum. Nàm cùm ipſe *Conradus* adhuc in ſæculo eſſet, juſſit aliquandò vepres, in quibus latitabant feræ, incendi gratiâ venationis. Sed caſualiter, & improvisò exortâ magnâ ventorum vi, dilatatus ignis magnum cauſavit incendium, ob quod captus ex plebe infimâ homo fuit, qui vi tormentorum adactus, faſſus eſt, ſe auctorem incendii, ob quod ad ſupplicium ducebatur. Sciens proindè *Conradus* iniuſtam illius damnationem, illum eripuit ſupplicio, & ſe Reum incendii caſualis confeſſus, ut damna cauſata compenſaret, omnia ſua bona divendidit; mox ad agendam pœnitentiam, habitum *Tertii Ordinis* aſſumpſit, ac *Sanctus* evaſit. Nec in ejus legendâ habetur, quòd ob ereptionem illius, iniuſtè damnati, è manibus Curiæ fuerit à publicâ juſtitiâ poſtulatus de crimine.

28 Advertendum tamen, quòd iniuſtitia capturæ, aut damnationis ad mortem debet eſſe certa, ac evidens, non autem dubia, ut argumento quarundam legum (55) docet *Lucas de Pennâ*. Ratio eſt, quià in dubio præſumptio ſtat prò Judice, qui mandatum dedit de capiendo, ac prò familiâ, quæ mandatum exequitur, nec privatis licitum eſſe debet ſuper juſſu Judicis, ac facto Curiæ diſquirere. (56) Ratio eſt, quià ſemper de Superiore, ac Judice ſemper benè præſumendum; & perturbari faciliter poſſet quies Reipublicæ, cùm quivis poſſet prætendere captum, aut damnatum eſſe aliquem iniuſtè, & eum, ut præfertur, eripere, & ſic publicæ juſtitiæ viribus impunè inſultare.

29 Quòd, ſi quis eximat captum prò causâ Civili de manibus familiæ, ſi fiat ſinè armis, juxtà jus commune, dicunt Doctores quidèm, quòd debet mulctari in tertiâ parte bonorum, quià incurrit in penam *Legis Juliæ de Vi privatâ*, quæ (58) talem penam importat: ſi autem fiat cum armis, incurrit in pœnam *legis Juliæ de Vi publicâ*, quæ (59) Reos *interdicit aquâ, & igni*. Sed profectò talis diſtinctio minimè ſubſiſtit, quià ſivè fiat cum armis, ſivè non, ſemper incurritur pœna *Legis de Vi publicâ*, nàm textualiter ſic habetur (60), *Qui dolo malo fecerit, quominùs iudicia tutò exerceantur, aut Judices, ut oportet, judicent &c.* hâc lege tenetur; ubi evidenter patet, quòd data diſtinctio evaneſcit. Quidquid ſit de hoc, pœna *legis Juliæ* ſivè *publicæ*, ſivè *privatæ*, ut docet *Caballus* (61) abſolevit; & prò eâ Succeſſit

(45) *Farinac. Quæſt. 32. nu. 17. Mattheù de Regim. Regn. Valen. cap. 8. §. 8. n. 97.*
(46) *Raynal. Tom. 1. cap. 3. §. 2. n. 259.*
(47) *l. Carceri. l. Milites. l. final. ff. de Cuſto. Reo.*
(48) *Carpzov. Pract. crim. Par. 3. Quæſt. 111. n. 110.*
(49) *Sylvan. Conſil. 29. Ball. Variar. Tract. lib. 3. caſ. 14. num. 4. Pariſ. de Put. de Syndic. V. Captura. §. An Poteſtas. nu. 9. Perez ad Ordin. Caſtell. lib. 2. Tit. 14. leg. 12. lit. A ℣. Quartò quæri.*
(50) *text. in l. Milites. in fin. ff. de Cuſto. Reo.*
(51) *text. in l. Quæ fortuitis. C. de Pignorat. actio. Dionyſ. Gothofr. ad l. 12. litt. P. ff. de Cuſto. Reo.*
(52) *arg. text. in cap. Fortitudo. cap. Non in inferenda. 23. q. 3. Gloſ. in cap. Reos. ℣. Item ſi iniuſte. 23. q. 5.*
(53) *Gloſſ. in cap. Hi qui. ℣. Si autem. 14. q. 6. & in cap. Non in inferenda. 23. q. 3. Marſil. in l. Lege Cornelia. nu. 80. & ſeqq. C. Ad Leg. Cornel. de Sicar.*
(54) *Proverb. cap. 24. ℣. 11.*
(55) *arg. l. 1. 2. & 3. ff. Ne quis eum. Luc. de Penna in l. Quoties. nu. 6. C. de Exacto. tribu. lib. 10.*
(56) *Farinac. Queſt. 32. nu. 78. Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 11. nu. 15. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 46. apud Raynald. Tom. 1. cap. 3. §. 10. n. 29.*
(57) *Alex. in Rubr. Ne quis eum. Vinc. de Franch. Deciſ. 442. nu. 1.*
(58) *text. in l. 1. ff. Ad leg. Jul. de Vi priva.*
(59) *text. in l. Qui dolo §. final. ff. Ad leg. Jul. de Vi publ.*
(60) *text. in d. l. Qui dolo. init. Ad leg. Jul. de Vi publ.*
(61) Caball. Caſ. 8. nu. 10.

Digitized by Google

, ac Judice ſemper ...
faciliter poſſet quies Reipublicæ, cùm ...
prætendere captum, aut damnatum eſſe ...
ſe, & cum, ut præfertur, eripere, & ...
... viribus impunè inſultare.
... Quòd, ſi quis eximat captum prò causâ Cri...
... bus familiæ, ſi fiat ſinè armis, juxtà jus com...
... Doctores quidèm, quòd debet mulctari ...
... bonorum, quià incurrit in pœnam Legis Jul...
... atâ, quæ (58) talem pœnam importat: ſi au...
... armis, incurrit in pœnam legis Juliæ de Vi...
... ur (59) Reos interdicit aquâ, & igni ...
... talis diſtinctio minimè ſubſiſtit, quià ſive ...
... is, ſivè non, ſemper incurritur pœna Legis ...
... nàm textualiter ſic habetur (60), ...
... rit, quominùs iudicia ...
... oporteat, judicent &c. hàc lege ...
... patet, quòd data diſtinctio erat ...
... de hoc, pœna legis Juliæ ſivè ...
... docet Caballus (61) abſolvi ...

... in cap. Hi qui. ¶. Si autem. ...
... ff. ... tenda. 33. q. 3. Marſil. in l. Lege Cornelia ...
... C. Ad Leg. Cornel. de Sicar.
... verb. cap. 24. ¶. 11.
... l. 1. 2. & 3. ff. Ne quis eum. ...
... nu. 6. C. de Exacto. tribu. lib. 10.
... Quæſt. 32. nu. 78. Decian. Tract. crim. ...
... Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 46. apud ...
... ff. 10. n. 29.
... Rubr. Ne quis eum. Vinc. de Franch. ...
... l. 1. ff. Ad leg. Jul. de Vi priva.
... l. Qui dolo ff. final. ff. Ad leg. Jul. de Vi ...
... d. l. Qui dolo. init. Ad leg. Jul. de Vi ...
... Caſ. 8. nu. 10.

creditorem, quod ſufficienter probavit, exhibendo ſcripturas, aut alias probationes Judici, qui relaxavit mandatum de capiendo. Hoc autem, ut optimè dicit *Raynaldus*, (66) rationabiliter fit in odium ſic eximentis, nè privatus ſibi Cauſæ cognitionem adroget, & Majeſtas Prætoris, imò Principis violetur: proindè faciliùs tolerandum eſt, quòd calumniator lucretur, quàm ut eximentis delictum hàc pœnâ non puniatur. Quòd, ſi eſſent plures, qui concurriſſent ad exemptionem capti prò debito de manu Curiæ, omnes tenentur in ſolidùm ad ſolutionem debiti, & quilibet prò ratâ, Si tamen cæteris non ſit ſolvendo, obligatur unus ad ſolvendum prò cæteris; at uno ſolvente, cæteri liberantur ab obligatione, quemadmodùm in materiâ furti, à pluribus commiſſi in ordine ad faciendam reſtitutionem, optimè probat Petrus *Caballus*. (67)

31 Si autem captus ob cauſam Criminalem eximitur de manibus familiæ, ex communi ſententiâ Doctorum, (68) pœna eximentis eſt arbitraria Judici, qui tamen poteſt arbitrium ſuum extendere uſquè ad mortem; & ſe fundant in quâdam lege (69) *Codicis*, in quâ dicitur,

cta conventicula armatorum, aut cum concitatione, ſeù tumultu populi, aut quià ad ...
deventum eſt, ex quo ſecuta ſunt vulnera, mutilationes, aut hominum cædes: aut quià eximens vult tali actu ſibi arrogare imperium, ac juriſdictionem Principis, nolens, quòd in ſuâ Domo Curiâ neminem, quàmvis malefactorem, capere poſſit, & ſimilia, quæ ex *Gomez*, *Sanfelicio*, *Luca de Pennâ*, & *Laurentio Mattheù* recitat R*aynaldus*. (72)

34 Quid autem, ſi Mulieres hoc delictum committerent. Videbitur fortè hic caſus metaphiſicus, ſed talis non eſt, & evenit quadraginta ab hinc annis in *Oppido Feliciani Comitatus Alexandriæ*, in hoc S*tatu Mediolanenſi*. Captus ibi erat quidam adoleſcens, culpatus de graſſatione; dum autem detineretur ligatus in tabernâ meritoriâ, dùm ſatellites comedebant, Amaſia capturati, quæ ipſum deperibat, congregavit alias Virgines adultas amicas, & ſocias ad numerum circiter quadraginta, & conſilium inierunt, ut de manibus familiæ eriperent juvenem in viâ, dùm duceretur ad Civitatem. Deſignatus ab ipſis fuit ad effectum locus anguſtus, habens ab uno latere Clauſuram noſtri Convetus, ab alio prominentiam ſoli elevatam ad quindecim circiter pedes, & aſcenſu inacceſſam, & hoc, ideò, nè ſatellites, qui erant in equis, poſſent iis liberè uti ob loci anguſtiam. Diviſis ergò illis in duas turmas,

Ffff quæ

(62) *Vincent. de Franch. Deciſ. 442. nu. 3. Raynal. Tom. I. cap. 3. ſ. 10. nu. 12.*
(63) *Clar Prat. crim. Quæſt. 68. num. 10. ¶. Eximens.*
(64) *text. in l. Quoties. C. de Exacto. tribu. lib. 10.*
(65) *Garon. ad Nov. Conſt. Mediolan. lib. 4. Tit. 7. de Pæn. Art. 112. nu. 7. ¶. Condemnatus.*
(66) *Raynald. Tom. 1 cap. 3. ſ. 10. n. 17.*
(67) *Caball. Caſ. 198. nu. 4.*
(68) *Farinac. Quæſt. 32. nu. 64. Conciol. Crimin. reſolut. 5. V. Eximitio. nu. 1. Garon. ad Novas Conſt. Mediolan. lib. 4. Tit. de Pæn. Art. 112. n. 5.*
(69) *text. in l. Cuiuſque. in fin. C. Ad l. Jul. Maieſt.*

(70) *Bart. Angel. Alex. Guido. Papa. Farinac. & alii apud Caball. Caſ. 8. num. 2. Clar. Q. 68. ¶. Eximens.*
(71) *Dionys. Gothof. ad l. Cuiſque. lit. M. C. Ad l. Jul. Maieſt.*
(72) *Raynal. Tom. 1. cap. 3. ſſ. 10. n. 10.*

Digitized by Google

quæ armatæ erant ronchis, haſtis, verubus, ligonibus, ſariſſis, falcibus, ac aliis armis ruſticanis, ſe poſuerunt in inſidii. Mox cumparentibus ſatellitibus, eruperunt è latebris turmæ, una quidèm à fronte, alia à tergo, & magnis vocibus cœperunt clamare *dimitte, dimitte*, & converſis in ſatellites armis, contrà illos currere cœperunt. Baricellus, qui erat antè, concitato equo fugit, ſimiliter birruarius, qui erat poſt. Inſelix birruarius, qui manicis, & catena ligatum tenebat captum, remanſit ſcopus fœminilium irarum, pluribuſquè ictibus fuit percuſſus, antequàm captum ſolveret. Res fuit ad Prætorem *Alexandriæ* deducta, qui, attentâ multitudine, ſexu, & paupertate Rearum, ad inquiſitionem minimè proceſſit. At quid juris in facto?

35 Dico, quòd contrà Mulieres Reas hujus delicti, non minùs quàm contrà viros procedendum fuit. Ratio eſt, quià, ut ex jure (73) textualiter habetur, in delictis nulla habenda eſt ratio diverſitatis ſexus, niſi in caſibus expreſſis in jure, in quo Legislator conſideravit cauſas, ob quas Mulieres, ratione infirmitatis ſexus aut nulliter, aut mitiùs debent puniri, quàm viri. In hoc autem delicto nulla ſuppetit legitima ratio differentiæ inter Mares, ac Fœminas, proindè ſimilibus, cum viris, pœnis debent eſſe obnoxiæ.

36 Plerique Auctores ſcribunt par eſſe delictum ejus, qui captum de manu familiæ eripit, ac ejus, qui eximit in *Carcere* clauſum. Hanc poſitionem impugnavimus ſuprà *num.* 5. & probavimus graviùs delinquere, qui eximit è *Carcere*, quàm qui eripit Curiæ. Viſo ergò de pœnâ eripientis captum, videndum remanet de pœnâ eximentis *carceratum*. Omnes fermè Doctores, ut apparet ex *Caballo*, (74) ponunt diſtinctionem inter carceratum nondùm ſententiatum, aut confeſſum, aut convictum, & eum, qui ſimpliciter carceratus eſt de crimine; & dicunt, quòd eximens Reum damnatum, confeſſum, aut, convictum de crimine capitali, debet ultimo ſupplicio plecti; ſi autem Reus damnatus &c. non eſt, eximens puniendus eſt de crimine, de quo condemnatus fuiſſet carceratus.

37 Communem tot illuſtrium virorum ſententiam revereor, ſed in eam minimè abire cogor, ob iſtam rationem. Planè ſtat, quòd atrocitas criminis violantis *Carceres*, eſt, quià iſte ſummam injuriam infert Principi, ipſius poteſtati contrariando; & quià in ſummo diſcrimine, & periculo ſubverſionis totius Reipublicæ, eam redigere malo exemplo poteſt. In tantùm enim ex hominum conſenſu data eſt Principi publica poteſtas, in quantum iſte curare debet Civilem felicitatem Populi, quæ conſiſtit in juſtitiâ, ut unuſquiſque quietè poſſideat, quod ſuum eſt, & à nemine lædatur. Et ideò Principi conceſſum eſt merum, ac mixtum imperium, & gladii poteſtas, ut curet cuique reddi, quod ſuum eſt, & homines pernicioſi per maleficia, aut puniantur exemplariter, aut de medio tollantur. Vita pariter civilis inſtituta eſt, ut publica poteſtas in officio, contineat potentes, & adverſus iſtos invalidos defendat. Si ergò liceret cuique eximere è fortiis publicæ poteſtatis eos, qui crimine aliquo deliquerunt, deſtrueretur, ac invalida eſſet poteſtas publica, quod eſt unum, ac principale fundamentum civilis ſocietatis.

38 Hoc ergò poſito, patet manifeſtè, quòd etiam iniuria fit Principi, & in par diſcrimen adducit publicam poteſtatem, qui violat *Carcerem*, & eximit jàm condemnatum, ſicut qui eripit condemnandum, nàm quidditas delicti præciſè conſiſtit in violentiâ, quam exercet, & totaliter abſtrahit à qualitate perſonæ, quæ eripitur, ut diximus ſuprà *num.* 29. Ergò data diſtinctio nullum habet rationabile fundamentum. Quòd, ſi dicatur majorem iniuriam fieri, quandò eximitur condemnatus, quàm quandò eximitur ſimpliciter carceratus, quià in primo impeditur ex fugâ executio juſtitiæ, quod non eſt in ſecundo, Reſpondeo, negando aſſumptū; & ad rationem dico, quòd ità exercetur actus juſtitiæ in capturando, conſtituendo, examinando, condemnando, aut abſolvendo Reo, ſicut in exequendo contrà eum ſupplicio; pari ergò modo impediuntur actus juſtitiæ, qui debebant fieri ergà ſimpliciter carceratum, eum conſtituendo, examinando &c., ſicut impeditur in jàm damnato executio ſententiæ.

39 Pariter irrationabile eſt, quòd eximens carceratum nondùm confeſſum, aut convictum, teneatur ſolummodò ad eam pœnam, quam ſubire debebat, qui exemptus eſt; nàm, ut benè ponderavit etiam *Farinacius* (75), daretur caſus, quòd prò atroci crimine, quale eſt *Carcerum* violatio, minima pœna deberetur, quandò nempè carceratus, qui exemptus eſt, prò levi delicto fuiſſet detentus; & etiam daretur caſus, quòd talis eximens nullam pœnam deberet ſubire, quandò nempè carceratus fuiſſet abſolvendus à crimine, prò quo fuit detentus. Hæc quidèm abſurda ſunt, proindè tali opinione exploſâ, alii (76) meliùs ſenſerunt, concludendo, quòd in criminalibus eximens poteſt teneri plùs, quàm exemptus; undè ruit illa concluſio, quòd eximens teneatur illâ pœnâ, quam ſubiiſset carceratus, ſi è *Carcere* non fuiſset exemptus.

40 Concludendum igitur eſt, quòd pœna eximentis carceratum ſivè condemnandum, ſivè condemnatum, dependet ab arbitrio Judicis, ut ſenſerunt *Bartolus*, *Joannes Faber*, *Ægidius*, *Boſſius*, ac *Farinacius*, quos citat, & ſequitur *Caballus* (77). Arbitrium verò regulandum eſt juxtà circumſtantias facti; nempè, ſi fuit per aſtutiam, fraudem, aut vim; ſi ſubminiſtrando occultè carcerato inſtrumenta ad frangendum Cercerem, ut ferrum limæ &c. àn ad fugiendum, ut funem, ſcalas &c. ſi eximens fuit ſolus, àn habuerit complices; ſi fractus eſt deforis *Carcer*, àn apertus adulterinâ clave, & *grimaldellis*; ſi armati, facto impetu, ligaverunt Cuſtodem, mutilarunt, aut occiderunt reſiſtentem, ſi de die, àn de nocte &c., ex his enim arbitrari poterà modò ictus funis, modò *Carceres*, modò pœnam pecuniariam, nunc triremes ad tempus; nunc perpetuas, & tandèm in atrociſſimis circumſtantiis etiam extremum ſupplicium, etiam qualificatum, ut non ſemel fuit factum.

41 Temperandarum etiam pœnarum motiva debet attendere Judex; ut pietas Patris in filium, ac filii in Patrem; amor Uxoris in maritum, & vice verſâ, ac Ma-

(73) *text. in l. final. C. de Jur. & fa. ignor.*
(74) *Caball. Caſ. 8. nu. 3. 4. & 5.*
(75) *Farinac. Quaſt. 30. nu. 93. & 94. ℣. Hæc ampliatio.*
(76) *Jodoc. Pract. crim. cap. 15. nu 30. & 31. Auguſt. ad Angel. ℣. Quod fama. nu. 57. ℣. Et tene menti.*
(77) *Caball. Caſ. 8. n. 11.*

Digitized by Google

ncludendo ,
i plùs , quàm exemptus ; undè fuit illa
od eximens teneatur illâ pœnâ, quam ſubi
s, ſi è *Carcere* non fuiſſet exemptus.
o Concludendum igitur eſt , quòd pœ
tis carceratum ſivè condemnandum , ſiv
natum, dependet ab arbitrio Judicis, ut ſc
*lus* , *Joannes Faber* , *Ægidius*, *Boſſius* ,
*us* , quos citat , & ſequitur *Caballus* (77).
*us* , quos regulandum eſt juxtà circumſtantia
n verò regulandum eſt
mpè , ſi fuit per aſtutiam , fraudem ,
i ſubminiſtrando occultè carcerato inſtru
rangendum Cercerem , ut ferrum lima
ugiendum , ut funem , ſcalas &c. ſi cr
us , àn habuerit complices ; ſi fractis
us , àn apertus adulterinâ clave,
rcer , àn apertus adulterinâ clave,
i armati , facto impetu ,
mutilarunt , aut occiderunt
de nocte &c., ex his enim
ctus funis , modò *Carceris*, modò pœnæ
iam , nunc triremes ad tempus ; nunc p
& tandèm in atrociſſimis circumſtantiis
n ſupplicium , etiam qualificatum , ut
factum.
mperandarum etiam pœnarum motiva
Judex ; ut pietas Patris in filium ,
m ; amor Uxoris in maritum, & vic

illum perimit , nè tota agnatio ob illius mortem per manus carnificis vituperetur , tenebitur nè de crimine Carceris violati?

43 Reſpondeo , quòd communis concluſio Doctorum , quos recitat , & ſequitur *Caballus* , (81) eſt , quòd talis non debet evadere pœnam ordinariam homicidarum , & ratio, quam adducunt, eſt , quià , ut deducitur à jure (82) , carcerati ſunt ſub cuſtodiâ , ſecuritate, ac protectione Principis , proindè nemo privatus poteſt illos offendere . Ex hoc fundamento concludi debet , quòd taliter venenando , Carcerem violet, At mihi durum eſt , quòd ordinariâ pœnâ ſit plectendus . Siquidèm in delictis ſpectanda eſt non minùs intentio, quàm factum ; undè , ſi mala eſt tùm intentio, tùm factum , plenus intervenit dolus malus , & delictum in ſuo genere eſt uſquequaque perfectum , & ordinariam pœnam meretur . Si autem factum ſit quidèm malum , ſed finis bonus ſit , quàmvis factum non deſinat eſſe malum , tamen ei demitur de malitiâ , & conſequenter etiam de pœnâ , quià intentio operantis mala non eſt , & tunc , ceſſante dolo , remanet ſola culpa, quæ ſemper extrà ordinem punitur .

44 Hoc probatur in Matre , quæ ad vitandam infa-

tur erunt hæc motiva , ut pœna temperetur cum eo , qui ad effugiendum tale damnum veneno prævenerit damnati mortem ignominioſam .

46 Non deſinam prò coronide hujus paragraphi apponere alium modum , quo ſequitur *Carcerum violatio*, & eſt , quandò Cuſtos *Carcerum* , aut quivis alius ex Officialibus Curiæ , ut tradit *Caballus* (87), cognoſcit carnaliter mulierem carceratam . Concors enim Doctorum ſententia eſt , quòd prò tali actu pœna debetur . Fundant verò ſuam intentionem in hoc , quòd ex quâdam lege (88) habetur , quòd , ſi Tutor , pupillam habens in ſuâ cuſtodiâ , eam ſtupraverit , omnia ejus bona debent confiſcari , & ipſe deportari in inſulam ; Tutor enim ſuccedit loco Patris, & proindè tenetur pupillam nutrire , cuſtodire , & honeſtis moribus inſtruere , [89] undè cùm per ſtuprum eam vituperet , tali pœnâ mulctari debet . Comparant autem Tutori Cuſtodem *Carceris* , proindè volunt , quòd teneatur , Mulieres , quæ in Carcere ſub protectione Principis debent eſſe ſecuræ , alere , honeſtè cuſtodire, ac illas aut pœnæ, aut innocentiæ illeſas ſervare.

Ffff 2 Quòd

ac. Quæſt. 30. nu. 93. & 94. ¶. Hac ampliatio.
Pract. crim. cap. 15. nu. 30. & 31.
ama. nu. 57. ¶. Et tene menti.
Caſ. 8. n. 11.

(78) *Raynal. Tom. 1. cap. 3. §. 10. nu. 51.*
(79) *Decian. Tr. crim. lib. 7. cap. 11. n. 12.*
(80) *arg. text. in l. Si hominem. init. ff. Depoſit.*
(81) *Caball. Caſ. 94. n. 1. 2. 3. & ibi Bald. Felin. Marſil. Jo. de Arnon. Carrer. & Corrad.*
(82) *arg. l. final. C. de Cuſto. Reo. l. final. C. de Malef. & Mathe.*

(83) *Tit. 7. §. Parricidium. n. 14. in fin.*
(84) *Tit. 7. §. Abortus Procuratio n. 66. & 68.*
(85) *Tit. 7. §. Parricidium. n. 10.*
(86) *Decian. Tract. crim. lib. 9. cap. 8. nu. 17.*
(87) *Caball. Caſ. 283. nu. 13.*
(88) *text. in l. unic. 6. Si quis eam, cui, tut. fue. corrup.*
(89) *arg. l. 2. ff. de Adminiſtra. tuto.*

Digitized by Google

Quòd ſi contrafaciat, pęnas ſubire debere. Addunt alii hoc juſtè deberi, tùm quià iniuria fit Principi, cujus *Carceres* violantur; tùm quià refrænanda eſt audacia Officialium Principis, qui debent eſſe immunes à ſcelere: tùm quià Mulieres carceratæ faciliùs timore, aut fraude Officialium inducuntur ad proſtitutionem; tùm quià iſti, illecebris Mulieribus devincti, poſſunt eas impunitas fugâ ſibi conſulere, ut ponderat *Raynaldus*. (90)

47 Sed circà pœnas Cuſtodi inferendas, Doctores variant. Nàm in aliquibus locis, ut in *Galliâ*, *Portugalliâ*, *Bononiâ*, & etiam *Mediolani*, Teſte *Menochio*, (91) ut eum refert *Raynaldus*, (92) (de quo tamen valdè dubito, cùm *Clarus*, (93) dicat aliter circà Conſtitutiones Mediolani) extat lex, ac conſuetudo, quòd Cuſtos, cognoſcens Mulierem honeſtam carceratam, ſivè per vim, ſivè ſine vi, ultimo ſupplicio afficiatur; & ubi talis conſuetudo eſt, debet ſervari. In aliis locis pœna eſt Judicibus arbitraria, quæ quidèm augenda eſt juxtà circumſtantias facti, quæ tangunt aut modum agendi, nempè ſi fiat per vim, aut perſonam, ut ſi ſit Virgo, aut Nobilis &c. tamen reſpectu *Carceris* violati non poteſt extendi uſquè ad mortem, ut firmant *Menochius*, & *Pegas*, (94) quià de jure communi nulla reperitur ſancita certa pęna prò tali crimine. Undè ex receptâ conſuetudine Tribunalium, pęna talis criminis eſt triremium per quinquennium, ut voluit *Caballus*, (95) aut ad plùs per ſeptennium, ut ſcribit *Carena*. (96) Si autem Mulier cognita eſt meretrix, mitiori quidèm pęnâ mulctandus eſt Cuſtos, tamen aliquali coercitione eſt puniendus ob violatam loci reverentiam, ut firmat *Clarus*. (97)

48 De jure autem Canonico habetur *B. Pij V.* famoſa Conſtitutio (98), in quâ habentur pœnæ Excommunicationis, ac criminis læſæ Majeſtatis contrà frangentes *Carceres S. Officii*, carceratos eximentes, captos eripientes, aut capiendos impedientes ob cauſas fidei, ipſiſque auxilium quomodòlibet dantes, etiam effectu non ſecuto. Advertit porrò ex *Carenâ Bordonus*, (99) quòd prædictæ pęnæ afficiunt tantùm alios, qui carceratis, aut carcerandis auxilium dant, frangendo Carceres, eripiendo captos &c. non autem carceratos ipſos. Nàm ſi iſti fugam arripiunt, frangendo *Carceres*, aut ſinè fracturâ, ſi ſunt viles, fuſtigantur, ſi verò ſunt Nobiles, duriori cuſtodiæ mancipantur, ut ſcribit *Carena* (100)

49 Circà Regulares, fugientes è Carcere ſivè cum fracturâ, ſivè non; aut auxiliantes ad fugam carceratos, ſcrutari quilibet debet ſuas Conſtitutiones. Nos Minores de Obſervantiâ utràque habemus peculiare Statutum, quod, cùm aliàs (101) expenderimus, hìc repetere ſuperfluum judicamus.

(90) *Raynald. Tom. p. cap. 3. ſ. 7. nu. 2. circ. med.*
(91) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 292. nu. 4.*
(92) *Raynald. loc cit. nu. 1.*
(93) *Clar. §. Fornicatio. V. Cum carcerata.*
(94) *Menoch. de Arbitr. Caſ. 292. nu. 3. Pegas ad Ord. Regn. Portugal. lib. 1. Tit. 33 ſ. 4. Gloſs. 6. nu. 4*
(95) *Caball. Caſ. 283. nu. 8.*
(96) *Caren. de S. Offic. Par. 1. Tit. 15. ſ. 1. n. 9. in fin.*
(97) *Clar. ſ. Fornicat. V. Cum carcerata.*
(98) *B. Pius V. Conſt. Si de protegendis. Cal. April. 1569.*
(99) *Bordon. Sacr. Tribunal. cap. 32. Quæſt. 18 nu. 28. & ibi Carena Par. 2. Tit. 17. nu. 76. ſ. In contrarium.*
(100) *Carena loc. cit. nu. 75.*
(101) *Par. P. Tit. Pœnarum. Quæſt. 19. & 20. nu. 100. & ſeqq*

§. VIII. Ar-

# §. VIII.

## Artium prohibitarum exercitium.

*S V M M A R I V M.*

1 *Artium prohibitarum nomine quæ comprehendantur.*

2 *Nullus Eccleſiaſticus ſe immiſcere debet negotiis ſæcularibus.*

3 *Clericis prohibita omnia negotia forenſia.*
*Nequeunt eſſe Judices, Miniſtri publici, aut Procuratores Principis Laici.*
*Pariter neque Tabelliones, Actores, nec Teſtes in cauſâ ſanguinis.*
*Prohibentur Clerici exercere mercimonia, Medicinam, Chirurgiam, artem hiſtrionicam.*
*Arti honeſtæ, non tamen ſordidæ vacare poſſunt.*

4 Religioſi *omnes ſpecialiter prohibentur vacare negotiis ſæcularibus.*
*Prohibitio hæc facta Monachis extenditur ad Canonicos* Regulares *& Mendicantes.*
*Conſtitutio, fundata ſuper aliquâ qualitate, ſe extendit ad omnes ejuſdem qualitatis.*

5 Re*gulares non poſſunt eſſe Judices de rebus ſæcularibus.*
*Poſſunt eſſe Vicarii* Epiſcoporum.
*Religioſi Mendicantes poſſunt eſſe Vicarii* Epiſcoporum.

6 *Religioſus non poteſt in cauſâ ſæculari eſſe arbiter.*
*Arbiter quis ſit.*
*Arbitraria ſunt redigenda ad inſtar judiciorum.*
*Arbitrator poteſt eſſe Religioſus.*
*Concordare diſcordantes officium pietatis eſt.*
*In arbitratore Religioſo non requiritur licentia Prælati.*

7 *Procurator, quomodò differat ab Advocato.*

8 *Religioſus nequit eſſe Adſeſſor.*
*Adſeſſor quis ſit.*
*Adſeſſor ſub pœnâ exilii nequit ſubſcribere ſententiæ Judicis.*

9 *Religioſus non poteſt eſſe Peritus.*
*Peritus quis dicatur.*

10 *Regularis non poteſt eſſe Notarius publicus in cauſâ Civili, nec Criminali, niſi in S. Officio.*

11 *Pariter nec Teſtis coràm Judice Laico.*
*Etiam ad mandatum Superioris non poteſt eſſe Teſtis in cauſâ ſanguinis.*
*Ad quæ* Religioſus *poſſit licentiari à Prælato, ut teſtificetur.*
Re*gularis poteſt eſſe Teſtis extrajudicialis.*

12 *Ex cauſâ legitimâ, & licentiâ Superioris poteſt Regularis eſſe Judex, Advocatus, Procurator &c.*
*Cauſæ Legitimæ ad hæc præſtanda, quæ cenſeri debeant.*

13 *Religioſus poteſt eſſe Advocatus Orphani, Viduæ, ac miſerabilium perſonarum, & quomodò.*

14 *Exercere Officium quid importet.*

15 *Executores teſtamentarii nequeunt eſſe Regulares, ſinè licentiâ Superioris.*
*Licentia talis dari poteſt etiam à Superiore Locali.*
*Dicta licentia debet eſſe petita, & obtenta, ſufficit tamen tacita, vel præſumpta.*

16 *Fratres Minores nullo modo poſſunt eſſe executores teſtamentarii.*

17 *Tutores, aut Curatores teſtamentarii, aut dativi nequeunt eſſe Religioſi.*
*Tutores legitimi àn poſſint eſſe, variæ ſunt ſententiæ.*
*Tutores miſerabilium perſonarum poſſunt eſſe.*

18 Re*gularis non poteſt eſſe fidejuſſor ſinè licentiâ Superioris, & Capituli.*

19 *Nequè depoſitarius ſinè licentiâ Prælati.*
R*ecipiendo depoſitum abſquè licentiâ, àn peccent graviter, variant Doctores.*
*Eſſe depoſitarium non eſt contrà votum paupertatis.*
*Conventus non eſt obligatus ad reſtituendum depoſitum, datum privato* Religioſo.

20 *Negotiatio prohibita eſt* Religioſo.

21 R*egularis in Sacris conſtitutus nequit exercere Chirurgiam.*
*Si fiat ex charitate, non prohibetur exercere Medicinam.*

22 R*eligioſus non poteſt eſſe compater.*

1 LAto vocabulo *Artium prohibitarum* comprehendimus hìc tùm veras artes, tùm munera, quæ ſunt Eccleſiaſticis interdicta, quæ tamen nomine *artis* venire poſſunt, ut ait quædam *Gloſſa in cap. Unic. in V. Artem. de Vit. & hone. Cler. in 6.* & brevitati ſtudentes multa complectimur, nè circà ſingula diutiùs, quàm par ſit, cogamur immorari.

2 Generaliter ergò, & de jure communi vetitum eſt omnibus Eccleſiaſticis ſe immiſcere negotiis ſæcularibus; dicente *Apoſtolo* (1). *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Hæc autem multiplicia ſunt, ſpecialeſque prohibitiones, diſpoſitiones prò Clericis, prò Monachis, ac prò aliis Regularibus in ſacris Canonibus habentur, quæ ſingillatìm, & ſuccintè expendemus.

3 Primò prohibentur Clerici negotiis forenſibus vacare, (2) proindè non poſſunt eſſe *Juſtitiarii*, ſivè Judices Principum Laicorum (3), nequè eorum publici *Miniſtri*; (4) neque *Procuratores* (5), neque *Advocati*, niſi in cauſâ ſuâ, vel Eccleſiæ, vel miſerabilium perſonarum (6), nequè *Tabelliones*, ſivè, *Notarii* (7), nequè *Actores*, aut Teſtes in cauſâ ſanguinis. (8) Prohibentur pariter à negotiis ſæcularibus, puta, Exer-

(1) *Timot. cap 2. ℣. 4.*
(2) *cap. Duo ſunt. 12. q. 1.*
(3) *Concil. Lateran. ſub Alexand. 3. text. in cap. Sed nec. Ne Cler. vel Monach.*
(4) *cap. Sacerdotibus. Ne Cler. vel Monach.*
(5) *cap. Cyprianus. cum 3. ſeqq. 21. q. 3. cap. 2. Ne Cler. vel Monach.*
(6) *cap. 1. de Poſtula. cap. 1. de Vit. & hone. Cler. Concil. Lateran. 3. cap. 12.*
(7) *cap. Sicut te. ne Cler. vel Monach.*
(8) *cap. His quibus. 23. q. 8.*

Digitized by Google

Exercendi *Mercimonia* (9), *Medicinam*, *Chirurgiam*, (10) *Artem hiſtrionicam*, & *joculatoriam* (11), & quàmvis poſſint alicui *Arti* honeſtæ vacare ſinè detrimento Officii Clericalis, (12) tamen ab *Artibus* vilibus, ſordidis, & infamibus debent abſtinere, ultrà multa alia, quæ longum eſſet recenſere.

4 Religioſi autem ſpeciales habent prohibitiones rebus ſæcularibus vacandi, prout ex *Concilio Tarraconenſi* habetur in jure, (13) ubi dicitur *Similiter, ut nullus Monachorum forenſis negotii ſuſceptor, vel executor exiſtat, niſi quòd Monaſterii expoſcit utilitas, Abbate ſibi nihilominùs imperante*. Et quià nonnulli *Canonici Regulares* exiſtimarunt, Canonem hunc loqui de *Monachis* tantùm, non verò de cæteris, *Innocentius Tertius* declaravit etiam ad illos extendi, prout textualiter habetur in quâdam *Decretali*. (14) Hinc deducitur, quòd conſtitutio, fundata in aliquâ qualitate, ſe extendit ad omnes ejuſdem qualitatis, ut egregiè, & notabiliter docet *Abbas*: (15) & ideò cùm Conſtitutio illius Canonis fundetur in qualitate vitæ Religioſæ, quam profitentur Monachi, extendi debet ad omnes, qui vitam Religioſam ducunt, prout ſunt *Regulares Canonici*, & *Mendicantes*.

5 Forenſia autem negotia requirunt perſonam primò *Judicis*, qui Ordinarius eſt, aut *Delegatus*, aut *Arbiter*. Regulares autem non poſſunt eſſe *Judices Ordinarij*, hoc eſt, qui publicâ cognoſcendi, & judicandi auctoritate, & poteſtate funguntur de rebus ſæcularibus (16), prout ex citato *Canone* deducunt *Doctores*. (17) Sed ex eodem principio non poſſunt eſſe neque *Delegati*. Verum tamen eſt, quòd non impediuntur eſſe Delegati Epiſcoporum, ſeù eorum Vicarii, accedente tamen licentiâ ſuorum Superiorum, ut ex jure multi (18) deducunt. Et licèt nonnulli (19) hoc concedant de *Monachis* tantùm, de *Mendicantibus* autem, & præſertim ſtrictam vitam profitentibus hoc denegent; tamen hoc eſt dictum ſinè fundamento, nullo enim jure fulcitur talis limitatio; & praxis contrarium probat: ſiquidèm *P. Illuminatus Morenus*, Auctor *Centum Reſponſorum*, ac *Biga Seraphicæ Strictioris Obſervantiæ S. P. Franciſci* alumnus, fuit Vicarius Eminentiſſimi *Alderani Cibo*, Epiſcopi Æſini in Piceno; & ego pariter fui Vicarius in ſpiritualibus Illuſtriſſimi *Fr. Alexandri Montecatini*, *Archiepiſcopi Avenionenſis*, cum ſolâ licentiâ *Miniſtri noſtri Generalis*.

6 Ex ſuprà dato fundamento ſequitur etiam, quòd Religioſus non poteſt eſſe *Arbiter*; quià cùm arbitraria ſint redigenda ad inſtar judiciorum, (20) *Arbiter* eſt verus Judex, qui arbitrium ſuum debet regulare, ordine eſſentiali ſervato. Proindè ille, qui nequit eſſe Judex, nequit pariter eſſe *Arbiter*. Benè tamen poteſt eſſe Arbitrator, hoc eſt amicabilis compoſitor, quià reducere diſcordantes ad concordiam Officium pietatis eſt, (21) quod non diſconvenit Religioſo. Verum eſt, quòd nonnulli *Doctores* (22) requirunt in Religioſo licentiam Superioris, ut queat eſſe *Arbitrator*. Sed teneo, quòd non requiratur, tùm quià nullo jure cavetur, arbitrari enim ſic non eſt negotio forenſi ſe implicare, quod ſibi tantùm vetatur per Canones; ſed eſt Officium pium exercere, quod convenit Religioſo abſquè neceſſitate licentiæ: tùm quià contrarium tenent *Oldradus*, & *Jacobus de Aretio*, (23) & alii, quibus aſſentior.

7 Sequitur pariter ex eodem ſuprà dato fundamento, quòd non poteſt Religioſus eſſe *Advocatus*, nec *Procurator* in Cauſis forenſibus; licèt autem in jure (24) confundantur Officia *Procuratoris*, & *Advocati*, tamen longè differt *Advocatus* à *Procuratore*; etenim *Advocatus* eſt quaſi Tutor, qui conſilio perſonam, ſibi commiſſam in Cauſâ, defendit: *Procurator* verò quaſi Curator ad negotia litis (cujus Patronus efficitur) deputatus eſt. Proindè litigans reſpectu *Advocati* Cliens eſt, & ab eo ſuſcipitur, reſpectu *Procuratoris* Dominus eſt, ipſique negotia committit, ut eleganter ſcripſit *Paſſerinus*. (25)

8 Itidèm ex prænarrato principio derivat, quòd Religioſus nequit eſſe *Adſeſſor*, prout dicunt *Doctores*. (26) Eſt autem *Adſeſſor*, *qui ab eo, cui eſt data judicandi poteſtas, rogatur, ut ſibi in cognitione Cauſæ aſſiſtat, ut cum debito fine cauſam decidere inſtruat*, ut ex jure (27) deducit *Azo*. Dirigit igitur *Adſeſſor* Judicem conſilio ſuo, & rectè gerendorum actuum normam præbet, non autem ſententiæ ſubſcribit, ut incautè ſcripſit *Paſſerinus* (28), hoc enim ſub pœnâ exilii ſibi interdicitur, ut habetur expreſsè in *Codice*. (29)

9 Ob ſupradictam prohibitionem ſequitur, quòd Religioſus neque etiam poterit eſſe *Peritus*, quià, ut ex *Accurſio* aliàs (30) docuimus, *Peritus* comparatur *Adſeſſori*, ſivè Conſiliario Judicis, tùm ergò *Adſeſſor* nequeat eſſe Religioſus, ſequitur, quòd ſimiliter non poterit eſſe *Peritus*.

10 Sequitur inſuper ex dictis, quòd Religioſus non poteſt eſſe *Actuarius*, *Tabellio*, aut *Notarius* in judicio Civili, aut Criminali (31), & ob privilegium Cauſæ fidei conceditur ſolùm, quòd poſſit eſſe *Notarius* in Officio Sacræ Inquiſitionis. (32)

11 Iti-

(9) *cap. Multa. Ne Cler. vel Monac. Concil. Aurelian. 3. cap. 26. cap. Canonum. 14. q. 4.*
(10) *cap. ſententiam. Ne Cler. vel Monach. Concil. Lateran. 4. cap. 18.*
(11) *cap. Vnic. de Vit. & hon. Cler. in 6.*
(12) *cap. Clericus Victum. cap. Clericus. quantum libet. 91. Diſt. Concil. Colon. 2. Par. 2. cap. 30.*
(13) *cap. Monachi. il 2. 16. q. 1.*
(14) *text. in cap. Ex parte de Poſtulan.*
[15) *Abb. in cap. 2. num. p. de Poſtul.*
(16) *Gloſſ. in Clem. 1. in V. Si à Judicibus de Appell.*
(17) *Lezan. Tom. 1. cap. 9. num. 14. Sanch. lib. 6. in Decal. cap. 13. n. 55. apud Ant. à Spir. San. Direct. Regul. Tr. 3. n. 1434.*
(18) *Gloſſ. in cap. De præſentium. 16. q. 1. & in cap. Si quis. 58. Diſt. Rota 3. de Off. Vicar. in antiq. Fuſc. de Viſit. lib. 2. cap. 15. n. 100. Sbrozz. Navar. Azor. Campanil. Majol. apud Barboſ. de Off. & Poteſt. Ep. Allegat. 54. num. 12. & 13. Aloyſ. Ricc. Collect. 143. in fin.*
(19) *Azor. Fuſ. Sbrozz. lib. 2. q. 40. apud Barboſ. de Off. Epi. Allegat. 54. nu. 14.*
(20) *l. p. ff. de Arbitr.*
(21) *arg. text. in cap. Iniuſtum. 11. q. 3.*
(22) *Paul. in Clem. 2. de Reſcr. Jo: de Lignan. ibid. Speculat. Tit. de Arbitr. Hoſtien. ſum. Rub. eo tit. §. Quis poſſit eſſe. apud Abb. in cap. Quintavallis nu. 13. de Jurejur.*
(23) *Oldrad. Jacob. de Aret. apud Abbat. loc. cit.*
(24) *l. 1. §. Ait Prætor ff. de Poſtul. C. de Advoc. div. Jud. per tot. l. 1. C. de Adſeſſor.*
(25) *Paſſerin. de Stat. hom. Tom. 2. q. 187. art. 2. n. 28.*
(26) *Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 13. n. 85. Palau. Tr. 16. Diſp. 4. P. 12. §. 1. n. 7. Ant. à Sp. S. Direct. Reg. Tr. 3. Diſp. 6. nu. 1445.*
(27) *l. p. l. penult. l. final. ff. de Offic. Adſeſſor. Azo. ſum. Tit. de Aſſeſſor.*
(28) *Paſſerin. de Stat. hom. Tom. 2. q. 187. art. 2. nu. 36.*
(29) *l. 2. C. de Adſeſſor.*
(30) *Par. p. Tit. Corpus. n. 57. in fin.*
(31) *text. in cap. Sicut. Ne Cler. vel Monach.*
(32) *text. in cap. Ut Officium. §. Verum. de Heret. in 6.*

Digitized by Google

) deducit *Azo*. Dirigit igitur *Adſeſſor* Judicem
ſuo, & rectè gerendorum actuum normam præſc[...]
autem ſententiæ ſubſcribit, ut incautè ſcripſit Pe[...]
us (28), hoc enim ſub pœnâ exilii ſibi interdic[...]
betur expreſsè in *Codice*. (29)

Ob ſupradictam prohibitionem ſequitur, q[...]
ioſus nequè etiam poterit eſse *Peritus*, quià, u[...]
ſo aliàs (30) docuimus, *Peritus* comparatur e[...]
ſivè Conſiliario Judicis, tùm ergò *Adſeſſor*[...]
ſe Religioſus, ſequitur, quòd ſimiliter non p[...]
*Peritus*.

equitur inſuper ex dictis, quòd Religioſus no[...]
ſe *Actuarius*, *Tabellio*, aut *Notarius* in judici[...]
aut Criminali (31), & ob privilegium Conſ[...]
editur ſolùm, quòd poſſit eſſe *Notarius* Offi[...]
Inquiſitionis. (32) 11 Iti-

*p. ff. de Arbitr.*
*g. text. in cap. Iniuſtum. 11. q. 3.*
*ul. in Clem. 2. de Reſer. Jo: de Lignan. ibid. Speculat. Tit.*
*Arbitr. Hoſtien. ſum. Rub. eo tit. §. Quis poſſit eſſe. apud*
*b. in cap. Quintavallis nu. 13. de Jureju.*
*rad. Jacob. de Aret. apud Abbat. loc. cit.*
*§. Ait Prætor. ff. de Poſtul. C. de Advoc. div. Jud.*
*l. C. de Adſeſſor.*
*rin. de Stat. hom. Tom. 2. q. 187. art. 2. n. 28.*
*. in Decal. lib. 6. cap. 13. n. 85. Palan. Tr. 16. Diſp.*
*§. 1. n. 7. Ant. à Sp. S. Direct. Reg. Tr. 3. Diſp.*

*penult. l. final. ff. de Offic. Adſeſſor. Azo. ſum.*
*r.*
*in. de Stat. hom. Tom. 2. q. 187. art. 2. nu. 36.*
*de Adſeſſor.*
*Tit. Corpus. n. 57. in fin.*
*cap. Sicut. Ne Cler. vel Monach.*
*ap. Ut Officium. §. Verum. de Haret. in 6.*

[...] debet, quod vetatur Religioſis eſſe *Advocatum* propriè, aut *Procuratorem*, comparendo in judicio; ceterùm, ſi extrajudicialiter adit Judicem, & ipſum inſtruit de bono jure ejus, quem defendit; aut ſi verbis, aut ſcriptò tantùm conſulit, allegando jura, quæ faciunt prò clientulo; aut implorat auxilium Principis, aut perſonæ potentis, ut pauperi carcerato patrocinetur, non dicitur contrà prohibitionem Officium *Advocati* exercere, ut poſt *Abbatem*, *Bartolum*, *Sylveſtrum*, *Angelum*, *Sanchez*, & alios, probat eruditè Paſſerinus. (42)

14 Advertendum autem, quòd prædicta munera forenſia interdicuntur à Canonibus, Si Religioſus vult ea exercere indifferenter; ceterùm, ſi in unâ, aut alterâ cau-

(33) *Specul. de Teſt. §. 1. n. 36. Abb. in cap. Cum nuncius. num. 4. de Teſt. & ibi Felin. n. 3. Sanch. l. 6. in Decal. c. 13. n. 103. Pala. Laym. Ant. à Sp. S. apud Paſſer. de Stat. Tom. 2. q. 187. n. 76. in fin.*

(34) *Farinac. q. 78. n. 199. & q. 60 n. 91. Megali. Prompt. Theol. V.* Clericus. *n. 26. Tho. à Jeſu. de Viſit. Regul. Tr. 3. cap. 11. nu. 10. Spathari. Diaz. Roderic. apud Peyrin. Form. lit. T. cap. 1. n. 2. in fin.*

(35) *Pelizzar. Manual. Regul. Tract. 6. cap. 12. n. 39. & 40. Portel. apud Ant. à Sp. S. Direct. Regul. Tr. 3. Diſp. 6. n. 1492.*

(36) *arg. cap. Nuper. de Teſt. Novell. de Monach. §. Cogitandum. Coll. 1. Auth. Ingreſſi. C. de Sacr. Eccl.*

(37) *Sanch. lib. 6. in Decal. cap. 13. nu. 56. Ant. à Sp. S. Direct. Reg. Tr. 3. Diſp. 6. n. 1434.*

(38) *arg. cap. Monachi il 2. 16. q. 1. D. D. apud Lezen. Tom. 1. cap. 9. n. 14. Ant. a Sp. S. loc. cit.*

(39) *Abb. in cap. 2. nu. 3. de Poſtulan. & ibi Innocent. in cap. Cum I, & A. de ſent. & re iudicat. Roman. ſingul. fol. 15. apud Sapia. Add. ad Abb. loc. cit. lit. C.*

(40) *Gloſſ. in cap. De præſentium. in V. Defenſor. 16. q. 1.* Card. *in cap. 2. n. 1. q. 1. de Poſtul. Navar. Conſ. 2. de Regul. nu. 66. text. in cap. final. de Poſtul.*

(41) *Abb. in cap. 1. n. 5. & ibi Hoſtienſ. Jo. Andræ. n. 2. Anchar. n. 3. Fagn. n. 5. de Poſtul.*

(42) *Paſſerin. de ſtat. hom. Tom. 2. q. 187. art. 2. n. 31.*

[...] (49) dicunt;

16 Excipiuntur autem ab hâc limitatione *fratres Minores*, ipſi enim nullo modo poſsunt, nequè de licentiâ ſuorum Prælatorum eſse *Executores teſtamentarii*, aut ultimarum voluntatum, ut cantat expreſsè Textus famoſæ *Clementina*. (50) Non tollitur autem, quin poſſint eſse Conſiliarii, à Teſtatore inſtituti, ut executores, à ſe relictos, in teſtamento conſilio ſuo dirigant, in exequendâ ejus occultâ voluntate, ut contrà *Cardinalem*, *Dominicum*, *Ancharanum*, & *Franciſcum* tenet *Covaruvias* cum *Bartolo*, & poſt eum *Rodericus*. (51)

17 Prohibentur etiam Religioſi eſse *Tutores*, aut *Curatores teſtamentarii*, hoc eſt in teſtamento inſtituti, ut hoc ex utroque iure (52) habetur; & pariter *dativi*, nempè dati à Judice in defectu *Tutoris teſtamentarii*, aut conſanguineorum. An autem poſſint eſse *legitimi*, (cum

(43) *Abb. in cap. Ex parte n. 4. de Poſtul. & ibi Innoc. in cap. Unic. in fin. de obl. ad ratio Archidiac. in cap. Pervenit. 86. Diſt. Felin. in cap. Cum I, & A. n. 11. de ſent. & re judic. Fagnan. in cap. Magnus. n. 4. de Obliga. ad ratiocin.*

(44) Collectar. *Dec. Sylveſt. Sanch. Pala. Ant. à Sp. S. apud Paſſerin. loc. cit. n. 30.*

(45) *Cap. Ex Parte de Poſtul.*

(46) *text. in cap. Religioſus. de Teſtam. in 6. Clement. Unic. eo. tit.*

(47) *Sylveſt. V. Teſtamentum. 2. q. 2. V. Dic 1. Roderic. Tom. 3. q. 70. art. 1. poſt. Med.*

(48) *Ant. à Sp. S. Direct. reg. Tr. 3. Diſp. 6. n. 1470.*

(49) *Sylv. V. Teſtamentum. 2. qu. 2. V. Dico 3. apud Paſſerin. de Stat. Tom. 2. q. 187. n. 101. Sanch. & Pellizza. Tr. 6. cap. 12. nu. 26. apud Ant. à Sp. S. loc. cit. n. 1472.*

(50) *Clement. Exivi. §. Verum etiam de Verb. ſignif.*

(51) *Covaruv. de Teſt. cap. 17. n. 1. & ibi Bartol. Tr. Minoric. lib. 3. cap. 4. Roderic. Tom. 3. q. 70 art. 2.*

(52) *Concil. Chalced. Act. 15. can. 3 cap. Pervenit. 86. Diſt. cap. Generaliter 16. q. 1. cap. Sacerdotium. 21. q. 3. l. Generaliter. de Epi. & Cler. Auth. Præsbiteros. C. eo. cap. final. 88. Diſt.*

Digitized by Google

(cum licentiâ tantùm ſuorum Superiorum) diviſæ ſunt opiniones. *Antonius à Sp. Sancto* poſt *Pelizzarium* (53) tenet, quòd non, quià Religioſus nulla bona poſſidet, quæ prò adminiſtrandâ tutelâ, etiam legitimâ ſubiaceant obligationi; præterquam quod hoc expreſsè cavetur in quâdam *Authenticâ* (54), loquente de tutelâ legitimâ, quòd ſic habet, *Monachos tutelam alicujus perſonæ ſubire non permittimus*. Sed multi alii *Doctores* poſt quandam *Gloſſam* (55) tenent contrarium; tùm quià non eſt de ſubſtantiâ *Tutoris*, quòd habeat bona, quæ obliget prò benè adminiſtrandâ tutelâ; tùm quià diſpoſitio illius *Authenticæ* corrigitur per *Canonem*, cui inhærere debent Eccleſiaſtici. Poſſunt pariter Religioſi eſſe *Tutores miſerabilium perſonarum*, quià hoc eſt opus pium, maximè decens Religioſis. Sed àn ad hoc poſſint à Superioribus compelli, nonnulli (56) affirmant. Sed contrarium vult *Sanchez* (57) De hoc verò quærere non eſt præſentis inſtituti.

18 Inſuper prohibentur eſſe *Fidejuſſores* abſquè licentiâ Superioris, & majoris partis Capituli, ut textualiter habetur in quâdam *Decretali*; (58) & hæc prohibitio à naturâ ſtatus Religioſi naſcitur, cùm enim *Fidejuſſor* obliget ſe, & bona ſua creditori, ſi debitor non ſolvat; & Religioſus, alligatus voto obedientiæ, non poſſit alteri obligare ſe; & ob votum paupertatis bona non habeat, quæ obligare poſſit; liquet, quòd nullo modo ſinè dictâ licentiâ poteſt nec validè, nec licitè fidejubere.

19 Licèt verò de jure communi non prohibeantur eſſe *Depoſitarii*, imò videatur hoc ſibi licere, argumento ejus, quod dicitur in quâdam *Decretali* (59), in quâ habetur, quòd pecunia, ob quam ſurreptam fuit delata querela ad Papam, fuerat depoſitata apud particularem Religioſum; tamen, ſi hoc fiat ſinè licentiâ Prælati, non erit licitum. Utrùm verò Religioſus, recipiens depoſitum abſquè tali licentiâ, mortaliter peccet, variant *Doctores*: nàm *Antonius à Spiritu Sancto* (60) cum quibuſdam aliis tenet, quòd ſic; quià init contractum, & ſuſcipit obligationem reſtituendi depoſitum; è contrà *Paſſerinus* (61) dicit, non peccare mortaliter; tùm quià eſſe depoſitarium non eſt contrà votum paupertatis, ut poſt nonnullos alios Doctores dicit alibi; (62) tùm quià contractus, & obligatio, quam ſubit Religioſus, eſt merè perſonalis, & nulla, undè imputare ſibi debet deponens in eventu, quòd res pereat; non enim obligatus ad eam reſtituendam eſt Conventus, ut dicitur in jure (63), Undè tota culpa Religioſi cōſiſtit in acceptando depoſitum abſquè licentiâ Superioris; & hoc de ſe non eſt peccatum mortale; ſed eſt purè tale, quale cenſetur juxtà varia Statuta Religionum, aliquid facere ſinè licentiâ Superioris. Et hæc ſecunda opinio eſt probabilior.

20 Ultrà hæc prohibetur Religioſis *Negotiatio*, ut ex pluribus juribus (64) conſtat. Hæc autem, ut docet *D. Thomas* (65), conſiſtit in hoc præcisè, ut aliquid ematur ad purum finem cariùs vendendi, ut ex eo quis fiat ditior. Proindè qui vendit rem ſuam, ſibi quæſitam omni alio titulo, quàm emptionis; vel ſi emit, emit ad proprium uſum, & ex accidenti eam vendit, quià ſibi eſt inutilis, non dicitur *Negotiationem* exercere.

21 Ampliùs prohibetur eisdem exercere *Chirurgiam*, ſi ſint in ſacris Ordinibus conſtituti (66), ſi fiat cum inciſione, vel aduſtione, & etiam *Medicinam*, ſi fiat causâ lucri turpis. Si autem fiat ex charitate, non eſſe de jure communi prohibitam *Medicinam*, argumento cujusdam Capituli (67) multi docent. (68)

22 Præterea prohibetur Religioſis eſse Compatres, levando infantes de fonte Baptiſmali; nequè poſſunt habere *Commatres*, ut plures *Canones* (69) diſponunt. Tandemque non poſsunt vacare venationibus, aleæ, ludis choræis, aliiſque multis, quæ non conducunt, nequè conveniunt ſtatui Eccleſiaſtico, ac Regulari: ſed quià de illis non agitur in judicio forenſi, ſed paternè ſolent à Prælatis emendari, ideò peculiarem tractationem de eis non ſcribimus.

## Probatio.

### SUMMARIUM.

23 *Quænam ſint probanda, ut puniatur Religioſus de exercitio artis prohibitæ.*

24 *Continuatur materia.*

23 Quò ad probationem delicti, quòd Clericus, ſivè Religioſus aliquam *Artem*, iuxta ſupradicta exercuerit, duo ſunt probanda, unum quidèm poſitivum eſt, aliud verò negativum. Poſitivum quidèm eſt, quòd Reus non ſemel, aut bis, ſed ſæpiùs actus illius *artis* exercuerit, ſi prohibitio non conſiſtit in uno, aut altero actu, ſed in exercitio illius actus, pròut eſt exercere *Advocaturam*, *Procuraturam* &c. aut in probando factum, quod unico actu conſummatur, ut eſse Depoſitarius, Compater &c. Negativum autem eſt, quòd tale exercitium factum ſit non in caſu permiſso à lege; aut ſinè legitimâ facultate Superioris obtentâ. Poſitivum quidèm poteſt tùm per Teſtes, tùm per alia Documenta concludenter probari, & circà hoc nulla eſt in hoc crimine ſpecialitas, ſufficit enim Accuſatori, ſeù fiſco probare, Reū prętéſū pluries cōparuiſse in

Cau-

(53) *Ant. à Sp. S. Direct. Reg. Tr. 3. Diſp. 6. nu. 1455. & ibi Peliz. Tract. 6. cap. 12. n. 23.*

(54) *Authent. Præsbiteros. §. Epiſcopaſ. C. de Epi. & Cler.*

(55) *Gloſſ. in cap. Pervenit. in V. Tutelaſ. in fin. 86. Diſt. S. Raymund. Sum. Par. 2. cap. ult. S. Antonin. 3. Par. Tit. 13. cap. 2. §. 1. Turrecrem. Angel. Sylv. Tabiena. Azor. Lezan. apud Paſſerin. de Stat. hom. Tom 2. q. 187. n. 130.*

(56) *Turrecrem. S. Antonin. Sylv. Angel. Tabiena. Roſell. Armill. apud Paſſerin. l. cit. n. 132.*

(57) *Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 14. n. 26.*

(58) *cap. p. cap. Quod quibusdam. de Fideiuſſor.*

(59) *cap. 1. Extrà. de Depoſit.*

(60) *Ant. à Sp. S. Direct. Regul. Tr. 3. Diſp. 6. num. 1497. & ibi Palaus. Tr. 16. Diſp. 4. P. 13. §. 4. n. 3. & apud eum Molin. & Sanch. Decal. lib. 6. cap. 14. n. 27.*

(61) *Paſſerin. Tom. 2. de ſtat. hom. q. 187. num. 137.*

(62) *Paſſerin. Tom. p. de ſtat. hom. q. 186. art. 7. num. 218. & ibi Suar. Sanch. Layman. Palan. & Ant. à Sp. S.*

(63) *cap. 1. Extra. de Depoſit.*

(64) *cap. Sed nec. cap. Secundum ne Cler. vel Monach. cap. Conſequens cap. Negotiationem. cap. Fornicari. 88. Diſt.*

(65) *D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4.*

(66) *cap. Sententiam. Ne Cler. vel Monach. cap. Non magnopere eo. tit. cap. Tua nos. de Homicid.*

(67) *arg. cap. Ad aures. de Aet. & qual. ordin.*

(68) *Card. in cap. Ad aures. n. 2. de Aetat. & qual. Ordin. Hoſt. in cap. ſignificaſti. il 2. de Homic. Felin. in cap. Tua nos. eo. tit. Covar. in Clem. ſi furioſus. Par. 2. §. 4. n. 3. Molin. Suar. Avil. Gibel. Sayr. Bonac. Dian. & alii apud Paſſerin. de ſtat. hom. Tom. 2. q. 187. art. 2. n. 277.*

(69) *cap. Placuit communi 16. q. 1. cap. Peruenit ad nos. 18. q. 2. cap. Non licet. il p. capt Monachi ſibi. de Conſecr. Diſt. 4.*

Digitized by Google

ıgendo munere
otiationis, emen
iam emerat u
&c. Negativum
ıc tempore, lo
ad Fiſcum, ſeu
Reus probare
verſamur in r
itatæ Leges ve
ex recenſitis
, hoc eſt in ca

cuſatorem, ſeù
commiſſo à Re
em ſuam, &
illum conſti
onus probanc
exercitium
ocuraturam
rò utilitate
xpreſsâ, taci
oris &c. Qua
lenter deliƈ
modò proba
c licentiâ p
ùm tùm pr
in mente? I
uiâ, quæ late
us, ab eo
*Abbas*. (
tale exerci
periore,
non impe
um appro

*v M.*

*dicis P.*

*causâ L*
*s in cau*

*rrat Ir*

*onis.*
*, caup*

*redaƈt*

*ia, ſe*

*trio S*

*ando*

*Canoniſta*, & fuerit Clericus deprehenſus in fraude, non debet *ei ab Eccleſiâ ſubveniri*. (72) Si autem exerceat munus *Tabellionis*, & ſit in Ordinibus ſacris conſtitutus, privatur Beneficijs obtentis. (73) Si autem ſit *Iudex*, *Notarius*, *Actor*, aut *Teſtis* in cauſâ mortis, aut mutilationis, incurrit Irregularitatem, ſecuto effectu, ut habet Canon. (74)

27 Irregularitatem etiam incurrit, ſi exercet Chirurgiam cum inciſione, ſivè aduſtione; in caſu etiam, quòd ipſe ſit peritus in arte, & diligentiam neceſſariam adhibeat, & ex pietate artem exerceat; ſi tamen ex inciſione mors ſequatur, etiam ex culpâ ægroti, ût ex quâdam *Decretali* (75) communiter deducunt *Doctores*. Verùm tamen, ſi abſquè inciſione, aut aduſtione applicet emplaſtrum anodynum, ſivè emolliens, ut digeratur apoſtema, & ſinè culpâ Clerici, mors ſequatur, non incurritur irregularitas, ut ſcribunt multi. (76) Sicut pariter, ſi incidat ſolam venam ad phlebotomiam; aut ſi adiuvet Chirurgum incidentem, aut urentem ſecundùm artem; aut ſi in caſu præciſæ neceſſitatis inculpabiliter operatur, ſecando, urendo, & abſquè culpâ ſuâ ſequatur mors; aut ſi ſecet, urat, mutilet, non ſequatur tamen mors, in omnibus iſtis caſibus Clericus, etiam in ſacris, non incurrit Irregularitatem, iuxtà multos *Doctores*, quos dat Paſſerinus. (77)

28 Pœna verò Clerici ioculatoris, aut hiſtrionis eſt, quòd, *ſi autem illam ignominioſam exercuerit, & tertiò monitus non reſipuerit, omni privilegio Clericali carere debet*, iuxtà *Canonem* (78) hoc eſt privatur privilegio fori, & Canonis, & privilegio, per quod à Laicis vexari non poſſunt Clerici in perſonâ, vel rebus, pròut explicat Gloſſa quædam. (79) Et ex citato Textu corroboratur id, quod diximus ſuprà *num.* 14. & in *V. Alchimia exercitium. num.* 22. puta, quòd ad incurrendas pœnas Canonicas, ſivè Statutarias non ſufficit unus, aut alter actus circà prohibita, ſed eſt neceſſarium illorum exercitium; ut in hoc Canone expreſsè habetur. Quòd, ſi hoc ordinat in hiſtrionicâ, quæ etiam iuxtà iura Civilia (80) eſt ars infamis, à fortiori dicendum eſt de actionibus forenſibus, Medicinâ, ac Chirurgiâ, quæ de ſe non ſunt mala; ſed evadunt in Clericis delicta ex ſolâ prohibitione iuris poſitivi. Irregularitatem etiam incurrit Clericus ioculator, ratione infamiæ iuris, ut dicunt *Doctoras*. (s) Et licèt *Theſaurus* (t) dicat, hoc eſſe reſpectu Ordinum ſuſcipiendorum, ſecùs ſit, ſi conſtitutus in ſacris hiſtrionicam exerceat; tamen contrarium eſt verius. Si enim infamiâ conſequitur tale exercitium; turpius hoc evadit, ex quo exercetur à perſonâ iàm ſacrâ; proindè Irregularitas, quæ fundatur in infamiâ, habet firmius fundamentum, quo turpius evadit delictum, proindè tenendū eſt, quòd talis redditur irregularis: & ità tenent multi, (u) quos idem refert, & ſequitur.

29 Pęna inſuper Clerici, qui per ſe Macellum, & Tabernam, (puta, cauponam) teneat, & carnificis, ſeù Macellarij, aut Tabernarij artes exerceat, eſt diſpoſitio; & privilegij Clericalis amiſſio: ut pluribus *Canonibus* (81] ſancitur. Contrà Clericum, qui datâ operâ adhibetur in Convivijs, ut dicacitatibus, aut geſtis ſcurrilibus, turpibus narrationibus, ac indecentibus facetijs convivas recreet, & (ut canebat *Satyricus*) *pernoctantis Paraſiti* perſonam agit, à quarto *Concilio Carthaginenſi* fertur depoſitio. (82) Pęnæ tandem arbitrariæ debentur Clerico, exercenti artes ſordidas (ut aptare pelles, ſeù mundare cloacas;) aut viles, (ut locare operas ad arandum, veteramentarium, aut cerdonem agere) vel ſtatui, & dignitati Ordinis Eccleſiaſtici indecentes (ut ars fabrilis, Sutoria, Molendinaria &c. & quæ occaſionem peccandi præbent, ut chartas luſorias fabricari; fucos muliebres componere; laſcivas picturas delineare, & cætera huiuſmodi, & hoc maximè, ſi fiant ob turpe lucrum, ut multis citatis probat *Paſſerinus*. [83)

30 Hæc quidèm omnia de veteri iure *Canonico*, ſed tamen antiquato; nàm ut plurimùm ab Epiſcopis pęnæ iſtæ ad pecuniarias reducuntur, & ſic invaluit conſuetudo omnium penè Diœceſium.

31 Quò autem ad Regulares, exercentes Officia Forenſia extrà caſus permiſſos, & abſquè licentiâ Superiorum, ipſi debent ſeveriùs puniri, quàm Clerici Sæculares, ità ſanciente Canone (84), *Diſtrictiùs autem decernimus puniendum, ſi Religioſorum quiſquam aliquid prædictorum auſus fuerit attentare*. Et ratio eſt, quià, cum ſtrictiori vinculó vitæ Regularis obligetur Deo per vota, aggravat delictum, ſi, Deo relicto, ad ſæcularia Officia divertat, & proindè etiam pęna ſibi augenda. Porrò augmentum talis pœnæ committitur arbitrio proprij Judicis, iuxtà varia Ordinum Regularium Statuta. Reſpectu autem reliquarum artium prohibitarum ex ſupradictis, non invenio Canonem punientem Regulares præ Clericis: unde quæ faciunt prò Clericis Sæcularibus, aptanda ſunt ipſis, ſervatis in reliquo municipalibus Conſtitutionibus.

32 Prò Nobis adſunt Statuta Ordinis, quæ quià in *Collectione Sambucanâ* habentur decurtata, & alterata; damus integra, & ſincera ex *Valliſoletanis*. [85] In iſtis ergò in principio, & fine *Tituli* generaliter prohibentur laboritia, & artes vetitæ Religioſis, ac negotia ſæcularia in genere: nullâ ſpeciali pœnâ, ultrà Canonicas inflictâ. In ſpecie autem de quibuſdam ſic habetur.

33 1. *Nemini omninò liceat artem Medicam extrà Ordinem quovis modo exercere: aut pulſum ut Medicus tangere; aut urinam videre; aut ſyrupos, vel pharmaca ordinare, aut phlebotomiam facere. Contrà qui fecerit actibus legitimis biennio careat.*

34 2. *Nemo etiam aut per ſe, aut per alium ſibi, aut alteri Fratri negotia per Reges, aut Principes, vel Prelatos, aut quoſvis alios, extrà Ordinem exiſtentes, committi procuret; aut procurare audeat; aut etiam accipere, ullatenùs præſumat, ſinè expreſſâ*

Ge-

(72) *Text. in cap. Sacerdotibus. Ne Cler. vel Monach.*

(73) *Text. in cap. Sicut te. Ne Cler. vel Monach.*

(74) *Cap. His quibus. 23. q. 8.*

(75) *Cap. Tua nos. 19. de Homicid. ubi Innoc. n. 1. Abb. nu. 2. Fagnan. n. 1. Barboſ. n. 7. Navar. Manual. cap. 27. n. 228. Covaru. in Clem. Si Furioſus. Par. 2. § 4. n. 3. & 10. Molin. Suar. Filiuc. Sayr. Layman. Bonac. Turrian. Dian. & alij. apud Paſſerin. de Stat. hom. Tom. 2. q. 187. art. 2. nu. 267.*

(76) *Molin. Roderic. apud Bonac. Dian. Gibal. Leander. apud Paſſerin. loc. cit. nu. 268.*

(77) *Paſſerin. loc. cit. num. 270. & ſeqq. & ibi Molin. Roderic. Gibal. Leand. Avil. Bonac. Navar. Covaru. Suar. Baſſa. Sayr. Barboſ. Dian. Par. 4. Tract. 2. Reſol. 23.*

(78) *Text. in cap. Unic. de Vit. & hone. Cler. in 6.*

(79) *Gloſ. in Cap. Altercationis de Bigam. lib. 6. in V. omni privil.*

(80) *L. p. §. final. ff. de His qui not. infam. l. 2. eo. tit.*

(s) *Innoc. in cap. Cum decorem. & ibi. Abb. n. 2. Imol. n. 1. de Vit. & hone. Cler. text. in cap. p. 51. Diſt.*

(t) *Theſaur. de Pœn. V. Artem Ludicr. V. Lin. ita quod iam.*

(u) *Archidiac. Io. Andræ. Gemin. Ancharan. Franc. in cap. Unic. de Vit. & hone. Cler. in 6. Sanch. Conſ. lib. 1. cap. 8. Dub. 33. n. 7. Diax Prax. cap. 68. vel 71 n. 3. apud Theſaur. l. cit. V. III. Privilegio.*

(81] *Text. in cap. Nulli Clerico. 44. Diſt. Clement. Diœceſanis. de Vit. & honeſt. Cleric.*

[82] *Concil. Carthagin. 4. cap. 60. cap. Clericum 46. Diſt.*

[83] *Paſſerin. de Stat. hom. Tom. 2. q. 187. art. 2. nu. 175. & ibi Rodoan. de Spol. q. 2. n. 42. Graſſ. Effect. Cleric. 6. num. 45. & ſeqq. Card. & Vital. ad Clem. 1. de Vit. & hone. Cler. nu. 37.*

[84] *Text. in cap. Sed nec. in fin. Ne Cler. vel Monach.*

[85] *Stat. Valliſolet. c. 5. Tit. de Laborit. & c. Orb. Seraph. to. 3. f. 454.*

Digitized by Google

debent accipi verba in ſtrictâ ipſorum interpretatione. Nullum ergò in caſu interveniret delictum; quià non ratione periculi, nè medicamentum noceat; cùm ſupponamus, Religioſum eſſe peritum; non ratione lucri turpis, quià ex charitate illud diſpenſat; non tandèm ex contraventione Statuti, quià in illud non committit.

38 Reſpondeo ſecundò, quòd Religioſus, ſi non eſt peritus; & prò parando medicamento pecuniam per ſe, aut alium expendit; aut non ex charitate, ſed prò pretio diſtribuit; & medicamentum nonnullis nocuit notabiliter, licèt aliquibus profuerit debet puniri, non quidèm ex capite contraventionis huic Statuto, ſed ex aliis. Quià ex hoc, quòd ipſe peritiam non habet, ſed purum putum experimentum exponit periculo gravi proximum, cui nocere poteſt medicamentum; pariterque Religionem, de quà multi obloquuntur, ſi mors, aut grave damnum ægroto adveniat; undè ratione hujus periculi peccat graviter, undè punibilis evadit arbitrio Superioris; & ſi mors ſequatur, fit Religioſus irregularis. (87.) Pariter, ſi prò compoſitione pharmaci, aut alterius olei, unguenti &c. recurrit ad pecuniam, aut ipſum medicamentum vendit, debet puniri penâ proprietariorum, ut manifeſtum eſt.

39 Reſpondeo tertiò, quòd, ſi unum, aut alium ægrotum maximè ex benefactoribus curaret, accedente ad hoc licentiâ Superioris, & ex Religioſâ gratitudine, non incurreret penam Statuti; quià per unum, aut alterum actum non infertur exercitium Medicinæ. Quod etiam dicendum eſt, ſi eſſemus in caſu neceſſitatis, cùm probatum ſit, quòd ex charitate, & neceſſitate fieri poſſit. Sequitur igitur, quòd hoc debeat accipi, de diſpenſatione, ità ut Superior non potens diſpenſare generaliter ſuper omnibus Statutis, ut eſt, Provincialis nequeat dare licentiam tales artes exercendi, licèt frater eſſet in arte Peritus.

42 Tertia dubitatio eſt circà penam, latam in eodem Statuto, quæ eſt, *privatio actum legitimorum per biennium & etiam carceratio, Provincialis arbitratu*, quæritur ergò quonam caſu ad penam carceris poſſet deveniri.

43 Reſpondeo, quòd, cùm carceratio hæc ſit ad penam & proindè formalis, ad quam conſequitur privatio actuum legitimorum, ut aliàs (91) dictum fuit; ſupponit in Reo graviorem culpam, quàm ſit ſimplex, & ordinaria tranſgreſſio hujus Statuti. Gravior autem poteſt evadere culpa ex duplici capite; puta, ex adiunctà tranſgreſſione alterius præcepti; vel ex recidivatione in eandem tranſgreſſionem. In primo caſu eſſet, ſi, ut medcretur, pecuniam acciperet; vel ſi recurſum haberet ad pecuniam prò emendis ſimplicibus, ut poſt medicamentum compoſitum venderet; vel ſi occaſione viſitandarum mulierum ægrotantium turpia attentaſſet &c. in



(c) *Tit. Applicatis §. 30.*
(86) *Bartol. Tract. de Teſt. V. Cerdonem. n. 61. Maſcar. concl 135 n 4.*
(87) *Cap. Tua nos de Homicid.*

(88) *Cap. Quod non. Extrà de Reg. iur. cap. licet. de Fer. l. 1. §. 1. de Off. eius. cui. mand. l. Divus de Pet. hæred.*
(89) *Cap. Ad Aures. de Ætat. & qual.*
(90) *Sanctor. Comm. cap. 5. Stat. 16 in fin. fol. m. 353. & ibi Henriq. Sayr. Auil. Bonac. Molin. Barboſ. Iur. Eccl. cap. 43. n. 56.*
(x) *Tuſc. lit. D. Concl. 322. Alberic. Dictionar. V. omninò.*
(z) *Felin. in cap. Ex parte il p. de Off. Iud. delegat.*
(a) *Abb. in cap. Qualiter, & quando. il 2. n. 18. de Accuſa. Felin. in cap. Ex parte il p. de Off. Deleg.*
(b) *Gloſſ. notab. in Clement. Vt ij qui de Æt. & qual. ord.*
(91) *Par. p. Tit. Pœnarum. nu. 87.*

gmentum talis pœnæ committitur ...
dicis, iuxtà varia Ordinum Regularium ...
ſpectu autem reliquarum artium prohibitarum ...
radictis, non invenio Canonem punientem Regul...
Clericis: unde quæ faciunt prò Clericis Sæc...
, aptanda ſunt ipſis, ſervatis in reliquo muni...
Conſtitutionibus.

Prò Nobis adſunt Statuta Ordinis, quæ qu...
... Sambucanâ habentur decurtata, & alter...
integra, & ſincera ex *Valliſoletanis*. [85] ...
principio, & fine Tituli generaliter prohib...
tia, & artes vetitæ Religioſis, ac negotia ...
genere: nullâ ſpeciali pœnâ, ultrà Canonic...
In ſpecie autem de quibuſdam ſic habetur.

*1. Nemini omninò liceat artem Medicinæ ... quovis modo exercere: aut pulſum ... aut urinam videre; aut ſyrupos, ... aut phlebotomiam facere. Contrà qui fecerit ... legitimis biennio careat.*

*2. Nemo etiam aut per ſe, aut per alium ... Fratri negotia per Reges, aut Principes, ... aut quoſvis alios, extrà Ordinem ... mitti procuret; aut procurare ... cipere, ullatenùs præſumat, ...*

... diac. Io. Andr. Gemin. Anchar. Franc. in cap. ...
... hon. Cler. in 6. Sanch. Conſ. lib. 1. cap. 8. Dub. 37 ...
cap. 68. vel 71. n. 3. apud Theſaur. lit. ...
in cap. Nulli Clerico. 44. Diſt. Clement. ...
... Cleric.
... Carthagin. 4. cap. 60. cap. Clericum 46. Diſt. ...
... de Stat. hon. Tom. 2. q. 187. art. 2. nu. 175 ...
... Spel. q. 2. n. 42. Graff. ... Cleric. 6. ...
& Vital. ad Clem. 1. de Vit. & hon. Cler. nu. 37.
... cap. Sed nec. in fin. Ne Cler. vel Monach.
... Valliſolet. c. 5. Tit. de Laicis. &c. ...

Digitized by Google

his ergò, & ſimilibus caſibus, in quibus complicaretur delictum contrà paupertatem, vel caſtitatem, poſſet adhiberi carcer, etiamſi aliàs non fuiſſet ob exercitium medicinæ caſtigatus. In ſecundò autem caſu eſſet, ſi monitus, correptus, & punitus privatione actuum legitimorum; adhuc tamen non deſiſteret, Medicum, aut Chyrurgum agere; & maximè ſi ob hoc Medici, aut Chyrurgi ſæculares murmurarent, & de Religione obloquerentur, ac ſi fratres inhiarent ſibi lucra præripere; tunc enim tùm ratione contumaciæ in non obediendo, tùm ratione ſcandali, debet carceratione coerceri.

44 Quarta dubitatio eſt circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *n.34.* & eſt, an de omni, & quovis negotio intelligendum ſit, an verò in caſu particulari Statutaria pęna incurratur.

45 Reſpondeo, quòd, cùm privatio Officiorum omnium Ordinis ſit maxima pęnarum incorporalium, quæ detur in Religione, & correſpondeat confiſcationi omnium bonorum in jure Civili, ut aliàs, (92) diximus, dari non debet niſi ob graviorem, imò graviſſimam culpam. Hoc ſuppoſito, non exiſtimandum eſt comprehendere Statutum eos, qui aliquod negotium peculiare Principis ſibi oblatum acceptarent, aut non oblatum procurarent ſine licentiâ; hoc enim ſinè ullâ prorsùs culpâ poteſt eſſe: quandoquidèm nolunt Principes ſua ſecreta pandi, proindè non poteſt tutè *Religioſus* negotium Principis, quod acceptat, aut procurat per ſe, vel prò ſe, aut alium, vel prò alio manifeſtare; nec ſuper eo licentiam petere; poteſtque Religioſus ſinè ullâ itidem culpâ procurare, quòd ſibi demandetur negotium, cujus commiſſio, & ſibi, & Religioni decoroſa, & utilis eſſe poteſt incongruum porrò eſſet talem pęnam incutere, ubi nulla adeſt culpa.

46 Sed Statutū loquitur in plurali & indefinitè, *dicendo negotia*. In jure porrò clauſula indefinita æquipollet univerſali, (93) & licèt efferatur dictio indefinitè in numero ſingulari ſivè ſit circà res, ſivè circà perſonas, quandò ſubeſt eadem ratio, æquippollet pariter univerſali, (94) & hoc maximè ſi diſpoſitio concepta eſt verbis negativis. (95) In noſtro autem caſu diſpoſitio Statuti eſt negativa, & loquitur pluraliter, & indefinitè dicendo *negotia*; ſequitur ergò, quòd debet intelligi de omnibus negotiis univerſaliter; puta, quòd nullus procuret, aut acceptet prò ſe, aut alio officium Agentis, ſivè Reſidentis, aut Procuratoris alicuius Regis, ſivè Principis ad eius negotia ſibi commiſſa univerſaliter tractanda; & rationabiliter tanta pęna irrogatur; ſi quidèm tales Agentes perpetuò ablegantur à ſervitio Chori; Superiores inquietant; auxilio Principis Religionem perturbant, maximè in electionibus; vagantur ad libitum; non niſi ſæcularia tractant; & diſciplinæ clauſtrali quaſi totaliter valedicunt, Iure ergò meritò privantur omnibus Officiis Ordinis hi, qui ſæcularia munera præripere geſtiunt; non convenit enim duobus Dominis ſervire; nec indui veſtis ex lanâ linoque contextæ; nec arare in bove & aſino. Proindè tales, qui miſerunt manum ad aratrum Religionis, & aſpiciunt retrò, negotiis mundanis vacando, non ſunt apti Regno Dei. Non comprehenduntur tamen hoc Statuto, qui legitima Regum, & Principum legatione funguntur ſivè ad tractandum pacem; ſivè ad fœdera; ſivè ad matrimonia ineunda; quorum plura exempla legimus in Chronicis, ac Annalibus Ordinis, tùm quià hoc non eſt univerſaliter Principum negotia agere, tùm quià huiuſmodi munus decorem auget Religioni, non verò illam conturbat; cuius contemplatione latum fuiſſe dictum Statutum ratio ſuadet.

---

(92) *Par. p. Tit. Pœnarum.*

(93) *L. Si pluribus init. ff. de Legat. 2. l. Si ſervitus. ff. de ſerv. urban. prædio. Gloſſ. in cap. Vt circà in V. aliorum de Elect. in 6. Abb. in cap. In Geneſi. n. 1. eo. tit.*

(94) *Alexand. Conſ. 26. nu. 3. lib. 4.*

(95) *Dec. Conſ. 13. nu. 11. lib. p. Tuſc. litt. I. Concl. 86. nu. 16.*

§. IX. Re-

Digitized by Google

# §. IX.

## Reſidentiæ neglectus.

*SVMMARIVM.*

1 *Quid ſit neglectus reſidentiæ.*
*Quis dicatur Rector.*
*Epiſcopus, & Parochi vocantur Rectores.*
2 *Cura animarum eſt fundamentum obligationis reſidentiæ.*
3 *Beneficium ſimplex, & onerosum; quæ ſint.*
*Epiſcopus nequit obligare ad ſervitium Eccleſiæ habentem Beneficium ſimplex.*
*Oneroſa Beneficia, quæ ſint.*
4 *Quatuor cauſæ, ob quas diſpenſatur reſidentia, explicantur.*
*Parochus tenetur periculo ſuæ vitæ ſe exponere prò ſalute animarum, ſibi commiſſarum.*
5 *Diſpenſatio debet eſſe ex cauſâ legitimâ.*
6 *Tempus abſentiæ Rectoris à Beneficio abſquè diſpenſatione, limitatur ad duos menſes.*

1 AD ſolam illuſtrationem noſtri Textus ultimum hunc paragraphum breviter tractamus, cùm delictum hoc non ſoleat iudicialiter puniri. Crimen igitur iſtud ſic poteſt commodè diffiniri, *Neglectus reſidentiæ* eſt *abſentia Rectoris, curam animarum habentis, ſivè Beneficium Eccleſiaſticum, de iure, ſivè conſuetudine perſonalem reſidentiam requirens, poſſidentis ſinè cauſâ, & diſpenſatione legitimâ ultra tempus, à iure conceſſum*. In hâc diffinitione notandum primò, quòd dicitur *abſentia Rectoris*, quo nomine veniunt tàm Epiſcopi, quàm Parochi, quàm alij, qui Officium, aut Beneficium adminiſtrant. Siquidèm, ut docent *Bartolus*, ac *Alciatus* (1,) *Rector* propriè dicitur, qui Provinciam, aut Civitatem regit, undè Epiſcopum etiam *Rectoris* nomine venire, ſcripſerit *Baldus* (2), attento maximè, quòd *Rector* à regendo dicitur, & habemus dictum Apoſtoli (3). *Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*. Aptiſſimè igitur Epiſcopi venire poſſunt nomine *Rectoris*. Parochi pariter, ac cæteri Beneficium obtinentes, in ſacris Canonibus paſſim vocantur *Rectores* Parochialium, *Rectores* Beneficiorum.

2 Notandum ſecundò, quòd dicitur *curam animarum habentis*, ſiquidèm hoc eſt fundamentum principale obligationis, cura nempè animarum; nàm, ut habet *Tridentinum* [4], non poſſunt Parochi munere, ſibi demandato, fungi, *ſi greges, ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atquè ovium ſuarum*. . . . *cuſtodiæ minimè incumbant*. In hâc autem obligatione fortiùs involuti ſunt Epiſcopi, cùm non unius tantùm Parochiæ, ſed omnium ſuæ Diœceſis animarum cura ſibi ſit commiſſa.

3 Notandum tertiò, quòd dicitur *Beneficium Eccleſiaſticum, de iure, vel conſuetudine perſonalem reſidentiam requirens*; nàm Beneficia Eccleſiaſtica alia ſunt *ſimplicia*, alia *oneroſa*. *Simplicia* nullam obligationem habent præſtandi aliquod ſervitium Eccleſiæ, in quâ ſunt fundata. Ideò, pròut refert deciſum *Piaſecius* (5), non poteſt Epiſcopus obligare obtinentem Beneficium ſimplex, ad præſtandum ſervitium perſonale Eccleſiæ, in quâ ſitum eſt Beneficium. *Oneroſa* autem ſunt, quæ habent onus adnexum, ut Officium Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerij, Canonici &c. aut curam animarum. Porrò nonnulla à iure habent obligationem reſidendi in Eccleſiâ, ut Archidiaconi, Archipresbiteri, Primicerij, Sacriſtæ, Cuſtodes, de quorum obligatione tractant iura. (6) Nonnulla autem habent tantùm à conſuetudine; ut Capellani quidam, qui ad reſidendum apud Eccleſiam, in quâ Capellam poſſident, ratione conſuetudinis obligantur, nec poſſunt per alios ſuo oneri ſatisfacere.

4 Notandum quartò, quòd dicitur *ſinè cauſâ*; Porrò *cauſæ* de iure antiquo ſunt multæ, quas notat *Hoſtienſis* (7); Sed de iure novo *Tridentini* (8) redactæ ſunt ad quatuor, nempè *Chriſtiana charitas*; 2 *urgens neceſſitas*; 3 *debita obedientia*; 4 *evidens Eccleſiæ, aut Reipublicæ utilitas*; quæ tamen ſunt antiquis Canonibus (9) conformes. *Chriſtiana charitas* importat, (prout ſcribit *Barboſa* (10) poſt multos) proximorum utilitatem, ut ſi aliqua Eccleſia verſaretur in periculo hæreſis, & per prædicationem Epiſcopi in fide poſſet confirmari; vel ad componendam diſcordiam, aut ſtabiliendam inter Principes pacem &c. *urgens neceſſitas* explicatur, quòd ſit, quandò habens obligationem reſidendi incurret aliquod grave malum in vitâ, vel propter morbum, vel propter aliquam perſecutionem, vel propter aeris intemperiem; aut ob inimicitias; aut ad declinandum furorem Populi, ſeù Principis &c. Advertendum autem, quòd ut deducitur ex *D. Thomâ*, [11] prædictæ *cauſæ* habent locum, quandò ex abſentiâ Rectoris animæ, ſibi commiſſæ, nullam iacturam incurrunt: aliter ſaluti ipſarum propriam vitam tenetur exponere, nàm, ut ait Chriſtus in Evangelio, [12] *Bonus paſtor animam ſuam dat prò ovibus ſuis*. *Debita obedientia* Superioris, nempè reſpectu *Rectoris*; ut potè, ſi *Papa* ad ſe vocat Epiſcopum, volens eo uti prò neceſſitate univerſalis Eccleſiæ; aut ſi Epiſcopus utitur Parocho &c, vel Superior Provincialis ob indigentiam totius Pro-

(1) *Bart. in l. 1. C. de Excuſa. mune. lib. 10. Alciat. in l. Principalibus. ff. Si cert. petat. apud Calvin. lexic. V. Rector.*
(2) *Bald in Proem. Decretal.*
(3) *Act. cap. 20. V. 28.*
(4) *Concil. Trident. Seſſ. 6. de Reform. cap. 1.*
(5) *Piaſec. Prax. Epiſcop. Par. 2. cap. 3. qu. 32.*
(6) *De Offic. Archidiac. Archipresb. Primicer. Sacr. Cuſto. Tit. 23. 24 25. 26. 27. & 28. lib. 1. Decretal.*
(7) *Hoſt. Summ. Rubr. de Cler. non reſid. § Vtilitatem. V. Quod ſi rationabilem.*
(8) *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. de Reformat.*
(9) *Text. in cap. De catero. cap. Inter quatuor. cap. Tua. cap. Relatum. de Cler. non reſid. cap. Ad ſupplicationem de Renun. ci. cap. Quorundam. 74. Diſt.*
[10] *Barboſ. ad Trident. Seſſ 23. de Refor. cap. p. num. 7. & ibi Tolet. M. A. Genuen. Molfeſ & Sanctarell.*
[11] *D. Thom. 2. 2. Quæſt. 185. Art. 5.*
[12] *Io. cap. 10. V.*

Provinciæ, confert negotia agenda à Prælato Locali, relicto Proprio Conventu &c. *Evidens Eccleſia, aut Reipublicæ utilitas*, at quandò *Rector* abſentatur ad tuenda ſuæ Eccleſiæ iura; aut fungetur Legatione Populi ad Principes, prò publicis negotijs &c.

5 Notandum quintò, quòd additur *diſpenſatione legitimâ*; non enim ſufficit, quòd vera ſubſit aliqua ex enarratis cauſis, ut ſinè crimine *Rector* poſſit ſe abſentare, ſed, ut habet *Tridentinum* (13) reſpectu Epiſcoporum, oportet *cauſam in ſcriptis eſſe approbandam* à Superiore reſpectivè, qui, re cognitâ, diſpenſat ſuper reſidentiâ. Dicitur porrò notanter diſpenſatione *legitimâ*; ſi quidèm, ut poſt *D. Thomam* (14) ſcribunt communiter Doctores, diſpenſatio ſinè verâ cauſâ, ac ſufficienti *legitimâ*, non eſt, & non valet; & tunc eſt, quandò in indicandâ *cauſâ*, àn vera, ac ſufficiens ſit, culpabiliter ſe gerit Superior.

6 Notandum tandèm, quòd dicitur *ultrà tempus à iure conceſſum*; in *Tridentino* ſiquidèm conceditur, (15) quòd extrà cauſas ſupradictas, tempus abſentiæ Rectoris ſivè continuum, ſivè interruptum, in ſingulis annis poſſit eſſe duorum, aut ad plùs trium menſium. Quòd, ſi ultrà illud non reſidet, in culpam incidit, & quidèm mortalem, nàm obligatio reſidendi ad cuſtodiam animarum, ſibi commiſſarum, de iure Divino, ex Textu *Tridentini* deducunt communiter Doctores. (16)

## Probatio.

### SVMMARIVM.

7 *Quomodò probetur Crimen neglectus reſidentiæ.*

7 Circà probationem huius criminis, advertendum, quòd in hoc duo interveniunt, unum poſitivum, nempè abſentia Rectoris à Curâ, Beneficio &c. aliud negativum, nempè, quòd abſentia fuerit ſinè *cauſâ legitimâ*, & ſinè *licentiâ debitâ*. Poſitivum probatu facile eſt per Teſtes, & in hoc nihil ſpeciale occurrit; & concludenter probandum eſt ab Accuſatore, ſeù Fiſco, Rectorem per tantum ſpatium temporis abfuiſſe à ſuâ Curâ, Beneficio &c. Negativum autem, cùm probari non poſſit, cùm vagum ſit, habendum eſt de ore Rei. Nàm, probatâ abſentiâ, transfertur in Reum onus probandi, quòd legitimè abfuerit, nempè ob cauſam legitimam, & obtentâ debitâ diſpenſatione à Superiore, quemadmodùm dictum eſt paragrapho, proximè tradito circà probationem cauſarum, excuſantium à delicto exercitij artium prohibitarum, & circà hoc amplius non immoramur.

[13] *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. de Reform.*

[14] *D. Thom. 2. 2. quæſt. 96. art. 5. Victor, Soto Navar. Suar. Roderic. Miranda. Portel. apud Sanctor. Comment. cap. 8. Stat. 66. V. Dico ſecundò. fol. m. 532.*

[15] *Trident. ſeſſ. 23. cap. 1. de Reform.*

[16] *Bartol. à Martyr. Soto. Galleg. Covaru. Navar. Ferret. Bernard. & Salzed. Ochon Sà. Cordub. & alij apud Barboſ. ad Trident. Seſſ. 23. cap. 1. num. 3. de Reform.*

## Pœnę.

### SVMMARIVM.

8 *Tridentinum non ſuſtulit pœnas Canonum antiquorum contrà non reſidentes ad Beneficium.*

*Pœna Epiſcopi abſentis à ſuâ Eccleſia, ultrà ſex menſes, abſquè cauſâ legitimâ, & ſinè licentiâ in ſcriptis.*

*Fructus Eccleſiæ, quibus privatur Epiſcopus, ob abſentiam à Diœceſi, quibus applicandi.*

*Compoſitio nulla ſuper dictis fructibus fieri poteſt.*

9 *Rectores Beneficiorum, inferiores Epiſcopis quomodò puniendi ob abſentiam ultrà tempus licitum.*

*Contrà tales Rectores poſſunt Epiſcopi procedere per Cenſuras, & privationem Beneficij.*

10 *Regulares curam animarum habentes, puniendi ſunt pœnis iuris communis, ſi non habent Conſtitutiones pœnales municipales.*

11 *Textus prò Minoribus de Obſervanti.*

12 *Quæ pœnæ poſſint addi pœnis, latis de iure communi contrà Prælatos non reſidentes.*

13 *Inſtituendæ fuerunt pœnæ contrà abſentes, per breves quidèm, ſed frequentes abſentias, quæ ſimul unitæ ſuperant tempus abſentiæ licitæ.*

14 *Privatio Officij, quandò habeat locum in Prælato Locali ob abſentiam, nimis, longam à Conventu.*

15 *Habet locum privatio Officij, quandò parvæ, ſed multæ abſentiæ interpolatæ, ſi ſimul computentur, ſuperant trimeſtre.*

16 *Ob quas cauſas Prælati maiores poſſunt dare licentiam, ſe abſentandi Prælatis inferioribus.*

17 *Cauſæ ſunt illæ quatuor, datæ ſuprà* nu. 4.

*Neceſſitas diſpensãdi in caſu eſt, quandò Superior alium non habet, qui poſſit æquè benè negotium publicum gerere, ſicut diſpenſatus.*

*Si alius ad tale negotium habilis habetur, diſpenſatio eſt nulla.*

*Reſidentia eſt de iure Divino, ſuper quo Papa ſinè cauſâ nequit diſpenſare.*

8 Quò ad pœnas Rectorum, non reſidentium, ut præfertur, *Tridentinum* (17) non ſuſtulit, imò renovavit pœnas, ſancitas ab antiquis Canonibus contrà non reſidentes; ſed, quià in illis non dabatur alia pęna, quàm privationis Beneficij, quæ non poterat niſi iudicialiter inferri, Concilium alias pęnas addidit, quas ſubeunt non reſidentes, etiam abſquè Iudicis ſententiâ. Pęnæ ſunt, quòd, ſi Epiſcopus *iuſtis, & rationabilibus* cau-

[17] *Trident. Seſſ. 6. cap. 1. de Reform.*

Digitized by Google

pora non comparuerit, poteſt Beneficijs privari.

10 Quò ad Regulares, curam animarum habentes, ut ſunt Provinciales, ac locales Superiores, ſi proprias non habent Conſtitutiones, debent coerceri pœnis iuris communis. Sed cum ijs caſus potiùs metaphyſicus eſt, quàm practicabilis. Nàm Regulares, quiqui illi ſint, non poſſunt abeſſe à ſuis locis, niſi de ſuorum Superiorum licentiâ, quâ non extante, Apoſtatæ ſunt, & per Apoſtaſiam omnia iura Superioritatis amittunt. Tota culpa, quæ inter eos circà abſentiam poteſt intervènire, eſt circà cauſam abſentiæ, quam poſſunt falsò repræſentare Prælatis ad obtinendam licentiam, aut quam poſſunt admittere Prælati in approbandâ, tanquàm legitimâ cauſâ, quæ talis non eſt, & concedendâ licentiâ abſentiæ: ſed hoc tangit conſcientiam ſolummodò, ac forum internum.

11 Nos Minores de utrâque Obſervantiâ habemus diſpoſitionem *Textus*, ut ſequitur. *Provinciales, & Guardiani in ſuis Provincijs, & Conventibus notabiliter, & ſinè legitimâ cauſâ non reſidentes, præter culpæ reatum, & pœnas Canonicas, quas incurrunt, Officio ſuſpendi, vel etiam privari debent, Superioris indicio.* (26)

(18) *Garc. de Benef. Par. 5. cap. 1. nu. 463. Maſſobr. Prax. habe. concurſ. Pral. 23. Dub. 3. apud Barboſ. ad Trident. Seſſ. 6. cap. 1. de Reform. nu. 7.*

(19) *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. de Reform.*

(20) *Navar. Manual. c. 25. n. 121. & Conſ. 20. n. 4. de Celebr. Miſſar.*

(21) *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. V. Eadem omninò de Reform.*

(22) *Cap. Ex tua de Cler. non reſid.*

(23) *Cap. Inter quatuor. de Cler. non reſid.*

(24) *Novell. de S. Epi. cap. 9. §. Interdicimus. Collat. 9.*

(25) *Text. in cap. Ex tua de Cler. non reſid.*

(26) *Text. Tit. Applicatio. §. 35.*

tiorum Conventus, (quæ poteſt per alios curare) inter ſæculares vagetur &c. Mens ergò *Textus* eſt huiuſmodi vagationem compeſcere, & ſi defectuoſus ſit, ſuſpenſione ab Officio eum mulctare.

14 Dubitatio ſecunda eſt, cùm dicat *Textus*, taliter non reſidentes poſſe puniri etiam Officij privatione, quæritur, quandò tali privationi ſit locus?

15 Reſpondeo, quòd, ut dictum eſt ſuprà, trimeſtre abſentiæ Rectoris indultum à *Tridentino* (27) cenſetur, *ſivè fuerit continuum, ſivè interruptum*; ultrà quod eſt locus pœnis Conciliaribus. Si ergò frequens eſt Superior in negligandâ reſidentiâ, & modò per octo, modò per quindecim &c. dies abeſt, omnia tempora abſentiæ computari debent, & ſi exceſſerint tempus trium menſium, eſt locus privationi Officij.

16 Dubitatio tertia eſt, ex quibus cauſis poſſint Superiores maiores indulgere licentiam ſe abſentandi Prælatis inferioribus?

17 Reſpondeo, quòd cauſæ ſunt illæ quatuor, quas ex *Tridentino* explicavimus ſupra *num.* 4., hâc tamen cum modificatione accipiendæ ſunt, puta, àn adſit neceſſitas, ob quam obligatus ad reſidentiam, debeat ſuper eâ diſpenſari; quæ neceſſitas tunc eſt, quandò alius, non obligatus ad reſidentiam, non habetur, qui æquè benè poſſet talia negotia curare, ut advertit *Caietanus*, & *Soto* (28). Undè, ſi alius adeſt idoneus, & liber à reſidentiâ, non adeſt vera cauſa diſpenſandi; diſpen-

(27) *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. de Reform.*

(28) *Caietan. 2. 2. quaeſt. 185. Art. 5. Soto de Iuſt. lib. 10. quaeſt. 3. Art. 4.*

diſpenſatio eſt nulla; & diſpenſans peccat mortaliter. Arguit hinc *Azorius* (29,) quòd nec *Papa* poteſt diſpenſare ſuper reſidentiâ cum Epiſcopis, ac alijs Curatis, occupando eos in alijs Officijs incompatibilibus cum reſidentiâ, ſi habeat alios, qui æquè benè eadem præſtare poſſunt, & ratio eſt, quià reſidentia eſt de iure Divino, ſuper quâ diſpenſari nequit, niſi ex cauſâ neceſſariâ ob maius bonum. Et ex hâc doctrinâ debent benè animadvertere Prælati maiores, & ſaluti ſuæ conſulere, non implicando Prælatos inferiores in cauſis, impedientibus reſidentiam, quandò habeat alios vacantes negotijs gerendis pares.

Et hic ſit terminus huius Opuſculi, quod abſolvi hâc die 23. Octobris, recurrente ſolemnitate Sancti Joannis de Capiſtrano, anno Salutis 1698. D. O. M. adiuvante, cui ſit in perpetuum Laus, & Gloria.

(29) *Azor. Inſt. moral. Par. 2, lib. 7. cap. 4. quæſt. 5.*

FINIS.

INDEX

… & quotuplex *Tit. 1. §.2.* *Delicta nu.41.pag.12.*
Antiqua quomodò fiebat. *ibid.nu.42.pag.12.*
Generalis quomodò, & quandò fiat *ibid.num. 43. pag. 12.*
Facta à Principe Laico non ſuffragatur Cleritis. *ibid. nu.43.pag.12.*
Specialis quæ ſit, & à quo petatur *ibid. num.44. 45. pag. 13.*
Legalis quæ ſit *nu.45.pag.13.*
Abolitio parricidii non conceditur. *T.7.§. 8. Parricidium. nu. 36.pag.467.*
*Abortivi* cadaver, ſi neſcit diſcerni, cuius ſexus ſit, præſumitur quòd ſit maſculi. *Tit.7.§.10.Abortus. pag.480.*
*Abortus* procurati diffinitio. *T. 7.§.10 Abortus nu. 1. pag.478.*
Eius multiplices modi. *ibi.nu.3.pag.478.*
Eſt de fœtu nondùm nato. *ibi.nu. 5.pag.478.*
Semper eſt, tùm ſi fœtus ex potione datâ naſcatur mortuus, tùm ſi oriatur vivus ante tempus à naturâ ſtatutum *ibi. nu.6. pag.478.*
Dicitur, ſi ex potione partus naſcatur quidèm vivus in tempore, in quo vitalis ſit, dum tamen intrà paucum tempus poſt ortum moritur. *ibi.nu.7.pag. 478.*
Eius probatio, quòd fœtus eſſet animatus eſt difficilima. *ibi. nu.8.pag. 479.*
Judicare de ejus cauſâ ſpectat ad Medicos. *ibi.nu. 9. pag.479.*
Bulla Sixti V. contrà procurantes abortum, in quo moderata ſit à Gregorio. *ibi.n.4.pag.478.*
Abortum cauſans alieni bruti ſubit pœnas legis Aqui-

… *ibi.nu.31.pag.484.*
Clericus ob procuratum abortum fœtus animati tradendus brachio ſæculari. *ibi.nu.33.pag.485.*
A Cenſura lata contrà procurantes abortum quis poſſit abſolvere. *ibi.nu.34. 35.pag.485.*
Regulares delinquentes hoc crimine à quo ſint abſolvendi. *ibi.nu.36.pag.485.*
In procuratione abortus quandò nàm dicatur effectus ſecutus. *ibi.nu.41.& ſeqq.pag.486.*
Quot diebus debet vivere partus, ut poſſit dici expoſt mortuus ex potione abortifera. *ibi.nu.43.pag.486.*
Abortus procuratio includit malitiam homicidii deliberati, veneficii, proditionis, & aſſaſſinii. *ibi. nu.46.pag.487.*
Gravior eſt homicidio. *ibi.nu.46.pag.487.*
Non poteſt venire nomine ſimplicis homicidii voluntarii. *ibi.nu.46.pag.487.*
*Abortum procurans*, & de eo damnatus eſt infamis. *T. 7.§.10.Abortus. nu.60.pag.489.*
Clericus abortum procurans quas pœnas incurrat. *ibi. nu.61. & ſeqq.pag.489.*
Regularis idem faciens ad vitandam infamiam ſuam, àn tradendus brachio ſæculari. *ibi.nu.65.pag. 490.*
Et àn idem ſit, ſi ex amicitiâ ad vitandam infamiam mulieris idem faciat. *nu.67.pag.490.*
Mulier procurans in ſe abortum propter pecuniam, de quo crimine punienda. *ibi.nu.70.pag.490.*
Quas pœnas ſubeat Eccleſiaſticus cauſans abortum fornicando, percutiendo, aut ſaltare ultrà modum faciendo pregnantem. *ibi.nu.72.pag.491.*
Pœna abortus procurati effectu non ſecuto *ibi.num.75. pag. 491.*
*Abſentia* Rectoris à beneficio abſquè diſpenſatione limitatur ad duos menſes. *T.9 §.9. Reſidentia.nu.6.p.606.*




INDEX

Digitized by Google

*Abſoluere* poſſunt Prælati Ordinis Minorum à cenſurâ rebellantes Generali. *T. 2. §. 2. Inobedientia. num. 59. pag. 56.*

Aliquandò quis poteſt abſolvere, qui non poteſt ligare. *T. 4. §. 8. Clauſuræ. num. 61. pag. 242.*

Quis poſſit abſolvere à cenſuris ob ingreſſum Clauſuræ Religioſorum, aut Monialium. *ibi. nu. 76. & ſeqq. pag. 244.*

Confeſſarij Regulares à quibus caſibus Papalibus poſſint abſolvere. *Tit. 7. §. 10. Abortus num. 34. pag. 485.*

*Abſolvens* à reſervatis ſine facultate, abutitur Confeſſione. *T. 8. §. 4. Abuſ. in Confeſſ. nu. 8. pag. 510.*

*Abſolutio* data prò foro interno non valet prò externo. *T. 7. § 10. Abortus, nu. 58. pag. 489.*

A reſervatis quomodò probanda, quandò data eſt ſine facultate. *T. 8. §. 4. Abuſ. in Confeſſ. n. 16. pag. 511.*

Si Confeſſarius extraiudicialiter diceret, ſe abſquè facultate abſolviſſe, aut abſolvere poſſe, quotupliciter delinqueret. *ibi. nu. 16. pag. 511.*

*Abſtinentia à carnibus*, & ieiunium ſunt duo præcepta de facto ſeparabilia. *Tit. 9. §. 1. Ieiunij. num. 4. pag. 549.*

Diſpenſatus ſuper abſtinentiâ à carnibus, non eſt diſpenſatus à iejunio. *ibid. pag. 549.*

Violatio abſtinentiæ, & violatio iejunij differunt ſpecie. *ibid. nu. 5. pag. 550.*

Violatio abſtinentiæ gravior eſt, quàm iejunij. *ibid. nu. 6. pag. 550.*

Ob violationem abſtinentiæ à carnibus poteſt procedere Inquiſitor. *ibid. nu. 6. pag. 550.*

Abſtinentiam à carnibus, & iejunium duo eſſe præcepta diſtincta, probatur. *ibid. nu. 14. pag. 552.*

Abſtinentiam poteſt Eccleſia diſpenſare, retentâ obligatione iejunij. *ibid. nu. 15. pag. 552.*

Pœnæ violantium abſtinentiam à carnibus, & iejunium. *ibid. nu. 13. & ſeqq. p. 552.*

Abſtinentia, quarè indicta in diebus iejunij. *ibid. num. 14. pag. 552.*

*Abuſus Sacræ Scripturæ* multiplex. *T. 5. §. 2. Blaſphemia nu. 12. & ſeqq. pag. 286.*

Quandò ſit mixti fori. *ibid. nu. 17. pag. 287.*

Quandò de hoc procedat ſolus Inquiſitor. *ibid. num. 17. pag. 287.*

Quandò, & quomodò puniendus. *ibid. num. 67. & ſeqq. pag. 294.*

*Abuſus Sacramentalium* in ſortilegio ad aliquem finem bonum inducit ſuſpicionem hæreſis ſolum modò levem. *Tit. 8. §. 6. ſortilegium num. 67. pag. 535.*

*Abuſus in Baptiſmo.* V. Baptiſmus.

*Abuſus in Euchariſtia.* V. Euchariſtia.

*Abuſus in Ordine.* V. Ordo.

*Abuſus in Matrimonio.* V. Matrimonium.

*Abuſus, ſeù abuti re.* quid importet. *T. 8. §. Abuſ. in Bapt. nu. 1. pag. 495.*

Quandoque ſumitur in bonam partem. *ibid.*

Regulariter ſonat in malam. *ibid.*

*Abuti poteſtate* quis dicatur. *T. 4. §. 8. Clauſuræ num. 13. pag. 234*

*Accuſator* quomodò petat à Iudice abolitionem criminis. *T. 1. §. 2. nu. 44 pag. 13.*

Tenetur probare in raptâ honeſtatem vitæ, & famæ, & quòd rapta fuerit cauſa eam retinendi, & non ob commodiorem coitum. *T. 4. §. 7. Raptus. num. 25. pag. 229.*

De falſo crimine non punitur dè periurio, ſed de calumnia. *T. 5. §. 7. Periurium nu. 40. pag. 335.*

*Accuſatus* quandò poſſit reaccuſare accuſatorem de calumniâ. *T. 5. §. 4. Calumniatio. nu. 4. pag. 305.*

*Aceruum* tritici propè domum incendens debet mori. *Tit. 9. §. 5. Incendij. nu. 16. pag. 576.*

*Actio* Actionem de furto non auget aſſidua contrectatio rei furatæ. *T. 3. §. 2. Pecunia. nu. 4. pag. 117.*

Actiones, & iura computantur inter immobilia. *T. 3. §. 4. Alienatio. num. 10. pag. 134.*

Actio criminalis, an civilis ſit primò intentanda in crimine falſi. *T. 6. nu. 8. pag. 354.*

Actionem iniuriarum habet territus ob elevationem manus contrà ſe factam. *T. 7. §. 3. Provocatio. num. 46. pag. 411.*

Actiones noctambuli, dum dormit à quo ſint. *T. 7. §. 5. Homicidium. nu. 21. pag. 431.*

Actio importat factum externum. *T. 8. §. 7. Simonia. nu. 4. pag. 537.*

*Actor* quando teneatur probare calumniam. *T. 5. §. 4. Calumniatio. nu. 4. & 5. pag. 305.* (leges in corpore Iuris nu. 17. ſed corrige num. 4.)

Probans ſemiplenè non præſumitur calumniaſſe, niſi ſolitus ſit calumniari. *ibi. nu. 8. & 9. p. 306.* (leges pag. 308. ſed corrige 306.)

Si non probat non ſalvatur à calumnia. *ibi. num. 7. pag. 306.*

Si decipiatur à Teſtibus evadit calumniam. *ibi. nu. 10. pag. 306.*

Quam cautelam adhibere debet in ordine ad Teſtes. *ibid. pag. 306.*

Actor non poteſt eſſe Clericus in cauſâ ſanguinis. *T. 9. §. 8. Artium. num. 3. pag. 597.*

*Actus* humanus, & actus hominis quomodò differant. *T. 1. §. 2. Delicta. nu. 12. pag. 10.*

Actus, in quo forma legis non ſervatur eſt nullus. *T. 2. §. 2. Inobedientia. nu. 94. pag. 60.*

Actus interpretatur iuxtà intentionem agentis. *T. 2. §. 5. Schiſma. nu. 19. pag. 79.*

*Actus legitimi.* Eorum privatio quid importet. *T. 5. §. 8. Subornatio. nu. 45. pag. 342.*

*Actus* vnus, aut alter non probat operantem illos eſſe artificem. *Tit. 9. §. 8. Artium. nu. 37. pag. 603.*

*Adminicula* quæ ivvant indicia copulæ. *T. 4. §. Adulterium nu. 12. & ſeqq. pag. 204.*

*Admiſſionales* qui dicantur. *T. 4. §. 8. Clauſura. num. 26. pag. 235.*

*Admittere* quot ſignificata habeat. *T. 4. §. Clauſura. nu. 25. & 26. pag. 235.*

Auctoritatiuè admittere quis dicatur. *ibi. num. 27. pag. 236.*

Fœminas admittere intrà clauſtra poteſt ſolos Superiores, ac Officiales deputatos ad cuſtodiam Monaſterij afficere. *ibi. nu. 28. pag. 236.*

*Admonere* in iure quid importet. *T. 4. §. 1. Conſortium. num. 49. pag. 280.*

Significat etiam caſtigare. *ibid.*

*Aduena* Frater ſubditur obedientiæ Superioris localis, vt Fratres de familia. *T. 9. §. 3. Hoſpitalitatis. num. 6. pag. 556.*

Superior nequit à ſuo Conuentu repellere Fratres advenas. *ibid. num. 7. pag. 556.*

*Aduentus* tempore an poſſit Frater Minor in refectione privatâ veſci lacticinijs in locis, vbi laici illis non veſcuntur in Quadrageſimâ. *T. 9. §. 1. Iejunij num. 29. pag. 554.*

Tem-

Digitized by Google

...ctus humanus, & actus hominis quomodo...
T. 1. §. 2. *Delicta. nu. 12. pag.* 10.
Actus, in quo forma legis non servatur...
T. 2. §. 2. *Inobedientia. nu. 94. pag.* 60.
Actus interpretatur iuxtà intentionem agentis...
§. 5. *Schisma. nu. 19. pag.* 79.
...us legitimi. Eorum privatio quid importet. T. ...
*...bernaria. nu.* ... *pag.* 342.
...rnus, aut alter non probat operantem illos...
...ificem. *Tit.* 9. §. 8. *Artium. nu.* 37. *pag.* 603.
...icula quæ iuvant indicia copulæ. T. 4. §. ...
...ium nu. 12. & seqq. pag.* 204.
...ſionales qui dicantur. T. 4. §. 8. *Clauſura...*
...pag. 235.
...ttere quot significata habeat. T. 4. §. ...
...5. & 26. *pag.* 235.
...toritatiuè admittere quis dicatur...
...ag. 236.
...inas admittere intrà clauſtra poſſit solos Supe...
...ores, ac Officiales deputatos ad custodiam Mo...
...ſterij afficere. *ibi. nu.* 28. *pag.* 236.
...re in iure quid importet. T. 4. §. 1. *Conſortium*
...n. 49. *pag.* 280.
...ficat etiam caſtigare. *ibid.*
...Frater ſubditur obedientiæ Superioris...
...vt Fratres de familia. *T.* 9. §. 3. *Hoſpitalit...*
...6. *pag.* 556.
...r nequit à ſuo Conuentu repellere Fra...
...s. *ibid. num.* 7. *pag.* 556.
...empore an poſſit Frater Minor in ...
...tà veſci lacticinijs in locis, vbi laici ...
...ntur in Quadrageſimâ, *T.* 9. §. 1. *Ieiun...*
...g. 554.
*Tem...*

...i notorium eſt, Judex debet de eo procedere ex officio, aliter graviter peccat. *ib. n.* 39. *p.* 208.
Accuſare dè adulterio etiam extranei poſſunt. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium. n.* 27. *p.* 432.
Adulterum occidens ex animo deliberato evadit pœnam ordinariam homicidii. *ib. n.* 59. *p.* 437.
Accuſationem de adulterio Judices ſpernere ſolent, de eâ ridere, & truffari. *ib. n.* 59. *p.* 437.
*Advocatus* non debet adverſam partem conviciari. T. 5. §. 2. *Blaſphemia. n.* 76. *p.* 295.
Orphani, Viduæ, & miſerabilium perſonarum poteſt eſſe Religioſus. *Tit.* 9. §. 8. *Artium. n.* 13. *p.* 599.
*Aediculæ.* Introducens fęminas in ædiculas Confeſſariorum Monialium quòmodò puniendus. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. n.* 63. *& ſeqq. p.* 242.
Cenſuræ contrà tales introducentes non ſunt reſervatæ. *ib. n.* 65. *p.* 242.
*Aedificium* privatum nequit conjungi, nequè appodiari carceribus publicis. T. 9. §. 7. *Carcerum. n.* 5. *p.* 586
*Aequitas* quid ſit. *Tit.* 1. *n.* 9. *p.* 2.
Scripta præfertur rigori ſcripto. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. n.* 80. *p.* 35.
Eſt pœna minor. *ibid.*
Præferenda eſt rigori juris. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium. n.* 20. *p.* 431.
*Aetas* minor minuit delictum, & pœnã. *Tit.* 1. §. 3. *Probatio. n.* 31. *p.* 11.
Ætas legitima pro ſuſcipiendis Ordinibus quæ. *Tit.* 8. §. 3. *Abus. in Ord. n.* 3. *p.* 502.
Ætas minor requiſitâ pro ſuſceptione Ordinum probanda ab Accuſatore, vel Fiſco. *ib. n.* 10. *p.* 503.
Anni aſſignati prò ſuſcipiendis Ordinibus ſufficiunt incœpti. *ibid. n.* 3. *p.* 502.

...*p.* 383.
Ampliori modo damnatur à jure Canonico. *ib.*
Damnatur, ſi fabricat aurum, aut argentum falſum, aliàs non. *ib. n.* 8. *p.* 383. V. *Ars.*
*Alchimiſtæ* damnantur, ut ſuſpecti de hæreſi. *Tit.* 6. §. 4. *Alchimia. n.* 6. *p.* 383.
Defenduntur à tali Cenſurâ. *ib. n.* 7. *p.* 383.
Inter eos referuntur nonnulli pietate inſignes. *ib.*
Eorum pœnæ de jure Canonico, & Civili. *ib. num.* 10. 11. *pag.* 384.
*Alienari* non poſſunt bona, adnexam ſpiritualitatem habentia. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio. n.* 11. *p.* 134.
Alienatio bonorum Eccleſiæ ſinè cauſâ non valet. *ib. nu.* 28. *pag.* 136.
Quandò crimen ſit. *ib. n.* 29. *p.* 136. V. *Bona Eccleſiaſtica.*
*Allegans* turpitudinem ſuam non eſt audiendus. *Tit.* 8. §. 4. *Abus. in Confeſs. n.* 25.
*Allegationes* ſatyricæ Advocatorum non ſunt libelli famoſi. *Tit.* 5. §. 5. *libellus. n.* 10. *p.* 311.
Quandò ſint punibiles. *ib. n.* 10. & 11. *p.* 311.
*Allocutio* ſecreta cum fęmina facit indicium copulę, cum ea. T. 4. §. 4. *Adulterium. n.* 22. *p.* 205.
*Alopetia* quid ſit, & à quo proveniat. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. n.* 98. & 99. *p.* 185. & 186.
*Ambaſciatores* habent ſecuritatem à jure gentium. *Tit.* 2. §. 6. *læſa. n.* 22. *p.* 86.
An poſſint puniri, quandò delinquunt contrà jus gentium. *ib. n.* 25. *p.* 86.
*Ambitioſorum* artes, ut ad dignitates perveniant. *Tit.* 5. §. 8. *n.* 50. *p.* 343.
*Amor* charitatis eſt fortior amore carnali. *Tit.* 9. §. 3. *Hoſpitalitatis. n.* 10. *p.* 567.
*Amicitia* facit benè præſumere etiam in caſibus prohibitis. T. 7. §. 5. *Homicidium. n.* 40. *p.* 435.




Digitized by Google

his ergò, & ſimilibus caſibus, in quibus complicaretur delictum contrà paupertatem, vel caſtitatem, poſſet adhiberi carcer, etiamſi aliàs non fuiſſet ob exercitium medicinæ caſtigatus. In ſecundò autem caſu eſſet, ſi monitus, correptus, & punitus privatione actuum legitimorum; adhuc tamen non deſiſteret, Medicum, aut Chyrurgum agere; & maximè ſi ob hoc Medici, aut Chyrurgi ſæculares murmurarent, & de Religione obloquerentur, ac ſi fratres inhiarent ſibi lucra præripere; tunc enim tùm ratione contumaciæ in non obediendo, tùm ratione ſcandali, debet carceratione coerceri.

44 Quarta dubitatio eſt circà ſecundum Statutum, datum ſuprà *n.34.*& eſt, an de omni, & quovis negotio intelligendum ſit, an verò in caſu particulari Statutaria pęna incurratur.

45 Reſpondeo, quòd, cùm privatio Officiorum omnium Ordinis ſit maxima pęnarum incorporalium, quæ detur in Religione, & correſpondeat confiſcationi omnium bonorum in jure Civili, ut aliàs, (92) diximus, dari non debet niſi ob graviorem, imò graviſſimam culpam. Hoc ſuppoſito, non exiſtimandum eſt comprehendere Statutum eos, qui aliquod negotium peculiare Principis ſibi oblatum acceptarent, aut non oblatum procurarent ſine licentiâ; hoc enim ſinè ullâ prorſùs culpâ poteſt eſſe: quandoquidèm nolunt Principes ſua ſecreta pandi, proindè non poteſt tutè *Religioſus* negotium Principis, quod acceptat, aut procurat per ſe, vel prò ſe, aut alium, vel prò alio manifeſtare; nec ſuper eo licentiam petere; poteſtque Religioſus ſinè ullâ itidem culpâ procurare, quòd ſibi demandetur negotium, cujus commiſſio, & ſibi, & Religioni decoroſa, & utilis eſſe poteſt incongruum porrò eſſet talem pęnam incutere, ubi nulla adeſt culpa.

46 Sed Statutũ loquitur in plurali & indefinite, *dicendo negotia*. In jure porrò clauſula indefinita æquipollet univerſali, (93) & licèt efferatur dictio indefinitè in numero ſingulari ſivè ſit circà res, ſivè circà perſonas, quandò ſubeſt eadem ratio, æquippollet pariter univerſali, (94) & hoc maximè ſi diſpoſitio concepta eſt verbis negativis. (95) In noſtro autem caſu diſpoſitio Statuti eſt negativa, & loquitur pluraliter, & indefinitè dicendo *negotia*; ſequitur ergò, quòd debet intelligi de omnibus negotiis univerſaliter; puta, quòd nullus procuret, aut acceptet prò ſe, aut alio officium Agentis, ſivè Reſidentis, aut Procuratoris alicuius Regis, ſivè Principis ad eius negotia ſibi commiſſa univerſaliter tractanda; & rationabiliter tanta pęna irrogatur; ſi quidèm tales Agentes perpetuò ablegantur à ſervitio Chori; Superiores inquietant; auxilio Principis Religionem perturbant, maximè in electionibus; vagantur ad libitum; non niſi ſæcularia tractant; & diſciplinæ clauſtrali quaſi totaliter valedicunt, Iure ergò meritò privantur omnibus Officiis Ordinis hi, qui ſæcularia munera præripere geſtiunt; non convenit enim duobus Dominis ſervire; nec indui veſtis ex lanâ linoque contextæ; nec arare in bove & aſino. Proindè tales, qui miſerunt manum ad aratrum Religionis, & aſpiciunt retrò, negotiis mundanis vacando, non ſunt apti Regno Dei. Non comprehenduntur tamen hoc Statuto, qui legitima Regum, & Principum legatione funguntur ſivè ad tractandum pacem; ſivè ad fœdera; ſivè ad matrimonia ineunda; quorum plura exempla legimus in Chronicis, ac Annalibus Ordinis, tùm quià hoc non eſt univerſaliter Principum negotia agere, tùm quià huiuſmodi munus decorem auget Religioni, non verò illam conturbat; cuius contemplatione latum fuiſſe dictum Statutum ratio ſuadet.

(92) *Par. p. Tit. Pœnarum.*

(93) *L. Si pluribus init. ff. de Legat. 2. l. Si ſervitus. ff. de ſerv. urban. prædio. Gloſſ. in cap. Vt circà in V. aliorum de Elect. in 6. Abb. in cap. In Geneſi. n. 1. eo. tit.*

(94) *Alexand. Conſ. 26. nu. 3. lib. 4.*

(95) *Dec. Conſ. 13. nu. 11. lib. p. Tuſc. litt. I. Concl. 86. nu. 16.*

§. IX. Re-

[...] contemplatione latum fuiſſe dictum Summ[...]
[...] ſuadet.

L. Si pluribus init. ff. de Legat. 2. l. Si ſervitus. ff. de ſer[...]
[...] præd. Gloſſ. in cap. Vt circà in V. alioquin de Elect.
Abb. in cap. In Genuſ. n. 1. eo. tit.
Alexand. Conſ. 26. nu. 3. lib. 4.
Dec. Conſ. 13. nu. 11. lib. p. Tuſc. lit. I. Concl. 86. nu. 16.

§. IX Re[...]

*reſidentia* eſt *abſentia Rectoris, curam animarum habentis, ſivè Beneficium Eccleſiaſticum, de iure, ſivè conſuetudine perſonalem reſidentiam requirens, poſſidentis ſinè cauſâ, & diſpenſatione legitimâ ultra tempus, à iure conceſſum.* In hâc diffinitione notandum primò, quòd dicitur *abſentia Rectoris*, quo nomine veniunt tàm Epiſcopi, quàm Parochi, quàm alij, qui Officium, aut Beneficium adminiſtrant. Siquidèm, ut docent *Bartolus*, ac *Alciatus* (1) *Rector* propriè dicitur, qui Provinciam, aut Civitatem regit, undè Epiſcopum etiam *Rectoris* nomine venire, ſcripſerit *Baldus* (2), attento maximè, quòd *Rector* à regendo dicitur, & habemus dictum Apoſtoli (3). *Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Aptiſſimè igitur Epiſcopi venire poſſunt nomine *Rectoris*. Parochi pariter, ac cæteri Beneficium obtinentes, in ſacris Canonibus paſsìm vocantur *Rectores* Parochialium, *Rectores* Beneficiorum.

2 Notandum ſecundò, quòd dicitur *curam animarum habentis*, ſiquidèm hoc eſt fundamentum principale obligationis, cura nempè animarum; nàm, ut habet *Tridentinum* [4], non poſſunt Parochi munere, ſibi demandato, fungi, *ſi greges, ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atquè ovium ſuarum. . . . . cuſtodiæ minimè incumbant*. In hâc autem obligatione fortiùs involuti ſunt Epiſcopi, cùm non unius tantùm Parochiæ, ſed omnium ſuæ Diœceſis animarum cura ſibi ſit commiſſa.

(9) conformes. *Christiana charitas* importat, (prout ſcribit *Barboſa* (10) poſt multos) proximorum utilitatem, ut ſi aliqua Eccleſia verſaretur in periculo hæreſis, & per prædicationem Epiſcopi in fide poſſet confirmari; vel ad componendam diſcordiam, aut ſtabiliendam inter Principes pacem &c. *urgens neceſſitas* explicatur, quòd ſit, quandò habens obligationem reſidendi incurret aliquod grave malum in vitâ, vel propter morbum, vel propter aliquam perſecutionem, vel propter aeris intemperiem; aut ob inimicitias; aut ad declinandum furorem Populi, ſeù Principis &c. Advertendum autem, quòd ut deducitur ex *D. Thomâ*, [11] prædictæ *cauſæ* habent locum, quandò ex abſentiâ Rectoris animæ, ſibi commiſſæ, nullam iacturam incurrunt: aliter ſaluti ipſarum propriam vitam tenetur exponere, nàm, ut ait Chriſtus in Evangelio, [12] *Bonus paſtor animam ſuam dat prò ovibus ſuis. Debita obedientia* Superioris, nempè reſpectu *Rectoris*; ut potè, ſi *Papa* ad ſe vocat Epiſcopum, volens eo uti prò neceſſitate univerſalis Eccleſiæ; aut ſi Epiſcopus utitur Parocho &c, vel Superior Provincialis ob indigentiam totius Pro-

(1) *Bart. in l. 1. C. de Excuſa. mune. lib. 10. Alciat. in l. Principalibus. ff. Si cert. petat. apud Calvin. lexic. V. Rector.*
(2) *Bald in Proem. Decretal.*
(3) *Act. cap. 20. V. 28.*
(4) *Concil. Trident. Seſſ. 6. de Reform. cap. 1.*

(5) *Piaſec. Prax. Epiſcop. Par. 2. cap. 3. nu. 32.*
(6) *De Offic. Archidiac. Archipresb. Primicer. Sacr. Cuſto. Tit. 23. 24. 25. 26. 27. & 28. lib. 1. Decretal.*
(7) *Hoſt. Summ. Rubr. de Cler. non reſid. § Vtilitatem. V. Quod ſi rationabilem.*
(8) *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. de Reformat.*
(9) *Text. in cap. De cætero. cap. Inter quatuor. cap. Tua. cap. Relatum. de Cler. non reſid. cap. Ad ſupplicationem de Renun. ci. cap. Quorundam. 74. Diſt.*
[10] *Barboſ. ad Trident. Seſſ. 23. de Refor. cap. p. num. 7. & ibi Tolet. M. A. Genuen. Molfeſ. & Sanctarell.*
[11] *D. Thom. 2. 2. Quæſt. 185. Art. 5.*
[12] *Io. cap. 10. V.*

Digitized by Google

Provinciæ, confert negotia agenda à Prælato Locali, relicto Proprio Conventu &c. *Evidens Eccleſiæ, aut Reipublicæ utilitas*, at quandò *Rector* abſentatur ad tuenda ſuæ Eccleſiæ iura; aut fungetur Legatione Populi ad Principes, prò publicis negotijs &c.

5 Notandum quintò, quòd additur *diſpenſatione legitimâ*; non enim ſufficit, quòd vera ſubſit aliqua ex enarratis cauſis, ut ſinè crimine *Rector* poſſit ſe abſentare, ſed, ut habet *Tridentinum* (13) reſpectu Epiſcoporum, oportet *cauſam in ſcriptis eſſe approbandam* à Superiore reſpectivè, qui, re cognitâ, diſpenſat ſuper reſidentiâ. Dicitur porrò notanter diſpenſatione *legitimâ*; ſi quidèm, ut poſt *D. Thomam* (14) ſcribunt communiter Doctores, diſpenſatio ſinè verâ cauſâ, ac ſufficienti *legitimâ*, non eſt, & non valet; & tunc eſt, quandò in indicandâ *cauſâ*, àn vera, ac ſufficiens ſit, culpabiliter ſe gerit Superior.

6 Notandum tandèm, quòd dicitur *ultrà tempus à iure conceſſum*; in *Tridentino* ſiquidèm conceditur, (15) quòd extrà cauſas ſupradictas, tempus abſentiæ Rectoris ſivè continuum, ſivè interruptum, in ſingulis annis poſſit eſſe duorum, aut ad plùs trium menſium. Quòd, ſi ultrà illud non reſidet, in culpam incidit, & quidèm mortalem, nàm obligatio reſidendi ad cuſtodiam animarum, ſibi commiſſarum, de iure Divino, ex Textu *Tridentini* deducunt communiter Doctores. (16)

## Probatio.

### SVMMARIVM.

7 *Quomodò probetur Crimen neglectus reſidentiæ.*

7 Circà probationem huius criminis, advertendum, quòd in hoc duo interveniunt, unum poſitivum, nempè abſentia Rectoris à Curâ, Beneficio &c. aliud negativum, nempè, quòd abſentia fuerit ſinè *cauſâ legitimâ*, & ſinè *licentiâ debitâ*. Poſitivum probatu facile eſt per Teſtes, & in hoc nihil ſpeciale occurrit; & concludenter probandum eſt ab Accuſatore, ſeù Fiſco, Rectorem per tantum ſpatium temporis abſuiſſe à ſuâ Curâ, Beneficio &c. Negativum autem, cùm probari non poſſit, cùm vagum ſit, habendum eſt de ore Rei. Nàm, probatâ abſentiâ, transfertur in Reum onus probandi, quòd legitimè abſuerit, nempè ob cauſam legitimam, & obtentâ debitâ diſpenſatione à Superiore, quemadmodùm dictum eſt paragrapho, proximè tradito circà probationem cauſarum, excuſantium à delicto exercitij artium prohibitarum, & circà hoc amplius non immoramur.

[13] *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. de Reform.*
[14] *D. Thom. 2. 2. quæſt. 96. art. 5. Victor. Soto Navar. Suar. Roderic. Miranda. Portel. apud Sanctor. Comment. cap. 8. Stat. 66. V. Dico ſecundò. fol. m. 532.*
[15] *Trident. ſeſſ. 23. cap. 1. de Reform.*
[16] *Bartol. à Martyr. Soto. Galleg. Covaru. Navar. Ferret. Bernard. & Salzed. Ochon Sà. Cordub. & alij apud Barboſ. ad Trident. Seſs. 23. cap. 1. num. 3. de Reform.*

## Pœnæ.

### SVMMARIVM.

8 *Tridentinum non ſuſtulit pœnas Canonum antiquorum contrà non reſidentes ad Beneficium.*
*Pœna Epiſcopi abſentis à ſuâ Eccleſia, ultrà ſex menſes, abſquè cauſâ legitimâ, & ſinè licentiâ in ſcriptis.*
*Fructus Eccleſiæ, quibus privatur Epiſcopus, ob abſentiam à Diœceſi, quibus applicandi.*
*Compoſitio nulla ſuper dictis fructibus fieri poteſt.*
9 *Rectores Beneficiorum, inferiores Epiſcopis quomodò puniendi ob abſentiam ultrà tempus licitum.*
*Contrà tales Rectores poſſunt Epiſcopi procedere per Cenſuras, & privationem Beneficij.*
10 *Regulares curam animarum habentes, puniendi ſunt pœnis iuris communis, ſi non habent Conſtitutiones pœnales municipales.*
11 *Textus prò Minoribus de Obſervanti.*
12 *Quæ pœnæ poſſint addi pœnis, latis de iure communi contrà Prælatos non reſidentes.*
13 *Inſtituendæ fuerunt pœnæ contrà abſentes, per breves quidèm, ſed frequentes abſentias, quæ ſimul unitæ ſuperant tempus abſentiæ licitæ.*
14 *Privatio Officij, quandò habeat locum in Prælato Locali ob abſentiam, nimis, longam à Conventu.*
15 *Habet locum privatio Officij, quandò parvæ, ſed multæ abſentiæ interpolatæ, ſi ſimul computentur, ſuperant trimeſtre.*
16 *Ob quas cauſas Prælati maiores poſſunt dare licentiam, ſe abſentandi Prælatis inferioribus.*
17 *Cauſæ ſunt illæ quatuor, datæ ſuprà* nu. 4.
*Neceſſitas diſpenſãdi in caſu eſt, quandò Superior alium non habet, qui poſſit æquè benè negotium publicum gerere, ſicut diſpenſatus.*
*Si alius ad tale negotium habilis habetur, diſpenſatio eſt nulla.*
*Reſidentia eſt de iure Divino, ſuper quo Papa ſinè cauſâ nequit diſpenſare.*

8 Quò ad pœnas Rectorum, non reſidentium, ut præfertur, *Tridentinum* (17) non ſuſtulit, imò renovavit pœnas, ſancitas ab antiquis Canonibus contrà non reſidentes; ſed, quià in illis non dabatur alia pœna, quàm privationis Beneficij, quæ non poterat niſi iudicialiter inferri, Concilium alias pœnas addidit, quas ſubeunt non reſidentes, etiam abſquè Iudicis ſententiâ. Pœnæ ſunt, quòd, ſi Epiſcopus *iuſtis, & rationabilibus cau-*

[17] *Trident. Seſſ. 6. cap. 1. de Reform.*

Digitized by Google

*cauſis ceſſantibus*, & non obtentâ in ſcriptis licentiâ, abfuerit à ſuâ Diœceſi per ſex menſes, omittat quartam partem fructuum ſuæ Menſæ; & ſi per alios ſex pariter menſes continuaverit in abſentiâ, aliâ ſimiliter quartâ parte fructuum mulctetur. Perſeverante autem illo in dictâ abſentiâ, ultrà illud tempus, locus ſit privationi Epiſcopatus, à Summo Pontifice infligendæ. Alia pœna eſt, quòd, ſi Epiſcopus non reſidet in Diœceſi, non gaudet alternativâ cum *Papâ* prò conferendis Beneficijs, etiamſi abſit ex cauſâ, à Concilio approbatâ, vel aliàs prò exercitio ſui Officij, ut declaravit *Papa*, ut ex *Garciâ*, & *Maſſobrio* refert *Barboſa*. (18) Porrò fructus, quibus ob abſentiam, ut præfertur, privatur Epiſcopus, in conſcientiâ tenetur relaxare ex ſe, *aliâ etiam Declaratione non ſecutâ*, ut habet alibi *Tridentinum* (19), & ſuper his nulla poteſt fieri compoſitio, ut ſcribit *Navarrus* (20), ſed integraliter applicandi ſunt per Superiorem fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus.

9 Quò ad alios inferiores, animarum curam habentes, pœnæ quò ad privationem fructuum, & peccatum mortale, eædem ſunt cum ſupradictis, quibus afficiuntur Epiſcopi. Quòd, ſi diutiùs abſentiam protendunt, poſſunt Epiſcopi eos citare, etiam per Edictum, & ſi fuerint contumaces, procedere contrà eos per Cenſuras, privationem fructuum, & etiam Beneficiorum, ut diſponit *Tridentinum*. 21) Quòd, ſi Epiſcopus intendit procedere contrà abſentem ad privationem Beneficij, debet eum citare aut perſonaliter, aut per Edictum (22), & ipſum expectare per tempus congruum, ut habet Canon (23). Porrò citatio debet eſſe trina, & tempus congruum hoc modo menſuratur. Si abſens eſt cum licentiâ, debet ter citatus expectari per annum; (24) ſi autem eſt abſque licentiâ, citatus, ut præfertur, expectandus eſt per ſex menſes, (25) & ſi intrà dicta tempora non comparuerit, poteſt Beneficijs privari.

10 Quò ad Regulares, curam animarum habentes, ut ſunt Provinciales, ac locales Superiores, ſi proprias non habent Conſtitutiones, debent coerceri pœnis iuris communis. Sed cum ijs caſus potiùs metaphyſicus eſt, quàm practicabilis. Nàm Regulares, quiqui illi ſint, non poſſunt abeſſe à ſuis locis, niſi de ſuorum Superiorum licentiâ, quâ non extante, Apoſtatæ ſunt, & per Apoſtaſiam omnia iura Superioritatis amittunt. Tota culpa, quæ inter eos circà abſentiam poteſt intervenire, eſt circà cauſam abſentiæ, quam poſſunt falsò repræſentare Prælatis ad obtinendam licentiam, aut quam poſſunt admittere Prælati in approbandâ, tanquàm legitimâ cauſâ, quæ talis non eſt, & concedendâ licentiâ abſentiæ: ſed hoc tangit conſcientiam ſolùmmodò, ac forum internum.

11 Nos Minores de utrâque Obſervantiâ habemus diſpoſitionem *Textus*, ut ſequitur, *Provinciales, & Guardiani in ſuis Provincijs, & Conventibus notabiliter, & ſinè legitimâ cauſâ non reſidentes, præter culpæ reatum, & pœnas Canonicas, quas incurrunt, Officio ſuſpendi, vel etiam privari debent, Superioris iudicio*. (26)

12 Circà quem Textum prima dubitatio eſt, cùm iam de iure communi, ut viſum eſt, ſint latæ contrà indebitè abſentes pœnæ peccati mortalis, privationis fructuum, & Beneficiorum, quid poteſt addi ulteriùs ex hoc *Textu* contrà Provinciales, ac Guardianos non reſidentes.

13 Reſpondeo, quòd mens Statuti eſt, compeſcere vagationem Superiorum quorundam localium, qui deſiderio evadendi rigores vitæ clauſtralis, arreptâ qualibet cauſâ, ſe abſentant à proprijs Conventibus. *Tridentinum* providit quidèm, ut viſum eſt, circà abſentiæ tempus, cauſas, & pœnas &c. non tamen circà abſentias breves quidèm, ſed frequentes, ex quibus cauſantur in animabus commiſſis detrimenta. Verum eſt, quòd voluit, tempora abſentiæ Rectorum, quàmvis interrupta, inſimul computari, ità ut ſimul copulata, non excedant tres menſes; hoc tamen, quod ſufficienter proviſum eſt prò Rectoribus ſæcularibus, non ſufficit prò Regularibus. Ratio eſt, quià prò ſæcularibus ſufficiens eſt, quòd Populus ob abſentiam Rectoris, non fruſtretur Sacramentis: undè, ſi nullus eſt in Parochiâ infirmus, prò nihilo eſt, quòd Parochus per duos, aut tres dies feriales abſit à Parochiâ, maximè, ſi in eâ ſit alius Sacerdos, qui in caſu fortuito, queat Sacramenta neceſſitatis adminiſtrare. Sed non ſic eſt inter Regulares, qui continuâ indigent aſſiſtentiâ Superioris, nè diſciplinæ rigor ex humanâ fragilitate relaxetur. Profectò, ſi extrà Conventum Superior vagatur, frequentia Chori à tepidis intermittitur, in Refectorio ſilentium faciliter diſpenſatur: licentia exeundi à Clauſtro liberè indulgetur, aliaque paſsìm fiunt, per quæ devotionis ardor tepeſcit. Neceſſarium igitur fuit, quòd nimia Superiorum Localium ſe abſentandi à Conventu frequentia compeſcatur: nè paſsìm apud Amicos divertat; nè quæſito colore negotiorum Conventus, (quæ poteſt per alios curare) inter ſæculares vagetur &c. Mens ergò *Textus* eſt huiuſmodi vagationem compeſcere, & ſi defectuoſus ſit, ſuſpenſione ab Officio eum mulctare.

14 Dubitatio ſecunda eſt, cùm dicat *Textus*, taliter non reſidentes poſſe puniri etiam Officij privatione, quæritur, quandò tali privationi ſit locus?

15 Reſpondeo, quòd, ut dictum eſt ſuprà, trimeſtre abſentiæ Rectoris indultum à *Tridentino* (27) cenſetur, *ſivè fuerit continuum, ſivè interruptum*; ultrà quod eſt locus pœnis Conciliaribus. Si ergò frequens eſt Superior in negligandâ reſidentiâ, & modò per octo, modò per quindecim &c. dies abeſt, omnia tempora abſentiæ computari debent, & ſi exceſſerint tempus trium menſium, eſt locus privationi Officij.

16 Dubitatio tertia eſt, ex quibus cauſis poſſint Superiores maiores indulgere licentiam ſe abſentandi Prælatis inferioribus?

17 Reſpondeo, quòd cauſæ ſunt illæ quatuor, quas ex *Tridentino* explicavimus ſuprà *num.* 4., hæc tamen cum modificatione accipiendæ ſunt, puta, àn adſit neceſſitas, ob quam obligatus ad reſidentiam, debeat ſuper eâ diſpenſari; quæ neceſſitas tunc eſt, quandò alius, non obligatus ad reſidentiam, non habetur, qui æquè benè poſſet talia negotia curare, ut advertit *Caietanus*, & *Soto* (28). Undè, ſi alius adeſt idoneus, & liber à reſidentiâ, non adeſt vera cauſa diſpenſandi, diſpen-

(18) *Garc. de Benef. Par. 5. cap. 1. nu. 463. Maſſobr. Prax. habe. concurſ. Prœl. 23. Dub. 3. apud Barboſ. ad Trident. Seſſ. 6. cap. 1. de Reform. nu. 7.*
(19) *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. de Reform.*
(20) *Navar. Manual. c. 25. n. 121. & Conſ. 20. n. 4. de Celebr. Miſſar.*
(21) *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. ℣. Eadem omninò de Reform.*
(22) *Cap. Ex tua de Cler. non reſid.*
(23) *Cap. Inter quatuor. de Cler. non reſid.*
(24) *Novell. de S. Epi. cap. 9. ʃ. Interdicimus. Collat. 9.*
(25) *Text. in cap. Ex tuæ de Cler. non reſid.*
(26) *Text. Tit. Applicatio. §. 35.*
(27) *Trident. Seſſ. 23. cap. 1. de Reform.*
(28) *Caietan. 2. 2. quæſt. 185. Art. 5. Soto de Iuſt. lib. 10. quæſt. 3 Art. 4.*

Digitized by Google

diſpenſatio eſt nulla; & diſpenſans peccat mortaliter. Arguit hinc *Azorius* (29,) quòd nec *Papa* poteſt diſpenſare ſuper reſidentiâ cum Epiſcopis, ac alijs Curatis, occupando eos in alijs Officijs incompatibilibus cum reſidentiâ, ſi habeat alios, qui æquè benè eadem præſtare poſſunt, & ratio eſt, quia reſidentia eſt de iure Divino, ſuper quâ diſpenſari nequit, niſi ex cauſâ neceſſariâ ob maius bonum. Et ex hâc doctrinâ debent benè animadvertere Prælati maiores, & ſaluti ſuæ conſulere, non implicando Prælatos inferiores in cauſis, impedientibus reſidentiam, quandò habeat alios vacantes negotijs gerendis pares.

Et hìc ſit terminus huius Opuſculi, quod abſolvi hâc die 23. Octobris, recurrente ſolemnitate Sancti Joannis de Capiſtrano, anno Salutis 1698. D. O. M. adiuvante, cui ſit in perpetuum Laus, & Gloria.

(29) *Azor. Inſt. moral. Par. 2, lib. 7. cap. 4. quæſt. 5.*

# FINIS.

INDEX

182.

*Abolitio criminum* quid ſit, & quotuplex. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta nu.*41.*pag.*12.
Antiqua quomodò fiebat. *ibid.nu.*42.*pag.*12.
Generalis quomodò, & quandò fiat *ibid.num.* 43. *pag.* 12.
Facta à Principe Laico non ſuffragatur Cleritis. *ibid. nu.*43.*pag.*12.
Specialis quæ ſit, & à quo petatur *ibid. num.*44. 45. *pag.* 13.
Legalis quæ ſit *nu.*45.*pag.*13.
Abolitio parricidii non conceditur. *T.*7.§. 8. *Parricidium. nu.* 36.*pag.*467.
*Abortivi* cadaver, ſi neſcit diſcerni, cuius ſexus ſit, præſumitur quòd ſit maſculi. *Tit.*7.§.10.*Abortus. pag.*480.
*Abortus* procurati diffinitio. *T.* 7.§.10 *Abortus nu.* 1. *pag.*478.
Eius multiplices modi. *ibi.nu.*3.*pag.*478.
Eſt de fœtu nondum nato. *ibi.nu.* 5.*pag.*478.
Semper eſt, tùm ſi fœtus ex potione datâ naſcatur mortuus, tùm ſi oriatur vivus ante tempus à naturâ ſtatutum *ibi. nu.*6. *pag.*478.
Dicitur, ſi ex potione partus naſcatur quidèm vivus in tempore, in quo vitalis ſit, dum tamen intrà paucum tempus poſt ortum moritur. *ibi.nu.*7.*pag.* 478.
Eius probatio, quòd fœtus eſſet animatus eſt difficilima. *ibi. nu.*8.*pag.* 479.
Judicare de ejus causâ ſpectat ad Medicos. *ibi.nu.* 9. *pag.*479.
Bulla Sixti V. contrà procurantes abortum, in quo moderata ſit à Gregorio. *ibi.n.*4.*pag.*478.
Abortum cauſans alieni bruti ſubit pœnas legis Aqui-

... non peccat. *ibi.nu.*31.*pag.*484.
Dans poculum ſterilitatis, nè fœmina periclitetur in partu, peccat. *ibi.nu.*31.*pag.*484.
Clericus ob procuratum abortum fœtus animati tradendus brachio ſæculari. *ibi.nu.*33.*pag.*485.
A Cenſura lata contrà procurantes abortum quis poſſit abſolvere. *ibi.nu.*34. 35.*pag.*485.
Regulares delinquentes hoc crimine à quo ſint abſolvendi. *ibi.nu.*36.*pag.*485.
In procuratione abortus quandò nàm dicatur effectus ſecutus. *ibi.nu.*41. *& ſeqq.pag.*486.
Quot diebus debet vivere partus, ut poſſit dici expoſt mortuus ex potione abortifera. *ibi.nu.*43.*pag.*486.
Abortus procuratio includit malitiam homicidii deliberati, veneficii, proditionis, & aſſaſſinii. *ibi. nu.*46.*pag.*487.
Gravior eſt homicidio. *ibi.nu.*46.*pag.*487.
Non poteſt venire nomine ſimplicis homicidii voluntarii. *ibi.nu.* 46.*pag.*487.
*Abortum procurans*, & de eo damnatus eſt infamis. *T.* 7.§.10.*Abortus. nu.*60.*pag.*489.
Clericus abortum procurans quas pœnas incurrat. *ibi. nu.*61. *& ſeqq.pag.*489.
Regularis idem faciens ad vitandam infamiam ſuam, àn tradendus brachio ſæculari. *ibi.nu.*65.*pag.* 490.
Et àn idem ſit, ſi ex amicitiâ ad vitandam infamiam mulieris idem faciat *.nu.*67.*pag.*490.
Mulier procurans in ſe abortum propter pecuniam, de quo crimine punienda. *ibi.nu.*70.*pag.*490.
Quas pœnas ſubeat Eccleſiaſticus cauſans abortum fornicando, percutiendo, aut ſaltare ultrà modum faciendo pregnantem. *ibi.nu.*72.*pag.*491.
Pœna abortus procurati effectu non ſecuto *ibi.num.*75. *pag.* 491.
*Abſentia* Rectoris à beneficio abſquè diſpenſatione limitatur ad duos menſes. *T.*9 §.9. *Reſidentia. nu.*6.*p.*606.



INDEX

Digitized by Google

*Abſoluere* poſſunt Prælati Ordinis Minorum à cenſurâ rebellantes Generali. *T.* 2. §. 2. *Inobedientia. num.* 59. *pag.* 56.

Aliquandò quis poteſt abſolvere, qui non poteſt ligare. *T.* 4. §. 8. *Clauſura. num.* 65. *pag.* 242.

Quis poſſit abſolvere à cenſuris ob ingreſſum Clauſuræ Religioſorum, aut Monialium. *ibi. nu.* 76. & *ſeqq. pag.* 244.

Confeſſarij Regulares à quibus caſibus Papalibus poſſint abſolvere. *Tit.* 7. §. 10. *Abortus num.* 34. *pag.* 485.

Abſolvens à reſervatis ſinè facultate, abutitur Confeſſione. *T.* 8. §. 4. *Abuſ. in Confeſs. nu.* 8. *pag.* 510.

*Abſolutio* data prò foro interno non valet prò externo. *T.* 7. § 10. *Abortus, nu.* 58. *pag.* 489.

A reſervatis quomodò probanda, quandò data eſt ſinè facultate. *T.* 8. §. 4. *Abuſ. in Confeſs. n.* 16. *pag.* 511.

Si Confeſſarius extraiudicialiter diceret, ſe abſquè facultate abſolviſſe, aut abſolvere poſſe, quotupliciter delinqueret. *ibi. nu.* 16. *pag.* 511.

*Abſtinentia à carnibus.* & ieiunium ſunt duo præcepta de facto ſeparabilia. *Tit.* 9. §. 1. *Ieiunij. num.* 4. *pag.* 549.

Diſpenſatus ſuper abſtinentiâ à carnibus, non eſt diſpenſatus à iejunio. *ibid. pag.* 549.

Violatio abſtinentiæ, & violatio iejunij differunt ſpecie. *ibid. nu.* 5. *pag.* 550.

Violatio abſtinentiæ gravior eſt, quàm iejunij. *ibid. nu.* 6. *pag.* 550.

Ob violationem abſtinentiæ à carnibus poteſt procedere Inquiſitor. *ibid. nu.* 6. *pag.* 550.

Abſtinentiam à carnibus, & iejunium duo eſſe præcepta diſtincta, probatur. *ibid. nu.* 14. *pag.* 552.

Abſtinentiam poteſt Eccleſia diſpenſare, retentâ obligatione iejunij. *ibid. nu.* 15. *pag.* 552.

Pœnæ violantium abſtinentiam à carnibus, & iejunium. *ibid. nu.* 13. & *ſeqq. p.* 552.

Abſtinentia, quarè indicta in diebus iejunij. *ibid. num.* 14. *pag.* 552.

*Abuſus Sacræ Scripturæ* multiplex. *T.* 5. §. 2. *Blaſphemia nu.* 12. & *ſeqq. pag.* 286.

Quandò ſit mixti fori. *ibid. nu.* 17. *pag.* 287.

Quandò de hoc procedat ſolus Inquiſitor. *ibid. num.* 17. *pag.* 287.

Quandò, & quomodò puniendus. *ibid. num.* 67. & *ſeqq. pag.* 294.

*Abuſus Sacramentalium* in ſortilegio ad aliquem finem bonum inducit ſuſpicionem hæreſis ſolum modò levem. *Tit.* 8. §. 6. *ſortilegium num.* 67. *pag.* 535.

*Abuſus in Baptiſmo.* V. Baptiſmus.

*Abuſus in Euchariſtia.* V. Euchariſtia.

*Abuſus in Ordine.* V. Ordo.

*Abuſus in Matrimonio.* V. Matrimonium.

*Abuſus, ſeù abuti re.* quid importet. *T.* 8. §. *Abuſ. in Bapt. nu.* 1. *pag.* 495.

Quandoque ſumitur in bonam partem, *ibid.*

Regulariter ſonat in malam. *ibid.*

*Abuti poteſtate* quis dicatur. *T.* 4. §. 8. *Clauſura num.* 13. *pag.* 234.

*Accuſator* quomodò petat à Iudice abolitionem criminis. *T.* 1. §. 2. *nu.* 44. *pag.* 13.

Tenetur probare in raptâ honeſtatem vitæ, & famæ, & quòd rapta fuerit cauſa eam retinendi, & non ob commodiorem coitum. *T.* 4. §. 7. *Raptus, num.* 25. *pag.* 229.

De falſo crimine non punitur dè periurio, ſed de calumnia. *T.* 5. §. 7. *Periurium nu.* 40. *pag.* 335.

*Accuſatus* quandò poſſit reaccuſare accuſatorem de calumniâ. *T.* 5. §. 4. *Calumniatio nu.* 4. *pag.* 305.

*Acervum* tritici propè domum incendens debet mori. *Tit.* 9. §. 5. *Incendij. nu.* 16. *pag.* 576.

*Actio* Actionem de furto non auget aſſidua contrectatio rei furatæ. *T.* 3. §. 2. *Pecunia. nu.* 4. *pag.* 117.

Actiones, & iura computantur inter immobilia. *T.* 3. §. 4. *Alienatio. num.* 19. *pag.* 134.

Actio criminalis, an civilis ſit primò intentanda in crimine falſi. *T.* 6. *nu.* 8. *pag.* 354.

Actionem injuriarum habet territus ob elevationem manus contrà ſe factam. *T.* 7. §. 3. *Provocatio. num.* 46. *pag.* 411.

Actiones noctambuli, dum dormit à quo ſint. *T.* 7. §. 5. *Homicidium. nu.* 21. *pag.* 431.

Actio importat factum externum. *T.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 4. *pag.* 537.

*Actor* quando teneatur probare calumniam. *T.* 5. §. 4. *Calumniatio. nu.* 4. & 5. *pag.* 305. (leges in corpore Iuris nu. 17. ſed corrige num. 4.)

Probans ſemiplenè non præſumitur calumniaſſe, niſi ſolitus ſit calumniari. *ibi. nu.* 8. & 9. *p.* 306. (leges pag. 308. ſed corrige 306.)

Si non probat non ſalvatur à calumnia. *ibi. num.* 7. *pag.* 306.

Si decipiatur à Teſtibus evadit calumniam. *ibi. nu.* 10. *pag.* 306.

Quam cautelam adhibere debet in ordine ad Teſtes. *ibid. pag.* 306.

Actor non poteſt eſſe Clericus in cauſâ ſanguinis. *T.* 9. §. 8. *Artium. num.* 3. *pag.* 597.

*Actus* humanus, & actus hominis quomodò differant. *T.* 1. §. 2. *Delicta. nu.* 12. *pag.* 10.

Actus, in quo forma legis non ſervatur eſt nullus. *T.* 2. §. 2. *Inobedientia. nu.* 94. *pag.* 60.

Actus interpretatur iuxtà intentionem agentis. *T.* 2. §. 5. *Schiſma. nu.* 19. *pag.* 79.

*Actus legitimi.* Eorum privatio quid importet. *T.* 5. §. 8. *Subornatio. nu.* 4. *pag.* 342.

*Actus* vnus, aut alter non probat operantem illos eſſe artificem. *Tit.* 9. §. 8. *Artium. nu.* 37. *pag.* 603.

*Adminicula* quæ ivvant indicia copulæ. *T.* 4. §. *Adulterium nu.* 12. & *ſeqq. pag.* 204.

*Admiſſionales* qui dicantur. *T.* 4. §. 8. *Clauſura. num.* 26. *pag.* 235.

*Admittere* quot ſignificata habeat. *T.* 4. §. *Clauſura. nu.* 25. & 26. *pag.* 235.

Auctoritatiuè admittere quis dicatur. *ibi. num.* 27. *pag.* 236.

Feminas admittere intrà clauſtra poteſt ſolos Superiores, ac Officiales deputatos ad cuſtodiam Monaſterij afficere. *ibi. nu.* 28. *pag.* 236.

*Admonere* in iure quid importet. *T.* 4. §. 1. *Conſortium. num.* 49. *pag.* 280.

Significat etiam caſtigare. *ibid.*

*Aduena* Frater ſubditur obedientiæ Superioris localis, vt Fratres de familia, *T.* 9. §. 3. *Hoſpitalitatis. num.* 6. *pag.* 556.

Superior nequit à ſuo Conuentu repellere Fratres aduenas. *ibid. num.* 7. *pag.* 556.

*Aduentus* tempore an poſſit Frater Minor in refectione privatâ veſci lacticinijs in locis, vbi laici illis non veſcuntur in Quadrageſimâ, *T.* 9. §. 1. *Iejunij num.* 29. *pag.* 554.

Tem-

Digitized by Google

Actor non poteſt eſſe Clericus in cauſa ...
§. 8. *Artium. num. 3. pag. 597.*
*Ius* humanus, & actus hominis quomodò diſtin.
*T. 1. §. 2. Delicta. nu. 12. pag. 10.*
Actus, in quo forma legis non ſervatur eſt nullus
*T. 2. §. 2. Inobedientia. nu. 94. pag. 60.*
Actus interpretatur iuxtà intentionem agentis. T.
*§. 5. Schisma. nu. 19. pag. 79.*
...s legitimi. Eorum privatio quid importet. *T. 5.*
*Subornatio. nu. 43. pag. 342.*
vnus, aut alter non probat operantem illos eſſe
ticem. *Tit. 9. §. 8. Artium. nu. 37. pag. 603.*
...icula quæ ivvant indicia copulæ. T. 4. §. *Adulterium nu. 12. & ſeqq. pag. 204.*
...ionales qui dicantur. *T. 4. §. 8. Clauſura. num.*
...g. 235.
...ere quot ſignificata habeat. *T. 4. §. Clauſura. num.*
... *& 26. pag. 235.*
...oritatiuè admittere quis dicatur. *ib. num. 27.*
...g. 236.
...nas admittere intrà clauſtra poteſt ſolos Superiores, ac Officiales deputatos ad cuſtodiam Monaſterij aſſicere. *ibi. nu. 28. pag. 236.*
...e in iure quid importet. *T. 4. §. 1. Conſortium*
...*. 49. pag. 280.*
...cat etiam caſtigare. *ibid.*
Frater ſubditur obedientiæ Superioris ...
... Fratres de familia, *T. 9. §. 3. Hoſpitalitatis*
...*. pag. 556.*
...nequit à ſuo Conuentu repellere Fratrem
*ibid. num. 7. pag. 556.*
...mpore an poſſit Frater Minor in reſidentia ... veſci lacticinijs in locis, vbi laici illis ... tur in Quadrageſimâ, *T. 9. §. 1. Ieiunium*
...g. 554.

... proceditur civiliter, eſt crimen mixti fori. *ib. num. 39. p. 208.*
Si notorium eſt, Judex debet de eo procedere ex officio, aliter graviter peccat. *ib. n. 39. p. 208.*
Accuſare dè adulterio etiam extranei poſſunt. *Tit. 7. §. 5. Homicidium. n. 27. p. 432.*
Adulterum occidens ex animo deliberato evadit pœnam ordinariam homicidii. *ib. n. 59. p. 437.*
Accuſationem de adulterio Judices ſpernere ſolent, de eâ ridere, & truffari. *ib. n. 59. p. 437.*
*Advocatus* non debet adverſam partem conviciari. T. 5. *§. 2. Blaſphemia. n. 76. p. 295.*
Orphani, Viduæ, & miſerabilium perſonarum poteſt eſſe Religioſus. *Tit. 9. §. 8. Artium. n. 13. p. 599.*
*Aedicula*. Introducens fœminas in ædiculas Confeſſariorum Monialium quòmodò puniendus. *Tit. 4. §. 8. Clauſura. n. 63. & ſeqq. p. 242.*
Cenſuræ contrà tales introducentes non ſunt reſervatæ. *ib. n. 65. p. 242.*
*Aedificium* privatum nequit conjungi, neque appodiari carceribus publicis. T. 9. §. 7. *Carcerum. n. 5. p. 586*
*Aequitas* quid ſit. *Tit. 1. n. 9. p. 2.*
Scripta præfertur rigori ſcripto. *Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia. n. 80. p. 35.*
Eſt pœna minor. *ibid.*
Præferenda eſt rigori juris. *Tit. 7. §. 5. Homicidium. n. 20. p. 431.*
*Aetas* minor minuit delictum, & pœnã. *Tit. 1. §. 3. Probatio. n. 31. p. 11.*
Ætas legitima pro ſuſcipiendis Ordinibus quæ. *Tit. 8. §. 3. Abus. in Ord. n. 3. p. 502.*
Ætas minor requiſitã pro ſuſceptione Ordinum probanda ab Accuſatore, vel Fiſco. *ib. n. 10. p. 503.*
Anni aſſignati prò ſuſcipiendis Ordinibus ſufficiunt incœpti. *ibid. n. 3. p. 502.*

Ars alchimiæ falſæ damnatur à jure Civili in ordine, ad fabricationem monetæ. *ib. n. 5. p. 383.*
Ampliori modo damnatur à jure Canonico. *ib.*
Damnatur, ſi fabricat aurum, aut argentum falſum, aliàs non. *ib. n. 8. p. 383. V. Ars.*
*Alchimiſta* damnantur, ut ſuſpecti de hæreſi. *Tit. 6. §. 4. Alchimia. n. 6. p. 383.*
Defenduntur à tali Cenſurâ. *ib. n. 7. p. 383.*
Inter eos referuntur nonnulli pietate inſignes. *ib.*
Eorum pœnæ de jure Canonico, & Civili. *ib. num. 10. 11. pag. 384.*
*Alienari* non poſſunt bona, adnexam ſpiritualitatem habentia. *Tit. 3. §. 4. Alienatio. n. 11. p. 134.*
Alienatio bonorum Eccleſiæ ſinè cauſâ non valet. *ib. nu. 28. pag. 136.*
Quandò crimen ſit. *ib. n. 29. p. 136. V. Bona Eccleſiaſtica.*
*Allegans* turpitudinem ſuam non eſt audiendus. *Tit. 8. §. 4. Abus. in Confeſſ. n. 25.*
*Allegationes* ſatyricæ Advocatorum non ſunt libelli famoſi. *Tit. 5. §. 5. libellus. n. 10. p. 311.*
Quandò ſint punibiles. *ib. n. 10. & 11. p. 311.*
*Allocutio* ſecreta cum fœmina facit indicium copulæ, cum ea. T. 4. §. 4. *Adulterium. n. 22. p. 205.*
*Alopecia* quid ſit, & à quo proveniat. *Tit. 4. §. 1. Conſortium. n. 98. & 99. p. 185. & 186.*
*Ambaſciatores* habent ſecuritatem à jure gentium. *Tit. 2. §. 6. læſa. n. 22. p. 86.*
An poſſint puniri, quandò delinquunt contrà jus gentium. *ib. n. 23. p. 86.*
*Ambitioſorum* artes, ut ad dignitates perveniant. *Tit. 5. §. 8. n. 50. p. 343.*
*Amor* charitatis eſt fortior amore carnali. *Tit. 9. §. 3. Hoſpitalitatis. n. 10. p. 567.*
*Amicitia* facit benè præſumere etiam in caſibus prohibitis. T. 7. §. 5. *Homicidium. n. 40. p. 435.*


Hhh 2 Eſt

Digitized by Google

Eſt benè penſanda, ſi eſt vera, aut ficta. *ibid.*
Præſumitur inter omnes homines. *ib.n.69.p.*440.
Amicitia ſimulata, ſivè color amicitiæ debet intervenire in homicidio proditorio. *ibi.* §. *Proditorium. ibid.nu.3.& 4.p.*456.
Ejus ſigna referuntur. *ibid.nu.5.p.*456.
Amicitia non colligitur, nec inducitur ex reſalutatione, & colloquio. *Tit.*7.§.7. *Proditorium. num.*4. *pag.* 457.
Eſt probanda per duos Teſtes, ut conſtet de homicidio proditorio. *ibid.nu.*19.*p.*458.
Quomodò, & per quæ ſigna probetur. *ibid. num.*20. *& ſeqq.p.*459.
Ejus ſigna inter eos; in quibus nulla inimicitia præceſſit. *ibid.nu.*21.*p.* 459.
Ejus ſigna poſt reconciliatione æquivoca, & ſimulata. *ibid.num.*22.*p.*459.
Advertenda à Judice circà probationem ſimulatæ amicitiæ inter Clauſtrales. *ib.n.*32.*p.*461.
*Amicus* reconciliatus occidens alium, an committat homicidium proditorium. *Tit.* 7. §. 7. *Proditorium, nu.*7.*pag.*
Amicus occidens amicum præſumitur caſualiter occidiſſe. *Tit.*7.§.5. *Homicidium.n.*40.*p.*456.
*Angelus*, & homo æqualiter rebellarunt contrà Deum; *Tit.*1.*Proemial.n.* 2.*p.*1.
*Anima*. Prò ſecuritate animæ ſemper pronunciandum in partem deteriorem. *T.*1.§.4. *Pœna n.*43.*p.*21.
Prò animâ pronunciandum eſt de peccato ad illud præcavendum. *T.*3.§.8. *Vſura.n.*5.*p.*165.
Prò ſalute animæ in dubio pars tutior eſt eligenda. *Tit.* 7.§.10. *Abortus. n.* 14.*p.*480.
*Animatio fœtus* quanto tempore fiat. *Tit.*7.§.10. *Abortus. nu.*10. *& ſeqq.p.*479.
Eſt judicanda à Medicis, & quomodò. *ib. n.*18.*p.*481.
Dè eâ quò caſu Judex poteſt pronũciare. *ib.n.*19.*p.*481
In cadavere abortivo corrupto quomodò probari poſſit per Teſtes. *ib.nu.*21.*p.*481.
*Animus* manifeſtatur verbis. *Tit.*2.§. 1. *Apoſtaſia.num.*11. *pag.*24.
Animus vivendi perpetuò laicaliter quomodò probandus. *ib.n.*12.*p.* 24.
Animus poſſidendi probandus, ut probetur crimen proprietatis. *Tit.*3.§.1. *Proprietas.n.*10.*p.*105.
Animus probatur verbis, factis, & utriuſque. *ib.*
Ex animo aliquid Superioris cælare, quis dicatur. *ibi. nu.*64.*p.*112.
Animus ſemper paratus ad fornicationem facit concubinatum. *Tit.*4.§.3. *Fornicatio.n.*24.*p.*200.
*Animus iniuriandi* præſumitur ex verbis de ſe iniurioſis. *Tit.*5.§.3. *Infamatio.n.*10.*p.* 299.
Contrà conſanguineum non præſumitur. *ibid.num.*12. *pag.*299.
Non præſumitur in Superiore ergà ſubditum. *ib.*
Probatur per conjecturas. *ibid.n.*11. *p.*299.
Per quas conjecturas probetur. *ib.n.*13.*p.*299.
Animus offendendi quomodò proditur. *T.*7.§. 1. *Armorum.n.*33.*p.* 398.
Animus in delictis magis ſpectandus, quàm exitus. *Tit.* 7.§.3. *Provocatio.n.*59.*p.*412.
Animus deliberatus quandò interveniet in homicidio aut non. *Tit.*7.§.5. *Homicidium.n.*59. *& ſeqq.p.* 437.
*Annus* inceptus in favorabilibus habetur prò completo. *Tit.*8.§.3. *Abus.in Ord.n.*3.*p.* 502.
*Antecedens* qui vult, vult neceſſariò conſequens ad illud. *T.*5.§.9. *Suaſio.n.*12.*p.* 348.
*Apoſtaſia* triplex. *Tit.*2.§. 1. *Apoſtaſia.n.*2.*p.*23.
Ejus etymologia. *ibid.nu.*1.*p* 23.
Perfidiæ alia realis alia præſumpta. *ibid,n.*3. *p.*23.
Perfidiæ præſumpta quæ. *ib.n.*4. *p.* 23.
Inobedientiæ quæ. *ibid.n.*5. *&* 6.*p.*23.
Irregularitatis quæ. *ibid.*7.*p.*24.
Perfidiæ quomodò probanda. *ib. n.*10.*p.*24.
Inter Regulares quomodò probetur. *ib.n.*13. *p.*25.
In eâ probandus dolus malus. *ib.n.*15.*p.* 25.
In eâ attenditur temporis diuturnitas. *ib.n.*25.*p.*27.
Venialis datur, ob quam non incurritur cenſura. *ib, nu.*82.*p.*36.
*Apoſtaſia* leviſſima, ut incurratur, quantum tempus requirat. *Tit.*2.§.1. *Apoſtaſia.n.*83.*p.* 36.
Graviſſima quandò incurratur. *ib.n.*134.*p.*42.
Eam incurrit, qui per bimeſtre vagatur extrà Conventum. *ib.n.*136.*p.* 42.
*Apoſtaſia* Contrahitur ob gravem culpam contrà obedientiam. *Tit.*2.§.1. *Apoſtaſia.n.* 146. *p.* 43.
In ea à quo deſumatur parvitas materiæ. *ib. num.*147. *pag.*43.
Eam non incurrit deflectens per ſolam ſextam partem itineris, quod facere intendit. *ib.*
Nec qui excedit tempus aſſignatum in literis obedientialibus per ſolam ſextam partem illius, *ib. nu.*148.*p.*43.
Quandò incurratur itinerando ſine ſocio. *ib, nu.*149. *pag.*43.
De eâ an puniendi Fratres, qui ſeparatim veniunt ad Conventum. *ib.n.*153.154.*p.* 44.
*Apoſtata* eſt, qui non vult reverti ad Religionem etiam retento habitu. *Tit.*2.§.1. *Apoſtaſia.n.*8.*p.* 24.
Et qui manet extrà Religionem ſinè licentiâ Superioris. *ib.n.*9.*p.*24.
*Apoſtata non eſt* qui manet intrà limites Monaſterii immunes. *Tit.*2.§.1. *Apoſtaſia.n.*20.*p.* 26.
Et qui gravatus recurrit ad Superiorem. *ibid. num.* 27. *pag.*27.
Et qui cum gravamine carceratus fugit è carcere. *ib. nu.*33.*p.*28.
Et qui abeſt à Conventu per minus, quàm dimidium diei. *ib.nu.*89.*p.* 36.
Et qui recurrit ad Superiorem ob cauſam probabilem gravaminis. *ib.n.*106.*p.* 38.
*Apoſtata*, qui neque per diem naturalem abeſt à Conventu, neque intrà diem artificialem revertitur, quomodò puniendus. *T.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. num.*95. *pag.*37.
Minus delinquit vagando ſinè habitu, quàm cum eo. *ib.n.*136.*p.* 42.
Vagans intrà triduum, & octiduum, ac inter hoc, & bimeſtre quomodò puniendus. *ibidem num.* 138.*pag.* 42.
Quomodò, & quibus, & à quo denunciandus. *ib, n.*160.*p.*45.
Exterus non poteſt poſt datam abſolutionem retineri in Conventu. *ib.*
Quomodò abſolvi debeat. *ibid. num.* 161. *& ſeqq. pag.*45.
*Apoſtata* à fide eſt proditor, *Tit.* 7. §. 7. *Proditorium, nu.* 1. *pag.* 455.
*Appellare*. Appellans coràm honeſtis perſonis debet ab eis obtinere apoſtolos teſtimoniales. *T.* 2.§.1. *Apoſtaſia.n.*29.*p.*28.
A Papa non licet; & ab eo appellans rebellat. *Tit.* 2. §.3. *Appellatio.n.*6.*p.*63.

A ſen-

Digitized by Google

...ſtatuit, qui ...
retento habitu. *Tit.* 2. §. 1 *Apoſtaſia n.* 8. *p.* 24
Et qui manet extrà Religionem ſinè licentiâ Super...
ris. *ib. n.* 9. *p.* 24.
...ſtata non eſt qui manet intrà limites Monaſterii...
munes. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia n.* 20. *p.* 26.
Et qui gravatus recurrit ad Superiorem. *ibid. n.*
27. *pag.* 27.
...t qui cum gravamine carceratus fugit è carcere...
*nu.* 33. *p.* 28.
...qui abeſt à Conventu per minùs, quàm dimid...
...iei. *ib. nu.* 89. *p.* 36.
...ui recurrit ad Superiorem ob cauſam prob...
...em gravaminis. *ib. n.* 106. *p.* 38.
...*ta*, qui neque per diem naturalem abeſt à Co...
...entu, neque intrà diem artificialem ...
...uomodò puniendus. *T.* 2. §. 1. *Apoſtaſia n.*...
...*ag.* 37.
...us delinquit vagando ſinè habitu, ...cum
...o. *ib. n.* 136. *p.* 42.
...ans intrà triduum, & octiduum, ac inter hoc
bimeſtre quomodò puniendus. *ibidem nu.*
...8. *pag.* 42.
...modò, & quibus, & à quo denunciandus.
...60. *p.* 45.
...us non poteſt poſt datam abſolutionem ...
...Conventu. *ib.*
...odò abſolvi debeat. *ibid. num.* 161. ...
...45.
...fide eſt proditor. *Tit.* 7. §. 7. *Prodit...*
...*pag.* 455.
Appellans coràm honeſtis perſonis ...
...tinere apoſtolos teſtimoniales. *T.* 2. §. ...
...*n.* 29. *p.* 28.
...non licet; & ab eo appellans rebellat. *Ti...*
...*ppellatio. n.* 6. *p.* 63.
A...

...circa pœnam triremium dandam Apoſtatis concernit jus durationem, *T.* 2. §. 1. *Apoſtaſia, nu.* 126. *p.* 41.
Judicis concernit electionem pœnæ, quæ in Statuto poſita eſt alternativè, *ibid.*
Habet Superior dandi pœnam triremium quadruplicanti apoſtaſiam. *ibi. nu.* 131. *p.* 42.
Boni viri eſt, jus, & æquitatem reſpicere. *Tit.* 4. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 63. *p.* 294.
Superioris circà pœnas Statutarias quandò cadat ſuper ſpecie pœnæ, & quandò ſuper ejus duratione. *Tit.* 5. §. 6. *Revelatio. nu.* 58. *pa.* 329.
*Arbores* connumerantur inter bona immobilia. *T.* 3. §. 4. *Alienatio. nu.* 8. *p.* 133.
*Arctare* in jure quid importet. *T.* 4. §. 1. *Conſortium. nu.* 84. *p.* 184.
*Arguere* ab identitate pœnæ ad identitatem criminis, conſequentia non tenet. *T.* 5. §. 5. *Libellus. nu.* 8. *p.* 311.
*Arma*. Repertus cum armis non dicitur, niſi cum illis capiatur. *T.* 4. §. 1. *Conſortium. nu.* 20. *p.* 174.
Eorum delatio de jure communi non eſt prohibita. *Tit.* 7. §. 1. *Armorum. nu.* 2. *p.* 392.
Arma movere eſt armis uti. *ibi nu.* 1. *p.* 392.
Armorum uſus prohibetur in Novella Juſtiniani. *ibi. nu.* 2. *p.* 392.
Arma plura congregare in Domo vetitum eſt, & quarè. *nu.* 3. *p.* 392.
Prodiens cum armis in publicum ad invadendum committit in legem. *T.* 7. §. 1. *Armorum. nu.* 3. *p.* 392.
Armorum delatio ad defenſam non eſt prohibita. *ibi.*
Armis creſcit audacia ad nocendum. *ibi. n.* 5. *p.* 393.
Eorum prohibitio àn Reipublicæ expediat, controvertitur. *ibid.*
*Arma* quomodò inter ſe differant. *T.* 7. §. 1. *Armorum. nu.* 6. *p.* 393.

Leges Principis Laici contrà deferrentes arma àn afficiant Clericos. *ibi. nu.* 19. *p.* 396.
Arma Clerici deprehenſi à familia laica non poſſunt ab hac uſurpari. *ibi. nu.* 21. *p.* 396.
Brevioris menſuræ àn poſſint deferre Clerici de licentia Ordinarii. *ibi. nu.* 23. *p.* 397.
Ordinarii non poſſunt dare Clericis licentiam deferendi arma brevioris menſuræ. *ibi nu.* 25. *p.* 397.
Arma tenere, & portare quid ſignificet. *ibi. nu.* 28. *p.* 397.
Arma tenens Religioſus quibus caſibus delinquat. *T.* 7. §. 1. *Armorum. nu.* 30. *p.* 398.
Religioſus tenens ſclopum ad venationem abſquè licentiâ Superoris, àn teneatur Statuto *ibi, nu.* 34. *p.* 399.
Retinens extrà cellam quo caſu ſit puniendus. *ibi. nu.* 36. *p.* 399.
Si arma retenta à Religioſo ſint ex prohibitis à Principe, augenda eſt pœna Statuti. *ibi. nu.* 37. *p.* 399.
Religioſus retinens arma abſquè animo nocendi, extraordinariè tantùm puniendus. *ibi. nu.* 35. *p.* 399.
*Armorum* admenatio quid importet. *Tit.* 7. §. 2. *Mina* 29. *p.* 403.
Genus quo caſu probet animum deliberatum in homicidio. *T.* 7. §. 5. *Homicidium. nu.* 77. *p.* 441.
Venenatio, ſi vulneratus moritur ex venenoſâ qualitate, punitur ut veneficium. *ibi.* §. 9. *Veneficium. nu.* 17. *pag.* 472.
*Arnaldus de Villanova* virgulas auri fabricavit omni probationi expoſitas. *Tit.* 6. §. 4. *Alchimia. num.* 2. *pag.* 382.
*Aromatarii* dando pharmacha interna, ſi mors ſequitur tenentur de homicidio culpoſa. *T.* 7. §. 9. *Veneficium. nu.* 12. *p.* 471.
Si dant quid pro quo, ſi conſtat mortem ægri ex hoc ſecutam, ſunt ſeverè puniendi. *ibi. nu.* 13. *p.* 471.
Arma

Digitized by Google

Hoc item eſt, ſi vendunt pharmaca corrupta. *ibi.*
Vendentes medicamenta nimis antiqua tenentur pœna falſi. *ibi.nu. 13.pag.* 471.
Quomodò ex tali crimine fiant irregulares. *ibi.*
*Ars* traſmutandi metalla juxtà quoſdam eſt impoſſibilis; ſed contrarium ſtatuitur, *Tit. 6. §. 4. Alchimia. nu. 2. pag. 382.*
Artem honeſtam, non tamen ſordidam poſſunt exercere Eccleſiaſtici. *Tit.9.§.8.Artium.nu. 3.pag.* 597.
*Artes* odioſæ quandò dicantur intervenire in Raptu. *Tit.* 4.§.7.*Raptus.nu.11.pag.*226.
*Artes* divinatoriæ, ac ſuperſtitioſæ damnatæ ſunt utroque jure. *Tit.6.*§.4. *Alchimia nu.16.pag.* 385.
*Artes* prohibitæ, quæ ſunt occaſionativè tantùm malæ recenſentur. *ibi. nu.17.pag.*385.
*Artes prohibitas* ſimpliciter diſcens àn puniendus. *ibid. nu.*18.*pag.*385.
Eas diſcere, ac docere, ſi abeſt periculum perverſionis, culpa non eſt. *ibi.nu.*20.*pag.*385.
*Artes* alchimiæ exercere quis dicatur, ut pœnas ſubeat. *ibi.nu.*21 *pag.*385.
De exercitio alchimiæ ſuſpicio probabilis, aut violenta ex quò ducatur. *ibi.nu.*23.*pag.*386.
Indicia probabilia, aut violenta exercitii alchimiæ. *ibid. nu.* 24.*pag.*386.
Arctatio quomodò regulanda in hoc crimine. *ibi. nu.* 25.*pag.*386.
*Artium* prohibitarum nomine quæ comprehendantur. *Tit. 9. §. 8. Artium. nu.* 1.*pag.*597.
Artem hiſtrionicam exercere Clerici prohibentur. *ibi. nu.3.pag.*597.
Artium prohibitarum exercitium quomodò ſit probandum. *ibi.nu.*23.& 24. *pag.*600.& 601.
*Artifex* non dicitur, nec probatur per unum, aut alterum actum artis. *Tit.9. §.8.Artium.nu.*37.*pag.*603.
*Aſcetria*; ſeù *Aſſiſteria*, quæ fœminæ fuerint. *Tit.* 4.§.9. *Sacrilegium num.* 12. *p.*247.
*Aſſaſſinium* quid ſit. *Tit. 7. §. 6. Aſſaſſinium. nu.*1.*p.* 446.
Non committitur, ſi occiſus ſit infidelis. *ibid. num.* 3. *pag.* 446.
Vt de eo conſtet, àn probanda ſit qualitas Chriſtianitatis. *ibi. nu.* 4. *p.* 447.
Vt ſit, oportet, quod occiſus non habuerit occaſionem ſibi cavendi ab homicida. *ibi. nu.* 5. *p.* 447.
Non eſt, ſi quis exerit arma contrà inimicum, & hic occidatur ab illius ſocio, etiam pecuniâ conducto. *ibi. nu.* 5. *pag.* 447.
Committitur etiam ſi fuerit in præſentiâ mandantis. *ibi. nu. 6. pag.* 447.
Semper eſt, ſi mandatarius ob pecuniam occidit; ſivè occiſus ſe voluit, defendere, ſivè non. *ibi. nu.* 7.*pag.* 448.
Mon includit proditionem. *ibi.nu.*8 *pag.*447.
Complctur, quamvis mors non ſequatur. *ibi. nu. 9. pag.* 447.
Committit Chriſtianus mandans infideli, ut Chriſtianum occidat, licèt mandatarius cædem nec perficiat, nec attentet. *ibid. nu.9.pag.*447.
Non committitur, ſi Chriſtianus mandet Chriſtiano, ut Chriſtianum occidat, non tamen ſit deventum ad actum proximum. *ibi.*
Debet ſequi ex mandato. *ibi.nu.*10.*pag.*447.
Ad illud requiritur tractatus utrinquè concluſus. *ibi. nu.*12.*pag.*448.
Non requiritur tamen, quod conventio ſcriptò fiat. *ibi.nu.*12.*pag.*448.
Ad aſſaſſinium ſufficit promiſſio quævis pecuniæ, aut alterius rei pretio æſtimabilis. *ibi.nu.*13.*&* 14.*pag.* 448.
Aſſaſſinium eſt, ſi quis dicat, *occide Cajum, & mihi gratum facies*, & alius reſpondeat *hoc faciam in gratiam tui*, *ibi.nu.*15.*pag.*448.
Ad aſſaſſinium ſufficit, quod homicidium ſit commiſſum ſub ſpe pretii. *ibid. num.16. pag.* 448.
Aſſaſſinium quomodò probetur. *ibid.num.*21.*& ſeqq. pag.*450.
Mandatum de occidendo debet probari, & quomodò probetur. *ibi.*
Aſſaſſinii ſpecialia. *ibid.nu.*25.*& ſeqq.pag.*450.
Quæ ſint probationes plenæ ad condemnandum de aſſaſſinio. *ibid.nu*26.*pag.*451.
Argumenta probabilia, quibus probatum remanet aſſaſſinium, àn ſpectent ad tractatum de occidendo, àn potiùs executionem. *ibid.nu.* 29., *& ſeqq.pag.*451.
An Epiſcopus privet aſſaſſinium immunitate Eccleſiaſtica, contentus eſſe debeat argumentis probabilibus. *ibid. num.*33.*& ſeqq.pag.*452.
Aſſaſſinium quomodò differat à graſſatione, latrocinio, rapina, & robaria. *Tit.9.§.6.Latrocinium. nu.*2.*pag.*580.
*Aſſaſſinium.* V. *Mandans, Mandatarius, Mandatum.*
*Aſſaſſinus non eſt* qui mandatum ſolum de occidendo ſuſcipit. *Tit.*7.§.6.*Aſſaſſinium. nu.*2.*pag.* 446.
Nec qui ſuam iniuriam ulciſcitur, ſociis, pecuniâ conductis. *ibid. nu.* 5.*pag.*447.
Nec qui acceptâ pecuniâ proprium inimicum occidit. *ibid.*
*Aſſaſſinus* non gaudet immunitate Eccleſiaſtica. *Tit.*7. §. 6. *Aſſaſſinium. nu.*38.*pag.*452.
Clericus aſſaſſinus tradendus, brachio ſæculari. *ibid. nu.*42.*pag.*453.
Pœnæ Aſſaſſini. *ibid.nu.* 43.*& ſeqq.pag.*453.
In iſtis comprehenduntur tàm fœminæ quam viri. *ibi. nu.*46.*pag.*454.
Minor aſſaſſinus non gaudet beneficio. *l. Auxilium. §. in delictis ff. de Minor.ibid.*
Clericus aſſaſſinus perdit ipſo facto, privilegium Clericale. *ibid.nu.*48.*pag.*454.
Quis Judex in causâ Clerici aſſaſſini. *ibi.*
Regulares aſſaſſini quomodò puniendi. *ibi. nu.* 49. *&* 50.*pag.*454.
*Aſſecurare* viam publicam tenetur Princeps. *Tit.* 3.§.6. *Furtum. nu.*46.*pag.*152.
*Aſtrologia indiciaria* diffinitur. *Tit. 6. §. 5. num.* 1.*pag.* 386.
Quomodò differat ab Aſtronomia. *ibid.*
Eſt ars conjecturalis, ut Medicina. *ibid.*
In quâ parte ſit prohibita, & in quâ conceſſa. *ibid. nu.* 2. *pag.* 387.
Circà eam dictum Hippocratis. *ibid.*
De eâ in ordine ad Medicinam qui ſcripſerint. *ibid.*
Eſt ab utroque jure proſcripta. *ibid. nu.*3.*pag.*387.
Eſt ars fallax, & quare. *ibid. nu.* 4. *pag.* 387.
Circà genituras hominum fuit conceſſa, uſquè ad Chriſti nativitatem. *ibid. nu.* 5. *pag.* 387.
Modo conceſſa eſt tantùm in ordine ad Medicinam Navigatoriam, ac Agriculturam. *ibid.*
Reſpectu futurorum liberorum eſt mendax. *ibid. nu.* 7.*pag.* 387.

Eam

Digitized by Google

Nec qui accepta pecunia propter...
ibid.
ſſinus non gaudet immunitate Eccleſiaſtica. Tit.
6. Aſſaſſinium. nu.38.pag.452.
Clericus aſſaſſinus tradendus brachio ſæculari. ibid.
nu.42.pag.453.
œnæ Aſſaſſini. ibid.nu. 43.& ſeqq.pag.453.
...is comprehenduntur tàm fœminæ quam viri. i
nu.46.pag.454.
...nor aſſaſſinus non gaudet beneficio. l. Auxilio
in delictis ff. de Minor. ibid.
...cus aſſaſſinus perdit ipſo facto, privilegium C
...ale. ibid.nu.48.pag.454.
Judex in cauſâ Clerici aſſaſſini. ibi.
...ulares aſſaſſini quomodò puniendi. ibi.nu.49.
... 50.pag.454.
...are viam publicam tenetur Princeps. Tit.
...rtum. nu.46.pag.152.
...gia indiciaria diffinitur, Tit. 6. §... pag.
...6.
...modò differat ab Aſtronomia. ibid.
...s coniecturalis, ut Medicina. ibid.
... parte ſit prohibita, & in quâ conceſſa. ibi
...2. pag. 387.
...am dictum Hippocratis. ibid.
... in ordine ad Medicinam qui ſcripſerit
...roque jure proſcripta. ibid.nu.3.pag.38...
...llax, & quare. ibid. nu. 4 pag. 387.
...ituras hominum fuit conceſſa, ut
... nativitatem. ibid.nu. 5. pag. 387.
...nceſſa eſt tantùm in ordine ad Medicinam
...atoriam, ac Agriculturam. ibid.
...futurorum liberorum eſt mendax. ibid.
...387.
Eſt

Cornelii Taciti dictum de Aſtrologis. ibid.num. 14.
p.388.
Aſtronomia quomodò differat ab Aſtrologia. Tit.6.§.
5. Aſtrologia. nu.1.pag.386.
Non eſt vetita, imò neceſſaria in Eccleſiâ. ibi. n.2.
pag.387.
Atramentum recens in ſcripturâ antiquâ parit ſuſpicionem falſitatis. Tit.6.§.1.liter.falſi.nu.17.pag.358.
Atrox vis quæ dicatur. Tit. 4. §.7. Raptus nu. 11. pag.226.
Atrox delictum eſt, quod Regularis fugiat cum fœmina ad libidinem explendam. ibi.nu.33.pag.230.
Attentari quandò dicatur pudicitia Tit.7.§.3. Provocatio. nu.46.pag.411.
Atteſtationes Teſtium ſigillatæ mitti debent à Judice ad Judicem. Tit.5.§.6.Revelatio. nu.10.pag.322.
Atteſtationibus publicatis, contrà eas poteſt procedi de falſo. Tit.6 nu.7.pag.322.
Auctor rixæ, ſi occidit alium, non habet privilegium inculpatæ tutelæ. Tit.7.§.5.Homicid.nu.8.pag.429.
Per pura verba, ſi ad ſui defenſam occidit qui armis voluit vindicare iniurias verbales, gaudet privilegio inculpatæ tutelæ. ibi.nu.9.pag.429.
An habuerit ab initio animum occidendi quomodò cognoſcatur. (leges in ſum. àn habent. ſed corrige àn habuerit) ibi.nu.10.pag.429.
Auctor rixæ quis dicendus. ibid.
Auctoritas Statuti finitur, ejus cauſâ ceſſante. Tit.4. §. 8.Clauſura. nu.57.pag.241.
Auditores Rotæ Romanæ ſecreta revelantes ſunt excommunicati. Tit.5.§.6.Revelatio. nu.37.pag.326.
Auguſtâ fruitur privilegiis Imperatoris. Tit.2. §.6. læſa Majeſtatis nu.7.pag. 83.
Non habet majeſtatem. ibi.
Aviditas æquè damnanda in cumulandis divitiis, ſicut

...procedere, ut hæreſis incurratur. Tit. 2.§.7.Hæreſis. nu.3.p.93.
Per eum non eximitur homo à poteſtate Principis infidelis. Tit.2.§.6. læſa Majeſt. nu.15.p.85.
Eſt janua Sacramentorum. Tit.8.§. 1. Abuſ. in Bapt. nu.1.p.495.
Abuſus in Baptiſmo quotupliciter contingat. ibi.nu. 2.p.495.
Abuſus in materiâ, aut formâ Baptiſmi vix poteſt eſſe ſinè dolo. ibi.nu.3.p.495.
Ex parte intentionis in Miniſtro, aut ſuſcipiente quomodò poteſt eſſe abuſus in Baptiſmo. Tit. 8. §.1. Abuſ. in Bapt.nu.3.& 4.p.495.
Abuſus Baptiſmi in collatione quomodò contingat. ibi.n.5.p.495.
Ex parte ſubiecti quandò interveniat abuſus Baptiſmi. ibi.nu.7.p.496.
Baptiſmus iterabilis non eſt. ibi.nu. 5.p.495.
Sed in dubio de validitate ſuſcepti reiteratio Baptiſmi eſt neceſſaria. ibid.
Baptiſmi reiteratio criminalis quotupliciter contingat. Tit.8.§.1.Abuſ.in Bapt.nu.6.p.496.
Si eſt ſinè errore in intellectu, obligat ad pœnam ſolius facti. ibi.nu.6.p.496.
Si eſt cum errore circà Baptiſmum hæreſim includit ibid.
In eâ delinquere poteſt tùm conferens tùm ſuſcipiens. ibid.
Non eſt crimen merè Eccleſiaſticum. ibi.num. 20. p. 498.
Eius pœnæ. ibi.nu.16.& ſeqq.p.498.
Baptiſmi abuſus in materiâ, vel formâ quomodò probetur. T. 8. §. 1. Abuſ. in Bapt. nu. 9. pag. 496.
Ex parte intentionis cum circumſtantijs aggravantibus poteſt pœnam mortis inferre. ibi. nu. 15. p. 498.
Eius pœnæ. ibi. nu. 12. & ſeqq. pag. 498.
Bapt-

Digitized by Google

*Baptiſmus* flaminis reddit hominem membrum Chriſti. *ibi. nu.* 14. *pag.* 497.
*Baptizari* poteſt monſtrum, ſi habet caput humanum. *Tit.* 8. §. 1. *Abuſ. in Bapt. nu.* 7. *pag.* 496.
*Beneficium Eccleſiaſticum* ob hæreſim amittitur, quò ad titulum, ipſo factoq; quò ad poſſeſſionem poſt ſententiam Iudicis. *T.* 2. §. 7. *Hereſis. nu.* 53. *p.* 100.
Quodvis ſimoniacè comparatum ante omnem declarationem eſt reſignandum; & fructus eius ſunt reſtituendi. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 42. *pag.* 544.
Simplex, & oneroſum quæ ſint. *Tit.* 9. §. 9. *Reſidentia nu.* 3. *p.* 605. (leges pag. 118. ſed corrige 605.)
Simplex habens non poteſt obligari ab Epiſcopo ad ſervitium Eccleſiæ. *ibid.*
*Beſtialitas* facit hominem vnum quid cum beſtia. *Tit.* 4. §. 12. *Beſtialitas, nu.* 1. *pag.* 269.
Eius diffinitio. *ibid. nu.* 2. *pag.* 269.
Specie differt ab alijs delictis carnis. *ibid.*
Ità eſt, ſi mulier ſucumbit bruto; ſicut ſi Vir incubet beſtiæ. *ibid. nu.* 3. *pag.* 269.
A Criminaliſtis malè confunditur cum Sodomia. *ibi. num.* 4. *pag.* 269.
Differt ſpecie à Sodomia. *ibid. nu.* 5. *pag.* 269.
Eius atrocitas, à quo deſumenda. *ibi. nu.* 6. *pag.* 269.
An ſit omnis immonditia commiſſa cum bruto. *ibid. num.* 7. *pag.* 270.
Mollities commiſſa cum bruto non eſt beſtialitas. *ibid. nu.* 8. *pag.* 270.
Per eam num poſſit generari homo. *ibid. num.* 10. & *ſeqq. pag.* 270.
Recenſentur multi nati ex coitu beſtiali. *ibid.*
Quomodò ſpecie varietur. *ibid. nu.* 12. *pag.* 270.
Eius pena. *ibid. nu.* 14. *pag.* 271.
Eſt delictum contra naturam humani generis. *ibi. nu.* 16. *pag.* 272.
Non eſt reſervata per hoc, quòd ſit reſervata ſodomia. *ibi. nu.* 20. *pag.* 272.
*Bibliotheca* formalis quæ ſit. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio, num.* 47. *pag.* 139.
V. libri. V. Fratres Minores.
*Bigare* quid importet. *Tit.* 9. §. 2. *Itinerantium, num.* 6. *pag.* 561.
*Birruarijs* tanquàm vilibus, ac infamibus non eſt credendum. *Tit.* 7. §. 1. *Armorum. nu.* 15. *pag.* 395.
*Blaſphemare* cum aduertentia eſt peccatum in Spiritum Sanctum. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta. num.* 20. *pag.* 10.
Facto, gravius eſt, quàm verbo. *ibi. num.* 25. *p.* 11.
*Blaſphemia* quid ſit. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia, n.* 1. *p.* 285.
Eius diviſio. *ibi. nu.* 2. & 3. *pag.* 285.
Simplex, & hæreticalis quæ. *ibi. nu.* 4. *pag.* 285.
Poteſt eſſe etiam contra Prælatos Eccleſiæ. *ibi. num.* 6. *pag.* 286.
Eſt etiam abutendo verbis Sacræ Scripturæ. *ibi. nu.* 7. *pag.* 286.
Simplex eſt mixti fori; hæreticalis ſpectat ad Inquiſitores. *ibi. nu.* 8. 9. & 10. *pag.* 286.
Poteſt eſſe factis, & dictis. *ibi. nu.* 5. *pag.* 285.
In Prælatos Eccleſiæ poteſt eſſe ſimplex, & hæreticalis. *ibi. num.* 11. *pag.* 286.
Hæreticalis eſt etiam ea, quæ ſonat apoſtaſiam à fide *ibi. nu.* 18. *pag.* 287.
In crimine blaſphemiæ leges penales ſunt extendendæ, *ibi. nu.* 21. *pag.* 288.
Ex iracundia blaſphemans, mitiùs puniendus. *ibid. num.* 23. & *ſeqq. pag.* 288.
Si non poteſt probari, an accuſandus ſit Reus. *ibi. nu.* 28. & *ſeqq. p.* 288.
Quomodò probetur. *ibi. n.* 31. & *ſeqq. p.* 289.
Probanda eſt per verba præciſa, & non per æquipollentia. *ibi. nu.* 35. *p.* 289.
Probatur per Teſtes ſingulares. *ibi. n.* 38. *p.* 290.
Eius pœnæ. *ibi. nu.* 39. & *ſeqq. p.* 291.
*Blaſphemus conſuetudinarius* quis dicatur. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 43. & 44. *p.* 291.
An graviùs puniendus. *ibi.*
*Blaſphemum* os contra Papam quis dicatur aperire. *ibid. nu.* 54. & *ſeqq. p.* 292.
*Blaſphemans* dignitatem Cardinalium, ac Epiſcoporum à quo puniendus. *ibi. nu.* 58. & 59. *p.* 293.
*Bona.* Bonorum poſſeſſione privantur Hæretici poſt ſententiam Iudicis. *Tit.* 2. §. 7. *Hereſis. nu.* 58. *p.* 101.
Eorum iure privantur ijdem à puncto commiſſi criminis. *ibid.*
Religioſus habet ius ad bona ſui Ordinis. *Tit.* 9. §. 3. *Hoſpitalitatis. nu.* 5. *p.* 556.
Bona Conventus communia ſunt Fratribus Aduenis, & incolis. *ibi. nu.* 6. *p.* 556.
*Bona Eccleſiaſtica* ſoli Deo competunt quo ad directum dominium. *Tit.* 3. §. 1. *Proprietas. nu.* 20. *p.* 108.
Eorum dominus non eſt nec Papa, nec Abbas cum Monachis. *ibid.*
Alienari prohibita quæ? *T.* 3. §. 4. *Alienatio. num.* 5. *p.* 133.
Quomodò poſſint alienari. *ibi. nu.* 22. & *ſeqq. p.* 135.
Eorum diviſio. *ibi. nu.* 5. *p.* 133.
Eorum diverſitas. *ibi. nu.* 19. & *ſeqq. p.* 135.
Modica quæ cenſeantur. *ibi. nu.* 6. *p.* 133.
Modica non veniunt ſub prohibitione alienationis. *ibi. nu.* 5. *pa.* 133.
Si ſunt de menſa Capituli, nequeunt alienari, ſinè eius conſenſu. *ibi. nu.* 7. *p.* 133.
Ob quam neceſſitatem poſſint alienari. *ibi. nu.* 22. & *ſeqq. p.* 135.
Eorum conſumptio aſſimilatur peculatui. *Tit.* 3. §. 7. *Dilapidatio. nu.* 6. *pa.* 157.
Eorum adminiſtratio eſt duplex. *ibi. nu.* 7. *p.* 157.
Qui ea adminiſtrat, Te quâ culpa teneatur. *ibi. nu.* 9. *pa.* 157. *V. Alienari.*
*Bona* Confraternitatum laicalium an ſint Eccleſiaſtica. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio. nu.* 20. & 21. *p.* 135.
*Bonum* totius præferendum bono partis. *Tit.* 7. §. 10. *Abortus. nu.* 31. *p.* 484.
Maius minori præferendum. *Tit.* 9. §. 1. *Ieiuniorum nu.* 47. *p.* 556.
*Bonus* ſemel præſumitur durare bonus niſi contrarium probetur. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium. nu.* 70. *p.* 440.
*Bos* quandò venire poſſit nomine iumenti. *Tit.* 9. §. 2. *Itinerantium. nu.* 4. *p.* 560.
*Brachio* ſæculari quandò tradantur Hæretici. *Tit.* 2. §. 7. *Hereſis. nu.* 61. *p.* 101.
*Brutum* quarè comburendum cum homine, qui cum eo coivit. *Tit.* 4. §. 12. *Beſtialitas. nu.* 16. *p.* 272.
Sodomitans quâ pœnâ puniendus. *ibi. nu.* 20. *p.* 272.
Quod nam ſit, *Tit.* 9. §. 2. *Itinerantium. nu.* 4. *p.* 560.
*Bullæ Papales* quæ, & quarè dicantur, & quomodò iudicentur falſæ. *Tit.* 6. *nu.* 11. *p.* 354.
De largitione munerum per non vſum non obligant. *Tit.* 3. §. 5. *Donatio. nu.* 7. *p.* 141.
De datis, vel promiſsis pro gratiâ, vel juſtitiâ non ſunt in vſu, *ibi* §. *Donatio. nu.* 8. *p.* 141.

Cadaver

Digitized by Google

*ibi. nu. 5. pa. 133.*
...i ſunt de menſa Capituli, nequeunt alien...
eius conſenſu. *ibi. nu. 7. p. 133.*
Ob quam neceſſitatem poſſint alienari. *ibi. nu.* ... &
*ſeqq. p. 135.*
...orum conſumptio aſſimilatur peculatui. *Tit. 3. §*
*Dilapidatio. nu. 6. pa. 157.*
...rum adminiſtratio eſt duplex. *ibi. nu. 7. p. 157.*
...i ea adminiſtrat, *Te quâ culpa teneatur. ibi.*
...*pa. 157. V. Alienari.*
...onfraternitatum laicalium an ſint Eccleſiaſti...
...t. 3. §. 4. *Alienatio. nu. 20. & 21. p. 135.*
totius præferendum bono partis. *Tit. 7. §...*
...*bortus. nu. 31. p. 484.*
...us minori præferendum. *Tit. 9. §. 1. Jejuniorum*
...*p. 556.*
...ſemel præſumitur durare bonus niſi ...
...obetur. *Tit. 7. §. 5. Homicidium. nu.* ... *p. 440.*
...ndò venire poſſit nomine iumen... *Tit. 9. §. 2.*
...*nerantium. nu. 4. p. 560.*
...æculari quandò tradantur Hæretici. *Tit. 2. §...*
...*reſis. nu. 61. p. 101.*
...quarè comburendum cum homine, qui cum ...
...it. *Tit. 4. §. 12. Beſtialitas. nu. 16. p. 272.*
...itans quâ pœnâ puniendus. *ibi. nu. 20. p. 27...*
...am ſit. *Tit. 9. §. 2. Itinerantium. nu. 4. p...*
...les quæ, & quarè dicantur, & quomodò
...tur falſæ. *Tit. 6. nu. 11. p. 354.*
...ione munerum per non uſum non obl...
...*§. 5. Donatio. nu. 7. p. 141.*
vel promiſsis pro gratiâ, vel juſtitia
...uſu, *ibi §. Donatio. nu. 8. p. 141.*

*Calum-*

De eâ quandò poſſit accuſatus reacuſare accuſatorem. *ib. n. 4.* (leges *n. 17.* ſed corrige, & pone *nu. 4. pag. 305.*)
Eam non tenetur probare actor procedendo civiliter; ſed tenetur, ſi procedit criminaliter. *ib. num. 4. p. 305.*
In quibus Cauſis præſumatur. *ib. n. 6. p. 305.*
Ab ea præſumpta nihil ſalvat, ſi actor non probat. *ib. n. 7. p. 306.* (leges *p. 308.* ſed corrige, & pone *p. 306.*)
Si actor probat ſemiplenè, non præſumitur. *ibid. num. 7. p. 306.*
Si actor ſit ſolitus calumniari per ſemiplenam probationem non ſalvatur à calumnia. *ibid n. 9. p. 306.*
Si actor deceptus ſit à Teſtibus; evaditur. *ibid. num. 10. pag. 306.*
Quomodò probetur. *ib. n. 3. & ſeqq. p. 305.*
Ejus pœnæ. *ibid. n. 11. & ſeqq. p. 307.*
**Calumniator** eſt infamis etiam antè ſententiam Judicis. *Tit. 5. §. 4. Calumniatio. num. 12. pag. 307.*
Obligatur ad pœnam talionis. *ib. n. 14. pag. 307.*
Apud Minores eſt ipſo facto excommunicatus. *ibid. num. 26. pag. 309.*
Tenetur ad damna, & intereſſe partis. *ibid. num. 11. p. 307.*
Condemnatus de calumniâ eſt periurus. *ibid. num. 22. pag. 357.*
**Cancellatio** quomodò fiat. *Tit. 6. §. 1. lit. falſ. num. 13. pag. 358.*
Ex eâ quomodò habeatur ſuſpicio falſitatis in ſcriptura. *ibid.*
**Capanna** non venit nomine domus. *Tit. 9. §. 5. Incendium. num. 16. pag. 576.*
**Capere**, & **recipere** quomodò differant. *Tit. 3. §. 2. Pecunia. n. 16. pag. 119.*

Iniuſtitia tantùm probabilis carcerationis non legitimat fugam à carcere. *ib.*
E carcere aliquem eruere, & de manu familiæ eripere idem crimen eſt; non tamen eſt exactè æquale. *ib. num. 4. & 5. pag. 586.*
**Carceres** æquiparantur muris Civitatis. *Tit. 9. §. 7. Carcerum. n. 5. p. 586.*
Quarè dicantur ſancti. *ibid.*
Eis ædificium privatum nequit coniungi, nequè appodiari. *ibid.*
Reædificari non poſſunt ſinè auctoritate Reip. *ib.*
In eorum fractura duo crimina committuntur. *ib.*
Important locum munitum peſſulis, & ſeris. *ib. nu. 6. p. 587.*
Eximens retentum, aut cuſtoditum de mandato Judicis tantùm in aliquo loco, non ità delinquit ut eximens detentum in carcere. *ib.*
Crimen violationis Carcerum ex quibus agravetur. *ib. n. 7. p. 587.*
Eximens carceratum falſo mandato Judicis plus delinquit, quàm eximendo fraude, vel aſtutiâ. *ib. n. 8. p. 587.*
**Carcerum** violationis crimen quomodò probandum. *T. 9. §. 7. Carcerum. n. 10. & ſeqq. p. 588.*
Eximens captum de manu familiæ quotupliciter poteſt ſuum crimen aggravare. *ibid. num. 9. p. 587.*
Carcerati fugam evaniſſe ob negligentiam cuſtodis quo caſu præſumatur. *ib. n. 11. p. 588.*
Diligentiæ adhibendæ à Cuſtode carceris, ne carcerati poſſint evadere. *ib. n. 12. p. 588.*
Fractura carceris ſi apparet facta deforis quid eſt agendum. *ib. n. 13. p. 588.*
Si nulla apparet negligentia Cuſtodis; nec quod ei facta fuerit fraus, aut violentia, quomodò ſegeret Judex. *ib. n. 14. p. 588.*



Digitized by Google

Pęnæ violationis carcerum. *ibi. n. 15. & ſeqq. p. 589.*
Pęna fugientis è manibus familiæ. *ibi. nu. 16. p. 590.*
Pęna carcerati ob cauſam criminalem, ſi fugit cum fracturâ carceris *ibid. num. 17. & ſeqq. pag. 590.*
Occidens Cuſtodem, impedientem fugam è carcere debet mori. *ibi. nu. 20. pag. 590.*
Si tantùm eum vulnerat, quæ pęna debeatur, *ibid.*
Pęna carcerati ob cauſam civilem, ſi frangit carcerem, & fugit. *ibi. num. 21. pag. 591.*
Pęna nulla eſt fugientis è carcere, nullâ factâ violentiâ. *ibi. num. 22. pag. 591.*
Monitum pro Cuſtodibus carcerum. *ibid.*
Attentantes fugam cum fractura carceris quomodò puniendi. *ibi. nu. 23. pag. 591.*
Praxis ſenatus Mediolanenſis circà hoc. *ibid.*
Pęna Cuſtodis carcerum habentis culpam in fuga carcerati. *ibi. nu. 24. & ſeqq. pag. 591.*
Pęnæ cooperantium fugæ carcerati, aut carcerandi. *ibi. nu. 27. pag. 592.*
Eripiens de manu familiæ, iniuſtè captum non eſt puniendus. *ibid.*
Ereptio de manu familiæ, vt ſit iuſta, ſupponit iniuſtitiam manifeſtam capturæ. *ibi. num. 28. p. 592.*
In dubio de iuſtitia capturæ præſumptio ſtat pro Iudice. *ibid.*
Pęnæ eximentis captum pro cauſa Civili. *ibid. nu. 29. & ſeqq. pag. 592.*
Eximens captum prò debitis tenetur ad ſoluenda debita creditori magis, quam ſi eſſet fideiuſſor prò capto. *ibid. num. 30. pag. 593.*
Talis eximens non admittitur ad probandum, quòd exemptus non eſſet debitor. *ibid.*
Si plures ſint eximentes, vt præfertur, omnes tenentur in ſolidum ad ſolutionem debiti. *ibid.*
Pęnæ eximentis captum ob cauſam criminalem. *ibid. nu. 31. & ſeqq. pag. 593.*
Quid iuris, ſi eximens captum, vt præfertur eſſet fœmina. *ibid. num. 34. & 35. pag. 593. & 59.*
Pęna eximentis carceratum ob cauſam criminalem, *ibi. nu. 36. & ſeqq. pag. 594.*
Pęna eſt temperanda cum eo, qui ob veram amicitiam eximit carceratum. *ibid. nu. 41. p. 594*
Qua pęna puniendus conſanguineus, qui non potens eximere carceratum furcis ſuſpendendum, ipſum venenat. *ibi. nu 42. & ſeqq. pag. 595.*
Pęna Cuſtodis carcerum, aut alterius Officialis curiæ, qui concumbit cum muliere carcerata. *ibid nu. 46, & 47. pag. 595 & 596.*
Pęnæ canonicæ contrà eximentes captos, aut capiendos à S. Officio, cum fractura carcerum, vel ſine. *ibid. nu. 48 pag.*
*Carceratio formalis* non confunditur cum tempore portandi ſignum probationis in Apoſtata. *Tit. 1. §. 1. Apoſtaſia nu. 123. p. 40.*
Importat flagellationem, & ieiunium. *ibid. nu. 124. pag. 41.*
*Carceratio clauſtralis* permittit egreſſum à Conuentu pro ſolâ publicâ neceſſitate, & vtilitate. *ib. n. 129. p. 41.*
Talis neceſſitas, ac vtilitas quomodò intelligenda. *ibi. nu. 28. & 29. pag. 28.*
*Carceratio* contumacis quomodò regulanda. *Tit. 2. §. Inobedientia nu 89. & ſeqq p. 5*
*Cardinalis* eſt Conſiliarius, & pars corporis Papæ. *Tit 2. §. 6. Læſa. nu. 18. p. 85. et Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. nu. 58. pag. 293.*
In eum poteſt cōmitti crimen Læſæ Maieſtatis. *ibid.*
Cardinalibus ſimul cum Papa commiſſa eſt vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. num. 58. pag. 293.*
Cardinalis reuellans ſecreta Conſiſtorij Apoſtolici quas pęnas incurrat. *T. 5. §. 6. Reuelatio. n. 30. p. 327.*
Cardinalis. V. Dignitas.
*Carere V. Verbum.*
*Carnes* comedens in diebus prohibitis poteſt ab Inquiſitore puniri *Tit. 9. §. 1. Ieiuniorum. nu. 6. pag. 550.*
*Caſtitas* deſcribitur. *Tit. 4. nu. 1. pag. 169.*
Eius elogia. *ibi. nu. 2. pag. 169.*
Eſt requiſita ad ſtatum Religioſum. *ibi. nu. 3. p. 169.*
A Papa ſine magna cauſa nequit diſpenſari. *ibi. nu. 4. & 5. pag. 169.*
Non admittit paruitatem materiæ. *ibi. n. 8. p. 169.*
*Caſus* quinque Papæ reſeruati. *Tit. 4. §. 8. Clauſura nu. 80. pag. 245.*
Quando dicatur interueniſſe caſus in homicidio caſuali. *T. 7. §. 5. Homicidium. nu. 41. p. 435.*
*Caſus* quomodò poſſint in Religionibus reſeruari. *Tit. 8. §. 4. Abuſ. in Confeſſ. nu. 43. p. 516.*
Caſum aliquem nequit Superior Regularis ſibi reſeruare, niſi ſeruatâ formâ præſcriptâ à Clemente VIII. *ibi. nu. 44. pag. 516.*
Dogmatizans non poſſe Superiores maiores reſeruare caſus in Religionibus iuxtà formam præſcriptam, à quo ſit puniendus. *ibi. nu. 46. pag. 516.*
*Cathecumenus* nequit eſſe Hæreticus. *Tit. 2. §. 7. Hæreſis. nu. 3. pag. 92.*
*Catholici* laici nequeunt ditare Hæreticos donatione, legato, hæreditate, &c. ſine ſuſpicione hæreſis. *ibid. num. 33. pag. 97.*
*Cauſa* Cauſæ debilitas aggravat delictum. *T. 1. §. 2. Delicta nu. 19. p. 10.*
Cauſæ legitimæ, ob quas fœminæ poſſunt ingredi Clauſtra Regularia enumerantur. *Tit. 4. §. 8. Clauſura. num. 9. & ſeqq. p. 233.*
Cauſâ prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio. *Tit. 4. §. 8. Clauſura. nu. 57. p. 241.*
Cauſâ ceſſante finitur auctoritas Statuti. *ibid.*
Cauſa, cùm reducitur ad non cauſam, perinde eſt, ac ſi in principio non fuiſſet. *ibid.*
Cauſa expreſſa in proemio legis eſt motiua legislatoris. *ibid.*
Vbi maior eſt cauſa delinquendi, ibi præſumitur delictum. *T. 7. §. 3. Prouocatio. nu. 7. pag. 405.*
Cauſa nova, ob quam quis poſt reconciliationem poteſt alium offendere. *Tit. 7. §. 7. Proditorium. nu. 15. pag. 457.*
*Cauſidicus* oſtendens aduerſæ parti inſtrumentum ſibi ſecretò conſignatum, tenetur de falſo. *Tit. 5. §. 6. Reuelatio. nu. 9. pag. 322.*
*Cautela* adhibenda à Confeſſario in reſtituendâ pecuniâ, ne delinquat contrectatione. *Tit. 3. §. 2. Pecunia. nu. 51. pag. 123.*
Adhibenda in recognitione furti, facienda per Teſtes. *Tit. 3. §. 6. Furtum. nu. 15. pag. 145.*
Adhibenda à Iudice Regulari in procedendo de crimine carnis. *T. 4. §. 4. Adulterium. n. 73. & ſeqq. p. 214*
Seruanda à Iudicibus antequàm pronuncient, conſtare de vi illatâ in defloratione. *ibid. §. 5. Stuprum. nu. 8. pag. 216.*
Practicanda ab Accuſatore prò aſſecurandis Teſtibus. *Tit. 5. §. 4. Calumniatio. nu. 10. pag. 308.*
Adhibenda à Iudice in recognitione falſæ monetæ. *T. 6. §. 3. Falſificatio. nu. 51. & pag. 378.*


*Cautio*

Digitized by Google

num. 33. pag. 97.
usa Cauſæ debilitas aggravat delictum. T. 1. §. 1.
bella nu. 19. p. 10.
Cauſæ legitimæ, ob quas feminæ poſſint ingredi
ſtra Regularia enumerantur. Tit. 4. §. 8. Clau
num. 9. & ſeqq. p. 231.
Cauſa prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio. Ti
§. 8. Clauſura. nu. 57. p. 241.
auſa ceſſante finitur auctoritas Statuti. ibid.
uſa, cùm reducitur ad non cauſam, perinde eſt,
in principio non fuiſſet. ibid.
ſa expreſſa in proemio legis eſt motiva legis
oris. ibid.
maior eſt cauſa delinquendi, ibi præſumitur
ictum. T. 7. §. 3. Provocatio. nu. 7. pag. 405.
ſa nova, ob quam quis poſt reconciliationem
ſt alium offendere. Tit. 7. §. 7. Proditio
. pag. 457.
ul oſtendens adverſæ parti inſtrumentum ſibi
creto conſignatum, tenetur de falſo Tit. 5. §. 6.
pelatio. nu. 9. pag. 322.
adhibenda à Confeſſario in relinquendâ pœni
delinquat contrectatione. Tit. 3. §. 2. Pœna
51. pag. 123.
enda in recognitione furti, facienda per Tes
3. §. 6. Furtum. nu. 15. pag. 143.
enda à Iudice Regulari in procedendo de cri
rnis. T. 4. §. 4. Adulterium. n. 77. & ſeqq.
a à Iudicibus antequàm pronuncient, co
vi illatâ in defloratione. ibid. §. 5. Stu
pag. 216.
da ab Accuſatore prò aſſecurandis Te
§. 4. Calumniatio. nu. 10. pag. 308.
da à Iudice in recognitione falſæ mon
3. Falſificatio. nu. 31. & pag. 378.
Conti

...ſtus nu. 11. p. 221.
*Citatio Rei*, à quo invalidatur. *Tit. 2. §. 2. Inobedientia. num. 28. pag. 53.*
Citatio. V. Contumacia.
*Clavem cellæ* non reſignans Superiori quandò cenſeatur proprietarius. *Tit. 3. §. 1. Proprietas. n. 68. p. 113.*
*Clauſtralibus* omnibus de iure communi vetitum eſt arma deferre. *T. 7. §. 1. Armorum. nu. 11. p. 394.*
*Clauſulæ* importantes latam ſententiam quæ. *Tit. 1. §. 4. Pœna. nu. 32. p. 20.*
Appoſitæ in lege quandò eam reſtringant. *Tit. 2. §. 2. Inobedientia. nu. 103 pag. 60.*
Poſitæ in fine referuntur ad omnia præcedentia, ſi non ſubeſt ratio diverſitatis. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. num. 65. pag. 294.*
*Clauſura* Eius limites deſignant Superiores: *Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia. num. 24. pag. 27.*
Eius violatio quotupliciter contingat. *Tit. 4. §. 8. Clauſura. nu. 1. p. 232.*
Eſt de iure naturæ Religioſorum Cænobitarum. *ibid. nu. 2. pag. 232.*
Habet fundamentum in iure Eccleſiaſtico primitivo, & Divino. *ibid. nu. 3. p. 232.*
Eius nomine quæ partes Monaſterij veniant. *ibid. nu. 17. pag. 234.*
Ad eam conſtituendam ſufficit ſepes, aut foſſa deſignata, ſeù ſulcus. *ibid.*
Clauſura formalis remanet, licèt dirutus ſit murus clauſuræ materialis. *ibi. nu. 18. p. 234.*
Quid iuris, ſi Religioſus comitatur fœminam ex ſe ingreſſam in clauſuram. *ibi. nu. 29. p. 236.*
Quomodò Religioſus comitando feminam, vt præfertur, delinquat, aut non. *ibid. nu. 30. & 31. p. 236.*
Detinens diutiùs talem feminam intrà clauſuram ſu-

...p. 243.
Licentia intrandi clauſuram Monialium ſufficit oretenùs data: *ibid.*
Non ſufficit tamen tacita, ſed requiritur expreſſa. *ibid.*
Per epicheiam aliquandò licet ingredi ſine licentiâ obtenta. *ibid.*
Intrans Clauſuram Monialium, & non ad luxuriandum, àn ſubeat pœnas intrantium ad luxuriandum *ibid. nu. 69. & 70. p. 243.*
Intrans quoquomodò noctu Clauſuram Monialium in ſtatu Eccleſiaſtico ſuſpenditur. *ibid. n. 71. p. 243.*
Ingrediens per ſubterraneos cuniculos dictam clauſuram furcis eſt ſuſpendendus. *ibi. n. 71. p. 243.*
*Clericus* quandò perpetuò ſit carcerandus. *Tit. 1. §. 4. Pœna. nu. 18. pag. 18.*
In Sacris ducens vxorem eſt ſuſpectus de fide *Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia. nu. 7. p. 24.*
Clericis vetitū ſpectacula repræſentare. *ibi. n. 172. p. 46.*
Clericus eſt pars Reipublicæ. *Tit. 2. §. 6. Læſa. n. 15. p. 85.*
Non eximitur à iuramento fidelitatis ergà Principem naturalem. *ibid.*
An poſſit cōmittere in Principem naturalem laicum crimen Læſæ maieſtatis. *ibid.*
Clericus filius Rei de Læsâ maieſtate, non ſubit pœnas, quas incurrunt alij eiuſdem filij. *ibi. nu. 43. p. 90.*
Clericus Reus de Læsâ maieſtate Principis laici, àn perdat privilegium fori, & canonis. *ibi. n. 47. p. 91.*
Clericus fur quâ pœnâ afficiendus. *T. 3. §. 6. Furtum. nu. 52. pag. 153.*
*Clericus* non poteſt cohabitare cū fœminis etiam coniunctis, ſi ſint ſuſpectæ, neque cum eis habere familiaritatem. *T. 4. §. 1. Conſortium. num. 1. & 2. p. 170.*
Exercens concubitum vagum puniendus vt concubinarius. *ibi. nu. 32. p. 178.*
Concubinarius antè privationem beneficij debet teneri moneri. *ibi. nu. 35. pag. 179.*

Iiii 2. Quo-

Digitized by Google

Eſt benè penſanda, ſi eſt vera, aut ficta. *ibid.*
Præſumitur inter omnes homines. *ib.n.69.p.*440.
Amicitia ſimulata, ſivè color amicitiæ debet intervenire in homicidio proditorio. *ibi*, §. *Proditorium. ibid.nu.3.& 4.p.456.*
Ejus ſigna referuntur. *ibid.nu.5.p.456.*
Amicitia non colligitur, nec inducitur ex reſalutatione, & colloquio. *Tit.7.§.7. Proditorium. num.4. pag.* 457.
Eſt probanda per duos Teſtes, ut conſtet de homicidio proditorio. *ibid.nu.19.p.*458.
Quomodò, & per quæ ſigna probetur. *ibid. num.*20. *& ſeqq.p.459.*
Ejus ſigna inter eos; in quibus nulla inimicitia præceſſit. *ibid.nu.*21.*p.* 459.
Ejus ſigna poſt reconciliatione æquivoca, & ſimulata. *ibid.nun.*22.*p.*459.
Advertenda à Judice circà probationem ſimulatæ amicitiæ inter Clauſtrales. *ib.n.32.p.461.*
*Amicus* reconciliatus occidens alium, an committat homicidium proditorium. *Tit.* 7. §. 7. *Proditorium, nu.7.pag.*
Amicus occidens amicum præſumitur caſualiter occidiſſe. *Tit.7.§.5. Homicidium.n.*40. *p.*456.
*Angelus*, & homo æqualiter rebellarunt contrà Deum; *Tit.1.Proemial.n.* 2.*p.*1.
*Anima*. Prò ſecuritate animæ ſemper pronunciandum in partem deteriorem. *T.1.§.4. Pœnæ n.43.p.*21.
Prò animâ pronunciandum eſt de peccato ad illud præcavendum. *T.3.§.8.Vſura.n.5.p.*165.
Prò ſalute animæ in dubio pars tutior eſt eligenda. *Tit.* 7.§.10. *Abortus. n.* 14. *p.*480.
*Animatio fœtus* quanto tempore fiat. *Tit.7.§.10. Abortus. nu.* 10, *& ſeqq.p.479.*
Eſt judicanda à Medicis, & quomodò, *ib. n.18.p.481.*
Dè eâ quò caſu Judex poteſt pronũciare. *ib.n.19.p.*481
In cadavere abortivo corrupto quomodò probari poſſit per Teſtes. *ib.nu.*21.*p.*481.
*Animus* manifeſtatur verbis. *Tit.*2.§. 1. *Apoſtaſia.num.11. pag.*24.
Animus vivendi perpetuò laicaliter quomodò probandus. *ib.n.12.p.* 24.
Animus poſſidendi probandus, ut probetur crimen proprietatis. *Tit.3.§.1.Proprietas.n.*10.*p.*105.
Animus probatur verbis, factis, & utriuſque. *ib.*
Ex animo aliquid Superioris cælare, quis dicatur. *ibi. nu.64.p.*112.
Animus ſemper paratus ad fornicationem facit concubinatum. *Tit.4.§.3. Fornicatio.n.24.p.*200.
*Animus iniuriandi* præſumitur ex verbis de ſe iniurioſis. *Tit.5.§.3.Infamatio.n.*10.*p.* 299.
Contrà conſanguineum non præſumitur. *ibid.num.*12. *pag.*299.
Non præſumitur in Superiore ergà ſubditum. *ib.*
Probatur per conjecturas. *ibid.n.*11. *p.*299.
Per quas conjecturas probetur. *ib.n.*13.*p.*299.
Animus offendendi quomodò proditur. *T.7.§.* 1. *Armorum.n.33.p.*398.
Animus in delictis magis ſpectandus, quàm exitus. *Tit. 7.§.3.Provocatio.n.59.p.*412.
Animus deliberatus quandò interveniet in homicidio aut non. *Tit.7.§.5.Homicidium.n.*59. *& ſeqq.p.* 437.
*Annus* incœptus in favorabilibus habetur prò completo, *Tit.8.§.3. Abus.in Ord.n.3.p.* 502.
*Antecedens* qui vult, vult neceſſariò conſequens ad illud. *T.5.§.9.Suaſio.n.*12.*p.* 348.
*Apoſtaſia* triplex. *Tit.2.§.1. Apoſtaſia.n.2.p.*23.
Ejus etymologia. *ibid.nu.1.p* 23.
Perfidiæ alia realis alia præſumpta. *ibid,n.3.p.23.*
Perfidiæ præſumpta quæ. *ib.n.4.p.23.*
Inobedientiæ quæ. *ibid.n.5.& 6.p.23.*
Irregularitatis quæ. *ibid.7.p.*24.
Perfidiæ quomodò probanda. *ib. n.*10.*p.24.*
Inter Regulares quomodò probetur. *ib.n.13, p.25.*
In eâ probandus dolus malus. *ib.n.15.p.*25.
In eâ attenditur temporis diuturnitas. *ib.n.25.p.27.*
Venialis datur, ob quam non incurritur cenſura. *ib, nu.82.p.36.*
*Apoſtaſia* leviſſima, ut incurratur, quantum tempus requirat. *Tit.2.§.1. Apoſtaſia.n.83.p.* 36.
Graviſſima quandò incurratur. *ib.n.*134.*p.42.*
Eam incurrit, qui per bimeſtre vagatur extrà Conventum. *ib.n.*136.*p.*42.
*Apoſtaſia* Contrahitur ob gravem culpam contrà obedientiam. *Tit.2.§.1. Apoſtaſia.n.*146. *p.* 43.
In ea à quo deſumatur parvitas materiæ. *ib. num.*147. *pag.*43.
Eam non incurrit deflectens per ſolam ſextam partem itineris, quod facere intendit. *ib.*
Nec qui excedit tempus aſſignatum in literis obedientialibus per ſolam ſextam partem illius, *ib. nu.*148.*p.*43.
Quandò incurratur itinerando ſine ſocio. *ib, nu.*149. *pag.*43.
De eâ an puniendi Fratres, qui ſeparatim veniunt ad Conventum. *ib.n.*153.154.*p.* 44.
*Apoſtata* eſt, qui non vult reverti ad Religionem etiam retento habitu. *Tit.2.§.1. Apoſtaſia.n.8.p.* 24.
Et qui manet extrà Religionem ſinè licentiâ Superioris. *ib.n.9.p.*24.
*Apoſtata non eſt* qui manet intrà limites Monaſterii immunes. *Tit.2.§.1. Apoſtaſia.n.*20.*p.* 26.
Et qui gravatus recurrit ad Superiorem. *ibid. num.* 27. *pag.*27.
Et qui cum gravamine carceratus fugit è carcere. *ib. nu.33.p.28.*
Et qui abeſt à Conventu per minùs, quàm dimidium diei. *ib.nu.89.p.* 36.
Et qui recurrit ad Superiorem ob cauſam probabilem gravaminis. *ib.n.*106.*p.* 38.
*Apoſtata*, qui nequè per diem naturalem abeſt à Conventu, nequè intrà diem artificialem revertitur, quomodò puniendus. *T.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. num.*93. *pag.*37.
Minùs delinquit vagando ſinè habitu, quàm cum eo. *ib.n.*136.*p.* 42.
Vagans intrà triduum, & octiduum, ac inter hoc, & bimeſtre quomodò puniendus. *ibidem num.* 138.*pag.* 42.
Quomodò, & quibus, & à quo denunciandus. *ib. n:*160.*p.*45.
Exterus non poteſt poſt datam abſolutionem retineri in Conventu. *ib.*
Quomodò abſolvi debeat. *ibid. num.* 161. *& ſeqq. pag.*45.
*Apoſtata* à fide eſt proditor. *Tit.* 7. §. 7. *Proditorium. nu.* 1. *pag.* 455.
*Appellare*. Appellans coràm honeſtis perſonis debet ab eis obtinere apoſtolos teſtimoniales. *T.* 2.§.1. *Apoſtaſia.n.29.p.*28.
A Papa non licet; & ab eo appellans rebellat. *Tit.* 2. §.3. *Appellatio.n.6.p.*63.

A ſen-

Digitized by Google

retento habitu. *Tit.2.§.1.Apoſtaſia.n.8.p.24*
Et qui manet extrà Religionem ſinè licentiâ Super-
ris. *ib.n.9.p.24.*
*ſtata non eſt* qui manet intrà limites Monaſteri-
munes. *Tit.2.§.1.Apoſtaſia.n.20.p.26.*
Et qui gravatus recurrit ad Superiorem. *ibid.n.*
*27. pag. 27.*
t qui cum gravamine carceratus fugit è carcere.
*nu.33.p.28.*
qui abeſt à Conventu per minùs, quàm dimid
ici. *ib.nu.89.p.36.*
qui recurrit ad Superiorem ob cauſam prob
em gravaminis. *ib.n.105.p.38.*
*ta*, qui nequè per diem naturalem abeſt à Co
entu, nequè intrà diem artificialem revert
uomodò puniendus. *T.2.§.1.Apoſtaſia*
*ag.37.*
us delinquit vagando ſinè habitu, cum
*o.ib.n.136.p.42.*
ans intrà triduum, & octiduum, ac inter hoc
bimeſtre quomodò puniendus. *ibidem nu*
*8.pag.42.*
modò, & quibus, & à quo denunciandus.
*60.p.45.*
us non poteſt poſt datam abſolutionem rem
Conventu. *ib.*
odò abſolvi debeat. *ibid. num. 161.*
*45.*
fide eſt proditor. *Tit.7.§.7. Prodit*
*pag.455.*
Appellans coràm honeſtis perſonis
tinere apoſtolos teſtimoniales. *T.2.§.*
*.n.29.p.28.*
non licet; & ab eo appellans rebellat. *Tit*
*ppellatio.n.6.p.63.*
A

tis concernit jus durationem, *T.2.§.1. Apoſtaſia, nu.126.p.41.*
Judicis concernit electionem pœnæ, quæ in Statuto poſita eſt alternativè, *ibid.*
Habet Superior dandi pœnam triremium quadruplicanti apoſtaſiam. *ibi. nu.131.p.42.*
Boni viri eſt, jus, & æquitatem reſpicere. *Tit.4.§.2.Blaſphemia. nu.63.p.294.*
Superioris circà pœnas Statutarias quandò cadat ſuper ſpecie pœnæ, & quandò ſuper ejus duratione. *Tit.5.§.6.Revelatio. nu.58.pa.329.*
*Arbores* connumerantur inter bona immobilia. *T.3.§.4.Alienatio. nu.8.p.133.*
*Arctare* in jure quid importet. *T.4.§.1. Conſortium. nu.84.p.184.*
*Arguere* ab identitate pœnæ ad identitatem criminis, conſequentia non tenet. *T.5.§.5.Libellus. nu.8. p.311.*
*Arma*. Repertus cum armis non dicitur, niſi cum illis capiatur. *T.4.§.1. Conſortium. nu.20.p.174.*
Eorum delatio de jure communi non eſt prohibita. *Tit.7.§.1.Armorum. nu.2.p.392.*
Arma movere eſt armis uti. *ibi.nu.1.p.392.*
Armorum uſus prohibetur in Novella Juſtiniani. *ibi. nu.2.p.392.*
Arma plura congregare in Domo vetitum eſt, & quarè. *nu.3.p.392.*
Prodiens cum armis in publicum ad invadendum committit in legem. *T.7.§.1.Armorum. nu.3.p.392.*
Armorum delatio ad defenſam non eſt prohibita. *ibi.*
Armis creſcit audacia ad nocendum. *ibi.n.5.p.393.*
Eorum prohibitio àn Reipublicæ expediat, controvertitur. *ibid.*
*Arma* quomodò inter ſe differant. *T.7.§.1. Armorum. nu.6.p.393.*

ciant Clericos. *ibi.nu.19.p.396.*
Arma Clerici deprehenſi à familia laica non poſſunt ab hac uſurpari. *ibi.nu.21.p.396.*
Brevioris menſuræ àn poſſint deferre Clerici de licentia Ordinarii. *ibi.nu.23.p.397.*
Ordinarii non poſſunt dare Clericis licentiam deferendi arma brevioris menſuræ. *ibi nu.25.p.397.*
Arma tenere, & portare quid ſignificet. *ibi.nu.28.p.397.*
Arma tenens Religioſus quibus caſibus delinquat. *T.7.§.1.Armorum. nu.30.p.398.*
Religioſus tenens ſclopum ad venationem abſquè licentiâ Superoris, àn teneatur Statuto *ibi, nu.34.p.399.*
Retinens extrà cellam quo caſu ſit puniendus. *ibi.nu. nu 36.p.399.*
Si arma retenta à Religioſo ſint ex prohibitis à Principe, augenda eſt pœna Statuti. *ibi.nu.37.p.399.*
Religioſus retinens arma abſquè animo nocendi, extraordinariè tantùm puniendus. *ibi.nu.35.p.399.*
*Armorum* admenatio quid importet. *Tit.7.§.2. Mina 29.p.403.*
Genus quo caſu probet animum deliberatum in homicidio. *T.7.§.5.Homicidium. nu.77.p.441.*
Venenatio, ſi vulneratus moritur ex venenoſâ qualitate, punitur ut veneficium. *ibi.§.9.Veneficium. nu.17.pag.472.*
*Arnaldus de Villanova* virgulas auri fabricavit omni probationi expoſitas. *Tit.6.§.4. Alchimia. num.2.pag.382.*
*Aromatarii* dando pharmacha interna, ſi mors ſequitur tenentur de homicidio culpoſo. *T.7.§.9.Veneficium. nu.12.p.471.*
Si dant quid pro quo, ſi conſtat mortem ægri ex hoc ſecutam, ſunt ſeverè puniendi. *ibi.nu.13.p.471.*
Arma

Digitized by Google

Hoc item eſt, ſi vendunt pharmaca corrupta. *ibi.*
Vendentes medicamenta nimis antiqua tenentur pœna falſi. *ibi.nu.* 13.*pag.* 471.
Quomodò ex tali crimine fiant irregulares. *ibi.*
*Ars* traſmutandi metalla juxtà quoſdam eſt impoſſibilis; ſed contrarium ſtatuitur, *Tit.* 6. §. 4. *Alchimia. nu.* 2.*pag.* 382.
Artem honeſtam, non tamen ſordidam poſſunt exercere Eccleſiaſtici. *Tit.* 9.§.8.*Artium.nu.* 3.*pag.* 597.
*Artes* odioſæ quandò dicantur intervenire in Raptu. *Tit.* 4.§.7.*Raptus.nu.* 11.*pag.* 226.
*Artes* divinatoriæ, ac ſuperſtitioſæ damnatæ ſunt utroque jure. *Tit.* 6.§.4. *Alchimia nu.* 16.*pag.* 385.
*Artes* prohibitæ, quæ ſunt occaſionativè tantùm malæ recenſentur. *ibi. nu.* 17.*pag.* 385.
*Artes prohibitas* ſimpliciter diſcens àn puniendus. *ibid. nu.* 18.*pag.* 385.
Eas diſcere, ac docere, ſi abeſt periculum perverſionis, culpa non eſt. *ibi.nu.* 20.*pag.* 385.
*Artes* alchimiæ exercere quis dicatur, ut pœnas ſubeat. *ibi.nu.* 21 *pag.* 385.
De exercitio alchimiæ ſuſpicio probabilis, aut violenta ex quò ducatur. *ibi.nu.* 23.*pag.* 386.
Indicia probabilia, aut violenta exercitii alchimiæ. *ibid. nu.* 24.*pag.* 386.
Arctatio quomodò regulanda in hoc crimine. *ibi. nu.* 25.*pag.* 386.
*Artium* prohibitarum nomine quæ comprehendantur. *Tit.* 9. §. 8. *Artium. nu.* 1.*pag.* 597.
Artem hiſtrionicam exercere Clerici prohibentur. *ibi. nu.* 3.*pag.* 597.
Artium prohibitarum exercitium quomodò ſit probandum, *ibi.nu.* 23. & 24. *pag.* 600. & 601.
*Artifex* non dicitur, nec probatur per unum, aut alterum actum artis. *Tit.* 9. §. 8. *Artium.nu.* 37.*pag.* 603.
*Aſcetriæ*; ſeù *Aſſiſteriæ*, quæ fœminæ fuerint. *Tit.* 4.§.9. *Sacrilegium num.* 12. *p.* 247.
*Aſſaſſinium* quid ſit. *Tit.* 7. §. 6. *Aſſaſſinium. nu.* 1. *p.* 446.
Non committitur, ſi occiſus ſit infidelis. *ibid. num.* 3. *pag.* 446.
Vt de eo conſtet, àn probanda ſit qualitas Chriſtianitatis. *ibi. nu.* 4. *p.* 447.
Vt ſit, oportet, quod occiſus non habuerit occaſionem ſibi cavendi ab homicida. *ibi. nu.* 5. *p.* 447.
Non eſt, ſi quis exerit arma contrà inimicum, & hic occidatur ab illius ſocio, etiam pecuniâ conducto. *ibi. nu.* 5. *pag.* 447.
Committitur etiam ſi fuerit in præſentiâ mandantis. *ibi. nu.* 6. *pag.* 447.
Semper eſt, ſi mandatarius ob pecuniam occidit; ſivè occiſus ſe voluit, defendere, ſivè non. *ibi. nu.* 7.*pag.* 448.
Mon includit proditionem. *ibi.nu.* 8 *pag.* 447.
Completur, quamvis mors non ſequatur. *ibi. nu.* 9. *pag.* 447.
Committit Chriſtianus mandans infideli, ut Chriſtianum occidat, licèt mandatarius cædem nec perficiat, nec attentet. *ibid. nu.* 9.*pag.* 447.
Non committitur, ſi Chriſtianus mandet Chriſtiano, ut Chriſtianum occidat, non tamen ſit deventum ad actum proximum. *ibi.*
Debet ſequi ex mandato. *ibi.nu.* 10.*pag.* 447.
Ad illud requiritur tractatus utrinquè concluſus. *ibi. nu.* 12. *pag.* 448.
Non requiritur tamen, quod conventio ſcriptò fiat. *ibi.nu.* 12.*pag.* 448.
Ad aſsaſſinium ſufficit promiſſio quævis pecuniæ, aut alterius rei pretio æſtimabilis. *ibi.nu.* 13. & 14.*pag.* 448.
Aſsaſſinium eſt, ſi quis dicat, *occide Cajum, & mihi gratum facies*, & alius reſpondeat *hoc faciam in gratiam tui*, *ibi.nu.* 15.*pag.* 448.
Ad aſsaſſinium ſufficit, quod homicidium ſit commiſsum ſub ſpe pretii. *ibid. num.* 16. *pag.* 448.
Aſsaſſinium quomodò probetur. *ibid.num.* 21. & *ſeqq. pag.* 450.
Mandatum de occidendo debet probari, & quomodò probetur. *ibi.*
Aſsaſſinii ſpecialia. *ibid.nu.* 25. & *ſeqq.pag.* 450.
Quæ ſint probationes plenæ ad condemnandum de aſsaſſinio. *ibid.nu* 26.*pag.* 451.
Argumenta probabilia, quibus probatum remanet aſsaſſinium, àn ſpectent ad tractatum de occidendo, àn potiùs executionem. *ibid.nu.* 29., & *ſeqq.pag.* 451.
An Epiſcopus privet aſsaſſinium immunitate Eccleſiaſtica, contentus eſse debeat argumentis probabilibus. *ibid. num.* 33. & *ſeqq.pag.* 452.
Aſsaſſinium quomodò differat à graſsatione, latrocinio, rapina, & robaria. *Tit.* 9.§.6.*Latrocinium. nu.* 2.*pag.* 580.
*Aſſaſſinium.* V. *Mandans*, *Mandatarius*, *Mandatum.*
*Aſſaſſinus non eſt* qui mandatum ſolum de occidendo ſuſcipit. *Tit.* 7.§.6.*Aſſaſſinium. nu.* 2.*pag.* 446.
Nec qui ſuam iniuriam ulciſcitur, ſociis pecuniâ conductis. *ibid. nu.* 5.*pag.* 447.
Nec qui acceptâ pecuniâ proprium inimicum occidit. *ibid.*
*Aſſaſſinus* non gaudet immunitate Eccleſiaſtica. *Tit.* 7. §. 6. *Aſſaſſinium. nu.* 38.*pag.* 452.
Clericus aſsaſſinus tradendus brachio ſæculari. *ibid. nu.* 42.*pag.* 453.
Pœnæ Aſsaſſini. *ibid.nu.* 43. & *ſeqq.pag.* 453.
In iſtis comprehenduntur tàm fœminæ quam viri. *ibi. nu.* 46.*pag.* 454.
Minor aſsaſſinus non gaudet beneficio. *l. Auxilium.* § *in delictis ff. de Minor.ibid.*
Clericus aſsaſſinus perdit ipſo facto, privilegium Clericale. *ibid.nu.* 48.*pag.* 454.
Quis Judex in causâ Clerici aſsaſſini. *ibi.*
Regulares aſsaſſini quomodò puniendi. *ibi. nu.* 49. & 50.*pag.* 454.
*Aſſecurare* viam publicam tenetur Princeps. *Tit.* 3.§.6. *Furtum. nu.* 46.*pag.* 152.
*Aſtrologia iudiciaria* diffinitur. *Tit.* 6. §. 5. *num.* 1.*pag.* 386.
Quomodò differat ab Aſtronomia. *ibid.*
Eſt ars coniecturalis, ut Medicina. *ibid.*
In quâ parte ſit prohibita, & in quâ conceſsa. *ibid. nu.* 2. *pag.* 387.
Circà eam dictum Hippocratis. *ibid.*
De eâ in ordine ad Medicinam qui ſcripſerint. *ibid.*
Eſt ab utroque jure proſcripta. *ibid. nu.* 3. *pag.* 387.
Eſt ars fallax, & quare. *ibid. nu.* 4. *pag.* 387.
Circà genituras hominum fuit conceſsa, uſquè ad Chriſti nativitatem. *ibid. nu.* 5. *pag.* 387.
Modo conceſsa eſt tantùm in ordine ad Medicinam Navigatoriam, ac Agriculturam. *ibid.*
Reſpectu futurorum liberorum eſt mendax. *ibid. nu.* 7 *pag.* 387.

Eam

Set qui accepta pecunia [illegible]
*ibid.*
*ſſinus* non gaudet immunitate Eccleſiaſtica. *Tit.*
6. *Aſſaſſinium*. *nu.38.pag.452.*
Clericus aſsaſſinus tradendus brachio ſeculari. *ibid.*
*nu.42.pag.453.*
enæ Aſsaſſini. *ibid.nu. 43.& ſeqq.pag.453.*
itis comprehenduntur tàm fœminæ quam viri.
*nu.46.pag.454.*
nor aſsaſſinus non gaudet beneficio. *l. Auxilia*
*in delictis ff. de Minor.ibid.*
cus aſsaſſinus perdit ipſo facto, privilegium C
cale. *ibid.nu.48.pag.454.*
Judex in causâ Clerici aſsaſſini. *ibi.*
ulares aſsaſſini quomodò puniendi. *ibi.nu.49.*
. 50.*pag.454.*
*are* viam publicam tenetur Princeps. *Tit.*
*ortum*. *nu.46.pag.152.*
*gia indiciaria* diffinitur, *Tit. 6.§.*
6.
modò differat ab Aſtronomia. *ibid.*
s coniecturalis, ut Medicina. *ibid.*
parte ſit prohibita, & in quo conceſsa. *ibid.*
2. *pag. 387.*
am dictum Hippocratis. *ibid.*
*in ordine ad Medicinam qui ſcripſerit*
troque jure proſcripta. *ibid.nu.3.pag.387.*
llax, & quare. *ibid. nu. 4 pag. 387.*
ituras hominum fuit conceſsa, uſque
i nativitatem. *ibid. nu. 5. pag. 387.*
nceſsa eſt tantùm in ordine ad Medicinam
atoriam, ac Agriculturam. *ibid.*
futurorum liberorum eſt mendax. *ibid.*
387.

Cornelii Taciti dictum de Aſtrologis. *ibid.num.* 14. *p.388.*
*Aſtronomia* quomodò differat ab Aſtrologia. *Tit.6.§. 5.Aſtrologia. nu.1.pag.386.*
Non eſt vetita, imò neceſſaria in Eccleſiâ. *ibi. n.2. pag.387.*
*Atramentum* recens in ſcripturâ antiquâ parit ſuſpicionem falſitatis. *Tit.6.§.1.liter.falſi.nu.17.pag.358.*
*Atrox* vis quæ dicatur. *Tit. 4.§.7. Raptus nu. 11. pag.226.*
Atrox delictum eſt, quod Regularis fugiat cum fœmina ad libidinem explendam. *ibi.nu.33.pag.230.*
*Attentari* quandò dicatur pudicitia *Tit.7.§.3.Provocatio. nu.46.pag.411.*
*Atteſtationes* Teſtium ſigillatæ mitti debent à Judice ad Judicem. *Tit.5.§.6.Revelatio. nu.10.pag.322.*
Atteſtationibus publicatis, contrà eas poteſt procedi de falſo. *Tit:6 nu.7.pag.322.*
*Auctor rixa*, ſi occidit alium, non habet privilegium inculpatæ tutelæ. *Tit.7.§.5.Homicid.nu.8.pag.429.*
Per pura verba, ſi ad ſui defenſam occidit qui armis voluit vindicare iniurias verbales, gaudet privilegio inculpatæ tutelæ. *ibi.nu.9.pag.429.*
An habuerit ab initio animum occidendi quomodò cognoſcatur. (leges in ſum. àn habent. ſed corrige àn habuerit) *ibi.nu.10.pag.429.*
Auctor rixę quis dicendus. *ibid.*
*Auctoritas* Statuti finitur, ejus causâ ceſſante. *Tit.4. §. 8.Clauſura. nu.57.pag.241.*
*Auditores* Rotæ Romanæ ſecreta revelantes ſunt excommunicati. *Tit.5.§.6.Revelatio. nu.37.pag.326.*
*Auguſta* fruitur privilegiis Imperatoris. *Tit.2.§.6. læſæ Majeſtatis nu.7.pag. 83.*
Non habet majeſtatem. *ibi.*
*Aviditas* æquè damnanda in cumulandis divitiis, ſicut

[...] incurratur. *Tit. 2.§.7.Hereſis. nu:3.p.92.*
Per eum non eximitur homo à poteſtate Principis infidelis. *Tit.2.§.6. læſæ Majeſt. nu.15.p.85.*
Eſt janua Sacramentorum. *Tit:8.§. 1. Abuſ. in Bapt. nu:1.p.495.*
Abuſus in Baptiſmo quotupliciter contingat. *ibi.nu. 2.p.495.*
Abuſus in materiâ, aut formà Baptiſmi vix poteſt eſſe ſinè dolo. *ibi.nu.3.p.495.*
Ex parte intentionis in Miniſtro, aut ſuſcipiente quomodò poteſt eſſe abuſus in Baptiſmo. *Tit. 8. §.1. Abuſ. in Bapt.nu:3.& 4.p.495.*
Abuſus Baptiſmi in collatione quomodò contingat. *ibi.n.5.p.495.*
Ex parte ſubiecti quandò interveniat abuſus Baptiſmi. *ibi.nu.7.p.496.*
Baptismus iterabilis non eſt. *ibi.nu.5.p.495.*
Sed in dubio de validitate ſuſcepti reiteratio Baptiſmi eſt neceſſaria. *ibid.*
*Baptiſmi reiteratio* criminalis quotupliciter contingat. *Tit.8.§.1.Abuſ.in Bapt.nu.6.p.496.*
Si eſt ſinè errore in intellectu, obligat ad pœnam ſolius facti. *ibi.nu.6.p.496.*
Si eſt cum errore circà Baptiſmum hæreſim includit *ibid.*
In câ delinquere poteſt tùm conferens tùm ſuſcipiens. *ibid.*
Non eſt crimen merè Eccleſiaſticum. *ibi.num.20. p. 498.*
Eius pœnæ. *ibi.nu.16.& ſeqq.p.498.*
*Baptiſmi abuſus* in materiâ, vel formâ quomodò probetur. *T. 8. §. 1. Abuſ. in Bapt. nu. 9. pag. 496.*
Ex parte intentionis cum circumſtantijs aggravantibus poteſt pęnam mortis inferre. *ibi. nu.15. p. 498.*
Eius pęnæ. *ibi. nu. 12. & ſeqq. pag. 498.*


Bapt-

Digitized by Google

*Baptiſmus* flaminis reddit hominem membrum Chriſti. ibi. nu. 14. pag. 497.
*Baptizari* poteſt monſtrum, ſi habet caput humanum. Tit. 8. §. 1. Abuſ. in Bapt. nu. 7. pag. 496.
*Beneficium Eccleſiaſticum* ob hæreſim amittitur, quò ad titulum, ipſo facto; quò ad poſſeſſionem poſt ſententiam Iudicis. T. 2. §. 7. Hereſis. nu. 53. p. 100.
Quodvis ſimoniacè comparatum ante omnem declarationem eſt reſignandum; & fructus eius ſunt reſtituendi. Tit. 8. §. 7. Simonia. nu. 42. pag. 544.
Simplex, & oneroſum quæ ſint. Tit. 9. §. 9. Reſidentium nu. 3. p. 605. (leges pag. 118. ſed corige 605.)
Simplex habens non poteſt obligari ab Epiſcopo ad ſeruitium Eccleſiæ. ibid.
*Beſtialitas* facit hominem vnum quid cum beſtia. Tit. 4. §. 12. Beſtialitas, nu. 1. pag. 269.
Eius diffinitio. ibid. nu. 2. pag. 269.
Specie differt ab alijs delictis carnis. ibid.
Ità eſt, ſi mulier ſucumbat bruto; ſicut ſi Vir incubet beſtiæ. ibid. nu. 3. pag. 269.
A Criminaliſtis malè confunditur cum Sodomia. ibi. num. 4. pag. 269.
Differt ſpecie à Sodomia. ibid. nu. 5. pag. 269.
Eius atrocitas, à quo deſumenda. ibi. nu. 6. pag. 269.
An ſit omnis immonditia commiſſa cum bruto. ibid. num. 7. pag. 270.
Mollities commiſſa cum bruto non eſt beſtialitas. ibid. nu. 8. pag. 270.
Per eam nùm poſſit generari homo. ibid. num. 10. & ſeqq. pag. 270.
Recenſentur multi nati ex coitu beſtiali. ibid.
Quomodò ſpecie varietur. ibid. nu. 12. pag. 270.
Eius pena. ibid. nu. 14. pag. 271.
Eſt delictum contra naturam humani generis. ibi. nu. 16. pag. 272.
Non eſt reſeruata per hoc, quòd ſit reſeruata ſodomia. ibi. nu. 20. pag. 272.
*Bibliotheca* formalis quæ ſit. Tit. 3. §. 4. Alienatio. num. 47. pag. 139.
V. libri. V. Fratres Minores.
*Bigare* quid importet. Tit. 9. §. 2. Itinerantium, num. 6. pag. 561.
*Birruarijs* tanquàm vilibus, ac infamibus non eſt credendum. Tit. 7. §. 1. Armorum. nu. 15. pag. 395.
*Blaſphemare* cum aduertentia eſt peccatum in Spiritum Sanctum. Tit. 1. §. 2. Delicta. num. 20. pag. 10.
Facto, grauius eſt, quàm verbo. ibi. num. 25. p. 11.
*Blaſphemia* quid ſit. Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. n. 1. p. 285.
Eius diuiſio. ibi. nu. 2. & 3. pag. 285.
Simplex, & hæreticalis quæ. ibi. nu. 4. pag. 285.
Poteſt eſſe etiam contra Prælatos Eccleſiæ. ibi. num. 6. pag. 286.
Eſt etiam abutendo verbis Sacræ Scripturæ. ibi. nu. 7. pag. 286.
Simplex eſt mixti fori; hæreticalis ſpectat ad Inquiſitores. ibi. nu. 8. 9. & 10. pag. 286.
Poteſt eſſe factis, & dictis. ibi. nu. 5. pag. 285.
In Prælatos Eccleſiæ poteſt eſſe ſimplex, & hæreticalis. ibi. num. 11. pag. 286.
Hæreticalis eſt etiam ea, quæ ſonat apoſtaſiam à fide ibi. nu. 18. pag. 287.
In crimine blaſphemiæ leges penales ſunt extendendæ, ibi. nu. 21. pag. 288.
Ex iracundia blaſphemans, mitius puniendus. ibid. num. 23. & ſeqq. pag. 288.
Si non poteſt probari, an accuſandus ſit Reus, ibi. nu. 28. & ſeqq. p. 288.
Quomodò probetur. ibi. n. 31. & ſeqq. p. 289.
Probanda eſt per verba præciſa; & non per æquipollentia. ibi. nu. 35. p. 289.
Probatur per Teſtes ſingulares. ibi. n. 38. p. 290.
Eius pœnæ. ibi. nu. 39. & ſeqq. p. 291.
*Blaſphemus conſuetudinarius* quis dicatur. Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. nu. 43. & 44. p. 291.
An grauiùs puniendus. ibi.
*Blaſphemum* os contra Papam quis dicatur aperire. ibid. nu. 54. & ſeqq. p. 292.
*Blaſphemans* dignitatem Cardinalium, ac Epiſcoporum à quo puniendus. ibi. nu. 58. & 59. p. 293.
*Bona.* Bonorum poſſeſſione priuantur Hæretici poſt ſententiam Iudicis. Tit. 2. §. 7. Hereſis. nu. 58. p. 101.
Eorum iure priuantur ijdem à puncto commiſſi criminis. ibid.
Religioſus habet ius ad bona ſui Ordinis. Tit. 9. §. 3. Hoſpitalitatis. nu. 5. p. 556.
Bona Conuentus communia ſunt Fratribus Aduenis, & incolis. ibi. nu. 6. p. 556.
*Bona Eccleſiaſtica* ſoli Deo competunt quo ad directum dominium. Tit. 3. §. 1. Proprietas. nu. 20. p. 108.
Eorum dominus non eſt nec Papa, nec Abbas cum Monachis. ibid.
Alienari prohibita quæ? T. 3. §. 4. Alienatio. num. 5. p. 133.
Quomodò poſſint alienari. ibi. nu. 22. & ſeqq. p. 135.
Eorum diuiſio. ibi. nu. 5. p. 133.
Eorum diuerſitas. ibi. nu. 19. & ſeqq. p. 135.
Modica quæ cenſeantur. ibi. nu. 6. p. 133.
Modica non veniunt ſub prohibitione alienationis. ibi. nu. 5. pa. 133.
Si ſunt de menſa Capituli, nequeunt alienari, ſine eius conſenſu. ibi. nu. 7. p. 133.
Ob quam neceſſitatem poſſint alienari. ibi. nu. 22. & ſeqq. p. 135.
Eorum conſumptio aſſimilatur peculatui. Tit. 3. §. 7. Dilapidatio. nu. 6. pa. 157.
Eorum adminiſtratio eſt duplex. ibi. nu. 7. p. 157.
Qui ea adminiſtrat, & quâ culpa teneatur. ibi. nu. 9. pa. 157. V. Alienari.
*Bona* Confraternitatum laicalium an ſint Eccleſiaſtica. Tit. 3. §. 4. Alienatio. nu. 20. & 21. p. 135.
*Bonum* totius præferendum bono partis. Tit. 7. §. 10. Abortus. nu. 31. p. 484.
Maius minori præferendum. Tit. 9. §. 1. Ieiuniorum nu. 47. p. 556.
*Bonus* ſemel præſumitur durare bonus niſi contrarium probetur. Tit. 7. §. 5. Homicidium. nu. 70. p. 440.
*Bos* quandò venire poſſit nomine iumenti. Tit. 9. §. 2. Itinerantium, nu. 4. p. 560.
*Brachio* ſæculari quandò tradantur Hæretici. Tit. 2. §. 7. Hereſis. nu. 61. p. 101.
*Brutum* quarè comburendum cum homine, qui cum eo coiuit. Tit. 4. §. 12. Beſtialitas. nu. 16. p. 272.
Sodomitans quâ pœnâ puniendus. ibi. nu. 20. p. 272.
Quod nam ſit. Tit. 9. §. 2. Itinerantium. nu. 4. p. 560.
*Bullæ Papales* quæ, & quarè dicantur, & quomodò iudicentur falſæ. Tit. 6. nu. 11. p. 354.
De largitione munerum per non vſum non obligant. Tit. 3. §. 5. Donatio. nu. 7. p. 141.
De datis, vel promiſsis pro gratiâ, vel iuſtitiâ non ſunt in vſu, ibi §. Donatio. nu. 8. p. 141.



Digitized by Google

ibi. nu. 5. pa. 133.
ii ſunt de menſa Capituli, nequeunt alien[ari]
eius conſenſu. ibi. nu. 7. p. 133.
Ob quam neceſſitatem poſſint alienari. ibi. nu. 6
ſeqq. p. 135.
orum conſumptio aſſimilatur peculatui. Tit. 3. §
Dilapidatio. nu. 6. pa. 157.
orum adminiſtratio eſt duplex. ibi. nu. 7. p. 157.
ui ea adminiſtrat, Te quâ culpa teneatur. ibi.
9. pa. 157 V. Alienari.
Confraternitatum laicalium an ſint Eccleſiaſt.
Tit. 3. §. 4 Alienatio. nu. 20. & 21. p. 135.
totius præferendum bono partis. Tit. 7. §.
Abortus. nu. 31. p. 484.
ius minori præferendum. Tit. 9. §. 1. Ieiunium
7. p. 556.
ſemel præſumitur durare bonus niſi
robetur. Tit. 7. §. 5. Homicidium. nu. 440.
ndò venire poſſit nomine iumen[ti] Tit. 9. §. 2.
nerantium. nu. 4 p. 560.
ſeculari quando tradantur Hæretici. Tit. 2. §
reſis. nu. 61. p. 101.
quarè comburendum cum homine, qui cum
vit. Tit. 4. §. 12. Beſtialitas. nu. 16. p.
itans quâ pœnâ puniendus. ibi. nu. 20. p.
nam ſit, Tit. 9. §. 2. Itinerantium. nu. 4. p.
es quæ, & quarè dicantur, & quomodò
tur falſæ. Tit. 6. nu. 11. p. 354.
tione munerum per non vſum non obl.
§. 5. Donatio. nu. 7. p. 141.
vel promiſsis pro gratiâ, vel iuſtitiâ
n vſu, ibi §. Donatio. nu. 8. p. 141.

Cadav.

De eâ quando poſſit accuſatus reacuſare accuſatorem. ib. n. 4. (leges n. 17. ſed corrige, & pone nu. 4. pag. 305.
Eam non tenetur probare actor procedendo civiliter; ſed tenetur, ſi procedit criminaliter. ib. num. 4. p. 305.
In quibus Cauſis præſumatur. ib. n. 6. p. 305.
Ab ea præſumpta nihil ſalvat, ſi actor non probat. ib. n. 7. p. 306. (leges p. 308. ſed corrige, & pone p. 306.)
Si actor probat ſemiplenè, non præſumitur. ibid. num. 7. p. 306.
Si actor ſit ſolitus calumniari, per ſemiplenam probationem non ſalvatur à calumnia. ibid n. 9. p. 306.
Si actor deceptus ſit à Teſtibus; evaditur. ibid. num. 10. pag. 306.
Quomodò probetur. ib. n. 3. & ſeqq. p. 305.
Ejus pœnæ. ibid. n. 11. & ſeqq. p. 307.
Calumniator eſt infamis etiam antè ſententiam Judicis. Tit. 5. §. 4. Calumniatio. num. 12. pag. 307.
Obligatur ad pœnam talionis. ib. n. 14. pag. 307.
Apud Minores eſt ipſo facto excommunicatus. ibid. num. 26. pag. 309.
Tenetur ad damna, & intereſſe partis. ibid. num. 11. p. 307.
Condemnatus dè calumniâ eſt periurus. ibid. num. 22. pag. 357.
Cancellatio quomodò fiat. Tit. 6. §. 1. lit. falſ. num. 13. pag. 358.
Ex eâ quomodò habeatur ſuſpicio falſitatis in ſcriptura. ibid.
Capanna non venit nomine domus. Tit. 9. §. 5. Incendium. num. 16. pag. 576.
Capere, & recipere quomodò differant. Tit. 3. §. 2. Pecunia. n. 16. pag. 119.

Iniuſtitia tantùm probabilis carcerationis non legitimat fugam à carcere. ib.
E carcere aliquem eruere, & de manu familiæ eripere idem crimen eſt; non tamen eſt exactè æquale. ib. num. 4. & 5. pag. 586.
Carceres æquiparantur muris Civitatis. Tit. 9. §. 7. Carcerum. n. 5. p. 586.
Quarè dicantur ſancti. ibid.
Eis ædificium privatum nequit coniungi, nequè appodiari. ibid.
Reædificari non poſſunt ſinè auctoritate Reip. ib.
In eorum fractura duo crimina committuntur. ib.
Importans locum munitum peſſulis, & ſeris. ib. nu. 6. p. 587.
Eximens retentum, aut cuſtoditum de mandato Judicis tantùm in aliquo loco, non ità delinquit ut eximens detentum in carcere. ib.
Crimen violationis Carcerum ex quibus agravetur. ib. n. 7. p. 587.
Eximens carceratum falſo mandato Judicis plus delinquit, quàm eximendo fraude, vel aſtutiâ. ib. n. 8. p. 587.
Carcerum violationis crimen quomodò probandum. T. 9. §. 7. Carcerum. n. 10. & ſeqq. p. 588.
Eximens captum de manu familiæ quotupliciter poteſt ſuum crimen aggravare. ibid. num. 9. p. 587.
Carcerati fugam eveniſſe ob negligentiam cuſtodis quo caſu præſumatur. ib. n. 11. p. 588.
Diligentiæ adhibendæ à Cuſtode carceris, ne carcerati põſſint evadere. ib. n. 12. p. 588.
Fractura carceris ſi apparet facta deforis quid eſt agendum. ib. n. 13. p. 588.
Si nulla apparet negligentia Cuſtodis; nec quod ei facta fuerit fraus, aut violentia, quomodò ſegeret Judex. ib. n. 14. p. 588.



Digitized by Google

Pęnæ violationis carcerum. *ibi. n.* 15. *& ſeqq. p.* 589.
Pęna fugientis è manibus familiæ. *ibi. nu.* 16. *p.* 590.
Pęna carcerati ob cauſam criminalem, ſi fugit cum fracturâ carceris *ibid. num.* 17. *& ſeqq. pag.* 590.
Occidens Cuſtodem impedientem fugam è carcere debet mori. *ibi. nu.* 20. *pag.* 590.
Si tantùm eum vulnerat, quæ pęna debeatur, *ibid.*
Pęna carcerati ob cauſam civilem, ſi frangit carcerem, & fugit. *ibi. num.* 21. *pag.* 591.
Pęna nulla eſt fugientis è carcere, nullâ factâ violentiâ. *ibi. num.* 22. *pag.* 591.
Monitum pro Cuſtodibus carcerum. *ibid.*
Attentantes fugam cum fractura carceris quomodò puniendi. *ibi. nu.* 23. *pag.* 591.
Praxis ſenatus Mediolanenſis circà hoc. *ibid.*
Pęna Cuſtodis carcerum habentis culpam in fuga carcerati. *ibi. nu.* 24. *& ſeqq. pag.* 591.
Pęnæ cooperantium fugæ carcerati, aut carcerandi. *ibi. nu.* 27. *pag.* 592.
Eripiens de manu familiæ, iniuſtè captum non eſt puniendus. *ibid.*
Ereptio de manu familiæ, vt ſit iuſta, ſupponit iniuſtitiam manifeſtam capturæ. *ibi. num.* 28. *p.* 592.
In dubio de iuſtitia capturæ præſumptio ſtat pro Iudice. *ibid.*
Pęnæ eximentis captum pro cauſa Civili. *ibid. nu.* 29. *& ſeqq. pag.* 592.
Eximens captum prò debitis tenetur ad ſoluenda debita creditori magis, quam ſi eſſet fideiuſſor prò capto. *ibid. num.* 30. *pag.* 593.
Talis eximens non admittitur ad probandum, quòd exemptus non eſſet debitor. *ibid.*
Si plures ſint eximentes, vt præfertur, omnes tenentur in ſolidum ad ſolutionem debiti. *ibid.*
Pęnæ eximentis captum ob cauſam criminalem. *ibid. nu.* 31. *& ſeqq. pag.* 593.
Quid iuris, ſi eximens captum, vt præfertur eſſet fœmina. *ibid. num.* 34. *&* 35. *pag.* 593. *&* 59.
Pęna eximentis carceratum ob cauſam criminalem, *ibi. nu.* 36. *& ſeqq. pag.* 594.
Pęna eſt temperanda cum eo, qui ob veram amicitiam eximit carceratum. *ibid. nu.* 41. *p.* 594
Qua pęna puniendus conſanguineus, qui non potens eximere carceratum furcis ſuſpendendum, ipſum venenat. *ibi. nu* 42. *& ſeqq. pag.* 595.
Pęna Cuſtodis carcerum, aut alterius Officialis curiæ, qui concumbit cum muliere carcerata. *ibid nu.* 46. *&* 47. *pag.* 595 *&* 596.
Pęnæ canonicæ contrà eximentes captos, aut capiendos à S. Officio, cum fractura carcerum, vel ſine. *ibid. nu.* 48 *pag.*
*Carceratio formalis* non confunditur cum tempore portandi ſignum probationis in Apoſtata. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia nu.* 123. *p.* 40.
Importat flagellationem, & ieiunium. *ibid. nu.* 124. *pag.* 41.
*Carceratio clauſtralis* permittit egreſſum à Conuentu pro ſolâ publicâ neceſſitate, & vtilitate. *ib. n* 129. *p.* 41.
Talis neceſſitas, ac vtilitas quomodò intelligenda. *ibi. nu.* 28. *&* 29. *pag.* 28.
*Carceratio* contumacis quomodò regulanda. *Tit* 2. §. *Inobedientia nu* 89 *& ſeqq p* 5
*Cardinalis* eſt Conſiliarius, & pars corporis Papæ. *Tit* 2. §. 6. *Læſa. nu.* 18. *p.* 85. *et Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 58. *pag.* 293.
In eum poteſt cōmitti crimen Læſæ Maieſtatis. *ibid.*
Cardinalibus ſimul cum Papa commiſſa eſt vniverſalis Eccleſiæ adminiſtratio. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. num.* 58. *pag.* 293.
Cardinalis revellans ſecreta Conſiſtorij Apoſtolici quas pęnas incurrat. *T.* 5. §. 6. *Revelatio. n.* 30. *p.* 327.
Cardinalis. V. Dignitas.
*Carere V. Verbum.*
*Carnes* comedens in diebus prohibitis poteſt ab Inquiſitore puniri *Tit.* 9. §. 1. *Ieiuniorum. nu.* 6. *pag.* 550.
*Caſtitas* deſcribitur. *Tit.* 4. *nu.* 1. *pag.* 169.
Eius elogia. *ibi. nu.* 2. *pag.* 169.
Eſt requiſita ad ſtatum Religioſum. *ibi. nu.* 3. *p.* 169.
A' Papa ſinè magna cauſa nequit diſpenſari. *ibi. nu.* 4. *&* 5. *pag.* 169.
Non admittit paruitatem materiæ. *ibi. n.* 8. *p.* 169.
*Caſus* quinque Papæ reſeruati. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura nu.* 80. *pag.* 245.
Quandò dicatur interuenire caſus in homicidio caſuali. *T.* 7. §. 5. *Homicidium. nu.* 41. *p.* 435.
*Caſus* quomodò poſſint in Religionibus reſeruari. *Tit.* 8. §. 4. *Abuſ. in Confeſs. nu.* 43. *p.* 516.
Caſum aliquem nequit Superior Regularis ſibi reſeruare, niſi ſeruatâ formâ, præſcriptâ à Clemente VIII. *ibi. nu.* 44. *pag.* 516.
Dogmatizans non poſſe Superiores maiores reſeruare caſus in Religionibus iuxtà formam præſcriptam, à quo ſit puniendus. *ibi. nu.* 46. *pag.* 516.
*Cathecumenus* nequit eſſe Hæreticus. *Tit.* 2. §. 7. *Hæreſis. nu.* 3. *pag.* 92.
*Catholici* laici nequeunt ditare Hæreticos donatione, legato, hæreditate, &c. ſinè ſuſpicione hæreſis. *ibid. num.* 33. *pag.* 97.
*Cauſa* Cauſæ debilitas aggravat delictum. *T.* 1. §. 2. *Delicta nu.* 19. *p.* 10.
Cauſæ legitimæ, ob quas feminæ poſſunt ingredi Clauſtra Regularia enumerantur. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. num.* 9. *& ſeqq. p.* 233.
Cauſâ prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. nu.* 57. *p.* 241.
Cauſâ ceſſante finitur auctoritas Statuti. *ibid.*
Cauſa, cùm reducitur ad non cauſam, perindè eſt, ac ſi in principio non fuiſſet. *ibid.*
Cauſa expreſſa in proemio legis eſt motiua legislatoris. *ibid.*
Vbi maior eſt cauſa delinquendi, ibi præſumitur delictum. *T.* 7. §. 3. *Prouocatio. nu.* 7. *pag.* 405.
Cauſa nova, ob quam quis poſt reconciliationem poteſt alium offendere. *Tit.* 7. §. 7. *Proditorium. nu.* 15. *pag.* 457.
*Cauſidicus* oſtendens aduerſæ parti inſtrumentum ſibi ſecretò conſignatum, tenetur de falſo. *Tit.* 5. §. 6. *Revelatio. nu.* 9. *pag.* 322.
*Cautela* adhibenda à Confeſſario in reſtituendâ pecuniâ, ne delinquat contrectatione. *Tit.* 3. §. 2. *Pecunia. nu.* 51. *pag.* 123.
Adhibenda in recognitione furti, facienda per Teſtes. *Tit.* 3. §. 6. *Furtum. nu.* 15. *pag.* 145.
Adhibenda à Iudice Regulari in procedendo de crimine carnis. *T.* 4. §. 4. *Adulterium. n.* 75. *& ſeqq. p.* 214
Seruanda à Iudicibus antequàm pronuncient, conſtare de vi illatâ in defloratione. *ibid.* §. 5. *Stuprum. nu.* 8. *pag.* 216.
Practicanda ab Accuſatore prò aſſecurandis Teſtibus. *Tit.* 5. §. 4. *Calumniatio. nu.* 10. *pag.* 308.
Adhibenda à Iudice in recognitione falſæ monetæ. *T.* 6. §. 3. *Falſificatio. nu.* 31. *& pag.* 378.


*Cautio*

Digitized by Google

*Cautio* de non offendendo poteſt peti ab eo, cui minæ ſunt incuſſæ. *T. 7. §. 2. Minæ nu. 14. p. 401.*

Poteſt etiam exigi à Iudice ex officio. *ibid.*

Cautio de non offendendo eſt pęna. *ibi. nu. 15. p. 401.*

Eam petens debet probare, ſe habere iuſtam cauſam timoris. *ibid.*

*Cella* In quolibet ingreſſu alienæ cellæ àn crimen à Minoribus committatur, *T. 4. §. 1. Conſortium nu. 62. & ſeqq. pag. 181.*

*Cenſuræ* ad quem finem ſint introductæ. *Tit. 2. §. 2. Inobedientia nu. 23. pag. 53.*

*Cenſus* ſunt bona immobilia. *Tit. 3. §. 4. Alienatio. nu. 10. pag. 134.*

*Charta* inducens ad turpia, data à Confeſſario pęnitenti, ab hoc legenda poſt Cõfeſſionem, reddit illum Reũ de ſollicitatione. *T. 4. §. 2. Sollicitatio. n. 7. p. 189.*

Maculata quandò inducat ſuſpicionem falſitatis. *T. 6. §. 1. liter. falſif. nu. 15. p. 358.*

Diverſa quandò reddat ſcripturam ſuſpectam de falſitate. *ibid. nu. 21. pag. 359.*

*Character* ordinis non eſt validior charactere Baptiſmi. *Tit. 2. §. 6. Læſæ. nu. 15. pag. 85.*

Characterum diverſitas quandò inferat ſuſpicionem falſi. *Tit. 6. §. 1. liter. falſif. nu. 16. p. 358.*

Chirurgiam exercere prohibentur Clerici. *Tit. 9. §. 8. Artium. nu. 3. p. 597.*

Eam exercere nequit Regularis. *ibi. nu. 21. p. 600.*

*Chriſtianitas* probanda eſt in eo, qui occiſus eſt, vt conſtet de aſſaſſinio. *T. 7. §. 6. Aſſaſſinium. nu. 3. p. 446.*

*Chriſtianus* reputatur, qui inter Chriſtianos degit, niſi contrarium probetur. *ibi. nu. 4 pag. 447.*

*Cinguli* militaris privatio quid importet. *T. 4. §. 6. Inceſtus nu. 11. p. 221.*

*Citatio Rei*, à quo invalidatur. *Tit. 2. §. 2. Inobedientia. num. 28. pag. 53.*

Citatio. V. Contumacia.

*Clavem cellæ* non reſignans Superiori quandò cenſeatur proprietarius. *Tit. 3. §. 1. Proprietas. n. 68. p. 113.*

*Clauſtralibus* omnibus de iure communi vetitum eſt arma deferre. *T. 7. §. 1. Armorum. nu. 11. p. 394.*

*Clauſulæ* importantes latam ſententiam quæ. *Tit. 1. §. 4. Pœnæ. nu. 32. p. 20.*

Appoſitæ in lege, quandò eam reſtringant. *Tit. 2. §. 2. Inobedientia. nu. 103 pag. 60.*

Poſite in fine referuntur ad omnia præcedentia, ſi non ſubeſt ratio diverſitatis. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. num. 65. pag. 294.*

*Clauſura* Eius limites deſignant Superiores. *Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia. num. 24. pag. 27.*

Eius violatio quotupliciter contingat. *Tit. 4. §. 8. Clauſuræ. nu. 1. p. 232.*

Eſt de iure naturæ Religioſorum Cœnobitarum. *ibid. nu. 2. pag. 232.*

Habet fundamentum in Iure Eccleſiaſtico primitivo, & Divino. *ibid. nu. 3. p. 232.*

Eius nomine quæ partes Monaſterij veniant. *ibid. nu. 17. pag. 234.*

Ad eam conſtituendam ſufficit ſepes, aut foſſa deſignata, ſeù ſulcus. *ibid.*

Clauſura formalis remanet, licèt dirutus ſit murus clauſuræ materialis. *ibi. nu. 18. p. 234.*

Quid iuris, ſi Religioſus comitatur fœminam ex ſe ingreſſam in clauſuram. *ibi. nu. 29. p. 236.*

Quomodò Religioſus comitando fęminam, vt præfertur, delinquat, aut non. *ibid. nu. 30. & 31. p. 236.*

Detinens diutiùs talem fęminam intrà clauſuram ſubit pęnas introducentium. *ibid. nu. 32. pag. 236.*

Influens in permanentiam fęminæ intrà clauſtra ità delinquit, vt influens in eius ingreſſum. *ibid. nu. 33. pag. 236.*

Clauſura fœminarum Religioſarum in lege veteri, & nouà. *ibi. nu. 34. & 35. p. 236. & 237.*

Clauſura Monialium per plura Concilia, & Canones ordinata. *ibid. num. 35. p. 237.*

Prohibitio facta fœminis circà ingreſſum clauſuræ virorum, facta eſt fœminis, & viris reſpectu clauſuræ Monialium. *ibi. nu. 36. pag. 237.*

Clauſuræ violatio quomodò probetur. *ibid. num. 37. & ſeqq. pag. 237*

In hoc crimine àn viſitandum ſit corpus delicti, deprehendendo fęminam introductam. *ibi. n. 38. p. 237.*

Quid agendum, ſi Religioſus introducat fœminam in Conventũ, eamque noctũ detineat. *ibi. nu. 39. & ſeqq. pag. 238.*

Quid ſi Superior eſſet de hoc Reus. *ibi. n. 45. p. 238.*

In Regulari introducente fęminam non requiritur præſumptio, ſed ſufficit culpa. *ibi. nu. 53. p. 241.*

Permittens fœminas intrare clauſuram, dùm in Conventu nullus eſt Religioſus, àn incurrat pęnas introducentium. *ibid. num. 57. p. 241.*

Crimen introducentium fœminas in clauſuram quomodò graduetur in gravitate. *ibi. num. 59. p. 242.*

Introducens fœminam ob meram curioſitatem incurrit tantùm pœnas Bullæ. *ibi. nu. 60. p. 242.*

Impetrantes ex falsâ cauſâ facultatem intrandi in clauſuram Monialium incurrunt cenſuram. *ibid. nu. 68. p. 243.*

Licentia intrandi clauſuram Monialium ſufficit oretenùs data. *ibid.*

Non ſufficit tamen tacita, ſed requiritur expreſſa. *ibid.*

Per epicheiam aliquandò licet ingredi ſine licentiâ obtenta. *ibid.*

Intrans Clauſuram Monialium, & non ad luxuriandum, àn ſubeat pœnas intrantium ad luxuriandum *ibid. nu. 69. & 70. p. 243.*

Intrans quoquomodò noctu Clauſuram Monialium in ſtatu Eccleſiaſtico ſuſpenditur. *ibid. n. 71. p. 243.*

Ingrediens per ſubterraneos cuniculos dictam clauſuram furcis eſt ſuſpendendus. *ibi. n. 71. p. 243.*

*Clericus* quandò perpetuò ſit carcerandus. *Tit. 1. §. 4. Pœnæ. nu. 18. pag. 18.*

In Sacris ducens vxorem eſt ſuſpectus de fide *Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia. nu. 7. p. 24.*

Clericis vetitũ ſpectacula repræſentare. *ibi. n. 172. p. 46*

Clericus eſt pars Reipublicæ. *Tit. 2. §. 6. Læſæ. n. 15. p. 85.*

Non eximitur à iuramento fidelitatis ergà Principem naturalem. *ibid.*

An poſſit cõmittere in Principem naturalem laicum crimen Læſæ maieſtatis. *ibid.*

Clericus filius Rei de Læsâ majeſtate, non ſubit pęnas, quas incurrunt alij eiuſdem filij. *ibi. nu. 43. p. 90.*

Clericus Reus de Læsâ majeſtate Principis laici, àn perdat privilegium fori, & canonis. *ibi. n. 47. p. 91.*

Clericus fur quâ pęnâ afficiendus. *T. 3. §. 6. Furtum. nu. 52. pag. 153.*

*Clericus* non poteſt cohabitare cũ fœminis etiam coniunctis, ſi ſint ſuſpectæ, neque cum eis habere familiaritatem. *T. 4. §. 1. Conſortium. num. 1. & 2. p. 170.*

Exercens concubitum vagum puniendus vt concubinarius. *ibi. nu. 32. p. 178.*

Concubinarius antè privationem beneficij debet ter moneri. *ibi. nu. 35. pag. 179.*

Quomodò monendus. *ibid. pag.* 179.
Si non eſt beneficiatus, quâ pęnâ puniendus de concubinatu. *ibi. nu.* 37. *p.* 179.
Dicitur monitus non reſipiſcere (corriget errorem reſipiſcere, & leg. reſipiſcere) ſi cum eâdem aut aliâ fœmina ad peccatum revertitur. *ibi. nu.* 53. *p.* 180.
Donationem, aut legatum ex teſtamento nequit relinquere concubinæ; & legatum eſt nullius valoris in vtroque foro. *Tit.* 4. §. 3. *Fornicatio. num.* 29. *pag.* 200.
Deprehenſus in actu turpi cum ſponsâ per verba de præſenti poteſt ſinè cenſurâ percuti à ſponſo. *Tit.* 4. §. 4. *Adulterium. num.* 35. *p.* 207.
Clericus adulter quomodò puniendus. *ibid. num.* 42. *& ſeqq pag.* 209.
Stuprans virginem quomodò puniendus. *Tit.* 4. §. 5. *Stuprum nu.* 14. *& ſeqq pag.* 217. (leges §. 6. Inceſtus, ſed corrige, & pone § 5. Stuprum.)
Inceſtuoſus quâ pęnâ puniendus. *Tit.* 4. §. 6. *Inceſtus. nu.* 20. *p.* 225.
Raptor, quas pęnas incurrat. *ibi.* § 7. *Raptus nu.* 32. *pag.* 230.
Clericis de iure antiquo vetitum eſt admittere fęminas intrà eorum Clauſtra, & Sacriſtiam. *ibid.* §. 8. *Clauſura. nu.* 5. *pag.* 232.
Clericus vitians Monialem, quâ pęnâ ſit plectendus. *Tit.* 4. §. 9. *Sacrilegium, nu.* 20. *pag.* 248.
Clericus ſodomita quomodò puniendus. *Tit.* 4. §. 11. *Sodomia. num.* 53. *& ſeqq pag* 264.
Bulla contrà Clericos ſodomitas explicatur. *ibid. nu.* 56. *& ſeqq pag.* 264.
Clericus ſodomita occultus non incurrit pęnas Bullæ contrà Clericos ſodomitas. *ibi. nu.* 70. *pag.* 266.
Dicta Bulla percutit Clericos ſodomitas tàm patientes quàm agentes. *ibid. num.* 72. *p.* 266.
*Clericus Regularis ordinandus* non poteſt à Provinciali dimitti, niſi ad Epiſcopum ſui domicilij. *Tit.* 6. §. 1. *liter. falſ. num.* 70. *p.* 365.
Quæ requiſita debet habere apud Minores de Obſeruantiâ. *ibid. nu.* 71. *pag.* 366.
*Clerici* in pari crimine non puniuntur æquali pęnâ cum laicis. *Tit.* 7. §. 1. *Armorum. nu.* 10. *pag.* 395.
An ligentur legibus Principis laici contra deferentes arma. *ibi. nu.* 19. *pag.* 396.
Obligantur ad leges clauſas in corpore iuris Civilis deficiente iure Canonico. *ibid. nu.* 20. *pag.* 396.
Computantur inter cives, ac membra Reipubl. *ibid.*
Puniuntur a Iudice Eccleſiaſtico, ſi committunt in legem Principis laici. *ibid.*
Reperti cum armis prohibitis poſſunt capi à familiâ laicâ, & duci ad ſuum Iudicem *ibi. nu.* 21. *p.* 396.
In hoc caſu præſumitur licentia interpretativa Iudicis Eccleſiaſtici. *ibi. nu.* 22. *pag.* 397.
Clericis an poſſint Ordinarij dare licentiam deferendi arma brevioris menſuræ. *ibid. nu.* 23. *pag.* 397.
*Clericus*, qui nolit fugere, ſi occidit ſe inuadentem, non evadit pœnas homicidij. *Tit.* 7. §. 3. *Provocatio. nu.* 66. *p.* 413.
Eum conſpurcans atramento, lotio, ſtercore, &c. incidit in cenſuram. *ibi. nu.* 43. *pag.* 410.
Occidens furem fit Irregularis. *Tit.* 7. §. 5. *Homicid. num.* 20. *pag.* 431.
Procurans abortum quas pęnas incurrat. *ibid.* §. 10. *Abortus. num.* 61. *& ſeqq. pag.* 489.
In dubio facti circâ homicidium debet petere diſpenſationem ab irregularitate. *ibi. nu.* 43. *pag.* 486.
In ſacris iniens Matrimonium eſt ſuſpectus de hæreſi, & quomodò. *Tit.* 8. §. 5. *Abuſ. in matrim n.* 2. *p.* 517.
*Clerici non poſſunt* eſſe Iudices, Miniſtri publici, aut Procuratores Principis laici; nec Tabelliones, Actores, aut Teſtes in cauſâ ſanguinis; nec exercere mercaturam, Medicinam, Chirurgiam, nec artem hiſtrionicam. *Tit.* 9. §. 8. *Artium. nu.* 3. *p.* 597.
Vacare poſſunt arti honeſtæ, non tamen ſordidæ. *ibi. num.* 3. *pag.* 597.
*Clytoris* quid ſit, & quibus vaſis conſtet. *Tit.* 4. §. 11. *Sodomia. nu.* 19. *pag.* 257.
In fęminis Ægyptijs, & Ethiopiſſis inſigniter apparet; & in quibus Europæis. *ibi. num.* 16. *p.* 257.
In iuventute poteſt erumpere, & in quibus *ibid. num* 17. *pag.* 257.
Eruptus in quibusdam fęminis fecit credi eas converſas fuiſſe in mares. *ibid.*
*Cogere* nemo poteſt fęminas ad Religionem intrandam; aut impedire, nè profeſſionem emittant. *Tit.* 5. §. 9. *Suaſio. nu.* 1. *&* 2. *p.* 346.
Cogi ad Religionem ex quibus cauſis fęmina poſſit. *ibi. nu.* 12. *p.* 347.
Modus cogendi eſt mala tractatio fœminæ; coactio tamen nõ dicit facta, niſi eius effectus ſit ſecutus. *ibi.*
Cogentes mares ad Religionem, aut eorum profeſſionem impedientes, àn incurrant excõmunicationem latam contrà cogentes fœminas. *ibi. nu.* 8. *p.* 347.
*Cogitatio* accomodanda eſt ad ea, quæ frequentiùs accidunt. *Tit.* 9. §. 5. *Incendij num.* 8. *pag.* 574.
*Cognatio* generaliter accepta quid ſignificet. *Tit.* 7. §. 8. *Parricid. num.* 18. *pag.* 465.
Spiritualis, & legalis quæ ſint, & quomodò contrahantur. *ibid.*
Naturalis requiritur in parricidio. *ibi. nu.* 20. *p.* 465.
Cognati naturaliter qui dicantur. *ibid. n.* 19. *p.* 465.
*Coire Coiens* cum fęminâ, & ex inſtituto ſeminans extrà vas, nè ſequatur generatio, ab Hebræis comparatur homicidæ. *Tit.* 4. § 10. *Mollities, nu.* 12. *p.* 252.
*Coitus* damnatus quis dicatur. *Tit.* 4. § 4. *Adulter. num.* 45. *pag.* 209
Cum fęminâ mortuâ eſt mollities. *Tit.* 4. §. 10. *Mollities. nu.* 13. *pag.* 252.
Talis coitus quò ad culpam legalem poteſt dici ſacrilegium. *ibid.*
Ex coitu hominis cum bruto homines nati recenſentur. *Tit.* 4. §. 12. *Beſtialitas. nu.* 10. *p.* 270.
*Coitus cum Dæmone*, aut Incubo differunt in gravitate. *Tit.* 4. §. 13. *Dæmonialitas. nu.* 3. *p.* 273.
Eſt cum cadavere. *ibi. nu.* 4. *p.* 274.
Gravior eſt, quàm cũ bruto, & quarè. *ibi. n.* 8. *p.* 274.
Creditur ab aliquibus eſſe phantaſticũ. *ibi. n.* 9. *p.* 274.
Dupliciter contingit. *ibi. nu.* 11. *p.* 275.
*Coitus* V. Copula. V. Concubitus.
*Collegium* quid importet. *T.* 9. §. 5. *Ieiuniorũ. n.* 36. *p.* 555.
*Colligationes* prohibitæ aut licitæ in electionibus quæ ſint *Tit.* 5. §. 8. *Subornatio. nu.* 60. *p.* 344.
*Colluctatio*, vt ſoluet à pęnâ homicidij, qualis eſſe debet. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium. nu.* 5. *p.* 248.
In eâ occidens hominem ſaxo occultato intrà pugnum tenetur de homicidio proditorio. *ibid.*
*Comminari Comminatio* quid ſignificet in iure. *Tit.* 5. §. 8. *Subornatio. nu.* 49. *p.* 343.
*Commiſſarius* Viſitator, ſi congregato Capitulo ſubornaret Vocales? quid iuris. *ibi. nu.* 64. *p.* 345.
Deputatus à Generali ſub quâ pænâ acceptandus. *Tit* 2. § 2. *Inobedientia, nu.* 55. *p.* 55.

Dele-

Digitized by Google

*Spiritualis*, & *legalis quæ ſit*, & *quomodo* ...
*hantur. ibid.*
*Naturalis requiritur in parricidio. ibi, nu. 20. p.*
*Cognati naturaliter qui dicantur. ibid. n. 19. p.*
*...ure Coiens cum fœminâ, & ex inſtituto fœmina* ...
*vas, nè ſequatur generatio, ab Hebræis compar*...
*homicidæ. Tit. 4. § 10. Mollities, nu. 12. p. 252.*
*...irus damnatus quis dicatur, Tit. 4. § 4. Adulter. n.*
*45. pag. 209*
*Cum fœminâ mortuâ eſt mollities. Tit. 4. §. 10. Mo*...
*ties. nu. 13. pag. 252.*
*...alis coitus quò ad culpam legalem poteſt dici le*...
*legium. ibid.*
... *coitu hominis cum bruto homines nati recen*...
*...tur. Tit. 4. §. 12. Beſtialitas. nu. 10. p. 270.*
*... cum Dæmone, aut Incubo differunt in g*...
*Tit. 4. §. 13. Dæmonialitas. nu. 3. p. 273.*
... *cum cadavere. ibi. nu. 4. p. 274.*
*...avior eſt, quàm cū bruto, & quarè. ibi. p. 274.*
*...editur ab aliquibus eſſe phantaſtic. ibi. p. 274.*
*...pliciter contingit. ibi. nu. 11. p. 275.*
*V. Copula. V. Concubitus.*
*... quid importet. T. 9. §. 5. Iniuria. n. 36. p.*
*...tiones prohibitæ aut licitæ in electionibus quæ* ...
*...t. 5. §. 8. Subornatio. nu. 60. p. 344.*
*...rio, vt ſoluet à pœnâ homicidij, qualis eſſe de*...
*... 7. §. 5. Homicidium. nu. 5. p. 248.*
*...ccidens hominem ſaxo occultato intra p*...
*...tur de homicidio proditorio. ibid.*
*...ri Comminatio quid ſignificet in iure. Tit.*
*...rnatio. nu. 49. p. 343.*
*...ius Viſitator, ſi congregato Capitulo* ...
*...ocales? quid iuris. ibi. nu. 64. p. 345.*
*...tus à Generali ſub quâ pœnâ acceptanda* ...
*..., Inobedientia. nu. 55. p. 55.*
Debi

... *Adulterium. n. 31. p. 206.*
Sollicitans ad crimen graviùs delinquit, quàm ſollicitatus. *ib. n. 49. p. 210.*
Complices homicidii vocantur homicidæ, & eorum diverſitas recenſetur. *T. 7. §. 5. Homicidiũ. n. 64. p. 439*
*Compulſio* quomodò differat ab inductione, & monitione. *Tit. 5. §. 9. Suaſio. n. 18. p. 349.*
*Conatus* ad crimen quandò puniatur, ut crimen conſummatum. *T. 4. §. 2. Sollicitatio. n. 38. p. 195.*
*Conceſſio*. In conceſſione generali non veniunt ſpecialia veriſimiliter non concedenda. *Tit. 2. §. 6. Læſa. num. 15. pag. 85.*
Facta Primatibus extenditur ad eorum domeſticos. *T. 4. §. 8. Clauſura. n. 8. p. 233.*
Audiendi Miſſam tempore interdicti facta Patrifamilias extenditur ad domeſticos. *ib.*
Inveriſimilis quandò inducat in ſcripturâ ſuſpicionem falſitatis. *Tit. 6. §. 1. liter. falſif. n. 23. p. 359.* (leges fortasè in marg. 319. ſed corrige.)
*Concilium* generale eſt regula infallibilis fidei, & morum. *Tit. 8. §. 4. Abus. in confeſſ. n. 46. p. 516.*
*Concordare* diſſidentes officium pietatis eſt. *T. 6. §. 8. Artium. n. 6. p. 598.*
*Concordia* malitioſa quandò fiat. *Tit. 2. §. 4. Conſpiratio. n. 15. & 21. p. 71. & 72.*
*Concubina* propriè quæ dicatur. *Tit. 4. §. 1. Conſortium. n. 30. p. 178.*
Poteſt eſſe etiam habitando extrà domum concubini. *ibi. §. 3. Fornicatio. n. 7. p. 198.*
Eſt, quæ parata ſemper eſt obſequi concubino. *ib.*
Concubinæ legatum factum à milite armatæ militiæ non valet. *ib. nu. 19. p. 200.*
Eam alens Religioſus de bonis Monaſterii tenetur de furto. *ibid. num. 25. p. 200.*
*Cõcubinatus* quomodò probetur. *T. 4. §. 3. Fornic. n. 9. p. 198*

... Eas ſufficit extraiudicialiter probare. *ibi.*
*Confeſſarius* Minorita recipiens pecuniam, ut alteri reſtituat, delinquit contrectatione. *Tit. 3. §. 2. Pecunia. n. 50. p. 123.*
Confeſſarius. V. *Sacerdos*. V. *Sollicitatio*. V. *Sigillum*. V. *Revelatio*.
Revelans audita in Confeſſione Sacramentali quot jura violet. T. 5. §. 6. *Revelatio. nu. 15. p. 323.*
Obligatur ad tacendum quidquid in Confeſſione audivit. *ib. n. 19. p. 324.*
Tenetur probare, quòd de iis, quæ revelavit, notitiam habuit extrà Confeſſionem. *ib. n. 26. p. 325.*
Si non probet, ſaltem ſemiplenè Reus eſt de revelatâ Confeſſione. *ib. n. 27. & ſeqq. p. 325.*
*Confeſſarii Regulares* à quibus caſibus Papalibus poſſint abſolvere. T. 7. §. 10. *Abortus. n. 35. p. 485.*
Quinam poſſint abſolvere, etiam in foro externo à cenſurâ ob abortũ fœtus animati. *ib. n. 35. & ſeqq. p. 485.*
*Confeſſio extraiudicialis* facit ſolùm indicium ad torturam. T. 4. §. 1. *Conſortium. n. 102. p. 186.* & ad eam ſufficit. T. 5. §. 3. *Infamat. n. 57. p. 304.*
*Confeſſio Judicialis* Rei ſanat defectus proceſſus. T. 4. §. 4. *Adulterium. n. 27. p. 206.*
Qualificata quandò acceptetur in parte tantùm favorabili *Fiſco. ib. num. 33. p. 207.*
Propriè non eſt probatio. T. 4. §. 11. *Sodomia. num. 79. pag. 267.*
Per eam inducitur notorium. *ib. p. 267.*
*Confeſſio Sacramentalis* quandò cadat ſub obligatione. T. 5. §. 1. *Omiſſio. n. 2. p. 279.*
Ac communio Paſchalis, cui tempori ſit alligata. *ib. nu. 7. p. 280.*
Ejus omiſſio contrà laicos quomodò probetur. *ibid.*
Ejus actus quandò incipiat, & duret. T. 4. §. 2. *Sollicitatio. n. 15. p. 191.*
Ejus abuſus quotupliciter contingat. *Tit. 8. §. 4. Abus.*
in

Digitized by Google

*in Confeſſ. nu. 1. pag. 509.*
Contrà eam peccat docens illam non eſſe neceſſariam antè communionem exiſtenti in peccato mortali, *ibi. nu. 3. p. 509.*
An ſit de fide, eam eſſe neceſſariam antè communionem, examinatur. *ibi. num. 4. & ſeqq. p. 509.*
Eâ abutitur Sacerdos illam excipiens abſque approbatione Ordinarii. *ibid. nu. 7. p. 519.*
Eadem abutitur non Sacerdos illam audiens. *ibid. nu. 6. p. 510.*
Eam audire abſque approbatione eſt crimen ſtellionatus, & habet gravitatem criminis falſi. *ibi. nu. 7. pag. 510.*
Illâ abutitur abſolvens à reſervatis ſine facultate requiſitâ *ibi. num. 8. pag. 510.*
Eâdem abutitur illius ſigillum frangens. *ibi. nu. 9. pag. 510.*
Eam publicam nequit facere pœnitens, neque licentiare Sacerdotem, ut peccata ſua in Confeſſione audita revelet. *ibi. nu. 10. pag. 510.*
Ejus abuſus quomodò probandi. *ibi. nu. 12, & ſeqq. pag. 510.*
*Confeſſio* V. *Omiſſio.*
*Confidentia beneficialis* quid ſit, & quomodò contrahatur. *Tit. 8. §. 7. Simonia. nu. 27. p. 540.*
Quare vocetur talis explicatur. *ibi. nu. 28. p. 540.*
Quomodò probetur, & quibus indiciis. *ibi. nu. 34. pag. 541.*
Ejus pœnæ. *ibi. nu. 42. p. 544.*
*Confirmatio* facta à Principe ex certâ ſcientiâ non validat factum. *Tit. 6. nu. 7. pag. 353.*
Statuti in formâ communi novum jus non addit, ſed antiquum conſervat. *Tit. 7. § 3. Provocatio. nu. 36. p. 410.*
*Confiteri* ſacramentaliter Confeſſariis proprii Ordinis tenentur Regulares. *Tit. 5. §. 1. Omiſſio. num. 8. p. 380.*
*Confœderatum* cum Proprio Principe offendens committit crimen Læſæ Majeſtatis. *Tit. 6. §. 2. liter. aperit. nu. 20. p. 369.*
*Confraternitatum bona.* V. *Bona.*
*Congregatio* hominum ad ineundam vitam civilem ad quid inſtituta. *Tit. 2. § 4. Conſpiratio. nu. 43. p. 76.*
Congregationes nocturnæ etiam antiquitùs vetitæ. *ibi. nu. 18. p. 72.*
Factæ ſine licentia congregationes præſumuntur malæ. *ibid.*
Quæ mala cauſent in Religionibus tales congregationes. *ibid.*
*Conjectura*, quibus probatur furtum. *Tit. 3. §. 6. Furtum. nu. 7. p. 144.*
Valent in probando ea, quæ latent animo. *Tit. 5. §. 3. Infamatio. nu. 37. p. 302.*
Conjecturæ tales debent eſſe perſpicuæ. *ibid.*
Excludentes voluntarium à maleficio quæ ſint. *Tit. 7. §. 5. Homicidium. nu. 69. & ſeqq. p. 440.*
*Conſanguinei* cogi poſſunt ad teſtificandum in cauſâ hæreſis. *Tit. 2. §. 7. Hæreſis. nu. 27. p. 96.*
Eorum nomine non veniunt affines. *Tit. 6. § 5. Aſtrologia. nu. 17. p. 389.*
*Conſanguinitas* quomodò probanda. *Tit. 7. § 8. Parricid. nu. 36. p. 467.*
*Conſenſus* Superioris quotuplex ſit. *Tit. 3. § 1. Proprietas. nu. 65. p. 131.*
Communis eſt anima Communitatis. *Tit. 5. §. 5. Libellus. nu. 21. p. 313.*
*Conſequens* non ritè infertur, niſi neceſſario ſequatur ad antecedens. *Tit. 8. §. 5. Abuſ. in matr. nu. 19. pag. 520.*
*Conſequentia* non tenet de majori ad minus deſtructivè. *Tit. 9. §. 1. Jejuniorum. nu. 51. p. 557.*
*Conſilium* ad malum ordinariâ pœnâ non punitur, niſi effectu ſecuto. *Tit. 5. § 9. Suaſio. nu. 23. pag. 350.*
*Conſpiratio* militat contrà obedientiam. *Tit. 2. §. 4. Conſpiratio nu. 1. p. 70.*
Ejus diffinitio *ibi. nu. 2. p. 70.*
Aliquandò ſonat in bonum. *ibid. nu. 3. p. 70.*
In dubio ſumitur in malam partem *ibi.*
Quomodò probetur: *ibid. nu. 6. p. 70.*
Poteſt fieri contrà privatam perſonam. *ibid. num. 5. pag. 70.*
Ejus pœnæ. *ibi. nu. 7. , & ſeqq. p. 71.*
Semper præſefert rationem mali. *ibid. num. 17. pag. 72.*
Quod fuerit in bonum debet probari à Reo prætenſo *ibid.*
De eâ quandò teneatur Superior ex officio inquirere. *ibi. nu. 25. p. 73.*
Ejus caput plus cæteris puniendus. *ibi. nu. 28. p. 73.*
Quomodò detegatur ejus auctor. *ibi. nu. 29. , & 30. p. 73.*
Fit, ut plurimum, contrà Religioſos egregios. *ibi. nu 39. p. 75.*
Poteſt fieri contrà Novitios, & Tertiarios. *ibid. nu. 34. p. 74.*
Ut evitetur, quomodò revelandi ſunt Superiori defectus proximi. *ibid. nu. 41. p. 75.*
*Conſtitutio* fundata ſuper aliquâ qualitate extenditur ad omnes ejuſdem qualitatis. *Tit. 9. § 8. Artium. nu. 4. p. 598.*
*Conſuetudo* delinquendi meretur augmentum pœnæ. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. nu 43. p. 251.*
Aggravat delictum. *Tit. 1. §. 1. Delicta. nu. 21. p. 10. Tit. 1. §. 2. Probatio. nu. 19. p. 10.*
Tolerata, licet iniqua, excuſat à pœnâ temporali. *Tit. 6. §. 5. Homicidium. nu. 5. p. 428.*
Taliter delinquendi facit præſumptionem animi deliberati in homicidio. *ibid. nu. 80. p. 441.*
Nutriens peccatum eſt abuſus, nec ſuſtinetur. *Tit. 7. § 6. Aſſaſſinium. nu. 36. p. 452.*
*Contractus* non reſcinditur, niſi interveniat læſio enormis, & mala fides *Tit. 6. § 4. Alchimia. n. 13. p. 384.*
Pendens conditionatè à voluntate duorum, quandò per diſſenſum unius diſſolvatur. *Tit. 8. § 6. Sortilegium. nu. 22. p. 526.*
*Contrectare* quid importet. *Tit. 3. §. 2. Pecunia. num. 4. p. 117.*
Pecuniam etiam alienam crimen eſt Minoritæ. *ibi. nu. 41. p. 121.*
*Contrectatio pecuniæ* eſt ſpeciale crimen Fratris Minoris de Obſervantiâ. *Tit. 3. § 2. Pecunia. nu 1. p. 116.*
Quomodò probetur. *ibid. nu. 20. , & ſeqq p. 119.*
Eſt Minoribus interdicta, etiam ſeclusâ proprietate *ibi. nu. 10. p. 118.*
Eſt delictum diſtinctum à proprietate. *ibi. nu. 13. p. 118.*
*Contrectatio* naturalis, & civilis, quæ. *Tit. 3. §. 2. Pecunia. nu. 5. p. 117.*
Aſſidua rei furatæ non auget actionem de furto. *ibi. nu. 4. p. 117.*
*Contumacia* quid ſit, & quotupliciter incurratur. *Tit. 2. §. 2. Inobedientia. nu. 6. pag. 49.*
Ejus differentia ab inobedientiâ. *ibi. nu. 7. pag. 49.*

Suppo-

Digitized by Google

*Conſuetudo* fundata ſuper aliqua quantitate ...
omnes ejuſdem qualitatis. *Tit. 9. § 8. Arm.*
*4 p. 598.*
*Conſuetudo* delinquendi meretur augmentum pœnæ.
*5. § 3. Blaſphemia. nu. 43 p. 251.*
Aggravat delictum, *Tit. 1. § 1. Delicta. nu. 2.*
*Tit. 1. § 2. Probatio. nu. 19 p. 10.*
Tolerata, licet iniqua, excuſat à pœnâ tempo...
*Tit. 6. § 5 Homicidium. nu. 5 p. 428.*
Taliter delinquendi facit præſumptionem animi
liberati in homicidio. *ibid. nu. 80. p. 441.*
utriens peccatum eſt abuſus, nec ſuſtinetur. *Ti...*
*§ 6. Aſſaſſinium. nu. 36 p. 452.*
*...actus* non reſcinditur, niſi interveniat læſio ...
mis, & mala fides *Tit. 6. § 4. Alchimia. n. ...*
...ndens conditionatè à voluntate duorum, ...
per diſſenſum unius diſſolvatur, *Tit. 8 § ...*
*...gum. nu. 22. p. 526.*
*...ctare* quid importet. *Tit. 3. § 2. ... nu.*
*... p. 117.*
...uniam etiam alienam crimen eſt Minoris. *ibi*
*nu. 45. p. 122.*
*...tatio pecuniæ* eſt ſpeciale crimen Fratris Mino...
... Obſervantiâ. *Tit. 3. § 2 Pecunia. nu. ... p. 118*
...modò probetur. *ibid. nu. 20., & ſeqq. p. 119.*
...Minoribus interdicta, etiam ſecluſâ proprie...
*nu. 10. p. 118.*
...ictum diſtinctum à proprietate. *ibi. nu. 15...*
...rie naturalis, & civilis, quæ. *Tit. 3. § 2. Pe...*
*p. 117.*
... rei furatæ non auget actionem de furto ...
...7.
...a quid ſit, & quotupliciter incurratur. *...*
*nu. 6. pag. 49.*
*... Inobedientia. nu. 6. pag. 49.*
...ferentia ab inobedientiâ, *ibi. nu. 7. pag. ...*
*Suppo...*

... improperio. *ibi. num. 77. pag.*
295.
Poteſt eſſe in dictis, & factis. *ibi. num. 5 p. 285.*
Verbalis contrà Papam quotuplex poſſit eſſe, & à
quò puniendus. *ibi nu. 57. pag. 293.*
Quomodò differat à detractione. *ibi. § 3. Infamatio.*
*n. 2. pag. 297.*
Quomodò diſtinguatur à convicio. *ibi.*
*Conventionis* nomine venit omne pactum. *Tit. 8. § 7. Simonia. n. 3. p. 597.*
*Conventus* quandò dicatur eſſe in loco. *Tit. 2. § 1. Apoſtaſia. num 78. pag. 35.*
Quid importet. *Tit. 9. § 1. Jejuniorum. num. 36. pag. 555.*
Conventus. *V. Monaſterium. V. Clauſura.*
*Converſatio* cum Hæretico probat ſuſpicionem hæreſis.
*Tit. 2. § 7. Hæreſis. nu. 32. pag. 97.*
*Convicium* quid ſit, & quotuplex. *Tit. 5. § 2. Blaſphemia. nu. 74., & 75. pag. 295.*
Quomodò differat à contumelia *ibi. nu. 76. pag. 295.*
In Subditos jaciens Prælatus quandò puniendus. *ibid. nu. 83., & ſeqq. pag. 296.*
Quomodò diſtinguatur ab improperio. *Tit. 5. § 3. Infamatio. nu. 2. pag. 297.*
*Copula* coniugati cum ſoluta non habetur in jure Civili
prò adulterio. *Tit. 4. § 3. Fornicatio. num. 2. pag. 197.*
Præsbiteri cum ſoluta apud Criminaliſtas non habetur prò ſacrilegio. *ibi.*
Coniugati cum ſolutà de jure Canonico eſt adulterium. *ibi. nu. 2. p. 197.*
Cum fœmina non ſacra in foro fori non habetur prò
ſacrilegio. *ibi. nu. 5. p. 198*
Cum fœmina ſoluta quotupliciter diverſificetur. *ibi. nu. 6. p. 198.*

... *nu. 21. p. 481.*
Quandò non poteſt ſtatui in judicio probandum eſt
per Teſtes. *ibi. nu. 22. p. 481.*
*Corpus humanum* æſtimationem non recipit. *Tit. 4. § 10. Mollities. nu. 14. pag. 252.*
*Correctio* debet fieri abſquè contumelia. *Tit. 5. § 2. Blaſphemia. nu. 8. pag. 296.*
*Correlativum.* Quandò diſpoſita prò uno ex correlativis extenduntur ad aliud. *Tit. 4. § 11. Sodomia. nu. 47. pag. 263 Correlativum. V. Relativum.*
*Credita* ad longum tempus ſunt bona immobilia. *Tit. 3. § 4. Alienatio. nu. 10. pag. 134*
*Credulitas* excuſat à pœna ordinaria. *Tit. 2. § 1. Apoſtaſia. num. 107. p. 38* (leges in corpore ſibi luere; ſed
lege, ſibi licere)
*Crimen* quid importet. *Tit. 1. § 2. Delicta. nu. 11. pag. 10.*
Quomodò differat à delicto. *ibi.*
Atrox vehementes requirit præſumptiones. *Tit. 2. § 6. Læſa nu. 36. p. 89.*
Crimina carnis actu conſummata quomodò diſtinguantur. *Tit. 4. § 3. Fornicatio. nu. 2. p. 197.*
Crimina carnis graviora fornicatione neceſſariò ... *ibi. § 4. Adulterium. nu. 45. p. 209.*
Crimen exaratum in Epiſtola habet vim confeſſionis
extrajudicialis. *Tit. 6. § 2. Litteræ aper. num. 35. pag. 371.*
Criminis commiſſio in quo conſiſtat. *Tit. 7. § 6. Aſſaſſinium. nu. 31. pag. 451.*
*Crimina* carnis per quid ſpecie diſtinguantur. *Tit. 4. § 12. Beſtialitas. nu. 2. pag. 269.*
Duo quando concurrunt in eodem facto, punitur id
quod eſt gravius. *ibi § 4. Adulterium. num. 50. 210.*
Duo quandò tendunt ad eundem finem, & ſimul committuntur, punitur, quod eſt gravius. *ibi.*

Plura

Digitized by Google

Plura concurrentia non faciunt, quod ullius detur impunitas. *ibi.*

Plura diſparata committens multiplici pœna punitur, *ibi.nu.52.pag.201.*

*Crimen.* De crimine legitimè conſtare quandò dicatur. *ibid.nu.56.p.201.*

Lapſus in crimen primâ, ſecundâ, & tertiâ vice quis dicatur. *ibid. num. 55.pag. 201.*

*Crimen.* V. *Delictum.*

*Crudelitas* vitium eſt. *Tit. 5. §.5. Libellus, n.50. p.308.*

Quomodò differat à ſævitia, & feritate. *ibid.*

*Culpa* eſt exercitium operis illiciti. *Tit. 7.§.5. Homicid. nu.41.pag.435.*

Quandò provenit à dolo malo, punitur ut dolus. *ibi. nu. 55.p. 437.*

Legalis quintuplicitèr dividitur à Bartolo. *Tit. 9. §. Incendii. num. 4. p.574.*

Dividitur tripliciter. *ibid.*

Lata quæ ſit. *ibi.*

*Culpa levis* quæ cenſeatur. *ibi. nu. 5.p. 574.*

Committitur omittendo, & committendo. *ibi.*

An ex hac quis poſſit criminaliter conveniri. *ibi.*

*Culpa leviſſima* quæ ſit. *ibi.nu.6.pag.574.*

De hâc non datur actio criminalis. *ibid.*

*Cultellus* conſueto longior venit nomine armorum, *Tit. 7. §.1. Armorum. nu.10 pag.394.*

Cultellos deferre in Statu Eccleſiaſtico eſt crimen atrociſſimum, *ibi. nu.7.pag.393.*

# D

Dæmon, quantùmvis poſſit fœcundare Mulierem, non poteſt tamen à viro concipere, & hominem generare. *Tit.4.§.12. Beſtialitas. n.11.pag. 270.*

Non coit cum Sagis, aut Magis, niſi poſt emiſſam profeſſionem ſui famulatus. *Tit.4.§. 13. Dæmonialitas nu. 12.pag. 275.*

Duplici modo coit cum hominibus. *ibid. num. 11. pag.275.*

Quomodò prægnantem reddat fœminam. *ibid.nu.24. pag.275.*

Dæmon. V. *Incubus.* V. *Folletti.* V. *Magus.* V. Striges.

*Dæmonis invocatio* expreſſa quandò eveniat, *Tit. 8.§.6. Sortilegium. nu. 13.pag.525.*

Tacita quandò contingat. *ibi.nu.14. pag.525.*

Opinio, quòd invocatio Dæmonis ſemper interveniat, quandocunque uſurpentur media inutilia ad effectum impugnatur. *ibid. nu.15.& 16. pag.525.*

Dæmonis invocatio excluditur per expreſſam contrariam proteſtationem. *ibi.nu.16.pag.525.*

Dæmon requirit intentionem operantis in ſortilegiis, ſicut Chriſtus eam requirit in Sacramentis. *ibi.nu. 17.pag.526.*

Ejus invocatio expreſſa, ſivè deprecativa, ſivè imperativa ſit, ſemper concludit ſortilegium in opere. *ibi.nu.28 pag.528.*

Et hoc, quamvis nomen Dæmonis non exprimatur ſed aliud. *ibi.*

Diabolus ſe celat ſub nomine alicujus Sancti, præſertim Joannis. *ibid.*

*Dæmonialitas* quid ſignificet, & à quo primùm nominata. *Tit.4. §.13. Dæmonialitas. nu.1. p. 273.*

Ejus diffinitio tradita à D. Thoma examinatur. *ibi. nu. 2.pag.273.*

Differt ſpecie à beſtialitate. *ibi.nu.3. & 4. p.273., & 274.*

Quomodò probetur. *ibid.num.32. pag.277.*

Indicia ad eam. *ibi.nu.33., & 34.pag.277.*

Quandò deveniri poſſit ad torturam ſuper hoc crimine. *ibi.nu.36 pag.277.*

*Damnum* venit nomine fraudis. *Tit.6.§. 4. Alchimia.nu. 13. pag.384.*

Datum ex culpa levi compenſatur in duplum; ex leviſſima in ſimplum. *Tit.9 §.5. Incendii nu.31 p.577.*

*Dantes* aliquid in Curia Romana prò gratia, vel juſtitia an incurrant pœnas Bullarum loquæntium de hac materia. *Tit.3.§.5. Donatio. nu.8 pag. 141.*

*Debilitas* causæ aggravat delictum. *Tit.1§.2. Delicta nu. 19 pag.10.*

*Debitum* contractum quandò ſit crimen. *Tit.3 §1. Proprietas. nu. 72., & ſeqq. pag. 113.*

Vt ſit quis punibilis de eo, oportet, ut ſit contractum ob turpem cauſam. *ibi. nu. 76.pag.115.*

Hoc crimen requirit frequentiam actuum. *ibi.nu.77. pag.115.*

Debitum quid ſit. *ibid.nu.72.pag.113.*

*Declaratio* legis non publicata non ligat, quamvis Legiſlatur dicat, ſe non ità intellexiſſe. *Tit.4.§.8. Clauſeræ. nu.48.p.240.*

*Decoctores* dui dicantur. *Tit.3.§.1. Proprietas. n.76.p.115.*

*Decurio* de coquens pecuniam publicam quomodò puniendus *Tit.3..§.1 Proprietas. nu.75.pag.114.*

Inquiſitus de falſo non gaudet privilegio Decurionum. *Tit.6. n.7.p.353.*

*Defectus proximi*, ut manifeſtentur Superiori, pœnam requirunt. *Tit.2.§.4. Conſpiratio nu.24.p.73.*

Quomodò revelandi Superiori, ut vitetur conſpiratio. *ibi.num.41.pag.75.*

*Defenſio* Hæretici facit ſuſpectum de Hæreſi. *Tit. 2.§.7. Hæreſis. nu. 30.& 31.p. 96.*

Inculpata quæ ſit, & quandò *Tit. 7.§.3. Provocatio. nu. 62, & ſeqq.pag.412.*

Propria excuſat à parricidio. *Tit.7.§.8. Parricid. nu. 5. pag.462.*

*Defenſores* Hæreticorum quas pœnas ſubeant. *Tit. 2.§.7. Hæreſis. nu.50., & ſeqq. p. 100.*

*Definitio.* V. *Diffinitio.*

*Defloratio* quid ſit. *Tit. 4. §.5. Stuprum. nu.2.p. 215.*

Ejus ſigna remiſſivè. *ibid.nu.7.p.216.*

Obſervanda à Judice in pronunciando, quòd in defloratione intervenerit vis. *ibi.nu 8.p.216.*

*Defunctum* infamans aut diffamans puniendus. *Tit. 5.§. 3. Infamatio. nu.45. p.303.*

Bona fama defuncti honorat Religionem. *ibi.p.303.*

Ejus cadaver ſpolians ſacrilegium committit. *ibid.*

*Degradari* non debet Clericus, niſi in caſibus in jure expreſſis, *Tit. 7.§.1. Armorum. nu.18 p.396.*

*Delegatio* quandò fiat privativè, & quandò cumulativè quo ad alios, *Tit.8.§.6. Sortilegium. n. 55.p. 533.*

*Delegatus* comparatur deleganti. *Tit.2.§.2. Inobed.nu. 107.p.61.*

*Deliberatio* delinquentis aggravat delictum. *Tit. 1.§. 2 nu.20.p.10.*

Quid ſit. *Tit.2. §.5. Schiſma. nu.20.p.79.*

*Delictum* quid ſit. *Tit.1.§.2. Delicta.n.12. p. 10.*

Quomodò differat à peccato. *ibi.n.9.p.9.*

Quomodò, & ex quibus cauſis aggravetur. *ib.num. 17. & ſeqq.p.10.*

Ob quæ minoretur in gravitate. *ib.n.31.p. 11.*

Ejus gravitas à quo cognoſcatur. *ibid. num.34. & ſeqq. pag.12.*

Ejus

Digitized by Google

Quomodò revelandi Superiori, ut viǝtur ... tio. *ibi. num. 41. pag. 75.*
...*reſenſio* Hæretici facit ſuſpectum de Hæreſi. *Tit. 2. §.* ... *Hæreſis. nu. 30. & 31. p. 96.*
Inculpata quæ ſit, & quandò *Tit. 7. §. 3. Promi...* *nu. 62, & ſeqq. pag. 412.*
Propria excuſat à parricidio. *Tit. 7. §. 8. Parricid. n* ... *pag. 463.*
...*enſ...res* Hæreticorum quas pœnas ſubeant. *Tit. 2.* ... *Hæreſis. nu. 50., & ſeqq. p. 100.*
...*finitio. V. Diffinitio.*
...*floratio* quid ſit. *Tit. 4. §. 5.* Stuprum. *nu. 3. p. 2...*
...us ſigna remiſſivè. *ibid. nu. 7. p. 216.*
...bſervanda à Judice in pronunciando, quòd in de...
...ratione intervenerit vis. *ibi. nu. 8. p. 216.*
...*ctum* infamans aut diffamans puniendus. *Tit.* ...
...3. *Infamatio. nu. 45. p. 303.*
...na fama defuncti honorat Religionem. *ib...*
Ejus cadaver ſpolians ſacrilegium committit. *ibid.*
...*dari* non debet Clericus, niſi in caſibus in jure ex-
...preſſis. *Tit. 7. §. 1. Armorum. nu. 11. p. 396.*
...*tio* quandò fiat privativè, & quandò cumulati...
...uo ad alios. *Tit. 8. §. 6. Sortilegium. n. 55. p. 5...*
...*cus* comparatur deleganti. *Tit. 2. §. 2. Inobedi...* ...*7. p. 61.*
...*tio* delinquentis aggravat delictum. *Tit. 1. §.* ... *20. p. 10.*
...ſit. *Tit. 2. §. 5. Schiſma. nu. 20. p. 79.*
... quid ſit. *Tit. 1. §. 2. Delicta. n. 12. p. 10.*
...odò differat à peccato. *ib. n. 9. p. 9.*
...odò, & ex quibus cauſis aggravetur. *ib...* ...*9. p. 10.*
... minoretur in gravitate. *ib. n. 31. p. 11.*
...vitas à quo cognoſcatur. *ibid. num. 34. p.* ...
...2.

*Ejus*

A tota ſpecie graviora ſunt quovis crimine carnis naturali. *ibid.*
Nocturna ſunt graviora. *Tit. 9. §. 5. Incendii. num. 15. pag. 576.*
*Delinquens* ex deliberatione aggravat delictum. *Tit. 1. §. 2. Delicta. n. 20. p. 10.*
*Denominatio* fit à digniori, & potentiori. *Tit. 6. §. 3. Falſificatio. num. 45. pag. 380.*
*Depopulator agrorum* nocturnus poteſt occidi. *Tit. 7. §. 5. Homicidium. n. 19. pag. 431.*
Non gaudet immunitate Eccleſiæ. *Tit. 9. §. 6. Latrocinium. n. 32. p. 585.*
*Depoſitarius* nequit eſſe Regularis ſinè licentiâ Prælati. *Tit. 9. §. 8. Artium. nu. 19. pag. 600.*
*Depoſitio* eſt ſecundus gradus pęnarum canonicarum. *T. 1. §. 4. Pœna. n. 18. p. 18.*
*Depoſitum* pecuniæ etiam merè naturale eſt Minoribus interdictum *Tit. 3. §. 2. Pecunia. n. 15. p. 118.*
Acceptum negans propè furtum committit. *Tit. 3. §. 6. Furtum. nu. 19. pag. 147.*
Factum in Eccleſiâ furans quandò puniendum morte. *ib. n. 41. p. 151.*
Illud recipiens Regularis abſquè licentiâ, an graviter peccet, controvertitur. *Tit. 9. §. 8. Artium. num. 19. pag. 600.*
Illud non tenetur Conventus reſtituere, ſi datum fuerit Religioſo privato. *ibid.*
*Predatio* robaria, & rapina ſunt ſynonima. *Tit. 9. §. 6. Latrocinium. n. 3. p. 580.*
*Derogare*. Poſteriora derogant prioribus. *Tit. 1. §. 2. Delicta. n. 2. p. 8.*
*Detractio*, & contumelia quomodò differant. *Tit. 5. §. 3. Infamatio. n. 2. p. 297.*
*Detruſio* in Monaſterium eſt tertius gradus pęnarum canonicarum. *Tit. 1. §. 4. Pœnarum. n. 18. p. 18.*

...*tium. n. 41. pag. 603.*
*Paulò antè* quid importet. *Tit. 3. §. 6. Furtum. nu. 15. p. 143.*
*Per* quid inferat. *T. 2. §. 1. Apoſtaſia. n. 66. p. 34.*
*Pro* quid importet. *Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia. nu. 119. pag. 40.*
*Poſt* quid ſignificet. *Tit. 2. §. 1: Apoſtaſia. n. 143. pag. 43.*
*Prorſus* quid ſignificet. *Tit. 8. §. 7. Simonia. nu. 40. p. 543.*
*Præter* quid inferat. *Tit. 9. §. 2. Itinerant. nu. 24. pag. 563.*
*Quaſi* quid importet. *Tit. 3. §. 7. Dilapidatio. n. 2. p. 156. & T. 5. §. 9. Libellus. n. 32. pag. 114.*
*Quæ* relativa quid importet. *Tit. 4. §. 8. Clauſura. num. 63. p. 242.*
*Què* coniunctiva requirit utrumquè copulatum verificari, maximè in pęnalibus. *Tit. 4. §. 2. Sollicitatio. n. 6. p. 189.*
*Quacumquè* quid ſignificet. *ib. n. 11. p. 190.*
*Qui*, vel *Quibus* quid importet. *Tit. 2. §. 2. Inobedientia. n. 57. pag. 56.*
*Quiſquam*, & *Quiſquis* quid ſignificet. *ib. n. 115. p. 62.*
*Quomodolibet* quid inferat. *Tit. 5. §. 5. Libellus. nu. 63. pag. 319.*
*Quoquomodò* quid importet. *Tit. 2. §. 3. Appellatio. nu. 38. p. 68.*
*Severè* quid ſignificet. *Tit. 5. §. 5. Libellus. num. 48. pag. 318.*
*Sivè* quid operetur. *Tit. 4. §. 2. Sollicitatio. nu. 6. pag. 189.*
*Tanquàm* quot ſignificata habeat. *Tit. 3. §. 2. Pecunia. n. 38. & 39. p. 122. & Tit. 6. §. 2. lit. apoſtol. nu. 2. pag. 366.*
*Totaliter* quid importet. *Tit. 3. §. 2. Pecunia. num. 18. pag. 129.*


KKKK *Vltrà*

Digitized by Google

*Vſurâ* quid ſignificet. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. n.* 143. *p.* 43. & *Tit.* 5. §. 5. *Libellus. nu.* 11. *p.* 311.

*Dies* naturalis, & artificialis qui. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 65. *pag.* 34.

Artificialis variam habet longitudinem. *ibid.*

Naturalis ad incurrendam contumaciam quomodò computandus. *ibid.* §. 2. *Inobedienț. nu.* 94. *p.* 60.

*Diffamare.* Diffamans quo caſu evadat pœnas diffamationis, probando, quod ab alijs audivit crimen diffamatum. *T.* 5. §. 3. *Infamatio. nu.* 22. *p.* 300.

Probando publicam famam criminis diffamati evadit pœnam. *ibi. nu.* 34. *p.* 302.

Iudex tali caſu ex officio tenetur inquirere de primo auctore famæ. *ibid.*

Diffamans ex levitate animi, inconſideratione, &c. an puniendus. *ibid. nu.* 39. *pag.* 302.

Diffamans crimen dicendo ſe tamen illud non credere, an puniendus. *ibid. nu.* 47. *p.* 303.

Diffamans de crimine in genere puniendus eſt. *ibid. nu.* 49. *pag.* 303.

Diffamans Communitatem graviùs delinquit, quàm diffamando particularem perſonam. *ibid. num.* 50. *pag.* 303.

Diffamans de re, infamiam, pariente, non autem criminali, quandò, & quâ pœna puniendus ſit. *ibid. nu.* 53. *pag.* 304.

Diffamans ſeipſum de crimine, quâ pœna puniendus, *ibi. nu.* 56. & 57. *p.* 304.

Diffamans defunctum. *V. Defunctus.*

*Diffamatio* proximi de delicto ſemper eſt criminalis. *ibid. num.* 28. *p.* 301.

*Diffamatus* de crimine quomodò iudicialiter agere debeat pro fama recuperanda. *Tit.* 5. §. 3. *Infamatio. num.* 28. *pag.* 301.

Si non probat diffamationē quid iuris. *ibi. n.* 30. *p.* 301.

Si accuſare vult diffamantem, quam cautelam ſeruare debet. *ibid.*

Si primus auctor diffamationis negat, ſe diffamaſſe, quid agendum *ibi. nu.* 34. *p.* 302.

*Diffidare* quid importet. *Tit.* 7. §. 4. *Duellum. num.* 3. *pag.* 418.

*Diffinitio* omnis in iure periculoſa. *Tit.* 5. §. 7. *Periurium. nu.* 3. *pag.* 330.

*Digitus* eſt pars membri, non membrum. *Tit.* 7. §. 5. *Homicid. nu.* 105. *pag.* 445.

*Dignitas* perſonæ aggravat delictum. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta. nu.* 17. *pag.* 10.

Item dignitas obiecti. *ibid. nu.* 18. *pag.* 10.

Pariter dignitas loci. *ibi. nu.* 24. *p.* 11.

Teſtium non aſſecurat à falſitate. *Tit.* 2. §. 7. *Hereſis. num.* 22. *pag.* 95.

*Dignitas* Epiſcoporum maior Regali. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 6. *pag.* 286.

Cardinalium reductiuè ſpectat ad fidem. *ibid. nu.* 58. *pag.* 293.

Quid importet. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 52. & 53. *pag.* 545.

*Dilapidantes* laici communia bona ex dolo tenentur pœnâ peculatus. *Tit.* 3. §. 7. *Dilapidatio. num.* 21. *pag.* 161.

Ex culpa tenentur etiam de leviſſima. *ibid. num.* 20. *pag.* 161.

*Dilapidatio* quid ſit, & eius etymologia. *ibid. num.* 1. *pag.* 156.

Quid importet. *ibi. nu.* 3. *pag.* 156.

Alienorum bonorum eſt fraus. *ibi. nu.* 6. *pag.* 157.

Eius diffinitio. *ibid. num.* 8. *pag.* 157.

Eius ſuſpicio quomodò probetur. *ibi. nu.* 13. *p.* 159.

Eius pœnæ. *ibi. nu.* 20. & *ſeqq. pag.* 161.

*Diſcere*, & docere prohibita parificantur. *Tit.* 6. §. 4. *Alchimiæ. nu.* 19. *pag.* 385.

*Diſpenſare* ex cauſa poteſt Superior in præceptis Regulæ. *Tit.* 3. §. 2. *Pecunia. nu.* 51. *p.* 123.

Pro ſe poteſt Prælatus, quod diſpenſat pro alijs. *ibid. nu.* 53. *pag.* 124.

Facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate ex homicidio voluntario, non poteſt diſpenſare ſuper ea ex Aſſaſſinio. *Tit.* 7. §. 10. *Abortus. nu.* 46. *p.* 487.

Facultas diſpenſandi ſuper irregularitate ob homicidium voluntarium, bigamiam, aut abortum numquàm fuit Regularibus conceſſa. *ibid. nu.* 61. *pag.* 489.

*Diſpenſare* V. *Irregularitas.*

*Diſpenſatio* inhabilitatum contractarum ab Apoſtatis ad quem ſpectat. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. num.* 53. *pag.* 33.

Super interſtitijs requirit prò cauſâ neceſſitatem, & vtilitatem *ibi. nu.* 129. *p.* 41.

Circà privationem ſuffragiorum cum Apoſtata emendato quandò locum habeat. *ibi. n.* 170. *p.* 46.

Sinè cauſa legitima eſt invalida *Tit.* 3. §. 2. *Pecuniæ. nu.* 52. *pag.* 113. & *Tit.* 7. §. 1. *Armorum. num.* 25. *pag.* 397.

Eius verâ cauſa ceſſante, etiam ipſa ceſſat. *ibid.* §. *Armorum. nu.* 25. *p.* 397.

Eſt ſtricti iuris, & debet lædere ius commune miniùs quam poſſit. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium. n.* 19. *p.* 431.

Data pro foro interno non valet pro externo. *ibid.* §. 10. *Abortus. nu.* 58. *pag.* 489.

Eam petens à Sac. Penitentiaria ſuper irregularitate ob abortum procuratum, debet exprimere, ſi fœtus eſt à ſe genitus. *ibid. nu.* 61. *p.* 489.

Non extenditur ad caſum ſeparabilem, cum ſit ſtricti iuris. *Tit.* 9. §. 1. *Iejuniorum. n.* 4. *p.* 549.

Super abſtinentia à carnibus non importat diſpenſationem à iejunio. *ibid.*

Super vſu lacticiniorum, quam Provinciales dant perpetuam; Superiores locales poſſunt dare temporalem, quo caſu, & quomodò. *ibi. nu.* 41. *p.* 555.

*Diſponere* de rebus ſuis poteſt quivis poſt capitale crimen, non tamen in fraudem Fiſci. *T.* 2. §. 7. *Hereſis. nu.* 58. *p.* 101.

*Diſputare* de poteſtate Summi Pontificis in quo ſenſu ſacrilegium ſit. *Tit.* 8. *num.* 5. *p.* 493.

De poteſtate Principis prò tuendo iure Populi ſacrilegium non eſt. *ibid.*

*Diſquiſitores* revelantes vota Capitularium quomodò puniendi. *T.* 5. §. 6. *Revelatio. num.* 54 & *ſeqq. p.* 328.

*Diſſenſus.* Variæ ſententiæ circà diſſenſum voluntatis in ordine ad raptum. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus. nu.* 4. *p.* 225.

*Diſſimulatio* ſcientiam ſupponit. *Tit.* 9. §. 4. *Lenocinium. nu.* 10. *pag.* 570.

*Diſtantia* modica à Conuentu excuſat ab Apoſtaſia. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 18. *pag.* 26.

Diverſimodè cenſetur pro diverſitate locorum. *ibid. nu.* 19. *pag.* 26.

Diſtantia magna loci non eſt neceſſaria ad raptum. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus. nu.* 2. *pag.* 224.

*Diſtrictio* quid ſignificet. *Tit.* 5. §. 3. *Infamatio. num.* 41. *pag.* 303.

*Diverſa.* Diverſorum diverſum eſt iudicium. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus. nu.* 59. *pag.* 319.

Data pro foro interno non valet pro extern...
§. 10. *Abortus. nu.* 58. *pag.* 489.
Eam petens à Sac. Penitentiaria ſuper irregularitate ob abortum procuratum, debet exprimere, ... eſt à ſe genitus. *ibid. nu.* 61. *p.* 489.
Non extenditur ad caſum ſeparabilem, cum ... iuris. *Tit.* 9. §. 1. *Iejuniorum. n.* 4. *p.* 549.
Super abſtinentia à carnibus non importat diſpe... tionem à iejunio. *ibid.*
Super vſu lacticiniorum, quam Provinciales ... perpetuam; Superiores locales poſſunt dare te... ralem, quo caſu, & quomodò. *ibi. nu.* 41. *p.* ...
...ponere de rebus ſuis poteſt quivis poſt capitale ... men, non tamen in fraudem Fiſci. *T.* 2. §. 7. *He...* *ſis. nu.* 58. *p.* 101.
...putare de poteſtate Summi Pontificis in quo... ſacrilegium ſit. *Tit.* 8. *num.* 5. *p.* 493.
...e poteſtate Principis pro tuendo iure, ... legium non eſt. *ibid.*
...uiſitores revelantes vota Capitularium quomodò p... niendi. *T.* 5. §. 6. *Revelatio. num.* 54. & ſeqq. *p.* ...
...nſus. Variæ ſententiæ circà diſſenſum voluntatis ... ordine ad raptum. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus. nu.* 4. *p.* ...
...iliario ſcientiam ſupponit. *Tit.* 9. §. 4. *Lenoc...* *nu.* 10. *pag.* 570.
...tia modica à Conuentu excuſat ab Apoſtaſia ... §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 18. *pag.* 26.
...rſimodè cenſetur pro diverſitate locorum ... 19. *pag.* 26.
...ntia magna loci non eſt neceſſaria ad ... 4. §. 7. *Raptus. nu.* 2. *pag.* 224.
...o quid ſignificet. *Tit.* 5. §. 3. *Infamatio* ... 303.
Diverſorum diverſum eſt indicium. *Tit.* 5. ... *...tus. nu.* 59. *pag.* 319.

...propria debet eſſe cuique tutiſſimum refugium. *T.* 1. §. 2. *Delicta. nu.* 24. *pag.* 41.
Suſpecta quæ poſſit dici. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. num.* 87. & 89. *pag* 184.
Ingreſsus in domum ſuſpectam quandò inferat crimen. *ibi. nu.* 90. *pag.* 184.
An præerequiratur ſuſpectũ conſortium, vt ingreſſus in eam reddatur criminalis *ibi. nu.* 91. *p.* 185.
Nomine domus non venit capanna, aut paleare. *Tit.* 9. §. 5. *Incendij. nu.* 16. *p.* 576.
*Donare* de bonis ſuis, pendente Cauſa, poteſt *Hæreticus. Tit.* 2. §. 7. *Hæreſis. nu.* 58. *pag.* 101.
*Donatio* eſt actus virtutis. *Tit.* 3. §. 5. *Donatio. nu.* 1. *p.* 140.
Quid ſit. *ibi. nu.* 2. *pag.* 140.
Remuneratoria non eſt donatio. *ibid. n.* 2. *p.* 140.
Quomodo in Religioſo viro ſit crimen. *ibi. n.* 3. *p.* 141.
Hujus nomine quandò veniat largitio. *ibi. n.* 5. *p.* 141.
Donationis crimen quomodò probetur. *ibi n.* 10. *p.* 142.
Facta ad malum finem dupliciter eſt punibilis. *ibid. nu.* 11. *pag.* 142.
Vt ſit punibilis iudicialiter apud Minores, quid requiratur. *ibi. num.* 12. *p.* 142.
*Donum*, & munus quomodò differant. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 9. *p.* 537.
*Dormire* ſinè habitu an ſit peccatum, & quandò iudicialiter punibile. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſt. n.* 177. & *ſeqq p.* 47.
*Duellum* propriè ſumptum quid ſit. *Tit.* 7. §. 4. *Duellum. nu* 4. *pag.* 418.
Eius finis qui ſit. *ibid.*
Prohibetur de iure divino. *ibid.*
Per hoc indagare veritatem eſt Deum tentare. *ibid.*
Eius communiter ſumpti diffinitio. *ibid. nu.* 5. *p.* 418.
Non eſt niſi armata manu committatur *ibid.*
Vt ſit, quæ requirat. *ibid nu.* 6. & 12. *p.* 418. & 419.
Non eſt pugna quæ fit tẽpore nõ condicto. *ib. n.* 7. *p.* 418.
Requirit præmeditationẽ. *ibi. n.* 8. & 13. *p.* 418. *et* 420.

...ſorium incurrunt cenſuras. *ibi. nu.* 24. *p.* 421.
Conſilium, auxilium, operam, favorem, &c. dantes ad talem libellum excõmunicantur. *ibi. n.* 25. *p.* 421.
Patrini duellantium ſubeunt cenſuram. *ibi. n.* 26. *p.* 421
Spectantes ex compoſitò incurrunt excommunicationem. *ibid. nu.* 27. *pag.* 421
Spectantes ex curioſitate non incurrunt. *ibid.*
Princeps concedens duellantibus campum francum, aut impunitatem, quo caſu excommunicetur. *ibid. num.* 28. & 29. *pag.* 422.
Pœnæ duellantium latæ à Gregorio XIII. & Clement. VIII. *ibi. nu.* 31. *pag.* 422.
Principales, duello non ſecuto, non incurrunt dictas pœnas, benè tamen complices. *ibi. n.* 32. *p.* 422.
Diffidans ad duellum, quem certò ſcit non eſſe illud acceptaturum, nõ incurrit cenſuram. *ibi. n.* 34. *p.* 423
Provocans, aut acceptans Duellum, qui certò ſciunt illud eſſe impediendum, non ſubeunt pœnas. *ibid.*
Acceptans duellum, ne ſubeat iacturam honoris, an peccet. *ibi. nu.* 35. *p.* 423.
Duellum poteſt acceptari prò tutella vitæ, famæ, ac bonorũ in notabili quantitate. *ibi. n.* 36. & 37. *p.* 423
Ad evadendam ſolam notam timiditatis non poteſt acceptari duellum. *ibi. nu.* 38. ( *reperies nu.* 39. *ſed corrige, et leg. nu.* 38. ) *pag* 423.
Pœnæ contrà duellantes. *ibi. nu.* 41. & *ſeqq. p.* 424.
Ex duello incurritur infamia ipſo facto. *ib. n.* 42. *p.* 424.
Duellans alium occidens tenetur pęna homicidij. *ibid. num.* 43. *pag.* 424.
Ob duellum bona confiſcantur. *ibid. nu.* 44. *p.* 424.
Decendentes in duello, etiamſi abſoluti antè mortem non ſepeliri debent in ſacro; ſed de conſuetudine non ſeruatur. *ibid. nu.* 45. *p.* 424.
Vulnerati in duello, & abſoluti, ſi ex poſt decedunt ſepeliuntur in ſacro. *ibid.*
Princeps amitit locum, in quo duellum permiſit. *ibid. nu.* 46. *p.* 425.

Kkkk 2 Loca,

Digitized by Google

Loca, in quibus non fuit impeditum duellum à Magiſtratu, qui potuit impediri, ſupponuntur interdicto. *ibi. nu.* 47. *pag.* 425.

Pœnæ Clericorum pugnantium in duello, *ibid. nu.* 48. *& ſeqq. pag.* 425.

Regularis diffidans Regularem ad concertandum ſaxis aut baculis, an incurrat cenſuras, & pœnas contra duellantes. *ibi. n.* 51. *& ſeqq. p.* 425.

# E

*Eccleſiæ* Minorum an poſſint habere annuos reditus. *Tit.* 3. §. 3. *Redituum. nu.* 17. *et ſeqq. pag.* 130.

Sunt capaces hæreditatis, ac legatorũ. *ibi. n.* 19. *p.* 130.

*Eccleſiaſtici* cavere debent ab omni ſpecie mali. *Tit.* 4 §. 1. *Conſortium. num.* 1. *p.* 170.

Vitare debent familiaritatem mulierum. *ibi. n.* 1. *p.* 170

Omnes à tempore Apoſtolorum vivebant collegialiter. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. nu.* 3. *pag.* 232.

Non debent ſe immiſcere negotiis ſæcularibus. *Tit.* 9. §. 8. *Artium nu.* 2. *pag.* 597.

*Eccleſiaſtici, V. Artes prohibitæ.*

*Edere* quid ſignificet. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus. nu.* 63. *p.* 319.

*Edicta* Prætoris corrumpens fit Reus Læſæ Maieſtatis. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 7. *p.* 286.

*Effectus* tribuitur ſemper cauſæ proximiori. *Tit.* 8. §. 6. *Sortilegium num.* 68. *pag.* 535.

*Eiicere.* Eiici ſi debet à Religione incorrigibilis ob furta, oportet, quòd de tribus furtis ſingillatim fuerit punitus. *Tit.* 3. §. 6. *Furtum. nu.* 67. *pag.* 155.

*Electio canonica* eſt invalida, ſi vota non ſunt ſecreta. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 47. *pag.* 32.

De eius ſubſtantiâ eſt libertas. *Tit.* 5. §. 8. *Subornatio. nu.* 18. *pag.* 339.

Quomodò vitietur per ſubornationes. *ibid. nu.* 48. *et ſeqq. pag.* 343.

Colligationes, & inductiones licitæ, aut illicitæ in electionibus quæ ſint. *ibi. nu.* 60. *pag.* 344.

*Electores* Imperatoris ſunt pars corporis eius. *Tit.* 2. §. 6. *Læſæ. nu.* 19. *p.* 86.

In eos poteſt committi crimen Læſæ Maieſtatis. *ibid.*

*Electoribus* pecunia data prò officio ſpirituali obtinendo Simonia eſt. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 16. *pag.* 538.

*Eleemoſynas* indifferentes non poſſunt recipere Fratres Minores. *Tit.* 3. §. 2. *Pecuniæ. nu.* 64. *pag.* 125.

*Elevatio* manus quid importet. *T.* 7. §. 2. *Minæ. n.* 29. *p.* 401

*Emendatio* morum præſumitur poſt triennium vitæ exemplaris. *Tit.* 4 §. 11. *Sodomia. nu.* 87. *p.* 268.

*Epycheia.* Per epycheiam licet aliquando ingredi clauſuram Monialium. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. n.* 68 *p.* 243

*Epiſcopi* quidam malam famam contraxerunt ex nimiâ familiaritate cum propriâ filia, & nepte. *ibid.* §. 1. *Conſortium. num.* 2. *pag.* 170.

Poſſunt per cenſuras procedere contrà adulteros, vt reſipiſcant. *Tit.* 4 §. 4. *Adulterium. nu.* 40. *p.* 209.

Non poſſunt ſuo fiſco applicare pecuniam dandam à Clerico puellæ raptæ ad eam dotandam. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus. nu.* 32. *p.* 230.

Poſſunt excommunicare incendiarium; ſed hic a ſolo Papa poteſt abſolui *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. n.* 65. *p.* 242.

Horum dignitas maior Regali. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 6. *pag.* 286.

Sunt Principes Eccleſiaſtici. *Tit.* 6. §. 1. *liter. falſific. nu.* 38. *pag.* 361.

Non poſſunt pretendere dare abſolutionem Regulari, qui percuſſit Clericum ſæcularem. *Tit.* 7. §. 3. *Provocat. nu.* 91. *p.* 416.

Nequeunt declarare excommunicatum vitandum Regularem, qui intrà, aut extrà clauſtra percuſſit Clericum ſæcularem. *ibid.*

Poſſunt compellere cenſuris Clericos, ac laicos ad dandam eleemoſynam, & quandò. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 68. *pag.* 547.

Et hoc deduci à iure etiam civili vult Baldus. *ibid.*

Epiſcopus cõſultus ſuper penâ dandâ incediario poteſt conſulere mortem. *Tit.* 9. §. 5. *Incendij. n.* 18. *pag.* 576.

Epiſcopus venit nomine rectoris. *ibid.* §. 9. *Reſidentia. nu.* 1. *pag.* 605. (leges p. 518. ſed corr. & leg. 605.)

Non poteſt obligare ad ſeruitium Eccleſiæ habentem beneficium ſimplex. *ibi. num.* 3. *pag.* 605.

*Epiſtola* familiaris continens alicuius infamiam an ſit libellus famoſus. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus. nu.* 66. *p.* 319.

Quid iuris, ſi talem epiſtolam in locum publicum quis proijceret fingens fuiſſe à ſe inuoluntariè amiſſam. *ibid. nu.* 66. *&* 67. *pag.* 319. *&* 320.

Epiſtola patrisfamilias probat nativitatem filij. *Tit.* 8. §. 3. *Abuſ. in Ord. nu.* 11. *pag.* 505.

Epiſtolas amatorias ſcribens ad Monialem an delinquat, ſicut eam alloquendo. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. nu.* 18. *& ſeqq. pag.* 174.

*Epiſt.* V. *Litera.* V. *Scribere.*

*Equitare* eſt ſpeciale delictum Fratrum Minorum. *Tit.* 9. §. 2. *Itinerantium. nu.* 2. *pag.* 560.

Quid ſit, & quid importet. *ibi. nu.* 3. *pag.* 560.

Prout prohibetur Fratri Minori quomodò diffiniatur. *ibid. p.* 560.

Equitare dicitur etiã aſino, aut mulo inſidens. *ibi. p.* 560

Quæ fuerit S. P. Franciſci mens prohibendo equitationem. *ibid. nu.* 5. *p.* 561.

Vectura Minoribus interdicta extenditur ad eam, quæ fit in ſellâ geſtatoriâ, ſeu ferculo *ibid. p.* 561.

Equitare importat etiam bigare, aut quadrigare *ibid. nu.* 6. *pag.* 561.

Equitare non eſt trahi ab equis in navi. *ibi. n.* 7. *p.* 561.

Itinerans in carruca à vento impulſa, vt apud Sinas non delinquit *ibid. num.* 7. *p.* 561.

Equitandi neceſſitas eſt multiplex. *ibid. num.* 8. 9. *et* 10. *pag.* 561. *&* 562.

Neceſſitas equitãdi debet eſſe manifeſta. *ibi. n.* 11. *p.* 562

Vbi adeſt neceſſitas ad equitandum non requiritur diſpenſatio. *ibid. nu.* 12. *p.* 562

Equitationis delictum quomodò probandum. *ibid. nu.* 15 *et* 16 *pag.* 562.

Eius pœnæ. *ibi. nu.* 17. *p.* 563.

Equitans ſinè ſcandalo, & per modicum iter non eſt puniendus. *ibi. nu.* 22. *p.* 563.

Privatio ſuffragiorum contrà equitantem quomodò intelligenda. *ibi. num.* 26. *p.* 563.

Equitans ſemel quomodò puniendus *ibi. nu.* 29. *p.* 564

Licentia equitandi non requiritur in ſcriptis à Provinciali in omni caſu. *ibid. num* 30. *pag.* 564.

Quo caſu Superior localis poſſit dare licentiam equitandi. *ibi. num.* 31. *p.* 564.

Itinerans ſinè neceſſitate in curru tracto à bobus an diceretur equitare. *ibi. num.* 32. *p.* 564.

Ob quæ motiva S. P. Franciſcus interdixerit ſuis Fratribus equitare. *ibi. nu.* 36. *p.* 564.

*Eripere* quid ſignificet. *Tit.* 9. §. 7. *Carcerum n.* 1. *p.* 586.

Aliquem de manu familiæ, & eruere eum è carcere idem crimen eſt, ſed non exactè. *ibi. n.* 4. *et* 5. *p.* 586.

*Eucharistia* furtum plectitur morte. *Tit.* 3. §. 6. *Furtum. nu.* 28. *pag.* 149.

Eam acceptã à Sacerdote diſtribuente reſeruans ad ma-

lum

Digitized by Google

tionem. *ibid. nu.* 5. *p.* 561.
Vectura Minoribus interdicta extenditur ad ea, quæ fit in ſellâ geſtatoriâ, ſeù ferculo *ibid. p.* 561.
Equitare importat etiam bigare, aut quadrigare *ibid nu.* 6. *pag.* 561.
Equitare non eſt trahi ab equis in navi *ibid.*
Itinerans in carruca à vento impulſa, vt apud ... non delinquit *ibid. num.* 7. *p.* 561.
Equitandi neceſſitas eſt multiplex. *ibid. num.* 8. 10. *pag.* 561. & 562.
Neceſſitas equitãdi debet eſſe manifeſta. *ibid. n.* 11.
Vbi adeſt neceſſitas ad equitandum non requiritur diſpenſatio. *ibid. nu.* 12. *p.* 562
Equitationis delictum quomodò probandum ... *nu.* 15 *et* 16. *pag.* 562.
Eius pœnæ. *ibi. nu.* 17. *p.* 563.
Equitans ſinè ſcandalo, & per modicum ... puniendus. *ibi. nu.* 22. *p.* 563.
Privatio ſuffragiorum contrà equitantes quomodò intelligenda. *ibi. num.* 26. *p.* 563.
Equitans ſemel quomodò puniendus *ibid. n.* 29. *p.* 56...
Licentia equitandi non requiritur in ſcriptis à Provinciali in omni caſu. *ibid. num.* 30. *pag.* 564.
... quo caſu Superior localis poſſit dare licentiam equitandi. *ibi. num.* 31. *p.* 564.
Itinerans ſinè neceſſitate in curru tracto à ... diceretur equitare. *ibi. num.* 32. *p.* 564.
... quæ motiva S. P. Franciſcus interdixerit ... bus equitare. *ibi. nu.* 36. *p.* 564.
... quid ſignificet. *Tit.* 9. *§.* 7. *Carcerum* ...
... de manu familiæ, & eruere eum ...
... crimen eſt, ſed non exactè. *ibi. n.* 4. ...
... furtum plectitur morte. *Tit.* 3 *§* 6. ...
... 28. *pag.* 149.
... acceptã à Sacerdote diſtribuente ...

*Executor* teſtamentarius nequit eſſe Frater Minor. *Tit.* 3. *§.* 2. *Pecunia. num.* 12. *pag* 118.
*Exemplum.* Delictũ, quod eſt cauſa malì exempli, duriùs eſt puniendum. *T.* 7. *§.* 10. *Abortus. nu.* 25. *p.* 483.
*Exercere.* Verbum *exercere* quid ſignificet. *T.* 4. *§.* 11. *Sodomia. n.* 57. *p.* 264. & ... 1. *p.* 265. & *T.* 6. *§.* 4. *Alchimia. n.* 22. *p.* 385.
In materiâ penali importat etiam actum unicum. *T.* 4. *§.* 11. *Sodom. num.* 61 & 62. *p.* 265.
*Exercitium* operis illiciti culpa eſt. *T.* 7. *§.* 5. *Homicidium. nu.* 41. *pag.* 435.
*Exiſtimatio* hominum in libranda iniuria eſt popularis juxtà morem Patriæ, & ab hâc pendet gravitas iniuriæ. *T.* 5. *§.* 3. *Infamatio. nu.* 6. & 7. *p.* 298.
*Expulſio Regularis ab Ordine* non poteſt fieri ob unum tantùm, licet atrociſſimum crimen. *Tit.* 7. *§.* 8. *Parricidium. n.* 42. *p.* 468.
Requirit moralẽ cõtinuationẽ in mala vita, ultrà recidivationẽ in delicta. *T.* 4. *§.* 4. *Adulteriũ n.* 97. *p.* 213.
*Extrajudiciale* dictum cum juramento quid operetur. *T.* 5. *§.* 7. *Periurium. n.* 25. *pag.* 333.

# F

*Fabricare* Sigillum Principis crimen eſt de ſe independens ab uſu. *Tit.* 6. *§.* 1. *liter. falſ. n.* 63. *p.* 364.
*Facies hominis* figurata ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis. *Tit.* 7. *§.* 5. *Homicidium. n.* 100. *p.* 444.
Non eſt maculanda. *ibid.*
Vulnus in ea impreſſum dicitur atrox. *ib.*
Statutũ ordinans ſtigmatizationẽ in facie non valet *ib.*
Stigmatizatio in facie eſt graviſſima iniuria. *ib. n.* 101. *p.* 444.
*Facinus* quidquid ſignificet, & importet. *Tit.* 1. *§.* 2. *Delicta. n.* 4. *p.* 8.
*Factio* indebitè gravata poteſt congregata recurrere ad ... *ib. n.* 25. *p.* 377.
Solus cuneus inventus non concludit falſam monetam fuiſſe cuſam. *T.* 6. *§.* 1. *liter. falſ. n.* 63 *p.* 364.
Ejus pœnæ. *ib. n.* 36. & *ſeqq. p.* 379.
*Falſitas* eſt in dicendo falſo, & in tacendo vero. *T.* 5. *§.* 3. *Infamat. n.* 4. *p.* 297.
Quid ſit. *ib. n.* 27. *p.* 301.
*Falſitas* Teſtis multipliciter accidit, & quomodò. *T.* 5. *§.* 8. *Subornat. n.* 8 *p.* 337.
*Falſitas*, ut ſit punibilis debet eſſe doloſa. *T.* 6. *n.* 2. *p.* 352.
Vt puniatur, requirit tria. *ib. n.* 3. *p.* 353.
Indicia probantia falſitatem in ſcriptura. *ib. n.* 11. & *ſeqq. p.* 354.
Probatio falſitatis, quæ poteſt fieri per Teſtes neceſſarios, aut extraneos. *ib. n.* 14. *p.* 355
Indicium intrinſecum falſitatis facit à Judice ſcripturam annullari, & Reum puniri. *ib. n.* 17. *p.* 355.
Indicium extrinſecum movet Judicem ad declarandum, fidem non eſſe adhibendam ſcripturæ, & ad indagandam ulteriorem veritatem. *ib. n* 17. *p* 355.
Pœnæ falſitatis variantur juxtà ejus ſpecies, & Statuta locorum. *ib. n.* 29. *p.* 356.
Falſitatem fieri mandans an ſubeat pœnas Statuti. *T.* 6. *§.* 1. *liter falſ. n* 54. *p.* 364.
Falſitas literarũ Superioris an ſit probata ex hoc, quod literæ ipſæ nõ reperiũtur regiſtratæ. *ib. n.* 59. *p.* 364.
Falſitas juris, aut facti vitiat reſcriptum. *T.* 7. *§.* 3. *Provocatio. n.* 36. *p.* 410.
*Falſum* dicere grauiùs eſt, quàm verum tacere. *T.* 5. *§.* 3. *Infamat. n.* 3. *p.* 297.
In judicio deponi quotupliciter contingat. *T.* 5. *§.* 7. *Periurium. n.* 42. *p.* 336.
*Falſi crimẽ* quomodò ab ãtiquis diffiniatur. *T.* 6. *n.* 1. *p.* 352
Ejus vera diffinitio: *ib. n.* 2. *p.* 352
Ejus ſpecies quot. *ib. n.* 4. *p.* 353.
Eſt graviſſimum, & quare. *ib. n.* 6. *p.* 353.
Eſt atrocius homicidio. *ibid.*

Ejus

Digitized by Google

Ejus ſpecialia.ib.n.7.p.353.
In generali indulto non comprehenditur. ibid.
In eo proceditur civiliter,& criminaliter,& quomodò ib.n.8.9.& 10.p.354
Fallens in computo, aut menſura non committit crimen falſi,ib.n.2.p.352.
In crimine falſi,ſi proceditur per accuſationem poſſunt dari triremes,T.8.§.3.Abus.in ord.n.23.p.506.
Se gerens pro milite,aut Doctore,qui talis non eſt cõmittit falſum.T.8.§.4.Abus.in Confeſs.n.7.p.510.
Uſurpens publicũ officium delinquit crimine falſi.ib.
*Fama mala* eſt indicium remotum copulæ carnalis. T.4.§.4 Adulterium.n.25.p.206.
Sola non ſufficit ad torturam ib.
*Fama bona* defuncti honorat Religionem, T.5. §.3.Infamatio.n.45.p.303.
*Fama* quid ſit,Tit.5.§ 3.Infamatio,nu.1.pag.297.
Hæc,& honor poſt bona naturæ principalia ſunt. ib.
Famam propriam negligens crudelis eſt,Tit.5.§.5. Libellus.num 10,pag.311.
Fama vitæ anteferturT.7.§.8.Parricidium.n.14.p.464
*Familiaritas* cum Hæretico probat ſuſpectum de hæreſi, Tit.2.§.7.Hæreſis.num.32.pag.97.
Cum fœminis fugienda ab Eccleſiaſticis.T.4.§.1.Conſortium.nu.1.pag.150.
Familiaritas nimia cum fœminis etiam conſanguineis Clericis eſt vetita ſub cenſuris.ib. n. 1.p. 170.
Familiaritas quid propriè ſit,& quid largo modo. ibi.
Nimia familiaritas inter virum,& fœminam facit indicium copulę carnalis.T.4.§.4.Adulter.n.21.p.205
*Famuli* furantes graviùs delinquunt, quàm exteri.Tit.3.§.6. Furtum.nu.43.pag.151.
*Favor* impenſus Hæretico in cauſa hæreſis inducit ſuſpicionem hæreſis.T.2.§.7.Hæreſis.n.29.p.96.
*Fautor* quis dicatur.T.2.§.3.Appellatio.n.40.& ſeq.p.68.
*Fautor Hæreticorum* quis ſit.T.2 § 7.Hæreſis n.13.p.93.
Quandò incurrat cenſuras.ibi. nu.48.pag.100.
Eſt ſuſpectus de hæreſis.ib.nu.29.pag.96.
Quas pœnas ſubeat.ibi.nu.48.& ſeqq. pag. 100.
*Feneſtra*. Aſcẽdẽs per feneſtrã ad tentandã mulierẽ honeſtam plectitur morte.T.4.§.8.Clauſura.nu.71 p.243.
*Ferire*, V.Provocatio.
*Feritas* quomodò differat à crudelitate.Tit.5.§.5.Libellus.nu.50.p.318.
*Fideiuſſor* non poteſt eſſe Regularis ſinè licentiâ Superioris,& Capituli.Tit.9.§.8.Artium.n.18 p.600.
*Fidelitatem* violat, qui literas ſibi commiſſas dat alteri ab eo,ad quem deferendas ab alio accepit.Tit.6.§.2.liter.aperit.nu.3 p.367.
Fidelitate vaſallorum privatur Hæreticus.Tit.2.§.7.Hæreſis n.56.p.100.
*Fides publica* eſt ſervanda.Tit.5.§.6.Revelatio.n.13.p.323
Eſt de jure gentium.ib.& T.7 §.7.Proditor.n.24.p 459
Habet vim juramẽti,& eã ſpondẽs jurare cenſetur.ib.
Eam datam violans proditor eſt .ibid.p. 323.
Sub ea nemo debet decipi.T.6.§.2.lit.aperi n.19.p.369.
*Fides* alicui dupliciter dari poteſt.T.7.§.7. Proditorium.num.6.pag.456.
Eam datam Principi violans eſt proditor.ib.n.1.p.455.
Data hoſti eſt ſervanda.ib.n.6.p 456.& n.24.p.459.
Tacita in quo conſiſtat ibid.p.456.
Eam ſervandi obligatio eſt maxima ib.n 24.p.459.
Fides reciproca eſt fundamentum humanæ ſocietatis, ibid. nu.24.pag.459.
*Filiatio* reſpectu Patris non poteſt concludenter probari, ſed tantùm reſpectu Matris, & quomodò Tit.7.§.8. Parricidium.num.29.pag.466.
Reſpectu patris quomodò probetur. ibi.
*Filius* poteſt occidere patrem Reum de læſa Majeſtate. Tit.2.§ 6.læſa.nu.39.pag.90.
Privatur paternâ hæreditate ob crimen patris Rei læſæ Majeſtatis.ibid.num.42.pag.90.
Eſt hæres paternæ infamiæ ob idem crimen . ibi.
Ob idẽ crimẽ nõ poteſt ſuccedere in bonis exterorũ.ib.
Emancipatus non eſt de familia.ibid. num.43.p.90.
Nec ſubit pœnas patris Rei læſæ Majeſtatis . ibi.
Filiæ Rei læſæ Majeſtatis non ſubeunt pœnas paternas,quas incurrunt mares.ibid.nu.43 p 90.
Pariter nec filii adoptivi.ibi.n.43.pag.90.
Filii Hæreticorum quas pœnas ſubeant.ibi.§.7.Hæreſis. n 52 & ſeqq.p. 100.
*Filius* furans in domo quomodò,& à quo puniendus. T.3.§.6 Furtum.nu.44.p.152.
De mandato Patris occidens adulteram puniendus eſt citra pœnam legis Corneliæ de Sicariis.T.7.§ 5. Homicidium.num.33.pag.433.
Occidens Patrem pro defenſione Matris non eſt parricida ibid.§.8.Parricidium n.5.p.462.
Inveniens Patrẽ adulterantem ſuam uxorem poteſt eũ incontinenti occidere ſinè nota parricidii ib. n. 6.p. 463.(leges fortaſsè p.46 ſed corrige,& lege.463.)
Poteſt occidere patrem perſeverantem in adulterio ſuæ uxoris.ibi. nu.7.p.463.
Poteſt occidi à patre,ſi inveniatur ab eo adulterans novercam.ibid.
Occidens patrem quandonam evadat pœnas parricidii propriè dicti.ibid.n.8. & ſeqq. pag. 463.
Venenans patrẽ damnatũ ad mortẽ ad evadendã ignominiam non ſubit pœnas parricidii,ibi.n. 10.p.463.
Natus ex quovis etiã damnato coitu, patrem occidẽs eſt verus parricida ibi.nu.21.pag.465.
Expoſitus à patre, ſi hunc occidit, non ſubit pœnas parricidii.ibid.
Adoptatus,ſeù arrogatus eſt filius fictus à jure.ibi. nu. 23.pag.465.
Majorem obligationem habet filius ergà matrem,quã erga patrem ibi nu.33.pag.467.
*Fiſcus* tenetur ex bonis cõfiſcatis ſatisfacere damnis cauſatis à condemnato , ſi pars læſa inſtat civiliter prò reſarcitione damni.T.9.§.5.Incendij.n 23.p.578.
*Flagellatio* gravis quę dicẽda.T.4.§.11.Sodom.n.82.p.267.
Reſpectu Rei Religioſi à quo facienda. ibid.
*Flagitium* quid ſignificet.T.1.§.2.Delicta.n.6.p.9.
*Fœdans* Clericum doloſè atramento,lotio, ſtercore,&c. incidit in cenſuram,T.7.§.3.Provocatio.n.43.p.410.
*Fœmina* poteſt commitere crimen læſæ Majeſtatis. T.2. §.6. læſa.nu.17. p. 85.
Fœminas admittere intra ſua Clauſtra Regularibus vetitum.T.4.§.8.Clauſura.n.6.& 7.p.232.& 233.
Harum nomine quæ admitti intrà clauſtra non prohibentur.ibi.num.8.pag.233.
Ex legitima cauſa poſſunt fœminæ ingredi clauſtra Religioſorum. ibi. nu.9. pag. 233.
Inter fœminas Sodomia propriè datur. T.4. §. 11. Sodomia.nu.14.p.256.
Fœminæ antiquæ Romanæ inibant mares. ib.
Quæ dicuntur mutatæ in mares erant hermafroditæ. ib.nu.18.pag.257.
Quibus erumpit clytoris vòx non mutatur,nec barba naſcitur.ibi.n.18.p.257.
Quandò nàm fœminæ ſolam mollitiem , & quando Sodomiam inter ſe exerceant. ib.n.22.p.258.
Si femina accuſatur de Sodomia activa ipſa eſt viſitãda,& quomodò.ib.n.24.p.258.

Si

Digitized by Google

Digitized by Google

Vendentes libros Bibliothecæ Conventus delinquunt; non tamen eos commutantes in utiliores. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio.n.* 42. *p.* 139.

Concedentes Capellam, aut ſepulturam in ſuis Eccleſiis non alienant ejus dominium. *ib. num.* 51. *p.* 140.

Committentes delictum, ob quod ſi fuiſſent in ſæculo eſſent morte puniendi, debent aut carceri perpetuo, aut triremibus mancipari. *Tit.* 6. §. 3. *Falſificat.n.* 57. *p.* 382.

Quomodò poſſint de bonis Novitiorum aliquid recipere *Tit.* 8. §. 7. *Simonia.n.* 61. *& ſeqq.p.* 546.

Quid agere debeant, ſi eleemoſynas ſufficientes ad propriam ſuſtentationem non inveniant. *ib. n.* 68. *p.* 546.

Componentes, ſcribentes, vulgantes, &c. Libellos famoſos contrà Fratres Minores excommunicantur. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus.n.* 47. *pag.* 317.

*Fraus.* fraude inducentes juvenes ad militiam delinquunt plagio. *Tit.* 3. §. 9. *Furtum. n.* 36. *&* 37. *p.* 150. (leges *n.* 26. ſed corrige, & pone 36.)

Fraus eſt dilapidatio alienorum bonorum. *T.* 3. §. 7. *Dilapidatio.n.* 4. *p.* 156.

Semper importat damnum. *ib.n.* 6. *p.* 156.

Repetita pluriès in Superiore locali in parvâ quantitate, an ſit punibilis. *ib.n.* 45. *p.* 164.

Non debet patrocinari eam committenti. *T.* 4. §. 11. *Sodomia.n.* 43. *p.* 262.

Fraudis nomine venit damnum. *Tit.* 6. §. 4. *Alchimia. n.* 13. *p.* 384.

*Frequentia* delictorum aggravat delictum. *T.* 1. §. 2. *Delicta.n.* 22. *pag.* 10. *&* T. 4. §. 4. *Adulterium. nu.* 53. *p.* 211.

*Fructus* fundi Eccleſiaſtici, quamvis pretioſi, poſſunt alienari. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio.n.* 13. *p.* 134.

Beneficii ſimoniacè comparati ſunt integraliter reſtituendi. T. 8. §. 7. *Simonia.n.* 42. *p.* 544.

Eccleſiæ quibus privatur Epiſcopus non reſidens, cui applicandi. *Tit.* 9. §. 9. *Reſidentia.n.* 8. *p.* 606.

Super talibus fructibus compoſitio non datur. *ib.*

*Fuga* Regularis cum fœminâ eſt apoſtaſia, juncta delicto carnis pro qualitate fœminæ. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus. n.* 33. *p.* 230.

Eam meditans Religioſus poteſt capi à Fratribus. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura.num.* 40 *pag.* 238.

Præparatio ad fugam ineundam poſt homicidium facit præſumptionem animi deliberati. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium.n.* 79. *p.* 441.

*Fuga.* V. Carcer.

*Fugere* ab invaſore quis tenetur priùs, quàm poſſit eum percutere. *T.* 7. §. 3. *Provocatio. n.* 66. *& ſeqq. p.* 413.

Fugiens ad hoſtes poteſt impunè occidi. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium.n.* 4. *pag.* 428.

Fugiens è manibus familiæ quotupliciter poteſt ſuum crimen aggravare. *Tit.* 9. §. 7. *Carcer.num.* 9. *p.* 587.

*Fundatores* poſſunt ſibi reſervare dominium Monaſteriorum. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura.n.* 8. *p.* 233.

*Fundatrices* Monaſteriorum poſſunt admitti intrà clauſtra. *ib.*

*Fundus*. Deputata ad culturam fundi cenſentur pars fundi. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio.n.* 9. *p.* 133.

Fundus poteſt alienari à venditore ſibi reſervata ſervitute paſſiva. *T.* 4. §. 8. *Clauſura. n.* 8. *p.* 233.

*Fur* per quæ indicia quis probetur. *Tit.* 3. §. 6. *Furtum. n.* 7. *p.* 144.

Confeſſus debet indicare ubi furtum reperiatur. *ibid. n.* 14. *p.* 145.

Eſt Religioſus furans rem conceſſam uſui alterius Religioſi. *ib.n.* 57. *p.* 153.

Eſt, qui lacerat ſcripturam ob lucrum. *T.* 6. §. 1. *litter. falſi.n.* 49. *p.* 363.

Fur nocturnus poteſt occidi. *T.* 7. §. 5. *Homicidium. n.* 17. *p.* 430.

Diurnus quo caſu poſſit occidi. *ib. n.* 18. *pag.* 430.

Armatus quarè poſſit occidi. *ibi.*

Ut fur poſſit occidi quæ quantitas rei furatæ requiratur. *ibid. nu.* 20. *p.* 431.

Furem occidens Clericus fit irregularis. *ib.*

*Furans* Euchariſtiam eſt ipſo jure excommunicatus. T. 8. §. 2. *Abus.in Euchariſt.n.* 6. *p.* 499.

Sacram pixidem, & occaſionativè Euchariſtiam atrocius puniendus, quàm furans aliam ſacram ſupellectilem. *ib.*

Euchariſtiam ad ſortilegia facienda duplici ſacrilegio delinquit. *ib.n.* 7. *p.* 500.

Pœna furantis Euchariſtiam eſt mors qualificata. *ib. nu.* 14. *&* 15. *p.* 501.

*Furtum* nocturnum gravius eſt diurno. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta. num.* 26. *pag.* 11.

Furta tria committens traditur morti, licèt ob duo priora mortem non meruerit. *T.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. n.* 116. *p.* 39.

Furtum quid ſit. *Tit.* 3. §. 6. *Furtum. n.* 1. *p.* 143.

Ejus multiplex diviſio. *ibid.num.* 2. *&* 3. *p.* 143.

Per quas qualitates aggravetur. *ib.nu.* 4. *p.* 143.

Eſt difficilis probationis. *ibid. num.* 5. *p.* 143.

Per quas conjecturas probetur. *ib.n.* 6. *p.* 144.

Habens apud ſe probare debet, à quo illud habuerit. *ib.n.* 9. *p.* 145.

An qui habet furtum, an qui negat, ſe illud ei dediſſe, torturæ ſit ſupponendus. *ib.n.* 10. *p.* 145.

Furtum paſſus quomodò id probare debeat. *ibid. nu.* 11. *p.* 145.

Qualificatum exigit probationem qualitatum. *ibid. n.* 12. *p.* 145.

Cum probari nequit, fuiſſe in loco, ubi commiſſum eſt, quid agendum. *ib.n.* 13. *p.* 145.

In recognitione furti facienda per Teſtes quæ cautela adhibenda. *ibi. nu.* 15. *pag.* 145.

Furtum quomodò probetur. *ibid. num.* 5. *& ſeqq. pag.* 143.

Reiteratum quandò plectatur morte. *ib.n.* 16. *p.* 147

Quando prò furto ſimplici poſſit dari mors. *ibid. nu.* 17. *& ſeqq. p.* 147.

Quandò dicatur unum, aut reiteratum, aut continuatum. *ibid.n.* 18. *p.* 147.

Furtum propriè non eſt, quandò quis retinet rem, quam à domino accepit. *ibi.n.* 19. *p.* 147.

Prò furto magno, licèt non qualificato, poteſt quis damnari ad mortem. *ibi.n.* 23. *p.* 148.

An magnum, an parvum ſit furtum, arbitrarium eſt Judici ſententiare. *ibid.*

Magnum furtum quodnam dicendum. *ibid. num.* 24. *pag.* 148.

Furti qualificati ſpecies reſpectu rei furatæ. *ibid. num.* 26. *pag.* 149.

Furtum ſacrilegum quid, & quotuplex. *ibid. num.* 26. *& ſeqq. pag.* 149.

Euchariſtiæ plectitur morte. *ib.n.* 28. *p.* 149.

Reliquiarum ſacrarum quandò puniatur morte. *ibid.n.* 33. *p.* 150.

Digitized by Google

alliquos diffinitos de fide. *ibi.num.* 5., & 8.*p.*92.
Formalis quid requirat. *ib.n.*8.*pag.*92.
Quævis eſt connexa cum alia, & omnes tendunt ad deceptionem. T*it.* 4. §.4. *Adulterium. n.*59.*p.*212.
Hæreſis eſt aſſerere, licitum eſse appellare à Papa ad futurum Concilium. T*it.* 2. §. 3. *Appellatio. nu.* 6.*pag.*63.
Probatur per Teſtes ſingulares. T*it.* 5. §. 2. *Blaſphemia. num.*37.*p.*289.
Hæreſis quomodò probetur. T*it.*2.§.7. *Hæreſis. nu.* 18., & *ſeqq.p.*94.
Ejus penæ, *ibi.n.*38., & *ſeqq. p.*98.
*Hæreticus* quis multipliciter dicitur. T*it.*2.§.7. *Hæreſis, n.*6., & *ſeqq.p.*92.
Lapſus, & relapſus quis dicatur. *ib.n.*10.*p.*93. & T.4.§. 4. *Adulterium. num.*57., & 59.*pag.* 211., & 212. (corrige nu. pag.)
Relapſus propriè, & impropriè qui ſit, T.2.§. 7. *Hæreſis, n.*11.*p.*93.
Principalis fauctor, aut credens hæreticis quis dicatur. *ibid.nu.*13. & 14.*pag.*93.
Affirmativus, & negativus quis ſit. *ibid.num.* 15, *p.* 93.
Pœnitens, aut impenitens quis dicatur. *ibi.num* 16. *p.*94.
Magiſter, & diſcipulus quis cenſendus. *ibid.num.*17. *p.* 94.
Dogmatiſta quis dicatur. *ibid.*
Quandò tradendus ſit Curiæ ſæculari. *ibi.*
Non poteſt realiter probari, quod aliquis ſit hæreticus, *ibid. nu.* 18.*pag.* 94.
Per quot Teſtes convincatur. *ibi. n.*20.& 21.*p.*95.
Hæreticus eſt proditor. T.7.§.7. *Proditor. n.*1.*p.*455.
*Hiſtoria* impudica narrata in actu, aut in loco ſimulatæ Confeſſionis inducit penas ſollicitantium. *Tit.*4. §.2. *Sollicitatio. n.*6.*p.* 189.
Ezelini Tyranni, qui per vim inuſitatam compreſſit mulierem. T*it.*4.§.5. *Stuprum. n.*9.*p.*216.
Cujuſdam Religioſi ſollicitati à puella. *ibi.* §. 7. *Raptus. n.*28.*p.*230.
De praxi uſurpata à quodam, ne amaſiam ingravidaret. *ib.*§.11. *Sodomia. n.*13.*p.* 256.
Cujuſdam Monialis converſæ in marem. *ibi*, n.18., & 21.*pag.*257.& 258.
Cujuſdam fœminæ ineuntis puerum. ib.*n.*19.*pag.*257.
Hominum natorum ex beſtialitate. *ibi.*§.12. *Beſtialitas, nu.*10.*p.*270.
Cujuſdam militis concumbentis cum cane feminâ. *ibi.n.*13.*p.*271.
Damnati ad mortem ob attentatam beſtialitatem. *ibi. n.*17.*p.* 272.
Cujuſdam Dæmonis ſuccubæ. *ibi.* §. 13. *Dæmonialitas. n.*25.*p.*275.
Cujuſdam Monialis cum incubo. *ibi.n.*35.*pag.*277.
Cujuſdam Senatoris decapitati ob revelatam ſententiam antè publicationē. T.5.§.6. *Revelat.n.*12.*p.*323.
De quodam ſigillo falſificato. T*it.* 6. §. 1. *Liter.falſ.n.* 22 *pag.* 359.
Cujuſdam minuentis aurum in monetis ſinè tonſione. *ibi.* §.3. *Falſificatio.nu.*13 *p.*376
De quâdam macchinâ doloſâ, ordinatâ ad mortem inferendam. T*it.*7. §.5. *Homicid.n.*64.*pag* 439.
Cujuſdam Parochi Calabri baptizantis ſinè Intentione pueros ad vindictam. T*it.* 8. §.1. *Abuſ.in Bapt. n.* 3.*pag.*495.
Cujuſdam Præsbiteri celebrantis Miſſam abſquè luminaribus. *ibi.*§. 2. *Abuſ.in Euchariſt.nu.*10.*pag.* 500.
Cujuſdam Præsbiteri, qui imprudenter revelavit Confeſſionem. *ibi.*§.4. *Abuſ.in Confeſſ nu.*22 *p.*512. (adverte Lector, quòd *nu* 22. non apparet in corpore ſed leg. in ✠. Advertendum)
Duorum, qui aſtu, & abſque violentia fugerunt è carcere. T*it.*9. §.7. *Carcerum. n.* 22.*pag.*591.
S. Conradi, qui iniuſtè damnatum ad mortem de manu familiæ eripuit. *ibi.nu.*27.*p.*592.
Quarundam feminarum, qui captum pro cauſa criminali de manu familiæ exemerunt. *ibi.n.*34.*p.*593.
*Hiſtrionicam* artem exercere Clericis prohibitum. Tit. 9 §.8. *Artium. n.*3.*p.*597.
*Homicida* adulterii ex animo deliberato evadit pœnam ordinariam. Tit.7.§.5. *Homicid n.*59.*p.*437.
Eſt, qui cauſavit infirmitatem incurabilem, ob quā quis mortuus eſt. ibi. n. 65.p. 439.
Aſsociatus à ſicariis facit præſumere animum deliberatum. ibi. n.78. p.441.
Culpoſus, qui dabat operam rei licitæ pœnâ pecuniaria mulctandus; ſecùs ſi rei illicitæ, ibi. n.83. p. 442.
Provocatus meretur penæ temperamentum. *ibi.* nu 84. p. 442.
Animo deliberato eſt omni jure morte plectendus. ibi. n. 86.p. 443.
Bona homicidæ ex animo deliberato confiſcantur. ibi. n. 87.p.443.
Homicida tenetur ad damna familiæ occiſi. ibi.
Homicida Clericus quas pœnas incurrat, ibi. nu. 89 p. 443.
Homicida damnatus ad mortem tenetur ad damna familiæ occiſi. Tit.9.§.5. *Incendii.* n.21.p.577.
*Homicidium*, & ejus etymologia. Tit. 7. §. 5. *Homicid.* n.1.p.428.
Ejus diviſio in duo genera. ibi.n.2.p.428.
Homicidium à lege permiſsum multiplex. ibi.num.3. p. 428.
Quandò impunè committatur. ibi.n.4., & ſeqq.p.ibi.
Secutum in publica colluctatione, aut pugna ſaxorum, pugnorum &c. non punitur. ibi.nu. 5.p.428.
Occidens hominem ad propriam tutelam non punitur, ibi.n.6.p.429.
Non polluitur Eccleſia ob homicidium ad defenſam in eâ ſecutum. ibi.
Homicida auctor rixæ quandò evadat penas, aut non. ibi.n.8., & ſeqq.p. 429.
Occidens prò tuendâ pudicitiâ quomodò, & quandò penas evadat. ibi.n.11., & ſeqq. p. 430., & nu. 15., & ſeqq. p. 430.
Homicidium furis nocturni eſt licitum. ibi. n.17.p.ibi.
Quandò liceat homicidium furis diurni. n.18.p.431.
Depopulator agrorum quandò poſſit occidi. ibi. n. 19 p. 431.
Homicidium patratum ab homine non ſanæ mentis eſt impunibile. ibi. n.21.p.431.
Ebrius quandò excuſetur ab homicidio. ibi.
Phrenetici, & furioſi quandò puniendi, aut non, dè homicidio. ibi n.22.p.432.
Pater, & Maritus poteſt filiam, & uxorem adulterantes reſpectivè occidere. ibi. nu. 23., & ſeqq. p 432.
Pater ſinè incurſu cenſuræ poteſt occidere Clericum cubantem cum filia. ibi.n.24.p.432.
Pater occidere poteſt filium repertum in actu nefando. ibi.n.25.p.432.


Mari-

Digitized by Google

lentes ingredi Clauſtra. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. num.* 28. *pag.* 236.
*Identitas* pœnæ non infert identitatem delicti. *Tit.* 3. §. 2. *Pecunia. nu.* 41. *p.* 122.
*Ieiunium* eſt triplex. *Tit.* 9. §. 1. *Ieiunium n.* 2. *p.* 549.
Naturale, & virtuoſum quod ſit. *ibi. n* 2. *p.* 549.
Eccleſiaſticum quomodò diffiniatur, *ibid.*
Eius violatio quod crimen ſit. *ibi. nu.* 1. *p.* 549.
Poteſt violari dupliciter. *ibi. nu.* 3. *p.* 549.
In ſui quidditate non importat abſtinentiam à carnibus. *ibi. nu.* 4. *pag.* 549.
Ieiunium, & abſtinentia à carnibus ſunt duo præcepta ſpecie diſtincta. *ibid.*
Eius violatio, & abſtinentiæ à carnibus ſunt duo crimina ſpecie diſtincta. *ibi. nu.* 5. *pag.* 550.
Violatio abſtinentiæ gravior eſt, quàm iejunij. *ibid. nu.* 6. *pag.* 550.
Iejunium frangens ex causâ legitimâ non peccat. *ibid. nu.* 7. *pag.* 550.
Violatio iejunij, & abſtinentiæ quomodò probanda. *ibi. nu.* 8. *et ſeqq. pag.* 550.
Præcepta de iejunio, & de abſtinentia eſſe duo diſtincta probatur ex Tridentino. *ibi. nu.* 14 *pag.* 552.
In diebus iejunij quarè indicta abſtinentia. *ibid.*
Eccleſiâ poteſt diſpenſare ſuper abſtinentia, retentâ obligatione iejunij. *ibi. nu.* 15 *pag.* 552.
Iejunium violanti àn debeatur indifferenter privatio ſuffragiorum. *ibi. nu.* 21. *pag.* 553.
Pœnæ violantium iejunium inter Minores. *ibid. num.* 23. *et ſeqq. pag.* 553.
Ieiunij præceptum non cenſetur eſſe impoſitum ab Eccleſiâ cum gravi incommodo. *ibi nu.* 46. *p.* 556.
Iejunium Minoribus non præſcribitur omnibus, & ſingulis ſextis ferijs totius anni. *ibid. nu.* 56. *pag.* 558.
Ex vi Regulæ non tenentur Minores ad iejunium feſti Omnium ſanctorum cadentis in feriâ ſexta; ſed tantùm ex conſuetudine. *ibi. nu.* 57. *p.* 558.
Iejunandum non eſt in magnis Solemnitatibus. *ibid.*
Nulla lex obligat ad iejunium feriæ ſecundæ, & tertiæ poſt Quinquageſimam. *ibid. num.* 62. *pag.* 559.
An Minoritæ teneantur ad iejunium in die Nativitatis Domini, cadente in feriâ ſextâ. *ibi. n.* 52. *& ſeqq. pag.* 557.
*Ignis* tortura ſola adhibenda Religioſo Sodomitæ. *Tit.* 4. §. 11. *Sodomia. num.* 92. *pag.* 268.
*Ignorantia* quævis excuſat à pœnâ ordinariâ. *Tit.* 2. § 1. *Apoſtaſia. num.* 107. *pag.* 38.
Ex ea delinquens non præſumit delictum. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura nu.* 23. *pag.* 235.
Affectata non excuſat. *Tit.* 6. §. 3. *Falſificatio Moneta num.* 34. *pag.* 378.
Invincibilis excludit dolum. *ibid.*
*Imago.* Imaginum Sacrarum fractio àn ſit crimen mixti fori. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 19. *& ſeqq. p.* 287.
*Immunitas localis Eccleſiæ* ad quantum ſpacium ſe extendat. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia num.* 20. *p.* 26.
Eâ non gaudet, qui delinquit ſub ſpe eius. *Tit.* 7. §. 6. *Aſſaſſin. nu.* 39. *pag.* 452.
Eâ vt quis privetur, an debeat conſtare Epiſcopo per probationes plenas an ſufficiant argumenta probabilia. *ibi. nu.* 33. *& ſeqq. pag.* 452.
*Impedimentum* præſtitum, nè hæreticus puniatur facit indicium vehemens de hæreſi. *Tit.* 2. §. 7. *Hæreſis. num.* 34. *pag.* 97.
*Impediens* aliquem verberibus, minis, &c. nè ingrediatur Ordinem S. Benedicti, excommunicatur. *Tit.* 5. §. 9. *Suaſio. nu.* 1. *&* 2. *pag.* 346.
*Imperator* habet maieſtatem. *Tit.* 2. §. 6. *Læſæ. n.* 6. *p.* 83.
Ei communicatur poteſtas Divina in homines. *ibid.*
Eius auctoritas eſt ſacra. *ibid. et Tit.* 8. *nu.* 5. *p.* 493.
Imperatores Romani antiqui vitio nefando laborarunt. *Tit.* 4. §. 11. *Sodomia nu.* 4. *p.* 255.
*Imperatrix* fruitur privilegijs Imperatoris. *Tit.* 2. §. 6. *Læſæ. nu.* 7. *p.* 83.
Poteſt ingredi clauſtra Religioſorum. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſuræ. nu.* 8. *p.* 233.
*Imperatrix.* V. *Auguſta.*
*Importunum* quot ſignificata habeat. *Tit.* 5. §. 8. *Subornatio. nu* 51. *pag.* 343.
*Importunæ obſecrationes* quæ dicendæ. *ibid.*
*Impoſſibile.* V. *lex.*
Contraria legi, aut bonis moribus habentur prò impoſſibilibus. *Tit.* 5. § 7. *Periurium nu.* 6. *pag.* 339
Impoſſibilium nulla eſt obligatio *ibid.*
*Imprimentes* libellum famoſum quandò puniendi. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus. num.* 31. *p.* 314.
*Improperium* quid ſignificat. *Tit.* 5. § 2. *Blaſphemia. nu.* 77. *p.* 295.
Quomodò differat à contumelia. *ibid.*
Improperans Prælatus Subdito quandò puniendus. *ibid. nu.* 83. *et ſeqq. pag.* 296.
*Incautus* quis dicatur. *Tit.* 7. § 6. *Aſſaſſinium nu.* 5. *p.* 447
*Incendiarius* poteſt ab Epiſcopo excommunicari, non tamen ab eo abſolui. *Tit.* 4. § 8. *Clauſuræ. nu.* 65. *pag.* 242. *et Tit* 9. §. 5. *Incendij nu.* 24. *p.* 578.
Hunc abſoluere nequit Cardinalis legatus à latere. *Tit.* 9. § 5 *Incendij. nu.* 24. *pag.* 578.
Incendiariæ fœminæ eaſdem pœnas ſubeunt cum viris. *ibid.*
Clericus incendiarius an privetur privilegio fori. *ibid. nu.* 26. *et ſeqq. pag.* 578.
Pœnæ incendiarij ex lata culpâ. *ibi. nu.* 29. *p.* 578.
Quandò cum culpa incendiarij copulatur aliud delictum pœna incendij eſt amplianda. *ibid.*
*Incendium*, & eius procuratio quomodò diffiniatur. *Tit.* 9. §. 5. *Incendij nu.* 1. *pag.* 573.
Triplici modo ſequi poteſt. *ibid. num.* 2. *pag.* 573.
Ex dolo aliquandò intenditur vt finis, aliquandò vt medium. *ibi. nu.* 3. *p.* 573.
Ex culpa tripliciter poteſt ſequi. *ibid. n.* 4. *p.* 574.
Fortuitum quandò eveniat. *ibi. nu.* 7. *pag.* 574.
Probatio incendij ex dolo difficilis. *ibi. nu.* 8. *p.* 574.
Indicia procurati ex dolo. *ibid. nu.* 8. *et ſeqq. pag.* 574.
Cautela adhibenda à Iudice in caſu incendij. *ibi. nu.* 9. *pag.* 574. *&* 575.
Præſumitur cauſatum culpâ inhabitantium in domo, ſi non conſtet de dolo. *ibid nu.* 11 *pag.* 575.
Quid agendum, quandò plures ſunt vicini, & neſcitur à quibus ortum ſit incendium. *ibi. nu.* 12. *p.* 575
Incendij procurati pœnæ. *ibi. n.* 13. *& ſeqq. p.* 576.
Hoc crimen vocatur horrendum, & eſt proditorium. *ibi. nu.* 13. *pag.* 575.
A' quo metienda eius gravitas. *ibi. n.* 13. *&* 15. *p.* 576.
Incendens paleare, aut acervum tritici, aut fœnile propè domum debet mori *ibid. nu.* 16. *pag.* 576.
Si ex incendio homo moritur, Reus morte plectitur. *ibi. nu.* 17. *p.* 576.
Pœnæ principalis extenduntur ad complices incendij. *ibid. nu.* 18. *pag.* 576.
In hoc crimine Epiſcopus conſultus de pœnâ danda poteſt conſulere mortem *ibid.*
Reus incendij tenetur ad damna data. *ibi. n.* 19. *p.* 577.

Incen-

Digitized by Google

Digitized by Google

Quomodò aggravetur, aut alleviecur. ibi, n. 15. p. 464
*Infanticidium* V. *Mater.*
*Infirmitatem* incurabilem, qui voluntariè cauſavit, homicida eſt. Tit. 7. §. 5. *Homicidium. nu.* 65. *pag.* 439.
*Infirmis* neceſſaria miniſtrare præceptum Regulæ Minorum eſt. Tit. 9. §. 3. *Hoſpitalitatis. n.* 13. *p.* 567.
Quos, & quomodò tale præceptum obliget. *ibid.*
Caſus, in quibus tale præceptum violatur. *ibid.*
*Ingreſſus* Minoris in Cellam alterius, quandò, & quomodo ſit crimen. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. num.* 62. *et ſeqq. pag* 181.
In domum ſuſpectam quomodò, & quando Fratri Minori ſit delictum. *ibid. num.* 90. *et ſeqq. pag.* 184.
In domum meretricis ſinè legitima cauſa eſt punibilis. *ibi. nu.* 92. *p.* 185.
In domum ſuſpectam, quomodò probandus. *ibid. nu.* 95. *et* 96. *pag* 185.
Intrà clauſtra V. *Clauſura Monialis; Fœmina.*
*Inimicitia* inter homicidam, & occiſum probanda eſt à fiſco, aut acuſatore. *Tit.* 7. §. 5. *Homicid. n.* 69. *p.* 440.
Capitalis ex cauſa graui eſt indicium præmeditationis in homicidio. *ibid. nu.* 75. *p.* 440.
Hæc tamen non facit indicium ad torturam ſinè adminiculis. *ibid.*
Quo caſu hæc faciat ex ſe Indiciũ animi deliberati. *ibi.*
*Inimici* ſibi mutuò obuiantes ſi vnus alium occidit, quo caſu dicatur occidiſſe animo deliberato. *ibid. nu.* 54. *pag.* 437.
Inimicum reconciliatum offendens ex novâ cauſâ non tenetur ad pœnam conuentionalem. *Tit.* 7. §. 7. *Proditorium. nu* 13. *pag.* 457.
*Iniquitas* eſt operatrix culpæ. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta. nu.* 1. *pag.* 8.
Eius proles quot. *ibid.*
*Iniuria* eſt omne non iure factum *Tit.* 1. § 2. *Delict. n.* 8. *p.* 9
Hanc nequeunt inferre bruta. *ibid.*
Multa habet ſignificata. *ibid.*
Iniuriam ſuam, aut ſuorum proſequens poteſt petere abolitionem criminis. *ibi. nu.* 44. *pag.* 13.
Eius gravitas pendet ab hominum æſtimatione. *Tit.* 5. §. 3. *Infamatio. nu.* 6. *p.* 298.
Eius ratio pendet ab intentione iniuriantis. *ibid. nu.* 8. *pag* 298.
Verbalis quomodò probanda. *ibid. nu.* 9. *et ſeqq. pag.* 298. *et* 299.
Eius pœnæ de iure cõmuni. *ibid. nu.* 14. *et ſeqq. pag* 300
De ea damnatus incurrit infamiam. *ibi. nu.* 15. *p.* 300.
Ex ea iactata in Principem quandò incurratur crimen Læſæ Maieſtatis. *ibid. nu.* 16. *pag.* 300.
Ex ea prolata in Officiales Principis quandò remaneat Læſa Majeſtas, *ibid num.* 17. *pag.* 300.
Facta mortuo eſt major, quàm facta viventi. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus nu.* 23. *pag.* 313.
Scripta quomodò punienda. *ibid. nu.* 61. *p.* 319.
Perfecta dicitur periurium. *ibid.* §. 7. *Periurium. nu.* 5. *pag.* 330.
Nomen iniuriæ comprehendit omnia delicta. *Tit.* 7. *nu.* 1. *pag.* 391.
Iniuria infertur facto, aut verbis. *ibid.*
Diverſificatur iuxtà perſonas, & obiecta immediata. *ibid.*
Non fit ſinè animo iniuriandi. *ibid.* §. 3. *Provocatio. nu.* 1. *pag.* 404. (reperies pag. 400, ſed corrige, & leg. pag. 404.)
Facta filio tangit Patrem. *ibi. nu.* 90. *pag.* 415. [leges pag. 315. ſed corrige, & pone pag. 415.]
Atrox accepta ab inimico excludit (iuxtà quoſdam) reatum animi deliberati. *ibid.* §. 5. *Homicidium. nu.* 57. *pag.* 437.
*Inobediens* Epiſcopo de iure antiquo erat infamis, & interdictus. *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia. nu.* 22. *pag.* 53.
Talis aliquando obſidebatur à Dæmone. *ibid.*
Delegato Papæ poteſt ab ipſo excõmunicari, ſed à ſolo Papa abſolui. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. nu.* 65. *p.* 242.
*Inobedientia* diffinitur. *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia. n.* 2. *p.* 48.
Eius motiuum eſt contemptus. *ibi. nu.* 3. *p.* 49.
Ad eam incurrendam quid requiritur. *ibi. n.* 4. *p.* 49.
Eius differentia à contumacia. *ibi. n.* 7. *p.* 49.
Quomodò probetur in precepto cadente ſuper commiſſione. *ibi. nu.* 18 *pag* 51.
Quomodò, & à quo probanda in precepto prohibitiuo *ibid. nu.* 19. *p* 51.
Ab eâ reſipiſcens Religioſus intrà viginti quatuor horas non eſt carcerandus. *ibi nu* 100. *p.* 60.
Hęc, & rebellio conſtituunt Schiſma. *ibi* §. 5. *Schiſma. nu.* 8. *p* 77.
*Inquiſitio* de hereſi fit etiam poſt mortem. *Tit* 2. §. 7. *Hæreſis. num.* 62. *p.* 101.
Calumnioſa quæ ſit. *T.* 5. §. 4. *Calumniatio n* 22. *p* 308
*Inquiſitor* poteſt procedere contrà veſcentem carnibus tempore prohibito *T.* 9. §. 1. *Ieiuniorum n.* 6 *p.* 550.
*Inſidiari* quis dicatur *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia n.* 109. *p.* 61.
Importat quamlibet iniuſtam offenſam *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium. num.* 61. *pag.* 437. & 438.
Propriè quid ſignificet *ibid.*
In inſidijs occidere pluribus modis, & quibus accidat. *ibi nu.* 62. *pag.* 438.
*Inſtitutio* heretici in heredem probat ſuſpicionem hereſis. *Tit.* 2. §. 7. *Hæreſis. nu.* 33. *p.* 97.
*Inſtrumentum*, quo patratur delictum, iſtud aggravat. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta nu.* 27. *pag.* 11.
Inſtrumentum ſuſpectum de falſo producens, & deficiens in probatione veritatis punitur de falſo. *Tit.* 6 *num.* 9 *p.* 354.
Inſtrumento vt credatur, illud debet eſſe liberum ab omni ſuſpicione falſi. *ibi* § 1. *falſific. liter. n.* 11 *p.* 358
Inſtrumentum falſum condens Notarius à quo Iudice puniendus. *ibi nu.* 42. *p.* 362.
Alius à Notario idem fabricans quomodò puniendus. *ibid. nu.* 43. *p.* 362.
Ipſum in iudicio producens ex triplici capite poteſt puniri. *ibid. num.* 44 *pag.* 362.
Cautela adhibenda cum producente inſtrumentum falſum. *ibi. nu.* 45. *pag.* 362.
Quid agendum, quandò non liquet, ân Notarius, ân alius inſtrumentum falſum condiderit, paribus hinc indè præſumptionibus. *ibi. num.* 46. *pag.* 362.
Inſtrumenta ad condendam monetam quale indicium faciant. *Tit.* 6. §. 3. *Falſificatio. nu.* 35. *pag.* 379.
Inſtrumenta fabrilia delata à Clerico iis non utente veniunt nomine armorum. *Tit.* 7. §. 1. *Armorum. nu.* 10. *pag.* 394.
*Inſtrumentum* V. *Percuſſio.*
*Inſultans*, qui armatus acceſſit, quamvis arma depoſuerit, ſi ea poteſt de facili reaſſumere, dicitur cum armis inſultaſſe. *Tit.* 7. §. 3. *Provocatio. nu.* 4. *pag.* 404. (corrige p. 400, & pone 404.)
*Inſultatus* poteſt prævenire percutiendo inſultantẽ. *ibid.*
Occidens inſultantem fugientem non tenetur pœna ordinaria homicidii. *ibid.*
Gravitas delicti in vulnerando abſorbet delictum in inſultando. *ibid.*

In-

Digitized by Google

Digitized by Google

*Jurans* per genium Principis ſolvere pecuniam, ſi non ſoluit peccat *ib n.*15.*p.*331.
*Juratio* mala omnis eſt peiurium.*ib.n.*8.*p.*330.
Mala juratio eſt, quæ fit cum negligentia, vel præcipitanter, aut ex mala conſuetudine, aut eroneè, aut doloſè.*ib.n.* 8.*p.* 330.
*Jurisdictio* Eccleſiaſtica non poteſt haberi à laico. *Tit.* 2. §.3.*Appellatio.nu.*31.*p.* 67.
Hanc in Monachos de jure antiquo habebant Epiſcopi.*ibid.*
Jurisdictionem alterius uſurpat, qui exercet aliquod ſinè facultate.*T.*4.§.8.*Clauſura nu.*46.*pag.* 239.
*Jurisprudentia criminalis* eſt antiquior, & excellentior civili, *Tit.* 1.*n.*1.*p.*1.
Ejus eſſentialia expreſſa à Deo in damnatione Adam. *ib. nu.* 3.*p.* 1.
Ejus præſtantia ſuprà civilem probatur. *ibid. nu.* 1. & 5.*p.*1.
*Ius* ſepulcrorum amittitur ob læſam Majeſtatem. T.2.§. 6.*Laſa.n.*44.*p.*90.
In perſonas amittitur ob hæreſim *ibid.*§.7.*Hæreſis.nu.* 56.*p.* 100.
Exigendi credita à debitoribus amittitur ob eandem. *ibid.*
In bonis propriis ipſo facto perdunt hæretici. *ib. n.*58. *pag.*101.
Jura, & actiones computantur inter bona immobilia. *Tit.*3.§ 4.*Alienatio.num.* 10.*pag.*134.
Juri communi non derogatur, niſi dè eo expreſſa mẽtio fiat.*Tit.*2.§.3.*Appellatio.n.*46.*p.*69.
Jus precarium, aut ex ſtipulatu alteri quæſitum quæritur etiam ſuis.T.4.§.8.*Clauſura.nu.*8.*pag.*233.
*Ius Canonicum*, aut *Civile.* V.*lex.*
*Iuspatronatus Eccleſiaſticum* nequit alienari. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio.n.*10.*pag.* 134.
Hoc vendens quas pœnas incurrat. T. 8. §. 7.*Simonia. num.*38.*p.* 543.
Si adnexum eſt temporali bono, & hoc vendatur, quãdò incurrantur pœnæ, aut non.*ibid.*
Poteſt transferri in laicum ſinè licentiâ Epiſcopi.*ibid.*
Hoc habens ſi aliquem præſentat ad Beneficium, aut Officium per pecuniam incurrit excommunicationem.*ibid.*
*Iuspatronatus laicale* quale ſit, & quomodò transferri poſſit.T. 3. §. 4.*Alienatio.n.*10.*p.* 134.
*Iuſtitia civilis* quandò incæperit.T.1.*n.*2. *p.*1.
Hanc dedit Deus hominibus.*ib. n.*4.*p.* 1.
Juſtitia criminalis eſt Deo reſervata.*ibi. n.*4.*p.*1.
*Iuvenes* aliquandò caſti, & ſenes luxurioſi.T*it.*4.§.1.*Conſortium.n.*24.*p.* 175.
*Iuventus*, & pulchritudo ſunt propria adminicula copulæ carnalis.T.4.§.4.*Adulterium.n.*12.*p.* 204.& *nu.* 24.*p.*205.

# L

*Laceraus* ſcripturam, ſi eſt ob lucrum, eſt fur, ſi ad celandam veritatem eſt falſarius. T. 6. §.1.*lit.falſific. n* 49.*p.*363.(leges, ſic Theſaurum, corrige, & pone, Scio Theſaurum.)
*Lacticinia* comedens in diebus Minorita in refectione privata in locis, in quibus laici illis non veſcuntur tempore Quadrageſimæ, àn pœnam incurrat. T. 9.§.1. *Ieiuniorum.n.*29.*p.*554.
Quibus in locis poſſint Fratres Minores tempore Adventus veſci lacticiniis.*ib.nu.*29.*p.* 554.
Statutum quod tempore jeiuniorum Fratres in Communitate abſtineant à lacticiniis quomodò intelligendum.*ib. n.* 33.*p.* 554.
Conſuetudo veſcendi lacticiniis tempore jejuniorum extrà Quadrageſimam quomodò introducta. *ib. nu.* 33.*pag.*554.
Veſci lacticiniis in Communitate quid importet.*ibid. n.*35.*p.* 555.
Caſus, in quibus Superior poteſt dare lacticinia Fratribus tempore jejuniorum extrà Quadrageſimam. *ibid. num.*38.& 39.*p.* 555.
Provinciales poſſunt diſpenſare ſuper uſu lacticiniorum & ubi, & quandò.*ib.n.*40.*p.*355.
An Superior poſſit dare lacticinia in Communitate Fratribus ſanis, quandò *notabilis pars* familiæ illis eget ex adverſa valetudine.*ibid. num.*45.*p.* 556.
Diſpenſationem ſuper uſu lacticiniorum quam Provinciales dant perpetuam pro aliquo Conuentu Superior localis poteſt concedere temporalem.*ib.n.*41. *p.* 555.
Quæ dicatur *notabilis pars* Fratrum valetudinarioṝ, ut ſit locus diſpenſationi cum Fratribus ſanis ſuper uſu lacticiniorum.*ib.n.* 51.*p* 557.
Superior localis poteſt diſpenſare ſuper eſu lacticiniorum cum Fratribus, qui aſſiſtunt hoſpitibus lacticinia comedentibus.*ib.n.*48.*p.*557.
*Laſæ majeſtatis crimen* eſt genus ad alia crimina.*T.*2.§.6. *Laſæ.n.*1.*p.*83.
Ejus variæ diffinitiones impugnantur.*ib.n.*2.& 3.*p.*83.
Ejus diviſio.*ib.n.*12.*p.*84.
Hoc crimen committunt ſoli Subditi.*ib.n.* 13.*p.* 85.
Hoc contrà Papam committere poteſt quivis Chriſtianus, & quarè.*ibid.n.*14.*pag.*85.
Poteſt committi ab Univerſitate, & quomodò.*ib.n.* 16. *pag.*85.
Poteſt etiam committi à fœmina.*ib.n.*17 *pag.* 85.
Contrà quos poſſit committi.*ib.n.*18.& *ſeqq.p.*85.
Hoc crimen in primo capite judicatur à ſolo Principe.*ib.n.*32.*p.* 88.
In hoc proceditur per inquiſitionem.*ib. n.*33.*p.*88.
Ad inquirendum contrà hoc non ſufficit ſola fama, ſed ſufficit occulta notitia. *ibid.*
Non præſcribitur.*ibid.*
Accuſatio dè eo poteſt fieri etiàm poſt 20.annos. *ib. n.*34.*p.*88.
Ad accuſandum de eo admittuntur etiam, qui accuſare prohibentur.*ibid. nu.*34.*p.* 88.
Accuſans dè eo, & nec ſemiplenè probans, torquendus eſt cum Reo.*ibid.*
In hoc crimine, ſi notorium eſt, proceditur ſummariè. *ibid.n.*35.*p.* 88.
Eſt difficilis probationis.*ib.n.* 36.*p.* 89.
In eo requiruntur indicia vehementiora. *ibid.*
Ejus pœnæ.*ib.n.* 39.& *ſeqq. p.*90.
Reus dè illo poteſt impunè occidi.*ibid.*
Vltimo ſupplicio afficitur. *ibid.*
Penas ſubit, licèt crimen poſt mortem detegatur.*ib.*
Ob hoc crimen Pater poteſt occidere filium. *ibid.*
Infamis eſt, & ejus ſtemma gentilitium debet tolli.*ib.n.* 40.*p.*90.
Ejus memoria damnatur poſt mortem. *ib.*
Confiſcantur ejus bona.*ibid. num.*41.*pag.*90.
Amittit omnia, quæ ſunt de jure civili. *ibid.*
Ejus filii priuantur hæreditate paterna.*ibid. num.* 42. *p* 90.
Non poſſunt fidem ſuccedere in bonis exterorum. *ib.*
Hæredes ſunt infamiæ paternæ. *ibid.*

Reus

Digitized by Google

Digitized by Google

Quomodò Judex debeat regulare arbitrium ſuum in pœnis lenocinii.*ib.n.*21.*p.*572.
Fœminæ lenocinium exercentes quomodò puniendæ, ſi mulier tentata non conſenſit.*ibi.n.*22.*p.*572.
Confeſſarius in Confeſione ſtimulans penitentem ad lenocinium ſubit pœnas ſollicitantium.*T.*4. §.2.*Sollicitatio.n.*6.*p.*189.
Lenocinium exercens Confeſſarius in actu Confeſſionis incurrit pœnas ſollicitantium.*ib.n.*13.*p.*190.
*Levitæ* vivebant ſeparati à populo.*T.*4.§.8.*Clauſura. nu.*2.*p.*232.
*Lex* de ſervis transfertur ad Monachos. *Tit.*2. §.1. *Apoſtaſia.nu.*27.*pag.* 27.
Lex quandò ceſſat ceſſante ejus fine in particulari.*ibid.* *nu.*36.*p.* 29.
Legum omnium non eſt ratio reddenda.*ibi.n.*111.*p.*39.
Nulla lex obligat ad impoſſibile.*ibi.n.* 151. *p.* 44.
Extenditur lex ex identitate rationis.*T.*3.§.7. *Dilapidat.nu.*27.*pag.* 161.
In Statutis in caſu omiſſo extenditur lex ex majoritate rationis. *ibid.*
Lex pœnalis ob quæ extendenda.*T.*4.§.1. *Conſortium. n.* 12.*p.*172.*&* 32.*p.*178.
Abſquè publicatione lex non ligat.*ibi.nu.*15.*p.*173.
Humana lex per non uſum ceſſat obligare. *ib. num.*15. *p.*173.
Pœnalis extenditur quandò aliàs redderetur inutilis. *ib.n* 18..*pag.*174.
Ex proemio legis mens legiſlatoris venanda.*ib. nu.* 30. *p.* 178.
Quandò verba legis ſunt clara,licèt dura ſit, eſt ſervanda.*ib. n.*63.*p.*181.
Lex lata prò commodo populi ità explicanda eſt, ut non reddatur incommoda. *ibid.*
Lex nova mitigans pœnam antiquæ non aufert infamiam latam per antiquam.*ib.*§. 5. *Stuprum. nu.* 19. *p.*218.
Quandò lex dicatur favorabilis.*ibi.*§.11.*Sodomia. nu.* 53.*p.*264.
De verbis legis non eſt diſputandum, quandò habetur declaratio legiſlatoris. *ib. n.* 64. *p.* 265. (reperies in Summario deſputàdum, ſed corrige diſputandum.)
Legis declaratio non ligat,niſi publicata; licèt legiſlator dicat ſe ità intellexiſſe. *ib.*§. 8. *Clauſura. nu.*48. *pag.*240.
In lege nullum verbum datur otioſum,ſed aliquid debet operari.*ib.*§.11.*Sodomia.n.*81. *p.*267.
Pœnalis lex non extenditur prò foro conſcientiæ etiam ex identitate rationis. *ib.* §.12.*Beſtialitas. num.* 20. *p.*272.
Leges pœnales in crimine Blaſphemiæ extenduntur. *T.* 5. §.2.*Blaſphemia.n.* 22.*p.*288.
Legum tituli diverſi diverſa important crimina. *ibi.*§. 5.*Libellus.n.*12. *p.* 311.
Legum correctio in dubio eſt evitanda.*ib.n.*60.*p.* 319.
*Legem transgredi* quid importet. *ib.* §. 7. *Periurium.n.* 2.*p.*330.
Lex debet extendi ob identitatem cauſæ finalis. *ibid.* §.9.*Suaſio. nu.*8.*pag.*347.
Lex,ſi gratia uſus frequentioris aliquid decernit, non excludit caſum minùs frequentem.*ib. n.* 8. *p.* 347.
Lex levem metum non conſiderat. *ibid. num.* 12. *pag.*347.
Legis diſpoſitio odioſa extenditur,cùm per eam providetur ſaluti animarum.T.7. §.1. *Armorum. n.*11. *p.*394.
Leges Principis laici contrà deferentes arma prohibita àn afficiant Clericos. *ibi.n.*19.*pag.*396.
Leges clauſæ in corpore juris deficiente jure Canonico obligant Clericos.*ibid.nu.*20.*p.*396.
Lex occidit hominem, quandò hic juſtè occiditur. T. 7.§.5.*Homicidium. nu.* 3.*pag.* 428.
Lex quoſnam homines occidi impunè permittit. *ibid. num.*4.*& ſeqq.p.*428.
Lex concedens homicidium uxoris adulteræ extenditur ad ejus adulterum.*ib.n.*29.*p.* 433.
Legis permiſſio facta perſonæ non egreditur perſonam.*ibid.n.*32.*p.*433.
Lex nutritiva peccati, & Reipublicæ exitioſa eſt tollenda.*ibi.*§.6.*Aſſaſſinium.num.*36.*pag.*452.
Lex eſt omne,quod ratione conſiſtit. *Tit.*9. §.5. *Incendij.num.* 22.*pag.* 577.
Lex tacita eſt ratio naturalis. *ibi.*
Lege non allegatâ ſufficit allegare rationem naturalem. *ibid.*
Lege aliquid non determinante Judex ſequi debet rationem naturalem. *ibid. nu.*22.*pag.* 577.
Lex cognoſcitur cognito nomine criminis;& lege cognita cognoſcitur pœna.*T.*9.§.6. *Latrocinium. num.* 3.*p.*580.
*Lex Canonica* ſervanda cum laicis in Terris temporaliter ſubjectis Papæ.T.4.§.5.*Stuprum. n.*16. *pag.* 217.
Non ſuſtulit pœnas legis Civilis contrà Raptores. *ib.* §.7.*Raptus.num.* 9.*pag.*226.
Non corrigit Civilem,niſi in ordine ad ſpiritualia.*ib.*
Nulla reperitur,quæ ſtatuat,eſſe inceſtum Sodomiam cum perſona conſanguinea,vel affine. *ib.*§.11. *Sodomia.nu.*5.*p.*255.
*Lex Civilis ſervanda*, ubi deficit Canonica. *T.*1.§.1. *n.* 1. *pag.*6.
Et ubi ſibi non contrariatur lex Canonica. *ib.p.*6.
Et quandò non eſt contraria Eccleſiaſticis perſonis. *ib.n.*1.*p.*6.
Et quandò ex eâ nullum imminet peccatum. *T.*4 §.5. *Stuprum.n.*16.*p.*217.
In ordine ad raptum quorum favore lata ſit. *T.*4. §.7. *Raptus nu.*5. *p.* 225.
Vetat matrimonium inter raptorem,& raptam; ſed in hoc corrigitur à Canonica. *ibi. nu.*6.*p.*225.
Clauſa in corpore juris civilis deficiente jure Canonico obligat Clericos. *Tit.* 7. §. 1 *Armorum. n.* 20. *p.*396.
Leges Principis laici reſpectu Clericorum habent tantùm vim directivam. *ibid.*
*Libellus famoſus* quid ſit. *Tit.*5.§.5.*Libellus.n.* 2. *p.* 310.
An ad ejus eſſentiam requiratur occultatio nominis Auctoris.*ib.n.* 2. *& ſeqq. pag.* 310.
Ità infamat cum nomine Auctoris, ſicut ſinè eo.*ibid. nu.*4. *pag.* 310.
In eo requiritur nomen infamati expreſſum, aut alia clara conjectura,indicans contrà quem libellus formatus ſit.*ib.n.* 5 *p.*310.
In eo requiritur dolus malus.*ib.n.* 6.*p.*310.
Eũ cõponens ex ioco non incurrit crimẽ.*ib.n.*6.*p.*310.
Præſumitur factus ioco,ſi ejus mala cauſa non probatur.*ib.n.*6.*p.* 310.
Nomen Auctoris poſitum in eo aggravat crimen.*ib. n.*4.*p.*310.
Factus ad retorquendam injuriam pœnam minorem importat.*ib.n.*7.*p.*310.
Fit ſolummodò per ſcripturam non per alia ſigna ignominioſa.*ib.n.*8.*p.*311.



Digitized by Google

Linguæ delicta iudicialiter punibilia enumerantur. ibid. nu. 3. pag. 278.
*Literæ formatæ* antiquitùs quomodò concedebantur. Tit. 2. §. Apoſtaſia. nu. 13. p. 25.
Earum ſpecies. ibid. pag. 25.
Vocabâtur cōmendatitiæ, aut canonicæ. ibi. n. 13. p. 25.
Literæ amatoriæ reciprocæ ſunt indicia copulæ carnalis. Tit. 4. §. 4. Adulterium nu. 11. pag. 204.
*Literarum falſificatio* quas ſcripturas comprehendat. Tit. 6. §. 1. liter. falſific. nu. 1. p. 356.
Literæ falſæ dupliciter dicuntur ibid. num. 2. p. 356.
Literis falſis ſibi arrogans Magiſtratum fit Reus Læſæ Maieſtatis. ibi. nu. 10. pag. 357.
Literarum falſificatio quomodò probetur. ibid. nu. 11. & ſeqq. pag. 358.
Literæ Superioris an probentur falſæ, per hoc, quòd non reperiuntur regiſtratæ. ibi. nu. 59. p. 364.
*Literarum apertio* quomodò, & quandò ſit crimen. Tit. 6. §. 2. liter. aperit. nu. 1. pag. 366.
Literas ſubditorum, vxoris, ac filiorum aperire reſpectiuè poſſunt Superior, Maritus, & Pater. ibid.
Literarum aperitio non eſt crimen falſi. ibid. num. 2. pag. 366.
Aliquandò eſt crimen Leſę Majeſtatis; aliquandò furti. ibid. num. 3. p. 367.
Quo caſu dicatur à Doctoribus crimen falſi. ibid. nu. 3. pag. 367.
Diverſificatur hoc crimen à diverſitate finis intenti. ibi. num. 4. p. 367.
Literas aperiens propriè committit ſtellionatum, & de eo punitur. ibi. nu. 4. et 5. p. 367.
Hoc crimen eſt non tantùm ſi aperiens habet animum nocendi, ſed etiam ſi ex aperitione periculum emergit alterius nocumenti. ibid. num. 4. pag 367.
Literas aperiens ex curioſitate venialiter tantùm peccat. ibid. nu. 5. p. 367.
Aliquandò tenetur actione iniuriarum. ibi. n. 6. p. 367
Ad incurrendum hoc crimen requiritur lectura literarum. ibid. num. 7. pag. 367.
Requiritur pariter, quòd interveniat damnum tertij ibid. nu. 8. p. 367.
Licèt malum non ſequatur, doloſè aperiens literas debet puniri. ibid. nu. 9. pag. 367.
Literas ſibi ſuſpectas de damno proprio quandò liceat aperire. ibi. num. 13. & ſeqq. pag. 368.
Literarum aperitio ob quam rationem eſt crimen atrox. ibi. num. 18. p. 369.
Hoc crimen quomodò probandum. ibid. nu. 21. & & ſeqq. pag. 369. & 370.
Quibus pœnis puniatur. ibi. nu. 36. & ſeqq. pag. 372.
*Literas* ſibi commiſſas doloſè reddens alteri ab eo, ad quem deferendas accepit, delinquit contra fidelitatem. Tit. 6. §. 2 liter. aperit. nu. 3. pag. 367.
Occultans doloſè, aut deſtruens delinquit crimine falſi. ibi. nu. 11. p. 368.
Eas non fideliter dantes Magiſtri poſtarum quod crimen committant. ibi. nu. 19. & 20. pag. 369.
Literarum publicator quandò torquendus, & puniendus. ibi. n. 32. & 33 p. 371.
Literas Superiorum intercipientes, aperientes, impedientes, & malitioſè retardantes inter Minoritas, quas pœnas ſubeant. ibid. nu. 42. & ſeqq pag 372.
Eaſdem aperire, malitioſè differentes, quas pœnas ſubeant. ibid. nu. 46. p. 373.
Litteras Fratrum privatorum intercipientes, aperientes, deſtruentes, &c. quomodò puniendi. ibid. num. 47. & ſeqq. pag. 373.
Literas doloſè retardans cum damno alterius punitur de Stellionatu. ibid. nu. 10. p. 367.
Avellens à literis ſigillum publicum committit falſum, & quare. ibi. nu. 12 p. 368.
*Literæ Apoſtolicæ* ſubreptitiè, aut obreptitiè impetratæ non important crimen falſi. Tit. 6. §. 1. liter. falſif. nu. 3. p. 356.
In illis quandò propriè falſitas committatur. ibid. nu. 4. pag. 356.
Quomodò, & quandò dicantur falſificatæ. ibid.
In illis aliquid cum veritate immutans an delinquat crimine falſi. ibid nu. 5. et ſeqq. pag. 357.
Eas, (aut literas alterius ſupremi Principis) vitians graviſſimè delinquit. ibi. nu. 10. p. 357.
In illis nil vel minimum addi, minui, aut corrigi non poteſt. ibi. nu. 4. pag. 356.
Earum nomine quæ veniant de iure antiquo, & novo. ibi. nu. 26. & ſeqq. pag. 360.
Iudex falſarij literarum Apoſtolicarum de iure veteri, & novo quis ſit. ibid. num. 33 p. 361.
Crimen falſantis literas Apoſtolicas eſt mixti fori ibid. pag. 361.
*Localis* proprietarius quis dicatur. Tit. 3. §. 1. Proprietas. nu. 58. & ſeqq. pag. 112.
*Loca* montium ſunt bona immobilia. ibid. §. 4. Alienatio. num. 10. p. 134.
Loca pia fundata à laicis quandò cenſeantur eſſe Eccleſiaſtica. ibid. nu. 19. pag. 135.
Loci pij erecti auctoritate Epiſcopi bona ſunt Eccleſiaſtica. ibi. nu. 19. pag. 135.
Loci dignitas aggravat delictum Tit. 1. § 2. Delicta. nu. 24. pag. 11.
Loca, ob quæ aggravatur delictum, enumerantur ibi. nu. 24. p. 11.
Locus quandò dicatur non tutus. Tit. 2. § 2. Inobedientia. nu. 28. p. 53.
Locus, in quo Princeps permittit duellum, ab eo amittitur. Tit. 7. §. 4. Duellum nu. 46. pag. 425.
*Locutio* indefinita æquipollet vniverſali. Tit. 4. §. 8. Clauſura. nu. 63. p. 242.
Contumelioſa contrà Papàm quotuplex poſſit eſſe, & à quo punienda. Tit. 5 §. 2. Blaſphemia. n. 57. p. 293
Contrà Cardinales à quo punienda. ib. d. nu. 58. p. 293
Contrà Epiſcopos, & Prælatos quandò, & quomodò punienda. ibi. nu. 61. et ſeqq. pag. 293. & 294.
*Loqui*. Loquendo, & tacendo poteſt homo delinquere. Tit. 5. §. 1. Omiſſio. nu. 1. pag. 279.
Loquens obſcœnitates quomodò, & quandò puniendus ibi. §. 2. Blaſphemia. nu. 70. et ſeqq. pag. 295.
*Loqui* cum Monialibus. V. Monialis. V. Religioſus.
*Lucrum* intentum à latrone ex ſpolio occiſi eſt de quidditate latrocinij. Tit. 9. §. 6. Latrocinium. n. 5. p. 581.

# M

*Machinari* quid importet. Tit. 7. §. 5. Homicidium. nu. 107. p. 445.
Machinarum plures ſpecies. ibid.
*Maculans* luto doloſè purpuram Regis, læſit Majeſtatem eius perſonæ. Tit. 8. §. 2. Abuſ. in Euchariſt. nu. 5. p. 499.
*Magiſtri* requiſitionum qui ſint. Tit. 6. §. 4. Alchimia nu. 22. pag. 385.
*Magiſtratus* habens merum, & mixtum Imperium cum gladij poteſtate habet Maieſtatem. Tit. 2. §. 6. Læſa nu. 7. pag. 83.

Depre-

Digitized by Google

Digitized by Google

*Manifeſtatio*. V. *Revelatio*.
*Manifeſtum*, & *manifeſtatum* quomodò differant. Tit. 9.§.2. *Itinerantium*. n.12.p.562.
*Manus elevatio*. V. *Percuſſio*. V. *Actio*.
Manuum iniectio in hominem quotupliciter fieri dicatur, Tit.7. §.5. *Homicid*. n.63.p 439.
*Maritus* ſuſpicans de adulterio uxoris quid facere poſſit. Tit.4.§.1.*Conſortium*.n.10.p.172.
Percutiens Clericum adulterantem propriam uxorem non incurrit cenſuram, ibid.n.11.p.172.
Conſummato matrimonio habet jus in corpus uxoris, ibi.§ 7. *Raptus*. n.18.p.228.
Quo loco adulterantem actu uxorem poſſit occidere. Tit.7.§.5. *Homicid*. nu.28.p.433., & §. 8. *Parricidium*. n.6.p.463.
Occidens adulterum non vilem citrà mortem puniendus, ibid.§.5. *Homicidium*. n.28. p.433.
Quo caſu occidere poſſit ſuſpectum de adulterio cum uxore ſua. ibid.n.30.p.433.
Sivè vilis, ſivè Nobilis ſit adulter poteſt à marito occidi, ibid.
An poſſit maritus per manum alienam occidere uxorem in adulterio deprehenſam, ibid. num.31.pag. 433.
Ordine naturæ maritus plus diligit uxorem ſuam, quàm Patrem. ibid. §.8. *Parricidium*. n.6.p.463.
Debet iraſci maritus notitiam habendo de adulterio uxoris. Tit.9.§.4. *Lenocinium*. n. 10. p.570.
In eo quomodò probetur ſcientia adulterii uxoris.ibi.
Indicia lenocinii in marito reſpectu uxoris, ibid. nu. 9., & ſeqq.p.570.
*Maritus*. V. *Vir*.
*Maſculus* ità rapti poteſt ad uſum venereum, ſicut fœmina. Tit.4.§.7.*Raptus*, n.15.p.227.
*Mater* poteſt mortem inferre infanti poſitivè, & negativè, & quomodò. Tit. 7.§.8.*Parricidium*. nu. 13. p.464.
Quæ nato infanti non præſtat, quæ præſtare debet, undè hic moritur, ſtrictè parricidium non committit. ibid.n.14.p.464.
Exponens infantem quibus pœnis teneatur. ibi.
In generatione, & educatione prolis plus operatur, quàm Pater. ibid.n.32.p.466.
Matres, etiam inter bruta plus diligunt filios quàm Pater, ibid.n.33.p.467.
Mater occidens infantem non ſibi collato Baptiſmo atrociſſimè punienda, ibid.n.39. p.468.
Tenetur lactare filium propriis uberibus, Tit.9.§.3. *Hoſpitalitatis*. n.10.p.567.
Si filium non lactat, tenetur propriis expenſis lactare per Nutricem. ibid.
Matris obſequio indiget infans per triennium. ibid.
*Mater*. V. *Infanticidium*.
*Maternitas* de directo poteſt probari, & quomodò. Tit. 7.§.8.*Parricidium*. n.29.p.466.
*Matricidium* gravius eſt patricidio. ibi.
*Matrimonium* inter coniunctos in lineà rectà omni jure eſt prohibitum, Tit. 4.§.6. *Inceſtus*. n.5.p.220.
Inter raptorem, & raptam vetat jus Civile, ſed in hoc corrigitur à Canonico, ibi.§.7. *Raptus*. nu.6. p.225.
Per matrimonium pœna raptus non evaditur. ibi. n. 8.p.225.
Abuſus in matrimonio pluribus modis committitur, Tit. 8.§.5. *Abuſ.in matrimo*. n.1.p.517.
Matrimonium iniens Clericus in ſacris, aut Religioſa perſona eſt ſuſpecta de hæreſi, ibi.n.2., & ſeqq. p.517.
Perſona ſacra iniens ſponſalia eſt Rea tantùm de matrimonio attentato. ibi.nu.6 p.518.
Polygamia eſt abuſus in matrimonio, ibi.n.8.p.518.
Matrimonii abuſus in perſona Religioſa quomodò probandus, ibi.n.17., & ſeqq.p.520.
Pœnæ abutentis matrimonio. ibi.n.27., & ſeqq p.521.
Quomodò prò matrimonio poſſit dari pecunia. Tit. 8.§.7. *Simonia*. n.13.p.338.
*Matrimonium*. V. *Polygamia*.
*Medicamentum* quodvis venit nomine veneni, Tit 7.§.9. *Veneficium*. n.16.p.470.
Religioſus medicamentum componens, & uni, aut alteri præbens, àn ſit Reus Statuti vetantis exercitium Medicinæ. Tit.9 §.8. *Artium*. n.36. p. 603.
Tale medicamentum vendens Religioſus quo caſu, & quibus pœnis, ultrà Statutaria ſit puniendus, ibi. n.38.p.603.
*Medicina* eſt ars coniecturalis, Tit.7.§. 9. *Veneficium* n 26.p.473.
Eam exercere Clericus non poteſt. Tit.9 §.8. *Artium* n.3 p.597.
Eam ex charitate poteſt exercere Religioſus. ibi. nu. 21.p.600.
Eam exercens Religioſus quandò evadat pœnas Statuti. ibi n.39.p 603.
Quo caſu hic poſſit carcerari à Provinciali propter exercitium medicinæ. ibi.n 42 p.603.
*Medicus* adhibendus in judicando morbo gallico. Tit. 4.§.1 *Conſortium*. n 105 p.186.
Dans ægro medicamentum inexpertum, ſi hic moritur, tenetur de homicidio culpoſo. Tit.7.§. 9. *Veneficium*. n.14 p 471.
Eſt adhibendus in caſu veneficii; & quomodò ſe gerere debeat in viſitatione cadaveris, & judicio de eo formando. ibi nu 21., & ſeqq. p. 472.
Debet judicare de causâ abortus. ibi.§.10. *Abortus*. n.9.p.479.
Et de animatione fœtus abortivi, & quomodò. ibi. n 18.p.481.
Procurans abortum fœtus inanimis prò ſanandâ Matre non peccat. ibi.n 31.p.484.
Dans coniugatæ poculum ſterilitatis nè periclitetur in partu, peccat. ibi n.31 p 484.
*Membrum* corporis quodnam dicatur. Tit.7.§.5. *Homicidium*. n.105 p.445.
*Memoria* Rei de Læſa Majeſtate damnatur poſt motrem, Tit.2.§.6.*Laſa* n.40.p.90.
*Mendacium* non poteſt ædificari ſinè demolitione veritatis. Tit. 6.n. 1.p. 352.
*Mens*. Nemo dicit aliquid, quod prius mente non agitaverit, Tit.7.§ 5. *Homicidium*. n 76.p. 441.
*Menſor* non eſt obligatus civiliter ergà utentem operâ ſuâ Tit 6 n.2.p.352.
*Menſura*. Fallens in menſura non committit crimen falſi. Tit 6.n.2. p.352.
Contrà fallentem in menſurâ non datur actio niſi de dolo. ibi.
*Mercaturam* exercere eſt Clericis prohibitum. Tit.9 §. 8. *Artium*. n. 3. p. 597.
*Merces* ſui laboris non poteſt à Fratre Minori judicialiter peti. Tit 3 § 2. *Pecunia*. n.87. p. 128.
*Meretrix* quandò dicatur rapta, aut non. Tit. 4.§ 7. *Raptus*. n. 25. p. 229.
Non tenetur reſtituere pretium ſuæ proſtitutionis, Tit.

Digitized by Google

Dans ægro medicamentum inexpertum, ſi hæc mor-
tur, tenetur de homicidio culpoſo. Tit.7.§.5.
neficium. n.14 p.471.
Eſt adhibendus in caſu veneficii; & quomodò se ge-
rere debeat in viſitatione cadaveris, & iudicio
eo formando. ibi.nu 21., & ſeqq.p.472.
Debet judicare de causâ abortus. ibi.§.10. Abor
n.9 p.479.
Et de animatione fœtus abortivi, & quomodò.
n 18.p.481.
Procurans abortum fœtus inanimis prò ſanandâ
tre non peccat. ibi.n 31.p.484.
Dans coniugatæ poculum ſterilitatis nè periclitetur
partu, peccat. ibi n.31.p 484.
embrum corporis quodnam dicatur. Tit.7.§.5.
cidium. n.105 p.445.
moria Rei de Læſa Majeſtate damnatur poſt mort.
Tit.2.§.6.Laſa n.40.p.90.
ndacium non poteſt ædificari ſinè demolitione veri-
tatis. Tit.6.n.1.p.352.
s. Nemo dicit aliquid, quod prius mente non ag-
taverit. Tit.7.§.5. Homicidium. n 76.p.441.
ſor non eſt obligatus civiliter ergà utentem operâ
Tit 6 n.2.p.352.
ra. Fallens in menſura non committit crimen
i. Tit 6.n.2.p.352.
ntrà fallentem in menſurâ non datur actio
olo. ibi.
uram exercere eſt Clericis prohibitum. Ti
Artium. n.3. p.597.
ui laboris non poteſt à Fratre Minori
peti. Tit 3 § 2. Pecunia. n.87.p.128
quandò dicatur rapta, aut non. Tit.5.
ptus. n.25.p.229.
enetur reſtituere pretium ſuæ proſtitutionis
An rationabiliter minæ omnes habendæ ſint prò de-
licto conſummato. ibid. num.4. pag.ibid.
Minæ ſolæ, ex quibus rationabilis timor oritur, ſunt
crimen. ibid.nu.5.pag.ibid.
Quæ ſunt ſufficientia indicia reatus, ſecuto effectu,
ſunt crimen. ibid. num.6. pag. 400.
Ambiguæ ſunt interpretandæ in bonam partem.ibi.
nu.7.pag.400
Iactatę ex impetu iracundię non ſunt crimen. ibid.
Nequè ille, quę leve damnum inferre jactant.ibid.
Qui minas iecit, ſi ſecuta eſt offenſa in eum, cui mi-
natus eſt, & neſcitur auctor offenſę, minans po-
teſt torqueri. ibid.nu.1.pag.399.
Dè iure communi contra minantes non ſunt ſancitę
pœnę. ibid.nu.3.pag.ibid
Quomodò minę ſint probandę. ibid. nu. 8, & ſeqq.
pag.400
Quomodò probandum, quod quis eſſet minas exe-
cuturus, ſi de eo nullum pręceſſit exemplum. ibi.
nu.9.pag.400.
Minę non ſemper iiſdem verbis incutiuntur. ibid.
nu.11.pag.400.
Minarum qualitas ſi non eſt probata, quid agendum
ibid.nu.12.pag. ibid.
Minarum differentia accidentalis non tollit proba-
tionem qualitatis earum. ibid.nu.13.pag.401.
In probandis minis ſufficiunt Teſtes ſingulares. ibid.
nu.11.pag.400.
Pœnę minantium. ibid.nu.14, & ſeqq.pag.401.
Pars, cui factę ſunt minę, poteſt petere cautionem
à minante de non offendendo. ibid.nu.14.pag.401
Talis cautio quomodò poteſt peti. ibid. num. 15.
pag. 401.
Minę tendentes in perſonam quę. ibi.nu.18.pag.402
Ob neceſſitatem poteſt, dummodò ſit ieiunus, bis
in die celebrare. ibid.nu.31, & ſeqq.pag.507
Ob binam celebrationem nulla incurritur irregula-
ritas. ibid.nu.34. pag.507

Ob binam celebrationem nulla incurritur irregula-
ritas. ibid.nu. 34. pag.507.

Sacerdos bis in die ex neceſſitate celebrans nullam
iniuriam committit contrà Religionem. ibi. nu.
35. pag. 508
Nec facit iniuriam Sacramento. ibid.nu.36.pag.508
Miſſę ſtipendium ob quid tribuatur Sacerdoti cele-
branti. Tit.8.§.7. Simonia nu.12. pag.538
*Mobilia Eccleſiaſtica* quę alienari poſſunt, aut non. Tit.
3.§.4. *Alienatio* nu.12, & ſeqq. pag. 134
*Modica* non curantur. ibid.nu.5.pag.133.
*Mola* quid ſit. Tit.8. §.1. *Abuſ. in Bapt.* nu.7.pag.496
*Mollities* quid ſit. Tit.4.§.10. *Mollities* nu.8.pag.251
Eius gravitatis gradus. ibid.nu.9. & ſeqq.pag.251
Ab aliquibus vocatur Sodomia. ibid.
Aliquandò committitur ad ſollicitandam aliam per-
ſonam ad copulam. ibid.nu.10.pag.251.
Gravior eſt ſi procuretur per ſecundam perſonam.
ibid.nu.11, pag.251,
Mollities eſt coitus cum cadavere. ibi.nu.13.p.252.
Quomodò probetur. ibid.nu.15.pag.252
Eius pœnę. ibid. nu.16, & ſeqq.pag. 253
Ob hoc peccatum Mundus vapulat à Deo tot fla-
gellis. ibid nu.16.pag.253
Violenter compellens Monialem ad ſibi procuran-
dam mollitiē quomodò puniendus, ibi.n.18.p.253
Aggravatur à diverſitate modi, quo committitur.
ibid.nu.19. pag.253
*Monachus* Monachum non facit habitus. Tit.2. §. 1.
*Apoſtaſia* nu.8 pag.24
Percutiens Monachum alterius Monaſterii a quo ſit
abſolvendus. Tit.7.§.3. *Provocatio* n.88. pag.415

(leges

Digitized by Google

(leges pag. 115. ſed corrige, & leg. pag. 415.)

*Monaſterium* quid ſit. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia, num.* 30. *pag.* 26.

Eius ſepta ſtrictè ſumpta quæ dicantur. *ibid. num.* 22. *pag.* 26.

Eius nomine veniunt officinæ interiores. *ibid. num.* 24. *pag.* 27.

Monaſteria Monialium frequentantes Clerici aut laici quâ penâ teneantur. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. nu.* 13. *pag.* 172. & 38. *pag* 179.

Monaſterij partes quæ. *ibid. num.* 17. *pag.* 173.

Monaſteria, quæ poſſunt paciſci cum intrante Religionem ſuper eius ſuſtentatione, & quæ non; & quæ nam poſſint recipi à Monaſterio occaſione ingreſſus in Religionem. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 66. 67. *et* 69. *pag.* 547. *et* 548.

*Moneta*. Monetam cudere poteſt ſolus Princeps, vel ab eo habens auctoritatem. *Tit.* 6. §. 3. *Falſificatio. nu.* 1. *pag.* 374.

Eam deaurans, ad decipiendam meretricem, an delinquat. *ibi. n.* 8. & *ſeqq pag.* 375.

Earum tinctura per tirimpelum *ibi. n.* 11. *p.* 375.

Iuxtà quoſdam talis tinctura non eſt punibilis. *ibid.*

Quandò falſificetur minuendo materiam *ibid. nu* 13. *pag.* 376.

Eam ligæ inferioris debito cudi faciens Princeps tenetur de falſo. *ibi nu* 12 *pag* 376.

Eſdemens exceſſum iuſti ponderis an delinquat. *ibid. nu.* 14. *p.* 376.

Eius falſificatio circa formam quando accidat. *ibid. num.* 15. *pag.* 376.

Ei valores, & vires dat ſolus Princeps. *ibid. num.* 16. *pag.* 376.

Monetam cudens in liga, & pondere probatam, vtens cuneo exteri Principis, àn puniendus ſit penâ ordinariâ. *ibid. nu.* 16. & 17. *p.* 376.

Monetæ falſæ vſus quod crimen ſit. *ibi. n.* 18. *p.* 377.

Eam expendens quandò puniendus penâ ordinariâ, & quandò extraordinariâ. *ibi. n.* 19. *p.* 377.

Eam falſam ſcienter retinens quomodò puniendus ſit. *ibi. nu.* 20 *pag.* 377.

Monetam falſificans quot iura violet. *ibid. num.* 22. *pag.* 377.

Moneta falſa ſtatuenda in iudicio. *ibid. num.* 25. *pag.* 377.

Debet recognoſci per peritos *ibid. nu.* 28. *pag.* 378.

Corpus delicti in hoc crimine quando probandum per Teſtes. *ibid. nu.* 27. *et ſeqq. pag.* 378.

Inventa apud aliquem quandò faciat præſumptionem contrà eum. *ibid. nu.* 32. *p.* 378.

Quo caſu ex falſa moneta inuenta non oriatur præſumptio contrà retinentem. *ibid. nu.* 33. *p.* 378.

Quomodò probetur crimen in expendente falſam monetam. *ibi. n.* 34. *p.* 378.

Inſtrumenta ad cudendam monetam quodnam indicium criminis faciant. *ibid. nu.* 35. *p.* 379.

Eius pœnæ. *ibid. num.* 36. *et ſeqq. pag.* 379.

Complices in hoc crimine puniuntur tanquam principales. *ibid. nu.* 36. *p.* 379.

Iuxtà quoſdam pœnæ extenduntur ad conſcios non revelantes, & ad potentes impedire, & non impedientes. *ibid.*

Domus, in quâ fabricatur moneta falſa, quandò occupetur à fiſco. *ibid.*

Conſcius huius criminis quandò teneatur denonciare. *ibid. nu.* 37. *p.* 379.

Cudens monetam Principis agnoſcentis ſuperiorem non comburitur. *ibi. nu.* 38. *p.* 379.

Fabricans monetam argenteam minùs punitur, quàm fabricans auream. *ibi. nu.* 39. *p.* 380.

Penæ tondentis monetam. *Tit.* 6. §. 3. *Falſificatio, n.* 40. *pag.* 380.

Conſtitutiones Apoſtolicæ contrà vitiantes monetam. *ibi. nu.* 42. & *ſeqq. pag.* 380.

Moneta, in quâ minor portio argenti eſt, quàm alterius metalli, nequit vocari argentea. *ibi. n.* 45. *p.* 380

Iudices de hoc crimine reſpectu Regularium qui ſint. *ibi. nu.* 43. *pag.* 380.

Iudex Regularis quomodò procedere debeat in hoc delicto. *ibi. nu.* 49. & *ſeqq. p.* 381.

Iudicium Periti adhibendum etiam in tranſportatione, erogatione, & expoſitione falſæ monete. *ibid. nu.* 54 *p.* 381.

*Monetarius*. Monetarium falsò accuſans, & non probans quandò teneatur de calumniâ. *Tit.* 6. §. 3. *Falſificatio. nu.* 22. *p.* 377.

Contrà monetarium ſocius criminis probat. *ibid. nu.* 23. *pag.* 377.

Accuſanti, & ſimpliciter indicanti Reum datur premium. *ibi. num.* 23. *p.* 377.

Seruus accuſans dominum de hoc crimine, libertate donatur. *ibi. nu.* 23. *p.* 377.

Monetarius poteſt capi à quolibet ſinè mandato Iudicis. *ibid.*

Condemnatus de hoc crimine nequit appellare. *ibid.*

Monetarium eximens à carcere morte damnatur, licèt ſit miles. *ibid.*

Mulieres, & minores doli capaces puniuntur de hoc crimine. *ibid. nu.* 24. *p.* 377.

*Monialis* apoſtata quam pœnam mereatur, *T.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 54. *p.* 33.

Cum his loquentes abſquè licentiâ laici quomodò antiquitùs puniebantur. *Tit.* 2. §. 1, *Conſortium. nu.* 12. *p.* 172.

Eas alloqui prohibentur Regulares. *ibi. nu.* 13. & *ſeqq. pag.* 172. & 173.

Ad eas ſcribens puniendus vt alloquēs. *ibi. n.* 19. *p.* 174.

Eam etiam ſolis verbis ad fugam ſollicitans morte plectitur *ibi.* §. 2. *Sollicitatio n.* 45. *p.* 196.

Si rapiatur, debetur raptori pena mortis. *ibid.* §. 7. *Raptus. nu.* 34. *p.* 231.

De impudicitijs commiſſis cum Monialibus, ac illarum penis. *ibid.* §. 9. *Sacrilegium. nu.* 15. & *ſeqq. pag.* 248.

Moniales non tenentur ſub mortali ad recitationem privatam Officij divini. *Tit.* 5. §. 1. *Omiſſio. n.* 3. *p.* 279

*Monialis* V. *Clauſura*, V. *Pœna*. V. *Sacrilegium*.

*Monitio* trina debetur antè declarationem contumaciæ. *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia. nu.* 87. *pag.* 59.

Canonica, & poſt eam reincidentia requiritur ad crimen ſuſpecti conſortij. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. nu.* 4. *pag.* 171.

Monitio Canonica qualiter fiat. *ibi. nu.* 7. *p.* 171.

In ſuſpecto Conſortio non requiritur quod monitio ſit iudicialis. *ibi. nu.* 26. *p.* 175

Nec quod ſit ſemper de eâdem perſona ſpecie, aut numero. *ibid. nu.* 27. *p.* 176.

Quomodò probetur fuiſſe factam. *ibi. n.* 28. *p.* 176.

Clerico Reo de ſuſpecto Conſortio debet fieri perſonaliter. *ibi. nu.* 35. *pag.* 179.

In ordine ad ſuſpectum Conſortium à quibus, quomodò, & qualiter facienda. *ibi. nu.* 48. & *ſeqq. p.* 180.

Facta,

Mulieres, & minores non capaces puniuntur
crimine. *ibid.* nu. 24. p. 577.
*Monialis* apoſtata quam pœnam mereatur. Tit. 2. §. 1.
*Apoſtaſia.* nu. 54. p. 33.
Cum his loquentes abſquè licentiâ laici quomodo
antiquitùs puniebantur. *Tit.* 2. §. 1. *Conſortium*
nu. 12. p. 172.
Eas alloqui prohibentur Regulares. *ibi.* nu. 13. &
*pag.* 172. & 173.
Ad eas ſcribens puniendus vt alloquēs. *ibi.* n. 19. p.
Eam etiam ſolis verbis ad fugam ſollicitans
plectitur *ibi.* §. 2. *Sollicitatio* n. 45. p. 196.
Si rapiatur, debetur raptori pœna mortis. *ibid.* §.
ptus. nu. 34. p. 231.
De impudicitijs commiſſis cum Monialibus,
rum pœnis. *ibid.* §. 9. *Sacrilegium.* nu. 15.
*pag.* 248.
Moniales non tenentur ſub mortali ad
privatam Officij divini. *Tit.* 5. §. 1. *Omiſſio* p. 279
*Monialis* V. *Clauſura.* V. *Pœna.* V. *Sanguis*
...itio trina debetur antè declarationem contumaciæ
*Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia.* nu. 87. pag. 59.
...anonica, & poſt eam reincidentia requiritur ad
...men ſuſpecti conſortij. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium.*
...4. *pag.* 171.
...nitio Canonica qualiter fiat. *ibi.* nu. 7. p. 171.
...ſpecto Conſortio non requiritur quod monitio
...udicialis. *ibi.* nu. 26. p. 175
...quod ſit ſemper de eâdem perſona ſpecie,
...cro. *ibid.* nu. 27. p. 176.
...modò probetur fuiſſe factam. *ibi.* n. 28.
...co Reo de ſuſpecto Conſortio debet fieri
...er. *ibi.* nu. 35. *pag.* 179.
...ine ad ſuſpectum Conſortium à quibus,
... & qualiter facienda. *ibi.* nu. 48. & ſeqq.
Fact.

Ab hoc deformati ſunt infames, & irregulares. *ibid.*
nu. 113. p. 187.
Morbus gallicus non probat de neceſſitate copulam
ſecutam. *ibi.* §. 4. *Adulterium.* nu. 7. *pag.* 203.
*Mors* hominis poſt 50. annos rationabiliter timetur.
*ibi.* nu. 73. p. 213.
Naturalis qua, & quæ civilis. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium.*
nu. 63. p. 439.
*Mortuus* in proprietatis delicto, quomodocumquè, ſepeliri debet ſepultura aſinorum. *Tit.* 3. §. 2. *Proprietas.* nu. 38. *pag.* 109. ( corrige. V. Reſpondeo, & pone Reſpondeo. )
*Mortuus.* V. *Defunctus.*
*Mulcta*, & pœna quomodò differant. *Tit.* 5. §. 4. *Pœna.*
nu. 5. *pag.* 17.
*Mulier.* Sequeſtrans ſe cum muliere quomodò, & quandò puniendus. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium.* nu. 69. & *ſeqq.* *pag.* 182.
Vt aliquis dicatur ſolitus ſe cū mulieribus ſequeſtraro quot actus requirantur. *ibid.* num. 73. et *ſeqq.*
*pag.* 182.
Mulieris pulchritudinem in Confeſſione laudans eam ſollicitat *ibid.* §. 2. *Sollicitatio.* nu. 6. p. 189.
Mulier admittitur in Teſtem in delictis difficilis probationis. *ibid.* nu. 34. p. 194.
Dicitur conuicta de Adulterio, & dotem ammittit, ſi probetur conſenſiſſe in oſcula, & tactus verendorum. *ibi* §. 4. *Adulterium.* num. 8. *pag.* 203.
Mulieres vetulæ munerantur ſecùm luxuriantes. *ibid.*
nu. 13. *pag.* 204.
Mulierum nimia familiaritas facit indicium copulæ carnalis. *ibi.* nu. 21. p. 205.
Mulier, vt concipiat, non eſt neceſſe, quòd ſimul cum viro ſeminet. *ibi.* §. 5. *Stuprum.* nu. 5. p. 215.

... non eſt pœna capitalis. *Tit.* 1. §. 4.
*Pœna.* nu. 24. p. 19.
Mutilatio atrox quæ dicatur. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium.*
num. 103. & 104. *pag.* 445.
Atrox dicenda eſt amputatio pollicis manus in Sacerdote. *ibid.* nu. 105. *pag.* 445.
*Natalis* An Frater Minor comedens carnes in die Natalis Domini cadente in feria ſexta mortaliter peccet. *Tit.* 9. §. 1. *Ieiuniorum.* nu. 52. & *ſeqq.* *pag* 557.
An Superior in predictâ die dans carnes in Refectorio privandus eſſet Officio. *ibid.*
*Natus* ex inceſtis nuptijs eſt ſpurius. *Tit.* 4. §. 6. *Inceſtus.*
nu. 11. p. 231.
*Navigare* quid importet. *Tit.* 9. §. 2. *Itinerantium.* nu. 7.
*pag.* 561.
*Neceſſitas* quid ſignificet. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia.* num. 69.
*pag.* 34.
Quandò dicatur adeſſe, vt carceratus clauſtraliter poſſit exire à Conuentu. *ibid.* nu. 129. p. 41.
Eius nomine venit etiam conuenientia. *Tit.* 9. §. 1.
*Ieiuniorum.* nu. 43. p. 556.
Neceſſitas, equitandi, quę excuſat à delicto. *ibid.* §. 2. *Itinerantium* nu. 8. p. 561.
Hæc debet eſſe manifeſta. *ibid.* num. 11. p. 562.
Vera, vbi adeſt, non requirit diſpenſationem Superioris. *ibi.* nu. 12. p. 562.
Sufficit, quod non ſit dubia indigenti, aut alij diſcreto viro. *ibi.* nu. 13 *pag.* 562.
Multiplex eſſe poteſt, & quę. *ibid.* num. 8. & *ſeqq.*
*pag.* 561.
Neceſſitas, ob quam bona Eccleſiæ poſſunt alienari, & eius exempla. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio.* nu. 2. & *ſeqq.* *pag.* 135.
*Negans* depoſitum propè furtum committit. *Tit.* 2. §. 6.
*Furtum.* nu. 19. *pag.*
*Negativa* non coarctata tēpore, & loco eſt improbabilis.

Nnnn Tit.

Digitized by Google

*Tit.* 5. §. 3. *Infamatio. nu.* 27. *pag.* 301.

*Negligens* per multos menſes Sacramentalem Confeſſionem qua pœna puniendus. *Tit.* 5. 1. *Omiſſio, nu.* 31. & 32 *pag.* 283.

*Negligentiam* Prælati ſupplere aliquandò poſſunt ſubditi, *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. nu.* 46. *pag.* 239.

*Negligentia* V. *Omiſſio.*

*Negotijs* ſæcularibus vacare Clericis interdictum. *Tit.* 9. §. 8. *Artium. num.* 2. *pag* 597.

Idem Religioſis omnibus ſpecialiter eſt prohibitum, *ibid. num.* 4. *pag.* 598.

*Nepotes* hæreticorum quas pœnas ſubeant. *Tit.* 2. §. 7. *Hæreſis. nu.* 52. & *ſeqq pag.* 100.

*Nihilominùs.* V. *Dictio.*

*Nobilis vir* non poteſt ad furcas damnari, *Tit.* 7. §. 7. *Proditorium. nu.* 26. *pag.* 460.

Pro homicidio proditorio debet ſuſpendi. *ibid.*

Provocatus ad duellum ab alio, qui fuit proditor non tenetur de lege equeſtri acceptare duellum, & quarè. *ibid, nu.* 28. *pag.* 460.

Puniendus eſt de parricidio æquali pœna cum plebeio, *ibi.* §. 8. *Parricidium, nu.* 39. *p.* 468.

De veneficio pariter puniendus eſt tanquàm plebejus, *ibi.* §. 9. *Veneficium. nu.* 39. *p.* 475.

*Nobilitas* ex privilegio amittitur ob crimen hæreſis. *Tit.* 2. §. 7. *Hæreſis nu.* 52 *pag.* 100.

*Noctambulus* qui ſit. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium. num.* 21. *pag.* 431.

Ejus actiones in dormiendo à quo ſint. *ibid.*

*Nocturnum.* V. *Tempus.*

*Notabiliter otioſi* Religioſi qui dici poſſint. *Tit.* 5. §. 1. *Omiſſio. nu.* 21. & *ſeqq. pag.* 282.

Poſſunt dici omittentes ſpiritualia exercitia, *ibid. nu.* 25. *pag.* 282.

Ad punitionem eorum quomodò procedet Superior Provincialis, & localis. *ibi. nu.* 27. *pag.* 282.

Notabiliter negligens circà Confeſſionem Sacramentalem quis dicendus. *ibid. nu.* 29. *p.* 282.

*Notabiliter* V. *Dictio.*

*Notare* in iure quid ſignificet. *Tit.* 4. §. 11. *Sodomia, num.* 78. *pag.* 267.

*Notarius* revelans ſecreta Iudicis, aut partium quo crimine teneatur. *Tit.* 5. §. 6 *Revelatio. num.* 9. *pag.* 322.

Recitans, aut reſignans teſtamentum viventis tenetur dè falſo. *ibid.*

Falſans acta iudicialia quomodò puniendus. *Tit.* 6. §. 1. *liter. falſ. nu.* 42. *p.* 362.

Condens falſum inſtrumentum à quo Iudice puniendus ſit. *ibid.*

Eius Officium eſt publicum. *ibi. nu.* 68. *pag.* 365.

*Notatus* de crimine quis dicatur. *Tit.* 4. §. 11. *Sodomia, num.* 78. *p.* 267.

*Notorium* inducitur per confeſſionem, *ibid. num.* 79. *pag.* 267.

*Novitas* damnabilis quæ ſit, *Tit.* 2, §. 5. *Schiſma. num.* 24. *pag.* 79.

Eam non attentat reparans vetus ædificium. *ibid.*

Novitas laudabilis quæ dicatur. *ibi. num.* 27. *et ſeqq. p.* 80. & *num.* 37. *p.* 81.

Novitas in Ordine non facienda ob levem Regulæ tranſgreſſionem. *ibid. nu.* 30. *p.* 80.

Eſt ordinatè procuranda. *ibid. nu.* 32 *pag.* 80.

Eam in Religione procurans non ſeruato ordine eſt puniendus. *ibi. n.* 33. *p.* 80.

Debet antiquam formam reſtituere. *ibi. nu.* 34. *p.* 81.

*Novella* de lenonibus exponitur. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus num.* 11. *pag.* 226.

*Novitius* introducens feminas intrà clauſtra non incurrit penas Bullæ. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. num.* 55. *pag.* 241.

Gaudet privilegio fori, & Canonis. *ibid.*

Non eſt verè perſona Religioſa. *ibid.*

Non poteſt diſponere de rebus ſuis, niſi intrà bimeſtre antè profeſſionem. *Tit.* 5. §. 9. *Suaſio. num.* 3. *pag.* 346.

Eius profeſſio quotupliciter poſſit impediri, aut promoveri *ibid. num.* 14. & 15. *p.* 348.

Eum impediens, nè ſæcularizetur, ità delinquit, ſicut nè profiteatur. *ibid. num.* 15. *p.* 348.

Ipſi negantes ſuffragia ſinè cauſa peccant mortaliter *ibid.*

Eum malè recipientium ad habitum, aut profeſſionum penæ. *ibi. num.* 31. & *ſeqq. pag.* 351.

*Nox* aggravat delicta. *Tit.* 4. §. 6. *Inceſtus num.* 11. *pag.* 217

*Noxa* quot ſignificata habeat, *Tit.* 1. §. 2. *Delicta. num.* 7. *pag.* 9.

*Nuptias* inceſtas celebrantes qua pena puniendi. *Tit.* 4. §. 6. *Inceſtus. num.* 11. *p.* 217.

*Nurus* furans in domo punitur à Socero, velut vxor à Marito *Tit* 3. §. 6. *Furtum. nu.* 44. *p.* 152.

*Nutrix* infantem viuum raptum ſupponens mortuo quomodò punienda. *ibid. nu.* 38. (leges nu. 39. ſed corrige 38.) *p.* 150.

# O

*Obedientia* eſt fundamentum vitæ Regularis. *Tit.* 2. *num.* 1. *pag.* 22.

Sinè eà nulla data Religio. *ibid.*

Virtutum moralium maxima *ibid. nu.* 2. *p.* 22.

De eius laudibus remiſſiuè. *ibid. nu.* 3. *p.* 22.

Contrà eam quæ delicta. *ibid.*

Quid ſit. *Tit.* 2. § 2. *Inobedientia. nu.* 2. *p.* 48.

Obedientia perfectionis quæ. *ibid. nu.* 4. *p.* 49.

Neceſſitatis quæ. *ibid.*

Eſt fundamentum vitæ Religioſæ *ibid. nu.* 65. *p.* 57.

Contrà non ſeruantes eam largè, & ſtrictè ſumptam quæ pœnæ ſint ſancitæ. *ibi. nu.* 66. *p.* 57.

Ipſa læditur, ſi ad mandatum Superioris aliquis non vult recedere à Conuentu. *Tit.* 3. §. 1. *Proprietas. nu.* 59. *pag.* 112.

Eam Romanæ Eccleſiæ primus Regularium Patriarcharum novit S. P. Franciſcus. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia. nu.* 54. *p.* 292.

Obedientiæ Superioris localis Fratres Aduenæ ſubduntur, vt cæteri Fratres de familia. *Tit.* 9. §. 3. *Hoſpitalitatis nu.* 6. *pag.* 566. (corrige pag. 556. & lege 566.)

Habens aliquem ſub ſua obedientia tenetur illum alere *ibid. nu.* 6. *pag.* 566.

*Oblationes* Vſurarij non recipiuntur in Eccleſia, niſi, datà cautione de reſtituendo. *Tit.* 3. §. 8. *Vſura, nu.* 16. *p.* 167.

*Obligatio* ad Confeſſionem Sacramentalem quandò ſit de jure divino, & quandò de Eccleſiaſtico præcepto *Tit.* 5. §. 1. *Omiſſio. nu.* 2. *p.* 279.

Obligatio orationis quandò ſub mortali adſtringat ad eam faciendam. *ibid nu.* 4 *pag.* 279.

Nulla eſt impoſſibilium; nec iuramenti contrà leges, aut bonos mores. *ibid.* § 7. *Periurium. num.* 6. *pag.* 330.


Non

O *num. 1. pag. 22.*
Sinè ea nulla data Religio. *ibid.*
Virtutum moralium maxima *ibid. nu. 2. p. 22.*
De eius laudibus remiſſiuè. *ibid. nu. 3. p. 22.*
Contrà eam quæ delicta. *ibid.*
Quid ſit. *Tit. 2. §. 2. Inobedientia. nu. 2. p. 42.*
Obedientia perfectionis quæ. *ibid. nu. 4. p. 43.*
Neceſſitatis quæ. *ibid.*
Eſt fundamentum vitæ Religioſæ *ibid. nu. 65. p.*
Contrà non ſeruantes eam largè, & ſtrictè ſump
quæ pœnæ ſint ſancitæ. *ibi. nu. 66. p. 57.*
Ipſa læditur, ſi ad mandatum Superioris aliquis
vult recedere à Conuentu. *Tit. 3. §. 1. Propter*
*nu. 59. pag. 112.*
Eam Romanæ Eccleſiæ primus Regularium Ar-
charum novit S. P. Franciſcus. *Tit. 5. §. 2. Ad-*
*mia. nu. 54. p. 293.*
Obedientię Superioris localis Fratres *Adminiſtran-*
tur, vt cæteri Fratres de familia. *Tit. 14. §. 3. Hoſpi-*
*talitatis. nu. 6. pag. 566.* (*contra nu. 556.* & le
ge 566.)
Habens aliquem ſub ſua obedientia tenetur illu
alere *ibid. nu. 6. pag. 566.*
*...iones* Vſurarij non recipiuntur in Eccleſia, ni
datà cautione de reſtituendo. *Tit. 3. §. 8. Vſu-*
*nu. 16. p. 167.*
*...io* ad Confeſſionem Sacramentalem quand
e jure divino, & quandò de Eccleſiaſtico pr
o *Tit. 5. §. 1. Omiſſio. nu. 2. p. 279.*
...gatio orationis quandò ſub mortali adſtri
m faciendam. *ibid. nu. 4. pag. 279.*
a eſt impoſſibilium; nec iuramenti co
s, aut bonos mores. *ibid. § 7. Periurium n*
*pag. 330.*

... quando dicantur interuenire in Raptu. *Tit. 4. §. 7. Raptus. nu. 11. p. 226. & 227.*
*Offendens* ex novâ causâ inimicum reconciliatum, non tenetur ad pœnam conventionalem. *Tit. 7. §. 7. Proditorium. nu. 13. p. 454.*
*Offenſa* facta alicui aggravatur prò dignitate perſonæ. *Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. nu. 64. pag. 294.*
*Officiales* reuelantes ſecreta S. Officij ſunt excommunicati. *T. 5. §. 6. Revelatio. num. 38. pag. 327.*
Poſtæ non ſeruantes fidelitatem in reddendis literis quod crimen committant. *Tit. 6. §. 1. liter. aperit. nu. 19. & 20. p. 369.*
Pauperes repentè ditati vehementer ſunt ſuſpecti. *Tit. 3. §. 7. Dilapidatio. nu. 11. pag. 158.*
Publici habent præſumptionem prò ſe. *ibid. num. 10. pag. 158.*
Contrà eos requiruntur probationes plenæ. *ibid.*
Si diffamantur de peculatu, hic probatur præſumptionibus contrà eos, *ibid.*
Officialis emens Officium eſt ſuſpectus de læſione Reipublicæ. *ibid. num. 12. pag. 158.*
*Officina* interioris veniunt nomine Monaſterij. *T. 2. §. 1. Apoſtaſia. num. 24. pag. 27.*
*Officia publica* ſunt etiam Ordines Eccleſiaſtici. *Tit. 2. §. 7. Hæreſis. nu. 59. pag. 200.*
Amittuntur quo ad titulum ab hæretico ipſo facto, quò ad poſſeſſionem poſt ſententiam Iudicis. *ibid. nu. 53. pag. 200.*
Officia ordinis, quibus privantur recidivantes in crimen carnis quæ ſint. *Tit. 4. §. 4. Adulterium. num. 61. pag. 181.*
Officia divina dum celebrantur intrà Clauſtra, ibi feminæ poſſunt admitti. *ibi. §. 8. Clauſura. n. 10. p. 233.*
Nomine divinorum officiorū quę veniant tali caſu. *ibi.*

... *nu. 46. p. 487.*
*Oratio mentalis* in Religionibus eſt neceſſaria. *Tit. 5. §. 1. Omiſſio. nu. 37. pag. 284.*
Eius neglectus probatu facilis. *ibi. nu. 10. p. 28.*
In ea notabiliter negligentes quomodò puniendi. *ibi.*
*Ordinandus. V. Clericus.*
*Ordinarij* nomine venit etiam Prelatus Regularis. *Tit. 7. §. 10. Abortus. nu. 36. p. 485.*
Ordo *Minorum* à quo ſumat ſuam vnitatem. *Tit. 1. §. 5. Schiſma. nu. 21. p. 79.*
Eius ſecreta manifeſtantes quando, & quomodo puniendi. *Tit. 5. §. 6. Revelatio. nu. 50. et ſeqq. p. 328.*
*Ordo.* Abuſus in Ordine pluribus modis committitur *Tit. 8. §. 3. Abuſ. in Ord. nu. 1. p. 502.*
Hoc delictum regulariter non committitur ſinè crimine falſi. *ibid. nu. 2. p. 502.*
Ordines furtiuè ſuſcipere quis dicatur. *ibid. num. 4. pag. 502.*
Ordinatus furtivè, habita diſpenſatione, debet ad cautelam ordinationem repetere. *ibi. nu. 5. p. 502.*
Ordinati per ſaltum qui dicantur. *ibi. nu. 6. p. 502.*
Ordines recipiens abſque prima tonſura eſt promotus per ſaltum. *ibid.*
Recipiens Ordinem fictè, & mox ad Ordinem ſuperiorem aſcendens eſt ordinatus per ſaltum. *ibid.*
Ordo ſuperior eminenter continet inferiorem. *ibid. nu. 6. pag. 502.*
Abutitur Ordine vſurpans miniſterium Ordinis Sacri, quo caret. *ibi. num. 8. pag. 503.*
Vſurpans munus Sacerdotis eſt ſuſpectus de Hæreſi. *ibid.*
Abuſus in Ordine ob defectū ætatis quomodò probetur. *ibid. nu. 10. et ſeqq. pag. 503.*
Ordinum furtiua ſuſceptio quomodò probetur. *ibid. nu. 14. pag. 504.*

Nnnn 2 Suſce-

Digitized by Google

Suſceptio per ſaltum quomodò probanda. ibid. nu. 15. pag. 504
Miniſtratio in Ordine non ſuſcepto quam probationem exquirat, ibid. nu. 16. pag. 504
Pœnæ abuſus in Ordine. ibid. nu. 17, & ſeqq. pag. 505
Suſcipiens ſcienter Ordinem in excommunicatione eſt irregularis, ibid. nu. 20. pag. 505
Ordines recipiens ſi dat pretium mediatori, aut ei, qui prò ipſo ſe examini exponit pœnas ſimoniacorum incurrit. ibid. §. 7. *Simonia* nu. 57. pag. 543.
*Oſculum* quandò punibile judicialiter, aut non. Tit. 4. §. 2. *Sollicitatio* nu. 39. & ſeqq. pag. 195
Datum Moniali quomodò puniendum. ibid. §. 9. *Sacrilegium* nu. 17. pag. 248
*Otioſus* notabiliter Religioſus quis dici poſſit. Tit. 5. §. 1. *Omiſſio* nu. 21, & ſeqq. pag. 282

# P

*Pactum*, promiſſio, conventio &c. ſemper intelligenda eſt cum clauſula, *rebus ſic ſtantibus &c.* Tit. 7. §. 7. *Proditorium* nu. 14. pag. 457
Omne venit nomine conventionis. Tit. 8. §. 7. *Simonia* nu. 3. pag. 537
Quodvis interveniens in adeptione rei ſpiritualis inducit Simoniam. ibid. nu. 29. pag. 540
Pacta ordinata a jure in ſpiritualibus licita ſunt. ibid.
Pacta onerosa in omni materia beneficiali ſunt nulla. ibi. nu. 41. pag. 543
Pacta gratuita in dicta materia ſunt licita. ibid.
*Paleare* non venit nomine domus. Tit. 9. §. 5. *Incendii* nu. 16. pag. 576
Ipſum incendens propè domum debet mori. ibid.
*Papa* non poteſt diſpenſare in votis ſolemnibus paupertatis, & caſtitatis. Tit. 2. nu. 1. pag. 22. & Tit. 3. nu. 1. pag. 103.
Eius auctoritas ſacra. Tit. 2. §. 6. *Læſa* nu. 6. pag. 83
Non eſt dominus bonorum Eccleſiæ. Tit. 3. §. 1. *Proprietas* n. 20. p. 108. & §. 4. *Alienatio* nu. 28. pag. 136
Non poteſt diſpenſare in votis ſolemnibus ſine magna cauſa. Tit. 4. nu. 4, & 5. pag. 169
Si eſt hæreticus judicandus eſt à Concilio. Tit. 4. §. 8 *Clauſura* nu. 45. pag. 238
Quomodò contra Papam aperiri dicatur os blaſphemum. Tit. 5. §. 2. *Blaſphemia* nu. 54, & ſeqq. p. 292
Papa eſt Pater ſpecialis Fratrum Minorum. ibid.
Eius Conſtitutiones venerandæ ut eius perſona. ibid. nu. 55. pag. 292
Contumelioſa locutio contrà Papam quotuplex poſſit eſſe. ibid. nu. 57. pag. 293
*Paria* ſunt aliquam adulteraſſe, & cum eâ jacuiſſe. Tit. 4. §. 4. *Adulterium* nu. 3. pag. 202
Diſcere, & docere prohibita. Tit. 6. §. 4. *Alchimia*. nu. 19. pag. 385
Habere filium incapacem ad ſuccedendum, & non habere filium. Tit. 7. §. 1. *Armorum* num. 31. pag. 398.
Syndicum inhabilem habere, & non habere Syndicum. ibid.
Non eſſe, & inutiliter eſſe. ibid. nu. 31. pag. 398.
Inſultus factus cum armis, & ab homine armato. Tit. 7. §. 3. *Provocatio* nu. 4. pag. 404
Eſſe à populo diffidatus, & poſſe à quoquam occidi. Tit. 7. §. 6 *Aſſaſſinium* nu. 43. pag. 453
Pax, treuga, & promiſſio de non offendendo. Tit. 7. §. 7. *Proditorium* nu. 14. pag. 457
*Parentes* qui natos infantes exponunt, feris ſunt crudeliores. Tit. 7. §. 8. *Parricidium* num. 14. pag. 464
Parentes vocantur omnes aſcendentes in linea recta. ibid. nu. 26. pag. 465
*Parochi* veniunt nomine Rectoris. Tit. 9. §. 9. *Reſidentia* nu. 1. pag. 518
Tenentur periculo ſuæ vitæ ſe exponere prò ſalute animarum ſibi commiſſarum. ibi. nu. 4. pag. 518.
*Parricida* quis vocetur. Tit. 7. §. 8. *Parricidium* nu. 2. pag. 462
Clericus quomodò puniendus. ibid. §. 8. *Parricidium* nu. 42. pag. 468
*Parricidium* latiſſimè acceptum quid importet. Tit. 7. §. 8. *Parricidium* nu. 1. pag. 462.
Ejus etymologia juxta Priſcianum. ibid.
Ejus etymologia vera. ibid. nu. 2. pag. 462
Latè acceptum quid ſignificet. ibid. nu. 3. pag. 462
Ejus propriè accepti diffinitio. ibid. nu. 4. pag. 462.
Ab eo quænam excuſent. ibid. nu. 4, & ſeqq. pag. 462
Punitur ob iniuriam factam naturæ. ibid. num. 22. pag. 465
Verum committitur ſolummodo in coniunctis per lineam rectam aſcendentem, aut deſcendentem, ibid. nu. 25. pag. 465
Non eſt homicidium coniuncti in linea tranſverſali, ibid. nu. 27. pag. 466
Gravius eſt in filio occidente Patrem, quàm è contrà. ibid. nu. 28. pag. 466.
Quomodò probandum. ibid. n. 34. & ſeqq. pag. 467
Ejus abolitio non conceditur. ibid. nu. 36. pag. 467.
Eius pœna antiqua ob periculum animæ eſt antiquata. ibid. nu. 37. pag. 468
Nobiles, & plebei æqualiter puniendi in parricidio. ibid. nu. 39. pag. 468
In eo punitur auxilians, ſicut principalis Reus. ibid. nu. 40. pag. 468
Parricidium committit occidens Prælatum. Tit. 7. §. 3. *Provocatio* nu. 83. pag. 414
*Pars* intelligitur de dimidio totius. Tit. 2. §. 1. *Apoſtaſia* nu. 88. pag. 36
Partes Monaſterii quæ. Tit. 4. §. 8. *Clauſura Viol.* nu. 17. pag. 234
*Partes*. V. *Factio*.
*Partus* ſeptimeſtris, & octimeſtris vitalis eſt. Tit. 7. §. 10. *Abortus* nu. 6. pag. 478
*Parva* quantitas in munere excuſat à Simonia. Tit. 8. §. 7. *Simonia* nu. 10. pag. 537.
*Parvitas* materiæ non datur in contrectatione pecuniæ. Tit. 3. §. 2. *Pecunia* nu. 26. pag. 120
Nec in delictis, in quibus ſola quantitas conſideratur. ibid.
Nec in peccatis contrà caſtitatem. Tit. 4. n. 4. pag. 169
Nec in eo, quod datur Examinatoribus Synodalibus. Tit. 8 §. 7 *Simonia* nu. 40 pag. 543
A quo attenditur in Simonia. ibid. nu. 10 pag. 537
In itinere quanta ſit. Tit. 9 §. 2 *Itinerantium* nu. 22. pag. 563
*Parvitas Materiæ*. V. *Materia*.
*Paſquinata* non ſunt libelli famoſi. Tit. 5 §. 5 *Libellus* nu. 9. pag. 311
Ob eas proceditur actione iniuriarum. ibid.
*Pater* poteſt occidere filium Reum de Læſa majeſtate, abſque pœna parricidii. Tit. 2. §. 6 *Læſa* num. 39. pag. 90
Filiam adulteram poteſt occidere, & quibus in caſibus. Tit. 7. §. 5. *Homicidium* num. 23, & 24. pag. 432

Po-

Digitized by Google

ibid. nu. 39. pag. 468
In eo puniuntur auxiliantes, sicut principalis [illegible]
nu. 40. pag. 468
Parricidium committit occidens Prælatum. Tit. [illegible]
§. 5. Provocatio nu. 83. pag. 414
Pars intelligitur de dimidio totius. Tit. 2. §. 1. [illegible]
[illegible] nu. 88. pag. 76
Partes Monasterii quæ. Tit. 4. §. 8. Clausura [illegible]
17. pag. 254
Partes. V. Fœtus.
[illegible] septimestris, & octimestris vitalis est. Tit.
10. Abortus nu. 6. pag. 478
[illegible] quantitas in munere excusat à Simonia. Tit.
7. Simonia nu. 10. pag. 537.
[illegible] materiæ non datur in contrectatione [illegible]
Tit. 3. §. 2. Pecunia nu. 26. pag. 120
Nec in delictis, in quibus sola quantitas [illegible]
tur. ibid.
Nec in peccatis contrà castitatem. Tit. [illegible] pag. 169
Nec in eo, quod datur Examinatoribus Synodali-
bus. Tit. 8 §. 7 Simonia nu. 40 pag. 543
[illegible] quo attenditur in Simonia. ibid. nu. 10 pag. 537
[illegible] itinere quanta sit. Tit. 9 §. 2 [illegible]
pag. 563
[illegible] Materia. V. Materia.
[illegible] non sunt libelli famosi. Tit. 5 §. 5 Lib[illegible]
[illegible] nu. 9. pag. 311
[illegible] procedìtur actione injuriarum. ibid.
[illegible] potest occidere filium Reum de Læsa maj[illegible]
[illegible] pœna parricidii. Tit. 2. §. 6 Læsa [illegible]
[illegible] 90
[illegible] adulteram potest occidere, & quibus [illegible]
[illegible]. Tit. 7. §. 5. Homicidium num. 23, [illegible]
[illegible] 432

[illegible] Tit. 9. §. 1. Jejunii. n. 46. p. 556.
Pauperes ſunt iuvandi, quamvis facti tales ex eorum culpà. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio*. n. 33. p. 135.
*Paupertas* eſt de eſſentia ſtatus Religioſi. *Tit.* 3. nu. 1. p. 103.
Super ejus voto nequit Papa diſpenſare. ibi.
Paupertas Religioſa quid ſit. ibi. §. 1 *Proprietas*. nu. 3. p. 104.
Ejus gradus juxtà quoſdam. ibi. n. 4. p. 104.
Eſt quàm Chriſtus inſtituit verbis, ac exemplo. ibi. n. 5. p. 104.
Illa, quàm profeſſi ſunt Apoſtoli, in quo conſiſtat. ibi. n. 6. p. 105.
Eſt adminiculum indiciorum ad copulam carnalem. *Tit.* 4. §. 4. *Adulterium*. n. 24. p. 205.
*Pax* quid ſit. *Tit.* 7. §. 7. *Proditorium*. n. 14 p. 457.
Pax, treuga, & promiſſio de non offendendo paria ſunt. ibi. n. 14. p. 457.
Hæc tria in quo differant. ibi.
*Peccatum*, quod probare nequit, qui manifeſtat, eſt proditor. ibi. n. 1. p. 455.
Peccata latentia non habent vindictam. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia*. n. 2. p. 536.
Peccatum omne mortale exteriùs commiſſum de jure Cannonico eſt crimen publicum. *Tit.* 9. §. 1. *Jejunior*. n. 1. p. 549.
*Peculatus* quid ſit, & cujus reſpectu committi poſſit. *Tit.* 3. §. 7. *Dilapidatio*. n. 5. p. 157.
Huic aſſimilatur conſumptio bonorum Eccleſiæ. ibi. n. 6. p. 157.
*Pecunia* quid ſignificet. *Tit.* 3. §. 2. *Pecunia*. n. 2. p. 116.
Requirit poſſeſſionem. ibi. nu. 3. p. 117.
Ejus nomine venit quæcunque res pretio æſtimabilis. ibi. n. 7. p. 117.

[illegible] cum vibratione. *ibi.* n. 23. p. 408.
Gravis quomodò conjicitur intentam fuiſſe à rixante, ibi. n. 24. p. 408., & 409.
Animus graviter percutiendi in rixante ex quibus conjiciatur. *ibi.* n. 28., & ſeqq. p. 451.
Inſtrumentum mediocre cum valida vibratione prodit animum graviter percutiendi. *ibid.* num. 29. p. 409.
Inſtrumentum ex ſe aptum ad graviter percutiendum, arreptum etiam ſinè vibratione prodit animum ſimilem. *ibid.* n. 31. p. 409.
Quo caſu impuniбilis arreptio inſtrumenti ad percutiendum. *ibi.* n. 32. p. 409.
Percuſſiones factè nuda manu quo caſu diverſas pœnas ſortiantur. *ibid.* n. 39. p. 410.
Inſtrumentum ad percutiendum, ut criminale ſit debet eſſe ſolidum, & durum. *ibi.* num. 43. p. 410.
Conſpurcans Religioſum urina, atramento &c. graviùs eſt puniendus, quàm arripiens inſtrumentum ad percutiendum. *ibid.*
Inſtrumentum arripiens ad ſe defendendū àn ſit Reus Statuti. *ibid.* n. 44., & ſeqq. p. 411.
Quomodò cognoſcatur àn inſtrumentum arreptum ſit ad fugandum, àn potiùs ad percutiendum. *ibi.* n. 49. pag. 411.
Quid agendum cum rixantes ſe mutuò percuſſerint, & quiſque dicat, ſe feciſſe ad tutelam. *iibd.* n. 50. p. 411.
Vulnerans aliò inſtrumento, quàm gladio àn teneatur pœnâ vulnerantis gladio. *ibid.* n. 52. p. 411.
Feriens leviter àn teneatur Carcere annali. ibid. nu. 54. p. 411. (Invenieris 44., ſed corrige)
Vulnus grave, aut leve à quò judicandum. ibi. n. 56. & 57. p. 412.

Percuſ-

Digitized by Google

Percuſſiones graves àn æquali pœna ſint puniendæ? ibi. n.58.p.412.
Cauſæ excuſantes à cenſura Canonis *Si quis ſuadente* &c. excuſant à pœnis Statuti. ibid. num.61.pag. 412.
Percuſſio facta cum moderamine inculpatæ tutelæ non infert excommunicationem. ibid. num. 62.p. 412.
Ut quis poſſit ſe defendere alium percutiendo, ſufficit, quod ſibi certum periculū immineat ad invaſore. ibi.n.64.p.412.
Percuſſione poteſt quis ſe defendere ab præcavendam injuriā verborum, aut verberum. ibid.n.65.pag. 412.
An quis teneatur fugere ab invaſore potiùs, quàm poſſit eum percutere. ibid.n.66.p.413.
Religioſus non tenetur fugere ab invaſore, ſed poteſt ſe tueri percutiendo. ibid. n.68.p.413.
Percutere volens Laicum, ſi caſu percutit Clericum non incurrit Cenſuram. ibid.n.70.p.413.
Percuſſio àn fuerit ad defenſam prudenter librandum à Judice. ibid.n.74.p.414.
Percuſſio ad defenſam ex quibus indiciis conijci valeat. ibid. n.75.p.414.
Percuſſio ex primo motu ex quibus indiciis argui valeat. ibid.n.77.p.414.
Percuſſio facta manu inermi; ac uſus armorum in forma non propria ad occidendum excludunt voluntarium ab homicidio. *Tit.* 7.§.5. *Homicidium*. n.71.p.440.
*Percutiens* ad defenſam excuſatur, ſi aliquandò excedit modum in percutiendo. Tit.7.§.3.*Provocatio*. n. 64.p.412.
Percutiens Clericum ad defenſam, ſi excedit modum defenſionis non incurrit cenſuram. ibi.num.70.p 413.
Percutiens ex motu primò primo non peccat mortaliter. ibi.n.71.p.413.
Percutiens Clericum ex ſubitanea ira non eſt excommunicatus. ibid.n.71.p.413.
Percutientium pœnas quandò incurrat Religioſus, aut evadat. ibid.n.72.p.413.
Laicus percutiens Clericum, qui illum provocavit injuriâ ſibi, aut ſuis factâ evadit excommunicationem. ibid.n.72.p.413.
Provocatus percutiens, non probatâ defenſione, extraordinariè puniendus. ibid. num. 76. pag. 414.
Pœna percutientis Prælatum localem. ibid.n.81.pag. 415.
Percutiens Vicarium non ità puniendus, ut Guardianum. ibid.
Percutiens Patrem Ordinis, aut Provinciæ àn puniendus, ut percutiens Guardianum. ibi.nu.82., & 83.p.414.
Laicus converſus percutiens Clericū meretur augmētum pœnarum. ibi.n.83.p.414.
Pœnæ percutientium perſonas extrà Ordinem quomodò regulandæ. ibid. num. 84., & ſeqq. pag. 415.
Religioſus percutiens Clericum ſæcularem, aut Regularem alterius Ordinis à quo abſolvendus à cenſura. ibi.n.87., & ſeqq. p. 415.
*Perduellio* quibus modis committatur in primo, & ſecundo capite. Tit.2.§.6.*Laſa*. num.30., & 31.pag. 87.
*Periurus* repellitur à ferendo teſtimonio. Tit.5.§.7.*Periurium*. n.33., & 36.p.334.& 335.
Quandò fiat irregularis. ibi.n.37.p.335.
Quomodò mulctandus ob damnum datum proximo. ibi.n.32., & 33.p.334.
Ad quid teneatur ergà eum, quem periurio offendit. ibi.n.33.p.334.
Punitus aliquandò præciſione linguæ. ibid. num. 31. p.334.
Periuro amputandos duos digitos ſanxit Carolus V. ibi.
Variæ aliæ pœnæ quibus affecti ſunt periuri. ibid.
*Periurium* diffinitum à D. Thoma. Tit.5.§.7. *Periurium*. n.1.p.329.
Ejus aliæ duæ diffinitiones improbantur ibi.n.2., & 3. p.330.
Vera ejus diffinitio. ibi.n.3.p. ibid.
In eo quomodò iniurietur Deus. ibid. n. 4.p.ibid.
Periurium dicitur perfecta iniuria. ibid. num.5.p. ibid.
Ut ſit punibile in foro fori quid requiratur. ibid. nu. 6. pag. ibid.
Ejus triplex acceptio. ibi.nu.8.p. ibid.
Largè ſumptum quandò ſit. ibid.n.9.p. ibid.
Propriè ſumptum dividitur dupliciter. ibid.num.10. p.331.
Ejus gravitas undè deducatur. ibid. num. 11. pag. ibid.
Promiſſorium, & aſſertorium æqualia ſunt in gravitate. ibid. n.12.p. ibid.
In eo proceditur etiam ex officio. ibid. num. 14. p. ibid.
In juramento litis deciſorio puniendum à Judice Laico. ibid. nu.15.p. ibid.
An in eodem proceſſu, in quo intervenit periurium puniatur. ibid.n.16. p.332.
Quando puniatur civiliter, & quandò criminaliter. ibid nu.17. p. ibid.
Periurium, licèt cedat in ſolam iniuriam divinam, punitur per inquiſitionem. ibid. num. 15. pag. 331.
In periurio promiſſorio quid probandum ab accuſatore. ibid.nu.18 pag.332.
Periurium probatur in eo qui fuit calumniator. ibid. n.19.p.ibid.
Periurium Teſtium quomodò probetur. ibi n.20., & ſeqq.pag. ibi.
In quibus perſonis, & cauſis non puniatur. ibi. nu. 26., & ſeqq. p.333.
Ejus pœnæ. ibi. n.30., & ſeqq.p.334.
Non auget pœnam Rei in veritate neganda. Tit.1.§.4. *Pœna*. n.22.p.19.
*Peritus* punitur de periurio, ſi mentitur in judicio. ibi. n.40.p.335.
*Permiſſo* aliquo permittuntur media ad illud. ibid. nu. 39.pag.
*Pernoctare* quid importet. Tit.2.§.1. *Apoſtaſia*. n.68. p.34.
*Perſona* quid ſit. Tit.4.§.2. *Sollicitatio*. n.11.p.190.
Significat mares, & fœminas. ibi.
Perſona ſacra iniens matrimonium eſt ſuſpecta de hæreſi, & quomodò. Tit.5.§.8. *Abuſ. in matr.* nu. 2.p 517.
*Perſonatus* qui dicantur. Tit.5.§.8. *Subornatio*. n.22.p. 339.

*Perſua-*

Digitized by Google

ibid.
In juramento litis deciſorio puniendum à Judici-
co. ibid. nu. 15. p. ibid.
An in eodem proceſſu, in quo intervenit puni-
puniatur. ibid. n. 16. p. 332.
Quando puniatur civiliter, & quandò criminaliter
ibid nu. 17. p. ibid.
Periurium, licèt cedat in ſolam iniuriam divi-
punitur per inquiſitionem. ibid. num. 15.
331.
In periurio promiſſorio quid probandum ab ac-
tore. ibid. nu. 18 pag. 332.
Periurium probatur in eo qui fuit calumniator.
n 19. p. ibid.
Periurium Teſtium quomodò probetur. ibi n.
ſeqq. pag. ibi.
In quibus perſonis, & cauſis non puniatur. num.
26., & ſeqq. p. 333.
Ejus pœnæ. ibi. n. 30., & ſeqq. p. 334.
Non auget pœnam Rei in veritate negandâ. Tit. 1. §. 4.
Pœna. n 22. p. 19.
…us punitur de periurio, ſi mentitur in judicio.
n. 40. p. 335.
…ſſo aliquo permittuntur media ad illud. ibid.
39. pag.
…tare quid importet. Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia.
…34.
… quid ſit. Tit. 4. §. 2. Sollicitatio. n. 1. p. 19…
…ficat mares, & fœminas. ibi.
…na ſacra iniens matrimonium eſt ſuſpectus
…i, & quomodò. Tit. 5. §. 8. Abuſ. in …
…517.
…us qui dicantur. Tit. 5. §. 8. Subornatio. …
Perſo…

Ob quæ ſit minoranda Tit. 1. §. 2. *Delicta*. num. 31. p. 11.
Gravior debetur delictis, quæ magis conturbant Rempublicam. *ib.* n. 59. p. 15.
Pœna ordinaria quid ſit. *ibi.* §. 4. Pœnæ. nu. 2. & ſeqq. pag. 17.
Hæc non datur ex ſolis præſumptionibus. *ibi.* nu. 3. p. 17.
Nec ex indiciis etiam violentis. *ibid.*
Pœna, & mulcta quomodò diſtinguantur. Tit. 1. §. 4. *Pœna*. n. 5. p. 17.
Pœna extraordinaria quid ſit. *ibid.* n. 7. p. 17.
Pœna eſt merces delicti. *ibid.* n. 9. p. 17.
Augenda eſt ubi plurificantur delicta. *ibi.*
Majoris delicti abſorbet alias. *ibid.*
Pœna gravior quæ ſit. *ibi.* n. 11. p. 17.
Augenda ad gradum proximiorem. *ibid.* num. 15. p. 18.
Quomodò minuenda. *ibi.* n. 16., & ſeqq. p. 18.
Non augetur Reo ob periurium in neganda veritate. *ibid.* nu. 22. p. 19.
Quomodò differat à pœnitentia. *ibi.* n. 5. p. 17.
Pœnarum gradus de jure Canonico, & Civili. *ibid.* n. 18., & 19. p. 18.
Pœna capitalis eſt pœna ſanguinis, ſed in dubio accipitur pro pœna exilii; & in gravioribus delictis prò pena mortis. *ibi.* n. 24., & 26. p. 19.
Pœna Statuti tollit penam juris communis; ſed ſi eſt cumulativa cum jure communi utraque infligitur. *ibi.* n. 28. p. 19.
Pœnæ legalis complementum non poteſt dare Judex Reo mitius punito ab alio Judice. *ibid.* num. 30. p. 19.

… circa quantitatem pœnæ controvertant Judices, ſtatuenda eſt quantitas minima. ib. §. 10. *Abortus*. n. 19. p. 481.
Pœnæ aggravantur ob frequentiam delictorum in aliqua regione. ibi. n. 25. p. 483.
Omnis cauſa minuens dolum malum excuſat à pœna ordinaria. *ibid.* n. 66. p. 490.
Pœna mortis, aut mutilationis apud Regulares non habet locum. *ibid.* n. 78. p. 492.
Arbitrium Superioris circà pœnas quandò nam cadat ſuper ſpecie pœnæ, & quandò ſuper ejus duratione. *Tit.* 8. §. 4. *Abuſ. in Confeſſ.* num. 39. pag. 516.
Pœna impoſita in foro conſcientiæ non ſalvat ab imponenda in foro fori. *ibi.* §. 6. *Sortilegium*. num. 60. p. 516.
Pœna damnationis ad beſtias abſolevit. *Tit.* 9. §. 3. *Incendii*. n. 14. p. 576.
Pœna aliqua ſequitur quamvis culpam. *ibid.* num. 32. p. 579.
Pena cognoſcitur cognita lege. *ibid.* §. 6. *Latrocinium*. n. 3. p. 580.
Pœnæ legis Juliæ de *Vi publica*, aut *privata*. non ſunt in uſu. *ibi.* §. 7. *Carcerum*. n. 29. p. 592.
*Pœna Abigeatus* quos, & quandò incurratur. *Tit.* 3. § 6. *Furtum*. n 39. p. 551.
*Abortus* procurati. *Tit.* 7. § 10. *Abortus*. n. 23., & ſeqq. p. 483.
*Abuſus in Baptiſmo*. Tit. 8. §. 1. *Abuſ. in Bapt.* nu. 12., & ſeqq. p. 497.
*Abuſus in Confeſſione*. ibid. §. 4. *Abuſ. in Confeſ.* nu. 24., & ſeqq. p. 513.
Non Sacerdotis excipientis Confeſiones. *ibid.* nu. 25. pag. 513.
Sacerdotis abſolventis ſinè juriſdictione. ib. n 28. p. 514.
Abſol

Digitized by Google

Abſolventis à reſervatis ſinè facultate, ibi.nu.30., & ſeqq.p.515.
Frangentis ſigillum Confeſſionis. ibid. num. 32., & ſeqq. p. 515.
*Abuſus in Euchariſtia*. *ibi*. §. 2. *Abuſ. in Euchar.* nu. 13., & ſeqq. p. 501.
Vomentis Euchariſtiam. *ibi*. n.8 p. 500.
*Abuſus in Matrimonio*, Tit. 8. §. 5. *Abuſ. in Matr.* n. 27., & ſeqq. p. 521.
Pœnæ polygamiæ. ibi.n.30., & ſeqq. pag. 522.
Pœnæ perſonæ ſacræ contrahentis matrimonium. ibi. n.27.p.421.
*Abuſus in Ordine* Tit. 8. §. 3. *Abuſ. in Ord.* num. 17., & ſeqq. p. 505.
Pœnæ ordinationis immaturæ. ibid. n. 17., & 18. p. 505.
Suſcipientis Ordines furtivè. *ibid.* n. 19., & ſeqq. p. 505.
Ordinationis per ſaltum, ibid. n. 22. p. 506.
Ordinati per falſas dimiſſorias. *ibi*. num. 23., & ſeqq. p. 506.
Miniſtrantis in Ordine ſacro non ſuſcepto, *ibid*. nu. 26. p. 506.
Non Sacerdotis celebrantis, aut Confeſſiones excipientis, *ibid.*
Sacerdotis bis in die celebrantis. *ibid.* num. 27., & ſeqq. p. 506.
*Abuſus Sacræ Scripturæ*. Tit. 5. §. 2. *Blaſphemia*. nu. 67 p. 294.
*Adulterij*. Tit. 4. §. 4. *Adulterii*, n. 38., & ſeqq. p. 208.
Pęna recidivantis in adulterium quandò dari poſſit; *ibi*. n. 57. p. 211. (leges 111., ſed corrige)
*Alchimiſtarum*. Tit. 6. §. 4. *Alchimia*. n. 10., & ſeqq. p. 384.
Pœnæ Alchimiſtarum non incurruntur niſi per actuum frequentiam *ibid.* num 22. pag. 385.
*Alienationis* bonorum Eccleſiaſticorum. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio*. num. 31., & ſeqq. pag. 137.
Regularium alienantium bona ſui Monaſterii. *ibi*. num. 37., & ſeqq. pag. 138.
Vendentium, aut diſtrahentium libros Bibliothecæ Ordinis Minorum. *ibid.* nu. 42., & ſeqq. p. 139.
*Apoſtatarum* perfidiæ quæ Tit. 2. §. 1. *Apoſtaſia*. n 40. pag. 31.
Apoſtaſiæ irregularitatis quæ, & quandò debeatur. *ibid*. n. 41. p. 31.
Pęna Apoſtatarum fugitivorum. *ibi*. n. 42, & ſeqq. p. 31.
*Apoſtatarum* pœna intelligitur minima quandò alia non apponitur in Statuto. ibid. num. 80. p. 35.
Recidivantium in Apoſtaſiam quomodò regulandæ ſint pęnæ. *ibid.* num. 98., & 100. pag. 37.
Apoſtatantis ſub prætextu adeundi Superiorem. ibi. nu. 109. p. 39.
Pęna Apoſtaſiæ ultrà graviſſimam committuntur arbitrio Superioris, *ibid.* num. 144. pag. 43.
*Appellantium* à Papa ad futurum Concilium, & in hoc crimine complicum pœna. *Tit.* 2. §. 3. *Appellatio*. num. 5., & ſeqq. pag. 63.
Religioſorum temerè Appellantium à ſuis Prælatis. *ibi*. nu. 9. p. 64.
Trahentium cauſam Eccleſiaſticam ad forum Laicum. *ibi*. n. 7., & 11. p. 63., & 65.
Pœnæ Regularis appellantis ad Tribunal Epiſcopale, aut Laicum, ibid. num. 33., & ſeqq. pag. 67.
Pœnæ Religioſi appellantis ad Tribunal Seculare incurruntur, licèt à Judice appellato reiecta ſit appellatio. ibi. n. 44. p. 68.
Pœna malè appellantis quandò ſit duplicanda. ibid. n. 49. p. 69.
*Arma* prohibita deferentium. Tit. 7. §. 1. *Armorum*. n. 1. p. 398.
*Aſſaſſinii* pœna. ibi. §. 6. *Aſſaſſinium*. n. 43., & ſeqq. p. 453.
*Aſtrologiam iudiciariam* profitentium. *Tit.* 6. §. 5. *Aſtrologia* num. 18., & ſeqq. pag. 389.
*Beſtialitatem* committentium. *Tit.* 4. §. 12. *Beſtialitas*. n 13, & ſeqq. p. 271.
*Blaſphemias* loquentium. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſphemia*. nu. 39., & ſeqq. p. 391.
Obloquentium de Papa, Cardinalibus, Epiſcopis, & Prælatis pœnæ, ibid. num. 54. & ſeqq. p. 292.
*Calumniatorum*. Tit. 5. §. 4. *Calumnia*, nu. 11., & ſeqq. p. 307.
Pęna Judicis formantis inquiſitionem calumnioſam. ibi. n. 22. p. 308.
*Concubinatus* pœna. *Tit.* 4. §. 3. *Fornicatio*. num. 14 pag. 199.
*Conſortii* ſuſpecti pęna in Clericis. Tit. 4. §. 1. *Conſortium*. nu. 34. p. 178.
Eadem in Fratribus Minoribus. ibi. n. 40. & 44. pag. 179., & 180.
Pęna Fratrum Minorum admittentium juvenes in propriis Cellis, ac intrantium Cellas aliorum. ibi. n. 41. p. 179.
Eorundem ſequeſtrantium ſe à ſocio cum mulieribus. ibi. nu. 42. p. 179.
Eorundem intrantium domos ſuſpectas. ibi. nu. 43., & 45. p. 180.
Eorundem laborantium morbo gallico, ibi. n. 97. pag. 185.
*Conſpirantium* contrà Principem, Epiſcopum, Superiorem, aut privatum Religioſum pœnæ, *Tit.* 2. § 4. *Conſpiratio*. n. 7., & ſeqq. p. 71.
Contrà Novitios ibi. n. 34. p. 74.
Contrà ſæculares. ibi. n. 36. p. 74.
Revelatio à dictis pœnis quomodò ſit regulanda. ibi. n. 38., & 39. p. 75.
*Conviciantium* pęnæ. Tit. 5. §. 2. *Blaſphemia*. n 74., & ſeqq. p. 295.
*Dilapidationis* pęnæ. Tit. 3. §. 7. *Dilapidatio*. n. 18., & ſeqq. p. 160.
Religioſi Subditi diſperdentis bona Conventus, aut res ſuos uſui conceſſas. ibid. num. 33. p. 163.
Prælati Minoritæ malè expendentis eleemoſynas Conventus. ibi. n. 29 p. 162.
*Duellantium* pœnæ. Tit. 7. §. 4. *Duellum*. n. 41., & ſeqq. p. 424.
Pęnæ duelli ſolemnis extenſæ ad non ſolemne, etiam non ſecuto effectu. ibi. nu. 30. p. 422.
Clericorum pugnantium in duello pęnæ. ibid. num. 48., & ſeqq. p. 425.

*Falſi-*

Digitized by Google

*Falſificantium* monetas. Tit.4. §.3. *Falſificatio*. n.36. & ſeqq.379.
Tondentium monetam legitimam. ib. num.40. p. 380.
Expendentium, & introducentium monetam falſam. ib. n.41. p.380.
Eadem pęna debetur tondenti &c. monetas argenteas minimi valoris, ſicut alias majoris. ib.n.48. p.381.
*Fornicantium* pęnæ. Tit.4. §.3. *Fornicatio*. num.12, & ſeqq. p.199.
Pęna Religioſi fornicantis cum fęmina introducta in Conventum. ibid. §. 8. *Clauſura*. num.62. pag. 242.
*Frequentantium* Monaſteria Monialium. Tit.4.§.1. *Conſortium*. n.38. p.179.
*Furti* pœnæ. Tit.3. §.6. *Furtum*. nu.16. & ſeqq. pag. 147.
Pœnæ furti de jure Canonico. ib. n.34. p.150.
Furti facti à domeſticis. ib.n. 45. pag.152.
Facti in via publica. ib. n.47. p.152.
Facti cum ſcalis, clavibus adulterinis grimaldellis &c. ib.n.49. pag.152.
Facti cum fractura. ib.n.50. p.152.
Facti per vim cum armis, ſociis, aut non. ib.nu.51.pag. 153.
Pœna Clerici furis.ib.n.52.p.153.
*Hæreticorum*. Tit.2.§.7.*Hæreſis*. num.38, & ſeqq.pag. 98.
*Homicidii*. culpoſi. Tit.7. §.5. *Homicidium*.num.82, & ſeqq. p.442.
Voluntarii ſimplicis. ib. n.84. p.442.
Appenſati. ib. n.85, & ſeqq. p.442.
Caſualis. ib. n.88. p.443.
Clerici homicidæ voluntarii. ib. n.89. p.443.
Occidentis conjunctum in linea tranſverſali. ib.§.8. *Parricidium*. n.41. p.468.
*Immutantium* diſpoſitiones factas à Commiſſariis Viſitatoribus. Tit.2. §.2. *Inobedientia*. num.114.p. 62.
*Improperantium* alicui. Tit.5. §.2. *Blaſphemia*. nu. 77. & ſeqq. p.295.
*Inceſtus* pœna. Tit.4. §.6. *Inceſtus*.n.11, & ſeqq. p. 221.
*Infamantium*, aut diffamantium pœnæ. Tit.5. §.3. *Infamatio*. n.14, & ſeqq. p.300.
*Iniuriantium* pœnæ de jure communi. ib. n.14, & ſeqq. p.300.
Pęna iniurię ſcriptę Tit.5. §.5. *Libellus*. num.61. p. 319.
*Infanticidii* pœnæ juxtà varias circumſtantias. Tit. 7. §.8. *Parricidii*. n.38. p.468.
*Inobedientium* juxtà crimen largè, aut ſtrictè ſumptum. Tit.2. §. 2. Inobedientia. num.66. pag. 57.
Non acceptantium Commiſſarium miſſum à Generali. ib. n.55. p.54.
Rebellantium à Commiſſaris delegatis à Provinciali. ibid. n.68. p.57.
*Largitionis munerum* in Regularibus pœnæ. Tit.3. §.5. Donatio. nu.11, & ſeqq. pag.142.
*Læſæ maieſtatis* pœnæ. Tit.2. §.6. *Læſa*. nu.39, & ſeqq. p.90.
*Libellos famoſos* componentium, dictantium, vulgantium &c. pœnæ. Tit.5. §.5. Libellus. num. 44 & ſeqq. p.317.
*Licentiantium* ordinandos ad Epiſcopum non ſuum Tit.6. §.1. *liter. falſ.* n.70. pag.365.
*Literas* alienas aperientium, lacerantium, intercipientium &c. pœnæ. ib. §.2. *liter. aperit*. n.36, & ſeqq. pag.372.
*Literas* Apoſtolicas falſificantium. ib. §.1. *liter. falſ.* n.26. & ſeqq. p.360.
Pęna exercentis juriſdictionem ex falſis literis Principis. ib. n.34. p.361.
Falſificantis ſigillum Principis. ibid. n.34, & 35. p. 361.
Abutentis ſigillo Principis. ib. n.36. p.361.
Confeſſiones excipientis cum falſis patentibus Ordinarii. ib. n.39. pag.362.
Falſificantium literas Ordinariorum. ib.
Notarii falſarii pęnę. ib. nu.40, & ſeqq. pag.362.
Falſificantis ſcripturam privatam. ibid. num.47. p.363.
*Minantium* pęnæ. Tit.7. §.2. Minæ. nu.14, & ſeqq. p.401.
*Mollitiem* committentium pęnæ. Tit.4. §.10. *Mollities*. n.16, & ſeqq. p.253.
Seminantis extrà vas ad impediendam generationem. ib. n.20. p.253.
Compellentis Monialem ad ſibi procurandam immundiciam. ib. n.18. p.253.
Coeuntis cum cadavere humano. ibid. num.21. p. 253.
*Obſcœna* loquentis pœnæ, quæ, quando, & quomodò debeantur. Tit.9. §.2. *Blaſphemia*. n.70, & ſeqq. p.295.
*Omittentis* Sacramentalem Confeſſionem, ac Communionem in Paſchate. Tit.5. §.1. *Omiſſio*. nu.11. p.281.
Non recitantis horas Canonicas.ib.n.13. p.281.
Orationem mentalem negligentis.ib.n.37. p.284.
Otioſi notabiliter pęna. ib.nu.21, & ſeqq. p.282.
*Oſculum* datum mulieri quomodò ſit puniendum. Tit.4. §.2. *Sollicitatio*. n.39. p.195.
Oſculantis Monialem pœnæ. Tit.4. §.9. *Sacrilegium*. n.17. p.248.
*Parricidii* pęna. Tit.7. §.8. *Parricidium*. num.37, & ſeqq. p.468.
Clericus parricida quomodò puniendus. ib. n. 42. p. 468.
*Partum* mortuum ſupponens infanti viventi quomodò punienda nutrix. Tit.3. §.6. *Furtum*. n.38. p.150. ( corrige n.39. V. Quid, & pone.38: )
*Peculatus* pęnæ. Tit.3. §.6. *Furtum*. n. 19, & ſeqq. p.147.
*Periurii* pœnæ. Tit.5. §.7. *Periurium*. n.30, & ſeqq. p.334.
*Percutientium* pęnæ. Tit.7. §.3. *Provocatio*. n.9. p. 407.
Arripientis inſtrumentum ad percutiendum non extenditur ad arripientem ad fugandum. ib.nu.48. pag.411.
Pęna percutientis Prælatum localem. ibid.num.81. pag.414.
Pęnam minorem meretur percutiens Vicarium, quàm Prælatum localem. ib.
Pęnæ percutientis perſonas extrà ordinem quomodo regulandæ. ibid. num.84, & ſeqq. pag.415. (corrige pag.115, & pone 415.)
*Plagii* pęna quæ ſit, & quandò intrat. Tit.3. §.6. Furtum. n.35. p.150.



Digitized by Google

*Polygamiæ* pœna quę ſit. Tit.8. §. 5. *Abuſ.* in matr. nu.30, & ſeqq. p.522.
Perſona ſacra contrahens matrimonium quomodò punienda . ib. n.27. pag.521.
*Proditoris* Patriæ pęna Tit. 7. §.7. *Proditorium.* n.26, p.460.
*Proditorum* homicidium quibus pęnis vindicandum . ib. n. 27. & ſeqq. p.460.
Pęna Clerici homicidæ proditoris ibid. nu.31. pag. 461.
*Provocantium* pęnę. ib. §.3. *Provocatio* nu.8.& ſeqq. p.497.
*Proprietariorum* pęnę . Tit.3. §.1. *Proprietas.* n.12, & ſeq q. p.107.
Ob quas cauſas ſint augendæ . ib. nu.56. p.112.
*Rapinæ* pęna . Tit.3. §.6. *Furtum* , n.52. p.153.
*Raptus* pęnę de jure civili . Tit.4. §.7. *Raptus* . n.26, & ſeqq. p.229.
Extenduntur ad complices, comites, ſequentes &c. ibid.
Pœnæ ejuſdem criminis de jure Canonico . ib.n.30, & ſeqq. p.230.
Quandò temperandæ , ib. n.28. p.230.
Pęnę raptus meretricis publicę, aut fęminę indulgentis pluribus eſt extraordinaria . ib. num.29. p.230.
Ordinaria pęna raptus intrat , ſi ſit mulieris, quæ reputetur honeſta , licèt alicui indulgeat , ibid.
*Recipientium* Novitios ad habitum ſinè debitâ inquiſitione . Tit.5. §. 9. *Suaſio.* nu.31 , & ſeqq. p.351.
*Revelationis* ſecretorum pœna . ib. §.6. Revelatio. n. 32. & ſeqq. pag.326.
Teſtis revelantis examen , ſecretò factum . ib. n. 10. p.322.
Notarii revelantis ſecreta Judicis, aut partium,aut teſtamentum viventis . ib. n.9. pag.322.
Cauſidici oſtendentis adverſæ parti inſtrumentum ſibi confidenter traditum . ib. n.9.
Manifeſtantis ſecretum ſibi ab Amico commiſſum . ib. nu.32. pag.326.
Publicantis ſecretum Principes . ib. n.34. pag. 326.
Perſonę publicę revelantis, quæ ſunt tacenda.ib.n. 35. p.326.
Pęnę de jure Canonico contrà revelantes ſecreta.ib. n.36. pag.326.
Sacerdotis revelantis audita in Sacramentali Confeſſione. ib. nu.40. & 59. pag.327, & 329.
*Sacrilegii* cum Moniali pęnę , Tit.4. §.9.*Sacrilegium.* n.15, & ſeqq. pag.248.
Impudicitiæ commiſſæ cum Moniali . ibid. num. 17. pag.248.
Vitiantis Monialem de jure Canonico pęna . ibid. n.19. pag.248.
Monialis paſſæ ſe ſtuprari . ibid.num.26.pag.249.
*Schiſmaticorum* pęnæ, datæ in Sacrâ Scriptura . Tit. 2. §.5, Schiſma , n.9. p.78.
Ipſis datur pœna Hæreticorum . ibid. num.10.pag. 78.
Eorum fautoris pœna . ib.n.14. p.78.
*Simoniæ* de jure divino prohibitæ pœna.Tit.8. §.7. n. 36. p.542.
Vendentis juſpatronatum ad Officium , aut Beneficium Eccleſiaſticum . ib. nu . 38. p.543.
Epiſcopi vendentis exercitium ſuæ juriſdictionis,ſeù concedentis ſuum Vicariatum, retentâ ſibi parte emolumentorum , aut cum minori ſtipendio , quod ſolet dari . ibid. n.39. p.543.
Examinatorum Synodalium ſi prò examine quid vel minimum accipiant . ib. n.40. p.543.
Concurrentium ad ſimoniam beneficialem. ib.n.43. p.544.
Dantium , aut accipientium aliquod prò ingreſſu Religionis. ib. n.45. p.544.
Pęnę ſimoniæ eędem ſunt, ſi agatur per inquiſitionem , ſicut per accuſationem . ibid. num.46. p. 544.
*Sollicitantium* ad turpia extrà Confeſſionem . Tit.4. §. 2. *Sollicitatio* . num. 35, & 44. pag.195, & 196.
Sollicitantium in Confeſſione . ib. n.49. pag.197.
*Sodomitarum* de jure Divino , Eccleſiaſtico , & Cęſare pęnę . Tit. 4. §. 11. *Sodomia* . num.36, & ſeqq.pag.261.
*Stuprantium* fęminas. Tit.4. §.5. *Stuprum* . nu.11, & ſeqq. p.217. ( corrige §. VI. Inceſtus , & pone §. V. Stuprum )
Cognoſcentis per vim mulierem ſolutam aliàs cognitam . ib.
Stuprantis puellam non viripotentem . ib. nu.21, & ſeqq. p.218.
Stuprantis virginem ſinè vi . ib. n.13. pag.217.
Stuprantis cum violentia . ibid. num. 21, & ſeqq. pag.218.
Sortilegia committentium . Tit.8. §.6. *Sortilegium* . n. 58, & ſeqq. pag.534.
*Subornationis* Teſtium ad dicendam falſitatem . Tit. 5. §. 8. *Subornatio* . n.31. p.341.
Subornantium in Electionibus . ib. num.33,& ſeqq. p.341.
Pęnę ſubornantium in Electionibus in Religione Minorum extenduntur ad omnes Ordines . ib. nu. 34. p.341.
*Suſpectorum* de Hæreſi . Tit. 2. §. 7. *Hæreſis* . nu.63. pag. 101. ( leges contrà cu ictos , corrige convictos )
*Talionis* pœna debetur Calumniatori . Tit.5. §. 4. *Calumniatio* . n.14. pag.307.
Hæc in omnibus foris deſuevit . ibid. nu.16.p. 308.
Debetur , quandò proceſſum fuit per denunciationem de delicto excepto . ib. n.21. pag.308.
In Ordine Minorum omninò ſervāda.ib.n.17.p.308.
*Veneficii* pęna . Tit.7. §.9. *Veneficium* . n.35,& ſeqq. p.475.
*Violantium* clauſuram Monialium . Tit.4. §.8. *Clauſura* . n.66, 69. 70. pag.243.
Monialium introducentium , aut admittentium quaſvis perſonas intrà illarum clauſuram . ib. n. 72. p. 244.
Monialium exeuntium à Clauſura . ib.num.73.p. 244.
Superiorum Regularium intrantium abſquè legitimâ causâ Clauſurâ Monialium . ibid.
*Violantium* clauſuram Religioſorum . ibid. nu.48, & ſeqq. pag.240.
Mulierum ingredientium Clauſtra Conventuum Religioſorum . ib.
Fratrum introducentium mulieres . ibid. num.50. p.241.
Introducentium fęminas intrà ędiculas Confeſſariorum Monialium.ib.n.63, & ſeqq.pag. 242.

Vio-

Digitized by Google

Violantium libertatem Novitiorum. Tit.5. §.9. *Suaſio*. n.29. pag.350.

*Pœnitens* non poteſt Sacramentalem Confeſſionem publicam facere. Tit.8. §.4. *Abus. in Confeſſ.* n.9. pag.510.

Nec licentiare Sacerdotem, ut ſua peccata in Confeſſione audita revelet. ibid. n.10. pag.510.

*Pœnitentia* quomodò differt à pœna. Tit.1. §.4. *Pœna*. n.5. pag.17.

Requirit acceptationem. ibid.

Pœnitentiæ ſalutares dantur leviter ſuſpecto de hæreſi. Tit.2. §.7. *Hæreſis*. n.45. pag.99.

*Polygamia* eſt abuſus in matrimonio. Tit.8. §. 5. *Abuſ. in matrim.* n.8. pag.518.

Quomodò ſit prohibita de lege naturæ. ib.

Prohibita eſt de jure divino antiquo, ac Evangelico. ibid. n.9. p.518.

Aſſerens eam eſſe Chriſtianis licitam eſt hæreticus. ibid.

Prohibita eſt de jure Cæſareo. ibid. num.11. pag. 518.

Senatus Romanus vetuit publicare legem permittentem polygamiam. ib.

Lex ſimilis promulgata à Valentiniano Cæſare non fuit recepta. ib.

Polygamiæ cognitio ſpectat ad Inquiſitorem; probabile tamen eſt, quod ſit mixti fori. ib.n. 12. p.518.

Quomodò intelligendus Canon docens, quòd extante uxore infirma, alia duci poſſit. ibid. nu. 10. p.518.

Quam ſuſpicionem hæreſis faciat. ib. num.13. & ſeqq. p.519.

Spectat ad Inquiſitorem etiam ſi primum matrimonium conſummatum non ſit. ibid. num.15. pag. 519.

Quomodò probanda. ibid. nu.20. pag.520.

An ut polygamus puniendus ſit, qui probat primum matrimonium fuiſſe nullum. ibid. nu.23. pag.521.

An polygamus ſit, qui bona fide duxit ſecundam, credens primam uxorem mortuam, & quomodò puniendus. ib. n.26. p.521.

Ejus pœnæ. ib. n.30. & ſeqq. pag.522.

Polygamus falſos Teſtes inducendo ſuper morte primæ uxoris quomodò puniendus. ibid. num. 34. p.522.

Polygama mulier graviùs de jure punienda quàm vir, & quarè. ib. n.35. pag.522.

*Pollutio*. V. *Mollities*.

*Portare* de rigore juris quid ſignificet, & quid juxtà communem ſenſum. Tit.7. §.1. *Armorum*. n.28. pag.397.

*Poſſeſſionem* bonorum perdunt hæretici poſt ſententiam Judicis. *Tit.2. §.7. Hæreſis*. nu.58. pag.101.

Poſſeſſio eſt uſus. Tit.7. §.1. *Armorum*. nu.29. p. 398.

*Poſſidere*, habere, & tenere idem importat. ib.

Significat jus. ib.

*Poſteriora* derogant prioribus. Tit.1. §.1. num.2. pag.7.

*Poteſtati* Eccleſiaſticæ quilibet eſt ſubjectus. Tit.2. §. 2. *Inobedientia*. n.22. p.53.

Poteſtas ſuprema eſt in ſolo Deo. Tit.2. §.6. *Læſa* n.6. p.83.

Poteſtas divina in homines eſt communicata Papæ, ac Imperatori. ibid.

Poteſtas patria amittitur ob hæreſim. Tit.2. §.7. *Hæreſis*. n.55. pag.100.

Poteſtate abuti quis dicatur. T.4. §.8. *Clauſura*. n. 13. p.234.

*Praxis* Sacræ Pœnitentiariæ circà pœnitentiam introducentium mulieres intrà Clauſtra. ib. num.59. pag. 242.

Ipſa habenda eſt prò lege. ib. nu.52. p.241.

*Præceptum* formale quomodò faciendum à Prælato T. 2. §.2. *Inobedientia*. n.4. p.49.

Ad illud quandò non tenetur Subditus. ib. num.5. p.49.

Præcepta Eccleſiaſtici Superioris in re gravi tranſgrediens peccat mortaliter. ibid. num.22. pag. 53.

Præceptum formale Superioris, licèt videatur de re Levi, debet ſub mortali exequi. ib. num. 46. p.54.

Præceptum de jure poſitivo ceſſat in concurſu alterius de jure naturali, ac Divino. T.2. §.5. *Schiſma*. n.39. p.81.

In concurſu duorum præceptorum contrariorum ſuſtinendum eſt, quod magis rationi congruit. Tit.7. §.6. *Aſſaſſinium*. n.37. p.452.

*Prædatio* quomodò differat à latrocinio, graſſatione, robariâ, rapinâ, & aſſaſſinio. Tit.9. §.6. *latrocinium*. n.2. p.580.

*Prædo*, ac latro idem ſunt. ib. n.3. p.580.

*Prælatura* quid ſit. Tit.5. §. 8. *Subornatio*. n.22. p.339.

Prælaturæ Regulares ſunt ad inſtar beneficiorum. Tit.8. §.7. *Simonia*. n.24. p.539.

In illis omnia pacta ſunt ſimoniaca. ib.

*Prælatus* connivens ad delicta ſubditorum peccat mortaliter. Tit.1. n.7. p.2.

Tenetur ex juſtitia illos corrigere. ib.

Regularis tenetur ſcire doctrinam Canonicam criminalem. ib. n.8. p.2.

Severitatem benignitate temperatam ſervare debet. ib. n.9. p.2.

Habet juriſdictionem de jure Divino. Tit.2. §.2. *Inobedientia*. n.10. p.49.

In quâvis parte ſui Monaſterii poteſt exercere ſuam juriſdictionem. ib. n.17. p.51.

Inferior Generali debet ſequi conſilium Diſcretorum in carcerando contumaci. ibid. num.89. pag.59.

In gravibus negotiis debet habere conſenſum Capituli. Tit.3. §.7. *Dilapidatio*. n.27. p.161.

Ejus negligentiam ſupplere aliquandò poſſunt Subditi. Tit.4. §.8. *Clauſura*. n.46. pag.239.

Prælatus quis dicatur. Tit.5. §. *Blaſphemia*. n.60. p.293.

Prælati in Romana Curia qui. ib.

Hi non ſunt propriè Prælati, & quarè. ib.

Prælatus conviciaus Subditum, aut ei improperans quomodò puniendus. ib. n.82. & ſeqq. p.296.

Verba contumelioſa poteſt jacere in Subditum gratia correctionis. ib. n.83. pag.296.

Non poteſt ſinè legitimâ causâ repellere à ſuâ Religione, eam ingredi volentem. Tit.5. §.9. *Suaſio*. n.16. p.348.

Non eſt dominus, ſed adminiſtrator bonorum ſuæ Religionis ib.

Prælatus localis quis ſit. Tit.7. §.3. *Provocatio*. n. 81. p.414.



Digitized by Google

Prælati Magiſtratum gerunt. ib. n.83. p.414.

Prælatus eſt ut Paterfamilias. ib. n.90. pag.415.

Prælatus Regularis debet vindicare judicialiter injuriam ſuo Subdito factam. ib n.94. pag.416.

Prælatus Regularis habet in ſubditos poteſtatem quaſi Epiſcopalem, & veniunt nomine ordinariorum. ib. *Tit.* 7. §.10. Abortus. nu.36. p.485.

Hi nequeunt relaxare Subditos ſuos brachio ſæculari. ib. n.78. pag.492.

Prælatus Eccleſiaſticus debet curare de temporalibus, ſicut de ſpiritualibus ſuæ Eccleſiæ. *Tit.*8. §.7. *Simonia*. nu.24. p.539.

In cauſis gravibus ſuæ Eccleſiæ debet ſequi conſilium ſeniorum. *Tit.*9. §.1. *Jejuniorum*. num.41. pag. 555.

Prælatus localis quandò poſſit privari Officio ob nimiam abſentiam à Conventu. ib. §.9. *Reſidentia*. n.14, & 15. p.607.

*Prælatus*. V. *Superior*.

*Præmeditatio* in homicidio quomodò probanda. *Tit.*7. §.5. *Homicidium*. n.73. p.440.

Præmeditatio reddens homicidium appenſatum quibus conjecturis probetur. ib. n.74, & ſeqq. pag. 440.

*Præpoſito* manus inferens capite puniendus eſt de jure Civili. *Tit.*7. §.3. *Provocatio*. n.83 pag.414.

*Præſcriptio delictorum* quandò currat. *Tit.*1. §.2. *Delicta*. n.38. p.12.

Quomodò Reum ſalvet. ib.

Contrà eam proceditur per exceptionem. ib. nu.39. p.12.

De crimine hæreſis non currit. *Tit.*2. §.7. *Hæreſis*. nu. 62. p.101.

*Præſes Capitali*, ſi hoc congregato, ſubornaret Vocales, quid agendum. *Tit.*5. §.8. *Subornatio*. num.64. p. 345.

Semper debet eligi à Vocalibus caſu, quo Commiſſarius aut non poſſet, aut nollet congregato Capitulo aſſiſtere electioni. ibid. numer. 65. pag. 345.

*Præſtare* in jure quid ſignificet. *Tit.*8. §.7. *Simonia*. n. 5. pag.537.

*Præſumere* quiſquis benè debet de Officialibus publicis. *Tit.*3. §.7. *Dilapidatio*. n.10. pag.158.

Contrà talem præſumptionem requiruntur probationes plenæ. ib.

Prẹſumere quid importet. *Tit.*4. §.8. *Clauſura*. nu.23. pag.235.

*Præſumptio*. Præſumptionibus quomodò probentur delicta. *Tit.*1. §.3. *Probatio*. n.5. p.15.

Ipſâ non probatur qualitas delicti. ibid. num. 6. pag.15.

Præſumptionibus probantur crimina difficilis probationis; & dolus in his, quæ ſunt de genere prohibitorum. ibid. n.7. pag.16.

Item in facto, in quo major eſt ſpecies delicti, quàm è contrà; & quandò crimen eſt favorabile delinquenti. ib.

Præſumptiones vehementiores deſiderantur in crimine atrociori. *Tit.*2. §.6. Læſæ. n.36. p.89.

In crimine hæreſis gradus præſumptionis pendent ab arbitrio Judicis. *Tit.*2. §.7. *Hæreſis*. num.9. pag. 84.

Præſumptio prò non delicto vincit præſumptionem prò delicto *Tit.*4. §.1. *Conſortium*. num.102. pag. 186.

Præſumptio juris, & de jure admittit probationem contrariam, & quam ib. n.111. pag.187.

Præſumptiones carnalis copulæ magis deſumuntur fama, & moribus, quàm ab aliis. Tit.4. §.4. Adulterium. n.14. pag.204.

Præſumptiones etiam violentæ non ſufficiunt ad pœnam ordinariam. ib. n.28. p.206.

Præſumptio virginitatis ſtat prò Muliere. ibid. §.5. *Stuprum*. n.10. p.216.

Præſumptio ſtat pro fœmina, quod rapta ſit invita. ib. §.7. *Raptus* n.24. p.229.

*Præter*. V. *Dictio*.

*Prætoris* edicta corrumpens fit Reus Læſæ majeſtatis. Tit.5. §.2. *Blaſphemia*. n 7. p.286.

*Prætextus* quid ſit. Tit.2. §.1. *Apoſtaſia*. num.31. pag. 28.

*Preces* carnales, & ſordidæ inducunt Simoniam. Tit.8. §.7. *Simonia*. n 7 pag.537.

*Pretium* quodvis ſimoniacum ob beneficium adeptum, eſt reſtituendum, & cui. ibid. num 42. p. 544.

*Princeps* non agnoſcens in terra ſuperiorem, aut habens plena regalia potitur majeſtate. *Tit.*2. §.6. *Læſæ*. n.6. p.83.

Declinans à Catholicâ fide ad hæreſim perdit majeſtatem. ib. n.9. p.84.

Hæreticus natus, & toleratus, & non habens ſuperiorem habet majeſtatem. ib. n.10. p 84.

Infidelis non agnoſcens ſuperiorem poſſidet majeſtatem. ib. n 11. p 84.

Tenetur aſſecurare viam publicam. Tit.3. §.6. *Furtum*. n.46. p.152.

Ille ſolus, & qui ab eo habet facultatem, poteſt cudere monetam. Tit.6. §.3. *Falſificatio*. num.1. pag.374.

Faciens cudi monetam ligæ inferioris debito tenetur dè falſo. ib. n.12. p.376.

Solus dat monetæ vires, & valorem. ibid. num.16. pag.376.

Poteſt ordinare duellum ad bellum terminandum. Tit.7. §.4. *Duellum*. n.11. p.419.

Quo caſu ob cauſam privatam poſſit permittere duellum. ib. n.16. p.420.

Concedens campum francum duellantibus eſt excommunicatus. ib. n.28. p.422.

Quo caſu non ſubeat cenſuram concedens poſt duellum impunitatem. ibid. num. 28. & 29. pag. 422.

*Principiſſa* quæ non agnoſcit Superiorem poteſt ingredi clauſtra Religioſorum exiſtentia in ſua ditione. Tit.4. §.8. *Clauſura*. n.8. pag.233.

*Privatio ſuffragiorum* quandò locum habeat. Tit 2. §. 1. *Apoſtaſia*. n 103. p.38.

Quomodo, & quandò commutanda. ibid. n.104. p.38.

Largè capta quid importet, & comprehendat. Tit. 5. §.8. *Subornatio*. nu 45. p 342.

Strictè capta ad quæ limitetur. ibid. num.46. pag. 343.

Quandò in Statutis accipienda ſit largè, aut ſtrictè ib n.47. p 343.

*Privatio Actuum legitimorum* quid importet. Tit. 5. §.8. *Subornatio*. num.43. pag.342.

*Privatio vocis activæ, & paſſivæ*. V. *Privatio ſuffragiorum*.

*Privatio* Officiorum Ordinis inter Regulares correſpon-


Digitized by Google

reſpondet confiſcationi bonorum.*T.9.§.8.Artium. n.45.p.604.*
Cinguli militaris quid importet. *Tit.4.§.6. Inceſtus. num.11.p.221.*
*Privilegiati* Confeſſarii quo caſu abſolvere poſſint duellantes à cenſuris. *Tit.7.§.4. Duellum.num.41.pag.424.*
*Privilegia* abſolvendi à cenſuris Papæ reſervatis non renunciavit Religio Minorum, niſi in caſibus expreſſis in Statutis. *T.2.§.2. Inobedientia. num.58. p.56.*
Corpora publica fruuntur privilegiis Minorum. *T.3. §.7.Dilapidatio.n.18.p.160.*
Privilegiorum communicatio inter Regulares fit etiam in iis, quæ per ſolam conſuetudinem ſunt acquiſita. *Tit.7.§.10.Abortus.n.54.p.489.*
*Probare.* Fama cum adminiculis probat uſuram. *Tit.3.§. 8.Uſura.num.11. p.147.*
Probatur argumentis, quod liquidò probari nequit. *T.7.§.6. Aſſaſſinium.n.26.p.451.*
*Probare.* V. *Præſumptio.*
*Probatio* plena, & ſemiplena quæ. *Tit.1.§.3. Probatio. nu.1.p.15.*
Ejus ſpecies ſubalternæ. *ib.n.2.p.15.*
Rei contraria Accuſatori, aut fiſco quid operetur. *T.1.§.3.Probatio.n.11.p.16.*
Appellationis malæ eſt facilis, & quarè. *Tit.2.§.3. Appellatio.num.10.pag.64.*
Quod aliquis ſit hæreticus eſt præſumptiva. *Tit.2.§.7. Hæreſis.n.19.p.94.*
Probationes de viſu actuum venereorum non concludunt de neceſſè copulam conſummatam. *Tit.4.§.4. Adulterium.n.5.pag.202.& 203.*
*Probatio* per duellum à legibus longobardorum permiſſa. *T.7.§.4.Duellum.n.4.p.418.*
Non entis nulla eſt probatio. *T.8.§.4. Abus. in Confeſ. n.13.p.511.*
*Proceſſionem* inſolitam inſtituens Prælatus, ut mulieres poſſint Clauſtra ingredi, an ſit puniendus. *T.4.§.8.Clauſura.n.11.p.233.*
Talis Prælatus non incurrit pœnas Bullæ, nec peccat. *ib.n.12.& 13.pag.234.*
*Procurare* quid importet. *Tit.3.§.3. Redituum. num.13. p.130.*
Procurare legatum prò ſuis Eccleſiis non eſt Minoribus vetitum. *Tit.3.§.3.Redituum.n.20.p.130.*
*Procurator* Principis laici nequit eſſe Clericus. *T.9.§.8. Artium.n.3.pag.597.*
*Prodens* inſtrumenta clientis adverſario proditor eſt. *T.7.§.7.Proditorium.n.1.p.455.*
*Prodigus* quis dicatur. *Tit.3.§.7. Dilapidatio. num.3. p.156.*
Huic interdicitur propriorum bonorum adminiſtratio. *ibid.*
*Proditio* eſt crimen graviſſimum. *Tit.7.§.7.Proditorium. n.24.p.459.*
*Proditor Patriæ* quamvis nobilis ſuſpendendus eſt. *Tit.7.§.7.Proditorium.n.26.p.460.*
Si capi non poteſt, ſuſpenditur ejus Statua. *ib.*
Ejus inſignia gentilitia tolluntur. *ib.*
*Proditor homicida* privatur immunitate Eccleſiaſtica. *ib.n.30.p.460.*
Eſt inteſtabilis. *ib.n.27.p.460.*
Exhæredatus à Patre nequit movere querelam inofficioſi. *ibid.*
*Proditorium homicidium* quomodo diffiniatur. *Tit.7.§.7.Proditorium.nu.2.p.456.*
Differentia inter homicidium proditorium, præmeditatum, & ex inſidiis. *ibi.*
Homicidium patratum ab amico reconciliato an ſit proditorium. *ibid.nu.7.p.456.*
Cauſa rancoris, & odii in occiſore præcognita ab occiſo excludit rationem proditorii ab homicidio. *ibi.*
Reconciliatio præſumpta, aut expreſſa quandò reddat, aut non homicidium proditorium. *ibid. nu.8. & 9.p.457.*
An ſit proditorium homicidium poſt promiſſionem per verba, quæ apertè non ſonant voluntatem non offendendi. *ib.n.10.p.457.*
An nova cauſa nata poſt reconciliationem tollat rationem proditorii ab homicidio. *ib.n.12.p.457.*
Quibus in caſibus committatur proditorium homicidium, aut non, ex offenſione alicujus poſt reconciliationem. *ib.n.7.& ſeqq. pag.456.*
Proditorium homicidium includit appenſatum. *ib.n.17.p.458.*
Quomodò probetur. *ibid. num.17.& ſeqq.p.458.*
Nova cauſa probanda eſt à Reo, ſi homicidium eſt commiſſum poſt reconciliationem. *ibid. num. 18.p.458.*
Proditorium non eſt homicidium, ſi ſequatur poſt amicitiæ ſigna æquivoca; ſed eſt poſt ſimulata. *ib.n.22.p.459.*
Ejus pœnæ. *ibid.num.25 & ſeqq. p.460.*
Complices homicidii proditorii puniuntur, ut principales. *ib.num.29.p.460.*
*Proemium legis* continet ejus cauſam finalem. *Tit.4.§.8. Clauſura.n.32.p.236.*
Ex eo mens legislatoris venanda. *ib.§.1.Conſortium. n.30.p.178.*
*Profanus* quid ſignificet. *Tit.5.§.2. Blaſphemia.num.68. pag.294.*
*Profeſſio* Sagarum cum Dæmone quomodò fiat. *T.4.§.13. Dæmonialitas.n.13.& ſeqq.p.275.*
Novitii quotupliciter poſſit promoveri, aut impediri. *Tit.5.§.9.Suaſio.n.14.& ſeqq.p.348.*
*Prohibita* diſcere, & docere parificantur. *T.6.§.4. Alchimia.n.19.p.385.*
*Promiſſio* de non offendendo quid ſit. *T.7.§.7. Proditorium.n.14.p.457.*
Iſta, pax, & treuga ambulent pari paſſu. *ib.*
*Promiſſa* verbis debent opere compleri. *T.5.§.6.Revelatio.n.7.p.322.*
*Proportio* durationis carceris ad durationem triremium eſt dupla. *T.4.§.4.Adulterium.n.73.p.213.*
*Propoſitum*, & voluntas diſtinguunt maleficia. *T.4.§.2. Sollicitatio.n.20 p.192.*
*Proprietarius* eſt Religioſus ſi vult commorari in Conventu aliquo contrà voluntatem Superioris. *Tit.2. §.5.Schiſma.n.40.p.82.*
Proprietarium quot modis aliquis ſe oſtendat. *T.3.§. 1.Proprietas.n.11.p.105.*
Quibus pœnis afficiatur. *ibid. num. 12. & ſeqq. pag.107.*
Per quantum valorem rei pretio æſtimabilis ſit punibilis judicialiter. *ibi. nu.15.pag.107.*
Per minorem quantitatem fit aliquis proprietarius in foro animæ, quam in foro fori. *ib. n.17. p.107.*
Et per minorem quantitate rei furatæ, quàm non furatæ. *ib.n.18.p.108.*

Et

Digitized by Google

Et per minorem quantitatem rei furatæ extrà, quàm intrà Monaſterium.*ib.nu.*19.*p.* 108.
Moriens proprietarius ſepeliendus eſt extrà locum ſacrum.*ibi. n.*14.*p.*107.
Cum proprietario ſepelienda eſt etiam ejus pecunia, non tamen tota. *ibid.*
Repertus poſt mortem proprietarius non pecuniæ, ſed alterius rei an ſepeliendus extrà ſacrum. *ibid. nu.*37.*p.* 109.
Proprietarius habitationis quibus caſibus aliquis ſit. *ib. n.*58.*& ſeqq.p.*112.
Proprietarius quandò cenſeatur, qui clavem cellæ non reſignat Superiori in diſceſſu. *ibid. num.* 65. *p.* 113.
Qui aliquid deponit apud ſeculares quo caſu proprietarius ſit.*ib n.*70.*p.* 113.
Religioſus commutans rem pro re quandò ſit proprietarius. *ibid. nu.* 84 *p* 116.
*Proprietas* ſignificat diverſa. *Tit.*3 §. 1. *Proprietas. n.* 1.*p.*104.
Vt delictum eſt quomodò diffiniatur. *ibid. num.* 8. *pag* 105.
Hoc delictum variatur in gravitate juxtà varias Religiones.*ibid.n.*9.*p.*105.
Quomodò probetur.*ibid.n.*10.*&* 11. *p.* 105.
Proprietas eſt delictum diſtinctum à contrectatione pecuniæ. *ibid.* §. 2. *Pecunia, num.* 13. *pag.* 118.
Eſt apud Minores delictum gravius equitatione. T. 9 §. 2. *Itinerantium.n.*28.*p.* 564.
*Prorſus V. Dictio.*
*Proteſtatio* contrà factum quo caſu non relevet. T. 8. §. 6. *Sortilegium.n.*21 *p.* 526.
Expreſſa contrà Dæmonem excludit omnem ejus concurſum, & invocationem ad aliquod patrandum.*ibid. num.* 19.*& ſeqq. pag* 526.
*Provincialis* Superior non poteſt licentiare ſuum Subditum ad Ordines, niſi ad Epiſcopum ſui domicilii.*Tit.*6 §.1.*liter.falſ.n.* 70.*p.* 365.
Aliter faciens quas pœnas incurrat. *ibid.*
*Provocatio* non excuſat excedentem in propriâ defenſione T.5.§.5.*Libellus.n.*10.*p.*311.
Quomodò diffiniatur provocatio. T. 7. §. 3. *Provocatio.n.*1.*p.* 404.
Activa in quibus conſiſtat.*ib. n.*3.*p.*404.
Paſſiva excludit dolum.*ib.*
Quomodò probetur.*ib, nu.*6.*pag.* 405.
Quomodò præſumatur, in defectu Teſtium, quis fuerit provocator.*ib. n.* 6. *& ſeqq.p.* 405.
Conjecturæ, à quibus ſumitur indicium provocationis *ib. n.*7.*p* 405.
Mortuus in rixa quandò præſumatur fuiſſe provocatorem *ib.*
Indicium provocationis ſumitur à præparatione armorum.*ib.*
*Provocationis* pœnæ.*ib.n* 8.*& ſeqq.p.* 407.
*Provocatio* verbis, aut factis quid ſit, & quandò. *ibid. n.*15.*p* 407.
Quæ fit factis, quandò extenditur ad perſonam, magìs punitur.*ib.n.*19.*p.*408.
Quandò injuriæ fuere reciprocæ quis dicendus ſit provocator.*ib.n.*78.*p.*414.
*Provocatio* quas ſignificationes habeat. *Tit.* 7. §. 4. *Duellum n* 1 *p.* 418.
Importat appellationem cum emphaſi. *ibid. num.* 1. *pag.*418.
Tranſumptivè ſignificat invitationem. *ibid. num.* 2 *p.* 418.
Frequentiùs uſurpatur pro invitatione ad pugnam. *ib. n.*3.*pag.*418.
Provocatio levis in occurſu inimicorum quandò excludat indicium animi deliberati. T. 7. §. 5. *Homicidium.n.*55.*pag.* 437.
Debet eſſe data, & non accepta, ut illud excludat. *ibid.*
Accepta non ſalvat ab homicidio animo deliberato. *ib. nu.*56.*p.* 437.
*Provocatus* ulciſcens injuriam temperamentum pœnæ meretur.*Tit.*5.§.5.*Libellus.nu.*7.*pag.* 310.
Provocatus non dicitur injuriatus in abſentia, ſi expoſt offendit injuriantem. T. 7. § 3. *Provocatio. n.*1.*p.*404.
Quandò quis dicatur provocatus, & quandò ſolùm injuriatus.*ibid.n.*2.*p.*404.
Provocatus delinquens tenetur tantùm de exceſſu. *ibi. num.*3.*pag.*404.
Tenetur probare provocationem. *ib. n.*8.*p.*407.
*Pubertas* in fœminis à quo deſumenda. *T.*4.§.5. *Stuprum. n.*20.*p.* 218.
*Publicum* non faciunt duo, aut tres Teſtes. *T.*5. §.5. *Libellus.n.*28.*p.*313.
Factum in publico quandò quid dicatur.*ibid.*
*Pudicitia* quandò dicatur attentari. *Tit.*7.§.3. *Provocatio.n.*46.*p.* 411.
Habet privilegium inculpatæ tutelæ.*ib.*§.5. *Homicid. nu.*11.*p.* 430.
Quo caſu tueri, & in quibus poſſit morte inſidiantis, aut attentantis.*ib.n.* 12.*& ſeqq.p* 430.
*Puella* ſi ſtupretur, quomodò puniendus ſtuprator. *Tit.* 4.§.5. *Stuprum.nu.* 21.*& ſeqq.pag.* 218.
Rapta, niſi reddatur loco tuto, non poteſt cum raptore matrimonium inire.*ibid.*§. 7. *Raptus. nu.*6. *pag.* 225.
Si conſentit de jure Canonico raptus non eſt. *ib.*
Tamen quò ad pœnas iſtæ incurruntur à raptore etiam de jure Tridentini.*ib.n.*7.*pag.* 225.
Quomodò, etiam volens, dicatur rapta.*ibid. nu.* 10.*& ſeqq.p.* 226.
Flexa ſuaſionibus amaſii non doloſis, ſi eum ſequitur, non dicitur rapta. *ib.n.*13.*p.*227.
Perſuaſa à viro armato dicitur conſentire in raptum per metum, non voluntariè.*ib.n.* 14.*p.*227.
Eam rapiens non ad libidinem non incurrit pœnas raptus.*n,*17.*pag.*228.
Quo caſu, ſi rapitur ad matrimonium neceſſe non eſt, quòd reddatur loco tuto.*ib.n* 22 *p* 228.
Juvenis, & pulchra præſumitur rapta ad explendam libidinem.*ib.n* 23.*p* 229.
Si rapiatur degens in Monaſterio intrat pœna mortis. *ib.n.*33 *p.* 230.
Puella ſeptennio minor poteſt intrare Clauſtra Monaſteriorum.*ibid.*§ 8.*Clauſura. n* 8 *p.* 233.
Cogentes puellas ad Religionem, aut impedientes, ne profeſſionem emittant, ſubeunt excommunicationem.T.5.§.9.*Suaſio. n.* 1.*&* 2.*p.* 346.
*Puella.V.Fœmina* V. *Mulier.*
*Puer* ſi ſollicitetur in Confeſſione, & adſint adminicula, Inquiſitor poteſt procedere.T.4.§.2. *Sollicitatio. n.* 31.*p.*194.
Poteſt rapi ad libidinem. *Tit.*4.§ 7. *Raptus. num.* 15 *p* 227.
Puer undecim annorum cum adminiculis admiſſus
ad

4.§.5. *Stuprum.nu.* 31. *& ſeqq.pag.* 210
Rapta, niſi reddatur loco tuto, non poteſt cum raptore matrimonium inire. *ibid.* §. 7. *Raptus.nu.* ... *pag.* 235.
Si conſentit de jure Canonico raptus non eſt ... Tamen quò ad pœnas iſtæ incurruntur à n... etiam de jure Tridentini. *ib.n.*7.*pag.* 225.
Quomodò, etiam volens, dicatur rapta. *ibid. nu.* ... *ſeqq.p.* 226.
Flexa ſuaſionibus amaſii non doloſis, ſi eum ſeq... non dicitur rapta. *ib.n.*13.*p.*227.
Perſuaſa à viro armato dicitur conſentire in rap... per metum, non voluntariè. *ib.n.* 14.*p.*227.
Eam rapiens non ad libidinem non incurrit pœ... raptus. *n,* 17.*pag.*228.
Quo caſu, ſi rapitur ad matrimonium neceſſarium eſt, quòd reddatur loco tuto. *ib.n* 22 *p.*2...
Juvenis, & pulchra præſumitur rapta ad explendam libidinem. *ib.n* 23.*p* 229.
Si rapiatur degens in Monaſterio, incurrit pœna ... *ib.n.*33 *p.* 230.
Puella ſeptennio minor poteſt intrare Clauſtra ... naſteriorum. *ibid.* § 8. *Clauſura. n.* 8 *p.* 233.
Cogentes puellas ad Religionem, aut impedientes ... profeſſionem emittant, ſubeunt excommunicatio... nem. *T.*5.§.9. *Suaſio. n.* 1. *&* 2. *p.* 346.
...*lla.* V. *Fœmina* V. *Mulier.*
... ſi ſollicitetur in Confeſſione, & adſint ad... Inquiſitor poteſt procedere. *T.*4.§.2. *Sol...* ...32. *p.* 194.
...eeſt rapi ad libidinem. *Tit.*4.§.7. *Rap...* ...15.*p* 227.
...er undecim annorum cum adminiculis ...

...*pag.* 580.
*Quæſtuatio pecuniæ* quomodò fieri poſſit à Fratre Minore de licentia Superiorum. *Tit.* 3.§.2. *Pecunia. num.* 69.*pag.* 126.
Quæſtuatio pecuniæ etiam non ſignatæ eſt Minoribus interdicta. *ib.n.*85.*p.*128.
Quæſtuatio pecuniæ in Eccleſiis Minorum eſt ejus tantùm, quæ cedit in beneficium eorum. *ib. n.* 81. *pag.* 128
*Qualitas* delicti omninò probanda, quandò ſinè illa delictum tale non eſt. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. n.* 25. *p.*175.
Qualitates plures concurrentes in delicto, illud aggravant. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta. n.* 23. *p.* 10.
A' qualitate ſententiæ menſuratur qualitas delicti. *ib. n.* 36. *p.* 12.
Qualitas ſpiritualitatis quandò poſſit ſeparari à re, & quandò non. *Tit.* 8 §.7. *Simonia. num.* 18. *p.*538.
Si non poteſt ſeparari actualiter à re temporali, & hæc vendatur, ſimonia committitur. *ibid. n.* 19. *pag.* 539.
Si poteſt realiter ſeparari à re temporali, hæc poteſt vendi. *ibi. n.* 20. *p.* 539.
*Quantitas rei* conſtituens proprietarium realiter punibilem quæ. *Tit.* 3. §. 1. *Proprietas. num.* 15. *pag.* 107.
Minor quantitas ſufficit ad faciendum proprietarium in foro interno, quàm in externo. *ibid. num.* 17. *p.* 107.
Quantitas minor rei furatæ, quàm non furatæ, facit punibilem in foro fori. *ib. nu.* 18. *p.*108.
Minor quantitas rei furatæ extrà Monaſterium,

... granatione, latrocinio, robaria, prædatione, & aſſaſſinio. *ib. nu.* 2. *p.*580.
Quid ſit, & quid importet. *ibid. n.*3. *p.* 580. *&* T. 3. §. 6. *Furtum. n.* 51. *p.* 153.
*Raptam* fœminam eſſe vitæ honeſtæ, & bonæ famæ; & raptam fuiſſe cauſâ retinendi eam, & non ob commodiorem coitum, accuſator debet probare. T. 4. §. 7. *Raptus. num.* 25. *pag.* 229.
*Raptor* debet probare, mulierem conſenſiſſe in raptum. *ibid, n.* 24. *p.* 229.
*Raptus* de quibus dicatur. T. 4. §. 7. *Raptus. num.* 1. *pag.*224.
Ejus diffinitio. *ibid. n.* 2. *pag.* 224.
Non eſt abductio fœminæ ad tempus breve ob commoditatem copulæ. *ib.*
Ad eum non eſt neceſſaria diſtantia loci. *ibi.*
Raptus de jure Canonico non eſt, ſi fœmina liberè conſentit in Raptorem. *ibid. num.* 6. *p.*225.
Lex civilis de Raptu, favore quorum ſit lata. *ib. n.* 5. *p.* 225.
Raptus importat nullitatem matrimonii inter raptorem, & raptam dè jure civili. *ib. n.* 6. *p.* 225.
Ejus pœna non evaditur, licet mulier conſentiat in raptum. *ib. n.* 7. *p.* 225.
Variæ ſententiæ circa diſſenſum voluntatis fœminæ raptæ. *ibid. nu.* 4. *p.* 225.
Eccleſia non ſuſtulit pœnas temporales raptus latas de jure civili. *ib. n.* 9. *p.* 226.
Examinatur violentia in raptum juxtà varios modos, quibus infertur. *ib. n.* 10. *p.* 226.
Quo caſu intret violentia in muliere, quæ conſentit in raptum. *ibid. n.* 11. *&* 12. *pag.* 226. *&* 227.

Rapta

Digitized by Google

Rapta non dicitur mulier ; ſi ſuaſionibus non doloſis inducitur ad ſequendum amaſium . *ibi. num. 13. pag. 227.*

Rapi ità poteſt mas , ſicut fœmina . *ibid. num. 15. p. 227.*

Si mulier rapiat virum quid juris? *ibid. nu. 15. & 16. p. 227. & 228.*

Si raptus eſt caſus reſervatus , ità eſt pro fœmina rapiente marem , ſicut è contrà . *ibid. num. 16. p. 228.*

Rapiens puellam non ad explendam libidinem non incurrit pœnas raptus . *ibid. num. 17. pag. 228.*

Raptum non committit abducens per vim propriam uxorem à domo patris ad propriam . *ib. num. 18. pag. 228.*

Eſt raptus de jure civili, ſi, diſſentientibus parentibus, abducitur ſponſa de futuro, etiam conſentiens , dummodò copula ſequatur : ſed ſi hæc non ſequitur , raptus non eſt. *ibid. num. 19. pag. 228.*

Quoquomodo fiat raptus ſemper incurruntur pœnæ canonicæ. *ib. n. 20. p. 228.*

Raptus non eſt , quando præceſſerunt ſponſalia, & puella conſentit abduci. *ib. n. 21. p. 228.*

Raptus pueri gravior eſt ; quàm puellæ. *ib. nu. 15. p. 227.*

Quomodò probetur. *ib. nu. 23. & ſeqq. p. 229.*

Præſumitur , quod raptus fuerit muliere invita ; & ex doloſa perſuaſione. *ibid. num. 24. p. 229.*

Ejus pœnæ. *ib. n. 26. & ſeqq. p. 229.*

Raptus in perſona Regulari eſt inauditus. *ibid. num. 33. p. 230.*

*Ratio.* Omne , quod ratione conſiſtit, eſt lex. *Tit. 9. §. 5. Incendij. n. 22. p. 577.*

Ratio naturalis eſt lex tacita. *ib.*

Allegare ſufficit rationem naturalem non allegatâ lege. *ibid.*

Rationem naturalem debet ſequi Judex in non determinatis à jure. *ib.*

*Rebellio* contrà Deum fuit æqualiter in Angelo , & homine. T. 1. *n. 2. p. 1.*

Rebellio quid ſit , *Tit. 2. §. 2. Inobedientia . nu. 9. p. 49.*

Contrà quos poſſit committi. *ib. n. 11. & ſeqq. p. 50.*

Quandò committatur. *ibid.*

Ejus diviſio. *ibid. n. 13. p. 50.*

Quotupliciter accidat. *ib. n. 14. p. 50.*

In Commiſſarium occulta quando committatur. *ibid. nu. 11. pag. 61.*

Ipſa, & inobedientia conſtituunt Schiſma. *Tit. 2 §. 5. Schiſma. num. 8. p. 77.*

*Rebellis* Generali quomodò poſſit quis eſse , & ut talis puniri . *Tit. 2. §. 2. Inobedientia. num. 50. & ſeqq. pag. 55.*

Iſte poteſt abſolvi à Prælatis Ordinis à cenſura Papali incurſa. *ib. n. 59. p. 56.*

Quomodò puniendus rebellis Commiſsario deputato à Provinciali. *ib. n. 68. p. 57.*

Rebellis in Commiſsarium publicus quis ſit. *ibid. nu. 109. & 110. p. 61.*

*Recidivus* in delictum quis dicatur. *T. 4. §. 4. Adulterium. nu. 53. & 59. p. 211. & 212.*

Religioſus recidivus in lapſum carnis poteſt damnari ad triremes, aut carcerem diuturniorem. *ibid. n. 65. p. 213.*

*Recipere* , & *capere* quomodò differat. *Tit. 3. §. 1. Pecunia. num. 16. p. 119.*

*Reconciliatio* cum inimico, ſi poſt eam ſequitur homicidium, an inducat rationem proditorii. *T. 7. §. 7. Proditorium. n. 7. p. 456.*

Præſumpta quomodò reddat homicidium non proditorium. *ibid. n. 8. p. 457.*

Ex ea expreſsa inducitur proditio in homicidio. *ibid. n. 9. p. 457.*

Cauſa nova nata poſt reconciliationem an tollat rationem proditorii ab homicidio. *ibid. num. 12. pag. 457.*

Nova cauſa quotupliciter poteſt ſupervenire reconciliationi. *ib. nu. 15. p. 457.*

Cauſa ſuperveniens reconciliationi debet eſse juſta. *ib. n. 16. p. 458.*

Cautela adhibenda , ne quis poſſit allegare novam cauſam , ſi poſt reconciliationem inimicum offendit. *ib.*

Nova cauſa, ut legitimet offenſionem quomodo debet conſtare juxtà Conſtitutiones Papales. *ib.*

Nova cauſa probanda eſt , ſaltem ſemiplenè à Reo, ad evadendum crimen proditionis . *ibid. num. 18. pag. 458.*

*Rector* quis dicatur. *Tit. 9. §. 9. Reſidentia . num. 1. pag. 605.*

*Recurrere* de facto ad Superiorem eſt plus, quàm appellare verbis. *Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia. n. 27. n. 27.*

Rercurrens ad Superiorem ſi juſtè timet moleſtari in viâ poteſt habitum mutare . *ibid. num. 28. pag. 28.*

*Recurſus* non poteſt fieri à Regulari ad poteſtatem laicam , niſi in defectu Eccleſiaſticæ. *Tit. 2. §. 3. Appellatio. num. 25. p. 66.*

Hunc poteſt habere Regularis ad Magiſtratum laicum ob ſolam patentem iniuſtitiam ſibi à Superioribus ſuis factam. *ib. n. 26. p. 67.*

An talis recurſus poſſit haberi abeo ob iniuſtitiam tantùm probabilem. *ibid. num. 26. & 27. p. 67.*

Recurſum talem habere non prohibentur Minores ; niſi ſub *prætextu* iniuſtitiæ. *ib. n. 27. p. 67.*

Recurſum faciens Regularis ad Magiſtratum Sæcularem quomodò aggravet delictum . *ibid. nu. 27. pag. 67.*

Quarè recurrens Minorita ad tribunal Epiſcopi graviùs punitur , quàm recurrens ad laicum . *ibid. nu. 31. p. 67.*

*Reditus* annui qui dicantur. *T. 4. §. 4. Redituum. num. 2. pag. 128.*

Redituum procuratio eſt crimen ſolis Minoritis. *ib. n. 1. p. 128.*

Quomodò hoc crimen contrahatur. *ib. n. 3. & 4. p. 129.*

Differentia inter reditum, & uſufructum; & inter reditum, & redditum. *ib. n. 2. p. 128.*

Reditus annui quibus modis procurari poſſint ſuadendo. *ib. n. 12. p. 130.*

Nequè pro communi, nequè prò particulari poſsunt procurari. *ib. n. 13. p. 130.*

Reditus annuos an habere poſſint Eccleſiæ Minorum. *ib. n. 17. & 18. p. 30.*

*Reformare* quid importet. *Tit. 2. §. 5. Schiſma. n. 34. p. 81.*

Reformationem novam tentantes carpuntur. *ibid. n. 36. p. 81.*

*Reginæ* poſsunt ingredi clauſtra Religioſorum. *Tit. 4. §. 8. Clauſura. num. 8. pag. 233.*

*Regulas* juris in arbitrariis debet ſervare Judex. T. 1. *n. 8. p. 2.*

Regula

Digitized by Google

*pellatio.num.25.p.66.*
Hunc poteſt habere Regularis ad Magiſtratu[m] lai-
cum ob ſolam patentem iniuſtitiam ſibi Superio-
ribus ſuis factam. *ib.n.26.p.67.*
An talis recurſus poſſit haberi abeo ob iniuſti-
tiam tantùm probabilem. *ibid.num.26.& 27.p.67.*
Recurſum talem habere non prohibentur Mino-
niſi ſub prætextu iniuſtitiæ. *ib.n.27.p.67.*
Recurſum faciens Regularis ad Magiſtratum ſæ-
cularem quomodò aggravet delictum. *ibid.*
*27.pag.67.*
Quarè recurrens Minorita ad tribunal Epiſco-
graviùs punitur, quàm recurrens ad laic-
*ibid.num.31.p.67.*
*Reditus* annui qui dicantur. *T.4.§.4.Reditus n.*
*pag.128.*
Redituum procuratio eſt crimen ſolis Minoritis. ib.
*n.1.p.128.*
Quomodò hoc crimen contrahatur. *ib.n.3.& 4.p.12*
Differentia inter reditum, & uſufructum, & inter red-
tum, & redditum. *ib.n.2.p.128.*
Reditus annui quibus modis procurari poſſint in
dendo. *ib.n.12.p.130.*
Nequè pro communi, nequè prò particulari poſſ-
procurari. *ib.n.13.p.130.*
Reditus annuos an habere poſſint Eccleſiæ
rum. *ib.n.17.& 18.p.130.*
*...mare* quid importet. *Tit.2.§.5.Schiſma.n.*
formationem novam tentantes carpuntur
*6.p.81.*
poſſunt ingredi clauſtra Religioſorum.
*clauſura.num.8.pag.233.*
juris in arbitrariis debet ſervare Judex. *T.*
Regul-

teſtamentarii ſine licentia Supe-
rioris. ib.n.15. p.599.
Neque Tutores, aut Curatores teſtamentarii, aut
dativi. ib.n.17.p.599.
Neque fidejuſſores ſinè licentia Prælati, & Capituli
Conventualis. ib.n.18.p.600.
Nequè depoſitarii ſinè licentia Superioris. ib.nu.19.
p.600.
Nequè negotiatores. ib.n.20. p.600.
Nequè chirurgiam exercere ſi ſunt in ſacris. ib. n.21.
p.600.
Nequè Compatres. ib.n.22. p.600.
Poſſunt eſſe arbitratores, etiam ſinè licentia Prælati.
ib.n.6. p.598.
Et Teſtes extrajudiciales. ib. n.11. p.599.
Ex cauſa legitima, & licentia Superioris poſſunt eſ-
ſe Judices, Advocati, & Procuratores. ib.nu.12.
p.599.
Cauſæ legitimæ ad prædicta quæ ſint. ib.
Poſſunt eſſe Advocati miſerabilium perſonarum. ib.
n.13. p.599.
Ex charitate medicinam exercere non prohibentur.
ib. n.21. p.600.
Non poſſunt eſſe Notarii publici in Cauſa civili, aut
criminali niſi pro S. Officio. ibid. n.10. p.598.
Neque Teſtes coràm Judice laico. ibid. num 11. p.
599.
*Regularis.* V. *Religioſus.* V. *Prælatus.* V. *Supe-
rior.*
*Rehabilitatio* Apoſtatarum in Ordine Minorum ſpectat
ad Capitulum Provinciale, & quomodo. Tit.2.
§ 1. *Apoſtaſia.* nu.46, & ſeqq. pag.32.
*Reincidentia* poſt monitionem canonicam probat ſu-

Quicquid datur ex pacto ob ingreſſum Religionis
inducit Simoniam. T.8.§.7.*Simonia.n.15.p.538.*
*Religioſus* ducens uxorem eſt ſuſpectus de fide. T.2.§.1.
*Apoſtaſia.n.7.p.24.*
Recedens à Religione animo revertendi eſt fugiti-
vus, non Apoſtata. *ib.n.8.p.24.*
Gravatus à Prælato ſubalterno poteſt, ſinè hu-
jus licentia recurrere ad ſuperiorem. *ibid. n.*
*32. pag.28.*
Tenetur portare jugiter habitum ſuæ Religionis. *ib.*
*n.35.p.29.*
Quandò dicatur, temerè habitum dimittere. *ibid.*
*n.36.p.29.*
Petens conſilium, auxilium, &c. ſub prætextu
injuſtitiæ ſibi factæ in Religione incurrit pœnas:
non ſic, qui realiter gravatus eſt. *ibid.* §. 3. *Appel-
latio.n.21.& 23.p.66.*
Gravatus in Religione quomodo poſſit recurrere ad
Judicem ſæcularem. *ib n.24.& 25.p.66.*
Volens habitare in aliquo Conventu contrà juſtam
voluntatem Prælati eſt proprietarius. *ibid.§.5.Schiſ-
ma.n.40.p.82.*
Non comparatur filiosfamilias, nec ſocio in negotia-
tione. T.3.§.1 *Proprietas n.21.p.* 108.
Quandò poſſit rem pignori ſupponere. *ibid. num.* 80.
*p.115.*
Quandò aliquid largiendo non dicatur donare. *ib.§.5.*
*Donatio n 4.p.141.*
Auferens rem conceſſam ad uſum alterius Religioſi
fur propriè eſt. *ib.§.6.Furtum.n.57. p.153.*
Arctiùs quàm Clerici prohibetur loqui cum ſancti-
monialibus. T.4.§ 1.*Suſpectum.n.13.p.172.*
An, & quomodò peccet loquendo cum Monialibus.
*ib n.14 & ſeqq.p.173.*

Pppp Quo-

Digitized by Google

Polygamiæ pœna quę fit. Tit.8. §. 5. Abuſ. in matr. nu.30, & ſeqq. p.522.
Perſona ſacra contrahens matrimonium quomodò punienda. ib. n.27. pag.521.
*Proditoris* Patriæ pęna Tit. 7. §.7. *Proditorium*. n.26. p.460.
*Proditorum* homicidium quibus pęnis vindicandum. ib. n. 27. & ſeqq. p.460.
Pęna Clerici homicidæ proditoris ibid. nu.31. pag. 461.
*Provocantium* pęnę. ib. §.3. *Provocatio* nu.8.& ſeqq. p.497.
*Proprietariorum* pęnę. Tit.3. §.1. *Proprietas*. n.12, & ſeq q. p.107.
Ob quas cauſas ſint augendæ. ib. nu.56. p.112.
*Rapinæ* pęna. Tit.3. §.6. *Furtum*. n.52. p.153.
*Raptus* pęnę de jure civili. Tit.4. §.7. *Raptus*. n.26, & ſeqq. p.229.
Extenduntur ad complices, comites, ſequentes &c. ibid.
Pœnæ ejuſdem criminis de jure Canonico. ib.n.30, & ſeqq. p.230.
Quandò temperandæ. ib. n.28. p.230.
Pęnę raptus meretricis publicę, aut fęminę indulgentis pluribus eſt extraordinaria. ib. num.29. p.230.
Ordinaria pęna raptus intrat, ſi ſit mulieris, quæ reputetur honeſta, licèt alicui indulgeat, ibid.
*Recipientium* Novitios ad habitum ſinè debitâ inquiſitione. Tit.5. §. 9. *Suaſio*. nu.31, & ſeqq. p.551.
*Revelationis* ſecretorum pœna. ib. §.6. Revelatio. n. 32. & ſeqq. pag.326.
Teſtis revelantis examen, ſecretò factum. ib. n. 10. p.322.
Notarii revelantis ſecreta Judicis, aut partium, aut teſtamentum viventis. ib. n.9. pag.322.
Cauſidici oſtendentis adverſæ parti inſtrumentum ſibi confidenter traditum. ib. n.9.
Manifeſtantis ſecretum ſibi ab Amico commiſſum. ib. nu.32. pag.326.
Publicantis ſecretum Principes. ib. n.34. pag. 326.
Perſonę publicę revelantis, quæ ſunt tacenda. ib.n. 35. p.326.
Pęnę de jure Canonico contrà revelantes ſecreta. ib. n.36. pag.326.
Sacerdotis revelantis audita in Sacramentali Confeſſione. ib. nu.40. & 59. pag.327, & 329.
*Sacrilegii* cum Moniali pęnę, Tit.4. §.9. *Sacrilegium*. n.15, & ſeqq. pag.248.
Impudicitiæ commiſſæ cum Moniali. ibid. num. 17. pag.248.
Vitiantis Monialem de jure Canonico pęna. ibid. n.19. pag.248.
Monialis paſſæ ſe ſtuprari. ibid.num.26.pag.249.
*Schiſmaticorum* pęnæ, datæ in Sacrâ Scriptura. Tit. 2. §.5. Schiſma. n.9. p.78.
Ipſis datur pœna Hæreticorum. ibid. num.10. pag. 78.
Eorum fautoris pœna. ib.n.14. p.78.
*Simoniæ* de jure divino prohibitæ pœna. Tit.8. §.7. n. 36. p.542.
Vendentis juſpatronatum ad Officium, aut Beneficium Eccleſiaſticum. ib. nu. 38. p.543.
Epiſcopi vendentis exercitium ſuæ juriſdictionis, ſeù concedentis ſuum Vicariatum, retentâ ſibi parte emolumentorum, aut cum minori ſtipendio, quod ſolet dari. ibid. n.39. p.543.
Examinatorum Synodalium ſi prò examine quid vel minimum accipiant. ib. n.40. p.543.
Concurrentium ad ſimoniam beneficialem. ib.n.43. p.544.
Dantium, aut accipientium aliquod prò ingreſſu Religionis. ib. n.45. p.544.
Pęnę ſimoniæ eædem ſunt, ſi agatur per inquiſitionem, ſicut per accuſationem. ibid. num.46. p. 544.
*Sollicitantium* ad turpia extrà Confeſſionem. Tit.4. §. 2. *Sollicitatio*. num. 35, & 44. pag.195, & 196.
Sollicitantium in Confeſſione. ib. n.49. pag.197.
*Sodomitarum* de jure Divino, Eccleſiaſtico, & Cęſare pęnę. Tit. 4. §. 11. *Sodomia*. num.36, & ſeqq.pag.261.
*Stuprantium* fęminas. Tit.4. §.5. *Stuprum*. nu.11, & ſeqq. p.217. (corrige §. VI. Inceſtus, & pone §. V. Stuprum)
Cognoſcentis per vim mulierem ſolutam aliàs cognitam. ib.
Stuprantis puellam non viripotentem. ib. nu.21, & ſeqq. p.218.
Stuprantis virginem ſinè vi. ib. n.13. pag.217.
Stuprantis cum violentia. ibid. num. 21, & ſeqq. pag.218.
Sortilegia committentium. Tit.8. §.6. *Sortilegium*. n. 58, & ſeqq. pag.534.
*Subornationis* Teſtium ad dicendam falſitatem. Tit. 5. §. 8. *Subornatio*. n.31. p.341.
Subornantium in Electionibus. ib. num.33, & ſeqq. p.341.
Pęnę ſubornantium in Electionibus in Religione Minorum extenduntur ad omnes Ordines. ib. nu. 34. p.341.
*Suſpectorum* de Hæreſi. Tit. 2. §. 7. *Hæreſis*. nu.63. pag. 101. ( leges contrà cu ictos, corrige convictos)
*Talionis* pœna debetur Calumniatori. Tit.5. §. 4. *Calumniatio*. n.14. pag.307.
Hæc in omnibus foris deſuevit. ibid. nu.16.p. 308.
Debetur, quandò proceſſum fuit per denunciationem de delicto excepto. ib. n.21. pag.308.
In Ordine Minorum omninò ſervāda.ib.n.17.p.308.
*Veneficii* pęna. Tit.7. §.9. *Veneficium*. n.35, & ſeqq. p.475.
*Violantium* clauſuram Monialium. Tit.4. §.8. *Clauſura*. n.66, 69. 70. pag.243.
Monialium introducentium, aut admittentium quaſvis perſonas intrà illarum clauſuram. ib. n. 72. p. 244.
Monialium exeuntium à Clauſura. ib. num.73. p. 244.
Superiorum Regularium intrantium abſquè legitimâ causâ Clauſurâ Monialium. ibid.
*Violantium* clauſuram Religioſorum. ibid. nu.48, & ſeqq. pag.240.
Mulierum ingredientium Clauſtra Conventuum Religioſorum. ib.
Fratrum introducentium mulieres. ibid. num.50. p.241.
Introducentium fęminas intrà ędiculas Confeſſariorum Monialium. ib. n.63, & ſeqq. pag. 242.

Vio-

Digitized by Google

Violantium libertatem Novitiorum. Tit.5. §.9. *Suaſio*. n.29. pag.350.
*Penitens* non poteſt Sacramentalem Confeſſionem publicam facere. Tit.8. §.4. *Abus. in Confeſſ.* n.9. pag.510.
Nec licentiare Sacerdotem, ut ſua peccata in Confeſſione audita revelet. ibid. n.10. pag.510.
*Pœnitentia* quomodò differt à pœna. Tit.1. §.4. *Pœna*. n.5. pag.17.
Requirit acceptationem. ibid.
Pœnitentiæ ſalutares dantur leviter ſuſpecto de hereſi. Tit.2. §.7. *Hæreſis*. n.45. pag.99.
*Polygamia* eſt abuſus in matrimonio. Tit.8. §. 5. *Abuſ. in matrim.* n.8. pag.518.
Quomodò ſit prohibita de lege naturæ. ib.
Prohibita eſt de jure divino antiquo, ac Evangelico. ibid. n.9. p.518.
Aſſerens eam eſſe Chriſtianis licitam eſt hæreticus. ibid.
Prohibita eſt dè jure Cæſareo. ibid. num.11. pag. 518.
Senatus Romanus vetuit publicare legem permittentem polygamiam. ib.
Lex ſimilis promulgata à Valentiniano Cęſare non fuit recepta. ib.
Polygamiæ cognitio ſpectat ad Inquiſitorem; probabile tamen eſt, quod ſit mixti fori. ib.n. 12. p.518.
Quomodò intelligendus Canon docens, quòd extante uxore infirma, alia duci poſſit. ibid. nu. 10. p.518.
Quam ſuſpicionem hæreſis faciat. ib. num.13. & ſeqq. p.519.
Spectat ad Inquiſitorem etiam ſi primum matrimonium conſummatum non ſit. ibid. num.15. pag. 519.
Quomodò probanda. ibid. nu.20. pag.520.
An ut polygamus puniendus ſit, qui probat primum matrimonium fuiſſe nullum. ibid. nu.23. pag.521.
An polygamus ſit, qui bona fide duxit ſecundam, credens primam uxorem mortuam; & quomodò puniendus. ib. n.26. p.521.
Ejus pęnę. ib. n.30. & ſeqq. pag.522.
Polygamus falſos Teſtes inducendo ſuper morte primæ uxoris quomodò puniendus. ibid. num. 34. p.522.
Polygama mulier graviùs de jure punienda quàm vir, & quarè. ib. n.35. pag.522.
*Pollutio*. V. *Mollities*.
*Portare* de rigore juris quid ſignificet, & quid juxtà communem ſenſum. Tit.7. §.1. *Armorum*. n.28. pag.397.
*Poſſeſſionem* bonorum perdunt heretici poſt ſententiam Judicis. *Tit.2. §.7. Hæreſis*. nu.58. pag.101.
Poſſeſſio eſt uſus. Tit.7. §.1. *Armorum*. nu.29. p. 398.
*Poſſidere*, habere, & tenere idem importat. ib.
Significat jus. ib.
*Poſteriora* derogant prioribus. Tit. 1. §. 1. num.2. pag.7.
*Poteſtati* Eccleſiaſticæ quilibet eſt ſubjectus. Tit.2. §. 2. *Inobedientia*. n.22. p.53.
Poteſtas ſuprema eſt in ſolo Deo. Tit.2. §.6. *Laſæ* n.6. p.83.
Poteſtas divina in homines eſt communicata Papæ, ac Imperatori. ibid.
Poteſtas patria amittitur ob hæreſim. Tit.2. §.7. *Hæreſis*. n.55. pag.100.
Poteſtate abuti quis dicatur. T.4. §.8. *Clauſura*. n. 13. p.234.
*Praxis* Sacræ Pœnitentiariæ circà penitentiam introducentium mulieres intrà Clauſtra. ib. num.59. pag. 242.
Ipſa habenda eſt prò lege. ib. nu.52. p.241.
*Præceptum* formale quomodò faciendum à Prælato T. 2. §.2. *Inobedientia*. n.4. p.49.
Ad illud quandò non tenetur Subditus. ib. num.5. p.49.
Præcepta Eccleſiaſtici Superioris in re gravi tranſgrediens peccat mortaliter. ibid. num.22. pag. 53.
Præceptum formale Superioris, licèt videatur de re Levi, debet ſub mortali exequi. ib. num. 46. p.54.
Præceptum de jure poſitivo ceſſat in concurſu alterius de jure naturali, ac Divino. T.2. §. 5. *Schiſma*. n.39. p.81.
In concurſu duorum præceptorum contrariorum ſuſtinendum eſt, quod magis rationi congruit. Tit.7. §.6. *Aſſaſſinium*. n.37. p.452.
*Prædatio* quomodò differat à latrocinio, graſſatione, robariâ, rapinâ, & aſſaſſinio. Tit.9. §.6. *latrocinium*. n.2. p.580.
*Prædo*, ac latro idem ſunt. ib. n.3. p.580.
*Prælatura* quid ſit. Tit.5. §. 8. *Subornatio*. n.22. p.339.
Prælaturæ Regulares ſunt ad inſtar beneficiorum. Tit.8. §.7. *Simonia*. n.24. p.539.
In illis omnia pacta ſunt ſimoniaca. ib.
*Prælatus* connivens ad delicta ſubditorum peccat mortaliter. Tit.1. n.7. p.2.
Tenetur ex juſtitia illos corrigere. ib.
Regularis tenetur ſcire doctrinam Canonicam criminalem. ib. n.8. p.2.
Severitatem benignitate temperatam ſervare debet. ib. n.9. p.2.
Habet juriſdictionem de jure Divino. Tit.2. §.2. *Inobedientia*. n.10. p.49.
In quâvis parte ſui Monaſterii poteſt exercere ſuam juriſdictionem. ib. n.17. p.51.
Inferior Generali debet ſequi conſilium Diſcretorum in carcerando contumaci. ibid. num.89. pag.59.
In gravibus negotiis debet habere conſenſum Capituli. Tit.3. §.7. *Dilapidatio*. n.27. p.161.
Ejus negligentiam ſupplere aliquandò poſſunt Subditi. Tit.4. §.8. *Clauſura*. n.46. pag.239.
Prælatus quis dicatur. Tit.5. §. *Blaſphemia*. n.60. p.293.
Prelati in Romana Curia qui. ib.
Hi non ſunt propriè Prelati, & quarè. ib.
Prelatus convicians Subditum, aut ei improperans quomodò puniendus. ib. n.82. & ſeqq. p.296.
Verba contumelioſa poteſt jacere in Subditum gratia correctionis. ib. n.83. pag.296.
Non poteſt ſinè legitimâ causâ repellere à ſuâ Religione, eam ingredi volentem. Tit.5. §.9. *Suaſio*. n.16. p.348.
Non eſt dominus, ſed adminiſtrator bonorum ſuę Religionis ib.
Prelatus localis quis ſit. Tit.7. §.3. *Provocatio*. n. 81. p.414.



Digitized by Google

Prælati Magiſtratum gerunt. ib. n.83. p.414.
Prælatus eſt ut Paterfamilias. ib. n.90. pag.415.
Prælatus Regularis debet vindicare judicialiter injuriam ſuo Subdito factam, ib n.94. pag.416.
Prælatus Regularis habet in ſubditos poteſtatem quaſi Epiſcopalem, & veniunt nomine ordinariorum. ib. *Tit.* 7. §.10. Abortus. nu.36. p.485.
Hi nequeunt relaxare Subditos ſuos brachio ſæculari. ib. n.78. pag.492.
Prælatus Eccleſiaſticus debet curare de temporalibus, ſicut de ſpiritualibus ſuæ Eccleſiæ. *Tit.*8. §.7. *Simonia*. nu.24. p.539.
In cauſis gravibus ſuæ Eccleſiæ debet ſequi conſilium ſeniorum. *Tit.*9. §.1. *Jejuniorum*. num.41. pag. 555.
Prælatus localis quandò poſſit privari Officio ob nimiam abſentiam à Conventu. ib. §.9. *Reſidentia*. n.14, & 15. p.607.
*Prælatus*. V. *Superior*.
*Præmeditatio* in homicidio quomodò probanda. *Tit.*7. §.5. *Homicidium*. n.73. p.440.
Præmeditatio reddens homicidium appenſatum quibus conjecturis probetur. ib. n.74, & ſeqq. pag. 440.
*Præpoſito* manus inferens capite puniendus eſt de jure Civili. *Tit.*7. §.3. *Provocatio*. n.83 pag.414.
*Præſcriptio delictorum* quandò currat. *Tit.*1. §.2. *Delicta*. n.38. p.12.
Quomodò Reum ſalvet. ib.
Contrà eam proceditur per exceptionem. ib. nu.39. p.12.
De crimine hæreſis non currit. *Tit.*2. §.7. *Hæreſis*. nu. 62. p.101.
*Præſes Capitali*, ſi hoc congregato, ſubornaret Vocales, quid agendum. *Tit.*5. §.8. *Subornatio*. num.64. p. 345.
Semper debet eligi à Vocalibus caſu, quo Commiſſarius aut non poſſet, aut nollet congregato Capitulo aſſiſtere electioni. ibid. numer. 65. pag. 345.
*Præſtare* in jure quid ſignificet. *Tit.*8. §.7. *Simonia*. n. 5. pag.537.
*Præſumere* quiſquis benè debet de Officialibus publicis. *Tit.*3. §.7. *Dilapidatio*. n.10. pag.158.
Contrà talem præſumptionem requiruntur probationes plenæ. ib.
Præſumere quid importet. *Tit.*4. §.8. *Clauſura*. nu.23. pag.235.
*Præſumptio*. Præſumptionibus quomodò probentur delicta. *Tit.*1. §.3. *Probatio*. n.5. p.15.
Ipsâ non probatur qualitas delicti. ibid. num. 6. pag.15.
Præſumptionibus probantur crimina difficilis probationis; & dolus in his, quæ ſunt de genere prohibitorum. ibid. n.7. pag.16.
Item in facto, in quo major eſt ſpecies delicti, quàm è contrà; & quandò crimen eſt favorabile delinquenti. ib.
Præſumptiones vehementiores deſiderantur in crimine atrociori. *Tit.*2. §.6. Læſæ. n.36. p.89.
In crimine hæreſis gradus præſumptionis pendent ab arbitrio Judicis. *Tit.*2. §.7. *Hæreſis*. num.9. pag. 84.
Præſumptio prò non delicto vincit præſumptionem prò delicto Tit.4. §.1. *Conſortium*. num.102. pag. 186.
Præſumptio juris, & de jure admittit probationem contrariam, & quam ib. n.111. pag.187.
Præſumptiones carnalis copulæ magis deſumuntur fama, & moribus, quàm ab aliis. Tit.4. §.4. Adulterium. n.14. pag.204.
Præſumptiones etiam violentæ non ſufficiunt ad pœnam ordinariam. ib. n.28. p.206.
Præſumptio virginitatis ſtat prò Muliere. ibid. §.5. *Stuprum*. n.10. p.216.
Præſumptio ſtat pro fœmina, quod rapta ſit invita. ib. §.7. *Raptus* n.24. p.229.
*Præter*. V. *Dictio*.
*Prætoris* edicta corrumpens fit Reus Læſæ majeſtatis. Tit.5. §.2. *Blaſphemia*. n 7. p.286.
*Prætextus* quid ſit. Tit.2. §.1. *Apoſtaſia*. num.31. pag. 28.
*Preces* carnales, & ſordidæ inducunt Simoniam. Tit.8. §.7. *Simonia*. n 7 pag.537.
*Pretium* quodvis ſimoniacum ob beneficium adeptum, eſt reſtituendum, & cui. ibid. num 42. p. 544.
*Princeps* non agnoſcens in terra ſuperiorem, aut habens plena regalia potitur majeſtate. Tit.2. §. 6. Læſæ. n.6. p.83.
Declinans à Catholicâ fide ad hæreſim perdit majeſtatem. ib. n.9. p.84.
Hæreticus natus, & toleratus, & non habens ſuperiorem habet majeſtatem. ib. n.10 p 84.
Infidelis non agnoſcens ſuperiorem poſſidet majeſtatem. ib. n 11. p 84.
Tenetur aſſecurare viam publicam. Tit.3. §.6. *Furtum*. n.46. p.152.
Ille ſolus, & qui ab eo habet facultatem, poteſt cudere monetam. Tit.6. §.3. *Falſificatio*. num.1. pag.374.
Faciens cudi monetam ligæ inferioris debito tenetur de falſo. ib. n.12. p.376.
Solus dat monetæ vires, & valorem. ibid. num.16. pag.376.
Poteſt ordinare duellum ad bellum terminandum. Tit.7. §.4. *Duellum*. n.11. p.419.
Quo caſu ob cauſam privatam poſſit permittere duellum. ib. n.16. p.420.
Concedens campum francum duellantibus eſt excommunicatus. ib. n.28. p.422.
Quo caſu non ſubeat cenſuram concedens poſt duellum impunitatem. ibid. num. 28. & 29. pag. 422.
*Principiſſa* quæ non agnoſcit Superiorem poteſt ingredi clauſtra Religioſorum exiſtentia in ſua ditione. Tit.4 §.8 *Clauſura*. n.8. pag.233.
*Privatio ſuffragiorum* quandò locum habeat. Tit 2. §. 1. *Apoſtaſia*. n 103. p.38.
Quomodo, & quandò commutanda. ibid. n.104. p.38.
Largè capta quid importet, & comprehendat. Tit. 5. §.8. *Subornatio*. nu 45. p 342.
Strictè capta ad quæ limitetur. ibid. num.46. pag. 343.
Quandò in Statutis accipienda ſit largè, aut ſtrictè ib n.47. p 343.
*Privatio Actuum legitimorum* quid importet. Tit. 5. §. 8. *Subornatio*. num.43. pag.342.
*Privatio vocis activæ, & paſſivæ*. V. *Privatio ſuffragiorum*.
*Privatio* Officiorum Ordinis inter Regulares correſpon-

Ille ſolus, & qui ab eo habet ...
dere monetam. Tit.6. §.3. *Falſificat.* ...
pag.374.
Faciens cudi monetam ligæ inferioris debita ...
dè falſo. ib. n.12. p.376.
Solus dat monetæ vires, & valorem. ibid. ...
pag.376.
Poteſt ordinare duellum ad bellum terminand...
Tit.7. §.4. *Duellum*. n.11. p.419.
Quo caſu ob cauſam privatam poſſit permittere
ellum. ib. n.16. p.420.
Concedens campum francum duellantibus eſt ...
municatus. ib. n.26. p.422.
Quo caſu non ſubeat cenſuram concedens poſt ...
lum impunitatem. ibid. num. 28. & ...
422.
...incipiſſa quæ non agnoſcit Superiorem ...
di clauſtra Religioſorum exiſtentia in ...
Tit.4. §.8. *Clauſura*. n.8. pag.2..
...uario ſuffragiorum quandò locum habeat. Tit.2. ...
1. *Apoſtaſia*. n.103. p.38.
Quomodo, & quandò commutanda. ibid. n.10...
p.38.
...rgè capta quid importet, & comprehendat. T...
... §.8. *Subornatio*. nu 45. p.342.
...ictè capta ad quæ limitetur. ibid. num.46. ...
...342.
...andò in Statutis accipienda ſit largè, aut ...
... n.47. p.343.
...o *Actuum legitimorum* quid importet ...
§.8. *Subornatio*. num.43. pag.342.
...e vocis activa, & paſſiva. V. Priv...
...agiorum.
... Officiorum Ordinis inter Regulares ...
reſpe...

...Homic. n.3. pag.202. & 203.
*Probatio* per duellum à legibus longobardorum permiſſa. T.7.§.4. *Duellum*. n. 4. p. 418.
Non entis nulla eſt probatio. T.8.§.4. *Abus. in Confeſ.* n.13. p. 511.
*Proceſſionem* inſolitam inſtituens Prælatus, ut mulieres poſſint Clauſtra ingredi, an ſit puniendus. T.4.§.8. *Clauſura*. n.11. p. 233.
Talis Prælatus non incurrit pœnas Bullæ, nec peccat. *ib. n.12. & 13. pag.* 234.
*Procurare* quid importet. *Tit.3.§. 3. Redituum. num.* 13. *p.* 130.
Procurare legatum prò ſuis Eccleſiis non eſt Minoribus vetitum. *Tit.3.§.3. Redituum. n.* 20. *p.* 130.
*Procurator* Principis laici nequit eſſe Clericus. T.9. §.8. *Artium. n. 3. pag.* 597.
*Prodens* inſtrumenta clientis adverſario proditor eſt. T. 7.§.7. *Proditorium. n.* 1. *p.* 455.
*Prodigus* quis dicatur. *Tit. 3. §. 7. Dilapidatio. num.* 3. *p.*156.
Huic interdicitur propriorum bonorum adminiſtratio. *ibid.*
*Proditio* eſt crimen graviſſimum. *Tit.7.§.7. Proditorium. n.* 24. *p* 459.
*Proditor Patriæ* quamvis nobilis ſuſpendendus eſt. *Tit.* 7.§.7. *Proditorium. n.26. p.*460.
Si capi non poteſt, ſuſpenditur ejus Statua. *ib.*
Ejus inſignia gentilitia tolluntur. *ib.*
*Proditor homicida* privatur immunitate Eccleſiaſtica. *ib. n.30. p.*460.
Eſt inteſtabilis. *ib. n.27. p.*460.
Exhæredatus à Patre nequit movere querelam inofficioſi. *ibid.*
*Proditorium homicidium* quomodo diffiniatur. *Tit. 7.§.*

... ejus cauſam finalem. *Tit. 4. §.8. Clauſura. n.32. p.* 236.
Ex eo mens legiſlatoris venanda. *ib. §. 1. Conſortium. n.30. p.* 178.
*Profanus* quid ſignificet. *Tit.5.§.2. Blaſphemia. num.68. pag.*294.
*Profeſſio* Sagarum cum Dæmone quomodò fiat. *T.4.§.13. Dæmonialitas. n.13. & ſeqq. p.*275.
Novitii quotupliciter poſſit promoveri, aut impediri. *Tit.5.§.9. Suaſio. n.14. & ſeqq. p.*348.
*Prohibita* diſcere, & docere parificantur. T.6.§.4. *Alchimia. n.19. p.*385.
*Promiſſio* de non offendendo quid ſit. *T.7.§.7. Proditorium. n.14. p.*457.
Iſta, pax, & treuga ambulent pari paſſu. *ib.*
*Promiſſa* verbis debent opere compleri. T.5.§. 6. *Revelatio. n.7. p* 322.
*Proportio* durationis carceris ad durationem triremium eſt dupla. T.4.§.4. *Adulterium. n.73. p.* 213.
*Propoſitum*, & voluntas diſtinguunt maleficia. T.4.§.2. *Sollicitatio. n.20. p.*192.
*Proprietarius* eſt Religioſus ſi vult commorari in Conventu aliquo contrà voluntatem Superioris. *Tit.* 2. §.5. *Schiſma. n.*40. *p.*82.
Proprietarium quot modis aliquis ſe oſtendat. T. 3.§. 1. *Proprietas. n.* 11. *p.*105.
Quibus pœnis afficiatur. *ibid. num.* 12. *& ſeqq. pag.*107.
Per quantum valorem rei pretio æſtimabilis ſit punibilis judicialiter. *ibi. nu.* 15. *pag.* 107.
Per minorem quantitatem fit aliquis proprietarius in foro animæ, quam in foro fori. *ib. n.* 17. *p.* 107.
Et per minorem quantitate rei furatæ, quàm non furatæ. *ib. n.*18. *p.*108.

Et

Digitized by Google

Et per minorem quantitatem rei furatæ extrà, quàm intrà Monaſterium. *ib. nu.* 19. *p.* 108.
Moriens proprietarius ſepeliendus eſt extrà locum ſacrum. *ibi. n.* 14. *p.* 107.
Cum proprietario ſepelienda eſt etiam ejus pecunia, non tamen tota. *ibid.*
Repertus poſt mortem proprietarius non pecuniæ, ſed alterius rei an ſepeliendus extrà ſacrum. *ibid. nu.* 37. *p.* 109.
Proprietarius habitationis quibus caſibus aliquis ſit. *ib. n.* 58. *& ſeqq. p.* 112.
Proprietarius quandò cenſeatur, qui clavem cellæ non reſignat Superiori in diſceſſu. *ibid. num.* 65. *p.* 113.
Qui aliquid deponit apud ſeculares quo caſu proprietarius ſit. *ib n.* 70. *p.* 113.
Religioſus commutans rem pro re quandò ſit proprietarius. *ibid. nu.* 84 *p* 116.
*Proprietas* ſignificat diverſa. *Tit.* 3 §. 1. *Proprietas. n.* 1. *p.* 104.
Vt delictum eſt quomodò diffiniatur .. *ibid. num.* 8. *pag* 105.
Hoc delictum variatur in gravitate juxtà varias Religiones. *ibid. n.* 9. *p.* 105.
Quomodò probetur. *ibid. n.* 10. *&* 11. *p.* 105.
Proprietas eſt delictum diſtinctum à contrectatione pecuniæ. *ibid.* §. 2. *Pecunia, num.* 13. *pag.* 118.
Eſt apud Minores delictum gravius equitatione. T. 9 §. 2. *Itinerantium. n.* 28. *p.* 564.
*Prors* s. V. *Dictio.*
*Proteſtatio* contrà factum quo caſu non relevet. T. 8. §. 6. *Sortilegium. n.* 21 *p.* 526.
Expreſſa contrà Dæmonem excludit omnem ejus concurſum, & invocationem ad aliquod patrandum. *ibid. num.* 19. *& ſeqq. pag* 526.
*Provincialis* Superior non poteſt licentiare ſuum Subditum ad Ordines, niſi ad Epiſcopum ſui domicilii. *Tit* 6 §. 1. *liter. falſ. n.* 70. *p.* 365.
Aliter faciens quas pœnas incurrat. *ibid.*
*Provocatio* non excuſat excedentem in propriâ defenſione T. 5. §. 5 *Libellus. n.* 10. *p.* 311.
Quomodò diffiniatur provocatio. T. 7. §. 3. *Provocatio. n.* 1. *p.* 404.
Activa in quibus conſiſtat. *ib. n.* 3. *p.* 404.
Paſſiva excludit dolum. *ib.*
Quomodò probetur. *ib. nu.* 6. *pag.* 405.
Quomodò præſumatur, in defectu Teſtium, quis fuerit provocator. *ib. n.* 6. *& ſeqq. p.* 405.
Conjecturæ, à quibus ſumitur indicium provocationis *ib. n.* 7. *p* 405.
Mortuus in rixa quandò præſumatur fuiſſe provocatorem *ib.*
Indicium provocationis ſumitur à præparatione armorum. *ib.*
Provocationis pœnæ. *ib. n.* 8. *& ſeqq. p.* 407.
Provocatio verbis, aut factis quid ſit, & quandò. *ibid. n.* 15. *p* 407.
Quæ fit factis, quandò extenditur ad perſonam, magis punitur. *ib. n.* 19. *p.* 408.
Quandò injuriæ fuere reciprocæ quis dicendus ſit provocator. *ib. n.* 78. *p.* 414.
Provocatio quas ſignificationes habeat. *Tit.* 7. §. 4. *Duellum n* 1 *p.* 418.
Importat appellationem cum emphaſi. *ibid. num.* 1. *pag.* 418.
Tranſumptivè ſignificat invitationem. *ibid. num.* 2 *p.* 418.
Frequentiùs uſurpatur pro invitatione ad pugnam. *ib. n.* 3. *pag.* 418.
Provocatio levis in occurſu inimicorum quandò excludat indicium animi deliberati. T. 7. §. 5. *Homicidium. n.* 55. *pag.* 437.
Debet eſſe data, & non accepta, ut illud excludat. *ibid.*
Accepta non ſalvat ab homicidio animo deliberato. *ib. nu.* 56. *p.* 437.
*Provocatus* ulciſcens injuriam temperamentum pœnæ meretur. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus. nu.* 7. *pag.* 310.
Provocatus non dicitur injuriatus in abſentia, ſi ex poſt offendit injuriantem. T. 7. §. 3. *Provocatio. n.* 1. *p.* 404.
Quandò quis dicatur provocatus, & quandò ſolùm injuriatus. *ibid. n.* 2. *p.* 404.
Provocatus delinquens tenetur tantùm de exceſſu. *ibi. num.* 3. *pag.* 404.
Tenetur probare provocationem. *ib. n.* 8. *p.* 407.
*Pubertas* in fœminis à quo deſumenda. *T.* 4. §. 5. *Stuprum. n.* 20. *p.* 218.
*Publicum* non faciunt duo, aut tres Teſtes. *T.* 5. §. 5. *Libellus. n.* 28. *p.* 313.
Factum in publico quandò quid dicatur. *ibid.*
*Pudicitia* quandò dicatur attentari. *Tit.* 7. §. 3. *Provocatio. n.* 46. *p.* 411.
Habet privilegium inculpatæ tutelæ. *ib.* §. 5. *Homicid. nu.* 11. *p.* 430.
Quo caſu tueri, & in quibus poſſit morte inſidiantis, aut attentantis. *ib. n.* 12. *& ſeqq. p* 430.
*Puella* ſi ſtupretur, quomodò puniendus ſtuprator. *Tit.* 4. §. 5. *Stuprum. nu.* 21. *& ſeqq. pag.* 218.
Rapta, niſi reddatur loco tuto, non poteſt cum raptore matrimonium inire. *ibid.* §. 7. *Raptus. nu.* 6. *pag.* 225.
Si conſentit de jure Canonico raptus non eſt. *ib.*
Tamen quò ad pœnas iſtæ incurruntur à raptore etiam de jure Tridentini. *ib. n.* 7. *pag.* 225.
Quomodò, etiam volens, dicatur rapta. *ibid. nu.* 10. *& ſeqq. p.* 226.
Flexa ſuaſionibus amaſii non doloſis, ſi eum ſequitur, non dicitur rapta. *ib. n.* 13. *p.* 227.
Perſuaſa à viro armato dicitur conſentire in raptum per metum, non voluntariè. *ib. n.* 14. *p.* 227.
Eam rapiens non ad libidinem non incurrit pœnas raptus. *n.* 17. *pag.* 228.
Quo caſu, ſi rapitur ad matrimonium neceſſe non eſt, quòd reddatur loco tuto. *ib. n* 22 *p* 228.
Juvenis, & pulchra præſumitur rapta ad explendam libidinem. *ib. n* 23. *p* 229.
Si rapiatur degens in Monaſterio intrat pœna mortis. *ib. n.* 33 *p.* 230.
Puella ſeptennio minor poteſt intrare Clauſtra Monaſteriorum. *ibid.* § 8. *Clauſura. n.* 8 *p.* 233.
Cogentes puellas ad Religionem, aut impedientes, ne profeſſionem emittant, ſubeunt excommunicationem. T. 5. §. 9. *Suaſio. n.* 1. *&* 2. *p.* 346.
*Puella.* V. *Fœmina* V. *Mulier.*
*Puer* ſi ſollicitetur in Confeſſione, & adſint adminicula, Inquiſitor poteſt procedere. T. 4. §. 2. *Sollicitatio. n.* 31. *p.* 194.
Poteſt rapi ad libidinem. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus. num.* 15 *p* 227.
Puer undecim annorum cum adminiculis admiſſus
ad

Digitized by Google

aut attentantis. *ib. n.* 12. *& ſeqq. p.* 435.
*Puella* ſi ſtupretur, quomodò puniendus ſtuprator. *T.* 4. *§.* 5. *Stuprum. nu.* 31. *& ſeqq. pag.* 218.
Rapta, niſi reddatur loco tuto, non valet cum raptore matrimonium inire. *ibid. §.* 7. *Rapt. nu.* [illegible] *pag.* 235.
Si conſentit de jure Canonico raptus non eſt [illegible]
Tamen quò ad pœnas iſtæ incurruntur à n[illegible] etiam de jure Tridentini. *ib. n.* 7. *pag.* 225.
Quomodò, etiam volens, dicatur rapta. *ibid. nu.* [illegible] *ſeqq. p.* 226.
Flexa ſuaſionibus amaſii non doloſis, ſi eum ſeq[illegible] non dicitur rapta. *ib. n.* 13. *p.* 227.
Perſuaſa à viro armato dicitur conſentire in ra[illegible] per metum, non voluntariè. *ib. n.* 14. *p.* 227.
Eam rapiens non ad libidinem non incurrit pœ[illegible] raptus. *n.* 17. *pag.* 228.
Quo caſu, ſi rapitur ad matrimonium neceſſe eſt, quòd reddatur loco tuto. *ib. n.* 22. *p.* [illegible]
Juvenis, & pulchra præſumitur rapta ad explendam libidinem. *ib. n.* 23. *p.* 229.
Si rapiatur degens in Monaſterio, incurrit pœna [illegible] *ib. n.* 33. *p.* 230.
Puella ſeptennio minor poteſt intrare Clauſtra [illegible] naſteriorum. *ibid. §* 8. *Clauſura. n.* 8. *p.* 233.
Cogentes puellas ad Religionem, aut impedientes profeſſionem emittant, ſubeunt excommunicationem. *T.* 5. *§.* 9. *Suaſio. n.* 1. *&* 2. *p.* 346.
[illegible]*la.* V. *Fœmina* V. *Mulier.*
[illegible] ſi ſollicitetur in Confeſſione, & adſint adm[illegible] Inquiſitor poteſt procedere. *T.* 4. *§.* 2. *Sol*[illegible] 32. *p.* 194.
[illegible]teſt rapi ad libidinem. *Tit.* 4. *§.* 7. *Rap*[illegible] 15. *p.* 227.
[illegible]er undecim annorum cum adminiculis [illegible]

[illegible] præſumptionis, & dedicati. *ibid.*
*Quadrigare* quid importet. *Tit.* 9. *§.* 2. *Itinerantium. n.* 6. *pag.* 561.
*Quæſtuatio pecuniæ* quomodò fieri poſſit à Fratre Minore de licentia Superiorum. *Tit.* 3. *§.* 2. *Pecunia. num.* 69. *pag.* 126.
Quæſtuatio pecuniæ etiam non ſignatæ eſt Minoribus interdicta. *ib. n.* 85. *p.* 128.
Quæſtuatio pecuniæ in Eccleſiis Minorum eſt ejus tantùm, quæ cedit in beneficium eorum. *ib. n.* 81. *pag.* 128.
*Qualitas* delicti omninò probanda, quandò ſinè illa delictum tale non eſt. *Tit.* 4. *§.* 1. *Conſortium. n.* 25. *p.* 175.
Qualitates plures concurrentes in delicto, illud aggravant. *Tit.* 1. *§.* 2. *Delicta. n.* 23. *p.* 10.
A' qualitate ſententiæ menſuratur qualitas delicti. *ib. n.* 36. *p.* 12.
Qualitas ſpiritualitatis quandò poſſit ſeparari à re, & quandò non. *Tit.* 8. *§.* 7. *Simonia. num.* 18. *p.* 538.
Si non poteſt ſeparari actualiter à re temporali, & hæc vendatur, ſimonia committitur. *ibid. n.* 19. *pag.* 539.
Si poteſt realiter ſeparari à re temporali, hæc poteſt vendi. *ibi. n.* 20. *p.* 539.
*Quantitas rei* conſtituens proprietarium realiter punibilem quæ. *Tit.* 3. *§.* 1. *Proprietas. num.* 15. *pag.* 107.
Minor quantitas ſufficit ad faciendum proprietarium in foro interno, quàm in externo. *ibid. num.* 17. *p.* 107.
Quantitas minor rei furatæ, quàm non furatæ, facit punibilem in foro fori. *ib. nu.* 18. *p.* 108.
Minor quantitas rei furatæ extrà Monaſterium,

[illegible] *Latrocinium. num.* 5. *p.* 581.
*Rapina* quomodò differat à graſſatione, latrocinio, robaria, prædatione, & aſſaſſinio. *ib. nu.* 2. *p.* 580.
Quid ſit, & quid importet. *ibid. n.* 3. *p.* 580. *& T.* 3. *§.* 4. *Furtum. n.* 51. *p.* 158.
*Raptam* fœminam eſſe vitæ honeſtæ, & bonæ famæ; & raptam fuiſſe cauſâ retinendi eam, & non ob commodiorem coitum, accuſator debet probare. *T.* 4. *§.* 7. *Raptus. num.* 25. *pag.* 229.
*Raptor* debet probare, mulierem conſenſiſſe in raptum. *ibid. n.* 24. *p.* 229.
*Raptus* de quibus dicatur. *T.* 4. *§.* 7. *Raptus. num.* 1. *pag.* 224.
Ejus diffinitio. *ibid. n.* 2. *pag.* 224.
Non eſt abductio fœminæ ad tempus breve ob commoditatem copulæ. *ib.*
Ad eum non eſt neceſſaria diſtantia loci. *ibi.*
Raptus de jure Canonico non eſt, ſi fœmina liberè conſentit in Raptorem. *ibid. num.* 6. *p.* 225.
Lex civilis de Raptu, favore quorum ſit lata. *ib. n.* 5. *p.* 225.
Raptus importat nullitatem matrimonii inter raptorem, & raptam dè jure civili. *ib. n.* 6. *p.* 225.
Ejus pœna non evaditur, licet mulier conſentiat in raptum. *ib. n.* 7. *p.* 225.
Variæ ſententiæ circa diſſenſum voluntatis fœminæ raptæ. *ibid. nu.* 4. *p.* 225.
Eccleſia non ſuſtulit pœnas temporales raptus latas de jure civili. *ib. n.* 9. *p.* 226.
Examinatur violentia in raptum juxtà varios modos, quibus infertur. *ib. n.* 10. *p.* 226.
Quo caſu intret violentia in muliere, quæ conſentit in raptum. *ibid. n.* 11. *&* 12. *pag.* 226. *&* 227.

Rapta

Digitized by Google

Rapta non dicitur mulier, ſi ſuaſionibus non doloſis inducitur ad ſequendum amaſium. *ibi. num.* 13. *pag.* 227.
Rapi ità poteſt mas, ſicut fœmina. *ibid. num.* 15. *p.* 227.
Si mulier rapiat virum quid juris? *ibid. nu.* 15. & 16. *p.* 227. & 228.
Si raptus eſt caſus reſervatus, ità eſt pro fœmina rapiente marem, ſicut è contrà. *ibid. num.* 16. *p.* 228.
Rapiens puellam non ad explendam libidinem non incurrit pœnas raptus. *ibid. num.* 17. *pag.* 228.
Raptum non committit abducens per vim propriam uxorem à domo patris ad propriam. *ib. num.* 18. *pag.* 228.
Eſt raptus de jure civili, ſi, diſſentientibus parentibus, abducitur ſponſa de futuro, etiam conſentiens, dummodò copula ſequatur: ſed ſi hæc non ſequitur, raptus non eſt. *ibid. num.* 19. *pag.* 228.
Quoquomodo fiat raptus ſemper incurruntur pœnæ canonicæ. *ib. n.* 20. *p.* 228.
Raptus non eſt, quando preceſſerunt ſponſalia, & puella conſentit abduci. *ib. n.* 21. *p.* 228.
Raptus pueri gravior eſt, quàm puellæ. *ib. nu.* 15. *p.* 227.
Quomodò probetur. *ib. nu.* 23. & *ſeqq. p.* 229.
Præſumitur, quod raptus fuerit muliere invita; & ex doloſa perſuaſione. *ibid. num.* 24. *p.* 229.
Ejus pœnæ. *ib. n.* 26. & *ſeqq. p.* 229.
Raptus in perſona Regulari eſt inauditus. *ibid. num.* 33. *p.* 230.
*Ratio*. Omne, quod ratione conſiſtit, eſt lex. *Tit.* 9. §. 5. *Incendij. n.* 22. *p.* 577.
Ratio naturalis eſt lex tacita. *ib.*
Allegare ſufficit rationem naturalem non allegatâ lege. *ibid.*
Rationem naturalem debet ſequi Judex in non determinatis à jure. *ib.*
*Rebellio* contrà Deum fuit æqualiter in Angelo, & homine. T. 1. *n.* 2. *p.* 1.
Rebellio quid ſit, *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia*. *nu.* 9. *p.* 49.
Contrà quos poſſit committi. *ib. n.* 11. & *ſeqq. p.* 50.
Quandò committatur. *ibid.*
Ejus diviſio. *ibid. n.* 13. *p.* 50.
Quotupliciter accidat. *ib. n.* 14. *p.* 50.
In Commiſſarium occulta quando committatur. *ibid. nu.* 11. *pag.* 61.
Ipſa, & inobedientia conſtituunt Schiſma. *Tit.* 2. §. 5. *Schiſma. num.* 8. *p.* 77.
*Rebellis* Generali quomodò poſſit quis eſſe, & ut talis puniri. *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia. num.* 50. & *ſeqq. pag.* 55.
Iſte poteſt abſolvi à Prælatis Ordinis à cenſura Papali incurſa. *ib. n.* 59. *p.* 56.
Quomodò puniendus rebellis Commiſſario deputato à Provinciali. *ib. n.* 68. *p.* 57.
Rebellis in Commiſſarium publicus quis ſit. *ibid. nu.* 109. & 110. *p.* 61.
*Recidivus* in delictum quis dicatur. *T.* 4. §. 4. *Adulterium. nu.* 53. & 59. *p.* 211. & 212.
Religioſus recidivus in lapſum carnis poteſt damnari ad triremes, aut carcerem diuturniorem. *ibid. n.* 65. *p.* 213.
*Recipere*, & *capere* quomodò differat. *Tit.* 3. §. 2. *Pecunia. num.* 16. *p.* 119.
*Reconciliatio* cum inimico, ſi poſt eam ſequitur homicidium, an inducat rationem proditorii. *T.* 7. §. 7. *Proditorium. n.* 7. *p.* 456.
Præſumpta quomodò reddat homicidium non proditorium. *ibid. n.* 8. *p.* 457.
Ex ea expreſſa inducitur proditio in homicidio. *ibid. n.* 9. *p.* 457.
Cauſa nova nata poſt reconciliationem an tollat rationem proditorii ab homicidio. *ibid. num.* 12. *pag.* 457.
Nova cauſa quotupliciter poteſt ſupervenire reconciliationi. *ib. nu.* 15. *p.* 457.
Cauſa ſuperveniens reconciliationi debet eſſe juſta. *ib. n.* 16. *p.* 458.
Cautela adhibenda, ne quis poſſit allegare novam cauſam, ſi poſt reconciliationem inimicum offendit. *ib.*
Nova cauſa, ut legitimet offenſionem quomodo debet conſtare juxtà Conſtitutiones Papales. *ib.*
Nova cauſa probanda eſt, ſaltem ſemiplenè à Reo, ad evadendum crimen proditionis. *ibid. num.* 18. *pag.* 458.
*Rector* quis dicatur. *Tit.* 9. §. 9. *Reſidentia*. *num.* 1. *pag.* 605.
*Recurrere* de facto ad Superiorem eſt plus, quàm appellare verbis. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. n.* 27. *n.* 27.
Recurrens ad Superiorem ſi juſtè timet moleſtari in vià poteſt habitum mutare, *ibid. num.* 28. *pag.* 28.
*Recurſus* non poteſt fieri à Regulari ad poteſtatem laicam, niſi in defectu Eccleſiaſticæ. *Tit.* 2. §. 3. *Appellatio. num.* 25. *p.* 66.
Hunc poteſt habere Regularis ad Magiſtratum laicum ob ſolam patentem iniuſtitiam ſibi à Superioribus ſuis factam. *ib. n.* 26. *p.* 67.
An talis recurſus poſſit haberi ab eo ob iniuſtitiam tantùm probabilem. *ibid. num.* 26. & 27. *p.* 67.
Recurſum talem habere non prohibentur Minores, niſi ſub *pretextu* iniuſtitiæ. *ib. n.* 27. *p.* 67.
Recurſum faciens Regularis ad Magiſtratum Sæcularem quomodò aggravet delictum. *ibid. nu.* 27. *pag.* 67.
Quarè recurrens Minorita ad tribunal Epiſcopi graviùs punitur, quàm recurrens ad laicum. *ibid. nu.* 31. *p.* 67.
*Reditus* annui qui dicantur. *T.* 4. §. 4. *Redituum. num.* 2. *pag.* 128.
Redituum procuratio eſt crimen ſolis Minoritis. *ib. n.* 1. *p.* 128.
Quomodò hoc crimen contrahatur. *ib. n.* 3. & 4. *p.* 129.
Differentia inter reditum, & uſufructum; & inter reditum, & redditum. *ib. n.* 2. *p.* 128.
Reditus annui quibus modis procurari poſſint ſuadendo. *ib. n.* 12. *p.* 130.
Nequè pro communi, nequè prò particulari poſſunt procurari. *ib. n.* 13. *p.* 130.
Reditus annuos an habere poſſint Eccleſiæ Minorum. *ib. n.* 17. & 18. *p.* 30.
*Reformare* quid importet. *Tit.* 2. §. 5. *Schiſma. n.* 34. *p.* 81.
Reformationem novam tentantes carpuntur. *ibid. n.* 36. *p.* 81.
*Reginæ* poſſunt ingredi clauſtra Religioſorum. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. num.* 8. *pag.* 233.
*Regulas* juris in arbitrariis debet ſervare Judex. T. 1. *n.* 8. *p.* 2.

Regula

Digitized by Google

Recurſus non poteſt fieri à Regulari ad poteſtatem ... cam, niſi in defectu Eccleſiaſticæ.Tit.1.§.3.Ap- pellatio.num.25.p.66.
Hunc poteſt habere Regularis ad Magiſtratum ... cum ob ſolam patentem injuſtitiam ſibi Superioribus ſuis factam.ib.n.26.p.67.
An talis recurſus poſſit haberi abeo ob injuſtitiam tantùm probabilem.ibid.num.26.& 27.p.67.
Recurſum talem habere non prohibentur Mino... niſi ſub prætextu injuſtitiæ.ib.n.27.p.67.
Recurſum faciens Regularis ad Magiſtratum ... cularem quomodò aggravet delictum. ibid. 27.pag.67.
Quarè recurrens Minorita ad tribunal Epiſc... gravius punitur, quàm recurrens ad lai... ibid.num.31.p.67.
...ditus annui qui dicantur.T.4.§.4.Reditus an... pag.128.
Redituum procuratio eſt crimen ſolis Mino... ib. n. 1.p.128.
Quomodò hoc crimen contrahatur.ib.§.4.p.12...
Differentia inter reditum,& uſumfructum;& inter re... tum,& redditum.ib.n.2.p.128.
...editus annui quibus modis procurari poſſint ... dendo.ib.n.12.p.130.
...eque pro communi, neque prò particulari po... procurari.ib.n.13.p.130.
...ditus annuos an habere poſſint Eccleſiæ ... rum.ib.n.17.& 18.p.30.
...nare quid importet.Tit.2.§.5.Schiſma.n... ...ormationem novam tentantes carpuntur ... 6.p.81.
...poſſunt ingredi clauſtra Religioſorum ... ...lauſura.num.8.pag.233.
...juris in arbitrariis debet ſervare Judex. Ti... Regul...

...que Teſtes in cauſa ſanguinis etiam ad mandatum Superioris.ib.n.11.p.599.
Neque Executores teſtamentarii ſine licentia Superioris. ib.n.15. p.599.
Neque Tutores, aut Curatores teſtamentarii, aut dativi.ib.n.17.p.599.
Neque fidejuſſores ſinè licentia Prælati, & Capituli Conventualis.ib.n.18.p.600.
Neque depoſitarii ſinè licentia Superioris. ib.nu.19. p.600.
Neque negotiatores.ib.n. 20. p.600.
Neque chirurgiam exercere ſi ſunt in ſacris.ib. n.21. p.600.
Neque Compatres. ib.n.22. p.600.
Poſſunt eſſe arbitratores,etiam ſinè licentia Prelati. ib.n.6. p.598.
Et Teſtes extrajudiciales.ib. n.11.p.599.
Ex cauſa legitima, & licentia Superioris poſſunt eſſe Judices, Advocati, & Procuratores. ib.nu.12. p.599.
Cauſæ legitimæ ad prædicta quæ ſint.ib.
Poſſunt eſſe Advocati miſerabilium perſonarum. ib. n.13. p.599.
Ex charitate medicinam exercere non prohibentur. ib. n.21. p.600.
Non poſſunt eſſe Notarii publici in Cauſa civili, aut criminali niſi pro S. Officio. ibid. n.10. p 598.
Neque Teſtes coràm Judice laico. ibid. num 11. p. 599
*Regularis*. V. *Religioſus*. V. *Prælatus*. V. *Superior*.
*Rehabilitatio* Apoſtatarum in Ordine Minorum ſpectat ad Capitulum Provinciale, & quomodo. Tit.2. §1. *Apoſtaſia*. nu.46, & ſeqq. pag.32.
*Reincidentia* poſt monitionem canonicam probat ſu-

Omnis gravis injuria contrà Religionem eſt crimen publicum.T.8.§.3.*Abus.in Ord. n.34.p.507.*
Quidquid datur ex pacto ob ingreſſum Religionis inducit Simoniam.T.8.§.7.*Simonia.n.15.p.538.*
*Religioſus* ducens uxorem eſt ſuſpectus de fide. T. 2. §. 1. *Apoſtaſia.n.7.p.24.*
Recedens à Religione animo revertendi eſt ſugitivus, non Apoſtata.*ib.n.* 8.*p.24.*
Gravatus à Prælato ſubalterno poteſt, ſinè hujus licentia recurrère ad ſuperiorem. *ibid. n.* 32. *pag.28.*
Tenetur portare jugiter habitum ſuæ Religionis. *ib. n.35.p.29.*
Quandò dicatur, temerè habitum dimittere. *ibid. n.36.p.29.*
Petens conſilium, auxilium, &c. ſub prætextu injuſtitiæ ſibi factæ in Religione incurrit pœnas: non ſic, qui realiter gravatus eſt. *ibid.* §. 3. *Appellatio.n.21.& 23.p.66.*
Gravatus in Religione quomodo poſſit recurrere ad Judicem ſæcularem. *ib n.24.& 25.p.66.*
Volens habitare in aliquo Conventu contrà juſtam voluntatem Prælati eſt proprietarius. *ibid.§.5.Schiſma.n.40.p.82.*
Non comparatur filiosfamilias, nec ſocio in negotiatione.T.3.§.1 *Proprietas n.21.p.* 108.
Quandò poſſit rem pignori ſupponere. *ibid. num.* 80. *p.115.*
Quandò aliquid largiendo non dicatur donare.*ib.§.5. Donatio.n 4.p.141.*
Auferens rem conceſſam ad uſum alterius Religioſi fur propriè eſt.*ib.§.6.Furtum.n.57. p. 153.*
Arctiùs quàm Clerici prohibetur loqui cum ſanctimonialibus.T.4.§1.*Suſpectum.n.13.p. 172.*
An, & quomodò peccet loquendo cum Monialibus. *ib n.14 & ſeqq.p.173.*

Pppp Quo-

Digitized by Google

Quomodò poſſit eſſe concubinarius. ib. §.3. *Fornicatio*. n.24. p.200.
Cojens cum meretrice maritata pęnâ adulterii puniendus eſt.ib.§.4.Adulterium.nu.37. p.207.
Proprietarius in procurando adulterio graviùs puniendus,quàm ſimplex adulter.ib.n.50. p.210.
Percutiens Clericum ſæcularem, aut Religioſum alterius Ordinis à quo abſolvendus.T.7.§.3. *Provocatio*.n.88,& ſeqq.p.415. (corrige p.115.
Subditus eſt, ut filius familias. ib. n.90. p.415.
Sinè conſenſu Superioris non poteſt propriam iniuriam extrà ſuum Ordinem proſequi.ib.n.94.p.416.
Quivis Religioſus ſpecialiter prohibetur vacare negotiis ſæcularibus. Tit.9. §.8. *Artium*. num.4. p. 598.
Non poteſt eſſe Judex de rebus ſæcularibus. ib.n.5. p.598.
Componens, & vendens medicamenta quibus in caſibus, & quibus pęnis puniendus ultrà ſtatutarias. ib.n.38. p.603.
Exercendo Medicinam quandò nam effugiat pęnas Statuti. ib. n.39. p.603.
Quo caſu poſſit à Provinciali carcerari. ib. nu.42. p.603.
*Reliquiæ* Sanctorum venerandę ſunt poſt Euchariſtiam. Tit.3. §.6. Furtum. n.32. p.149.
Vendi non poſſunt abſquè Simonia. ib.
In earum furto quandò debeatur mors, aut non. ib. n.33. p.150.
*Remiſſio* Rei ad alium Judicem quandò fiat. Tit.6. §.1. liter. falſ. n.42. p.362.
*Denunciatio* temporalium quid importet in paupertatis religioſę voto.T.3.§.1. *Proprietas*. nu.5. p.104.
*Requiſitionum Magiſtri* qui dicantur. Tit.6. §.4. *Alchimia*.n.22.p.385.
*Res* quid importet.T.2.§.1. *Apoſtaſia*.n.88. p.36.
Res poſſeſſa pretio æſtimabilis eſt pecunia. Tit.3. §.2. *Pecunia*. n.3. & 7. p.117.
Res non dicitur inventa,niſi apprehendatur.T.7. §.1. *Armorum*. n.14. p.395.
Nomine *res* quid veniat. Tit.8. n.3. p.493.
Res ſacra quid importet. ib.n.4. p.493.
Res ſacra ut reddatur quid requiritur. ib.
*Res* V. *Bona*.
*Reſcripto* falſo utens debet probare, à quo illud habuerit.Tit.3. §.6. *Furtum*.n.9.p.145.
Reſcriptum notabile ſenatus Mediolanenſis. Tit.4. §.4. Adulterium. n.64. p.212.
*Reſidentia*. Ejus neglectus quod crimen ſit. Tit.9.§.9. *Reſidentia*. n.1. p.605. (leges.p.518; ſed corrige, & pone pag.605.)
Ejus obligatio eſt fundata ſuper cura animarum. ib. n.2. p.605.
Ob quas cauſas diſpenſetur. ib. n.4. p.605.
Ejus neglectus quomodò probetur. ib.n.7. p.606.
Eſt de jure divino, ſuper quo non poteſt Papa ſinè cauſa diſpenſare. ib. n.17. p.607.
Eam negligentiũ pęnæ.ib.n.8,& ſeqq.p.606, & 607.
*Reſtitutio* fructuum beneficii facienda ob omiſſionem divini Officii eſt pęna conventionalis. Tit.5. §.1. Omiſſio.n.13.p.281.
*Reſtitutio famæ* V. *Satisfactio*.
*Retrotractio* pęnę latę ſententię quando fiat.Tit.1.§.4. *Pœnarum* n.34. p.20.
Quos actus invalidet.ib.
*Revelans* alicui occultum alterius crimen ſub ſigillo naturali an delinquat,ſi illud probare nequit.Tit. 5. §.3. *Infamatio*. n.41. p.303.
Revelans alterius peccatum grave,& occultum peccat mortaliter, licet uni tantùm revelet. ib.
Revelans crimen, quod audivit ſub ſigillo naturali, puniendus eſt. ib.n.43. p.303.
Revelans ſecretum amici privati committit crimen falſi, & dicitur fraudulentus, & infidelis. ib.§.6. *Revelatio*.n.8. p.322.
Revelans ſecretum Principis eſt Reus Læſæ Majeſtatis. ib.
Notarius revelans ſecretum Judicis, aut partis de quo crimine tenetur. ib. n.9. p.322.
Provinciales, ac Viſitatores revelantes audita in viſitationibus; ac Diffinitores revelantes acta ſecreta Diffinitorii quomodò delinquãt.ib. n.12.p.323.
Revelans Prælatus ſecretas denunciationes habitas in viſitatione prodit fidem publicam. ibid. num. 13.pag.323.
Sacerdos revelans Confeſſionem Sacramentalẽ atrociſſimè delinquit. ib. n.14.p.323, & nu.41.p.327.
Revellanti ſecretum amici eſt infamis,& quomodò. ib.n.32. p.326.
Talis qua pęna puniendus. ib.n.33. p.326.
Revelans ſecretum Principis quomodò puniendus. ib.n.34.p.326.
Auditores revelantes ſecreta Rotæ Romanæ excommunicantur.ib.n.37. p.326.
Secreta S. Officii revelantes excommunicantur.ib.n. 38. p.326.
Cardinales revelantes ſecreta Conſiſtorii quas pœnas incurrant. ib. n.39. p.327.
Diſquiſitores revelantes vota Capitularium quomodò puniendi.ib.n.54,& ſeqq. p.328.
*Revelatio ſecretorum* quotupliciter contingat,& aggravetur. ib.n.2. p.321.
Revelatio ſecretorum Ordinis quomodò accidat,& puniatur.ib.n.50,& ſeqq.p.328.
*Revelatio Confeſſionis Sacramentalis* quomodò probetur.Tit.5.§.6. *Revelatio*.n.23, & ſeqq.p.324.
Quandò ſpectet ad Inquiſitores, & quandò ad alios Prælatos.ib.n.42.p.327.
*Revelatio Confeſſionis*. V. *Abuſ. in Confeſſ. V. Sigillum Sacramentale*.
*Reus* quomodo, & à quo petere poteſt abolitionem criminis.Tit.1. §. 2. *Delicta*.n.45. p.13.
Punitus à Judice loci delicti nequit ab alio Judice moleſtari. ib. n.56. p.14.
Damnatus à Judice laico adhuc puniri poteſt ab Eccleſiaſtico. ib.
Qui nulla pęnam ſubiit in uno foro poteſt in alio puniri. ib.n.57.p.14.
Gratiatus a Principe non poteſt moleſtari. ib.
Ipſi non dandum juramentum contrà ſę. ib. §. 4. *Pœnæ*. n.21. p.18.
Ipſum non ſufficientes punitum ab Eccleſiaſtico poteſt Judex laicus punire. ib.n.30. p.19.
Ipſi quando danda pęnę optio. ib.n.39. p.20.
Reo negativo, & torto juxtà valorem indiciorum nulla pęna datur.T.2.§.7. *Hæreſis*.n.46. p.99.
Deponendo contrà ſe ſuper jure nihil probat contrà ſe.Tit.5.§.2. *Blaſphemia*. n.36 p.289.
Convictus de compoſitione libelli famoſi torquẽdus eſt,ut aperiat,contra quem compoſuit illum. ib.§. 5. *Libellus*.n.5. p.310.
Pejerans in cauſa criminali non punitur de perjurio.

Digitized by Google

... nis incurrant. ib. n.59. p.3..

Diſquiſitores revelantes vota Capitularia quomodò puniendi. ib. n.54, & ſeqq. p.328

*Revelatio ſecretorum* quotupliciter contingat ... vetur. ib. n.2. p.321.

Revelatio ſecretorum Ordinis quomodò ... puniatur. ib. n.50, & ſeqq. p.328.

*Revelatio Confeſſionis Sacramentalis* quomodò p... tur. Tit.5.§.6. *Revelatio* n.23, & ſeqq. p.324

Quandò ſpectet ad Inquiſitores, & quandò ad Prælatos. ib. n.42. p.337.

*Revelatio Confeſſionis.* V. *Abuſ. in Confeſſ.* V. *Sigillum Sacramentale.*

*Reus* quomodo, & à quo petere poteſt abolitionem criminis. Tit.1. §. 2. *Delicta* n.45. p.13.

Punitus à Judice loci delicti nequit ab alio ... moleſtari. ib. n.56. p.14.

Damnatus à Judice laico adhuc puniri poteſt ab Eccleſiaſtico. ib.

Qui nulla pœnam ſubiit in uno foro ... in alio puniri. ib. n.57. p.14.

Gratiatus à Principe non poteſt moleſtari. ib.

Ipſi non dandum juramentum contrà ſe. ib. ... Pœnæ. n.31. p.18.

Ipſum non ſufficientes punitum ab Eccleſiaſtico ... teſt Judex laicus punire. ib. n.30. p.19.

...pſi quando danda pœnæ optio. ib. n.39. p.20

...co negativo, & torto juxta valorem indicii nulla pœna datur. T.2.§.7. *Hæreſis* n.46. p.99

...ponendo contrà ſe ſuper jure nihil probat ... ſe. Tit.5.§.2. *Blaſphemia.* n.36 p.389.

...nvictus de compoſitione libelli famoſi ... eſt, ut aperiat, contra quem compoſuit ... §. *Libellus.* n.5. p.310.

...erans in cauſa criminali non punitur ...

... abſolvens à venialibus non conficit Sacramentum. *ibid.*

Vſurpans Curam animarum, aut munus Confeſſarii falſis patentibus quomodò puniendus. *T.6.§.1. liter. falſ. num.39. pag.362.*

Sacerdoti celebranti ob quid detur ſtipendium. *Tit.*8. §.7. *Simonia.n.12.p.*538.

*Sacerdos*, V. *Miſſa.*

*Sacramẽta* vẽdi nõ poſſunt. T.8.§.7. *Simonia.n.13.p.*538.

*Sacra ſcriptura* verbis abutens blaſphemus eſt. Tit.5.§.2. *Blapphemia.num.7.pag.*286.

Ejus encomia. *ib.*

*Sacra ſcriptura.* V. *Abuſus.*

*Sacratum* ſemel Deo profanari nequit. *Tit.*4.§.9. *Sacrilegium. n.9.p.246.*

*Sacrum.* Sacra res quid importet. *T.*8.*n.*4.*p.* 493.

Vt talis reddatur quid requiritur. *ib.*

Imperator, & Rex ſacri ſunt. *ib.n.* 5. *p.* 493.

*Sacrilegium.* Ejus nomen convenit multis criminibus. *T. 4.§.9. Sacrilegium.n.1.p.245.*

Cum Moniali quid propriè ſit, *ibi.n* 2. *p.* 245.

Ejus etymologia, *ib.*

Theologicum, & legale quodnam ſit. *ib.n.3.p.* 246.

Non eſt quævis immunditia cum fœmina ſacra. *ib.nu. 4.p.246.*

Sacrilegium non eſt copula cum Tertiaria, aut Moniali novitia. *ibi.n.* 10. *p.* 246.

Cum Moniali quomodò probetur. *ibid.n.* 13. *& ſeqq. pag.* 247.

In caſu imputati ſacrilegii cum Moniali, hæc non eſt viſitanda. *ibid.n.13. p.* 247.

Ex ſola præſumptione ſacrilegii non poteſt quis damnari ad mortem. *ibid.* nu. 14. pag. 247.

Ejus pœnæ. *ib.n.15. & ſeqq. p.* 248.

Cũ Moniali, etiã deflorata punitur morte. *ib.n.15.p.* 248.

*Saga.* Quomodò Sagæ ludis nocturnis cum Dæmonibus conveniant. T. 4.§.13. *Dæmonialitas.num.9.* & 10. *pag.274.*

Quomodò miſceantur carnaliter cum Dæmonibus. *ibi. n.12.p.275.*

Quo pacto profiteantur famulatum Diabolo. *ib. n 13. & ſeqq. p* 275.

Aliquando deprehenſæ in concubitu cum Dœmone. *ib.n 33 p.277.*

De pœnis ſagarum remiſſivè *ib.n.37.p.277.*

*Saga.* V. *Magus.* V. *Strix.*

*Samaritani* qui fuerint. T 2.§.5 *Schiſma n 5. p.76.*

*Sanguis* quod fundatur non eſt de formali ratione homicidii. T.7.§.5. *Homicidium.n.65. p.439.*

*Sappho.* Poetria diffamata de Sodomia cum fœminabus. T.4 §.11. *Sodomia. n.6. & 20.p.255. & 257.*

*Sardinia* venit nomine Italiæ etiam in odioſis. *T. 6. §. 3. Falſificatio.n.50.p.381.*

*Sathan.* V. *Dæmon.* V. *Diabolus.*

*Satisfactio* parti eſt prima pœna calumniatoris. T.5. §.4. *Calumniatio.n.11.p.307.*

Quæ ſatisfactio debeatur inter Sæculares, & quæ inter Regulares. *ib.*

Qualis danda ſit ab Auctore libelli famoſi. *ib. §. 5. Libellus.n.71. & 72.p.320.*

*Saxa* veniũt nomine armorũ. T.7.§.4. *Duellũ.n.52.p.425.*

*Scandalum* reddit delictum gravius. T.1.§.2. *Delicta.n.* 28.*p.11.*

Ex ſe crimen eſt. *ib.*

Ne ſequatur, multa permittuntur. *ib.*

Ut vitetur, multa omitti debent, ſi non involvant peccatum. T.3.§.1. *Proprietas.n.44.p.* 110.

*Schiſma* quid ſignificet. T.2.§.5. *Schiſma.n.1. p.76.*

Ejus diffinitio. *ib.n.2.p.76.*

Poteſt eſſe cum, vel ſinè errore in intellectu. *ib.*nu. 3. p.76.




Digitized by Google

Datur in quovis corpore morali. ib.num.4. pag.76.
Frequentius ſuccedit in electionibus. ib. nu.5. p.76.
De eo nequit conſtare, niſi conſtet de ejus cauſa. ib. n.6. p.77.
Schiſma nō eſt ſeparatio à malè vivētibus.ib.n.7,p.77.
A' quo conſtituitur. ib. n.8. p.77.
Eſt crimen atrox. ib.
*Schiſmatici* contrà Papam ſunt excommunicati: contrà Epiſcopos ſunt excōmunicandi, ib,n.11.p.78.
Notorii ſunt infames. ib.n.12. p.78.
Eorum pœnæ, ibid. nu,9,& ſeqq. p.78.
*Scholares* Societatis Jeſu, qui bina vota emiſerunt contrahentes matrimonium nulliter contrahunt. Tit. 8. §. 5. Abuſ.in matr. nu,5. p.517.
*Scientia criminalis* magis neceſſaria, utilior,& dignior quàm civilis. Tit.1. n.5. p.1.
Hanc ſcire tenentur Prælati Regulares. ib.n.8.p.2.
*Scientia* V. *Juriſprudentia*.
Scientia Canonica quid reſpiciat, Tit.3.§.8. Uſura. n.5,p,165.(corrige in V.difficultas,n.3,& pone n.5.
Scientia quandò requiritur a lege, aut ſtatuto debet concludenter probari. Tit.5. §.3. *Infamatio* n.27. pag.301.
Scientia vera & non præſūpta in delictis punitur. ib.
*Sclopus* dicitur inventum diabolicum.Tit.7.§.1.*Armorum*. nu.6.p.393.
Delictum quodvis ſclopo exploſo commiſſum dicitur atrox. ibid.
*Scribens* ad Moniales puniendus eſt ut alloquens. Tit.4. §.1, Conſortium. n.19. p.174.
*Scriptura* quandò probet formaliter Hæreticum.Tit.2. §.7. Hæreſis. n.36. p.97.
*Scriptura falſa*. V. *Falſitas*.
*Scriptura Sacra*. V. *Sacra Scriptura*.
Scripturâ deperditâ non poteſt alia nova fieri, continens factum deperditæ. Tit.6. §.1. liter. falſ.n. 6. p.357.
Secùs eſt ſi non eſt ad damnum alterius. ib.
Falſa ſcriptura per quas circumſtantias aggravetur. ibid. n.8. p.357.
Scripturas publicas falſificans quomodò incurrat crimen Læſæ majeſtatis. ib. n.9. p.357.
Earum falſificatio quomodò probetur ib. n.11,& ſeqq. pag.358.
Scriptura obducta atramento perindè eſt, ac ſi eſſet cancellata. ib. n.14. p.358.
Privata ſi falſificetur,quæ pœna debeatur,& quandò. ib.n.47. p.363.
Lacerans ſcripturam privatam quandò,& quomodò puniendus de falſo.ib.n.48, & 49. p.363.
Lacerans publicam quandò puniendus de falſo. ib.n. 48. p.363.
Reus de ſcriptura falſa quomodò probandus. Tit.6. n.19. p.356.
*Secretariū Judicū* quid ſit. T.5.§.6.Revel..n.11.p.322.
*Secretum* ſervandum in electione canonica, & examine Teſtium.T.2.§.1.Apoſtaſia.n.47. p.32.
Si nō ſervetur in ferēdis ſuffragiis læditur libertas.ib.
Secretum,cujus violatio prohibetur,quid ſit, Tit.5.§. 6. Revelatio.n.1.p.321.
Quo jure debeat tegi.ib. num.3. pag.321.
Qui obligentur ad tegendum ſecretum. ib.
Quandò obligetur ad ſecretum quis ex juſtitiâ, & quandò ex charitate. ib. n.3,& 4. p.321.
Ex modo loquendi cognoſcitur,quando amicus vult ſecretum commiſſum conſervari. ib.n.5. p.322.
De jure Divino tenetur quivis tenere ſecretum delictum proximi.ib.n.6. p.322.
Quænam ſint ſecreta tacenda.ib. n.7. p.322.
Secretum commiſſum tacere non tenetur,qui noluit audire ſub obligatione ſecreti. ib.
Secretum Rotæ Romanæ violantes excommunicantur. ib.n.37. p.326.
Secretum amici violans eſt proditor.Tit.7.§.7. Proditor.nu.1.p.455.
*Semen* eſſe animatum,opinio damnata eſt. Tit.4.§.11. *Sodomia*. nu.4. p.255.
Seminis fœminei impetus terminatur ad uterum. ib. n.10. p.256.
Semen mulieris incubæ non poteſt intrare vas ſuccubæ. ib.
*Seminatio mulieris* ſequitur etiam reluctante voluntate. Tit.4.§.5. *Stuprum* n.5. p.215,& 216.
Non eſt neceſſe quod ſit ſimul cum ſeminatione viri, ut ſequatur conceptio. ib.
Seminationis variatio cauſat diſtinctionem ſpecificā delictorum carnis.Tit.4.§.12.Beſtialitas.nu.2.pag. 269.& §.13. *Dæmonialitas*. n.5. p.274.
*Senator* revelans ſecreta Senatus quomodò delinquat. Tit.5. §.6. *Revelatio*. n.12. pag.323.
*Senectus* operatur minorationem pœnæ. Tit.1.§.2. Delicta.n.31. p.11.
*Sententia* ſemper eſt ferenda in delicto etiam ſummariſſimo,& facto notorio.Tit.2.§.2. Inobedientia. n.90. pag.59.
Lata ex falſis probationibus nunquam tranſit in judicatum. Tit 6. n.7. p.353.
Sententia ſivè juſta,ſivè injuſta, ſi eſt de rebus ſpiritualibus vendi nequit ſinè Simonia. Tit.8.§.7. *Simonia*. n.58. p 540.
*Sepelire*. Sepeliri quomodò debeat proprietarius. Tit. 3. §.1. *Proprietas*. n.14, 37,& ſeqq. p.106.& 109.
An res reperta apud proprietarium, quæ pecunia numerata non ſit,debeat ſecum ſepeliri, ib.nu. 39. & 51. p.109,& 111.
Superior ſepeliri faciens proprietarium non ſepultâ pecuniâ an puniendus. ib.n.41. pag.110.
Sepeliri faciens proprietarium in ſacro ad vitandū ſcandalum,non punitur.ib.n.44. p.110.
Sepeliens in ſacro Uſurarium manifeſtum excommunicatur. ib.n.44 pag.110.
Superior ſepeliens proprietarium in ſacro quas pœnas incurrat. ib.
Frater minor repertus proprietarius in pecunia ſufficienti ad mortale ſepeliendus eſt in ſepulturâ aſinorum. ib. n.53. p.111.
Sepeliri debet in profano, qui obiit proprietarius ob donationem alicui factam, non receptis Sacramentis. ib.n.55. p.111.
Sepeliri nequit in ſacro interdictus notorius, licèt non denunciatus.Tit.5 §.1. Omiſſio.nu.12 p 281.
*Septa* Monaſterii ſtrictè ſumpti quæ dicantur. Tit.2. §.1 *Apoſtaſia*.n 22.p.26.
*Sepulcrum*. Sepulcrorum jus ob crimen læſæ majeſtatis à quibus amittatur. Tit.2.§.6. *Læſa* nu.44.p. 90.
*Sepultura*.Sepulturâ Eccleſiaſticâ privātur Hæretici.ib. §.7. *Hæreſis*.n.62.p.101. Item proprietarii. Tit.3. §. 1 *Proprietas* n.14 p 107.Item Uſurarius. ib.§.8. Uſura.n.17.p.167. Item Concubinarius mortuus ſinè pœnitentia.T.4.§.3. *Fornicatio*. num.18.pag. 200.

Sepul-

Digitized by Google

rualibus vendi nequit ſinè Simonia. Tit.8.§.7.
monia. n.58. p.540.
*Sepelire*. Sepeliri quomodò debeat proprietarius. Tit.
3. §. 1. *Proprietas*. n.14, 37, & ſeqq. p.106.& 109
An res reperta apud proprietarium, quæ pro
numerata non ſit, debeat ſecum ſepeliri. ib.n.
& 51. p.109, & 111.
Superior ſepeliri faciens proprietarium non ſe
pecunia an puniendus. ib.n.41. pag.110.
Sepeliri faciens proprietarium in ſacro ad vi
ſcandalum, non punitur. ib.n.44. p.110.
Sepeliens in ſacro Uſurarium manifeſtum ex
municatur. ib.n.44 pag.110.
Superior ſepeliens proprietarium in ſacro quas p
nas incurrat. ib.
Frater minor repertus proprietarius in pecun
ticienti ad mortale ſepeliendus eſt in ſepult
aſinorum. ib. n.53. p.111.
Sepeliri debet in profano, qui obiit proprietarius ob
donationem alicui factam, non receptis Sacra
mentis. ib. n.55. p.111.
Sepeliri nequit in ſacro interdictus notorius, lic
non denunciatus. Tit.5 §. 1. Omiſſio. nu.12 p.
*Septa* Monaſterii ſtrictè ſumpti quæ dicantur. Tit
§. 1. *Apoſtaſia*. n 22. p.26.
*Sepulcrum*. Sepulcrorum jus ob crimen læſæ ma
ſtatis à quibus amittatur. Tit. 2. §6. *Læſa* nu.
90.
*Sepultura*. Sepulturâ Eccleſiaſticâ privatur Hæret
§ 7. *Hæreſis*. n.62. p.101. Item proprietarii.
§ 1 *Proprietas* n.14. p 107. Item Uſurarius
Uſura. n.17. p.167. Item Concubinarius
ſinè pœnitentia. T.4. §. 3. *Fornicatio*. num.
co.

18. p.512.
Quid juris, ſi Sacerdos dicat peccatum à ſe relevatum audiviſſe extrà Confeſſionem ab alio, & hic neget. *ib*. n.19. p. 512.
An ſit Reus facti ſigilli, qui tacitâ perſonâ pœnitentis, ejus circumſtantias aperit, per quas poſſit cognoſci. *ib*. n.20. & ſeqq. p. 512.
*Sigillum Principis* falſificans Clericus debet degradari. *T*. 6. §. 1. *liter. falſif*. n.34. p. 361.
Illud falſificare majus crimen eſt, quàm cudere falſam monetam. ib.
Eo abutens quomodò puniendus. *ib*. n.36. p. 361.
*Sigillum*. Sigilli impreſſio quandò vitiatam ſcripturam arguat. *ibid*. n19. p. 359.
Ejus variatio quandò importet falſitatem in ſcriptura. *ib*. n.22. p. 359.
Illud falſare gravius crimen eſt, quàm falſare literas. *ibi*. n.62. p.364.
Ejus fabricatio eſt de ſe crimen independens ab ejus uſu ad falſitatem. *ibid*. n.63. p.364.
Sigillum Superioris retinere apud ſe, inducit ſuſpicionem falſitatis. *ibid*. n.61. & ſeqq. p. 364.
Hoc retinens torquendus eſt ſuper ejus uſu. *ibi*. n. 64. p. 364. & 365.
Sigillum cujuſcunque habentis officium publicum, nõ poteſt ſinè crimine violari. *ibid*. nu. 68. pag.365.
*Signum* Tabellionatus diverſi reddit ſcripturam ſuſpectam. *Tit*.6. §.1. *liter. falſ*. n.20. p.359.
*Simile* adhæreſcit ſimili. *T*.8. §.6. *Sortilegium*. n.40. p.531.
*Simonia* quid ſit. T.8. §.7. *Simonia*. n.1. p. 536.
Purè mentalis quæ. *ibid*. num.2. p. 536.
Conventionalis quæ ſit. *ibi*. n.3. p. 536.
In ſimonia quãdò interveniat pactũ, aut quaſi pactũ. *ib*.
In ejus diffinitione quid importet temporale pretio

plicem. *ib*.
Comparatur crimini læſæ Majeſtatis. *ib*. n.33. p.541.
Simoniæ pœnæ. *ib*. n.36. & ſeqq. p. 542.
Pœnæ Rei patrãtis ſimoniã prohibitam de jure divino cõferendo, aut recipiendo. *ib*. n.36. & 37. p.542. & 543.
Pacta oneroſa in omni materia beneficiali ſunt ſimoniaca, non ſic gratuita. *ib*. n.41. p.543.
Beneficia ſimoniacè acquiſita antè omnem declarationem ſunt reſignanda. *ib*. n.42. p.544.
Fructus talium beneficiorum ſunt reſtituendi. *ib*.
Pretium quodvis ſimoniacum eſt reſtituẽdũ, & cui. *ib*.
Pœnæ concurrentium ad ſimoniam beneficialem. *ibi*. n.44. p.544.
Pro ingreſſu Religionis quandò incurratur ſimonia. *ib*. n.44. p.544.
Pœnæ dantium, aut recipiendum aliquid prò ingreſſu Religionis. *ib*. n.45. p. 544.
Simonia quotupliciter contingat in dando gradus aut officia in Religionibus. *ibid*. num. 54. & ſeqq. pag.545.
Quomodò incurratur in ſententiando in favorem alicujus. *ib*. n.57. p. 546.
Receptio de bonis Novitii quo caſu ſit ſimoniaca. *ib*. n.64. p.546.
Quomodò Monaſteria poſſidentia poſſunt abſque ſimonia paciſci, aut non cum perſona intrante. *ibid*. n.66. p.547.
Monaſteria non poſſidentia in communi nihil poſſunt recipere ab intrante. *ib*. n.67. p.547.
*Simoniaci* dicuntur primi, ac principales Hæretici. T. 4. §.2. *Sollicitatio*. n.24. p. 192.
Eorum pœnæ ſunt eædem ſivè agatur per inquiſitionẽ, ſivè per accuſationem. *T*.8. §.7. *Simon*. n.46. p.544.
*Socialis vita* quarè ab hominibus inita. *Tit*. 5. §. 6. *Revelatio*. n.32. p.326.
*Socius criminis* in copula venerea quandò probat

Pppp 3 Tit.

T.4.§.4. *Adulterium.n.17.p.*205.
Cum adminiculis facit indicium ad torturam. *ibid. n.19.p.*205.
*Sotius.*V. *Iter.*
*Sodomia* interpretatur *muta. T.4.§.11. Sodomia.num.1. p.*254.
*Sodomia* quid ſit. *Tit.4.§.11. Sodomia.n.2.p.*254.
Committitur tàm cum mare, quàm cum fœmina. *ib.*
Ejus pravitatis perfectio in quo conſiſtat. *ibid. num.3. pag.*255.
Eſt ſpecies homicidii. *ib.n.4.p.*255.
Platonis dictum de eâ. *ibid.*
De eâ antiqui Imperatores Romani diffamati. *ibid.*
Exercita cum perſona conjuncta in gradu ad matrimonium prohibito, an importet circumſtantiam mutantem ſpeciem. *ib.n.5.p.*255.
Inventa à fœminis juxtà quoſdam. *ib.n.6.p.*255.
Inter fœminas inventa fuit à Philene. *ib.n.7.p.*255.
Quomodò poſſit committi à fœminis. *ib.n.8.& ſeqq. pag.*255.
De hac ſi accuſetur fœmina agens, debet viſitari. *ib.n. 24.p.*258.
Quænam fœminæ poſſint eam patrare. *ib.n.19.p.*257.
Quomodò diſcernenda à mollitie inter fœminas. *ibid. num.23.pag.*258.
Eſt crimen mixti fori. *ib.n.25.p.*259.
In Hiſpania ſpectat ad Inquiſitores. *ibid.*
Habet connexionem cum hæreſi. *ib.*
Numquam præſcribitur. *ibid.num.26.p.*259.
Quomodò probetur. *ibid.n.27.& ſeqq. p.* 259.
Ejus ſpecialia. *ibid.n.35.p.*260.
Ejus indicia. *ibid.num.27.& ſeqq. pag.*259.
Dictum ſodomitati quid operetur. *ibid. num.* 30. *& ſeqq. pag.* 259. (corrige in Summ. Creminis, & lege Criminis.)
Sodomitatus per vim non eſt infamis. *ib.n.34.p.*260.
Violentia in hoc caſu non præſumitur, ſed eſt probanda ab allegante. *ibid.*
Vindicatur ut crimen læſæ Majeſtatis. *ib.n.35.p.*260.
Per eam perditur privilegium nobilitatis. *ib. num.*36. *pag.*261.
Ejus pœna. *ibid.num.36.& ſeqq.pag.*261.
An ad ejus pœnam ordinariam requiratur, quod ſit perfectè conſummata. *ib.n.39.& ſeqq.p.*262.
Incepta, licèt non conſummata intrà vas ordinariè punitur. *ibid.num.42.pag.*262.
Inter marem, & fœminam ab aliquibus negatur, ſed contrarium eſt verius. *ibid.num.45.& ſeqq.p.*263.
Execrabiliter committitur cum meretrice; execrabilius cum uxore. *ibid.*
Gravior eſt cum fœmina, quàm cum mare. *ibid.*
In eâ par pœna eſt patientis, & agentis. *ibid. num.* 47. *pag.*263.
Per eam incurritur infamia etiam ab impubere. *ibid. n.48.p.* 263.
Ob eam perditur munus Advocati. *ibid.*
Per eâ nô incurritur bonorû confiſcatio. *ib.n.49.p.*263
Ejus pœna non minuenda ob numerum delinquentium. *ibid.nu.50.p.* 263.
Reus nequit de hac gratiari, neq; ſuper ea côponere. *ib.*
Violenter ſollicitatus de ea quandò poſſit aggreſſorem occidere. *ib.nu.51.p.* 264.
*Sodomita* nequit eſſe Teſtis. *ibi. n.52.p.* 264.
Eſt incapax beneficiorum. *ib.*
Patitur ſeparationem tori ut adulter. *ibid*
Impeditur ne contrahat matrimonium. *ibid.*
Etiam ob unum actum tantùm in foro laico Sodomita comburitur. *ibid. num.62.p.*265.
Clericus ſodomita. V. *Clericus.*
Religioſus ſodomita quomodò torquendus, puniendus, &c. *ib. n.81. & ſeqq. p.*267.
*Solitum* aliquod quandò dicatur. *Tit.4.§.1. Conſortium. num.73.& ſeqq. pag.* 182.*&* 183.
*Sollicitare*, quid importet. *ibid.§.2. Sollicitatio.n.* 1.*p.*188.
Sacerdos fictus, aut verus carens juriſdictione, ſollicitans in Confeſſione non incurrit pœnas ſollicitantium. *ibid.n.10.p.*190.
Sollicitans in Confeſſione ad alia præter luxuriam nô incurrit pœnas ſollicitantium. *ibid.nu.* 12. *pag.*190.
Sollicitans ad lenocinium incurrit pœnas, &c. *ib.n.* 13.*p.*190.
In Confeſſione ſimulata ſollicitans incurrit pœnas, &c. *ibid.n.16.p.* 191.
Intuitu Confeſſionis, licèt poſt eam ſollicitans incurrit pœnas. *ib.n.17.p.*191.
Sollicitans in Confeſſione eſt ſuſpectus de hæreſi. *ibid. n.19.& 20.p.*192.
Quomodò ſollicitans in Confeſſione ſimulatâ injuriâ faciat Sacramento. *ibid. nu.* 21. *p.* 192.
Sollicitatus vir à fœmina ad adulterium non eſt pœnâ ordinariâ puniendus. *T.4.§.4. Adulter.n.49.p.*210.
Sollicitare, & eſſe ſollicitum, quid importet in jure. *T. 4.§.7. Simonia.num.63.pag.* 546.
Sollicitatus ab amaſia ad fugam incurrit tantùm pœnam extraordinariam. T.4.§.7. *Raptus.n.28.p.*230.
*Sollicitatio* ad impudicitiam quomodò diverſificetur in gravitate. T.4.§.2. *Sollicitatio.n.2.p.*188.
Ejus diviſio. *ib.n.3.p.*189.
Ejus gradus extrà Confeſſionem. *ib.n.4.p.*189.
Ejus diffinitio. *ib.n.5.pag.*189.
Eam exercendi in Confeſſione referuntur varii modi. *ibid.num.6.7.14.& ſeqq.p.* 189.*&* 190.
Et ſignis, & factis poteſt exerceri. *ib. nu.8.& 9.p.*189. *&* 190.
Paſſiva comprehendit maſculos, & fœminas. *ib. n.* 11. *p.*190.
Extrà Confeſſionem probatur per Teſtes. *ib. num.* 25. *pag.*193.
In Confeſſione quomodò probetur. *ib.n.29.& ſeqq. p.*193.
Facta ſolis verbis minimam pœnam incurrit. *ibid.n.*37. *p.*195.
Adhærens factis gravius punienda. *ib.n.38.p.*195.
Actus violêtiæ Sollicitationis recenſentur. *ib.n.44.p.*196
Ex quibus circûſtantiis aggravetur. *ib.n.45.& 46.p.*196
*Sollicitus* de bonis Novitii quomodo quis poſſit eſſe. T*it.* 4.§.7. *Simonia.nu.60.pag.*540.
*Solvere* ejus eſt, cujus eſt & ligare. T.4.§.2. *Delicta.n.*43. *& nu.12.& 13.*
*Solvere.*V. *Abſolvere.*
*Sortilegium.* Ejus etymologia. T.4.§.6. *Sortilegium.n.1.p.*523.
Ejus diffinitio difficilis. *ib.*
Procuratur mediis invalidis, & quæ ſint. *ib.n.3.p.*523.
Ejus medium vetitum eſt opera Dæmonis. *ib.n.4.p.*523.
Poteſt committi tàm ad damnum, tùm ad utilitatem. *ibid.n.5.p.*524.
Ejus variæ ſpecies. *ibid.n.6.p.*524.
Ejus medium triplex. *ib.nu.7.pag.*524.
Ejus gravitas ratione mediorum quomodò augeatur. *ib.n.12.pag.*525.
In eo quando nam interveniat Dæmonis invocatio tacita, aut expreſſa. *ib.n.13.& 14.p.*525.

In

Digitized by Google

giæ vltra ſortilegium. *ibi. nu.* 40. *p.* 531.
Sortilegiorum Iudex quis. *ibid. nu.* 43. *& ſeqq. p.* 531.
Eſt crimen mixti fori. *ibi n.* 44. *& ſeqq. pag.* 531. *&* 532
Sortilegus ſi accuſetur de apoſtaſia à fide, ſolus procedit Inquiſitor, ſi de maleficio ſortilego poteſt procedere etiam Iudex laicus. *ibid. nu.* 45. *pag.* 532
Quid agendum à Iudice laico, ſi invenit ſortilegum apoſtataſſe à fide. *ibid.*
Sortilegium de nullo iure eſt reſeruatum Inquiſitori, niſi quando in eo interuenit ſuſpicio hæreſis. *ibid. n.* 44. *& ſeqq. pag.* 531. *&* 532.
Quo caſu ſuſpicio hæreſis ſpectat privativè ad Inquiſitorem in accuſato de ſortilegio. *ibid. n.* 53. *p.* 533.
Sortilegorum pœnæ. *ibi. n.* 58. *& ſeqq. pag.* 534.
Quibus caſibus ſortilegi tradendi ſint morti. *ibid. nu.* 62. *& ſeqq. pag.* 534.
Sortilegia ad amorem mitiùs punienda, & quare. *ibid. num.* 63. *pag.* 535.
Inducentia vehementem ſuſpicionem hæreſis quæ. *ibid. nu.* 66. *pag.* 535.
Quæ requirantur, vt ſortilegus relaxetur brachio ſæculari. *ibid. nu.* 68. *p.* 535.
*Spadonis* copula cum muliere non inducit impedimentum affinitatis. *Tit.* 4. §. 4. *Adulterium. n.* 33. *p.* 207
*Spatium* immunitatis localis Eccleſiaſticæ quod nam ſit. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 20. *p.* 26.
*Specialitas* duplex ex eodem principio derivans in iure non admittitur. *Tit.* 7. § 6. *Aſſaſſinium. n.* 3. *p.* 446
*Spectacula* repræſentare olim Clericis vetitum. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 172. *p.* 46.
Ea repræſentare Regularibus vtile. *ibid.*
*Spirituale* pro puro ſpirituali commutari poteſt: non ſic, ſi habet quid temporale adnexum. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 23. *pag.* 539.
[Statutum] non admittit ſuperfluitatem. *Tit.* 4. § 4. *Adulterium. nu.* 63. *p.* 212.
Eius auctoritas finitur eius cauſa ceſſante. *ibid.* §. 8. *Clauſura. nu.* 57. *p.* 241.
Factum pro cõmuni quiete valet quàmuis iuri cõmuni contrarium. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium. nu.* 4 *p.* 428.
*Stellionatus* quid ſit. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta. nu.* 10. *p.* 9.
Eo delinquit Sacerdos audiens Confeſſiones ſine approbatione. *Tit.* 8. §. 4. *Abuſ. in Confeſ. n.* 7. *p.* 510.
*Stemma* gentilitium debet tolli ob crimen Læſæ Maieſtatis. *Tit.* 2. §. 6. *Læſæ. nu.* 40. *p* 90.
*Sterilitas* medicamentis procurata non importat cenſuram. *Tit.* 7. §. 10. *Abortus. nu.* 30. *p.* 484.
Infert tamen peccatum mortale. *ibid.*
Ad eam cauſandam Medicus dans poculum coniugatę, ne illa periclitetur in partu: peccat. *ibi. n.* 31. *p.* 48.
*Stigmatizatio* in facie. V. *Facies.*
*Stipendium* Miſſæ ob quid detur Sacerdoti. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 12. *pag.* 538.
*Strix.* V. *Saga.* V. *Magus.* V. *Sortilegium.*
*Stuprator* aſſerens, ſe reperiſſe puellam corruptam, debet hoc concludenter probare. *Tit.* 4. §. 5. *Stuprum num.* 10. *p.* 216.
*Stuprum* latè, aut ſtrictè acceptum quid importet. *ibid.* §. 3. *Fornicatio. n.* 8. *p.* 198. *&* §. 5. *Stuprum. n.* 1. *p.* 215.
Quo violatur virgo non viripotens vindicatur pœna capitali. *Tit.* 4. §. 4. *Adulterium. nu.* 64. *p.* 212.
Quomodò probetur. *Tit.* 4. §. 5. *Stuprum. num.* 3. *& ſeqq. pag.* 215.
Iuxtà quoſdam non probatur, ſi fęmina ex congreſſu evaſit prægnans. *ibid. num.* 5 *p.* 215.
Attentatum ſtuprum quomodò puniendum. *ibid. nu.* 23. *pag.* 218.
*Stylus* Curiæ ſeruatur pro lege in interpretatione Bullarum. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. nu.* 49. *p.* 240.


Styli

Digitized by Google

Styli Cancellariæ diverſitas inducit in ſcriptura ſuſpicionem falſi. T.6.§.1 *Litter.falſ.* n.23.p.359.

*Suadere*, & perſuadere quid importent. Tit.3.§.3.*Redituum*. n.12.p.230.

Suadere, aut diſſuadere alicui ingreſſum Religionis quilibet poteſt; non autem aliquam perſonam ad Religionem intrandam, aut relinquendam cogere. Tit.5 §.9. *Suaſio*: n.2.p.346.

Suadere quivis poteſt Novitio, ut de bonis ſuis aliquid ſibi, aut Monaſterio relinquat ibi.n.3.p 346.

Soli Minores hoc ſuadere non poſſunt. ibi.n.4.p.347.

*Suaſio* quid importet ibid. n.22.p.349.

Ut ſit punibilis requirit effectum ſecutum. ibid.n.23. p.350.

Suaſio mala Novitiis facta quomodò probetur. ibid n. 27.p 350.

*Subditus* quo caſu poſſit denegare obedientiam Superiori, qui commiſit crimen, ob quod hic *ipſo facto* à jure privatur Officio. T.1.§.4. *Pœna*. nu. 37.p.20.

Quandò delinquat ſe debitis obligando. Tit. 3. §. 1. *Proprietas*. n.74., & 75.p.114.

Religioſus Officialis ſub qua culpa tenetur rectè adminiſtrare bona Conventus. Tit.3.§ 7. *Dilapidatio*. n.32.p. 162.

De qua culpa tenetur diſſipádo res ſuo uſui cóceſſas. ibi.

Subditi aliquandò poſſunt ſupplere negligentiam Prælati. Tit.4.§.8. *Clauſ.* n.46 p.239.

Subditus Religioſus eſt ut filius familias. Tit. 7. §.3. *Provocat*. n.90.p.415. (leges p.115., ſed pone 415.

*Subornatio* quomodò diffiniatur. Tit.5.§.8. *Subornatio*. n. 1., & 2.pag.337.

Quotupliciter contingat. ibid. n.3.p.337.

Subornans Teſtem tenetur de falſo. ibid.n.5.p.337.

Subornationis delictum eſt perfectum, quamvis dictum ſubornati nulli noceat. ibid.n.6.p.337.

Subornatio multis modis poteſt fieri, & quibus. ibi. n.7.p 337.

Subornans Teſtem, effectu non ſecuto, extraordinariè puniendus. ibid n.9.p.337.

Subornans Teſtem ad deponendum ſuper veritate facti, cui hic non interfuit, perindè eſt, ac ſi ſubornaret ad deponendum falſum. ibid.n.10.p.338.

Subornator non eſt, qui dat pecuniam Teſti, qui nollet examinari, ut veritatem deponat. ibi.n 11.p. ibi.

Subornatio in electionibus quotupliciter fiat. ibid. n. 13.p.338.

Subornatio eſt, quæ fit ad electionem digni, quàm ut eligatur indignus. ibid. n.15, & ſeqq. p. ibid.

Quarè ſit vetita ſubornatio. ibi.n. 18.p.339.

Hoc crimen completur, licèt ſecutus ſit effectus contrarius intentioni ſubornantis. ibi.n.20.p.339., & n.25.49., & ſeqq.p.340., ac 343., & n.59.p.344.

Ad quæ officia ſe extendat prohibitio ſubornationis in electionibus. ibid. num.21., & ſeqq.p.339.

Subornantium artes deſcribuntur. ibi.n.25. p. 340.

Subornatio, quæ fit à Præſidentibus ad electiones ſunt efficaciores. ibid. num.26., & 27. p 340.

Quomodò probetur. ibid.n.28, & ſeqq.p.340.

Indicia ſubornationis in Teſte. ibid.

Pœnæ Statutariæ ſubornantium percutiunt Reum, quandò Teſtis ſubornatus falſum dicit; aut verum tacet, vel revocat in damnum tertii. ibi. num.41. p. 342.

Laudes, ac vituperationes falſæ, quæ ſunt media ſubornationis examinantur. ibi.nu. 52., & ſeqq.p 343.

Si aliquis, congregato Capitulo, accuſatur de ſubornatione quid agendum. ibid.n.62. p. 344.

Si ſubornatio fieret à Præſide Capituli quid juris, ibi n.64. p. 345.

*Superfluitas* non admittitur in lege, aut Statuto Tit. 4.§ 4. *Adulter*.n.63.p.212.

*Superior*. V. *Prælatus*.

Superior deſignat limites clauſuræ. Tit. 2. §. 1. *Apoſtaſia*. nu. 24.pag. 27.

Licentians Subditum ad aliquem locum ultrà facultatem, quandò ſit puniendus tùm ipſe, tùm Subditus. ibi n.156 p. 44.

Superior nullus in viſitatione paſtorali, aut in foro paterno poteſt recuſari ut ſuſpectus. Tit. 2. §. 2. *Inobedientia*. n.120 p.62.

Quandò teneatur inquirere de conſpiratione. ibid.§. 4. *Conſpiratio*. nu.25.p.73.

Superior localis quandò delinquat contrahendo debita. *Tit*.3.§.1.*Proprietas*. n.73 p 114.

Ex juſta cauſa poteſt diſpenſare in præceptis Regulæ. ibi. §.2. *Pecunia*. n.51.p.123.

Poteſt diſpenſare pro ſe, quod diſpenſat pro aliis. ibi. n.53.p.124.

*Suppletio* pœnarum non practicatur, in delictis mixti fori Tit.1.§.4. *Pœna*. n.30.p.19.

*Suſpectus* de hæreſi de levi, aut de vehementi quis dicatur, *Tit*.2.§.7. *Hæreſis*. n.8., & ſeqq. p.92.

Suſpectus de peculatu removendus eſt ab Officio. Tit. 3.§.7 *Dilapidatio*. nu.18.p.160.

Suſpecti vehementer de fide qui ſint. Tit.4. §.2. *Sollicitatio*. n.23.p.192.

Suſpecta domus quæ dicatur, & de crimine intrantis in domus ſuſpectas T.4.§.1.*Conſ*.n.87., & ſeqq.p 184.

*Suſpectum conſortium* quomodò probandum Tit.4.§. 1. *Conſortium*. n.22., & ſeqq.p.175.

Ut crimen evadat quid requiritur. ibi.nu.4.p.171.

Ex quibus actibus emergat. ibid.n.5., & 6.p.171.

Quatuor actus nimiæ familiaritatis requiruntur ad illud probandum. ibid.n.8.p.171.

Ejus indicia remota, proxima, & violenta. ibid. n. 9.p.172.

In ſuſpecto conſortio non proceditur per inquiſitionem. ibid.n.20.p.174.

Hoc fallit inter Regulares. ibid.n.21.p. 175.

Ejus pœnæ. ibid.n.29.p.177.

A Tridentino Clericis prohibitum. ibid.n.30., & ſeqq. p.178.

Poteſt eſſe cum multis perſonis ſicut cum una. ibi.nu. 32.p.178.

De eo notatus quis dicatur. ibi.n.46.p. 180.

In eo diverſitas perſonarum non facit, quod [illegible] non ſit crimen. ibi.

De eo emendatus, ſi reincidat, debet denuò moneri. ibid. n.56.p.181.

In eo quis ſit *modus delicti* ad pœnam augendam, ibi n.57., & 58.p.181.

Aliquandò indicia ſuperant rationem ſuſpecti cóſortii. ibi.n.60.p.181.

*Suſpenſio* eſt primus gradus pœnarum canonicarum. Tit. 1.§.4. *Pœna* n.18.p.18.

*Suſpicio* levis, vehemens, aut violenta de hæreſi quæ nam ſit. Tit.2.§.7.*Hæreſis*. n.9.p.92.

Dilapidationis quomodò probetur. Tit.3.§.7. *Dilapidatio*. n.13.p.159.

Suſpicio legitima mali quoad incontinentiá a quo deducenda. T.4.§.1.*Conſort*.n.2.p.170.

Quandò evadat rationabilis. ibid.

Suſpi-

Digitized by Google

in domus ſuſpectas [illegible]
Suſpectum conſortium quomodò probandum Tit. 4. §.
Conſortium. n. 28., & ſeqq. p. 175.
Ut crimen euadat quid requiratur. ibid. nu. 4. p. 171.
Ex quibus actibus emergat. ibid. n. 5., & [illegible]
Quatuor actus nimiæ familiaritatis requirantur [illegible]
ad probandum. ibid. n. 8. p. 171.
Ejus indicia remota, proxima, & violenta. ibid.
9. p. 172.
In ſuſpecto conſortio non proceditur per inqui
nem. ibid. n. 20. p. 174.
Hoc fallit inter Regulares. ibid. n. 21. p. 175.
Ejus pœna. ibid. n. 29. p. 177.
A Tridentino Clericis prohibitum. ibid. n. 30. [illegible]
p. 178.
Poteſt eſſe cum multis perſonis ſicut cum una. ibid.
32. p. 178.
De eo notatus quis dicatur. ibi. n. 46. p. 180
In eo diverſitas perſonarum non facit, quod non
ſit crimen. ibi.
De eo emendatus, ſi reincidat, debet denuo moneri
ibid. n. 56. p. 181.
In eo quis ſit modus delicti ad pœnam augendam. ibid.
n. 57., & 58. p. 181.
Aliquandò indicia ſuperant rationem ſuſpecti con
tii. ibi. n. 60. p. 181.
[illegible] eſt primus gradus pœnarum canonicarum. T
1. §. 4. Pœna n. 18. p. 18.
[illegible] levis, vehemens, aut violenta de hæreſi
nam ſit. Tit. 2. §. 7. Hæreſis. n. 9. p. 93.
[illegible] lapidationis quomodò probetur. Tit. 3. §.
[illegible] idatio. n. 13. p. 159.
[illegible] picio legitima mali quoad incontinentiam
[illegible] ucenda. T. 4. §. 1. Conſort. n. 2. p. 170.
[illegible] ndò evadat rationabilis. ibid.

[illegible] aggrauat delictum. Tit. 4. §. 8. Clauſura.
num. 71. pag. 243.
Tempus animationis fœtus quodnam ſit. Tit. 7. §. 10.
Abortus. num. 10. et ſeqq. pag. 479.
Tempus conceptionis quomodò probari poſſit. ibid.
nu. 16. pag. 480.
Idem tempus non poteſt aſſignari formationi omnium
fœtuum. ibid num. 17. pag. 481.
Tenere importat nudum factum. Tit. 7. §. 1. Armorum.
nu. 29. p. 398.
Tenere, habere, & poſſidere idem important. ibid.
Tenere arma quid ſignificet. ibid.
Tenere arma quibus in caſibus ſit crimen. ibid. num.
30. pag. 398.
Terminus competens ad comparendum quis Tit. 2. §. 2.
Inobedientia. num. 28. pag. 53.
Terminus legalis ad comparendum eſt viginti millia-
rium pro quolibet die. ibid.
Terminus nimis brevis inualidat citationem. ibid.
Tertiarius introducens fœminas intrà clauſtra non incur-
rit pœnas Bullæ. Tit. 4. §. 8. Clauſura. nu. 55. p. 241.
Vivens in Conuentu cenſetur perſona Eccleſiaſt. ibid.
Non eſt verè perſona Religioſa ibid. nu. 59. p. 242.
Copulam habens cum Tertiaria, an committat ſacri-
legium. ibid. §. 9. Sacrilegium. nu. 5. & 10. p. 246.
Tertiariæ habentes votum ſolemne caſtitatis fuerunt
clauſuratæ, aut ſæcularizatæ. ibid. nu. 7. p. 246.
Tertiariæ viventes cœlibes in ſuis domibus, dubium eſt,
an ſint perſonæ Religioſæ. ibi. nu. 8. & 9. p. 246.
Tertiariæ, non ſunt perſonæ ſacræ. ibid. nu. 10. p. 246.
Legatum factum puellæ, ſi monachabitur, debetur ei,
ſi fiat Tertiaria. ibid. nu. 8. pag. 245.
Teſtamentum, niſi facta reſtitutione vſurarum, nequit
concedere vſurarius. Tit. 3. §. 8. Vſura. nu. 18. p. 168.
Teſtamentũ viventis recitans, aut reſignans Notarius

Singulares teſtes probant Vſurarium. Tit. 3. §. 8.
Vſura. nu. 9. pag. 166.
Item probãt delicta iterabilia. Tit. 4. §. 1. Conſortium
nu. 22. p. 175.
Vt teſtes ſigulares conuincant Reum ad pœnam ordi-
nariam, debent eſſe quatuor. ibid. §. 2. Sollicitat.
nu. 34. pag. 194.
Teſtis vnicus cum adminiculis probat morbum gal-
licum contractum ex coitu. ibid. §. 1. Conſortium.
nu. 106. & 107. p. 186. & 187.
Teſtis vnicus ſufficit ad probandum, quod Concubi-
narius dedit ſignum contritionis, vt poſſit ſepeliri
in ſacro. ibid. §. 3. Fornicatio. num. 18. pag. 200.
Deponens vidiſſe pudenda in pudendis eſt ſuſpectus
de falſo. ibid. §. 4. Adulterium. nu. 2. p. 202.
Deponens vidiſſe virum ſupra feminam, niſi teſtifice-
tur de actibus venereijs, non probat copulam. ibid.
num. 3. pag. 202.
Teſtes non dicuntur ſingulares ob diverſitatem tem-
poris reſpectu actus continui, aut ſucceſſiui. ibid.
nu. 4. pag. 202.
Probantes de viſu, aut de auditu immediato ea, quæ
neceſſario ſequuntur copulam, probant copulam
conſummatam. ibid. num. 5. pag. 202.
Domeſtici admittuntur ad probandum ſtuprum. ibid.
§. 5. Stuprum. nu. 4. pag. 215.
Probantes coitum coniunguntur cum alijs, qui pro-
bant parentellam, ad probandum inceſtum. ibid.
§. Inceſtus num. 7. pag. 220.
Teſtes revelantes ſuum examen ſecretò factum quo-
modò puniendi. Tit. 5. §. 6. Revelatio. nu. 10. p. 322.
Teſtis periurus quomodò probetur. ibid. §. 7. Periu-
rium. nu. 22. pag. 332.
An periurus ſit extrajudicialiter dicens contrarium
depoſito in iudicio. ibid. nu. 21. & 22. pag. 332.
Periu-

Digitized by Google

Quomodò poſſit eſſe concubinarius. ib. §. 3. *Fornicatio*. n. 24. p. 200.
Coiens cum meretrice maritata pœnâ adulterii puniendus eſt. ib. §. 4. Adulterium. nu. 37. p. 207.
Proprietarius in procurando adulterio graviùs puniendus, quàm ſimplex adulter. ib. n. 50. p. 210.
Percutiens Clericum ſæcularem, aut Religioſum alterius Ordinis à quo abſolvendus. T. 7. §. 3. *Provocatio*. n. 88, & ſeqq. p. 415. (corrige p. 115.
Subditus eſt, ut filius familias. ib. n. 90. p. 415.
Sinè conſenſu Superioris non poteſt propriam iniuriam extrà ſuum Ordinem proſequi. ib. n. 94. p. 416.
Quivis Religioſus ſpecialiter prohibetur vacare negotiis ſæcularibus. Tit. 9. §. 8. *Artium*. num. 4. p. 598.
Non poteſt eſſe Judex de rebus ſæcularibus. ib. n. 5. p. 598.
Componens, & vendens medicamenta quibus in caſibus, & quibus pœnis puniendus ultrà ſtatutarias. ib. n. 38. p. 603.
Exercendo Medicinam quandò nam effugiat pœnas Statuti. ib. n. 39. p. 603.
Quo caſu poſſit à Provinciali carcerari. ib. nu. 42. p. 603.
*Reliquiæ* Sanctorum venerandæ ſunt poſt Euchariſtiam. Tit. 3. §. 6. Furtum. n. 32. p. 149.
Vendi non poſſunt abſquè Simonia. ib.
In earum furto quandò debeatur mors, aut non. ib. n. 33. p. 150.
*Remiſſio* Rei ad alium Judicem quandò fiat. Tit. 6. §. 1. liter. falſ. n. 42. p. 362.
*Denunciatio* temporalium quid importet in paupertatis religioſæ voto. T. 3. §. 1. *Proprietas*. nu. 5. p. 104.
*Requiſitionum Magiſtri* qui dicantur. Tit. 6. §. 4. *Alchimia*. n. 22. p. 385.
*Res* quid importet. T. 2. §. 1. *Apoſtaſia*. n. 88. p. 36.
Res poſſeſſa pretio æſtimabilis eſt pecunia. Tit. 3. §. 2. *Pecunia*. n. 3. & 7. p. 117.
Res non dicitur inventa, niſi apprehendatur. T. 7. §. 1. *Armorum*. n. 14. p. 395.
Nomine *res* quid veniat. Tit. 8. n. 3. p. 493.
Res ſacra quid importet. ib. n. 4. p. 493.
Res ſacra ut reddatur quid requiritur. ib.
*Res* V. *Bona*.
*Reſcripto* falſo utens debet probare, à quo illud habuerit. Tit. 3. §. 6. *Furtum*. n. 9. p. 145.
Reſcriptum notabile ſenatus Mediolanenſis. Tit. 4. §. 4. Adulterium. n. 64. p. 212.
*Reſidentia*. Ejus neglectus quod crimen ſit. Tit. 9. §. 9. *Reſidentia*. n. 1. p. 605. (leges. p. 518, ſed corrige, & pone pag. 605.)
Ejus obligatio eſt fundata ſuper cura animarum. ib. n. 2. p. 605.
Ob quas cauſas diſpenſetur. ib. n. 4. p. 605.
Ejus neglectus quomodò probetur. ib. n. 7. p. 606.
Eſt de jure divino, ſuper quo non poteſt Papa ſinè cauſa diſpenſare. ib. n. 17. p. 607.
Eam negligentiũ pœnæ. ib. n. 8, & ſeqq. p. 606, & 607.
*Reſtitutio* fructuum beneficii facienda ob omiſſionem divini Officii eſt pœna conventionalis. Tit. 5. §. 1. Omiſſio. n. 13. p. 281.
*Reſtitutio famæ* V. *Satisfactio*.
*Retrotractio* pœnæ latæ ſententiæ quando fiat. Tit. 1. §. 4. *Pœnarum* n. 34. p. 20.
Quos actus invalidet. ib.
*Revelans* alicui occultum alterius crimen ſub ſigillo naturali an delinquat, ſi illud probare nequit. Tit. 5. §. 3. *Infamatio*. n. 41. p. 303.
Revelans alterius peccatum grave, & occultum peccat mortaliter, licet uni tantùm revelet. ib.
Revelans crimen, quod audivit ſub ſigillo naturali, puniendus eſt. ib. n. 43. p. 303.
Revelans ſecretum amici privati committit crimen falſi, & dicitur fraudulentus, & infidelis. ib. §. 6. *Revelatio*. n. 8. p. 322.
Revelans ſecretum Principis eſt Reus Læſæ Majeſtatis. ib.
Notarius revelans ſecretum Judicis, aut partis de quo crimine tenetur. ib. n. 9. p. 322.
Provinciales, ac Viſitatores revelantes audita in viſitationibus; ac Diffinitores revelantes acta ſecreta Diffinitorii quomodò delinquãt. ib. n. 12. p. 323.
Revelans Prælatus ſecretas denunciationes habitas in viſitatione prodit fidem publicam. ibid. num. 13. pag. 323.
Sacerdos revelans Confeſſionem Sacramentalẽ atrociſſimè delinquit. ib. n. 14. p. 323, & nu. 41. p. 327.
Revellanti ſecretum amici *eſt infamis*, & quomodò. ib. n. 32. p. 326.
Talis qua pœna puniendus. ib. n. 33. p. 326.
Revelans ſecretum Principis quomodò puniendus. ib. n. 34. p. 326.
Auditores revelantes ſecreta Rotæ Romanæ excommunicantur. ib. n. 37. p. 326.
Secreta S. Officii revelantes excommunicantur. ib. n. 38. p. 326.
Cardinales revelantes ſecreta Conſiſtorii quas pœnas incurrant. ib. n. 39. p. 327.
Diſquiſitores revelantes vota Capitularium quomodò puniendi. ib. n. 54, & ſeqq. p. 328.
*Revelatio ſecretorum* quotupliciter contingat, & aggravetur. ib. n. 2. p. 321.
Revelatio ſecretorum Ordinis quomodò accidat, & puniatur. ib. n. 50, & ſeqq. p. 328.
*Revelatio Confeſſionis Sacramentalis* quomodò probetur. Tit. 5. §. 6. *Revelatio*. n. 23, & ſeqq. p. 324.
Quandò ſpectet ad Inquiſitores, & quandò ad alios Prælatos. ib. n. 42. p. 327.
*Revelatio Confeſſionis. V. Abuſ. in Confeſſ. V. Sigillum Sacramentale*.
*Reus* quomodo, & à quo petere poteſt abolitionem criminis. Tit. 1. §. 2. *Delicta*. n. 45. p. 13.
Punitus à Judice loci delicti nequit ab alio *Judice* moleſtari. ib. n. 56. p. 14.
Damnatus à Judice laico adhuc puniri poteſt ab Eccleſiaſtico. ib.
Qui nulla pœnam ſubiit in uno foro poteſt in alio puniri. ib. n. 57. p. 14.
Gratiatus a Principe non poteſt moleſtari. ib.
Ipſi non dandum juramentum contrà ſe. ib. §. 4. Pœnæ. n. 21. p. 18.
Ipſum non ſufficientes punitum ab Eccleſiaſtico poteſt Judex laicus punire. ib. n. 30. p. 19.
Ipſi quando danda pœnæ optio. ib. n. 39. p. 20.
Reo negativo, & torto juxtà valorem indiciorum nulla pœna datur. T. 2. §. 7. *Hæreſis*. n. 46. p. 99.
Deponendo contrà ſe ſuper jure nihil probat contrà ſe. Tit. 5. §. 2. *Blaſphemia*. n. 36. p. 289.
Convictus de compoſitione libelli famoſi torquẽdus eſt, ut aperiat, contra quem compoſuit illum. ib. §. 5. *Libellus*. n. 5. p. 310.
Pejerans in cauſa criminali non punitur de perjurio.


Digitized by Google

Cardinales revelantes ſecreta Conſi[illegible] nas incurrant. ib. n.39. p.327.
Diſquiſitores revelantes vota Capitularia [illegible] modò puniendi. ib. n.54, & ſeqq. p.328
*Revelatio ſecretorum* quotupliciter conting[illegible] vetur. ib. n.2. p.321.
Revelatio ſecretorum Ordinis quomodò [illegible] puniatur. ib. n.50, & ſeqq. p.328.
*Revelatio Confeſſionis Sacramentalis* quomodò p[illegible] tur. Tit.5.§.6. *Revelatio*. n.23, & ſeqq. p.324.
Quandò ſpectet ad Inquiſitores, & quandò ad Prælatos. ib. n.42. p.327.
*Revelatio Confeſſionis*. V. *Abſ. in Confeſſ*. V. *Sig*[illegible] *Sacramentale*.
*Reus* quomodo, & à quo petere poteſt abolitio[illegible] criminis. Tit.1. §.2. *Delicta*. n.45. p.13.
Punitus à Judice loci delicti nequit ab ali[illegible] moleſtari. ib. n.56. p.14.
Damnatus à Judice laico adhuc puniri poteſt ab Ec[illegible] cleſiaſtico. ib.
Qui nulla pœnam ſubiit in uno foro [illegible] in ali[illegible] puniri. ib. n.57. p.14.
Gratiatus à Principe non poteſt moleſtari. ib.
*Ipſi non dandum juramentum contra ſe*. ib. [illegible] Pœnæ. n.21. p.18.
[illegible]pſum non ſufficientes punitum ab Eccleſiaſtico [illegible] teſt Judex laicus punire. ib. n.30. p.19.
[illegible]ſi quando danda pœnæ optio. ib. n.39. p.20
[illegible]o negativo, & torto juxta valorem [illegible] nulla pœna datur. T.2.§.7. *Hæreſis*. n.46. p.9[illegible]
[illegible]ponendo contrà ſe ſuper jure nihil probat[illegible] Tit.5.§.2. *Blaſphemia*. n.36 p.289.
[illegible]victus de compoſitione libelli famoſi [illegible] [illegible]ſt, ut aperiat, contra quem compoſuit [illegible] *Libellus*. n.5. p.310.
[illegible]rans in cauſa criminali non punitur [illegible]

Non habens juriſdictionem, & abſolvens à venialibus non conficit Sacramentum. *ibid.*

*Vſurpans* Curam animarum, aut munus Confeſſarii falſis patentibus quomodò puniendus. *T.6.§.1. liter. falſ. num.39. pag.* 362.

Sacerdoti celebranti ob quid detur ſtipendium. *Tit.*8. §.7. *Simonia. n.*12. *p.* 538.

*Sacerdos*, V. *Miſſa*.

*Sacraměta* vědi nō poſſunt. T.8.§.7. *Simonia. n.13. p.*538.

*Sacra ſcriptura* verbis abutens blaſphemus eſt. Tit.5.§.2. *Blapphemia. num.*7. *pag.*286.

Ejus encomia. *ib.*

*Sacra ſcriptura*. V. *Abuſus*.

*Sacratum* ſemel Deo profanari nequit. *Tit.4.§.9. Sacrilegium. n.9. p.246.*

*Sacrum*. Sacra res quid importet. *T.8. n.4. p.* 493.

Vt talis reddatur quid requiritur. *ib.*

Imperator, & Rex ſacri ſunt. *ib. n.* 5. *p.* 493.

*Sacrilegium*. Ejus nomen convenit multis criminibus. *T. 4.§.9. Sacrilegium. n.* 1. *p.*245.

Cum Moniali quid propriè ſit, *ibi. n.* 2. *p.* 245.

Ejus etymologia. *ib.*

Theologicum, & legale quodnam ſit. *ib. n.3. p.* 246.

Non eſt quævis immunditia cum fœmina ſacra. *ib. nu. 4. p.*246.

Sacrilegium non eſt copula cum Tertiaria, aut Moniali novitia. *ibi. n.* 10. *p.* 246.

Cum Moniali quomodò probetur. *ibid. n.* 13. *& ſeqq. pag.* 247.

In caſu imputati ſacrilegii cum Moniali, hæc non eſt viſitanda. *ibid. n.13. p.* 247.

Ex ſola præſumptione ſacrilegii non poteſt quis damnari ad mortem. *ibid.* nu. 14 pag. 247.

Ejus pœnæ. *ib. n.*15. *& ſeqq. p.* 248.

Cū Moniali, etiā deflorata punitur morte. *ib. n.15. p.* 248.

*Saga*. Quomodò Sagæ ludis nocturnis cum Dæmonibus conveniant. T[illegible] *pag.*274.

Quomodò miſceantur carnaliter cum Dæmonibus. *ibi. n.*12. *p.*275.

Quo pacto profiteantur famulatum Diabolo. *ib. n* 13. *& ſeqq. p* 275.

Aliquando deprehenſæ in concubitu cum Dœmone. *ib. n* 33 *p.*277.

De penis ſagarum remiſſivè *ib. n* 37 *p.*277.

*Saga*. V *Magus*. V. *Strix*,

*Samaritani* qui fuerint. T 2.§.5 *Schiſma n* 5. *p.76*,

*Sanguis* quod fundatur non eſt de formali ratione homicidii. T.7.§.5. *Homicidium. n.65. p.*439.

*Sappho*. Poetria diffamata de Sodomia cum feminabus. T.4 §.11. *Sodomia. n.6. & 20. p.*255. *&* 257.

*Sardinia* venit nomine Italiæ etiam in odioſis. *T. 6. §. 3. Falſificatio. n.*50. *p.*381.

*Sathan*. V. *Dæmon*. V. *Diabolus*.

*Satisfactio* parti eſt prima pœna calumniatoris. T.5. §.4. *Calumniatio. n.*11. *p.*307.

Quæ ſatisfactio debeatur inter Sæculares, & quæ inter Regulares. *ib.*

Qualis danda ſit ab Auctore libelli famoſi. *ib. §. 5. Libellus. n.*71. *&* 72. *p.*320.

*Saxa* veniūt nomine armorū. T.7.§.4. *Duellū. n.*52. *p.*425.

*Scandalum* reddit delictum gravius. T.1.§.2. *Delicta. n.*28. *p.*11.

Ex ſe crimen eſt. *ib.*

Ne ſequatur, multa permittuntur. *ib.*

Ut vitetur, multa omitti debent, ſi non involvant peccatum. T.3.§.1. *Proprietas. n.44. p.* 110.

*Schiſma* quid ſignificet. T.2.§.5. *Schiſma. n.1. p.* 76.

Ejus diffinitio. *ib. n.* 2. *p.*76.

Poteſt eſſe cum, vel ſinè errore in intellectu. ib. nu. 3. p.76.


Pppp 2 Datur

Digitized by Google

Datur in quovis corpore morali. ib. num.4. pag.76.
Frequentiùs ſuccedit in electionibus. ib. nu.5. p.76.
De eo nequit conſtare, niſi conſtet de ejus cauſâ. ib. n.6. p.77.
Schiſma nō eſt ſeparatio à malè vivētibus. ib. n.7. p.77.
A' quo conſtituitur. ib. n.8. p.77.
Eſt crimen atrox. ib.

*Schiſmatici* contrà Papam ſunt excommunicati: contrà Epiſcopos ſunt excōmunicandi, ib. n.11. p.78.
Notorii ſunt infames. ib. n.12. p.78.
Eorum pęnę. ibid. nu.9. & ſeqq. p.78.

*Scholares* Societatis Jeſu, qui bina vota emiſerunt contrahentes matrimonium nulliter contrahunt. Tit. 8. §. 5. Abuſ. in matr. nu.5. p.517.

*Scientia criminalis* magis neceſſaria, utilior, & dignior quàm civilis. Tit.1. n.5. p.1.
Hanc ſcire tenentur Prælati Regulares. ib. n.8. p.2.
*Scientia* V. *Juriſprudentia*.
Scientia Canonica quid reſpiciat. Tit.3. §.8. Uſura. n.5. p.165. (corrige in V. difficultas, n.3. & pone n.5.
Scientia quandò requiritur a lege, aut ſtatuto debet concludenter probari. Tit.5. §.3. *Infamatio* n.27. pag.301.
Scientia verą & non præſūpta in delictis punitur. ib.
*Sclopus* dicitur inventum diabolicum. Tit.7. §.1. *Armorum*. nu.6. p.393.
Delictum quodvis ſclopo exploſo commiſſum dicitur atrox. ibid.
*Scribens* ad Moniales puniendus eſt ut alloquens. Tit.4. §.1. Conſortium. n.19. p.174.

*Scriptura* quandò probet formaliter Hæreticum. Tit.2. §.7. Hæreſis. n.36. p.97.
*Scriptura falſa*. V. *Falſitas*.
*Scriptura Sacra*. V. *Sacra Scriptura*.
Scripturâ deperditâ non poteſt alia nova fieri, continens factum deperditæ. Tit.6. §.1. liter. falſ. n. 6. p.357.
Secùs eſt ſi non eſt ad damnum alterius. ib.
Falſa ſcriptura per quas circumſtantias aggravetur. ibid. n.8. p.357.
Scripturas publicas falſificans quomodò incurrat crimen Læſæ majeſtatis. ib. n.9. p.357.
Earum falſificatio quomodò probetur ib. n.11. & ſeqq. pag.358.
Scriptura obducta atramento perindè eſt, ac ſi eſſet cancellata. ib. n.14. p.358.
Privata ſi falſificetur, quæ pœna debeatur, & quandò. ib. n.47. p.363.
Lacerans ſcripturam privatam quandò, & quomodò puniendus de falſo. ib. n.48. & 49. p.363.
Lacerans publicam quandò puniendus de falſo. ib. n. 48. p.363.
Reus de ſcriptura falſa quomodò probandus. Tit.6. n.19. p.356.

*Secretariū Judicū* quid ſit. T.5. §.6. Revel. n.11. p.322.

*Secretum* ſervandum in electione canonica, & examine Teſtium. T.2. §.1. Apoſtaſia. n.47. p.32.
Si nō ſervetur in ferēdis ſuffragiis lęditur libertas. ib.
Secretum, cujus violatio prohibetur, quid ſit. Tit.5. §. 6. Revelatio. n.1. p.321.
Quo jure debeat tegi. ib. num.3. pag.321.
Qui obligentur ad tegendum ſecretum. ib.
Quandò obligetur ad ſecretum quis ex juſtitiâ, & quandò ex charitate. ib. n.3. & 4. p.321.
Ex modo loquendi cognoſcitur, quando amicus vult ſecretum commiſſum conſervari. ib. n.5. p.322.
De jure Divino tenetur quivis tenere ſecretum delictum proximi. ib. n.6. p.322.
Quænam ſint ſecreta tacenda. ib. n.7. p.322.
Secretum commiſſum tacere non tenetur, qui noluit audire ſub obligatione ſecreti. ib.
Secretum Rotę Romanę violantes excommunicantur. ib. n.37. p.326.
Secretum amici violans eſt proditor. Tit.7. §.7. Proditor. nu.1. p.455.

*Semen* eſſe animatum, opinio damnata eſt. Tit.4. §.11. *Sodomia*. nu.4. p.255.
Seminis fœminei impetus terminatur ad uterum. ib. n.10. p.256.
Semen mulieris incubæ non poteſt intrare vas ſuccubæ. ib.

*Seminatio mulieris* ſequitur etiam reluctante voluntate. Tit.4. §.5. *Stuprum* n.5. p.215. & 216.
Non eſt neceſſe quod ſit ſimul cum ſeminatione viri, ut ſequatur conceptio. ib.
Seminationis variatio cauſat diſtinctionem ſpecificā delictorum carnis. Tit.4. §.12. Beſtialitas. nu.2. pag. 269. & §.13. *Dæmonialitas*. n.5. p.274.

*Senator* revelans ſecreta Senatus quomodò delinquat. Tit.5. §.6. *Revelatio*. n.12. pag.323.

*Senectus* operatur minorationem pęnę. Tit.1. §.2. Delicta. n.31. p.11.

*Sententia* ſemper eſt ferenda in delicto etiam ſummariſſimo, & facto notorio. Tit.2. §.2. Inobedientia. n.90. pag.59.
Lata ex falſis probationibus nunquam tranſit in judicatum. Tit 6. n.7. p.353.
Sententia ſivè juſta, ſivè injuſta, ſi eſt de rebus ſpiritualibus vendi nequit ſinè Simonia. Tit.8. §.7. *Simonia*. n.58. p.540.

*Sepelire*. Sepeliri quomodò debeat proprietarius. Tit. 3. §.1. *Proprietas*. n.14. 37. & ſeqq. p.106. & 109.
An res reperta apud proprietarium, quæ pecunia numerata non ſit, debeat ſecum ſepeliri, ib. nu. 39. & 51. p.109. & 111.
Superior ſepeliri faciens proprietarium non ſepultā pecuniā an puniendus. ib. n.41. pag.110.
Sepeliri faciens proprietarium in ſacro ad vitandū ſcandalum, non punitur. ib. n.44. p.110.
Sepeliens in ſacro Uſurarium manifeſtum excommunicatur. ib. n.44. pag.110.
Superior ſepeliens proprietarium in ſacro quas pœnas incurrat. ib.
Frater minor repertus proprietarius in pecunia ſufficienti ad mortale ſepeliendus eſt in ſepulturâ aſinorum. ib. n.53. p.111.
Sepeliri debet in profano, qui obiit proprietarius ob donationem alicui factam, non receptis Sacramentis. ib. n.55. p.111.
Sepeliri nequit in ſacro interdictus notorius, licèt non denunciatus. Tit.5 §.1. Omiſſio. nu.12 p.281.

*Septa* Monaſterii ſtrictè ſumpti quæ dicantur. Tit.2. §.1. *Apoſtaſia*. n 22. p.26.

*Sepulcrum*. Sepulcrorum jus ob crimen læſæ majeſtatis à quibus amittatur. Tit.2. §.6. *Læſa* nu.44. p. 90.

*Sepultura*. Sepulturâ Eccleſiaſticâ privātur Hęretici. *ib.* §.7. *Hæreſis*. n.62. p.101. Item proprietarii. *Tit.3.* §. 1 *Proprietas* n.14 p 107. Item Uſurarius. ib. §.8. Uſura. n.17. p.167. Item Concubinarius mortuus ſinè pęnitentia. T.4. §.3. *Fornicatio*. num.18. pag. 200.


Sepul-

Digitized by Google

Sepulturæ locum concedentes Minores in ſua Eccleſia alicui familiæ non alienant dominium ejus. *ibi.* §. 4. *Alienatio.n.*51.*p.* 140. Eam concedendo quæ ſervare debeant.*ibi.n.*52.*p.*140.
Sepultura Eccleſiaſtica non dari debet decedenti in duello, etiamſi antè mortē fuerit abſolutus: ſed de conſuetudine datur. T.7.§.4.*Duellum.n.*45.*p.*224.
*Sequeſtratio* cum mulieribus quandò, & quo caſu punitur. *Tit.*4.§.1.*Conſortium.nu:* 69. *& ſeqq.p.*182.
*Servus* de mandato domini occidens ejus filiam, aut uxorem adulterantem punitur citrà pœnam legis Corneliæ, de ſicariis. T.7.§.5.*Homicidium.n.*33.*p.*433.
*Severitas* à Superiore temperanda eſt benignitate. T. 1. *n.*9 *p.*2.
Magnis ſceleribus eſt adhibenda. *ib.*
Quid ſit. T.5.§.5.*Libellus.n.*50. *pag.* 318.
*Sicilia* venit nomine Italiæ etiam in odioſis. *Tit.*6.§. 3. *Falſificatio.n.*50.*p.*381.
*Sigillum Confeſſionis* violat, qui publicat chartam inventam, in quâ quis ſua peccata ad Confeſſionem Sacramentalem ſcripſit. T.5.§.5. *Libellus.n.* 67.*p.*320.
Obligat ad ſecretum de jure divino. *ibi.* §.6.*Revelatio. n.*14.*p* 323.
Ad illud obligamur ex juſtitia, & Religione. *ibi.* & *Tit.* 8.§.4. *Abus.in Confeſſ.n.*9.*p.* 510.
Sub eo quæ cadant. *ibid.num.* 16.*p.*323.
An ſub eo cadant audita in Confeſſione, quæ peccata non ſunt. *ibi.*n.17.& ſeqq.p. 323.
Illud violans Sacerdos in quas leges committat. *Tit.* 8. §.4.*Abus.in Confeſſ.*n. 11.p.510.
Illius fractio quomodò probetur. *ib.*n.17.& ſeq.p.512.
Quid probandum ab Accuſatore talis delicti. *ibid.* n. 18.p.512.
Quid juris, ſi Sacerdos dicat peccatum à ſe relevatum audiviſſe extrà Confeſſionem ab alio, & hic neget. *ib.*n.19.p.512.
An ſit Reus facti ſigilli, qui tacitâ perſonâ pœnitentis, ejus circumſtantias aperit, per quas poſſit cognoſci. *ib.*n.20.& ſeqq.p. 512.
*Sigillum Principis* falſificans Clericus debet degradari. *T.* 6.§.1.*liter.falſif.*n.34.p. 361.
Illud falſificare majus crimen eſt, quàm cudere falſam monetam. ib.
Eo abutens quomodò puniendus. *ib.*n.36.p. 361.
*Sigillum.* Sigilli impreſſio quandò vitiatam ſcripturam arguat. *ibid.*.n19.p. 359.
Ejus variatio quandò importet falſitatem in ſcriptura. *ib.*n.22.p. 359.
Illud falſare gravius crimen eſt, quàm falſare literas. *ibi.* n.62.p.364.
Ejus fabricatio eſt de ſe crimen independens ab ejus uſu ad falſitatem. *ibid.*n.63. p.364.
Sigillum Superioris retinere apud ſe, inducit ſuſpicionem falſitatis. *ibid.*n.61.& ſeqq. p. 364.
Hoc retinens torquendus eſt ſuper cujus uſu. *ibi.* n. 64.p. 364. & 365.
Sigillum cujuſcunque habentis officium publicum, nō poteſt ſinè crimine violari. *ibid.* nu. 68. pag.365.
*Signum* Tabellionatus diverſi reddit ſcripturam ſuſpectam. *Tit.*6.§.1.*liter.falſ.*n.20.p.359.
*Simile* adhæreſcit ſimili. *T.*8.§.6.*Sortilegium.*n.40. p.531.
*Simonia* quid ſit. T.8.§.7.*Simonia.*n.1.p. 536.
Purè mentalis quæ. *ibid.*num.2.p. 536.
Conventionalis quæ ſit. *ibi.*n.3. p. 536.
In ſimonia quādò interveniat pactū, aut quaſi pactū. *ib.*
In ejus diffinitione quid importet temporale pretio æſtimabile. *ibid.*n.6.p.537.
Inducitur per preces carnales, & ſordidas. *ib.*n.7.p.537.
Quandò mentalis, & quandò realis incurratur per munus ab obſequio. *ibid.*n.8. p.537.
Ab ea excuſat parva quantitas in munere. *ib.*n. 10.p.537.
Parvitas materiæ in ea, à quo attenditur. *ibi.*
In ſimonia reali non datur parvitas materiæ, in mentali datur. *ibi.*n.10.p. 537.
Quodvis ſpirituale eam inducit, ſi ematur aut vendatur. *ibi.*n.12.p. 538.
Pecunia data pro Sacramentalibus ſimoniam inducit. *ib.*n.14.p.538.
Simonia eſt dare aliquid pro ingreſſu Religionis; aut pro obtinēdo beneficio Eccleſiaſtico. *ib.*n.15.& 16.p.538
Qualitas ſpiritualis quandò inducat ſimoniam, & quandò non. *ibi.* n.19.& 20.p.539.
Simonia committi poteſt etiam in actibus negativis. *ibid.*n.21.p. 539.
Commutare ſpirituale prò ſpirituali, an ſit ſimonia. *ibid.*n.22.p.539.
Simoniam committunt electores paciſcentes reciprocè ſua ſuffragia *ibid.*n.24.p. 539.
Simonia prohibita alia de jure divino, alia de humano. *ibid.*n.25.p. 539.
Mediatores ſimoniæ ſunt ſimoniaci. *ibid.*n. 26. p.539.
A ſimonia quæ excuſent. *ibi.*n.30.p.540.
De ea ſolus Eccleſiaſticus inquirit. *ibid.*n.31.p.540.
Eſt difficilis probationis. ib.
Teſtibus quomodò probetur. *ibid.*n 32.&35.p. 541.
Ad accuſandū dè ea quilibet admittitur. *ib.*n.33.p.541
Complex in ea poteſt accuſare complicem. *ib.*
Comparatur crimini læſæ Majeſtatis. *ib.* n.33.p.541.
Simoniæ pœnæ. *ib.*n.36.& ſeqq.p. 542.
Pœnæ Rei patratis ſimoniā prohibitam de jure divino cōferendo, aut recipiendo. *ib.*n.36.& 37.p.542.& 543.
Pacta oneroſa in omni materia beneficiali ſunt ſimoniaca, non ſic gratuita. *ib.*n.41.p.543.
Beneficia ſimoniacè acquiſita antè omnem declarationem ſunt reſignanda. *ib.* n.42.p.544.
Fructus talium beneficiorum ſunt reſtituendi. *ib.*
Pretium quodvis ſimoniacum eſt reſtituēdū, & cui. *ib.*
Pœnæ concurrentium ad ſimoniam beneficialem. *ibi.* n.44.p.544.
Pro ingreſſu Religionis quandò incurratur ſimonia. *ib.*n.44.p.544.
Pœnæ dantium, aut recipiendum aliquid prò ingreſſu Religionis. *ib.*n.45.p. 544.
Simonia quotupliciter contingat in dando gradus, aut officia in Religionibus. *ibid.* num. 54.& ſeqq. pag.545.
Quomodò incurratur in ſententiando in favorem alicujus. *ib.*n.57.p. 546.
Receptio de bonis Novitii quo caſu ſit ſimoniaca. *ib.* n.64.p.546.
Quomodò Monaſteria poſſidentia poſſunt abſque ſimonia paciſci, aut non cum perſona intrante. *ibid.* n.66.p.547.
Monaſteria non poſſidentia in communi nihil poſſunt recipere ab intrante. *ib.*n.67. p.547.
*Simoniaci* dicuntur primi, ac principales Hæretici. T. 4. §.2.*Sollicitatio.*n.24.p. 192.
Eorum pœnæ ſunt eædem ſivè agatur per inquiſitionē, ſivè per accuſationem. T.8.§.7.*Simon.*n.46.p544.
*Socialis vita* quarè ab hominibus inita. *Tit.* 5.§.6. *Revelatio.*n.32.p.326.
*Socius criminis* in copula venerea quandò probat



Digitized by Google

T. 4. §. 4. *Adulterium. n.* 17. *p.* 205.
Cum adminiculis facit indicium ad torturam. *ibid. n.* 19. *p.* 205.
*Socius.* V. *Iter.*
*Sodoma* interpretatur *muta.* T. 4. §. 11. *Sodomia. num.* 1. *p.* 254.
*Sodomia* quid ſit. *Tit.* 4. §. 11. *Sodomia. n.* 2. *p.* 254.
Committitur tàm cum mare, quàm cum fœmina. *ib.*
Ejus pravitatis perfectio in quo conſiſtat. *ibid. num.* 3. *pag.* 255.
Eſt ſpecies homicidii. *ib. n.* 4. *p.* 255.
Platonis dictum de eâ. *ibid.*
De eâ antiqui Imperatores Romani diffamati. *ibid.*
Exercita cum perſona coniuncta in gradu ad matrimonium prohibito, an importet circumſtantiam mutantem ſpeciem. *ib. n.* 5. *p.* 255.
Inventa à fœminis juxtà quoſdam. *ib. n.* 6. *p.* 255.
Inter fœminas inventa fuit à Philene. *ib. n.* 7. *p.* 255.
Quomodò poſſit committi à fœminis. *ib. n.* 2. *& ſeqq. pag.* 255.
De hac ſi accuſetur fœmina agens, debet viſitari. *ib. n.* 24. *p.* 258.
Quænam feminæ poſſint eam patrare. *ib. n.* 19. *p.* 257.
Quomodò diſcernenda à mollitie inter feminas. *ibid. num.* 23. *pag.* 258.
Eſt crimen mixti fori. *ib. n.* 25. *p.* 259.
In Hiſpania ſpectat ad Inquiſitores. *ibid.*
Habet connexionem cum hæreſi. *ib.*
Numquam præſcribitur. *ibid. num.* 26. *p.* 259.
Quomodò probetur. *ibid. n.* 27. *& ſeqq. p.* 259.
Ejus ſpecialia. *ibid. n.* 35. *p.* 260.
Ejus indicia. *ibid. num.* 27. *& ſeqq. pag.* 259.
Dictum ſodomitati quid operetur. *ibid. num.* 30. *& ſeqq. pag.* 259. (corrige in Summ. Creminis, & lege Criminis.)
Sodomitatus per vim non eſt infamis. *ib. n.* 34. *p.* 260.
Violentia in hoc caſu non præſumitur, ſed eſt probanda ab allegante. *ibid.*
Vindicatur ut crimen læſæ Majeſtatis. *ib. n.* 35. *p.* 260.
Per eam perditur privilegium nobilitatis. *ib. num.* 36. *pag.* 261.
Ejus pœnæ. *ibid. num.* 36. *& ſeqq. pag.* 261.
An ad ejus pœnam ordinariam requiratur, quod ſit perfectè conſummata. *ib. n.* 37. *& ſeqq. p.* 262.
Incepta, licèt non conſummata intrà vas ordinariè punitur. *ibid. num.* 42. *pag.* 262.
Inter marem, & fœminam ab aliquibus negatur, ſed contrarium eſt verius. *ibid. num.* 45. *&* 46. *p.* 263.
Execrabiliter committitur cum meretrice; execrabiliùs cum uxore. *ibid.*
Gravior eſt cum fœmina, quàm cum mare. *ibid.*
In eâ par pœna eſt patientis, & agentis. *ibid. num.* 47. *pag.* 263.
Per eam incurritur infamia etiam ab impubere. *ibid. n.* 48. *p.* 263.
Ob eam perditur munus Advocati. *ibid.*
Per eâ nõ incurritur bonorũ confiſcatio. *ib. n.* 49. *p.* 263.
Ejus pœna non minuenda ob numerum delinquentium. *ibid. nu.* 50. *p.* 263.
Reus nequit de hac gratiari, neq; ſuper ea cõponere. *ib.*
Violenter ſollicitatus de ea quandò poſſit aggreſſorem occidere. *ib. nu.* 51. *p.* 264.
*Sodomita* nequit eſſe Teſtis. *ibi. n.* 52. *p.* 264.
Eſt incapax beneficiorum. *ib.*
Patitur ſeparationem tori ut adulter. *ibid.*
Impeditur ne contrahat matrimonium. *ibid.*
Etiam ob unum actum tantùm in foro laico Sodomita comburitur. *ibid. num.* 62. *p.* 265.
Clericus ſodomita. V. *Clericus.*
Religioſus ſodomita quomodò torquendus, puniendus, &c. *ib. n.* 81. *& ſeqq. p.* 267.
*Solitum* aliquod quandò dicatur. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. num.* 73. *& ſeqq. pag.* 182. *&* 183.
*Sollicitare.* quid importet. *ibid.* §. 2. *Sollicitatio. n.* 1. *p.* 188.
Sacerdos fictus, aut verus carens juriſdictione, ſollicitans in Confeſſione non incurrit pœnas ſollicitantium. *ibid. n.* 10. *p.* 190.
Sollicitans in Confeſſione ad alia præter luxuriam nõ incurrit penas ſollicitantium. *ibid. nu.* 12. *pag.* 190.
Sollicitans ad lenocinium incurrit penas, &c. *ib. n.* 13. *p.* 190.
In Confeſſione ſimulata ſollicitans incurrit penas, &c. *ibid. n.* 16. *p.* 191.
Intuitu Confeſſionis, licèt poſt eam ſollicitans incurrit penas. *ib. n.* 17. *p.* 191.
Sollicitans in Confeſſione eſt ſuſpectus de hæreſi. *ibid. n.* 19. *&* 20. *p.* 192.
Quomodò ſollicitans in Confeſſione ſimulatâ injuriâ faciat Sacramento. *ibid. nu.* 21. *p.* 192.
Sollicitatus vir à femina ad adulterium non eſt penâ ordinariâ puniendus. *T.* 4. §. 4. *Adulter. n.* 49. *p.* 210.
Sollicitare, & eſſe ſollicitum quid importet in jure. *T.* 8. §. 7. *Simonia. num.* 63. *pag.* 546.
Sollicitatus ab amaſia ad fugam incurrit tantùm penam extraordinariam. T. 4. §. 7. *Raptus. n.* 28. *p.* 230.
*Sollicitatio* ad impudicitiam quomodò diverſificetur in gravitate. T. 4. §. 2. *Sollicitatio. n.* 2. *p.* 188.
Ejus diviſio. *ib. n.* 3. *p.* 189.
Ejus gradus extrà Confeſſionem. *ib. n.* 4. *p.* 189.
Ejus diffinitio. *ib. n.* 5. *pag.* 189.
Eam exercendi in Confeſſione referuntur varii modi. *ibid. num.* 6. 7. 14. *& ſeqq. p.* 189. *&* 190.
Et ſignis, & factis poteſt exerceri. *ib. nu.* 8. *&* 9. *p.* 189. *&* 190.
Paſſiva comprehendit maſculos, & fœminas. *ib. n.* 11. *p.* 190.
Extrà Confeſſionem probatur per Teſtes. *ib. num.* 25. *pag.* 193.
In Confeſſione quomodò probetur. *ib. n.* 29. *& ſeqq. p.* 193.
Facta ſolis verbis minimam penam incurrit. *ibid. n.* 37. *p.* 195.
Adiectis factis gravius punienda. *ib. n.* 38. *p.* 195.
Actus violẽtiæ Sollicitationis recẽſentur. *ib. n.* 44. *p.* 196
Ex quibus circũſtantiis aggravetur. *ib. n.* 45. *&* 46. *p.* 196
*Sollicitus* de bonis Novitii quomodo quis poſſit eſſe. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. num.* 63. *pag.* 540.
*Solvere* ejus eſt, cujus eſt & ligare. T. 1. §. 2. *Delicta. n.* 43. *p.* 12. *&* 13.
*Solvere.* V. *Abſolvere.*
*Sortilegium.* Ejus etymologia. T. 8. §. 6. *Sortilegium. n.* 1. *p.* 523.
Ejus diffinitio difficilis. *ib.*
Procuratur mediis inuſitatis, & quæ ſint. *ib. n.* 3. *p.* 523.
Ejus medium reticitum eſt opera Demonis. *ib. n.* 4. *p.* 523.
Poteſt committi tum ad damnum tum ad utilitatem. *ibid. n.* 5. *p.* 524.
Ejus variæ ſpecies. *ibid. n.* 6. *p.* 524.
Ejus medium triplex. *ib. nu.* 7. *pag.* 524.
Ejus grauitas ratione mediorum quomodò augeatur. *ib. n.* 12. *pag.* 525.
In eo quando nam interveniat Demonis invocatio tacita, aut expreſſa. *ib. n.* 13. *&* 14. *p.* 525.

In

Sollicitans ad lenocinium incurrit pęnas [illegible] 13. p. 190.
In Confeſſione ſimulata ſollicitans incu[illegible] ibid. n. 16. p. 191.
Intuitu Confeſſionis, licèt poſt eam ſollicitans incu-rit pęnas. ib. n. 17. p. 191.
Sollicitans in Confeſſione eſt ſuſpectus de hæreſi. ib. n. 19. & 20. p. 192.
Quomodò ſollicitans in Confeſſione ſimulatâ injuri[am] faciat Sacramento. ibid. nu. 21. p. 192.
Sollicitatus vir à fęmina ad adulterium non eſt pęnâ ordinariâ puniendus. T. 4. §. 4. Adulter. n. 49. p. 210.
Sollicitare, & eſſe ſollicitum quid importet in jure. T. 8. §. 7. Simonia. num. 63. pag. 546.
Sollicitatus ab amaſia ad fugam incurrit tantùm p[œ]nam extraordinariam. T. 4. §. 7. Raptus. n. 28. p[ag]
Sollicitatio ad impudicitiam quomodò diverſific[etur] in gravitate. T. 4. §. 2. Sollicitatio n. 2. p. 188.
Ejus diviſio, ib. n. 3. p. 189.
Ejus gradus extrà Confeſſionem. ib. n. 4. p. 189.
Ejus diffinitio. ib. n. 5. pag. 189.
Eam exercendi in Confeſſione referuntur varii modi. ibid. num. 6. 7. 14. & ſeqq. p. 189. & 190.
Et ſignis, & factis poteſt exerceri. ib. nu. 8. & 9. p. [189] & 190.
Paſſiva comprehendit maſculos, & fœminas. ib[id] p. 190.
Extrà Confeſſionem probatur per Teſtes. ib. nu[m] pag. 193.
In Confeſſione quomodò probetur. ib. n. 29. [&] p. 193.
Facta ſolis verbis minimam pęnam incurrit. ibid. n[u] p 195.
Adnexa factis graviùs punienda. ib. n. 38. p. 19[5]
Actus violétiæ Sollicitationis recéſentur. ib. n. [illegible]
Ex quibus circúſtantiis aggravetur. ib. n. 45. & p. 196
Sollicitus de bonis Novitii quomodo quis p[illegible] Tit. 8. §. 7. Simonia. nu. 63. pag. 540.
[illegible] cujus eſt & ligare. T. 1. §. 1. Delicta. n. 4

nu. 26. p. 528.
Quando impertinentia mediorum eſt evidens, pronunciandum eſt de ſortilegio. ibid nu. 27. pag. 528.
Indicia ſortilegij ibi. num. 27. & ſeqq. pag. 528.
Media inefficacia ad intentum adhibita probant, ſecuto effectu, ſortilegium. ibi. nu. 29. p. 529.
Præſumptio ſortilegij intrat ex varijs circumſtantijs, licèt evidenter non malis. ibi. nu. 30. pag. 529.
Effectus iudicatur ſortilegus ex brevitate temporis intrà quod ſequitur. ibi nu. 31 pag. 529.
Infirmitas, quæ per remedia tum calida, tum frigida nec intenditur, nec remittitur, iudicatur procurata per ſortilegium. ibid.
Sacramentalium vſus quo caſu iudicandus ſit ſortilegus. ibid. nu. 32. pag. 529.
Sortilegium taciturnitatis quid ſit. ibid. nu 38. p 530
Remedia, quibus vtuntur Iudices ad hoc tollendum. ibi. nu. 39. p. 530.
Indicia facti, ob quæ præſumi poſſit exercitium magiæ vltra ſortilegium. ibi. nu. 40. p. 531.
Sortilegiorum Iudex quis. ibid. nu. 43. & ſeqq. p. 531.
Eſt crimen mixti fori. ibi n. 44. & ſeqq. pag. 531. & 532
Sortilegus ſi accuſetur de apoſtaſia à fide, ſolus procedit Inquiſitor, ſi de maleficio ſortilego poteſt procedere etiam Iudex laicus. ibid. nu. 45. pag. 532
Quid agendum à Iudice laico, ſi invenit ſortilegum apoſtataſſe à fide. ibid.
Sortilegium de nullo iure eſt reſeruatum Inquiſitori, niſi quando in eo interuenit ſuſpicio hæreſis. ibid. n. 44. & ſeqq. pag. 531. & 532.
Quo caſu ſuſpicio hæreſis ſpectat privativè ad Inquiſitorem in accuſato de ſortilegio. ibid. n. 53. p. 533.
Sortilegorum pœnæ. ibi. n. 58. & ſeqq. pag. 534.
Quibus caſibus ſortilegi tradendi ſint morti. ibid. nu. 62. & ſeqq. pag. 534.
Sortilegia ad amorem mitiùs punienda, & quare. ibid. num. 63. pag. 535.
Inducentia vehementem ſuſpicionem hæreſis quæ. ibid. nu. 66. pag. 535.
Quæ requirantur, vt ſortilegus relaxetur brachio ſæculari. ibid. nu. 68. p. 535.

4. §. 7. Raptus nu. 19. p. 228.
Sponſalia ſi præcedunt, ſi puella conſentit ad fugam, de iure canonico raptus non cõmittitur. ibi n. 21 p. 228
Statua Hæretici comburenda. T. 2. §. 7. Hæreſis. n. 62. p. 101
Statuam Principis offendens fit Reus Leſæ Maieſtatis. Tit. 4. §. 2. Sollicitatio nu. 22. p. 192.
Statuam Imperatoris conflans ad vſus profanos eſt Reus Læſę Maieſtatis. Tit. 5. §. 2. Blaſphemia. nu. 7. pag. 286.
Statum mutare quando quis dicatur. Tit. 3. §. 6. Furtum. nu. 24 pag. 148.
Statutum quomodo interpretandum. Tit. 2. §. 1. Apoſtaſia. nu. 87. p. 36.
Semel diſpoſita in Statuto aliquando ad maiorem declarationem repetuntur. ibid. §. 2. Inobedientia. nu. 48. p. 55.
Quando Statutum clarum eſt in ſua diſpoſitione, non debet recurri ad coniecturas. Tit 3. §. 2. Pecunia. nu. 48. pag. 123.
Statutum non admittit ſuperfluitatem. Tit. 4. § 4. Adulterium. nu. 63. p. 212.
Eius auctoritas finitur eius cauſa ceſſante. ibid. §. 8. Clauſura. nu. 57. p. 241.
Factum pro cõmuni quiete valet quàmuis iuri cõmuni contrarium. Tit. 7. §. 5. Homicidium. nu. 4 p. 428.
Stellionatus quid ſit. Tit. 1. §. 2. Delicta. nu. 10. p. 9.
Eo delinquit Sacerdos audiens Confeſſiones ſine approbatione. Tit. 8. §. 4. Abuſ. in Confeſ n. 7. p. 510.
Stemma gentilitium debet tolli ob crimen Læſæ Maieſtatis. Tit. 2. §. 6. Læſa. nu. 40. p 90.
Sterilitas medicamentis procurata non importat cenſuram. Tit. 7. §. 10. Abortus. nu. 30. p. 484.
Infert tamen peccatum mortale. ibid.
Ad eam cauſandam Medicus dans poculum coniugatæ, ne illa periclitetur in partu: peccat. ibi. n. 31. p. 48.
Stigmatizatio in facie. V. Facies.
Stipendium Miſſæ ob quid detur Sacerdoti. Tit. 8. §. 7. Simonia. nu. 12. pag. 538.
Strix. V. Saga. V. Magus. V. Sortilegium.
Stuprator aſſerens, ſe reperiſſe puellam corruptam, debet hoc concludenter probare. Tit. 4. §. 5. Stuprum.

Digitized by Google

Styli Cancellariæ diverſitas inducit in ſcriptura ſuſpicionem falſi. T.6.§.1 *Liter.falſ.* n.23.p.359.

*Suadere*, & perſuadere quid importent. Tit.3.§.3.*Redituum*. n.12.p.230.

Suadere, aut diſſuadere alicui ingreſſum Religionis quilibet poteſt; non autem aliquam perſonam ad Religionem intrandam, aut relinquendam cogere. Tit.5 §.9. *Suaſio* n.2.p.346.

Suadere quivis poteſt Novitio, ut de bonis ſuis aliquid ſibi, aut Monaſterio relinquat ibi.n.3.p 346.

Soli Minores hoc ſuadere non poſſunt. ibi.n.4.p.347.

*Suaſio* quid importet ibid. n.22.p.349.

Ut ſit punibilis requirit effectum ſecutum. ibid.n.23. p.350.

Suaſio mala Novitiis facta quomodò probetur. ibid n. 27.p 350.

*Subditus* quo caſu poſſit denegare obedientiam Superiori, qui commiſit crimen, ob quod hic *ipſo facto* à jure privatur Officio. T.1.§.4. *Pœna*. nu. 37.p.20.

Quandò delinquat ſe debitis obligando. Tit. 3. §. 1. *Proprietas*. n.74., & 75.p.114.

Religioſus Officialis ſub qua culpa tenetur rectè administrare bona Conventus. Tit.3.§ 7. *Dilapidatio*. n.32.p. 162.

De qua culpa tenetur diſſipãdo res ſuo uſui cõceſſas.ibi.

Subditi aliquandò poſſunt ſupplere negligentiam Prælati. Tit.4.§.8.*Clauſ.*n.46 p.239.

Subditus Religioſus eſt ut filius familias. Tit 7. §.3. *Provocat*. n.90.p.415. (leges p.115., ſed pone 415.

*Subornatio* quomodò diffiniatur. Tit.5.§.8. *Subornatio*. n. 1., & 2.pag.337.

Quotupliciter contingat. ibid. n.3.p.337.

Subornans Teſtem tenetur de falſo. ibid.n.5.p.337.

Subornationis delictum eſt perfectum, quamvis dictum ſubornati nulli noceat. ibid.n.6.p.337.

Subornatio multis modis poteſt fieri, & quibus. ibi. n.7.p.337.

Subornans Teſtem, effectu non ſecuto, extraordinariè puniendus. ibid n.9.p.337.

Subornans Teſtem ad deponendum ſuper veritate facti, cui hic non interfuit, perindè eſt, ac ſi ſubornaret ad deponendum falſum. ibid.n.10.p.338.

Subornator non eſt, qui dat pecuniam Teſti, qui nollet examinari, ut veritatem deponat. ibi.n 11.p. ibi.

Subornatio in electionibus quotupliciter fiat. ibid. n. 13.p.338.

Subornatio eſt, quæ fit ad electionem digni, quàm ut eligatur indignus. ibid. n.15, & ſeqq. p. ibid.

Quarè ſit vetita ſubornatio. ibi.n. 18.p.339.

Hoc crimen completur, licèt ſecutus ſit effectus contrarius intentioni ſubornantis. ibi.n.20.p.339., & n.25.49., & ſeqq.p.340., ac 343., & n.59 p.344.

Ad quæ officia ſe extendat prohibitio ſubornationis in electionibus. ibid. num.21., & ſeqq.p.339.

Subornantium artes deſcribuntur. ibi.n.25. p. 340.

Subornatio, quæ fit à Præſidentibus ad electiones ſunt efficaciores. ibid. num.26., & 27. p 340.

Quomodò probetur. ibid.n.28., & ſeqq.p.340.

Indicia ſubornationis in Teſte. ibid.

Pœnæ Statutariæ ſubornantium percutiunt Reum, quandò Teſtis ſubornatus falſum dicit; aut verum tacet, vel revocat in damnum tertii. ibi. num.41. p. 342.

Laudes, ac vituperationes falſæ, quæ ſunt media ſubornationis examinantur. ibi.nu. 52., & ſeqq.p.343.

Si aliquis, congregato Capitulo, accuſatur de ſubornatione quid agendum. ibid.n.62. p. 345.

Si ſubornatio fieret à Præſide Capituli quid juris, ibi n.64. p. 345.

*Superfluitas* non admittitur in lege, aut Statuto. Tit. 4.§.4. *Adulter*.n.63.p.212.

*Superior*. V. *Prælatus*.

Superior deſignat limites clauſuræ. Tit. 2. §. 1. *Apoſtaſia*. nu. 24.pag. 27.

Licentians Subditum ad aliquem locum ultrà facultatem, quandò ſit puniendus tùm ipſe, tùm Subditus. ibi n.156 p. 44.

Superior nullus in viſitatione paſtorali, aut in foro paterno poteſt recuſari ut ſuſpectus. Tit. 2. §. 2. *Inobedientia*. n.120 p.62.

Quandò teneatur inquirere de conſpiratione. ibid.§. 4. *Conſpiratio*. nu.25.p.73.

Superior localis quandò delinquat contrahendo debita. *Tit.*3.§.1.*Proprietas*. n.73 p.114.

Ex juſta cauſa poteſt diſpenſare in præceptis Regulæ. ibi. §.3. *Pecunia*. n.51.p.123.

Poteſt diſpenſare pro ſe, quod diſpenſat pro aliis. ibi. n.53.p.124.

*Suppletio* pœnarum non practicatur in delictis mixti fori Tit.1.§.4. *Pœna*. n.30.p.19.

*Suſpectus* de hæreſi de levi, aut de vehementi quis dicatur, *Tit.*2.§.7. *Hæreſis*. n.8., & ſeqq. p.92.

Suſpectus de peculatu removendus eſt ab Officio. Tit. 3.§.7 *Dilapidatio*. nu.18.p.160.

Suſpecti vehementer de fide qui ſint.Tit.4. §.2. *Sollicitatio*. n.23.p.192.

Suſpecta domus quæ dicatur, & de crimine intrantis in domus ſuſpectas T.4.§.1.*Conſ.*n.87., & ſeqq.p 184.

*Suſpectum conſortium* quomodò probandum Tit.4.§. 1. *Conſortium*. n.2., & ſeqq.p.175.

Ut crimen evadat quid requiritur. ibi.nu.4.p.171.

Ex quibus actibus emergat. ibid.n.5., & 6.p.171.

Quatuor actus nimiæ familiaritatis requiruntur ad illud probandum. ibid.n.8.p.171.

Ejus indicia remota, proxima, & violenta. ibid. n. 9.p.172.

In ſuſpecto conſortio non proceditur per inquiſitionem. ibid.n.20.p.174.

Hoc fallit inter Regulares. ibid.n.21.p. 175.

Ejus pœnæ. ibid.n.29.p.177.

A Tridentino Clericis prohibitum. ibid.n.30. & ſeqq. p.178.

Poteſt eſſe cum multis perſonis ſicut cum una. ibi.nu. 32.p.178.

De eo notatus quis dicatur. ibi.n.46.p. 180.

In eo diverſitas perſonarum non facit, quod illud non ſit crimen. ibi.

De eo emendatus, ſi reincidat, debet denuò moneri. ibid. n.56.p.181.

In eo quis ſit *modus delicti* ad pœnam augendam. ibi. n.57., & 58.p.181.

Aliquandò indicia ſuperant rationem ſuſpecti cõſortii. ibi.n.60.p.181.

*Suſpenſio* eſt primus gradus pœnarum canonicarum. Tit. 1.§.4. *Pœna* n.18.p.18.

*Suſpicio* levis, vehemens, aut violenta de hæreſi quænam ſit. Tit.2.§.7.*Hæreſis*. n.9.p.92.

Dilapidationis quomodò probetur. Tit.3.§.7. *Dilapidatio*. n.13.p.159.

Suſpicio legitima mali quoad incontinentiã a quo deducenda. T.4 §.1.*Conſort*.n.2.p.170.

Quandò evadat rationabilis. ibid.


Suſpi-

Digitized by Google

in domibus ſuſpectis ...
Suſpectum conſortium quomodò probandum Tit.4.§.1.
Conſortium. n.24, & ſeqq. p.175.
Ut crimen evadat quid requiratur. ibid. nu.4. p.171.
Ex quibus actibus emergat. ibid. n.5, & ſeqq. p.171.
Quatuor actus nimiæ familiaritatis requiruntur ad illud probandum. ibid. n.8. p.171.
Ejus indicia remota, proxima, & violenta. ibid. n.9. p.172.
In ſuſpecto conſortio non proceditur per inquiſitionem. ibid. n.20. p.174.
Hoc fallit inter Regulares. ibid. n.21. p.175.
Ejus pœna. ibid. n.29. p.177.
A Tridentino Clericis prohibitum. ibid. n.30. p.178.
Poteſt eſſe cum multis perſonis ſicut cum una. ibid. n.32. p.178.
De eo notatus quis dicatur. ibi. n.46. p.180.
In eo diverſitas perſonarum non facit, quod ... ſit crimen. ibi.
De eo emendatus, ſi reincidat, debeat ... ibid. n.56. p.181.
In eo quis ſit modus delicti ad pœnam augendam. ibid. n.57, & 58. p.181.
... liquandò indicia ſuperant rationem ſuſpecti ... tii. ibi. n.60. p.181.
... enſo eſt primus gradus pœnarum canonicarum. Tit. 1. §. 4. Pœna n.18. p.18.
... levis, vehemens, aut violenta de hæreſi ... nam ſit. Tit.2. §.7. Hæreſis. n.9. p.91.
... pidationis quomodò probetur. Tit.3. ... datio. n.13. p.159.
... icio legitima mali quoad incontinentia ... ucenda. T.4. §.1. Conſort. n.2. p.170.
... ndò evadat rationabilis. ibid.
...

... num. 71. pag. 243.
Tempus animationis fœtus quodnam ſit. *Tit.* 7. §. 10. *Abortus num.* 10. *et ſeqq. pag.* 479.
Tempus conceptionis quomodò probari poſſit. *ibid. nu.* 16. *pag.* 480.
Idem tempus non poteſt aſſignari formationi omnium fœtuum. *ibid num.* 17. *pag.* 481.
*Tenere* importat nudum factum. *Tit.* 7. §. 1. *Armorum. nu.* 29. *p.* 398.
Tenere, habere, & poſſidere idem important. *ibid.*
Tenere arma quid ſignificet. *ibid.*
Tenere arma quibus in caſibus ſit crimen. *ibid. num.* 30. *pag.* 398.
*Terminus* competens ad comparendum quis *Tit.* 2. §. 2. *Inobedientia. num.* 28. *pag.* 53.
Terminus legalis ad comparendum eſt viginti milliarium pro quolibet die. *ibid.*
Terminus nimis brevis inualidat citationem. *ibid.*
*Tertiarius* introducens fœminas intrà clauſtra non incurrit pęnas Bullæ. *Tit.* 4. §. 8. *Clauſura. nu.* 55. *p.* 241.
Vivens in Conuentu cenſetur perſona Eccleſiaſt. *ibid.*
Non eſt verè perſona Religioſa *ibid. nu.* 59. *p.* 242.
Copulam habens cum Tertiaria, an committat ſacrilegium. *ibid.* §. 9. *Sacrilegium. nu.* 5. & 10. *p.* 246.
Tertiariæ habentes votum ſolemne caſtitatis fuerunt clauſuratæ, aut ſæcularizatæ. *ibid. nu.* 7. *p.* 246.
Tertiarię viventes cęlibes in ſuis domibus, dubium eſt, an ſint perſonæ Religioſæ. *ibi. nu.* 8. & 9. *p.* 246.
Tertiariæ, non ſunt perſonæ ſacræ. *ibid. nu.* 10. *p.* 246.
Legatum factum puellæ, ſi monachabitur, debetur ei, ſi fiat Tertiaria. *ibid. nu.* 8. *pag.* 245.
*Teſtamentum*, niſi facta reſtitutione vſurarum, nequit concedere vſurarius. *Tit.* 3. §. 8. *Vſura. nu.* 18. *p.* 168.
Teſtamentũ viventis recitans, aut reſignans Notarius

Singulares teſtes probant Vſurarium. *Tit.* 3. §. 8. *Vſura. nu.* 9 *pag.* 166.
Item probāt delicta iterabilia. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium nu.* 22. *p.* 175.
Vt teſtes ſigulares conuincant Reum ad pœnam ordinariam, debent eſſe quatuor. *ibid.* §. 2. *Sollicitat. nu.* 34 *pag.* 194.
Teſtis vnicus cum adminiculis probat morbum gallicum contractum ex coitu. *ibid.* §. 1. *Conſortium. nu.* 106. & 107. *p.* 186. & 187.
Teſtis vnicus ſufficit ad probandum, quod Concubinarius dedit ſignum contritionis, vt poſſit ſepeliri in ſacro. *ibid.* §. 3. *Fornicatio. num.* 18. *pag.* 200.
Deponens vidiſſe pudenda in pudendis eſt ſuſpectus de falſo. *ibid.* §. 4. *Adulterium. nu.* 2. *p.* 202.
Deponens vidiſſe virum ſupra feminam, niſi teſtificetur de actibus venereijs, non probat copulam. *ibid. num.* 3. *pag.* 202.
Teſtes non dicuntur ſingulares ob diverſitatem temporis reſpectu actus continui, aut ſucceſſiui. *ibid. nu.* 4. *pag.* 202.
Probantes de viſu, aut de auditu immediato ea, quæ neceſſario ſequuntur copulam, probant copulam conſummatam. *ibid. num.* 5. *pag.* 202.
Domeſtici admittuntur ad probandum ſtuprum. *ibid.* §. 5. *Stuprum. nu.* 4. *pag.* 215.
Probantes coitum coniunguntur cum alijs, qui probant parentellam, ad probandum inceſtum. *ibid.* §. *Inceſtus num.* 7. *pag.* 220.
Teſtes revelantes ſuum examen ſecretò factum quomodò puniendi. *Tit.* 5. §. 6. *Revelatio. nu.* 10 *p.* 322.
Teſtis periurus quomodò probetur. *ibid.* §. 7. *Periurium. nu.* 22. *pag.* 332.
An periurus ſit extrajudicialiter dicens contrarium depoſito in iudicio. *ibid. nu.* 21. & 22. *pag.* 332.


Periu-

Digitized by Google

Periurus eſt extrajudicialiter jurans contrarium dicto in judicio, non tamen punitur de periurio. ibi.nu. 23., & 24. p. 332., & 333.
Teſtis falſus in judicio quandò puniendus ordinariè, & quandò extraordinariè. ibi n.44.p.336.
Iſte quomodò ſatisfacere debet parti læſæ. ibi.nu.46. p. 336.
*Teſtis ſubornatus.* V. *Subornatio.*
Teſtis falſus quotupliciter reditur. ibi. §.8. *Subornatio.* n.8.p.337.
Eum pecuniâ corrumpens quomodo mulctandus. ibi.
Ut falſus ſit ſufficit, quod aliquod falſum deponat circà ſubſtantiam facti. ibi.n.10.p.338.
Accipiens pecuniam ad teſtificandum vocatur corruptus, licèt deponat veritatem. ibi.n.11. p. 338.
Teſtis eſt corruptus, ergò falſus, eſt inepta conſequentia. ibi.
Quo caſu poſſit accipere pecuniam, & impunè teſtificari. ibid.nu.12.p.338.
Teſtis non poteſt cogi ad deponendum contrà ſuos. ibi.
Senex, aut valetudinarius non poteſt cogi ad examé. ibi.
Teſtis ſubornatus quomodò indicietur. ibi.n.28., & ſeqq.p.340.
Teſtis negans ſuā eſſe ſubſcriptionem in ſcripturâ privata eam invalidat. Tit.6.n.14.p.355.
Extraneus quid, & quomodò probet circà ſcripturam publicam. ibid.n.15.p.355.
Infamis de jure vitiat teſtamentum. ibid.
Tùm neceſſarius, tùm extraneus debet eſſe integer, ut probet falſitatem ſcripturæ. ibid.
Teſtis unus ſivè neceſſarius, ſivè extraneus non reddit ſcripturam ſuſpectam de falſo, niſi oſtendat indicium falſitatis ni ſcripturà ipſa. ibid.n.16.p.355.
Teſtes teſtamentarii quo caſu reddant teſtamentum nullum. ibid.nu.18.p.355.
Teſtis coram Judice Laico nequit eſſe Religioſus. Tit. 9.§.8. *Artium* n.11.p.599.
Nequè in cauſa ſanguinis etiam de mandato Superioris. ibid.
Teſtis extrajudicialis poteſt eſſe Religioſus. ibid.
Ad quæ Religioſus de licentia Superioris poteſt eſſe Teſtis ibid.
Teſtis in cauſa ſanguinis nequit eſſe Clericus. ibid.nu. 3. p.597.
*Textus* Praticæ Criminalis Minorum in ordinatoriis magis attendendus, quàm Statuta, ſecus in deciſoriis. Tit.1.§.1.n.3.p.597.
*Theſaurarius* habet dignitatem Eccleſiaſticam. Tit.3.§. 6. *Furtum* n.40.p.151.
*Titulus* diverſus in legibus diverſum importat crimen. *Tit.*5.§.5. *Libellus.* n.12.p.311.
A primordio tituli omnis eventus poſterior formatur. Tit.7.§ 5. *Homicidium.* n.56.p.437.
Titulus cujuſvis criminis inveſtigandus. Tit.9. §. 6. *Latrocinium.* n.3.p.580.
*Tortura* in crimine læſæ Majeſtatis datur etiam iis, qui aliàs torqueri prohibentur. T.2.§ 6 *Læſe* n.38.p. 89.
Ejus qualitas pendet à qualitate indiciorum. Tit. 4. § 1 *Conſortium.* n.86 p.184.
*Tortus.* V. *Reus.*
*Tractatus* de loco, & tempore peccandi cum fœminâ habitus in Confeſſione inducit crimen ſollicitationis. Tit.4 § 2. *Sollicit.*n.6.p.189.
Tractatus purus non attenditur, ſed quod concluditur ex tractatu. Tit.7.§.6. *Aſſaſſin* n.12.p.448.
*Traditio* Rei in manus Curiæ ſecularis eſt ſupremus gradus pœnarum Canonicarū. T.1.§.4. *Pœn.*n.11.p.18.
*Transfuga.* V. *Fugiens*
*Tranſgredi* legem, aut juramentum quid importet. Tit. 5 §.7. *Periurium.* n.2.p 330.
*Traſmutatio* metallorum poſſibilis aſtruitur. Tit.6.§.4. *Alchimia.* n 3 p.383.
*Treuga* quid ſit. *Tit.* 7.§.7. *Proditorium.* n. 14.p. 457.
Pax, & promiſſio de non offendendo ambulant pari paſſu cum treuga. ibid.
*Tribades* quæ dicantur. T.4. §. 11. *Sodom.* n.12.p. 256.
*Triennium* vitæ exemplaris probat vitæ emendationem. ibi.n.87.p.268.
*Triremium* pœnæ duratio in Apoſtatis committitur arbitrio Diffinitorii. *T.*2. §. 1. *Apoſtaſia.*n. 126.p.41.
*Tumultus* factus contrà aliquem inducit pœnam capitalem in excitante illum. Tit.2.§.4. *Contumacia.* n. 36.p. 54.
*Turpis cauſa.* Res accepta ob turpem cauſam poteſt condici. Tit.6.§.3. *Falſificatio.* n.10.p.375.
*Tutela.* Occidens hominem ad juſtam ſui tutelam non punitur de homicidio. Tit.7.§.5. *Homicid.*n.6.p.429.
Ut dicatur inculpata quid requiritur. ibi.n.6., & ſeqq. p.429.
Tutela inculpata debet eſſe incontinenti. ibid.nu. 7. p.429.
Pro tuenda pudicitia occidens ſervat tutelam inculpatam. ibi.nu.11., & ſeqq.p.430.
Pro honore, aut re familiari tuenda tutela eſt inculpata. ibid.num.17., & ſeqq.p.430.
*Tutor* ſtuprans pupillam graviùs delinquit, quàm alius. Tit. 6.§ 2. *Literar.aperit* n.19.p.369.
Teſtamentarius, aut dativus nequit eſſe Religioſus. Tit.9.§.8. *Artium.* num.17.p.199.
Tutor miſerabilis perſonæ poteſt eſſe Religioſus. ibi.
Tutor legitimus àn poſſit eſſe Religioſus, variæ ſunt ſententiæ. ibi.
*Tyrannus* quis dicatur. T*it.*5.§.2. *Blaſph.*n.11.p. 286.

# V

*Vacare* quid importet. *Tit.*6.§ 4. *Alchimia.* num. 22.q.385.
*Vaſa* ſacra tangere Laicis vetitum. *Tit.* 8.§. 2. *Abuſ. in Euchar.*n.6. p.499.
*Vaſallorum* fidelitate privatur Hæreticus. *Tit.*2.§.7. *Hæreſis.* n.56.pag.100.
*Velle.* Qui vult antecedens, vult conſequens neceſſariū ad illud. T*it.*5.§.9. *Suaſio.* n.12.p. 347.
*Vendere* libros Bibliothecæ Conventus nequeunt Fratres Minores. Tit. 3.§.4. *Alienatio* n.42., & ſeqq.p.139.
*Veneficium* poteſt parari tùm naturali, tùm artificiali re venenoſa. T*it.* 7.§.9. *Veneficium.*n.2.p.469.
Quomodò diffiniatur. ibi.n.3.p.469.
*Veneficium.* V. *Venenum.*
*Venenans* pater filium, (& vice verſa) damnatum ad mortem, non ſubit pœnas parricidii. *Tit.* 7. §4. *Parric. nu.* 10. p. 463. Invenies 46. ſed corrige)
*Venenum* conſervans punitur pœnâ extraordinaria. *Tit.* 6.§.1. *Liter falſ.*n.66.p.365.
Illud vendens punitur lege Cornelia de Sicariis. ibid.
Illud miniſtrare quis propriè dicatur. *Tit.*7.§ 9. *Veneficium.* n.4.p.470.
Ejus compoſitor vocatur veneficus. ibi.nu.5.p.470.
Hoc componendi ars eſt tacenda. ibi.
Illud docere, improbi hominis eſt. ibi.
Quo caſu malum non ſit ſcribere de eo. ibi.
Illud conferſans ad uſum delinquit veneficio. ibi.nu. 6.p.470.

Ejus

Digitized by Google

Tit. 6. §. 2. *Euchar*...
Teſtamentarius, aut dativus nequit eſſe Religioſ...
Tit. 9. §. 8. *Artium*. num. 17. p. 199.
*Tutor miſerabilis perſonæ poteſt eſſe Religioſ*...
*Tutor legitimus àn poſſit eſſe Religioſus*, ...
ſententiæ. ibi.
*Tyrannus* quis dicatur. *Tit.* 5. §. 2. *Blaſph.* n. 11. p. 18...

# V

*Vacare* quid importet. *Tit.* 6. §. 4. *Alchimia*. 22. q. 385.
*Vaſa ſacra* tangere *Laicis* vetitum. *Tit.* 8. §. 2. *Euchar.* n. 6. p. 499.
*Vaſallorum* fidelitate privatur Hæreticus. *Tit.* 2. §... reſis. n. 56. pag. 100.
*Velle*. Qui vult antecedens, vult conſequens ... ad illud. *Tit.* 5. §. 9. *Suaſio*. n. 12. p. 347.
*Vendere* libros Bibliothecæ Conventus nequ... Minores. Tit. 3. §. 4. *Alienatio* n. 42. ... 359.
*Veneficium* poteſt parari tùm naturali, tùm ... venenoſa. *Tit.* 7. §. 9. *Veneficium*. n. ...
Quomodò diffiniatur. ibi. n. 3. p. 46...
*Veneficium*. V. *Venenum*.
*Venenans* pater filium, (& vice verſa) damnatum ad ... tem, non ſubit pœnas parricidii. *Tit.* 7. §. 4. ... *nu.* 10. *p.* 463. Invenies 46. ſed corrige)
...*enenum* conſervans punitur pœna extraordinaria. ... 6. §. 1. *Liter falſ.* n. 66. p. 365.
...llud vendens punitur lege Cornelia de Sicariis ...
...llud miniſtrare quis propriè dicatur. *Tit.* 7. §. ... *ficium*. n. 4. p. 470.
...jus Compoſitor vocatur veneficus. ibi. nu. ...
...oc componendi ars eſt tacenda. ibi.
...lud docere, improbi hominis eſt. ibi.
...uo caſu malum non ſit ſcribere de eo. ...
...uo caſu ... delinquit venefici...
...ud conferſans ad uſum delinquit venefici... 6. p. 470.

... debent regulare iudicium ſuũ, illud referendo. *ibi. nu.* 21. & *ſeqq. pag.* 472.
Venenum datur præſentaneum, & ad tempus. *ibid. nu.* 29 *pag.* 473.
Veneni propinati ſignum. *ibid.*
Corpus delicti in veneficio quomodò probandum per Teſtes, Medicos, & Rei confeſſionem. *ibid. nu.* 30. & *ſeqq. pag.* 474.
In cauſa veneficij Iudex debet eſſe pronior ad torquendum, quàm in cæteris delictis. *ibi. nu.* 33. *p.* 474.
Indicia, quæ ſufficiunt ad torturam in hoc caſu. *ibid. nu.* 34. *pag.* 474.
Veneficium præſumitur magis in fœmina, quàm in viro. *ibid.*
Pęnæ veneficij. *ibid. nu.* 35. & *ſeqq. pag.* 475.
Complices veneficij puniuntur vt principales. *ibid. nu.* 40. *p.* 476.
Quomodò aggravetur hoc crimen. *ibid. num.* 41. *pag.* 476.
Venenans aliquem, ad occupanda eius bona, puniendus eſt vt Aſſaſſinus. *ibid.*
Venenans in Euchariſtia atrociſſima morte puniendus. *ibid.*
Quæ pęna debeatur, dato veneno, ſed non ſequuta morte. *idid. nu.* 42. & *ſeqq. pag.* 476.
Venenum emens filius, vt patri detur, debet mori, quamuis effectus non ſit ſequutus. *ibi. nu.* 47. *p.* 477.
Talis pęna extenditur etiam ad Patrem ſpirituale. *ibi.*
Famula, quæ emerat venenum dandum domino, etiam effectu non ſequuto fuit morti traditâ. *ibid. nu.* 48. *pag.* 477.
Damnatus de veneficio eſt infamis. *ibid. nu.* 49. *p.* 477.
Quo caſu pro Minoribus debetur in veneficio pęna carceris, aut triremium. *ibid. nu.* 52. *p.* 477.
Quid agendum, ſi venenum eſt propinatum Prælato. *ibi. num.* 53. *pag.* 477.

Furtum factum in via publica aggravatur, & vocatur graſſatio. *Tit.* 3. §. 6. *Furtum. nu.* 46. *p.* 152.
Via publica eſt ſub protectione Principis; & iſte tenetur eam aſſecurare. *ibid.*
*Vicariatum* concedens Epiſcopus, ſibi retenta parte emolumentorum, aut cum minori ſtipendio, quod dari ſoleat, qua pęna teneatur. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 39. *p.*
*Vicarius Epiſcopi* poteſt eſſe Regularis ex Ordinibus quibuſuis etiam Mendicantibus. *Tit.* 9. §. 8. *Artium. nu.* 5. *pag.* 598.
*Violatio* propriè dicitur de virgine ſtuprata. *Tit.* 8. *nu.* 2. *pag.* 493.
Dicitur etiam de quauis iniuria. *ibi. nu.* 2. *p.* 493.
*Violentia* incuſſa mulieri quomodò concludenter probetur. *Tit.* 4. §. 5. *Stuprum. nu.* 4. *p.* 215.
Examinatur in raptu iuxtà varios modos, quibus poteſt inferri. *ibid* §. 7. *Raptus. n.* 10. & *ſeqq. pag.* 226.
Violentia quando dicatur facta ſuaſionibus. *ibid. nu.* 14. *pag.*
*Violentum* quid dicatur. *Tit.* 4. §. 2. *Sollicitatio. num.* 43. *pag.* 196.
*Vir.* Ex mæchia viri coinquinatur vxor. *Tit.* 4. §. 3. *Fornicatio. nu.* 3. *pag.* 197.
Coniugatus adulterans magìs eſt puniendus, quàm fœmina. *ibid.*
Vir ſacer non dicitur in foro fori committere ſacrilegium coeundo cum fęmina, niſi ſit ſacra. *ibid. nu.* 5. *pag.* 198.
Viri aliquando diligunt vetulas, & deformes, & quare.
Vir poteſt iure mariti accuſare ſuam ſponſam per verba de præſenti; & ſinè incurſu cenſuræ percutere Clericum vitiantem eam. *ibi.* §. *Adulterium. num.* 35. *pag.* 207.
Vir ſollicitatus à fęmina ad adulterium non eſt ordinariâ pęnâ puniendus. *ibid. nu.* 49. *p.* 210.

*Virgi-*

Digitized by Google

*Virginitas* eſt ſecunda dos puellæ maritandæ. *Tit.* 4. §. 5. *Stuprum. num.* 15. *pag.* 217.
Eius præſumptio ſtat prò fœmina. *ibid. nu.* 10. *p.* 216.
*Virginem* ſtuprans debet eam dotare, aut ducere in vxorem. *ibid. nu.* 13. *& ſeqq. pag.* 217.
*Virtus.* Quod in vno virtutem ſonat, in alio vitium euadit. *Tit.* 3. §. 5. *Donatio. nu.* 1. *pag.* 140.
Virtutes, & dona Dei vendi non poſſunt. *Tit.* 8. §. 7. *Simonia. nu.* 12. *p.* 538.
*Vis atrox* quæ dicatur. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus. nu.* 11. *p.* 226.
Vis eſt repellenda antequàm inferatur. *Tit.* 7. §. 3. *Prouocat. nu.* 63. *p.* 412.
*Viſitator* reuelans audita in viſitatione quomodo Delinquat. *Tit.* 5. § 5. *Libellus n.* 12. *&* 13. *p.* 311. *&* 312.
Congregato Capitulo ſi ſubornaret Vocales, quid eſſet agendum. *ibi.* §. 8. *Subornatio. nu.* 64. *p.* 345.
*Vita* hominis non poteſt æſtimari *Tit.* 3. §. 6. *Furtum. nu.* 23. *pag.*
Vita ſocialis quarè ab hominibus inita. *Tit.* 5. §. 5. *Libellus. nu.* 32. *pag.* 314.
*Vituperationes*, quæ ſunt media ſubornationis in electionibus examinantur. *ibi.* §. 8. *Subornatio. nu.* 52. *& ſeqq. pag.* 343.
*Vltra* V. *Dictio.*
*Vocales* poſſunt ſibi eligere Præſidem, caſu quo, congregato Capitulo Commiſſarius Viſitator non poſſet, aut nollet electioni præſidere. *Tit.* 5. §. 8. *Subornatio nu.* 65. *pag.* 345.
*Voluntas*, & propoſitum diſtinguunt maleficia. *Tit.* 6. §. 1. *liter. falſ. nu.* 49. *p.* 363. *& Tit.* 4. §. 2. *Sollicitatio. num.* 20 *pag.* 292.
Voluntas hominis eſt ambulatoria. *Tit.* 7. §. 5. *Homicid. nu.* 16. *pag.* 430.
Variæ ſententiæ circà diſſenſum voluntatis in ordine ad raptum. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus. nu.* 4. *p.* 225.
*Votum* Religionis, qui emiſit, poteſt cogi ad illud adimplendum. *Tit.* 5. §. 9. *Suaſio. nu.* 12. *pag.* 347.
*Vomens* Euchariſtiam impropriè committit ſacrilegium. *Tit.* 8. §. 2. *Abuſ. in Euchar. num.* 8. *p.* 500.
Iſte qua pœna puniendus ſit. *ibid. nu.* 9. *p.* 500.
*Vox* fœminæ ad concitandam incontinentiam. *Tit.* 4. §. 1. *Conſortium. nu.* 19. *p.* 174.
Vox mulieris nota probat violentiam ſibi factam. *ibi.* §. 5. *Stuprum. nu.* 4. *p.* 215.
*Vrbs* quid importet. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia. nu.* 22. *pag.* 26.
*Vſura* quomodò diffiniatur. *Tit.* 3. §. 8. *Vſura. num.* 2. *pag.* 165. (leges 169. ſed corrige, & pone 165.)
Eam exercens furtum, aut rapinam committit. *ibid. nu.* 1. *pag.* 165.
Eſt prohibita omni iure. *ibid. num.* 3. *p.* 165.
Eſt crimen mixti fori. *ibid. num.* 4. *pag.* 165.
In eius iudicio pro foro animæ præferuntur Theologi; pro foro fori Canoniſtæ. *ibi. nu.* 5 *pag.* 165. (corrige nu. 3. in V. difficultas, & pone nu. 5.)
Committitur directè in mutuo, indirectè in alijs contractibus. *ibi. nu.* 6. *p.* 166.
Eſt crimen difficilis probationis. *ibid. num.* 8. *p.* 166.
Quomodò probetur. *ibid. nu.* 8. *& ſeqq. pag.* 166.
Eius pœnæ de iure ciuili. *ibid nu.* 12. *pag.* 167.
De iure canonico quid requiritur, vt incurratur vſura. *ibid. num.* 13. *pag.* 167.
*Vſurarius* punitus ab Epiſcopo poteſt iterùm puniri à Iudice laico. *Tit.* 3. §. 8. *Vſura. nu.* 4. *pag.* 165.
Manifeſtus quis dicatur. *ibid. nu.* 7. *pag.* 166.
Probatur talis in genere per Teſtes ſingulares *ibid. num.* 9. *pag.* 165.
Poteſt compelli ad proferendos libros computorum. *ibi. num.* 10. *pag.* 167.
Manifeſtus quas pœnas incurrat. *ib.* n. 14. & ſeqq. p. 167.
Clericus uſurarius quomodò puniendus. ibi. n. 20. p. 168
Regularis uſurarius quas pœnas ſubeat. ibi. n. 21. p. 168.
*Vſurpare.* Exercens aliquid ſinè facultate alienam juriſdictionem uſurpat. Tit 4. §. 8. *Clauſur.* n. 46. p. 239.
Uſurpans rem alienam cenſetur furari, ibi.
Uſurpans jus Prælati committit crimen læſæ Majeſtatis, ibid.
*Vſus* loquendi præfertur ſignificato vocabuli. *Tit.* 2. §. 1. *Apoſtaſia.* n. 86. p. 36.
Uſus quid importet. *ibi.* nu. 181. p. 48.
Uſus profanus verborum Sacræ Scripturæ quando, & quomodò puniendus. T. 5. §. 2. *Blaſph.* n. 67., & ſeqq. p. 194.
Uſum rationis habens quos actus ergà Deum tenetur elicere. *Tit.* 8. §. 1. *Abuſ. in Bapt.* n. 14. p. 497.
*Vtilitas* Eccleſiæ reddit licitam alienationem ejus bonorum. *Tit.* 3. §. 4. *Alienatio.* n. 26. p. 136.
*Vulnerare.* Vulnerans, & ex intervallo occidens punitur duplici pœna. Tit. 1. §. 4. *Pœna.* n. 9 p. 17.
Vulnerans tenetur ad damna vulnerati. *Tit.* 7. §. 5. *Homicidium.* n. 87. p. 443.
Vulnerans mortem appenſatè intentando mittendus ad triremes. *ibi* n. 94. p. 443.
Vulnerans non tenetur de occiſo, ſi hic moritur ex malo regimine certo. ibid. n. 95. p. 444.
In dubio àn mors fuerit ex malo regimine, præſumitur, quod fuerit ex vulnere. *ibid.*
Vulneratus, aut mutilatus in duello non poteſt prætendere reſtitutionem damni, ſi voluntariè duellum acceptavit; ſecùs ſi coactè. T. 7. § 4. *Duel.* n. 43. p. 424.
Vulneratus in duello, ſi, poſt pœnitentiam, altera die moritur non eſt privandus Eccleſiaſtica ſepultura. *ibid.* n. 45. p. 424.
Vulneratus ſi certò moritur ex malo regimine, non debentur vulneranti triremes. *T.* 7. §. 5. *Homicid.* nu. 95. p. 444.
Vulneratus, licèt vivat per aliquot dies, ſi moritur ex vulneribus, dicitur occiſus; & homicidium fuiſſe commiſſum. *T.* 7. §. 10. *Abortus.* n. 42. p. 486.
Si moritur intrà quadraginta dies, regulariter dicitur mortuus ex vulnere. *ibi.* n. 43. p. 486.
Si per triduum viſus eſt ambulare, non reputatur mortuus ex vulnere. ibi.
Vulnus in quibus partibus corporis evadat mortale. *Tit.* 7. §. 5. *Homicid* n. 73. p. 440.
Vulnerum multitudo arguit in homicidio animum deliberatum. *ibi.* num. 76. p. 441.
Vulnus atrox dicitur ſi eſt impreſſum in facie. *ibi.* n. 98., & 100. p. 444.
Vulnus. Vulnerare. V. *Provocatio.*
*Vxor* Clerici coniugati ſubditur Judici Eccleſiaſtico. *Tit.* 1. §. 2. *Delicta.* num. 51. p. 13.
Uxorem hæreticam ducens Catholicus origine facit ſe ſuſpectum de hæreſi. *Tit.* 2. § 7. *Hæreſis.* nu. 28. p. 96.
Uxoris ſocietate privatur hæreticus. *ibid.* n. 56. p. 100.
Uxor furans in domo mariti quomodò, & à quò punienda. *Tit.* 3. §. 6. *Furtum.* nu. 44. p. 152.
Uxor coinquinatur ex mæchia viri. *Tit.* 4. §. 3. *Fornicatio.* n. 3. p. 197.
Uxor eſt de jure mariti, & eum ſequi debet. *Tit.* 4. §. 7. *Raptus.* n. 18. p. 228.
Uxorem propriam abducens maritus à domo ejus patris non dicitur, raptum committere. *ibid.*
*Uxor.* V. *Fœmina.* V. *Mulier.*

FINIS.

Digitized by Google

tendere reſtitutionem ...
acceptavit; ſecùs ſi coactè. T.7.§.4. *Duel.* n.43. p. ...
Vulneratus in duello, ſi, poſt pœnitentiam, alicra ...
moritur non eſt privandus Eccleſiaſtica ſepultur.
*ibid.* n.45. p.424
Vulneratus ſi certò moritur ex malo regimine, non de
bentur vulneranti triremes. *T.7.§.5. Homicid.* nu. ...
p.444.
Vulneratus, licèt vivat per aliquot dies, ſi moritur
vulneribus, dicitur occiſus; & homicidium ...
commiſſum. T.7.§.10. *Abortus.* n.42. p.486.
Si moritur intrà quadraginta dies, regulariter di...
mortuus ex vulnere. *ibi.* n.43. p.486.
Si per triduum viſus eſt ambulare, non repu...
mortuus ex vulnere. ibi.
Vulnus in quibus partibus corporis eradat mor...
*Tit.7.§.5. Homicid.* n.73. p.440.
Vulnerum multitudo arguit in homicidio ...
deliberatum. *ibi.* num.76. p.441.
Vulnus atrox dicitur ſi eſt impreſſum in ... n.
98., & 100. p.444.
Vulnus. Vulnerare. V. *Provocat.*
Uxor Clerici coniugati ſubditur foro Eccleſiaſ...
*Tit.1.§.2. Delicta.* num.51. p.13.
Uxorem hæreticam ducens Catholicus origine ...
ſe ſuſpectum de hæreſi. *Tit.2.§.7. Hæreſis.* ...
Uxoris ſocietate privatur hæreticus. *ibid.* n. ...
Uxor furans in domo mariti quomodò, & ...
nienda. *Tit.3.§.6. Furtum.* nu.44. p.15...
Uxor coinquinatur ex mœchia viri. *Tit.4.* ...
*catio.* n.3. p.197.
Uxor eſt de jure mariti, & eum ſequi debet
... 7. *Raptus.* n.18. p.228.
Uxorem propriam abducens maritus à dom...
ris non dicitur, raptum committere. ...
Uxor. V. *Fœmina.* V. *Mulier.*

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google